se subuersa sunt: in quib⁹ nonnulla modiorum tritici milia perierūt. Tunc siquidem multitudo serpētium cum magno dracone in modum turris validę: per hui⁹ fluminis alueum in mare descēdit: sed ꝛ suffocate bestie inter salsos maris turbidi fluct⁹: in littore eiecte sunt. Subsecuta est e vestigio clades/ quā inguinariam vocāt. Nam medio mense vndecimo adueniente: primum oīm iuxta illud qđ in Ezechiele legitur: A sanctuario meo incipite: Pelagium papā percutit: et sine mora extinxit. Quo defuncto/ tāta strages populi facta est: vt passim subtractis habitatorib⁹/ domus in vrbe plurime vacue remanerēt. Sed quia ecclesia dei sine rectore esse non poterat: beatum Gregorium licet totis virib⁹ renitentem/ plebs tamen oīs elegit. Quē ille apicem attentius fugere tentans: sese oīno indignū tali honore clamitabat: metuens certe ne mūdi gloria quam prius eiecerat/ ei sub ecclesiastici colore regiminis aliquo modo surrepere posset. Vnde factū est: vt epistolam ad imperatorem Mauricium dirigeret: cui⁹ filium ex lauachro sancto susceperat: adiurās ꝛ multa prece deposcēs: ne vnq̄ assensum populo preberet: vt se hui⁹ honoris gloria sublimaret. Sed prefectus vrbis Germanus noīe/ eius nuncios anticipauit: cōprehensosq̄ ac dirruptis epistolis consensum quem populus fecerat/ imperatori direxit. At ille grās deo agēs pro amicitia diaconi: eo q̄ locum ei deferēdi honoris vt cupierat reperisset: data illico preceptione ipsum institui precepit. Cūq̄ tempus instaret vt benediceretur: et clades populum deuastaret: verbum ad plebem pro agēda penitentia hoc modo exorsus est: Oportet fratres dilectissimi: vt flagella dei que metuere ventura debuimus/ saltem presentia experti timeamus. Cōuersionis nobis aditum dolor aperiat: ꝛ cordis nostri duritiam ipsa quā patimur pena dissoluat. Ut enim ꝑpheta teste predictū est: Peruenit gladius vsq̄ ad animam. Ecce etenim cūcta plebs celestis ire mucrone percutitur: et repentina singuli cede vastantur. Nec languor mortem preuenit/ sed languoris moram (vt cernitis) mors ipsa precurrit. Percussus quisq̄ ante rapitur: q̄ ad lamenta penitētie conuertatur. Pensate ergo fratres: qualis ad cōspectum districti iudicis peruenit/ cui nō vacat flere quod fecit. Habitatores quippe non ex parte subtrahuntur/ sed pariter corruunt. Domus vacue relinquuntur: filiorum funera parētes aspiciūt: et sui eos ad interitum heredes precedunt. Unusquisq̄ ergo nostrum ad penitētie lamenta confugiat: dum flere ante percussionem vacat. Reuocemus ante oculos mentis quicquid errādo commisim⁹. Et quod nequiter egimus/ flendo puniam⁹. Preueniamus faciem eius in confessione. Et sicut ꝑpheta admonet: Leuemus corda nostra cum manib⁹ ad dominum. Quippe corda cum manib⁹ leuare/ est orationis nostre studium cū merito bone operationis erigere. Dat profecto/ dat tremori nostro fiduciam/ qui per ꝑphetam clamat: Nolo mortem peccatoris: sed vt conuertatur ꝛ viuat. Nullus autem de iniquitatum suarum immanitate desperet. Ueternosas nāq̄ Niniuitarū culpas tridua na penitētia abstersit: et cōuersus latro vite premia etiā in ipsa sententia sue mortis emeruit. Mutemus igitur corda: et presumamus nos iam percepisse quod petim⁹. Citius ad precem iudex flectitur: si a prauitate sua animus corrigatur. Imminente ergo tante animaduersionis gladio/ nos importunis fletib⁹ insistamus. Ea nāq̄ que ingrata esse hominibus importunitas solet/ iudici veritatis placet: q̄r pius ac misericors dñs vult a se precibus exigi: q̄ quātum meremur/ non vult irasci. Hinc etenim per psalmistam dicit: Inuoca me in die tribulationis tue: eripiam te/ et magnificabis me. Ipse ergo sibi testis est: q̄ inuocantibus misereri desiderat/ qui admonet vt inuocetur. Proinde fratres charissimi/ contrito corde/ et correctis operibus/ ab ipso ferie quarte diluculo ad septiformē litaniā deuota mēte cū lachrymis veniamus: vt districtus iudex cum culpas nostras nos punire considerat: ipsam sententiam dānationis temperando parcat. Hanc autem exhortationem beati Gregorij/ ideo huic opusculo inserendam putauimus / vt a quāta perfectione predicationis initium sumpserit / monstraremus. Igitur dum magna multitudo sacerdotum/ monachorum: diuersiq̄ sexus clericatus iuxta preceptionem beati Gregorij die constituta dominū rogatura venisset: vsq̄ adeo lues ipsa deseuijt: vt intra vnius hore spatium dum voces plebs ad dñm supplicationis emitteret: octoginta homines ad terram corruentes spiritum exhalarent. Sed non destitit sacerdos tantus populo predicare: ne ab operatione diuini ꝑcepti plebs ipsa quiesceret. Cūq̄ adhuc futurus antistes fuge latibulum prepararet: vrbis sollicitudine portis vigilie deputatur: donec opportune et gloriose vt ordo sacer exposcit / in eo diuina munia compleretur. Obtinet is a negociatoribus: vt in cratere occultatus educeretur ab vrbe: atq̄ ita latebris tri: duo se occultauit: donec illum ieiunijs ꝛ orationib⁹ populus Romanus columna lucis tertia super eum nocte celitus emissa obtinuit: q̄ nō paruo noctis spatio a summo celi vsq̄ ad eūdem ipsum linea recta effulgēs querentibus votum optabile demonstrauit. Sed ꝛ cuidam anachorite vbi contiguo angeli ascendentes ꝛ descendētes per prefatam columnam super illo visi sunt. Qui mox se lex sacrūq̄ suscipiens auspicium/ de ea quā vidit in somnis sanctus Jacob scala: ibi dēq̄ domum dñi: dixit fore rectorem domus dei: que est ecclesia: immo ipsum dei tēplum ibi est abscōditum exclamauit. Tandēq̄ electus dñi inuenitur/ capitur/ trahitur/ et ad beati Petri apli basilicam ducitur: ibiq̄ ad pontificalis gratie officium consecratus: papa vrbis efficitur. Quo in tempore cum a Joanne Rauennatis vrbis episcopo reprehensus fuisset: cur a pastorali officio delitescendo se subducere virtam idoneus voluisset: hac occasione compulsus volumen egregium qđ pastoralis cura appellatur cōposuit/ quo manifesta luce patefecit: quales ad eccłie regimen assumi/ qualiter ipsi rectores viuere: quāta cōsideratiōe ꝓpriam quotidie debeāt fragilitatem pēsare. Sed ꝛ homilias euāgeliorum numero quadraginta cōposuit: quas in duobus codicibus equa forte distinxit. Libros etiā dialogorum quattuor edidit: in quibus rogatu Petri diaconi sui virtutes sanctorum quos in Italia clariores nosse vel audire potuisset/ ad exēplum viuētium posteris collegit: vt sicut in libris dispositionum suarum quibus sit virtutibus insudādum edocuit; ita etiam de scripturis sanctorum miraculisq̄ eorūdem claritas quāta sit ostēderet. Primam quoq̄ ꝛ vltimam Ezechielis ꝑphete partes/ que videbantur obscuriores: per homilias viginti duas quātum lucis intus habeāt/ demonstrauit. Scripsit preterea super prouerbia: super cantica canticorum: de prophetis: de libris regum: de heptatico: ꝛ alia nōnulla: epistolas cōplures: que singulatim cuncta edicere/ breuitatis studio omisi. Quod eo magis miror: tot eū ac tanta condere volumina potuisse: qui omni fere iuuentutis sue tēpore (vt verbis ipsius loquar) crebris viscerū cruciabatur doloribus: horis momētisq̄ oīb⁹ fracta stomachi virtute fatiscebat. Lentis quidem/ sed tamen continuis febrib⁹ anhelabat: et dolor eū vehemēs affligebat. Uerū inter hec dum sollicitus pensaret: q̄ scriptura teste: oīs filius q̄ recipit/ flagellatur: quo malis presentib⁹ durius deprimebat: eo de eterna certius presumptione respirabat. Fatigabat eū preterea de ordinandis vrbis vigilijs/ ne ab hostib⁹ caperetur / sollicitudo continua. Terebatur quoq̄ ei⁹ animus ꝓpter filiorum hincinde discrimina nūciata. Sed cū iste inter tot ꝛ talia deprehensus incōmoda: nunq̄ ocio indulgebat: quin aut aliquid dignū ecclesie scriberet: aut per cōtēplationis grām celi secretis interesset. Deniq̄ cum de tota pene Italia longobardorum gladios metuētes plurimi vndiq̄ ad vrbem Romanam confluerēt: solertissime ꝓ oib⁹ curā gerebat: vniuersis cum verbi pabulo corporis subsidia ministrabat. Adeo enī eius animū mie amor deuicerat: vt non solum horum quos presentes habebat/ necessitatib⁹ occurreret: sed insuper lōge positis opem sue largitatis impenderet: ita vt etiā in monte Synai dei famulis constitutis: queq̄ opportuna transmitteret. Nam alij quidē pontifices construēdis ornandisq̄ auro vel argento ecclesijs operam dabant: hic aūt totus erga aīarum lucra vacabat: et quicqd pecunie habere poterat/ sedule dispgere ꝛ dare paupib⁹ curabat: vt iustitia ei⁹ maneret in sclm seculi: et cornu ei⁹ exaltaret in gl'ia: vt illud bti Job veraciter dicere posset. Bñdictio perituri sup me veniebat: et cor vidue cōsolat⁹ sum. Justitia indutus sum: et vestiui me sicut vestimēto diademate iudicio meo. Oculus fui ceco: et pes claudo. Pater erā pauperū: et causam quā

Ezech. ix.

Gregori⁹ pape creatur.

Exhortatio Gregorij pestilētie tpe ex li. ij. epistolarū c. ij.

Hie. iiij.

Ps. xliij.

Thre. iij.

Eze. xviij.

Ps. xlix.

Gregori⁹ latēter fugit ne cōsecraretur in pontificē.

Opuscula beati Gregorij.

Infirmitates bti Gregorij.

Pietas ꝛ mia beati Gregorij.

Ps. cxj.

Job. xxix.

Job. xxxi. — nesciebam/diligentissime inuestigabam. Et paulopost. Si comedi buccellam meã solus: et non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miseratio: et de vtero matris mee egressa est mecum. Ad cuius pietatis iustitie opus pertinet: quod Anglorum gentem per predicatores quos illuc direxit/de dentibus antiqui hostis eripiens eterne libertatis fecit esse participes. Etenim qui deo nostro fideliter adheret: semper ex eius largitiõe munere ad altiora conscendit. Dum hic ergo sanctus ardenti studio pro colligendis particulatim fidelium animabus satageret/donauit illi plus dñs/ vt totã pariter anglorum gentem conuerteret. Cuius cõuersio (vt putatur) facta diuinitus ex hac occasione fuit. Dum die quadam aduenientibus nuper mercatoribus multa venalia in forum Rome collata fuissent: multiq; ad emendum hincinde confluerent: contigit vt Gregorius antea quam pontificale decus onus suscepisset: cum ceteris aduenisset/ac vidisset inter alia pueros venales positos lactei corporis ac venusti vultus: capillos quoque precipui candoris habentes. Quos cum aspiceret: interrogauit (vt aiunt) de qua regione vel terra essent allati. Dictumq; est: quia de Britannia insula: cuius incole tali omnes decore niterent. Rursus interrogauit vtrum in eadem insula christiani essent/an paganorum erroribus implicati. Dictumq; est paganos esse. At ille intimo ex corde longa trahens suspiria: proh dolor inquit: quod tam lucidi vultus hoïes tenebrarum auctor possidet: tantaq; frontispicij gratia mentem ab internis gaudijs vacuam gestat. Rursus ergo interrogauit/quod esset vocabulum gentis illius. Responsum est: quod Angli vocarentur. At ille. Bene inquit. Nam et angelicam habent faciem. Et tales angelorum in celis decet esse coheredes. Quod habet inquit nomen illa prouincia/de qua isti sunt allati: Responsum est: quia Deri vocarentur/id est prouinciales. At ille. Bene inquit Deri: quia de ira eruti/et ad misericordiam christi vocãdi. Rex astr prouincie illius quomodo vocatur: Responsum est quod Aelle vocaretur. At ille alludens ad nomen ait. Ad laudem dei creatoris Alleluia illis in partibus oportet cantari. Accedensq; ad Romane et apostolice sedis antistitem: rogauit vt genti Anglorum in Britanniam aliquot verbi ministros per quos ad christum conuerterentur mitteret: asserens et seipsum in hoc opus domino cooperante proficisci paratum esse: si tamen eidem apostolico pape hoc vt fieret placeret. Quod cum pontifex minime annueret/victus tandem infatigabilibus eius precibus assensit: ciuibus profectionis eius celans negocium: quandoquidem si id nouissent/nullo pacto acquieuissent. Quanto itaq; celeriter potuit/iter cum apostolica benedictione arripuit. Hec interea ad Romanorum ciuium veniunt notitiam. Unanimes itaq; tam vrbici quam suburbani proficiscenti ad ecclesiam beati Petri Pelagio occurrunt/terribili conclamantes voce. Quid enim vir apostolice egisti: Sanctum Petrum offendisti. Quibus pontifex motus (populum enim metuebat) Gregorium a profectione reuocauit. Uerum priusquam nuncij eum conuenissent: trium dierum iter iam confecerat. Interea vt iter agentibus moris est/dum circa sextam horam in prato quodam resideret et legeret: venit ad eum locusta: que prosiliens pagine quam percurrebat insedit. Quam cernens Gregorius mansuete ibi quiescere: ad sodales versus: locusta inquam hec dici potest: quasi loco isto subsistas. Scitis (inquit) nos iter ceptum non licere protendere. Uerumtamen surgite/et iumenta sternite: vt quam diu licuerit: quo tendimus properemus. Dum autem hec mutuo confabularentur/apostolici nuncij equis sudantibus superuenerunt/epistolam tradunt. Qua perlecta: ita est (inquit) socij vt predixeram. Romam celeriter redibimus. Quod et factum est. Mox autem vt ipse pontificatus officio functus est: opus diu desideratum perfecit: alios quidem predicatores mittens: sed ipse predicationem vt fructificaret suis exhortationibus ac precibus fulciens. Denique direxit ad eandem insulã seruos dei Augustinum/Mellitum/et Johannem cum alijs multis deum timentibus monachis. Qui paucis diebus regem illum qui in capite morabatur insule: cum suo populo conuerterunt. Quibus deus faciendorum tantam miraculorum gratiam contulit: vt verbum fidei quod ore predicabant/signorum efficacia confirmarent: ex quo factum est: vt paucis predicantibus omnis cetere etiam insule et ipsarum reges cum his qui eis subiecti erant/ad christi domini fidem accederent. De cuius gentis conuersione simul et miraculorum prodigijs que ibidem fiebant: ita beatus Gregorius in libris moralibus perhibet dicens: Ecce lingua Britannie que nihil aliud nouerat quam barbarum frendere/iam dudum in diuinis laudibus hebrea cepit verba resonare. Ecce quondam tumidus iam substratus sanctorum pedibus seruit oceanus: eiusq; barbaros motus quos terreni principes edomare ferro nequiuerant: hos per diuinam formidinem sacerdotum ora simplicibus verbis ligant. Et qui cateruas pugnantium infideles nequaquam metuerant: iam nunc fideles humilium linguas timent. Quia enim perceptis celestibus verbis: clarescentibus quoque miraculis virtus eis diuine cognitionis infunditur: eiusdem diuinitatis terrore refrenantur: vt praue agere metuant: ac totis desiderijs ad eternitatis gratiam peruenire concupiscant. Quod totum vt fieret/ita eidem beato Gregorio gratia diuina concessit: vt merito ab Anglorum populis debeat apostolus appellari: quia etsi alijs non est apostolus: sed tamen illis est. Nam signaculum apostolatus eius ipsi sunt in domino. Si hoc vtrum aliquibus vir iste tanti meriti miraculis claruerit: superfluo queritur/cum luce clarius constet: quia id quod virtutum signa suis meritis valuit alijs quoque christo largiente acquirere: si exegisset opportunitas/facilius poterat hoc etiam ipse promereri. Sed vt et his qui cum iudeis signa visibilia ad ostendendam sanctitatem expetunt/satisfactio non desit: et illis qui sanctorum exemplis ad meliora accendi et prouehi querunt/edificatio proficiat: quedam que per eum dominus ad excitandum et corroborandum nostre mentis torporem/et forte infidelitatem potius quam ignorantiam operatus sit: manifestare decreui. Materfamilias nobilis erat in hac ciuitate romana/que religionis et deuotionis studio oblationes facere/et dominica ad ecclesiam deferre/summoq; pontifici et ecclesiastice consuetudinis et familiaritatis eiusdem gratia offerre solebat. Hec vbi quadam die ex more ad communicandum de manu apostolici in ordine suo accederet: illiq; pontifex partem dominici corporis porrexisset dicens: Corpus dñi nostri Jesu christi prosit tibi in remissionem peccatorum/et vitam eternam: illa subrisit. Quod vir dñi cernens/illi communionem sacram retraxit et separatim super altare reposuit: eamq; diacono seruandam vsq; dum communicarent fideles tradidit. Expletis vero sacris mysterijs/interrogauit eam beatus Gregorius. Dic ergo dic quid cordi tuo emerserit: cum communicatura risisti: At illa. Recognoui (inquit) portiunculam illam ex eadem oblatione fuisse: quam ego meis manibus feci/et tibi obtuli: et cum eam te intellexeram corpus christi appellasse: subrisi. Tunc sanctus domini pontifex sermonem exinde fecit ad populum: hortatusq; est eum vt suppliciter dominum exoraret: quatenus ad multorum fidem corroborandam/carnis oculis ostenderet quod infidelitas huius mulieris mentis oculis videre et fidei lumine conspicere debuisset. Quod cum fuisset oratum: vnacum populo eadem muliere ab oratione surrexit et altare cunctis cernentibus/et sese ad cernendum celeste spectaculum comprimentibus/corporalem palam reuelat: et vniuerso populo atq; ipsa muliere contuente partem digiti auricularis sanguine cruentatam inuenit: ac mulieri dixit. Disce inquam veritati vel modo etiam dicenti credere. Panis quem ego do/caro mea est: et sanguis meus vere est potus. Sed prescius conditor nostre infirmitatis/ea potestate qua cuncta fecit ex nihilo/et corpus sibi ex carne semper virginis operante spiritu sancto fabricauit/panem et vinum aqua mixtum manente propria specie/in carnem et sanguinem suum ad catholicam pacem ob reparationem nostram spiritus sui sanctificatione conuertit. Indeq; vniuersos iussit diuinam precari potentiam: vt in formam pristinam sacrosanctum reformaret mysterium: quatenus mulieri assumendum fuisset possibile: quod et factum est. Unde mulier post in sancta religione ac fide proficiens: participatione dominici sacramenti confecrata est. Et omnes qui viderant/in diuino amore/et orthodoxa credulitate feruentius excreuerunt. Quidam nobilissimus secundum carnis prosapiam et potentissimus/iuxta regiam in suo modo magnificentiam/cum per internuncios familiaritatem apostolica

Marginal notes:

Gregorius anglos conuertit.

Gregorius ad anglorum conuersionem iter arripiens per populum reuocatur.

Angli conuertuntur

Gregorius anglorum apostolus nominatur.

Miraculum beatissimi Gregorij.

Joan. vi.

sedis adeptus esset: et frequenti admonitione epistolarũ
etiam a beato Gregorio transmissarum instructione er-
ga dei et sanctorum cultum sufficienter fuisset imbutus:
per strenuos viros munera summo põtifici misit: petẽs
sanctorum apostolorum ac martyrum sibi transmitti re-
liquias. Cuius legatos vir ipse apostolicus honorabili-
ter suscipiens/ aliquãdiu eos secum habuit: atq; indefi-
nenter sanctorum apostolorum memorias / ac mysteria
martyrum circuiẽs/ et more prisco pro huiusmodi nego-
cio missas celebrans: cum expleuisset eorum celebratio-
nes: quorũ reliquie petebant: particulatim sosdẽ pãnos
cõsecratos super quib9 sancta celebrauerat diuisit: et sin-
gulis singularum buxetis imposuit. Muniti sq; eis sigil
lo sue sacte auctoritatis petitorib9 vsui ecclesiastico tra
didit. Qui debita cum veneratiõe benedictionem peti-
tam suscipiẽtes/ leto animo in viam suam profecti sunt.
Sed dũ per aliquot dies regressionis sue iter carperẽt:
qui primus eorum habebatur / sodalibus curiose stulte
se tanti itineris subijsse laborem ait: cum nescirent quid
preciosi domino suo retroferrent. Quare cõfractis apo-
stolice dignitatis sigillis / vascula aperta sunt: et in singu
lis panni reperte sunt portiuncule. Mox cum indigna-
tione Romam regressi: archidiaconem adeũt. Et quid
inquiũt dominus apostolicus adeo dominum nostrum
vilipendit: qui tantam gratiam apud eum obtinuisse spe
rauerat: vt ei illudere/ et nos dehonorationi / et offensio-
ni sue addicere voluerit? Existimauim9 siquidem nos
ossa apostolorum vel martyrum hinc ferre: sicut decreue
rat dominus noster. Est autem tanta nihilominus lon-
ga quesita via / et difficilimo satis itinere: et date sunt no
bis pãni modice portiuncule: ac si huiusmodi pãniculi
genus apud nos nequiuisset inueniri. Nisi enĩ caute sol-
licitudo subuenisset: vt quod gerebam9 cognosceremus:
stolide ad dominum nostrum / nec sine periculo honoris
et gratie ei9 redijssem9. Quos archidiaconus modesta
increpatione redarguit: cur in tanto opere presumpserint
vt apostolica sigilla corrumperent: hortans eos redire/ et q̃
acceperant domino suo cũ honore deferre. Sed hi nul-
latenus monitis eius acquiescẽtes vsq; ad domini Gre
gorij venere presentiam: rebq; comperta patientissime eo-
rum tulit stultitiam: eosq; sacrosanctis missarum prece-
pie solẽnijs interesse. Deinde cum ad locum sui sermõis
est ventum: suadet populo/ dei et sanctorum gratiam ora-
re: quatenus in hac re dignetur sic suam potẽtiam pate-
facere: vt qd mercatur fides / euidentius minus creduli
et ignorantes possint cognoscere. Et data oratione acce-
pit ab eo cultellum qui temerauerat signa / et super alta-
re corporis sancti Petri acceptam vnam panni portio-
nem per medium pungẽs secauit: et qua statim sanguis
decucurrit / et oẽm eãdem particulam cruẽtauit. Vidẽ-
tes autem legati / omnesq; populi stupẽdum et arcanum
sacre fidei miraculum / ceciderunt proni in terram / ado-
rantes dñm / et dicẽtes: Mirabilis deus in sanctis suis:
deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue:
benedictus deus. Et facto silentio inter alia fidei docu-
mẽta dixit ad eos beatus Gregorius: qui antea venerã-
das reliquias parui duxerant: Scitote fratres / quia in
consecratione corporis et sanguinis dñi nostri Iesu xp̃i:
cum ob sanctificationem reliquiarum in honorẽ aposto-
lorum vel martyrum ipsius quib9 specialiter assignaba-
tur / sup sacrosanctum altare libamina offerebãtur: sem-
per illoꝝ sanguis hos pannos intrauit: qui effusus est
pro nomine dñi nostri Iesu xp̃i. Et edificatis in fide cũ-
ctis qui viderãt: munitis q; iterum vasculis signo suo: in-
comparabilis voti sui eis tradidit: qui cum gaudio re-
uersi hec per ordinem dño suo nunciarũt: et sui desiderij
compotem reddiderunt. Ille vero preciosa sanctoꝝ pa-
trocinia reuerenter suscepit: et honorabiliter in loco ve-
nerabili condidit: quo de9 frequẽtiora q̃ in sancti Pe-
tri ecclesia miracula operari dignatur. Pater quoq; fa-
milias in vrbe Roma ditissimus: sed religione egenus
erat. Hic non minus vitijs q̃ rebus abundabat. Nam
cum eius vxor ei displicuisset: cõtra preceptum saluato-
ris nostri diuortium fecit. Res ad beatum Gregorium
non latuit: q2 et mali / et personarum magnitudo facile
se prodidit. Huic itaq; beatus Gregorius suauissimis
monitis suadere contẽdit: vt vxorem in gratiam recipe-
ret: a qua quoquo modo diuelli nisi morte / aut amborũ

Miraculũ de sanguine corporalis in eccliã p btm̃ Gregoriũ.

consensu intercedente nequiret. Sed is diabolica preuẽ
tus pertinacia monita eius spreuit. Quem beatus Gre
gorius apostolica auctoritate ab eccl̃ia sub anathema-
te nisi resipisceret sequestrauit. Quam excõmunicatio-
nem paruipendens duos magos pecunijs conducit: vt
in virum apostolicum ad vindictam eius apodyrem ar-
tis sue exercerẽt. Qui cum faciem ignorarẽt: et quadam
die ad pcessionem ex more pergeret beatus Gregorius
illi eminus secus transitum stãtes sibi eũ rogãt insinua-
ri. Quib9 responsum est. Qui solus pontificali dignitate
equitãs precedẽtem et subsequẽtem cuneum ecclesiasti-
coꝝ habet viroꝝ. Illi uctes eu repẽte equum maleficijs
vexare ceperũt. Statimq; beatus Gregorius inuocato
noĩe dñi nostri Iesu xp̃i / et edito signo crucis perturbauit
demonia. mox vt magos est cõtẽplatus: illi cecati / et ab
eisdem demonibus perua si ceciderũt retrorsum. Unde
intellexit eoꝝ id ppetratum nequitia: et cũ iussisset eos
adduci: interrogati rei ordinem pdiderũt: quib9 respõ-
dit beatissim9 põtifex. Perpetuo ceci esse debetis: ne vi-
dẽtes ad cõsuetam prauitatem redire tẽtetis. In noĩe
aũt dñi nostri operante beato Petro liberi a vexatione
demonũ sitis. Qui cõfestim a demonib9 emũdati: et cre-
dentes fonte salutari perfusi sunt: ac pmanente cecitate
dãnati / iubẽte beato Gregorio deceterò stipe sunt eccle-
siastica aliti. Sed et tyrãnus quidã Romane ecclie pos-
sessiones et mãcipia crudelissime deuastabat. Quãobrẽ
beati pontificis per internũcios admonitiõe correptus
maiori exarsit insania: adeo vt vrbẽ depopulãdam adi-
ret. Cui aduenienti beatus Gregorius vt eũ alloqueret
occurrit. Tantaq; vim nutu diuino ei9 verbis inesse ex-
pertus est: vt humiliter viro aplico satisfaceret: et se de-
incepe sibi subditum / et sancte Romane ecclie deuotũ
famulum spopõdisset. Is deniq; postea vsq; ad exitum
egrotus venerãdi pape orationem poposcit: respõsumq;
accepit: q2 ei dñs adhuc spatium penitẽtie largiretur: et
cum plenius cõualesceret / illis quib9 nutritus fuerat ci-
bis indulgere studeret. Qui iussis obtẽperãs cõualuit:
deceteroq; fideliter vixit. Idem etiã perfectissimus et
acceptabilis deo sacerdos cũ forte in forũ Traiani: qd
opere mirifico constat esse extructum pcederet: in quo
memorabile illud coperit: q2 cum idem orbis princeps
in expeditionem circumuallatus militum cuneis pergeret:
ibidem obuiam habuit viduam senio simulq; dolore ac
paupertate cõfectam: cui9 lachrymis atq; vocib9 sic cõ-
pellabatur. Princeps piissime Traiane. Ecce hic sunt
hoĩes qui mihi modo vnicum filium / senectutis scz mee
baculum et omne solatium occiderũt: meq; vna cũ eo vo-
lentes occidere: dedignãtur etiã mihi pro eo rationem
aliquã reddere. Cui ille festinãter (vt res exigebat) per-
transiẽs: cũ rediero inquit: dicito mihi: et faciã tibi oẽm
iustitiam. Tum illa: dñe inquit: Et si tu non redieris:
ego quid faciam? Ad quã vocem substitit: et reos coram
se adduci fecit. Nam cũ suggereretur a cũctis accelera-
ri negociũ oportere: gressum a loco non mouit: quousq;
vidue a fisco quod iuridicis sanctionib9 decretum est /
persolui fecerit: demũq; supplicãtium precib9 et fletib9
sup facti sui penitẽtiam viscerali clemẽtia flexus nõ tã-
tum potestate q̃ precatu et lenitate vinctos pretorialib9
bus cathenis absoluit. Cui9 rei gr̃a cõpũctus venerabi-
lis põtifex cepit lachrymosis gemitib9 secũ inter verba
precãtia hec siquidem pphetica et euãgelica reuoluere
oracula. Tu dñe dixisti: Iudicate pupillo: defendite vi
duam: et venite et arguite me. dimittite et dimittetur vo-
bis: ne immemor sis queso (pctõr et ego indignus sum)
ppter nomen glorie tue fidelissime pmissiõis tue i hui9
deuotissimi viri facto. Perueniensq; ad sepulchrũ bea-
ti Petri diuti9 orauit et fleuit: atq; veluti somno corre-
ptus in extasim rapt9 est. Quo per reuelationem se exau
ditum dicit: et ne vlteri9 iam talis de quoq; sine baptis-
mate sacro defuncto presumeret petere: promeruit casti-
gari. Qua de re ab animis pfecte fidei et curiosis quedã
valeãt queri: et plura ab his qui credunt veritati fideli-
ter dicẽti: que apud hoĩes impossibilia sunt vel videtur:
facilia sunt apud deum et salubria explanare: tutius ta-
men videtur in hoc actu diuine pietatis et potestatis iu-
dicia venerari et neminem discuti. Deniq; a Petro dia-
cono fideli et religioso viro: ac huic nostro patri sanctissi-
mo pro sue religionis et vtilitatis merito valde familia-

Magos diuinitus cecitate pcussit.

Cõtumacẽ et elatũ virum humiliauit.

Orauit p Traiano imperatore.

Esaie. j.

rissimo fideliter post obitum ei⁹ nobis narratum didicimus: q cum idem vas electionis et habitaculum sancti spūs visionem vltimam pphete Ezechielis interpretaretur / ob pansum velum inter ipm̄ et eūdem exceptorem tractatus sui: illo per interualla ,plixius reticente: idem minister ei⁹ stilo perforauerit: et cuētum per foramen cōspiciēs / vidit colūbam candidiorem super ei⁹ capite sedentem: rostrūq ipsius ori diu tenere appositum: que cū ab eiusdem ore amoueretur / incipiebat sanctus pontifex loqui: et a notario graphium ceris imprimi. Cum vo reticeret sancti spiritus organū, minister ei⁹ oculum foramini iterum applicabat: eūq acsi in oratione leuatis ad celū manib⁹ simul et oculis colūbe rostrum more solito cōspicabatur ore suscipere. Qd tādem eodem spiritu reuelante pontifex sanctus cognouit: et vehemētissime tristis effectus intermināt⁹ est aplica auctoritate miraculi diuini in se perpetrati conscium: ne in vita sua alicui quoquo modo patefaceret. Qd ille interim secretum custodiēs / post obitū sanctissimi sacerdotis cōpulsus quorūdam inuidia (qui obiectabāt virum beatissimum presumptionis tumore tanta ac talia de celestium archanoꝝ mysterijs fuisse locutum) hec ita se per oīa vidisse fideliter reuelauit. Migrato nāq ad dnm̄ pontifice cū fames validissima non modo in prefata ciuitate Romana / verum et in oībus circūregionib⁹ satis superq grassaretur: et is qui ei in sede pontificali successerat / horrea ecclesie emētibus frumēta aperiret: et illis quos beatus Gregorius per monasteria et xenodochia seu diaconias vel hospitalia stipēdijs ecclesiasticis ordinauerat clauderet: ceperunt oēs famis cōpellēte inopia apostolicas aures inquietare dicētes. Dñe apostolice quos pater noster decessor tuus sanctus Gregorius hactenus studuit pascere: tua sanctitas fame non sinat perire. Quoꝝ vociferationem moleste ferēs respōdit. Si Gregorius ad famam sue laudis cūctos populos curauit suscipere: nos oēs pascere nō possum⁹. atq ita vacuos sinit abire. Que verba respōsionis cum sepius ad se clamātibus iterans redderet: apparuit ei per visum beatus Gregorius tertio: illūq terrio blande increpans super sua detractione et ipsius tenacia seu miseroꝝ indigentia admonuit atq corripuit. Qui nec cor ad iussa flexit: nec ori ab obtrectatione adhibere custodiam voluit: nec etiam manum ad largitatem extēdit. Unde illi quarto apparens beatus Gregorius horribiliter eū redarguit: et cōminans / eum in capite percussit: cui⁹ dolore vexatus paulo post defunctus est. Hec breuiter de vita vel actib⁹ beati Gregorij dicta sint. Ceterum q diu mundi hui⁹ orbis voluitur: ei⁹ laudabile meritū semper accipit incrementum: quia ipsius sine dubio glorie adscribitur: vel q Angloꝝ ecclesia noua semper sobole fecūdatur: vel q illius doctrinis multi a peccatis elōgati / ad xp̄i clemētiam cōuertūtur: vel q boni quiq eius suasionib⁹ inflāmati / celestem patriam desideranter inquirūt. Qui beatissimus pontifex postq̄ sedem Romane et apostolice ecclesie annis tredecim / mensibus sex / et diebus decem gloriosissime rexit: et hac luce subtractus / ad eterna in regni celestis sedem translatus est. Sepultus vo est in ecclesia beati Petri apostoli ante secretarium Quarto Idus Martias: alliquādo in ipsis cum ceteris sancte ecclesie pastoribus resurrecturus in gloria. Scriptumq est in tumba ipsius Epitaphium huiusmodi.

Columba ad aures Gregorij visa dum dictaret.

Gregori⁹ detrahētē sibi percussit.

Epitaphium sancti Gregorij pape.

Epitaphium beati Gregorij.

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumptum:
Reddere quod valeas viuificante deo.
Spiritus astra petit: leti nil iura nocebunt:
Cui vite alterius: mors magis ipsa via est.
Pontificis summi hoc claudūtur mēbra sepulchro:
Qui innumeris vixit semper vbiq bonis.
Esuriem dapibus superauit / frigora veste:
Atq animas monitis texit ab hoste sacris.
Implebatq actu quicquid sermone docebat:
Esset vt exemplum mystica verba loquens.
Anglos ad christum vertit pietate magistra
Acquirens fideiq agmina gente noua.
Hic labor / hoc studiū / hec tibi cura / hoc pastor agebas:
Ut domino offerres plurima lucra gregis.
Hisq dei consul factus letare triumphis:
Nam mercedem operum iam sine fine tenes.

Symbolum quod dictauit beate memorie sanctissimus Gregorius papa vrbis Rome huius nominis primus.

Credo in vnum deum patrem omnipotētem: et filium: et spiritū sanctum: tres personas: vnā substātiam. Patrem ingenitum: Filium genitum: Spiritum dero sanctum nec genitum nec ingenitum: sed coeternum de patre et filio procedētem. Confiteor vnigenitum filium consubstātialem et sine tēpore natum de patre / omnium visibilium et inuisibilium cōditorem: lumen ex lumine: deum verū de deo vero: splendorem glorie: figurā substantie. Qui manens verbū ante secula: perfectus homo creatus est iuxta finem seculorum. Conceptus et natus ex spiritu sancto et Maria virgine. Qui naturam nostram suscepit absq peccato. Et sub pontio Pilato crucifixus et sepult⁹: tertia die resurrexit a mortuis. Die aūt quadragesimo ascēdit in celum: sedet ad dexteram patris. Unde vētur⁹ est iudicare viuos et mortuos: positurus ante oculos omnium omnia occulta singuloꝝ. Daturus sanctis perpetua premia regni celestis. Iniquis autem supplicia ignis eterni: innouaturusq seculum per ignē. Confiteor vnam fidem, Unum baptisma. Unā apostolicam et vniuersalem ecclesiam: in qua sola possunt laxari peccata. In noīe patris et filij et spiritus sancti. A M E N.

Miraculū de inuentione librorum moralium beati Gregorij.

Beatus Gregori⁹ papa librum beati Job petente sancto Leandro Hispalensi episcopo exposuit: sicut in prologo Moraliū patenter videri potest: et ei expositū tradidit. Ille eq expositū eum in Hispaniā ad sedem Hispalēsem detulit. Hispalensis autē ciuitas vulgari nomine Sybilia vocatur: et est metropolis Hispanie. Decedente ergo beato Leandro/ sanct⁹ Isidorus germanus eius doctor precipuus/ loco eius factus est archiepiscopus. Post cuius decessum libri Moraliū quos beatus Leander attulerat/ ita per negligētiam perditi sunt/ vt in tota Hispania nō inuenirentur. Post aliquot ergo annos Cyndesindus rex Hispanie conciliū triginta episcoporū in vrbe Toletana congregauit: vbi querimonia facta de amissione Moralium/ vnanimi cōsilio episcoporum/ prefatus rex Tagionem † cesaraugustanū episcopum Romā misit cum epistolis ad papā pro querendis eisdem libris. Erat enī Tagio episcopus diuine scripture amator feruētissim⁹. Venit ergo Romā: presentatisq regalibus epistolis et muneribus: cū de die in diem videret petitionem suam a papa differri/ quasi pre multitudine aliorum librorū/ illi quos querebat/ non possent in archiuo sedis apostolice reperiri: ad vltimū postulauit/ vt saltem sibi licētia daretur: vna nocte integra in ecclesia beati Petri vigilandi et orandi. Qua accepta/ cū curius obsecraret ocū vt iam idq sui itineris effectus prosperaretur: ecce circa mediā noctem in ipso orationis feruore persistens/ vidit totam ecclesiā immensō lumine repleri. Deinde prospicit magnā reuerendorū virorum niueis vestib⁹ indutorum multitudinē/ ianuā ecclesie ingredientē: et decēti ordine binos et binos ad altare sancti Petri tendētem. Cūq nimio terrore perterritus/ de loco i quo stabat/ se mouere non auderet/ ecce vidit duos ex eis de cetu illorum egressos ad se venientes. Ex quibus vnus dulciter salutans eum percontatur quis esset/ vnde/ et cur venisset: et cur ea hora ibi vigilaret. Episcopo vero ad singula respondēte/ totiusq itineris sui et orationis causam referente/ is qui aduenerat/ digitum protendens: In scrinio inquit illo quod cernis/ continentur libri quos queris. Tunc vero episcopus fiducia assumpta: Obsecro (inqt) mi domine/ vt mihi seruo tuo pandere digneris: quenam sit illa quam cerno/ tam preclara virorum processio. Priori⁹ ille respondens: Duo inquit illi quos precedentes/ seq inuicem manu inserta vides cōplectētes/ beati apostoli sunt/ Petrus et Paulus. Reliqui vero quos post eos cernis stātes/ ipsi sunt successores eorum/ huius apostolice sedis pontifices. Et eodem ordine quo eos in episcopatu sunt secuti/ etiam nunc eos sequuntur. Et sicut hanc ecclesiā in vita sua dilexerunt/ ita et nunc post obitū diligunt: et frequenter eam inuisere veniūt. Tūc episcopus: Oro inquit mi domine/ vt dicas mihi: quisnam tu ipse sis. Ille respondit. Ego sum Gregorius: pro cuius libris tanti itineris laborem sustinuisti. Ideoq nūc veni: vt tue satisfacerem petitioni. Tunc episcopus inquit Obsecro domine mi (si licet) mihi dicas quisnā illorū est beatus pater Augustinus: cuius libros non minus q̄ tuos dilexi. Respondit. Beatū Augustinū virum excellentissimū (de quo queris) altior a nobis continet locus. Hec dixit: statimq cum socio qui secum venerat/ ad cetum aliorum rediit. Postea videte episcopo: oēs simul ad altare beati Petri reuerēter submissis capitibus inclinantes/ eodem quo venerant ordine/ ianua ecclesie repetierunt/ et cum lumine quod prius viderat recesserūt. Mane autem facto/ prefatus episcopus dn̄o pape cuncta que viderat retulit. Sicq acceptos et descriptos libros Moraliū in Hispaniā reportauit. Hancq visionem eis deinceps prenotari et prescribi instituit.

Taio nem.

Reuerendissimus dn̄s Dominicus episcopus Brixien. summi pontificis Sixti vicarius hanc prefationem Moralibus beati Gregorij pape inseruit.

Sanctus Job exemplar patientie/ librū edidit/ in quo dei prouidētiam magna ex parte nobis aperit: et quorūdam hominū falsas de iudicijs dei opiniones refellit: qui plerūq penas et huius mundi molestias atq incōmoda/ et econtra corporis et externa bona/ in causas referūt eis prorsus incognitas: cum tamen propheta dicat. Judicia dei abyssus multa. Et iterum de eisdem. Existimabam vt cognoscerē: hoc labor est ante me: donec intrem in sanctuarium dei: et intelligā in nouissimis eorum. Scripsit autē metro: cuius mēsura in trāslatione seruari nō potuit. Multa nāq sūt versuū genera quibus prisci vtebant/ nobis incognita: ceu illud Deuteronomij cāticū: Audite celi que loquar: metro currit. et hoc similiter carmen ab eo loco: Pereat dies in qua nat⁹ sum/ vsq ad calcē fere opis hexametrū est. Ex quo liquet nō poetas modo gentilium/ sed vates quoq nostros numerosis versib⁹ vsos: et eorū fuisse inuentores. Siquidē Moyses qui cecinit carmen illud: Cantemus dn̄o/ gloriose enim honorificatus est: et quod supra memoratū est/ eos omnes precessit/ quos greci vetustissimos putāt: Homerū scilicet et Hesiodū/ et ipsum Troianum bellū: et longe superior fuit Museo/ Orpheo/ Mercurio/ et Apolline/ quemadmodum Eusebius cesariensis clare supputauit. Non magnū autē temporis decursum inter hos duos/ scilicet Job et Moysen autumant: qui recte coniectari existimantur ab Esau Job descendisse: et ipsummet historiā suam texuisse. Describit etiā hic propheta resurrectionē futuram omnibus alijs clarius/ dicens: Scio q̄ redēptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circūdabor pelle mea: et in carne mea videbo deum saluatorē meū: quē ego ipse non alius visurus sum. Diabolum etiā super omnes filios superbie regem/ sub figuris behemoth et leuiathan. i. elephantis et piscis magni siue serpentis marini/ mirandis conditionibus: et multa alia: que legentibus eruditionem egregiam/ et delectationem afferūt. Hunc beatus Gregorius declarandum suscepit: commentariaq in eum edidit/ et plurimū iuxta sensum tropologicum: in triginta et quinq libros distincta/ tanta eloquētia/ tanta copia/ tanta sententiarū grauitate/ vt qui sacris litteris delectātur/ nihil fere habeant/ in quo magis possint/ que ad mores et beate viuēdum spectant/ contemplari: et idcirco Moralia appellata sunt. Eorū si auctorem spectes: non solū magne doctrine/ sed et auctoritatis tibi erunt: quippe qui inter precipuos enumeratur ecclesie doctores. Si vero eiusdem auctoris sanctitatē et religionem contemplatus fueris/ tunc pietatis speculum/ frugalitatis exemplar/ penitentie normā/ beate viuendi regulam/ et omnis virtutis ornamenta reperies. Hec cōmentaria/ quia magni admodum erant voluminis: non facile haberi etiam a cupientibus poterant. Placuit autē clementissimo deo his nostris temporibus nouam artē docere homines/ vt per impressionē characterum facillima esset scriptio librorū: adeo vt a tribus hominibus solum tres mensibus laborantibus per impressionem formata sint horum Moralium trecēta volumina: ad que fors eorum vita haud quaq sufficeret: si digitis et calamo aut penna scribenda forēt. Hac ipsa arte cum multa opera hominū generi vtilia/ in ōnis facta/ debic philosophorū/ poetarum/ oratorum/ historicorū/ grammaticorum/ et iurisconsultorū formata sint: tum etiā nuper hec Moralia Gregorij pontificis maximi et sanctissimi: ad que habenda et legenda litterarum studiosos/ q̄ maxime possum exhortor: et si quid i me est auctoritatis: etiā admoneo/ ne tanta dei beneficētia abutantur: tantiq sacrarum scripturarum explanationē paruifaciant/ tam etiam negligant disciplinā: que in hoc codice possunt paruo precio comparari.

Sanctissimi celeberrimique ecclesie doctoris Gregorij pape ad Leandrum episcopum in expositionem libri beati Job epistola feliciter incipit.

Reverendissimo atque sanctissimo fratri suo Leandro coepiscopo Gregorius servus servorum dei. Dudum te frater beatissime in Constantinopolitana urbe cognoscens: cum me illic sedis apostolice responsa constringerent: et te illuc iniuncta pro causis fidei regis Wisigothorum legatio perduxisset/ omne in tuis auribus quod mihi de me displicebat/ exposui: quoniam diu longeque conversionis gratiam distuli: et postquam celesti sum desiderio afflatus/ secularem habitum contegere melius putavi. Aperiebatur enim iam mihi de eternitatis amore quod quererem: sed inolita me consuetudo devinxerat/ ne exteriorem cultum mutarem. Cumque adhuc me cogeret animus presenti mundo quasi specietenus deservire/ ceperunt multa contra me ex eiusdem mundi cura succrescere: ut in eo iam non specie/ sed (quod est gravius) mente retinerer. Que tandem cuncta sollicite fugiens/ portum monasterij petij: et relictis que mundi sunt (ut frustra tunc credidi) ex huius mundi naufragio nudus evasi. Quia enim plerumque navem incaute religatam/ etiam de sinu tutissimo littoris unda excutit/ cum tempestas excrescit: repente me sub pretextu ecclesiastici ordinis/ in causarum secularium pelago reperi: et quietem monasterij (quia habendo non fortiter tenui) quam stricte tenenda fuerit/ perdendo cognovi. Nam cum mihi ad percipiendum sacri altaris ministerium/ obedientie virtus opponitur: hoc sub ecclesie colore susceptum est: quod si inulte liceat/ iterum fugiendo deflectatur. Post que nolenti mihi atque renitenti (cum grave esset altaris ministerium) etiam pondus est cure pastoralis iniunctum. Quod tanto nunc durius tolero: quanto me ei imparem esse sentiens/ in nulla fiducie consolatione respiro. Quia enim mundi iam tempora/ malis crebrescentibus/ termino appropinquante turbata sunt: ipsi nos qui internis mysterijs deservire credimur/ curis exterioribus implicamur: sicut eo quoque tempore quo ad ministerium altaris accessi: hoc de me ignorante me actum est/ ut sacri ordinis pondus acciperem: quatenus in terreno palatio licentius excubarem. Ubi me scilicet multi ex monasterio fratres mei germana vincti charitate secuti sunt. Quod divina factum dispensatione conspicio/ ut eorum semper exemplo/ ad orationis placidum littus quasi anchore fune restringerer: cum causarum secularium incessabili impulsu fluctuarem. Ad illorum quippe consortium velut ad tutissimi portus sinum/ terreni actus volumina fluctusque fugiebam: et licet illud me ministerium ex monasterio abstractum/ a pristine quietis vita mucrone sue occupationis extinxerat: inter eos tamen per studiosse lectionis alloquium quotidiane me aspiratio compunctionis animabat. Tunc eisdem fratribus etiam cogentibus te placuit (sicut ipse meministi) ut librum beati Job exponere importuna me petitione compellerent: et prout veritas vires infunderet/ eis mysteria tante profunditatis aperirem. Qui hoc quoque mihi in onere sue petitionis addiderunt: ut non solum verba historie per allegoriarum sensus excuterem: sed allegoriarum sensus protinus in exercitium moralitatis inclinarem: adhuc aliud gravius adiungentes/ ut intellecta quoque testimonijs cingerem: et prolata testimonia si implicita fortasse viderentur: interpositione superadditе expositionis enodarem. Ca. ij.

Mox vero ut in obscuro hoc opere atque ante nos hactenus indiscusso/ ad tanta me pertrahi et talia agnovi: solo auditus pondere victus (fateor) lassatusque succubui. Sed repente inter formidinem devotionemque deprehensus/ cum in largitorem munerum oculos mentis attollerem/ cunctatione postposita/ illud illico certus attendi: quia impossibile esse non poterat/ quod de fraternis mihi cordibus charitas imperabat. Fore quippe idoneum me ad ista desperavi: sed ipsa mea desperatione robustior/ ad illum spem protinus erexi/ per quem aperta est lingua mutorum/ qui linguas infantium facit disertas: qui immensos brutosque asine ruditus/ per sensatos humani colloquij distinxit modos. Quid igitur mirum/ si intellectum stulto homini prebeat/ qui veritatem

Sap. x. d.
Lu. xxij. e.

suam (cum voluerit) etiam per ora iumentorum narrat. Huius ergo robore considerationis accinctus/ ariditatem meam ad indagandum fontem tante profunditatis excitavi. Et quibus eorum quibus exponere compellebar/ longe me vita transcenderet/ iniuriosum tamen esse non credidi/ si fluenta usibus hominum plumbi fistula ministraret. Unde mox eisdem coram positus fratribus priora libri sub oculis dixi: et quia tempus paulo vacantius reperi/ posteriora tractando dictavi. Cumque mihi spatia largiora suppeterent: multa augens/ pauca subtrahens/ atque ita ut inventa sunt nonnulla derelinquens/ ea que me loquente excepta sub oculis fuerant/ per libros emendando composui: quia et cum postrema dictarem/ quo stilo priora dixeram/ sollicite attendi. Egi ergo ut et ea que locutus sum/ studiose emendatione transcurrens/ quasi ad similitudinem dictatus erigerem/ et ea que dictaveram non longe a colloquentis sermone discreparent: quatenus dum hoc reditur/ illud attrahitur/ edita modo dissimili res non dissimilis formaretur: Quis tertiam huius operis partem ut colloquendo protuli/ pene ita dereliqui: quia cum me fratres ad alia pertrahunt/ hanc subtilius emendari noluerunt. Quibus nimirum multa iubentibus dum parere modo per expositionis ministerium/ modo per contemplationis ascensum/ modo per moralitatis instrumentum volui: opus hoc per triginta et quinque volumina extensum in sex codicibus expleui. Unde et in eo sepe quasi postponere ordinem expositionis invenior: et paulo diutius contemplationis latitudini ac moralitatis insudo. Sed tamen quisquis de deo loquitur/ curet necesse est/ ut quicquid audientium mores instruit/ rimetur: et hunc rectum loquendi ordinem deputet/ si cum opportunitas edificationis exigit/ ab eo se quod loqui ceperat/ utiliter derivet. Sacri enim tractator eloquij morem fluminis debet imitari. Fluvius quippe dum per alveum defluit/ si valles concavas ex latere contingit/ in eas protinus sui impetus cursum divertit: cumque illas sufficienter impleverit/ repente se in alveum refundit. Sic nimirum sic divini verbi esse tractator debet: ut cum de qualibet re disserit: si fortasse iuxtapositam occasionem congrue edificationis invenerit: quasi ad vicinam vallem lingue undas intorqueat: et cum subiecte instructionis campum sufficienter infuderit/ ad sermonis propositi alveum recurrat. Capitulum iij.

Similitudo pulchra.

Sciendum vero est quod quedam historica expositione transcurrimus: et per allegoriam quedam typica investigatione perscrutamur: quedam per sola allegorice moralitatis instrumenta discutimus: nonnulla autem per cuncta simul sollicitius exquirentes tripliciter indagamus. Nam primum quidem fundamenta historie ponimus: deinde per significationem typicam/ in arcem fidei fabricam mentis erigimus: ad extremum quoque per moralitatis gratiam quasi superducto edificium colore vestimus. Vel certe quid veritatis dicta/ nisi reficientis mentis alimenta credenda sunt? Que modis alternantibus multipliciter disserendo/ ferculum offerimus: ut invitati lectoris quasi convive nostri fastidium repellamus: qui dum sibi multa oblata considerat/ quod elegantius decernit assumat. Aliquando vero exponere aperta historie verba negligimus: ne tardius ad obscura veniamus. Aliquando autem intelligi iuxta litteram nequeunt: quia superficietenus accepta nequaquam instructionem legentibus/ sed errorem gignunt. Ecce etenim dicit: Sub quo curvantur/ qui portant orbem. Et de tanto viro quis nesciat quod nequaquam vanas poetarum fabulas sequitur: ut mundi molem subvehi gigantes sudore suspicetur. qui rursum percussionibus dicit: Elegit suspendium anima mea: et mortem ossa mea. Et quis rectum sapiens/ credat virum tanti preconij (quem videlicet constat ab eterno iudice premia pro patientie virtute recipere) decrevisse inter verbera suspendio vitam finire? Aliquando etiam ne fortasse intelligi iuxta litteram debeant/ ipsa se verba littere impugnant. Ait namque: Pereat dies in qua natus sum: et nox in qua dictum est/ conceptus est homo. et paulopost subiecit: Occupet eam caligo: et involuatur amaritudine. Atque in eiusdem noctis maledictione subiungit: Sit nox illa solitaria. Qui nimirum nativitatis dies ipso impulsu temporis evolutus: stare non poterat. Ca. iiij.

Job. ix.
Job. vij.
Job. iij.

Quo igitur pacto hunc involui caligine optabat/ qui elapsus iam erat: et tamen si in natura rerum subsisteret/ sentire amaritudinem nequaquam posset? Constat ergo quod nullo modo de die insensibili dicitur: qui sensu percuti amaritudinis optatur. Et si

cõceptionis noctẽ reliquis noctib⁹ coniuncta discesserat/ quo pacto hanc fieri solitariam exoptat? Que vt a lapsu tẽporis figi nõ potuit/ita etiã nec a reliquarũ noctiũ cõiunctione separari. Qui rursum dicit. [Job.vij.] Usq; quo nõ parcis mihi/nec dimittis me vt glutiã saliuã meã? et tamen paulo superi⁹ dixerat: [Job.vi.] Que prius tãgere nolebat anima mea/nũc p angustia cibi mei sunt. Quis autẽ nesciat saliuã facilius posse glutiri q̃ cibũ? Qui itaq; se sumere cibũ denũciat/incredibile est valde quo ordine glutere posse saliuã negat. Atq; iterũ dicit: [Job.vij.] Peccaui. qd faciã tibi o custos hoim? vel certe: Cõsumere me vis pctis adolescẽtie mee? Et tamẽ alia responsiõe subiũgit: [Job.xxvij.] Nec eni reprehẽdit me cor meũ in oi vita mea. Quo ergo pacto a corde suo minime in omni vita reprehenditur/q peccasse se publica voce testatur? Nec eni simul vnq̃ cõueniũt culpa operis/et irreprehẽsibilitas cordis. Sed nimirũ verba littere dũ collata sibi cõuenire nequeũt/aliud in se aliquid qd querratur ostendunt: ac si quibusdã vocibus dicãt. Dũ nostra nos cõspicitis supficie destrui: hoc in nobis querite qd ordinatũ sibiq; congruens apud nos valeat intus inueniri. Aliquãdo autẽ qui vba accipere historice iuxta litterã negligit/oblatũ sibi veritatis lumen abscõdit. Cũq; laboriose inuenire i eis aliud intrinsecus appetit/ hoc qd foris sine difficultate assequi poterat/ amittit. Sanctus nãq; vir dicit: [Job.xxxj.] Si negaui quod volebant pauperibus: et oculos vidue expectare feci: si comedi buccellã meam solus/et nõ comedit pupillus ex ea: si despexi pretereuntẽ/eo q non habuerit indumentum: et absq; operimẽto pauperem: si non benedixerint mihi latera eius: et de velleribus ouium mearũ calefactus est. Que videlicet si ad allegorie sensum violenter inflectimus/cuncta eius misericordie facta vacuamus. Diuin⁹ eteni sermo sicut mysterijs prudẽtes exercet: sic plerũq; superficie simplices refouet. Habet in publico vnde paruulos nutriat: seruat in secreto vnde mẽtes sublimiũ in admiratione suspẽdat. Quasi quidã quippe est fluuius (vt ita dixerim) planus et altus: in quo et agnus ambulet/et elephas natet. Ut ergo vniuscuiusq; loci opportunitas postulat/ita se per studium expositionis ordo immutat: quatenus tãto verius sensum diuine locutionis inueniat/quãto vt res queq; exegerit/se per causarũ species alternat. Quã videlicet expositionẽ recensendã tue beatitudini (nõ quia velut dignã debui/sed quia te petẽte memini promisisse) transmisi. In qua quicqd tua sanctitas tepidum incultũq; repererit/ tanto mihi celerius indulgeat/quanto hoc me egrum dicere nõ ignorat. Nam dũ molestia corpus atteritur/afflicta mẽte etiã dicẽdi studia languescũt. Multa quippe annorũ iam curricula deuoluũtur/quod crebris viscerum dolorib⁹ crucior: horis momẽtisq; oibus fracta stomachi virtute lassesco: lentis quidẽ/sed tamẽ cõtinuis febrib⁹ anhelo. Inter que dũ sollicitus penso quia (scriptura teste.) [Heb.xij.] Omnis filius qui a deo recipitur/flagellatur: quo malis presentibus durius deprimor/eo de eternis certius presumptione respiro. Et fortasse hoc diuine puidẽtie cõsiliũ fuit/ vt percussum Job percussus exponerẽ: et flagellati mentem melius per flagella sentirem. Capitulum. v.

Sed tamen recte considerantibus liquet quia aduersitate nõ modica/laboris mei studijs in hoc molestia corporalis obsistit: qd carnis virtus cũ locutionis ministeriũ exhibere vix sufficit/mens digne nõ potest intimare qd sentit. Quid nãq; est officiũ corporis nisi organum cordis? Et quãlibet peritus sit cantandi artifex/explere artẽ non valet/nisi ad hãc sibi ministeria exteriora concordẽt: qz nimirũ canticum qd docta manus imperat/quassata organa proprie nõ resultant: nec artem flatus exprimit/si scissa rimis fistula stridet. Quãto itaq; grauius expositionis mee qualitas premitur/in qua dicẽdi gratiã sic fractura organi dissipat/ vt hãc peritie ars nulla cõponat? Queso autẽ vt huius operis dicta percurrẽs/ in his verborum folia nõ requiras: qz per sacra eloquia ab eorũ tractatorib⁹ infructuose loquacitatis leuitas studiose cõpescitur/ dũ in tẽplo dei nemus plantari prohibetur. Et cũcti pculdubio scimus q quotiens in folijs male lete segetis culmi proficiunt/minori plenitudine spicarũ grana turgescũt. Unde et ipsam artẽ loquendi quã magisteria disciplinę exterioris insinuãt/seruare despexi. Nã sicut huius quoq; epistole tenor enunciat/non metacismi collisionẽ fugio: nõ barbarismi confusionẽ deuito/situs motusq; prepositionum casusq; seruare contẽno: qz indignũ vehementer existimo/vt verba celestis oraculi restringã sub regulis Donati. Neq; eni hec ab vllis interpretibus in scripture sacre auctoritate seruata sunt. Ex qua nimirũ qz nostra expositio oritur/dignũ pfecto est/vt quasi edita soboles speciẽ sue matris imitetur. Nouã vero translationẽ dissero: sed vt comprobationis causa exigit/nunc nouã/nũc veterẽ per testimonia assumo: vt qz sedes apostolica (cui auctore deo presideo) vtraq; vtitur: mei quoq; labor studij ex vtraq; fulciatur. Finis epistole.

Incipit prefatio sancti Gregorij pape in expositionem beati Job.

S. De qua stirpe vel quo tẽpore fuerit Job. Capm. i.

Inter multos sepe q̃ritur qs libri beati Job scriptor habeat. Et alij quidẽ Moysen: alij vnũ quẽlibet ex pphetis scriptorẽ huius operis fuisse suspicant. Quia eni in libro geneseos [Genes. xxxvj. Pal. Bo: lach.] Jobab de stirpe Esau descẽdisse/et Bale filio Beor i regnũ successisse describitur: hũc beatũ Job lõge ante Moysi tẽpora extitisse crediderunt: more profecto sacri eloquij nescientes: quia in superioribus suis partibus solet breuiter longe post secutura perstringere/cũ studet ad alia subtilius enucleanda properare. Unde et illic Jobab priusq; reges i israel existerẽt/fuisse memoratur. Nequaq; ergo extitisse ante legẽ cognoscitur/qui israeliticorũ iudicũ tẽpore fuisse signatur. Quod dũ quidã minus caute considerant/Moysen gestorum illius quasi longe ante positi scriptorem putant: vt videlicet is qui potuit ad eruditionẽ nostram legis precepta edere: ipse credatur etiã ex gentilis viri historia/ virtutis ad nos exẽpla mãdasse. Nõnulli vero (vt dictũ est) scriptorẽ huius operis vnũ quẽlibet ex prophetis arbitrantur: asserentes q nullus tam mystica dei verba cognoscere potuit/nisi cuius mentẽ prophetie sp̃us ad superna sublevauit. Sed quis hec scripserit/valde superuacue queritur: cũ tamen auctor libri sp̃us sanctus fideliter credatur. Ipse igitur hec scripsit: qui hec scribenda dictauit. Ipse scripsit: qui et illius operis inspirator extitit: et p scribẽtis vocem imitanda ad nos eius facta trãsmisit. Si magni cuiusdã viri susceptis epistolis legeremus verba: et q̃ quo calamo fuissent scripta quereremus/ridiculũ profecto esset/ si nõ epistolarũ auctorẽ scire/sensumq; cognoscere: sed q̃li calamo earũ verba impressa fuerint/indagare studeremus. Cũ ergo rem cognoscimus: eiusq; rei spiritũ sanctũ auctorẽ tenemus: quia scriptorẽ querimus: quid aliud agimus/nisi legẽtes litteras/de calamo pscrutamur? Capitulũ. ij.

Arbitrari tamen verius possumus q idẽ beatus Job qui certamina spiritualis pugne sustinuit: etiam consummate sue victorie gesta narrauit. Nec mouere debet quod i eodẽ libro dicitur: dixit Job: vel hec atq; illa pertulit Job. Moris eni scripture sacre est: vt ipsi qui scribunt/sic de se in illa quasi de alijs loquãtur. Hinc est eni quod Moyses ait: [Nu.xij.] Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Hinc Joannes dicit: [Joã.xix.] Hic est discipulus ille quẽ diligebat Jesus. Hinc Lucas ait: [Lu.xxiiij.] q ambularent duo ex discipulis in via: Cleophas et alius. Quẽ profecto aliũ dum tam studiose tacuit: vt (quidã dicũt) quid nisi seipsum fuisse mõstrauit? Scriptores igitur sacri eloquij: qui impulsu sancti spiritus agitantur: sic de se in illo testimoniũ quasi de alijs proferũt. Spiritus ergo sanctus per Moysen locutus est de Moyse: spiritus sanctus per Joannem locutus est de Joanne. Paulus quoq; quia non ex seipso loqueretur/insinuat dicẽs. [ij.cor.xiij.] An experimẽtum queritis eius qui in me loquit Christus? Hinc est q angelus qui Moysi apparuisse describitur: modo angelus: modo dñs memoratur. angelus videlicet propter hoc q exterius loquẽdo seruiebat: dñs autẽ dicitur: quia interius presidens loquẽdi efficaciam ministrabat. Cum ergo loquens ab interiori regitur: et per obsequium angelus: et per inspirationẽ dñs nominatur.

Hinc Dauid ait: Attendite popule me⁹ legem meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Non enĩ lex Dauid/ aut populus Dauid erat: sed personã eius ex quo loquebatur assumens: ipsius auctoritate loquitur: cuius inspiratione replebatur. Hoc quotidie fieri i ecclesia cernim⁹/ si vigilanter intuemur. Nã stans in medio populi lector clamat. Ego sum deus Abrahã/ deus Isaac/ ⁊ deus Iacob. Et q̃ ipse deus sit/ vere profecto nõ dicit: nec tamen per hoc qđ dicit/ veritatis regulã deserit: qꝛ cuius ministeriũ lectiõe exhibet/ ei⁹ dominiũ voce prętẽdit. Itaq̃ scriptores sacri eloquij/ quia repleti spiritu sancto sup se trahũtur: quasi extra semetipsos fiunt: et sic de se sententias quasi de alijs proferunt. Unde et beat⁹ Iob sancto spiritu afflatus/ potuit sua gesta (que erant videlicet superne aspirationis dona) quasi non sua scribere: quia ea alterius erant que loquebat: quo homo loquebatur que dei sunt: et eo alter que erant illius loquebatur/ quo spiritus sanctus loquebatur que hominis sunt.

Ps. lxxvij.

Exo. iij.

¶ S. Qꝫ ad confutandã impudentiã populi christiani Iob homo gentilis introducitur. Capitulum. iij.

Sed iam debemus ista postponere: et ad considerãda sacre historie gesta properare. Omnis homo eo ipso quo homo est: suum intelligere debet auctorẽ: cuius voluntati tanto magis seruiat/ quanto se de seipso nihil esse pensat. Ecce autẽ conditi deum considerare neglexĩmus/ adhibita sunt precepta. Preceptis quoq̃ obtemperare noluimus: adiungũtur exempla. ipsa quoq̃ imitari exempla declinauimus: que edidisse nobis positos sub lege cõspicimus. Quia enim de⁹ aperte quibusdã sub lege positis locutus est: quasi alienos nos ab eisdem preceptis aspicimus: quibus hec specialiter locutus non est. Unde ad confutandã impudentiam nostram/ gentilis homo ad exemplũ deducitur: vt quia obedire homo legi sub lege positus despicit: ei⁹ saltem comparatione euigilet/ qui sine lege legaliter viuit. Errãti igit homini data est lex: errãti vero etiã sub lege/ adducitur testimonium eorum qui extra legem sunt: vt qꝛ conditi/ conditionis nostre ordinem seruare noluimus/ preceptis admoneremur: et quia preceptis obedire cõtẽpsimus/ exemplis cõfunderemur: nec (vt dictum est) eorum exemplis quos lex astringeret/ sed quos lex a peccato nulla cohiberet. Circũscripsit nos diuina prouidentia: circuiuit excusationẽ nostrã: vndiq̃ conclusus est aditus tergiuersationis humane. Homo gẽtilis/ homo sine lege/ ad medium adducitur: vt eorum qui sub lege sunt/ prauitas confundatur. Quod bene per prophetam ebreuiter dicitur: Erubesce sydon ait mare. In sydone quippe figuratur stabilitas in lege positorũ: in mari autem vita gẽtiliũ. Erubesce ergo sydon ait mare: qꝛ ex vita gentiliũ redarguitur vita sub lege positorũ: atq̃ ex actione seculariũ confunditur vita religiosorũ: dum illi etiam promittẽdo non seruant/ que in preceptis audiunt: ⁊ isti viuẽdo ea custodiunt/ in quib⁹ nequaq̃ mandatis legalibus astringuntur. Capitulum. iiij.

Esa. xxiij.

Qua vero auctoritate liber iste sit preditus/ ipsa sacrarũ paginarũ soliditas attestatur: vbi per prophetã Ezechielem dicitur q̃ tres solũmodo viri liberentur/ Noe scilicet/ Daniel/ et Iob. Nec immerito inter hebreorũ vitas/ in auctoritatis reuerẽtiam vita iusti gentilis adducitur: quia redẽptor noster sicut ad redemptionẽ iudeorũ et gẽtilium venit: ita vtrorũq̃ vocibus prophetari voluit: vt per vtrũq̃ populũ diceretur/ qui pro vtroq̃ populo quandoq̃ pateret. Uir itaq̃ iste summis virtutib⁹ fultus/ sibi notus erat et deo: qui si nõ flagellaretur/ a nobis nullatenus agnosceret. Uirtus quippe etiã p quietẽ se exercuit: sed virtutis opinio cõmota per flagella fragrauit. et qui quietus i seipso qđ erat continuit/ cõmotus ad notitiã omniũ odorẽ sue fortitudinis aspersit. Sicut enĩ vnguẽta nisi cõmota/ redolere latius nesciunt: et sicut aromata fragrantiã suã non nisi cũ incenduntur expandũt: ita sancti viri omne qđ virtutibus redolent/ in tribulationib⁹ innotescit. Unde et recte in euangelio dicit. Si habueritis fidẽ tanq̃ granũ sinapis: dicetis huic mõti/ trãsi hinc/ ⁊ transibit. Granũ quippe sinapis nisi conteratur/ nequaq̃ vis virtutis ei⁹ agnoscitur: nã non cõtritum lene est: si vero conteratur/ inardescit: et quod in se acerrimũ latebat/ ostendit. Sic vnusquisq̃ vir sanctus cũ non pulsatur/ despicabilis ac lenis aspicitur: si quis vero illum tritura psecutionis opprimat: mox omne qđ calidum sapit/ ostendit: atq̃ in feruorem virtutis vertitur/ quicquid in illo ante despicabile infirmũq̃ videbat: quodq̃ in se tranquillitatis tempore libens operuerat/ exagitatus tribulationibus coactus innotescit. Unde bene per prophetam dicitur: In die mandauit dñs misericordiã suam: et in nocte declarauit. Misericordia enim dñi in die mandatur: quia in tranquillo tempore cognoscendo percipitur: in nocte vero declaratur: quia donum qđ in trãquillitate sumitur/ in tribulationibus manifestatur.

Ezechiel. xiiij.

Mat. xvij.

Ps. xli.

¶ S. Quantis virtutibus Iob claruerit. Capitulũ. v.

Sed subtilius perscrutãdum est cur tot flagellis pulsit: qui tantã virtutũ custodiã sine reprehensione seruauit. Humilitatẽ quippe habuit: quia et ipse testat: Si contempsi iudiciũ subire cũ seruo meo et ancilla mea: cum disceptarent aduersum me. Hospitalitatẽ exhibuit: sicut ait. Foris non mansit peregrinus: ostiũ meũ viatori patuit. Disciplinę vigorẽ tenuit: vt ipse indicat dicens. Principes cessabant loqui: ⁊ digitum supponebãt ori suo. Mãsuetudinẽ in vigore custodiuit: sicut ipse fatetur dicẽs. Cumq̃ sederem quasi rex circũstante exercitu: eram tamen merẽtium consolator. Elemosynarũ largitatẽ amplexatus est: vt insinuat dicens. Si comedi buccellã meam solus: et pupillus nõ comedit ex ea. Cum igitur omniũ mandata virtutũ perficeret: vnũ ei deerat/ vt etiam flagellatus agere gratias sciret. Notum erat quia seruire deo inter dona nouerat: sed dignũ fuit vt districtio seueritatis inquireret vtrum deuotus deo et inter flagella permaneret. Pena quippe interrogat/ si quietus quis veraciter amat. Quẽ hostis quidẽ vt deficeret petiuit: sed vt proficeret accepit. Fieri enim dñs benigne permisit/ qđ diabolus inique postulauit. Nam cum idcirco illũ expetisset hostis vt cõsumeret: tentando egit vt eius merita augeret. Scriptũ quippe est: In oĩb⁹ his nõ peccauit Iob labijs suis. Et quidem quedã verba responsionũ illius imperitis lectorib⁹ aspera resonant: quia sanctorũ dicta pie intelligere (sicut dicitur) ignorant: et quia animũ dolentis et iusti in semetipsis assumere nesciunt/ ideo doloris verba bene interpretari non possunt. Mentem quippe patientis bene pensare nouit condescensio passionis. Credunt ergo beatum Iob in suis sermonibus deliquisse/ minus caute intuentes: qꝛ si beati Iob responsa redarguũt/ falsam etiã de eo dñi sententiã fuisse testãtur. Diabolo nãq̃ a dño dicitur: Considerasti seruũ meum Iob q̃ non sit ei similis super terrã: vir simplex ⁊ rectus ac timẽs deũ/ ⁊ recedẽs a malo? Cui a diabolo mox respondetur: Nũquid gratis Iob colit deũ? Nõne tu vallasti eũ: cunctãq̃ substantiã eius? Sed mitte manũ tuã/ ⁊ tange eũ: si nõ in faciẽ benedixerit tibi. Hostis itaq̃ in beato Iob vires suas exercuit: sed tamen contra deum certamen assumpsit. Inter deum namq̃ ⁊ diabolum beatus Iob in medio materia certaminis fuit. Capitulum. vj.

Job. xxxj.

Job. xxix.

Ibidem.

Job. xxxj.

Job. j.

Ibidem.

Quisquis ergo sanctũ virum inter flagella positũ in dictis suis peccasse asserit/ quid aliud q̃ deum qui pro illo proposuerat/ excessisse reprehẽdit? Ipse quippe in se tentari causam suscipere voluit: qui eũ et ante flagella pretulit/ et preferens tentari per flagella permisit. Si ergo excessisse Iob dicitur: laudatorẽ illi⁹ succubuisse perhibetur: quis cum nullaten⁹ deliquisse etiã dona testantur. Quis enim nesciat q̃ culpis non premia/ sed pene debeantur? Qui ergo duplicia recipere que amiserat meruit/ ex remuneratione edocuit: quia nequaq̃ vitium/ sed virtus fuit omne quod dixit. Assertioni quoq̃ huic adhuc adiungitur/ q̃ ipse pro amicis delinquentibus intercedit. In grauibus namq̃ peccatis quis positus/ dum suis premitur/ aliena nõ diluit. Mundus ergo ostenditur esse de se: qui emundationem potuit obtinere pro alijs. Si vero hoc quibusdã displicet/ q̃ bona sua ipse narrauit: sciendũ est quia inter tot rerum damna/ inter tot corporis vulnera/ inter tot pignorum funera/ amicis ad consolationẽ venientibus/ et ad increpationẽ prorũpentibus: de vita sua desperare cogebatur: et quẽ tot detrimenta afflixerãt/ contumeliosa insuper increpantiũ verba feriebant. Hi nãq̃ qui ad cõsolandũ venerãt: dũ quasi iniustitie eius exprobrabãt/ desperare eũ de semetipso funditus compellebãt. Qꝫ ergo

bona sua ad mentē reuocat: non se per iactātiam eleuat/ sed quasi collapsum inter verba et vulnera ad spem animum reformat. Quali enī desperationis stimulo † mens percutitur: cū superne ire tribulationibus premit/ et foris linguarū opprobrijs urgetur. Beat⁹ igit Job tot dolorū iaculatione cōfossus: nō labefactari per opprobria timuit: sed statū se fiducie ex anteacta vita cōfirmādo renocauit. Nequaq̄ ergo in iactantie vitiū cecidit: q̄ contra internū desperationis impulsum/ p exteriora precogitationū suorū verba pugnauit: vt dū bona que fecerat diceret: nequaq̄ de bono qd̄ perficerat † desperaret.

tal. tcio.

tal. querat.

¶ S. Qd̄ cunctas tentationum machinas contra Job sathan erexit. Capitulum. vij.

SEd iam nunc ipsum ordinem tētationis eius exequamur. Inimicus seuiēs/ † sancti viri validissimū pectus debellare contēdens: cūctas contra eū tentationū machinas erexit. abstulit substantiā/ interfecit filios/ percussit corpus/ instigauit vxorē/ amicos ad consolationē adduxit: sed in asperitatē increpationis excitauit. aliū quoq̄ amicū durius increpantē in extrema et acriori inuectiōe seruauit: vt saltē crebri⁹ feriendo cor attingeret/ qd̄ nouo vulnere semp iteraret. Quis enim in seculo potētē vidit/ damnis substātie eū moueri credidit: quē non cōcussum ex filiorū morte pulsauit. Videns autē q̄ ad augmentū diuine laudis etiā ex vulnere creuit orbitatis/ petijt feriēdā salutē corporis. Intuēs etiā quia per dolorē corporis peruenire nequiuerit ad passionē mentis: instigauit vxorē. Ciuitatē quippe quā expugnare appetijt/ nimis munitā vidit: et idcirco exterius tot plagas inferens/ quasi foris exercitum admouit: animum vero vxoris in verbis male persuasionis accendēs/ quasi intus ciuium corda corrupit. Ex bellis enim exterioribus discimus/ quid de interioribus sentiamus. Inimicus nāq̄ seuiens/ et vrbē exercitibus circūfusis vallans: si eius munimina inuicta conspexerit/ ad alia se pugnandi argumenta cōuertit: vt intus etiā quorūdam ciuiū corda corrūpat: quatenus cum extrinsecus impugnatores admouerit: internos quoq̄ habeat adiutores: atq̄ increscēte belli foris certamine/ de quorū intus fide confiditur: eorū perfidia vrbs destituta capiatur. Itaq̄ exterius quasi ariete cōstituto/ murū ciuitatis illius tot ictibus percussit/ quot vicibus aduersa nūciauit. Intus autē quasi ciuiū corda corrupit/ dū fortia huius vrbis munimina persuasione destruere coniugis studuit. Foris itaq̄ admouit impetum belli: intus venena consilij: vt tāto citius vrbē caperet/ quāto eam interius exterius turbaret. Capitulū. viij.

QUis autē nonnunq̄ plus conturbant verba q̄ vulnera: amicorū se (vt dictum est) linguis armauit. Qui quidē quia seniores erant: de eorū verbis minus fortasse doleri poterat. Heliu iunior subrogatur: vt sancti pectus tāto acriori vulnere percuteret/ quāto cōtra illud leui⁹ brachij validiorat † excitaret. Ecce ad feriendū inuictissimū robur inimic⁹ seuiens/ quot tētationū iacula inuenit: ecce quot obsidionū machinamenta circūposuit: ecce quot percussionū tela trāsmisit: sed in his omnibus mansit mens imperterrita/ stetit ciuitas inconcussa. Student hostes cū cōtra faciē veniūt: alios ex occulto transmittere: qui eo licentius pugnantis latus feriant/ quo is qui pugnat/ intentius venientes hostes contra faciem spectat.

tal. vilioris.

¶ S. Quāta fuerit patientia Job/ † de diuersis percussionum generibus.

¶ Igitur Job in huius certaminis bello deprehēsus/ suscepit dāna quasi hostes contra faciē: sustinuit verba consolātium quasi hostes ex latere: sed in his circūacto grauitatis sue clypeo/ vbiq̄ munit⁹ astitit: vndiq̄ venientibus gladijs vigilanter obuiauit. amissam substantiā tacite despicit. carnē in filijs mortuā equanimiter dolet. in se carnē percussam patiēter tolerat. carnē in cōiuge male suadentē sapienter docet. Sup hec amici in asperā correptionē prosiliūt: et pro sedādo dolore venientes/ vim doloris adiungunt. Oīa ergo machinamēta tentationū sancto viro vertūtur in augmēta virtutū. Per vulnera quippe probatur eius patientia: p verba vero exercetur eius sapiētia. Vbiq̄ fortiter occurrit: q̄ et flagella robore: et verba ratione superauit. Amici vero eius q̄ ad consolationē quidē venīūt/ sed vsq̄ ad verba increpationis

excedunt/ ignorātia magis credendi sunt q̄ malitia deliquisse. Neq̄ enim tantū virū amicos iniquos habuisse credēdum est: sed dum discernere causam flagellorū nequeunt/ in culpam dilabuntur. Capitulum. ix.

PErcussionū quippe diuersa sunt genera. Alia nāq̄ est pcussio qua peccator pcutitur/ vt sine retractatione puniat. alia qua peccator pcutitur vt corrigatur. alia qua nōnunq̄ quisq̄ pcutitur: non vt preterita corrigat/ sed ne ventura pmittat: alia qua plerūq̄ pcutitur: per quā nec preterita culpa corrigitur/ nec futura phibetur: sed dū inopinata salus percussionē sequitur/ saluātis virtus cognita ardentius ametur: cūq̄ innocens flagello atteritur/ et p patientiā meritorū summa cumulet. Aliquādo enī peccator pcutit: vt absq̄ retractatione puniat: sicut periture iudee dicitur: Plaga inimici pcussi te/ castigatione crudeli. Et rursum: Quid clamas ad me sup contritiōe tua? Insanabilis est dolor tuus. Aliquando percutit peccator vt corrigatur: sicut cuidā in euāgelio dicitur: Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deterius aliquid tibi cōtingat. Verba enī saluantis indicant: q̄ peccata precedētia habiti vim doloris exigebant. Aliquādo quisq̄ non pro preterita culpa diluenda: sed pro futura vitanda pcutitur. qd̄ aperte Paulus de semetipso testatur/ dicens: Ne magnitudo reuelationū extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee/ angelus sathane/ qui me colaphizet. Qui enī nō ait: q̄ extulit: sed ne extollat: aperte indicat q̄ pcussione illa ne eueniat cōpescitur: non autē que euenit culpa purgatur. Nōnunq̄ vero quisq̄ nec pro preterita nec pro futura iniquitate pcutit: sed vt sola diuine virtutis potētia ex amputata pcussione monstretur. Vn̄ cū dn̄o in euāgelio de ceco nato diceret: Quis peccauit hic: aut parētes ei⁹: vt cecus nasceretur? respōdit dn̄s dicens. Neq̄ hic peccauit/ neq̄ parentes eius: sed vt manifestētur opera dei. In qua manifestatione quid agitur: nisi vt ex flagello et meritorū virt⁹ augeat: et cū nulla pterita iniquitas tergitur/ magna de patientia fortitudo generetur? Unde beatus idē Job prefertur prius voce iudicis: et post manui cōmittitur tentatoris. quē post flagella deus dū remunerās familiarius alloquit/ aperte quātū de verbere creuerit/ indicatur. Amici ergo beati Job/ dū percussionū genera distinguere nesciūt/ pcussum pro culpa crediderunt: et dū deū iustū in pcussione sua conātur asserere/ beatū Job cōpulsi sunt de iniustitia reprobare: nescientes videlz ideo flagellatū/ vt p flagello ei⁹/ diuine glorie laus cresceret: nō autē vt p flagella petā q̄ nunq̄ cōmiserat/ emēdaret. Unde et ad veniā cit⁹ redeūt: q̄ ignorantia poti⁹ q̄ malitia peccauerūt. Quorū superbiā diuina iustitia eo vehementer humiliat/ quo neq̄ illos ad suā gratiā/ nisi per eū quē despexerāt reformat. Valde quippe elata mēs retundit: si ibi sup quē se exaltauit/ supponat.

Hier. xxx.

Ibidem.

Joan. v.

ij. Cor. xij.

Joan. ix.

¶ S. Qd̄ sci q̄si stelle noctē vite pñtis illuminat. Ca. x.

SEd libet inter hec mira diuine dispensationis opera cernere: quomodo ad illuminādā noctē vite presentis/ astra queq̄ suis vicib⁹ in celi faciē veniāt: quousq̄ in fine noctis redēptor humani generis quasi verus lucifer surgat. Nocturnū nāq̄ spatiū dū decedentiū succedentiūq̄ stellarū cursio⁹ illustrat/ magno celi decore pingitur. Ut ergo noctis nostre tenebras suo tēpore editus/ vicissimq̄ pmutatus stellarū radius tāgeret/ ad ostendendā innocentiā venit Abel. Ad docēdā actionis mūditiā venit Enoch. Ad insinuādā longanimitatē spei et operis venit Noe. Ad manifestandā obedientiā venit Abraā. Ad demōstrandā cōiugalis vite castimoniā venit Isaac. Ad insinuandā laboris tolerātiā venit Jacob. Ad repēdendā p malo bone retributiōis gratiā venit Joseph. Ad ostēdendā mā suetudinē venit Moyses. Ad informādā pira aduersa fiduciā/ venit Josue. Ad ostēdendam inter flagella patientiā venit Job. Ecce q̄ fulgentes stellas in celo cernimus/ vt inoffenso pede opis/ iter nře noctis ambulemus. Nam cognitioni hoīm diuina dispensatio quot iustos exhibuit: quasi tot astra sup peccātium tenebras celū misit: quousq̄ verus lucifer surgeret: qui eternū nobis mane nūcians/ stellis ceteris clarius ex diuinitate radiaret. Quem electi oēs dū bene viuēdo precurūt: et rebus et vocibus prophetando promiserunt. Nullus etenim iustus fuit: qui non eius p figurā nuncius extiterit. Dignū quippe erat vt in semet-

ipsa bonū oēs ostēderet/de quo et oēs boni essent/ꝛ qd̄ prodesse oībus scirent. Unde et sine cessatione promitti debuit/qd̄ et sine estimatione dabat pcipi:et sine fine retineri/vt simul oia secula diceret/qd̄ in redēptione cōi seculoꝝ finis exhiberet. Un et necesse fuit vt etiā beatꝰ Job/ q̄ tanta incarnationis eiꝰ mysteria ptulit/eū quē voce diceret/ex cōuersatione signaret: ꝛ p ea que ptulit/ que passurus esset ostēderet: tantoq; verius passionis illius sacramēta predicaret/quāto hec nō loquēdo tm̄modo/sed etiā patiendo prophetaret. Capitulū.xj.

Ed qꝛ redēptor noster vnā se psonā cū sācta ecclesia quā assumpsit exhibuit(de ipō eni dicit: Qui est caput oim nostrum. et de ecclesia eius scriptū est: Corpus Christi/qd̄ est ecclesia.) quisquis eū in semetipso significat:modo hūc ex capite:modo ex corpore designat: vt nō solū vocē capitis/sed etiā corporis teneat. Unde et Esaias pphet a eiusdē dn̄i verba exprimens ait. Quasi spōso posuit mihi mitrā: ꝛ quasi spōsam ornauit me ornamēto. Quia igitur ipse in capite spōsus: ipse est in corpore sponsa:necesse vt cū nonnunq; aliquid de capite dicitur/sensim ac subito etiā ad vocē corporis deriuetur:et rursum cum de corpore aliquid dicitur/repente ad vocem capitis ascendatur. Capitulum.xij.

[margin: Ephe.j. Col.j. Ephe.v. Esa.lxj.]

Eatus ergo Job venturi cū suo corpore typū redēptoris insinuat: vxor vero eiꝰ q̄ eū ad maledicendū puocat/vitā carnaliū designat: qui intra sanctā ecclesiā incorrectis moribꝰ positi/ quo p fidē bonis iuxta sunt/eo p vitā durius premūt:qꝛ dū quasi fideles vitari nō possunt/a fidelibꝰ tāto deterius/quāto et interius tolerātur. Amici vero eius q̄ dū consulunt inuehūtur:hereticorū figurā exprimūt: q̄ sub specie consulēdi/agūt negocium seducēdi. Unde ꝛ ad beatū Job quasi p dn̄o loquūtur/sed tamē a dn̄o nō approbātur: qꝛ videlȝ oēs heretici dū deū defendere nitūtur/offendūt. Unde eis aperte et ab eodē sancto viro dicit. Disputare cū deo cupio:prius vos ostēdens fabricatores mēdacij/ et cultores puersorū dogmatū. Constat ergo eos hereticorū typum errādo gerere: quos sanctus vir redarguit cultui peruersorum dogmatum deseruire.

[margin: Job.xlij.]

¶ S. Q̄ ex ipso nomine Job vel amicorū eius vite meritum vel actio designatur.

¶ Ois vero hereticus in eo q̄ deū defendere nitit/veritati illiꝰ aduersat:psalmista attestāte/q ait. Ut destruas inimicū ꝛ defensorē. Inimicus quippe ꝛ defensor est:qui deū quē predicat/moribꝰ impugnat. Nā qꝛ beatꝰ Job venturi redēptoris specie teneat:etiā noīe demonstrat. Job quippe interptat dolēs. Quo nimirū dolore/vel mediatoris passio/vel sancte ecclīe labor exprimit: q̄ multiplici psentis vite fatigatiōe cruciat. Amici quoq; eiꝰ ex vocabulo noīs/meritū sue indicāt actiōis. Nā Eliphaz latina lingua dn̄i contēptus dicit. Et qd̄ aliud heretici faciūt/nisi q̄ dū falsa de deo sentiūt/eū superbiēdo contēnūt: Baldath interptatur vetustas sola. Bene autē oēs heretici in his q̄ de deo loquūtur:dū nō intētione recta/sed appetitiōe tpalis glorie videri p̄dicatores appetūt/ vetustas sola noiantur. Ad loquendū quippe nō zelo noui boīs:sed vite veteris prauitate concitantur. Sophar quoq; latino sermone dicit dissipatio specule/vel speculatorē dissipās. Mētes nāq; fideliū ad cōtēplāda superna se erigūt:sed dū hereticoꝝ verba puertere recta cōtēplātes appetūt/speculā dissipare conatur. Capitulū.xiij.

[margin: Ps.viij.]

N tribus itaq; amicoꝝ Job noībus tres hereticorū meritū pditionis casus exprimunt. Nisi eni deū contēnerēt/nequaq; de eo puersa sentirēt:et nisi vetustatis prauis verba ei atē loquēdo p̄berēt/ in noue vite intelligētia nō errarēt:ꝛ nisi in se speculatione bonoꝝ destruerēt:nequaq; eos superna iudicia tā districto examine/ p verboꝝ suoꝝ culpa reprobarēt. Contēnēdo igit deū in vetustate se retinēt:sed in vetustate retinēdo/prauis suis sermonibꝰ speculationi rectorū nocēt.

¶ S. Q̄ hereticorū sacrificia deo accepta esse non possunt/nisi catholicis manibus offerantur.

¶ Quia vero nōnunq; heretici diuine gr̄e largitate perfusi/ad vnitatē sancte eccl̄ie redeūt:bene hoc ipsa amicorū recōciliatione signat. pro quibus tamē beatus Job exorare precipitur:qꝛ hereticorū sacrificia accepta deo esse nequeūt/nisi p eis vniuersalis ecclesie manibus offerantur: vt eius meritis remedium salutis inueniāt/quā verborū iaculis impugnādo feriebāt. Unde et septē pro eis sacrificia memoratur oblata: qꝛ dū septiformis gr̄e spiritū cōfitentes accipiūt/q̄si septē oblatiōibus expiātur. Hinc est qd̄ in Joānis apocalypsi p septē ecclesiarū numerū vniuersalis ecclesia designatur. Hinc p Salomonē de sapiētia dicit. Sapiētia edificauit sibi domū:excidit colūnas septē. Ipso ergo sacrificioꝝ numero recōciliati heretici:qd̄ priꝰ fuerit exprimūt: qui pfectioni septiformis gr̄e non nisi redeūdo iūgūtur. Bene autē tauros pro se et arietes obtulisse describūtur. In tauro quippe ceruix superbie:in ariete autē ducatus gregū sequētiū designat. Quid est ergo p eis tauros arietesq; mactarent: nisi eorū ducatū superbū interficere: vt de se humilia sentiātes post se corda innocentiū nō seducāt? Ceruicem nāq; tumētē ab eccl̄ie vnitate resilierāt:ꝛ infirmos post se populos quasi sequētes greges trahebāt. Ueniant igit ad beatū Job .i.reuertātur ad ecclesiā:et septenario sacrificio tauros ꝛ arietes mactādos offerāt: qꝛ vt vniuersali ecclesie coniūgātur: humilitate interueniēte interficiāt quicqd̄ prius tumidū de superbo ducatu sapiebant.

[margin: Apoca.j. prouer.ix.]

¶ S. Q̄ heretici arrogātes argui debent/licet pro eis sacrificiū feruenter non possit offerri.

¶ Per helium autē q̄ recta quidē sensibus loquitur/sed ad stulta elationis verba deriuatur:psona vniuscuiusq; arrogātis exprimitur. Multi nāq; intra sanctā ecclesiā positi/recta que sapiūt/recte proferre contēnunt. Unde diuine increpationis verbis arguit:nec tamē pro illo sacrificiū offert: qꝛ si fidelis quidē est/sed tamē arrogās:p veritatē credulitatis intus est/sed p tumoris sui obstaculū acceptabilis nō est. Hūc ergo icrepatio redarguit/ sed sacrificiū nō reducit: qꝛ in ea quidē fide est i qua esse debuit: sed superna hūc iustitia increpās p superbiis repellit. Unde ꝛ bene helīu latino sermone dicit/deus meus iste:vel deus dn̄s meus. Arrogātes eni viri intra sanctā ecclesiā positi/quis deū eis alc viuēdo refugiāt/eū tn̄ veraciter credēdo cōfitētur. Quid est eni deꝰ meꝰ iste/nolle dicere/nisi eū cui credit/aptā professione mōstrare: Uel quid est dn̄m deū dicere:nisi hunc et deū per diuinitatē credere:et dominū ex incarnatione perhibere?

¶ S. Q̄ sicut Job in psenti duplicia/ita sancte ecclesie post huius vite pressuras due stole in vnitate iudeorū et gētiū ꝛ aie ꝛ corporis incorruptiōe reddētur. Ca.xiiij.

Ene autē post damna rerū/post funera pignorū/post cruciatus vulnerū/post certamina pugnasq; verborū/ duplici remuneratione sublevatur: qꝛ nimirū sancta ecclesia adhuc etiam in hac vita posita/pro laboribus quos sustinet/duplicia munera recipit:cū susceptis plene gētibus/ in fine mūdi Judeorū etiā ad se corda conuertit. Hinc enim scriptū est: Donec plenitudo gentiū introiret:et sic ois israel saluus fieret. Duplicia et postmodū recipiet: qꝛ finito labore psentis tēporis/nō solū ad animarū gaudiū/sed etiā ad beatitudinē corporū ascendit. Unde bene p prophetā dicit: In terra sua duplicia possidebūt. Sancti quippe in terra viuentiū duplicia possidēt: qꝛ nimirū beatitudine mentis simul et corporis gaudēt. Unde et Joānes in apocalypsi: qꝛ ante resurrectionē corporū clamantes sanctorū aias vidit:accepisse eas stolas singulas aspexit/dicēs. Et date sunt illis singule stole albe: et dictū est illis:vt requiescerent tempus adhuc modicū/donec impleretur numerus conseruoꝝ et fratrū eorū. Ante resurrectionē q̄ppe stolas singulas accepisse dicti sunt:quia sola adhuc mētis beatitudine perfruūtur. Binas ergo accepturi sunt: quando cū animarū perfecto gaudio/etiā incorruptione corporū vestientur. Recte autē afflictio quidē beati Job dicitur:sed quātitas tēporis in eiꝰ afflictiōe reticetur: qꝛ sancte ecclesie in hac vita tribulatio cernitur/sed quāto hic tēpore conterēda atq; differenda sit/ignorat. Unde et oie veritatis dicitur: Nō est vestrū nosse tēpora vel momenta:que pater posuit in sua potestate. Per hoc ergo q̄ beati Job passio dicitur: docemur quod experimēto nouimus. Per hoc vero q̄ quātitas tēporis i passione reticet/ docemur quid nescire debeamꝰ. ¶ In longum prefationis verba protrahimus: vt quasi totum breuiter perstringendo loqueremur. Sed qꝛ ad loquendi initiū dn̄o loquendo peruenimus/ debemus prius historie radicem figere/ vt valeamus mentē postmodū de allegoriarum fructu satiare.

[margin: Roma.xj. Esa.lxj. Apoca.vj. Act.j.]

A ¶ Incipit textus libri primi Job. Capitulum .j.

Vir erat in terra hus / noīe Job. Et erat vir ille simplex ꝛ rect⁹ ac timēs deū: et recedēs a malo. Natiq; sunt ei septē filij: ꝛ tres filie. Et fuit possessio ei⁹ septē milia ouiū: et tria milia camelorū: qngēta quoq; iuga boū: ꝛ quingēte asine: ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magn⁹ inter oēs orietales. Et ibāt filij eius: ꝛ faciebant cōuiuia p domos vnusquisq; in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas / vt comederēt et biberēt cum eis. Cūq; in orbē transissent dies conuiuij / mittebat ad eos Job ꝛ sanctificabat illos: consurgēsq; diluculo offerebat holocausta p singulos. Dicebat enī: Ne forte peccauerit filij mei / ꝛ benedixerint deo i cordib⁹ suis. Sic faciebat Job cūctis dieb⁹. Quadā autē die cū venissent filij dei, vt assisterent corā dn̄o / affuit inter eos etiā sathan. Cui dixit dn̄s: Unde venis? Qui respōdens ait: Circuiui terrā: ꝛ perambulaui eā. Dixitq; dn̄s ad eū: Nunquid considerasti seruum meū Job, q nō sit ei similis in terra: homo simplex ꝛ rectus, ac timēs deū / et recedēs a malo? Cui respōdēs sathan ait: Nunquid frustra Job timet deū? Nonne tu vallasti eū ac domū eius / vniuersamq; substantiā eius p circuitū? Operibus manuū eius benedixisti: et possessio eius creuit in terra. Sed extende paululū manum tuā: ꝛ tange cuncta que possidet: nisi in faciē benedixerit tibi. Dixit ergo dn̄s ad sathan: Ecce vniuersa que habet in manu tua sunt: tantum in eum ne extendas manū tuam. Egressusq; est sathan a facie dn̄i. Cū autē quadā die filij et filie eius comederēt ꝛ biberēt vinū in domo fratris sui primogeniti: nuncius venit ad Job: qui diceret: Boues arabāt ꝛ asine pascebant iuxta eos: ꝛ irruerunt sabei: tuleruntq; omnia: ꝛ pueros pcusserunt gladio: ꝛ euasi ego solus vt nunciarem tibi. Cūq; adhuc ille loqueretur / venit alter, et dixit: Ignis dei cecidit e celo: et tactas oues puerosq; cōsumpsit: ꝛ effugi ego solus vt nunciarē tibi. Sed et adhuc illo loquēte: venit alius ꝛ dixit. Chaldei fecerunt tres turmas ꝛ inuaserūt camelos, ꝛ tulerunt eos: necnō ꝛ pueros pcusserunt gladio: et ego fugi solus vt nunciarem tibi. Adhuc loquebat ille: et ecce alius intrauit ꝛ dixit: Filijs tuis et filiab⁹ vescētib⁹ et bibentibus vinū in domo fratris sui primogeniti: repente ventus vehemēs irruit a regione deserti: ꝛ pcussit quattuor angulos domus: que corruens oppressit liberos tuos / et mortui sunt: ꝛ effugi ego solus vt nūciarem tibi. Tunc surrexit Job, et scidit vestimēta sua: ꝛ tonso capite corruēs in terrā adorauit et dixit: Nudus egressus sum de vtero matris mee: ꝛ nudus reuertar illuc. Dn̄s dedit: dn̄s abstulit: sicut dn̄o placuit, ita factū est: sit nomē dn̄i benedictum. In omnibus his nō peccauit Job labijs suis: neq; stultum quid contra deum locutus est.

¶ Moralis Expositio sanctissimi patris Gregorij magni: Ecclesie doctoris celeberrimi: in beatum Job.

¶ Incipit liber Primus super primo capitulo textus. Capitulum primum.

¶ Summariū. Q res immensi preconij sit inter malos laudabiliter conuersari.

Vir erat in terra Hus / noīe Job.] Idcirco sanctus vir vbi habitauerit / dicit: vt eius meritū virtutis exprimatur. Hus nāq; quis nesciat q sit terra gētiliū? Gentilitas autem eo obligata vitijs extitit: quo cognitionē sui cōditoris ignorauit. Dicat itaq; vbi habitauerit: vt hoc eius laudib⁹ proficiat: q bon⁹ inter malos fuit. Neq; enī valde laudabile est bonū esse cū bonis / sed bonū esse cum malis. Sicut enim grauioris culpe est inter bonos bonum nō esse: ita immensi est preconij bonū etiā inter malos extitisse. Hinc est qđ idem beatus Job sibimet attestatur / dicēs: Frater fui draconū: ꝛ soci⁹ struthionū. Hinc Petrus magnis Loth laudibus extulit: qr bonū inter reprobos inuenit / dicēs: Et iustum Loth oppressum a nefandorū iniuria cōuersatiōe eripuit. Aspectu enim et auditu iust⁹ erat: habitās apud eos / q de die in diem animā iusti iniquis operibus cruciabant. Qui nimirū cruciari non posset, nisi praua propinquorū opera ꝛ audiret et cerneret. Et tamen aspectu ꝛ auditu iustus dicitur: quia iniquorū vita / non delectādo iusti aures atq; oculos / sed feriendo tangebat. Hinc Paulus discipulis dicit: In medio nationis praue ꝛ peruerse: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Hinc pgamū ecclesie dicit: Scio vbi habitas: vbi sedes est sathane: et tenes nomen meū / ꝛ nō negasti fidē meā. Hinc sancta eccl'ia sponsi voce laudatur: cū in amoris cātico dicit: Sicut liliū inter spinas: sic amica mea inter filias. Bene ergo beatus Job memorata terra gentili / inter iniquos vixisse describit: vt iuxta spōsi pconiū / inter spinas liliū creuisse monstret. Ubi recte mox subdit. [Simplex et rectus.]

¶ S. Q simplicitas sine virtute pro rectitudine habenda non sit. Capitulum .ij.

Nonnulli nāq; ita sunt simplices / vt rectum qđ sit ignorent, sed eo vere simplicitatis innocentiam deserunt: quo ad virtutē rectitudinis nō assurgunt: quia dum cauti esse per rectitudinē nesciunt: nequaq; innocētes persistere per simplicitatem possunt. Hinc est q paul⁹ discipulos admonet / dicēs. Volo vos sapientes esse in bono: simplices autē in malo. Hinc rursum dicit. Nolite pueri effici sensib⁹: sed malitia paruuli estote. Hinc per semetipsam veritas discipulis precipit / dicens. Estote prudētes sicut serpētes: ꝛ simplices sicut colūbe. Utraq; enim necessario in admonitione coniunxit: vt et simplicitatē columbe astutia serpentis instrueret: ꝛ rursum serpentis astutiā / colūbe simplicitas temperaret. Hinc est q sanctus spirit⁹ presentiā suā hominib⁹ nō in columba solūmodo: sed etiā in igne patefecit. Per columbā quippe simplicitas: per ignem vero zelus indicatur. In columba ergo ꝛ in igne sanctus spiritus ostenditur: quia quicūq; illo pleni sunt: sic mansuetudini simplicitatis inseruiūt: vt contra culpas delinquētium etiā zelo rectitudinis accendantur. Sequitur.

¶ S. Q bona malo admixta deo accepta eē nō possūt.

¶ Timens deum: et recedēs a malo.] Deum timere / est / nulla que faciēda sunt bona preterire. Unde p Salomonē dicit: Qui deū timet / nihil negligit. Sed quia nōnulli sic bona quedā faciūt: vt tamen a quibusdam malis minime suspendant: bene postq; timēs deū dicit / recedēs quoq; a malo phibet. Scriptū quippe est: Declina a malo / ꝛ fac bonū. Neq; enim bona deo accepta sunt: que ante ei⁹ ocu

Marginal notes: A; B; C; D; Job. xxx.; ij. Pet. ij.; E; Phil. ij.; Apo. ij.; Cāt. ij.; F; Ro. xvj.; j Corin. xiiij.; Mat. x.; Act. ij.; Eccl'e. vij.; Psalmo xxxvj.

[G] los malorũ admixtione maculant. Hinc nãq; p Salomo [Eccle. vij.] nẽ dicit: Qui in vno offenderit/multa bona perdet. Huic [Jaco. ij.] Jacobus attestat dicens: Quicũq; totã legẽ seruauerit: offendat aũt in vno: fact⁹ est reus oĩm. Hinc Paul⁹ ait: [j. Cor. v.] Modicũ fermentũ totã massam corrũpit. Capitm. iij.

BEatus igitur Job vt ostendat q̃ mũdus in bonis extitit: solerter indicatur q̃ alien⁹ a malis fuit. Mos vero esse narrantiũ solet: vt cum palestre certamẽ insinuãt, pri⁹ luctantiũ mẽbra describant/ q̃ latũ validũq; sit pect⁹/q̃ sanũ: q̃ pleni tumeãt lacerti: q̃ subter posit⁹ vẽter nec mole grauet: nec extenuatione debilitet: vt cũ pri⁹ aptos certamini art⁹ ostẽderint: tunc demũ magne fortitudinis ictus narrẽt. Qz ergo athleta noster otra diabolũ fuerat certaturus: q̃si ante arene spectaculũ/sacre scriptor historie/in athleta hoc spũales virtutes enumerãs/mẽti mẽbra describit/dicẽs. Erat vir ille simplex ⁊ rect⁹, ac timẽs deũ/⁊ recedẽs a malo. Vt dũ mẽbroꝝ positio magna cognoscit: et hac ipsa iã fortitudinis positiõe/subsequẽs etiã victoria pnoscatur. Sequit

¶ S. Qz pstãs iobi ĩ amissiõe substãtie ⁊ filioꝝ extiterit.

¶ Natiq; sunt ei septẽ filij/et tres filie. Sepe ad auaritiã cor parẽtis illicit fecunditas prolis. Eo enĩ ad ambitum ɔgregãde hereditatis accendit: quo multis heredibus fecundat. Ut ergo beati Job q̃ sancta mens fuerit/ ostendat: ⁊ iustus dicit: ⁊ multe plis pater fuisse phibet. Qui in libri huius exordio deuot⁹ sacrificijs offerendis asserit: promptus autem largitatibus etiam post a semet ipso memoratur. Pẽsemus ergo quãta fortitudine preditus extitit: quẽ ad hereditatis tenaciã/nec tot heredũ affectus inclinauit. Sequitur. Capitm. iiij.

[H] **E**T fuit possessio eius septẽ milia ouium/et tria milia camelorũ: quingẽta quoq; iuga boum/et quingente asine: ac familia multa nimis. Scimus qz eo maiorẽ dolorẽ mentẽ cõmouent damna maiora. Ut igit ostendat quãte virtutis extitit/multũ fuisse dicit qd patiẽter amisit. Nunq̃ quippe sine dolore amittitur/nisi qd sine amore possidetur. Itaq; dum substãtia magna describit: ⁊ tamẽ paulopost patiẽter amissa phibetur: quã sine dolore pdidit: cõstat quia sine amore possedit. Notãdũ quoq; est q pri⁹ cordis diuitie/et post opes corpis describunt. Solet etenĩ rerũ abũdantia tanto magis a diuino timore mentẽ soluere/quãto magis hãc exigit diuersa cogitare. Nam dũ per multa spargit: stare in intimis fixa phibet. Qd p semetipsam veritas/cũ parabolam seminãtis exponeret/indicauit dicẽs: Qui seminat⁹ [Mat. xiij. et Luce viij.] est in spinis/hic est qui verbũ dei audit: ⁊ sollicitudo isti⁹ seculi/⁊ fallacia diuitiarũ suffocãt vbũ: ⁊ sine fructu efficitur. Ecce beatus Job ⁊ multa possidere dicit: et paulopost diuinis sacrificijs instãter deseruire phibetur. Cõsideremus ergo cuius sanctitatis iste vir fuerit: qui ad tã sedula dei obsequia/et sic occupat⁹ vacauit. Necdũ pcepti vir⁹ emicuerat: que oĩa relinqui preciperet: sed tamẽ [J] beat⁹ Job eiusdẽ iam pceptionis vim in corde seruabat: qz nimirũ substãtiã suã mente reliquerat: quã sine delectatione possidebat. Eratq; vir ille magnus inter oẽs orientales. Orĩetales viros esse pdiuites quis ignorat? Magnus vero inter oriẽtales extitit: ac si aperti⁹ diceretur/qz ⁊ diuitibus ditior fuit. Et ibãt filij eius/et faciebant cõuiuia p domos: vnusquisq; in die suo: et mittẽtes vocabãt tres sorores suas/vt comederẽt ⁊ biberent cum eis. Solet inter fratres maior substãtia/discordie fieri grauioris causa. O inestimabilẽ paterne institutiõis laudẽ. Et pater diues dicit: ⁊ filij cõcordes asseruit. Et cũ diuidẽda inter eos substãtia aderat: corda tñ oĩm indiuisa charitas replebat. Cũq; in orbẽ trãsissent dies ɔuiuij: mittebat ad eos Job/⁊ sanctificabat illos: surgẽsq; diluculo offerebat holocausta p singulos. Cũ dicit mittebat ⁊ sanctificabat illos: apte demõstrat qd districtiõis erga illos p̃sens ageret: quibus absens sollicitudine nõ deesset.

¶ S. Qz conuiuia sine culpa celebrari non possunt: ⁊ pene epulas comitatur voluptas. Capitm. v.

SEd hoc nobis solerter est intuẽdum: q peractis diebus cõuiuij/purgatio per singulos adhibet holocausti. Uir qppe sanct⁹ nouerat qz celebrari conuiuia sine culpa vix possent. nouerat qz magna purgatione sacrificiorũ diluende sunt epule conuiuiorũ: ⁊ quicqd in semetipsis filij conuiuãtes inquinauerãt: pater sacrificiũ immolãdo tergebat. Nõnulla qppe sunt vitia que a ɔuiuijs aut separari vix possunt: aut certe nequaq̃ [K] possunt. Pene etenim semp epulas comitatur voluptas. Nam cũ corpus in refectionis delectatione resoluit: cor ad inane gaudium relaxatur. Unde scriptum est: Sedit [Exodi xxxij.] populus manducare ⁊ bibere: ⁊ surrexerunt ludere. Pene semp epulas loquacitas sequit. Cũq; venter reficit: lingua defrenatur. Unde recte diues apud iferos aquã appetere describitur/dicẽs: Pater Abraã miserere mei: [Luce xvj.] ⁊ mitte Lazarũ vt intingat extremũ digiti sui in aquam: et refrigeret linguã meã: qz crucior in hac flãma. Diues epulat⁹ quotidie dicit splendide: et post aquã petere in lingua memoratur. Qz enĩ (vt diximus) inter epulas valde defluere loquacitas solet: ex pena indicat culpã: cũ eũ quem epulatũ quotidie splendide veritas dixerat: in lingua pl⁹ ardere phibebat. Hi qui chordarũ harmoniã tẽperant: tanta hanc arte dispensant: vt plerũq; cũ vna tangitur/longe alia ac multis interiacentibus posita chorda quatiat: cuiusq; sono sonitũ reddit: illa que in eo cantu tẽperata est/alijs impulsis tremit. Sicut ergo scriptura sacra plerũq; de virtutib⁹/sic de vitijs agit: vt dũ loquẽdo aliud insinuat: aliud tacendo innotescat. Capitm. vj.

NJhil enĩ cõtra diuitem de loquacitate memoratur: sed dũ pena in lingua dicitur: que in cõuiuio inter alias grauior fuerit culpa mõstratur. Cũ vero septẽ p singulos dies fratres cõuiuia facere [L] describũtur: ⁊ peractis diebus cõuiuij Job septẽ sacrificia offerre perhibetur: aperte historia indicat/q beatus Job octauo die sacrificiũ offerẽs/mysteriũ resurrectionis colat. Dies nãq; qui nũc dñicus dicit/a morte redẽptoris est tertius: sed in ordine conditionis octauus/qui ⁊ prim⁹ in cõditione est. Sed qz reuolut⁹ septimũ sequit: octau⁹ recte numerat. Qui ergo octauo die offerre septẽ sacrificia dicit: plen⁹ septiformis gratie spiritu/p spe resurrectiõis dño deseruisse phibet. Unde ⁊ psalm⁹ p octauo scribit: in q̃ gaudiũ de resurrectiõe nũciat. Ca. vij.

SEd quia beati Job filij tãta fuerãt disciplina bone institutionis accincti: vt neq; per facta in conuiuijs/neq; per vba delinquerent: apte mõstratur cũ subditur. Dicebat enĩ: Ne forte peccauerint filij mei: ⁊ benedixerint deo in cordib⁹ suis. Perfectos quippe esse in opere et sermone docuerat: quibus de sola pater cogitatione metuebat.

¶ S. Qz de alterius cõsciẽtia nõ sit temere iudicandũ.

¶ Quia vero de alienis cordibus iudicare temere non debeamus: in sancti viri huius verbis agnoscimus: qui non ait: quia benedixerunt in cordibus suis: sed ne forte benedixerint deo in cordibus suis. Unde bene per Paulum dicitur: Nolite ante tempus iudicare/quousq; veniat dñs: qui illuminabit abscondita tenebrarum: et manifestabit consilia cordium. [j. Cor. iiij.] Capitm. viij.

[M] **Q**Uisquis enĩ in cogitatiõe a rectitudine exorbitat/in tenebris peccat. Nos ergo tãto min⁹ debem⁹ aliena corda audacter rephendere: quãto scim⁹ qz visu nr̃o non possum⁹ aliene cogitatiõis tenebras illustrare. Sed in hac re solerter intuendũ est/ quãta pater seueritate potuit filiorũ opa corrigere: qui tãta sollicitudine studuit corda mũdare. Quid ad hec rectores fideliũ dicũt: q discipuloꝝ suorũ et apta opera nesciunt: Quid in sua excusatione cogitant: qui in cõmissis sibi nec vulnera actionum curãt? Ut vero hui⁹ sancti viri operis etiam perseuerãtia demõstretur/recte subiungit. Sic faciebat Job cunctis diebus. Scriptũ quippe est: Qui pseuerauerit vsq; in finem/hic saluus erit. In sacri[Matth. x.]ficio igitur sancta actio: in cũctis aũtẽ dieb⁹ sacrificij/cõstantia sancte actionis ostendit. Hec breuiter historiã sequẽdo transcurrimus: nunc ordo expositionis exigit vt exordiũ repetẽtes/allegoriarũ iã secreta pãdam⁹. Ca. ix.

UJr erat in terra hus/noĩe Job. Hec per historiam facta credimus: sed per allegoriã iam qualiter sint impleta videam⁹. Job nãq; (vt dixim⁹) interpretatur dolens: Hus vero cõsiliator. Quẽ ergo aliũ beatus Job suo nomine exprimit: nisi eũ quem propheta loquit dicens: Dolores nostros ipse portauit? [Esa. liij.] Qui hus terram inhabitat: qz in corde populi cõsiliatoris regnat. Paulus quippe ait: Christum dei virtutem: [j. Cor. j.] et dei sapientiam. Atq; hec ipsa sapientia per Salomonẽ dicit: Ego sapiẽtia habito in cõsilio: et eruditis intersum [Prouer. viij.] cogitationibus. Hus ergo terram Job inhabitat: qz sa-

B

pietta que pro nobis passionis dolorē sustinuit: corda vi te consilijs dedita/sibimet habitationē fecit. Cap. x.

[E]Erat vir ille simplex et rectus.] In rectitudine iustitia: in simplicitate autem mansuetudo signatur. Plerūq; nos cum rectitudinem iustitie exequimur/mansuetudinem relinquimus: et cū mansuetudinem seruare cupimus/iustitie rectitudinē declinamus. Dns autē in carne veniens: simplicitatē cū rectitudine tenuit: qz nec i mansuetudine districtionē iustitie: nec rursum i districtionē iustitie virtutē mansuetudinis amisit. Unde cū quidā deducta adultera hūc tētare voluissent: vt in culpā aut imansuetudinis aut iniustitie laberetur: ad vtraq; respōdit/dicēs. Qui sine peccato est vestrū: primus i illā lapidē mittat. Dat simplicitatē mansuetudinis: Qui sine pctō est vestrū. Dat zelū iustitie: Primꝰ in illā lapidē mittat. Unde et ei pꝓpheta dicit: Intēde, psperē, pcede/et regna: propter veritatē et mansuetudinē et iustitiā. Veritatē quippe exequēs/mansuetudinē cū iustitia conseruauit: vt nec zelū rectitudinis in mansuetudinis pōdere amitteret: nec rursum pondus mansuetudinis zelo rectitudinis perturbaret. Sequitur. Capitulū. xi.

Joan. viij.

Ps. xliiij.

[A]C timens deum: et recedēs a malo.] Scriptū est de illo: Et repleuit eū spiritus timoris domini. Incarnatꝰ enim dominus in semetipso omne qd nobis imperauit/ostendit: vt qd precepto diceret/exemplo suaderet. Iuxta humanitatis ergo naturā redemptor noster deū timuit: qz vt superbū hoīem redimeret/mentē pro illo humilē sumpsit. Cuius bene p hoc q recedere a malo Job dicitur/et actio designatur. Ipse quippe recessit a malo: nō qd faciendo contigit: sed qd inueniēdo reprobauit: qz vetustā quā natus inuenit/humane cōuersationis vitā deseruit: et nouam quā secum detulit: sequacium moribus impressit.

Esa. xj.

¶ Qz septenariū numerū frequētissime sacra scriptura pro perfectione ponere consueuit.

B

¶ Nati q; sunt ei septem filij/et tres filie.] Quid in septenario numero/nisi summa pfectionis accipitur? Ut enim humane rōnis causas de septenario numero taceamus: que asserunt q idcirco perfectus sit: qz ex primo pari constat/et primo impari: ex primo qui diuidi potest/et primo qui diuidi nō potest: certissime scimꝰ q septenariū numerū scriptura sacra p pfectione ponere cōsueuit. Unde et septimo die dnm requieuisse ab operibꝰ asserit. Hinc est etiam q septimus dies in requiē hominibꝰ, i. in sabbatū datꝰ est. Hinc est q iubileus annus in quo plena requies exprimit: septē hebdomadibꝰ ꝯsummat: qui monade ad dita nostre adunationis impletur. Capitulū. xij.

Gen. ij.

[N]Ati sunt ergo ei septē filij] ad predicandū scz viriliter incedentes apostoli. Qui dum perfectionis precepta peragūt: quasi superioris sexus fortitudinē in cōuersatione tenuerūt. Hinc est enim q pfectione septiformis gratie spūs implēdi duodecim sunt electi. A septenario quippe numero/in duodenariū surgit. Nam septenariꝰ suis in se partibꝰ multiplicatus/ad duodenariū tendit. Siue enī quattuor p tria/siue p quattuor tria ducant: septē i duodecim vertunt. Unde et sancti apli quia sanctā trinitatē in quattuor mundi partibꝰ predicare mittebant/duodecim sunt electi: vt etiā numero perfectionē ostenderent: quā vita et voce predicarent.

C

[Nate sunt et ei tres filie.] Quid i filiabꝰ nisi infirmiores fidelium plebes accipimus: fidē sancte trinitatis tenētes? Que etsi ad pfectionē operis nequaq; forti virtute pmanent: fidem tamē trinitatis cognitā constanter tenēt. In septē ergo filijs ordo pdicantiū: in tribꝰ vero filiabꝰ multitudo auditorū signat. Possunt etiā per tres filias/tres ordines fidelium designari. Post filios quippe filie nominātur: quia post aplōz cōspectam fortitudinē tres distinctiones fidelium in ecclesie cōuersatione secute sunt: pastorum videlz/et cōtinentium/atq; coniugatorū. Capitulū. xiij.

[U]Nde et Ezechiel propheta tres liberatos viros audisse se asserit: Noe scilicet/Danielem/et Job. Quid enim per Noe qui arcam in vndis rexit/nisi prepositorum ordo designatur: qui dū ad formā vite populis presunt: sanctā ecclesiam in tētationū fluctibus regunt. Quid p Danielē cuius mira abstinentia describitur/nisi cōtinentium vita figuratur? qui dum cūcta q mundi sunt/deserūt/despecte babylonie alta mente dñantur. Quid per Job/nisi bonorū coniugatorū vita

Tres fidelium distinctiōes q significantur p Noe Danielē et Job

signat? Qui de rebus mūdi quas possidēt: dū pia opa faciunt: quasi per terre viam ad celestem patriā tendūt. Qz igitur post sanctos aplōs tres iste fidelium distinctiōes secute sunt: recte post filios tres filie nate memorātur. Sequitur. [Et fuit possessio eius septē milia ouiū et tria milia camelorū.] Quia fideles auditores ex varia cōuersatione collecti sūt: qd priꝰ vniuersaliter memoratis filijs et filiabꝰ dicitur: hoc distincte postmodū appellatiōe animaliū subinfert. Quid enī aliud in septē milibꝰ ouiū/nisi perfectā quorūdā innocentiā exprimit: que ad perceptionem gratie ex legis pascuis veniet? Quid vero in tribꝰ milibus camelorum: nisi ad plenitudinem fidei veniēs tota gentilium vitiositas designatur? Capitulū. xiiij.

D

[I]N scriptura autem sacra aliquando cameli nomine ipse dominus/aliquādo autem populus gentilis exprimitur. Cameli enim nomine dominus designatur: sicut ab eodem dño iudeis aduersantibus dicitur: Liquātes culicē: camelum aūt glutiētes. Culex enī susurrādo vulnerat: camelus autē spōte se ad suscipiēda onera iclinat. Liquauerūt ergo iudei culicē: quia seditiosum dimitti latronē petierunt. Camelū vero glutierunt: qz eū q ad suscipiēda nostre mortalitatis onera sponte descenderat/extinguere clamando conati sunt. Rursus cameli noīe gentilitas designat. Unde et rebecca ad Isaac veniēs/dorso cameli deducit: qz ad Christū ex gentilitate ecclīa pꝑperans: in tortis vitiosisq; vite veteris conuersationibꝰ inuenit. Que viso Isaac descēdit: qz dño cognito/vitia sua gentilitas deseruit: et ab elatiōe celsitudinis/ima humilitatis petiuit. Que et verecundate pallio velatur: qz corā illo ex anteacta vita confundit. Unde et per aplm eisdem gentibꝰ dicit: Quē ergo fructū habuistis tunc in illis in quibus nūc erubescitis? Quia igitur per oues/hebreos a pascuis legis ad fidem venientes accipimus: nihil obstat vt per camelos/tortos moribus/atq; onustos idolorū cultibus gentilium populos sentiamus. Quia enim ex semetipsis sibi inuenerūt deos quos colerent/quasi a semetipsis eis onus in dorso excreuerat/quod portarent. Capitulū. xv.

Matthei xxiij.

Gen. xxiiij.

Ro. vj.

E

[P]Otest etiam per camelos (quia cōmune est animal) samaritanorū vita signari. Cameli nāq; ruminant/sed nequaq; vngulam findunt. Samaritani quoq; quasi ruminēt: quia ex parte legis verba recipiunt/et quasi vngulam non findunt: quia eam ꝓ parte contēnunt: qui et graue onus in dorso mentis tolerāt: quia in omne quod faciūt/sine spe eternitatis elaborant. Fidem quippe resurrectionis nesciunt. Et quid esse grauius atq; onustius potest/q̄ afflictionē seculi pretereuntis ppeti: et nequaq; ad releuationē mentis gaudia remunerationis sperare? Sed qz in carne dñs apparens/et hebreorū populos pfectionis gratia impleuit: et samaritanorū quosdā ad cognitionē fidei/mira opa ostēdendo perduxit: dicit recte de vmbra q veritatē exprimeret: q et septē milia ouium/et camelorū tria milia possideret. Sequitur. [Quingēta quoq; iuga boū: et qngēte asine.] Iā superiꝰ dictū est q in quinquagenario numero (qui septē hebdomadibus ac monade addita implet) requies designatur: denario autem numero summa pfectionis exprimit. Qz vero fidelibꝰ pfectio quietis pmittit: quasi quinquagenario decies ducto ad quingētesimū puenitur. Ca. xvj.

F

[I]N scriptura autem sacra boum nomine aliquādo hebetudo fatuorum: aliquādo bene operantium vita designatur. Quia enim bouis nomine stultorum vecordia figuratur: recte per Salomonem dicitur: Statimq; eam sequitur/quasi bos ductus ad victimā. Rursum: qz boū nomine vita vniuscuiusq; operātis exprimitur: legis pcepta testant/que p Moysen precepit, dicens: Nō alligabis os boui triturāti. Qd aperte rursus dicit: Dignus est operarius mercede sua. Asinorum quoq; noīe aliquādo stultorū pigritia: aliquādo immoderata petulantiū luxuria: aliqñ gētiliū simplicitas designatur. Stultorū pigritia/asinorū appellatiōe figuratur: sicut p Moysen dicitur: Nō iunges bouē et asinū. Ac si diceret. Fatuos sapiētibꝰ in predicatiōe nō socies: ne p eum qui implere rē nō valet/illi q preualet obsistas. Immoderata quoq; petulātiū luxuria/asinorū appellatione exprimit: vt pꝓpheta testatur qui ait. Quorū carnes sunt vt carnes asinorū. Asinorū rursus noīe/simplicitas gentilis ostendit. Unde hierusalē tendens dñs/asellū sedisse

Prouer. vij.

Deut. xxv

Luce. x.

Deut. xxij

Ezechiel. xxiij.

Matt. xxj.

G perhibet. Quid est enim sedendo asini hierlm venire: nisi gentium simplicia corda possidendo/eã ad visionẽ pacis regendo ꝛ presidendo pducere: Quod vno ꝛ facili testimonio ostenditur: quia ꝛ p boues iudee operarij/et per asinos gẽtiles populi designant: cum per prophetã dicitur: Cognouit bos possessorẽ suum: ꝛ asin⁹ presepe dñi sui. Quis enim bos/nisi iudaicus popul⁹ extitit: cui⁹ ceruicẽ iugũ legis attriuit: Et qs asin⁹/nisi gẽtilitas fuit: Quẽ quilibet seductor reperit quasi brutũ animal et nulla ratione renitẽtẽ/quo voluit errore substrauit. Bos ergo possessorem/ꝛ asinus dñi ꝑsepe cognouit: qꝛ et hebraic⁹ populus deum quem colebat, sed ignorabat/reperit: et gentilitas legis pabulũ quod non habebat accepit. Qd igitur superius nominatis ouib⁹ et camelis dicitur: hoc inferius in bobus ꝛ asinis replicatur. Habuit ergo ꝛ ante redemptoris aduentũ iudea boues: quia ad predicandũ misit operarios: quib⁹ voce veritatis dicit. Ue vobis hypocrite: qui circuitis mare ꝛ aridã: vt faciatis vnũ pselytũ: ꝛ cum fuerit factus/facitis eũ filium gehenne duplo q̃ vos. Quos graue iugũ legis presserat: qꝛ exteriora lr̃e mandata tolerabãt. Quib⁹ veritas in voce dicit: Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiã vos. Tollite iugum meũ sup vos: ꝛ discite a me: qꝛ mitis sum/ꝛ humilis corde. Qd ergo i euãgelio bene laborãtibus requies ꝑmittit: hoc est qd hic iuga boum quingẽta memorant. Quia qui redẽptoris dominio colla subijciunt: quo nisi ad requiem tendunt: Capl̃m.xvij.

Esaie.j. — Mat.xxiij — Matth.xj

H Asine ꝛ asine quingente perhibentur: quia vocate plebes gentilium/dum ad requiem venire desiderant: cũcta mũdatorum onera libenter portant. Unde bene q̃ hãc requiem populus gẽtilis appeteret/Jacob filios alloquẽs/ pphetica hoc studuit voce signare/dicẽs. Isachar asinus fortis/accubans inter terminos: vidit requiẽ q̃ esset bona/ꝛ terrã q̃ optima et supposuit humerũ ad portãdũ. Inter terminos nãq accubare/est ꝑstolato mũdi fine requiescere: nihilq de his que nunc in medio versant/querere: sed vltima desiderare. Fortisq asinus requiẽ ac terram optimã videt: cũ simplex gentilitas idcirco se ad robur boni operis erigit: qꝛ ad eterne vite patriã tendit. Qui ad portãdum onus humerũ supponit: qꝛ cõspecta supna requie/ꝑceptis etiã grauibus in operatione se subijcit: ꝛ quicqd intolerabile pusillanimitas asserit: hoc et leue ac facile spes remunerationis ostẽdit. Qꝛ ergo ad eternã requiẽ p electoꝝ parte iudea gẽtilitasq colligit: recte quingẽta iuga boũ/et quingente asine haberi perhibẽtur. Sequit. Capl̃m.xviij.

Gen.xlix.

A Et familia multa nimis. Quid est q̃ pri⁹ animalium multitudo describit: et familia in extremo memorat: nisi q̃ ad cognitionem fidei prius stulta mũdi collecta sunt: vt postea astuta ei⁹ etiã vocarent: Paulo attestãte/q̃ ait. Nõ multi sapiẽtes fm carnẽ: nõ multi potẽtes: nõ multi nobiles: sed q̃ stulta sũt mũdi/elegit deus/vt cõfundat sapientes. Ipsa nãq sancte ecclesie principia/litterarũ perhibentur ignara: vt videlicet cunctis predicatoribus suis redemptor ostenderet q̃ ad vitam credẽtes populos non sermo/sed causa suaderet. Sequitur. Capl̃m.xix.

j.Corin.j. — J

E Rat vir ille magnus inter oẽs orientales. Et redemptor noster oriẽs dicit: ppheta testante phibetur/qui ait. Et ecce vir oriẽs nomẽ eius. Oẽs ergo q̃ in hoc oriẽte fide cõsistũt: recte orientales vocant. Sed qꝛ oẽs hoĩes tm̃modo hoĩes sunt: ihe aũt de⁹ ꝛ homo: recte dicit. Erat magn⁹ iter oẽs oriẽtales. Ac si aperte diceret. Oẽs qui in fide deo nascunt/superat: qꝛ non vt ceteros adoptio/sed natura illũ diuinitatis exaltat: qui etsi in humanitate ceteris apparuit similis: diuinitate tamen mansit super omnia singularis.

Zacha.vj.

S.S. Quid p allegoricum sensum per conuiuiũ filiorum ꝛ vocationem filiarum intelligatur.

Et ibãt filij ei⁹: ꝛ faciebãt cõuiuia p domos. Filij faciũt cõuiuia p domos ibant: cũ pdicatores apli in diuersis mũdi regionib⁹ virtutũ epulas audientib⁹ quasi edẽtibus ministrabãt. Unde ꝛ eisdẽ filijs de esurientib⁹ plebibus dicit: Date illis vos mãducare. Et rursũ. Dimittere eos ieiunos nolo/ne deficiãt in via. i. in predicatione vestra verbũ consolationis accipiãt: ne a veritatis pabulo ieiuni remanẽtes: in huius vite labore succũbant. Hinc rursum eisdẽ filijs dicit: Operamini non cibũ qui perit: sed qui permanet in vitam eternam. Capl̃m.xx.

Mat.xiiij. — Marci viij. — Joan.vj.

K Ue conuiuia quomodo exhiberent adiungit: cũ ptin⁹ subinfert. Unusquisq in die suo. Si ignorantie obscuritas sine dubitatiõe nox cordis est: intellect⁹ non imerito dies vocat. Unde ꝛ p Paulũ dicit. Ali⁹ iudicat diẽ inter diẽ: ali⁹ iudicat oẽm diẽ. Ac si apte dicat: Ali⁹ quedã nõnullis intermissis itelligit: ali⁹ vero oĩa intellectu possibilia/ita vt sunt/videnda cognoscit. Unusquisq ergo filius i die suo cõuiuiũ exhibet: qꝛ sanct⁹ quisq pdicator iuxta mẽsurã illuminate itelligẽtie/mẽtes audientiũ epulis veritatis pascit. In die suo Paul⁹ fecerat cõuiuiũ/cũ dicebat. Beatiores erũt si sic pmãserint/ fm meũ cõsiliũ. De die suo vnũquẽq admonebat cogitare/cũ diceret. Unusquisq i suo sensu abũdet. Sequit. Et mittẽtes vocabãt tres sorores suas: vt comederent ꝛ biberẽt cũ eis. Sorores filij ad cõuiuiũ vocãt: qꝛ infirmis auditorib⁹ sancti apli refectiõis supne gaudia pdicant: cõtiq mẽtes/qꝛ a veritatis pabulo ieiunas aspiciunt: diuini eloquij epulis pascunt. Bene autem dicit Ut comederent ꝛ biberent cum eis. Capl̃m.xxj.

Roman. xiiij. — j.Cor.vij. — Roma. xiiij.

S Criptura enĩ sacra aliqñ nobis est cibus aliqñ pot⁹. Cib⁹ est in locis obscuriorib⁹: qꝛ q̃si exponẽdo frangit: ꝛ mãdendo glutit. Pot⁹ vero est in locis apriorib⁹: qꝛ ita sorbet sicut inuenit. Cibũ vidit ppheta scripturã sacrã: q̃ exponẽdo frãgeret/cũ diceret: Paruuli petierũt panẽ: ꝛ nõ erat q̃ frãgeret eis. id est infirmi quiq scripture sacre valẽtiores sentẽtias petierũt exponẽdo cõminui: sed q̃ exponere debeat/nõ valet inueniri. Potũ vidit scripturã sacrã ppheta/cũ diceret. Oẽs sitiẽtes venite ad aq̃s. Si pot⁹ apta mãdata nõ essent: p semetipsam veritas nõ clamaret. Si qs sitit/veniat ad me/ ꝛ bibat. Quasi cibũ ꝛ potũ vidit ppheta Iudee defuisse/ cũ diceret. Nobiles ei⁹ interierũt fame: et multitudo ei⁹ siti exaruit. Paucorũ quippe est/fortia ꝛ occulta cognoscere: multorũ vero historie apta sentire. Idcirco iudee nobiles nõ siti/sꝫ fame interijsse asserit: qꝛ hi q̃ pesse videbant/ dũ totos se exteriori intelligẽtie dederant: qd de internis discutiẽdo mãderẽt/nõ habebãt. Qꝛ vero sublimiorib⁹ ab intellectu interno cadẽtib⁹ paruuloꝝ intelligẽtia ꝛ i exteriorib⁹ exsiccat: recte illic adiungit: Multitudo ei⁹ siti exaruit. Ac si apte diceret: Dũ vulg⁹ studiũ vite sue deserit/ iã nec fluenta historie exquirit. Et tñ occulta sacri eloquij mãdata ꝛ apta se itellexisse testant: qui reprobãtis se iudei cõquerẽtes dicũt. Mãducauim⁹ ꝛ bibim⁹ corã te. Qd aperte exponẽdo subiungũt: In plateis nostris docuisti. Qꝛ ergo sacra eloquia in locis obscurioribus exponẽdo frãgunt: in locis vero apriorib⁹ ita vt inuẽta fuerint potant: dicat recte. Mittẽtes vocabãt tres sorores suas/vt comederẽt ꝛ biberent cũ eis. Ac si aperte diceret: Infirmos quosq blãde ad se pluralis deducebãt: qtenꝰ eoꝝ mẽtes et magne p contẽplatiõnẽ differẽtes pascerẽt/ꝛ paruua p historiã tradẽtes nutrirent. Sequit. Ca.xxij.

Threnoꝝ. iiij. — Esa.lv. — Joan.vij. — Esaie.v. — Luce.xiij.

M Umq in orbẽ trãsissent dies cõuiuij: mittebat ad eos Job: ꝛ sanctificabat illos. Consurgẽsq diluculo/offerebat holocausta p singulos. In orbẽ dies cõuiuij trãseũt: cũ pdicatiõis ministeria pagũtur. Peractisq cõuiuij holocaustũ Job p filijs obtulit: qꝛ p aplis de predicatiõe redeũtib⁹/ patrem xps redẽptor exorauit. Bene aũt mittẽdo sctificare dicit: qꝛ dũ spm̃ sctm̃ qui a se pcedit/discipuloꝝ cordib⁹ tribuit: quicqd culpe hãbere potuit/emundauit. Recteq ad offerenda holocausta diluculo surgere phibet: qꝛ p hoc q̃ p nobis itercessiõis sue petitionẽ obtulit: discussa erroris nocte/humane mẽtis tenebras illustrauit: ne quo peti cõtagio ex ipsa predicatiõis gratia mens in occulto polluat: ne sibi que agit/tribuat: ne sibi tribuẽdo que agebat/amittat.

S.S. Qꝛ maledicere deo sit de eius beneficio superbire. Capitulum.xxiij.

U Ide recte subiũgitur. Dicebat eni. Ne forte peccauerit filij mei/ꝛ bñdixerit deo i cordib⁹ suis. Deo quippe bñdicere. i. maledicere: est de ei⁹ munere sibi gloriã pbere. Unde recte sctis aplis post pdicationẽ dñs pedes lauit: vt videlicet apte mõstraret: qꝛ plerũq ꝛ i bono ope peti puluis cõtrahit: ꝛ inde inquinent vestigia loquẽtiũ: vnde audiẽtium corda mũdant. Nã sepe nõnulli dũ exhortatiõis vba faciũt/quãtũ tenuiter/sese intrinsecus: quia per eos gratia purgationis deriuat/extollũt. Cumq verbo aliena opera diluũt: quasi ex

A

bono itinere puluerẽ male cogitationis sumit. Quid ergo fuit post predicationẽ pedes discipulorum lauare: nisi post predicationis gl'iam/cogitationũ puluerẽ tergere: gressusq; cordis ab interna elatione mũdare? Nec obstat ab dimoda mediatoris scientia qd dicit: Ne forte peccauerint. Nã cũcta sciens/sed in semetipso ignorãtiã nostram suscipiens: atq; dũ suscipit docens: nõnũq; quasi ex nostra dubitatiõe loquit: sicut dicit: Filius hominis veniens/putas inueniet fidẽ sup terrã? Expletis ergo conuiuijs sacrificium pro filijs Job offerẽs dicebat: Ne forte peccauerint filij mei: et benedixerint deo in cordibus suis: qz redẽptor noster postq; predicatores suos a malis impugnãtibus diuiditetiã inter bona que egerant/et a tentationibus defendit.

Talloquutione sua. Lu. xviij.

¶ S. C. Qz omnibus diebus sacrificium deo pro nobis filius offerre non cessat. Capitulum xxiiij.

Sic faciebat Job cunctis diebus. Cunctis diebus Job sacrificiũ offerre nõ cessat: qz sine intermissione pro nobis holocaustũ redẽptor immolat/qui sine cessatione patri suam pro nobis incarnationẽ demõstrat. Ipsa quippe eius incarnatio nostre mũdationis oblatio est. Cumq; se hominem ostẽdit/delicta hominis interueniẽs diluit: et humanitatis sue mysterio perenne sacrificiũ immolat: qz et hec sunt eterna q mundat. Capitulum xxv.

B

Igitur quia in ipso expositionis exordio sic personam beati Job nũciare dixim9 dixim9: vt designari per illum caput et corpus .i. Christũ et ecclesiã diceremus: postq; caput nostrũ quomodo designatũ credat ostẽdim9: nũc corp9 ei9 (qd nos sum9) quomodo exprimat/indicem9: vt qz audiuim9 ex historia qd mirem9: cognouim9 ex capite qd credam9: cõsiderem9 nũc ex corpore qd viuẽdo teneam9. In nobismetipsis nãq; debem9 trãsformare qd legim9: vt cũ per auditũ se anim9 excitat: ad operandum qd audierat vita cõcurrat.

¶ S. C. Qz hi quos inhabitat cõsiliũ spirit9: in presentib9 dolent: et ad eterna suspirant. Capitulum xxvj.

Uir erat in terra Hus/noie Job. Si Job dolens/et Hus cõsiliator dicit: nõ immerito per vtrũq; noie elect9 quisq; figuratur: qz nimirũ cõsiliatorẽ animũ inhabitat: q dolẽs de presentib9 ad eterna festinat. Nã sunt nonnulli qui vitã suã negligũt: et dum trãsitoria appetũt: dum eterna vel nõ intelligũt: vel intellecta contẽnunt: nec dolorem sentiunt: nec habere cõsiliũ sciunt. Cumq; superna q amiserunt/nõ cõsiderãt: esse se (heu miseri) in bonis felices putãt. Nequaq; enim ad veritatis lucẽ (cui cõditi fuerãt) mẽtis oculos erigũt: nequaq; ad cõtẽplationẽ patrie eterne/desiderij acie tendunt: sed semetipsos in his ad q proiecti sunt/deserẽtes: vice patrie diligunt exiliũ qd patiunt: et in cecitate quã tolerãt/quasi in claritate luminis exultãt. At cõtra electorũ mẽtes dũ transitoria cuncta nulla esse cõspiciunt/ad que sunt cõdite exquirunt: cumq; eorũ satisfactione nihil extra deũ sufficit: ipsa inquisitionis exercitatione fatigata illorũ cogitatio: in conditoris sui spe et cõtemplatione requiescit: supernis interseri ciuib9 appetit: et vnusquisq; eorũ adhuc in mundo corpore posit9: mente tamẽ extra mundũ surgit: erumnã exilij quã tolerat/deplorat: et ad sublimẽ patriã incessantibus se amoris stimulis excitat. Cum ergo dolẽs videt q sit eternũ qd perdidit: inuenit salubre cõsiliũ: tẽporale hoc despicere qd pcurrit. Et quo magis crescit cõsilij scientia vt peritura deserat/eo auget dolor: qz necdũ ad mãsura pertingat. Unde bene per Salomonẽ dicit: Qui addit scientiã/addit et dolorẽ. Qui enim scit iã summa q adhuc nõ habet: magis de infimis in quib9 retinet/dolet. Recte ergo in terra Hus habitare Job dicit: qz in scientie cõsilio electi vniuscuiusq; dolens anim9 tenet. Intuendũ quoq; est q null9 dolor mẽtis sit in actione precipitationis. Qui enim sine cõsilijs viuũt/q seipsos rerũ euentib9 precipites deserũt: nullo interim cogitationũ dolore fatigant. Nã qui solerter in vite cõsilio figit mentẽ: caute sese in omni actiõe circũspiciendo cõsiderat: et ne ex re q agit/repentinus finis aduersusq; surripiat: hũc prius molliter posito pede cogitationis palpat: pensat ne ab his q agenda sunt/prepediat formidone: in his q differẽda sunt/precipitatio impellat: ne praua per cõcupiscentiã aperto bello superent: ne recta vt inanẽ gloriã insidiãdo supplãtent. Job ergo in terra Hus habitat: dũ mens electi quo magis per cõsilium viuere nitit/eo angusti itineris dolore fatigat. Sequitur.

C

Eccle. j.

¶ S. C. Qz sancta ecclesia simplicitatis et rectitudinis vias a timore incipit: et in charitate cõsũmat. Capitulum xxvij.

D

Simplex et rectus/ac timẽs deũ: et recedẽs a malo. Quisquis eternã patriã appetit: simplex procul dubio et rect9 viuit. Simplex videlicet opere: rectus fide: simplex in bonis q infeni9 pagit: rect9 in summis q in intimis sentit. Sunt nãq; nonnulli q in bonis q faciunt/simplices nõ sunt: dũ nõ in his retributionẽ interi9: sed exteri9 fauorẽ q̄rũt. Unde bene quidã sapientẽ dicit: Ue peccatori terrã ingredienti duab9 vijs. Duab9 quippe vijs peccator terrã ingredit: qñ et dei est qd opere exhibet: et mundi qd per cogitationẽ q̄rit. Bene autẽ dicit: Timens deũ/et recedẽs a malo: Qz sancta electorũ ecclesia simplicitatis sue et rectitudinis vias timore inchoat/sz charitate cõsummat. Cui tũc est fundit9 a malo recedere/cũ ex amore dei ceperit iã nolle peccare. Cũ vero adhuc timore bona agit: a malo penit9 non recessit: qz eo ipso peccat/q peccare vellet: si peccare inulte potuisset. Recte ergo cũ timere deũ Job dicit: recedere etiã a malo phibetur: quia dũ metũ charitas sequit: ea que mẽti relinquit/etiam per cogitationis propositũ culpa calcat. Capitulum xxviij.

Eccli. ij.

Et quia ex timore vnũquodq; vitiũ premit: ex charitate autẽ virtutes oriunt: recte subiungit:

¶ S. S. Qz fecũditas spũalis propter septiformẽ spiritum in filijs septẽ et in trib9 filiab9 fides/spes/et charitas intelligat.

E

¶ Nati sunt ei septẽ filij et tres filie. Septẽ quippe filij nobis nascuntur/cum per conceptionẽ bone cogitationis/sancti spiritus septẽ in nobis virtutes oriunt. Hanc nãq; internã prolem propheta dinumerat (cum spũs mentẽ fecundat) dicens: Requiescet sup eũ spũs dñi: spũs sapientie et intellect9: spũs consilij et fortitudinis: spũs scientie et pietatis: et replebit eũ spũs timoris dñi. Cum ergo per aduentum spũs sancti: sapientia et intellectus/consiliũ/fortitudo/sciẽtia/pietas/ac timor dñi vnicuiq; nostrum gignit: quasi mansura posteritas in mẽte propagatur: q superne nostre nobilitatis gen9 eo ad vitã lõgius seruat: quo amori eternitatis sociat. Sed habent in nobis septẽ filij tres procul dubio sorores suas: quia quicqd virile hi virtutũ sensus faciũt: spei/fidei/charitatiq; cõiungunt. Non enim ad denarij perfectionẽ septem filij perueniũt: nisi in fide/spe/et charitate fuerit omne qd agunt. Qz vero hanc precuntiũ virtutũ copiã multimoda bonorũ operum cogitatio sequitur/recte subiungitur.

Esaie. xj.

¶ S. S. Qz possessio ouium et asinorũ et camelorũ sit subiugatio illorum quos aliquando vel formido dissoluit: vel superbia inflat: vel luxuria inquinat.

¶ Et fuit possessio eius septẽ milia ouiũ/et tria milia camelorũ. Seruata quippe veritate historie/imitari spũaliter possum9/qd carnaliter audiuim9. Oues enim septem milia possidem9/cũ cogitationes innocuas perfecta cordis mundicia intra nosmetipsos inquisito veritatis pabulo pascim9. Erũt qz nobis possessiões etiam tria milia camelorũ/si omne qd in nobis altũ ac tortuosum est/rõni fidei subditur: et sub cognitione trinitatis sponte in appetitu humilitatis inclinat. Camelos quippe possidemus: si quod altũ sapim9/humiliter deponamus. Camelos procul dubio possidem9: cũ cogitatioẽs nostras ad infirmitatis fraterne cõpassionẽ flectimus: vt vicissim onera nostra portãtes: aliene infirmitati cõpati condescẽdẽdo nouerimus. Possunt etiã per camelos (qui vngulã nequaq; findunt: sed tamẽ ruminãt) terrenarũ rerũ bone dispẽsationes intelligi: que qz habẽt aliqd seculi/et aliqd dei/per cõmune eas necesse est animal designari. Neq; enim terrena dispẽsatio (q quis eterne vtilitati seruiat) sine perturbatione mentis valet exhiberi. Capitulum xxix.

F

Quia igitur per hanc et ad presens mens cõfunditur: et in ppetuũ merces parat: quasi cõmune aial et aliqd de lege habet: et aliqd nõ habet. Ungulã quoq; nõ findit: qz nõ se penit9 aĩa ab omni terreno ope diuidit: sed tamẽ ruminat: qz bene dispẽsando tẽporalia/per certitudinis fiduciã celestia sperat. Terrene igit dispẽsationes quasi camelorũ more/capite legi cõcordãt: pede discrepãt: qz et celi sunt illa q iuste viuentes appetũt: et hui9 mũdi sunt ea in quib9 ope versant. Nos ergo cum easdẽ terrenas cognitioni trinitatis dispẽsationes subdimus: quasi camelos fide possidemus. Sequit.

Capitulum xxx.

Quingẽta quoq; iuga boum/et quingẽte asine. Juga boum in vsu nostre possessionis sunt: dum

G concordes virtutes exarant duritiam mentis. Quingentas quoque asinas possidemus: cum lasciuientes motus restringimus: et quicquid in nobis carnale exurgere appetit: spiritualis cordis dominatu refrenamus. Vel certe asinas possidere: est cogitationes intra nos simplices regere. Que dum in subtiliori intellectu currere non valent: quo quasi pigrius ambulant, eo fraterna onera mansuetius portant. Sunt namque nonnulli qui dum alta non intelligunt, per exteriora conuersationis opera se humilius premunt. Bene ergo per asinas pigrum quidem animal: sed tamen portandis oneribus deditum, simplices cogitationes accipimus: quia dum nostram plerumque ignorantiam cognoscimus: leuius onera aliena portamus. Cumque nos quasi singularis sapientie altitudo non eleuat: ad ferendam alieni cordis inertiam, mens se nostra equanimiter inclinat. Recte autem siue iuga boum, siue quingente asine referuntur: quia vel in hoc quod prudenter sapimus: vel in hoc quod humiliter ignoramus: dum eterne pacis requiem querimus: quasi intra iubilei numerum tenemur.

¶ S. L. Quod multe familie id est multitudo cogitationum sit sub mentis dominio restringenda. Capitulum xxxi.

H ¶ Et familia multa nimis. Multam familiam nimis possidemus: cum cogitationes innumeras sub mentis dominatione restringimus: ne ipsa sui multitudine animam superent: ne peruerso ordine discretionis nostre principatum calcent. Et bene cogitationum turba multe familie appellatione signatur. Nam scimus quia absente domina, ancillarum lingue perstrepunt, silentium deserunt: deputati operis officia negligunt: totumque ordinem sibimet viuendi confundunt. At si repente domina veniat: mox perstrepentes lingue reticent: officia vniuscuiusque operis repetuntur: sicque ad opus proprium, ac si non recesserint, reuertuntur. Si igitur a domo mentis ad momentum ratio discedat: quasi absente domina, cogitationum se clamor velut garrula ancillarum turba multiplicat. Ut autem ratio ad mentem redierit: mox se confusio tumultuosa compescit. et quasi ancille se ad iniunctum opus tacite reprimunt: dum cogitationes protinus causis se propriis ad vtilitatem subdunt. Possidemus ergo multam familiam: cum recto iure innumeris cogitationibus rationis discretione dominamur. Quod nimirum cum solerter agimus: iungi per eandem discretionem angelis conamur. Unde recte subiungitur. Eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Tunc namque magni inter omnes orientales efficimur: cum eis spiritibus qui orienti luci inherent, pressa carnalis corruptionis nebula, discretionis nostre radiis, in quantum possibilitas suppetit, sociamur. Unde et per

Philip. iij

Paulum dicitur. Nostra conuersatio in celis est. Quisquis temporalia ac defectiua sequitur, occasum petit: quisquis vero superna desiderat: quia in oriente habitet demonstrat. Magnus ergo non inter occidentales, sed inter orientales efficitur: qui non inter actiones mollium imas et fugitiuas querentium: sed inter choros proficere supernorum ciuium conatur.

¶ S. L. Quomodo singule virtutes in suo die conuiuium faciunt. Capitulum xxxij.

J ¶ Et ibant filij eius et faciebant conuiuium per domos: vnusquisque in die suo. Filij per domos conuiuium faciunt, dum virtutes singule iuxta modum proprium mentem pascunt. Unde bene dicitur: vnusquisque in die suo. Dies enim vniuscuiusque filij est illuminatio vniuscuiusque virtutis. Ut enim hec ipsa dona breuiter septiformis gratie replicem, alium diem habet sapientia: alium intellectus: alium consilium: alium fortitudo: alium scientia: alium pietas: alium timor. Neque enim hoc est sapere quod intelligere: quia multi eterna quidem sapiunt, sed intelligere nequaquam possunt. Sapientia ergo in die suo conuiuium facit: quia mentem de eternorum spe et certitudine reficit. Intellectus in die suo conuiuium parat: quia in eo quod audita penetrat: reficiendo cor, tenebras eius illustrat. Consilium in die suo conuiuium exhibet: quia dum precipitem esse prohibet, ratione animum replet. Fortitudo in die suo conuiuium agit: quia dum aduersa non metuit: trepidanti menti cibos confidentie apponit. Scientia in die suo conuiuium parat: quia in ventre mentis ignorantie ieiunium superat. Pietas in die suo conuiuium exhibet: quia cordis viscera misericordie operibus replet. Timor in die suo conuiuium facit: quia dum premit mentem ne de presentibus superbiat: de futuris illam spei cibo confortat. Sed illud in hoc filiorum conuiuio perscrutandum video, quod semetipsos inuicem pascunt. Ualde enim singula quelibet destituitur, si non vna alii virtus virtuti suffragetur. Minor quippe est sapientia, si intellectu careat: et valde inutilis intellectus est, si ex sapientia non subsistat: quia cum altiora sine sapientie pondere penetrat: sua illum leuitas grauius ruiturum leuat. Uile enim est consilium, cui robur fortitudinis deest. Quia quod tractando inuenit: carens viribus vsque ad perfectionem operis non perducit. Et valde fortitudo destituitur, nisi per consilium fulciatur: quia quo plus se posse conspicit, eo virtus sine rationis moderamine deterius in preceps ruit. Nulla est scientia si vtilitatem pietatis non habet: quia dum bona cognita exequi negligit: sese ad iudicium arctius stringit. Et valde inutilis pietas est, si scientie discretione caret: quia dum nulla hanc scientia illuminat: quomodo misereatur, ignorat. Timor quippe ipse nisi has etiam virtutes habuerit, ad nullum opus procul dubio bone actionis surgit: quia dum ad cuncta trepidat: ipsa sua formidine a bonis omnibus torpens vacat. Quia ergo alternato ministerio virtus a virtute reficitur: recte dicitur quod apud se filij vicissim conuiuantur. Cumque vna aliam subleuando subleuat: quasi per dies suos numerosa soboles pascenda conuiuium parat. Sequitur.

K

¶ S. L. Tres sorores ad fratrum conuiuia vocantur quando gaudent virtutes virtutibus: et inuicem sibi subseruiunt ac ministrant. Capitulum xxxiij.

E ¶ Et mittentes vocabant tres sorores suas vt comederent et biberent cum eis. Cum virtutes nostre in omne quod agunt: spem, fidem et charitatem ciunt: quasi operantes filij tres ad conuiuium sorores vocant: vt fides, spes, charitas, in opus bonum simul gaudeant quod vnaqueque virtus administrat. Que quasi ex cibo vires accipiunt: dum bonis operibus fidentiores fiunt. et dum post cibum contemplationis rore infundi appetunt: quasi ex poculo ebriantur. Capitulum xxxiiij.

L

S Ed quid est quod in hac vita sine qualibet tenuissimi contagii inquinatione peragatur? Nonnunquam namque ipsis bonis que agimus, ad deterius propinquamus: quia dum leticiam menti pariunt: quandam etiam securitatem gignunt. Dumque mens secura redditur, in torpore laxatur. Nonnunquam vero virtutes aliquantula elatione nos polluunt: et tanto deiectiores apud deum faciunt, quanto apud nosmetipsos nos tumidiores reddunt. Unde bene subiungitur.

¶ S. G. Quod filios post conuiuium sanctificare est retractio operum et discussio cogitationum.

¶ Cumque in orbem transissent dies conuiuij: mittebat ad eos Job, et sanctificabat illos. Peracto quippe orbe dierum conuiuij mittere ad filios et eos sanctificare, est post virtutum sensum, intentionem cordis dirigere: et omne quod agitur, districta retractionis discussione mundare: ne bona estimentur que mala sunt: ne saltem veraciter bona putentur sufficientia, cum perfecta non sunt. Sic enim mens plerumque decipitur vt aut qualitate mali: aut boni quantitate fallatur. Capitulum xxxv.

M

S Ed hos virtutum sensus melius precibus quam discussionibus inuenimus. nam ea que perscrutari in nobismetipsis plenius nitimur: sepe verius orando quam inuestigando penetramus. Cum enim mens per quandam compunctionis machinam ad alta sustollitur: omne quod ei de seipsa occurrerit, sub seipsa diiudicando certius contemplatur. Unde et recte subiungitur.

¶ S. G. Quod holocaustum per singulos offerre sit singularium virtutum circumspecta et pura intentio.

¶ Consurgensque diluculo, offerebat holocausta per singulos. Diluculo namque consurgimus, cum compunctionis luce perfusi, humanitatis nostre noctem deserimus: et ad veri luminis radios, oculos mentis aperimus. Atque holocaustum per singulos filios offerimus: cum pro vnaquaque virtute domino hostiam nostre precis immolamus: ne sapientia eleuet: ne intellectus dum subtiliter currit aberret: ne consilium dum se multiplicat confundat: ne fortitudo dum fiduciam prebet precipitet: ne scientia dum nouit et non diligit inflet: ne pietas dum se extra rectitudinem inclinat intorqueat: ne timor dum plus iusto trepidat, in desperationis foueam mergat. Cum ergo pro vnaquaque virtute vt pura esse debeat: preces domino fundimus: quid aliud quam iuxta filiorum numerum holocaustum per singulos exhibemus? Holocaustum namque totum incensum dicitur. Holocaustum igitur dare, est totam mentem igne compunctionis incendere: vt in ara amoris cor ardeat: et quasi delicta proprie sobolis, inquinamenta cogitationis exurat. Capitulum xxxvj.

S Ed hec agere nesciunt nisi hi qui priusquam cogitationes ad opus prodeant, internos suos motus sollicite circumspicientes frenant. Hec agere

A

q̄ missos cognoscimus: vñ veniãt inuenim⁹. Capm.iij.

Sed ecce questioni questionẽ iungimus: et quasi dũ aniam soluere nitimur/nodũ ligam⁹. Quomodo eñ aut semp assistere/aut videre semp faciẽ patris possunt: si ad ministeriũ exterius pro nostra salute mittunt. Cito tamẽ citi⁹ solum⁹: si quãte subtilitatis sit angelica natura/pẽsam⁹. Neq; eñi sic a diuina visione foras exeunt: vt interne contẽplatiõis gaudijs priuẽtur: qꝫ si conditoris aspectũ exeũtes amitterẽt: nec iacẽtes erigere: nec ignorantibus vera nunciare possent: fontẽq; lucis quem egrediẽtes ipsi perderent: cecis nullatenus propinarẽt. In hoc itaq; est nũc natura angelica a nature nostre conditiõe distincta: q̄ nos et loco circũscribimur: et cecitatis ignorãtia coarctamur. Angelorꝫ vero spũs loco quidem circũscripti sunt: sed tñ eorꝫ sciẽtie lõge super nos incõparabiliter dilatãtur. Interi⁹ quippe exteriusq; sciẽdo diffusi sunt: qꝫ ipm fontẽ sciẽ ɔtẽplanẽ. Quid eñi de his que sciẽda sunt nesciũt/q̄ sciẽtẽ oĩa sciunt? Eorũ itaq; sciẽtia cõparatiõe nr̃e sciẽtie valde dilatata est: sꝫ tñ cõparatione diuine sciẽ angusta: sicut et ipsi illorꝫ spũs/cõparatione quidẽ nostrorũ corporꝫ/spũs sunt: sed cõparatione summi incircũscripti spũs/sunt corp⁹. Et mittunt igitur et assistũt: qꝫ per hoc q̄ circũscripti sunt/exeũt: et p hoc q̄ intus quoq; presẽtes sunt/nunq̄ recedũt. Et faciẽ ergo patris semp vidẽt: et tamẽ ad nos veniũt: qꝫ et ad nos spũali presẽtia foras exeũt: et tñ ibi se vnde recesserãt/p interna contẽplationẽ seruãt. Dicat ergo. Venerunt filij dei vt assisterẽt corã dño: qꝫ illuc spũs cõuersiõe redeũt: vnde nulla mentis auersione discedũt. Affuit inter eos etiã sathã. Valde q̄rendũ est quõ inter electos angelos sathã adesse potuerit: q̄ ab eorꝫ sorte/exigẽte superbia/dudum dãnatus exiuit. Sed recte inter eos affuisse describitur/qꝫ etsi beatitudinẽ pdidit/naturã tñ eis similem nõ amisit: et si meritis pgrauat: ɔditiõe nature subtilis attollit.

B

Inter dei ergo filios corã dño affuisse dicitur: quia eo intuitu quo oĩpotens de⁹ cũcta spũalia conspicit: etiam sathan in ordine nature subtilioris videt: attestante scriptura/que dicit. Oculi domini contemplant malos et bonos. Sed hoc q̄ affuisse sathan corã dño dicit: in graui nobis questione versat. Scriptũ quippe est: Beati mundo corde: qm̄ ipsi deũ videbunt. Sathan vero qui mũdo corde esse non pot: quomodo videndo domino affuisse potest? Sꝫ intuendũ q̄ affuisse corã dño: nõ autẽ vidisse dñm perhibet. Venit quippe vt videret/nõ vt videret. Ipse in cõspectu dñi: nõ aũt in cõspectu ei⁹ dño affuit: sicut cecus cum in sole ɔsistit: ipse quidẽ solis radijs perfunditur: sed tñ lumen non videt quo illustratur. Ita ergo etiã inter angelos in cõspectu dñi sathan affuit/quia vis diuina que intuẽdo penetrat oĩa: non se videntẽ immũdũ spiritũ vidit. Quia eñ et ipsa q̄ deũ fugiunt/latere nõ pñt: qꝫ cũcta nuda sunt supno ɔspectui: sathan affuit absens pñti. Sequitur.

Prouerbio.xv.

Matth.v.

C. S. C. Qd nescire dei reprobare sit. Capitulum.iiij.

Textus. C

Cui dixit dñs. Vnde venis? Quid ẽ q̄ venientibus angelis electis nequaq̄ dicitur. Vñ venitis: sathan vero vnde veniat/pcontat? Non eñ requirimus nisi ea q̄ nescimus. Nescire aũt dei reprobare est. vnde q̄busdã in fine dicturus est: Nescio vos vnde sitis. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. Sicut et nescire mẽtiri/vir verax dicit: qui labi per mendaciũ dedignat: non q̄ si mentiri velit/nesciat: sed q̄ falsa loqui veritatis amore contẽnat. Quid ẽ ergo ad sathã dicere/vnde venis: nisi vias illius q̄si incognitas reprobare? Veritas igit lumẽ tenebras q̄s reprobat/ignorat: et sathane itinera quia iudicans dãnat: dignum est vt q̄si nesciens requirat. Hinc est q̄ Ade peccãti cõditoris voce dr̃ Adam vbi es? Neq; eñ diuina potentia nesciebat post culpã seruus ad que latibula fugerat: sed q̄ lapsum viderat in culpa: iam sub peccato velut ab oculis veritatis abscõditũ: qꝫ tenebras erroris ei⁹ nõ approbat: q̄si vbi sit peccator ignorat: eũq; et vocat et requirit/dicens. Adã vbi es? Per hoc q̄ vocat: signũ dat quia ad penitẽtiã reuocat. Per hoc q̄ requirit: aperte insinuat qꝫ peccãtes iure dãnãdos ignorat. Sathan ergo dñs nõ vocat: sed tñ requirit dicẽs. Vñ venis: qꝫ nimirũ de⁹ apostatã spiritum ad penitẽtiã nequaq̄ reuocat: sꝫ vias supbie ei⁹ nesciens dãnat. Igit dũ sathan de itinere suo discutit: electi angeli requirendi vnde veniãt nõ sunt: qꝫ eorũ vie tãto deo notę sunt/quãto et ipso auctore pguntur: vñq; soli ei⁹ volun-

Luc.xiij.

Gen.iij.

tati inseruiũt/eo eẽ incognite nequeũt: quo per approbatiõis oculũ ex ipso semp ãte ipm fiũt. Sequit. Rñdẽs sathan ait. Circuiui terrã et pambulaui eã. Solet per gyrũ circuitus/laboris anxietas designari. Sathan ergo laborãs terrã circuit: qꝫ qeti⁹ celi culmine stare cõtẽpsit. Cũq; se nõ trãsuolasse/sꝫ pambulasse insinuat: quãto pcti põdere limis pmat/demõstrat. Perambulãs q̄ terram circuit: q̄ ab illo spiritualis potentie volatu corruens: malitie sue pressus grauedine/foras ad gyrum laboris venit. Hinc est eñ q̄d et de ei⁹ membris per p̃s dr̃. In circuitu impij ambulãt: qꝫ dum interiora non appetũt: in exteriorꝫ labore fatigãtur. Sequit. Nũquid considerasti seruũ meũ Job/q̄ non sit ei siĩs in terra: vir simplex et rectus ac timẽs deum/et recedẽs a malo. Hoc q̄ diuia voce btũs Job simplex et rect⁹ ac timẽs deũ et recedẽs a malo dr̃: qꝫ subtilit mẽbratimq; supra exposuim⁹: replicare que diximus deuitam⁹: ne dum discussa repetimus: tardius ad indiscussa veniamus.

D

Ps.xj.

C. S. C. Quid sit q̄ ad sathã dñs loq̄ dr̃: vel q̄ sathã domino respondere perhibetur. Capitulum.v.

Hoc ergo nobis est solerter intuendum: quid sit q̄ vel ad sathan loqui dñs dicit: vel q̄ sathan dño rñdere phibet. Discutiẽda quippe est/q̄nam sit illa locutio. Neq; eñ vel a dño (qui summ⁹ atq; incircũscriptus est spũs) vel a Sathã (qui nulla est carnea natura vestitus) humano modo aereus flatus folle ventris attrahitur: vt per organũ gutturis vocis expressione reddatur. Sed dum nature inuisibili natura incomprehensibilis loquit: dignũ est vt mens nostra q̄litatẽ corporee locutiõis excedẽs/ad sublimes atq; icognitos modos locutionis intime suspendat. Nos nãq; vt ea q̄ sentimus intrinsec⁹/extrinsec⁹ exprimam⁹: hec p organũ gutturis per sonũ vocis eijcim⁹. Alienis quippe oculis intra secreta mentis q̄si post pariete corporis stam⁹: sꝫ cum manifestare nosmetipsos cupim⁹: q̄si per lingue ianuam egredimur: vt q̄les sum⁹ intrinsec⁹/ostendamus. Spũalis aũtẽ natura nõ ita est: q̄ ex mẽte et corpe cõposita dupliciter non est. Sꝫ rurs⁹ sciẽdũ est: qꝫ ipsa etiã natura incorporea cũ loquit dr̃: eius locutio neq̄q̄ vna atq; eadẽ q̄litate formaẽ. Aliter eñ loq̄tur de⁹ ad angelos: aliẽ angeli ad deũ. aliẽ de⁹ ad sanctorũ aĩas: aliter sanctorũ aĩe ad deũ. aliter de⁹ ad diabolũ: aliter diabolus ad deũ. Nã qꝫ spũali nature ex corporea appositione nihil obstat: loquitur de⁹ ad angelos sanctos eo ipso q̄ eorũ cordibus occulta sua inuisibilia ostendit: vt q̄cq̄d agere debeãt/in ipsa contẽplatione veritatis legant: et velut quedam pcepta vocis/sint ipsa gaudia contemplationis. Quasi eñ audiẽtibus dicitur quod videntibus inspiratur. Unde cũ eorꝫ cordib⁹ deus contra humanã superbiam sĩa duersione vitiorꝫ infunderet/dicit. Venite descendamus et confundam⁹ ibi linguam eorum. Dicitur eis q̄ aderant/venite: qꝫ nimirum hoc ipsum nunq̄ a diuina contẽplatione decrescere: in diuina cõtẽplatione semp adcrescere est: et nunq̄ corde recedere: quasi quodã stabili motu ẽ semp venire. Quibus et dicit. Descẽdam⁹ et cõfundam⁹ ibi linguã eorꝫ. Ascendunt angeli in eo q̄ creatorẽ conspiciunt. Descẽdunt angeli in eo q̄ creaturã sese in illicitis erigentẽ/examine districtiõis premũt. Dicere ergo dei est: Descẽdam⁹ et confũdam⁹ ibi linguã eorꝫ: in seipso eis hoc q̄d recte agat ostẽderet per vim interne visionis/eorũ mẽtib⁹ exhibenda iudicia occultis motib⁹ inspirare. Aliter loquũtur angeli ad deũ: sicut et p Joãnis apocalypsim dicit: Dign⁹ est agnus qui occisus est/accipere virtutẽ et diuinitatẽ et sapientiã. Vox nãq; angelorũ est in laude conditoris ipsa admiratio intime cõtẽplationis. Virtutes diuine miracula obstupuisse/dixisse est: qꝫ excitat⁹ cũ reuerẽtia motus cordis/magnus est ad aures incircũscripti spiritus clamor vocis. Que vox se quasi p distincta vba explicat: dũ sese per innumeros modos admiratiõis format. De⁹ ergo angelis loquitur: cũ eis voluntas ei⁹ intima videnda manifestaẽ. Angeli aũt loquuntur dño: cũ per hoc q̄ super semetipsos respiciunt/in motum admiratiõis surgunt. Aliter deus ad sanctorꝫ animas: aliter sanctorum anime loquũtur ad deum. Capitulum.vi.

Gen.xj.

Apo.v.

Vidẽt in Joãnis Apocalypsi rursum dr̃: Vidi subter altare aĩas interfectorũ propter verbũ dei/et propter testimoniũ q̄d habebant: et clamabant voce magna/dicẽtes. Usq; quo dñe sanctus et

Apoca.vj.

G

ver⁹ nō iudicas et vīdicas sanguinē nrm de his q̄ habitāt in terra: Ubi illico adiūgit. Date sūt illis singule stole albe: et dictū est illis vt requiescerēt tēpus adhuc modicū donec impleat numer⁹ cōseruorū et fratrū eorū. Quid est eñ aīas vīdicte petitionē dicere/ nisi diē extremū iudicij et resurrectionē extinctoꝝ corpoꝝ desiderare? Magn⁹ quippe eoꝝ clamor/ magnū est desideriū. Tāto eñ quisq̄ minus clamat/ quāto minus desiderat: et tanto maiorem vocē in aures incircūscripti spūs exprimit/ quāto se in ei⁹ desideriū plenius fundit. Animarū igit verba/ ipsa sunt desideria. Nā si desideriū sermo non esset: propheta non diceret. Desiderium cordis eoꝝ audiuit auris tua. Sed cū aliter moueri soleat mens que petit: aliter q̄ petitur: et sanctorū aīe ita i interni secreti sinu deo inhereant/ vt inherendo requiescant: quomodo dicuntur petere/ quas ab interna volūtate cōstat nullatenus discrepare? Quō dicūtur vindictā desiderare/ quas et volūtatē dei certū est et ea que futura sunt/ non ignorare? Sed i ipso posite: ab ipso aliqd petere dicunt: nō q quicq̄ desiderēt quod ab ei⁹ volūtate quē cernūt discordat: sed q̄ deo mēte ardētius inherent: eo etiā de ipso accipiunt vt ab ipso petant quod eum facere velle nouerūt. De ipso ergo bibunt qd ab ipso sitiūt: et modo nobis adhuc incōprehensibili/ in hoc qd petendo esuriant/ presciendo satiātur. Discordarent ergo a voluntate conditoris/ si que eum vident velle/ nō peterēt: et q̄ minus inhererēt: si volentē dare/ desiderio pigriori pulsarent. Quibus responsum diuinitus dicitur: Requiescite tpe adhuc modicū: donec cōpleatur numerus cōseruorū et fratrū vestroꝝ. Desiderantib⁹ animab⁹/ requiescite tempus adhuc modicum dicere/ est inter ardorem desiderij ex ipsa prescientia solatium consolationis aspirare: vt et animarū vox sit hoc qd amantes desiderāt: et respondentis dei sermo sit hoc qd eas retributionis certitudine inter desideria cōfirmat. Respondere ergo eis est: vt collectionem fratrum expectare debeant: eorū mentibus libenter expectandi moras infundere: vt cū carnis resurrectionē appetunt: etiam ex colligendorum fratrum augmēto gratulentur.

Clamor magnus/ desideriū magnum. Uerba animarum desideria. Apoc. vi.

H

Capitlm. vij.

Aliter deus loquitur ad diabolum: aliter diabolus ad deum. Loqui enim dei est ad diabolum: vias eius ac negocia animaduersione occulte districtionis increpare: sicut hic dicitur: Unde venis: Diaboli autem ei respondere: est omnipotenti maiestati ei⁹ posse nihil celare. Unde dicit. [Circuiui terrā/ et perambulaui eam.] Quasi enim dicere ei⁹ est quid egerit/ scire q actus suos oculis illius occultare non possit. Sciendum vero est quia sicut hoc loco discimus: quattuor modis loquit deus ad diabolum: tribus diabolus ad deum. Quattuor modis loquitur deus ad diabolū: quia et iniustas vias eius arguit: et electorū suorum contra illum iustitiam proponit: et tentandā eorū innocētiā ei concedendo pmittit: et aliquādo eū ne tentare audeat, phibet. Iniustas eni vias eius redarguit: sicut iā dictū est. [Unde venis:] Electorum suorum ɔtra illū iustitiā, pponit/ sicut dicit. [Nūqd cōsiderasti suū meū Job: q non sit ei similis sup terrā:] Tentandā eoꝝ innocentiam concedendo pmittit/ sicut ait. [Ecce vniuersa q̄ habet/ in manu tua sunt.] Rursumq̄ eū a tētatiōe phibet cū dicit. [Tantum in eum ne extēdas manum tuā.] Tribus autē modis loquit diabolus ad deum: cum vel vias suas insinuat: vel electorum innocentiam fictis criminibus accusat: vel tentandam eoꝝ innocētiā postulat. Uias quippe suas insinuat q̄ ait. Circuiui terrā et pambulaui eā. Electorū innocentiā accusat/ cū dicit. Nunqd frustra Job timet deum? Nōne tu vallasti eum ac domū eius vniuersamq̄ substantiā ei⁹ p circuitū? Tētādā eandē innocentiā postulat/ cum dicit. Extende manū tuā et tange cuncta que possidet: nisi in faciem benedixerit tibi. Sed dicere dei est. Unde venis: (sicut et supra insinuauim⁹) vi sue iustitie itinera malitie ei⁹ increpare. Dicere dei est. Nūqd considerasti seruū meum Job/ q non sit ei similis super terram: tales electos suos iustificando facere: qualibus nimirū apostata angelus possit inuidere. Dicere dei est. Ecce vniuersa que habet/ in manu tua sunt/ ad probationē fidelium/ contra eos occulta vi incursum illū sue malitie relaxare. Dicere dei est. Tantum in eū ne extendas manum tuam: ab imoderate tētatiōis impetu eum etiam permittendo restringere. Diaboli autē dicere est.

Aliter loquit deus ad diabolum: aliter diabolus ad deum.

I

Loquit deus ad diabolū quattuor modis.

Loquit diabolus ad deum tribus modis.

Dicere dei.

Circuiui terram et perambulaui eam: foeditatem sue malitie inuisibilibus eius oculis occultare non posse. Dicere diaboli est. Nunquid frustra Job timet deum: contra bonos intra cogitationum suarum latibula conqueri: eorūq̄ profectibus inuidere: atq̄ inuidēdo reprobationis rimas exquirere. Dicere diaboli est. Extende paululū manū tuā: et tange cuncta q̄ possidet: ad afflictionem bonorum/ malitie estibus anhelare. Quos cū eorum tentationē inuidens appetit: eo illorum quasi probationem deprecans petit. Quia igitur internarum locutionū modos succincte diximus: ad intermissum paululum expositionis ordinem reuertamur. [Nunquid considerasti seruum meum Job/ q non sit similis ei super terram: vir simplex et rectus: ac timens deū/ et recedens a malo.]

K

Dicere diaboli.

¶ S. L. Q diabolus non contra Job/ sed contra dñm certamen iniit. Capitulum. viij.

G tuisset: quatenus dum se tẽtatus vndiq; destitui atq; vndiq; premi consideraret: in contumeliã tanto audaci⁹ / quanto et desperatius erumpat. Sequit. [Et adhuc loquente illo / venit alius et dixit. Chaldei fecerunt tres turmas: et inuaserunt camelos: et tulerũt eos: necnon et pueros percusserunt gladio: et effugi ego solus vt nunciarem tibi.] Ecce iterum ne quid minus de humana aduersitate voluisset: chaldeorum turmas irruisse denunciat: et ne illum minus desuper veniens aduersitas feriat: iteratam irã in aere demõstrat. Nã sequit. [Loquebatur ille / et ecce alius intrauit et dixit. Filijs tuis et filiab⁹ vescentib⁹ et bibẽtib⁹ vinum in domo fratris sui primogeniti: repente ventus vehemẽs irruit a regione deserti: et cõcussit quatuor angulos dom⁹: que corruẽs oppressit liberos tuos et mortui sunt: et effugi ego sol⁹ vt nũciarẽ tibi.] Ca. xv.

Quivis vulnere non prosternitur / idcirco bis terq; percutitur: vt vsq; ad intima quandoq; feriatur. Nunciata itaq; fuerat aduersitas de fabeis: nunciata diuina a aduersio p igne de celo: nunciatur ab hominibus iterum camelorum raptus / cedesq; puerorum: et diuine indignationis ira repetitur / dum vent⁹ irruens concussisse domus angulos / atq; extinxisse liberos indicat. Quia em̃ notum est q absq; superno nutu moueri elementa non possint: latenter infertur q ipse cõtra illum elemẽta mouerit / qui moueri permisit: quia sathan a dño semel accepta potestate / ad vsum sue nequitie

H etiam elementa cõcutere preualet. Nec mouere debet si spiritus de summo proiectus, turbare in ventos aerem potuit: cum nimirum constat / q et dãnatis in metallum / ad vsum aqua et ignis seruit. Quesitum est igit vt nũciarent mala: quesitum est vt multa: quesitum est vt subita. Sed cum prius aduersa nũciata tranquillo adhuc pectori quasi sanis mẽbris vuln⁹ inflixit. Cũ vero percussum cor feriendo repetijt: vt ad impatientie verba compelleret / super vulnera vulnus irrogauit. Intuendum vero est q callide curauit hostis antiquus nõtã iacturã rerũ sancti viri patiẽtiam rumpere / q ipso ordie nunciorum. Qui studens prius parua: et post nunciare maiora: in extremo filiorum morte intulit: ne vilia pater rei familiar; dãna duceret: si illa iam orbatus audiret: et min⁹ perurgeret rerum amissio: p cognita morte filiorũ / quia videlicet nulla esset hereditas: si illos prius subtraheret / qui seruabantur heredes. Sed a minimis incipiẽs / et vltimũ grauiora nuncians: vt dum gradatim deteriora cognosceret: in eius corde doloris locum omne vulnus inueniret. Notandum q callide tot malorũ pondera et diuisa et subita nunciantur: vt et repente et particulatim crescens in audientis corde dolor sese ipse non caperet: et tãto ardentius in blasphemiam accenderet / quãto subitis ac multiplicibus nuncijs in se angustius estuaret.

I ¶ S. L. Q dissolutio prepositorum sit ruina minorum. Capitulum. xvi.

Sed neq; hoc negligenter pretereundum puto: q filij in maioris fratris domo conuiuãtur cũ pereunt. Dictum nãq; est superius / q conuiuia peragi sine culpa non possunt. Ut ergo nos no illorũ loquamur: sciendũ nobis est: q omne qd a minorib⁹ voluptuose agit / maiorũ disciplina cohibet. Cum vero maiores ipi voluptati deseruiũt: nimirũ minorib⁹ lasciuie frena laxantur. Quis em̃ sub disciplinae se cõstrictione retineat: quãdo et ipi qui ius constrictionis acceperunt / sese voluptatibus relaxant. Dũ ergo in maioris fratris domo conuiuant / pereũt: q tunc cõtra nos hostis vehementius vires accipit / qñ et ipsos q p custodia disciplinae prelati sunt: ventri seruire cognoscit. Tanto em̃ licẽti⁹ ad feriendum occupat / quãto et hi q intercedere p culpis poterant / voluptati vacant. Absit autẽ ne tanti viri filios p conuiuiorum studia ingurgitãdo ventri vacasse suspicemur: s; tñ veraciter nouimus / quia etsi per disciplinae q custodiam necessitatis metas edendo non transit: accensa tñ mentis intentio inter conuiuia torpescit: et minus in quanto sit temptationum bello considerat: q se per securitatem relaxat. In domo ergo primi fratris filios obruit: q antiquus hostis in minorũ morte / subuersiõis aditũ per negligentiã maiorum querit. Sz q qualis minorũ iaculis sit percussus agnouimus: vir fortis noster qualis inter vulnera cõsistat / audiamus. Sequitur.

Filij Iob nõ ingurgitãdo ventri conuiuijs vacabant.

¶ S. H. Q Iob in eo q filios luxit et deũ adorauit / manifeste ostendit q immobilis in dei et proximi charitate extiterit.

K ¶ Tunc surrexit Iob: et scidit vestimenta sua: et tonso capite corruens in terram adorauit.] Nõnulli magne constãtie philosophiã putãt / si disciplinae asperitate correpti: ictus verberũ doloresq; non sentiãt. Nõnulli vero tam nimis percussionũ flagella sentiunt: vt immoderato dolore cõmoti / etiam in excessu lingue dilabantur. Sed quisquis verã philosophiã nititur tenere: necesse est vt inter vtraq; gradiatur. Nõ est em̃ pondus vere virtutis insensibilitas cordis: quia et valde insana per stuporem membra sunt: que et incisa sentire dolorem nequaq; possunt. Rursus virtutis custodiam deserit: q dolorem verberũ vltra q necesse est sentit: quia dũ nimia afflictione cor tãgitur: vsq; ad impatiẽtie cõtumelias excitat: et q per flagella corrigere malefacta debuerat: agit vt nequitia per flagellũ crescat. Cõtra insensibilitatẽ quippe percussorum p prophetã dr: Percussisti eos / nec doluerunt: attriuisti eos / et renuerũt accipe disciplinã. Cõtra pusillanimitatem percussorũ per psalmistã dicit: In miserijs non subsistent. In miserijs nãq; subsisterent / si equanimiter aduersa tolerarent. At postq̃ mente inter flagella corruũt: quasi inter illatas miserias subsistendi constantiam perdunt. Capitulum. xvij.

Hiere. v.

Ps. cxxxix.

L Beatus itaq; Iob quia vere philosophie regulam tenuit: cõtra vtraq; mira se equitati arte custodit: vt nec quasi dolorẽ nõ sentiẽs / flagella sperneret: nec rursum vltra modũ dolorẽ sentiens / contra iudicium flagellantis insaniret. Cũctis reb⁹ perditis: cunctis liberis amissis: surrexit: scidit vestimẽta sua: et tonso capite corruens in terrã adorauit. Q vestimẽta scidit / q tonso capite in terram corruit / monstrat nimirum q flagelli dolorẽ sensit. Q vero addit / adorauit: apte ostenditur q et in dolore posit⁹ / cõtra flagellantis iudiciũ nõ excessit. Nec omnino q non motus est: ne deum ipsa insensibilitate cõtẽneret: nec rursum omnino motus est / ne nimis dolẽdo peccaret. Sed q duo sunt precepta charitatis / dei videlicet amor et proximi: vt dilectionem proximi exolueret / impẽdit filijs luctũ: ne dilectionem dei desereret / expleuit inter gemit⁹ adorationẽ. Solẽt nõnulli in prosperis deũ diligere: in aduersis autẽ positi flagellantem minus amare. Beat⁹ autẽ Iob p hoc qd motus exteri⁹ exhibuit: ostendit q flagella patris agnouit. Per hoc q orando humilis mansit / ostẽdit q amorẽ patris nec in dolore deseruit. Ne igit superbus esset non sentiens / in percussione corruit: ne autẽ se ferienti extraneum faceret / ad hoc corruit vt adoraret.

M Mos autẽ veterum fuit: vt quisquis speciem sui corporis capillos nutriendo seruaret: eos tempore afflictionis abscinderet: et rursum qui trãquillitatis tempore capillos abscinderet / eos in ostensione afflictionis nutriret. Beatus igitur Iob trãquillitatis tempore capillos seruare ostẽdit / cum ad doloris vsum caput totondisse memorat: quatenus cũm cunctis cum rebus manus superna percuteret: etiã sponte illum penitentie speciẽs diuersa fuscaret. Sed iste exutus rebus / filijs orbatus / qui vestimenta scidit: qui caput totondit / qui in terram corruit: quid dicat audiamus.

¶ S. H. Q in amissione exteriorum magna consolatio sit considerare q hec temporalia nec aliquando habuimus / nec semper habebimus.

¶ Nudus egressus sum de vtero matris mee: nudus reuertar illuc.] O q alte sedi interni cõsilij presidet iste: qui scissis vestibus in terra prostratus iacet. Quia em̃ iudicante dño cũcta amiserat: p seruanda patiẽtia illud tempus ad memoriã reduxit: quo nec dũ ista q perdidit habebat: vt dũ intuetur q aliquãdo illa nõ habuit / dolorem temperet q amisit. Magna enim consolatio est in rerum amissione: illa tempora ad mentem reducere / qb⁹ nos contigit res quas perdidimus / non habuisse. Q vero omnes nos terra genuit: hanc nõ inmerito matrẽ vocamus. Unde scriptum est: Graue iugũ sup filios adã a die exitus de vẽtre matris eorum: vsq; in diẽ sepulture in matrẽ eorũ omniũ. Beatus igitur Iob vt patiẽter lugeat quod hic amisit: vigilãter attendit qualis huc venerit. Ad augmentum autẽ eiusdem patiẽtie / adhuc solertius inspicit qualis hinc recedat: et dicit. [Nudus egressus sum de vtero matris mee: nudus reuertar illuc.] Ac si dicat. Nudũ me huc intrantem terra protulit: nudũ me hinc exeuntem itaq;

Ecclesiasti. xl.

terra recipiet. Qui ergo accepta habui / sed relinquenda perdidi, quid proprium amisi?

¶ S. C. Qd diabolꝰ humilitate nostra sternitur / et patientia superatur. Capitulum. xviij.

A Quia vero consolatio nõ solũ ex cõsideratione conditionis exhibẽda est, sed etiã ex iustitia conditoris: recte subiungit. [Dñs dedit / dñs abstulit: sicut dño placuit / ita factũ est.] Sãctus vir tentante aduersario cũcta perdiderat: sed tamẽ sciens quia cõtra se sathan tentandi vires nisi permittente dño nõ haberet non ait: Dominus dedit / diabolus abstulit: sed dñs dedit / dñs abstulit. Fortasse enĩ fuerat dolendũ si quod dñs dedit / hostis abstulisset: at postq̃ non abstulit / nisi ipse q̃ dedit: sua recepit: nõ nostra abstulit. Si enim nos ab illo accepimus quibꝰ in hac vita vtimur: cur dolemꝰ quod ipso iudicãte exigimur: q̃ largiẽte feneramur? Nec aliquãdo iniustus est creditor: qui dum prefixo reddendi tempore nõ cõstringit: quãdo vult exigit qđ fenerat. Ubi et bene subiungitur. Sicut dño placuit / ita factum est. Cũ enim in hac vita ea q̃ nolumus patimur: necesse est vt ad eũ q̃ iniustũ velle nihil põt: studia nostre volũtatis inclinemus. Magna quippe est cõsolatio in eo qđ displicet: q̃ illo ordinãte erga nos agit: cui nõ nisi iustum placet. Si igit̃ iusta deo placere scimus: pati autẽ nulla nisi q̃ dño placuerint possumus: iusta sunt cũcta que patimur: et valde iniustũ est si de iusta passiõe murmuramꝰ. Sed quia orator fortis quomodo assertionẽ pris sue contra aduersariũ allegauit audiuimus: nũc quõ in oratiõis sue termino iudicem bñdicẽdo laudet audiamus. Sequitur. [Sit nomẽ dñi benedictũ.] Ecce omne qđ rectũ sensit / dñi benedictione conclusit: vt hinc aduersarius inspiciat: et ad penam suam victus erubescat: quia ipse domino contumax etiã in beatitudine conditus extitit: cui homo hymnum glorie etiam percussus dicit. Capitulum. xix.

B Intuendũ vero est / q̃ hostis noster tot nos iaculis perutit / quot tentationibus affligit. Quotidie nãq; in acie stamus: quotidie tentationum eius tela excipimus. Sed et nos in illũ iacula mittimꝰ si confossi tribulationibus / humilia respondemus. Beatus igitur Job percussus damno rerum: pcussus morte filiorum: qui vim doloris vertit in laudẽ conditoris / dicens: [Dñs dedit / dñs abstulit: sicut dño placuit / ita factum est: sit nomẽ dñi benedictũ.] superbum hostem humilitate percussit: crudelem patiẽtia strauit. Nec credamꝰ q̃ bellator noster accepit: nõ inflixit vulnera. Quot enim voces patientie in dei laudem percussus reddidit: quasi tot in aduersarij pectore iacula intorsit: et acriora valde q̃ sustinuit inflixit. Afflictus est terrena perdidit: sed afflictionem humiliter sustinens / celestia multiplicauit. Sequitur.

¶ S. §. Qd Job percussus nec verbo nec cogitatione in deum peccauit.

C ¶ In omnibꝰ his nõ peccauit Job: neq; stultum aliqd contra deũ locutus est. Quia tentationũ tribulationibus deprehensi / etiã tacito cogitationũ motu possumus non loquendo peccare: beato Job et oris testimoniũ perhibetur et cordis. Prius enim dicit: non peccauit: et tũc demũ subdit. Neq; stultum aliquid contra deũ locutus est. Qui enĩ stultũ locutus nõ est / culpã a lingua compescuit: sed cum premittitur / nõ peccauit: cõstat q̃ murmurationis vitiũ etiã a cogitatione restrinxit. Nec ẽ peccauit: nec stultũ locutꝰ est: q̃ nec p cõscientiã tacitꝰ tumuit / nec linguã in cõtumeciã relaxauit. Stulte autẽ cõ deum loquit̃ / q̃ inter diuine aduersionis flagella positꝰ / iustificare semetipsum conat̃. Si enĩ innocentẽ se asserere superbe audeat: quid aliud q̃ iustitiam ferientis accusat?

¶ Hucusq; nos verba historie transcurrisse sufficiat: iã nũc ad indagãda allegorie mysteria expositionis se sermo conuertat.

¶ S. C. Qd deꝰ tpa sine tpe intuet̃: et in luce tenebras videt: et diuersa ordinãs non est diuersus. Capitulum. xx.

Sed in hoc qđ scriptũ est: [Quadam die cũ venissent filij dei vt assisterẽt corã dño: affuit inter eos etiam sathan.] discutiendum prius est: cur quadã die factũ aliquid coram dño dicit̃: cũ apud illum nequaq̃ cursus tẽporis mutatione diei noctisq; varieẽ. Neq; enĩ in ea luce que sine accessu ea q̃ eligit illustrat / et sine recessu ea que respuit deserit / defectus mutabilitatis venit: quia in semetipso manẽdo immutabilis / mutabilia cũcta disponit: sicq; in se transeuntia condidit / vt apud se transire nequaq̃ possint: nec tpa intus in conspectu eiꝰ defluit: quod apud nos foris decurrit. Sicq; fit vt in eternitate eiꝰ fixa maneãt: ea q̃ nõ fixa exterius seculorum voluminis emanant. Cur ergo apđ eũ dicit̃ quadã die / cui nimirum dies vna est eternitas sua? Quã videlicet nec fine claudi: nec initio vidit aperiri psalmista: cũ dicit: Melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. Sed cũ scriptura sacra de temporaliter editis loquit̃: dignũ est vt verbis tpalibꝰ vtat̃: quatenꝰ cõdescẽdẽdo leuet: et dũ de eternitate aliqd tẽporaliter narrat / assuetos tẽporalibus sensim ad eterna traijciat: sicq; bene nostris mẽtibꝰ eternitas incognita / dũ verbis cognitis blanditur / insundat. Quid autem mirum si in sacro eloquio scõ mutabilitatẽ suam deꝰ ppter opere humane mẽti nõ aperit: q̃ et resurrectionis sue solẽnitate celebrata / quibusdã pfectionũ accessibus innotuit incorruptionem corpis qđ resumpsit? Luca quippe attestãte didicimꝰ: q̃ quibusdam se in monumento querẽtibus priꝰ angelos misit: et rursum discipulis in via de se loquẽtibꝰ ipse qdẽ, sz nõ cognoscẽdꝰ apparuit: qui post exhortationis moras / cognoscendũ se in panis fractione monstrauit. Ad extremũ vero repente ingrediẽs / nõ solũ se cognoscibilẽ: sed etiã palpabilẽ prebuit. Qr enĩ infirma adhuc gestabãt corda discipuli: in cognitiõe tãti mysterij ista fuerãt dispensatiõe nutriẽdi / vt paulisper aliqd q̃rẽtes inuenirẽt: in inueniẽtes crescerẽt: et crescentes cognita robustiꝰ tenerẽt. Quia igit̃ nõ repẽte / sz causarũ vbortiũq; incremẽtis q̃si q̃busdã ad eternitatem passibus ducimur: intus apud eũ quadã die aliqd factum dicit̃: q̃ ipsa quoq; tpa sine tpe cõtuet̃. An quia etiam sathan affuit die qdã / dũ hoc factũ dicit̃ / indicare sacra scriptura studuit: quia in luce deꝰ tenebras vidit? Cap. xxi.

Nos quippe vno eodẽq; cõtuitu lucem et tenebras cõtueri nõ possumꝰ: q: cũ in tenebris oculus figit̃ / lux fugat̃: et cũ ad lucis se coruscationem verterit: tenebrarum vmbra discedit. Illa autẽ vis q̃ cũcta mutabilis immutabiliter videt: q̃si in die ei sathã affuit: q: apostate angeli tenebras sine obscuritate comprehendit. Nos (vt dictũ est) vno eodẽq; intuitu contemplari nõ possumꝰ et q̃ approbãdo eligimꝰ: et q̃ reprobando dãnamꝰ: q: cũ ad hãc animꝰ ducit̃ / ab illa cogitatione separatur: cum vero ad illam reducit̃ / ab hac qui inherit remouetur. Deꝰ vero q̃ sine mutabilitate simul cuncta respicit / sine distentione cõprehendit: videlicet et bona que iuuat / et mala q̃ iudicat: et q̃ adiuta remunerat / et q̃ iudicãs dãnat: in his q̃ diuerso disponit ordine / diuersus non est. In die ergo ei sathan affuisse describit̃: quia lumen eternitatis eiꝰ nulla mutabilitatis fuscatione tangitur: et in hoc q̃ ei tenebre presentes fuit / affuisse inter filios dei dicit̃: q: eos vi iustitie immũdus spiritus penetratur: quos videlicet mũdorũ spirituũ corda cõplent: eoq; radio luminis iste transfigitur: q̃ illi vt luceant perfunduntur. Inter filios dei affuit: quia et si illi deo ad electorũ adiutorium: iste ad pbatiõnẽ seruit. Inter filios dei affuit: q: et si ab illis in hac vita laborantibꝰ auxiliũ pietatis impedit: iste occulte eius iustitie nesciẽdo seruiens / ministerium exequi reprobationis conatur. Unde bene in libris Regum per prophetam dicitur:

¶ S. §. Qd sancti angeli ad adiutoriũ electorũ: sathan vero ad probationem deo seruiat.

¶ Uidi dominũ sedentẽ super solium suũ: et exercitum celi a dextris eius et a sinistris: et dictũ est: In quo decipiam achab: vt ascendat et cadat in ramoth galaath? Et dixit alius ita: et alius aliter. Et egressus est vnus / et dixit: Ego decipiam achab. et dictũ est: In quo decipies? Qui respõdit dicẽs: Egrediar et ero spũs mendax in ore omniũ pphetarũ eius. Quid enĩ soliũ dei / nisi angelicas ptãtes accipimus: quarũ mẽtibꝰ altiꝰ p̃sidens interiꝰ cũcta disponit? Et quid exercitus celi / nisi ministrantium angelorũ multitudo describit̃? Quid est ẽ q̃ exercitꝰ celi a dextris et sinistris eiꝰ stare phibet̃? Deus enim q̃ ita est intra oĩa / vt etiã sit extra oĩa: nec dextra nec sinistra concludit̃. Sed dextra dei / angelorũ pars electa: sinistra aũt dei / pars angelorũ reproba designat̃. Non enĩ ministrant deo solũmodo boni qui adiuuent: sed etiã mali q̃ pbent: nõ solũ qui a culpa redeũtes subleuent: sed etiam qui redire nolẽtes grauẽt. Nec qđ celi exercitꝰ dicit̃: an

G

gelorũ pars reproba in eo intelligi posse prohibet. Quas enim in spendi in aere nouim⁹ aues celi nolamus. Et de

Ephe.vi. Ephe.ij.

eisdẽ spiritib⁹ paulus dicit: Contra spiritalia nequitie i celestibus. Quorum caput enucleãs ait: Scdm pricipem potestatis aeris huius. A dextera ergo dei et sinistra angelorũ exercitus stat: q: et volũtas electorũ spirituũ diuine pietati cõcordat: ꝛ reproborũ sensus sue malitie seruiens: iudicio districtionis eius obtẽperat. Unde mox fallax spũs in mediũ prosilijsse describit: per quẽ achab rex exigẽtib⁹ suis meritis decipiat. Nec em fas est credere bonum spiritum fallacie deseruire voluisse / vt diceret: Egrediar / et ero spũs mendax in ore omnium, pphetarũ eius: sed q: achab rex ex precedentibus peccatis dignus erat vt tali debuisset deceptione dãnari: quatenus q sepe volens ceciderat in culpam: quãqꝫ nolens caperetur ad penã. Occulta iustitia, licẽtia malignis spiritib⁹ dat: vt quos volẽtes in pctĩ laqueo strangulãt: in peccati penã etiam nolentes trahant. Q ergo illic a dextris atqꝫ a sinistris dei / exercit⁹ celi astitisse describit: hoc hic inter filios dei sathan affuisse phibet. Ecce a dextris dei steterunt angeli: qui noiantur filij dei: ecce a sinistris angeli stant: q: affuit inter eos etiam sathan. Capitulũ. xxij.

SEd q: allegorie mysteria idagare decreuim⁹, nõ inconuenienter accipem⁹ q in die dñs sathan vidit: q: vias eius in sapientie sue incarnatione corripuit: quasi cum nõ vidisse fuerit / tãdiu prauitatẽ illius in humani generis perditione tolerasse. Unde et diuina voce mox dicit. [Unde venis?] In die sathan requiritur de vijs suis: q: in luce manifestate sapiẽtie / occulti hostis insidie detegũtur. Q: ergo incarnato dño diabolus increpat: ꝛ a sua pestifera effrenatione corripit: recte subiungitur. [Cui dixit dñs. Unde venis?] Tunc em sathane vias requirendo arguit / cũ per mediatoris aduentum persuasionis eius nequitias repremens increpauit. Nec inmerito in hoc die filij dei corã dño astitisse referuntur: q: videlicet ad eterne patrie vocationẽ electi oẽs luce sapientie se illustrante collecti sunt. Quos quis incarnata sapientia aggregare effectu operis venerat diuinitati tamen illius iam per eius prescientiam intrinsecus assistebant. Sed quia de vijs suis antiquus hostis redemptore veniente discutit / quid dicat audiamus.

H

¶ S. §. De abadã vsqꝫ ad aduentum christi sathan nullum q sibi plene resisteret / repererat.

¶ Circuiui terrã / et perambulaui eam.] Ab adam quippe ante aduentũ dñi oẽs post se gentium natiões traxit. Circuiuit terrã ꝛ pambulauit: q: p corda gẽtiũ iniqtatis sue vestigia ipressit. Cadẽs em a sublimib⁹ / humanas mẽtes iure possedit: q: in culpe sue vinculo volentes astrinxit: tantoqꝫ latius in mundo vagatus est / quanto a reatu illius quisqꝫ liber per omia inuentus non est. Cui quasi ex pdãte mundũ circuisse / est, nullum hominẽ q sibi plene resisteret inuenisse. Sed iam sathan redeat. i. ab effectu sue malitie vis illũ diuina constringat: quia iam apparuit in carne / qui in peccati contagiõe / ex carnis nihil habet infirmitate. Uenit humilis / quem ꝛ superb⁹ hostis admiretur: quatenus qui fortia diuinitatis ei⁹ despexerat: etiã humanitatis eius infirma pertimescat. Unde et mox significatione mirifica / contra eum ipsa humanitatis infirmitas obstupescenda, pponit / vt dicat. [Nunqd considerasti seruũ meũ Iob: q nõ sit ei similis in terra?] De iob interpretat dolens: paulo ante iam diximus. Dolens vero ipse veraciter p figuram dicitur: qui portare dolores nostros propheta attestante perhibet. Cui in terra similis non est: q: ois homo tantũmodo hõ est: ipse aũt de⁹ ꝛ hõ. In terra ei similis nõ est: q: etsi adoptiuus qsqꝫ filius ad percipiendã diuinitatẽ proficit: nequaqꝫ tamen vt de⁹ naturaliter eẽ accipit. Qui bene etiã seruus dictus est: quia formã serui suscipe dignatus est. Nec maiestati iniuriam intulit assumpta humilitas carnis: q: et vt seruanda susciperet / nec tamen habita minueret: nec diuina hũanitatẽ minuit: nec hũana diuinitate cõsũpsit: q: etsi p Paulũ

I

Esa. liij.

Philip. ij.

dr: Qui cũ in forma dei esset: non rapinã arbitrat⁹ est esse se equalẽ deo: sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens: ei semetipsum exinaniuisse / est, ab inuisibilitatis sue magnitudine se visibilem demonstrasse: vt serui forma tegeret hoc qd incircũscripte oĩa ex diuinitate penetraret. Dei autem ad sathan per figurã dicere / est. nunqd considerasti seruũ meũ Iob: vnigenitũ filiũ contra eum in forma serui admirabilẽ demonstrare. Eo em quo illũ tante virtutis in carne innotuit: quasi supbienti aduersario qd dolens consideret indicauit. Sed q: bonũ qd mirare intulerat: restat vt ad reprimẽdã ei⁹ supbiã virtutes illi⁹ adhuc enumerãdo subiũgat. Sequitur. Ca. xxiij.

K

HOmo simplex et rectus a timẽs deum / ꝛ recedens a malo.] Uenit nãqꝫ inter hoies mediator dei ꝛ hoim homo xps Iesus: ad pbendum exemplũ vite hominibus simplex: ad nõ parcendũ vero malignis spiritibus rectus: ad debellandã superbiam timens deum: ad detergẽdam vero in electis suis vite immunditiam / recedens a malo. De ipso enim per Esaiam specialiter dicit: Et replebit eum spiritus timoris dñi. Et ipse a malo singulariter recessit: quia facta imitari noluit que in hominibus inuenit: quoniã attestante petro: Peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Sequitur. [Respondẽs sathan ait. Nunqd frustra Iob timet deũ? Nõne tu vallasti eũ ac domũ ei⁹ / vniuersãqꝫ substantiã eius per circuitum? Operibus manuũ ei⁹ benedixisti: ꝛ possessio illius crevit in terra.] Antiquus hostis redẽptorem humani generis debellatorẽ suũ in mũdũ venisse cognouit: vñ ꝛ p obsessum hoiem i euãgelio dr: Quid nobis ꝛ tibi fili dei? Uenisti huc ante tempus torquere nos? Qui tamẽ prius cum hũc passibilẽ cerneret: cum posse mortalia ppeti humanitatis videret: omne qd de ei⁹ diuinitate suspicat⁹ est: ex fastu supbie sue in dubiũ venit. Nihil quippe nisi supbum sapiens, dũ esse hũc humilem conspicit / deũ esse dubitauit. Unde ꝛ ad tentationẽ se argumẽta conuertit / dicẽs: Si fili⁹ dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Quia igit passibilem vidit: nõ deum natum / sed dei gratia custoditũ credidit. Unde et nunc inferre phibet: Nõne tu vallasti eũ ac domũ ei⁹: vniuersamqꝫ substãtiã ei⁹ p circuitum? Operib⁹ manuũ ei⁹ benedixisti: ꝛ possessio illius creuit in terra. Eũ qppe ac domũ ei⁹ a deo vallatã dicit: q: tentãdo ei⁹ conscientiã penetrare nõ potuit. Substantiam ei⁹ vallatã asserit: q: electos eius inuadere nõ presumit. Operib⁹ manuũ ei⁹ benedixisse deũ, ꝛ possessionem eius excrescere in terra qritur: q: scꝫ tabescens videt q fides eius in notitiam hoim predicantibus apostolis multiplicat. Possessio quippe ei⁹ crescere dr: dũ laborantib⁹ pdicatorib⁹ fideliũ quotidie numer⁹ auget. Hec itaqꝫ sathan deo dixisse / est, talia inuidendo sensisse. Hec sathan deo dixisse / est: de his tabescendo doluisse. Sequitur. Capitulum. xxiiij.

Esa. xj.

j. Pet. ij.

Mat. viij.

L

Matt. iiij.

M

SEd extende paululũ manũ tuam / ꝛ tange cuncta que possidet / nisi in faciẽ benedixerit tibi.] Quẽ em tranquillitatis tpe / dei gratia custoditum credidit: peccare posse per passionem putauit. Ac si aperte dicat: Interrogatus afflictionib⁹ hõ et peccator agnoscit: qui in miraculis deus putatur. Dixit ergo dominus ad sathan. [Ecce vniuersa que habet / in manu tua sunt: tantum in eũ ne extendas manũ tuam.] Cũ sacram historiã sub figurali intellectu discutim⁹: sathanie man⁹ nõ potestas, sed tentatio debet intelligi. Uniuersa itaqꝫ que habet / in manũ tentãtis dant: ꝛ in eũ tentatiõis manus extendi, phibet: qd tũ fieri substantia amisse cõcedit: q: nimirũ pri⁹ iudea q possessio eius fuerat / in infidelitate sublata est: ꝛ post eius caro patibulo crucis affixa. Qui igitur prius iudeã aduersantẽ ptulit: ꝛ postea vsqꝫ ad crucẽ venit: q si pri⁹ habita amisit: ꝛ post in semetipso aduersantis nequitiam pertulit. [Egressusqꝫ est sathan a facie dñi.] Sicut et superius dictum est / sathan a facie dñi exijt: q: ad desiderij sui vota puenit. Quasi em ante ipm erat: dũ propter ipsum quod male sitiebat / implere nõ poterat. [Cũ autẽ quadã die filij eius ꝛ filie comederent ꝛ biberent vinum in domo fratris sui primogeniti.] Beati Iob filios ac filias: vel aplorũ ordinẽ: vel cunctorum fideliũ multitudinẽ diximus designasse. Incarnatus autẽ dñs pri⁹ ex iudea ad fidẽ paucos elegit: et post sibi multitudinẽ ppli gẽtilis aggregauit. Quis aũt maior dñi fili⁹ / nisi iudaic⁹ populus accipi debet: qui et diudum dare legis fuerat doctrina gfietus, minor autẽ gẽtilis pple: qui ꝛ in mũdi extremitate collectus est. Quia igitur cũ sathan vestitum hoim nescieñs deseruiret: ꝛ corrupta persecutorum cordib⁹ licentiã dñice passionis expeteret: sancti apli necdũ aggregãdam deo gentilitatem nouerant: et soli iudee fidei arcana pdicabãt: eũ sathan expisse a dño dicit: filij ꝛ filie in domo fratris primogeniti

B

conuiuari referunt. Dictū quippe eis fuerat: In viā gentium ne abieritis. Post mortē nāq3 resurrectionēq3 dn̄i/ in gentiū predicationē conuersi sunt. Unde in suis actibus dicunt: Uobis oportebat loqui primū v̄bum dei: sed quia repulistis illud/ et indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Hi itaq3 filij sponsi (de quibus et eiusdē voce sponsi dr̄: Nō ieiunabūt filij sponsi q̄diu cū illis est sponsus.) in domo fratris primogeniti conuiuanf: qr videlicet adhuc apl'i sacre scripture delicijs in solius iudaici populi collectione vescebanf. Nuncius venit ad Job/ qui diceret.

Matth. x.
Act. xiij.
Matth. ix.

¶ S. Qr simplices pfectissimis adherētes: eorum intellectu pascuntur.

¶ Boues arabant: et asine pascebant iuxta eos: et irruerunt sabei: tulerūtq3 oīa/ et pueros percusserunt gladio: et euasi ego solus vt nunciare tibi.] Capitu. xxv.

Quid aliud in figura p boues/ q̄ bene operantes: quid aliud p asinas/ q̄ quosdam simpliciter viuentes accipimus? Que bene iuxta boues pasta referuntur: qr mētes simpliciū etiā cum alta capere nō possunt: eo magis vicine sunt/ quo et fraterna bona sua per charitatem credūt: cūq3 inuidere alienis censibus nesciūt: q̄si in pastu se minime diuidūt. Simul ergo et asine cū bobus reficiunt/ qr prudentibus coniūcti tardiores/ eorum intelligentia pascunt. Sabei autē captiuantes interpretanf. Et q̄ alij captiuantiū nomine/ nisi immūdi spiritus designanf: qui cūctos quos sibi subijciunt/ in infidelitatē captiuos ducunt? Qui et pueros gladio feriunt: qr eos tentationis sue grauiter iaculis vulnerāt/ quos necdū iuuenilis cōstātia liberos vel robustos seruat. Qui bene quidem bona incipiunt: sed in ipsa adhuc inchoationis sue teneritudine captiuātibus immūdis spiritibus substernūtur. Quos gladio hostis pcutit: qr eternitatis desperatione transfigit.

B

¶ S. Qr verbū dei nō pereat etiā cum non perierint hi aduersus quos mala futura predixit.

¶ Quid est autem hoc q̄ nuncius venit: qui diceret/ ego euasi solus? Quis est iste nuncius qui alijs pereuntibus solus euadit, nisi pphēticus sermo? Qui dum fiūt mala oīa que predixit: quasi saluus ad dominū solus redit. Dū enī vera dixisse de perditorū casu cognoscitur: quasi inter mortuos vixisse monstratur. Hinc est q̄ ad rebeccam in isaac coniugio deducendā puer mittif: quia videlicet ad desponsandā ecclesiam: interposita prophetia domino famulatur. Sabeis igif irruētibus solus puer q̄ nunciaret euasit: qr malignis spiritibus infirmorū mētes in captiuitatē ducentibus/ sententia pphētica cōualuit: q̄ eandē captiuitatē prenuncians dicit: Propterea captiuus ductus est populus meus: qr nō habuit scientiam. Prophetia ē quasi saluaf: dū captiuitas quā predixit ostdif. Sequitur. [Cumq3 adhuc ille loquereť/ venit alter et dixit. Ignis dei cecidit de celo: et tactas oues puerosq3 cōsumpsit: et effugi ego solus vt nunciarem tibi.]

Genesis xxiiij.
Esa. v.

¶ S. Qr. dum prepositi gloriam ppriam querunt/ subditorum corda subuertunt. Capitu. xxvi.

C

Omnes qui predicatiōis officiū in synagoge tenuerunt/ celū recte vocati sunt: quia nimirum sa pere supna credebanf. Unde et moyses cum sacerdotes ac populum ad verba sue admonitiōis excitaret/ dixit. Attēdite celū et loquar: et audiat terra verba ex ore meo. Per celū videlicet significans prepositorū ordinē: per terrā vero subditorū plebē. Hoc igif loco celum/ sacerdotes vel phariseos vel legis doctores nō inconuenienter accipimus: q̄ ante oculos hominū dū celestibus officijs inseruirent: quasi desup lucere videbanf. Sed quia ipsi summopere in redemptoris nostri aduersitate cōmoti sunt: quasi ignis de celo cecidit: dū ad decipiendū spēritū populū, ab his etiā q̄ vere docere putabanf/ flamma inuidie exarsit. Testante quippe euāgelio nouimus/ q̄ docentes veritatē inuidētes/ opportunitatē dn̄ice traditionis exquirebāt: sed metuētes pplm: q̄ moliebanf/ amore facere nō audebāt. Hinc etiā in eo scriptū est: q̄ dissuadentes populo dicūt. Nunq̄d aliq̄s de pncipibus credidit in eum/ aut ex phariseis? Sed turba hec q̄ non nouit legē/ maledicti sunt. Quid aūt in ouibus atq3 in pueris nisi innocētes quosq3/ sed tamen adhuc infirmos accipimus? Qui dū aduersitatē phariseorū ac principum tolerare timuerunt: infidelitatis concrematiōe cōsumpti sunt. Dicaf ḡ

Deutero. xxxij.
Luc. xx.
Joan. vij.

Ignis dei cecidit de celo/ et tactas oues puerosq3 cōsumpsit. Ex prepositorū cordibus flāma inuidie corruit: et q̄cq̄d boni in plebibus oriebaf/ incēdit: q: dū mali prepositi suū contra veritatem honorem exq̄runt: ab omni rectitudine corda sequentiū subuertunt. Ubi et bene adiungif: Et effugi ego solus vt nūciarē tibi. qr dū implenf pdicta causa malitie/ fallacie interitū euadit sermo pphētie/ q̄ ait: Et nunc ignis aduersarios cōsumit. Ac si aperte dicat: Malos non solum ignis per vindictā post cruciat/ sed nunc etiā p liuorem cremat: qr q̄ post puniendi sunt retributiōis supplicio: nūc semetipsos afficiunt inuidie tormento. Puer ergo solus fugiens remeat: et igne perisse oues puerosq3 denūciat: dū pphētia iudaicū populū deserens/ vera se dixisse manifestat/ q̄ ait. Zelus apprehendit pplm ineruditū. Ac si apte dicat. Dū v̄ba pphētarū discutere plebs noluit: sed credulitatē suā v̄bis inuidentiū dedit: zeli igne perijt: qr in aliene inuidie se flāma cōcremauit. Sequif. [Sed et illo adhuc loquente/ venit alius et dixit. Chaldei fecerunt tres turmas: et inuaserunt camelos/ et tulerunt eos: necnō et pueros percusserunt gladio: et effugi ego solus vt nunciarem tibi.] Capitulum. xxvij.

D

Quia chaldeos feroces interpretari nouimus: qui alij chaldeorū noīe designanf/ nisi persecutiōis auctores/ vsq3 ad apros clamores malitie prorumpentes/ cū dicūt: Crucifige crucifige eū? Qui de semetipsis tres turmas faciūt: cū se ad pponendas q̄stiones dn̄o pharisei/ herodiani/ et saducei diuiserūt. Qui ore q̄dem sapientie victi sunt: sed qr stultos quosdā post eos se traxisse credendū est: factis turmis camelos tulerunt. Unusquisq3 nāq3 eorū ordo in prauū q̄ sapuit/ insipientiū corda corrupit: et dū psuadēdo ad interitū pertraxit: quasi tortuosas mentes infirmātiū ad captiuitatem duxit. Predicante q̄ppe in samaria dn̄o: multi ex samaritanis fuerunt i possessionē eiusdem redēptoris nostri adsciti. Sed nunq̄d hi qui p septē viris vnius mulieris mortuis/ de resurrectiōis desperatione dn̄m tentāt: nequaq̄ conati sunt credentes samaritanos a fide reducere: quos cōstat spem resurrectionis ignorare? Qui dū ex lege nonnulla recipiunt/ nōnulla cōtemnunt: quasi camelorum more velut aīal mundum rumināt: s3 vt immundum/ nequaq̄ vngulam findūt. Quis et eos cameli ruminātes: sed tamen vngulā non findentes indicāt: q̄ iudea iuxta litterā historiā audierāt: sed virtutem eius spiritaliter discernere nesciebāt. Quos tribus turmis chaldei rapiunt: dū pharisei/ herodiani/ et saducei ab omni sensus rectitudine iniqua persuasione peruertunt. Simulq3 pueros gladio feriunt: qr et si qui in populo vti iam ratione poterant: eis ipsi non virtute rationis/ sed potestatis auctoritate contrahebant: dūq3 se quasi prepositos imitari a subditis volunt: etsi intelligere aliq̄d sequentes poterant: ex auctoritate tñ suscepti regiminis eos ad pniciem pertrahunt. A quibus bene solus puer qui nunciet fugit: qr phariseis/ herodianis/ atq3 saduceis iniqua patrantibus/ eos nimirū deserens pphēticus sermo conualescit: q̄ ait: Et tenentes legem nescierunt me. Sequitur.

Luc. xxiij.

E

¶ S. Qr primogenitus frater sit iudaicus pplus: et domus quattuor angulorū scribe et pharisei et sacerdotes et seniores ppli: et ventus a regione deserti/ immundorum spiritiuum in sanctos cursus. Capitu. xxviij.

Hiere. ij.

F

Adhuc loquebaf ille: et ecce alius intrauit/ et dixit: Filijs tuis et filiabus vescentibus et bibentibus vinum i domo fratris sui primogeniti: repente ventus vehemens irruit a regione deserti: et concussit quattuor angulos domus: que corruens oppressit liberos tuos: et mortui sunt.] Paulo ante iam diximus q̄ filios et filias/ p̄dicantes apostolos et plebes subditas sentiamus. Qui i domo fratris p̄mogeniti cōuiuari referunf: qr in habitatione adhuc iudaici populi sacre predicationis delicijs vescebanf. Repente aūt vehemens ventus irruit a regione deserti. Regio deserti est cor infidelium: q̄d dū creator deserit/ nullus inhabitator colit. Uentus aūt vehemens/ q̄d aliud q̄ tentatio fortis accipif? Uentus ḡ vehemens a regiōe deserti irruit: qr i passione redemptoris nostri/ contra fideles eius fortis tentatio a cordibus iudeorū venit. Pōt etiā deserti regio derelicta/ immundorū spirituū multitudo nō inconuenienter intelligi. A qua ventus venit/ et domū concussit: qr ab eis tentatio prodijt: et persecutorū corda cōmouit. Sed hec domus i qua

[G] conuiuabant filij: in quattuor angulis stabat. Tres enim regentiũ ordines in synagoga cognouimus: sacerdotum scz/scribarũ/atqz seniorũ populi. Quibus si et phariseos iungimus: quattuor in hac domo angulos inuenimus. A regione igitur deserti ventus venit: et quattuor angulos domus concutit: qz ab immũdis spiritibus tẽtatio irruit/ et mẽtes quattuor ordinũ in malitiam persecutionis excitauit. Huc domus corruens oppressit liberos: qz dum iudea in crudelitatem dñice persecutionis cecidit: apl'orum fidẽ desperationis formidine obruit. Teneri enim tantummodo magistrũ viderũt: et iam negãtes p diuersa fugiebãt. Et quis manus interna eorũ spiritũ i presciẽtia ad vitã tenuit: a vita tñ fidei eos interim carnalis timor extinxit. Qui ergo auctorem suum iudea seuiente reliquerunt: quasi concussis angulis domo euersa necati sunt. Quid autẽ illo tpe de grege fideliũ factũ credimus: quo fugisse ipsos etiã arietes scimus: Sed inter hec vir⁹ qui enũciet euadit: qz cõualuisse se sermo ppheticus qui hec denũciauerat/ostendit dicẽs de persecutore populo: Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. dicẽs de bonis predicatoribus/sed tamen in passione fugientibus: Proximi mei a longe steterunt. Dicens de cunctis valde formidantibus. Percutiam pastorem: et dispergentur oues gregis. Sequitur.

[Hiere. xj.] [Ps. xxxvij.] [Zacha. xiij.]

¶ S. Qz plebs iudaica/et legis sacramenta a capite et corpore suo amissa sunt et scissa. Capitm. xxix.

[H] Tunc surrexit Job/et scidit vestimenta sua.] Ruente domo/extinctis filijs/iob surrexit: qz iudea in infidelitate pdita/pdicatorib⁹ in pauore mortis cadẽtib⁹: redẽptor humani generis dũ semetipsum a carnis sue morte suscitauit: quanto iudicio psecutores suos deseruit/demonstrauit. Surgere quippe ei⁹/est: qua districtione peccatores derelinquat/ostendere. Quasi enim iacere ei⁹ est: patiẽter mala tolerare. Surgit ergo cũ cõtra reprobos iudiciũ iustitie exerit. Unde recte vestimẽta scidisse phibet. Quid enĩ vestimẽtũ dñi/nisi synagoga extitit: que pphetis predicãtibus/expectationi incarnationis illius adhesit. Sicut enim his nunc vestit a quib⁹ diligit: Paulo attestante/qui ait. Ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam/non habentem maculam aut rugam. Que enim maculã aut rugã non habere dr: profecto vestis rationabilis/et per actionem munda: et per spem tensa mõstrat. Ita cum incarnãdũ cum iudea credidit/adherendo nihilominus vestis fuit. Sed qui expectatus venit: veniens noua docuit: docens mira exercuit: mira faciens praua tolerauit: vestem qua indutus fuerat scidit: dum de iudea alios ab infidelitate sustulit: alios in incredulitate dereliquit. Quid est igitur vestis scissa/nisi iudea in contrarijs sententijs diuisa? Si enim vestis ei⁹ scissa nõ esset: euãgelista nõ diceret qz pdicãte dño contentio oriebat in populo: vt alij dicerẽt: bonus est: alij autem/nõ/sed seducit turbas. Quasi scissa vestis illi⁹ fuit: qz diuisa per sententias/vnitatẽ concordie pdidit: cũ et post resurrectionẽ suã quibusdã credituris apparuit: et quibusdã nõ credituris se abscõdit. Sequit. [Et tonso capite corruens in terram adorauit.] Quid per decisos capillos/nisi sacramentorũ subtilitas: quid per caput/nisi summi sacerdotij dignitas designat? Unde et ad Ezechielẽ prophetã dr: Tu fili hois sume tibi gladiũ acutũ radentem pilos: et assumes eũ: et duces p caput tuũ et barbã. vt videlicet prophe fctõ/iudiciũ redẽptoris exprimat: q in carne apparẽs caput rasit: qz a iudaico sacerdotio pceptorum suorum sacramenta abstulit. Barbã rasit: qz regnũ israelitici deserens: decorẽ virtutis ei⁹ amputauit. Capitm. xxx.

[Ephe. v.] [Jo. vij.] [J] [Ezech. v.]

[Q] Quid vero hoc loco per terrã/nisi homo petõr exprimit: Primo quippe peccanti homini dictũ est. Terra es/et in terrã ibis. Terre ĝ noie peccatrix gẽtilitas designat. Nã cũ iustã iudea se crederet/constat qz reproba de gentilitate sentiret: paulo attestante qui ait. Nos natura iudei: et nõ ex gẽtibus petõres. Mediator igit noster quasi detonso capite in terram corruit: qz iudeã deserens/dũ sacramenta sua ab ei⁹ sacerdotio abstulit: ad notitiã gentiliũ venit. Capillos enim a capite rasit: qz sacramenta legis ab illo suo primo sacerdotio sustulit. Et in terrã corruit: qz saluẽ dãs se petõrib⁹ dedit. dũqz eos qui sibi iusti videbant/ deseruit: hos qui se iniustos et fatebant et nouerant/assumpsit. Hinc ipse in euãgelio dicit. Ego in iudiciũ veni in hunc mundũ: vt q

[Gen. iij.] [Gal. ij.] [Joh. ix.]

non vident/videãt: et qui vidẽt/ceci fiant. Hinc et colũna nubis que in eremo populũ preibat: splendore ignis non in die/sed i nocte radiabat: qz videlicet redẽptor noster sue cõuersationis exẽplo/ducatũ sequẽtib⁹ pstans/de iustitia sua cõfidẽtib⁹ nulla luce claruit: petõrũ vero suorũ tenebras agnoscentibus/ignem sui amoris infulsit. Nec qz corruere Job dicit: indignum mens hoc significationi redẽptoris arbitret. Scriptũ nãqz est. Uerbũ misit dñs in iacob: et cecidit in israel. Jacob quippe supplantator: israel vero vir videns deũ dicit. Et quid per iacob nisi iudaicus populus: qd p israel nisi gentilis pplis designat? Quia quẽ iacob p carnis mortẽ supplãtare studuit: hũc nimirũ per oculos fidei gentilitas deũ vidit. Ad Jacob ergo missum verbum in israel cecidit: qz cum quem ad se venientẽ iudaicus populus respuit/hunc repente confitens populus gentilis inuenit. De sancto quoqz spũ scriptum est. Cecidit spũs dñi sup eos. Jdcirco autẽ verbũ dñi vel spũsanctus in sacra scriptura cadere dicitur: vt inopinat⁹ ei⁹ aduẽtus exprimat. Qđ enim ruit vel cadit/ad ima repẽte venit. Mediator ergo in terrã qsi corruisse/est: nullis signis pcurrẽtib⁹ inopinate ad gẽtes venisse. Bene autẽ dr qz corruens adorauit: qz dũ ipse humilitatẽ carnis suscepit: in se credẽtibus vota humilitatis infudit. Fecit enim/qz fieri docuit: sicut et de ei⁹ spũ dr: Ipse spũs postulat p nobis gemitibus inenarrabilibus. Neqz enim petit q equalis est/sed postulare dr: qz nimirum quos repleuerit/postulantes facit: quis hoc et in semetipso redemptor noster ostẽdit: qui patrẽ etiã dũ passioni ppinquaret/exorauit. Quid enim mirũ/si in forma sui exorãdo se patri subdidit: in qua etiam manus peccantiũ vsqz ad mortis extrema tolerauit? Sequitur.

[K] [Exodi. xiij.] [Esa. ix.] [Act. ij.] [Ro. viij.]

¶ S. Qz synagoga adultera pallio littere retento dum lege carnaliter vti voluit/contempta est: et legislatorem criminata nudũ abire pmisit. Capitm. xxxj.

[N] Nudus egressus sum de vtero matris mee: nudus reuertar illuc.] Redẽptoris mater iuxta carnem synagoga extitit: ex qua ad nos p corpus visibile processit. Sed hũc intra se tegmine littere adopertũ tenuit: dũ ad spiritalẽ ei⁹ intelligentia mentis oculos aperire neglexit. Hũc qz in carne humani corporis latentẽ videre deũ noluit: quasi in diuinitate nudum cõspicere cõtẽpsit. Sed nudus de vtero matris exijt: qz a synagoge † carne pditus cõspicuus ad gentes venit. Qđ bene ioseph relicto pallio fugiente signatũ est. Dum enim mulier adultera male illo vti voluisset: relicto pallio fugit foras: qz dũ synagoga deũ vẽturũ purũ hoiem credẽs/qsi adulterino cõplexu cõstringere voluit: ipse tegmẽ lre ei⁹ oculis reliqt: et ad cognoscẽdam diuinitatis sue potentiam/conspicuũ se gentibus prebuit. Unde et Paul⁹ dicit. Usqz hodie dum legitur moyses/velamen est sup cor eorum. qz videlicet adultera mulier apud semetipsam pallium retinuit: et quẽ male tenebat/nudũ amisit. Qz ĝ a synagoga veniens/fidei gentium cõspicuus apparuit: ex vtero matris nudus exijt. Sed nũquid hanc dñs deseruit? Et vbi est qđ p pphetã dicit: Si fuerit numerus filiorũ israel quasi arena maris/reliquie salue fient: Ubi est qđ scriptũ est: Donec plenitudo gentium intraret: et sic omnis israel saluus fieret? Erit ergo quãdoqz conspicu⁹: vt etiã synagoge appareat. Erit in fine mundi pculdubio/quãdo gentis sue reliquijs semetipm sicut ẽ dñs innotescat. Unde et bene hic dicit [Nud⁹ reuertar illuc.] Nudus quippe ad vterũ matris reuertit/cũ i mũdi huius termino is q in seculo fact⁹ homo despicitur: synagoge sue oculis deus ante secula declaratur. Sequitur.

[L] [† al' synagoga. Genesis xxxix.] [ij. Cor. iij.] [M] [Osee. j.] [Rom. xj.]

¶ S. Qz solius dei sit dare et auferre: et qz redemptori nostro nullum ex consortio carnis petm̃ adhesit.

¶ Dominus dedit/dñs abstulit: sicut dño placuit/ita factum est: sit nomen domini benedictum.] Redemptor noster per hoc qz deus est/cum patre dat omnia. per hoc vero qz homo est/a patre accipit omnia. Dicatur igitur de iudea/cum venturum incarnationis eius mysterium crederet: dominus dedit. Dicatur de iudea cum expectatam incarnationis presentiam contempsisset/dñs abstulit. Data quippe est/cum per quosdam futura credidit: sed exigente merito sue cecitatis ablata est: cum credita per quosdam venerari contempsit. In se autẽ credentes edocet/vt in flagellis positi/benedicere dño sciant/cum subditur. Sicut dño placuit/ita factum est: sit nomẽ dñi

B Marci xiiij.

benedictum. Unde et testante euangelio cum appropinquare passioni diceretur: accepto pane gratias egisse perhibetur. Gratias itaqꝫ egit qui flagella aliene iniquitatis suscepit. Et qui nihil dignum percussione exhibuit: humiliter in percussione benedicit: vt hinc videlicet ostendat quid vnusquisqꝫ in flagello culpe ꝓprie facere debeat: si ipse equanimiter flagella culpe portat aliene: vt hinc ostēdat quid in correptione faciat subditus/si in flagello positus patri gratias egit equalis. Sequitur. [In omibus his non peccauit Job: neqꝫ stultum quid cōtra deum locutus est.] Qui nec peccasse/nec stultū aliquid cōtra deū locutus asseritur: hoc de illo Petrus (sicut iam prediximus) aperte testatur/dicens. Qui peccatum nō fecit: nec dolus inuentus est in ore eius. Dolus quippe in ore quāto apud homines prudentius callet: tanto apud deum stultius desipit: Paulo attestante/qui ait. Sapiētia huius mundi/stultitia est apud deum. Quia ergo dolus in ore eius non fuit: stultum procul dubio nihil dixit. Hūc contra deum/sacerdotes ꝛ principes stulte locutum crediderunt: cum interrogatus passionis tempore dei se filium testaretur. Unde et conquirentes dicūt. Quid adhuc egemus testibus? ecce ipsi audiuimus blasphemiā. Sed contra deum nihil stulte dixit: quia vera loquens: hoc de se infidelibus etiam moriendo intulit: quod paulopost redemptis omnibus resurgendo monstrauit.

i. Pet. ij.

i. Cor. iij.

Math. xxvi.

Capitulum. xxxij.

B

Hec in significationem nostri capitis breuiter tractata transcurrimus: nunc in edificationem eius corporis/ea moraliter tractanda replicemus: vt qd̄ actum foris narratur in opere/sciamus quomodo intus agatur in mente. Nam cum filij dei assistūt coram deo: inter eos quoqꝫ assistit ꝛ sathan: quia plerūqꝫ bonis nostris cogitationibus que in corde nostro aduētu spiritussancti operante seminantur: antiquus ille callide se interserit et subiungit inimicus: vt bene cogitata perturbet: maleqꝫ perturbata dilaniet. Sed nequaqꝫ nos in tentatione deserit/qui creauit. Nam hostem nostrum qui se contra nos in insidijs contegit: illustratione sui luminis nobis deprehensibilem reddit: propter qd̄ ei moxdicitur. Unde venis? Callidum nāqꝫ hostem requirere: est/ci⁹ nobis insidias declarare: vt quo eū subintrare ad nos cernimus: forti contra illum circumspectione vigilemus. Qui respōdens ait. [Circuiui terram/ꝛ perambulaui eam.] Sathane terrā circuire/est carnalia corda perscrutari: ꝛ vnde occasionem accusationis inuenire possit/ exquirere. Terram circuit: quia humana corda circumuenit: vt bona tollat: vt mala mētibus inferat: vt inferta cumulet: vt cumulata perficiat: vt perfectos in iniquitatibus ad penam socios acquirat. Et notādum qꝫ nō transuolasse/sed perambulasse se asserit: quia nimirū nequaqꝫ quem tentat/velociter deserit: sed vbi molle cor inuenerit: ibi pedem misere persuasionis figit: vt immorando actionis praue vestigia imprimat: et ex sue iniquitatis similitudine quos valet reprobos reddat. Sed cōtra hūc beatus Job laudatur et dicitur. [Nunquid considerasti seruum meum Job: qꝫ nō sit ei similis super terram: Uir simplex et rectus/ac timens deum: et recedens a malo.] Quē diuina inspiratio contra hostem roborat: hūc quasi in sathane auribus deus laudat. Laudare quippe eius est: et prius bona concedere: et post concessa custodire. Sed antiquus hostis eo cōtra bonos grauius seuit: quo vallari eos diuine protectionis munere conspicit. Unde et subiungens dicit. [Nunquid frustra Job timet deū? Nōne tu vallasti eum ac domum eius: vniuersamqꝫ substantiā eius per circuitū? Operibus manuum eius benedixisti: et possessio illius creuit in terra.] Ac si aperte dicat: Cur laudas quem protegendo roboras? Despecto enim me/dignus tuis laudibus homo esset: si suis contra me viribus staret. Unde mox et malitiose de homine expetit: quod tamen protector hominis benigne concedit. Nam subditur.

C

C. S. Quod electi in tentatione proficiunt: ꝛ qd̄ eis diabolus preparat in ruinam: hoc eis deus conuertit in gloriam.

C Sed extende paululum manum tuam: ꝛ tange cūcta que possidet: nisi in faciem benedixerit tibi.] Plerunqꝫ enim dum fecunde virtutum fructus reddimus: dū continua prosperitate pollemus: aliquantulum mens erigitur: vt a semetipsa sibi existere bona que habet/arbitretur. Que nimirum bona antiquus hostis malitiose attrectare appetit: sed hec tentari deus non nisi benigne permittit: vt dum mens tentatione pulsata/in bonis de quibus gaudebat concutitur: imbecillitatis sue debilitate cognita: in spe diuini adiutorij robusti⁹ solidetur. Fitqꝫ mira dispensatione pietatis: vt vnde malignus hostis eo tentat vt interimat: inde misericors conditor hoc erudiat vt viuat. Unde ꝛ bene subiungitur. [Ecce vniuersa que habet/in manu tua sunt: tantum in eum ne extendas manum tuam.] Ac si aperte dicat. Electi vniuscuiusqꝫ bona sic tibi tentanda exterius tribuo: vt tamen ipse noueris quia perseuerantem mihi illum in mentis radice conseruo. Ubi et bene subditur. [Egressusqꝫ est sathan a facie domini.] quia per hoc qꝫ vsqꝫ ad defectum cordis preualere nequaqꝫ permittitur: exclusus ab intimis/exterius vagatur. Qui etiamsi virtutes mentis plerunqꝫ turbat: eo ipso foris est/quo resistente domino/vsqꝫ ad interitum bonorum corda non vulnerat. Intantum quippe contra illa seuire permittitur: inquātum necesse est vt tentationibus erudita solidentur: ne ea que agunt bona/suis viribus tribuentes: ne in securitatis torpore se deserāt: ꝛ a formidinis accinctione dissoluant: sed ad profectus sui custodiam tanto solertius inuigilēt/quāto se cōtra aduersarium stare semper in acie tentationum vident. [Cum autem quadam die filij et filie eius comederent et biberent vinum in domo fratris sui primogeniti: nuncius venit ad Job qui diceret. Boues arabant: et asine pascebātur iuxta eos: ꝛ irruerunt sabei: tulerūtqꝫ omnia: ꝛ pueros percusserunt gladio.]

D

Cur deus nos tētari permittat ab ātiquo hoste.

Capitu. xxxiij.

E

vt cum mutatũ ad quem venerant cernerent: ipsam etiã
consolatorum speciem spontaneus dolor immutaret. Or-
do quippe consolationis est/ vt cum volumus afflictum
quẽpiam a merore suspẽdere: studeamus prius merẽdo
eius luctui concordare. Dolẽtem nãq̃ non potest cõsola-
ri qui non concordat dolori: quia eo ipso quo a merentis
afflictione discrepat: minus ab illo recipitur/a quo men-
tis qualitate separatur. Sed emolliri prius debet animus D
vt afflicto congruat/congruens inhereat: inherens tra-
hat. Nec enĩ ferrũ ferro coniungit: si non vtrũq̃ excustio-
ne ignis liquetur: ⁊ durum molli non adheret: nisi prius
eius duritia temperata mollescat: vt quasi hoc ipsum fiat
q̃d curatur vt teneat. Sic nec iacentes erigimus/nisi a ri-
gore nostri status inclinemur: quia dum rectitudo stan-
tis a iacentis situ discrepat: eum cui condescẽdere negli-
git/nequaq̃ leuat. Amici igitur beati Job vt afflictum a
dolore suspenderent: curauerunt necessario simul dolere.
Et cum vulneratum illius corpus viderent/studuerũt
ipsi vestes scindere. ⁊ cũ immutatũ cõspicerẽt: studuerũt
puluere capita fedare: quatenus afflictus vir tanto faci-
lius eorum verba reciperet: quanto in eis suum aliquid
de afflictione cognouisset. Capitulum. ix.

Sed inter hec sciẽdum est/quia is qui afflictum
consolari desiderat: mẽsuram necesse est dolori
quẽ suscipit ponat: ne nõ solum dolentẽ nõ mul-
ceat: sed intẽperate dolẽs/afflicti animũ ad põdus despe-
rationis premat. Sic enim dolor noster merẽtium dolori
iungendus est/vt per temperamẽtum subleuet: non autẽ
per augmẽtum grauet. Unde fortasse colligẽdum est: q̃
amici beati Job plusq̃ necesse fuerat/in consolatione do-
luerũt: qui dũ pcussionẽ cernũt: sed pcussi mentẽ nesciũt:
ita in immẽsum luctũ versi sunt: ac si percussus vir tante
fortitudinis/ plaga corporis etiã a corde cecidisset. Se-
quit. [Sederũtq̃ cum eo in terra septem diebus ⁊ septẽ no-
ctibus: et nemo loquebat̃ ei verbũ: videbãt enim dolorem
E eius esse vehementẽ.] Utrum continuis septem diebus ⁊
septem noctibus cũ afflicto Job sederint: an certe diebus
septem ⁊ noctibus totidem instantia ei crebre visitationis
adheserint/ignoramus. Sepe enim rem quãlibet tot die-
bus agere dicimus: quis non eisdem diebus ad eam con-
tinue vacemus. Sepe vero scriptura sacra sic totum pro
parte: sicut pro toto partem ponere consueuit. Pro toto
enim partem loquitur: sicut Jacob familiam describens
Gen. xlvi. dicit: Intrauit Jacob in Egyptũ cũ animabus septua-
ginta. Que nimirũ cũ alias memorat: cõstat quia intran-
tium et corpora comprehẽdit. Rursum totum pro parte
insinuat: sicut ad monumẽtũ maria queritur/dicẽs. Tu-
Joan. xx. lerũt dñm de monumẽto: ⁊ nescimus vbi posuerũt eũ. So-
lum quippe corpus dñi quesitura venerat: ⁊ quasi totum
simul dominũ sublatum deplorat. An ergo ⁊ in hoc loco
totum pro parte dicatur/incertum est. Sed tamẽ hoc q̃d
diu tacuerunt: ⁊ quãdoq̃ loquẽdo reprobati sunt: negle-
cte pretereundũ nõ est. Sunt nãq̃ nõnulli q̃ et loqui pre-
propere incipiũt: et effrenate cepta/effrenatius exequũtur.
Et sunt nõnulli qui tarde quidẽ loqui inchoant: sed se-
mel inchoantes/ habere modum locutionis ignorant.
Amici igitur beati Job dolorem videntes diu tacuerũt:
F sed tarde inchoantes/indiscrete locuti sunt: quia parce-
re dolenti noluerunt. Tenuerunt linguã ne propere inci-
peret: sed incipiẽtem semel nequaq̃ moderati sunt: ne se
et consolatione vsq̃ ad contumelias effrenaret. Et bona
quidẽ intentione ad cõsolãdũ venerant: sed hoc quod pia
mens deo mundũ obtulit: locutio precipitata vitiauit.
Scriptũ quippe est. Si recte offeras: non recte autẽ di-
uidas/peccasti. Recte nãq̃ offertur: cũ recta intentione
quid agitur. Sed recte non diuiditur: si nõ hoc quod pie
agitur/etiam subtiliter discernatur. Oblata enim recte
diuidere/est quelibet bona nostra studia sollicite discer-
nendo pensare. Quod nimirũ qui agere dissimulat/etiam
recte offerens peccat. Capitulum. x.

Sepe ergo et quod bono studio gerimus: dum
discernere caute negligimus/quo iudicetur fi-
ne nescimus: ⁊ nõnunq̃ hoc fit reatus criminis:
q̃d putat̃ causa virtutis. Quisq̃s autẽ amicorũ hei Job
facta cõsiderat: q̃ pia ad eũ intẽtiõe venerit/nõ ignorat.
Pensem⁹ enĩ cuius charitatis fuerit/ad afflictũ cõcordi-
ter cõuenisse: q̃ta huius lõganimitatis extiterit: septẽ diebus
⁊ septẽ noctibus cũ afflicto tacuisse: que humilitas in ter-
ra tot diebus ac noctibus sedisse: que cõpassio puluere ca-
pita cõspersisse. Sed tamen inchoantes loqui/ vnde se esti-
mauerunt premium mercedis acquirere: inde eos conti-
git reatũ reprehensionis inuenire: quia incautis sepe ad
peccati finẽ vertitur etiã q̃d pro solo studio mercedis in-
choatur. Ecce precipiti locutione pdiderũt bonũ q̃d tã-
to labore mercati sunt. Et nisi diuina gratia offerre eos

G

sacrificium pro suo reatu precepisset: inde a dño iuste puniri poterãt: vnde se placere dño mirabiliter estimabant. Inde iudici displicent/ vnde sibi quasi pro defensione iudicis per effrenationem placent. Idcirco vero hec dicimus: vt ad memoriam legentium reuocemus: quatenus sollicite quisq̃ cõsideret ea que malo voto perpetrãtur/ quãta dñs aiaduersione puniat: si inchoata bono studio/ sed negligentia indiscretionis admixta/ tanta inuectione castigat. Quis nõ mercedis causam peregisse se crederet: si aut in defensione dei quisq̃ contra proximũ diceret: aut certe septẽ diebus ac noctibus ꝓ proximi dolore tacuisset? Et tamẽ amici beati Job hec agentes: ad culpam laborãdo venerũt: q2 consolationis quidẽ bonũ qđ agebant nouerãt: sed cũ quãta agendũ esset discretionis libra/ nesciebant. Unde necesse est vt non solũ intueamur qđ agimus: sed etiam cum quanta discretione agamus. Primũ quidẽ ne mala quoquo modo: postmodum vero ne bona incaute faciamus. Ad que nimirũ bona sollicite peragenda propheta nos admonet/ dicens. Maledictus homo qui facit opus dei negligẽter. Ad hoc vero ista ꝓficiunt: vt ante terribilis iudicis subtile atq̃ incõprehensibile examẽ: nõ solum mala que cõmisimus: sed ipsa etiã si qua in nobis sunt bene gesta timeamus: quia sepe in iusto iudicio culpa esse deprehenditur: qđ virtus ante iudicium putatur. Et vnde expectatur pia merces operis: inde supplicium iuste sequitur vltionis.

Hiere. xlviii.

❡ S. Qr hec que supradicta sunt in psona Job/ allegorice referuntur ad Christum. Capitm xi.

H

HEc iuxta historiã breuiter tractata percurrim⁹: nunc ad allegoriarũ mysteriũ verba vertam⁹. Sed q2 in exordio huius operis diũ de vnitate capitis ꝛ corporis tractaram⁹: sollicita intentione premisimus quanta in eis sit cõpago charitatis: (q2 nimirũ ꝛ dñs multa adhuc per corpus (qđ nos sumus) patif: et iam eius corpus. i. ecclesia: de suo capite/ videlicet dño/ in celo gloriatur:) ita nũc passiões exprimi eiusdẽ capitis debent: vt ostendatur q̃ multa etiã in corpore suo sustinet. Si enĩ caput nostrũ tormenta nostra nõ tãgerẽt: nequaq̃ ꝓ afflictis mẽbris psecutori suo etiã de celo clamaret. Saule saule quid me psequeris? Si cruciatus nostri/ eius pene non essent: conuersus afflictusq̃ Paulus minime diceret. Suppleo ea que desunt passionũ Christi/ i carne mea. Et tamen resurrectione iam sui capitis exaltatus dicit: Qui nos conresuscitauit/ ꝛ consedere fecit in celestibus. Nempe hunc in terra persecutionũ tormenta constrinxerant: sed penarum suarum ponderibus pressus: ecce iam per gloriam capitis in celo residebat. Quia ergo in omnibus vnitum caput et corpus nouimus/ sic a persecutione capitis incipimus: vt subsequenter tamẽ ad corporis flagella veniamus. Sed hoc q̃ quadã die sathan coram domino astitisse dicitur: q̃ vnde veniat percontatur: q̃ beatus Job magnis cõditoris preconijs prefertur: quia iam sepe discussimus/ replicare deuitamus. Si enĩ diu mẽs rebus discussis inuoluitur: peruenire ad indiscussa prepeditur. Ibi ergo allegorie nunc initium ponimus/ vbi post verba sepe repetita/ adiunctum noui aliquid scim⁹.

Act. ix.

Colo. i.

Ephe. ii.

I

Itaq̃ ait. [Cõmouisti me aduersus eum/ vt affligerem eum frustra.] Si beatus Job redẽptoris nostri in passione positi speciẽ tenet: quomodo a dño ad sathã dicif: Cõmouisti me aduersus eum? Mediator quippe dei ꝛ hominum homo Christus Jesus: vt culpas nostre trãsgressionis extingueret: venit mortalitatis nostre flagella tolerare. Sed qui vni⁹ cũ patre eiusdẽq̃ nature est: quomodo ꝑ sathan motum se aduersus eum pater asserit: cum cõstet q̃ patris filijq̃ concordiã nulla potestatis inequalitas: nulla volũtatis diuersitas interrũpat? Sed tamẽ idem qui patri est equalis per diuinitatem: venit propter nos ad flagella per carnem. Que nimirũ flagella non susciperet/ nisi formã dãnati hominis redimẽdo sumpsisset. Et nisi primus homo delinqueret: secũdus ad passionũ probra minime veniret. Cũ ergo primus homo per sathan a dño motus est: tunc est dñs in hoie secũdo cõmotus. Sathan itaq̃ ad huius afflictionẽ dominũ tunc cõmouit/ quando in paradiso primũ hominem a iustitie culmine inobedientie culpa ꝓstrauit. Nisi enim Adam primũ ꝑ volũtarium vitiũ in anime mortẽ traxisset: Adã secũdus sine vitio in carnis mortẽ volũtariam nõ veniret. Bene ergo et etiã de redẽptore nostro dicif. Cõmouisti me aduersus eum: vt affligerẽ illũ frustra. Ac si apertius dicat. Dũ iste nõ suis: s3 illi⁹ causa moritur: tũc me i hui⁹ afflictionẽ pmouisti/ cũ illũ a me callida psua siõe traxisti. De quo et bene addit/ frustra. Frustra quippe afflict⁹ est: qui ꝛ culpe vlstione pressus est: ꝛ culpe cõtagio inquinat⁹ non est. Frustra afflict⁹ est/ q2 in carne natus/ propria admissa nõ habuit: ꝛ tamẽ penã carnalitũ sine culpa suscepit. Hic est enĩ qđ per ꝓphetam loquitur dicẽs. Que nõ rapui: tũc exsoluebam. Alius nãq̃ ad paradisum cõditus/ diuine potentie similitudinẽ supbe rapere voluit: sed tamẽ culpas huius supbie sine culpa mediator exsoluit. Hic est qđ patri quidã sapiẽs dicit. Cũ sis iust⁹/ iuste oĩa disponis: eũ quoq̃ qui nõ debet puniri/ cõdẽnas. Sed pensandũ est quomodo iust⁹ sit/ ꝛ oĩa iuste disponat: si eũ qui nõ debet puniri cõdẽnat. Mediator etenĩ noster puniri ꝓ semetipso non debuit: q2 nullũ culpe cõtagiũ ꝑpetrauit. Sed si ipse indebitã mortẽ nõ susciperet/ nũq̃ nos a debita morte liberaret. Pater ḡ cũ iust⁹ sit/ iustũ puniens/ oĩa iuste disponit: q2 per hoc cũcta iustificat/ q̃ eũ qui sine peccõ est/ ꝓ peccõrib⁹ dãnat: vt eo electa oĩa ad culmẽ iustitie surgerẽt: quo ipse qui est sup oĩa/ dãna iniustitie nostre sustineret. Qr ergo illic dãnatus cũ nõ debeat dicif: hoc hic afflictus frustra memoratur. Qui tamẽ iuxta semetipsum frustra afflict⁹ est: iuxta vero nostra acta nõ frustra. Rubigo quippe peccati purgari nõ poterat/ nisi igne tormenti. Uenit itaq̃ sine vitio/ q̃ se subijceret spõte tormẽto: vt debita nostre iniquitati supplicia/ eo reos suos iuste amitterẽt: quo hunc a semetipsis liberũ iniuste tenuissent. Frustra ergo ꝛ non frustra afflict⁹ est: q2 in se quidẽ admissa non habuit: sed proprio cruore reatus nostri maculã tersit. Capitm. xij.

K

Psal. lxviij.

RE spondẽs sathan ait. Pellẽ pro pelle: ꝛ cũcta que habet homo dabit pro aĩa sua. Alioqñ mitte manũ tuã ꝛ tãge os eius ꝛ carnẽ: ꝛ tũc videbis q̃ in faciẽ benedicat tibi.] Malign⁹ spũs cũ redẽptorẽ nostrũ miraculis coruscare cõspicit/ clamat. Scimus q̃ sis sanct⁹ dei. Qui hec dicens/ cognoscendo dei filium pertimescit: sed tamẽ vim supne pietatis ignorans/ dum passibilẽ cõsiderat/ hominẽ purũ putat. Multos autem sub sanctitatis specie i pastorali positos loco didicerat: qui alieni valde a visceribus charitatis/ pro minimo aliena dãna pẽsabãt. Hũc ergo qsi ex alijs colligens: q2 subtractis multis superari nõ vidit: vsq̃ ad ei⁹ carnẽ ꝑ tactũ passiõis exarsit. Ac si diceret. Pellẽ pro pelle: ꝛ cũcta que habet homo dabit ꝓ aĩa sua. Alioqñ mitte manũ tuã et tãge os ei⁹ ꝛ carnẽ: ꝛ tũc videbis q̃ in faciem benedicat tibi. Ac si apte dicat. Moueri ex his q̃ ex se sunt negligit: sed tũc veraciter qđ sit agnoscitur: si i seipso qđ doleat experitur. Hec ꝑ se sathã eũ fieri appetit/ nõ verbis sed desiderijs dicit. Hec ꝑ mẽbra sua et verbis ꝛ desiderijs intulit. Ipse qppe loquitur/ cũ iuxta ꝓphete vocẽ ei⁹ seq̃ces dicũt. Mittam⁹ lignũ i panẽ ei⁹: ꝛ eradam⁹ eũ de terra viuẽtiũ. Lignũ qppe i panẽ mittere/ est ꝑfigẽdo ei⁹ corpori stipitẽ crucis adhibere: ꝛ vitã illi⁹ de terra viuẽtiũ eradere se posse existimãt: quẽ dum mortalẽ cõspiciũt/ finiri morte suspicantur. [Dixit aũt dñs ad sathã. Ecce in manu tua est: verũtamẽ aiam illi⁹ serua.] Conditorẽ oĩm sathane manui traditũ qs vel despiciẽs credat: sed tamẽ edoct⁹ veritate qs nesciat q̃ eiusdẽ sathane mẽbra sunt oẽs q̃ ei peruerse viuẽdo iunguntur? Mẽbrũ qppe eius pilat⁹ extitit: q̃ vsq̃ ad mortis extrema venientẽ in redẽptionẽ nostrã dominũ nõ cognouit. Corpus aũt eius pricipes sacerdotũ extiterunt: qui redemptorẽ mundi a mũdo repellere vsq̃ ad crucem persequẽdo conati sunt. Cum ergo se pro nostra redemptione dñs mẽbrorum sathane manibus tradidit: quid aliud q̃ eiusdẽ sathane manũ in se seuire permisit: vt vnde ipse exterius occũberet/ inde nos exterius interiusq̃ liberaret. Si igitur sathane man⁹ ei⁹ potestas accipitur: eius manũ iuxta carnẽ pertulit: cui⁹ potestatẽ corporis vsq̃ ad sputa/ colaphos/ flagella/ crucẽ/ lãceamq̃ tolerauit. Unde et pilato eius videlicet corporis mẽbro ad passionẽ veniẽs dicit. Nõ haberes in me potestatẽ vllã/ nisi tibi data esset desuper. Sed tamẽ hanc potestatẽ quã cõtra se ei extrinsecus dederat: suis seruire lucris intrinsecus cõpellebat. Pilatus enim vel sathan (qui eiusdem pilati caput extiterat) sub potestate illi⁹ sup quẽ potestatem acceperat tenebatur: q2 et superior ipse disposuerat hoc qđ inferius accidẽs a persecutore tolerabat: vt cum ex mala mente infidelitas surgeret: vtilitati tamẽ electorũ

L

Luce. iiij.

M

Hiere. xi.

Joan. xix.

B

omniũ ipsa quoq; crudelitas deseruiret. Hic igitur disponebat intus / qđ semetipsum pati nequiter permittebat foris. Hinc est enĩ qđ de illo in cena dicit. Sciens Jesus quia omnia dedit ei pater in manus: et q2 a deo exiuit et ad deum vadit: surgit a cena / et ponit vestimenta sua. Ecce in manu persequentium iturus: sciebat q in manu sua ipsos etiam persecutores acceperat. Qui enim omnia accepisse se nouerat: constat quia et ipsos a quibus tenebatur / tenebat: vt ipse in se ad vsum pietatis intorqueret: quicquid eorum cõtra se malitia permissa seuiret. Dicatur ergo ei. Ecce in manu tua est. quia ad feriendam carnem seuiens licentiam accepit: sed potestati illius nesciens deseruiuit.

Joan. xiij.

Capitulum. xiij.

Animã vero illius seruare precipitur: nõ q hãc tentare phibeat / sed q hanc superare nõ possit ppulsatur. Nec enĩ sicut nos (qui puri homines sumus) instructe sepe tẽtatiõe cõcutimur: ita redemptoris nostri aia a tentationis est necessitate turbata. Hostis nãq; noster etsi i excelsum mõtẽ eum quẽ permissus assumpsit duxit: si daturũ se regna mũdi phibuit: si quasi in panẽ vertẽdos lapides ostendit: mentẽ tamen mediatoris dei et hominũ tẽtatione quassare nõ valuit. Sic enĩ dignatus est hec exterius cuncta suscipere: vt tamẽ mens eius interius diuinitati sue inherẽs inconcussa pmaneret. Qui et siquãdo turbatus spiritu infremuisse dicit: ipse tñ diuinitus disponebat / quantũ ipse humanitus turbaret: immutabiliter omnibus psidens: et semetipsum mutabilem in satisfactiõe infirmitatis ostẽdens. Quietus ergo in semetipso manẽs: disposuit quicquid p ostẽdenda humanitate quã susceperat: etiã turbulẽtus fecit. Quia vero cũ recte diligimus: nihil in rebus cõditis aia nostra charius amamus: et sicut aiam nostrã nos eos diligere dicimus: quibus amoris nostri exprimere pondus conamur: põt per eius animã / electoꝝ vita signari. Et cũ sathã ad feriendã redẽptoris carnẽ permittitur / ab aia separat: quia cũ corpus eius ad passionem accipit: electos eius a iure sue potestatis amittit. Cũq; illius caro per crucem moritur: horũ mens cõtra tentamẽta solidatur. Dicat ergo. [Ecce in manu tua est: verũtamen animã illius serua.] Ac si aperte audiat. Licẽtiã contra corpus eius accipe: et ab electis illius quos apud se ante secula prescirẽs possidet / tue prauę dominationis perde.

Math. iiij.

Joã. xi.

Capitulum. xiiij.

B

Egressus igitur sathã a facie domini: percussit Job vlcere pessimo a planta pedis vsq; ad verticem.] Nullus in hac vita electoꝝ venit: qui nõ huius hostis aduersa sustinuit. Membra autẽ nři redẽptoris extiterũt etiã qui ab ipso mũdi exordio dũ pie vixerunt / crudelia passi sunt. An nõ huius mẽbrũ Abel se esse phibuit: qui eius mortẽ de quo scriptũ est: Sicut agnus corã tondẽte se obmutescet: et nõ aperiet os suũ: nõ solũ placẽs i sacrificio: sed etiã moriẽs tacẽdo signauit? Ab ipso itaq; mũdi exordio redẽptoris nostri corpus expugnare sathã conatus est. A planta ergo pedis vsq; ad verticẽ vulnus intulit: qui prius ab hominibus inchoans: vsq; ad ipsum caput ecclesie seuiẽdo puenit. Benẽ autẽ dicit testa saniẽ radebat. Quid enĩ aliud in manu dñi testa est / nisi caro ex nostre substantie luto sumpta? Etenĩ testa igne solidat. Caro aũt dñi eo ex passiõe sua robustior extitit / quo p infirmitatẽ moriẽs / a morte sine infirmitate surrexit. Unde recte etiã p pphetã dicit. Exaruit velut testa virtus mea. Sicut testa enĩ eius virtus exaruit: qui susceptẽ carnis infirmitatẽ passionis sue igne roborauit. Quid vero p saniẽ nisi peccatũ debet intelligi? Per carnẽ quippe et sanguinẽ solẽt carnis peccata designari. Unde per psalmistã dicit. Libera me de sanguinibus. Sanies itaq; putredo sanguinis est. Quid vero accipimus saniẽ / nisi carnis peccata ex lõga vetustate peiora? Vulnus itaq; in saniẽ vertitur: cũ neglecta culpa vsu deterius grauatur. Mediator itaq; dei et hominũ homo christus iesus corpus suum manibus psequentiũ tradẽs: saniem testa rasit: quia peccatum carne deleuit. Uenit enĩ (sicut scriptũ est) in similitudinem carnis peccati: vt de peccato damnaret peccatum. Dũq; hosti obijcit innocentiã carnis sue: extersit contagia carnis nostre: et ex qua nos captiuos liniẽs tenuit: per illam nos liberos explauit: quia quam nos instrumẽtum fecimus culpe: hec nobis per mediatorem versa est in arma iustitie. Testa ergo sanies raditur: cũ carne culpa superat. Bene autẽ subditur. [Sedẽs in sterqlinio.]

Esa. liij.

C

Psal. xxi.

Psal. l.

Roman. viij.

Non in foro in quo lex pstrepit: nõ in edificio / qđ se culmine in alta sustollit: sed in sterquilinio residet: q2 videlicet redẽptor humani generis ad carnẽ veniẽs / (attestãte Paulo) infirma mũdi elegit / vt cõfunderet fortia. An non quasi ruentibus edificijs in sterquilinio residet: qui relictis iudeis superbientibus: i ea quã dudum abiecerat gentilitate requiescit? Extra habitaculũ reperit in vulnere: qui in eo q iudeã aduersantẽ protulit: passionis dolorem a gẽte ppria despectus sensit: Johãne attestante / qui ait. In propria venit: et sui eũ nõ receperunt. Sed quõ sterquilinio ... cõquiescat: hoc eadẽ de semetipsa veritas dicat. Ait enĩ. Gaudium erit in celo sup vno peccatore penitentiam agẽte: q super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia. Ecce dolens i sterquilinio sedet: qui post pperatas culpas libenter corda penitentium possidet. An nõ quasi quoddã sterquiliniũ sunt corda penitentium: qui dũ mala sua flendo cõsiderant: quasi ante se stercora, sese abijciendo coaceruant? Percussus ergo Job montẽ nõ petijt / sed in sterqlinio sedit: quia ad passionem redẽptor veniẽs: alta superboꝝ corda deseruit: et in afflictoꝝ humilitate requieuit. Qđ tamen de se et prius q incarnaretur indicauit / cum p pphetã dixit. Ad quẽ respiciã / nisi ad humilẽ et quietum et trementẽ sermones meos? Quis vero consideret / is qui tot pia hominibus intulit / quot ab hominibus peruersa tolerauit? Quis consideret quãta nũc vsq; tolerat: etiam cum de celo sup corda fidelium regnat? Ipse quippe quotidie patitur omne quod a reprobis eius electi lacerant. Et q̃uis caput huius corporis / quod videlicet nos sumus: iam sese super oĩa liberum erexerit: reprobor tamẽ vulnera adhuc p sua quod deorsum retinet corpus sentit. Sed quid ista de infidelibus dicimus: cũ in ipsa quoq; ecclesia multos carnalium prauis moribus cõtra redẽptoris vitam pugnare videamus? Sunt nãq; nõnulli qui hunc / quia gladijs nõ possunt / peruersis actibus insequuntur: quia dũ sibi in ecclesia vident deesse qđ ambiunt: hostes bonorũ fiunt: et non solum praue semetipsos actioni inserũt: sed etiã iustoꝝ rectitudinẽ inflectere ad peruersa moliuntur. Eterna quippe intueri negligunt: et i appetitu temporaliũ mentis pusillanimitate succumbunt: tantoq; ab eternis altius corruunt / quanto bona tpalia esse quasi sola suspicant. Hos iustoꝝ simplicitas displicet: et cum occasionẽ pturbationis inueniũt: suã eos arripere duplicitatẽ suadent. Unde hoc quoq; pgruit apte quod subditur. [Dixit aũt illi vxor sua. Adhuc permanes i simplicitate tua? Bñdic deo / et morere.] Cuius enĩ speciẽ malesuadẽs mulier tenuit / nisi quorũlibet carnaliũ in ecclesie sinu positoꝝ: qui quo verbis professe fidei intus sunt: eo bonos incorrectis suis moribus peius premunt? Nã minus fortasse nocuissent / si nõ eos sancta ecclesia introrsus admittẽs: vsq; ad fidei cubile reciperet: quos dũ p pfessam fidẽ recipit: sibi procul dubio pene inẽuitabiles facit. Hinc est q premente turba / vna redemptorẽ nostrũ mulier tetigit. vnde et idẽ redẽptor noster protinus dicit. Quis me tetigit? Cui cum discipuli responderẽt: Turbe te premũt et affligũt: et tu dicis: quis me tetigit? ilico adiũxit. Tetigit me aliqs. Nã et ego noui virtutem de me exisse.

Joan. i.

Luce. xv.

Esa'e lxvj.

D

Mar. v.

Capitulum. xv.

Multi ergo dñm cõprimunt: et vna tãgit: q2 carnales quiq; in ecclesia eũ pmunt a quo longe sunt: et soli tangunt q huic veraciter humiles adiũgunt. Turba igit pmit / q2 multitudo carnaliũ quo intus admittit / eo grauius tolerat. Premit et nõ tãgit: quia et importuna est p presentiã: et absens p vitã. Nõnunq; enim prauis nos sermonibus: nõnunq; vero solis peruersis moribus insequuntur. Suadent nãq; aliquãdo que tenẽt: aliquãdo vero etsi nõ suadeãt / pbere tamẽ iniquitatis exẽpla nõ cessant. Qui igitur ad mala nos vel verbis vel exemplis illiciũt / pfecto pcursores nostri sunt: a quibus tentationũ certamina sumimus: que saltẽ in corde vicamus. Sciẽdum vero est: q2 carnales in ecclesia aliquando metu / aliquãdo vero audacia suadere peruersa cõtendunt. cũq; ipsi vel pusillanimitate vel elatione deficiunt: hec iustorum cordibus infundere quasi ex dilectione moliuntur. Carnalem videlicet mentem petrus ante redemptoris mortem resurrectionẽq; retinebat. Saruie filius carnali mẽte duci suo dauid adiunctus inheserat: sed tamen vnus formidine / alter elatione peccabat. Ille quippe mortem magistri audiẽs dixit. Absit a te domine / non

F

Mat. xvj.

G
iiij. Regū. xvj.

erit tibi hoc. Hic vero iniurias ducis nō ferens ait. Nunquid pro his verbis non occidetur semei: qui maledixit christo domini? Sed illi mox dicit. Redi post me satbana: et hic cū germano audiuit ꝑtim⁹. Quid mihi et vobis filij saruie: cur efficimini mihi hodie i sathā? Male itaq; suadētes angeli apostate appellatione cēsent: qui verbis blādis ad illicita quasi diligentes trahunt. Valde vero deteriores sunt qui huic culpe nō formidant, sed elatiōe succūbunt. Quoꝝ specialiter beati Job vxor figuram tenuit, q̄ marito suadere supba tentauit, dicens. Adhuc ꝑmanes in simplicitate tua? Benedic deo, ⁊ morere. Simplicitatē in marito redarguit, q; trāsitoria cuncta despiciens, puro corde sola eterna ꝯcupiscit. Ac si apte dicat. Quid simpliciter eterna appetis: et sub malis ꝑcentib⁹ eq̄nimiter ingemiscis? Excedēo eterna despice: et mala presentia vel moriendo euade. Capitulum. xvj.

SEd electi quiq; cū praua int⁹ a carnalibus tolerāt: quantū in se formā rectitudinis ostēdūt, discam⁹ ex verbis vulnerati et incolumis sedētis ⁊ recti qui ait. Locuta es q̄si vna ex stultis mulieribus. Si bona accepim⁹ de manu dñi, mala quare non sustineamus? Sancti viri tribulationū bello deprehensi, cū vno eodēq; tēpore alios ferientes, alios suadentes ferunt: illis opponūt scutū patientie: istis iacula intorquēt doctrine: atq; ad vtrūq; pugnādi modū mira virtutis arte se erigūt: qtenus ⁊ puersa intus sapienter doceant: ⁊ foris fortiter aduersa contēnant: hos docentes corrigūt: illos tolerātes ꝑmant. Insurgentes nāq; hostes patiēdo despiciūt: infirmātes vo ciues copatiendo ad salutē reducunt: illis resistūt, ne ⁊ alios subtrahāt: istis medētur, ne vitam rectitudinis funditus perdant.

h

℄ S. Q; ad exemplū apl̄i pauli iusti positi i dolore tribulationis propriē nō deserūt curā vtilitatis aliene.

℄ Videamus castroꝝ dei militē, cōtra vtraq; ꝑliantē.

ij. Corin. vij.

Ait enim. Foris pugne: int⁹ timores. Enumerat bella q̄ extrinsec⁹ tolerat, dicens. In periculis fluminum: periculis latronū: periculis ex genere: periculis ex gētibus: periculis in ciuitate: periculis in solitudine: periculis in mari: periculis in falsis fratrib⁹. In hoc autem bello que contra aduersariū spicula intorqueat, adiūgit.

ij. Cor. xj.

Ibidem.

In labore ⁊ erūna: in vigilijs multis: in fame ⁊ siti: in ieiunijs multis: in frigore et nuditate. Sed inter tot certamina deprehensus dicat: quanto vigiliaꝝ munimine etiā castra custodiat. Nam ꝓtinus adiungit. Preter illa que extrinsecus sunt, instātia mea quotidiana: sollicitudo omniū ecclesiarum. Ecce in se bella fortiter suscepit: et tuenda se ꝓximis misericorditer impēdit. Narrat mala que patitur: subiūgit bona que impartit. Pēsem⁹ ergo cui⁹ laboris sit: vno eodēq; tpe foris aduersa tolerare: intus infirma ꝓtegere. Foris pugnas patit: quia verberib⁹ scinditur: cathenis ligatur. intus metū tolerat: quia passionem suā nō sibi, sed discipulis obesse formidat. Vnde et

I
j. Thessalo. iij.

eisdem scripsit, dicens. Nemo moueat̄ in tribulationib⁹ istis. Ipsi enim scitis q; in hoc positi sum⁹. Aliorū quippe casus in propria passione metuebat: ne dum discipuli ipm afflictum pro fide verberibus agnoscerēt: fideles se esse ꝓfiteri recusarent. O immensa charitatis viscera: despicit qd̄ ipse patit: et curat ne quid praue psuasionis discipuli in corde patiant. Ipse in se contēnit vulnera corporis: et in alijs vulnera medet cordis. Habent quippe hoc iusti proprium: vt in dolore positi tribulatiōis sue, curam nō deserant vtilitatis aliene: ⁊ cū de se aduersa patientes dolent: alijs necessaria docētes puidēt: et quasi percussi quidā magni medici egrotant. Ipsi tolerant scissuras vulneris: et alijs ꝓferūt medicamēta sanitatis. Valde autē minoris laboris est, aut docere cū nihil toleras: aut tolerare cum nihil doces. Vñ sancti viri ad vtraq; se solerter extendūt: ⁊ cū tribulationib⁹ forsasse feriunt: sic exteriora bella suscipiūt: vt sollicite cogitēt ne ꝓximoꝝ interiora lacerent. Sic sic sancti viri fortiter i acie ꝯsistūt: ⁊ illic iaculis aduersantia pectora feriūt: hic scuto postpositos debiles tuent: atq; ita vtrobiq; velocitate circūspectiōis inuigilāt: quaten⁹ et ante se audaces cōfodiāt: ⁊ post se trepidos a vulnere defendant. Quia igitur sancti viri sic sciunt foris aduersa tolerare: vt intus etiam nouerit peruersa corrigere: dicat recte. Locuta es quasi

Ps. xxx.

vna ex stultis mulieribus. Quia enī electis dicit. Viriliter agite, ⁊ ꝯfortet cor vestrū: mentes carnaliū que fluxa

deo intentione deseruiūt, nō inmerito mulieres vocātur. Si bona accepim⁹ de manu dñi: mala quare nō sustineamus? Ac si dicat. Si ad bona eterna tēdim⁹: quid mirū si tēporalia mala sufferam⁹? Hec aūt bona sollicite Paulus inspexerat: quando illata equanimiter mala tolerabat, dicens. Non sunt condigne passiones huius temporis ad superuenturā gloriam, que reuelabitur in nobis.

K

Rom. viij.

In omnib⁹ his non peccauit Job labijs suis. Sancti viri cū persecutionē intus forisq; patiuntur: nō solū i dei iniurijs minime excedunt: sed neq; contra ipsos aduersarios ꝯtumeliosa vba iaculātur. Quod dux bonoꝝ recte Petrus admonet, dicens. Nemo vestrū patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus. Maledicus enī patitur qui passionis sue tēpore, in sui salutē iniuriā persecutoris effrenatur. Sed quia redemptoris corpus, sancta nimirū ecclesia, ita pondus dolorū portat: vt humilitatis modū per verba non transeat: recte de hoc dolente dicitur. In omnibus his nō peccauit Job labijs suis: neq; stultum quid contra deum locutus est. Capitu. xvij.

j. Pet. iiij.

IGitur audiētes tres amici Job omē malū qd̄ accidisset ei: venerunt singuli de loco suo: Eliphas themanites: et baldad suites: et sophar naamathites. In pfatiōe hui⁹ operis dixim⁹: quia amici beati Job etsi bona intentione ad eū conuenerint: hereticoꝝ tn̄ idcirco spēm tenent: quia ad culpā indiscrete loquēdo dilabūtur. Vnde et illis ab eodē beato Job dicitur. Disputare cū deo cupio: ꝓri⁹ vos ostendēs fabricatores mendacij: et puersoꝝ cultores dogmatum.

℄ S. Q; locus sanctorum sit humilitas: sicut ecōtra reproborum locus superbia.

℄ Sancta itaq; eccl̄ia omni hoc tempore peregrinationis sue in afflictione cōstituta, dū vulnera sustinet: dum membroꝝ suoꝝ lapsus dolet: i super alios sub christi nomine tolerat hostes christi. Ad augmentū nāq; doloris eius, etiā heretici in cōtentionē cōueniunt: eāq; quasi q̄busdā iaculis irrationabilib⁹ verbis transfigunt. Bene autē dicit. Venerūt de loco suo. Hereticoꝝ quippe locus ipsa supbia est: quia nisi prius i corde intumescerēt: ad praue assertionis certamina nō cōuenirent. Ita nāq; maloꝝ locus est supbia: sicut est ecōtra humilitas locus bonoꝝ. De quo loco p Salomonē dicitur. Si spūs potestatē habentis ascēderit sup te: locū tuū ne dimiseris. Ac si aperte dicat. Si tentatoris spm contra te in aliquo preualere cōsideras: humilitatē ꝑdere non debes. Qui quia locū nostrū humilitatē ꝑdere dixerit: verbis sequētib⁹ ostendit, dicēs. Q; curatio cessare faciet pctā maxima. Quid enī est aliud humilitas lamēti, nisi medicina peccati? Heretici igit de loco suo veniūt: q; ptra sanctam ecclesiā ex supbia mouent. quoꝝ peruersa quoq; actio ex ipsa suoꝝ nominū interptatione colligitur. Dicunt enī: Eliphas, baldad, sophar. et sicut superius diximus: eliphas interpretat⁹ est dei contēptus. Nisi em deū contēnerent, nequaq; de eo puersa sentirēt. Baldad aūt interpretat vetustas sola. Dū enī vinci refugiūt: ⁊ puerso studio esse victores querunt: noue vite cōuersatione negligunt: et ex sola vetustate est qd̄ intēdūt. Sophar vo speculā dissipās interpretatur. Hi etenī qui in sancta ecclesia fixi sunt: redēptoris sui mysteria fide vera humiliter cōtēplant. Sed dū heretici cū falsis allegationibus veniūt, speculā dissipant: q; eoꝝ mētes quos ad se trahūt, ab intentione recte contēplationis inclinant.

L

Eccle. x.

Ibidem.

M

℄ S. Q; tres amici Job hereticoꝝ typū habeant: et ex ipsoꝝ noib⁹ eoꝝ actio et intētio exprimatur. Cap. xviij.

HEc autem loca de quib⁹ veniunt, cōgrua hereticoꝝ actib⁹ describūtur. Dicitur enī: Themanites, suites, naamathites. Thema nāq; interpretatur auster: sui loquens: naama, decor. Austrum autem ventum calidum esse quis nesciat?

℄ Heretici igitur quia ardētius appetunt sapere: quasi plus q̄ necesse est student calere. Desidia quippe torpori frigoris: et rursum inquietudo imoderate curiositatis, imoderato cōcordat calori. Q; ergo āplius q̄ debēt, calorē sapientie percipere appetunt: ab austro venire referuntur. Ab hoc calore imoderate sapientie mentes fideliū paulus tēperare curauerat, cū dicebat. Non plus sapere, q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē. Hinc est q; dauid vallem salinarū pcussit: q; videlicet redemptor noster sue districtionis examine in his qui de illo praua

Rom. xij.
ij. Regū viij.

A

sentiũt:stultitie immoderati saporis extinguit. Qui au-
tem dicit loquẽs. Calorẽ quippe nõ vt bene viuãt:sed vt
elate loquant/ habere desiderãt. A themã igitur e sui.i.
a calore et loquacitate venire referuntur:quia per hoc ꝙ
scripturarũ se studiosos exhibẽt:solĩ9 ardẽs loquacitatis/
non autẽ visceribꝰ charitatis calẽt. Naama vero interp-
tatur decor. qꝛ eni docti non esse/sed videri appetunt/ ex
eruditionis verbis speciem bene viuentium sumunt. Et
per calorẽ loquacitatis in se imaginem ostẽdũt decoris:
vt eo p decorẽ lingue peruersa facile persuadeãt:quo se
districtem vite sensus calliditate occultant. Sed neqꝫ ipsa
locorꝫ noĩa/inordinata sunt narratiõe distincta. Prius
enim thema/ postmodum sui/ac deinde naama ponitur:
qꝛ prius illos inordinatus calor accẽdit in corde:deĩde
nitor loquacitatis erigit:et tunc demũ decoros homini-
bus hypocrisis ostẽdit. Condixerãt eni vt pariter veniẽ-
tes visitarent eum et cõsolarentur. Cõdicũt ei sibi here-
tici quãdo praua quedam cõtra ecclesiã cõcorditer sen-
tiunt:et in quibꝰ a veritate discrepant:sibi in falsitate cõ-
cordãt. Amice aũt qui nos de eternitate erudiunt: quid
aliud faciũt/nisi in peregrinationis nostre nos afflictione
ꝯsolant? Heretici autẽ qꝛ sanctã ecclesiã sua docere de-
siderãt/ad eã quasi cõsolantes appropinquãt. Nec mirũ
ꝙ qui aduersantiũ formã exprimunt/nominãtur amici:

Matth. xxvj.

cum ipsi quoqꝫ traditori dicitur. Amice ad quid venisti?
Et diues qui inferni igni cruciatur:abrahã filius vo-
catur:quia etsi p nos mali corrigi negligũt:dignũ tamẽ
est vt a nobis nõ ex sua nequitia/sed ex nostra benigni-
tate amici nominentur. ¶ Cũqꝫ eleuassent procul oculos
suos/nõ cognouerunt eũ. ¶ Heretici quiqꝫ cũ sancte ec-
clesie facta cõsiderant/oculos leuant:quia ipsi videlicet
in imo positi sunt:et cũ eius opera respiciũt/in alto sunt
sita que cernũt/sed tamen hãc in dolore positam/non co-

B

gnoscunt. Ipsa quippe appetit hic mala recipere:vt pos-
sit ad eterne remunerationis premiũ purgata peruenire.
Plerũqꝫ ꝓspera metuit:et disciplina eruditionis hila-
rescit. Heretici igitur qꝛ pro magno ꝓsentia appetunt:eã
in vulneribꝰ positã nõ cognoscũt. Hoc naqꝫ qd in illa cer-
nunt/in suorꝫ cordiũ cognitione non relegunt. Cum er-
go hec ? aduersitatibus ꝓficit:ipsi suo stupori inherent:
quia per experimentũ ignorant que vident. Capim.xix.

Esa.xlix.

S Cissisqꝫ vestibꝰ sparserũt puluerem sup caput
suũ in celum. ¶ Sicut vestimenta eccl'ie cunctos
fideles accipimꝰ:(Vñ ? p ꝓphetã dr. Omibꝰ
his velut ornamẽto vestieris) ita hereticorꝫ vestes sunt
oẽs qui eis concorditer inherentes/illorũ erroribus in-
voluunt. Habent ꝟo heretici hoc propriũ:ꝙ in eo gradu
in quo de eccl'ia exeunt/diu stare nõ possunt:sed ad dete-
riora quotidie ruũt:et sentiendo peiora/in multis se par-
tibus scindunt:atqꝫ a semetipsis plerũqꝫ longius confusi-

† al. alter-
catione.

onis sue altercatione † diuidunt. Quia ergo hos quos
sue ꝑfidie adiũgunt/adhuc in multa diuisione dilaniãt:
dicatur recte ꝙ amici qui venerũt/ vestes rũpant. Rupti
autẽ vestibꝰ corpꝰ ostendit:qꝛ sepe scissis sequacibꝰ/ ma-
licia eorꝫ cogitationis aperit/vt discordia dolos patefa-

C

ciat:qs grauis priꝰ concordie culpa claudebat. Pulue-
rem vero in celũ super capita spargunt. Quid vero per
puluerem/nisi terrena intelligẽtia? quid p caput/nisi hoc
quod principale nostrũ est (mens videlicet) designatur?
Quid per celũ/nisi ꝓceptũ superne locutionis exprimitur?
Puluerẽ ꝙ super caput in celũ spargere/est seculari intel-
lectu mentẽ corrumpere:et de verbis celestibus terrena sen-
tire. Diuina autẽ verba plus discutiũt plerũqꝫ ꝙ capiũt.
Sup capita igit puluerẽ spargũt:qꝛ in ꝓceptis dei p ter-
renã intelligentiã vltra suarũ mentiũ vires enituntur.
¶ S. Quid sit ꝙ amici iob septẽ diebus cum eo sedere ĩ
terra perhibentur.
¶ Sederũtqꝫ cum eo in terra septem diebus et septem
noctibus. ¶ In die que videmꝰ agnoscimꝰ:in nocte autem
aut cecitate nil cernimus:aut dubietate caligamꝰ. Per
diem itaqꝫ intelligentia:per noctem ignorantia designa-
tur. Septenario vero numero summa vniuersitatis exp-
mitur. Unde ? nõ amplius ꝙ septẽ diebus omne hoc te-
pus trãsitoriũ cõsummatur. Quid est ergo ꝙ amici iob
consedere ei septẽ diebus ? septem noctibus referũtur/
nisi ꝙ heretici vel in his in quibꝰ verũ lumen intelligũt:
vel in his in quibus ignorantie tenebras patiũtur: quasi
si infirmanti sancte eccl'ie se condescendere simulãt/ eiqꝫ

sub blandimentorum specie dolos deceptionis parant?

D

Et q̃uis vel in his que intelligũt:vel in his que intelli-
gere nõ possunt/elationis typo turgidi/magnos se apud
semetipsos estimant:nonnũqꝫ tamen se ecclie sancte spe-
cietenus inclinant:et dum verba molliũt/ virꝰ infundũt.
In terra ergo consedere/est aliquid de imagine humili-
tatis ostendere:et dumqꝫ humilis exhibent/ persuadeant
superba que docent. Capitulum.xx.

Exo.xx.

P Otest vero p terrã ꝗs etiam mediatoris icar-
natio designari. Unde ? ad israel dr. Altare de
terra facietis mihi. Altare eni de terra dño fa-
cere/est i incarnationẽ mediatoris sperare. Tũc quippe
a deo munus nostrũ accipit:quãdo in hoc altari nostra
humilitas(.i.sup dñice incarnatiõis fidem) posuerit ꝗc-
quid operatur. In altari ergo de terra oblatũ munꝰ po-
nimus:si actus nostros dñice incarnationis fide solida-
mus. Sed sunt nõnulli heretici qui factã mediatoris in-
carnationem nõ denegãt:sed aut de diuinitate aliter ꝙ
est estimãt:aut in ipa a nobis incarnatiõis qualitate dis-
cordant. Qui ergo veram nobiscum incarnationẽ redẽ-
ptoris perhibent: quasi cũ Job in terra pariter sedent.
Septem vero diebꝰ et septẽ noctibus i terra ꝯsedere de-
scribunt:quia vel in hoc ꝙ aliquid de plenitudine verita-
tis intelligunt:vel in hoc ꝙ sue stultitie tenebris exceca-
tur:incarnationis mysteriũ negare non pñt. Cũ beato ꝙ
Job in terra sedere/est veram redẽptoris carnẽ cũ san-
cta eccl'ia credere. Aliquãdo ꝟo heretici cõtra nos etiã
supplicijs seuiũt:aliquãdo nos solis ꝟbis insequuntur:
aliquãdo quietos lacessunt:aliquãdo si nos tacentes vi-
deant/ quiescũt:? muti amici sunt/loquẽtibꝰ aduersan-

E

tur. Unde quia beatꝰ Job necdũ ad illos aliquid dis-
rẽs dixerat/recte subiungit. ¶ Et nemo loquebat ei ver-
bum. ¶ Tacẽtes eni aduersarios habemus/si vere fidei il-
los predicãdo generare negligimꝰ. Si autẽ recta loqui
incipimus/graues mox cõtumelias ex eorꝫ responsione
sentimꝰ:ꝑ ?nus in aduersitatẽ ꝓsiliunt:et contra nos in
vocẽ doloris erũpunt:quia videlicet metuũt:ne corda ꝗ
i infimis põdus stultitie aggrauat: ad altũ vox recte lo-
quẽtis trahat. Quia ergo(vt diximus)mutos aduersa-
rij diligũt:loquẽtes odiunt:recte apud tacentẽ Job di-
cit. Nemo loquebat ei verbũ. Nonnunqꝫ tamen cũ p tor-
porẽ inertie/fidelium corda considerant: erroris semina
spargere loquendo nõ cessant. Cũ ꝟo mentes bonorꝫ vi-
dẽt alte saperet ad patriã reditũ querere:de eruũa hu-
ius exilij strenue dolere/ circũspectione sollicita linguã
frenãt:qꝛ vident ꝙ cõtra corda dolẽtiũ incassum loquen-
tes aliꝗ obmutescunt. Unde recte cũ diceret: Nemo loqꝫ-
batur ei verbũ:mox causa silẽtij subinfertur/ cum dicit.
Uidebãt enim dolorem esse vehementẽ. Cũ eni amoris
dei dolor vehemẽs corda nostra transfigit:passim praua
loqui aduersarius metuit:qꝛ videt ꝙ intẽtã mentẽ lacessen-

F

sens/non solũ ad peruersitatẽ trahere nõ valet:sed p exci-
tatã sortitã sapientiã ? quos tenuerat perdit.
¶ S. De nõnunqꝫ res geste in actiõe male sint:in signifi-
catione vero virtutẽ prophetie contineant : sicut in da-
uid et vxore vrie accipitur. Capitulum.xxj.
S Ed fortasse aliqs mouet nos hec ita dixisse : ꝙ
que bene ab amicis gesta sunt : male ab hereti-
cis gerenda significẽt. Sed sic plerũqꝫ res que-
libet per historiam virtꝰ est /per significationẽ culpa : si-
cut aliqñ res gesta / in facto causa dãnationis est:in scri-
pto autẽ ꝓphetia virtutis. Qd verũ citius ostendimus/
si vnũ sacre scripture testimoniũ ad vtraqꝫ ꝓbanda pro-
feramus. Quis naqꝫ audiens/non solũ fideliũ/sed ipsorꝫ

ij. Reg. xj.

quoqꝫ infideliũ nõ oĩmodo detestet/ ꝙ dauid in solario
deambulans/bersabee vrie concupiscit vxorem? Quẽ ta-
men a prelio reuertẽtẽ/ire ad domũ admonet/pedes la-
uare. Qui ꝓtinus respõdit dicens. Arca dñi sub pellibꝰ
est:? ego in domo mea requiescã? Quẽ dauid ad mẽsam
ꝓpriã suscepit:eiqꝫ epistolas per ꝗs mori debeat tradit.
Cuius autẽ dauid in solario deambulãs typũ tenet / ni-

ps. xviij.

si eiꝰ de quo scriptum est: In sole posuit tabernaculum
suum? Et quid est bersabee ad se pducere/nisi legem lit-
tere/carnali populo coniũctã/ ꝓ spũali sibi intellectu socia-
re? Bersabee eni puteꝰ septimꝰ dicit: qꝛ nimirũ per cogni-
tionẽ legis/infusione spũalis gratie/ꝑfecta nobis sapiẽ-
tia ministrat. Quẽ vero vrias/nisi iudaicũ populũ desi-
gnat? Cuiꝰ nomen interptatũ dicit:lux mea dei. Judais

G

cus eni popul⁹ q de accepta legis sciētia extollit/q̃si de
dei luce gloriat. Sed huic vxle dauid vxorem abstulit/
sibiq3 cōiūxit: q videlicet manu fortis (qd dauid dicit)
in carne redēptor apparens: dū de se spūaliter loqui le-
gem inotuit: p hoc q iuxta litterā tenebat/hāc a iudai-
co populo extraneā demōstrauit: sibiq3 coniunxit: q se p
illam pdicari declarauit. Uriā tamen ad domū ire Da-
uid admonet/pedes lauare: q incarnatus dñs veniens
iudaico pplo pcepit/vt ad pscientiā redeat/sordes ope-
rum fletib⁹ tergat: spūaliter legis mandata intelligat: et
post tantā purietā pceptoꝝ/fonte baptismatis inueniens:
ad aquā post laborē recurrat. Sed vrias qui arcā domi-
ni esse sub pellib⁹ meminit: rñdit/q domū suā intrare nō
possit. Ac si iudaicus populus dicat. Ego mādata dei in
sacrificijs carnalibus video: et redire ad cōscientiam per
spūalem intelligentiā non requiro. Quasi eni arcam esse
sub pellib⁹ dicit: qui pcepta dei non nisi ad exhibendum
ministeriū sacrificij carnalis itelligit. Huc tamē etiā re-
dire ad domū nolētē/dauid ad mēsam vocat: quia qñuis
iudaicus popul⁹ ad conscientiam reuerti contēnat: ei ta
men redemptor veniēs mandata spūalia pdicat dicens:

Joā. v.

Si crederetis moysi: crederetis forsitā τ mihi: de me eñ il
le scripsit. Legem itaq3 iudaic⁹ popul⁹ tenet: que ei⁹ di-
uinitatem loquit/cui idem populus credere dedignat.
Unde τ vrias ad ioab cum epistolis ex quibus occidi de-
beat mittitur: quia idē ipse iudaicus populus legē por-
tat/qua conuincente mouatur. Dum eni mandata legis
retinēs implere renititur: ipse nimiꝝ defert iudicium vn
de dānetur. Quid ergo per factū istud dauid: scelestius:
quid vria mūdius dici potest? Sed rursus per mysteriū
quid dauid sancti⁹: quid vria infidelius inuenitur: quā
do τ ille per vite culpam/prophetie signat innocentiā: et
iste per vite innocētiam/in prophetia exprimit culpam?
Non ergo incōgrue per ea que bene ab amicis Job ge-
sta sunt/male ab hereticis gerēda signantur: dum virt⁹
sacri eloquij sic trāsacta narrat/vt ventura exprimat: sic
in facto rem approbat/vt ei in mysterio contradicat: sic
gesta dānat: vt hec mystice gerenda persuadeat. Ca. xxij.

H

Igitur quia allegorie mysteria mēbratim eno-
dantes explicuim⁹: nunc moralitatis intelligen
tiam raptim tangentes exequamur. Ad obscu-
riora qppe differēda mens properat. et si aptis diu inuol
uitur/clausa vt dignū est/pulsare prepeditur. Sepe an-
tiquus hostis postq3 mētē nostre tentationū certamē in

Diabolus cur qñq3 a tētatione cesset.

fliterit: ab ipso suo certamine ad temp⁹ recedit: nō vt ii-
late malitie finem prebeat: sed vt corda que per quietem
secura reddiderit: repente rediēs facilius inopinatus ir
rumpat. Hinc est q ad tentandū beatū virū iterū redit:
eiusq3 cruciat⁹ expetit: quem tamen ei superna pietas re
tinendo cōcedit/dicēs. [Ecce in manu tua est: tñ aiam
illi⁹ serua.] Sic qppe ille nos deserit/vt custodiat: sic cu-
dit/vt tamen permisso tētatiōis articulo/statum nobis
nostre infirmitatis ostendat. Qui mox a facie dñi exijt:
atq3 a plāta pedis vsq3 ad verticē acceptum feriēdo vul-
nerauit: q nimirū cum lectiam percipit: a minimis inci-
piens, atq3 vsq3 ad maiora perueniens/quasi omē corpus

J

mentis illatis tētationibus lacerando trāsfigit. Sed ta
men ad animā feriendo non peruenit: q cunctis cogita-
tionibus interior: inter ipsa vulnera delectationum que
suscipit/arcani propositi intentio resistit: vt qñuis dele-
ctatio mentē mordeat: deliberationem tamen sancte re-
ctitudinis vsq3 ad consensus mollitiē non inflectat. De-
bemus tamen per asperitatem penitētie/ipsa delectatio-
num vulnera tergere: et censura districtionis rigide/si
quid fluxum emanat in cogitatione mundare. Unde be
ne mox subditur.

¶ S. Ex moraliter testa saniē radimus cū culpā a vo-
luntate et actione mundamus. Et quid mysterij sacrifi-
cium Hieroboal contineat.

¶ Qui testa saniē radebat. [Quid eni per testam nisi vi-
gor districtionis: quid p saniem nisi fluxus illicite cogi-
tatiōis accipitur? Percussi ergo testa saniē radim⁹/cuꝫ
post pollutionē cogitationis illicite/nosmetipsos aspere
diiudicādo mūdam⁹. Potest etiā testa fragilitas mor-
talitatis intelligi. Testa ergo saniē mundare/est morta
litati cursum fragilitatēq3 pēsare: et putredinē misere de
lectationis abstergere. Nā dū quisq3 cōsiderat/q3 citius
caro ad puluerē redeat: festine superat hoc qd se de car-
ne τ int⁹ turpiter impugnat. Cū ergo ex tētatione praua

K

menti cogitatio influit: quasi ex vulnere sanies decurrit.
Sed citius sanies tergit/si in cōsideratione nostra fragi

† aus carnis delectatione.

litas quasi i manu testa teneatur. Neq3 eni paruipenden
da sunt que qñuis vsq3 ad effectū non ptrabunt/tamen il
licite in mēte versantur. Hinc est q quasi a vulnerib⁹ re-
dēptor saniē radere venerat/cū dicebat. Audistis q3 di-

Mat. v.

ctum est antiquis: Nō mechaberis. Ego autem dico vo-
bis/q si quis viderit mulierem ad cōcupiscendum eam/
iam mechat⁹ est eam i corde suo. Sanies itaq3 tergitur/
cū culpa nō solū ab opere/sed etiam a cogitatione reseca
tur. Hinc est q hieroboal cum a paleis frumenta excute

Judic. vj.

ret/angelum vidit: ad cuius imperiū protinus hedū co-
xit: quē super petram posuit: et ius carniū desuper effu-
dit. que angel⁹ virga tetigit: eaq3 ignis exiens de petra
cōsumpsit. Quid est enim frumentū virga cedere: nisi re-
ctitudine iudicij a vitiorum paleis virtutum grana sepa
rare? Sed hec agentib⁹ angelus apparet: quia tāto ma-
gis dñs interiora denūciat/quanto se studiosius homi-
nes ab exteriorib⁹ purgant. Qui occidi hedum precipit:
id est oēm appetitū carnis nostre immolari: carnesq3 su
per petram poni: τ ius carniū desuper fundi. Quē alium
signat petra/nisi eū de quo per Paulum dicitur: Petra

j. Cor. x.

autem erat christus? Carnes ergo super petram ponim⁹
cū corpus nostrū in Christi imitatione cruciamus. Ius
etiā carnium desuper fundit: qui in conuersatione christi
ipsas etiam a se carnales delectationes exinanit. Quasi
enī ius ex carne liquidū i petrā funditur/quando mens
a cogitationū carnaliū fluxu vacuatur. Que tamen mox
angel⁹ virga tangit: q intentionem nostrā ne quaq3 pote
stas diuini adiutorij deserit. De petra autē ignis exit/et

L

ius carnesq3 ɔsumit: quia afflatus a redēptore spūs/tan
ta cor nostrū flāma cōpunctionis ɔcremat: vt omne qd
in eo illicitū est et operis et cogitationis exurat. Quod
ergo illic est in petram ius fundere: hoc est hic saniem te
sta mūdare. Perfecta eni mens solerter inuigilat: vt nō
solū peruersa agere renuat: sed omē etiā quod in se p co-
gitationes turpiter liquatur tergat. Capitulum. xxiij.

S

Ed sepe de ipsa victoria bellum oritur: vt cum
immunda cogitatio vincitur/victoria anim⁹
elatione pulsetur. Sic ergo mentem necesse est
per mundiciam erigi: vt tamen sollicite debeat in humi-
litate substerni.

¶ S. De in eo q Job in sterquilinio sedere dicit/descri
bitur vere humilitatis consideratio.

¶ Unde et cū de sancto viro diceretur: testa saniē rade-
bat: protin⁹ aperte subiūgitur. [Sedēs in sterquilinio.]
In sterquilinio quippe sedere/est de se vilia quepiā τ ab
iecta sentire. In sterquilinio nobis quippe sedere/est ad
ea que illicite gessim⁹/mētis oculos penitēdo reducere:
vt cū ante nos peccatorū stercora cernimus/omē quod i
animo de elatione surgit inclinemus. In sterquilinio se
det/qui infirmitatem suā sollicitus respicit: et sese de bo
nis que p gratiā pceperit/nō extollit. An non in sterqui-
linio apud se abraā sederat: qui dicebat. Loquar ad do

Genesis. xviij.

minum meū/cū sim puluis et cinis? Aperte eni cernim⁹

M

in quo se apud se loco posuerat/qui puluerē se ac cinerē
etiā cū deo loquerē estimabat. Si igitur ita se despicit
qui vsq3 ad honorē diuine collocutionis ascēdit: sollici-
ta intētione pensandū est qua pena illi feriendi sunt qui
et ad summa nō pficiūt: τ tamen de minimis extolluntur.
Nā sunt nōnulli qui cum parua agūt/de semetipsis ma-
gna sentiūt: in altū mentem subleuāt/et pdire se ceteros
virtutū meritis putāt. Hi nimiꝝ apud se introrsus hūi-
litatis sterquiliniū deserunt/τ clarioris fastigia ascēdūt:
illum videlicet imitātes/qui se primus apud se extulit/
sed eleuādo prostrauit. Illū imitantes/qui accepta cōdi-
tionis dignitate cōtentus non fuit/dicens. In celū ɔscē

Esa. xiiij.

dam: super astra celi exaltabo soliū meū. Unde et ei ma-
le coniūcta babylonia. i. confusa multitudo peccantium
dicit. Sedeo regina/τ vidua nō sum. Quisquis ergo in-

Esa. xlvij.

trorsus intumescit/in altū se apud semetipsm ponit. Eo
co se grauius in infimis deprimit: quo de se ima veraciter
sentire contēnit. Sunt vero nōnulli qui nihil quidē virtu
tis student agere: sed tamē cū alios peccare conspiciunt:
iustos se in eoꝝ cōperatione suspicantur. Neq3 enim cor-
da omniū/vna vel similis culpa trāsfigit. Hunc nāq3 su-
perbia illaqueat/illū forsitā ira supplantat: hunc autem

B

auaritia cruciat/aliū vero luxuria inflāmat. Et plerūqȝ cōtingit vt is quem superbia deprimit/aliū respiciat qui ter ira succendat:et quia se non citius ira instigat/meliorem se iracūdo iam reputat:atqȝ apud semetipsum quasi de iusticia extollitur: quia pensare vitium negligit quo grauius tenetur. Plerūqȝ cōtingit vt is quem auaritia sauciat/alium i luxurie voragine mersum cernat:et quia se a pollutione carnali alienum respicit:quibus ipse sordibus spiritualis vitij intrinsecus polluitur non attendit:dūqȝ in alio pensat malum quod ipse non habet/in se negligit considerare qđ habet:sicqȝ fit vt dum ad aliena diiudicanda mens ducitur:proprij iudicij lumine priuetur:et eo durius contra aliena superbiat:quo sua negligentius ignorat. Capitulum.xxiiij.

[S. Quid sit q Job diem in qua nat⁹ est/ perire optat: et noctem in qua est conceptus: et cur homo in die dicatur nasci:in nocte vero concipi.

A

¶ Pereat dies in qua natus sum: et nox in qua dictum est: conceptus est homo.] Quasi dies quedã est cum mundi huius prosperitas arridet. Sed dies iste in noctẽ desinit: quia sepe tẽporalis ꝓsperitas ad tribulationis tenebras ꝑducit. Hũc ꝓsperitatis diẽ ꝓpheta despexerat/cũ dicebat. Diẽ hoĩs nõ cõcupiui tu scis. Hanc tribulatiõis noctem postremo incarnatiõis sue tẽpore passurũ se dñs nunciabat: cum per psalmistã quasi ex preterito diceret: Usqꝫ ad noctem increpuerũt me renes mei. Potest autẽ per diem peccati delectatio: ꝑ noctẽ vero cecitas mentis intelligi: per quã se homo patit in culpe ꝑpetratione prosterni. Optat igitur perire diẽ: vt omne qḋ blandiri culpa cernitur/vigore iustitie interueniẽte destruat. Optat etiam perire noctẽ: vt qḋ cecata mẽs etiam per cõsensum perpetrat/aīaduersione penitẽtie extinguat. Sed querendum nobis est: cur in die homo natus dicit: in nocte conceptus. Scriptura sacra trib᷒ modis hominẽ appellat: scilꝫ aliquãdo ꝑ naturã: aliqñ per culpã: aliqñ ꝑ infirmitatẽ. Homo qppe ꝑ naturã dicit: sicut scriptũ est. Faciamus hominẽ ad imaginẽ et similitudinẽ nostrã. Homo ꝑ culpã/sicut scriptum est. Ego dixi dij estis/et filij excelsi oẽs: vos autẽ sicut homines moriemini. Ac si apte dicat Sicut delinquentes obibitis. Unde ⁊ apls Paulus ait. Cũ sit inter vos zelus ⁊ cõtẽtio/nõne carnales estis/⁊ ſm hominẽ ambulatis? Ac si aperte dicat. Qui discordes mẽtes ducitis: nõne adhuc ex reprehẽsibili humanitate peccatis? Homo per infirmitatẽ dicit/sicut scriptũ est: Maledictus homo qui spem suã ponit in homine. Ac si apte diceret: in infirmitate. Homo ergo in die nascitur/sed in nocte concipit: q2 nequaqꝫ ad delectationẽ peccati rapitur: nisi prius per voluntarias mẽtis tenebras infirmetur. Antea enim cecus in mente fit: ⁊ postmodũ se reprobe delectationi substernit. Dicat ergo. Pereat dies in qua natus sum/et nox in qua dictum est: conceptus est homo. i. pereat delectatio que in culpã hominẽ rapuit: pereat incauta mẽtis infirmitas/q̃ eũ vsqꝫ ad tenebras praui consensus excecauit. Homo enim dũ blãdimẽta delectationis caute non ꝓspicit: etiã in noctẽ nequissime ꝑpetrationis ruit. Solerter ergo vigilandum est/vt cum blandiri culpa inchoat/ad quãtũ interitũ mens trahat/agnoscat. Unde ⁊ apte subditur. [Dies illa vertatur in tenebras.] Dies quippe in tenebras vertit: cũ culpa in ipso delectationis exordio ad quẽ perditiõis finem rapiat/videtur. In tenebras ꝗ diẽ vertimus: cũ nosmetipsos districte punientes/ipsa delectationis praue blandimẽta ꝑ districta penitẽtie lamẽta cruciam᷒: ⁊ cũ flendo insequimur quicquid in corde taciti ex delectatione peccamus. Quia enĩ fidelis quisqꝫ cogitationes in iudicio exquiri subtiliter nõ ignorat/ paulo attestãte/qui ait: Inter se inuicẽ cogitationum accusantiũ aut etiã defendẽtium/semetipsum interius discutiens: ante iudiciũ vehemẽter examinat/vt districtus iudex eo iam tranquillus veniat: quo reatum suum quem discutere appetit/iam pro culpa punitũ cernit. Unde et recte subiungitur.

Dic. xviij.

Ps. xv.

Homo tribus modis dicitur.

Gen. j.

Psalm. lxxxj.

j. Cor. iij.

Hieremie xvij.

B

Ro. ij.

¶ S. Ut a nobis non requirat deus que per penitentiã constat esse dimissa.

C

¶ Non requirat eũ deus desup.] Requirit deus q̃ iudicando discutit: non requirit q̃ ignoscẽdo in suo iã iudicio impunita derelinquit. Hic itaqꝫ dies. i. hec peti delectatio a dño non reqrit/si aīaduersione spontanea punit: paulo attestãte qui ait. Si nosmetipsos diiudicarem᷒: nõ vtiqꝫ a dño iudicaremur. Deo ergo diẽ nostrũ requirere/est cõtra mẽtem nostrã subtiliter in iudicio omne qḋ de culpa gratulamur admissum indagare. In qua scilꝫ requisitiõe illũ tunc seuerius ꝑcutit: quẽ sibi nũc mollius ꝑpercisse deprehẽdit. Bene autem sequit. [Et non illustret lumine.] In iudicio nãqꝫ dñs apparẽs: omne qḋ tũc redarguit/illuminẽ illustrat. Quasi enĩ sub quadã obscuritate tegitur: quicqd tunc in memoriã iudicio non reuocat. Scriptum quippe est. Oia autẽ q̃ arguunt: a lumine manifestantur. Quasi qdã tenebre pctã penitẽtiã abscõdunt: de quib᷒ ꝑ ꝓphetã dicit. Beati quorũ remisse sũt iniqtates: ⁊ quorũ tecta sunt peccata. Qḋ ergo omne qḋ tegitur/veluti tenebris occultat: in die extremi iudicij nõ illustrat lumine/quod non discutitur vltione. Actus nãqꝫ nostros quos tunc iuste punire noluerit: ipsa sibi aliquo modo sciens diuina misericordia abscondit. In lumine vero ostenditur: quicquid tunc in conspectu omniũ demonstrat. Hic ergo dies vertatur in tenebras: vt videlicet omne qḋ delinquimus/nos per penitentiã feriamus. Hunc diem dominus nõ requirat/⁊ lumine nõ illustret: vt scꝫ nobis culpã nostrã ferientibus/ipse hanc extremi iudicij animaduersione non increpet. Ipse autẽ iudex venturus est: qui cuncta penetret/cuncta perstringat. Qui quia vbiqꝫ est: locus quo fugiatur/non est.

Quare requirit deus.

j. Cor. xj.

Ephe. v.

Ps. xxxj.

D

Capitulum xix.

Sed quia correctionis nostre fletibus placatur: solus ab illo locũ fuge inuenit/qui post ꝑpetratam culpã nũc se in penitẽtia abscõdit. Unde ⁊ apte adhuc de hoc delectationis die subiungitur.

¶ S. Ut carnalis delectationis diẽ tenebre fletuũ ⁊ penitentie lamẽta/⁊ recordatio mortis obscurent.

¶ Obscurent eũ tenebre ⁊ vmbra mortis.] Diẽ profecto tenebre obscurãt/quãdo delectationẽ mentis inflicta penitentie lamẽta trãsuerberãt. Possunt etiã per tenebras occulta iudicia designari. In luce nãqꝫ qḋ videm᷒ agnoscimus: in tenebris vero aut omnino nihil cernimus: aut incerto visu caligamus. Occulta ergo iudicia quasi quedam ante nostros oculos tenebre sunt: quia ꝑscrutari nequaqꝫ possunt. Unde et de deo scriptum est. Posuit tenebras latibulũ suũ. Et qꝛ absolui nõ meremur agnoscim᷒: sed preuenientes nos diuina gratia per ei᷒ iudicia occulta liberamur. Diẽ igit tenebre obscurant: cum flendũ nostre delectationis gaudiũ/ab illo iuste aīaduersionis radio/inscrutabilia eius iudicia misericorditer occultãt. Ubi et apte subiungit. [Et vmbra mortis.]

Ps. xvij.

Capitulum xx.

In scriptura enim sacra vmbra mortis aliquando obliuio mẽtis accipitur: aliquãdo imitatio diaboli: aliquando mors carnis. Umbra enim mortis/obliuio mẽtis accipitur: quia: vt ⁊ superius diximus/sicut mors hoc qḋ interficit: agit vt non sit in vita: ita ⁊ obliuio hoc qḋ intercipit/agit vt nõ sit in memoria. Unde ⁊ recte quia Joannes hebreorũ populo eum cuius obliti fuerãt deũ predicare veniebat: per Zachariã dicitur. Illuminare his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis sedent. In vmbra enĩ mortis sedere/est a diuini amoris notitia in obliuione latescere. Umbra mortis imitatio antiqui hostis accipitur. Ipse enĩ quia mortẽ intulit/mors vocatur: Joanne attestante/qui ait. Et nomen illi mors. Per vmbrã igitur mortis/eius imitatio designatur: quia sicut vmbra iuxta qualitatem corporis ducitur: ita actiones iniquorũ de specie imitationis eius exprimuntur. Unde et recte Esaias cũ gẽtiles populos ab antiqui hostis cerneret imitatione defecisse/eosqꝫ ad veri solis ortum resurgere: que certo futura cõsiderat/quasi ex ꝑteritis narrat/dicens. Sedentibus in tenebris ⁊ vmbra mortis lux orta est eis. Umbra enim mortis/mors carnis accipitur: quia sicut vera mors est qua anima separat a deo: ita vmbra mortis est/qua caro separatur ab anima. Unde recte voce martyrum per prophetam dicitur. Humiliasti nos in loco afflictionis: et operuit nos vmbra mortis. Quos enim cõstat nõ spiritu/sed sola carne mori: nequaq̃ se vera morte/sed vmbra mortis dicũt operiri. Quid est ergo q beatus Job ad obscurãdum diem praue delectationis postulat vmbram mortis/nisi q ad delenda peccata ante dei oculos/dei et hominũ mediatorem requirit: qui solã pro nobis mortem carnis susciperet: ⁊ veram mortem delinquẽtium per vmbrã sue mortis deleret. Ad nos quippe venit/qui in morte spiritus carnisqꝫ tenebamur. vnam ad nos suam mortẽ detulit: et duas nostras quas reperit soluit. Si enĩ ipse vtrãqꝫ susciperet: nos a nulla liberaret. Sed vnam misericorditer accepit: et iuste vtrãqꝫ damnauit. Simplam suam duple nostre contulit: et duplam nostram moriens subegit. Unde et nõ immerito vno die in sepulchro ⁊ duabus noctibus iacuit: quia videlicet lucẽ sue simple mortis/tenebris duple nostre mortis adiũxit. Quia ergo solam pro nobis mortem carnis suscepit: vmbram mortis pertulit: et a dei oculis culpam quam fecimus abscondit. Dicatur igitur recte. Obscurẽt eum tenebre ⁊ vmbra mortis. Ac si aperte dicerct. Ille veniat/qui vt a morte carnis et spiritus debitores eripiat: mortẽ carnis non debens soluat.

B

Luce. j.

Apo. vj.

Esa. ix.

Ps. xliij.

Capitulum xxj.

Sed quia nullum peccatũ dñs inultum relaxat: aut enim nos hoc flẽdo insequimur/aut ipse iudicando: restat vt ad emendationẽ suam semp mens solerter inuigilet. In quo ergo sibi quisqꝫ misericorditer subueniri desiderat: hoc necesse est vt confitens

Nullum peccatũ dñs inultum relaxat.

G

tergat. Unde ꝛ apte subdigitur. [Occupet eum caligo.] Quia enim caligine oculus confunditur: ipsa ꝑ penitentiam mētis nostre cōfusio caligo nominat̄. Nam sicut caligo nebulosa congerie obscurat diem: ita cōfusio ꝑturbatis cogitationibus obnubilat mentē. De qua per quēdā

Eccli. iiij.

dicit̄. Est cōfusio adducēs gloriā. Cū enim ad mentē mala gesta penitēdo reducimus: grauī mox merore cōfundimur. Perstrepit in animo turba cogitationū: meror conterit / anxietas deuastat / in crūnā mens vertitur: et quasi quodā nubilo caliginis obscurat̄. Hoc nāq̄ caligo confusionis eoꝝ mente salubriter oppresserat: quibus apostolꝰ

Ro. vj.

dicebat. Quē enim fructū habuistis tunc in illis / in quibꝰ nunc erubescitis? Hūc ergo peccati diē caligo occupet. i. blandimētum nequitie / afflictio penitētie digno merore perturbet. Unde ꝛ apte subdigitur. [Inuoluatur amaritudine.] Dies enī amaritudine inuoluitur: cū ad cognitionem mente redeūte / peccati blandimēta cruciatus penitentie sequit̄. Diem amaritudine inuoluimus: cū praue delectatiōis gaudiū que supplicia sequant̄ aspicimus: et asperis hoc fletibꝰ circūdamus. Ut enim hoc qd̄ inuoluitur / ex latere oīs partis operit̄: inuolui dies amaritudine optat̄: quatenꝰ que mala incorrectis imminēt / ex omni parte quisq̄ cōspiciat: et voluptatis sue lasciuiā tristitie lamētis tergat. Sed si diē / quā peccati delectationē diximus / iox imperii precibꝰ audiuimꝰ: vt videlicet circūdantes fletus expiēt / quicq̄d delectatꝰ ꝑ negligentiā animꝰ deliquit: quāta aduersiōe penitētie huiꝰ diei nox ferienda est: videlicet ipse iā cōsensus ad culpā? Sicut enī minoris culpe est cū carnaliter mens in delectationē rapit̄: sed tamē delectatiōi sue ꝑ spiritū reluctatur: ita grauioris ꝛ plene nequitie est / ad peccati illecebrā nō solū delec

D

tatione pertrahi / sed etiā cōsensu famulari. Tanto igitur arctiori manu penitētie / mēs a pollutione tergenda est / quāto se ꝑ cōsensum cōspicit sordidius inquinatā. Unde ꝛ apte subiungit̄. [Noctem illam tenebrosus turbo possideat.] Quasi enim quidā turbo tēpestatis est / cōcitatus spiritꝰ merorie. Nā dū peccatū quisq̄ qd̄ fecit intelligit / dū prauitatis sue nequitiā subtiliter pensat / merore mentem obnubilat: ꝛ quasi ꝑcusso serene letitie aere / omnē in se tranquillitatē cordis penitētie turbine deuastat. Nisi enī recognoscentē se animū iste turbo cōtereret / nequaq̄ pro

Psā. xlvij.

pheta dixisset. In spū vehemēti conteres naues tharsis. Tharsis quippe exploratio gaudij dicit̄. Capitu. xxij.

Sed cū vehemēs penitētie spiritꝰ mētem occupat / oēm in ea explorationē reprehēsibilis gaudij perturbat: vt nihil ei iam nisi flere libeat: nihil nisi qd̄ se terrere possit attēdat. Ponit nāq̄ ante oculos illinc districtionē iustitie / hinc meritū culpe: conspicit quo supplicio digna sit / si parcētis pietas desit / q̄ per lamēta presentia ab eterna eruere pena cōsueuit. Spiritꝰ ergo vehemēs tharsis naues conterit: cū vis compūctionis valida / mētes nostras huic mundo quasi mari deditas / salubri terrore cōfundit. Dicat ergo. Noctem illam

I

tenebrosus turbo possideat. i. perpetrationem culpe / non blandimenta secure quietis foueant: sed pie seuiens amaritudo penitentie irrumpat. Sciēdum vero est quia cum peccata impunita relinquimꝰ / a nocte possidemur: cū vero hec animaduersione penitētie plectimus / nimirū nos noctem quā fecimus possidemus. Sed tunc peccatū cordis sub iuri nostri possessionē reducit̄: si cū incipit / reprimatur. Unde et diuina voce Caim praua cogitāti dicit̄:

Gen. iiij.

In foribus peccatū tuum aderit: sed sub te erit appetitꝰ eius: ꝛ tu dominaberis illiꝰ. In foribꝰ quippe peccatum adest / cū in cogitatiōibꝰ pulsat. Cuius appetitus subter est: eiq̄ homo dominat̄ / si cordis nequitia inspecta citius prematur: et priusq̄ ad duritiam crescat / reluctāti menti subigatur. Ut ergo delictū suum citius animꝰ sentiat: et culpe tyrannidē sub iure suo penitendo restringat: dicat recte. [Noctem illam tenebrosus turbo possideat.] Ac si aperte dicat. Nec captiua mens culpe seruiat: culpam a penitentia liberam nō relinquat. Et quia qd̄ flendo insequimur: nequaq̄ nobis a venturo iudice hoc obijci certe speramus: bene subditur.

¶ S. Qꝫ a venturo iudice nequaq̄ nobis vltra obijcia tur qd̄ hic in nobis flendo insecuti sumus.

¶ Non cōputetur in diebus anni / nec numeretur in mēsibus.] Illuminationis nostre annus tunc perficit̄: quando apparente eterno iudice / sancte ecclesie peregrinatio: nis sue vita † completur. Tunc laboris sui remunerationem recipit: cū expleto hoc belli tēpore ad patriā redit.

R

† al. forte seminis.

Unde bene per prophetā dicitur. Benedices corone anni benignitatis tue. Quasi enī corone anni benedicit̄: cū finito laboris tēpore virtutū remuneratio confert̄. Dies

Psā. lxiij.

Annꝰ benignitatis. Dies. Mensis.

vero huius anni sunt singule queq̄ virtutes: mēses autē multiplicia facta virtutū. Sed ecce cum ꝑ fiduciā mens erigit̄: vt speret q̄ veniente iudice de virtutibus remunerētur: occurrunt eius memorie etiā mala que gessit: ꝛ valde formidat ne districtus iudex qui venit vt virtutes remuneret: etiā ea que illicite gesta sunt examināѕ subtiliter pēset: ne cum annū cōplet / etiam noctem numeret. Dicat itaq̄ de hac nocte. [Non computetur in diebus anni: nec numeretur in mensibus.] Ac si districtum iudicem exoret dicēs. Cum expleto sancte ecclesie tempore / extremo te examini manifestas: sic dona que contulisti remunera / vt mala que cōmisimus nō requiras. Si enim nox illa in diebus anni computat̄: omne qd̄ egimus / ex prauitatis nostre estimatione confundit̄. Et dies virtutū iam non lucent: si hos in conspectu tuo annumerata nostre noctis tenebrosa confusio obscuret. Capitu. xxiij.

Sed si de nocte nostra moueri tūc inquisitionē nolumus: magnopere nunc curandū est vt nos in eius discussione vigilemus: ne quelibet nobis culpa impunita remaneat: ne mens puerila que fecit / defendere audeat: ꝛ defendēdo nequitie nequitiā adiungat. Unde ꝛ bene subditur.

¶ S. Qꝫ nō relinquit peccatum solum / sed congeminat qui qd̄ male agit defendit: et q̄ a radice Adam ramꝰ iste erroris huc usq̄ in genere humano pullulat.

¶ Sit nox illa solitaria / nec laude digna.] Sunt nōnulli qui non solum nequaq̄ deflent quod faciunt: sed etiam laudare ꝛ defendere nō desinūt. Et nimirum dum defen-

L

Culpa cū defendit̄ geminat̄.

ditur / culpa geminatur. Contra quod recte per quēdam dicitur. Peccasti / nō adijcias iterum. Peccatū quippe

Eccli. xxj.

peccato adijcit: qui male gesta etiā defendit: et noctē illā solitariam non relinquit / qui culpe sue tenebris etiam patrocinia defensionis adiungit. Hinc est q̄ primus homo de erroris sui nocte requisitus / eādem noctem esse solitariam noluit: quia dum requisitione ad penitentiā vocaretur / ei adminicula excusationis adiunxit / dicēs. Mulier

Gen. iij.

quā dedisti mihi sociam: dedit mihi de ligno / et comedi. scilicet excessus sui vitiū in auctorem latenter intorquēs: ac si diceret. Tu occasionem delinquēdi prebuisti / q̄ mulierem dedisti. Hinc est q̄ huius erroris ramus in humano genere ex illa nunc vsq̄ radice protrahitur: vt qd̄ male agitur / adhuc etiam defendat̄. Dicatur ergo. Sit nox illa solitaria / nec laude digna. Ac si aperte exoret dicens. Culpa quā fecimus / sola remaneat: ne dū laudatur ꝛ defenditur / in cōspectu nos iudicis multiplicius astringat. Peccare quidē non debuimꝰ: sed vtinam alia nō iungētes / ea que fecimus / sola deflerimus. Sed inter hec sciendum est: quia ille culpā suam veraciter insequitur / quē iā

M

ad amorem presentis seculi nullo appetitu prosperitatis instigat̄: qui huius mūdi blādimenta q̄ sint fraudulēta considerat: fauoresq̄ eius quasi quasdam persecutiones pensat. Unde ꝛ bene subditur.

¶ Quid sit quod dicitur: Maledicāt ei / qui maledicūt diei: et q̄ illi trāsactas culpas vere puniūt / qui seductoris insidias in ipsa suggestione deprehendunt.

¶ Maledicant ei qui maledicunt diei.] Ac si aperte dicat. Illi huius noctis tenebras vere penitēdo feriāt: qui iā lucē prosperitatis seculi despiciētes calcant. Si enim diem letitiam delectationis accipimus: recte de hac nocte dicitur: Maledicant ei qui maledicūt diei. quia nimirum illi veraciter mala transacta per animaduersionem penitentie corrigunt: qui iā ad bona fallentis mūdi delectatione rapiuntur. Nā quos adhuc noxia alia delectāt / falsum est qd̄ cernit̄: quia perpetrata alia deplorent. Si aūt (vt supra dictū ē) noctē suggestionē callidā antiq̄ hostis accipimus / illi maledicere nocti intelligēdi sunt / qui diei maledicunt: quia. s. illi transactas culpas vere puniunt / qui maligni seductoris insidias in ipsa suggestione blanda deprehēdunt. Bene autem subditur. [Qui parati sunt suscitare leuiathan.]

¶ S. Qꝫ diabolum contra se suscitāt / qui ea que mūdi sunt / mente contēnunt: et ea que dei sunt / plena intentione desiderant. Capitulum. xxiiij.

A Omnes enim qui ea que mundi sunt/mente calcant: et ea que dei sunt/plena intentione desiderant/leuiathan contra se suscitant: quia eius malitiam instigatione sue conuersationis inflammant. nam qui eius voluntati subiecti sunt/quasi quieto ab illo iure possidentur: et superbus eorum rex quasi quadam securitate perfruitur/dum eorum cordibus inconcussa potestate dominatur. Sed cum vniuscuiusque spiritus ad conditoris sui desiderium recalescit/cum torporem negligentie deserit/et frigus insensibilitatis pristine igne sancti amoris accendit/cum libertatis ingenite meminit: et teneri ab hoste seruus erubescit: quia idem hostis se considerat despici: quia vias dei videt apprehendi: dolet contra se captum reniti: et mox zelo accenditur: mox ad certamen mouetur: mox ad tentationes innumeras contra rebellantem mentem se excitat: atque in omni arte lacerationis instigat/vt tentationum iacula intorquendo confodiat cor/quod dudum quieto iure possidebat. Quasi dormiebat quippe dum sopitus in prauo corde quiesceret: sed excitatur in prouocatione certaminis/cum ius amiserit peruerse dominationis. Huic ergo nocti maledicant/qui parati sunt suscitare leuiathan. i. hi se contra peccatum fortiter iudicio districtionis erigant: qui in suis tentationibus excitare antiquum aduersarium non formidant. Scriptum namque est. (Eccli. ij.) Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia et timore: et prepara animam tuam ad tentationem. Quisquis enim accingi in diuino seruitio properat: quid aliud quam se contra antiqui aduersarii certamen parat: vt liber in certamine ictus suscipiat: qui quietus sub tyranno in captiuitate seruiebat? Sed in eo ipso quo mens contra hostem accingitur: quo alia vitia subigit/aliis reluctatur: aliquando de vitiis aliquid (quod tamen non valde noceat) remanere permittitur. B Et sepe mens que aduersa multa et fortia superat: vnum in se et fortasse minimum: quamuis magna intentione inuigilet/non expugnat. Quod diuina nimirum dispensatione agitur: ne et omni parte virtutibus splendens/in elatione subleuetur: vt dum in se paruum quid reprehensibile videt: et tamen hoc subigere non valet: nequaquam sibi/sed auctori victoriam tribuat in his que subigere fortiter valet. Unde et bene subiungitur.

¶ S. Q sancti nolentes aliquas peccati reliquias trahant: et q ad erudiendum israelem tributarius in medio ephraim relinquatur chananeus.

¶ Obtenebrentur stelle caligine eius.] Stelle quippe huius noctis caligine obtenebrantur: quando et hi qui magnis iam virtutibus splendent/adhuc de obscuritate culpe aliquid renitentes sustinent: vt etiam magne vite claritate luceant: et tamen adhuc noctis reliquias nolentes trahant. Quod ad hoc sicut dictum est agitur: vt mens proficiens ad virtutem iustitie/sua melius infirmitate roboretur: et inde verius in bonis luceat/vnde eam etiam nolentem parua reprehensibilia humiliter obscurant. C Unde et bene cum israelitico populo percepta repromissionis terra partiretur: ephraim tribui chananeus gentilis populus non occisus: sed factus tributarius dicitur: sicut scriptum est. (Josue xvj.) Habitauit chananeus in medio ephraim tributarius. Quid enim chananeus/gentilis videlicet populus/nisi vitium significat? Et sepe magnis virtutibus terram promissionis ingredimur: quia spe intima de eternitate roboramur: Capitulum .xxv.

Sed dum inter acta sublimia/vitia quedam parua retinemus: quasi chananeum viuere in terra nostra concedimus. Qui tamen tributarius efficitur: quia hoc ipsum vitium quod subigere non possumus: ad vsum nostre vtilitatis humiliter retorquemus: vt eo de se mens et in summis vilia sentiat/quo suis viribus etiam parua que appetit/non expugnat. Unde et bene rursum scriptum est. (Jud. iij.) He sunt gentes quas dominus dereliquit: vt erudiret in eis israelem. Ad hoc namque quedam minima vitia nostra retinentur: vt sese nostra intentio sollicitam in certamine semper exerceat: et eo de victoria non superbiat: quo viuere in se hostes conspicit: a quibus adhuc vinci formidat. Israel ergo reseruatis gentibus eruditur: quando in quibusdam minimis vitiis elatio virtutis nostre comprimitur: et in paruis sibi resistentibus discit quod ex se maiora non subigit. Hoc tamen quod dicitur: Obtenebrentur stelle caligine eius: intelligi et aliter potest. Nox quippe illa/consensus videlicet ad culpam/que ad nos primi parentis est excessu propagata: mentis nostre oculum tanta obscuritate perculit: vt dum in huius vite exilio cecatus sue tenebris pressus/quantalibet vi ad eternitatis lumen intenderit/penetrare non possit. D Post penam namque damnati peccatores nascimur: atque ad hanc vitam cum mortis nostre merito venimus: et cum ad superne lucis radium aciem mentis erigimus: ipsa infirmitatis nostre obscuritate caligamus. Et quidem multi in hac infirmitate carnis tanta virtute roborati sunt: vt resplendere mundo quasi stelle potuissent. Multi in tenebris vite presentis dum superioris de se exempla exhibent/astrorum more nobis desuper lucent: sed quantalibet conuersatione operis fulgeant: quantolibet se igne compunctionis accendant: nimirum constat quod dum corruptibili adhuc carne grauati sunt/eternum lumen sicut est/videre nequaquam possunt. Dicat ergo. Obtenebrentur stelle caligine eius: id est etiam illi in contemplatione sua/antique noctis adhuc tenebras sentiant: de quibus nimirum constat quod humano generi in huius vite caligine virtutum suarum iam radios expandant: qui etsi mente iam ad summa exiliunt: adhuc tamen in infimis prime culpe pondere grauantur. Unde fit vt et foris exemplis lucis velut astra prebeant: sed tamen intus vsque ad fixe visionis certitudinem/pressi noctis caligine non ascendant. Sepe autem ita mens accendit: vt quamuis in carne sit posita: in deum tamen/omni subiugata carnali cogitatione/rapiatur: nec tamen deum sicut est conspicit: quia hanc nimirum (sicut dictum est) in carne corruptibili pondus prime damnationis premit. Sepe etiam ita vt est/absorberi desiderat: vt eternam vitam (si possit fieri) sine interuentu corporee mortis attingat. Unde apostolus Paulus cum ardenter internam lucem quereret: sed tamen vtcumque exterioris mortis damna formidaret: ait. (ij. Cor. v.) Qui sumus in hoc habitaculo/ingemiscimus grauati: eo quod nolumus expoliari/sed superuestiri: vt absorbeatur quod mortale est/a vita. Capitulum .xxvi.

E Sancti igitur viri videre verum mane appetunt: et (si concedatur) etiam cum corpore illud attingere lucis intime secretum volunt. Sed quantolibet ardore intentionis exiliant/adhuc antiqua nox aggrauat: et corruptibiles huius carnis oculos quos hostis callidus ad concupiscentiam aperuit: iustus iudex a contuitu interni fulgoris premit. Unde et bene subditur.

¶ S. Q quantalibet virtute sancti nunc fulgeant/resurrectionis tamen gloriam nondum intelligunt quam expectant.

¶ Expectet lucem/et non videat: nec ortum surgentis aurore.] Quantalibet namque intentione adhuc peregrina mens satagat: videre lucem sicut est non valet: quia hanc ei damnationis sue cecitas abscondit. Ortus vero aurore/est illa noua natiuitas resurrectionis: qua sancta ecclesia etiam carne suscitata oritur ad contemplandum lumen eternitatis. Si enim ipsa carnis nostre resurrectio quasi quedam natiuitas non esset: de ea veritas non dixisset. (Mat. xix.) In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. Esse ergo hunc ortum vidit/quam regenerationem vocauit. F Sed quantalibet virtute electi nunc fulgeant: que erit illa noue natiuitatis gloria/penetrare nequeunt: qua tunc cum carne ad contemplandum eternitatis lumen ascendunt. Unde et apostolus Paulus ait quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit/que preparauit deus diligentibus se. (j. Cor. ij.) Dicat ergo. Expectet lucem et non videat: nec ortum surgentis aurore. quia spontaneo vitio tenebrata nostra infirmitas/nisi prius per mortem pene sue debitum soluat: claritatem lucis interne non penetrat. Sequitur.

¶ S. Q iustitia exigit vt ea multi patiamur que ex arbitrio et sponte volentes fecimus.

¶ Quia non conclusit ostia ventris qui portauit me: nec abstulit mala ab oculis meis.] Sicut et superius dictum est: non conclusit: dicit/aperuit: et non abstulit/irrogauit. Hec itaque nox/videlicet culpa/ostia ventris aperuit: quia concepto ad peccatum homini desideria concupiscentie carnalis reserauit. Ostia quippe ventris sunt desideria concupiscentie carnalis: de quibus per prophetam dicitur. (Esa. xxvj.) Intra in cubicula tua/et claude ostia tua. Cubicula quippe ingredimur/cum secreta mentis nostre intramus. Ostia autem claudimus/cum desideria illicita coercemus. Hec itaque concupiscentie carnalis ostia dum consensus noster aperuit: ad innumera nos mala corruptionis pertraxit. Unde etiam nunc sub mortalitatis pondere gemimus: quia ad hec arbitrio nostro venerimus: quia et iudicii sic iustitia exigit: vt quod sponte fecimus/inuiti toleremus. Sequitur.

¶ S. Q peccatum quattuor modis in corde: et quattuor consummatur in opere.

G

¶ Quare nō in vulua mortuus sum? Egressus ex vtero
nō statī perij? Cur except⁹ genib⁹? Cur lactat⁹ vberib⁹?]
Absit nos credere / φ beat⁹ Job tanta spiritus scietia pre
ditus: tāta interni iudicis attestatione laudat⁹: abortiuū
se optet interijsse. Sed qr (sicut etiā p remunerationē co
gnoscit) intus habet testem sue fortitudinis: intus pēsan
da sunt eius pondera locutionis. Capitulum. xxvij.

Quattuor quippe modis peccatū perpetratur
in corde / quattuor consummatur in opere. In
corde nāq3 suggestione / delectatione / cōsensu /
et defensionis audacia perpetratur. Fit enim suggestio per
aduersariū: delectatio per carnē: consensus p spiritū: de
fensionis audacia per elationem. Culpa enim que terrere
mentē debuit extollit: et deijciēdo eleuat: sed grauius ele
uando supplātat. Unde et illā primi hominis rectitudi
nē antiqu⁹ hostis his quattuor ictib⁹ fregit. Nā serpens
suasit: Eua delectata est: Adā cōsensit: qui etiā requisit⁹
cōfiteri culpā per audaciā noluit. Hoc vero in humano
genere quotidie agit: qd actum in primo parente nostri
generis nō ignorat. Serpens suadet: qr occultus hostis
mala cordibus hominū latenter suggerit. Eua delecta
ta est: quia carnalis sensus ad verba serpentis mox se de
lectatiōi substernit. Cōsensum vero Adam mulieri ppo
situs prebuit: quia dū caro in delectationē rapitur: etiam
a sua rectitudine spirit⁹ infirmatus inclinatur. Et requi
situs Adā cōfiteri culpā noluit: quia videlicet spūs quo
peccando a veritate disiungitur: eo in ruine sue audacia
nequi⁹ obdurat. Eisdē etiam quattuor modis peccatū
consummat in opere. Prius nāq3 latens culpa agit: post
modū vero etiā ante oculos hominū sine confusione rea
tus aperitur: dehinc et in consuetudinem ducit: ad extre

H

mum vero vel false spei seductionibus / vel obstinatione
misere desperationis enutritur. Hos itaq3 peccati mo
dos / qui vel in corde latēter fiunt / vel patēter opere ppe
trātur / beatus Job cōsiderat: et humanū genus in quot
peccatorum gradibus lapsum sit / deplorat dicēs. Quare
nō in vulua mortuus sum: egressus ex vtero nō statim pe
rij? Cur exceptus genib⁹? Cur lactatus vberibus? Pri
ma enī vulua cōceptionis fuit lingua male suggestionis.
Sed peccator i vulua moreret: si moriturum se homo in
ipsa suggestione cognosceret. Qui tamen ex vtero egres
sus est: quia postq̄ in peccato cum suggerens lingua con
cepit: foras mox etiā delectatio rapuit. Post egressionē
vero exceptus est genibus: quia cum ad delectationē car
nis prodijt / nimirū culpā per consensionē spūs / subiectis
cunctis sensibus quasi suppositis genibus cōsummauit.
Sed genibus exceptus etiā vberib⁹ est lactatus. In cō
sensu enī culpe addictis spūs sensibus / multa esse fidu
cie argumēta subsecuta sūt: q̄ natā in peccato iam / viru
lēto lacte nutrierūt: et ne aspera mortis supplicia metue
ret / hāc blādis excusationib⁹ fouerūt. Capitulum. xxviij.

I

Gen. iij.

Unde et primus homo post culpā audacior ex
titit / dicēs. Mulier quā dedisti mihi sociam:
dedit mihi de ligno / et comedi. Qui quidē p
timorē semetipsum abscōsurus fugerat / sed tamē requi
situs innotuit quantū etiam timēs tumebat. Cū enim ex
peccato presens pena metuit / et amissa dei facies non ama
tur: timor ex tumore est / non ex humilitate. Superbit quip
pe / qui peccatum / si liceat nō puniri / nō deserit. Sed his
(sicut dictum est) quattuor modis culpa vt in corde agi
tur / etiam opere ppetrat. Ait enim. Quare non in vulua
mortuus sum? Vulua quippe peccantis est hominis cul
pa latens: que occulte peccatorē cōcipit: et reatum suum
adhuc in tenebris abscondit. Egressus ex vtero non sta
tim perij? A vulua de vtero exitur / cū peccator que in oc
culto commiserit: hec etiam in aperto cōmittere non eru
bescit. Quasi enī ab occultationis sue vulua processerāt:

Esa. iij.

de quibus ppheta dicebat. Et peccatū suum sicut Sodo
ma predicauerūt: nec abscōderūt. [Quare exceptus geni
bus?] Quia nimirū peccator cum iam de iniquitate sua
nō confunditur: in iniquitate cadē / etiā adminiculis pes
sime cōsuetudinis roborat. Quasi genib⁹ pctōr fouet vt
crescat: dum culpa consuetudinibus firmatur vt vigeat.
[Cur lactatus vberib⁹?] Quia dū prodire culpe i vsum
ceperit: mirū se vel falsa spe diuine misericordie / vel ap
ta miseria desperationis pascit: vt eo neq3 ad correptio
nem redeat: quo vel factorem suum pium sibi inordinate
simulat: vel hoc qd fecit / inordinate formidat. Beat⁹ igi

tur vir humani generis lapsus aspiciat: et qb⁹ precipitijs

B

mersum sit in foueā iniquitatis / intendit / dicens. Quare
nō in vulua mortu⁹ sum? id est / in ipsa occulta ppetratiōe
peccati / cur a carnis vita mortificare me nolui? Egres
sus ex vtero nō statim perij? id est postq̄ ad apertā iniqta
tē exij: cur me tūc saltē perditū nō cognoui? Perisset qp
pe i suo iudicio / si se perditū cognouisset. Quare except⁹
genibus? id est etiā post apertā culpā / cur me adhuc in il
la etiā cōsuetudo suscepit: vt valētiorē ad nequitias red
deret: et prauis me vsibus sustinēs foueret? Cur lactatus
vberib⁹? id est postq̄ in culpe consuetudinē veni: cur me
ad atrociorē nequitiā / vel false spei fiducia / vel lacte mi
sere desperatiōis enutriui? Cū enī culpa i vsum venerit /
etiam animus etiā si appetat / debilius resistit: quia quot
vicibus praue frequētationis astringitur / quasi tot vin
culis ad mentem ligatur. Capitulum. xxix.

Unde fit vt eneruis animus cū solui nō valet /
ad quedā se solatia false cōsolationis incliner:
quatenus venturum iudicem tante sibi mise
ricordie spondeat: vt eos etiam quos arguendos inuene
rit / penitus nō occidat. Cui rei hoc deteri⁹ accidit / φ ei
multorū similiū lingua consentit: cū multi etiā male ge
sta laudib⁹ exaggerāt. Unde fit vt incessanter crescat cul
pa / fauoribus nutrita. Curari autē vulnus negligit: qd
dignū premio laudis vidit. Unde bene per Salomonē
dicit. Fili mi / si te lactauerint peccatores / ne acquiescas

Prouer. i.

eis. Peccatores etenim lactant: cū vel perpetrāda mala

Pctōres lactant.

blādimentis inferunt / vel perpetrata fauorib⁹ extollunt.
Anno lactatur: de quo per Psalmi. dicit: Qm laudatur

Ps. ix.

peccator in desiderijs anime sue: et cum iniqua egerit ini

L

quus / benedicitur. Sciendum quoq3 est φ tres illi modi

Peccantium tres modi facilius corrigunt: qrt⁹ difficilius emendat.

peccantiū iuxta descēsus sui ordinē facilius corrigitur:
quartus vero iste difficili⁹ emendatur. Unde et redēptor
noster puellā in domo: iuuenē extra portam: in sepulchro
autē lazarū suscitauit. Adhuc quippe quasi mortuus ia
cet in domo / q latet in peccato. Jā quasi extra portā edu
cit: cui⁹ iniqtas vsq3 ad inuerecundiā publice ppetratio
nis aperit. Sepulture vero aggere pmit / q in ppetratiōe

Xps tres mortuos suscitauit.

nequitie etiā vsu cōsuetudinis pressus grauat. Sed hos
ad vitā miserat⁹ reuocat: qr plerūq3 diuina grā nō solū in
occultis / sed etiā in aptis iniqtatib⁹ mortuos: et mole pra
ue consuetudinis pressos / respectus sui lumine illustrat.

Quartum non suscitauit.

Quartū vero mortuū redēptor noster nūciāte discipulo
agnoscit: nec tamē suscitat: qr valde difficile est / vt is quē
post vsum male consuetudinis etiā ad vltimū adulantiū
lingue exceptūra mētis sue morte euocet. De quo et be

Luce. ix.

ne dicit. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortui

Mortui sepeliunt mortuos.

enim mortuos sepeliūt / cū peccātes peccātem fauorib⁹ pre
mūt. Quid est enī aliud peccare φ occūbere: et sepelire q̄
abscōdere? Sed q peccantē laudib⁹ psequūtur: extinctū
sub verbor suor aggere abscōdūt. Erat autē et Lazarus

M

mortu⁹: sz tamē nō a mortuis sepult⁹. Fideles quippe mu
lieres illū obtexerant: q et ei⁹ mortē viuificatori nūciabāt.
Unde et prim⁹ ad lucē redijt: qr cū in peccatō anim⁹ mori
tur: cito ad vitā reducit: si sup hūc sollicite cogitationes vi
uunt. Aliquādo autē (sicut et superi⁹ dictū est) falsa spes
mentē nō intercipit: sed hanc deterior desperatio pstigit:
que dum omnē spem venie funditus interimit: errores la
cte animū vberius nutrit. Capitulum. xxx.

Considerat igit sanct⁹ vir post primā culpā: quā
to deteri⁹ homo mala cōmisit postq̄ paradisum
pdidit: vsq3 ad quēta hui⁹ exilij prerupta descē
dit / et dicat. [Quare nō in vulua mortu⁹ sum? id est cum
serpētis suggestio pctōrem me cōciperet: tunc vitā q me
mors sequeret / agnouissem: ne vsq3 ad delectationē sug
gestio raperet: et morti arcti⁹ ligaret. [Egressus ex vtero
nō statim perij? Ac si dicat. Utinā ad exteriorē delectatio
nem exiens: quo interiore lumine priuabar agnouissem:
et saltē in ipsa delectatione occūberē: ne p cōsensum mors
acrius puniret. [Cur exceptus genib⁹?] Ac si dicat. Uti
nam minime me cōsensus subiectis prauitati sensibus ex
cepisset: ne ipsa me cōsensio ad audaciam deterius rape
ret. [Cur lactatus vberib⁹?] Ac si dicat. Utinā blandiri
saltē mihi post mala ppetrata noluissem: ne tanto me cul
pe nequius astringerem / quanto me in illa mollius fouē
rem. Hos itaq3 reprehēsionum suarum vocibus in parēte
primo se peccasse redarguit. Sed si ad erumnā hui⁹ exilij
nequaq̄ homo peccando descenderet: dicat qua perirui

B quiete potuisset. Sequitur. Nunc enim dormiens silerem: et somno meo requiescerē. Ad hoc quippe in paradiso homo positus fuerat: vt si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret: ad celestem angelorū patriā quandoq3 sine carnis morte trāsiret. Sic nāq3 est immortalis cōditus: vt tamen si peccaret/ etiam mori posset: et sic mortalis est conditus: vt si non peccaret/ etiam nō mori posset: atq3 ex merito liberi arbitrij btitudinē illius regiōis attingeret: in qua vel peccare vel mori nō posset. Ubi igitur post redēptionis tempus/ carnis morte interposita electi transeunt: illuc procul dubio parētes primi si in conditionis sue statu pstitissent: etiā sine morte corporū trāsferri potuissent. Dormiēs igit sileret: et somno suo homo requiesceret: dum ad eterne requiē patrie ductus: quasi secessum quēdam a clamore hoc humane infirmitatis inueniret. Post peccatū nāq3 quasi clamās vigilat: q3 cōtentionē carnis pprie repugnāte portat. Hoc quietis silentium iā homo cōditus habuit: cū contra hostē suū liberū voluntatis arbitriū accepit. Cui qa sua sponte succubuit: mox de se qd cōtra se perstreperet inuenit: mox i certamine infirmitatis tumultus reperit: et quia in pacis silentio ab auctore fuerat cōditus: hosti tamē spōte substratus/ clamores de pugna tolerauit. Ipsa enim carnis suggestio quasi quidā clamor est ptra quietē mentis: quā ante transgressionē homo nō sensit: q3 nimirū qd de infirmitate posset tolerare/ nō habuit. Postq3 vero se sponte hosti subdidit: astrictus culpe sue vinculis: in quibusdā et etiā nolēs seruiuit: et clamores in mēte patitur/ cū caro spiritui reluctatur. An nō clamores intrinsecus audiebat: qui praue

Ro.vij. contra se legis verba tolerabat/ dicēs. Uideo aliā legē in membris meis/ repugnātem legi mentis mee: et captiuum me ducētem in legem peccati: que est in membris meis.

B Contemplatur ergo vir sanctus in quanta cordis pace quiesceret: si serpētis verba suscipere homo noluisset: et dicat. Nunc enim dormiēs silerem: et somno meo requiescerem: id est intra mentis secretū ad conditoris cōtemplationē secederem: nisi me extra me tentationū tumultus consensus prime culpe pdidisset. Huius autē quietis gaudijs cum quibus etiā socijs perfrueretur/ adiungit dicens.

¶ S. Quod per reges et consules sanctos velit angelos intelligi: cū quibus homo conuenisset ab initio: nisi ipe onus peccati voluntarie sumpsisset. Capitulum xxxj.

Cum regibus et cōsulibus terre. Rebus insensibilibus discimus quid de sensibilibus atq3 intelligibilibus sentiamus. Terra nāq3 aere fecundatur: aer autē ex celi qualitate disponitur. Sic iumentis homines: hominibus angeli: archāgeli vero angelis presunt. Nā q3 iumentis homines presint: et visu cernimus/ et verbis psalmiste docemur: qui ait. Oia subiecisti sub pedibus eius/ oues et boues vniuersas: insup et pecora campi. Quia vero hominibus angeli presint: per prophetā testatur angelus dicens Princeps regni persarū restitit mihi. Quod vero angeli a superioribus angelorū potestatibus dispensentur/ Zacharias propheta perhibet/ qui ait. Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur: et angelus alius egrediebatur in occursum eius/ et dixit ad eū. Curre et loquere ad puerum istum/ dicens: Absq3 muro habitabitur hierusalē. Si enim i ipsis officijs sctōrū spirituū neq3 potestates sūme minimas disponerent: nullo modo hoc qd homini diceret/ angelus ab angelo cognouisset. Quia igitur cunctorū cōditor omnia per semetipsum tenet: et tamē ad distinguendū pulchre vniuersitatis ordinē/ alia alijs dispēsantibus regit: nō immerito reges/ angelorū spūs accipimus: qui quo auctori oim familiarius seruiunt: eo subiectis potius regunt. Cum regibus ergo dormiret: q3 nimirū iam cū angelis homo quiesceret/ si psuasoris linguā sequi noluisset. Qui bene etiā cōsules vocantur: q3 spūali reipublice cōsulūt: dū nos sibi ad regnum socios iungūt. Bene cōsules vocātur: quia dum ipsis nunciantibus voluntatem cōditoris agnoscimus: in eis procul dubio consiliū ab hac angustia nostre tribulationis inuenimus. Capitulum xxxij.

Sed qa beatus Job sancto eternitatis spū impletur: et fuisse vel futurum esse eternitas nō habet (cui nimirū neq3 preterita transeūt: neq3 que futura sunt veniūt: quia cūcta per presens videt) potest futuros predicatores ecclesie in presentia spiritus cōtēplari: qui postq3 de corporibus transeunt: nequaq3 per morarū spatia (sicut antiqui patres) a celestis patrie perceptione differūtur. Mox quippe vt a carnis colligatione exeūt/ in celesti sede quiescūt: Paulo attestāte/ qui ait. Scimus

ij.Cor.v. qm si terrestris domus nostra huius habitatiōis dissoluatur: q3 edificationē ex deo habemus/ domū non manufactā eternā in celis. Prius autē q3 redēptor noster morte sua humani generis penā solueret: eos etiā qui celestis patrie vias sectati sunt: post egressum carnis/ inferni claustra tenuerūt: nō vt pena quasi peccātores plecteret/ sed vt eos i locis remotioribus quiescētes (q3 necdū intercessio mediatoris aduenerat) ab ingressu regni/ reatus prime culpe phiberet. Unde iuxta eiusdem redēptoris nri testimoniū: diues qui apud inferos torquetur: in sinu Abrae requiescere La-

Luc.xvj. zarū cōtēplatur. Qui profecto si adhuc in imis non essent: hos ille in tormētis positus nō videret. Unde et idē redēptor pro nostre culpe debito occumbēs/ inferna penetrat: vt suos qui ei inheserāt/ ad celestia reducat. Sed quo nūc homo redēptus ascēdit: illuc profecto si peccare noluisset: etiā sine redēptione pertingeret. Consideret ergo vir sanctus/ quia si non peccasset/ illuc etiā nō redemptus ascenderet: ad qd predicatores sanctos/ post redemptionem necesse est cum magno labore peruenire. Et cum quibus iam nunc quiesceret/ insinuet dicens. Cum regibus et cōsulibus terre. Capitulum xxxiij.

E Reges quippe sunt sancti predicatores ecclesie: qui et cōmissos sibi recte disponere/ et sua bene regere corpora sciunt: qui dum desideriorū motus in se temperant: sup subiectas cogitationes lege virtutis regnant. Qui bene etiā terre consules vocantur. Reges enim sunt: qa sibimetipsis presidēt: terre autem consules/ quia extinctis peccatoribus vite prebent consultum. Reges sunt: quia semetipsos regere sciunt: terre autem sunt consules: quia terrenas mentes p exhortationis sue cōsilium ad celestia pertrahūt. An terre cōsul non erat qui di-

j.Cor.vij. cebat: De virginibus autē preceptū dñi nō habeo: cōsilium autem do. Et iterum. Beatior erit si sic permanserit/ sm consilium meum. Bene autem subditur.

¶ S. Quod serui dei trāquillas alas habeāt: filij vero mūdi huius densis cogitationū tumultibus in corde vexentur.

Quod illicita appetūt: vel i hoc mūdo aliqd videri volūt: densis cogitationum tumultibus in corde comprimūtur.

¶ Qui edificāt sibi solitudines. Omnes em̄ qui vel illicita appetūt: vel in hoc mūdo videri aliquid volunt/ densis cogitationū tumultibus in corde comprimuntur. Dūq3 desideriorū turbas intra se excitant: prostratā mentē pede misere frequentatiōis calcāt. Alius nāq3 iuri se luxurie subdit: atq3 ante mētis oculos schemata turpiū ppetrationū fingit: et cū effectus nō tribuitur operis: hoc crebrius agitur intētione cogitationis. Uoluptatis pfectio queritur: et concussus enerualiter animus/ hinc inde et sollicitus et ceca rius/ occasionē nequissime expletiōis rimatur. Mēs itaq3 hec quasi quēdam populū patitur: que insolēti cogitationū tumultu vastatur. Alius ire se dñio strauit: et qd i corde nisi iurgia etiā que desunt peragit? Hic sepe presentes

F non videt: absentibus contradicit. intra semetipsum contumelias pfert et recipit: receptis autē durius respōdet. et cum qui obuiet nullus assit: magnis clamoribus rixas in corde cōponit. Turbā itaq3 hic intus sustinet/ quē pōdus vehementis inflāmate cogitatiōis premit. Alius iuri se auaritie tradit: et fastidiens ppria/ aliena cōcupiscit. Hic plerunq3 concupita adipisci nō valēs/ diem quidē in ocio: noctem vero in cogitatione versat. torpet ab vtili opere: quia fatigatur illicita cogitatiōe. cōsilia multiplicat: et sinū mentis cogitationū inuētionibus latius expandit. peruenire ad concupita satagit: atq3 ad obtinenda hec quosdam secretissimos causarū meatus querit. Qui mox vt in causa aliquid subtile inuenisse se estimat: iā se obtinuisse qd concupiuit exultat. iam quid adepte rei adiungat/ excogitat: atq3 vt in meliori statu debeat excoli pertractat. Quā quia iam quasi possidet: et quasi ad meliorem speciem adducit: mox insidias inuidentiū cōsiderat: et quid contra se iurgij moueatur pensat: et exquirit quid respondeat: et cum rem nullam teneat: iam in defensione rei quā appetit/ vacuus litigator elaborat. Huic enim nihil de concupita re ceperit: habet tamē in corde iam fructū concupiscentie/ laborem rixe. Grauiter itaq3 populo premitur: qui instigātis auaritie tumultu vastatur. Alius se tyrannidi superbie subijcit: et cor miserū dum contra homines erigit/ vitio substernit. Honorū sublimiū infulas appetit: exaltari successibus exquirit: totumq3 qd esse desiderat/ sibi apud semetipsum in cogitationibus depingit. Iam

G

quasi tribunali presidet: iam sibi parere obsequia subiecto-
rū videt: iam ceteris eminet: iā alijs mala irrogat: alijs
que irrogauerit, recompēsat. Iā apud semetipsum stipa-
tus cunctis ad publicū pcedit: iā quib⁹ obsequijs fulcia-
tur conspicit. qui tamē hec cogitans solus repetit: iā alis
cōculcat, alis sublevat: iā de cōculcatis satisfacit odijs:
iam de sublevatis recipit fauores. Qui igitur tot phan-
tasmata cordi infert: quid aliud iste q̄ somniū vigilans vi-
det? Qui ergo tot rerum causas quas fingit tolerat: nimi-
rum intrinsecus natas ex desiderijs turbas portat. Ali⁹
iam illicita refugit: sed tamen bonis mundi carere perti-
mescit. concessa tenere appetit: videri inter boles minor
erubescit: curat summopere ne inops sit i domo, ne de-
spectus in publico. Exquirit quid sibi sufficiat: quid ne-
cessitas subiectorum petat: atq; vt sufficiēter iura patro-
natus subditis expleat: patronos querit quibus ipse fa-
muletur. sed dū his familiariter iūgitur, eorum pcul du-
bio causis implicat. quib⁹ sepe cōsentit in illicitis: ⁊ mala
que pp̄ semetipm nō appetit: cōmittit pter alia que nō
dereliquit. Nā sepe dū honorē suū in hoc mūdo imminui
trepidat, et apud maiores psonas approbat: que p pro-
prium iudiciū dānat. Is dum sollicite cogitat qd patro-
nis debeat: quid subiectis: quid sibi augeat: qd affectibus
proficit: quasi tanta frequētia turbarū premit: quāta cura-
rum importunitate laceratur. Capitulum. xxxiij.

Somniū vigilans videt.

H

At contra sancti viri qr nihil hui⁹ mūdi appe-
tunt: nullis procul dubio in corde tumultib⁹
premūtur. omnes quippe inordinatos deside-
riorū motus a cubili cordis manu sancte cōsiderationis
ejciūt: ⁊ quia transitoria cūcta despiciunt: ex his nascen-
tes cogitationū insolētias non patiūtur. solam nāq; eter-
nam patriā appetūt: ⁊ quia nulla huius mūdi diligunt,
magna mentis trāquillitate perfruūtur. Unde ⁊ recte di-
cit. [Qui edificāt sibi solitudines.] Solitudines quippe
edificare, est a secreto cordis, terrenoꝝ desideriorum tu-
multus expellere: ⁊ vna intentione eterne patrie in amo-
rem intime quietis anhelare. An non cunctos a se cogita-
tionū tumultus expulerat: qui dicebat: Unā petij a dño:
hanc requirā: vt inhabitē in domo dñi oibus diebus vi-
te mee. A frequentia quippe terrenorū desideriorū fuge-
rat: ⁊ ad magnam videlicet solitudinē semetipsum cōtu-
lerat: vbi eo tutius nihil extra eum conspiceret, quo in-
cōpetens nihil amaret. A tumultu rerum corporaliū ma-
gnū quēdā secessum petierat quietā mētē: in qua tāto pu-
rius deū cerneret, quanto hunc cū se solo solū inueniret.
Bene autē hi q̄ sibi solitudines cōstruūt etiā cōsules vo-
cātur: qr sic in se solitudinē mentis edificant: vt tamē in
quo preualent, alijs per charitatē consulere minime desi-
stant. Hic ergo quē modo pretulim⁹ consulē: paulo sub-
tilius perpēdamus quomodo ad prebēda vite sublimio-
ris exempla subiectis populorū cunctis, virtutum calcu-
los spargat. Ecce ad insinuandam retributionē boni pro
malo, de semetipso fatet, dicens. Si reddidi retribuenti-
bus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.
Ad dilectionem conditoris excitandam insinuat dicēs.
Mihi autem adherere deo bonum est. Ad formā sancte
humilitatis imprimēdam: secreta cordis sui indicat di-
cens. Domine nō est exaltatum cor meum: neq; elati sunt
oculi mei. Ad imitādam zeli rectitudinem exemplo suo
nos excitat dicens. Nonne qui oderunt te dñe oderam: ⁊
super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderā
illos: ⁊ inimici facti sunt mihi. Ad eterne nobis patrie de-
siderium succendendū, vite presentis longitudinē deplo-
rat dicēs. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus
est. Largitate nimirum consulatus emicuit: qui exem-
plo conuersationis proprie, tot nobis virtutum calcu-
los sparsit. Capitulum. xxxv.

Quid edificare solitudines.
Ps. xxvi.
Solitudines cōstruentes etiā ꝯsules vocantur.
Ps. vij.
J
Ps. lxxij.
Ps. cxx.
Psalm. cxxxviij.
Ps. cxix.

Sed ille alijs cōsulēs: quomodo sibi etiā solitu-
dinē edificet narrat. Ait enī. Ecce elongaui fu-
giēs: ⁊ mãsi in solitudine. Fugiēs se elōgat: qr a
turba desideriorū temporaliū in altam dei cōtēplatiōem
se sublevat. Manet vero in solitudine: qr perseuerat in re-
mota mētis intentione. De qua bene solitudine dño Hie-
remias ait. A facie man⁹ tue sol⁹ sedebā: quoniā cōmina-
tione replesti me. Facies quippe man⁹ dei est illa percus-
sio iusti iudicij, qua superbientē hominem a paradiso repulit:
⁊ in hac cecitate presentis exilij inclusit. Cōminatio vero
ei⁹ est terror adhuc supplicij sequētis. Post faciē igitur
manus adhuc nos minę terrificāt: qr p experimentū iudi-
cij iam nos ⁊ penis presentis exilij perculit: et si peccare nō
desistimus: ⁊ eternis adhuc supplicijs addicit. Cōsideret
ergo vir sanct⁹, proiect⁹ huc vnde hō ceciderit atq; hunc
post ista peccātem, quo adhuc iustitia iudicantis rapit: ⁊
cūctas a se desideriorum tēporalium turbas ejciat: seq;
in magna mētis solitudine abscondat, dicēs. A facie ma-
nus tue solus sedebā: quoniam cōminatione replesti me.
Ac si aperte dicat. Dum considero quid iam p iudicij ex-
perimentū patior: a tumultu desideriorū tēporalium tre-
pidus mētis secessum peto: quia ⁊ adhuc illa acriu⁹ que
minaris, eterna supplicia formido. Bene ergo de regib⁹
atq; consulibus dicit. [Qui edificant sibi solitudines.]
Qr hi q̄ et se bene regere, ⁊ cōsulere alijs sciūt: qui repre-
sentari interim illi intime quieti nō possunt: hāc apud se-
metipsos p studiū trāquille mētis imitant. Sequit. [Cū
principibus qui possidēt aurum: et replent domos suas
argēto.] Quos alios principes, nisi sancte ecclesie recto-
res vocat: quos indesinēter in loco predicatoꝝ precedēn-
tiū diuina dispensatio subrogat: De quib⁹ eidem ecclesie
psalmista ait. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: consti-
tues eos pricipes sup omnē terram. Quid vero aurum,
nisi sapientiā appellat: de qua p Salomonē dicit. The-
saurus desiderabilis requiescat in ore sapientis. Aurū nē-
pe sapientiā vidit: quam thesaurū vocauit. Que et recte
auri appellatione signat: quia sicut auro temporalia, ita
sapientia bona eterna mercātur. Si aurū sapiētia non es-
set: neque ꝑ laodicie ecclesie ab angelo diceret. Suadeo
tibi emere a me aurū ignitū. Aurū quippe emim⁹, cū acce-
pturi sapientiā, prius obedientiā prebem⁹. Ad quē vide-
licet cōtractum bene nos quidā sapiens excitat, dicens.
Cōcupisti sapientiā: serua mādata: et dñs prebebit illam
tibi. Quid autē p domos, nisi cōsciētie designātur? Un-
de sanato cuidā dicit. Uade in domū tuā. Ac si apte au-
diat. Post exteri⁹ miraculū ad ꝯsciētiā reuertere: ⁊ qua-
lem te intrinsecus deo debeas exhibere, perpende. Quid
etiā per argentum, nisi diuina eloquia figurātur: de qui-
bus per Psalmistā dicitur. Eloquia dñi eloquia casta:
argētum igne examinatum. Eloquiū domini argentum
igne examinatū dicit: quia sermo dei si i corde figitur: tri-
bulationibus probatur. Capitulum. xxxvi.

K
Ps. xliiij.
Prouer. xxi.
Apo. iij.
L
Joan. v.
Ps. xj.

Uir igitur sanct⁹ spiritu eternitatis plen⁹, q̄
futura sunt colligat: et quos longe post futu-
ra secula genuerint: lepato mentis sinu cōpre-
hendat: et magna admiratione consideret: cū quibus ele-
ctis sine labore in eternitate quiescerēt: si per appetitū su-
perbie nemo peccasset, ⁊ dicat. [Nunc enim dormiens si-
lerem: et somno meo requiescerē cū regibus et cōsulibus
terre: q̄ edificant sibi solitudines: aut cū principib⁹ q̄ pos-
sidēt aurū: ⁊ replēt domos suas argēto.] Qr enī si parētē
pmū nulla pctī putredo corrūperet: nequaq̄ ex se filios
gehēne generaret: sed hij nūc p redēptionē saluādi sūt,
soli ab illo electi nascerent: cosdē electos aspiciat: atq; cū
eis q̄modo descere potuisset ꝯtēdat. Uideat sctos aplos
sic susceptā ecclesiā regere: vt et pdicationis verbo nō desi-
nāt cōsulēs pbere: eosq; reges ⁊ cōsules appellet. Uideat
post hos in eoꝝ loco rectores exurgere: q̄ ⁊ sapiēter viuē-
do aurū possideāt: ⁊ alijs recta pdicādo, argēto sacre lo-
cutiōis enitescāt: eosq; pricipes repletis cōsciētiarū do-
mib⁹ auro ⁊ argēto diuites memoret. Sed qr aliqñ pphe-
tico spūi nequaq̄ sufficit vt vētura pūideat: nisi cordi pphe-
tātis etiā pterita ⁊ antiq̄ repsentet: sanct⁹ vir iste suprad-
oculos aperit: et nō solū vētura cōspicit: sed etiā trāsacta
ad memoriā reducit. Nam protinus adiungit.

M

¶ S. Qr primi seculi patres abortiuos dicat: quia pre-
ter paucos quos Moyses scripsit, maxia pars nobis hu-
mani generis occultatur.

¶ Aut sicut abortiuū absconditū nō subsisterē: vel qui cō-
cepti nō viderūt lucē.] Abortiuū qz ante plenū tēp⁹ ditū,
extinctū, protinus occultat. Quos ǵ sctūs vir alios aborti-
uos vocat: nisi qb⁹ se descere potuisse ꝯsiderat: nisi electos
quosq; qui ab ipso mūdi pmordio ante redēptionis tēp⁹
exorti sunt: ⁊ tñ huic mūdo semetipsos mortificare cura-
uerūt? Qui cōscripte legis tabulas nō habētes: q̄si in vte-
ro mortui sunt: qr auctorē suum naturali lege timuerūt:
et cū venturum mediatorem crederent, studuerant sum-
mopere mortificatis voluptatibus etiam que scripto nō
didicerant precepta seruare. Tēpus itaq; illud qd iuxta

[A] mundi initium mortuos huic seculo patres nostros plu [Gen. iiij.] rimos: quasi abortiuũ vterus fuit. Ibi namq3 abel: q̃ occidenti se fratri restitisse non legit. [Gen. v.] Ibi enoch: q̃ tale se exhibuit [Gen. ix.] vt ambulatur⁹ cũ dño trãsferret. Ibi noe: qui per hoc q̃ [Gen. xvij.] diuino examini placuit: in ũdo mundo superstes fuit. Ibi abraam: q̃ dũ peregrin⁹ est seculo / fact⁹ est amicus deo. [Ge. xxvij.] Ibi isaac: qui caligãtibus carnis oculis / p̃ctis q̃ quidem presentia non vidit: sed per virtutem p̃phetici spiritus in futuris etiam seculis magna videndi luce radiauit. Ibi [Genesis xxviij.] iacob: q̃ irã fratris humiliter fugit: clemẽter edomuit: q̃ prole q̃dem fecundus extitit: sed tamẽ spũs vbertate fecũdior: eãdẽ p̃lẽ sub p̃phetie sue vinculis astrinxit. Bene aũt abortiuũ hoc abscõditũ dr: quia a mundi primordijs dũ quosdam paucos moyse scribente cognoscimus pars nobis maxima humani generis occultatur. Neq3 enĩ tot iustos solũmodo vsq3 ad acceptã legem extitisse credendũ est: quot moyses breuissima descriptione perstrinxit. Quia ergo a mundi primordio occidita multitudo bonorum et magna parte notitie nostre subtrahitur: absconditum hoc abortiuũ vocat. Quod et nõ subsistisse dicitur: quia enumeratio paucis eorum frequentia nullo apud nos memorie scripto retinet. Recte vero additur. Uel qui concepti non viderunt lucem. Capitulũ.xxxvij.

[B] Hi nãq3 qui post acceptã legẽ in hoc mũdo nati sunt: auctori suo eiusdẽ legis sunt admonitione concepti: sed tamẽ concepti minime lucem viderunt: q̃ ad aduentũ incarnationis dñice / quis hanc fideliter crederent / peruenire nequiuerunt. Incarnatus [Jo. viij.] quippe dñs dicit. Ego sum lux mundi. Atq3 ipsa lux ait. [Mat. xiij.] Multi p̃phete et iusti desiderauerũt videre q̃ videtis / et nõ viderunt. Concepti igitur nõ viderũt lucem: q̃ ad spẽ venturi mediatoris / apertis prophetarum vocibus excitati, nequaq3 potuerũt cernere ei⁹ incarnationem. In his itaq3 concept⁹ interior formã fidei edidit: sed hanc vsq3 ad apertam visionem diuine presentie nõ perduxit: q̃ prius hos a mũdo mors intercurrens rapuit / q̃3 manifesta veritas mundum illustrauit. Capitulum.xxxviij.

Uir igitur sanctus spiritu eternitatis plenus: mani cordis cuncta labentia ad memoriam astringit: et quia angusta ẽ ois creatura creatori: per eundem spiritũ qui nihil ex se / vel iuxta se aliud / nisi semp esse habet / omne q̃d erit / q̃d preterijt / conspicit: ac intra supraq3 mentis oculũ tendit: et vententia vel trãsacta considerãs / ad eternum esse medullitus inardescit / dicens. [Nunc enim dormiens silerem.] Nunc quippe presentis est temporis. Et quid est statem semp in p̃senti [C] quietem querere, nisi ad illud cui nihil venit / nihil preterijt / gaudium eternitatis anhelare? Quod nimirum veritas semper esse suum / vt nobis vtcũq3 infunderet: moyse [Exo. iij.] mediante insinuat / dicens. Ego sum qui sum. Et dices filijs israel. Qui est / misit me ad vos Sed ecce quia labẽtia cõspicit: q̃ semp presens gaudium querit: q̃ venture lucis memorat: q̃ electorũ eius ordines enumerãs pensat: ipsam iam nobis aptius quietẽ hui⁹ lucis insinuet: et quid apud illam quotidie de prauorũ conuersiõe agitur / verbis manifestioribus demonstret.

¶ Q. Et in luce que de⁹ est / nec est tumultus cõcupiscẽtiarum nec labor peccati / sed munditia mentis / et pacifica quies. Capitulum.xxxix.

Ibi impij cessauerũt a tumultu: et ibi requieuerunt fessi robore.] Paulo ante iam diximus: q̃ corda peccãtiũ per hoc q̃ strepitus desideriorum possidet: grauis cogitationũ instigantiũ tumultus premit. Sed in hac luce quã concepti minime viderunt / a tumultu suo impij cessare perhibent: q̃ nimirũ mediatoris aduentũ / quem patres in lege positi diu prestolati sunt: ad vite sue requiem p̃pĩ gentiles inuenerũt: Pau [Rom. xi.] lo attestante / q̃ ait. Qđ querebat israel / hoc non est consecutus: electio aũt cõsecuta est. In hac itaq3 luce impij a tumultu cessant: dum peruersos mẽtes veritate cognita laboriosa mundi desideria fugiunt: et tranquillitati intimi amoris acquiescunt. An nõ ad cessationem vocat lux [Mat. xi.] ipsa: que ait. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis / et ego reficiam vos: tollite iugum meum super vos: et discite a me: quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meũ suaue est: et onus meũ leue. Quid enim graue mẽtis nostre ceruicibus iponit: qui vitari omne desiderium quod perturbat precipit? Quid graue subiectis iubet: q̃ declinari laboriosa mũdi hui⁹ itinera admonet? Attestante au [D] tem Paulo apostolo: Christus pro impijs mortuus est. [Rom. v.] Sed idcirco dignata est pro impijs lux ipsa occumbere: ne impij in tenebrarũ suarum tumultu remanerent. Contẽplet ergo vir sanctus q̃ lux per incarnationis sue mysterium et graui labore impios eripit: dum ab eorũ cordibus desideria prauitatis tergit: cõtemplet q̃ conuersi qualiter quietem quã percipere in eternitate desiderãt: hic iam p tranquillitatẽ mẽtis degustant / et dicat. [Ibi impij cessauerũt a tumultu: et ibi requieuerũt fessi robore.] Omnes enĩ q̃ in hoc mũdo fortes sunt robore: q̃si fortes sũt / nõ robore defessi. Qui vero in auctoris sui amore roborãtur: quo magis in concupita dei fortitudine p̃ualescunt: eo a propria v̈tute defeciũt. Et quo robusti⁹ eterna appetunt: eo a tẽporalib⁹ salubri defectiõe lassant. Hic psalmista amoris sui robore fessus dicebat. Defecit in salutare [Psalm. cxviij.] tuum anima mea. In salutare enim dei proficiendo defecerat: quia eternitatis lucẽ desiderãs / a carnis iam fiducia fractus anhelabat Hinc rursum dicit. Cõcupiuit et [Psalm. lxxxiij.] defecit aia mea in atria dñi. Qui nimirũ cum diceret cõcupiuit / recte subdidit. Et defecit. Q̃ valde minor est diuinitatis cõcupiscẽtia: quã nõ mox etiã p̃pri⁹ sequit defectus. Qui enĩ ad appetẽda eternitatis atria accendit: dignũ profecto est vt ab hoc temporalitatis amore lassescat: vt tanto frigescat ab studio seculi / quanto surgit ardentior in amorẽ dei. Quẽ sc3 si perfecte arripit / mundũ etiã plene derelinquit: et eo fundit⁹ tẽporalib⁹ moritur: quo ad supnã vitã alti⁹ afflatu eternitatis aiatur. An nõ robore [Cãti. v.] suo fessam se inuenerat / que dicebat: Aia mea liquefacta est / vt dilectus locutus est? Quia nimirũ mens dum oc- [E] culte locutionis aspiratione tangit: a statu sue fortitudinis infirmata / ipso q̃ absorbet desiderio liquat: et inde se apud semetipsam fessam inuenit: vnde vltra se esse conspicit fortitudinem quã cõscendit. Hinc p̃pheta cum visio- [Dan. viij.] nem dei se conspexisse diceret / adiungit. Elangui et egrotaui per dies plurimos. q̃ cum ad virtutem mẽs astringitur / a fortitudine propria caro lassatur. Capitulum.xl.

Hinc iacob qui angelum tenuit / vno mox pede [Genesis xxxij.] claudicauit: q̃ q̃ vero amore sublimia respicit / iam in hoc mũdo duplicibus incedere desiderijs nesciat. Uno enim pede innititur / qui solo dei amore roborat. et necesse est vt alt⁹ marcescat: q̃ mentis virtute crescente / oportet p̃cul dubio vt carnis fortitudo torpescat. Beatus igitur Job alta fidelium corda respiciat: atq3 perpendat quem sumũ intime quietis inueniunt: dũ a viribus proprijs in deum p̃ficiendo lassantur: et dicat Ibi requieuerunt fessi robore. Ac si apte insinuet dicens. Illic requies lucis remunerat: q̃s hic interius recreans profectus fatigat. Nec mouere debet q̃ lucem nominãs nequaq3 subdit in hac / sed ibi. Quam enim continere electos conspicit: quasi locum nostrum hanc esse deprehendit. Unde psalmista cum incõmutabilitatem eternitatis [Ps. ci.] aspiceret / dicens: Tu autem idem ipse es: et anni tui non deficient: hanc electorum locum esse denunciat / subdens. Filij seruorũ tuorũ habitabunt ibi. Deus enim qui sine situ oĩa cõtinet / nobis ad se venientib⁹ locus non localis manet. Ad quẽ locũ dũ p̃tingim⁹ / etiã in hac vita mẽtis nostre tranquillitas quãta fuerit p̃turbatio videmus: q̃ [F] etsi iam iusti in prauorũ comparatione quieti sunt: in estimatione tamẽ quietis intime omnimodo quieti nõ sunt. Unde et bene subditur. [Et quondam vincti pariter sine molestia.] Justos enim q̃uis nullus desideriorũ carnalium tumultus possideat: duris tamen vinculis eos i [Sap. ix.] hac vita positos / sue molestia corruptionis ligat. Scriptum quippe est. Corpus quod corrumpitur / aggrauat animam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Eo itaq3 ipso quo adhuc mortales sunt / corruptionis sue põdere grauantur: et astricti molestia vincti sunt: q̃ i illa adhuc libertate vite incorruptibilis nõ exurgũt. Aliud nãq3 de mẽte / aliud de corpore tolerant: et contra semetipsos quotidie interno certamine desudant. An non duro molestie vinculo ligant: quorũ nimirũ mens sine labore ignorantia soluitur: et nõ nisi cũ studio laboris erudit? Que conCta erigitur / libens iacet / ab infimo vix leuat: et tamẽ eleuata p̃rimus labit: semetipsam laboriose vincendo / supna conspicit: sed reuerberata / tamen quod se irradiauerat refugit. An non duro

G

molestie vinculo ligant: quos cũ accẽsus spũs ad summum pacis interne pleno desiderio pertrahit / feruente certamine caro perturbat? Que etsi iam ante faciem velut ex aduerso acie erecta nõ obuiat: adhuc tamẽ a mentis voto quasi captiua submurmurat: et quis timendo / sed tamen turpi strepitu in corde speciem pulchre quietis fedat. Electi igitur et si valenter oia superant / cũ securitatem pacis interne desiderant / grauis eis est molestia / adhuc habere qd vincant. Qui his exceptis / etiã ea vincula sustinent: que grauis exterius necessitas astringit: esurire quippe / sitire / lassescere / vincula corruptiõis sunt: que scz solui nequeunt / nisi cum in illam immortalitatis gloriam nostra mortalitas permutatur. Capitulum .xlj.

Replemus etenim refectionibus corpus / ne extenuatũ deficiat: extenuam⁹ abstinentia / ne nos repletũ premat. Uegetam⁹ hoc motibus / ne situ immobilitatis intereat: sed citius hoc collocando sisti mus / ne ipsa sua vegetatione succũbat. Adiumentis hoc vestiũ tegim⁹ / ne frigus interimat: et quesita adiumenta ꝓjicimus / ne calor exurat. Tot igitur diuersitatib⁹ occurrentes: qd agimus / nisi corruptibilitati seruimus: vt saltem multiplicitas impensi obsequij corp⁹ sustineat: qd anxietas infirme mutabilitatis grauat? Unde bene per

Ro. viij.

Paulũ dr. Uanitati enim subiecta est creatura nõ volẽs: sed ꝓpter eũ qui subiecit eam in spe: qr et ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis / in libertatẽ glorie filiorũ dei. Uanitati quippe creatura non volens subdit: qr homo qui ingenite constantie statum volens deseruit: pressus iuste mortalitatis pondere / nolens mutabilitatis sue corruptioni seruit. Sed creatura hec tũc a seruitute corruptionis eripitur / cũ ad filiorũ dei gloriam incorrupta resurgẽdo subleuatur. Hic itaq electi molestia vincti sunt: qr adhuc corruptionis sue pena deprimuntur.

H

Sed cũ corruptibili carne exuimur / quasi ab his quib⁹ nũc astringimur / molestie vinculis relaxamur. Presentari nãq iam deo cupimus: sed adhuc mortalis corporis obligatione prepedimur. Iure ergo vincti dicimur: quia adhuc incessum nostri desiderij ad deum liberum non habemus. Unde bene Paulus eterna desiderans / sed tamẽ adhuc corruptionis sue sarcinas portans / vinc-

Phil. j.

ctus clamat. Cupio dissolui / et esse cum christo. Dissolui enim non quereret / nisi se procul dubio vinctum videret. Hec autem vincula quia certissime rumpenda in resurrectione conspexerat: iam quasi rupta gaudebat propheta / cum diceret. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. Contemplentur itaq sanctus vir / qr conuersos peccatores lux interna recipiat / et dicat. Ibi impij cessauerũt a tumultu. Cõtemplet qr sancti viri desiderij exercitatione fatigati / alti⁹ in illo intimo sinu requiescant / et dicat: Et ibi requieuerũt fessi robore. Cõtēplet qr cunctis simul corruptionis sue vinculis absoluti / ad illa libertatis gaudia incorrupta perueniũt: et dicat. [Et quondã vincti pariter sine molestia.] Bene autẽ dicitur / quondam vincti: qr dũ illa semp presentis letitia cernitur:

Psalm. cxv.

I

omne qd erit et defluet / quasi preteritũ iam videt. Dũ enim rerũ finis attendit: omne qd preterit / qsi iam fuisse pensatur. Sed omnes hi quos illic quies interna suscipiet: hic in terra quid egerint narret. Sequitur.

S. Qr diabolus exactor intelligat: et qr in paruis et magnis: seruis et liberis ſm distinctionẽ meritoꝝ / accipienda sit in retributione sanctorum / distinctio dignitatum.

Exactor qd sit.

Non exaudierunt vocem exactoris.] Quis ali⁹ debet nomine exactoris intelligi / nisi importunus ille persuasor: qui humano generi semel deceptionis numũ contulit: et ob hoc quotidie expetere mortis debitũ nõ desistit? Qui in paradiso homini peccanti pecuniã cõmodauit: et iniquitate crescente / hãc quotidie cũ vsuris exigit. De q exactore in euãgelio veritas dicit. Et iudex tradet te exactori. Huius igitur exactoris vox / est tentatio misere suggestionis. Audimus autẽ vocẽ exactoris / cum eius tentatione pulsamur: sed nõ exaudimus / si pulsanti resistim⁹. Audit enim q tentationẽ sentit: exaudit vero / q tentatio ni consentit. Dicat itaq de iustis. Non exaudierũt vocẽ exactoris: quoniam suggestionẽ eius et si audiunt / quia tentantur: nõ exaudiũt / qr cõsentire cõtẽnũt. Capitulum .xlij.

Luc. xij.

Sed qr qd valde mens amat / etiam in ſmone sepi⁹ replicat: beatus Iob qr eterne pacis frequentiam diligens conspicit: descriptioni eius iterum inseruit / dicens. [Paruus et magn⁹ ibi sũt: et seru⁹ liber a dño suo.] Qr in hac vita nobis est discretio operũ: erit in illa procul dubio discretio dignitatum: vt quo hic ali⁹ aliũ merito supat / illic alius alium retributione trãscendat. Unde in euangelio veritas dicit. In domo patris mei mansiones multe sunt. Sed in eisdẽ multis mansionibus erit aliquo modo ipsa retributionũ diuersitas concors: qr tãta vis amoris in illa pace nos sociat: vt qd in se quisq non acceperit / hoc se accepisse in alio exultet. Unde et non eque laborantes in vinea / eque cuncti denariũ sortiuntur. Et quidem apud patrem mansiones multe sunt: et tamen eũdem denariũ dispares laboratores accipiũt: quia vna cũctis erit beatitudo letitie: quis nõ vna sit oibus sublimitas vite. Paruũ et magnum in hac luce cõspexerat / qui ex voce capitis dicebat. Imperfectũ meũ viderũt oculi tui: et in libro tuo oẽs scribent. Paruũ et magnũ cõspexerat / cũ dicebat. Benedixit oẽs timentes se dñs pusillos cũ maiorib⁹. Bene autẽ subdit. Et seruus liber a dño suo. Scriptũ quippe est. Ois q peccat / seruus est peccati: quia nimirum quisqs se prauo desiderio subijcit / iniquitatis dominio dudum libera mẽtis colla supponit. Sed huic dominio contradicim⁹ / cũ iniquitati q nos ceperat reluctamur: cũ cõsuetudini violenter resistimus: et desideria puersa calcãtes / contra hanc ius nobis libertatis ingenite vendicamus: cum culpam penitendo ꝑcutimus / et maculas sordium fletibus lauam⁹. Plerũq autem iam mens quidem qd se puerse egisse meminit / deplorat: iam praue acta nõ solum deserit / sed amarissimis etiã lamẽtis punit: et tamen dũ eorũ que egit reminiscit / grauiter iudicij pauore terret. Iam se perfecte conuertit: sed adhuc se perfecte in securitatem nõ erigit: qr dũ quãta sit districtio extremi examinis pensat: inter spem formidinẽq sollicita trepidat: qr iudex iustus veniens / quid de perpetratis reputet / quid relaxet / ignorat. Nam qr praua cõmiserit meminit: sz an commissa digne fleuerit nescit: ac ne culpe immanitas modũ penitẽtie transeat metuit. Et plerũq culpam iam veritas relaxat: sed mens afflicta adhuc de venia dũ valde sibi est sollicita formidat. Seruus ergo hic iam fugit dñm / sed liber non est: quia peccatũ suũ homo iam corrigendo et penitẽdo deserit: sed tamẽ adhuc districtũ iudicẽ de eius retributione pertimescit. Ibi ergo seru⁹ a dño liber erit: vbi iam de peccati venia dubietas nõ erit. Ibi iam securam mentem culpe sue memoria nõ addicit: vbi nõ sub reatu animus trepidat: sed de eius indulgentia liber exultat. Sed si nulla ibi homo peccati sui memoria tangit / ereptum se vñ gratulat? Aut quomodo largitori gratias refert de venia quã accepit: si feruentẽ oblitiõe transacte nequitie / pene se esse debitorem nescit? Neq enim negligente pretereundũ est qd psalmista ait. Misericordias tuas dñe in eternum cantabo. Quomodo enim dei misericordias in eternum cantat / qui se fuisse miserum ignorat? Et si miserie transacte non meminit: vnde largitori misericordie laudes reddit? Sed rursum querendũ est / quomodo electorũ mens pfecta esse in beatitudine poterit / si hanc inter gaudia memoria sui reatus tãgit? Aut quomodo perfecte lucis claresceit gloria: quam reducta ad animũ obũbrat culpa? Sed sciendum est: qr sicut sepe nũc tristiũ letã reminiscimur / ita tunc transacte nequitie sine lesione nostre beatitudinis recordamur. Plerũq enim incolumitatis tẽpore ad memoriã dolores pteritos sine dolore reducimus: et quo egros nos recolimus / eo nos incolumes pl⁹ amamus. Erit ergo et in illa beatitudine culpe memoria / non que mẽtem polluat: sed q nos arcti⁹ letitie astringat: vt dum doloris sui animus sine dolore reminiscitur: et debitorem se medico verius intelligat: et eo magis acceptam salutem diligat: quo molestie meminit quam euasit. In illa itaq letitia sic tũc sine tedio mala nostra conspicimus sicut nunc in luce positi / sine vlla cordis caligine animo tenebras videm⁹: quia etsi obscurum est quod mente cernimus: de iudicio est hoc luminis: non de passione cecitatis. Et in eternũ ergo laudes misericordie largitori nostro referimus: et nequaqꝫ miseria conscientie grauamur: qr dum mala nostra sine aliquo mentis malo respicimus: et nũqꝫ erit qd corda laudãtiũ de transactis iniquitatib⁹ polluat: et semper erit qd hec ad laudem liberatoris accẽdat. Quis ergo interne lucis requies sic in se magnos subleuat: vt et puulos nõ dere-

K

Ioã. xiiij.

Psalm. cxxxviij.

Psalm. cxiij.

Io. viij.

L

Psalm. lxxxviij.

M

B linquat: dicat recte. [Paruus et magn9 ibi sunt.] Quia
sūt sic ibi puersi peccatoris animus culpe sue memoria
tangitur: vt tamē nulla eiusdem memorie confusione depri-
matur: congrue subiungatur. Et seruus liber a dño suo

¶ Finit liber Quartus Moraliū sancti Gregorij.

¶ Liber Quintus Moraliū beati Gregorij in Job: continuans Tertium capitulum vsq3 in finem: et Quartum inchoans.

¶ S. Quid sit q3 in hac vita nōnunq3 bonis male sit / et malis bene. Capitulum.j.

De occultis dei iudicijs.

CUm valde occulta sint iudicia diuina: cur in hac vita nōnūq3 bonis sit male / et malis bene: tūc occultiora sūt cum et bonis hic bene est / et malis male. Nā cū bonis h male est / et malis bñ: hoc fortasse deprehenditur: q3 et boni si q deliquerunt / hic recipiūt: vt ab eterna plenius dānatione liberentur: et mali bona q pro hac vita faciunt / hic inueniunt: vt ad sola in posterum tormenta pertrahant. Unde et ardenti in inferno diuiti dicitur. Memento fili q3 recepisti bona in vita tua: et lazarus sūt mala. (Luc. xvj.) At cum bonis hic bene est / et malis male: incertum valde est / vtrum boni idcirco bona accipiant: vt prouocati ad aliquid meli9 crescant: an iusto latentiq3 iudicio hic suorū operū remunerationē percipiant: vt a premijs vite sequentis inanescāt: et vtrū malos idcirco aduersa feriāt / vt ab eternis supplicijs corrigentia defendant: an hic eorum pena incipiat: vt quādoq3 complēda eos ad vltima gehenne tormēta pducat. (B) Quia ergo inter diuina iudicia graui incertitudinis sue caligine humana mens premitur: sancti viri cum sibi suppetere prospera hui9 mundi conspiciūt: pauida suspitione turbant. Timent enim ne hic laborū suorū fructus recipiant: timent neq3 diuina iusticia latens in eis vulnus aspiciat: et exterioribus eos muneribus cumulās / ab intimis repellat. Cum vero tacite cogitāt q3 nec bona agūt nisi vt soli dño placeant / nec in ipsa affluētia sue psperitatis exultant. Minus quidē de prosperis occulta contra se iudicia metuunt: sed tamen eadem psp̄era / q3 se ab intima intentione prepediūt / egre ferunt: et moleste presentis vite blandimēta tolerāt: quia per hec se vel aliq̄ tardari in eterno desiderio nō ignorant. Plus enim in hoc mundo bonor q3 despectio occupare magis prosperitatis sublimitas q3 necessitatis aduersitas grauat. Per hanc nāq3 nōnunq3 cum homo exterius premitur: ad concupiscenda que intus sunt liberius relaxat. Per illam vero anim9 dū multis parere cogitur / a desiderij sui cursu retinetur. Unde fit vt sancti viri magis in hoc mūdo prospera q3 aduersa formidēt. Sciunt nāq3 q3 mens dū blāda occupatione premitur: aliquādo libens ad exteriora deriuat. Sciunt q3 sepe sic hanc clādestine cogitatio decipit: vt quomodo permutetur ignoret. Pensant autē que sint interna bona que (C) capiunt: et cognoscūt q3 nihil sit omne quod blandū tēporaliter arridet. Cunctaq3 huius mūdi prospera mens eorū eo egre tolerat: quo superne felicitatis est amore sauciata. Tātoq3 magis in presentis dulcedinis aspernatiōe erigitur: quanto hāc cōspicit q3 furtiue sibi in eterne glorie despectu blādit. Unde et beat9 iob cū supernā requiem contēplatus diceret: Paruus et magnus ibi sunt: et seruus liber a dño suo: illico adiungit.

¶ S. Q3 sancti viri ad patriam redire desiderātes peregrinationis huius claritatem et gloriā temporalis honoris contemnunt.

¶ Quare data ē misero lux?] In scriptura sacra nōnūq3 lucis appellatiōe psperitas: noctis aūt noie / hui9 mūdi aduersitas designat. Unde et bene p psal. dicit. Sicut tenebre eius / ita et lumen eius. (Psalm. cxxxviij.) Quia enī sancti viri ita psperitatē seculi despicientes calcant: sicut aduersitatem eius calcantes tolerant: p magnā mētis celsitudinē mundi sibi et aduersa et prospera substernentes dicunt. Sicut tenebre eius / ita et lumen eius. Ac si aperte dicant. Sicut intētionis nostre fortitudinē eius tristia non premūt: ita hanc nec blāda corrūpunt. Sed q3 hec (vt diximus) bonorum mentem etiā cū nō subleuant / perturbant: sancti viri / qui se in huius exilij erumnis miseros cognoscūt: clarescere in eius psperitate refugiunt. Unde bene nūc dicit. Quare data est misero lux? Lux enī miseris dat / q3 hi qui sublimia cōtēplātes / esse se in hac pegrinatione miseros agnoscunt: claritatem transitorie psperitatis accipiunt. (D) Et cū valde deficiant q3 tarde ad patriā redeunt: tolerare insup honoris onera cōpellunt. Amor eos eternorum cōterit: et gloria de tēporalibus arridet. Qui dū cogitant que sint q in infimis tenent: et que sint q de sublimibus non vident: que sint que se in terris fulciunt: q autē de celestibus perdiderūt: prosperitatis sue merore mordent: q3 etsi vident nequaq3 ab ea se funditus opprimi: pensant tamen sollicite cogitationē suam in amore dñi et in eius dispensatione partiri. Unā bene cum dicit: Quare data est misero lux: protinus adiungit. [Et vita his q in amaritudine anime sunt.]

¶ S. Q3 sicut in hoc seculo sancti nil appetunt: ita etiam amaritudinem eius non ferentes / hoc optāt vt nulla ei9 obligatione teneantur. Capitulum.ij.

IN amaritudine quippe anime sūt oēs electi / q vel punire flendo non desinunt que deliquerūt: vel graui se merore afficiunt: q3 longe hue a facie cōditoris proiecti adhuc in eterne patrie gaudijs non sunt. De quorum corde bene per Salomonem dicit. Cor qd nouit amaritudinē anime sue / in gaudio ei9 non miscebit extrane9. (Prouer. xiiij.) In amaritudine nāq3 sūt et corda reprobor: q3 ipsi etiā prauis suis desiderijs affligunt: s3 eādē amaritudinē nesciunt / q3 pēsare qd tolerant / sponte sua excecati non possunt. At contra cor bonorū amaritudinē suā nouit: q3 erūnā exilij in q3 pstectum lacerat / intelligit: et q3 sint tranquilla que perdidit: q3 confusa in quibus cecidit / sentit. Sed hoc amaricatum cor ad gaudium suū (E) quādoq3 reducit: atq3 in eius gaudio extraneus non miscetur: quia is qui nūc ab hoc merore cordis foras se per desideria sua eijcit: seclusus tūc ab illa intima ei9 solennitate remanebit. Hi itaq3 qui in amaritudine anime sunt / mori mundo funditus cōcupiscunt: vt sicut in seculo ipsi nihil appetunt / ita iam a seculo nulla obligatione teneātur. Et plerūq3 contingit / vt iam homo mundum mente nō teneat / sed tamē mūd9 hominē occupationib9 astringat: et ipse quidē mūdo iam mortuus est: sed ipsi mūd9 adhuc mortuus non est. Quasi enim viuus adhuc mundus eum conspicit / dum alio intentum / in suis actib9 rapere contēdit. Unde bene Paulus cum et ipse seculum pfecte despiceret: et talem se factum videret: quē iam hoc seculum concupiscere omnino nō posset: ruptis huius vite vinculis liber dicit. Mihi mūdus crucifixus ē: et ego mundo. (Gal. vj.) Mundus quippe ei crucifixus fuerat: q3 hunc cordi suo iam mortuū non amabat. Sed et seipsum mūdo crucifixerat: quia talē se ei exhibere studuit / vt ab eo quasi mortuus concupisci non posset. Si enī duo in loco sint mortuus et viuens: etsi mortuus viuū nō videt: viuus tamen mortuū videt: si vero vtriq3 mortui sunt: alter alterū nequaq3 videt. Ita qui iam mūdū non amat / sed tamē ab illo vel nō volēs amat: etsi ipse velut mortuus mūdum non videt / hūc tñ mundus adhuc nō mortuus videt. Si vero nec ipse in amore mūdum retinet: nec rursum a mūdi amore retinetur: vicissim sibi vtriq3 extincti (F) sunt: q3 dum alter alterū nō appetit / quasi mortuū mortuus non attendit. Quia igit nec Paulus mūdi gloriā querebat / nec a mūdi gloria ipse q̄rebat: et se mūdo / et mūdum sibi crucifixū eē gloriat. Qd q3 multi appetūt: sed tamē vsq3 ad culmē extinctionis oimode non assurgunt: recte gemētes dicunt. Quare data est misero lux / et vita his qui in amaritudine anime sunt? Uita quippe amaricatis datur: cū hui9 mundi gloria tristibus gementibusq3 tribuit. In qua nimirū vita pena se validissimi timoris efficiunt: q3 etsi ipsi mūdum non tenent: adhuc tamen tales esse se metuūt: qui a mundo teneant: quia nisi ei quātulūcūq3 viuerent / hos ad vsum suū procul dubio nō amaret. Mare enim vita corpora in semetipso retinet: nam mortua extra se protinus expellit. Sequitur.

¶ S. Q3 occulto dei iudicio nōnulli sancti q in hoc mūdo mortificare se appetūt / preesse in regimine / vel occupari iniunctis honorib9 cōpellunt: et vñ locupletiores fiūt se destructiores existimant.

¶ Qui expectant mortem: et non venit.] Desiderāt quippe mortificare se funditus: atq3 ab omni vita glorie tpalis

G extinguere: sed occultis sepe dei iudicijs / vel preesse i regiminé: vel occupari iniúctis honorib⁹ cópellunt: atq; inter hec mortificationé plenissimá indesinéter expectant. Sed expectata mors non venit: q eorú vitus temporali glorie etiam nolens viuit. Quá tñ p diuino amore † tolerant: et intus quidé seruant desideriú pietatis: foris aút explent ministeriú ordinis: quatenus nec a pfectione p intentioné recedát: nec dispositioni códitoris per superbiam contradicant. Mira enim diuinitatis pietate agitur: cú is qui perfecto corde ad contemplationem tendit / humanis ministerijs occupatur: vt et multis infirmiorib⁹ eius mens perfecta proficiat: et quo semetipsum imperfectum respicit / inde ad humilitatis culmé perfectior assurgat.

† al. timore.

Capitulum.iij.

Nonnúq; etenim viri sancti vnde desideriorum suorum detrimenta tolerát: inde maiora lucra conuersis alijs reportant: q dú eis vacare vt appetút nó licet: rapere secum alios quibus admiscétur libet. Fit ergo mira dispositióe pietatis / vt vnde se destructiores estimát / inde locupletiores ad celestis patrie constructioné surgát. Nónúq; vero idcirco ad concepta desideria minime perueniút: vt ipsa interueniente tarditate / ad eadé desideria laxato mentis sinu dilatétur: et que exteriuari fortasse impleta poterant / magna dispositione agitur vt repulsa crescant. Sic quippe mortificari appetunt / vt iam perfecte (si liceat) conditoris sui faciem contemplent. Sed eorú desiderium differtur / vt proficiat: et tarditatis sue sinu nutritur / vt crescat. Vñ bene sponsa i sponsi sui desiderio anhelans clamat. In lectulo meo per noctem quesiui quem diligit anima mea: quesiui illum / et non inueni. Abscondit se sponsus cum queritur / vt nó inuentus ardétius qrat: et differt querens sponsa ne inueniat: vt tarditate sua capacior reddita / multiplicius quãdoq; inueniat qd querebat. Vnde beat⁹ Iob cú diceret: Expectant mortem / et non venit: vt hoc ipsum qrétium desideriú subtilius expleret: ilico adiungit.

Cañ.iij. — b

¶ G. Et thesaurus noster cognitio sit: et qsi sepulchrú contemplatio diuina: in q més múdo crucifixa quiescit.

¶ Quasi effodientes thesaurú] Qui nãnq; qui fodiédo thesaurum querút: cú fodere alti⁹ ceperint / ad laborem instanti⁹ inardescunt: q quo se thesauro abscondito iam tanq; appropinquare estimant: eo in effodiendo enixius laborát. Qui igitur plene mortificationé suam appetút: quasi effodientes thesaurú querút: q quanto fiunt viciniores ad finé / tanto se exhibét ardentiores i ope. Laborando ergo non deficiunt: sed magis ad vsum laboris crescunt: q quo iam premia propinquiora considerant: eo in opere delectabili⁹ exudát. Vnde bene Paulus qbusdam absconditum eterne patrie thesaurum querentibus dicit. Non deserentes collectionem nostrá: sicut est consuetudinis qbusdá / sed consolantes: et tanto magis / quanto videritis appropinquantem diem. Laborantem quippe consolari / est / pariter in labore psistere: quia subleuatio est laboris visio collaborantis: sicut cum in itinere comes iungitur: via quidem nó abstrahitur: sed tñ de societate comitis leuiat labor itineris. Qui itaq; Paul⁹ cósolantes se in laboribus qreret / adiunxit dicens. Tanto magis / quanto videritis appropinquantem diem. Ac si diceret. Eo labor crescat / quo ipsa iá pmia laboris appropinquant. velut si aperte dicat. Thesaurum queritis: sed eo fodere ardentius debetis: quo iam iuxta quesitum aurú fodiendo puenistis. Quis hoc qd dicit: Expectant mortem / et non venit: quasi effodientes thesaurum: intelligi et aliter potest. Quia enim pfecte mori múdo non possumus / nisi intra mentis nostre inuisibilia a visibilibus abscondamur: recte hi qui mortificationé suá appetunt: thesaurum effodiétibus comparantur. Múdo em̃ p inuisibilem sapiétiam morimur: de qua per Salomoné dicit. Si quesieris illá quasi pecuniam: et sicut thesauros effoderis eam. Sapientia quippe in rerú superficie non iacet: q in inuisibilibus latet. Et tunc mortificationé nostrá contingentes: sapiétiam apprehendimus: si relictis visibilibus / in inuisibilibus abscondamur: si hic bene cor effodientes querimus / vt omne qd terrenú mens cogitat / a semetipsa / manu sancte discretionis eijciat: et thesaurum virtutis q in se latebat / agnoscat. Facile ei in sese thesaurum quesitú inuenit: si eá q se male pmerat / molé a se terrene cogitationis repellit. Quia autem quesitá mortem

Heb.x. — I — Ibidem. — puerb.ij.

sicut thesaurú dicit / recte subiúgit.] Gaudétq; vehementer cú inuenerint sepulchrú.] Sicut enim sepulchrú locus est quo abscóditur corpus: ita diuina contéplatio quoddá sepulchrú est mentis / quo abscóditur aia. Quasi enim huic adhuc múdo viuimus / cum mente in eú foris vagamur. Sed mortui i sepulchro abscondimur / cú mortificati exteri⁹ / i secreto interne cótéplationis celamur. Sancti igitur viri ab importunitate desiderior tpaliú: a tumultu inutiliú curarú: a clamore pstrepétiú pturbationú: semetipsos sacri verbi gladio mortificare nó desinút: atq; intus ante dei faciem in sinu mentis abscondút. Vnde bene p ps. dicitur. Abscondes eos in abscondito vultus tui / a conturbatione hominú. Quod qúuis perfecte postmodum fiat: etiam nunc ex magna parte agitur / cum a temporaliú desideriorum tumultibus / delectatione in interiora rapiuntur: vt mens eorum dú in amorem dei tota tendit / nulla inutili perturbatione laceretur. Hinc est q Paulus per cótemplationé mortuos / et quasi in sepulchro absconditos discipulos viderat: quibus dicebat. Mortui enim estis: et vita vestra abscódita est cum christo in deo. Qui ergo mortem querit / gaudet dum sepulchrum inuenit: q qui mortificare se appetit / valde ad inuentá requiem contéplationis hilarescit: vt extinct⁹ múdo lateat / et a cunctis exteriorú rerú pturbationibus intra sinum se intime amoris abscondat. Si hoc ad h q thesaur⁹ effodi dicit: etiam sepulchri inuétio subinfert: h necesse est vt intentio nra pspiciat / q antiq suos mortuos cum diuitijs obruebát. Qui igit thesaurú qrit gaudet cum sepulchrú inuenerit: quia sapientiam perquirentes / cum sacre scripture paginas voluimus: cum exempla pcedentiú patrú perscrutamur: quasi ex sepulchro gaudium sumim⁹ / et mentis diuitias apud mortuos inuenimus / quia qui huic mundo perfecte extincti sunt / in occulto cum diuitijs requiescút. Sepulchro ergo diues efficit / q per exépla iustorú in cótéplationis virtute subleuat. Sed cum requirens dicat: Quare data est misero lux: cur hoc ipsum requirere psumat / insinuat dicens.

R — ps.xxx. — Col.iij. — L

¶ G. Et hoc ipsum qd recte nos agere credimus / vtrú in districti iudicis examine rectum sit ignoramus.

¶ Viro cuius abscondita est via: et circúdedit eum de⁹ tenebris.] Viro enim via sua abscondita est: quia etsi iá in qua sit vite qualitate considerat: adhuc tamen ad qué finem tendat / ignorat. Et si iam superna appetit: et si plenis hec desiderijs querit / adhuc tamé si in eisdem desiderijs permaneat / nescit. Peccata quippe deserentes ad iustitiam tendimus: et vnde venimus / nouimus: sed q perueniamus / ignoramus. Quid hesterna die fuimus / scim⁹: sed quid contingat crastina nos esse / nescimus. Viro ergo via sua abscódita est: quia sic pedem ponit operis: vt tñ preuidere nequeat exitum cósummationis. Capitulú.iiij.

Est et alia vie nostre absconsio: quia nónúq; ea ipsa que recte nos agere credim⁹ / an in districti iudicis examine recta sint / ignoramus. Sepe enim (sicut et longe superius diximus) opus nostrum causa damnationis est / quod profectus putat esse virtutis. Sepe vnde placari iudex credit / inde ad irascendum placidus instigat: Salomone attestante / q ait. Est via q videt homini recta: nouissima auté eius ducit ad mortem. Vnde sancti viri cú mala superant / sua etiá bene gesta formidant: ne cum bona agere appetunt: de actionis imagine fallátur: ne pestifera tabes putredinis sub boni specie lateat coloris. Sciunt enim quia corruptionis adhuc pódere grauati / diiudicare bona subtiliter nesciút: et cum ante oculos extremi examinis regulam deducút: hec ipsa in se nónúq; et que approbát metuút: et tota quidé mente interna desiderant: sed tamé de incertitudine operum trepidi / quo gradiuntur / ignorant. Vñ bñ postq dictum est: Quare data est misero lux / adiungitur. Viro cuius abscondita est via. Ac si dicatur. Cur huius vite successus accipit / qui sub qua sit estimatione iudicis iter sui operis nescit? Bene aút subditur. Et circundedit eú de⁹ tenebris. Tenebris naq; homo circúdatur: q quáuis celesti desiderio feruet: quid de semetipso sit dispositú intrinsecus / ignorat. Et valde metuit / ne quid sibi in iudicio obuiet: quod se de se nunc in desiderio boni feruoris latet. Tenebris homo circúdat: quia ignorantie sue caligine premit. In tenebris circúdatus non est: qui plerúq; preteritorú nó meminit / futura non inuenit: presens

M — Prouer. xiiij.

A Sap.ix.

tis vir cognoscit. Tenebris circundatum se quidam sa-
piens viderat/cum dicebat. Que in prospectu sunt/ inue
nimus cum labore: et que in celis sunt/quis inuestigabit?
Bis se tenebris ꝓpheta circũdatum vidit/ cum disposi-
tionis intime penetrare interna nõ potuit/dicens. Po-
suit tenebras latibulũ suum. Auctor enĩ noster quia no-
bis in hoc exiliũ deiectis/lucẽ supernę visionis abstulit: sese
nostris oculis q̃si in tenebrarũ latibulo abscõdit. Quas
nimirũ cecitatis nostre tenebras cum studiose conspici-
mus: mentem ad lamẽta prouocam⁹. Fiet enĩ cecitatem
quam foris patit: si humiliter meminit quo ĩ interiorib⁹
lumine priuet. Cũq; tenebras qbus circũdatur respicit:
splẽdoris itimi ardẽti se desiderio affligit: omniq; inten-
tionis adnisu semetipsam cõcutit: et supernam lucẽ quã
cõdita deseruit/repulsa querit. Unde fit plerũq; vt in ip-
sis piis fletibus illa interni gaudij claritas erumpat: et
mens que in torpore prius ceca iacuerat: ad inspectionem
fulgoris intimi suspirijs vegetata conualescat. Unde be
ne sequitur.

Psalm. xvij.

¶ S. Q: fletu suo aĩa pascitur: et dũ gemitu pñie affici
tur: consolationis diuine refectione satiatur.

¶ Anteq̃ comedã/suspiro.] Comedere nãq; est aĩe/su-
perne lucis cõtemplationibus pasci. Suspirat ergo ante
q̃ comedat/qui prius gemitibus tribulationis afficit: et
postmodũ cõtemplationis refectione satiat. Nisi enĩ su-
spiret/nõ comedit: q: qui se in hoc exilio ꝑ desideriorum
celestiũ lamẽta nõ humiliat: eterne patrie gaudia non de
gustat. A veritatis enĩ pabulo ieiuni sunt: q in hac pere-
grinationis inopia letant. Suspirat autẽ q̃ comedit/q:
quos veritatis amor afficit/etiã refectio cõtemplationis

B Psal.xlj.

pascit. Suspirans propheta comedebat/cũ diceret. Fue-
rũt mihi lachryme mee panes. Luctu enĩ suo aĩa pascit/
cũ ad superna gaudia flẽdo subleuat: et intus quidẽ dolo-
ris sui gemitũ tolerat: sed eo refectiõis pabulũ percipit/
quo vis amoris p lachrymas emanat. Unde et eãdẽ vim
lachrymarũ adhuc beatus Job prosequitur/ subdens.
[Et quasi inundãtes aque/sic rugitus meus.] Aque cũ
inundant/cũ impetu veniunt: et crescẽtibus multiplici-
ter voluminib⁹ intumescũt. Electi vero dum mẽtis sue
oculis diuina iudicia opponũt/dũ de occulta sup se sen-
tentia trepidãt: dũ se ad deũ puenire posse cõfidunt: sed
tñ ne non pueniãt metuũt: dũ preteritorum suorũ recolũt
que deflent: dum que sibi adhuc futura sunt/q: nesciunt
pertimescũt: quasi quedã in eis aquarum more volumina
colligunt: que in merore rugitus quasi in subiecta litto-
ra defluũt. Uir igit sanctus vidit quãta sint in lamentis
penitentie volumina cogitationum: et ipsas merore vn-
das inundãtes aquas vocauit/dicens. Et quasi inundã
tes aque/sic rugitus meus.

Capitulum.v.

C

Nonnunq̃ vero iusti (sicut e paulo superius dixi
mus) in ipsis bonis operib⁹ trepidãt: ac ne in
eisdẽ occulto aliquo errore displiceãt: continuis
lamentis vacant. Quos cum diuina subito flagella corri
piunt: auctoris sui gratiã se offendisse suspicant: quia vel
infirmitatib⁹ ꝑpediti/vel amaritudinib⁹ pressi: ad im-
pendẽda proximis pia opera nõ assurgunt. Et cor in la-
mentũ vertit: q: corpus a deuotionis sue ministerio re-
tardat. Cũq; se mercedẽ nõ augere cõsiderant: etiã trãs-
acta opera displicuisse formidãt. Unde etiam beatus Job
cũ rugitũ suũ quasi inundãtes aquas diceret: ilico adiũ-
git. [Quia timor quẽ timebã/euenit mihi: et quod vere-
bar accidit.] Iusti igitur viri deflent et pauẽt: et magnis
se lamẽtis cruciãt: q: deseri formidant. et q̃uis de corre-
ptione sua gaudeant: eorũ tamẽ trepidam mẽtem corre-
ptio ipsa pturbat: ne malũ qđ tolerant: non pia discussio
disciplinesit/sed ira aduersio iusta vindicte. Quod bene

Psalm. lxxxix.

psalmista considerans ait. Quis nouit potestatẽ ire tue?
Potestas quippe diuine ire nostra nõ potest mente com-
prehẽdi: q: ei⁹ dispẽsatio (obscuris sup nos dispositioni
bus) sepe vnde estimat deserere/inde nos recipit: et vnde
nos recipe creditur/inde derelinquit: vt plerũq; hoc fiat
gratia/qđ ira dr: et hoc aliqñ ira sit/qđ gratia putat. Nõ
nullos enĩ flagella corrigũt: nõnullos ad impatiẽtie ve-
saniã pducũt: et alios prospera quia demulcent/ab insa-
nia mitigant: alios q: eleuant/funditus ab omni spe con
uersionis eradicant. Cũctos autem vitia ad ima pertra-
hunt: sed tamẽ quidã eo ab his facili⁹ redeunt/ quo se in
eis corruisse alti⁹ erubescũt. Et semꝑ virtutes ad superna

D

subleuãt: sed nõnũq; quidã dũ tumorem de virtutib⁹ cõ-
cipiunt: per ipsum tramitẽ ascensionis cadunt. Quia er-
go potestas diuine ire minime cognoscit: in cunctis ne-
cesse est vt sine cessatione timeatur. Sequitur.

¶ S. Q: hi qui in regimine cõstituti sunt/ districte co-
gitare debent vt gloriã sue dignitatis dissimulẽt: et q: nõ
omnia eis liceãt: ergo ad loquendũ aut iudicandũ preci
pites/intra semetipsos q̃tum possunt a cupiditatis tumul
tibus ad cõtẽplationis quietẽ confugiant.

¶ Nõne dissimulaui: nõne silui: nõne quieui? et venit su
per me indignatio.] Quis quolibet ĩ loco positi cogitan
do/loquẽdo/agendo peccamus: tunc ẽt per tria hec ani-
mus effrenatius rapit/cũ mundi hui⁹ prosperitate sub-
leuat. Nam cum preire se potestate ceteros conspicit: al-
ta de se elate cogitans sentit. Et cum auctoritati vocis a
nullo resistit/lingua licentius per abrupta defrenatur.
Cũq; facere quod libet licet: iuste sibi omne estimat lice-
re qđ libet. Sed sancti viri cũ mundi huius potestate ful
ciunt: tãto sub maiorẽ mentis disciplinã se redigũt/quã-
to sibi per impatientiã potestatis/suaderi illicita quasi
licentius sciunt. Cor nãq; a considerãda sua gloria re-
primũt: linguam ab immoderata locutione restringunt:
opus ab inquietudinis vagatiõe custodiunt. Capitu.vj.

Sepe enĩ q in ptãte sunt: ea que recte faciunt: q:
elate cogitãt/amittũt: dũq; se ad cuncta vtiles
estimant: etiã impẽse vtilitatis sibi meritum dã
nant. Ut enĩ cuiuslibet facta digniora sunt: necesse est vt ei
apud se semper indigna videantur: ne eadem bona actio
agentis cor subleuet: et subleuando plus auctorem de ela
tione deijciat/q̃ ipsos forte quib⁹ impendit iuuat. Hinc
est ei q̃ rex Babylonie/dũ elata mẽte apd se tacit⁹ volue

E Dañ.iiij.

ret dicens: Nõne hec est Babylon/ quam ego edificaui?
in irrationale aĩal protinus versus est. Quod enim fact⁹
fuerat perdidit: quia humiliter noluit dissimulare quod
fecit. Et q: elatione cogitatiõis se sup homines extulit:
ipsum quẽ cõmunem cum hominib⁹ habuit sensum hominis
amisit. Sepe vero qui in potestate sunt: ad subiectorum
passim contumelias erumpunt: et hoc quod vigilãtes re-
gimini seruiunt/per lingue ꝓcacitatem perdunt: minori
scz formidine iudicis verba pensantes: q: qui sine causa
fratri/fatue/dixerit: gehẽne se ignib⁹ addicit. Sepe hi q

Mat.v.

in potestate sunt: dum sese a licitis retinere nesciũt: ad il-
licita opera et inquieta dilabunt. Sol⁹ enĩ in illicitis non
cadit/qui se aliquando et a licitis caute restringit. Qua
videlicet constrictione religatum bene se Paulus insi-
nuat dicens. Oia mihi licent/sed non omnia expediunt.

j.Co.vj.

Atq; vt ex ipsa religatione ostenderet in quanta se men-
tis libertate dilataret/ilico adiunxit Oia mihi licẽt: sed
ego sub nulli⁹ redigar potestatẽ. Cũ enĩ mens concepta
desideria sequitur/seruire rebus conuincitur quarũ amo-
re superat. Sed Paulus cui cuncta licent: sub nulli⁹ po-
testatẽ se redigit: q: semetipsum etiã a licitis restringen-
do/ea que delectata pmeret/despecta trãscẽdit. Beatus
igit Job vt nos erudiat qualis in potestate fuit/innote-

F

scit dicens. [Nõne dissimulaui?] Potestas nãq; cũ ha-
bet: et cogitanda est ad vtilitatẽ/et dissimulãda ppter tu-
morem: quatenus is qui ea vti scit et ꝓdesse debeat/pos-
se se sciat: et vt extolli non debeat/posse se nesciat. Qua-
lis vero in ore fuerit/adiungit dicens. [Nõne silui?]
Qualis erga illicita opera/adhuc subijcit. [Nõne quie-
ui?] Potest autẽ silere et quiescere/adhuc subtilius per
scrutari. Silere nãq; est mẽtem a terrenorum desiderio-
rum voce restringere. Uis enim magni clamoris est tu-
multus cordis. Quiescunt quoq; qui bene in potestate
sunt: cum terrenarum actionum strepitus p diuino amo
re intermittendo postponunt: ne dum ima indesinenter
occupant: cor funditus a summis cadat. Sciunt enim q:
nequaq̃ mens ad supna attollit: si curarũ tumultibus cõ-
tinue in infimis occupatur. Quid enim de deo occupata
obtineat/q̃ de illo apprehendere aliqđ etiã vacans labo-

Ps.xlv. Leui.xj.

rat? Bene autẽ per Ps̃. dicit. Uacate et videte/quoniã
ego sum deus. Quia qui vacare deo negligit: suo sibi iu-
dicio lumen eius visionis abscondit. Hinc enĩ ꝑ Moy-
sen dicit: vt pisces qui pennulas non habent/ nõ edãtur.
Pisces namq; qui habent pennulas/saltus dare super
aquas solent. Soli ergo in electorum corpore quasi pi-
sces transeunt: qui in eo q; imis deseruiũt/aliquando ad
superna conscendere mentis saltibus sciunt: ne semper

G in profundis curarum lateant: et nulla eos amoris sum̄i
quasi liberi aeris aura contingat. Qui ergo reb⁹ tpalib⁹
occupant: tūc bñ exteriora disponūt / cū sollicite ad inte-
riora refugiunt: cū nequaq̄ foris perturbationum strepi
tus diligunt: sed apud semetipsos intus in tranquillita-
tis sinu requiescunt.

Capitulum. vij.

Prauę etenī mētes tēporaliū rerū tumult⁹ in-
tra semetipsas versare non cessant / etiā cū va-
cant. In cogitatione enim seruāt depicta que
amant: et q̄uis nihil exterius faciant: apud semetipsas
tamē sub pondere inquiete quietis elaborant. Quibus si
earūdē rerū administratio prebeat: semetipsas funditus
deserūt: et fugitiua hec tēporalia p intētionis cursum cō
tinuis cogitationum passibus sequūtur. Pie aūt mētes
hec et cum desunt / non querunt: et grauiter etiā cū assūt /
ferunt / q: per exteriorē curam a se exire pertimescūt. Quod
bene illa duorū fratrū vita signat: de quib⁹ scriptum est.

Genesis xxv. Factus est esau vir gnarus venandi / et homo agricola.
Iacob autē vir simplex habitabat in tabernaculis. Uel
sicut i alia translatione dicit: habitabat domi. Quid enī
per venationē Esau / nisi eorum vita figurat / qui in exte-
riorib⁹ voluptatib⁹ fusi carnē sequūtur? Qui etiam agri
cola esse describit: q: amatores hui⁹ scli / tāto magis exte
riora colunt / quanto interiora sua inculta derelinquunt.
Iacob vero vir simplex in tabernaculis vel in domo ha
bitare perhibet: quia nimirū oēs q in curis exterioribus
spargi refugiunt: simplices in cogitatione atq̄ in con-
scientie sue habitatione consistūt. In tabernaculis enim
aut in domo habitare: est se intra mentis secreta restrin-
gere: et nequaq̄ exteri⁹ per desideria dissipare: ne dū ad
multa foris inhiant: a semetipsis alienati cogitationibus
recedant. Dicat igitur pbatus vir et exercitat⁹ in prospe
ris. Nōne dissimulaui? Nōne silui? Nōne quieui? Ut eī
supra diximus: sancti viri cum eis transitoria prosperitas

H arridet: fauorem mundi quasi nescientes dissimulant: et
foris gressu interius hoc vnde exterius subleuantur cal-
cant. Silent autē: quia nullis praue actionis clamorib⁹
perstrepūt. Omnis nāq̄ iniquitas apd secreta dei iudi-
cia habet voces suas. Unde scriptum est. Clamor sodo-

Genesis xviij. morū e gomorreorū multiplicat⁹ est. Quiescunt ꝯo / cum
nō solū nullo cupiditatū tpaliū turbulento appetitu ra-
piunt: verūetiā curis p̄sentis vite necessarijs immodera
tius occupari refugiūt. Sed hec agētes / paterna adhuc
flagella sentiunt: vt tanto perfectiores ad hereditatē ve-
niāt / quanto eos pie feriēs disciplina / quotidie etiam de
minimis purgat. Iusta itaq̄ indesinenter faciunt: et assi-
due dura patiunt: q: sepe ipsa iustitia nostra ad examē di
uine iustitie deducta / iniustitia est: et sordet in districtio
ne iudicis / quod in estimatione fulget operantis. Unde

j. Corin. iiij. paulus cū diceret: Nihil mihi cōsci⁹ sum: protinus ad-
iūxit: Sed non i hoc iustificatus sum. Qui causam mox
cur nō sit iustificatus insinuās / ait. Qui aūt iudicat me:
dominus est. Ac si dicat. Idcirco in eo q̄ nihil mihi con-
sci⁹ sum / iustificatū me abnego: q: ab eo qui me iudicat /
examinari me subtilius scio.

Capitulum. viij.

I Dissimulanda ergo sunt que exteri⁹ fauent: re-
primenda que interi⁹ perstrepunt: declināda q̄
quasi necessaria inuoluūt: et tñ in his omnibus
adhuc districti examinis flagella metuenda: quia et ipa
nostra perfectio culpa non caret: nisi hanc seuerus iudex
in subtili lance examinis misericorditer penset. Bene au
tem subditur.

¶ Quāta maneant peccātes supplicia si tā valida distri-
ctio in hac vita iustos castigat.

¶ Et venit super me indignatio.] Magna quippe arte
doctrine dicturus ᵽba / pretulit recte facta: vt hinc vnus-
quisq̄ consideret: que peccantes postmodum supplicia
maneāt: si etiam iustos tam valida hic flagella castigant.

j. Pet. iiij. Hinc est eīn quod Petrus ait. Tēpus est vt iudiciū in-
cipiat de domo dei. Et si iustus vix saluabitur: impius et
pctōr vbi apparebūt? Hic Paul⁹ cū multa in Thessalo-

ij. Thes. j. nicensium laude dixisset / ꝓtinus adiunxit. Ita vt et nos
ipsi in vobis gloriemur in ecclesijs dei pro patientia ve-
stra et fide in oībus ꝑsecutionib⁹ vestris et tribulationi
bus quas sustinetis: i exemplū iusti iudicij dei. Ac si di-
ceret. Dum tot dura toleratis / qui tam recta agitis: qd
aliud q̄ iusti dei iudicij exempla datis: quia ex vestra
pena colligendū est quomodo feriat quib⁹ irascit / si sic
vos affligi patit / in quib⁹ letat: aut quomodo illos ꝑcus

K surus est / quibus iustū iudiciū exhibet: si etiam vos sic
cruciat / quos pie redarguens fouet?

¶ S. Ex ᵽba vel facta sanctorū malis sepe displicēt / q:
eorū intētionē nō intelligūt: et quid sit q̄ oza leuites ar-
cam erigens / insiam mortis accepit.

Capitulum ix.

Rima igit Iob locutione terminata: vicissim
eius amici qui consolaturi pie venerāt: ei⁹ incre-
pationi subijciūt: dūq̄ ad cōtētiōis verba pro-
siliūt / eā pro qua venerāt cūm pietatē amittūt. Qui quī-
dem non praua hoc intentione faciūt: sed q̄uis affectum
percusso exhibeāt: ꝑcussum tñ nō nisi ꝓ iniquitate credi-
derūt. Dūq̄ intētionē bonā nequaq̄ locutio cauta subse-
quit: ipsa pietatis ꝓpositio in trāsgressionis vitiū vertitur.
Pensandū nāq̄ fuerat / cui e qñ loquerent. Iustus quip
pe erat ad quē venerant / e diuinis verberib⁹ cinctus. Ex
anteacta ergo eius vita debuerūt ea que intelligere non
valebant / illius verba perpendere: e ex flagellis p̄sentib⁹
nō illū redarguere / sed de sua vita formidare: seq̄ flagel
lato iusto / nō quasi ratiocinādo erigere / sed flendo socia-
re: vt nequaq̄ se eorū sciētia per verba ostenderet / sed lo
qui recte linguam cōsolātium magistri ꝑ dolor erudiret.

Dolor magister. Qui et si qua forsitan diuersa sentirēt: dignum profecto
erat vt hec humiliter dicerent: ne percusso vulnera p im-
moderata verba cumularent. Sepe enī q: intelligi non
valent: deteriorib⁹ displicēt vel facta vel dicta meliorū:
sed eo ab eis nō temere rephēdenda sunt / quo apprehē
di veraciter nequaq̄ possunt. Sepe aliquid a melioribus

L dispensatorie agit vel pcipit / quod a minoribus error
putat. Sepe multa a fortibus dicunt: que infirmi idcirco
diiudicāt / quia ignorāt. Quod bene boū calcitrantibus

ij. Reg. vj. inclinata illa testamenti arca signauit: quā quia casuram
credens leuites erigere voluit: mox sententiam mortis
accepit.

Capitulum x.

Uid est nāq̄ mens iusti / nisi arca testamenti?
Que gestata a bobus calcitrantibus inclina-
tur: q: nōnūq̄ etiam qui bene precest: dū subie-
ctorū populorū cōfusione cōcutit / ad dispēsationis con-
descensionē ex sola dilectiōe ꝓmouet. Sz i hoc quod dis-
pensatorie agitur: inclinatio ipsa fortitudinis / casus pu-
tat imperitis. Unde e nōnulli subditi contra hāc / manum
reprehensionis mittūt: sed a vita protinus ipsa sua teme
ritate deficiūt. Leuites ergo quasi adiuuās manū exten
dit: sed delinquēs vitam perdidit: q: dum infirmi quiq̄
fortiū facta corripiūt: ipsa viuentium sorte reprobātur.
Aliqñ etiā sancti viri quedā minima cōdescendentes di
cunt: aliqñ vero sūma cōtemplātes proferūt. Dumq̄ vim
vel cōdescensionis vel altitudinis nesciūt: audacter hec
stulti reprehendūt. Et quid est iustū de sua cōdescēsiōe
velle corrigere / nisi inclinatā arcam supba reprehēsiōis
manu releuare? Quid est iustū de icognita locutione re-
prehendere / nisi motū eius fortitudinis / erroris lapsum

M putare? Sed perdit vitā / qui arcā dei tumide subleuat:
quia nequaq̄ quis sanctorū corrigere recta presumeret /
nisi de se prius meliora sensisset. Unde recte e leuites idē
oza dicit: qđ videlicet robustus dñi interpretat: quia ꝑ-
sumptores quiq̄ nisi audaci mēte robustos se i dño cre-
derent / nequaq̄ meliorū facta vel dicta velut infirma iu-
dicarent. Amici igit Iob dum contra eum quasi in dei
defensionē ꝓsiliunt: diuini precepti regulā superbientes
excedunt. Cū vero quedā facta meliorū deterioribus dis-
plicent: nequaq̄ hoc qđ mentē mouet / reticendū est: sz cū
magna humilitate ꝓferendū: quatenus intentio pie sen-
tientis eo vere seruet formā rectitudinis / quo p iter gra
ditur humilitatis. Et libere ergo dicēda sunt q̄ sentim⁹:
e valde humiliter ꝓmenda q̄ dicim⁹: ne et q̄ recte intēdi-
m⁹ / hec elate ꝓferēdo nō recta faciam⁹. Paul⁹ auditori
bus suis multa humiliter dixerat: sed de ipsa exhortatio
ne humili placare eos adhuc humilius satagebat / dicēs.

Heb. xiij. Rogo autē vos fratres vt sufferatis verbū solatij. etenī
per paucis scripsi vobis. Ephesijs quoq̄ mileti valedi
cēs afflictis ac gemētib⁹ / humilitatē suā ad memoriam

Act. xx. reuocat / dicens. Uigilate / memoria retinentes: qm̄ per
triēniū nocte ac die nō cessaui cū lachrymis monēs vnū-
quēq̄ vestrū. Eisdem rursum p epistolā dicit. Obsecro

Ephe. iiij. vos fratres ego vinct⁹ in dño: vt digne ambuletis voca-
tione qua vocati estis. Hinc ergo colligat si qñ aliquid
recte sentit / q̄ra humilitate debeat magistro loqui disci-

A pulis esset ipse magister gentiũ in his q̄ cũ auctoritate pdicat: tam submisse discipulos rogat. Hinc vnusquisq; colligat/ ex quibus bene viuẽdi exempla precipit: hoc quod bene intelligit/ q̄ humiliter dicat: si paulus illis humilis voce subdidit: quos ad vitam ipse suscitauit. Eliphas autem qui primus amicorum loquitur/ quãuis ad consolandum pietate veniat: humilitatem tamen locutiõis deserens/ regulam consolationis ignorat. Qui dum loquẽdi custodiam negligit: vsq; ad afflicti contumelias excedit/ dicens. [Tigris perijt/ eo q̄ nõ haberet predam. Rugitus leonis et vox leene: et dentes catulorum leonũ dissipati sunt.] Beatũ videlicet Job nomine tigridis quasi vario varietatis notans. per leonis rugitum eiusdẽ viri terrorem: per leene vocem/ loquacitatem coniugis: per dissipatos vero dentes catulorum leonum/ destructam filiorum edacitatem et audaciam signãs. Unde et bene amicorum sensum/ qui in tumida se correptione extulit/ sententia diuina reprehendit dicens. Non estis locuti coram me rectum/ sicut seruus meus Job. Capitulum .xi.

SEd querendum video cur paulus illorũ sententias tãta auctoritate vult: si hec eorum sunt dicta reprehensione cassanẽ? Eliphas quippe verba sunt que corinthijs intulit dicẽs/ sicut scriptũ est. Comprehendam sapientes in astutia eorũ. *(1. Co. iij.)* Quod ergo quasi praua respuimus/ que paulus ex auctoritate astruit: aut quomodo attestatione pauli recta putabimus: q̄ per semetipsum dñs non recta definiuit? B Sed vtraq; hec citius q̄ nõ sint diuersa cognoscimus: si eiusdem dominice sententie verba subtilius pensamus: quia nimirum cum diceret: Non estis locuti coram me rectum: illico adiunxit: Sicut seruus meus Job. Liquet ergo quia quedam eorum dicta recta sunt: sed meliori comparatione superantur. B Nã inter alia que irrationabiliter dicunt: multas ad beatum Job fortes sententias proferunt: sed comparate dictis fortioribus/ vim fortitudinis amittunt. Mira sunt autem multa que dicunt: nisi in sancti viri aduersitatem dicerentur. In semetipsis igitur magna sunt: sed quia iustum virum trãsfigere appetunt: eiusdem magnitudinis pondus perdunt: qr et quilibet forte frustra iaculum mittitur: vt dura saxa feriantur. Eo nãq; obtusum longius resilit: quo in eorum fortius venit. Igitur amicorũ Job dicta/ licet in quibusdam valde sint fortia/ cum tamẽ sancti viri fortem vitam feriunt: cunctum sui acuminis mucronẽ retundunt. Quia ergo ẽ in semetipsis magna sunt: sed contra beatum Job nullo modo assumi debuerunt: ẽ paulus hec ex virtute pensans in auctoritate proferat: et iudex quia incaute prolata sunt/ ex persone qualitate reprehendat. Sed quia eosdem amicos beati Job/ hereticorum tenere speciẽ superius diximus: nunc eorũ verba quomodo hereticis cõgruant/ indagemus. C Nam quedã valde recte sentiunt: sed tamen inter hec ad peruersa dilabunt. Habent quippe hoc heretici pprium/ vt malis bona permisceãt: quatenus facile sensui audientis illudant. Si enĩ semp praua dicerẽt: citius in sua prauitate cogniti/ quod vellent/ minime psuaderẽt. Rursum si semp recta sentirent: pfecto heretici non fuissent. Sed dum fallẽdi arte ad vtraq; deseruiunt: et ex malis bona inficiũt: et ex bonis mala vt recipiãtur abscondunt: sicut qui veneni poculum porrigit/ ora poculi dulcedine mellis tãgit: dumq; hoc qd̃ dulce est/ primo attactu delibat: etiã illud qd̃ est mortiferũ/ indubitãter absorbet. Itaq; heretici pmiscẽt recta peruersis: vt ostendẽdo bona/ auditores ad se trahãt: ẽ exhibẽdo mala/ latẽti eos peste corrũpãt. Aliquãdo tamẽ pdicatione sancte ecclesie atq; exhortatiõe correcti: ab hac sensus sui diuersitate saluant. Unde et amici Job reconciliationis sue sacrificium eiusdem sancti viri manibus offerũt: atq; ad supni iudicis gratiam vel adduci † reuocant. *(† al. velut adduci.)* Quos bene in euãgelio ille decẽ leprosorum mũdatio designat. *(Luce xvij.)* In lepra quippe ẽ pars cutis in fulgorẽ ducit: ẽ pars in colore sano retinet. Leprosi itaq; hereticos exprimunt: qui dum rectis praua permiscent: colorem sanum maculis aspergunt. Unde et bene vt saluẽtur clamant: Jesu preceptor. Quia enim in eius verbis se errasse significant: hunc saluandi preceptorem humiliter vocãt. Cũq; ad cognitionẽ preceptoris redeũt: mox ad formam salutis recurrunt. Sed quia in amicorum dictis prefationem expositionis paulo longius duximus: ipsa iam eorũ verba subtiliter pẽsemus. Sequit.

Sequitur capitulum quartum textus: sed xij. expositionis moralis libri quinti. D

De tribus generibus locutionum.

RESpondens autẽ eliphas themanites dixit: *(Job. iiij.)* Si ceperimus loqui tibi/ forsitã moleste accipies. Sed cõceptum sermonẽ tenere quis poterit? Ecce docuisti multos: et manus lassas roborasti. Uacillãtes cõfirmauerunt sermones tui: ẽ genua trementia cõfortasti. Nũc aũt venit super te plaga/ ẽ defecisti: tetigit te/ ẽ cõturbatus es. Ubi ẽ timor tuus/ fortitudo tua/ patiẽtia tua/ ẽ perfectio viarũ tuarũ? Recordare obsecro te/ quis vnq; innocens perijt: aut quãdo recti deleti sunt? Quin potius vidi eos q̄ operantur iniquitatem/ ẽ seminant dolores/ ẽ metũt eos: flãte deo perisse: et spiritu ire ei9 esse cõsumptos. Rugitus leonis/ et vox leene/ et dentes catulorum leonũ cõtriti sunt. Tigris perijt/ eo q̄ non haberet predã/ ẽ catuli leonis dissipati sunt. Porro ad me dictũ est verbũ absconditum/ et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. In horrore visionis nocturne/ quãdo solet sopor occupare homies: pauor tenuit me ẽ tremor: ẽ omnia ossa mea perterrita sunt. E Et cũ spirit9 me presente trãsiret: inhorruerũt pili carnis mee. Stetit quidã cuius nõ agnoscebam vultum: imago corã oculis meis: et vocẽ quasi aure lenis audiui. Nũqd homo dei comparatiõe iustificabitur: aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiunt ei/ non sunt stabiles: et in angelis suis reperit prauitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas: q̄ terrenum habent fundamentum/ cõsumentur velut a tinea? De mane vsq; ad vesperam succidẽtur: et quia nullus intelligit/ in eternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint/ auferentur ex eis: morientur/ et non in sapientia.

Respõdens autẽ eliphas themanites dixit. Si ceperimus loqui tibi: forsitan moleste accipies. Jã superius dicta sunt: q̄ his vocabulorũ interpretationib9 exprimantur. Quis ergo festine ad indiscussa tendim9/ prolata replicare debitamus. F Hoc itaq; est solerter intuendum: q̄ hi qui hereticorũ speciẽ tenent: loqui molliter inchoant/ dicentes. Si ceperimus loqui tibi: forsitan moleste accipies. Exasperare quippe heretici auditores suos in exordio locutiõis sue metuũt/ ne vigilãter audiant: cõtingq; valde tristitiã declinãt/ vt negligentiam capiant. Et pene semp blãda sunt q̄ proponũt: sed aspera q̄ psequendo subinferũt. Unde et nũc amici Job a reuerẽtia mansuete locutiõis incipiũt: sed vsq; ad iacula asperrime inuectionis erũpũt: q̄ ẽ radices spinarũ molles sunt: sz tñ ex ipsa sua mollitie pferũt vñ pungunt. Sequitur. [Sed conceptũ sermonem q̄s tenere poterit?] *(Tria hominũ gña.)* Tria sunt hominũ genera: que gradatim ductis a se qualitatibus dissident. Sũt nãq; alij qui ẽ ad loquẽdũ praua concipiũt: et a locutione sua nulla silentij grauitate restringuntur. Et sunt alij qui cum praua concipiũt: magno se silentij vigore restringunt. Et sunt nõnulli qui virtutũ vsu roborati/ vsq; ad eam celsitudinẽ pducuntur: vt ad loquendũ ne in corde quidẽ puersa concipiãt/ q̄ silendo cõpescãt. Eliphas itaq; ex quolibet ordine ostenditur: qui conceptũ sermonem tenere se non posse testatur. Qua in re et illud innotuit: quod se loquendo offensurum nouit. Neq; enĩ retinere verba que non potest/ vellet: nisi per hec se vulnera inferre precognosceret. Boni enim viri freno cõsilij retinent pcipitationẽ verbi: et caute considerãs/ ne relapsẽtes lin-

G

Prouer. xvij.

gue lasciuiam auditorum conscientiā incauta locutione transfigant. Unde bene per Salomonē dicitur. Qui dimittit aquam/caput est iurgiorum. Aqua quippe dimittitur/cum lingue fluxus effrenat. Sed dimissor aque/caput iurgiorū efficit: qꝛ per lingue incōtinentiā/discordie origo propinat. Igit sicut graui in sensu lentes sunt/ita locutione precipites: et reticere pertractando negligunt que loquant: sed quod leuis conscientia concipit: leuior ptinꝰ lingua prodit. Unde nūc eliphas ex suo experimēto colligit: quod desperate de oībus sentit/dicens. Sꝫ cōceptum sermonē tenere quis poterit? Sequitur.

Qd leuis consciētia cōcipit: leuior protinus lingua pdit.

¶ S. Qz heretici vel puersi dū bona iustorū referūt/ea que probant/quātum possunt peruertunt.

¶ Ecce docuisti plurimos: et manꝰ lassas roborasti: vacillātes cōfirmauerunt sermones tui: et genua trementia confortasti.] Si ipsius historie textus aspicitur: magna est lectoris vtilitas/qꝫ ab amicis iurgantibus/in beatum Iob pro laceratione vitiorum/virtutum preconia proferuntur. Nūqꝫ quippe est tam robustum vite testimonium qꝫ cum ille laudanda loquit: qui ingerere crimen conat. Pensemus autem cuius celsitudinis iste vir fuerit/qui indoctos docens/lassos roborans/vacillantesqꝫ confirmans/inter curas domus/inter multiplicium rerum custodiam/inter affectus pignorum/inter studia tot laborum/erudiendis se ceteris impendit. Et illa quidem occupatus exercuit: sed tamen liber magisterio doctrine militauit. Temporalia regendo disposuit: eterna predicando nūciauit: vite rectitudinem et agendo videntibus ostendit/et loquendo audiētibus ingessit. Capitulū. xiij.

H

S Ed siue heretici/seu peruersi quilibet/cum bona iustorū referūt: hec in argumētum criminis inflectūt. Unde nāqꝫ eliphas cōtra beatum Iob occasionem obiurgationis colligit/vnde laudanda narrauit. Nam sequitur.[Nūc autem venit super te plaga/et defecisti: tetigit te/et pturbatꝰ es.] Peruersi quippe duobus modis bonorum vitam impetūt: quia aut praua eos dicere asserūt: aut recta non seruare que dicunt. Unde et beatus Iob inferius ab amicis suis de locutione reprehenditur: nunc autem recta dixisse/sed hec non obseruasse lacerat. Ab iniquis ergo modo bonorum locutio: modo actio reprobatur: quatenus aut reprehēsa lingua taceat: aut eiusdem lingue sue adiudicata testimonio/a crimine vita succumbat. Et notandum qꝫ prius laudes lingue inferunt: et postmodum de vite infirmitate conqueruntur. Iniqui etenim ne publice praui videantur: loquuntur aliquando bona de iustis/que esse iam cognita et alij nouerunt. Sed sicut prediximus/hec ipsa protinus ad cumulum reatus pertrahunt: et credendum sibi in contrarijs/ex eo qꝫ et ꝓspera loquebant/ostendūt: tantoqꝫ mala quasi verius insinuant/quāto et bona quasi deuote laudabant. Ad vsum ergo intorquent criminis/voces fauoris: dū iustorum vitam inde post grauius vulnerant: vnde hanc paulo ante specietenꝰ defendebant. Sepe autem eorum bona qꝫ prius habita despiciūt: hec postmodum quasi perdita mirant. Unde eliphas sancti viri virtutes qꝫ amisisse asserit: enumerādo subiungit dicens.

Peruersi dupli bonorū vitā impetunt.

I

¶ S. Qz quattuor gdibꝰ ꝟtutū dūꝰ sci Iob vita distinguit.

¶ Ubi est timor tuꝰ: fortitudo tua: et patiētia tua: et perfectio viarum tuarum?] Que nimirum dicta ei sententie subrogat/quā premisit dicens. Nunc autem venit super te plaga/et defecisti: tetigit te/et conturbatus es. Dis ergo simul interisse asserit: in eo qꝫ beatum Iob turbatum flagello reprehendit. Sed intuendum valde est: qꝫ quāuis inconuenienter eum increpet: congruenter tamē ordinem ꝟtutū narrat. Quattuor quippe gradibus vitam beati Iob ꝟtutes enumerādo distinguit: dū et timori fortitudinē: et fortitudini patiētiā: et patiētie pfectionē iungit. In via etenim dei a timore incipit/vt ad fortitudinē veniat. Nā sicut in via seculi audacia fortitudinē: ita in via dei audacia debilitatem parit: et sicut in via seculi timor debilitatem: ita in via dei timor fortitudinem gignit: Salomone attestante/qui ait. In timore domini fiducia fortitudinis. Timori quippe domini iesse fiducia fortitudinis dicitur: quia nimirum mens nostra tanto valentius terrores rerum temporalium despicit/quāto se auctori earundem veracius per formidinem subdit. Que in timore domini constituta/non inuenit extra quod metuat: quia dum recto metu cōditori omniū iūgitur: potestate

Prouer. xiiij.

quadam supra oīa subleuat. Fortitudo autē non nisi in aduersitate ostēdit. vñ et mox post fortitudinē patientia subrogat. Tāto enī quisqꝫ se ad fortitudinē profecisse veraciꝰ demonstrat/quāto aliena mala robustiꝰ tolerat. Nam minus in se conualuit/quē aliena iniquitas strauit. Qui in eo quod ferre contrarietatem non valet: pusillanimitatis sue gladio confossus iacet. Quia vero perfectio de patientia nascitur: statim post patientiam/viarum perfectio subinfertur. Capitulum. xiiij.

K

I Lle enim vere perfectus est: qui erga imperfectionem proximi/impatiēs nō est. Nam qui alienam imperfectionem ferre non valens/patientiam deserit: ipse sibi testis est qꝫ perfecte needum proficit. Hinc in euangelio veritas dicit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quid est enim animas possidere/nisi perfecte in omnibus viuere: cunctis mētis motibus ex virtutis arce dominari? Qui igitur patientiam tenet/animam possidet: quia inde contra aduersa omnia fortis efficitur: vnde sibi et seipsum vincēdo dominatur. Et quo se laudabiliter frangit/infractum se fortiter exerit: quia cum in suis se voluptatibus superat: sese ad contraria inuictum parat. Sed quia eliphas inuehēdo corripuit: mox aliqd velut exhortādo subiūgit/dicens.

Luce. xxi.

¶ S. Qz sancti qui i hoc mundo pereunt/ad eternā gloriam pereundo seruantur.

L

¶ Recordare obsecro: quis vnqꝫ innocēs periit: aut quādo recti deleti sūt?] Siue heretici (quorum amicos beati Iob tenere speciem diximus) siue peruersi quilibet/qꝫ inordinate redarguunt/tam reprehensibiliter exhortantur. Ait nāqꝫ. Quis vnqꝫ innocens periit: aut quando recti deleti sunt? Sepe quippe hic et innocentes pereunt: et recti funditus delentur: sed tamen ad eternam gloriam pereundo seruantur. Si enim nullus innocens periret/propheta non diceret. Iustus perijt: et nemo est qui recogitet. Si rectos deus prouidendo non raperet: nequaqꝫ de iusto sapientia dixisset. Raptus est/ne malitia mutaret intellectum illius. Si iustos animaduersio nulla percuteret: petrus minime pronunciaret dicens. Tempus est vt incipiat iudicium de domo dei. Illi vero veraciter recti sunt: qui amore superne patrie/ad cuncta presentis vite aduersa preparantur. Nam qui pro eternis bonis mala hic perpeti metuunt: videlicet recti non sunt. Sed eliphas vel rectos deleri/vel innocentes hic perire non estimat: quia sepe hi qui non spe celestis glorie/sed pro terrena deo retributione deseruiunt: ipsi sibimet fingunt qd querunt: et docere presumentes/cum terrenam securitatem predicant: cunctis suis laboribus ostendunt quod amant. Sequitur.[Quin potius vidi eos qui operātur iniquitatem/et seminant dolores/et metunt eos/flante deo perisse: et spiritu ire eius esse consumptos.]

Sepe hic inocētes pereunt.

Esa. lvij.

Sap. iiij.

i. Pet. iiij.

Ueraciter recti.

¶ S. Quare deus in hoc mundo quosdam mala districte percutit/aliorum iniusta permittit. Capitulum. xv.

M

D Olores seminare/est fraudulenta dicere: dolores autem metere/est dicendo preualere. Uel certe dolores seminant/qui peruersa agunt. dolores metunt: cum de eadem peruersitate puniuntur. Fructus quippe doloris est retributio damnationis. Sed cum protinus subinfertur: quia qui dolores seminant et metunt/flante deo pereunt/et ire eius spiritu consumuntur: hoc loco doloris messio: non iam pena/sed adhuc perfectio iniquitatis ostenditur: quia ex diuine ire spiritu/eiusdem messionis pena subrogatur. Seminant ergo hic dolores et metunt: quia iniqua sunt que faciunt: et in ipsa iniquitate prosperantur: sicut de iniquo per ps. dicitur. Polluuntur vie eius in omni tempore: auferuntur iudicia tua a facie eius: omnium inimicorū suorum dominabitur. De quo paulo post subditur. Sub lingua eius labor et dolor. Dolores itaqꝫ seminat/cum ꝑuersa agit: dolores metit/cum ex eisdem peruersitatibꝰ temporaliter excrescit. Quomodo ergo flāte deo pereūt: qꝫ plerūqꝫ diu hic subsistere et iustis felicꝰ permittūtur? Hinc nāqꝫ de illis iterum per psalmistam dicitur. In laboribus hominum non sunt/et cum hominibus non flagellabuntur. Hinc Hieremias ait. Quare via impiorum prosperatur? Quis enim (sicut scriptum est) dominus patiens redditor est: sepe diu tolerat/quos imperpetuū damnat. nonnunqꝫ vero concite percutit: quia pusillanimitati innocentium consolando cōcurrit. Aliquando

Dolores seminare

Dolores metere.

Ps. ix.

Questio de hijs/quō flāte deo pereāt

Ps. lxxij.

Hie. xij.

Responsio

A omnipotēs deus diu pcualere iniquos patitur: vt iustorum mundius vita purgetur. Aliquādo vero iniustos celeriter trucidat: eorumqꝫ interitu innocentium corda confirmat. Si enim nunc omnes male agētes percuteret: extremū iudicium quibus exhiberet? Si autem nullū omnino percuteret: quis deum res humanas curare crederet? Nonnunqꝫ ergo iniquos ferit: vt ostendat: quia inulta mala non deserit. Nonnunqꝫ vero iniquos diu tolerat: vt considerantibus innuet ad qd̄ eos iudicium reseruet. Hec itaqꝫ sententia dilationis † iniquorū: si non cum fine presentis seculi de cunctis generaliter dicitur: ex magna parte procul dubio veritatis virtute vacuatur. Sed tūc vera erit, cum iā iniquitatis dilatio nō erit. Que hoc fortasse modo intelligi rectius potest: quoniam nec innocēs perit, nec rectus deletur: quia etsi carne hic atteritur, in cōspectu eterni iudicis vera salute reparatur. Et qui seminant dolores et metunt, flante deo pereunt: quia quanto hic altius peruerse agendo proficiunt, tāto durius subsequenti damnatione feriuntur. Sed cum eidem sententie permittit, Recordare, videlicet patet quia transacta res ad mentem reducitur, non autem futura nunciatur. Tunc ergo eliphas verius diceret: si hec de iniquis generaliter fieri extrema animaduersiōe credidisset. Sed hoc qꝫ flare deus dicitur, vaget vt subtili⁹ discernatur. Nos quippe cum flamus, aerem ab exteriorib⁹ introrsus trahimus: et introrsus tractum hunc exterius reddimus. Flare ergo deus in vindicte retributiōe dicitur: quia ab exterioribus causis introrsus iudicij consilium concipit: et ab interno consilio extrorsus sentētiam emittit. Quasi flāte deo ab exterioribus aliquid introrsum trahit: quādo foris mala nostra conspicit: et intus iudicium disponit.

B Et rursum quasi flante deo ab interioribus spiritus extrorsus emittitur: quando ab interno conceptu cōsilij, exterius iudicium damnationis infertur. Bene itaqꝫ dicitur: qꝫ qui dolores seminant, flante deo pereūt: quia vnde foris peruersa faciunt: inde ab intimis recte feriūtur. Uel certe cum flare deus dicitur: quia et statim ire eius spiritus subinfertur: appellatiōe flatus illius potest ipsa eius animaduersio designari. Nos quippe cū irascimur: flatu furoris inflāmamur. Ut ergo vindictam cogitans dominus demonstraretur, flare irascendo dicitur: nō qꝫ ipse in natura sua mutabilitatis vicissitudinem recipiat: sed qꝫ post longam patientiā quando vindictam peccatoris exequitur: is qui in semetipso trāquillus est, percuntibus turbulentus videtur. Deus quippe reproba quia aduersum suis actibus iudicem conspicit, quasi commotus ei ostenditur: quia in conspectu illius suo reatu proprio ipsa turbat. Sed postqꝫ quasi clementer admonuit, aperte increpationis verba subiungit, dicens. [Rugitus leonis, et vox leene, et dentes catulorum leonum contriti sunt.] Quid enī rugitū leonis appellat: nisi, vt paulo ante premisimus, seueritatē viri? Quid vocem leene, nisi loquacitatem coniugis? Quid dentes catulorum leonum,

C nisi edacitatem prolis? Quia enim filij conuiuātes extincti sunt: dentium expressione signantur. Que cuncta dum contrita eliphas rigidus exultat: quasi iure damnata denunciat. Cuius adhuc duritiam increpationis ingeminat cum subiungit.

❡ S. De tigridis noīe hypocritarum varietas et rapacitas exprimit: quib⁹ qsi pda est iustoꝝ sibi laus vēdicata.

❡ Tigris perijt: eo qꝫ non haberet predam: et catuli leonum dissipati sunt. [Quē enim nomine tigridis nisi beatum Job nota varietatis signat: vel aspersum maculis simulationis?

Capitulum. xvi.

Omnis nāqꝫ simulator in eo qꝫ videri rectus appetit, mundum se per omnia non ostendit: qꝛ dū virtutes quasdam per hypocrisim assumit: et occulte semetipsum vitijs subijcit, quedam latentia vitia repente in faciem erūpunt: et supducte simulationis, quasi visionis colorem, ex admixtione sua varium ostendunt: vt plerūqꝫ sit mirum cur homo qui tantis virtutibus pollere cernitur: etiam tam reprobis actibus inquinetur. Sed nimirum omnis hypocrita tigris est: quia dum mundus color de simulatione ducitur: vitiorum nigredine interrumpente variatur. Sepe enim dum de castitatis mūditia extollitur: sorde auaritie fedatur. Sepe dum de virtute largitatis speciosus ostēditur: luxurie maculis inquinatur. Sepe dum castitatis atqꝫ largitatis decore vestitur velut ex zelo iustitie, crudelitatis atrocitate fuscatur.

D Sepe largitate, castitate, pietate ex pulchra visiōe induitur, sed interfusa obscuritate superbie notatur. Sicqꝫ fit vt intermixtis vitijs, dum mundam in se speciem hypocrita non ostendit: quasi vnum colorem tigris habere nequaqꝫ possit. Que videlicet tigris rapit predā: qꝛ humani sibi fauoris vsurpat gloriam. Quia enim rapta laude extollitur, quasi preda satiatur. Bene autem hypocritarum laus preda dicitur. Preda quippe est, cum aliena violenter auferuntur. Omnis autem hypocrita quia vitam iustitie simulans, iustorum sibi laudem arripit, alienum profecto est quod tollit. Eliphas itaqꝫ quia beatū Job incolumitatis sue tempore laudanda egisse cognouit: percussione subsequente, illum hec tenuisse per hypocrisim credidit, dicens. Tigris perijt, eo qꝫ non haberet predam. Acsi aperte dicat. Varietas tue simulatiōis extincta est: quia et adulatio laudis ablata est. etiam tua hypocrisis predam non habet: quia percussa diuinitus, humanis fauoribus caret. Translatione autem septuaginta interpretū nequaqꝫ tigris dicit, sed Myrmicaleon perijt: eo qꝫ non haberet predam. Myrmicaleon quippe paruū valde est animal, formicis aduersum: qd̄ se sub puluere abscondit: et formicas frumēta gestantes interficit, interfectasqꝫ cōsumit. Myrmicaleon autem latine dicit vel formicarum leo: vel certe expressius, formica pariter et leo. Recte autē formica et leo nominatur: quia siue volatilibus seu quibuslibet alijs minutis animalib⁹ formica est: ipsis autem formicis leo. Has enim quasi leo deuorat: sed ab illis quasi formica deuoratur. Cum igitur eliphas dicit: myrmicaleon perijt: qd̄ in beato Job sub myrmicaleontis nomine nisi pauorē et audaciā reprehendit?

E Acsi aperte dicat. Non iniuste percussus es: quia contra erectos timidus: cōtra subditos audax fuisti. Acsi apertius dicat. Contra astutos formido te pressit: contra simplices temeritas inflauit. Sed iam myrmicaleon predam non habet: quia tumida tua elatio dum verberibus premitur, ab aliena lesione phibetur. Sed quia amicos beati Job, tenere hereticorum speciem diximus: vget necessario vt hec eadem eliphas verba quomodo etiam typice sentienda sint, intimemus.

❡ S. De regnū diaboli: et gloria huius mūdi: et cōcupiscentia carnis in seruis dei contrite sunt.

❡ Rugitus leonis et vox leene: et dentes catulorū leonū contriti sunt. [Ut natura vniuscuiusqꝫ rei ex diuersitate cōponitur: in sacro eloquio per rem quālibet licite diuerse figurantur. Habet quippe leo virtutē: habet et seuitiā. Uirtute ergo dominū: seuitia diabolū signat. Hinc enim de dn̄o dicit. Uicit leo de tribu iuda, radix dauid. Hinc de diabolo scriptum est. Aduersarius vester sicut leo rugiens circuit querēs quem deuoret. Leene autē nomine aliquando sancta ecclesia: aliquādo babylonia designat.

Apo. v.

F Pro eo enī qꝫ contra aduersa audax est, leena ecclesia dicitur: sicut eiusdem beati Job vocibus approbat: qui derelictā ab ecclesia iudeam indicās, ait. Nō calcauerūt eā filij institorū: nec pertrāsiuit per eā leena. Aliquādo vero leene noīe hui⁹ mūdi ciuitas, i. babylonia exprimit: que cōtra vitā innocētiū immanitate crudelitatis effrenat: qꝛ antiquo hosti qsi seuissimo leoni sociata: puerse psuasionis ei⁹ semina pcipit: et reprobos ex se filios ad similitudinē illius qsi crudeles catulos gignit. Catuli aūt leonū sūt qꝫ iā hēt reprobi, ad iniquā vitā, malignoꝝ spirituū errore generati: qꝛ et simul oēs vniuersam mūdi ciuitatē quā pdiximus babyloniā faciūt: et tn̄ iidē singuli babylonie filij: qꝛ si nō leene: sꝫ leene catuli vocant. Sicut enī sion tota simul eccl̄ia dicit: filij autē sion sanctoꝝ quiqꝫ singli memorant: ita et filij babylonie singuli quiqꝫ reproboꝝ, et eadē babylonia simul oēs reprobi vocant.

Iob. xxviij.

Reprobi vn̄ generentur.

Filij sion. Filij babylonie.

Capl̄m. xvij.

Sed sancti viri qꝫdiu in hac vita sūt, semetipsos sollicita circūspectiōe custodiūt: ne leo circuiens insidiando surrepat. i. antiquus hostis sub aliq imagine virtutis occidat: ne leene vox aurib⁹ obstrepat. i. ne babylonie gl̄ia sensū ab amore pr̄ie celestis auertat: ne catuloꝝ leonū dētes mordeāt. i. ne reproboꝝ psuasio in corde cōualescat. At cōtra heretici iā qsi de sanctitate securi sunt: qꝛ vite sue meritis cūcta se superasse suspicant. Unde et nūc dicit. Rugit⁹ leonis et vox leene: et dētes catuloꝝ leonū contriti sunt. Acsi diceret. Nos ideo nullis flagellis atterimur: quia et virtutē antiqui hostis, et cupi-

G

ditatem terrene glorie: et suasionem reproborum hominū
vite meritis superando calcamus. Unde adhuc subdit.
[Tigris perijt/eo q̄ non haberet predam: et catuli leonū
dissipati sunt.] Hunc vocabulo tigridis repetit/quē leo
nis appellatione signauit. Sathan quippe et propter seui
tiam leo dicit/et propter multiformis astutie varietatem
non incongrue tigris vocat. Modo enim se sicut est per
ditus/humanis sensib⁹ obijcit: modo quasi angelum lu
cis ostendit. Modo stultorum mētibus blandiendo per
suadet: modo ad culpā terrendo pertrahit. Modo suade
re vitia aperte nititur: modo sub suggestionibus sub
virtutis specie palliat. Hec itaq; belua que tanta varie
tate respergit: ture tigris vocat: que apud septuaginta in
terpretes (vt prefati sum⁹) myrmicaleon dicitur. Quod
videlicet aial absconsum puluere: formicas (vt diximus)
frumenta gestantes interficit: quia nimirum apostata an
gelus in terram de celo proiectus: iustorū mentes q̄ bono
rū sibi operū refectionē preparāt/in ipso actionis itinere
obsidet. cūq; eas per insidias superat: quasi formicas fru
menta gestantes improuisus necat. Recte autem myrmi
caleon. i. leo et formica dicitur. Formicis enim (vt dixim⁹)
leo est: volatilibus formica: quia nimirum antiquus ho
stis sicut cōtra consentientes fortis est/ita contra resistē
tes debilis. Si enim eius suggestionibus assensus prebe
tur/quasi leo tolerari nequaq; potest: si autem resistitur/
quasi formica atterit. Alijs ergo leo est/alijs formica: qr
crudelitatem illius carnales mentes vix tolerāt: spūales
vero infirmitatē illi⁹ pede virtutis calcant. Heretici igi
tur q: de sanctitatis presumptiōe supbiūt. quasi exultan
tes dicūt: Myrmicaleon (vel certe tigris) perijt: eo q̄ non
haberet predā. Ac si aperte dicāt. Uetustus aduersarius
in nobis predā nō habet: qr quātū ad nostra studia tā vi
ctus iacet. Jdcirco autē myrmicaleontis appellatiōe vl
tigridis repetit: qui iam pri⁹ to leonis rugitu fuerat de
signatus: qr quicqd per gaudiū dicit/sepe replicat. Uo
ces q̄ppe ingeminat anim⁹ cum exultat. Unde et veraci le
titia psalmista crebro repetit hoc q̄ se exauditū esse reco
gnouit/dicens. Exaudiuit dn̄s vocem fletus mei: exau
diuit dominus deprecationem meam: dominus oratio
nem meam suscepit. Capitulum. xviij.

Diabolus dicit leo. Diabolus dicitur formica.

H

Ps. vj.

Sed sancti viri cum de quibusdam se vitijs ere
ptos hilarescunt: magno se metu etiam in ipsa
exultatione concutiūt: qr etsi iam de cuiuslibet
procella tēpestatis erepti sunt: esse tamē se adhuc in incer
ti maris dubijs fluctib⁹ sciunt: et sic spe exultāt/vt pauo
re trepident: sic pauore trepidant/vt spei fiducia exultēt.
Unde per eūdem psalmistam dicitur. Seruite domino
in timore: et exultate ei cum tremore. At contra hi qui de
specie sanctitatis intumescunt/cū vnum quodlibet vitiū
superāt: mox mentē in superbiam erigūt: et quasi de vite
sue perfectione gloriant. et pro eo q̄ fortasse semel a pericu
lo tēpestatis erepti sūt: iā qr in mari nauigēt obliuiscunt.
magnos se i oib⁹ estimāt: et vicisse se antiquū hostē fundi
tus putant. infra se cūctos respiciūt: qr se per sapientiam
transcendere oēs arbitrantur. Unde et subditur.

Ps. ij.

J

¶ S. Qr heretici et hypocrite noua et inaudita pmittūt/
vt in admiratione sui simplices pucāt: et nō ea q̄ loquū
tur/ad edificationē/sed ad ostētationē sciētie sue pferūt.
¶ Porro ad me dictum est verbum absconditū. [Uer
bum absconditū heretici audire se simulant: vt auditoꝝ
mentib⁹ quādam pdicationis sue reuerētiam obducant.
Unde et latenter predicāt: quaten⁹ eoꝝ pdicatio tāto san
cta/quāto et occulta videat. Cōmunē autē scientiam ha
bere refugiunt: ne ceteris equales estiment. Occulta vel
noua semp exquirunt: que dum alij nesciūt/apud impe
ritorum mentes ipsi de scientie singularitate gloriantur.
Quā occultam (vt diximus) insinuāt: quia scilicet vt ad
mirationem ostēdere valeant: hanc se latenter percepisse
confirmant. Unde apud Salomonem hereticorum spe
ciem mulier tenens dicit. Aque furtiue dulciores sunt/et
panis absconditus suauior. Unde hic quoq; subdit. [Et
quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij ei⁹.] Fur
tiue susurrij venas percipiunt: quia socialis scientie gra
tiam deserentes/ad hanc nequaq; per ostium ingrediun
tur: domino attestante/qui ait. Qui nō intrat per ostium
in ouile ouium/sed ascendit aliunde: ille fur est et latro.
Uenas itaq; diuini susurrij furtiue suscipit: qui ad perci
piendam virtutis eius notitiam deserto publice predi

Prouer. ix.

Joan. x.

cationis ostio/praue intelligentie rimas querit. Qr vero
fur et latro q̄ intrat aliūde: tenebras diligit/et claritatē lu
minis phorrescit: recte subiūgit. [In horrore visionis no
cturne: quādo solet sopor occupare homines.] Capitulum. xix.

N

Sepe heretici dum altiora dicere conantur: ipsi
sibi testes sūt/quia que proferūt/vera nō sunt.
In nocturna quippe visiōe dubie cernitur. Ri
mas ergo susurrij in pauore nocturne visiōis se percepis
se asserunt: qui vt ea que docent/alta alijs ostendant: vix
ea se capere posse denunciant. Sed hinc colligendum est
quomodo audientibus certa esse poterūt/que ipsi dubie
viderunt. Miro ergo ordine cum alta loquentes profiu
unt/in patefactione stultitie/ipsis sue altitudinis voci
bus ligantur. Quātum vero de singularitate sapiētie ele
uantur: ostenditur cum protinus subditur. [Quando so
let sopor occupare homines.] Ac si aperte ab hereticis di
ceretur. Cum homines inferius dormiunt: nos ad perci
pienda superna vigilemus: quia ea nobis nota sunt/ad
que videlicet cognoscenda ceterorum hominū corda tor
pentia non assurgūt. Ac si apertius dicāt. In quibus in
telligentia nostra se erigit: reliquorum hominum sensus
dormit. Nonnunq; vero cum hoc despici ab auditore q̄d
dicūt cōspiciunt: semetipsos simulant timere q̄d dicunt.
Ubi et subdit. [Pauor tenuit me et tremor: et oīa ossa mea
perterrita sunt.] Quia enī de doctrine sue altitudine miri
videri appetunt. quasi pertimescunt que fingunt. et cum
minoris laboris sit audire q̄ dicere: ad ea proferenda au
daces sunt/que scilicet astruunt: quia ipsi vix audire po
tuerūt. Unde adhuc subditur. [Et cum spiritus me pre
sente transiret: inhorruerunt pili carnis mee. Stetit quidā
cuius non agnoscebam vultum.] Ut incomprehensibilia
se cognouisse indicent: non stetisse/sed transisse coram se
spiritum narrant: et vultum se vidisse incognitum simu
lant: vt esse se ei cognitos qui ab humana mente cogno
sci non valet/ostendant. Ubi adhuc subditur. [Imago
coram oculis meis: et vocē quasi aure lenis audiui.] Se
pe heretici deum sibi imaginabiliter fingūt: quem intue
ri spiritualiter nequeunt: eiusq; vocē quasi aure lenis au
dire se perhibent: quia ad secreta illi⁹ cognoscenda/qua
si esse se ceteris familiariores gaudent. Non enim ea do
cent que deus publice loquitur: sed que eorum auri qua
si latenter aspirētur. Hec igitur diximus: vt quid sub he
reticorum specie in eliphaz sermonibus sentiendum sit/
intimemus. Sed qr amici beati Job/tanti viri amici nō
essent/nisi manifeste aliqd ex veritate didicissent: q̄ quis
in sententijs correptionis errant/in veritatis tamen co
gnitione non titubant: hec eadem paulo superius verba
replicemus: vt subtilius discernam⁹ quomodo ea que de
perceptione veritatis dicuntur: a recte sentientibus pro
ferri veraciter possint. Capitulum. xx.

L

Nonnunq; vero heretici vera quedam et subli
mia loquuntur: non q̄ hec diuinitus ipsi per
cipiant: sed q̄ ex sancte ecclesie contentione di
dicerunt: neq; hec ad profectum conscientie/sed ad scien
tie ostentationem trahunt. Unde fit plerūq; vt alta scien
do dicāt: sed viuendo que dicunt nesciant. Siue igitur ex
hereticorū specie (videlicet nō vitam sciētie sed verba te
nētium) seu ex persona certe amicorū beati Job (qui de
cognitione veritatis potuerūt procul dubio percipiēdo
experiri q̄d studuerunt docendo eloqui) hec eadem que
transcurrimus/subtilius dicta differamus: vt dū sollici
te eliphaz sermo discutit/quāte sciencie fuerit demōstre
tur: quia in eadē scientia humilitatē non tenuit: qui cō
mune bonum sibi specialiter arrogauit. Ait nāq;.

M

¶ S. Qr verbum absconditum inuisibilis dei filius su
cuius subtilitatem mens spiritu sancto afflata raptim et
occulte agnoscit.
¶ Porro ad me dictum est verbum absconditum. [Uer
bum quippe absconditum/inuisibilis filius vocatur: de
quo Joannes ait. In principio erat verbum. Quod ipse
quoq; absconditum insinuat/dum subiungit. Et verbū
erat apud deū: et deus erat verbū. Sed hoc verbū abscō
ditum electorum mentibus dicitur: cum potestas vnige
niti filij credentibus manifestatur. Potest etiam per ver
bum absconditum/allocutio intime aspirationis intelli
gi: de qua Joannes dicit. Unctio ei⁹ docet vos de omni
bus. Que nimirum aspiratio humanā mentem tangendo
subleuat: et temporales cogitationes deprimens/eternis

Joan. j.

j. Joan. ij.

A hanc desiderijs inflāmat: vt nihil ei iam nisi que superna sunt libeat: et cuncta que inferius de humana perstrepūt corruptione contemnat. Absconditum ergo verbum audire, est locutionem sancti spiritus corde cōcipere. Que profecto sciri non potest, nisi a quo haberi potest. Unde et veritatis voce de hac abscondita locutione dicitur. Ego rogabo patrem: et alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in eternum spiritum veritatis, quē mundus non potest accipere. Sicut enim idem paracletus post mediatoris ascensum, alius humani generis cōsolator, in semetipso inuisibilis est: ita omnē quem repleuerit, ad desideranda inuisibilia accendit. Et quia mundana corda sola visibilia diligunt, hunc mundus non accipit: quia ad diligenda inuisibilia non assurgit. Seculares enim mentes quāto se foris per desideria dilatant, tanto ad receptionem illius sinū cordis angustāt. Et quoniā valde in humano genere pauci sunt, qui a desideriorum carnalium sorde purgati, ad perceptionem sancti spiritus ipsa hac purgatione dilatātur: verbum hoc absconditū dicitur: quia illud a quibusdā procul dubio in corde concipitur: qđ a maxima hominū parte nescit. Uel certe hec ipsa afflatio sancti spiritus verbum absconditū est, quia sentiri potest: sed strepitu locutionis exprimi non potest. Cum igitur diuina aspiratio sine strepitu mentem sublevat, verbum abscōditum auditur: qꝛ sermo spiritus in aure cordis silenter sonat. Unde et subditur.

¶ S. Quomodo multis modis ad aurem nostre intelligentie deus venit: et quādo nobis de diuinitatis natura per contēplationem aliquid insinuat, nequaq̄ nobis loquitur, sed quasi susurrat.

B ¶ Et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. Uenas superni susurrij auris cordis furtiue suscipit: quia subtilitatem locutionis intime, afflata mens et raptim et occulte cognoscit. Nisi enim se ab exterioribus desiderijs abscondat, interna non penetrat. Occultatur autem vt audiat: et audit vt occultetur: quia et subtracta visibilibus, inuisibilia cōspicit: et repleta inuisibilibus, visibilia perfecte cōtēnit. Notandū vero q̄ non ait: Quasi furtiue suscepit auris mea susurriū eius: sed venas susurrij eius. Susurrium quippe occulti verbi, est hec ipsa locutio aspirationis interne. Uene autem susurrij dicuntur causarum origines, quibus hec ipsa aspiratio ad mentē ducit. Quasi enī venas susurrij sui aperit, cū nobis deus latenter insinuat: quibus modis ad nostre intelligentie aures venit. Aliquando enī nos amore: aliquādo terrore compungit. Aliquando presentia q̄ nulla sint ostēdit: et ad eterna diligenda desiderium erigit. Aliquando prius eterna indicat, vt post temporalia vilescant. Aliquando nostra nobis mala aperit: et ad hoc nos vsq̄ vt alienis etiam malis condoleamus, extendit. Aliquando mala aliena nostris obtutibus obijcit: et compūctos mirabiliter a nostra prauitate nos corrigit. Uenas itaq̄ diuini

C susurrij furtiue audire: est occultos diuine aspirationis modos tenuiter et latēter cognoscere. Quis adhuc vel susurrium vel venas susurrij intelligere aliter valeam? Qui enim susurrat, occulte loquitur: et vocem non exprimit, sed imitatur. Nos ergo quousq̄ carnis corruptione premimur: nullo modo claritatem diuine potentie sicut in se incommutabilis manet videmus: quia acies infirmitatis nostre non sustinet hoc quod de eius eternitatis radio super nos intolerabiliter fulget. Cum ergo se nobis omnipotens deus per rimas cōtēplationis indicat: nequaq̄ nobis loquitur, sed susurrat: quia etsi se plene nō intimat, quiddā tn̄ de se humane menti manifestat. Tunc autem nequaq̄ iam susurrat, sed loquitur: cum eius nobis species certa reuelatur. Hinc est enī qđ in euangelio veritas dicit. Palam de patre meo annunciabo vobis. Hinc Joannes ait. Uidebimus eum sicuti est. Hinc Paulus dicit. Tunc cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autem diuinū susurrium tot ad nos venas habet, quot creatis operibus ipsa diuinitas presidet. Dum enim que sunt cuncta creata cernimus: in creatoris admirationē sublevamur. Nam sicut aqua leniter fluens, tumata per venas queritur vt augeatur: tantoq̄ se latius fundit, quanto venas apertiores inuenerit: ita nos dum studiose diuinitatis notitiā ex creature eius consideratione colligimus: quasi susurrij ad nos venas illius aperimus: quia per hoc quod factum cernimus, virtutē crea-

Jo.xvi. | i. Jo.iij. | i. Corin.xiij.

D toris admiramur: et per ea que sunt in publico: illud ad nos emanat quod latet in occulto. Quasi enim per quēdā ad nos sonitum erumpit: dum consideranda nobis sua opera ostendit: in quo semetipsum vtcunq̄ indicat: dum q̄ sit incomprehensibilis, manifestat. Quia igitur considerare eum digne non possumus: non eius vocem, sed vix susurrium audimus. Plene enim perpendere neq̄ ipsa que sunt creata sufficimus. Recte autem dicitur. Quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius. Proiecti quippe a paradisi gaudijs, et cecitatis penis mulctati: vix susurrij venas apprehendimus: quia ipsa quoq̄ mira eius opera raptim tenuiterq̄ pensamus. Capitulum.xxi.

Sciendum vero est: quia quanto virtutem illius mens sublevata cōsiderat, tanto eius rectitudinem repressa formidat. Unde et recte subiungitur.

¶ Quomodo anima in nocte huius vite cōtemplans deum, ad magnitudinis illius inhorrescat aspectum.

¶ In horrore visionis nocturne. Horror nocturne visionis est pauor occulte contemplationis. Humana etenim mens quo altius eleuata que sint eterna cōsiderat: eo de factis temporalibus grauius tremefacta formidat: quia tanto se ream verius cernit, quāto se ab illo lumine discrepasse quod super se intermicat conspicit: sicq̄ fit vt illuminata plus metuat: quia magis aspicit a veritatis regula per quanta discordat: eamq̄ graui formidine suus ipse profectus quatit, que prius quasi secura nihil videbat.

E Quis quantalibet virtute profecerit: non iam manifestum aliquid de eternitate comprehendit: sed adhuc sub cuiusdam caligine imaginationis conspicit. Unde et hec eadem visio nocturna dicitur. In nocte quippe (sicut et superius diximus) dubie: in die autem constanter videmus. Quia igitur ad contemplandum interni solis radium, nubes sese nostre corruptionis interserit: nec ad infirmos nostre mentis oculos illud sicut est incommutabile lumen erumpit: adhuc deum quasi in nocturna visione cernimus, cum procul dubio sub incerta contēplatione caligamus. Sed quāuis extremū de illo aliqđ mens conceperit: in consideratione tamen eius magnitudinis inhorrescit, et magis metuit: quia ipsius contemplationis eius vestigijs se imparē sentit: atq̄ ad se relapsa, eū arctius diligit: cuius mirā dulcedinem ferre non valens, vix hāc sub incerta visione gustauit. Sed quia ad huius sublevationis culmen minime pertingitur, nisi prius desideriorum carnalium importune perstrepens turba reprimatur: recte subiungitur.

F ¶ S. Quibus modis sacra scriptura somnum accipiat. Et qđ sit q̄ Jacob lapide ad caput posito dormiēs, scalā celo inherentem, et dominum scale innixum, et angelos ascendentes et descendentes vidit.

¶ Quando solet sopor occupare homines. Quisquis ea que mundi sunt agere appetit, quasi vigilat. Quisquis vero internam quietem querens, huius mūdi strepitum fugit, velut obdormiscit. Sed prius sciēdum est: quia in scriptura sacra figurate positus tribus modis somnus accipitur. Aliquando enim somno mors carnis: aliquando torpor negligentie: aliquando vero exprimitur (calcatis terrenis desiderijs) quies vite. Somni nāq̄ vel dormitionis nomine, carnis mors intimatur: sicut Paulus ait. Nolo vos ignorare fratres de dormiētibus. Et paulo post. Ita et deus eos qui dormierunt per Jesum adducet cū eo. Somno rursum torpor negligentie designatur: sicut ab eodē Paulo dr̄. Hora est iā nos de somno surgere. Et rursum: Euigilate iusti: et nolite peccare. Sōno quoq̄ (calcatis carnis desiderijs) vite quies figurat: sicut sponse voce in canticis canticorum dicitur. Ego dormio, et cor meū vigilat. Quia videlicet sancta mens quo se a strepitu temporalis concupiscentie comprimit, eo verius interna cognoscit: et tanto alacrius ad intima vigilat, quāto se ab exteriori inquietudine occultat. Qđ bene per Jacob in itinere dormientem figuratur: qui ad caput lapidem posuit, et obdormiuit: a terra scalam celo inherētem: innixum scale deum: ascendentes quoq̄ et descendentes angelos vidit. In itinere quippe dormire, est in hoc presentis vite transitu, a rerum temporaliū amore quiescere. In itinere dormire, est in dierum labentium cursu ab appetitu visibilium mentis oculos claudere: quos primis hominibus seductor aperuit: qui dixit. Scit enim

i. Thessa.iiij. | Ro.xiij. | i. Cor.xv. | Can.v. | Genesis xxviij. | Gen.iij.

G

deus q in quocuq die comederitis ex eo aperientur oculi vestri. Unde et paulopost subdit. Tulit de fructu illius / et comedit: dedit q viro suo / q comedit: et aperti sunt oculi amborum. Culpa quippe oculos concupiscentie aperuit: quos innocentia clausos tenebat. Angelos vero ascendentes et descendentes cernere: est cives superne patrie contemplari: vel quanto amore auctori suo semetipsos transcendendo inhereant: vel quanta compassione charitatis nostris infirmitatibus condescendant. Et notandum est valde q ille dormiens angelos conspicit / qui in lapide caput posuit: quia nimirum ipse ab exterioribus operibus cessans / interna penetrat: qui intenta mente (que principale est hominis) imitationem sui redemptoris observat. Caput quippe in lapide ponere / est mente Christo inherere. Qui enim a presentis vite actione remoti sunt: sed ad superna nullo amore rapiuntur / dormire possunt: sed videre angelos nequaquam possunt: quia caput in lapide tenere contemnunt.

Capitulum .xxij.

Sunt namq nonnulli qui mundi quidem actiones fugiunt: sed nullis virtutibus exercentur. Hi nimirum torpore / non studio dormiunt: et idcirco interna non conspiciunt: quia caput non in lapide / sed in terra posuerunt. Quibus plerumq contingit: ut quanto securius ab externis actionibus cessant / tanto latius immunde in se cogitationis strepitum per ocium congerant. Unde sub iudee specie per prophetam torpens ocio anima deflectur / cum dicitur. Viderunt eam hostes / et deriserunt sabbata eius.

Threno. j.

H

Precepto etenim legis / ab exteriori opere in sabbato cessatur. Hostes ergo sabbata videntes irridentes: cum maligni spiritus ipsa vacationis ocia ad cogitationes illicitas pertrahunt: ut unaqueq anima quo remota ab externis actionibus servire deo creditur: eo magis eorum tyrannidi illicita cogitando famuletur. Sancti autem viri qui a mundi operibus non torpore / sed virtute sopiuntur: laboriosius dormiunt / q vigilare potuerunt: quia in eo q actiones huius seculi deserentes superant / robusto conflictu quotidie contra semetipsos pugnant / ne mens per negligentiam torpeat: ne subacta ocio ad desideria immunda frigescat: ne ipsis bonis desiderijs plus iusto inferveat: ne sub discretionis specie sibimet parcendo / a perfectione languescat. Agit hec / et ab huius mundi inquieta concupiscentia se penitus subtrahit: ac terrenarum actionum strepitum deserit / et per quietis studium virtutibus intenta vigilans dormit. Neq enim ad contemplanda interna perducitur / nisi ab his que exterius implicant / studiose subtrahatur. Hinc est enim quod per semetipsam veritas dicit. Nemo potest duobus dominis servire.

Mat. vj.

ij. Timo. ij

Hinc Paulus ait. Nemo militans deo / implicat se negocijs secularibus: ut placeat cui se probavit. Hinc per prophetam dominus admonens dicit. Vacate et videte quonia ego sum deus.

Ps. xlv.

Qui igitur nequaquam notitia interna concipitur / nisi ab externa implicatione cessetur: recte nunc verbi absconditi et divini susurrij tempus exprimitur / cum dicitur. In horrore visionis nocturne / quando solet sopor occupare homines.

J

Quia nimirum mens nostra nullo modo ad vim intime contemplationis rapitur / nisi studiose prius a terrenorum desideriorum tumultu sopiatur. Sed humanus animus quadam sue contemplationis machina sublevatus: quo super se altiora conspicit: eo in semetipso terribilius contremiscit. Unde et apte subditur.

S. Qui cum mens ad celestia secreta se sublevat / totum humane virtutis robur contremiscit: et quid sit q manue angelo viso timet / et uxor eius non timet.

Pavor tenuit me et tremor / et omnia ossa mea perterrita sunt. Quid per ossa / nisi fortia acta signant? De quibus et per prophetam dicitur. Dominus custodit omnia ossa eorum.

Ps. xxxiij.

Et sepe ea que agunt homines / esse alicuius momenti estimant: quia districtionem intime q sit subtile iudicium / ignorant. Sed cum per contemplationem rapti / superna conspiciunt: ab ipsa aliquo modo presumptionis sue securitate liquescunt: et tanto magis in divino conspectu trepidant / quanto nec bona sua digna eius examine que conspiciunt pensant. Hinc est enim q is qui fortia operando profecerat / per spiritum sublevatus clamabat. Omnia ossa mea dicent: domine / quis similis tibi? Ac si diceret. Carnes mee verba non habent: quia infirma mea apud te funditus silent. Ossa autem mea tue magnitudinis laudem dicunt: quia ipsa quoq que esse in me fortia credidi: tua conside-

Ps. xxxiiij.

ratione contremiscunt. Hinc est enim q manue viso angelo pertimescens dicit. Morte moriemur: quia vidimus dominum. Quem uxor plenius consolatur dicens. Si dominus nos vellet occidere: de manibus nostris holocaustum et libamenta non suscepisset. Quid est hoc q ad visionem angeli vir fit timidus: et mulier audax / nisi q nobis quotiens celestia demonstrantur: spiritus quidem pavore se concutit: sed tamen spes presumit? Inde namq spes ad maiora audenda se erigit / unde turbatur spiritus: quia ea que superna sunt / prior videt.

R

Judicum xiij.

Capitulum .xxiij.

Quia igitur cum altiora secretorum celestium sublevata mens conspicit: cuncta humanarum virium soliditas contremiscit: recte nunc dicitur. Pavor tenuit me et tremor: et omnia ossa mea perterrita sunt. Ac si aperte diceretur. Subtilitatis intime arcana percipiens: unde me apud me fortem credidi: ante conspectum iudicis inde titubavi. Districtionem quippe divine iustitie contemplantes: etiam de ipsis operibus iure pertimescimus / que nos fortia egisse putabamus. Ducta namq ad internam regulam nostra rectitudo: si districtum iudicium invenit / multis fortitudinum suarum finibus in intima rectitudine impingit. Unde bene Paulus cum et virtutum ossa habere se cerneret: et tamen sub districto examine hec eadem eius ossa trepidarent / ait. Mihi pro minimo est ut a vobis iudicer: aut ab humano die. Sed neq meipsum iudico: nihil enim mihi conscius sum. Sed quia auditis venis divini susurrij: hec eadem eius ossa contremuerunt: illico adiunxit. Sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me / dominus est. Ac si diceret. Recta egisse me recolo: et tamen de meritis non presumo: quia ad eius examen vita nostra ducitur: sub quo nostre fortitudinis et ossa turbantur.

j. Cor. iiij.

L

Sed cum mens in contemplatione suspenditur: cum carnis angustiam superans / per speculationis vim de libertate aliquid intime securitatis rimatur / stare diu super semetipsam non potest: quia etsi hanc spiritus ad summa vehit: caro tamen ipso adhuc corruptionis sue pondere deorsum premit. Unde et subditur. Et cum spiritus me presente transiret: inhorruerunt pili carnis mee. Nobis presentibus spiritus transit / quando invisibilia cognoscimus: et tamen hec non solide / sed raptim videmus. Neq enim in suavitate contemplationis intime diu mens figitur: quia ad semetipsam immensitate luminis reverberata revocatur. Cumq internam dulcedinem degustat / amore estuat: ire super semetipsam nititur: sed ad infirmitatis sue tenebras fracta relabitur: et magna virtute proficiens / videt quia videre non possit hoc quod ardenter diligit: nec tam ardenter diligeret / nisi aliquatenus videret. Non ergo stat / sed transit spiritus: quia supernam lucem nostra nobis contemplatio et inhiantibus aperit / et mox infirmantibus abscondit. Et quia in hac vita quantalibet virtute quis profecerit: adhuc tamen corruptionis sue stimulum sentit: corpus quippe quod corrumpitur / aggravat animam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: recte subditur.

Sap. ix.

M

S. Quid sit q levitarum pili iussi sunt radi / non evelli.

Inhorruerunt pili carnis mee. Pili etenim carnis sunt quelibet superflua humane corruptionis. Pili carnis sunt vite veteris cogitationes: quas sic a mente recidimus / ut de amissione earum nullo dolore fatigemur. Bene autem per Moysen dicitur. Levite radant omnes pilos carnis sue. Levita quippe assumptus vocatur. Oportet ergo levitas omnes pilos carnis radere: quia is qui in obsequijs divinis assumitur: debet ante dei oculos a cunctis carnis cogitationibus mundus apparere: ne illicitas cogitationes mens proferat: et pulchram anime speciem quasi pilis fructificantibus deformem reddat. Sed quantalibet (ut diximus) quempiam virtus sancte conversationis exercerit: adhuc tamen ei de vetustate vite nascitur quod toleret. Unde et ipsi levitarum pili radi precepti sunt / non evelli. Rasis etenim pilis in carne radices remanent / et crescunt ut iterum radantur: quia magno quidem studio superflue cogitationes amputande sunt: sed tamen amputari funditus nequaquam possunt. Semper enim caro superflua generat: que semper spiritus ferro sollicitudinis recidat. Sed tamen hec in nobis tunc subtilius conspicimus / cum speculationis alta penetramus. Unde recte nunc dicitur. Cum spiritus me presente transiret: inhorruerunt pili carnis mee.

Nume. viij.

Capitulum .xxiiij.

A

HUmana etenim mens in contemplationis arce sublevata: tanto semetipsam durius de superfluis cruciat / quanto nimis subtile conspicit esse quod amat. Et cũ pulchrũ intuet hoc qd̃ sup se appetit: districte iudicat quicqd in se infirmũ prius trãquille tolerabat. Transeunte ergo spiritu / pili pelmeũ surrexerunt: quia ante compunctionis vim / cogitationes superflue fugiunt: vt nihil fluxum / nihil iã remissum libeat: quia afflictã mẽtem etiã cõtra semetipsam visitationis intime severitas inflãmat. Cũq3 hoc qd̃ in corde illicitũ nascit / cõtinua districtiõe resecat: sit plerũq3 vt vegetata mens / paulo altius radio sue speculationis inhereat: et per hec figat spiritum qui trãsibat. Nec tamẽ hec ipsa contẽplationis mora divinitatis plene vim aperit: quia eius immẽsitas humanas vires auctas sublevatasq3 transcendit. Unde et bene subditur.

C. S. Q: si homo nõ peccasset / in carne futurus esset spiritualis: qui peccando factus est mente carnalis: atq3 visibilibus immersus / ad invisibilia non assurgit.

C. Stetit quidam cuius nõ agnoscebã vultum. Quidã namq3 non dicimus / nisi de eo vtiq3 / quẽ exprimere aut nolumus / aut non valemus. Sed qua mente hoc loco dicit quidam / videlicet exponit cũ protinus subinfert. Cuius nõ agnoscebam vultũ. Humana quippe ãia / primorũ hominum vitio a paradisi gaudiis expulsa / lucẽ invisibilium perdidit: et totam se in amorem visibilium fudit: tantoq3 ab interna speculatione cecata est / quãto foras deformiter sparsa. Unde fit vt nulla noverit / nisi ea que corporeis

B

oculis (vt ita dixerim) palpãdo cognoscit. Homo enĩ qui si preceptum servare voluisset: etiam carne spiritualis futurus erat: peccando factus est etiam mente carnalis: vt sola cogitet que ad animũ per imagines corporũ trahit. Corpus quippe est celi / terre / aquarũ / animaliũ / cunctarũq3 rerum visibiliũ / quas indesinẽter intuetur. In quibus dum totã se delectata mens proiicit: ab interne intelligentie subtilitate grossescit: et quia iam erigere ad summa se non valet: in his infima libenter iacet. Cum vero miris conatibus ab his exurgere nititur: magnũ valde est / si ad cognitionẽ suam (repressa corporali specie) anima perducatur: vt semetipsam sine corporea imagine cogitet: et cogitando se / viam sibi vsq3 ad considerandam eternitatis substantiam paret.

Capitulum. xxv.

HOc autem modo quasi quãdam scalam sibi exhibet semetipsam: p quã ab exterioribus ascendendo in se transeat: et a se in auctorem tendat. Cum enĩ corporeas imagines deserit: in semetipsam mẽs veniens / non modicũ ascendit. Sed quis incorporea sit anima: quia tamẽ corpori inheret / ex ipsa sui qualitate localis cognoscitur / que carnali loco retinetur. Que dum obliviscitur scita: cognoscit incognita: meminit oblivioni mandata: hilarescat post tristia: ad dicit post leta: ipsa sui diversitate indicat / quantum a substantia eterne in-

C

commutabilitatis distat: que semper vt est / idem est: vbiq3 presens: vbiq3 invisibilis: vbiq3 tota: vbiq3 incõprehensibilis: per inhiantem mẽtem sine aspectu cernitur / sine voce auditur / sine motu suscipit / sine corpore tangit / sine loco retinetur. Hanc nimirũ substantiã cum animus cogitat assuetus rebus corporalibus / diversarũ imaginũ phãtasmata sustinet. Que dũ ab intẽtionis sue oculis abigit manu discretionis: postponẽs ei oĩa / iam hanc aliquatenus cõspicit. Quã si necdũ quid sit apprehendit: agnovit certe quid nõ sit. Quia ergo ad insueta mens rapit / cũ divinitatis essentiã rimatur: recte nunc dicit. Stetit quidã cuius non agnoscebam vultum. Bene autẽ dictũ est / stetit. Ois quippe creatura quia ex nihilo facta est: et p semetipsã ad nihilum tendit: nõ stare habet / sed defluere. Rationalis vero creatura eo ipso quo ad imaginẽ auctoris condita est / ne ad nihilũ trãseat figitur. Irrationalis autẽ nequaq3 figit: sed donec visionis sue ministerio vniversitatis speciem impleat / transeundo tardat. Nã etsi celum ac terra post incternũ permanẽt: ex semetipsis tamẽ nũc ad nihilum properant: sed pro eorum vsu quibus serviunt / in melius mutãda pseverãt. Stare ergo / solius creatoris est: per quẽ cũcta nõ transeuntẽ trãseunt: et in quo aliqua ne trãseãt retinent. Unde et redẽptor noster / quia divinitatis eius statuss capi ab humana mente non potuit: hic nobis ad nos veniens creatus / natus / mortuus / sepultus / resurgens / atq3 ad celestia rediens: quasi transeũdo monstrauit. Quod bene per euangelium illuminato ceco innotuit: cui transiens auditum prebuit / sed stans oculos reparavit.

Mar. x.

D

Per humanitatis quippe dispensationẽ trãsire habet: per divinitatis vero potentiam (qua vbiq3 presens est) stare. Voces igitur cecitatis nostre dominus audire transiens dicit: quia humane miserie factus homo miseretur. Stans autem lucem reparat: quia infirmitatis nostre tenebras ex virtute divinitatis illustrat. Bene ergo postq̃ dictũ est: Cũ spiritus me presente transiret / subditur. Stetit quidam cuius non agnoscebam vultũ. Ac si aperte diceretur. Eum quem per transitum sensi: non transire deprehendi. Ipse est ergo qui transit: ipse qui stat. Trãsit enim: quia teneri cognitus nõ valet. Stat autem / quia inquantũ cognoscitur / incõmutabilis apparet. Quia igitur raptim is qui semper idem est / cernitur: simul deus et transiens et stans videtur. Vel certe stare eius est / nulla mutatione variari: sicut ad Moysen dicitur. Ego sum qui sum. Et sicut hunc Iacobus insinuat dicens. Apud quem non est transmutatio / nec vicissitudinis obumbratio. Quia vero quisquis iam aliquid de contemplatione eternitatis apprehendit: hanc per coeternam eius speciẽ conspicit: recte subiũgitur. Imago coram oculis meis. Imago quippe patris / filius est: sicut de cõdito homine Moyses insinuat dicens. Creavit deus hominẽ ad imaginem dei fecit illum. Et sicut per expressionem sapientie de dei filio quidam sapiens dicit. Candor est enim lucis eterne. Et sicut Paulus ait. Qui cum sit splendor glorie: ac figura substantie eius. Cũ ergo eternitas eius cernitur prout infirmitati nostre possibilitas admittit: imago eius / mẽtis nostre oculis antefertur: quia cum vere in patrem tendimus: hunc quãtum accipimus / per suã imaginem. i. per filium videmus: et per eam speciem que de ipso sine initio nata est: eum aliquo modo cernere qui nec cepit nec desinet / conamur. Unde et hec eadem veritas in euangelio dicit. Nemo venit ad patrem / nisi p me. Bene autem subditur.

Exodi iij.

Iaco. j.

Gen. j.

Sap. vij.

Heb. j.

E

Io. xiiij.

C. S. Q: per auram lenem spiritusſanctus accipiatur / cuius presentiam ex subtilitate sua Helias agnovit. Unde in libro regum non in spiritu grandi et forti: neq3 in commotione: neq3 in igne: sed in sibilo aure tenuis trãsitum domini intellexit.

C. Et vocem quasi aure lenis audivi. Quid enim p vocem aure lenis / nisi cognitio spiritusſancti designatur? Qui de patre procedẽs / et de eo quod est filii / accipiens / nostre tenuiter notitie infirmitatis infunditur. Qui tamen super apostolos veniens per exteriorẽ sonum tanq3 per vehementẽ spiritum demonstratur / cum dicitur. Factus est repẽte de celo sonus tanq3 advenientis spũs vehementis. Sanctus enim spiritus cũ se notitie humane infirmitatis insinuat: et sonitu vehementis spiritus / et voce aure lenis exprimitur: quia videlicet veniens / et vehemens est et lenis. Lenis: quia notitiam suam / quatenus cognosci vtcũq3 valeat: nostris sensibus temperat. Vehemens: quia quãtũlibet hãc temperet: adventu tamẽ suo infirmitatis nostre cecitatem illuminãdo perturbat. Illustratione enim sua nos leniter tangit: sed inopiam nostram immaniter cõcutit. Vox ergo dei quasi aure lenis auditur: quia in hac adhuc vita positis contemplatoribus suis nequaq3 se divinitas sicut est insinuat: sed lippientibus mentis nostre oculis claritatem suam tenuiter demonstrat. Quod bene ipsa legis acceptione signatur / cũ dicitur quia Moyses ascendit / et dominus in mõtem descendit.

Act. ij.

F

Exodi xxxiiij.

Capitulum. xxvj.

MOns quippe est ipsa nostra cõtẽplatio: in quã nos ascẽdimus: vt ad ea que vltra infirmitatẽ nostrã sunt vidẽda sublevemur. Sed in hãc dñs descẽdit / quia nobis multum proficientibus / parũ de se aliqd sensibus nostris aperit: si tamẽ hic in illo vel parũ vel aliquid potest: qui vnus semp et idem pmanẽs / intelligi partiliter non potest: et tamen a suis fidelibus participari dicit: cum in eius substantia pars nullatenus admittatur. Sed quia hunc exprimere perfecto sermone nõ possumus humanitatis nostre modulo: quasi infantie imbecillitate prepediti: cum aliquatenus balbutiendo resonamus. Quia vero et in magna cõtẽplatione sublevati / subtile quid de eternitatis cognitiõe pstringimus / sacre historie verbis ostendit / cũ de cognitione dei pphetarum nobilis Helias edocetur. Cui cum transiturum ante eum se dñs promitteret / dicens: Ecce dominus transit: et spiritus

iij. Regũ xix.

G grandis et fortis subuertens montes: et cõterens petras ante dominũ: illico adiungit. Non in spiritu dñs. Et post spiritum cõmotio: non in cõmotione dñs. Et post cõmotionẽ ignis: nõ in igne dñs. Et post ignẽ sibilus aure tenuis: et ibi dñs. Spiritus quippe ante dominum euertit montes/ et petras cõterit: quia pauor qui ex aduẽtu eius irruit: et altitudinem cordis nostri deijcit: et duritiam liquefacit. Sed spiritui cõmotionis et igni non inesse dñs dicit: esse vero in sibilo aure tenuis nõ negat: qȝ nimirum mens cum in contẽplationis sublimitate suspendit: quicquid perfecte cõspicere preualet/ deus nõ est. Cum vero subtile aliquid conspicit: hoc est qđ de incomprehensibili substantia eternitatis audit. Quasi enim sibilũ tenuis aure percipimus: cum saporẽ incircũscripte veritatis contẽplatione subita subtiliter degustam⁹. Tunc ergo verum est qđ de deo cognoscimus: cum plene nos aliquid de illo cognoscere non posse sentimus. Unde bene illic subditur. Qđ cum audisset Helias: operuit vultum suum pallio: et ingressus stetit in ostio spelunce. Post aure tenuis sibilum/ vultum suum propheta pallio operuit: qȝ in ipsa subtilissima cõtẽplatione veritatis/ quãta ignorantia homo cõtegat/ agnoscit. Uultum nãqȝ palliũ supducere est/ ne altiora mens querere audeat/ hãc ex cõsideratione ꝓprie infirmitatis velare: vt nequaqȝ intelligentie oculos vltra se precipitãter aperiat: sed ad hoc qđ apprehendere non valet/ reuerẽter claudat. Qui hec agens/ in spelunce ostio stetisse describitur. Quid nãqȝ spelũca nostra est/ nisi hec corruptionis habitacio: in qua adhuc ex vetustate retinemur? Sed cũ aliqđ ꝑcipere de cognitione diuinitatis incipim⁹/ quasi iã in spelũce nostre ostio stamus.

H Quia enim progredi ꝑfecte nõ possumus: ad cognitionẽ tamẽ veritatis inhiantes/ iam aliquid de libertatis aura capiamus. In ingressu ergo spelũce stare est/ repressio nostre corruptionis obstaculo/ ad cognitionẽ veritatis incipere exire. Unde et nube in tabernaculum descendente/ israelite longinquo cernẽtes/ in papilionũ suorũ ostijs stetisse memorantur: quia hi qui aduentum diuinitatis vtcũqȝ conspiciunt/ quasi iam ex habitaculo carnis procedunt. Quia igitur humana mẽs quãtalibet se virtute tetenderit: vix de intimis extrema cognoscit: recte nunc dicitur. Et vocem quasi aure lenis audiui. Sed quoniam cum de se saltem parum nobis diuina cognitio exhibet: infirmitatis nostre ignorãtiam perfecte docet: qui vocem aure lenis audiuit/ dicat que ex ipsa hac auditione didicerit. Sequitur.

Exodi xxxiij.

❡ S. De qui de flagello dei murmurãt/ iustitiam ferientis accusant.

❡ Nunquid homo dei cõparatione iustificabitur: aut factore suo purior erit vir? Humana iustitia diuine iustitie cõparata/ iniustitia est: qȝ et lucerna in tenebris fulgere cernitur: sed in solis radio posita tenebrat. Quid ergo eliphas raptus in contẽplatione cognouit/ nisi qȝ iustificari homo dei comparatione non possit? Recta nãqȝ credimus que exterius operamur: sed cum minime interna

I cognoscim⁹/ quasi in solis radio positi caligam⁹. Cũ vero illa vtcũqȝ percipimus/ ista nõ vtcũqȝ iudicam⁹: qȝ tãto quisqȝ subtili⁹ de tenebris iudicat/ quãto ei veri⁹ claritas lucis constat. Qui enim lucem videt: scit quid de tenebris estimet. Nã qui candorẽ lucis ignorat: etiã obscura ꝓ lucidis approbat. Bene autẽ subdit. Aut factore suo purior erit vir? Quisquis de percussione murmurat: qđ aliud qȝ iustitiam ferientis accusat? Puriorẽ ergo se vir factore suo estimat: si cõtra flagellum querelã parat: eũqȝ sibi procul dubio postponit: cuius iudicium de sua afflictione redarguit. Ut ergo homo reprehẽdere nõ audeat iudici⁹ culpe/ hũc humiliter cogitet auctorẽ nature: quia qui mire hominẽ ex nihilo fecit: factum impie non affligit. Quod tunc eliphas didicit/ cum vocem quasi aure lenis audiuit. In consideratione nãqȝ diuine magnitudinis discit qȝ humiliter in sua animaduersiõe timeat. Et qđ superna degustat/ inferiora equanimiter tolerat: qȝ plene intus conspicit/ quãti estimet qđ foris agit. Male eni se rectũ putat: qȝ regulã summe rectitudinis ignorat. Et sepe lignũ rectũ credit/ si ad regulã nõ ducat: sed cum regule iungit: per quãtam tortitudinem tumescit inuenit: qȝ nimirũ rectitudo accedẽs increpat qđ oculus decept⁹ approbat. Eliphas itaqȝ quia superna cõspexit/ districtum iudiciũ de inferiorib⁹ exerit. Et quia beatũ Job non recte

K redarguit: in comparatione tamen creatoris olm/ omniũ creature modum recte describit/ dicens.

❡ S. De deus angelicam naturam cõdidit mirabilem: vt ex libero arbitrio qui manere nollent ruerent: et maioris meriti fierent qui mutabilitatis sue conditionem voluntatis statione fixissent.

❡ Ecce qui seruiũt ei/ nõ sunt stabiles: et in angelis suis reperit prauitatem. quãto magis hi qui habitant domos luteas: qui terrenum habent fundamẽtum/ consumẽtur velut a tinea?

Capitulum. xxvij.

Natura angelica et si contemplationi auctoris inherẽdo/ in statu suo immutabiliter ꝑmanet: eo ipso tamen quo creatura est/ in semetipsa vicissitudinem mutabilitatis habet. Mutari autem/ ex alio in aliud ire est: et in semetipso stabilẽ non esse. Unaqueqȝ enim res quasi tot passibus ad aliud tẽdit/ quot mutabilitatis sue motibus subiacet. Sola autem natura incomprehensibilis a statu suo nescit moueri: que ab eo qđ semper idem est/ nescit immutari. Nam si angelorum substãtia a mutabilitatis motu fuisset aliena/ bene ab auctore condita: nequaqȝ in reprobis spiritibus a beatitudinis sue arce cecidisset. Mire autem omnipotẽs deus naturã summorũ spirituũ bonã/ sed mutabilẽ condidit: vt et qui permanere nollent/ ruerẽt: et qui in cõditione persisterẽt/ tanto in eã dignius/ quãto ex arbitrio starent: et eo maioris apud deũ meriti fierent/ quo mutabilitatis sue motũ/ volũtatis statione fixissent. Quia ergo ipsa quoqȝ natura angelica est in semetipsa mutabilis: quam videlicet mutabilitatẽ vicit ꝑ hoc qȝ ei qui semꝑ idem est/ vinculis amoris alligatur: recte nunc dicitur. Ecce qui seruiunt

L ei/ non sunt stabiles. Atqȝ eiusdem protinus documentũ mutabilitatis adiungit: cũ de apostatis spiritibus subinfertur. Et in angelis suis reperit prauitatẽ. Ex quorũ comparatione bene casus infirmitatis humane cõsiderationẽ colligit: cum illico adiungit. Quãto magis hi qui habitant domos luteas/ qui terrenum habent fundamentum/ cõsumentur velut a tinea? Luteas quippe domos habitamus: qȝ in corporibus terrenis subsistimus. Que bene paulus considerãs ait. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Et rursum. Scim⁹ quia si terrestris domus nostra huius habitatiõis dissoluatur/ qȝ edificationẽ ex deo habemus domũ non manufactã. Terrenum quoqȝ fundamentum est substantia carnis. Qđ in se sollicite psalmista conspexerat/ cum dicebat. Non est occultatum os meum a te/ qđ fecisti in occulto: et substantia mea in inferiorib⁹ terre. Tinea autem de veste nascitur: et eandem vestẽ de qua oritur/ oriendo corrũpit. Quasi quedã vero vestis anime caro est. sed hec nimirum vestis habet tineam suam: quia ab ipsa carnalis tẽtatio oritur/ et qua laceratur. Quasi enim quadam sua tinea vestis nostra cõsumitur/ cum caro corruptibilis temptationem gignit: et per hanc ad interitum peruenit. Uelut a tinea homo cõsumitur/ cum de se oritur vnde cõteratur. Ac si aperte di-

ij. Cor. iiij
ij. Cor. v.

Psalm. cxxxviij.

M cat. Si illi spiritus esse et se incõmutabiles nequeũt/ qui nulla carnis infirmitate deprimuntur: qua temeritate se homines in bono permanere constãter existimãt/ quos in eo quod intellectus ad summa vehit: carnalis infirmitas aggrauans prepedit: vt per corruptionis vitiũ in semetipsis habeant/ vnde ab intima nouitate veterascant?

Capitulum. xxviij.

Possunt quoqȝ per angelos/ sancti doctores intelligi: sicut per prophetam dicit. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: et legem requirent ex ore ei⁹: quia angelus domini exercituũ est. Qui quantalibet virtute fulgeant: esse omnino sine culpa nequeunt: cũ iter presentis illecebrose vite gradiunt: qȝ eorũ nimirũ gressus tangitur aut luto illiciti operis/ aut puluere cogitationis. Domos autem luteas habitant: qui de illecebrosa hac vita carnis exultant. Hanc domũ luteam paulus contempserat habitare/ cum dicebat. Nostra autem conuersatio in celis est. Dicat ergo. Ecce qui seruiunt ei/ nõ sunt stabiles: et in angelis suis reperit prauitatem. quanto magis hi qui habitant domos luteas/ qui terrenum habent fundamentum/ consumẽtur velut a tinea? Ac si aperte dicat. Si presentis vite viam illi sine contagione transire nequeunt: qui eterna cogitantes † se contra tẽporalia accingunt: que detrimenta illi sustinent/ qui esse se in carnalis habitationis voluptatibus gaudent?

Malach. ij.

Philip. iij

† al. nunciantes.

A

Qui enim seruiunt ei/non sunt stabiles: quia cũ mens ad alta nititur/carnis sue cogitatione dissipatur: ita vt sepe animus dum intimis inhiat: dum solis celestia expectat/subita carnali delectatione percussus/a semetipso lapsus iaceat: et qui se infirmitatis sue molestias superasse gaudebat: repẽtino vulnere prostratus gemat. Prauitas ergo et in angelis reperitur/dum ipsos quoqꝫ qui veritatẽ nũciant/nõnunq̃ surreptio vite fallacis grauat. Si ergo hi etiã mũdi hui⁹ iniquitate feriunt: quos contra eã sancta intentio erigit: quibus ictib⁹ illi penetrant/quos ante ei⁹ iacula/ipsa infirmitatis sue delectatio sternit? Qui bene velut a tinea consumi describunt. Tinea quippe dãnum facit/et sonitũ non facit. Ita iniquorũ mẽtes qꝛ dãna sua cõsiderare negligũt: integritatẽ quasi nescientes pdunt. Amittunt nãqꝫ a corde innocẽtiam: ab ore veritatẽ: a carne continentiã: et p accessum temporis ab etate vitã. Sed hec se indesinẽter amittere nequaq̃ conspiciũt: dum toto desiderio curis tẽporalibus occupãtur. Quasi ergo a tinea cõsumunt: qꝛ sine sonitu/culpe morsum tolerãt: dum quãta detrimẽta vite et innocentie patiant/ignorãt. Unde et bene subdit. [De mane vsqꝫ ad vesperã succidenť.] A mane vsqꝫ ad vesperã peccator succidit: dum a vite sue exordio vsqꝫ ad terminũ iniquitatis ppetratione vulnerat. Omni nãqꝫ tẽpore reprobi p augmentũ malitie ꝑtra se ictus ingeminãt: quib⁹ succisi in profundum ruunt. De

Ps. liiij.

quib⁹ bene p psalmistã dicit. Viri sanguinũ et dolosi nõ dimidiabũt dies suos. Dies quippe dimidiare/est tempus vite male in voluptatib⁹ ductum/ad penitentie lamenta diuidere: atqꝫ hoc ad bonum vsum partiendo reparare. Sed iniqui dies suos nequaq̃ dimidiãt: qꝛ puersam mẽ

Ephe. v.
B

tem nec in extremo tẽpore immutãt. Quo cõtra bene Paulus admonet/dicẽs. Redimẽtes tẽp⁹: qm̃ dies mali sũt. Tẽpus quippe redimim⁹/quãdo anteactã vitã quã lasciuiendo pdidim⁹/flẽdo reparam⁹. Sequit. [Et qꝛ nullus intelligit/ineternũ peribunt.] Nullus videlicet eorũ qui a mane vsqꝫ ad vesperã succidẽtur. Nullus intelligit vel eorũ qui pereunt/ vel eorũ qui pditos mores pereũtium

Esaie. lvij

imitant. Unde alias scriptũ est. Iust⁹ perit: et nemo est qui recogitet in corde suo: et viri misericordie colligũtur: qꝛ nõ est qui intelligat. Iniqui ergo dũ sola tẽporalia appetunt: et que bona electis ineternũ maneãt/scire contẽnũt: dũ iustorũ afflictionẽ conspiciunt: sed que sit afflictionis retributio non agnoscũt: actionis sue pedẽ in ꝓfundum porrigunt: qꝛ a luce intelligentie sponte sua oculos claudunt. Multis enim malis voluptatibus decepti/dũ que vident/tẽporaliter diligunt/a semetipsis alienati non vident vbi ineternũ ruunt. Potest etiam mane ꝓsperitas/vespere huius mundi aduersitas designari. De mane ergo vsqꝫ ad vesperã reprobi succidunt: qꝛ et p prospera lasciuientes depereunt: et per aduersa impatientes ad insaniam exurgũt. Quos de mane vsqꝫ ad vesperam nequaq̃ culpa succi deret: si vł prospera fomentũ crederẽt: vel aduersa sectionem sui vulneris estimarent. Capłm. xxix.

C

S Ed quia nequaq̃ sic humani generis multitudo deseritur: vt cũcta ad interitum tendere permittatur: sunt nonnulli qui presentis vite oblectamẽta despiciũt: etiam cum affluũt/transitoria esse considerãt: atqꝫ hec ex amore eternitatis calcãt. Cũqꝫ in hoc primo gradu iudicij gressus suos ponũt/vegetiores ad altiora perueniunt: vt cuncta temporalia nõ solum quia citius sunt amittenda/despiciant: sed his inherere nõ appetant: etiam si eterna esse potuissent. Ea pulchre conditis amorem subtrahunt: quia in ipsum auctorem pulchritudinis cordis passibus tendunt. Et sunt nonnulli qui bona vite presentis diligunt: sed tamen hec nullatenus assequuntur: qui rebus temporalibus totis desiderijs inhiant: mundi gloriam querunt/ et adipisci nequaq̃ possunt. Hos (vt ita dixerim) cor ad mundum pertrahit/mundus ad cor repellit. Nam sepe contingit vt ipsis suis aduersitatibus fracti ad mẽtem redeant: et in semetipsis reuersi/considerent q̃ sint inania que querebant: seseqꝫ pro tam stulto desiderio protinus ad lamẽtum vertant: et tanto valentius eterna desiderent/quanto se stulti⁹ laborasse pro tẽporalibus dolent. Unde bene descriptis reprobis subditur.

C S. Ex eos quos mundus hic despicit/deus eligit: et quid sit q̃ puer Amalechita dux Dauid in persecutione hostium efficitur.

C Qui autem reliqui fuerint/auferentur ex eis. [Quos

D

alios reliquos/nisi huius mundi despectos accipimus? Quos dum presens seculum ad nulli⁹ glorie vsum eligit/quasi minimos indignosqꝫ derelinquit. Sed mundi reliquos auferre dñs dicitur: quia despectos huius seculi eligere dignatur: Paulo attestante qui ait. Nõ multi sapientes scḋm carnem: non multi potentes: non multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit deus/vt confundat sapientes: et infirma mundi elegit deus/vt confundat fortia. Quod bene in libris regum/egyptio puero in via lassescente signatur: quem amalechita egrotum in itinere deserit: Dauid vero inuenit: cibo reficit: ducem sui itineris facit: amalechitam persequitur: epulantem reperit/et funditus extinguit. Quid est enim q̃ egyptius amalechite puer in itinere lassatur: nisi q̃ amator presentis seculi peccati sui nigredine opertus: sepe ab eodem seculo inermis despectusqꝫ relinquitur: vt cum eo currere nequaq̃ valeat: sed fractus aduersitate torpescat? Sed hunc Dauid inuenit: quia redẽptor noster veraciter manu fortis/nõnunq̃ quos despectos a mũdi gloria reperit/in suum amorem cõuertit. Cibo pascit: quia verbi scientia reficit. Ducem itineris eligit: quia suum etiam predicatorem facit. Et qui amalechitam sequi nõ valuit/dux Dauid efficitur: quia is quem indignum mundus deseruit/non solum cõuersus in suam mẽtem dominũ recipit/sed predicando hunc etiam vsqꝫ ad aliena corda pducit. Quo videlicet duce Dauid cõuiuãtem amalechitã inuenit et extinguit: qꝛ ipsis predicãtibus Christus mũdi letitiã destruit: quos mundus habere comites despexit. Quia igit plerũqꝫ quos mũdus relinquit/dñs eligit: recte nunc di

E

citur. Qui reliqui fuerint/auferenť ex eis. Sequit. [Morientur: et non in sapientia.] Quid est q̃ superius reproborum interitum protulit/dicens: quia nullus intelligit: in eternũ peribũt: et de electis dei illico adiũxit: Qui reliqui fuerint/auferenť ex eis. et hoc protin⁹ qḋ eisdem electis non conueniat/dicens subdit. Morientur/et nõ in sapientia? Si enim a reprobis diuinitus auferũtur/quo pacto mori non in sapiẽtia dicũtur? Sed nimirũ sacre scripture consuetudo est: vt cum aliquid narrat/interposita alterius cause sententia/ad superiora protinus redeat. Nam postq̃ dixit: Et quia nullus est qui intelligat: ineternum peribũt: electorũ mox sortem subintulit/dicens. Qui autem reliqui fuerint/auferenť ex eis. Et rursum sententie sue oculũ/in eum quẽ predixerat interitum reproborum mittens: subito adiunxit. Morientur/et non in sapientia. Ac si diceret. Hi quos dixi quia nõ intelligentes ineternum peribũt: procul dubio nõ in sapientia morienť. Sed hunc esse nõnunq̃ morem sacri eloquij melius ostẽdim⁹: si ex eo aliquã huius rei similitudinẽ proferamus. Pau

F

lus nãqꝫ apostolus cũ dilectũ discipulum de institutis ecclesie officijs admoneret: ne quos forte ad sacros ordines inordinate proueheret/dixit. Manus cito nemini im

i. Tim. iiij

posueris: neqꝫ cõmunicaueris peccatis alienis: te ipsum castum custodi. Qui ad infirmitatem eius corporis protinus verba cõuertens ait. Noli adhuc aquã bibere: sed

i. Timo. v.

modico vino vtere/ꝓpť stomachũ tuũ/et frequẽtes tuas infirmitates. Statimqꝫ subiungit/dicens. Quorũdã hominũ peccata manifesta sunt precedentia ad iudiciũ: quorũdam autem et subsequũtur. Quid ergo ad illud pertinet q̃ ab infirmo aquã bibi prohibuit: hoc qḋ de peccatis absconditis quorũdam hominũ manifestisqꝫ subiunxit: nisi q̃ interposita de eius infirmitate sententia: ad hoc in extremo redijt/qḋ superi⁹ dixit: Manus cito nemini imposueris: neqꝫ cõmunicaueris peccatis alienis. Ut enim hec eadem peccata quanta sollicitudine perquirenda essent ostenderet: interposita contra infirmitatis molestiã discretionis admonitione/ protinus intulit q̃ in aliis patefierent: in alijs laterent/dicens. Quorundam hominum peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium: quorũdam autem et subsequuntur. Sicut ergo per hanc sententiam nõ eisdem verbis Paulus congruit/quibus eam loquens de timothei infirmitate subiunxit: sed ad illud redijt qḋ superius intermittendo narrauit: ita hoc loco eliphas cum de electis diceret: qui reliqui fuerint/auferentur ex eis: illico adiungens: Morientur/et non in sapiẽtia: ad illud protinus recurrit qḋ superius de reprobis protulit/dicens: et quia nullus intelligit: ineternum peribunt. Capitulum. xxx.

G Inferiso autem reprobi electos despiciunt/q ad vitam inuisibilē per visibilē mortē tendunt. De quibus bene nūc dicitur. Morientur: ꝛ nō in sapientia. Ac si aperte diceret. Mortem quidem ꝛ sapientes pariter fugiunt/sed sapientiam penitus deserūt: mortis autem laqueos non euadūt. Et q quādoq morituri viuere moriēdo potuerāt: dum mortem que procul dubio ventura est/metuunt: ꝛ vitam simul ꝛ sapientiā perdunt. Ac contra iusti in sapientia moriunt: quia mortem quam deuitare funditus nequeunt: cum pro veritate imminet/ differre cōtemnunt: cāmq₃ dū equanimiter ferunt/penā propaginis vertūt in instrumētū virtutis: vt inde debeat vita recipi: vnde p̄ prime culpe meritū cogit finiri. Sed quia eliphas hec contra iniquos veraciter protulit: beatum Job reprehensibilem estimans/de fastu se sapientie inflauit. Unde et post predicamenta tante rectitudinis/ irrisionis verba subiungit/dicens.

❡ Capitulum Quintum Textus Libri beati Job.

Uoca ergo si est qui tibi respondeat/ꝛ ad aliquem sanctorū cōuertere. Uirum stultū interficit iracūdia: et paruulū occidit inuidia. Ego vidi stultum firma radice: ꝛ maledixi pulchritudini eius statim. Longe fient filij eius a salute/et conterentur in porta: ꝛ nō erit qui eripiat. Cuius messem famelicus comedet/ ꝛ ipsū rapiet armatus: et bibent sitientes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit: et de humo non egredietur dolor. Homo nascitur ad laborē: et auis ad volatum. Quāobrem ego deprecabor dominū: et ad deū ponā eloquiū meū. Qui facit magna ꝛ inscrutabilia: et mirabilia absq₃ numero. Qui dat pluuiam super faciem terre/et irrigat aquis vniuersa. Qui ponit humiles i sublime/ ꝛ merentes erigit sospitate. Qui dissipat cogitationes malignorū/ne possint iplere man⁹ eorum qđ ceperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorū/ ꝛ consilium prauorum dissipat. Per diem incurrent tenebras: ꝛ quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Porro saluum faciet egenū a gladio oris eorum: ꝛ de manu violenti pauperē. Et erit egeno spes: iniquitas autē cōtrahet os suum. Beatus homo qui corripitur a dn̄o. Increpationem ergo dn̄i ne reprobes: q̄ ipse vulnerat ꝛ medef: percutit/et manus eius sanabūt. In sex tribulationibus liberabit te/et in septima nō tanget te malū. In fame eruet te de morte: ꝛ in bello de manu gladij. A flagello lingue absconderis/et non timebis calamitatē cum venerit. In vastitate ꝛ fame ridebis: et bestias terre non formidabis. Sed cū lapidibus regionū pactū tuū/ ꝛ bestie terre pacifice erunt tibi. Et scies q pacem habeat tabernaculum tuum: et visitans speciem tuam non peccabis. Et scies quoniā multiplex erit semen tuum: et progenies tua quasi herba terre. Ingredieris in abūdantia sepulchrū/sicut infertur aceruus tritici in tēpore suo. Ecce hoc/vt inuestigauim⁹/ ita est: qđ auditum mente pertracta.

H ❡ Uoca ergo si est qui tibi respōdeat.] Si potēs enī de⁹ sepe eius precem in perturbatione deserit: qui precepta illius in trāquillitate contemnit. Unde scriptum est. Qui auertit aurē suam ne audiat legē: oratio eius erit execra-

I Prouer. xxviij.

bilis. Uocare autem nostrū est humili deum prece deposcere. respōdere vero dei/est: effectū precibus pbere. Uita ergo. Uoca si est qui tibi respondeat. Ac si aperte dicat. Quātūlibet afflictus clames/deū tibi respōdentē nō habes: q̄ vox in tribulatione eum non inuenit: quē mens in tranquillitate cōtempsit. Ubi adhuc deridendo subiungit.] Et ad aliquē sanctorum cōuertere.] Ac si despiciēs dicat. Sanctos quoq₃ inuenire in afflictione adiutores non vales: quos habere socios in hilaritate noluisti. Qui post irrisionem protinus sententiā subdit dicens.

K ❡ S. Quātum peccatum sit ira qđ etiam homicidio cōparatur: ꝛ quomodo compesci debeat.

❡ Uirū stultum interficit iracundia: ꝛ paruulū occidit inuidia.] Que nimirū sententia vera esset/si illata cōtra tanti viri patientiā non fuisset. Sed nos pensem⁹ qđ dicitur: quis ab auditone sui virtute elidatur: vt ostendamus q̄ rectū est qđ pmittitur/si nō in beatū Job iniuste pmeret: cum scriptū sit. Tu autem dn̄e cū trāquillitate iudicas. Sciendū nobis magnopere est: quia quotiens turbulentos motus animi sub mansuetudinis virtute restringimus/ad similitudinē redire cōditoris conamur. Nā cū trāquillitatē mētis ira diuerberat: dilaniatā quodāmodo scissamq₃ perturbat: vt sibimetipsi non congruat: ac vim interne similitudinis amittat. Capitulum. xxxj.

Sap. xij.

Quanta ergo sit iracūdie culpa pensemus: per quā dū mā̄suetudo amittit/superne imaginis similitudo viciatur. Per iram sapiētia perditur: vt quid: quove ordine agendū sit/oīno nesciat: sicut scriptū est. Ira in sinu stulti requiescit. quia nimirum intelligētie lucem subtrahit: cum mētem permouendo confundit. Per iram vita amittitur/etsi sapientia teneri videatur: sicut scriptum est. Ira perdit etiam prudētes. q̄ scz cōfusus anim⁹ nequaq₃ explet: etiam si quid intelligere prudenter valet. Per iram iustitia relinquit: sicut scriptum est. Ira viri iustitiam dei non operatur. q̄ dū perturbata mens iudicium sue rationis exasperat: omne qđ furor suggerit/rectū putat. Per iram gratia vite socialis amittitur: sicut scriptum est. Noli esse assiduus cū homine iracundo: ne discas semitas eius/et sumas scandalum anime tue. Et idem. Quis poterit habitare cum homine cuius spirit⁹ facilis est ad irascēdum? Quia qui se ex humana ratione non temperat: necesse est vt bestialiter solus viuat. Per iram concordia rumpitur: sicut scriptū est. Uir iracundus parit rixas: et vir iracūdus effundit peccata. Iracūdus quippe peccata effundit: quia etiam malos quos incaute ad discordiam prouocat/peiores facit. Per iram lux veritatis amittit: sicut scriptū est. Sol nō occidat sup iracūdiam vestrā. q̄ cum menti iracūdia cōfusionis tenebras incutit: huic deus radium sue cognitionis abscōdit. Per iram sancti spirit⁹ splēdor excluditur quo cōtra/iuxta vetustā trāslationē scriptū est. Sup quē requiescet spirit⁹ meus/nisi sup humilē ꝛ quietū ꝛ trementem sermones meos? Cū enim humilē diceret/quietū ptinus adiunxit. Si ergo ira quietē mētis subtrahit/suā sancto spiritui habitationē claudit: cuius recessione animus vacuus/ad apertā mox insaniā ducit: ꝛ vsq₃ ad superficiem ab intimo cogitationū fundamento dissipat. Nam ire sue stimulis accensum cor palpitat: corpus tremit: lingua se ppedit: facies ignescit: exasperant oculi: ꝛ nequaq₃ recognoscuntur noti. Lingua quidē clamorē format: sed sensus quid loquat ignorat. In quo itaq₃ iste ab arreptitijs longe est: qui actionis sue conscius non est? Unde fit plerūq₃ vt vsq₃ ad man⁹ ira psiliat: ꝛ q̄ ratio longi⁹ recedit/ audacior exurgat: seq₃ ipm anim⁹ retinere nō valet: q̄ factus est potestatis alienē: ꝛ eo furor mēbra foris in ictibus exercet: q̄ int⁹ ipsam mēbrorū dominā mentē captiuā tenet. Aliqn aūt man⁹ nō exerit: sz in maledictionis iaculū linguā vertit. Fratris nāq₃ interitū precib⁹ exposcit: et hoc deū perpetrare expetit/qđ ipse peruersus hō facere vel metuit vel erubescit. Fitq₃ vt voto ꝛ voce homicidiū peragat/ etiā cū a lesione proximi manib⁹ cessat. Aliqn ira perturbato aīo q̄si ex iudicio silentium indicitur: quo se foras p linguā non exprimit/intus deterius ignescit: vt iratus q̄sq₃ collocutionē suā proximo subtrahat: et nil dicendo q̄ sit auersus dicat. Et nōnunq₃ hec silentij seueritas p disciplinę dispensationem geritur: si tamen sollicite in intimis discretionis forma teneatur. Nōnunq₃ vero dū accēsus animus a consueta locutione restringitur/per accessum

L Eccli. vij.

Jaco. j.

Prouer. xxvj.

Ephe. iiij.

Esa. lxvj.

M

[A] tēporis penitus a proximi dilectione separat: et acriores stimuli ad mentem veniunt: causeq; q̄ grauius exasperent oriuntur: atq; in irati oculo festuca in trabē vertitur/ dum ira in odiū permutatur. Plerūq; ira p silētiū clausa intra mentē vehementius estuat: et clamosas tacita voces format: vba sibi quib' exasperetur obijcit: et quasi in causę examine posita durius exasperata respondet: qd Salomon breuiter insinuat/ dicēs. [Prouer. xi.] Expectatio impiorū furor. Sicq; fit vt perturbatus animus maiorem strepitum sui silentij sentiat: eūq; grauius clausa ire flamma cōsumat. Unde bene ante nos quidam sapiens dixit. Cogitatiões iracundi: vipere sunt generationis: mentem comedunt matrem suam. Capitulum.xxxij.

S Ciendū vero est q nōnullos ira citi' accendit/ facilius deserit. Nōnullos vero tarde quidem cōmouet/ sed diuti' tenet. Alij nāq; accēsis calamis similes/ dū vocib' perstrepūt: quasi quosdā accensionis sue sonitus reddūt: citius quidē flāmā faciūt/ sed protin' in fauilla frigescūt. Alij autē lignis grauioribus durioribusq; nō dispares/ accensionē tarde suscipiūt: sed tamē accensi semel difficili' extinguuntur: et quia se tardius in asperitatē cōcitant/ furoris sui diutius ignē seruāt. Alij autē qd est nequius/ et citius iracūdie flammas accipiūt/ et tardius deponūt. Nōnulli vero has et tarde suscipiunt/ et citius amittunt. In quib' nimirū quatuor modis liquido lector agnoscat: q: et ad trāquillitatē bonū vltimus plusq; prim' appropinquat: et in malo scdm tertius superat. Sed quid pdest q iracundia quomodo mentem teneat dicim': si nō etiā qualiter cōpesci debeat exprimam'? [B] Duobus enī modis fracta possidere animū ira desueścit. Prim' quippe est vt mens sollicita anteq̄ agere qd libet incipiat/ omnea sibi quas pati potest contumelias pponat: quaten' redēptoris sui probra cogitans: ad aduersa se pparet. Que nimirū venientia tanto forti' excipit/ quāto se cauti' ex prescientia armauit. Qui enim improuidus ab aduersitate deprehendit/ quasi ab hoste dormiēs inuenit: eūq; citius inimic' necat: quia non repugnantē pforat. Nā qui mala imminētia per sollicitudinem pnotat/ hostiles incursus quasi in insidijs vigilās expectat: et inde ad victoriā valenter accingit/ vnde nesciens deprehēdi putabatur. Solerter ergo animus ante actionis sue pmordia/ cuncta debet aduersa meditari: vt semp hec cogitās/ semper cōtra hec thorace patientie munitus: et quicquid accesserit/ prouidus superet: et quicquid non accesserit/ lucrum putet. Secundus autem seruande mansuetudinis modus est: vt cum alienos excessus aspicimus/ nostra quib' in alijs excessimus delicta cogitemus. Considerata qppe infirmitas propria/ mala nobis excusat aliena. Patiēter nāq; illatā iniuriā tolerat: qui pie meminit q fortassis adhuc habeat in quo debeat ipse tolerari. Et quasi aqua ignis extinguit/ cū surgēte furore animi/ sua cuiq; ad mētē culpa reuocatur: q: erubescit sibi petā nō parcere/ qui vel deo vel primo sepe se recolit parcenda peccasse. Capitulum.xxxiij.

[C] S Ed inter hec solerter sciendū est/ q alia est ira quā īpatiētia excitat: alia quam zel' iustitie format. Illa ex vitio/ hec ex virtute generat. Si enī nulla ira ex virtute surgeret/ diuine animaduersiōis impetū phinees per gladiū non placasset. Hanc irā q: heli nō habuit/ motū cōtra se implacabiliter superne vltionis excitauit. Nā quo cōtra subditorū vitia tepuit/ eo cōtra illū districtio eterni rectoris exarsit. De hac ira p psalmistā [Ps. iiij.] dicitur. Irascimini/ et nolite peccare. Qd nimirū non recte intelligūt: qui irasci nos nobis tantūmodo/ non etiā proximis delinquētib' volunt. Si enim sic proximos vt nos amare pcipimur: restat vt sic eorū erratib'/ sicut nostris vitijs irascamur. De hac p Salomonē dicitur. [Eccles. vij.] Melior est ira risu: quia p tristitiā vult'/ corrigitur animus delinquētis. [Ps. vj.] De hac iterū psalmista ait. Turbat' est pre ira oculus me'. Ira quippe per vitiū oculū mentis excecat: ira autē per zelū turbat: quia quo saltē recti emulatione cōcutitur/ eo q̄ nisi trāquillo corde pcipi non pōt/ cōtemplatio dissipat. Ipse nāq; zel' rectitudinis/ quia inquietudine mentē agitat: ei' mox aciem obscurat: vt altiora in cōmotione nō videat/ que bene pri' trāquilla cernebat. Sed inde subtilius ad alta reducitur/ vnde ad tēpus ne videat reuerberatur. Nā ipsa recti emulatio eterna post paululū in trāquillitate largius aperit: que hic interim per cōmotionem claudit. Et vnde mens turbatur [D] ne videat/ inde proficit vt ad videndū verius clarescat. Sicut infirmanti oculo cū collyriū immittitur/ lux penit' negatur: sed inde eā post paululū veraciter recipit/ vnde hanc ad tēpus salubriter amittit. Nunq̄ vero cōmotioni contēplatio iungitur: nec pualet mens perturbata conspicere/ ad quod vix trāquilla valet inhiare: q: nec solis radius cernitur/ cū cōmote nubes celi faciem obducunt: nec turbatus fons inspicientis imaginē reddit/ quā trāquillus proprie ostēdit: quia quo eius vnda palpitat: eo in se speciem similitudinis obscurat. Sed cū per zelum animus mouet: curandū summopere est/ ne hec eadem q̄ instrumento virtutis assumitur/ menti ira dominetur: ne quasi domina preeat: sed velut ācilla ad obsequium parata/ a rationis tergo nunq̄ recedat. Tunc enim robusti' p̄tra vitia erigit/ cū subdita rationi famulat. Nā quātūlibet ira ex zelo rectitudinis surgat: si immoderata mentem vicerit/ rōni protin' seruire contēnit: et tanto se impudentius dilatat/ quāto impatiētie vitiū virtutē putat. Unde necesse est vt hoc ante oīa/ qui zelo rectitudinis mouetur/ attendat/ ne ira extra mētis dominiū trāseat: sed in vltione peccati tēpus modūq; considerās/ surgentem animi perturbationē subtili' retractādo restringat: aiositatem reprimat: et mot' feruidos sub equitate dispōat: vt eo fiat iustior vltor alien'/ quo pri' extitit victor suus: quaten' sic culpas delinquentium corrigat: vt ante ipse q̄ corrigit/ per patientiā crescat: et feruorē suum trāscendēdo diiudicet: ne intēperanter excitat' ipso zelo rectitudinis lōge a rectitudine aberret. Quia vero (sicut dixim') etiā laudanda boni emulatio mētis oculū turbat: recte [E] nunc dicit. [Uirum stultū interficit iracūdia.] Ac si aperte diceretur. Ira per zelum sapientes turbat: ira vero per vitiū stultos trucidat: quia illa sub ratiōe restrigit: hec vero irrationabiliter deuicte menti dominatur. Bene autem subditur.

C S. Quomodo inuidia cognoscitur.

C Et paruulū occidit inuidia.] Inuidere enī nō possumus/ nisi eis quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruul' ergo est qui liuore occidit: q: ipse sibi testimoniū perhibet/ q eo minor sit cui' inuidia torquetur. Hic est q hostis callidus primo homini inuidēdo surripuit: quia amissa beatitudine/ minorē se immortalitate illius agnouit. [Gen. iiij.] Hinc est q cain ad pperrandum fratricidium corruit: quia despecto suo sacrificio/ platū sibi infremuit/ cui' deus hostiā accepit: et quem meliorem se esse exhorruit/ ne vtcūq; esset/ amputauit. [Gen. xxv.] Hinc Esau ad psecutionem fratris exarsit: quia primogenitorū benedictione pdita/ quā tn̄ pro esu lenticule ipse vendiderat/ minorem se eo quē nascēdo pibat/ ingemuit. [Gen. xxxvij.] Hinc Joseph fratres sui hismaelitis trāseuntibus vendiderunt: q: cognito reuelationis mysterio/ ne se fieret melior/ eius profectibus obuiare conati sunt. [j. Regū xviij.] Hinc Saul dauid subditū lanceā intorquēdo persequit: quia quē magnis quotidie augeri virtutū successibus sensit/ vltra se excrescere expauit. Paruul' itaq; est q̄ inuidia occidit: q: nisi ipse inferior existeret/ de bono alterius non doleret. Cap.xxxiiij.

[F] S Ed inter hec sciendū est/ quia q̄uis per omne vitium qd perpetratur/ humano cordi antiqui hostis virus infundit: in hac tamē nequitia/ tota sua viscera serpens cōcutit: et imprimende malitie pestem vomit. De quo nimirū scriptum est. [Sap. ij.] Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nam cum deuictū cor liuoris putredo corruperit: ipsa quoq; exteriora indicant q̄ grauiter animum vesania instigat. Color quippe pallore afficit: oculi deprimunt: mens accenditur: et membra frigescunt: fit in cogitatione rabies: in dentibus stridor: cūq; in latebris cordis crescens abscōditur odium: dolore ceco terebrat conscientiā vuln' inclusum. Nil letum de proprijs libet: quia tabescentē mentem sua pena sauciat/ quā felicitas torquet aliena. quantoq; extranei operis in altum fabrica ducitur: tāto fundamentum mentis liuide pfundius suffodit: vt quo alij ad meliora properant/ eo ipso deterius ruāt. qua ruina videlicet etiam illud destruitur: quod i alijs actibus perfecto opere surrexisse putabatur. Nam inuidia cū mentem tabefecerit: cūcta que inuenerit bene gesta consumit. Unde bene per [Prouer. xiiij.] Salomonē dicitur. Uita carnium sanitas cordis: putredo ossium inuidia. Quid enī per vitā carnis/ nisi infirma

G quedā ac tenera: quid per ossa/nisi fortia acta signant? Et plerūq₃ contingit vt quidā cū vera cordis innocentia/in nōnullis suis actib⁹ infirmi videant: quidam vero iam quedā ante humanos oculos robusta exerceant: sed tamen erga aliorū bona int⁹ inuidie pestilētia tabescāt. Bene ergo dicit. Vita carniū sanitas cordis: quia si mētis innocentia custoditur/etiā siqua foris infirma sunt/quādoq₃ roborātur. Et recte subditur. Putredo ossium inuidia: quia ꝑ liuoris vitiū/ante dei oculos perdūt etiā fortia acta virtutū. Ossa quippe per inuidiam putrescere/est quedā etiā robusta deperire. Sed cur hec de inuidia dicim⁹/si nō etiam qualiter eruatur intimem⁹? Difficile nāq₃ est vt hoc alteri non inuideat/qđ adipisci alter exoptat: qꝛ quicqd temporale ꝑcipitur: tāto fit minus singulis/quāto diuiditur in multis. ꝛ idcirco desiderātis mētem liuor excruciat: quia hoc qđ appetit/aut funditus alter accipiens adimit: aut a quantitate restringit. Qui ergo liuoris peste plene carere desiderat: illam hereditatē diligat/quā coheredū numerus nō angustat: que et omnibus vna est/ꝛ singulis tota: que tāto largior esse ostenditur/quāto ad hanc ꝑcipientiū multitudo dilatatur. Imminutio ergo liuoris est affect⁹ surgens interne dulcedinis: et plena mors ei⁹/est perfectus amor eternitatis. Nā cum mens ei⁹ rei appetitu retrahitur/que accipientium numero partit: tāto magis proximū diligit/ quāto min⁹ ex profectu illius sua dāna pertimescit. Que si ꝑfecte in amore celestis patrie rapitur/plene etiā in ꝓximi dilectione solidatur: quia cum nulla terrena desiderat/nihil est

H qđ eius erga proximū charitati cōtradicat. Que nimirū charitas quid est aliđ q̄ mētis ocul⁹: qui si terreni amoris puluere tangitur/ab interne lucis mox intuitu lesus reuerberatur. Quia autē paruul⁹ est qui terrena diligit/magnus qui eterna cōcupiscit: pōt etiā sic nō incōuenienter intelligi. Paruulum occidit inuidia: quoniam hui⁹ pestis languore non moritur/nisi qui adhuc in desiderijs infirmatur.

Finit liber Quintus Moraliū sancti Gregorij.

Liber Sextus beati Gregorij continuans moraliter Quintum capitulum Iob.

S. Quid per nomen Iob e vulnera ei⁹ que a plāta pedis vsq₃ ad verticē pertulit: quid itē per vxorem maledictionē suadere conantē: quid q₃ per amicos consolatores accipiatur/breuiter recapitulatur. Capitulum primū.

Eruata historie veritate/beati Iob dicta amicorūq₃ illius/mystica proposui interpretatione discutere: quia cūctis vera scietibus liquet q₃ redemptorē mūdi totis suis allegationibus curat sancta scriptura ꝓmittere: cūq₃ ꝑ electos omnes/vt ꝑ eius scꝫ mēbra/studuit designare.

I Unde et idē beatus Iob latino eloquio dolens dicit: vt per eius et nomen et vulnera/redēptoris

Esa. liij. nostri passio designetur: de quo ꝓpheta ait. Uere lāguores nostros ipse tulit: et dolores nr̄os ipse portauit. Cui tētator ablatis oībus/ꝛ seruos ꝛ liberos occidit: qꝛ non solū iudaicū populū ex timore seruiētē/sed ipsos quoq₃ apostolos in suo amore regeneratos/passionis eius tempore telo ꝑfidie ꝑculit. Uulnerib⁹ beati Iob corpus atteritur: quia redēptor noster cōfigi clauis in crucis patibulo non dedignatur. A plāta autē pedis vsq₃ ad verticē vulnera suscepit: quia sanctam ecclesiam/que corpus ei⁹ est/non solum per extrema et vltima: sed vsq₃ ad summa mēbra persecutione seuiens tentator afflixit. Unde etiā

Colo. j. Paulus dixit. Compleo ea que desunt passionum christi in carne mea. Cui suadere vxor ad maledicendū nititur: quia carnales quiq₃ intra sanctam ecclesiam adiutores callidi tētatoris existunt. Que enī eū ad maledicendum ꝓuocat/vitā carnaliū designat: qui (vt supra diximus) iam intra sanctam ecclesiam incorrectis morib⁹ posita/quo per fidem bonis iuncta sūt: eo per vitam duri⁹ ꝓmunt. Quia enim quasi fideles vitari nequeūt: a fidelib⁹ tāto deterius/quāto et interius tolerātur. Amici vero illius qui quasi ad cōsolandū venisse: sed ad verba aspere inuectionis excedūt/hereticoꝝ speciē tenēt: qui cum cōtra bonos deū defendere nitūtur/offendūt. Hec itaq₃ superius latı⁹ dicta/nunc breuiter studui ex mystica designatiōe succingere: vt lector me⁹ ex ipsa hac replicatione meminerit me in hoc opere spirituali intellectui deseruire: et tamen cū vtilitatis ipsi⁹ vsus postulat/subtiliter quoq₃ studeo historie verba discutere. cum vero necesse est/simul vtrūq₃ cōplector: vt spirituales fruct⁹ allegoria generet: quos tamen ex radice historie veritas producit.

K Amicos vero beati Iob quos hereticorum speciē tenere diximꝰ: in dictis suis nequaq̄ per omnia reprobamus: qꝛ dum per supernā sententiā cōtra eos dicit: Non estis locuti corā me rectum: ꝛ protin⁹ subditur: Sicut seru⁹ me⁹ Iob: profecto liquet/quia nō omnino despicit/qđ ex melioris cōparatione reprobatur. In reprehensione quippe eius incaute dilabūtur: sed tamen qꝛ tāti viri amici sunt/ex familiaritate illi⁹ mystice multa didicerunt. Unde et (sicut superi⁹ dixim⁹) eoꝝ verbis etiam paulus vtitur: et hec in assertionis sue adiutoriū assumens/prolata ex veritate testatur. que tamen veritas recte reprehendit: quia quālibet fortis sciētia cōtra sanctū virū ꝓferri non debuit. Possunt ergo mystice eliphas verba pēsari: quib⁹ ad beatum Iob loquitur/dicens.

S. Qꝛ stultus fuerit iudeorum popul⁹/qui presentē dominum in carne spreuit: et filij eius sint qui perfidiam eius imitantur.

Ego vidi stultum firma radice: et maledixi pulchritudini eius statim. Capitulum. ij.

L Stultus quippe iudeoꝝ popul⁹ extitit: quia ipsam in carne presentiā eterne sapientie spreuit. Qui quasi firma radice ꝓualuit: qꝛ electorū vitam tēporaliter extinguēdo superauit. Sed hunc eliphas maledicēdo despicit: quia nimirū omnes heretici (quos tenere speciem amicos beati Iob dixim⁹) cū de nomine christi gloriātur/iudeoꝝ perfidiam ex auctoritate reprehendūt. De quo stulto protin⁹ subditur. Longe fient filij eius a salute. Filij hui⁹ stulti sunt omnes qui ꝑfidie illius predicatione generātur. Qui scꝫ a salute longe sūt: quia etsi tēporalē vitam sine afflictione ꝑcipiunt/eterna grauī⁹ vltione feriētur: sicut de eisdē filijs illius/dn̄s dicit. Ue vobis scribe et pharisei hypocrite/qui circuitis

Matth. xxiij. mare ꝛ aridā/vt faciatis vnū proselytū: et cū fuerit fact⁹/facitis eū filium gehēne duplo q̄ vos. Sequit. Et conterentur in porta: et non erit q̄ eripiat. Quis alius porte nomine/nisi mediator dei ꝛ hominū debet intelligi: qui

Joā. x. ait. Ego sum ostiū: ꝑ me si quis introierit/saluabit. Filij igit huius stulti extra portā ꝓficiunt/et in porta cōterūtur: qꝛ praue iudeoꝝ soboles ante mediatoris aduentū/in legis obseruatione floruerūt: sed in ipsa redemptoris nostri ꝓsentia/a diuinitatis obsequio/ꝓfidie sue meritis

M repulsi ceciderūt. Quos nimirū nō est q̄ eripiat: quia scꝫ dum ipsum redemptorem extinguere ꝑsequendo conati sunt: oblate sibi remediū ereptionis abscidērunt. de quo bene subditur. Cuius messem famelicus comedet: ꝛ ipsum rapiet armat⁹. Hui⁹ enim stulti messis fuerat sacri seges eloquij. Quedā nāq₃ spicarum grana sunt verba ꝓphetarum: que stultus habuit/sed nō comedit: qꝛ iudaicus popul⁹ legem quidē verbotenus tenuit: sed ꝑ fatuitatis fastidium ab eius itellectu ieiunauit. Huius ergo stulti messem famelicus comedit: quia nimirum gētilis populus verba legis intelligendo edit: ad que plebs iudaica sine intellectu laborauit. Hos famelicos fidei/do

Mat. v. min⁹ preuidit: cum ꝑ euangeliū dixit. Beati qui esuriūt et sitiunt iustitiam: qm̄ ipsi saturabūtur. De his famelicis Anna ꝓphetante dicit. Repleti prius/pro panibus se

j. Reg. ij. locauerunt: et famelici saturati sunt. Sed quia messem ꝑdidit: recte subiungit qualiter etiā ipse stultus perit/cū dicit. Et ipm rapiet armat⁹. Antiquus hostis iudaicum populū armatus rapuit: quia in eo vitā fidei fraudulente suggestiōis iaculis extinxit: vt vnde se honorare deo crederet/inde eius ordinatiōi repugnaret. Quod profecto

Joā. xvj. discipulos suos veritas ꝓmonet/dicens. Uenit hora vt omnis qui interficit vos/arbitretur obsequium se prestare deo. Sequitur.

S. Quid sit q₃ aliquis velox ingenio q̄ intelligit continēt: ꝛ alius tardus et hebes vix tandē multo labore assequitur: qđ cū intellexerit operatur. Cap. iij.

Et bibent sitientes diuitias eius. Huius stulti diuitias sitientes bibunt: qꝛ fluenta sacre lo

A cationis/que iudaicus popul⁹ in superbie ostentatione possederat/couerse gẽtilium mentes irrigãtur. Unde et eidem per prophetam dicitur. Omnes sitiẽtes venite ad aquas: et qui non habetis argentũ/ properate. Quis enĩ argenti vocabulo eloquia diuina signantur: psalmista testatur dicẽs. Eloquia dñi eloquia casta: argentum igne examinatũ. Qui ergo argentũ non habent/ad aquas vocãtur: quia nimirum gentilitas que scripture sacre precepta nõ acceperat/sacri eloquij inũdatione satiatur. quã tãto nunc auidius potat/ quãto hanc diu sicca sitiebat. Eadẽ ergo diuina eloquia et messis ⁊ diuitie vocantur. messis/quia ieiunã mẽtẽ reficiunt: diuitie vero/quia magna nos morũ venustate cõponunt. Eadẽ ⁊ comedi dicũtur et bibi: quia nimirũ dũ quedã ĩ eis obscura sunt: que non nisi interptata intelligim⁹: hec quasi mandendo glutimus. dũ quedã vero ad intelligẽdum facilia ita sumimus vt inuenimus: ea quasi nõ mansa bibim⁹: quia non fracta sorbem⁹. Hec sub intellectu mystico breui locutione transcurrim⁹/ne quid forsitã preterisse videamur. Sed quia beati Job amici esse nõ possent/ nisi in quibusdam quoq; magnis morũ honestate fulgerent: restat vt in eorũ verbis virtutẽ sensuũ moraliter inquiramus: quatenus dum locutionis eorum pondus discutitur: cuius doctrine fuerint/ ostendatur.

Marginal notes: Esa.lv. / ps.xi.

¶ S. Quid sit maledicere pulchritudini stulti.

¶ Ego vidi stultum firma radice: et maledixi pulchritudini eius statim. Quasi firma radice stult⁹ in terra figitur: qui totis desiderijs in terreno amore solidat. Unde ⁊ prim⁹ cain ciuitatẽ in terra cõstruxisse dicit: vt apte mõstraret: q; ipse ĩ terra fũdamentũ posuit: q̃ a soliditate celestis patrie alien⁹ fuit. Quasi firma radice stult⁹ attollit/ qñ sic tpali psperitate fulcit: vt oẽ qd appetit assequat: aduersa nulla sustineat: ⁊ infirmos sine repugnatione hũiliat: bene agẽtibus ex auctoritate cõtradicat: ad maiora cõmoda ex peiori semper actione perueniat: vt vnde viã vite deserit/inde ad tẽpus felicior viuat. Sed cũ malos florere infirmi cõspiciunt/trepidãt: et apud semetipsos peccantiũ prosperitate turbati: nutus in gressib⁹ mentis nutant. Quorũ pfecto speciẽ sumpsit psalmista/ cum diceret. Mei autẽ pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui in peccatorib⁹/ pacẽ peccatorum videns. Cũ vero eorũ gloriã fortes aspiciunt / protin⁹ que post gloriã pena sequatur/attendũt: ⁊ alta intus cogitatione despiciũt hoc qd foris superbi fastu vacue inflationis intumescit. Bene ergo dicitur. Ego vidi stultum firma radice: ⁊ maledixi pulchritudini ei⁹ statim. Pulchritudini quippe stulti maledicere: est ei⁹ gloriã ex considerata damnatione iudicare: q: eo atrocius in tormentis obruitur. quo alti⁹ in peccatis eleuat: q: trãsit qd extollit: pmanet qd punit. Qui honorat in via: ĩ pditiõe dãnabit. Et quasi p amena prata in carcerẽ pducit/q; p psentis vite psperã ad interitũ tendit. Notandum vero q; cũ stulti pulchritudini maledixisse se diceret/ protin⁹ addidit stati. Mos nãq; humane et infirme mẽtis est: vt cũ carũ rerũ quas respicit/ qualitate varietur: sepe ei⁹ iudiciũ cũ ipsa presentis rei specie ducatur: et iuxta hoc quod aspicit/ intẽtio illius sensusq; formet. Nã plerũq; nõnulli dum quorũdam gloriã cernũt/eiusdẽ glorie aspectib⁹ delectant: ac magnum aliquid estimant: seq; vt talia mereantur/ exoptãt. Cum vero gloriosos quosq;/aut deiectos subito/ aut fortasse etiã morientes aspiciunt: quia humana gloria omnimodo nihil sit/cũ gemitu fatentur: ita vt protinus dicant. Ecce q̃ nihil est homo. Qui hoc nimirum rectius dicerent/si cũ in gloria hoiem cernerent: tũc ei⁹ interitũ cogitãtes/transeuntẽ potentiã nihil esse sensissent. Tunc quippe est humana elatio pensanda q; nihil sit: cum sese super ceteros successib⁹ extollit. Tunc considerandũ est quo cursu felicitas transuolet: cũ ante humanos oculos quasi permanẽs pollet. Nam gloriã morituri nihil esse/ in ipsa iam morte pẽsare infirmi quilibet possunt. Tũc enĩ et etiam illi derogant/q hanc ⁊ vsq; ad mortẽ sequentes amãt. Bene itaq; dicit. Ego vidi stultum firma radice: ⁊ maledixi pulchritudini eius statim. Acsi aperte diceret. Contra stulti pulchritudinẽ/morã in maledictione non habui: quia cũ hãc cernerem/simul etiã penam sequentẽ vidi. Non enĩ statim maledicerẽ / si qua me glorie illius delectatio tenuisset: sed sine tarditate maledixi: quia supplicia mansura conspiciẽs/ei⁹ potentiã sine dubitatione

Marginal notes: B / ps.lxxii. / B

reprobaui. Sed quia iniqui quisq; quo pl⁹ in hoc mũdo pficiunt: plures secũ ad interitum trahũt/recte subditur. Longe fient filij eius a salute. Filij quippe hui⁹ stulti sunt/qui in ambitione hui⁹ seculi ex eius imitatione nascunt: qui pfecto tanto a salute lõgius fiunt/quãto ĩ perpetratione nequitie nulla infirmitate feriunt. De quib⁹ bene additur. Et cõterentur in porta: et nõ erit qui eripiat. Nam sicut vrbis aditus porta dicit, ita est dies iudicij porta regni: quia per eũ ab electis omnibus ad celestis patrie gloriam intratur. Capitulum.iiij.

Marginal notes: D / Dies iudicij porta. regni.

Uide ⁊ hũc diem cũ adretributionẽ scẽ ecclesie salomon appropinquare cõspiceret/ dixit. Nobilis in portis vir eius / quando sederit cum senatorib⁹ terre. Uir quippe est ecclesie hũani generis redemptor: qui in portis se nobilem ostẽdit: q: despectus pri⁹ in cõtumelijs extitit/sed ĩ ingressu regni sublimis apparebit. Qui cũ terre senatoribus residet: q: iudicij sententiã cum sanctis eiusdẽ ecclesie pdicatoribus decernit: sicut et ipse in euãgelio dicit. Uos qui secuti estis me in regeneratione: cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim/ iudicantes duodecim tribus israel. Quod Esaias quoq; longe ante prenuncians ait. Dominus ad iudicium veniet cũ senioribus populi sui. De his portis Salomon iterũ dicit. Date ei de fructu manuũ suarũ: ⁊ laudent eam ĩ portis opera ei⁹. Tũc quippe sancta ecclesia de fructu manuũ suarũ accipit: cum eã ad pcipiẽda celestia/laboris sui retributio attollit. Tũc eam sua opa ĩ port; laudãt/ quãdo eius mẽbris in ipso regni aditu dicit. Esuriui/et dedistis mihi mãducare: sitiui/ ⁊ dedistis mihi potũ: hospes eram/ ⁊ collegistis me: nud⁹/ ⁊ cooperuistis me. Filij igitur hui⁹ stulti ante portã elati sunt: sed in porta cõterent: quia amatores hui⁹ seculi in psenti vita supbiũt: sed in ipso regni aditu eterna aduersitate feriũtur. Bene autem subditur. Et nõ erit qui eripiat. Illos quippe veritas ab eterna aduersitate eripit: quos in tẽporalib⁹ prosperis per disciplinã premit. Qui ergo nunc renuit pmi/tunc nõ valet eripi: q: iniqui eũ que per disciplinam negligunt habere patrẽ/afflictionis sue tẽpore per adiutoriũ nõ inueniũt ereptorẽ. Sequit. Cuius messem famelicus comedet. Habet enĩ stultus messem / quando iniqu⁹ quisq; donũ recte intelligẽtie accipit: scripture sacre sententijs docetur: bona loquit/sed tamen nullo modo hoc qd dicit operat. verba dei profert: nec tamen diligit. laudãdo exaggerat: viuẽdo calcat. Quia ergo stult⁹ iste recta intelligit et dicit: sed tamẽ hec opãdo nõ amat: messem habẽdo ieiunat. Quã nimirũ famelic⁹ comedit: quia is qui ad deũ sanctis desiderijs anhelat: discit qd audit: agit qd didicerit: ⁊ dum doctoris praui recta predicatione reficit: quid aliud q̃ stulti fruge saturatur? An non famelicos suos veritas vt stulti messem comederent admonebat/cũ per desideria sancta flagrãtib⁹ de pharisseis pcepit/dicens. Que dicunt facite: iuxta opera vero eorũ nolite facere. Ac si apte diceret. Uerbi messem loquẽdo excolũt: sed hãc male viuendo minime cõtingũt. Uestrã ergo famẽ messis ista reficiat: quia vobis hanc p fatuitate sue fastidium seruãt. Bene autẽ subditur. Et ipsum rapiet armatus. Antiqu⁹ nãq; hostis quasi inermis vincit: cũ mala apte suggerens humane mẽti/ bona omnia simul destruere conatur. Sed armat⁹ venit / quando bona alia intacta deserens / latenter alia corrumpit. Nã sepe quosdã in intellectu nõ temptat: eisq; in sacri eloquij meditatione nõ obuiat: sed tamen eorũ vitam in operatione supplãtat. qui dum de sciẽtie virtute laudant/nequaq; suorum operũ dãna respiciunt. cũq; ĩ fauoris delectationẽ anim⁹ ducitur/vite sue vulnera non medetur. Hũc ergo armat⁹ hostis rapuit: quẽ fraude tect⁹ in alia deserens/ ex alia parte superauit. Sequit. Et bibent sitientes diuitias ei⁹. Sepe stult⁹ habet interni liquoris fontem: sed nõ bibit: q: ingeniũ quidem intelligentie accipit: sed tamẽ veritatis sententias cognoscere legẽdo contẽnit. scit q: intelligere studẽdo pualeat: sed ab omni doctrine studio fastidiosus cessat. Diuitie quoq; mẽtis sunt verba sacre locutionis: sed has diuitias stult⁹ oculis aspicit: et in ornamẽti sui vsum minime assumit: quia verba legis audiẽs/magna quidem esse considerat: sed ad comprehẽdẽda hec nullo studio amoris elaborat. At cõtra ali⁹ sitim habet/ingeniũ nõ habet. amor hunc ad meditandũ

Marginal notes: puer.xxxi / Mat.xix. / Esa.iij. / puer.xxxi / Mat.xxv. / E / Matth.xxiij. / F

G

ꝑtrahit: sensus hebetudo contradicit. ⁊ sepe hoc ī diuine legis eruditione quādoq̃ studendo intelligit: qd ꝑ negligētiam ingeniosus nescit. Hui⁹ ergo stulti diuitias sitientes bibunt / dum ꝑcepta dei que ingeniosi fastidiētes nesciunt: hebetes amantes assequuntur. In his nimirum tenebras hebetudinis illustrat oculus amoris: nam hoc tardioribus sitis aperit / qd velocioribus fastidium claudit. Qui et idcirco ad intelligētie alta perueniunt: q̄ agere que intellexerūt / vel minima nulla contēnunt: et dum sensum manib⁹ adiuuant: sese vltra altitudinē ingeniosorum leuāt. Unde bene ꝑ Salomonē dicit. Stellio manibus nitit: ⁊ moratū in edibus regis. Picture eni aues quas ad volatū pēna subleuat / in vepribus resīdēt: et stellio qui ad volatū pēnas nō habet / nitens manibus / regis edificiū tenet: quia nimirū sepe ingeniosi quiq̃ dum negligentia torpent: in prauis actionib⁹ remanēt: et simplices quos ingenij pēna nō adiuuat / ad obtinenda eterni regni menia virt⁹ operationis leuat. Stellio ergo dū manib⁹ nititur / in regis edibus moratur: quia illo simplex ꝑ intentionem recti operis puenit / quo ingeniosus minime ascēdit. Sed his auditis / questio nostro cordi suboritur: cur vel negligēti / intelligētie donū tribuatur: vel studiosus quisq̃ sensus sui tarditate ꝑpediatur? Ad quā citius respōdetur / dū protin⁹ subdit. [Nihil in terra sine causa fit.] Idcirco eni sepe et desidiosus ingeniū accipit: vt igeniosus de negligētia iustius puniatur: quia qd sine labore assequi potuit / scire contēnit. Et idcirco nonnunq̃ studiosus tarditate intelligētie premit: vt eo maiora premia retributiōis inueniat / quo magis in studio inuentionis elaborat. Nihil ergo in terra est sine causa / quādo ⁊ studioso tarditas ad premiū proficit: et desidioso velocitas ad supplicium crescit. Capitulum. v.

Prouer. xxx.

H

Ad intelligenda autē que recta sunt / aliquādo laboris studio / aliquādo vero dolore percussionis erudimur. Unde cum dictū sit: Nihil in terra sine causa fit: apte protinus additur.

¶ S. Q nō ex elemētis hui⁹ mūdi / sed ex nobis est causa per quam merito flagellamur.

¶ Et de humo non egreditur dolor.] Dolor nāq̃ quasi de humo egreditur / cū homo ad dei imaginē conditus: de reb⁹ insensibilib⁹ flagellatur. Sed qr per occulta merita mētiū / aperta prodeūt flagella penarū: de humo dolor non egredit: qm sensus nostri malitia exigit vt a rebus insensibilib⁹ feriatur. Ecce enim cernim⁹ q ad correptionē nostram / expectat⁹ imber arente terra suspenditur: et caliginosus aer inardescente sole siccatur: mare procellis tumescentibus seuit: et alios ad transmeandū susceptos intercipit: alijs desideratum iter erecta cumulis vnda interdicit: terra nō solum germina fecunditatis imminuit: sed etiā semina accepta cōsumit. In quib⁹ nimirū cunctis patēter aspicit hoc qd quidā sapiēs de dnō testatur / dicens. Et pugnabit cū illo orbis terrarum cōtra insensatos. Orbis quippe terrarū cū dnō contra insensatos pugnat: quando in pena delinquentiū / et elementorū aduersitas militat. Sed tamē de humo dolor nō egreditur: qr res qlibet insensibilis ad afflictionē nostrā stimulo nostre actionis excitatur. De humo dolor non egreditur: quia nequaq̃ pena de ea nascitur creatura q̄ pcutit: s3 de ea proculdubio que peccādo vim pcussionis extorsit. Sed curandū magnopere est / vt cū ī reb⁹ exteriorib⁹ pondere doloris afficimur / spe ad supna tendam⁹: quatenus co mens ad alta perueniat: quo nos exterior pena castigat. Unde et apte subiungitur.

Sap. v.

I

¶ S. Q amatores hui⁹ mūdi ⁊ in hoc seculo et in futuro laborib⁹ deputati sunt: serui vero dei hinc mēte auolantes sub se habent omnia que contēnunt.

Hō ad laborem nascitur.

¶ Homo ad laborē nascitur / et auis ad volatum.] Ad laborem q̃ppe nascitur homo: qr nimirum is qui accepta est predit⁹ ratione / cōsiderat q valde sibi sit impossibile / vt hec peregrinationis sue tempora sine gemitu euadat. Unde bene Paulus cum tribulationes suas discipulis enumeraret / adiūxit. Ipsi eni scitis q in hoc positi sum⁹. Sed in eo q caro flagellis afficitur / mens ad appetenda altiora subleuat: Paulo rursus attestante / qui ait. Et si et is qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est / renouat de die in diē. Homo ergo ad laborem nascitur / et auis ad volatū: quia inde mens ad summa euolat / vnde caro in infimis durius laborat. Potest quoq̃ appellatione hois / carnaliū vita signari. Unde et Paulus ait. Cum eni sit inter vos zelus et contētio / nōne carnales estis? Quib⁹ paulopost subiecit dicens. Nōne homines estis? In hac itaq̃ vita homo ad laborē nascitur: quia carnalis quisq̃ cū transeuntia appetit / desideriorum suorū se pondere affligit. Grauis q̃ppe labor est / hanc ipsam ꝑsentis vite gloriā querere / quesitā quoq̃ percipere / et perceptā cū omni circūspectione custodire. Grauis labor est / hoc est magna fatigatione apprehendere / qd is q̄ apprehendit / nouerit diu stare non posse. Sancti autem viri qr transeūtia non amant / non solū nulla tēporaliū desideriorū pōdera tolerant: sed et si qua aduersa cōsurgunt / in ipsis suis pressuris ⁊ lāguorib⁹ non laborant. Quid eni flagellis durius: et tamen de flagellatis apl̄is scriptū est. Ibāt apl̄i gaudentes a conspectu concilij: qm digni habiti sunt ꝓ nomine iesu contumeliā pati. Quid ergo eorū mentibus labor est: quib⁹ et pena verberū labor nō est? Homo ergo ad laborē nascit: quia ille huius mundi veraciter mala sentit / q eius bona inhianter appetit. Nā cuius mens ad alta suspenditur / sub ipsa est quicquid exterius cōtra ipsam mouetur. Capitulum. vj.

j. Thes. iij.

ij. Cor. iiij.

K

j. Cor. iij.

Act. v.

B

Ene itaq̃ subditur. [Et auis ad volatum.] Qr tanto animus a laboris afflictione se subtrahit / quāto per spem ad summa sustollit. An nō quasi auis paulus ad volatum natus fuerat: qui tot aduersa sustinens dicebat: Nostra autem conuersatio in celis est. Et rursum. Scim⁹ quoniā si terrestris dom⁹ nr̄a hui⁹ habitationis dissoluat / q edificationē habemus ex deo / domū non manufactā eternam in celis. Uelut auis ergo ima trāscēderat: quē adhuc corpore in terra demorantē / iam in sublimib⁹ spei pēna subleuabat. Sed quia null⁹ suis virib⁹ valet sese in alta sustollere: vt cum a visibilib⁹ affligitur / in inuisibilia subleuetur: recte mox subditur. [Quāobrem ego deprecabor dnm / et ad deū ponā eloquium meū.] Ac si apte diceret. Illū rogo / ꝑ quē hec tribui scio. Si eni hoc ꝑ se habere se crederet / deprecari dnm nō indigeret. Sequitur. [Qui facit magna et iscrutabilia et mirabilia absq̃ numero.] Quis omnipotentis dei mirabilia ꝑscrutari sufficiat: q cuncta ex nihilo creauit: q ipsa mūdi fabrica mira potētie ṽtute disposita sit / et sup aera celum suspendit: et sup abyssum terra librat: q ex rebus inuisibilib⁹ ac visibilib⁹ omnis hec vniuersitas existit: q hominē fecerit (vt ita dixerim) in breui colligens mundū alterū / sed rationalē: q hunc ex anima et carne cōstituens / inuestigabili virtutis dispositione permiscuit spm̄ et lutū: Ex his itaq̃ alia nouim⁹ / alia ⁊ sumus: sed tamē mirari negligimus: qr ea q̄ incōprehensibili idagatiōe mira sunt: hūanis oculis vsu viluerūt. Unde fit vt si mortuus homo suscitet / in admirationē oēs exiliant: et quotidie homo qui non erat nascitur / ⁊ nemo miratur: cū ꝓculdubio oībus constet / qr plus sit creari quod nō erat / q̄ reparari qd erat. Quia arida aarōvirga floruit / cūcti mirati sunt. et q̄tidie ex arente terra arbor producit: virtusq̃ pulueris in lignū vertit / et nemo miratur. Quia quinq̃ panib⁹ / q̄nq̃ milia hoīm saturati sunt: creuisse escas sub dētib⁹ cūcti mirati sūt. quotidie sparsa grana seminū / plenitudine multiplicant spicarū / et nemo miratur. Aquā semel in vinū mutatam videntes cuncti mirati sunt: quotidie humor terre in radicē vitis attractus / per botrum in vinū vertitur / ⁊ nemo miratur. Mira itaq̃ sunt oīa q̄ mirari homines negligunt: quia ad cōsiderandū (vt ꝑdiximus) vsu torpescūt. Bene autē cum diceret: [Qui facit magna] adiunxit statim. [Et inscrutabilia.] Mui⁹ enim fuerat magna facere: si tamē ea que facta sunt / perscrutari potuissent. Recte aūt subdit.

Auis ad volatum.

Phil. iij.

ij. Cor. v.

L

Mirabilia dei.

M

¶ S. Q diuina miracula cōsiderari quidem debēt per studium / nec tamen discuti per intellectum.

¶ Et mirabilia absq̃ numero] quia minoris esset magnitudinis / si q̄ inscrutabilia cōdidit / pauca fecisset. Sed inter hec sciendū est: qr diuina miracula et semper debēt cōsiderari per studiū: et nunq̃ discuti ꝑ intellectū. Sepe nāq̃ humanus sensus dū quarūdam rerū rationem querens nō inuenit: in dubitatiōis se voraginē mergit. Unde fit vt nōnulli hoīes mortuoꝝ corpora in puluerem redacta cōsiderent: dūq̃ resurrectiōis vim colligere ex ratione nō possunt: hec ad statū pristinū redire posse desperent. Mira igit que ex fide credēda sunt / ꝑscrutāda per rationē nō sunt: qr si hec nostris oculis ratio expāderet /

Miracla diuina cōsideranda st.

Miracla diuina nō discutienda sunt.

B mira nō essent. Sed cū in his fortasse animus titubat: ne-
cesse est vt eā q per visum nouit/nec tamen per ratione col
ligit/ad memoriā reducat: quatenus rei similis argumē
to fidem roboret: quam labefactari sua sagacitate depre-
hēdit. Cōsiderato quippe humane carnis puluere/ quo-
rūdā mens concussa desperat quādo puluis ad carnem
redeat: et rediuiuū corp⁹ per mēbrorum lineamenta com
ponat: quādo illa terre ariditas p viuentia membra viri
descat: ac sese p eoꝝ species formasq̄ distinguet. Hoc ni
mirum per ratione cōprehēdi nō potest: sed tamen credi
per exemplum facile potest. Quis enim ab vno grano se-
minis/immēsam surgere arborē crederet: nisi certū hoc p
experimētum teneret? In tanta nāq̄ vnius grani paruī-
tate/et nulla sui dissimilitudine/vbi latet ligni duritia: et
ligno tenerior medulla: asperitas corticis: viriditas ra-
dicis: sapor fructuum: suauitas odorum: diuersitas colo
rum: mollicies foliorum: et tamē quia hoc per experimē
tum nouimus: ex vno grano seminis prodire omnia non
dubitamus. Quid ergo est difficile vt puluis in mēbra
redeat/dum conditoris potentiam quotidie cernimus:
qui et ex grano ligna mirabiliter: et adhuc mirabilius
fruct⁹ ex lignis creat? Dicat ergo. Qui facit magna et in-
scrutabilia et mirabilia absq̄ numero. q: diuinoꝝ operū
magnitudo/nec ex qualitate valet discuti: nec ex quantī
tate numerari. Unde et adhuc subdit. Qui dat pluuiā
super faciē terre: et irrigat aquis vniuersa. Qui ponit hu
miles in sublimi: et merentes erigit sospitate. Quia ami
cos beati Iob eruditos eī⁹ societate credimus/necesse est
vt hec eliphas verba mystice dixeram⁹. Omnipotens em̄
deus terre pluuiā tribuit/cū arentia corda gentilium/su
perne gratia predicationis infundit. Capitulum. vij.

[margin: Resurrectio corporū p rōnē cōprehēdi nō potest: sed p exēplum.]

B Et aquis vniuersa irrigat: quia sterilitatē per-
diti hominis repletione spiritus ad fructifica-
tionem format: sicut p semetipsam veritas dicit.
Qui biberit ex aq̄ quā ego dabo ei/nō sitiet in eternū. Uni
uersitatis autē noie homo signatur: q: in ipo et vera spe-
cies et magna cōmunio vniuersitatis ostēditur. Oē nāq̄
qd est/aut est et nō viuit. aut est et viuit/sed nequaq̄ sen
tit. aut est et viuit et sentit: sed nō intelligit/nec discernit.
aut est/viuit et sentit et intelligit et discernit. Sunt nāq̄
lapides: nec tamē viuūt. Sunt arbusta: viuunt quidem/
nec tū sentiunt. Herbarū quoq̄ atq̄ arborum vita viridi
tas vocatur: sicut per Paulū de seminib⁹ dicit. Insipi-
ens tu/qd seminas/nō viuificatur/nisi pri⁹ moriat. Sūt
bruta animalia/viuunt et sentiunt: nec tū intelligunt/ aut
discernūt. Sunt angeli: viuunt et sentiunt/et intelligēdo
discernūt. Homo itaq̄ q: habet cōmune esse cū lapidib⁹/
viuere cū arboribus/sentire cū animalib⁹/ discernere cū
angelis: recte noie vniuersitatis exprimit: in quo iuxta
aliquid ipsa vniuersitas tenet. Unde et discipulis veri-
tas dicit. Euntes in mundū vniuersum/predicate euan
geliū omni creature. Oēm videlicet creaturā solū intelli
gi hominem voluit: cui cōe aliquid cum oīb⁹ creauit.
Quamuis hoc loco vniuersa intelligi et aliter possunt. Sācti
enim spūs gratia cum sibi diuites subijcit/ pauperes nō
repellit: cū fortes humiliat/venire ad se debiles non recu
sat: cum nobiles colligit: simul et ignobiles apprehēdit:
cum sapientes suscipit/imperitorum stultitiā non contē
nit. Uniuersa ergo de⁹ aquis irrigat: q: dono sancti spiri-
tus ex omni genere hoim ad suā cognitionē vocat.

[margin: Jo. iiij. — Diuisio creaturarum. — j. Cor. xv. — Mar. xvi. Hō ē ois creatura. — C]

C S. Q: iuxta morū diuersitatem vim sui sermonis for
mat deus in singulis.

C Possunt autē vniuersorū nomine/ipse morū dissimili-
tudines designari. Alius nāq̄ elatione erigitur: alius pō
dere timoris inclinatur: alius libidine estuat: alius aua-
ritia anhelat: ali⁹ remissione se deijcit: alius ira feruescit
Sꝫ per doctrinam sacri eloquij dum superbo humilitas
tribuitur: timido cōfidentia pbetur: luxuriosus p casti-
tatis studiū ab immundicia ergit: auarus p̄tinentiā ab
ambitiōis estu tēperatur: remissus zeli rectitudine erigi
tur: iracūdus a pcipitationis sue excitatiōe refrenatur:
vniuersa de⁹ aquis irrigat: q: vim sui sermonis in singu-
lis iuxta morū diuersitatem format: vt hoc in eius eloq̄o
quisq̄ inueniat: per qd virtutis necessarie germen ferat.
Unde p quendā sapientē de mānę dulcedine dr. Para-
tum panē de celo prestitisti illis sine labore: oīne delecta
mentū in se habētem: atq̄ ois saporis suauitatem. Man-
na quippe oē delectamentū atq̄ ois saporis suauitatem

[margin: Sapien. xvi.]

in se habuit: qd videlicet in ore spūalium iuxta voluntatē
edentiū saporē dedit: quia diuin⁹ sermo et omnibus con
gruens/et a semetipso nō discrepās/qualitati audientiū
cōdescēdit. quē dum electus quisq̄ vtiliter iuxta modū
suum intelligit/quasi acceptū mānā i voluntarium sapo-
rem vertit. Et quia laborem boni operis gloria sequitur
retributiōis: post aquaꝝ irrigationē recte subiungitur.
C S. Q: hi qui pro amore dei modo se cōtēnunt/subli-
mes cum deo iudices venient. Capitulum. viij.

B Qui ponit humiles in sublimi: et merentes eri-
git sospitate. In sublimi humiles ponuntur:
quia hi q nunc p dei amore despecti sunt: tunc
cum deo iudices venient: sicut hoc qd paulo ante diximᵘ:
eisdem humilibus veritas pollicetur/dicens. Uos qui
secuti estis me in regeneratione/cum sederit filius homi
nis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super duode-
cim sedes: iudicantes duodecim trib⁹ israel. Tunc merē
tes diuā sospitate erigūt: quia hi qui eius desiderijs accē-
si/prospera fugiunt/aduersa patiuntur/cruciatus perse-
quentiū tolerant/seq̄ ipsos p lamenta castigāt: tāto sub-
limiorem tunc sospitatem recipiunt/ quanto nūc cūctis
mundi gaudijs deuote moriunt. Hic etenī per Salomo-
nem dicit. Cor quod nouit amaritudinem anime sue/in
gaudio ei⁹ nō miscebit extraneus. Humana etenī mens
ait sue amaritudinē sentiēs eterne patrie desiderijs accē-
sa/peregrinationis sue penā flendo cognoscit. sed i eius
gaudio extrane⁹ nō miscebitur: q: qui nūc a merore com
punctionis alien⁹ est: tunc particeps ad letitiā consolatio
nis nō est. Hinc est qd i euāgelio veritas dicit. Amē amē
dico vobis: q: plorabitis et flebitis vos: mūdus aūt gau
debit. vos autē cōtristabimini: sed tristitia vestra vertet
in gaudium. Et rursum. Uos igitur nūc quidē tristitiā
habetis: iterū autē videbo vos/et gaudebit cor vestrum:
et gaudium vestrū nemo auferet a vobis. Sospitate ergo
diuā merētes erigere dr: q: pro se afflictos temporaliter/
vera salute consolatur. Qd tamen de electis dei etiam in
hac vita nil obstat intelligi. In sublimi quippe humiles
ponuntur: quia cū se ex humilitate substernunt: alte mē-
tis iudicio cūcta tēporalia trāseunt. cūq̄ se indignos in
oībus estimāt/recte cogitationis examine/hui⁹ mundi
gloriā trāscendentes calcāt. Uideamus humilē Pau-
lum. ecce discipulis dicit. Nō enī nosmetipos pdicam⁹:
sed Iesum christū dām nostrū: nos autē seruos vestros
per christum. Uideam⁹ hūc humilem in sublimi iā posi-
tum/dicentē. An nescitis q: angelos iudicabimus. Et
rursum. Conresuscitauit et cōsedere nos fecit in celestib⁹.
Fortasse hunc exterius tunc cathena religabat: mente tū
in sublimibus posit⁹ fuerat: quia iā p spei sue certitudinē
in celestibus sedebat. Sancti itaq̄ viri foris despecti sūt:
et velut indigni omnia tolerant: sed dignos se supnis se-
dibus cōsiderāt/eternitatis gloriā cū certitudine expe-
ctant: et cū laborant foris a diuersitate psecutiōis: ad mu-
ni tam recurrunt intrinsec⁹ arcem mentis: et inde cuncta
sub se ire despiciūt/iter que et trāsire corporaliter etiā se-
metipsos cernunt. minas nō metuūt: q: et tormēta patiē-
do contēnunt. Hinc e: per Salomonē dr. Iustus quasi
leo confidēs absq̄ terrore erit. Hinc ab eo scriptū ē itēꝫ.
Non cōtristabit iustū/qcquid ei acciderit. Quis enim re
cti quiq̄ in alto intētionis sue vertice siti sunt/ dū mortē
moriendo nō sentiūt: miro modo eos reproboꝝ iacula et
feriunt/et nō contingunt. In sublimi ergo humiles sunt
positi: quia vnde se in omnibus despiciunt/inde contra
omnia securiores fiunt.

[margin: D — Mat. xix. — Prouer. xiiij. — Jo. xvi. — E — Jo. xvi. — j. Cor. j. — j. Cor. vj. — Ephe. ij. — F — Prouer. xxviij. — Prouer. xij.]

C S. Quid sit qd scriptum est in Esaia. descēde/sede in
puluere virgo filia babylonis. Capitulum. ix.

Q Uo contra recte sub babylōis specie per pphe-
tam mēti reprobe dicit. Descēde/sede in pul-
uere virgo filia babylonis: sede i terra: nō est so
lium filie chaldeorum. Hoc enim loco humana mēs vir-
go nō incorrupta (vt arbitror) dicit/sed infecunda. Et
q: babylon confusio interpretatur/recte infecunda mens
babylonis filia vocatur: que in eo q nequaq̄ bona opera
germinat: dum nullo ordine recte vite componitur/quasi
cōfusione matre generatur. Sin autē virgo non infecun-
da dicit/sed incorrupta: postq̄ statū salutis pdidit/ad
cōfusionis sue cumulū appellatur qd fuit. Cui apte per
increpationē dicit diuina voce: descende. In alto quip-
pe human⁹ animus stat/quādo superne retributionib⁹

[margin: Esa. xlvij.]

G inhiat: sed ab hoc statu descēdit/cū turpiter victus se desiuētibus mūdi desiderijs subijcit. Cui bene mox additur. Sede in puluere. Descendēs enim in puluere residet: q̄ celestis deserens/terrenus cogitationibus aspersus/in infimis viliscit. Ubi adhuc ingeminādo subiungitur. Sede in terra. Ac si aperte exprobrans dicat. Quia celesti conuersatione noluisti te erigere: sub temetipso prostratus in terrenis actibus humiliare. Unde et necessario protinus additur. Non est soliū filie chaldeorū. Chaldei nāq̄ feroces interpretant. Ualde autē feroces sunt/q̄ voluntates proprias sequētes/nec suis parcere moribus sciūt. (vel moribus.) Ferocia sunt terrena desideria/q̄ non solū contra precepta conditoris/sed sepe etiā contra percussiorū verbera/durā atq̄ insensibilē mentē reddunt. Sed filia ferociū soliū nō habet: q̄ mens que ad amorem mundi ex prauis desiderijs nascit: atq̄ eisdē desiderijs obduraẗ: in eo q̄ se terrenis cōcupiscentijs subijcit/sedē iudicij amittit: nullisq̄ apud se solio presidet: quia examine discretionis caret: et quasi a iudicij sui sessione repellit: quia per exteriores cōcupiscentias vagaẗ. Liquet enī q̄ mens q̄ intus cōsilij sedem perdiderit: foras se per desideria innumerabiliter spergit. Et quia agere intellecta dissimulat/ceca etiam recte vt nesciat qđ agat. et sepe iusto iudicio in sua ipsa voluntate relinquitur: et subeat que anxie appetit/laboriosa mundi ministeria relaxatur. Capitulum. x.

H Uide apte illic subdit. Quia vltra nō vocaberis mollis et tenera. tolle molā/et mole farinā. Constat nimirum q̄ tenere sue filie parentes parcuntne duris atq̄ seruilibus hāc operibus affligunt. Omnipotens ergo deus quasi tenerā filiā vocat: quando dilectā vniuscuiusq̄ animā a laboriosis huius mūdi seruitijs reuocat: ne dum exterioribus actionibus afficit: ab internis desiderijs obduretur. Sed chaldeorū filia mollis et tenera nō vocatur: q̄ mens prauis desiderijs dedita/in eo quem anxie appetit/huius seculi labore relinquitur: vt foris mūdo velut ancilla seruiat: q̄ intus deū vt filia neq̄q̄ amat. Unde et molā tollere/ac farinā molere iubet. Mola in girum ducitur/et farina profert. Unaqueq̄ aūt mundi huius actio mola est: que dū multas curas congerit/humanas mentes quasi per girum vertit: atq̄ ex se quasi farinā proijcit: quia seducto corde/semper minutissimas cogitationes gignit. Capitulum. xj.

I Nonnunq̄ vero qui quietus alicuius esse meriti creditur/positus in qualibet actiōe denudatur. vnde illic protinus subinfertur. Denuda turpitudinē tuam: discooperi humerū: reuela crura: transi flumina. (Esa. xlvij.) In administratione quippe operis turpitudo denudatur: qđ vilis mens abiectaq̄ in actionis ostentatione cognoscit: que quieta prius magna putabatur. Humerum mens discooperit/quādo opus suū qđ ignorabaẗ/ostendit. Crura reuelat: q̄ quibus desideriorū passibus/lucris mundi inhiet/manifestat. Flumina etiā transit: q̄ actiones huius seculi q̄ quotidie ad terminū defluūt/indesinenter appetit. dūq̄ alias relinquit/alias assequit: quasi de flumine semp ad flumē tendit. Hec paucis per excessum diximus: vt mens a solio sancte intētionis excussa/quo taceat monstraremus: q̄ si ad ea que sup ipsam sunt/inhiare cessauerit/sub semetipsam etiā indesinēter ruit. In alto autē figitur/si amore temporaliū deserēs/ad spem incōmutabilis eternitatis ligaẗ. Bene ergo dicitur. [Qui ponit humiles in sublimi.] Atq̄ apte subiungitur. [Et merentes erigit sospitate.] Sepe in hoc mūdo etiā leti quilibet erecti sunt/dum de ipsa gloria sue pꝓsperitatis intumescūt. Sed merētes dn̄s sospitate erigit: quia afflictos suos ad gloriā vere letitie soliditate sustollit. Sospitate quippe/nō insania erecti sunt: qui in bonis actibus positi/spe in deū firma gratulātur. Nōnulli enī (sicut diximus) ex iniquitate ꝑpetrata: et gaudere nō cessant. de quibus per Salomonē dicit. Qui letātur cū malefecerint: et exultāt in rebus pessimis. (Puer. ij.) Et rursum. Sūt impij qui ita sunt securi: ac si iustorū facta habeāt. (Eccle. viij.) Hi nimirū nō sospitate eriguntur/sed insania: quia supbiunt cū affligi debuerāt: et inde miseri in exultatione defluūt: vnde a bonis flentur: phreneticorum videlicet sensibus similes/qui insaniam qua preualēt/virtutē putant. qui ex morbo esse nesciunt hoc qđ amplius sanis possunt: et quasi creuisse se viribus estimāt/dum ad vite terminū per augmēta lāguoris appropinquāt. qui q̄ rationis sensum non habēt/fleẗ/et ridēt: et tāto se in magna exultatione dilatāt/quāto et insensibiles malū qđ patiuntur/ignorant. Sospitate ergo dn̄s merentes erigit: q̄ electorū mens nō de presentis vite insania, sed de certitudine eterne salutis hilarescit. Unde apte mox de hac ipsa prauorū destructiōe subiūgitur. (K) [Qui dissipat cogitationes malignorū/ne possint implere manus eorū quod ceperāt.] Reproborū mentes peruersis cogitationibus semp inuigilāt: sed plerūq̄ eis superna dispositio obuiat: et q̄uis prauitate cōsilij nec fracti aduersitatibus corrigant: tamen ne cōtra bonos preualeant/eorū vires refrenat. Quos cōtra miro iudicio agitur: vt effectu quidē praui operis carcāt: et tamen iuste sentētie iudicis reos cōscientia addicat. Qui ergo mala cogitāt/quid ipsi faciāt ostēdūt: q̄ vero mala implere nequeunt/hi cōtra quos cogitauerant defendunt. Unde et adhuc bene subditur.

S. Qui humana cōsilia in eo q̄ dei consilio nitūtur resistere/obsequuntur: vt de fratribus Joseph legitur: et de saul: et de iona: et de iudeis xp̄i nomē extinguere volētibus.

Qui cōprehendit sapiētes in astutia eorū: et consilia prauorū dissipat. Spe enī nonnulli humana sapientia inflati/dum desiderijs suis diuina iudicia cōtraire cōspiciunt: astutia eis reluctari machinationibus conantur: et q̄ ad votum suū vim superne dispositionis intorqueant: callidis cogitationibus insistunt: subtiliora consilia exquirunt. sed inde voluntatem dei peragūt: vnde hanc immutare cōtendūt: atq̄ omnipotētis dei cōsilio dum resistere nituntur/obsequuntur: quia sepe et hoc eius dispositioni apte militat: qđ ei per humanū studium friuole resultat. Sapientes ergo dn̄s in ipsa eorū astutia cōprehēdit: qn̄ eius cōsilijs humana facta etiā tunc cōgrue seruiūt/cū resistūt. Qđ melius ostendim⁹/si pauca ad mediū gestarum rerum exempla proferamus. Capitulum. xij.

L Joseph somniū viderat q̄ suo manipulo fratrū eius semanipuli prosternebāt. somniū viderat q̄ sol et luna secum reliquis stellis adorabant. Que quia pure fratribus retulit: eorum corda protinus future dn̄ationis inuidia pauorq̄ percussit. Cūq̄ hunc ad se venire conspicerent/malitia seuientes dixerunt. Ecce somniator venit: venite occidamus eū: et videamus quid illi proderint somnia sua. (Genesis xxxvij.) Cūq̄ se eius dn̄io subijci metuunt/somniatorem in puteum deponunt: eūq̄ hismaelitis trāseuntibus vēdunt. qui in egyptū ductus: seruituti subditus: luxurie accusatione dānatus: castitatis merito adiutus: prophetie iudicio ereptus: omni egypto prelatus est. q̄ superna vero sapientiā ꝓuidus frumēta congessit/et futuro periculo necessitatis obuiauit. Cūq̄ in orbē fames irruit: de alimētorū pparatiōe sollicitus iacob filios suos in egyptum misit: qui frumentorū dispēsationi prepositum ioseph nescientes inueniunt: atq̄ vt mererent alimenta percipere: eorū dispensatorē compulsi sunt pronis in terram ceruicibus adorare. (M) Pensem⁹ ergo geste rei ordinē: pensemus quomodo sapientes in ipsa sua astutia vis diuina comprehēdat. Ideo ab eis vēditus fuerat ioseph/ne adoraretur: sed ideo est adoratus/q̄ venditus. Astute nāq̄ aliquid agere ausi sunt/vt dei consiliū mutaret: sed diuino iudicio qđ declinare conati sunt/renitēdo seruierūt. Inde quippe coacti sunt dei voluntatem pagere: vnde hanc moliti sunt astute cōmutare. Sic diuinū consilium dum deuitaẗ implet: sic humana sapiētia dum reluctaẗ/comprehēditur. Timuerunt fratres ne ioseph sup eos excresceret: sed hoc qđ diuinitus dispositū fuerat: cauendo factum est vt eueniret. Humana ergo sapiētia in seipsa cōprehēsa est: q̄ voluntati dei vnde p intentionē restitit: inde eius impletioni militauit. Capitulum. xiij.

S Ic Saul dū dauid subiectū quotidiano sue crescere virtutū successu conspiceret: suam ei in coniugiū filiā spopōdit: atq̄ in eius dotem centū dari ab eo philistinorū pputia petijt: vt cū prouocatus milles vltra se excrescere quereret: inimicorū gladijs traditus vitā finiret: sicut scriptū est. Nō habet rex necesse sponsalia/nisi tm̄ centum pputia philistinorū: vt fiat vltio de inimicis regis. Porro saul cogitabat tradere dauid in manus philistinorum: sed dauid dispositiōis interne fauore roboratus/centū se dare phibuit: et ducenta preputia reportauit. Cuius nimirū operis saul argumēto superatus/superna prudentia in sapiētie sue est cōsilio deprehensus: q̄ vnde succrescētis militis vitā se extinguere credidit: (Exemplū de Saul.) (j. Re. xviij.)

A

virtutis eius gloriã inde cumulauit. Sed q: nonnũq̃
astute se aliquid sapere etiam electi moliunt: libet ad me
diũ aliũ sapientem deducere: et quomodo in internis cõsi
lijs astutia mortaliũ cõprehendat, demõstrare. Pruden

Exẽplum de Jona. Jone.j.

ter quippe ionas sapere voluit: cũ ad predicandũ ninuitis
rũ penitẽtiã missus: q: electis gẽtibus/iudeam deseri ti
muit/predicatiõis officiũ implere recusauit. Nauem pe
tijt: fugere tharsis elegit: sed ptinus tempestas exorit:
sors mittitur: vt videlicet cognoscatur cuius culpa mare
turbetur. Jonas in culpa deprehẽdit/in profundũ mer
gitur/ceto sorbente repẽte deuoratur: atq3 illuc gestante
belua peruenit/quo ire spõte contempsit. Ecce fugitiuũ
dei tempestas inuenit/sors ligat/mare suscipit/belua in
cludit: et q: auctori suo obedire renititur: ad locum quo
missus fuerat/suo reus carcere portatur. Jubente deo
ministrare homo pphetiã noluit: aspirãte deo/belua p

Quõ dñs cõprehen dit sapiẽ tes in astu tia. Exem plũ de he breis. Joã.xij.

phetiã vomit. Comprehendit ergo dñs sapiẽtes in astu
tia eop: q̃n et hoc in vsum sue voluntatis redigit: p qd̃ sibi
voluntas hũana ptradicit. Perscrutemur adhuc hebreo
rum sapientiam: vt videam⁹ quid prouidendo, phibuit:
aut quid, phibendo puocauit. Certe cũ ad redemptoris
nostri miracula credentium turba cõflueret: cũ sacerdo
tes pph/inuidie facibus accẽsi: mundũ post eũ ire cerne
rent/vt proclamarent dicentes: Videtis q: nihil pficim⁹:
ecce mũdus totus post eũ abijt: vt ab illo vim tante con
cursionis abscinderẽt/finire eius potentiã morte conati

Joã.xj.

sunt/dicentes. Expedit vt vn⁹ hõ moriat: et nõ tota gens
pereat. Sed redemptoris mors ad coniunctionẽ sui cor
poris: i. ecclesie valuit/nõ ad separationẽ. Unde t p legẽ

B

turturi vel colũbe. i. figura nostri sacrificij/secari guttur
precipitur/et nõ penit⁹ abscindi: vt et post mortem corpo
ri caput inhereat: quia videlicet mediator dei et hominũ
id est caput oim nrm/et vere mũdatiõis hostia/ vnde p
nobis mortem ptulit/inde nobis verius inhesit. Post se
ctionẽ ergo caput turturi suo corpori inheret: quia chri
stum ab ecclesia nec mors interueniens diuidit. Perse
cutores igitur pegerunt hoc qd̃ pniciose moliti sunt: in
tulerũt mortẽ/vt ab eo abscinderẽt fideliũ deuotionem:
sed inde fides creuit: vnde hãc se extinguere infidelium
crudelitas credidit. Cũq3 se estimãt ei⁹ miracula perse
quendo abscindere: hec nimirũ compulsi sunt nesciendo
dilatare. Comprehẽdit ergo dñs sapientes in astutia eo
rum: quãdo et hoc ad pietatis sue obsequiũ redegit: quod
cõtra illũ humana crudelitas exarsit. Just⁹ nãq3 et mise
ricors mortaliũ acta disponens: alijs concedit ppitius/
alia pmittit irat⁹: atq3 ea que pmittit: sic tolerat/vt hec i
sui consilij vsum vertat. Capitulum.xiiij.

Vide miro modo fit vt t qd̃ sine voluntate dei
agitur: voluntati dei contrarium non sit: quia
dum in bonũ vsum mala facta vertunt: eius
consilio militant etiã que ei⁹ consilio repugnant. Hinc

Psã.cx. C

enim per psalmistã dicit. Magna opera domini/exquisi
ta in omnes volũtates ei⁹. Sic qppe eius opera magna
sunt: vt p omne qd̃ ab hoibus agit: eius voluntas exqui
ratur. Nã sepe inde pficitur/vnde repelli putabat. Hinc

Ps.cxxxiij. Puer.xxj.

rursum dicitur. Omnia quecũq3 voluit dñs fecit in celo et
in terra. Hinc Salomon ait. Nõ est sapientia: nõ est pru
dentia non est consiliũ contra dñm. Restat ergo vt in cũ
ctis que agim⁹: vim supne volũtatis inquiramus: cui vi
delicet cognite debet nostra actio deuote famulari: t qũ
ducem sui itineris psequi: ne ei etiam nolens seruiat / si
hanc superbiens declinat. Vitari eni vis superni consilij
nequaq3 põt: sed magna sibi virtute hãc temperat: qui se
sub eius nutibus refrenat: eiusq3 sibi pondera leuigat: q
hanc subiecto cordis humero volens portat. Sed quia
persecutorum super⁹ memoriam fecimus/ qualiter etiã
ea que subiuncta sunt/eorum cecitati congruant/ostenda
mus. Sequitur.

¶ Per diem incurrẽt tenebras: et quasi in nocte/sic pal
pabunt in meridie.] Per diem tenebras incurrũt: quia i
ipsa veritatis presentia perfidie errore cecati sunt. Clare
quippe p diẽ cernit: per noctẽ vero nostra acies obscura
tur. Persecutores igit redẽptoris nostri dũ diuine vir
tutis miracula cernerent/t tamen de ei⁹ diuinitate dubita
rent/in die tenebras passi sunt: q: visum in luce perdide

Jo.xij.

runt. Hinc est q eos ipsa lux admonet dicens. Ambulate
dũ lucem habetis: ne vos tenebre cõprehendãt. Hinc est

Ysa.xv.

qd̃ de iudea dicit. Occidit ei sol: cũ adhuc eet dies. Hic
est q voce penitẽtiũ in se pphetã iterũ sumit/ dicẽs. Im

D Esa.lix.

pegimus meridie quasi in tenebris: in caliginosis quasi
mortui. Hinc iterum dicit. Custos quid de nocte: custos

Esa.xxj.

quid de nocte? Dixit custos. Venit mane et nox. De no
cte etenim custos venit: quia humani generis ptector / t ma
nifestus in carne apparuit: et tamen hunc pressa perfidie
sue tenebris iudea minime cognouit. Ubi bñ et voce cu
stodis additur/Uenit mane et nox: quia per eius presen
tiam et noua lux mundo inclaruit: et tamen in corde infi
delium vetusta cecitas remansit. Capitulum.xv.

Bene autẽ dicit. [Quasi in nocte/sic palpabunt
in meridie.] Hoc quippe palpãdo exquirim⁹/
qd̃ oculis nõ videmus. Judei autẽ apta eius
miracula viderãt / t adhuc eũ q̃si palpãtes q̃rebant /cum

Joã.x.

dicerent. Quousq3 animã nostrã tollis? Si tu es christ⁹:
dic nobis palã. Ecce miraculop lucẽte oculos aderat:
et, tamen in cordis sui tenebras offendentes /adhuc req
rẽdo palpabãt. Quop nimirum cecitas ad crudelitatẽ:
crudelitas etiã vsq3 ad apta opa psecutionis exarsit. Sz
redemptor humani generis /psecutorum suorũ manibus
diu teneri nõ potuit. Unde t protin⁹ subditur. [Porro
saluum faciet egenũ de gladio oris eorũ: et de manu vio
lenti pauperem.] Ipse qppe ille paup est de quo p Pau

ij.Co.viij.

lũ dicitur. Propter nos egen⁹ factus est/ cũ diues esset.
Et q: iudei accusando dñm tradiderunt: quem traditũ
gẽtiles occiderũt: põt p oris gladium/accusantiũ iudeo

Ps.lvj. E

rum ligua signari: de quib⁹ p psalmistã dicitur. Filij ho
minũ/dẽtes eorũ arma t sagitte: t lingua eop gladi⁹ acu

Lu.xxiij.

tus. Qui euãgelio etiã teste clamauerũt. Crucifige/cru
cifige eũ. Per violenti vero manum/ipsa crucifigẽs gẽ
tilitas exprimi põt: que i redẽptoris morte/hebreop vo
ces ope impleuit. Deus itaq3 hũc pauperẽ et de violenti
manu/et de oris gladio saluũ fecit: q: videlicet redẽptor
noster et vires gentiliũ/t linguas hebreorũ moriendo ex
humanitate ptulit: sed ex diuinitatis sue potẽtia resurgẽ
do superauit. Qua videlicet resurrectione qd̃ aliud agi
tur: nisi vt ad spem vite subsequẽtis, infirmitas nostra ro
boretur? Unde t bene mox subdit. [Et erit egeno spes.]
Erepto quippe paupere/egen⁹ ad spem reducitur: q: hu
militas fideliũ ppls redemptore moriẽte/pauore cõcutit/
sed resurgente solidatur. Ipsos nãq3 primos huius ppli
pauperes/electos videlicet pdicatores/ visa eius mors
pculit: sed resurrectio ostensa reparauit. Saluato ergo
paupere/spem egen⁹ recipit: q: resurgẽte i carne dño/fide
lis quisq3 ad eterne vite fiduciã conualescit. Sed ecce iã
in manifesta ostẽsione veritas venit: iam carnis mortem
ptulit: eãq3 resurgẽdo destruxit. Iam resurrectionem glo
rie ascensionis honorauit: et tamen hebreop lingua ad

F

huc eũ cõtumelijs lacessere nõ desinit. quos nimirz equa
nimiter tolerat /vt alios tolerando conuertat: atq3 alios
minime cõuersos qñq3 districti⁹ feriat. Tunc eni lingua
infideliũ ab effrenatione sue locutiõis obmutescet: cum
venire eũ iustum iudicẽ viderit/quẽ tunc iniuste iudica
uit. Unde t bene subdit. [Iniquitas autẽ contrahet os
suũ.] Os eni suũ nunc adhuc iniquitas dilatat: quia hu
mani generis redemptorẽ/lingua infideliũ contumelijs
lacessere nequaq3 cessat.] Sed tunc os contrahet: cũ hoc
qd̃ nonvult per studiũ/per suppliciũ claudet. qd̃ tamen
bene accipi etiam de conuersis persecutorib⁹ põt. Salua
to enim paupere/dũ egenus ad spem redit: cõtracto ore
iniquitas obmutescit: q: resurrectionis eius clarescente
miraculo/dum copiosa multitudo infideliũ credidit: a
redemptoris sui iniurijs contumelijsq3 cessauit. Os eni
suum quod deum deridendo aperuit: iam formidando
contraxit.

¶ S. De exemplo Loth/cõtra vitã iusti/accusationis
aditum non inueniunt peccatores. Capitulũ.xvj.

Libet hec moraliter/postposita iudeorũ signi
ficatiõe/trãscurrere: atq3 a prauis generaliter
quomodo agant indagare. Iniquop quippe
hominũ mẽtes cũ quedã a proximis bene gesta pspiciũt:
in extẽso liuoris sui eculeo torquẽtur: et grauem malitie
sue penã sustinent: cũ bona in alijs tabescẽtes vidẽt. Re
cte itaq3 dicitur. [Per diem incurrẽt tenebras.] q: mens
eorum cũ de aliena melioratione affligit/de radio lucis
obscuratur: q: sepe in pximis dũ bona aperta psiderãt:
si qua mala lateãt inuestigãt: et sollicitis inquisitionib⁹
laborãt/ si quid forte qd̃ accusare possint inueniãt. Sana

G

quidem mēbra cōspiciūt: sed clausis cordis oculis vulnus palpātes querūt. Unde ꝫ bene subdit. [Et quasi in nocte sic palpabunt in meridie.] Dies boni operis in proximo exterius lucet/ sed quasi in nocte palpant: quia liuoris sui intus tenebras tolerāt. Peruenire ad aliqua q̄ reprehendāt satagūt/ detractionis aditum q̄runt: sed quia hunc inuenire non valēt/ ceci exteri⁹ circūeunt. Quod bene exprimit: cum loth ꝑegrinātibus angelis in domo ei⁹ sodomite ostium non inuenerūt: sicut scriptū est.

Gen. xix.

Uimq; faciebāt loth vehemētissime: etiam proximū erat vt frāgerent fores: ꝫ miserūt manum viri: et introduxerunt ad se loth: clauseruntq; ostiū: et eos qui erāt foris ꝑcusserūt cecitate/ a minimo vsq; ad maximū: ita vt ostium inuenire non possent. Quid est q̄ malis aduersantib⁹ intra domū loth reducitur et munit/ nisi q̄ iust⁹ quisq; dum prauorum insidias sustinet ad mētē reuertitur/ ꝫ imperterrit⁹ manet? Sodomite autem viri in domo loth ostiū inuenire nequeūt: q̄ corruptores mentiū/ cōtra vitam iusti nullum accusationis aditū deprehēdūt. Percussi enim cecitate quasi domū circūeunt: q̄ inuidentes facta dictaq; ꝑscrutatur. Sed q̄ eis de vita iusti foris vndiq; ac laudabilis actio obuiat: errātes nihil aliud q̄ parietem palpant. Bene ergo dicit. Quasi in nocte/ sic palpabunt i meridie: quia dum bonum quod vidēt accusare nequeūt: excant malitia/ malū q̄d nō vident/ ad accusationē querūt.

H

Unde et recte subiungit. [Porro saluum faciet egenum de gladio oris eoꝝ: et de manu violenti pauperē.] Paup quippe est/ quisquis apud semetipm elat⁹ non est. Unde et per euangeliū veritas dicit. Beati pauperes spiritu: q̄m ipsorum est regnū celorum.

Mat. v.

Duobus autē modis ad culpā vnusquisq; ꝑtrahitur. aut enim delectatiōe perducitur: aut terrore superatur. Gladi⁹ nāq; oris est iniquitas ꝑsuasiōis: manus autē violēti est aduersitas potestatis. Sed q̄ veraciter humilis (q̄ hoc loco paup vocatur) quo nulla huius mūdi ꝓspera appetit: eo audenter etiā aduersa contēnit: recte dicit. Saluum faciet egenum de gladio oris eoꝝ: et de manu violenti pauperē. Ac si aperte diceret. Sic in se de⁹ mētes humiliū solidat: vt eos ad ꝑpetrandā nequitiam nec blandimēta suasionum pertrahant/ nec dolores suppliciorū frangāt. Spes quippe i eternitatem animū erigit: ꝫ idcirco nulla mala exterius que tolerat sentit. Unde et subdit. [Et erit egeno spes.] Ad cuius spei videlicet fructū cum paup peruenerit: os elatus obmutescet. Unde et adhuc subditur. [Iniq̄tas autem contrahet os suū.] Nunc enī malus bonis derogat: et recta q̄ agere negligit/ hec in alijs obtrectādo lacerare nō cessat. Sed tunc iniquitas os suū ꝯtrahit/ cū iustis q̄ta suppetat gloria retributionis/ agnoscit. Tūc cui el loqui cōtra bonos non vacat: quia maloꝝ suorum digna retributione/ linguam tormēta ligant.

I

i. Regū. ij.

Unde bene Anna ꝓphetante dicit. Pedes sanctoꝝ suorum seruabit: ꝫ impij in tenebris conticescent. Sed vt elect⁹ quisq; eterna supplicia euadat: et ad perēnem gloriam pauper ascendat: debet hic assiduis flagellis atteri: quatenus in iudicio valeat purgatus inueniri. Ipsos nāq; infirmitatis nostre pōdere deorsum quotidie ducimur/ nisi mira manu artificis per subuenientia flagella releuemur. Unde et subditur.

Capitulum. xvij.

BEat⁹ homo qui corripitur a dn̄o.] Prima virtus est/ ne perpetrari debeāt/ sed vitari peccata: secūda autē saltem perpetrata corrigere. Sed plerūq; culpas nō solum imminentes minime vitam⁹: verūetiā nec cōmissas agnoscim⁹. Et peccatoris mēs tāto altius tenebrescit/ q̄to nec dānum sue cecitatis itelligit. Unde sit plerūq; diuini muneris largitate: vt culpā pena subsequatur: ꝫ flagella oculos delinquētis aperiāt: quos inter vitia securitas cecabat. Torpens quippe animus percussione tāgitur/ vt excitetur: quaten⁹ qui statū sue rectitudinis secur⁹ ꝑdidit/ afflict⁹ cōsideret q̄ iacet. Hinc itaq; ipsa asperitas correptiōis/ origo sit luminis.

Ephe. v.

Unde et p Paulum dicitur. Omne q̄d arguitur/ a lumine manifestatur: argumentū enī salutis est vis doloris.

Eccl̄s. x.

Hic est enī q̄d Salomon ait. Curatio cessare facit peccata maxima.

Hebr̄. xij.

Hinc iterū dicit. Quem enī dn̄s diligit/ castigat: flagellat autem omnem filiū quem recipit.

Apoca. iij.

Hic voce angelica dn̄s ad Joānem loquitur/ dicens. Ego quos amo: redarguo et castigo.

Heb. xij.

Hinc Paul⁹ ait. Omnis autē disciplina in p̄senti quidē non videtur esse gaudij/ sed meroris: postea autem fructū pacatissimū exercitatis p eam reddit iustitie. Quia ergo cōuenire simul nequeunt dolor et beatitudo: recte tamē nunc dicit. Beatus hō q̄ corripitur a dn̄o: quia per hoc q̄ peccator dolore correptionis premitur: quādoq; ad beatitudinē/ que sine interuētu doloris est ꝓuehitur. Sequitur.

K

¶ S. Quibus modis vulnerat deus quos ad salutem reducere curat.

¶ Increpationē ergo dn̄i ne reprobes.] Quisquis p culpa percutitur: sed in querela sue passionis eleuatur/ increpationem dn̄i reprobat: quia hanc iuste se ꝑpeti accusat. Qui autē non pro purgatione criminis/ sed ꝓ fortitudinis probatione ferritur/ cum causas sue passionis i quirunt: nequaq; increpationē dn̄i reprobare dicendi sunt: quia in semetipsis castigando satagūt inuenire quod nesciunt. Unde et beat⁹ Job ad libertatis verba inter percussionis verbera erumpēs: tāto de se rectius iudicia ferientis interrogat/ q̄to in semetipso veri⁹ causas ꝑcussionis ignorat. Eliphas itaq; quia hunc percussum non probationis examine/ sed purgationis estimauit: dum libere inter flagella loqueretur/ reprobasse dei increpationē credidit. Quem etiā apte hereticorum tenere speciem diximus: qui omne quod a sancta ecclesia recte agit: apud iudicium suum semper ad vitium tortitudinis inflectūt. Quia vero bona intētiōe ad loquēdum ducitur: sed non curat discernere cui loquat: adhuc sugit dispensationis moderamina predicando subiungit/ dicens. Cap. xviij.

L

QUia ipse vulnerat/ et medetur: ꝑcutit/ ꝫ man⁹ eius sanabūt.] Duob⁹ modis om̄ipotens de⁹ vulnerat/ quos reducere ad salutē curat. Aliquādo enī carnem percutit: et mētis duritiam suo pauore tabefacit. Uulnerādo ergo ad salutem reuocat/ cū electos suos affligit exteri⁹/ vt interius viuāt. Unde p Moysen quoq; loquit dicens. Ego occidā: ꝫ ego viuere faciā: ꝑcutiā/ ꝫ ego sanabo.

Deutero. xxxij.

Occidit enī vt viuificet: percutit vt sanet: q̄ idcirco foris verbera admouet: vt intus vulnera delictorū curet. Aliquādo autē etiā si flagella exteri⁹ cessare videātur/ intus vulnera infligit: quia mentis nostre duritiā suo desiderio ꝑcutit/ sed percutiendo sanat: quia terroris sui iaculo trāsfixos/ ad sensum nos rectitudinis reuocat. Corda enim nostra male sana sunt/ cum nullo dei amore sauciant: cū peregrinatiōis sue erumnam non sentiūt: cū erga infirmitatē proximi nec q̄libet minimo affectu lāguescunt. Sed vulnerantur vt sanentur: q̄ amoris sui spiculis mētes de⁹ insensibiles ꝑcutit: moxq; eas sensibiles per ardorē charitatis reddit. Unde ꝫ sponsa in cāticis cāticorū dicit. Uulnerata charitate ego sū. Male enī sana anima/ atq; in hui⁹ exilij statu ceca securitate prostrata: nec videbat deum/ nec videre requirebat. ꝑcussa autē charitatis eius spiculis/ vulnerat in intimis affectu pietatis/ ardet desiderio cōtēplationis: et miro modo viuificatur ex vulnere/ q̄ pri⁹ mortua iacebat i salute: estuat/ anhelat: et iā videre desiderat quē fugiebat.

M

Percussiōe ergo ad salutem reducit: que ad securitatē quietis intime/ amoris sui ꝑturbatione reuocat. Sed cū sauciata mens anhelare in deū ceperit: cū cuncta mundi hui⁹ blādimenta despiciens/ ad supnā se patriā per desideriū tendit: ad tentationē ei protin⁹ vertitur/ quicquid amiciū pri⁹ in seculo blādūq; putabatur. Nā qui peccantē amare consueuerāt/ recte viuentē crudeliter īpugnāt. Et erect⁹ in deū anim⁹/ carnis sue bella tolerat: in q̄ pri⁹ vitiis seruiēs/ delectabiliter iacebat. voluptates ꝓsce ad memoriā redeūt: ꝫ cōtradicentē mētem graui certamine affligūt. Sed q̄ hoc trāsitorio labore atterimur/ a perpetuo dolore liberamur: apte subiungitur.

¶ S. Qd' in p̄senti vita electos suos non pmittit de⁹ tētari supra id q̄d possunt/ donec hui⁹ vite septimana completa/ nulla eos deinceps tentatio tangat.

¶ In sex tribulationib⁹ liberabit te: ꝫ i septia nō tāget te malū.] Quid enī senario numero quē septim⁹ sequit/ nisi p̄sentis vite opatio decursusq; signat? Sexto quippe die oia perficiens/ hominē ꝯdidit: et septimo die de⁹ requieuit: qui. s. septim⁹ vesperā non habet: q̄ subsequētem requiē nullus iam terminus claudit. Perfectis ergo oib⁹/ requies sequitur: quia post bona vite p̄sentis opa/ retributio eterne quietis inuenit. In sex itaq; nos tribulationib⁹ dominus liberat: ne nos in septima malum tāgat: quia per paterne pietatis eruditionem presentis vite

B

labore nos atterit: sed in aduentu iudicij a verbere abscondit: vt tanto tunc ad salutem certiores exhibeat, quanto nunc nos flagella durius secāt. Qui apte mox ⁊ mala vite presentis, ⁊ adiutoria superne protectionis enumerās subdit. [In fame eruet te de morte: et in bello de manu gladij.] Sicut fames carnis est subtractū subsidiū corporis: ita ⁊ fames mentis est silentiū diuine locutionis.

Fames carnis. Fames mentis. Amos viij.

Unde recte per prophetā dicitur. Emittā famē in terrā: non famē panis, neq̄ sitim aque: sed famē audiendi verbum dñi. Et quia humanā mentē cum diuina allocutio deserit, contra eā carnis tētatio inualescit: apte subiūgit: Et i bello de manu gladij. Bellū quippe patimur, cū carnis nostre tētationib⁹ impugnamur. de quo nimirū bello per Psalmistā dicitur. Obūbrasti super caput meū in die belli.

Psalm. cxxxix.

Quia igitur reprobi dum fame verbi dei deficiūt, etiā belli gladio trāsfigunt: electos suos dñs ⁊ in fame a morte eripit: ⁊ in bello a gladio abscondit: q̄ eorū mentes dñi verbi sui pabulo reficit: ꝯtra tentationes corporis fortes reddit. Sꝫ sunt nōnulli q̄ etsi ex diuino eloquio ab interna se fame reficiunt: si iā ꝯtra tētationes corporis, ꝯtinētie ꝟtute fulciunt: adhuc tñ pcuti humanis detractionibus metuūt: et sepe dū linguarum iacula formidant: peccati se laqueo strangulant. Unde et apte subditur.

Capitulum. xix.

B

A Flagello lingue absconderis. [Flagellum lingue est exprobatio illate cōtumelie. Flagello lingue bonos feriūt, qui eorū opera irridēdo ꝓsequunt. Sepe enī lingua a bono opere dū vituperat reuocat: ⁊ quasi flagellū se exerit: q̄ dorsum timide mentis cedit.

Flagellū lingue.

Hoc flagellum lingue, electoꝝ mētibus insidiari ꝓpheta conspexerat: cū supernū adiutoriū pollicens diceret. Ipse liberabit me de laqueo venantiū: ⁊ a verbo aspero.

Psal. xc.

Uenātes enī nihil aliud q̄ carnem q̄runt. Sed a venantiū laqueo, atq̄ ab aspero verbo eripimur, quādo ⁊ insidias carnaliū, ⁊ irrisionum ꝓbra despiciēdo superam⁹. Aspera quippe eoꝝ verba sunt q̄ bonis nostris itinerib⁹ aduersant. Sed asperitatē ꝟbi euadere, est irrisiones detrahentiū dissimulādo calcare. Sancta ergo anima a flagello lingue abscōdit: q̄ dū in hoc mūdo honorē laudis non querit, nec cōtumeliā detractionis sentit. Sed sunt nōnulli qui iā derogantiū verba despiciunt: iā irrisiones ꝓ nihilo attendunt: adhuc tamen penas corporis cruciatusq̄ pertimescunt. Antiqu⁹ nāq̄ aduersarius vt a recta intentiōe nos retrahat, multiformiter impugnat: et tentationē nostrā modo verbi fame: modo carnis certamine: modo flagello sermonis: modo calamitate ꝑcussionis aggreditur.

Diabol⁹ multipl'r nos impugnat.

Sed quia perfect⁹ quisq̄ cū in semetipso vitia vicerit: statim mentē etiam contra vulnera passionis accingit: apte subiūgitur. [Et nō timebis calamitatem cum venerit.] Sancti enī viri quia contra multiformē aduersariū se pugnare considerāt: semetipsos i certamine multipliciter parāt.

C

Remedia

Habēt enī contra famem, diuini verbi pabulū: contra belli gladium, continētie scutū: contra flagellū lingue, protectionem patiētie: contra exterioris calamitatis dānum, interni amoris adiutoriū. Unde miro modo agit: vt quo eos hostis callidus numerosius tētat: eo circūspecti dei milites virtutib⁹ ditiores fiāt. Et q̄ electi quiq̄ dū presentis vite certamina fortiter tolerant: in terrore sibi venturi iudicij securitatē parāt: recte subiungitur.

¶ S. Q̄ dānatis nulla humanitate compatientur electi, et sic solidi erunt: vt vltra nec timore nec dolore vllo affici possint.

Capitulum. xx.

In vastitate et fame ridebis. [Tunc quippe reprobi vastitatē famēq̄ passuri sunt: cū dānati in extremo iudicio ab eterni panis visiōe separantur. Scriptū nāq̄ est. Tollat impius: ne videat gloriam dei. Et per semetipsum dñs dicit. Ego sum panis viuus, qui de celo descēdi.

Joh. vi.

Simul ergo eos vastitas famesq̄ cruciat: qui non solū foris tormēta sentiūt, sed intus etiā inedie peste moriunt. Uastat igitur gehēna, q̄ cōcremat: fames interficit, quia suā illis faciē redemptor abscōdit. Bene nāq̄ retributionem interius exteriusq̄ recipiūt: quia et cogitando miseri, et operādo deliquerunt. Unde bene p Psalmistā dicit. Pones eos vt clibanū ignis in tēpore vult⁹ tui; dñs in ira sua conturbabit eos, ⁊ deuorabit eos ignis.

Psal. xx.

Q̄ enī ab igne deuorat: ab exteriori parte accendit. Cliban⁹ vero inter⁹ inflāmat. In tēpore ergo vult⁹ dñi, iniusti oēs, ⁊ vt cliban⁹ ponūtur, ⁊ ab igne deuorātur: quia apparēte iudice, cū a visione illius eorū multitudo repellitur: ⁊ intus per desideriū ardet conscientia: ⁊ foris carnem cruciat gehēna.

D

Potest etiā flagellū lingue, sententia vltime animaduersionis intelligi: qua districtus iudex reprobis dicet: Discedite a me maledicti in ignem eternū, qui paratus est diabolo ⁊ angelis ei⁹.

Flagellū lingue. Matthei xxv.

Justus ergo a flagello lingue, atq̄ a calamitate veniēte absconditur: quia in tāta districtione sententie, blāda tūc iudicis voce refouetur, cū dicit. Esuriui enī, ⁊ dedistis mihi mādūcare: sitiui, ⁊ dedistis mihi bibere: hospes erā, ⁊ collegistis me: nud⁹, ⁊ operuistis me: infirm⁹, ⁊ visitastis me: in carcere erā, ⁊ venistis ad me. Quibus ꝓmittit. Uenite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnū a constitutione mundi. In vastitate ergo et fame iustus ridebit: q̄ cū iniquos omnes extrema vltio percutit: ipse de gloria digne retributionis hilarescit. Nec dānatis iā tunc ex humanitate compatitur: quia diuine iustitie per speciē inherens, inconcusso districtiōis intime vigore solidat. Erectas nāq̄ in claritate significantia rectitudinis electorū mētes nulla misericordia afficit: q̄ has a miserijs altitudo beatitudinis alienas reddit. Unde bene p Psalmistā dicit. Uidebūt iusti et timebūt: ⁊ super eum ridebūt ⁊ dicent. Ecce homo qui nō posuit deū adiutorem suū.

Psal. li.

Iniquos enī iusti nunc vident: ⁊ metuūt: tunc visuri sunt et ridebūt. Quia enī modo ad eorū labi imitationem possunt, hic habēt formidinem. Quia vero dānatis tūc prodesse nequeūt: illic nō habent compassionē.

E

Eterno itaq̄ supplicio deditis, non esse miserēdū, i ipsa (qua beati sunt) iustitia iudicātis legūt. qui (q̄d suspicari fas nō est) q̄litatē sibi percepte felicitatis imminuūt: si in regno positi, volūt q̄d implere nequaq̄ possunt. Sed q̄squis ad vite ꝑcepta se dirigit: priusq̄ premia eterna pcipiat: hic iam interna secure in perpetuū securitatis degustat: vt antiquū hostē nō metuat: ⁊ interueniēte mortis articulo, violentos ei⁹ īpetus nullaten⁹ ꝑhorrescat.

Capitulum. xxi.

Ista nāq̄ initium retributionis est, ipsa plerūq̄ in obitu securitas mentis. Unde et recte subiūgitur. [Et bestias terre nō formidabis.] Callidus quippe aduersari⁹ bestia terre dicit: quia ad rapiendas mortis tēpore peccatorū aīas, violētia crudelitatis efferat. Quos enī viuētes blandiens decipit, morientes seuiēs rapit.

Diabol⁹ bestia terre dicit.

Quo cōtra de electoꝝ ecclesia p prophetā domin⁹ pollicetur dicēs. Mala bestia nō trāsibit per eā.

Esaie xxxv.

Illi igitur terre bestiā morientes timent, q̄ cōditoris sui potentiam viuētes non timent. Sancti igit viri quia diuine se formidini medullitus subdūt: omne de aduentu aduersarij pondus timoris abijciūt. Hinc est enī q̄ Psalmista dñm exorat dicēs. Nequādo rapiat vt leo animā meā. Hic rursus ait. Exaudi de⁹ orōnē meā cum deprecor: a timore inimici eripe animā meam.

Ps. vij. Psal. lxiij.

Uiuentes quippe pfecti timent iudicē: ne morientes metuant accusatorē. Bene ergo dicit. Et bestias terre nō formidabis. Ac si aperte diceret. Qui a blādiente modo hoste nō vinceris: hunc seuientē postmodū non timebis.

F

Sed cum bene viuitur: valde cauēdū est ne mens despectis ceteris de gloria singularitatis eleuet. Unde apte ad memoriā bonum sociale reducit: cū ꝓtin⁹ subinfert. [Sed cum lapidibus regionū pactum tuū.] Quasi distincte in mundo regiones sunt ecclesie gentium: que in vna fide posite, morū linguarūq̄ diuersitate diuidūtur. Quid ergo p regionū lapides, nisi ecclesiarū electos accipim⁹? Quib⁹ primi instructoris voce dicitur. Uos autem tanq̄ lapides viui superedificamini.

j. Petr. ij.

De quib⁹ sancte ecclesie dñs per prophetam pollicetur, dicens. Ecce ego sternā p ordinē lapides tuos.

Esa. liiij.

Qui igit recte viuit, pacto se cum lapidibus regionum iūgit: quia i eo q̄ mūdi desideria superat: vitā suā procul dubio ad sanctoꝝ ꝑcedentiū imitationē ligat. Sed cū a mūdi dilectiōe † distingitur: maloꝝ spirituū impugnationes crescunt: q̄ tñ quo magis i merore quēq̄ atterunt, eo conditori humili⁹ subdūt.

† al. actione.

Unde ⁊ subiūgitur. [Et bestie terre pacifice erunt tibi.] Notandum prius est q̄ non ait pacate, sed pacifice: videlicet nō quia pacē habent, sed q̄ pacē faciūt. Hostes quippe callidi dū insidiant affligunt: sed afflicta mens tanto magis ad eternam patriā reditū diligit, q̄nto i hoc erūnoso exilio laboriosius viuit: ⁊ vere⁹

Utilitas afflictiōis

c

G se gratie sui adiutoris humiliat: cū cōtra se insidias hostium acriores pensat. Terre ergo bestie electis pacifice fiunt: quia maligni spiritus cum bonorum corda aduersantes deprimūt: hec nolentes ad amorem dñi impellūt. Inde ergo cū deo robustior pax oritur: unde nobis ab aduersarijs durior pugna generatur. Caplm. xxij.

Possunt etiā p terre bestias / motus carnis intelligi: qui dū mentem nostrā irrationabilia suadendo lacessūt: contra nos bestialiter insurgūt. Sed cū cor diuinis sub lege deprimitur / etiā carnis incētiua detumescūt: vt etsi tētando submurmurāt / nequaq̄ tamē vsq ad effectus operū / quasi ad aperti morsus rabiem exurgant. Quis eni adhuc i hac corruptibili carne subsistens: has terre bestias plene edomat: cum ille ad tertiū celum raptus egregius predicator dicat: [Roma. vij.] Uideo aliam legem in mēbris meis repugnantem legi mentis mee: et captiuū me ducentē in lege peccati: q̄ est in mēbris meis? Sed aliud est has bestias i campo operis sceuientes aspicere: aliud intra cordis caueā frementes tenere. Redacte nāq intra claustra continentie: etsi adhuc tentādo rugiunt: vsq ad morsum tamen (vt diximus) actionis illicite non excedūt. Pacifice itaq sunt terre bestie: quia motus carnis etsi per desideria palpitant: aperta nos tamen cōtradictione operis non impugnant. Quis per hoc ipm q̄ pacifice dicūtur: etiam id qd de malignis spiritibus diximus / non inconuenienter accipitur. [H] Motus etenī carnis pacem nobis cū deo faciunt: cum tentādo contradicūt. Nam iusti mens in eo q̄ ad superna dirigitur: ex corruptibili carne graui bello fatigatur. Que et si quādo a desiderijs celestibus, huius mundi qualibet minima delectatione tardat: ipso bello sue tentationis impellitur: vt illud toto corde diligat / quod cōtradictio nulla perturbat. Unde fit vt demem intimam ad memoriam reuocet: et carnis sue illecebras fugiens / ad illam pleno amore suspiret. Considerare enī ex tētatione vnusquisq compellitur vnde quo cecidit: qui postq̄ dei pacem deseruit / rixam sibi cōtra se exurgere ex semetipso sentit: et tunc verius videt de secura dei dilectione quid perdidit: qui ad se dilapsus / suam in se contumeliam inuenit. Pacem ergo nobis terre bestie faciūt: quia motus carnis dum nos tentādo lacessunt / ad amorē quietis intime impellūt. Cplm. xxiij.

Bene autē subditur. [Et scias q̄ pacem habeat tabernaculū tuum.] In scriptura sacra aliter pax plena dicitur / atq aliter inchoata. Inchoatā quippe pacē veritas discipulis dederat / cū dicebat [Jo. xiiij.] Pacem relinquo vobis: pacem meā do vobis. Et ple[Luce. ij.]nam Symeon desiderauerat / cum exoraret dicēs. Nūc dimittis seruū tuum dñe sm verbum tuū in pace. Pax enim nostra ex desiderio conditoris inchoatur: et manifesta autē visione perficitur. Plena quippe tūc erit / cum mēs nostra nec ignorantia cecatur: nec carnis sue impu[J]gnatione cōcutitur. Sed quia eius exordia tangimus / cum vel mentem deo / vel carnem mēti subiugamus: tabernaculum iusti habere pacem dicitur: quia videlicet eius corpus qd mente inhabitatur / a peruersis desiderijs motib⁹ prius inquietatum / nūc sub iustitie dispositione refrenatur. Sed quid pdest per continentiam carnem restringere: si mens se per compassionem nesciat in pximi amore dilatare? Nulla nāq est castitas carnis: quam non cōmēdat suauitas mētis. Unde post pacem tabernaculi apte subiungitur. [Et visitans speciē tuā / nō peccabis.] Species quippe hominis est alter homo. Recte enim species nostra dicitur proximus noster: q̄ in illo cernimus quid ipsi sumus. Corporali enim visitatione / ad proximum gressuū accessu venimus: spirituali vero non gressu sed affectu ducimur. Speciem ergo suā visitat / quisquis ad eum qu[em] sibi similem per naturam cōspicit / passibus amoris tendit: vt in altero sua cōsiderans / ex seipso colligat qualiter infirmitati alteri⁹ cōdescendat. Speciem suam visitat: qui vt ipse alterum reficiat / se in altero pensat. Hinc nāq per Moysen veritas [Gen. j.] cum gesta describeret: gerenda signabat dicens. Protulit terra herbam virētem: et afferētem semen iuxta gen⁹ suum: lignūq̄ faciēs fructum: et habēs vnūqdq semē: tem sm speciem suam. Lignum quippe sm speciem suā semen producit: cum mens nostra ex sui consideratione se in alterum colligit: et recti operis germen parit. Hinc quidam sapiēs dicit. Qd tibi non vis fieri: alteri ne fe[K]ceris. Hinc in euāgelio dñs dicit. Que vultis vt faciāt vo[Mathei vij.]bis hoies: et vos eadem facite illis. Ac si aperte diceret. Speciem vestrā in altero visitate: atq ex vobismetipsis agnoscite quid vos oporteat alijs exhibere. Hinc Pau[j. Cor. ix.]lus ait. Factus sum iudeis tanq̄ iudeus / vt iudeos lucrarer: et his qui sub lege erāt / quasi sub lege essem: cum ipse non essem sub lege: vt eos qui sub lege erant lucrifacerem: et his qui sine lege sunt / quasi sine lege essem: cum sine lege dei nō essem / sed i lege essem xpi. Et paulopost. Oībus oīa fact⁹ sum / vt oēs saluos facerem. Neq enim egregius predicator / vt quasi iude⁹ fieret / ad perfidiam erupit: neq vt quasi sub lege esset / ad carnale sacrificiū rediit: neq vt oīb⁹ oīa fieret / simplicitatem mētis in erroris varietatem cōmutauit: sed condescēdēdo appropinquabat infidelibus / non cadendo: vt videlicet singulos in se suscipiēs / et se in singulos transfigurās / compatiēdo colligeret / si ita ipse vt illi esset / quid impendi sibi ab alijs recte voluisset: et tāto verius vnicuiq errāti cōcurreret / q̄to salutis eius modum ex ppria consideratione didicisset. Bene ergo dicitur. Et visitās speciem tuam nō peccabis: q: tūc peccatum plene vincitur: cum ex sua similitudine vnusquisq perpendit quō in pximi dilectione dilatetur. Cum ḡo a vitijs caro restringitur cū mens virtutib⁹ exercet: restat vt loquēdo quisq doceat vitā alios / quā moribus seruat. Caplm. xxiiij.

Ille nāq vberes fruct⁹ predicationis colligit qui semina bone operationis pmiserit. Unde post pacē tabernaculi et speciei nostre visitationem / recte subiūgit. [Et sciēs q̄m multiplex erit semen tuū: et pgenies tua sicut herba terre.] Post pacē quippe [L] tabernaculi / post speciei nostre visitatiōem / semen iusti multiplex surgit: q: nimirum post mēbrorū macerationem / ac morū magnitudinem: tāto ei feciidi⁹ predicationis verbū tribuit / q̄to hoc in ei⁹ pectore perfecti operis exaratione preuenit. Ille nāq bene loquēdi facūdiam accipit: qui sinū cordis ad perfecte viuēdi studia extendit. Nec pscientia loquētem prepedit / cū vita linguā antecedit. Hinc est q̄ egyptij seruitio publico Joseph dis[Gen. xlvij.]pēsante subiecti / cū iuri regis semetipsos tradētes humiliant: frumēta etiā ad semen reportāt. Fruge quippe ad esum etiā liberi accipimus / cum et sacro eloquio pascimur: et tñ ad quedā que in hoc mūdo appetimus / in nostris voluptatib⁹ vacam⁹. Sed serui facti / et ad semē frumēta pcipimus: q: dum plene deo subdimur / etiam verbo predicationis replemur. Et qm magna prole fidelium sequit cū sancta predicatio prerogat: post multiplicitatem seminis recte subiungit. [Et pgenies tua sicut herba terre.] Justi pgenies herbe terre cōparat: q: qui de ei⁹ imitatione nascit: dū gerētem vite presentis [M] gloriā deserit / spe interna viridescit. Uel certe iusti progenies sicut herba oritur: q: dū viuēdo mōstrat qd predicādo asserit: multitudo sequētiū innumerabilis exurgit. Sed quisq̄s iam terrena desideria despicit: quisq̄s se per actiue vite opera extendit: nequaq̄ ei sufficit magna exterius agere / nisi etiā per contēplationem valeat interna penetrare. Unde et apte pminus subinfertur.

G Quid est q̄ Abraham cōiugem mortuam in sepulchro duplici sepelit: et qd sit q̄ per moysen cum hysopo lignoq cedrino vacca mactari precipitur.

[Ingredieris in abūdātia sepulchrum: sicut infertur aceruus tritici in tēpore suo.] Quid enī sepulchri noie nisi contēplatiua vita signatur? Que nos quasi ab hoc mūdo mortuos sepelit: dum a terrenis desiderijs susceptos / in intimis abscōdit. Ab exteriori quippe vita mortui / etiam sepulti per cōtēplationem fuerāt: quib⁹ Pau[Col. iij.]lus dicebat. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Capitulum. xxv.

Actiua ḡq vita sepulchrū est: q: a prauis nos operib⁹ mortuos tegit. sed cōtēplatiua perfectius sepelit: q: a cūctis mūdi actionib⁹ fundit⁹ diuidit. Quisq̄s ḡ iam i se cōtumelias carnis edomuit: supest vt mētē per studia scte opationis exerceat. et q̄sq̄s iam mētē per sctā opa dilatat: supest vt hāc vsq ad secreta intime ptēplatiōis studia extēdat. Neq enī pfect⁹ pdicator est / q̄ vel ppt cōtēplatiōis studiū operāda negligit: vel ppt opatiōis instātiā cōtēplāda postponit. Hinc est enī q̄ abrahā coniugē mortuā in sepulchro [Gen. xxiij.]

A

duplici sepelit: qz nimirum pfectus quisqz pdicator extra etiam a prauis vite desiderijs aiam suã / sub bone opationis regimine et cõtẽplationis abscõdit: vt a carnali cõcupiscentia sub actiua contẽplatiuaqz vita quasi insensibilis lateat: que prius mũdi desideria sentiẽs / mortaliter viuebat. Hinc est q humani gñis redẽptor per diem miracula in vrbib⁹ exhiberet ad orationis studiũ in mõte pnoctat: vt pfectis videlicet predicatorib⁹ innuat: quatenus nec actiuã vitã amore speculationis funditus deserãt: nec cõtẽplationis gaudia penitus operationis nimietate cõtẽnãt: sed quieti cõtẽplãtes sorbeãt qđ occupati erga pximos loquẽtes refundãt. Speculãdo quippe in dei amore surgit: sed predicãdo ad pximi vtilitatem

Nũe. xix.

reditur. Unde apud Moysen dñs in sacrificio vacca mactatur: offerri cum hysopo lignoqz cedrino bis tinctus coccus precipit. Uaccã quippe mactam⁹ / cũ carnẽ a lasciuia sue voluptatis extinguimus. quã cum hysopo lignoqz cedrino ac cocco offerim⁹: qz cũ maceratione carnis sacrificiũ fidei / spei et charitatis adolem⁹. Hysop⁹ quippe interna nostra mũdare cõsueuit. Et per Petrũ dr:

Act. xv.

Fide mũdãs corda eoꝝ. Lignũ cedrinũ nullis putredie deficit: qz spem celestiũ termin⁹ nõ cõsumit. Unde et per

j. Pet. j.

Petrũ dr: Regenerauit nos in spẽ viuã: per resurrectionem iesu xpi ex mortuis: in hereditatem incorruptibilẽ et incõtaminatã et immarcescibilem. Coccus vero rubio colore flãmescit: qz quẽ implet charitas incẽdit. Unde

Luce. xij.

et i euãgelio Ueritas dicit. Ignẽ veni mittere i terrã. Sed

B

bis tinct⁹ coccus offerri pcipit: vt videlicet ante interni iudicis oculos / charitas nostra / dei et pximi dilectiõe coloret. quatenꝰ cõuersa mens nec sic p amore dei quietem diligat / vt curã pximi vtilitatẽqz postponat: nec sic p amore pximi occupationi inseruiat / vt quietem funditus deserens / ignem in se superni amoris extinguat. Quisquis ergo semetipm deo iam sacrificium obtulit: si perfecta desiderat: curet necesse est vt non solũ ad operationis se latitudinem: verũetiam ad culmina contemplationis extendat. Capitulum xxvj.

SEd inter hec magnopere sciẽdum est qz valde inter se diuerse sunt cõspersiões aiaꝝ. Nõnulli nãqz hoim ita ociose mentis sunt: vt si eos labor occupatiõis excipiat / in ipsa operis inchoatione succũbãt. et nõnulli ita inqeti sunt / vt si vacationẽ laboris habuerint / grauius laborẽt: qz tãto deteriores cordis tumultus tolerãt / qñto eis licenti⁹ ad cogitationes vacat. Unde necesse est vt nec quieta mẽs ad exercitatiõem se immoderati operis dilatet: nec inquieta ad studiũ cõtẽplatiõis angustet. Sepe enĩ q cõtẽplari deũ quieti poterãt / occupatiõib⁹ pressi ceciderũt. et sepe q occupati bene humanis vsib⁹ viuerẽt / gladio sue qetis extincti sunt. Hinc nãqz est q nõnulli inquieti spũs dũ plus exquirũt cõtẽplãdo qz capiũt / vsqz ad peruersa dogmata erũpũt: et dũ veritati discipuli esse humiliter negligũt / magistri

Matthei xviij.

errorũ fiũt. Hinc per semetipsam Ueritas dicit. Si oculus tuus dexter scãdalizat te: erue eũ et proijce abs te. Bo-

C

num est tibi cũ vno oculo i vitã intrare: qz duos oculos habẽtem mitti i gehẽnã ignis. Due quippe vite / actiua videlicet et cõtẽplatiua: cũ conseruãtur in mẽte / quasi duo oculi habẽtur in facie. Dexter nãqz oculus vita cõtẽplatiua est: sinister actiua. Sed sunt nonnulli (vt diximus) q discrete intueri summa et spũalia nequaqz possũt: et tñ alta cõtẽplationis assumũt: atqz idcirco in pfũdã foueã intellectus praui errore dilabũtur. Hos itaqz cõtẽplatiua vita vltra vires assumpta / cogit a veritate cadere: qs in statu sue rectitudinis humiliter poterat sola actiua custodire. Quib⁹ recte hoc quod prefati sumus / Ueritas dicit. Si oculus tu⁹ dexter scandalizat te: erue eũ et proijce abs te. Bonum tibi est cũ vno oculo in vitã intrare / qz duos oculos habẽtem mitti in gehẽnam ignis. Ac si aperte diceret. Cũ ad cõtẽplatiuã vitã idonea discretione non sufficis / solam secur⁹ actiuam tene. Cũqz in hoc qđ pro magno eligis / deficis: eo cõtẽt⁹ esto quod p minimo attẽdis: vt si per cõtẽplatiuã vitã a veritatis agnitione cõpelleris cadere: regnũ celoꝝ per solam actiuam valeas saltem luscus intrare. Hinc rursum dicit. Qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis qui in me credũt: expedit ei vt suspẽdatur mola asinaria in collo ei⁹: et demergatur in pfundum maris. Quid per mare nisi seculũ: quid per molã asinariã / nisi actio terrena signat?

D

Que dum colla mẽtis per stulta desideria constringit: hanc in laboris circuitum mittit. Sũt itaqz nõnulli qui dum terrenas actiones deserũt / et ad cõtẽplationis studia / humilitate postposita / vltra intelligentie vires surgunt: non solũ se in errorem deijciũt / sz infirmos quosqz a gremio veritatis diuidũt. Qui g vnũ de minimis scãdalizat: melius illi fuerat alligata collo mola asinaria i mare pijci: qz nimirũ puersa mẽti expedibili⁹ esse potuisset: vt occupata mũdo terrena negocia ageret / qz per contẽplatiõis studia ad multoꝝ perniciem vacaret. Rursum nisi quibusdã mẽtib⁹ cõtẽplatiua vita potius qz actiua cõgrueret: nequaqz per Psalm. dñs diceret. Uacate et vi-

Psal. xlv.

dete quia ego sum deus. Capitulum xxvij.

SEd inter hec sciẽdum est qz sepe et pigras mẽtes amor ad opus excitat: et inquietas in cõtẽplatione timor refrenat. Anchora enim cordis est pondus timoris: et plerũqz fluctu cogitationis quatitur / sed per discipline sue vincula retinetur: neqz hoc tẽpestas sue inquietudinis ad naufragium ptrahit: quia in diuini amoris littore pfecta charitas astringit. Unde necesse est vt quisquis ad contẽplationis studia properat: semetipm prius subtiliter interroget qñtum amat. Machina quippe mentis est vis amoris: que hãc dum a mũdo extrahit / in alta sustollit. Prius ergo discutiat si summa inquirẽs diligit: si diligẽs timet: si nouit incognita aut amãdo cõprehẽdere: aut non cõprehẽsa timẽdo venerari. In cõtẽplatione etenim mentem si amor non

E

excitat / teporis sui torpor obscurat. si timor non aggrauat / sensus hãc per inania ad nebulam errorũ leuat. et cũ clausa ei secretoꝝ ianua tardi⁹ aperitur / ab ea longi⁹ ipsa sua presumptiõe repellitur: qz irrũpere appetit hoc qđ non inueniẽs querit. cũqz superba mens errorem pro veritate pcipit: quo quasi intus gressum porrigit: foras

Exo. xix.

tendit. Hinc est enĩ q legẽ daturus dñs in igne fumoqz descẽdit: qz et humiles per claritatem sue ostẽsionis illuminat: et supboꝝ oculos per caliginẽ erroris obscurat. Prius igit mẽs ab appetitu glorie tpalis / atqz ab omni carnalis cõcupiscentie delectatione tergenda est: et tũc ad arcem cõtẽplatiõis erigẽda. Unde et cum lex accipitur / populus a monte phibetur: vt videlicet q infirmis adhuc mẽtibus terrena desiderãt / cõsiderare sublimia non presumãt. Unde et recte dr: Si bestia tetigerit montem / lapidabitur. Bestia etenĩ mõtem tãgit: cum mens irrationabilib⁹ desiderijs subdita / ad cõtẽplationis alta se erigit. sed lapidib⁹ percutitur: qz summa non sustinens / ipsis superni ponderis ictibus necatur. Qui igi-

F

tur culmen pfectionis apprehendere nituntur: cum contemplationis arcem tenere desiderãt: prius se in campo operis per exercitium probent: vt sollicite sciãt si nulla iam mala pximis irrogãt: si irrogata a pximis / equanimiter portãt: si obiectis tẽporalib⁹ bonis nequaqz mẽs letitia soluitur: si subtractis nõ nimio merore sauciatur. ac deinde perpendãt si cum ad semetipsos introrsus redeunt: in eo q spũalia rimantur / nequaqz secũ rerum tẽporalium vmbras trahũt: vel fortasse tractas manu discretiõis abigũt. si incircũscriptum lumen videre cupientes / cunctas circũscriptionis sue imagines deprimunt: et in eo qđ super se contingere appetũt / vincũt qđ sunt. Unde recte nunc dicitur. Capitulum xxviij.

INgredieris in abundantia sepulchrum. Uir quippe perfectus in abundantia sepulchrum ingreditur: qz prius actiue vite opera congregat: et postmodum carnis sensum per cõtemplationem mortuum huic mundo funditus occultat. Unde et apte subditur. Sicut infertur aceruus i tẽpore suo. Actionis nãqz tẽpus primum / est cõtemplationis extremum. Unde necesse est vt pfectus quisqz prius virtutib⁹ mentem exerceat: atqz hãc postmodum in horreum quietis

Lu. viij.

condat. Hinc est enĩ q is quem legio demonum dño iubente dereliquit / ad saluatoris sui pedes residet / verba doctrine percipit: et de regione sua simul discedere cum salutis auctore cõcupiscit: cui tamen ei ipsa que salutem contulit veritas dicit. Reuertere prius in domum tuã et narra qñta tibi fecerit deus. Cum enĩ quãlibet parum de diuina cognitione pcipimus: redire ad humana iam nolumus / et pximoꝝ necessitatib⁹ onerari recusamus: quietem contẽplationis querim⁹: nihilqz aliud nisi hoc qđ sine labore reficit animũ amamus. Sed sanatos nos

G veritas ad domū mittit: narrare que nobiscū acta sunt p̄cipit: vt videlicet mens prius desudet in opere: et postmodum refici debeat per contēplationem.

¶ G Quid sit q̄ iacob p rachel seruiuit/et liā accepit.

¶ Hinc est q̄ Jacob pro Rachel seruiuit/et Liā accepit. cui q̄ dr̄. Non est consuetudinis in terra nostra vt minores ante tradam⁹ ad nuptias q̄ maiores. Rachel nāq̄ visum principium: Lia aūt laboriosa dr̄. Et quid p rachelem/nisi cōtēplatiua: qd per liam/nisi actiua vita significatur? In cōtēplatione quippe principiū (qd deus est) queritur: in operatiōe aūt sub graui necessitatum fasce laboratur. Unde et rachel pulchra/sed sterilis: lia aūt lippa est/sed fecūda: q: nimirum mens cū cōtēplādo ocia appetit/plus videt: sed minus deo filios generat. cū vo ad laborem se predicationis dirigit: minus videt/sed amplius parit. Post Lie ḡ amplexus ad Rachelem Jacob peruenit: q: perfectus quisq̄ ante actiue vite ad fecūditatem iūgitur: et post ad requiē cōtēplatiue copulatur. Quia enim contēplatiua vita minor quidē tēpore/sed merito maior est q̄ actiua: sacri euāgelij verbis ostēdit: in quo due mulieres diuersa egisse referunt. Maria quippe redemptoris nostri vba audiēs/ad pedes illi⁹ residebat: martha aūt corporalib⁹ ministerijs insistebat. Cūq̄ cōtra marie ociū martha quereret/audiuit. Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit: que nō H auferetur ab ea. Quid enim per mariam que verba dn̄i residēs audiebat/nisi contemplatiua vita exprimitur? Quid per martham exteriorib⁹ obsequijs occupatam/ nisi actiua vita signatur? Sed marthe cura non reprehēditur: marie vo etiā laudatur: q: magna sunt actiue vite merita/sed cōtēplatiue potiora. Unde nec auferri vnq̄ marie pars dr̄: q: actiue vite opera cū corpore transeūt: contēplatiue aūt gaudia melius ex fine conualescunt. Quod bene ac breuiter Ezechiel p̄pheta exprimit/cum volantia animalia contēplatus ait. Et similitudo manus hoīs subtus pennas eorū erat. Quid eñ per pennas animalium/nisi contēplationes possumus sentire sctōrū quibus ad summa transuolant: et terrena deserētes/sese in celestibus librāt? Quid per manus/nisi operationes accipimus? Quia cum in p̄ximi amore se dilatāt: bona que preualēt/etiā corporaliter administrāt. Sed man⁹ eorū sub pēnis sunt: q: actionis sue opera virtute contēplationis vincunt.

Caplm̄ xxix.

Potest etiam per sepulchrum nō solum in hac vita nostra contēplatio: sed quies eterne et intime retributionis intelligi: in qua tāto veri⁹ quiescitur/q̄to in nobis corruptionis vita p̄fectius necatur. In abundātia ḡ sepulchrum ingreditur: qui post congesta vite presentis opa/ mutabilitati sue plene mortuus/in secreto veri luminis occultat. Unde et per psalmistam dr̄: Abscōdes eos in abscōdito vultus tui: a conturbatione hoīm. Quod bene etiam cōparatio adiūcta cōmēdat/cū dr̄. Sicut infertur aceruus in tempore suo. Frumētum quippe in segete sole tangitur: q: in hac vita humana aīa respectu superni luminis illustratur. pluuias percipit: q: veritatis eloquio pinguescit. vētis concutitur: quia tentationib⁹ exercetur. et secum crescētes paleas portat: q: nequiorem cōtra se quotidie vitā peccantium tolerat. atq̄ ad aream deductū triturationis pondere premitur/vt a palearum connexione soluatur: q: mens nostra celesti discipline supposita/dum correctionis flagella percipit/a societate carnalium mūdior recedit. et relictis paleis ad horreum ducitur: q: foris remanentib⁹ reprobis/electa aīa ad superne mansionis gaudia eterna subleuatur. Bene ergo dicitur. Ingredieris in abundātia sepulchrum: sicut infertur aceruus in tēpore suo: q: dum post afflictionem iusti premia patrie celestis inueniunt: quasi post presuras ad horreum grana deferuntur: et in alieno quidem tēpore percussiones sentiūt: sed in suo a percussione requiescūt. Electis quippe alienum tēpus est vita presens. vnde et quibusdā adhuc infidelibus veritas dicit. Tēpus meum nōdum aduenit: tēpus aūt vestrum semper est paratum. Et rursum. Hec est hora vestra/et potestas tenebrarum. Sepulchrum ergo in tēpore suo sicut frumēti aceruus ingreditur: q: ille eternam requiem percipit/qui prius hic vt ab exurēdis paleis liber sit/ discipline presuras sentit.

Gen. xxix.

Luce. x.

Ezech. i.

Ps. xxx. I

Joan. vij.

Lu. xxij.

Eliphas vo qui et in locutionis sue serie tabernaculū/ lapides/bestias/semen/herbas/sepulchrūq̄ noīauit: q: non hec iuxta litteram dixerit: ipse innuit/qui post cūcta illico subiūgit. [Ecce hoc vt inuestigauimus ita est.] Liquet p̄fecto q: in his vbis nihil ab eo iuxta superficiem dicitur: q: nimirum ante faciem non iacet qd inuestigatur. Qui ergo hec inuestigasse se indicat: q: in vbis exterioribus interiora quesierit/demōstrat. Sed post cūcta ad stultitiam iactantie puenit: q: proximus subdit. [Qd auditū mente p̄tracta.] Quālibet doctrina mens polleat: grauis ei⁹ imperitia est/velle docere meliorem. Unde et ea que ab amicis recte p̄lata sunt: ab interno arbitro nō recta iudicātur. In eo nāq̄ vim sue rectitudinis amittūt: quo auditori non congruūt: q: et medicamina vires perdunt: cū sanis mēbris apponitur. In omne ergo qd dicitur/necesse est vt causa/tēpus et persona pensetur: si verba sentētie veritas roboret: si hāc tempus congruum postulet: si et veritatem sentētie/et congruētiam tēporis/p̄sone qualitas non impugnet. Ille eñ laudabiliter spicula emittit: qui prius hostem quem feriat cōspicit. Male nāq̄ arcus validi cornua subigit: qui sagittam fortiter dirigens/ciuem ferit.

¶ Finit liber Sextus Moralium sancti Gregorij.

¶ Liber Septimus moralium sācti Gregorij pape in beatū Job sup capitulū sextū. Cap. j.

Quorūdam mentes plus flagella q̄ cōsilia erudiūt: quorūdam vo plus consilia q̄ flagella castigāt. Nam sepe cōtra nos quibuslibet penis durius tormēta vborū seuiunt: cūq̄ nos ad defensionē erigūt/ in impatiētiam sternūt. Unde beato Job ne deesse tētatio vila potuisset: nō solū hūc flagella desup feriūt: sed grauiora plagis amicorū colloquia affligunt: vt sancti viri aīa hincinde pulsata/ad motū iracūdie et elatiōis erūperet: et qcqd mūdum vixerat: p cōtumaciā supbe locutionis inquinaret. Sed tactus plagis grās retulit: lacessitus verbis recta respōdit: et percussus innotescit q̄ pro minimo salutem carnis habuerit. Loquēs quoq̄ indicat q̄ sapiēs tacebat. Sed quedā eius vbis admixta sunt: que apud humana iudicia patiētie limitem transire videātur: que nos vere intelligimus: si superni sentētiam iudicis in eorū examinatione pensamus. Ipse quippe beatum Job et prius p̄tra aduersariū pretulit dicēs: Vidisti seruū meū Job: q: nō sit ei silis ei sup terrā: vir simplex et rect⁹ ac timēs deū/et recedēs a malo? Ipse post probationem amicos ei⁹ redarguit/dicēs. Non estis locuti corā me rectū/sicut seru⁹ me⁹ Job. Restat ergo/vt cum mens in beati Job sermonib⁹ fluctuat: eorū pondus ex eiusdem historie initio ac fine perpendat. Ab eterno eñ iudice nec casurus laudari potuit/nec lapsus preferri. Si igitur in ambiguitatis tēpestate deprehēsi/p̄ima hui⁹ historie et postrema cōspicim⁹: nauis cordis cōsiderationis sue funib⁹: quasi a prora et puppi restringit/ne in erroris saxa p̄ducatur. Nullis ergo ignorātie nostre p̄cellis obuiamur: si trāquillum superne sentētie littus tenemus. Ecce eñ dicit qd questione nō modica lectoris animum moueat. Sed q̄s hoc non rectū dicere audeat: qd in dei auribus rectum sonet?

¶ Sequit Capitulū Sextū textus libri Job.

Respōdēs aūt Job dixit. Utinā appēderent pctā mea qb⁹ iram merui: et calamitas quā patior in statera: q̄si arena maris hec grauior appareret. Unde et verba mea dolore sunt plena: q: sagitte dn̄i i me sunt: quarū indignatio ebibit spiritum meū: et terrores dn̄i militant contra me. Nūquid rugiet onager cū habuerit herbā: aut mugiet bos cū ante p̄sepe plenū steterit? Aut poterit comedi insulsum: qd nō est sale cōditū?

K

L

M

A Aut potest aliquis gustare qd gustatum affert mortem? Anime enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur. Que prius nolebat tangere aia mea nunc pre angustia cibi mei sunt. Quis det vt veniat petitio mea/et qd expecto tribuat mihi deus? et qui cepit ipse me conterat? Soluat manum suã: et succidat me: et hec mihi sit consolatio: vt affligẽs me dolore nõ parcat: nec contradicam sermonibus sancti. Que est enim fortitudo mea vt sustineam: aut quis finis meus vt patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea enea est. Ecce nõ est auxiliũ mihi in me: et necessarij quoqz mei recesserunt a me. Qui tollit ab amico suo misericordiã/timorẽ dñi derelinquit. Fratres mei preterierũt me sicut torrẽs qui raptim transit in conuallibus. Qui timent pruinam irruet super eos nix. Tempore quo fuerint dissipati peribũt: et vt incaluerint/soluẽtur de loco suo. Inuolute sunt semite gressuum eorum: ambulabũt in vacuũ: et peribũt. Considerate semitas theman: itinera saba: et expectate paulisper. Confusi sunt: qz speraui. Venerunt quoqz vsqz ad me: et pudore cooperti sunt.

B Nũc venistis: et modo videntes plagã meã timetis. Nunqd dixi: afferte mihi: et de substãtia vestra donate mihi: vel liberate me de manu hostis: et de manu robustorum eruite me? Docete me/et ego tacebo: et si qd forte ignoraui instruite me. Quare detraxistis sermonibus veritatis: cum e vobis nullus sit qui possit arguere me? Ad increpãdum tantum eloquia concinnatis/et in ventum vba profertis. Sup pupillum irruitis: et subuertere nitimini amicum vestrũ. Verũtamen qd cepistis/explete. Prebete aurem/et videte an mentiar. Respõdete obsecro absqz cõtentione: et loquẽtes id qd iustũ est iudicate. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem: nec in faucibus meis stultitia personabit.

¶ S. Q2 statere nomine/christus accipiatur: qui in se calamitatem nostram et peccata appendit.

¶ Utinam appenderẽtur peccata mea quibus iram merui: et calamitas quã patior/in statera: quasi arena maris hec grauior appareret. [Quis alius statere nomine/

C nisi dei et hoim mediator exprimitur: qui ad pẽsandum vite nre meritum venit: ac secũ iustitiã simul et misericordiam detulit: sed misericordie lance preponderans/culpas nostras parcẽdo leuigauit. In manu etenim patris/quasi statera miri libraminis factus: hinc in se calamitatem nostrã/et illinc peccata suspẽdit. Sed grauis ponderis calamitatem moriẽdo innotuit: et apud misericordiam suã deus leue esse peccatũ relaxãdo monstrauit: qui hoc primũ gratie contulit: qz penã nostrã nobis cognoscibilem fecit. Homo nãqz ad cõtẽplãdum auctorem conditus: si exigẽtibus meritis ab internis gaudijs deiectus: in erũnam corruptionis ruẽs: cecitatem exilij sustinẽs/culpe sue supplicia et tolerabat et nesciebat: ita vt exiliũ patriã crederet: et sic sub corruptionis põdere/quasi in salutis libertate gauderet. Sed is quem intus homo reliquerat: assũpta carne foris apparuit deus. cũqz se exterius prebuit/expulsum foras hoiem ad interiora reuocauit: vt iam dãna sua videat: iam penã sue cecitatis ingemiscat. Calamitas ergo hois in statera grauis apparuit: qz malum qd pertulit/non nisi in presentia redẽptoris agnouit. Lucẽ quippe nesciẽs/dãnationis sue tenebras voluptuose tolerabat: sz postqz vidit qd diligeret/intellexit etiã qd doleret: et graue sensit qd pertulit: qz dulce innotuit qd amisit. Vir igit sanctus colloquẽtis amici sententijs a claustris silentij excussus: et prophetici spũs efficatia repletus: dicat sua: dicat humani generis voce:

D Utinam appẽderẽtur pctã mea quibus iram merui/et calamitas quã patior/in statera: quasi arena maris hec grauior appareret. acsi apte diceret. Dãnationis nostre malum leue credit: qz necdum cognita redẽptoris equitate pensat. Sed vtinã veniat/et erũnam tãti exilij miseris cordie lance suspendat: et quid post exilium requiramus/edoceat. Stem innotescat qd amisimus/graue esse insinuat quod toleramus. Capitulum ij.

Bene aũt hec eadem peregrinationis nostre calamitas maris arene pparatur. Arena enim maris/vndarum estu exterius impellit: qz et delinquẽs homo qm tentationũ fluctus mobiliter ptulit: extra se ab intimis extruit. Magni aũt arena maris est ponderis: sed calamitas hois arena maris grauior dicitur: qz dura fuisse pena ostẽditur: dũ per misericordẽ iudicẽ culpa que leuigat agnoscit. Et qz quisqz gratiam redẽptoris agnoscat: quisqz reditum ad patriam diligit: eruditus sub pondere peregrinationis gemit: post statere desiderium recte subiũgitur. [Unde et verba mea dolore sunt plena.] Qui peregrinationem pro patria diligit/dolere etiã inter dolores nescit. Iusti aũt vba dolore plena sũt: qz quousqz presentia tolerat: ad alia loquendo suspirat. omne qd peccãdo ptulit/conspicit: atqz vt ad statũ beatitudinis redeat/sollicite iudicia quibus affligitur pẽsat. Unde subdit. [Quia sagitte dñi in me sunt.] Sagittarum

Considerate semitas theman: itinera saba: τ expectate paulisper. Theman quippe auster: saba aūt rete interpretat. Quid hic p austrū q afflata teporibus mēbra dissoluit/nisi fluxa viuēdi remissio: quid p rete/nisi actionis obligatio demōstrat? Qui eñi dissoluta mente ea q terrena sunt appetūt: nec gressu libero ad deū pgūt/ipsi se suis inordinatis conatib⁹ ligāt: cūq; se fluxis puersationis sue actib⁹ implicant/qsi remansuros in retis vinculis pedes ponūt. Ut eñi paulo superi⁹ quosdā ad deuictas iam culpas retrahi p aperta quedā τ nō deuicta vitia dixim⁹: ita nōnulli ad ea que reliquerāt/redeūt p quedam que vel honestatis nomine/vel laudis honore palliātur. Nā sunt plerīq; q iam aliena nō appetūt: atq; ab huī⁹ mūdi iurgijs icohoare qctis amore diuidūt. eruditi sacris eloquijs sitiunt: vacare supnis contēplatiōibus concupiscūt: nec tñ pfecta animi libertate curā rep familiariū deserunt. cui sepe dum licite seruiūt: etiā illicitis hui⁹ mundi iurgiis implicātur. cūq; terrenas res studiose tueri desiderāt/cordis requiē deserūt quā qrebāt. τ cū substātia fugiēs cōtinua pulsione pregit/pcepruo in aio diuine sciētie smo dissipat: qz iuxta veritatis sententiā/obortū semē spine opprimūt/cū vbum dei a memoria importune terrenaꝝ rerū sollicitudines expellunt. Dissolutis itaq; gressibus in rete ambulāt/q dum mundū pfecte nō deserūt/semetipos gradiēdo obligāt ne gradiant. Et sunt plerīq; q non solū aliena non appetunt: verūetiā cūcta q possederāt/in mūdo dereliquūt: semetipsos despiciūt: nullā psētis vite gloriā requirūt: ab huius mūdi se actibus separant: τ pene quicqd pspe

D

ritatis arriserit/calcant. Sed tamē adhuc vinculo carnalis cognationis obligati: dum amori ppinquitatis indiscrete deseruiūt: ad ea sepe p affectū cognationum redeūt: q iā τ cū pprio despectu subegerūt. Cūq; plus q necesse est carnis ppinquos diligūt: retracti exterius a cordis parente causa diuiduntur. Nam sepe quosdam videm⁹ (qntum ad propriū studiū spectat) iam psētis vite desideria nō habere: mūdū τ opere τ pfessiōe reliquisse: sed tñ pro inordinatis affectibus propinquorum/pretoria irrumpere: terrenarū rerum iurgijs vacare: libertatem intime quietis relinquere: τ mundi studia in se iā

E

dudum destructa reparare. Quo itaq; isti nisi i rete ambulāt: quos a presenti seculo inchoata iam vite pfectio soluerat: sed inordinat⁹ amor terrene cognatiōis ligat? Qui eñi districto studio/et non dissolutis gressib⁹ eterne sponsionis pmiū sequūtur: sicut semetipsos pro diuino amore despiciunt/sic cuncta quibus se sentiunt ppediri/postponunt: τ cum pro deo necesse est vt quibus valent cunctis inseruiant: pro deo priuata obsequia etiam ppinquis negant. Hinc est eñi q quidam cum diceret:

Mat. viij

Permitte mihi primo ire τ sepelire patrē meum: ptin⁹ ex ore veritatis audiuit. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade/τ annuncia regnum dei. Qua in re notandum est: qz electus discipulus dum a parentis sepultura compescit: hoc deuotum quoq; exhibere patri mortuo ex affectu carnali pper dominū nō licet: quod propter dñm et exteris debet. Hinc rursum veritas dicit. Capitulum. xviij.

Luc. xiiij

Si quis venit ad me/et non odit patrem suum et matrem/τ vxorem/τ filios/τ fratres/τ sorores: adhuc autē τ animam suam: nō potest me⁹ esse discipulus. Quo in loco videlicet dum ppinquorū odio/anime quoq; nostre odium subinfert/patēter ostēditur/qz sic propinquos sicut nosmetipsos odio habere pcipimur: vt hos ad eterna rapientes/eorūq; carnalem gratiā cū prepedit postponētes/discam⁹ temperata eos discretiōis arte τ cōuenēter diligere/τ salubriter odio habere: quatenus sic fiat per amorem odium surgere: vt valeamus eos verius p odiū amare. Hinc rursum p

Deutero. xxxiij.

moysen dicit: Qui dixerit patri suo et matri sue/nescio vos: τ fratribus suis/ignoro illos: τ nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquiū tuum τ pactū tuū: et iudicia

F

runt iudicia tua. Ille eñi scire dominū familiari⁹ appetit/qui pre amore pietatis nescire desiderat/quos carnaliter sciuit. Graui etenī dāno scientia diuina minuit: si cum carnis notitia partit. Extra cognatos ergo quisq; ac primos debet fieri/si vult parenti omniū veri⁹ iūgi: quaten⁹ eosdē quos pper deū vtiliter negligit: tāto solidius diligat/quanto in eis affectū solubilē copule carnalis ignorat. Debemus quidē τ tēporaliter his quib⁹ vicinius iungimur/plus ceteris prodesse: quia et flamma admotis rebus incendium porrigit: sz hoc ipm pri⁹ vbi nascit incendit. Debemus copulam terrene cognationis agnoscere: sed tamen hanc cū cursum mentis prepedit/ignorare: quaten⁹ fidelis animus diuino studio accensus: nec ea que sibi sunt in infimis coniuncta/despiciat: τ hec apud semetipsum recte ordinans/summorum amore transcendat. Solerti ergo cura puidēdum est/ne carnis gratia surrepat: atq; a recto itinere cordis gressum deflectat: ne vim supni amoris impediat: et surgentē mētē supimposito pondere deorsum premat. Sic etenī quisq; propinquorū debet necessitatibus ɔpati: vt tamē p compassionē non sinat vim sue intentionis ipediri: vt affectus qdem mētis viscera repleat: sed tamen a spirituali pposito nō auertat. Neq; eñi sancti viri ad impedēda necessaria ppinqs carnis nō diligūt: sz amore spūalium ipsam in se dilectionem vincūt: quaten⁹ sic eā discretiōis moderamine tēperent: vt p hanc in paruo

G saltem ac minimo a recto itinere non declinēt. Quos be
ne nobis p significationē vacce innuūt: que sub arca do-
mini ad mōtana tēdentes / affectu simul et rigido sensu
j. Reg. vj. gradiuntur: sicut scriptum est. Tollentes duas vaccas
q̄ lactabāt vitulos / iunxerunt ad plaustrū: vitulosq̄ ea-
rum clauserunt domi: ꝛ posuerunt arcam dei sup plau-
strum. Et paulopost. Ibant in directū vacce p viā que
ducit bethsamis: ꝛ itinere vno gradiebantur / pergētes
ꝛ mugiētes: ꝛ nō declinātes neq̄ ad dexterā / neq̄ ad si-
nistrā. Ecce eñ reclusis domi vitulis / vacce que sub ar-
ca dñi plaustro religant / gemūt ꝛ pergunt: dant ab inti-
mis mugitus: ꝛ tñ ab itinere nō demutāt gressus. Amo-
rem q̄dem p cōpassionē sentiūt: sed colla posteri⁹ nō defle
ctūt. Sic sic necesse est vt incedere debeāt / q sacre legis
iugo suppositi / iam p internā sciam dñi arcam portant:
quaten⁹ p hoc q̄ propinquoꝝ necessitatibus cōdolent:
a cepto rectitudinis itinere non declinent. Bethsamis
quippe dom⁹ solis dr̄. Arca ḡ dñi supposita bethsamis
pergere / est cū superna scientia ad eterne lucis habitacu-
lum ꝓpinquare. Sed tūc ꝟe bethsamis tendimus / cum
viam rectitudinis gradiētes / ad vicina erroris latera
nec ꝑ affectu pignorū declinamus. Quorū nimirū gra-
tia mentē nostrā tenere debet: sed reflectere nō debet: ne
hec eadē mens aut si affectu non tangit / dura sit: aut pi⁹
tacta / si inflectitur / remissa. Capitulum. xix.

H Intueri libet beatū iob: in q̄ diuini timoris iu-
go colla cordis attriuerat: sub quanto discre-
tionis moderamine diuine scie arcam portat.
Amissis nāq̄ vitulis mugit: q: audita morte filiorū / in
terram tonso capite corruit: sed recto tamen itinere mu
giens gradit: q: eos ei⁹ in gemitu ad dei laudes aperit:
cum ptin⁹ dicit. Dñs dedit / dñs abstulit: sicut domino
placuit / ita factum est: sit nomē dñi benedictū. Sed in-
discrete mētes hāc viuendi regulā nesciūt: ꝛ q̄ vias dei
dissolute appetūt / eo ad mundi itinera stulte replicant.
Recte igitur sanctus vir post theman semitas / saba iti-
nera memorat: quia quos auster reprobi teporis sol-
uerit / hos nimirū rete implicatiōis tenet. Bene autem
prauorū facta describens: considerare hec admonet: q:
puersa agēdo diligimus: sed hec visa in alijs diiudica-
mus: ꝛ que in nobis minus diiudicāda credim⁹ / q̄ sint
turpia / in aliorum actionibus cognoscimus: sicq̄ fit / vt
ad semetipsam mens redeat: ꝛ agere qđ reprehēdit eru
bescat. Quasi eñ a speculo feda facies displicet: cū mēs
a vita simili in seipsa qđ auersat videt. Ait ḡ. [Conside-
rate semitas theman / itinera saba: ꝛ expectate paulisp.]
Ac si aperte diceret: Dāna alieni teporis attēdite / ꝛ tūc
spem de eternis firmi⁹ sumitis: si recto cordis oculo qđ
in alijs displiceat / videtis. Capitulū. xx.

I Bene autem dicit: Expectate paulisper. Sepe
enī dum p̄sentis vite breuitas quasi diu per
seueratura diligitur: ab eterna spe animus frā
gitur: ꝛ delectatus presentibus / desperatiōis sue caligi
ne reuerberat. Cūq̄ lōgū putat quod ad viuēdū sibi spa
tiū restat: repēte vitā deserēs / eterna mala inuenit / q̄ vi-
tare iam nequeat. Hinc est eñ qđ p quendā sapientem
Eccl. ij. dicit: Ve his qui pdiderunt sustinentiam. Sustinētiā nā
videlicet perdunt: qui dū diu se immorari visibilibus exi
māt / spem inuisibiliū derelinquūt. Cūq̄ mēs in p̄ntib⁹
figit / vita terminat: ꝛ repente ad supplicia improuisa per-
ueniunt: que decepti suis presumptionibus / aut nūq̄ se
Mat. xxv cōtingere: aut tarde crediderūt. Hinc veritas dicit: Vi
gilate itaq̄: q: nescitis diē neq̄ horā. Hinc rursum scri-
j. Thes. v. ptum est: Dies dñi sicut fur in nocte ita veniet. Quia eñ
ad rapiendā animā ꝓpinquans minime conspicit: fu-
ri in nocte cōparat. Tanto igit debȝ quasi semp veniēs
metui / quanto a nobis non valet ventura presciri. Unde
ꝛ sancti viri quia breuitatem vite indesinēter aspiciūt /
q̄i quotidie moriētes viuunt: ꝛ tanto se solidi⁹ mānsuris
ꝑparāt / quāto ꝛ nulla eē transitoria semp ex fine pēsant.
Hinc quippe psalmista veloci cursu fugere vitam pctō-
Psalm. ris aspiciēs / ait: Pusillum adhuc / ꝛ nō erit pctōr. Hinc
xxxvj. iterum dicit: Homo sicut fenū dies eius. Hinc Esaias
Ps. cij. ait: Ois caro fenum / ꝛ omnis gloria eius sicut flos agri.
Esa. xl. Hinc mentes presumentiū Iacobus corripit / dicens:
Iaco. iiij. Que est vita vestra? Vapor est ad modicum parēs. Re-
cte ergo dicit: Expectate paulisper: quia ꝛ imensum est
quod sine termino sequit: ꝛ paruū est quicquid finit. Lō-

gum quippe nobis videri non debet / quod cursu sui tē- K
poris tendit vt non sit: quod dum per momēta ducitur /
ipsa hoc momēta sua que differūt / impellunt: atq̄ vnde
teneri cernit / inde agitur ne teneat. Bene aūt beat⁹ iob
postq̄ breuitatem p̄sentis vite despiciens intulit / cōtra
iniquos protinus in voce omniū electorū surgit / dicēs.
[Confusi sunt: quia speraui.] Cum bonis mala reprobi
ingerunt / si bos a spe intima labefactari cōspiciunt: esse
ctu deceptionis hilarescunt. Lucrum nāq̄ maximū / er
roris sui ꝑpagationē deputāt: quia habere se ad perdi-
tionem socios exultant. Cū vero bonorū spes interius
figitur: ꝛ nequaq̄ malis exterioribus ad ima reclinat:
prauorū mentē confusio occupat: q: dū puenire ad affli-
ctorū intima nequeūt: incassum se extitere crudeles eru-
bescunt. Sanctus igit vir dicat ex voce sua: dicat ex vni
uersalis ecclesie afflicte gemētisq̄ constātia / q̄ inter ad-
uersa reproboꝝ / superne retributionis gaudium sine vllo
mentis defectu desiderat: atq̄ ad vitam moriēdo perdu
rat: Confusi sunt: q: speraui. Ac si aperte dicat: Quia du-
ris persecutiōibus reprobi vim mei rigoris nō emolliūt:
erubescentes ꝑcul dubio ss bono sue crudelitatis pdūt.
Unde mox venture retributionis bona / quasi iam p̄sen-
tia cōspicit: ꝛ qui reatus i iudicio reprobos maneat / at-
tendit subdens. [Venerunt quoq̄ vsq̄ ad me: ꝛ pudore
cooperti sunt.] Usq̄ ad sanctam quippe ecclesiā in die
iudicij reprobi veniunt: quia vsq̄ ad eius tunc ꝑspiciē-
dam gloriā pducunt: vt ad maiora tunc reat⁹ sui suppli- L
cia / repulsi videant qđ pdiderūt. Tūc vero iniquos pu
dor cooperit: cum eos in conspectu iudicis teste ꝑscie-
tia addicit. Tunc iudex exteri⁹ cernit: sed accusator in-
terius tolerat. Tunc omnis ante oculos culpa reducit:
ꝛ mēs super gehēne incēdia / suo grauis⁹ igne cruciatur.
De quibus recte p ꝓphetā dicit: Dñe exaltet man⁹ tua /
vt non videāt: videant ꝛ cōfundant. Intellectū quippe
reproborū nunc merita obscurāt: sed tunc cognitio rea-
tus illuminat: vt ꝛ modo sequenda non videant: et tunc
ea postq̄ amiserint cernāt. Nūc quippe eterna intellige-
re negligūt: vel appetere intellecta cōtemnūt: sed tūc ea
intelligentes procul dubio desiderantesq̄ conspiciunt:
cū desiderata assequi nequaq̄ possunt. Capitulū. xxi.

Que etiā beati iob verba amicis eius specialis
ter congruūt: qui duris obiurgationibus sā
cti viri animum labefactare conabantur. Ait
eñ: Confusi sunt / q: speraui. Ac si aperte diceret. Dū me
stultis increpationibus ad desperationē flectere neque
unt: ipsi temeritatis sue insania confundunt. Venerunt
quoq̄ vsq̄ ad me: ꝛ pudore coopti sunt. Ac si dicat. Ui-
dentes corporis vulnera: sed mētis constantiā nescien-
tes: dum me de iniustitia increpare ausi sunt / vsq̄ ad me
necdum venerūt: sed dura me inuectione pulsantes / dū
stare animū inter aduersa depꝛehendūt: quasi ad me ve- M
nientes erubescunt. Eo enim ad me veniunt / quo me in
intimis agnoscunt. ibiq̄ eos pudor cooperit: vbi me stā-
tem fortiter exterior iactura nō tangit. Sunt vero non-
nulli qui timere deū nesciūt / nisi eū vel in se expta: vel i
alijs cognita aduersitate terrent: quos ꝓspera p auda-
ciā eleuant: cōtraria p infirmitatē turbāt. Ex quorū scȝ
nūero amicos suos eē beat⁹ iob redarguit: cū protin⁹ sub-
dit dicens. [Nunc venistis: et modo videntes plagam
meam / timetis.] Ac si aperte dicat: Ego tūc deū timui /
cum fultus ꝓsperis / flagellorum detrimenta non sensi.
vos autē q: ex amore deū nō metuitis / ex sola eū verbis
ꝑcussione formidatis. Sequit. [Numquid dixi / afferte mi
bi: ꝛ de substātia vrā donate mihi: vt liberate me de ma
nu hostis: ꝛ de manu robustorū eruite me?] Sed ꝑsonā
sancte ecclesie hec v̄ba referunt: quia amicos beati Iob
hereticorū tenere speciem diximus: recte se asserit eorū
substātia nō indigere. Hereticoꝝ q̄ppe substātia / carna-
lis sapiētia nō inconuenienter accipit: qua dum puerse sul
ciunt / quasi in verbis se diuites ostēdunt. quā eo sancta
ecclesia non querit / quo hanc spirituali intellectu tran-
scēdit. Sepe vero heretici cum puersa de fide asserunt /
nōnulla cōtra antiquū hostem subtilia de carnis tenta-
tionibus loquunt. Nā nonnūq̄ eo in se quasi sano mem-
bra operationis ostendūt: quo in fide vulnerati serpen-
tis morsu in capite tenentur. Sed sancta ecclesia audire
ab his subtilia de tēptationib⁹ nō vult: q: dū vera quedā
de conuersatione asserunt / ad falsa perfidie perducunt.

A Qui recte nūc subdit: Nūqd dixi/afferte mihi: ⁊ de substantia vestra donate mihi: vel liberate me de manu hostis: ⁊ de manu robustorū eruite me. Manū quippe hostis/satane fortitudinē vocat: ⁊ manum robustoꝝ/vires malignorum spirituū appellat. Quos idcirco robustos memorat: q2 dū absq3 carnis infirmitate sūt cōditi: prauis eorum aditib⁹ imbecillitas adiuncta non obuiat. Hoc vero quod subditur: Docete me: ⁊ ego tacebo: ⁊ si quid forte ignoraui/instruite me: sub cuius distinctionis libramine pendeat: incertū videt: vtrū ad hoc subiūctū sit qd intulerat: Nūqd dixi: an certe disiūcta a superioribus inia ꝓmat: q̄i p increpationē dicat: Docete me: et ego tacebo: ⁊ si qd forte ignoraui/instruite me. Sed q2 vtriq3 distinctioni cōuenit: q2 ab intellect⁹ sani tramite p neutrā recedit. Sed q2 hec in trāscursu p allegoriā diximus/restat vt moraliter historie vba perscrutemur.

¶ S. Quāta sit securitas iustoꝝ dei/⁊ in reprehendendis vitijs sine personarum acceptione auctoritas: ⁊ q sctūs quisq3 prudentiā ⁊ vires ⁊ opes carnaliū cōtēnat. Ca. xxix.

Beatus Job dāna rerū perdiderat: malignoꝝ spirituū percussionib⁹ tradit⁹/dolores vulnerū sentiebat: sed sapientem dei stultitiā diligēs: stultā mūdi sapientiā mētis despectu calcauerat. Igit contra mundi diuites pauper: cōtra potestates ⁊ potentes oppressus: contra sapientes stult⁹ dicit. Tris rūdit: q2 nec pauper eoꝝ substantiam: nec oppressus adiutorium cōtra robustos: nec stultus doctrinam sapiētie carnalis querit. Sactus etem̄ vir q2 mēte sup semetipm rapit: et

B paup inopia non angustat: ⁊ oppressus nihil patit: ⁊ voluntarie stultus carnalē sapientiā nō mirat. Hinc est em̄ q oppressus Paulus pauper dicit: Spoliamur/sed nō destituimur: ꝑsecutionē patimur/sed non derelinqmur: deijcimur/sed non perimus. Hinc est q sapientiā sancte

i. Cor. i. stultitie insinuās ait: Que stulta sunt mūdi/elegit de⁹: vt cōfūdat sapiētes. Et: Si qs videt iter vos sapiēs eē in h seculo: stultus fiat/vt sit sapiēs. Hic est q gloriā oppressionis/⁊ diuitias desiderate paupertatis aperiens dicit:

ij. Cor. vi. Quasi morientes/⁊ ecce viuim⁹: vt castigati/⁊ nō mortificati: q̄si tristes/semp aūt gaudētes: sicut egētes/multos aūt locupletātes: tāq3 nihil habētes/⁊ oia possidētes. Libet iter hec oculos mētis attollere: ⁊ electos dei exterius oppressos quāte intrisec⁹ arci psidēat/videre. Cūcta quippe que foris eminēt/occultis eoꝝ obtutib⁹ p despectū iacent. Nam sup se interius rapti/in alto animū figunt: ⁊ queq3 in hac vita patiunt/quasi lōge infra labentia atq3 a se aliena cōspiciūt: atq3 (vt ita dixerim) dū mente extra carnē fieri decertant/pene ipsa que tolerant ignorāt. In hoꝝ pfecto oculis quicquid tēporaliter eminet/altū nō est: nā velut in magni vertice montis sūt/presentis vite plana despiciunt: seq3 ipsos p spūalem

C celsitudinē trāscendētes/subiecta sibimet intus vident queclūq3 p carnalē gloriā foris tumēt. Vñ ⁊ nullis contra veritatē potestatib⁹ parcunt: sed quos attolli per elationem cōspiciūt: p spiritus auctoritatē premunt. Hic est em̄ q ad desertū moyses veniēs/egypti regē ex auctoritate

Exo. x. aggredit/dicēs: Hec dicit dñs de⁹ hebreorū. Vsquequo non vis subijci mihi? Dimitte populū meū/vt sacrificet

Exo. viij. mihi. Cui dum plagis pressus Pharao diceret: Ite/sacrificate deo vestro in terra ista: aucta protinus auctoritate respōdit: Non potest ita fieri: abominationes egyptiorum imolabim⁹ dño deo nostro. Hinc est q peccantem regē/nathan aggredit: cui prius similitudinē perpetrate p̄uaricatiōis obijciens: rūq3 reū p ꝓprij iudi-

ij. Regū xij. cij vocē tenens/ꝑrimus adiūxit dicens: Tu es ille vir q fecisti hāc rē. Hinc est q vir dei ad destruendā idololatriā/samariā missus/hieroboā regem sup altare thura facientē/non regem verit⁹/nō formidine mortis pressus/ contra altare intrepidus auctoritatē libere vocis exer-

iij. Regū xiij. cuit/dicens: Altare altare: hec dicit dñs: Ecce filius nascetur domui Dauid/iosias nomine: et imolabit super te sacerdotes excelsorum. Hinc est q Achab superbus idoloꝝ seruitio subactus: cum increpare heliā ꝓsumeret/dicēs: Tu ne es ille vir q cōturbas israel: Helias ꝓ-

iij. Regū xviij. Ibidem. tinus supbi regis stultitiā/obiurgationis libera auctoritate ꝑcussit/dicens. Non ego turbaui israel: sed tu et domus patris tui: q dereliquistis mādata dñi/et secuti estis baalim. Hinc est q helisęus veram magistri celsitudinē sequens: iorā filium achab ad se cū iosaphat regeveniente/ex reatu pfidie cōfudit/dicens. Quid mihi

D *iiij. Reg. iij.* ⁊ tibi est? vade ad ꝓphetas patris tui ⁊ matris tue. Viuit dñs exercituū/in cui⁹ conspectu sto: q2 si nō vultū iosaphat regis iude erubescerem: nec attendissem qdē te/ nec respexissem. Hinc est q idem vir/naaman ad se cū

iiij. Re. v. equis ⁊ curribus venientē/ante ostiū domus sixit: ⁊ talentorū copia ac vestiū fulto non occurrit: non ianuam domus aperuit: sed vt lauari septies in iordane debuisset/per nuncium iussit. Vnde ⁊ idem naaman irat⁹ recedebat/dicens: Putabā q egrederet ad me: ⁊ stās inuocaret nomen dei sui. Hinc est q petrus/cum eū sacerdotes ac principes etiā p flagella seuientes/in nomine iesu loqui prohiberent: cum magna protinus auctoritate re-

Act. iiij. spondit/dicens: Si iustū est in cōspectu dei vos potius audire q̄ deū/iudicate. Non em̄ possum⁹ q̄ vidim⁹ ⁊ audiuimus/non loqui. Hinc est q paulus eū resistentē cōtra veritatem sacerdotū principem cerneret: cūq3 minister illi⁹ alapa ꝑcussisset/non maledictū perturbatus intulit: sed repleti⁹ spiritusancto/libera voce ꝓphetauit/

Act. xxiij. dicēs: Percutiet te deus paries dealbate. Et tu sedēs iudicas me sc̄m legem: ⁊ cōtra legē iubes me ꝑcuti. Hic est q stephanus contra vim ꝓsequentiū auctoritatē vo-

Act. vij. cis exercere/nec moriturus expauit/dicens. Dura ceruice ⁊ incircūcisi corde ⁊ auribus: vos semp spūisancto restitistis. sicut patres vestri/⁊ vos. Capitulū. xxx.

E Sed q2 sancti viri ad verba tante altitudinis zelo veritatis/nō autē vitio elationis exiliūt/ ipsi patenter indicāt/qui factis dictisq3 alijs et quāta humilitate polleāt: ⁊ erga eos quos redarguūt/ quanta charitate ferueāt/manifestāt. Superbia quippe odiū generat: humilitas amorē. Verba itaq3 q̄ amor exasperat/pfecto ex fonte humilitatis emanāt. Quō ergo stephanus ꝓferre increpationem p elationē potuit: qui pro eisdē quos increpauerat/ad deteriora crescētibus/seq3 lapidātib⁹/flexis genib⁹ orauit dicēs. Dñe/ne

Act. vij. statuas illis hoc pctm̄? Quō Paulus cōtra gentis sue sacerdotē ac principem asperitati vba supbiēs intulit: qui humilitate se etiā discipuloꝝ seruitio substernit/di-

ij. Cor. iiij. cens. Non em̄ nosmetipsos pdicam⁹: sed dominum nostrum Jesum xp̄m: nos autē seruos vestros p christum. Quomodo petrus per elationem p̄ncipibus restitit: q̄s

Act. iij. errori cōpatiens/reatum velut excusat/dicēs: Scio q p ignorātiā fecistis: sicut ⁊ p̄ncipes vestri. De⁹ autē q̄ p̄nūciauit p os omniū ꝓphetarū pati christū suū/impleuit

Ibidem. sic. Quos ad vitā misericorditer trahit dicens. Penitemini igit ⁊ conuertimini/vt deleant peccata vr̄a. Quō heliseus videre Naamā ex elatiōe noluit: qui nō solum

F se conspici/sed teneri etiā a muliere ꝑmisit: de qua scri-

iiij. Regū iiij. ptum est: Cū venisset ad virū dei in montē/apprehendit pedes eius: et accessit Giezi vt amoueret eam: et ait vir dei: Dimitte eā: anima em̄ ei⁹ in amaritudine est. Quō Helias supbo regi increpationis verba p tumorē intulit: qui ante eius currū humiliter cucurrit: sicut scriptū

iij. Regū xviij. est: Accinctisq3 lūbis currebat ante achab. Quō vir dei hieroboā presentiā ex elatione despexit: qui arētem dexteram eius saluti pristine protinus ex pietate repara-

iij. Regū xiij. uit: sicut scriptum est. Cūq3 audisset rex sermonē hoīs dei quē inclamauerat cōtra altare in bethel: extēdit manū suā de altari/dicens. Apprehēdite eū: et exaruit manus eius. Et paulopost: Orauit vir dei faciē dñi: ⁊ reuersa ē manus regis ad eū: et facta est sicut prius fuerat. Quia em̄ supbia gignere virtutes nescit: q̄ta ex humilitate ꝓdijt vox increpationis/ostendit/quā signa comitātur. Quomodo nathā cōtra dauid regē p verba increpatio-

ij. Re. xij. nis tumuit: qui cū increpāda culpa deesset/in terrā se in cōspectu ei⁹ ꝓnus strauit: sicut scriptum est: Nūciauerunt regi dicētes: Adest nathā ꝓpheta. Cūq3 introisset

Exodi xviij. ante cōspectū regis/adorauit eū pronus in terra. Quomodo moyses regi egyptio libere resistens/eum despicere potuit: qui deo familiariter colloquēs/sequentem se iethro cognatum suum humilis adorauit? Cui⁹ etiā consilio tantam obediētiam prebuit: vt post secreta dei colloquia/magnum lucrum id duceret: quod foris ab ore hominis audiret. Capitulū. xxxj.

Ex alijs ergo sanctoꝝ factis discimus quid de alijs pēsare debeamus. Sancti etenī viri nec ex elatione sunt liberi/nec ex timore submissi: sz cū rectitudo eos ad libertatē vocis erigit/ꝯsideratio

G infirmitatis ꝓprie in humilitate custodit. Culpas ꝗp-
pe delinquentiū cū ex alto increpātes feriūt semetipsos
tamen apud se subtilius iudicātes/quasi in abiectis po
nunt:et quo praua in alijs insequuntur/eo ad reprimen-
dos se atrociores redeūt:rursusq; quo sibimet meliora
sgētibus nequaꝗ͂ parcunt:eo vigilanti⁹ aliena facta re
prehēdunt. Quid eni de humana potētia mirari exteri⁹
poterūt/qui semetipsos quoq; despiciūt:etiā cum inti-
me pene iam arcē sublimitatis apprehendūt? Idcirco
ergo bene foris diiudicant altitudinē terrene celsitudi-
nis:qz intus oculum non grauat pondus tumoris. Unde
et beatus Job cū in amicos dura loquētib⁹ terrenā pru-
dētiam/vires substātiāq; despiceret/dicēs: [Nūqd di-
xi/afferte mihi/et de substātia vestra donate mihi:vel li-
berate me de manu hostis:et de manu robustorum erui-
te me? Docete me et ego tacebo:et si quid forte ignoraui/
instruite me.] quid de seipso sentiat:paulo inferi⁹ mani
festat/dicens.] Super pupillum irruitis.] Ex hac itaq;
clarius patz ꝗ͂te se infirmitatis conspiciat/quem pupil
lum vocat. Sequitur.

¶ S. Qz mundus debet esse a vitijs/qui aliorum cul-
pas arguit.

H ¶ Quare detraxistis sermonibus veritatis:cū e vobis
nullus sit qui possit me arguere?] Mūdus ipse esse a vi-
tijs debet/q curat aliena corrigere:vt terrena non cogi-
tet:vt desiderijs infimis non succūbat:ꝗ͂tenus tāto per-
spicaci⁹ alijs fugiēda videat/ꝗ͂to hec ipse p scientiam et
vitā veri⁹ declinat:quia nequaꝗ͂ pure maculā in mem-
bro cōsiderat oculus/quem puluis grauat:et supiectas
sordes tergere non valet man⁹ q lutum tenet. Quod iu-
xta antique trāslationis seriē/bene ad dauid erga exte-
riora bella laborantē/p significationem diuina vox in-

ij. Regū vij. nuit cum dicit: Non tu edificabis mihi templum:quia
vir sanguinū es. Dei autem templum edificat:qui corri
gēdis atq; instituēdis ꝓximorū mētibus vacat. Tem-
plum quippe dei nos sumus:q ad verā vitā ex ei⁹ inha-

j. Cori. iij. bitatione cōstruimur: Paulo attestante/q ait: Templū
dei sanctū est/quod estis vos. Sed vir sanguinū templū
deo edificare ꝓhibet:qz qui adhuc actibus carnalibus
incumbit:necesse est vt instruere spūaliter mētes proxi-
morum erubescat. Bene ergo dicit: Quare detraxistis
sermonibus veritatis/cum e vobis nullus sit q me pos-
sit arguere: Ac si aperte diceretur: Qua temeritate au-
dita reprehenditis:q percussionis mee causas ignoran-
tes/adhuc reprehensibilia profertis: Sequitur:

¶ S. De ocioso et inordinato verbo.

¶ Ad increpandum tantū eloquia concinnatis:et in vē-
tum verba profertis.] Duo sunt genera locutionū ꝓpor-
tuna valde et noxia generi humano. Unū quod curat et iā
ꝑuersa laudare. Aliud qd studet semp etiā recta corripe

I re. Illud deorsum cum fluuio ducit:hoc vero cōtra fluē
ta veritatis obserare et alueū conat. Illud metus ꝓmit:
hoc elatio erigit. Illud gratiā ex fauorib⁹ captat:hoc ira
vt ex certamine ondat exagitat. Illud in ꝓmptu subia-
cet:hoc sempe diuersio tumet. Ex hui⁹ ergo qlitate bea-
tus Job amicos suos fuisse redarguit/cum dicit. Ad i-
crepandum tm̄ eloquia concinnatis. Sed vnde vsq; ad
iniuste increpationis audaciā ꝑueniūtur/protinus inno
tuit cū subiūxit. Et in vētū verba ꝓfertis. In ventū eni
verba proferre/est ociosa dicere. Nā sepe dū ab ociosis
verbis nequaꝗ͂ lingua cōpescit:ad temeritatem quoq;
stulte increpatiōis effrenat. Quibusdā ei ruine sue gra-
dibus/desidiosa mēs in fouee laps⁹ ipellit. Nā dū ocio-
sa verba cauere negligim⁹/ad noxia ꝑuenimus:vt pri⁹
loqui aliena libeat/et postmodū detractionibus eoꝝ vi
tā de qbus loquit lingua mordeat:quādoq; aūt vsq; ad
aptas contumelias erūpat. Hinc irarū seminant stimu
li/oriunt rixe:accēduntur faces odiorū:pax tota extin-

guit cordiū. Unde bene per Salomonem dicit: Qui di-
mittit aquā/caput est iurgioꝝ. Aquā quippe dimittere
est linguā in fluxū eloquij relaxare. Quo cōtra et in bo-
nam partē asserit dicens: Aqua profunda verba ex ore
viri. Qui ergo dimittit aquā/caput est iurgioꝝ:qz q lin
guā non refrenat/concordiam dissipat. Unde e diuerso

Prouer. xxvij. scriptū est. Qui imponit stulto silentium/iras mitigat.

Capitulum. xxv.

Q Uia autem multiloquio quisq; seruiēs recti
tudinem iustitie tenere non possit:testat ꝓ-
pheta q ait. Uir linguosus non dirigeт sup terrā. Hinc

K Psalm. cxxxix. Salomon iterū dicit. In multiloquio peccatū nō deerit.
Hinc Esaias ait: Cult⁹ iustitie silentiū. videlicet indi-

puerb. x. cans/quia mētis iustitia desolatur/quādo ab imodera

Esaie xxxij. ta locutione nō parcit. Hinc Jacobus dicit: Si ꝗs pu-
tat se religiosum esse non refrenans linguā suam. sed se-
Jaco. j. ducens cor suū:hui⁹ vana est religio. Hinc rursum ait:
Ibidem. Sit omnis homo velox ad audiēdum:tardus autē ad
Jaco. iij. loquendum. Hinc iterū adiūgit: Lingua inquietū ma-
Mat. xij. lum plena veneno mortifero. Hinc p semetipam nos ve
ritas admonet dicens. Omne verbū ociosum qd locuti
fuerint homines:reddent de eo rationem in die iudicij.
Ociosum quippe verbum est:quod aut ratione iuste ne-
cessitatis:aut intētione pie vtilitatis caret. Si ergo ra-
tio de ocioso sermone exigit:pensandū valde est que pe-
na illud multiloquiū sequat:in quo etiam p superbie ver-
ba peccat. Sciendū ꝗ͂ꝗ͂ est/qz ab omi rectitudinis statu
depereūt:qui per noxia verba dilabunt. Humana etenī
mens/aque more/et circūclusa ad superiora colligit: qz
illud repetit vnde descēdit:et relaxata deperit/qz se per
infima inutiliter spargit. Quot eni supuacuis verbis a
silentij sui censura dissipatur:quasi tot riuis extra se du
citur. Unde et redire interius ad sui cognitionē nō suffi
cit:quia per multiloquiū exteri⁹ sparsa/vim intime ꝯsi-
derationis amittit. Totā igit sese insidiātis hosti vulne-
rib⁹ detegit:qz nulla se munitione custodie circūcludit.

Prouer. xxv. Unde scriptū est. Sicut vrbs patens et absq; murorum
ambitu:ita vir q non pōt in loquendo cohibere spiritū
suum. Quia eni murū silētij non habet:patet inimici ia-

L culis ciuitas mētis:et cū se p verba extra semetipsā eijcit/
apertā se aduersario ostēdit. quā tanto ille sine labore su-
perat/quāto et hec eadē q vincit/ꝯtra semetipsam p mul
tiloquiū pugnat. Sed inter hec sciēdum est:qz cū pauo-
re nimio a locutione restringimur:interdū plusq; neces-
se est/intra claustra silētij coarctamur:et dum lingue vi-
tia incaute fugimus/occulte deterioribus implicamur.
Nam sepe dum ab eloquio immoderate ꝯpescimur:gra
ue multiloquium in corde toleramus:vt eo plus cogita
tiones in mente ferueant:quo illas violēta custodia in-
discreti silentij angustat. et plerūq; tāto latius defluūt/
ꝗ͂to se esse securius estimant/qz foris a reprehensoribus
nō videntur. Unde mēs nonnūꝗ͂ in superbiā attollit:eosq;
quos loquētes audit/quasi infirmos cōspicit. Cūq; os
corporis claudit:ꝗ͂tum se vitijs superbiēdo aperiat/non
agnoscit. Linguā etenī ꝓmit/cogitationē erigit:et cū se
per negligentiā minime ꝯsiderat:tanto apud se cūctos
liberius/ꝗ͂to et secretius accusat. Capitulū. xxvj.

M P Lerūq; aūt nimis taciti cū nonnulla iniusta
patiunt:eo in acriorē dolorē ꝓcedunt/quo ea
que sustinēt/nō loquuntur. Nā si illatas mole-
stias lingua tranquille diceret/a cōsciētia dolor emana
ret. vulnera eni clausa pl⁹ eruciāt:qz cū putredo q intri-
secus feruet/eijcit/ad salutē dolor apitur. Plerūq; ni-
mis taciti dum quorūdā mala respiciūt:et tn̄ in silentio
linguā premūt:quasi cōspectis vulneribus vsum medi-
caminis subtrahūt:et eo mortis auctores fiunt:quo vi-
rus quod poterant eijcere loquendo noluerunt. vnī et im
moderatum silentiū si in culpa nō esset/ꝓpheta non di-

Esa. vj. ceret: Ue mihi quia tacui. Quid ergo inter hec nisi stu-
diose lingua sub magni moderaminis libratione frenā-
da est:nō insolubiliter obliganda:ne aut laxata in vitiū
defluat:aut restricta etiā ab vtilitate torpescat? Hic nā

Ecci. xx. ꝗ͂ p quēdam sapientē dr̄: Sapiens tacebit vsq; ad tps.
vt nimirū cū opportunū cōsiderat:postposita cēsura si-
lentij/loquendo q cōgruit/in vsum se vtilitatis impen

Ecci. iij. dat. Hinc Salomon ait: Tempus tacendi:et tempus lo
quendi. Discrete quippe vicissitudinum pensanda sunt
tempora:ne aut cum restringi lingua deb3/per verba se
inutiliter soluat:aut cū loqui vtiliter potest/semetipā m
pigre restringat. Quod bene psalmista cōsiderās breui

Ps. cxl. postulatione complexus est dicens: Pone domine cu-
stodiam ori meo:et ostiū circūstantie labijs meis. Ostiū
namq; aperit et clauditur. Qui ergo ori suo nequaꝗ͂ po
suit obstaculum:sed ostiū petijt:aperte docuit qz et p disci
plinā retineri lingua debeat/et ex necessitate laxari:qte-
nus os discretum et ꝯgruo tēpore vox aperiat:et rursum
congruo taciturnitas claudat. Qd quia vel amici bea-
ti iob:vel oēs heretici (qz hi spēm tenēt) suare nesciūt:

A in ventũ verba pferre phibent: qz nimirũ dicta q̃ discretionis pondus non solidat/aura leuitatis portat.

¶ Finit liber septimus moraliũ sancti Gregorij.

¶ Liber Octau⁹ Moralis expositionis Gregorij magni in beatũ Job: sextũ continuãs finaliter capitulũ/et septimum incipiens.

¶ S. Q vere humiles in perferẽdis malis patientiã/in repẽdẽdis bonis exercent benignitatẽ. Capitulũ .j.

PRecedẽti iam libello tractauimus q̃ beatus Iob vim nobis humilitatis sue innotescit/dicens. [Super pupillũ irruitis: et subuertere nitimini amicũ vestrũ.] Quante itaqz infirmitatis se perpẽdat insinuat/quẽ pupillum vocat. Quia vero ab amore recedere charitas etiã lesa nescit: et subuerti velle se querit: et tñ amicũ se ẽe testat. Cui⁹ verba (vt sepe iã diximus) sic eidẽ specialiter congruunt: vt tamẽ per hec ex pphetico spiritu etiam sententia fidelis populi ex voce ecclesie vniuersalis exprimatur: qui hereticorum contrarietatem tolerans: ꝛ infirmũ se per humilitatem conspicit: et tñ a seruande dilectionis magnitudine nõ recedit. Sancte

B quippe ecclesie populus/quia mortui patris est fili⁹/pupillus non incongrue dicitur. Cuius resurgẽtis vitam iam quidem per fidem sequitur: sed necdum p speciem contemplatur. Super pupillũ vero heretici irruunt: cũ humilitatem fidelis populi importunis falsisqz allegationibus affligunt. Et tñ amicus est quẽ nitunt euertere: quia fidelis dei popul⁹ ipsos quoqz q̃s psequẽtes tolerat/amando nõ desinit ad veritatem vocare. Sed inter hec sciendum est/quia sancti viri nec sustinere falsa per infirmitatẽ metuũt: nec lesi vnq̃ a veritate pticescũt. Unde ꝛ subdit. [Uerũtamen qd̃ cepistis/explete. Prebete aurem: ꝛ videte an mentiar.] Qui eñi aduersa perpeti nõ timet/dicat: Uerũtamẽ qd̃ cepisti/explete. Qui vero ipsis suis psecutoribus veritatis pdicamenta nõ subtrahit/adiungat. Prebete aurẽ/ꝛ videte an mẽtiar. Ac si aperte dicat: Nec ante illatas molestias trepido: nec ingratis auditoribus correctiõis adiutoriũ abscõdo: qz ꝛ malis psuos exerceor: ꝛ ipsis meis psecutorib⁹ benigne impẽsus cresco. Mens quippe sanctorũ in hoc temptationũ plio ꝛ munita patiẽtie clypeo/ꝛ gladijs amoris accincta: ad pferẽda mala sumit fortitudinẽ: ꝛ ad repẽdẽda bona exercet benignitatẽ: quatenus ꝛ odiorũ tela potenter excipiat: ꝛ amoris iacula valenter reddat. Ne

C quaq̃ quippe ad bella armatus pgit: qui aut clypeũ sumens gladijs nõ vtitur: aut vtẽs gladijs/clypeo nõ munit. Unde ꝛ miles dei/aduersitatis bello deprehensus/et scutũ patiẽtie debet anteferre/ne pereat: ꝛ ad pdicandũ promptus amoris inferre iacula/vt vincat. Cui⁹ armature summã Paulus breuiter insinuat/dicens: Charitas patiens est: benigna est. Cũ vero vnũ ex vtroqz defuerit/charitas non est. si videlicet malos aut absqz benignitate tolerans non amat: aut rursum sese sine patiẽtia exhibens/negligit tolerare q̃s amat. Ut ḡ s nobis charitas vera teneat: necesse est quatenus et benignitati patiẽtia: ꝛ rursũ patiẽtie benignitas suffraget: vt magnũ quoddã in corde nostro edificium cõstruẽs: ꝛ benignitatis arcẽ patiẽtia solidet: ꝛ patiẽtie fundata edificia benignitas exornet. Beatus igitur Iob pmptus ad patientiã dicat: Uerũtamẽ qd̃ cepistis explete. benignitate pdit⁹ adiũgat: Prebete aurẽ/ꝛ videte an mentiar. Quia vero sancta ecclesia ex magisterio humilitatis instituta/recta que errantibus dicit: non quasi ex auctoritate precipit/sed ex ratione psuadet: bene nũc dicit: Uidete an mẽtiar. Ac si aperte dicat: Ea q̃ assero/nequaq̃ mihi ex auctoritate credite: sed an vera sint/ex rõne pensate. Que ꝛ si quando dicit quod ratione comprehendi non valet: ne de occultis humana ratio queri debeat/rationabiliter suadet.

Armatura sanctorum.

j. Cor. xiij

¶ S. Q scientia tumida in inquisitionibus suis non veritatem inquirat sed gloriam. Ideoqz contendunt superbi vt vincant/non vt discant. Capitulũ .ij.

SEd sepe heretici dum occasionẽ ratiocinationis accipiũt: ad iurgia contẽtionis effrenant. Unde ꝛ apte mox subdit: [Respondete queso absqz cõtẽtione.] Neqz eñi heretici inquisitionib⁹ suis veritatẽ conant assequi/sed victores videri. Cũqz se foris ostẽdi sapiẽtes appetũt: ꝛ p stultitiã elationis sue vinculis ligant. Unde fit vt cõtentionũ certamina exquirant: ꝛ de deo (q̃ pax nostra est) loq̃ pacifice nesciant: sicqz ex pacis negocio rixe inuentores fiant. Quibus bñ

D per Paulũ dicit: Si q̃s autẽ videt esse ptentiosus: nos talem consuetudinẽ nõ habem⁹: neqz ecclesia dei. Recte autem subdit: [Et loquentes id quod iustũ est/iudicate.] Is nãqz qui loquit: dũ de verbis suis auditoris sentẽtiam expectat: quasi eius iudicio supponit a quo audit. Qui igit in dictis suis reprobationẽ metuit/ipse prius debet examinare quod dicit: quatenus inter cor et linguam equus quidam discretusqz arbiter sedeat: subtiliter pensans si recta verba cor offerat: que vtiliter suscipiens/ad auditorũ iudiciũ lingua perducat. Beat⁹ igitur Job sua contra amicos agẽs: sed contra hereticos nostra denũcians/precipitationẽ loquẽtiũ rephendat: atqz ad eorum mentẽ verba recolligat dicens. Loquentes id quod iustum est iudicate. Ac si aperte diceret. Si in eo q̃ ad nos pegressum locutionis exitis/repbẽdi non vultis: intus iustitie libram tenete: vt istud foris qd̃ dicit/ex veritatis pondere placeat/q̃to hoc interi⁹ trutina discretionis pẽsat. Et quia hi erga aliena dicta recta iudicia exerunt: qui iudicare prius propria sciunt/postq̃ dixit: Loquẽtes id quod iustũ est iudicate: apte mox subdit: [Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem: nec in faucib⁹ meis stultitia personabit.] Ac si apte

E diceret: Si subtilius vestra perpenditis: verius aliena pensatis: et cum rectum ceperit esse quod dicitis/iustũ cognoscitis quod audistis. Nequaq̃ quippe mea vobis lingua stultitiã resonat/si a vestra consciẽtia nõ precedat. Sic sancta ecclesia studet prius assertiones hostiũ falsas ostendere: ꝛ tunc predicamẽta veritatis aperire: quia cum recta se tenere estimãt/recta que audiũt/contumaciter impugnant. Ante ergo necesse est vt errorem suum heretici sentiant/ne audite veritati contradicant: quia ꝛ si camporum sentes arator vomeris scissiõe non eruit: terra accepta semina in segetes non pducit. Et cũ putredinẽ medicus vulneris apertione nõ eijcit: nequaq̃ in loco putredinis sana caro coalescit. Prius ergo puersa destruẽs dicat: Loquẽtes id quod iustum est iudicate. post autem recta adiungẽs insinuet. Et nõ inuenietis i lingua mea iniquitatẽ: nec in faucib⁹ meis stultitia personabit. Solent aũt heretici alia aperte dicere: alia occulte sentire. Capitulũ .iij.

F PEr linguã quippe aperta locutio: per fauces vero occulta tractatio designatur. Sancte ergo ecclesie nec in lingua iniqtas: nec stultitia in faucibus resonat: quia ea que per publicã locutionẽ pdicat/etiam per intimã fidem seruat: nec in apto aliud docet/atqz i occultis aliud retinet: sed ꝛ quod sentit/loquendo docet: ꝛ quod loquit/viuẽdo custodit: ac de sapientie superne conuiuio quicquid p linguam predicationis emanat: hoc per fauces tacite expectatiõis degustat. Sed beatus Iob/vniũ scz mẽbrũ vniuersalis ecclesie/sua insinuans/atqz electorum omniũ corda manifestãs/omne quod sentit aperiat: vt mentis eius rectitudinem attestatio locutionis innotescat. Sequitur.

¶ S. Q vita hominis vitijs oppressa/ad celeste desiderium tendere non valet: et aliquando donis spiritalibus predita/ex occasione virtutum deterius peccat.

¶ Capitulum Septimum text⁹: et quartum libri Octaui Moralium.

MIlitia est vita hominis sup terrã: ꝛ sicut dies mercenarij dies ei⁹. Sicut ceruus desiderat vmbram: et sicut mercenarius prestolatur finẽ opis sui: sic et ego habui mẽses vacuos ꝛ noctes laboriosas enumeraui mihi. Si dormiero dicam: q̃n cõsurgam: ꝛ rursum expectabo vespe-

G

ram, ⁊ replebor dolorib⁹ vsq̃ ad tenebras. In-
duta est caro mea putredine et sordibus pulue-
ris. Cutis mea aruit, et cõtracta est. Dies mei
velocius transierũt q̃ a texẽte tela succiditur:
et cõsumpti sunt absq̃ vlla spe. Memẽto q: vẽ-
tus est vita mea: ⁊ nõ reuertet̃ oculus meus vt
videat bona: nec aspiciet me visus hoĩs. Ocu-
li tui in me: et nõ subsistam. Sicut consumitur
nubes et ptransit: sic q̃ descẽdit ad inferos non
ascendet: nec reuertet̃ vltra in domũ suam: neq̃
cognoscet eũ amplius locus eius. Quapropter
et ego non parcã ori meo: loquar i tribulatione
spũs mei: cõfabulabor cũ amaritudine aĩe me-
ee. Nũquid mare ego sũ aut cet⁹: q: circũde-
disti me carcere? Si dixero/cõsolabit̃ me lectu-
lus me⁹: ⁊ reuelabor loquẽs mecũ i strato meo:
terrebis me p somnia: et per visiones horrore
concuties. Quamobrem elegit suspẽdium aĩa
mea/⁊ mortẽ ossa mea. Desperaui. Nequaq̃ vl-
tra iam viuã. Parce mihi domine: nihil enim
sũt dies mei. Quid est homo quia magnificas

H

eum: aut quid apponis erga eum cor tuũ? Visi-
tas eũ diluculo: ⁊ subito probas illum. Vsque-
quo nõ parcis mihi: nec dimittis me vt glutiã
saliuã meã? Peccaui. Quid faciã tibi o custos
hoĩm? Quare me posuisti cõtrarium tibi. et fa-
ctus sum mihimetipsi grauis? Cur non tollis
peccatũ meũ: et quare nõ aufers iniquitatem
meam? Ecce nunc in puluere dormiã: et si ma-
ne me quesieris/non subsistam.

¶ Militia est vita hominis super terram. Hoc in loco
translatione veteri nequaq̃ militia vita hoĩs nuncupa-
tur/sed tentatio. Sed si vtriusq̃ verbi sensus aspicit̃: di-
uersum quidem est qd̃ exteri⁹ resonat: s; vnũ eũdẽq̃ cõ-
corditer intellectum format. Quid enĩ nisi pugna cõtra
malignos spiritus nomine tentationis exprimitur? Et
quid appellatiõe militie/nisi contra hostes exercitium
designat̃? Tẽtatio itaq̃ ipsa militia est: quia dum cõtra
malignorum spirituũ insidias vigilat: in bellor̃ procin-
ctu pcul dubio exudat. Notandũ vero q̃ hec eadẽ vita
hominis/nõ tẽtationẽ habere dicit̃: sed ipsa tẽtatio esse
phibet̃. Sponte quippe a statu conditionis lapsa: ⁊ cor-
ruptionis sue putredini subdita: dum sibi ex semetipsa
molestias gignit: hoc est iam facta quod tolerat. Qr enĩ

Tẽtatio. Militia.

I

statum mentis inclinata deseruit: quid in se nisi motum
varietatis inuenit? Unde nũc ⁊ si ad summa appetẽda
se erigit: mutabilitatis lubrice impulsu protinus ad se-
metipsam cadit. Uult in contemplatione stare/sed non
valet. Cogitationis gressum figere nitit̃/sed infirmita-
tis sue lapsibus eneruat̃. Que nimirũ mutabilitatis sue
onera quia volẽs expetijt/nolẽs portat. Quiet⁹ hõ pos-
sidere carnẽ potuit: si bene ab auctore cõditus/posside-
ri voluisset. Cũq̃ se erigere contra conditorẽ stu duit/in
semetipso primus carnis contumelias inuenit. Sed q:
cum culpa simul ab origine etiã pena propagat̃/inserto
infirmitatis vitio nascimur: ⁊ quasi nobiscum hostẽ de-
ducimus/quem cum labore superam⁹. Ipsa ergo homi-
nis vita tentatio est: cui ex semetipsa nascitur vnde pe-
rimatur. Que etsi semper ex virtute succidit/quod ex i-
firmitate generat: semp tamẽ ex infirmitate generat/qd̃
ex virtute succidat. Sic itaq̃ humana vita tentatio est:
vt etsi iam ab iniquitatis perpetratiõe cõpescit̃: in ipsis
tamẽ bonis operibus modo malorũ memoria: modo se-
ductionis caligine: modo intẽtionis sue interruptione
fuscet̃. Alius nãq̃ a luxuria carnem iam refrenat: sed ta-
men adhuc luxurie phãtasmata tolerat: q: q̃ volẽs fecit:
horũ inuitus meminit: ⁊ penã sustinet/qd̃ voluptatẽ pu-
tauit. Quia vero ad deuictã culpam retrahi metuit: vẽ-
trẽ mire abstinentie vigore restringit/vultusq̃ ex absti-
nentia pallescit. Cũq̃ in facie pallor aspicit̃: reuerenda

Si qs ab iniquitatis pperpetratio ne compe-scit̃: in bo-nis tñ ope-ribus mo-lestatur.

ab hominib⁹ vita laudat̃: moxq̃ inanis gloria ad absti-
nentis animũ cũ verbis fauoris venit. quã cõcussa mẽs
dum subijcere nõ valet/eũ per quẽ venerat/tergere a fa-
cie pallorem querit: sicq̃ fit vt infirmitatis nexib⁹ liga-
ta/aut pallorem abstinẽtie fugiens/iterũ per alimenta
subdi luxurie metuat: aut ipulsum luxurie p abstinẽtiã
superãs/pallorẽ suũ inani glorie militare pertimescat.

K

Alius lapsum supbie superãs: toto iam desiderio statũ
humilitatis apprehendit. cũq̃ superbientes quosdam
vsq; ad oppressionẽ innocẽtium erumpere conspicit: ze-
li excitatione succensus/postponere aliquatenus cogit̃
quod decreuit. vim rectitudinis exerit: prauisq; nõ mã-
suetudine/sed auctoritate cõtradicit. Unde plerũq̃ fit
vt aut humilitatis studio zelũ rectitudinis deserat: aut
rursum zelo rectitudinis turbet humilitatis studiũ qd̃
tenebat. Cũq̃ fuari simul ⁊ zeli auctoritas ⁊ ppositio-
nis humilitas nõ possit: sibimetipsi homo ex pturbatio-
ne incognitus reddit̃: ita vt vehemẽter ambigat ne apõ
seductũ animũ aut supbia se auctoritatẽ zeli insinuet:
aut torpor pauidus humilitatem fingat. Alius q̃ta sit
fallacie culpa considerãs/munire se arce veritati decer-
nit: vt ex ore eius tam falsus sermo non pdeat: seseq̃ fũ-
ditus a mendacij transgressione disiungat. Sed fit ple-
rũq̃ vt cũ verum dicit̃/vita primi grauet̃. cũq̃ ingere-
re alteri lesionem metuit: ad hoc qd̃ dudũ presserat fal-
lacie vitium/quasi ex studio pietatis redit. sicq̃ fit vt ⁊
si malitia mentem non teneat: in ea tamen veritatis ra-
dium vmbra mẽdacij obscuret. Unde et sepe quia pcõ-
tatus quisq; cõticescere non valet: aut falsum dicẽs suã

L

mentem trucidat: aut vera loquens proximi vitam gra-
uat. Alius amore conditoris excitatus/a terrenis cogi-
tationibus mentem curat assidua oratione suspendere:
atq̃ hãc in secreta quietis intime securitate collocare:
sed in ipso sue oratiõis ascensu/dum eleuari ab infimis
nititur/infimor̃ phãtasmate reuerberat̃: atq; ad intuẽ-
dam lucem mentis oculus tẽditur/sed ex corporeo visu
surgentib⁹ terrenarum rerũ imaginibus obscurat̃. Unã
fit plerũq̃ vt intendentis animus ipsa sua ĩfirmitate fa-
tigatus/aut orationẽ deserẽs desidia torpeat: aut si diu
in oratione permanserit/ante oculos eius obortarũ ima-
ginum caligo densescat. Capitulũ. v.

B Ene ergo dicit̃: Tẽtatio est vita hominis sup
terram: quando ibi quoq; reatum descensiõis
inuenit: vbi se profectum comprehendere ascẽ-
sionis putauit: ⁊ inde mens confunditur/vnde surgere
a confusione nitebatur: vt per hoc ad semetipsam diuer-
berata redeat/per quod semetipsam iam collecta et co-
adunata transibat. Iste ab eruditiõe diuine legis alie-
nus/ignorantia sua deprimitur/ne quid obtineat salu-
tis operet̃. Ille diuine legis sciẽtia preditus/dum sibi

M

pre ceteris gaudet intellectũ suppetere: q: priuato gau-
dio exultat/percepti intellectus in se munera dissipat: ⁊
inde in dei iudicio ceteris deterior exhibet̃/vñ clarior
ceteris ad tempus ostenditur. Hunc quia virtutum do-
na non subleuant/etiam viam simplicem rectitudinis
declinat: ⁊ velut extraneum se a celesti munere deputãs/
eo quasi securius praue agit/quo superni boni sublimis
munera nõ pcepit. Illũ pphetie spiritus replet/ad pre-
scientiã subleuat: eiq̃ ventura q̃q; q̃si iam presentia ostẽ-
dit. Sz dũ sepe et in multis sup semetipsum tollit̃/vt fu-
tura veraciter cõtẽplet̃: mens in sue cõfidẽtiã deducta/
eũ qui haberi semp non põt: semp sibi adesse prophetie
spiritũ estimet. cũq̃ omne qd̃ senserit/pphetiã putat: q:
sibi hãc ⁊ cũ nõ habet tribuit/et inq̃stũ hr̃e potuit/amit-
tit. Sicq̃ fit vt inde post alior̃ merita tristis redeat: vñ
estimationẽ omniũ letus preibat. Tẽtatio est ergo vita
hominis super terrã: que aut aliena a virtutibus ad ce-
leste pmiũ surgere nõ valet: aut ditata donis spũalibus
aliqñ deterius ex occasiõe virtutũ ruit. Capitulũ. vi.

Q Uia autẽ paulo superius hoc esse tentationẽ
qd̃ militiã diximus: sciendũ summopere est/q̃
quiddã nobis appellatiõe militie ampli⁹ q̃
noĩe tentatiõis innuit̃. Hoc nãq̃ nr̃o intellectui expres-
sione militie auget̃/quod nimirũ p militiam ad finem
quotidie tendit̃. cũq̃ per ordinem militie locus crescit/
tota simul hominũ militia deficit. Militia ergo est vita
hominis s̃m terrã: q: sicut ⁊ superius diximus: vnusq̃sq;
dũ quotidie ad vite terminũ per temporum augmentũ

B

tendit/augendo vitam viuere desinit. Dies quippe expe
ctant^ vt veniant: sed cum ad augmentū vite veniunt/iam
ab augmento vite subtrahuntur: quia ꝛ itinerantis gres
sus dū in anteriora ꝓficit/qḋ restat iter decrescit. Uita
ergo nostra militia est: que quo ad augmentū ducitur/eo
vt non sit finit. Bene igit dicit/Militia est vita hoīs sup
terrā: qꝛ dū per spatia tempoꝝ crescere appetit/ab eode
spatio qḋ pcedēdo colligit/crescēdo ptrāsit. Unde et apte
quoqꝫ militie cursus exprimit: cū protin^ subinfert. ¶ Et
sicut mercenarij dies ei^. ¶ Dies suos mercenari^ euolui
citius exoptat: vt ad laboris sui premiū sine tarditate p
ueniat. Dies itaqꝫ hoīs vera ꝛ eterna sapiētia/recte mer
cenarij dieb^ cōparant: qꝛ presentē vitā/viā nō patriā/mi
litiam nō palmā deputat: ꝛ eo se abesse lōgius a ꝑmio cō
spicit/quo tardius ad finē venit. Cōsiderandū quoqꝫ est
ꝙ mercenarius in alienis laborib^ exudat: sed tamē sibi
premiū ꝓpriū preparat. Uoce aūt redēptoris nostri di

Joā. xviij.

citur. Regnū meū nō est de hoc mūdo. Nos ergo q̄ spe ce
lestiū prediti/exercitio vite presentis atterimur: in alieno
laboramus. Nā sepe ꝛ reprobis seruire cogimur: mūdo q̄
mundi sunt reddere compellimur: ꝛ alieno quidē labore fa
tigamur: sed tamē premia nostra ꝑcipimus: et ꝑ hoc per
uenimus ad ꝓpria/ꝙ pure ministram^ aliena. Quo cōtra

Lu. xvj.

quibusdam veritas dicit. Si in alieno fideles nō fuistis:
quod vestrum est/quis credet vobis? Capitulum. vij.

B

Ciendum quoqꝫ est ꝙ mercenarius sollicite cu
rat inspicere ne vnqꝫ dies vacuus labat ab ope
re: ꝛ expectatus finis tēporis ne inanis veniat
ad remunerationē. In laboris nāqꝫ studio cōspicit: quid
percipere in tēpore remunerationis possit. Nam cū opus
crescit premij fiducia proficit. cum vero opus torpuerit/
spes a remuneratione lassescit. Unde et elect^ quisqꝫ vitā
suam quasi mercenarij dies pēsans: tāto fidētius spe ten
dit ad ꝑmiū/quāto nūc robusti^ pdurat ad laboris incre
mentū. Qui sic decursus ꝑsentis tēporis pēsat: dies cum
operib^ numerat/ne a labore vacua transeant vite momē
ta formidat. Aduersis gaudet/passione reficit/merore re
fouet: quia subsequentis vite premijs tanto se remunera
ri largius conspicit/quāto pro amore illius quotidianis
se mortibus verius impendit. Hinc nāqꝫ est ꝙ ciues su
perne patrie/conditori eius/psalmiste vocibus dicunt:

Ps. xliij.
j. Cor. xv.
ij. Timo. j.

Propter te mortificamur tota die. Hinc Paulus ait:
Quotidie morior ꝓpter gloriā vestrā fratres. Hic iterū
dicit: Ob quā causam hec patior/sed non confundor: scio
enim cui credidi: et certus sum: quia potens est depositū
meū seruare in illum diem. Sancti igitur viri quot labo
res nūc veritati cōmēdantes exhibēt/tot iam remunera
tionis sue pignora/intra spei cubiculū clausa tenēt. Sed
grauis nunc sentit estus in opere: vt quādoqꝫ refrigeriū
percipiat ex quiete. Unde ꝛ apte mox subditur.
¶ S. Qꝫ sancti viri ex conscientia bone vite fidenter ex
pectant premiū retributionis eterne.

C

¶ Sicut seruus desiderat vmbram et sicut mercenari^
prestolatur finē operis sui: sic ꝛ ego habui mēses vacuos/
ꝛ noctes laboriosas enumeraui mihi. ¶ Umbram quippe
seruo desiderare est post tētationis estum/sudoremqꝫ ope
ris/eterni refrigerij requiē querere. Hanc nāqꝫ vmbram

Ps. xlj.

seruus ille desiderauerat/q̄ dicebat: Sitiuit aīa mea ad
deū fontē viuū/quādo veniā et apparebo ante faciē dei?

Ps. cxix.

Et rursum: Heu me/qꝛ incolatus meus ꝓlongatus est.
Qui quasi a labore agri estū fugiens: atqꝫ ad obtinēdam

Ps. xlj.

requie refrigerij/tegmen querēs/iterū dicit: Ingrediar
in locū tabernaculi admirabilis: vsqꝫ ad domū dei. Hāc
vmbrā cōprehēdere Paulus anhelabat: desiderium ha

Philip. j.
Mat. xx.

bens dissolui/ꝛ cum Christo esse. Ad hanc vmbram ex de
siderij iam perfectione puenerant qui dicebant: Nos qui
portauimus pondus diei et estus. Bene autem qui desi
derare vmbram dicit/seruus vocatur: quia elect^ quisqꝫ
quousqꝫ infirmitatis conditione cōstringitur: sub domi
nantis corruptionis iugo quasi sub estus anxietate reti
netur. Qui nimirū cū a corruptiōe exutus fuerit: tūc sibi
metipsi liber et tranquillus innotescit. Unde ꝛ recte etiā

Ro. viij.

per Paulū dicit: Ipsa creatura liberabit a seruitute cor
ruptionis/in libertatē glorie filioꝝ dei. Electos enī nūc
pena corruptionis aggrauat: sed tūc incorruptionis glo
ria exaltat: et quātum ad presentis necessitatis pondera/
nunc in dei filijs de libertate nihil ostenditur: tātum ve
ro ad subsequētis libertatis gloriā/tūc in dei famulis de
seruitute nihil apparebit. Creatura ergo seruitute corru
ptionis exuta: et dignitate libertatis accepta/in filioꝝ dei

D

gloriā vertit: qꝛ vnita deo ꝑ spiritū/quasi hoc ipsum qḋ
creatura est/trāsisse ac subegisse declarat. Sed qꝛ adhuc
vmbrā desiderat/seru^ est: qꝛ quousqꝫ estum tētationum
tolerat/iugū misere cōditiōis portat. Ubi apte subdit.
¶ S. Qꝫ spes remunerationis alleuiet pondus laboris.
¶ Et sicut mercenarius prestolat finē operis sui. ¶ Mer
cenarius etenim cū facienda opera conspicit: mentē pro
tinus ex longinquitate ꝛ pondere laboris addicit. cū ve
ro lassescētem animū/ad cōsiderādum operis premiū re
uocat/vigorem mox animi ad exercitium laboris refor
mat: ꝛ qḋ graue ꝑpendit ex opere/leue existimat ex remu
neratione. Sic electi quiqꝫ dum mūdi huius aduersa pa
tiūtur: cū inhonestates/cōtumelias/rerū damna/crucia
tus corporis tolerant: esse grauia quibus exercentur pen
sant: sed cū mentis oculū ad eterne patrie considerationē
tendunt: ex cōparatione premij/ꝙ sit leue qḋ patiunt/in
ueniunt. Qḋ enim valde esse importabile ex dolore osten
ditur: cōsideratione prouida ex remuneratione leuigat.
Hinc est ꝙ Paulus semꝑ seipso robustior cōtra aduersa
erigit: quia nimirū finē sui operis sicut mercenarius pre
stolatur. Graue nāqꝫ qḋ sustinet estimat: sed leue hoc per

ij. Cor. xj.

premij cōsiderationē pensat. Ipse quippe ꝙ sit graue qḋ
patitur indicat: qui in carceribus abūdantius/in plagis
supra modū/in mortibus frequēter se fuisse testatur: qui
a iudeis quiquies quadragenas vna minus accepit: qui
ter virgis cesus/semel lapidatus est: ter naufragium pas
sus/nocte et die in profundo maris fuit: qui pericula flu
minum/latronū/ex genere/ex gentibus/in ciuitate/in so
litudine/in mari/in falsis fratribus pertulit: qui in labo
re ꝛ erūna ꝛ ieiunijs multis: in fame ꝛ siti: in frigore et nu
ditate laborauit: q̄ foris pugnas: intus timores sustinuit:

ij. Cor. j.

qui vltra vires grauatum se asserit dicens. Supra modū
grauati sumus supra virtutē: ita vt tederet nos etiam vi
uere. Sed quomodo remunerationis linteo sudores tā

Ro. viij.

ti laboris tergat/ipse denunciat dicens: Nō sunt cōdigne
passiones huius tēporis ad futuram gloriam que reuela
bitur in nobis. Finē itaqꝫ operis quasi mercenarius pre
stolatur: qui dum profectum remunerationis cōsiderat:
vile estimat quod pene deficiēs laborat. Apte autem sub
ditur. ¶ Sic et ego habui menses vacuos: ꝛ noctes labo
riosas enumeraui mihi. ¶ Electi quippe conditori rerū
seruiūt: ꝛ sepe rerū inopia coangustant. per amorē deo in
herēt: et tamē vite presentis subsidijs egēt. Qui igit per
actiones suas presentia nō querūt/a mūdi cōpendijs mē
ses vacuos ducūt. Noctes quoqꝫ laboriosas tolerant: qꝛ
aduersitatū tenebras nō solū vsqꝫ ad inopiā: sed sepe ad
corporis vsqꝫ cruciatū portāt. Despectū nāqꝫ egestatēqꝫ
ꝑpeti/laboriosum bonis mētib^ nō est: sed cū vsqꝫ ad affli
ctionem carnis aduersitas vertitur/labor procul dubio
ex dolore sentitur. Capitulum. viij.

F

Otest etiam non incōuenienter intelligi ꝙ san
ctus quisqꝫ menses vacuos sicut mercenarius
ducit: qꝛ laborē iam sustinet: sed premiū necdū
tenet. hoc tolerat: illḋ expectat. Noctes vero laboriosas
enumerat: qꝛ aduersitates sibi ꝑsentis tēporis sese in vir
tutibus exercēdo coaceruat. Nā si proficere in mēte non
appetit: minus fortasse aspera q̄ mūdi sunt sentit. Que ta
mē sententia si ad vocē sancte ecclesie ducit: intellect^ eius
paulo subtilius indagat. Ipsa quippe vacuos mēses ha
bet: q̄ in infirmis suis mēbris terrenas actiōes absqꝫ vite
premio defluentes sustinet. Ipsa noctes laboriosas enu
merat: que in mēbris fortib^ multiplices tribulationes

In hac vi
ta sūt q̄dā
laboriosa:
quedā va
cua: q̄dam
vacua ꝛ la
boriosa.

portat. In hac etenī vita q̄dā laboriosa sunt: q̄dā vacua:
quedā vero vacua simul ꝛ laboriosa. Amore quippe cōdi
toris/presentis vite tribulationib^ exerceri/laboriosum
quidē est: sed vacuū non est. Amore autē seculi voluptati
bus solui: vacuū quidē est/sed nō laboriosum. Amore ve
ro eiusdē seculi aduersa aliqua pati: ꝛ vacuū simul est ꝛ la
boriosum: qꝛ ꝛ ex aduersitate mens afficit: ꝛ remuneratio
nis premio nō replet. In his itaqꝫ sancta ecclesia qui in ea
iam positi/adhuc voluptatib^ defluūt: et proinde fructu
boni operis non ditātur: menses vacuos ducit: quia vite
tēpora sine retributionis munere expendit. In his vero
qui eternis desiderijs dediti/mūdi hui^ aduersa patiun
tur: laboriosas noctes enumerat: quia tribulationū tene
bras q̄si in caligine vite ꝑsentis portat. In his autē qui

G et transeuntē mundū diligūt: et tamē eius contrarietate fatigant: simul mēses vacuos et noctes laboriosas tolerat: qr eorum vitam retributio subsequēs nulla remunerat: et presens tribulatio angustat. Recte autem nequaqꝫ dies/ sed in eis menses vacuos habere se perhibet. Mensium quippe nomine/ dierū collectio et summa signatur. Per diem ergo vnaqueqꝫ actio exprimi potuit: per menses autem/ actionum finis innuit. Et sepe cum in hoc mūdo aliquid agimus: intēta spei alacritate suspēsi: hoc ipsum qđ agimus/ vacuum nō putamus: sed postqꝫ ad actionū terminum peruenimus: non obtinentes qđ appetimus/ laborasse nos inuacuum dolemus. Non solum igitur dies/ sed menses vacuos ducimus: cū nos in terrenis actibus sine fructu laborasse/ non ex actionum principio/ sed fine pensamus. Cum enim labores nostros aduersitas sequitur: quasi vite nostre vacui menses arguūtur: quia et cōpletione actionū agnoscitur qꝫ frustra in actionibus sudabatur. Sed quia in sacro eloquio nōnunqꝫ nox pro ignorantia ponitur: Paulo attestante/ qui venturā vitā scientibus discipulis dicit: Omnes vos filij lucis estis/ et filij diei. nō sumus noctis neqꝫ tenebrarum. quibus premisit: Vos autem fratres non estis in tenebris/ vt vos dies illa tanqꝫ fur comprehendat. potest hoc in loco ex eorum persona/ vox sancte ecclesie accipi: qui post ignorātie sue caliginem/ ad amorem rectitudinis redeunt: et veritatis radijs illustrati/ fletibus diluunt qđ errauerūt. Illuminatus etenim quisqꝫ respicit: qꝫ turpe fuerit quod presentis vite amore laborauit. Capitulum.ix.

I. Thes.v.

H In eis ergo sancta ecclesia in quibus ad vitam reuertitur/ laborē suum estuāti seruo/ et desiderantī finem mercenario comparat/ dicens: Sicut seruus desiderat vmbram: et sicut mercenarius prestolatur finem operis sui: sic et ego habui mēses vacuos/ et noctes laboriosas enumeraui mihi. In comparatione etenim duo sunt que premisit: in expressiōe etiā fatigationis duo protinus subdidit. Ad estuantem quippe mēses vacuos reddidit: qr quo magis eternū refrigeriū queritur: eo magis cōspicit qꝫ vacue pro vita ista laborat. Ad prestolantē vero laboriosas noctes subintulit: qr quo magis ex termino operis premiū quod assequamur inspicimus: eo magis ingemiscimus diu nos nescisse quod querimus. Unde et ipsa penitentis cura vigilāter exprimit: vt laboriosas noctes enumerasse diceretur: qr quanto verius ad deum reuertimur/ tanto subtilius labores quos per ignorātiam in hoc mundo pertulimus/ dolendo pensamus. Nā quo vnicuiqꝫ plus dulce fit quod de eternis desiderat: eo magis et graue ostēditur: quod pro presentium amore tolerabat. Si vero ad solam historiam sequētia verba pēsantur: per hec procul dubio animus dolentis exprimit: qualiter p diuersos motus desiderij mestitia impellente variat. Nā subdit: Si dormiero/ dicam: quādo cōsurgā? Et rursum expectabo vesperā. In nocte quippe dies queritur: in die vespera desideratur: qr nimirum dolor nō permittit placere que assunt. Cūqꝫ mētem p experimentū presentiū afficit: semp bene/ quasi consolante desiderio/ ad alia per expectationē tēdit. Sed qr et afflicta mens p appetitum ducit: et tamen dolor eius etiā seductus desiderijs nō finitur: recte subiūgitur: Replebor doloribus vsqꝫ ad tenebras. Causa autē eiusdem doloris exprimitur/ cū protinus subinfertur.

I

¶ S. Qꝫ vita carnalium/ et cogitationum puluere et operum putredine inquinatur.

¶ Induta est caro mea putredine/ et sordibus pulueris. Cutis mea aruit/ et contracta est. Sed hec subtilius cōgruentiusqꝫ differimus: si ad premisse expositionis ordinem redeamus. Somno namqꝫ torpor ocij: surrectiōe autē exercitatio actionis exprimit. Vespere quoqꝫ noīe quia somno congruit: cursus ocij desideriū figurat. Sācta vero ecclesia quousqꝫ vitam corruptionis ducit: flere mutabilitatis sue damna non desinit. Ad hoc nāqꝫ homo cōditus fuerat: vt stante mente/ in arcem se contemplationis erigeret: et nulla hunc corruptio a conditoris sui amore declinaret. Sed in eo qꝫ ab ingenita standi soliditate voluntatis pedem ad culpam mouit: a dilectione conditoris in semetipso protinus cecidit. Amorem vero dei/ veram scilꝫ stationis arcem deserens: nec in se consistere potuit: quia lubrice mutabilitatis impulsu/ infra se p corruptionem proruēs: etiā a semetipso discessit. Qui nūc quia

conditionis sue soliditate non figitur/ alternantis semp desiderij motu variatur: vt et quietus actionē desideret/ et occupatus ad ocium anhelet. Quia enim fixa mens stare cum potuit noluit: stare iam nō valet/ etiam cum vult. Cōditoris quippe sui contemplationē deserens: salutis sue fortitudinē perdidit: et quolibet posita/ semper egra alium locum querit. Varietatē ergo humane mentis exprimens dicat: Si dormiero: dicam: quādo cōsurgā? Et rursum expectabo vesperā. Ac si aperte diceret: Nihil preceptum menti sufficit: qr ipsum qui vere sufficere potuit/ amisit. In somno nāqꝫ surrectionē desidero: in surrectione vesperam expecto: quia et quietus exercitium actiōis appeto: et exercitatus ocium quietis quero. Quod tamē intelligi et aliter potest. Capitulum.x.

K

Dormire nāqꝫ est in peccatis iacere. Si enī somni appellatiōe culpa designata nō eēt: neqꝫ Paulus discipulis diceret: Euigilate iusti/ et nolite peccare. Unde et auditorem suum admonet dicens: Surge qui dormis/ et exurge a mortuis: et illuminabit te Christus. Et rursum: Hora est iā nos de somno surgere. Unde et Salomon peccantem increpat dicens. Vsquequo piger dormis? Electus igitur quisqꝫ cum peccati somno premitur/ ad iustitie vigilias exurgere conatur: sed sepe cū surrexerit/ ipsa se extolli virtutū magnitudine sentit. Unde et tentari se presentis vite aduersitatibus post virtutes desiderat: ne peius ex virtutum confidentia cadat. Si enim seruari se melius p tentationē non cognosceret: nequaqꝫ psalmista diceret: Proba me dñe/ et tēta me. Bene ergo nūc dicitur: Si dormiero/ dicā: quādo cōsurgam? et rursum expectabo vesperam. quia et in peccati somno/ lumen iustitie queritur: et cum virtutum prospera mentem eleuant/ adiutrix aduersitas desideratur: vt profecto animus cum virtutum suarum gaudio plus qꝫ debet attollitur: per contrarietatem presentis vite edito merore solidetur. Unde et nequaqꝫ/ Formidabo vesperā/ dicitur/ sed expectabo. Expectamus etenim pspera: formidamus aduersa. Vir igitur sanctus vesperā expectat: quia cum exerceri hunc tribulatione necesse est/ ipsa ei fit aduersitas prospera. Potest vespere nomine/ etiam peccati tentatio designari: q sepe tanto acrius mentē lacessit/ quāto et eandē mentē spiritus ad superna altius euehit. Nequaqꝫ enim sic in hac vita per exercitationem iustitie/ peccatum deseritur: vt in eadem iustitia inconcusse maneatur: quia etsi iam a cordis habitaculo culpam rectitudo eliminat: ipsa tamē culpa que repellitur: cogitationis nostre foribus astās/ vt sibi aperiatur/ pulsat. Qđ Moyses quoqꝫ spiritualiter innuit/ cum facta corporaliter temporum momēta narrauit/ dicens. Facta est lux. atqꝫ paulo post subijciens. Factū est vespere. Creator quippe oīm/ humane culpe presciꝰ/ tunc expressit in tempore/ qđ nūc versatur in mente. Lux quippe ad vesperum ducit: quia nimirū lucem rectitudinis/ vmbra sequitur tentationis. Sed quia electorū lux tentatione non extinguit: nequaqꝫ nox/ sed vespera facta perhibetur: quia nimirum sepe tentatio in corde electorum lumē iustitie abscondit/ sed nō interimit: et quasi ad pallorem trepidationis pertrahit/ sed funditus nō extinguit. Electi ergo post somnū surrectionem appetunt: post surrectionem vesperā prestolātur: qr et de peccato ad iustitie lumen euigilant: et in ipso iustitie lumine positi/ semper se cōtra illecebras tentationum preparant. quas nimirum non timent/ sed expectant: quia vtilitati sue rectitudinis/ etiam tentamēta proficere nō ignorant. Quantalibet autem contra corruptionem suam virtute contenderint: habere integram salutem nequeunt/ quousqꝫ dies presentis vite finiatur. Unde et subditur: Et replebor doloribus vsqꝫ ad tenebras. Modo nāqꝫ aduersa irruunt: modo ipsa quoqꝫ prospera callida hilaritate blandiuntur. Modo surgētia vitia bellum carnis excitant: modo deuicta animum ad elationem vocāt. Bonorum igitur vita vsqꝫ ad tenebras doloribus repletur: quia quousqꝫ tempus corruptionis agitur/ interna exteraqꝫ afflictione concutitur: et salutis securitatem nō inuenit/ nisi cum diem funditus tentationis relinquit. Unde bene et hec eadem dolorū causa protinus subinfertur/ cum dicitur. Capitulum.xi.

Dormire est in peccato iacere.

I. Cor.xv.

Ephe.v.

Ro.xiij.

Prouer.xxiij.

Psal.xxv.

L

Gen.i.

M

Induta est caro mea putredine/ et sordibus pulueris. Ut enī paulo superiꝰ diximus: soliditatem ingenitā voluntarie homo deseruit/ et sese in

A corruptionis voraginē mersit. vnde nūc vel per immūda
opera labit: vel per cogitationes illicitas fedat. Ut enim
ita dixerim: culpe sue penaliter subdita / ipsa iam natura
nostra facta est extra naturam: et remissa vsq ad peruersa
opera ducit: restricta autem peruersorum operum impor
tuna cogitatione fuscat. Per expletionem ergo actionis
illicite / carnium putredo afficit: p leuitatem vero cogita-
tionis improbe / quasi ante oculos puluis surgit. Consen
tiendo vitijs putredine atterimur: vitiorum vero imagi
nes in corde tolerando / sordibus pulueris fedamur. Ait
ergo. Induta est caro mea putredine / et sordib⁹ puluer(is.)
Ac si aperte diceret: Carnalē vitā quā patior: aut tabes
lubrice operationis polluit: aut ex vitiorum memoria ca-
ligo misere cogitationis premit. Qđ tamen si ex voce ec-
clesie vniuersalis accipimus: aliquādo hāc procul dubio
carnis putredine: aliquādo aūt grauari sordib⁹ pulueris
inuenimus. Multi quippe in ea sunt: qui dū amori carnis
inseruiūt / fetore luxurie cōputrescunt. Et sunt nōnulli q
a voluptate quidem carnis abstinent: sed tamē tota men
te in terrenis actibus iacent. Dicat ergo sancta ecclesia
vnius mēbri sui vocib⁹: dicat qđ de vtroq genere homi-
num tolerat: Induta est caro mea putredine / et sordibus
pulueris. ac si aperte insinuet dicens: Sūt plerique qui mi-
hi per fidem mēbra sunt / sed tamen sana vel munda per
actionē non sunt: q: aut victi desiderijs turpibus ad cor-
ruptionis putredinem defluunt: aut terrenis actibus de-
diti / puluere terrene cupiditatis aspergunt. In illis enī
quos lubricos tolero: carnē videlicet putrescentē gemo:
in istis autē quos terrena querētes patior / qđ aliud q̄ fe
B data puluere mēbra porto? Unde et apte simul de vtrisq
subiungit. [Cutis mea aruit / et contracta est.] In sancte
quippe ecclesie corpore hi q̄ solis exterioribus curis inser-
uiunt: cōgrue cutis vocant. Que nimirū cutis arescendo
attrahit: q: mētes carnalium dum presentia diligunt / et
quasi iuxta posita cōcupiscūt / ad futura tendi p longani-
mitatē nolunt. Qui dū interne spei pinguedinē negligūt /
vt attrahant arescunt: q: si eorū corda desperatio non sic-
caret: nequaq̄ eius hec pusillanimitas attraheret. Hāc
naq: attractionem psalmista formidauerat / cum siccitatē
Psal.lxij. mentis metuens dicebat: Sicut adipe et pinguedine re-
pleatur anima mea. Adeps quippe pinguedinis animā
replet: cum hanc contra presentium desideriorū estum su-
perne spei infusio refouet. Cutis ergo arescens attrahit:
cum cor rebus exterioribus deditum / atq ex desperatio-
ne siccatum: in auctoris sui amorem non tendit / sed in se-
metipso (vt ita dixerim) rugosa cogitatione replicatur.
Pensandū vero est q carnales mentes idcirco presentia
diligūt: q: vita carnis q̄ fugitiua sit / minime ppendunt.
Nā si velocitatē trāsitus eius aspicerēt: hanc etiam pspe
rantem minime amarēt. Sancta autem ecclesia in electis
suis quotidie quātus sit rebus exterioribus cursus con
C spicit: et idcirco in intimis pedē sollicite intentionis figit.
Unde et apte subditur.

¶ S. Qđ vita carnalis nō incōgrue tele cōparat / que cū
cōsummata fuerit / complicata succiditur.

¶ Dies mei velocius trāsierūt / q̄ a texente tela succidit.]
Cōgrue valde similitudine tēpus carnis / tele cōparat: q:
sicut tela filis / sic vita mortalis dieb⁹ singulis pficit: sed
quo ad augmētū pficit / eo ad incisionē tēdit: q: sicut et
superius diximus / cū tēpora pcepta preterierūt / vētura breuiā
tur: et de vniuerso vite spatio eo fiunt pauciora q̄ veniūt /
quo multa sunt que trāsierūt. Tela quippe infra supraq
ligata / duob⁹ lignis innectit vt texat: sed quo iferi⁹ texta
inuoluit / eo superi⁹ texēda deplicat: et vnde se ad augmē-
tum multiplicat / inde fit minus qđ restat. Sic nimirū vi
te nostre tēpora et trāsacta quasi inferius inuoluimus: et
ventura a superiori deplicam⁹: q: quo plus fiunt preteri-
ta / min⁹ esse incipiūt futura. Sed quia nec tela ad expres-
sionem nostri tēporis sufficit (nam eius quoq festinatio-
nem / vite nostre velocitas transit) recte nunc dicit: Dies
mei velocius transierūt / q̄ a texēte tela succiditur. Tela
quippe tarditatē pfectus habet: vita autē presens morā
defectus nō habet. In illa quoq cū labor artis manus fi-
gitur / aduentus terminus elongatur. in ista vero q: tem
pus semper desinens indesinēter consumimus: ad finem
nostri itineris etiam quiescēdo puenimus: et per cursum
nostri transitus / etiam dormiētes imus. Electi igitur q:
presentis vite momenta decurrere sub festinatione cōspi-
D ciunt: nequaq̄ in hoc tante mobilitatis itinere / cordis in-
tentionem figunt. Capitulum.xij.

Unde et apte protinus subdit. [Et consumpti
sunt absq vlla spe.] Reproborum mens erga
dies vite presentis tāto amore constringit: vt
si se semp hic appetat viuere: quatenus (si valeant) viuēdi
cursum desiderent nunq̄ finire. Cogitare quippe ventu-
ra despiciūt / spem totam in rebus trāseuntibus ponunt:
habere nulla nisi que pretereūt cōcupiscunt. Cūq nimis
transeuntia cogitant: et mansura nullatenus sperant: sic
cecitate insensibili cordis oculus claudit: vt eterne luci
nullatenus intendat. Unde fit vt sepe iam corpus mole-
stia quatiat: et vicina morte virtutē vitalis spiritus inter-
cidat: nec tamen curare que mundi sunt desinant. Iamq
eos vicos ad iudiciū pertrahit: et tamen ipsi ordinatione
sollicita rebus transeuntibus occupati: nihil aliud cogi-
tant / nisi in hoc mūdo adhuc qualiter viuant. Relinquē-
do omnia / quasi possidendo disponunt: quia spes viuen-
di non frangitur / etiam cum vita terminatur. Iam ad iu-
dicium trahuntur per sententiam: et tamen adhuc habē-
dis rebus inherent per curam. Dura etenim mēte / abesse
mors lōge credit / etiam cum sentitur. Sicq a carne aīa
soluitur / vt erga presentia imoderato amore se retinēs /
cum ad eternū suppliciū ducit: hoc ipsum quoq nesciat
quo ducatur: et deserens que amare cum termino noluit /
repente sine termino inuenit / que nunq̄ preuidit. At con
tra electorum mens ad eternitatis intentionem tendit /
E etiam cū presens eā feliciter vita comitat. Magna carnis
salute viget: nec tamē eius fiducia animus retardat. Nul-
lus adhuc mortis articulus erūpit: et quasi presentē hāc
quotidie conspicit. Quia enī vita indesinenter labit / spes
ei viuendi funditus amputatur. Bene ergo de dieb⁹ pre-
tereuntibus dicitur: Consumpti sunt absq vlla spe. Ac si
aperte diceretur: Mentis fiduciam in presenti vita non
posuit: quia omne quod preterit / calcando despexit. Un-
de et mox apte subditur.

¶ S. Qđ ad exhibenda recta opera / exuta carne aīa nō
recurrat: et q deus post mortē non liberat quos ante mor
tem gratia ad veniam non reformat.

¶ Memēto quia ventus est vita mea.] Hi etenim vitam
carnis quasi pmanentē diligunt: qui quāta sit vite seque-
tis eternitas nō attendūt. cūq soliditatem perenniatis
non considerant: exilium patriam / tenebras lumen / cur-
sum stationem putant: quia qui maiora nesciunt: iudica-
re de minimis nequaq̄ possunt. Quo quippe iudicij exi-
git: vt quod examinare nitimur / transcēdamus. Si enim
preesse rebus animus non valet: nequaq̄ de his certa a
quibus vincitur videt. Idcirco itaq mens reproba pre-
sentis vite cursum estimare non sufficit: q: admirationi
illius ex amore succūbit. Sancti autē viri qui ad eterna
F cor eleuant: q̄ breue sit qđ fine claudit / pensant: et eorū
sensibus vilescit qđ preterit: quo intellectu radiāte inter-
lucet qđ acceptū nunq̄ recedit. Cūq infinitatē perenniita
tis aspiciūt / nequaq̄ iam pro magno desiderant / quicqđ
finis angustat. Sz sublenata mēs extra tēporū terminos
ducit / etiamsi cū carne in tēpore tenet: et tanto altius finiē-
da despicit / quāto veri⁹ infinita cognoscit. Sed hec ipsa
humane breuitatis cōsideratio: auctori nostro magne vir
tutis oblatio est. Unde et recte nūc cū depcatiōe immola
tio eiusdē virtutis offert / cū dicit. [Memēto q: ventus est
vita mea.] Ac si aperte diceret: Transeuntē velociter be-
nignus respice: q: tāto a te videri misericordius debeo /
quāto ipse a cōsideratiōe breuitatis mee oculos nō auerto.
Sed q: dū tēpus vite presentis abscindit: ad operationē
pmerēde venie vlteri⁹ nō redit / recte subiungit. [Nec re
uertet ocul⁹ me⁹ vt videat bona.] Ad vidēda bona exuti
ocul⁹ non reuertit: q: ad exhibēda recta opa exuta carne
aīa nō recurrit. Hinc est q diues quem inferni flāma cru-
ciabat: q: semetipm reparare operando non posse agno-
uerat: nequaq̄ iā sibi / sed relictis fratrib⁹ pdesse satage-
Lu.xvj. bat / dicēs: Rogo te pater Abrahā / vt mittas eū in domū
patris mei. habeo enī qnq fratres: vt testet illis / ne et ipsi
veniāt in locū hūc tormentorū. Solet naq mestū animū
spes vel falsa refouere. Sed vt penā suā reprobi grauius
sentiāt / spem de venia amittūt. Unde flāmis vltricib⁹ tra
ditus nō sibi (vt diximus) sed opitulari fratrib⁹ concupi
uit: q: nunq̄ se ignīū carere tormētis (adiuncto despera-
tiōis supplicio) agnouit. Hic Salomon ait. Quodcūq

G Eccl.ix.

potest manus tua facere/instanter operare: qꝛ nec opus/ nec ratio/nec scientia/nec sapientia erunt apud inferos/ quo tu pperas. Nequaꝗ̄ ergo ad videnda bona oculus reuertet: qꝛ retributionem suam mens inueniens ad operatiōis vsum nullatenus reuocatur. Qꝛ igit fugit omne qd̄ cernitur/ ⁊ mā sura sunt que sequitur: bene beat⁹ Job vno versu vtraqꝫ cōplexus est dicens. | Memento qꝛ ventus est vita mea: nec reuertet oculus meus vt videat bona. | Cursum quippe presentium contēplatus ait. Memēto quia ventus est vita mea. Eternitatē vero sequētium considerans adiungit. Nec reuertetur oculus meus vt videat bona. Ubi apte quoqꝫ vniuersi humani generis a redemptionis munere destituti vocem protinus sumit dicens. Capitulum.xiij.

Nec aspiciet me visus hominis. | Uisus quippe hominis/est misericordia redemptoris: que insensibilitatis nostre duritiā cū respicit emollit. Unde teste quoqꝫ euangelio dicitur: Respexit dominus Petrum: ⁊ recordatus est Petrus verbi qd̄ dixerat Jesus: et egressus foras/fleuit amare. Exutā vero carne animā nequaꝗ̄ iam visus hominis aspicit: qꝛ post mortē non liberat/quā ante mortē gratia ad veniam non reformat. Hinc etenim Paulus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Hinc psalmista ait. Qm̄ in seculum misericordia eius. Quia nimirū quem nequaꝗ̄ modo misericordia eripit: sola post presens seculum iusticia addicit. Hinc Salomon ait: Quia lignū in quocunqꝫ loco ceciderit/siue ad austrum/siue ad aquilonē/ibi erit. quia cum humani casus tēpore/siue sanct⁹/siue malign⁹ spiritus egredientē animā claustra carnis/acceperit: in eternū secum sine vlla permutatiōe retinebit: vt nec exaltata ad supplicium proruat: nec mersa eternis supplicijs/ vltra ad remedium ereptionis ascendat. Uir igitur sanctus humani generis dāna cōsiderās/q̄ a presenti seculo sine redēptoris cognitiōe subtrahit: atqꝫ in eternis ignibus irreparabiliter sepelit: ⁊ eius vocem in se suscipiēs/ dicat. Nec aspiciet me visus hominis: quia nimirum redemptoris gratia quem nūc non intuet vt corrigat/tunc non respicit vt ab interitu abscondat. In iudiciū quippe dñs veniens/peccatorem videt vt feriat: sed nō videt vt ad largiendā salutis gratiam recognoscat. culpas examinat: ⁊ vitam pereuntiū ignorat. Unde sanctus vir cum se post presentem vitam respectu hominis videri non posse fateretur/apte mox subdidit.

Lu.xxij.

j. Cor. vj.
ps. cxxxv.

Eccl. xj.

H

¶ S. Q: Sm̄ dei districtam iustitiam etiam qui sancti videntur/macula peccati non carent.

¶ Oculi tui in me: et non subsistam. | Ac si aperte diceret: Districtus ad iudicium veniens/et ad saluādum non vides: ⁊ ad feriendū vides: quia quē in presenti vita dispensationis tue miseratiōe non respicis: respiciēdo postmodum per iustitiam extinguis. Nūc enim peccator quisqꝫ dum nō metuit ⁊ viuit: blasphemat ⁊ proficit: quia sumi misericors creator quem expectādo vult corrigere/aspiciēdo non vult punire: sicut scriptum est: Dissimulans peccata hominū/ppter penitentiam. Sed tūc peccator cum respicitur/non subsistit: quia cum districtus iudex merita subtiliter inquirit/reus ad tormēta nō sufficit. Quia hoc etiam voci iustorum congruit/quorum mens semper sollicita venturo examini intendit. Omne enim qd̄ agūt/ metuunt: dum caute considerant qui ante quātum iudicem stabunt. Intuentur potentiā illius magnitudinis: ⁊ pensant quāto reatu cōstricti sunt proprie infirmitatis. Enumerant mala ꝓprij operis: ⁊ cōtra hec exaggerāt bona gratie conditoris. Cōsiderant praue q̄ districte iudicet: bona opera q̄ subtiliter penset: et perituros se absqꝫ ambiguitate presciunt/si remota pietate iudicent: qꝛ hoc ipsum quoqꝫ qd̄ iuste videmur viuere/culpa est: si vitam nostram cum iudicat/hanc apud se diuina misericordia non excusat. Hinc em̄ in hoc eodē libro scriptū est: Astra nō sunt munda in cōspectu eius. Qꝛ apud eū districte iudicati: ipsi quoqꝫ maculas inquinationis habent: qui per munditiam sanctitatis lucent. Bene ergo dicitur: Oculi tui in me/et non subsistam. Ac si aperte iusti voce diceretur: Si subtili examinatione discutior/ad perferēdum iudicium nō assurgo: qꝛ ad penam vita non sufficit: si hanc immanitas iuste retributionis premit. Bene autem eiusdem humani generis et culpa breuiter et pena surrogetur/ cum protinus subditur.

Sap. xj.

J

¶ S. Q: quem semel culpa ad interitum pertrahit/misericordia ad veniam non reducit. Capitulū.xiiij.

K

Sicut consumit nubes ⁊ pertrāsit: sic qui descēdit ad inferos/non ascēdet. | Nubes quippe ad altiora suspenditur/sed densata vento impellit vt currat. calore autē solis dissipatur vt euanescat. Sic nimirum corda sunt hoim: que p accepte ratiōis ingenium ad alta emigrāt: impulsa autē maligni spūs flatu/prauis desiderioꝝ suorum motibus huc illucqꝫ pertrahunt. sed districto respectu superni iudicis/quasi solis calore lique fiunt: ⁊ semel locis penalib⁹ tradita/ad operationis vsum vltra non redeūt. Uir igit sanct⁹ elationis cursum/defectūqꝫ humani generis exprimēs dicat. Sicut cōsumit nubes et pertransit: sic qui descendit ad inferos/nō ascēdet. Ac si aperte loqueret dicēs: In altū currēdo deficit/qui superbiendo ad interitū tendit. quē si semel culpa ad penā ptrahit: mis vlteri⁹ ad veniā non reducit. Unde ⁊ ad huc subdit: | Nec reuertet vltra in domū suā. | Sicut dom⁹ est corporis habitaculū corporalis: ita vniuscuiusqꝫ mētis hoc domus sit/qd̄ ex desiderio inhabitare consueuit. Ad domū igitur suā non reuertit: qꝛ semel qui sꝫ eternis supplicijs tradit⁹: ad hoc iā vbi amore inheserat/nullaten⁹ reuocatur. Potest etiā inferni noie/peccatoris desperatio designari: de qua p psalmistā dicit: In inferno autē q̄s cōfitebitur tibi? Unde rursum scriptū est: Impius cum in profundū venerit peccatorū/cōtēnit. Quis sꝫ aūt ipetrati sue cibit: virā/pfecto iustitie moriendo derelinquit. Qui vero etiā post peccatum mole desperationis obruitur: quid aliud q̄ post mortē i inferni supplicio sepelit? Bene ergo dicit: Sicut consumit nubes ⁊ pertrāsit: sic qui descendit ad inferos/non ascendet. Quia plerūqꝫ cum pꝑetratione nequitie etiā desperatio sociat: ⁊ via iā reuersiōis abscindit. Recte autē corda desperātiū nubibus cōparant: qꝛ et caligine erroris obscura sūt: ⁊ petōꝝ multiplicitate cōdēsa. sed cōsumpta pertransēūt: qꝛ claritate extremi iudicij irradiata dissipant. Solet etiā dom⁹/inhabitatio cordis intelligi. Unde sanato cuidā dicit: Uade in domū tuā. qꝛ nimirū dignū est vt petōr post veniā ad mētē suā redeat: ne iterū quo iuste feriat admittat. Sed qui ad infernum descenderit: ad domū suam vlteri⁹ non ascendit: quia cū quē desperatio obruit: a cordis sui habitaculo foras emittit. Et redire introrsus non valet: qꝛ fusus exteri⁹/ad deteriora quotidie impulsus cadit. Ad cōtēplandū quippe creatorē homo cōditus fuerat/vt ei⁹ semp speciē quereret: atqꝫ in solēnitate illi⁹ amoris habitaret. sed extra se per inobedientiā missus/mentis sue locū pdidit: qꝛ tenebrosis itineribus sparsus/ab inhabitatione veri luminis elōgauit. Unde ⁊ apte adhuc subdit. Capitulū.xv.

Ps. vj.
Prouer. xviij.

L

Mar. v.

Neqꝫ cognoscet eū amplī⁹ locus eius. | Locus quippe hois/sed nō localis/ipse ē cōditor existit: qui hūc vt in semetipso cōsisteret creauit. Quē nimirū locū tunc homo deseruit: cū seductoris verba audiens/a cōditoris amore discessit. Sed cū omnipotens deus redimēdo se homini etiam corporaliter ostendit: ipse (vt ita dixerim) fugitiui sui vestigia subsequēs/ ad retinendū quē amiserat hominē locus venit. Si enim appellari locus nequaꝗ̄ conditor posset: deum laudans psalmista non diceret: Filij seruorū tuorū habitabūt ibi Ibi enī non dicimus/nisi cū locū specialiter designam⁹. Sed sunt plerīqꝫ q etiā post pceptū redēptoris auxiliū/ ad desperationis tenebras deuoluunt: ⁊ tanto nequi⁹ pereūt/quāto ⁊ oblata remedia mīe cōtemnūt. Recte ergo de dānato hoīe dicit: Neqꝫ cognoscet eū ampli⁹ loc⁹ eī⁹: qꝛ a conditore suo tanto tūc districtius in iudicio non cognoscit/quāto nūc ad reparationis gratiā nec p dona reuocat. Unde ⁊ notandū summopere est q̄ nō ait: Neqꝫ cognoscet amplius locū suū: sed ait: Neqꝫ cognoscet eū amplius locus ei⁹. Sū em̄ cognitio nō homini/sed loco tribuit/patenter ipse conditor loci noie designat: qui districtus ad examen vltimū veniens: in iniquitate durantib⁹ dicit: Nescio vos vnde sitis. Sed electi quiqꝫ quo districte reprobos repelli considerant: eo semetipsos quotidie a perpetrate nequitie sordibus sollicitius purgant. Cūqꝫ perituros alios frigescere a vite amore conspiciunt/studiose se ad penitentie lamenta succendunt. Unde et apte subditur. | Quapropter ⁊ ego non parcam ori meo. | Qui etenim suo non parcit: qui confiteri malum quod fecit/ nō erubescit. In laborē quippe os mittere/est hoc ad cō-

M

Ps. cj.

Lu. xiij.

B fessionem perpetrate iniquitatis occupare. Sed iustus ori suo non parcit: quia iram iudicis districti preueniens, verbis contra se proprie confessionis seuit. Hinc psalmista ait: Preueniamus faciem eius in confessione. Hinc per Salomonem dicitur: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit et dereliquerit ea, misericordiam consequetur. Hinc rursum scriptum est. Iustus in principio accusator est sui. Sed nequaq̄ ad confessionem os panditur: nisi cum consideratione districti iudicij, per pauorem spiritus angustatur. Unde et apte mox subditur:

Psalm. xciiij. Prouer. xxviij. Prouer. xviij.

¶ S. De vtilitate confessionis et penitentie.

¶ Loquar in tribulatiōe spirit⁹ mei.] Tribulatio quippe spiritus linguam commouet: vt reatum praui operis vox confessionis impugnet. Sciendum quoq̄ est quia sepe et reprobi peccata confitentur, sed deflere contemnunt. Electi autem culpas suas quas vocibus cōfessionis aperiunt: districte animaduersionis fletibus insequunt. Unde beatus Job bene postq̄ se ori suo non parcere respondit: tribulationem mox spiritus subdidit. Ac si aperte fateretur dicens: Sic reatum lingua loquitur: vt nequaq̄ expers a meroris stimulo per alia spirit⁹ vagetur: sed culpas loquens, vulnus aperio. Culpas vero ad correptionem cogitans, salutem vulneris ex medicamine meroris quero. Qui enim mala quidem que perpetrauit insinuat, sed flere que insinuauerit recusat: quasi subducta veste vulnus detegit: sed torpenti mente medicamentum vulneri non apponit. Confessionis igitur vocem solus necesse est vt meror excutiat, ne vulnus proditum sed neglectum: quo licentius iam per humanam notitiam tangitur, deterius putrescat. Quo contra psalmista plagam cordis non solum detegerat: sed detecte etiam medicamentum meroris adhibebat, dicēs: Iniquitatem meam ego pronunciabo: et cogitabo pro peccato meo. Pronunciando enim occultum vulnus detegit: cogitādo autem quid aliud q̄ medicamentum vulneri apponit?

Sepe reprobi pctā cōfitent: sʒ deflere cōtemnunt.

B

Psalm. xxxvij.

Capitulum .xvj.

SEd afflicte menti et sua sollicite damna cogitanti: rixa pro semetipsa oritur contra semetipsam. Nam cum se ad lamenta penitentie instigat: occulta se increpatione dilaniat. Unde et apte mox subditur: [Cōfabulabor cum amaritudine anime mee.] Pauore namq̄ diuini iudicij afflicti, dum quedam male gesta plangimus: ipsa vi nostre amaritudinis ad discutiendos nos vigilantius excitati: alia in nobis etiam que amplius defleamus inuenimus. Nam sepe qđ torpentes latuit: fletibus subtilius innotescit: et afflicta mens certius inuenit malum qđ fecerat et nesciebat: eiq̄ rixa sua verius aperit, quātum a veritatis pace deuiauit: quia reatum suum cuius secura non meminit, hunc in se commota deprehendit. Succrescens quippe amaritudo penitentie, verecūdanti cordi importune ingerit illicita que commisit: districtum contra hec iudicem ostendit: suppliciorum minas incutit: pauore animū ferit: pudore cōfundit: motus illicitos increpat: quietem noxie securitatis turbat: que ei conditor bona contulit, que ipse bonis illius mala respondit enumerat: q̄ mire ab eo conditus: q̄ gratuito nutritus: q̄ rationis substantia in conditione ditatus est: q̄ conditoris gratia vocatus: q̄ sequi ipse et vocatus noluit: q̄ vocantis misericordia, nec surdum hunc renitentemq̄ despexit: q̄ illuminatus donis: q̄ sua sponte prauis actibus etiam post dona cecatus est: q̄ a cecitatis sue erroribus paterne sollicitudinis flagellis exptatus: q̄ a flagellorum doloribus ad felicitatis gaudia misericordie medicamento reductus est: q̄ quibusdam culpis etsi non grauibus subditus, peccare tamen et inter flagella non desinit: q̄ peccatorem suum superna gratia nec contempta dereliquit. Cum igitur afflictam mentem modo per replicationē donorū dei: modo per improperia actionis sue tanta seueritate increpat: habet in corde iustorum amaritudo anime linguam suam: que tanto eis subtilius loquitur, quāto et interius auditur. Unde et nequaq̄ dicitur: Fabulabor in amaritudine anime mee, sed cōfabulabor cum amaritudine anime mee: quia vis doloris que peccata singula reputans, torpentem animū ad lamenta excitat, quasi ad eum verba confabulationis format: in quibus semetipsum correctus inueniat: et ad sui iā custodiam sollicitior exurgat. Dicat itaq̄ vir iustus ex voce sua: et sancte ecclesie typum tenens, dicat ex nostra: Confabulabor cum amaritudine anime mee. Ac si apertius insinuet dicens: Intus cōtra me cum cordis mei dolore colloquor: et foris me a verbere iudicis abscondo. Sed mēs penitentie doloribus pressa, in semetipsa constringit: atq̄ a cunctis delectationibus carnis foris cogitatione separatur: ad summa proficere appetit: et tamen adhuc de corruptione corporis contradictionem sentit. Unde et apte mox subditur.

C

D

¶ Nunquid mare sum ego aut cetus: qr circūdedisti me carcere?] Carcere homo circūdatur: qr plerūq̄ et virtutū profectib⁹ ad alta exurgere nititur: et tamē carnis sue corruptione prepedit. Quo bene erui psalmista deprecat dicens: Educ de carcere animā meā ad confitendū nomini tuo. Quid vero appellatione maris, nisi corda carnaliū tumidis cogitationibus fluctuosa: quid autē ceti nomine, nisi antiquus hostis exprimit? Qui dū mentes secularium possidendo penetrat, quasi in eorum lubricas cogitationes natat. Sed cetus carcere constringitur: quia malignus spiritus in inferiorib⁹ deiectus, ne ad celestia euolare preualeat, pene sue pondere coarctatur: Petro attestante, qui ait: Deus angelis peccantibus non pepercit: sed rudentibus inferni detractos in tartarū, tradidit in iudicium cruciandos reseruari. Cetus carcere cōstringitur: qr temptare bonos quantū desiderat prohibet. Carcere quoq̄ mare circūdatur: qr carnaliū mentiū tumida insanaq̄ desideria ad peragenda mala que appetunt, impossibilitatis sue angustia grauātur. Sepe enim dīnari melioribus cōcupiscunt: sed tamē eis diuino iudicio cūcta mirabiliter disponēte substrati sunt. Nocere bonis elati desiderāt: et tamē subiecti ab eis solatia sperāt. Pro expledis voluptatibus carnis, longeuitate vite perfrui concupiunt: sed tñ ab ea sub celeritate rapiuntur. De quibus bñ per psalmistā dicitur: Statuit aquas quasi in vtre. Aque quippe in vtre sunt, cum lubrica eorum desideria (qr operis effectum non inueniunt) sub carnali corde deprimuntur. Cetus ergo ac mare circūdatione premitur carceris: quia vel malignus spiritus vel sequaces illius (in quorū se mentibus colligit: atq̄ in eis vndas tumentium cogitationum voluit) vt implere mala que appetunt nequeāt: superna eos districtio angustat.

Ps. cxlj.

ij. Pe. ij.

E

ps. lxxvij.

¶ S. Quid iusti desiderio pacis eterne faciant, si carceris huius egredi angustias concupiscunt.

Capitulum .xvij.

SAncti autem viri quo mundiori corde celestiū arcana considerant: auctis ad hec quotidie ardoribus anhelāt. Ibi iam plene satiari desiderant: vnde adhuc parum aliquid ore contēplationis degustant. Perfecte cupiunt carnis stimulū subdere: nihil in cogitatione illicitum de eius iam corruptione tolerare: sed quia scriptū est: Corpus qđ corrūpitur aggrauat animā: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: intentione iam quidem vltra semetipsos eminent: sed tñ adhuc infirmitatis sue incertis motibus subditi, corruptiōis sue se carcere clausos dolent. Ait ergo. [Nunquid mare sum ego, aut cetus: quia circumdedisti me carcere?] Ac si aperte diceret: Mare vel cetus (iniqui videlicet, eorūq̄ auctor malignus spiritus) quia effrenari ad solam perpetrande iniquitatis licētiam appetunt: recte pene sue carcere cōstringūtur. Ego autem quia iam eternitatis tue libertatē desidero, cur adhuc mee carcere corruptionis premor? Qđ tamē nec a iustis superbe requiritur: quia amore veritatis accēsi, infirmitatis sue angustias trāsgredi perfecte cōcupiscūt. Nec ab auctore iustorū iniuste disponitur: qr electorū suorum vota differēs cruciat: cruciādo purgat: vt ad percipiēdū qđ desiderāt, quādoq̄ meli⁹ ex dilatione cōualescāt. Electi autē quousq̄ ab intima quiete differūtur, ad cor suū redeūt: ibiq̄ a carnis sue tumultib⁹ absconsi, quasi amenissimū secretū petunt. Sed in eo sepe tētationis aculeos sentiūt, carnis incentiua patiunt: et ibi grauissimos labores inueniūt, vbi magnā requiē a labore quesierāt. Unde sanctus vir post insinuatū corruptionis sue carcerē, ad quieta cordis spatia redire festināns: qr eandē rixā et in intimis inuenit, quā ab exterioribus fugit: protinus subdit dicens.

Sap. ix.

F

¶ Gr. Gr cū ad silentiū mētis nostre reuertimur, intra nos i cogitatiōib⁹ colloquimur: et q̄ subtilia sunt iudicia diuina metuētes, q̄si i lectuli requie sōnij visiōe turbamur.

G

¶ Si dixero: consolabitur me lectulus me⁹: et reuelabor loquens mecum in strato meo: terrebis me per somnia: et per visiones horrore concuties.] In sacro namque eloquio lectulus / cubile vel stratum / secretum solet cordis intelligi. Hinc est enim q sub vniuscuiusque anime specie sponsa occultis stimulis sancti amoris excitata / in canticis canticorum dicit: In lectulo meo per noctes quesiui quē diligit anima mea. In lectulo quippe et p noctē dilectus querit: qui nimirū inuisibilis conditoris species / repulsa omni corporee visionis imagine / in cubili cordis inuenit. Unde et eisdē suis dilectorib⁹ veritas dicit: Regnū dei intra vos est. Et rursum: Si enim non abiero / paracletus non veniet. Ac si aperte diceret: Si ab intentionis vestre oculis corpus non subtraho / ad intellectū vos inuisibilē p consolatorem spiritū nō pduco. Hinc de iustis p psalmistā dicit: Exultabūt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis. Qui scilz cū mala ab exterioribus fugiūt / securi intra mentium secreta gloriant. Sed tūc letitia cordium perfecta erit / cum carnis ab exterioribus pugna non fuerit. Nam quousque caro illicit: qui quasi nostre domus paries quatit / etiā cubile turbat. Unde et recte per eūdē psalmistā dicitur: Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate ei⁹. Quia dum nos tentatio carnis concutit / tremefacta nostra infirmitas etiā mētis cubile cōfundit. Quid vero hoc loco somnia vel visiones accipim⁹ / nisi imaginationes vltimi districtique examinis? quod iam vtcunque per timorē cernimus: sed tamē vt est veraciter nō videmus. Sancti itaque viri (vt diximus) ad cordis secreta semp redeūt: cum ab hoc mūdo vel vltra votum prospera: vel vltra vires aduersa patiunt: atque exterius laboribus fessi / quasi stratū vel lectulum cubilia mentis petunt. Sed dum quibusdā imaginationibus cogitationū / quā sint subtilia diuina iudicia cōspiciūt: quasi in ipsa stratus sui requie / somnijs visione turbant. Contemplant enim quā districtus iudex veniat: qui dū vt immēse magnitudinis cordiū secreta illuminat / omnes ante oculos culpas reducit. Pensant quāta illa sit verecūdia / in conspectu tunc totius humani generis angelorū omniū / archangelorūque confundi. Perpendūt qui post confusionē cruciatus maneat: cū et reat⁹ animū immortaliter morientē / et indesinēter deficientem carnem gehēna consumat. Cum itaque tam pauida imaginatione mens quatit / quid aliud quā in strato triste somniū videt? Dicat ergo. Si dixero / consolabitur me lectulus meus: et reuelabor loquēs mecum in strato meo: terrebis me p somnia: et per visiones horrore concuties. Ac si aperte fateatur / dicēs: Si exteriora fugiens / introrsus redeo: et vtcunque requiescere in cordis cubiculo concupisco: ibi mihi dum districtionis tue cōtemplationē obijcis: vehemēter me p ipsas mee prudētie imaginatiōes terres. Bene autem dicitur: Et reuelabor loquēs mecum in strato meo: quia nimirum cum ad mentis nostre silētium fessi reuertimur / quasi in strato colloquētes / occulta intra nos cogitationū verba versamus. Sed hec ipsa nostra collocutio in pauorem vertitur: quia ex illa vehementius intellectus nobis qui terrorē districti iudicij intentet / aperitur.

Capitulum. xviij.

[margin: I / Sōnia sex modis tāgunt animum.]

Ne quis vero hec studeat iuxta litteram perscrutari / exquirēdum magnopere est / quot modis tangant animū imagines somniorum. Aliquādo namque somnia vētris plenitudine vel inanitate: aliquādo vero illusione: aliquando cogitatione simul et illusione: aliquando reuelatione: aliquando autem cogitatione simul et reuelatione generātur. Sed duo q prima diximus / oēs experimēto cognoscimus; subiūcta autē quatuor / in sacre scripture paginis inuenim⁹. Sōnia etenim nisi plerūque ab occulto hoste per illusionē fierēt / nequaquā hoc vir sapiens indicaret / dicēs. Multos errare fecerūt somnia / et illusiones vane. Uel certe. Non augurabimini: nec obseruabitis somnia. Quibus profecto verbis cuius sint detestationis ostēditur: que augurijs coniunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul et illusione procederent: Salomon minime dixisset: Multas curas sequūtur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysterio reuelationis oriretur / Joseph preferendum se fratrib⁹ per somniū nō videret: nec Marie sponsum vt ablato puero in egyptū fugeret / p somniū veritas admoneret. Rursum nisi aliquādo somnia cogitatione simul et reuelatione procederēt: nequaquā Daniel propheta Nabuchodonosor visionē disserens: a radice cogitationis inchoasset / dicens. Tu rex cogitare cepisti in strato tuo quid esset futurum post hec: et qui reuelat mysteria / ostendit tibi que ventura sunt. Et paulopost subiūgit dicens. Uidebas / et ecce quasi statua vna grandis. statua illa magna et statura sublimis stabat contra te etc. Daniel itaque dum somniū et implēdum reuerenter insinuat: et ex qua ortum sit cogitatione manifestat: patenter ostēditur / quia hoc plerūque ex cogitatione simul et reuelatione generatur. Sed nimirum cum somnia tot rerum qualitatibus alternent / tanto eis credi difficilius debet / quanto et ex quo impulsu veniant facilius nō elucet. Sepe namque malignus spirit⁹ his quos amore vite presentis vigilātes intercipit: prospera etiam dormientibus promittit: et quos formidare aduersa considerat / eis hec durius somnij imaginibus intentat: quatenus indiscretam mentē diuersa qualitate afficiat: eāque aut spe subleuans / aut deprimēs timore cōfundat. Sepe autē etiam sanctorum corda afficere somnijs nitit: vt ab intentione cogitationis solidē ad tēpus saltem momētūque deriuent: quāuis ipsi protinus animū ab illusiōis imaginatione discutiāt. Sed hostis insidiās quo eos vigilantes minime superat / eo dormiētes grauius impugnat. Quē tamen hec maligne agere superna dispēsatio benigne pmittit: ne in electorū cordib⁹ ipse saltē a passiōis premio somn⁹ vacet. Bene ergo rectori oim dicit: Si dixero / cōsolabit me lectulus me⁹: et reuelabor loquēs mecū in strato meo: terrebis me p somnia: et p visiones horrore concuties. Quia nimirū deus mirabiliter cuncta dispensat: et ipse facit qd malign⁹ spirit⁹ iniuste facere appetit / qui hoc fieri nō nisi iuste permittit. Sed quia iustorū vita et per vigilias tentatione quatit: et p somniū illusione fatigat: foris corruptionis sue molestias tolerat / intus apud semetipsam grauiter illicitas cogitatiōes portat. Quid est qd faciat / vt pedē cordis a tot scādalorum laqueis euellat? Ecce beate vir / quāta vndique premeris perturbatione cognouim⁹: sed qd consiliū cōtra hanc inueneris / audiamus. Sequitur.

[margin: Cātic. iij. / Luce. xvij. / Jo. xvj. / Psalm. cxlix. / H / Ecclesia. xxxiiij. / Leui. xix. / Eccl. v. / Genesis xxxvij. / Matth. ij. / K / Dan. ij. / L]

¶ S. Quia suspendium sanctorum sit extolli ad celestia: et mors ossium / terrene fortitudinis mortificatio.

¶ Quāobrem elegit suspendiū anima mea: et mortē ossa mea.] Quid per animā / nisi mētis intētio: quid p ossa nisi carnis fortitudo designat? Omne autē qd suspendit / procul dubio ab imis eleuatur. Anima ergo suspēdiū eligit / vt ossa moriant: quia dū mentis intētio ad alta se subleuat / omnē in se fortitudinē vite exterioris necat. Sancti enim viri certissime sciunt / quia habere in hac vita requiē nequaquā possunt: et idcirco suspendiū eligūt: quia nimirū desideria terrena deserentes / ad alta animū tollūt. Suspensi autē mortem suis ossibus inferunt: quia amore superne patrie / in virtutum studijs accincti / hoc qd fortes prius in mundo fuerant / vinculo humilitatis insequūtur. Intueri libet quomodo animā suam Paulus suspēderat: qui dicebat. Uiuo autē iā nō ego: viuit vero in me Christ⁹. Et rursum. Desideriū habēs dissolui / et esse cum Christo. Et Mihi viuere Christus est: et mori lucrū. Qui gesta terrene fortitudinis ad memoriā reuocans / quasi quedā in se ossa numerabat / dicens. Hebreus ex hebreis: secundum legem phariseus: secundum emulationē persequens ecclesiā dei. Sed suspēdio anime quia hec in se ossa interfecit: protinus adserit / qui subiungit. Sed que mihi fuerūt lucra / hec arbitratus sum propter Christū / detrimēta. Que adhuc ossa in semetipso insinuat vehemēti⁹ extincta / cū subdit. Propter quē / omniū detrimētum feci / et arbitror vt stercora. Mortuis vero ossibus quā exanimis pendeat ostendit / qui ilico subiungit / dicens. Ut Christū lucrifaciam / et inueniar in illo nō habēs meā iustitiā que ex lege est: sed eam que ex fide est Jesu Christi. Sed quia collatis ei⁹ testimonijs Paulū ad alta suspēsum / mundo mortuū testati sumus: nūc beatū Job si plenus eodē spiritu / exteriora vite cōcupiscentiā fugiat / ostendamus. Sequitur.

[margin: M / Gal. ij. / Phil. j. / Phil. iij. / Phil. iij.]

¶ S. Quia desperatio sanctorum sit terrenarum abdicatio voluptatum.

Capitulum. xix.

Desperaui: nequaquā vltra iam viuam.] Sunt nonnulli iustorum qui sic celestia appetūt: vt tamē a terrenorū spe minime frangant. Largita diuinitus patrimonia ad necessitatis subsidiū possident: honores sibi temporaliter impensos retinēt: aliena non ambiūt: suis licite vtunt. Qui tamē ab eisdē rebus quas habent / alieni sunt: quia ad hec ipsa que possident / ex desiderio

A

non tenent. Et sunt nonnulli iustorũ qui ad cõprehendendum culmen pfectionis accincti: dum altiora interius appetunt, exterius cũcta derelinquũt. qui rebus se habitis nudant, gloria honoris expoliant. qui internorum desiderio per assiduitatem se amici meroris afficiũt, habere de exterioribus consolationem nolũt. qui internis gaudijs dum mente appropiant, vitam in se funditus corporee delectationis necant. Talibus nãq per Paulũ dicit. Mortui enĩ estis: et vita vestra abscondita est cũ Christo in deo. Horũ vocẽ psalmista expresserat, cum dicebat: Concupiscit et deficit anima mea in atria dñi. Cõcupiscũt enĩ, sed non deficiũt: qui iã quidẽ celestia appetũt: sed adhuc tamẽ a terrenorũ delectationibus minime lassant. Concupiscit vero et in atria dei deficit: qui cũ eterna desiderat, in amore tẽporaliũ nõ perdurat. Hinc psalmista iterũ dicit: Defecit in salutari tuo anima mea. Hinc p semetipsam veritas admonet, dicens. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. Et rursum. Nisi qs renũciauerit oibus que possidet, nõ potest meus esse discipul⁹. Horũ igitur numero sanct⁹ vir, diuisa a terrenis desiderijs mẽte, se inserit, qui ait: Desperaui, nequaq̃ vltra iam viuam. Iusti quippe desperare, est presentis vite bona, eternitati electione deserere: mãsura querere: et in reb⁹ tẽporalibus fiduciã nõ habere. Qui hec agens, nequaq̃ se vltra viuere asserit: qr videlicet viuificatrice morte quotidie a vita se passionis occidit. Absit enĩ ne vir sanct⁹ de diuine misericordie largitate desperet: ne gressum cordis a profectu intimi itineris subtrahet: ne amore conditoris deserens, quasi a duce destitutus in via remaneat: et confossus gladio latrocinantis desperationis ruat. Sed ne eius dicta ad nostri intellect⁹ arbitriũ videamur violẽter inflectere: debemus ex posteriorib⁹ premissa pensare. Quo enĩ sensu hec dixerit: ipse protinus indicat, qui subiungit.

Colo. iij. Psalm. lxxxiij. Psalm. cxviij. Lu. xiiij.

℄ S. Qr in breuitate huius vite magnificatur homo dono virtutum.

B

℄ Parce mihi dñe: nihil enim sunt dies mei.] Nequaq̃ enĩ duo sibi hec verba cõueniunt: desperaui: et parce. nam qui desperat: nequaq̃ iam sibi parci postulat: et qui adhuc sibi parci desiderat: pfecto minime desperat. Aliunde ergo est q̃ desperat: aliude vero q̃ parci sibi sanctus vir postulat: quia nimirũ dum bona vite transeuntis per desperationem deserit, ad obtinendum que pmanent, in spe robustior exurgit. Desperando itaq̃ melius ad spem venire ducit: qui eo certius vẽtura appetit, quo presentia veri⁹ ex desperatiõe derelinquit. Et notandũ q̃ vim nobis sue cordis insinuãs: vnam quidẽ de se sentẽtiam protulit: sed hanc tertio insinuãdo replicauit. Quẽ enim superius dixerat: Elegit suspendiũ anima mea: hoc replicans addidit: Desperaui. atq̃ eterna concupiscẽdo, et tẽporalia postponendo: hoc postremo intulit: Parce mihi. et qd superius dixit: mortẽ ossa mea: hoc nimirũ subdidit: nequaq̃ vltra iam viuam. Hoc quoq̃ vltimo protulit: Nihil enim sunt dies mei.

Capitulum. xx.

C

Bene autẽ dies suos nihil esse considerat: qr (vt paulo superi⁹ sepe iã diximus) sancti viri quo verius summa cognoscũt, eo sublimius terrena despiciũt: et idcirco presentis vite dies nihil esse cõspiciunt: qr illuminata e mentis oculos in consideratione eternitatis figunt. De qua dum ad se redeunt, quid se esse nisi puluerẽ agnoscunt: et infirmitatis sue conscij, districte iudicari metuunt. Cũq̃ vim tanti vigoris aspiciũt, trepidant examinari qd sunt. Unde et adhuc apte subiũgitur: [Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum?] Hominẽ deus magnificat: quia largitate rationis ditat: infusione gratie visitat: honore collate virtutis exaltat. Cũq̃ per semetipsum nihil sit, esse tamẽ cum cognitionis sue participẽ benignitatis munere concedit. Sed erga eũdem magnificatum hominẽ cor suum dñs apponit: qr post dona iudicium exercet: merita subtiliter pensat: vite pondera vehemẽter examinat: et tãto ab eo post districtius penas exigit, quãto hunc impẽso munere largius preuenit. Uir igitur sanctus immensitatẽ superne maiestatis aspiciat: atq̃ ad infirmitatẽ propriam considerationis oculum reducat. Uideat qr caro capere nõ valet hoc qd de semetipsa veritas per spiritũ sanctum docet. Uideat qr etiam subleuatus hominis spiritus iudicium tolerare non sufficit: qd deus sub examine districte retributionis intentat, et dicat. Quid est homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Ac si aperte clamet, dicens. Magnificat homo spirituali munere: sed tamen caro est. et vias eius post munera districte cõsideras: sed tamẽ si remota pietate iudicet pondus qd de tua subtilitate imminet, ferre nec subleuat⁹ ad iustitiã spirit⁹ valet: qr etsi hunc vltra se tua dona dilatant: ad inquisitionẽ tamen tui districti examinis sua cũ infirmitas angustat. Unde et adhuc apte subiungitur.

D

℄ S. Qr deus visitat hõiem cum in virtutib⁹ pueheret et probat cũ aliquãdo, cũ recedẽdo cõcuti tẽtatiõe pmittit.

℄ Uisitas eũ diluculo: et subito probas illum.] Quis nostrũ nesciat qr diluculũ dicit, cũ iam nocturna tẽpora in claritatẽ lucis mutantur? Nos itaq̃ noctis tenebris premimur: cũ perpetratione iniq̃tatis obscuramur. Sed nox in lucem vertitur, cũ erroris nostri obscuritas, veritatis cognitione irradiat. Nox in lucem vertit, cum corda nostra iustitie fulgor illuminat: que cecitas culpe deprimebat. Hoc diluculũ discipulorum mẽtibus oriri Paulus aspexerat, cum dicebat: Nox precessit: dies autem appropinquauit. Diluculo ergo nos dñs visitat: qr erroris nostri tenebras, luce sue cognitionis illustrat: contẽplationis munere subleuat: in arcẽ virtutis exaltat. Sed notandum q̃ deus postq̃ diluculo visitat: subito hominẽ probat: qr et accedẽdo corda nostra ad virtutes pueheret: et recedẽdo cõcuti tẽtatione pmittit. Si enĩ post virtutũ munera, nulla tẽtatione concutit, has se habere anim⁹ ex semetipso gloriat. Ut ergo et firmitatis dona habeat: et infirmitatẽ suam humiliter agnoscat: p accessum gratie ad alta sustollitur: et per recessum quid ex semetipso sit, pbatur. Qd bene nobis ex historia sacre lectionis innuitur, qua Salomon et diuinitus accepisse sapientiam: et tamen post acceptam eãdem sapiẽtiam, meretricum statim pulsatus questione memorat. Mox enim vt tante reuelationis gratiam accepit, certamẽ turpium mulierũ pertulit: quia nimirũ sepe cum mentẽ nostram concessio virtutib⁹ respectus intime largitatis illuminat: hanc protin⁹ etiam lubrice cogitationes turbant: vt q̃ subleuata immẽso munere exultat: etiã tẽtatione pulsata, quid sit inueniat. Sic et Helias visitatus diluculo, sermone celos aperuit: et tamen probatus subito, infirmus p deserta fugiens, vnam mulierem expauit. Sic Paulus ad tertiũ celũ rapt⁹ ducit: paradisi penetrãs secreta cõsiderat: et tamẽ ad semetipsum rediẽs, cõtra carnis bellum laborat: legem aliam in mẽbris sustinet: cuius in se rebellione fatigari spiritus legẽ dolet. Diluculo ergo deus hominẽ visitat: sed subito post visitationẽ pbat: qr et collato munere subleuat: et abstracto ad paululum, ipsum sibi hominẽ demonstrat. Qd eousq̃ procul dubio patimur, quo deterso funditus labe peccati, ad promisse incorruptionis substantiam reformemur. Unde et adhuc apte subditur.

Ro. xiij. E iij. Regũ xix. ij. Cor. xij.

℄ S. Qr in hac vita saporem dulcedinis diuine gustamus, sed satiari nisi in regno beatitudinis illo omnino non possumus.

Capitulum. xxj.

F

Usquequo nõ parcis mihi: nec dimittis me vt glutiam saliuã meam?] Saliua in os ex capite labitur: ab ore vero ad vẽtrem ducitur cũ glutitur. Quid itaq̃ est caput nostrũ, nisi diuinitas: per quã existẽdi principium sumimus, vt creatura simus: Paulo attestãte, qui ait. Caput viri Christ⁹: caput autẽ Christi deus. Quid autẽ venter noster est nisi mens: que dũ cibum suum, supernũ videlicet itellectum suscipit: refecta procul dubio omniũ mẽbra actionũ regit. Nisi enĩ sacra eloquia aliquando mentem nomine ventris exprimerẽt, Salomon vtiq̃ nõ dixisset: Lucerna dñi spiraculum hominis: que inuestigat omnia secreta ventris. Quia nimirum dum nos gratia superni respectus illuminat, cũcta etiam mentis nostre nobis abscõsa manifestat. Quid ergo saliue nomine, nisi sapor intime contemplationis accipitur: que ad os a capite defluit: quia de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos, vix gutta † reuelationis tangit. Unde et redemptor noster veniẽs saliuam luto miscuit: et ceci nati oculos reparauit: quia superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionẽ sue contemplationis irradiat: et ab originali cecitate hominem ad intellectum reformat. Nã quia a paradisi gaudijs expulsum, in hoc iã exilio natura edidit: quasi a natiuitate homo sine oculis processit. Sed sicut sanctus vir insinuat: hec saliua ad os quidem labitur: vt vero ad ven-

j. Cor. xj. Prouer. xx. † al. gust⁹. Mar. viij.

G

trem vsq3 perueniat/non glutit: quia diuinitatis côtēplatio sensum tāgit: sed plene mentē nō reficit: qm̄ pfecte animus conspicere non valet: qđ adhuc ex caligo corruptionis ppedit/raptim videt. Ecce enim electoz mens iam terrena desideria subijcit: iam cuncta que considerat preterire/transcēdit: iam ab exteriorū delectatione suspenditur: et que sint bona inuisibilia rimat: atq3 hec agens/plerūq3 in dulcedinē superne contemplationis rapit: iāq3 de intimis aliqđ quasi p caliginē conspicit: et ardenti desiderio interesse spiritualib9 angelorum ministerijs conat: quasi incircūscripti luminis pascit: et vltra se euecta/ad semetipsam relabi dedigiat. Sed qr adhuc corpus qđ corrūpitur/aggrauat animā: inherere diu luci nō valet/quā raptim videt. Ipsa quippe carnis infirmitas transcendētem se animā retrahit: atq3 ad cogitanda ima ac necessaria suspirantem reducit. Saliua ergo ex capite defluens os tangit: sed ad ventrem minime peruenit: quia liquore superne côtemplationis iam quidē intellectus noster infunditur: sed nequaq3 mēs plene satiatur. In ore etenim gustus est/in ventre satietas. Saliuam itaq3 glutire non possumus: qr superne claritatis bono satiari non permittimur: qđ adhuc ex tenuitate gustam9. Sed quia hoc ipm qđ vtcūq3 iam super nos cognoscimus/ex pietate parcentis est: qr vero hoc percipere perfecte nō possumus: adhuc ex pena vetuste dānationis: recte nunc dicitur: Usq3 quo non parcis mihi: nec dimittis me vt glutiam saliuā meā? Ac si aperte diceretur: Tunc homini plene parcis/cum hunc ad perfectionem tue côtemplationis admiseris: vt

H

claritatē tuam raptus interius videat: et cum carnis sue corruptio exterius non repellat. Tunc permittis vt saliuam glutiā/cum me sapore tue claritatis vsq3 ad abūdātiam satietatis infuderis: vt nequaq3 iam p indigentiam gustu oris esuriā: sed in te solidatus/irrigato mētis ventre subsistam. Sed qui promereri vult bonū qđ expetit/debet malum confiteri qđ fecit. Sequitur.

¶ S Qr nisi misericordia dei subueniat: qui per nos cecidimus/nostris resurgere virtutibus nō valemus.

¶ Peccaui: quid faciam tibi o custos hominū?] Ecce fatetur malum qđ fecit: sed bonum qđ deo in recompensationem debeat offerre non inuenit: quia ad abluendā culpam quelibet humane actionis virt9 infirma est/nisi hāc misericordia parcentis foueat: et non iustitia recte iudicātis pmat. Unde recte per psalmistā dicitur: Melior est misericordia tua super vitam: quia quālibet videatur innocens/apud districtum tamen iudicem nostra nos vita non liberat: si ei reatus sui debitum misericordie benignitas nō relaxat. Uel certe cum dicitur: Quid faciam tibi? patenter ostenditur/quia hec ipsa bona que agere precipimur/nō preceptori: sed nobis prosunt. Unde rursum per psalmistā dicitur: Quoniā bonorum meorū nō indiges. Humilitas autem nostre destitutionis exprimitur/cum deus hominū custos vocatur: quia si ei9 nos custodia minime protegit: aute occulti hostis insidias nostre sollicitudinis oculus vigilās dormit: psalmista rursus attestāte/qui ait. Nisi domin9 custodierit ciuitatem: in vanum vigilant qui custodiunt eam. Per nos nāq3 cecidimus: sed nostris resurgere viribus non valemus. Culpa nos voluntatis proprie semel strauit: sed pena culpe deterius quotidie deprimit. Ad amissam rectitudinem surgere studiorum conatibus nitimur: sed meritorum pondere grauamur. Unde et apte subditur.

Ps. lxij.

Ps. xv.

Psalm. cxxvi.

¶ S Quāta sit miseria mutabilitatis humane. Ca. xxij.

Quare posuisti me contrariū tibi: et factus sum mihimetipsi grauis? Tunc sibi contrarium deus hominē posuit/cum homo deum peccando dereliquit. Serpentis quippe persuasionib9 captus/hostis eius extitit: cuius precepta contempsit. Justus vero conditor hunc sibi contrarium posuit: quia inimicum ex elatione deputauit. Sed hec ipsa contrarietas culpe: facta est homini pondus pene: vt corruptioni sue male liber seruiat: qui bene seruus de incorruptionis libertate gaudebat. Salubrem quippe humilitatis arcē deserens/ad infirmitatis iugum superbiēdo peruenit: et ceruicem cordis erigēdo supposuit: quia qui subesse diuinis iussionibus noluit/sub suis se necessitatibus strauit. Quod melius ostendimus/si ea que delectus sustinet: et prius carnis/et post pondera mentis exprimemus. Ut enim taceamus hoc qr dolores tolerat/qr febribus anhelat/sua quadam egritudine cōstringit. Ipsa hec nostri corporis que

R

solus vocat/egritudo est. Nā ocio tabescit: opere deficit. Inedia deficiens/cibo reficit vt subsistat: refectione lassescens/abstinentia releuatur vt vigeat: aqua perfunditur/ne arescat: lintheis tergit/ne ipsa nimis perfusione liquefiat: labore vegetatur/ne quiete torpeat: quiete refouet/ne laboris exercitatione succūbat: fatigat vigilijs: somno reparat: oppressa somno vigilijs excutit/ne sua peius quiete lassēt: vestibus tegit/ne frigoris aduersitate penetretur: exquisito calore deficiens/aurarū flatu refouet. Cūq3 inde molestias inuenit/vnde vitare molestias qsiuit: male sauciata (vt ita dixerim) de ipso suo medicamine languescit. Remotis ergo febribus/cessantibusq3 doloribus ipsa nostra sal9 egritudo est: cui curādi necessitas nunq3 deest. Quot enī solatia ad viuēdi vsum querimus/quasi tot nostre egritudini medicamētis obuiamus. Sed ipm quoq3 medicamen in vulnus vertitur: quia exquisito remedio paulo diutius inherentes/ex eo grauius deficimus/qđ prouide ad refectionem param9. Sic nimirum debuit presumptio corripi: sic superbia sterni. Quia enim elatū semel sumpsimus spiritum: ecce defluens quotidie portamus lutum. Ipsa quoq3 mens nostra a secreti interioris securo gaudio exclusa/modo spe decipit: modo pauore vexatur: modo dolore deijcit: modo falsa hilaritate

L

releuatur. transitoria pertinaciter diligit: eorūq3 amissione incessanter atterit: qr et incessanter cursu rapiente permutatur. Rebus autē mutabilib9 subdita/et a semetipsa variatur. Nam querēs qđ nō habet/anxia percipit. Cūq3 hoc habere ceperit/tedet hoc percepisse qđ qsiuit. Amat sepe qđ desperat: despicit qđ amauerat. Cum labore que eterna sunt discit: sed horum repente oblitus scitur/si laborare desierit. Diu querit vt parum quid de summis inueniat: sed ad consueta citius relabens/nec parū in his que inuenerit perseuerat. Erudiri appetēs/vix suā ignorantiam superat: sed erudita/grauius cōtra scientie gloriam pugnat. Uix carnis sue sibi tyrannidem subijcit: sed tamen adhuc intus culpe imagines tolerat: cuius iam foris opera vincendo restrinxit. In auctoris sui inquisitione se erigit: sed reuerberatā hanc/corporearū rerum amica caligo cōfundit. Semetipsam qualiter incorporea corpus regat/intueri vult/et non valet. Requirit mire/qđ sibi respondere non sufficit: et sub eo ignara deficit/qđ prudenter requirit. Amplam se simul et angustam cōsiderās/qualem se veraciter estimet ignorat: quia si ampla non esset/nequaq3 tam inuestiganda requireret. Et rursum si angusta nō esset/hoc ipsum saltem qđ ipsa requirit/inueniret. Bene ergo dicit: Posuisti me contrariū tibi: et fact9 sum mihimetipsi grauis. Quia dum repulsus homo/et a carne molestias/et a mente questiones tolerat: graue nimirum pondus semetipsum portat. Undiq3 angoribus pre

M

mitur: vndiq3 infirmitatibus vrgetur: vt qui relicto deo/se sibi ad requiē sufficere credidit: nihil in se nisi tumultū perturbationis inueniret: inuentūq3 se fugere qreret: sed auctore contēpto/quo se fugeret/non haberet. Cuius infirmitatis pondera bene quidā sapiens contēplatus ait: Graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorū/vsq3 ad diem sepulture in matrē oim. Beatus autē Job ista cōsiderās: et quare ita ordinata sint ingemiscens: non iustitiam redarguit/sed misericordiā inquirit: vt percōtando ipse humiliter pulset/qđ parcēdo diuina pietas immutat. Ac si aperte dicat: Cur quasi contrarium tibi hominē despicis: qui certus scio/quia porire ipsum quem despicere crederis/non vis? Unde bene adhuc et humilitatē confessionis exprimit: et vocem libere inquisitionis adiungit/dicens. Caplm. xxiij.

Eccli. xl.

Cur non tollis peccatum meum: et quare non aufers iniquitatem meam?] Quibus profecto verbis quid aliud qr desiderium prestolati mediatoris innuitur? de quo Joannes ait: Ecce agnus dei/qui tollit peccatū mundi. Uel certe ab humano genere tunc peccatum plene tollitur/cum per incorruptionis gloriam nostra corruptio permutatur. Esse nāq3 a culpa liberi nequaq3 possum9: quousq3 in corpore mortis tenemur. Redemptoris ergo gratiā/vel resurrectionis soliditatē desiderat/qui iniquitatē suam auferri funditus sperat. Unde mox et penam preuaricationis culpe quam ex origine meruit: et iudicium quod ex propria actione pertimescit: adiungens subdit.

Joan. i.

A ¶ S. In presens mors sit pena peccati: et in iudicio si a peccatore ſm districtionẽ operũ ratio exigatur/ non sub sistit: nec habet quid respondeat iudici.

¶ Ecce nũc in puluere dormiã: et si mane me quesieris/ nõ subsistã.] Peccanti primo homini dictũ est. Puluis es/ et in puluerẽ reuerteris. (Gen.iij.) Mane autem dicit illa tunc manifestatio meritũ/ que in aduentu iudicis apertis cogitationibus quasi post noctis tenebras demonstrat. De quo nimirũ mane p Psalmistã dicit. Mane astabo tibi et videbo. Querere autẽ dei est/ hominẽ subtili interrogatione discutere/ et districte discutiẽdo iudicare. Beatus igitur Job humane delectionis dãna cõsiderãs / videat qz et presenti iã pena premit: et adhuc de futuro grauius vrgetur: et dicat. Ecce nunc in puluere dormiã: et si mane me quesieris nõ subsistã. Ac si apertius deploret/ dicẽs. In presenti quidẽ mortẽ iam carnis patior: et tamen adhuc de futuro iudicio grauiorẽ mortẽ/ districtionis tue sententiã pertimesco. Interitũ pro culpa sustineo: sed adhuc ad iudiciũ veniẽs/ culpas restitui post interitũ formido. Exteriorẽ ergo mortẽ cõsiderãs dicat. Ecce nunc in puluere dormiã. interiorem metuens adiungat. Et si mane me quesieris/ non subsistã. Quãtalibet enim iustitia polleat: nequaqz sibi ad innocẽtiã vel electi sufficiunt: si in iudicio districte requirant. Sed hoc nunc ad solatiũ sue ereptionis inueniũt/ qḋ nequaqz se posse sufficere humiliter sciũt. Sub humilitatis ergo tegmine a gladio sectante animaduersionis abscondunt: et quo terrorem venturi iudicis pstolãtes continuo timore trepidãt: eo indesinenter agitur vt parati oẽs fiant. Sequitur.

¶ Capitulum octauũ Textus beati Job: et xxxiiij. capitulũ libri octaui expositionis moralis beati Gregorij.

B Respondens autẽ Baldath suites dixit. Vsqzquo loqueris talia: et spirit⁹ multiplex sermõis oris tui? Nũquid de⁹ supplantat iudiciũ: aut omps subuertit quod iustum est? Etiam si filij tui peccauerunt ei: et dimisit eos in manu iniquitatis sue: tu tamen si diluculo consurrexeris ad deũ: et omnipotentem fueris deprecatus: si mund⁹ et rectus incesseris: statim euigilabit ad te: et pacatũ reddet habitaculum iustitie tue: intantũ vt si priora tua fuerint parua: et nouissima tua multiplicent nimis. Interroga enĩ generationem pristinam: et diligenter inuestiga patrũ memoriã. Hesterni quippe sumus: et ignoramus: qm sicut vmbra dies nostri sunt sup terrã. Ipsi docebunt te: loquẽtur tibi: et de

C corde suo proferẽt eloquia. Nũquid virere potest scirp⁹ absqz humore: aut crescere carectum sine aqua? Cum adhuc sit i flore/ nec carpatur manu: ante oẽs herbas arescit. Sic vie omniũ qui obliuiscũtur deũ: et spes hypocrite peribit. Non ei placebit vecordia sua: et sicut tela aranearũ fiducia eius. Innitetur super domũ suã/ et non stabit: fulciet eã/ et nõ cõsurget. Humect⁹ videtur anteqz veniat sol: et in ortu suo germen eius egredietur. Super aceruũ petrarum radices eius densabũtur: et inter lapides cõmorabitur. Si absorbuerit eũ de loco suo/ negabit eũ: et dicet. Non noui te. Hec est enĩ letitia vie ei⁹: vt rursum de terra alij germinentur. Deus nõ proijciet simplicem/ nec porriget manum malignis: donec impleat risu os tuũ: et labia tua iubilo. Qui oderũt te/ induẽtur cõfusione: et tabernaculum impiorum non subsistet.

¶ Respondens aũt baldath suites ait. Vsqzquo loqueris talia/ et spirit⁹ multiplex sermonis oris tui?] Iniustis semp grauia sunt verba iustorũ: et que ad edificationem prolata audiũt/ hec quasi superimpositũ põd⁹ ferũt. Qḋ (D) de se apte baldath suites indicat dicẽs: Vsqzquo loqueris talia? Quienĩ vsqzquo dicit: quia edificationis verba iam portare non posse/ ostendit. Sed cum corrigi nequi despiciunt/ bene prolata criminantur. Vnde et protinus subiungit. Et spiritus multiplex sermonis oris tui. Cum multiplicitas in sermone reprehenditur / esse procul dubio intelligẽtie grauitas in sensu denegatur. Vis quippe summa loquentium/ quadripharia qualitate distinguitur. Nam sunt nõnulli quos sentiendi simul ac dicendi amplitudo dilatat: et sunt nõnulli quos sentiẽdi simul et dicẽdi inopia angustat. Sunt nonnulli qui efficaciam dicẽdi habẽt/ sed acumen sentiẽdi nõ habent. Et sunt nonnulli qui acumine sentiendi subnixi sunt: sed ex inopia locutionis obmutescũt. Hoc nãqz in hoibus cernimus/ qḋ in reb⁹ sepe insensibilib⁹ videm⁹. Nã plerũqz et abundans aqua ab intimis ducit/ et largis in superficiẽ meatibus deriuatur. Plerũqz angusta in intimis latet: et progrediendi rimas difficulter inueniens/ foris angustior exundat. Plerũqz minima i abscõditis oritur: cuiqz patenter qua exeat inuenit: ex largo foramine tenuis procedit: magnisqz se meatus dilatant: sed non est quod fundant. Plerũqz vero ampla in absconditis surgit: sed angustis pssa meatib⁹ tenuissima profluit. Sic itaqz in alijs os patens emanat/ qḋ largus ingenij fons ministrat. In (E) alijs intellectũ nec sensus porrigit/ nec ligua fundit. In alijs os quidẽ ad loquendũ patet/ sed ad reddẽdum parata a sensu lingua nihil accipit. In alijs fõs largus sentiẽdi fons a corde exuberat: sed hũc quasi meat⁹ tenuis impar lingua coangustat. In quib⁹ nimirũ quattuor dicendi qualitatib⁹ sola crimini tertia subiacet: que hoc sibi per locutionẽ arripit/ ad qḋ per ingeniũ non assurgit. Nã prima laudãda est/ que vtroqz valẽter pollet. Secunda miserãda/ que vtroqz humiliter caret. Quarta adiuuãda/ que explere qḋ sentit nõ valet. Tertia vero despiciẽda atqz reprimẽda/ que dũ sermone se erigit/ sensu iacet: que mẽbris inflatiõ tumentib⁹ similis/ ad aures audiẽtiũ vasta/ sꝫ vacua pcedit. Qḋ nũc baldath beato iob crimẽ intorquet/ dicẽs. Spirit⁹ multiplex sermonis oris tui. Qui eĩ multiplicitatẽ sermonis ori tribuit / profecto cordis inopiam reprehendit. Ac si aperte dicat. Abundãtia spiritus in sermone oris attolleris: sed sensus indigẽtia coangustaris. Capitulum.xxv.

(De q̃drifaria loquẽtiũ varietate.)

Prauũ autẽ cum recta reprehendũt: ne ipsi que iusta sunt nescire videantur: nota oibus bona que audiẽdo didicerunt/ quasi incognita proferunt. Vnde et baldath protin⁹ adiũgit.[Nunqd deus (F) supplãtat iudiciũ: aut oipotẽs subuertit qḋ iustum est?] Hec beat⁹ Job nec loquẽs negauerat: nec reticẽs ignorabat. Sed praces quiqz (vt dixim⁹) etiã nota iactanter proferũt: vt loquẽdo docti videãtur. Cõtẽnunt modeste cõticescere/ ne credãtur ex imperitia tacuisse. Sciendũ vero est: quia tunc diuine iustitie rectitudinem laudant/ cum se ad gaudiũ incolumitas subleuat: et alios flagella castigãt: cũ se conspiciunt rerum prosperitate perfrui: alios aduersitate fatigari. Nã dum puersa gunt/ sed tamen se rectos arbitrãtur: hoc qḋ sibi prospera suppetunt deberi suis meritis credunt: coqz colligunt qz deus iniuste non iudicat: qz quasi iustos se aduersitas nulla contristat. Sed si eoꝝ vitã quãlibet breuiter vis superne correptiõis attigerit/ pulsati protin⁹ consiliũ diuini examinis increpãt: qḋ paulo ante incolumes admirando preferebant: iustũqz esse iudiciũ qḋ suis moribus aduersatur/ negãt: et dũ de diuina equitate disputãt: ad resultatiõis verba prosiliũt: et correpti quia deliquerint/ grauius delinquunt. Vnde bene etiã per Psalmistã contra peccatorio confessionẽ dicit. Confitebitur tibi cũ benefeceris ei. (Ps.xlviij.) Despecta quippe vox cõfessionis est/ quã format iocunditas prosperitatis. Sola autẽ confessio habet magni meritum ponderis: quã a veritatis rectitudine nequaqz separat vis doloris: quã vsqz ad iudiciũ vocis exacuit aduersitas testis cordis. Nõ ergo mirũ qz baldath diuinã iustitiã laudat: qui nihil aduersi ab eadem iustitia tolerat. Sed quia amicos beati iob/ hereticorũ tenere speciẽ diximus: libet vt pauca quomõ baldath verba hereticorũ

G surreptionib⁹ congruāt/demōstremus. Hi quippe dum sanctam ecclesiam temporali corripi animaduersione cō spiciūt/audacius in iactantiam peruerse predicationis intumescunt: et superni examinis rectitudinem pretēdē tes/prosperari se ex meritis asserunt: illam vero affligi dignis retributionib⁹ attestantur: et verbis blandienti bus surreptionis aditū protinus iter dolores q̄rūt: atq3 aliorū vitā exprobrātes/aliorum mortib⁹ feriūt: ac si illi iā iuste defuncti sint/qui de deo credere digna noluerūt. Unde baldath suites postq̄ diuinā iusticiā protulit/il lico subiūxit. Etiā si filij tui peccauerūt ei: et dimisit eos in manu iniquitatis sue: tu tamen si diluculo cōsurrexeris ad deum: et omnipotentē fueris deprecatus: si mund⁹ et re ctus incesseris: statim euigilabit ad te: et pacatū reddet habitaculū iusticie tue. Ac si afflictis catholicis errorū predicatores dicāt. Uite vestre prouidete: et q̄ peruersi tenetis/ex eorū qui inter vos defuncti sunt dānatione co gnoscite: q2 cōditor oim nisi pfidia vestra displiceret: ne quaq3 a vobis tā numerosos populos interitu seuiente subtraheret. Ait eni. Etiā si filij tui peccauerunt ei: et di misit eos in manu iniquitatis sue. Quasi aperte dicens. In iniq̄tatis sue manu dimissi sunt: qui vitā nr̄e rectitu dinis imitari noluerūt. Tu tñ si diluculo cōsurrexeris ad deū/et oīpotentē fueris deprecatus. Capitulum. xxvi.

H Quia et se heretici tenere lucē veritatis estimāt/ sanctā ecclesiā quasi in errorꝭ nocte positam/ ad diluculū veritatis vocāt: quatenus et per cognitionē dei/quasi per diluculū surgat: et p procē peni tentie preterita diluat. Si mūdus et rectus incesseris. Mundus videlicet in cogitatiōe/rect⁹ in opere. Statī euigilabit ad te. Ac si apte dicat. Quia is qui nūc tribu lationib⁹ tuis virtutē sue protectionis non exerit/quasi ab adiutorio errātis dormit. Et pacatū reddet habita culum iusticie tue. i. presentis vite ꝯtrarietates amouet: et trāquillitatis protin⁹ securitatē pbet. Quia eni peruersi quiq3 temporale gaudiū singulare estimāt: diuine remu nerationis bonū qd̄ ipsi ancie ambiūt/hoc aliis p magno pollicent. Unde plerūq3 fit vt aut amissa recuperari spō deant: aut ad maiora adhuc p̄sentis vite premia/audito rum suorū animos extendāt. Qd̄ pariter baldath expri mit/cū protin⁹ adiūgit. Intantū vt si priora tua fuerint parua/et nouissima tua multiplicent nimis. Si vero ha bitaculū iusticie/consiliū mentis vocat: afflictis catholi cis errorꝫ magistri pacatū iusticie habitaculū pmittunt: quia si eos ad sua ptrahunt/pfecto a contētione conticē scunt. Nāq3 hi qui trahi ad puersa potuerīt/tāto iā trā quilli⁹ tēporali pace quieti sunt/quāto longius ab eter na separant. Opes quoq3 intelligētie se sequentibus cre scere spōdent. Unde et subditur. Intātū vt si priora tua

I fuerīt parua: et nouissima tua mltiplicent nimis. Sed q2 eorū verbis nō facile credit (qm̄ sepe vite contēptibilis demonstrat) antiquorū patrū sententias proferūt: eorūq3 rectitudinē in argumentum sui erroris inflectunt. Unde et subditur.

S. De antiquorū patrū exēplis ad insinuandā transi torie huius vite instabilitatem intuenda sunt.

Interroga eni generationē pristinā: et diligēter inue stiga patrū memoriā. Generationē pristinā/ac patrum memoriā nequaq3 videri/sed inuestigari admonet: quia hoc in ea noluit ꝯspici/qd̄ liquido cūctis patet. Nōnūq3 vero more bonorū/quedā moraliter docēt: et qualiter ex preteritis presentia colligant insinuāt: atq3 ex his que iam a nostris oculis pertranseūdo subtracta sunt/q̄ nulla sint que videntur demonstrant. Unde et adhuc subdit. He sterni quippe sumus/et ignoramus: qm̄ sicut vmbra dies nostri sunt super terram. Generatio itaq3 pristina inter roganda proponitur: vt trāsire tempus vite p̄sentis sicut vmbra mōstretur: quia videlicet si ea que erāt et iā trans acta sunt/ad memoriā reducimus: patēter cognoscimus q̄ celeriter hoc quoq3 fugiat qd̄ tenem⁹. Sepe vero here tici cordē nobiscū patres quos veneramur laudant: sed intellectu deprauato/ipsis nos eorū laudib⁹ impugnāt. Unde et adhuc subdit. Ipsi docebūt te: loquēt tibi: et de corde suo pferēt eloqa. Notādū q superi⁹ dixerat: Spi ritus multiplex sermonis oris tui: nūc vero reductis ad memoriā patrib⁹ dicit. De corde suo proferent eloquia. Ac si vitā sancte ecclesie heretici detestātes dicant. Mul tiplicitatē spiritus in ore habes: in corde nō habes. Sed

illi contra te audiendi sunt/qui vba ex corde pferentes/ recta viuēdo docuerūt. Sepe aūt praui dum sue vitium

K fortitudinis ignorāt: audenter aliorū rectitudinem lace rant. Cūq3 cōtra bonos sibi auctoritatē increpatiōis ar ripiūt: aut ea bona pferunt/que nō viuēdo sed audiēdo didicerunt: aut ea aliis mala imēttētes ingerunt/que ipsi cōmittunt. Sed cū ea bona proferunt/que seruare contē nūt: sciendū ē quia plerūq3 veritas sic per ora aduersario rum sonat: vt eorū linguā mouens/vitā feriat: quatenus culmen rectitudinis loquētes et ignorātes: ipsi sibi et ver bis iudices/et factis accusatores fiāt. Unde baldath mi ra quidē cōtra hypocritas subdit: sed mucrone verbi se impetit: quia simulator iusticie nisi ex aliquātulo ipse es se: docere iustū nequaq3 tāta temeritate psumeret. Et q dem fortia sunt valde que dicit: sed hec stultis/non autē sapienti: prauis/non recto dicere debuit: quia et recordē se asserit/qui hortis sinctib⁹/i flumine aquā fundit. Sed interim postponentes cui dicitur: pensem⁹ subtiliter qd dicatur: vt nos prolata instruant: quis meritum sui au ctoris impugnant. Sequitur.

S. De sanctorū bona que vera sunt permanent: hypo critarū vero bona/quia falsa sunt/non perseuerant: et q superbi correctionis impatientes sunt.

Nūquid viuere pōt scirp⁹ absq3 humore: aut crescere carectū sine aqua? Cui baldath scirpum vel carectum comparet: ipse protin⁹ aperit/cū subiungit. Cū adhuc sit i flore/nec carpatur manu/ante oēs herbas arescit. sic vie omniū qui obliuiscuntur deum: et spes hypocrite pe ribit. Scirpi ergo vel carecti noie/hypocrite vitam si gnat: que speciem quidē viriditatis habet: sed ad huma nos vsus fructū vtilitatis nō habet: q̄ sterilitate opis ari da pmanēs/solo sanctitatis colore viridescit. Cap. xxvij.

L Sed neq3 sine humore scirp⁹/neq3 sine aqua ca rectum proficit: quia hypocritarū vita ad bōa opera infusionē quidē superni muneris pcipit: sed in cunctis que agit/exteriores laudes appetēs, a fru ctu percepte infusionis inanescit. Sepe nāq3 mira signo rum opera faciūt: ab obsessis corporib⁹ spirit⁹ pellunt: et per prophetie donū/vētura queq3 sciēdo preueniūt: sed tamen a largitore tot munerū/cogitationis intētione di uisi sunt: q2 per ei⁹ dona/nō eius gloriam/sed proprios fa uores querunt: cūq3 per accepta dona in sua laude se eie uant: ipsis munerib⁹ contra largitorem pugnant. Inde quippe cōtra dantē superbiunt: vnde ei amplius humiles esse debuerunt. Sed eo postmodū eos districtior senten tia percutit/quo nunc superna bonitas et ingratos larg⁹ infundit. Fitq3 eis amplitudo muneris/incrementum dā nationis: quia irrigati fructum nō ferunt: sed sub viridi tatis colore vacui in altum crescūt. Quos bene per euā gelium veritas exprimit/dicēs. Multi dicēt mihi in illa die: dñe dñe/nōne in nomine tuo ꝓphetauimus: et in no mine tuo demonia eiecim⁹: et in nomine tuo virtutes mul tas fecim⁹? Et tunc confitebor illis: q2 nunq̄ noui vos: discedite a me qui operamini iniquitatē. Scirp⁹ igitur vel carectum absq3 humore vel aqua nō viuit: quia nimi rum hypocrite nō nisi ex superno munere viriditatē bo ne operationis accipiunt. Sed quia hanc in vsum ꝓprie laudis arripiunt: in aqua quidē virides/sed tamen ina nes crescūt. Bene autē subdit. Cum adhuc sit in flore/ nec carpatur manu/ante omes herbas arescit. Scirp⁹ in flore/est hypocrita in laude. Acutis vero angulis sur gens carectū manu nō carpitur: q2 exasperat⁹ p arrogan tiā sensibus/de prauitate sua hypocrita corripi dedigna tur. In flore suo manū carpentis incidit: q2 in laude hy pocrita posit⁹/ne hunc quisq3 corripere audeat: asperita te sua protin⁹ vitam corripientis secat. Sanct⁹ nāq3 esse non appetit/sed vocari: et cū fortasse corripitur/quasi in opinionis gloria detruncat. Deprehensum se in prauita te irascitur: loqui sibi redarguentem phibet: quia velut in occulto vulnere tactus dolet. Qualis imperitis inno tuit/talis vult ab omib⁹ estimari: et paratior ē mori q̄ cor ripi. Redargutiōe deterior reddit: quia quasi dire persu sionis estimat iaculū/puritatis verbum. Unde exaspera tus protin⁹ i cōtumelias surgit: et que mala exaggeret cōtra vitā correptoris, iquirit. Demōstrare longe incōpa rabiliter reū reprehensorem suū desiderat: vt innocentē se nō suis actib⁹ sed alienis criminib⁹ ostendat: ita vt se pe homo redargutionis aliquid se dixisse peniteat: et q̄si

Mat. vij.

M

B a carpentis manu/sic a corripientis animo quidā (vt ita dixerim) sanguis meroris currat. Unde bene per Salomonē dicitur. Noli arguere derisorē/ne oderit te. Neq; enim iusto timendū est/ne derisor cū corripitur/cōtumelias inferat: sed ne tractus ad odiū/peior fiat. Inter hec sciendū est/q iustorū bona: quia ex corde incipiūt / vsq; ad presentis vite terminū crescunt. Hypocritarum vero opera/quia nequaq; sunt i occulto radicata: sepe ante deficiunt/q̄ presens vita finiatur. Nā plerūq; studio sacre eruditionis insistunt: et qui hāc nō preparandis meritis/sed promerēdis fauoribus inquirunt: statim vt iudiciū humane laudis arripiūt: et per hoc gratiā transitorij profectus assequūtur: tota mēte secularib⁹ curis inseruiunt: atq; a sacra fundit⁹ eruditiōe vacuantur: et agendo post indicāt/quantū tēporalia diligāt: qui sola pri⁹ eterna p̄dicabāt. Plerūq; aūt assumpte speciē maturitatis ostendunt: quiete silentij: longanimitate patientie: continētie virtute decorātur. Sed cum per hec quesitū culmē honoris attigerint: ticūq; sibi iā reuerētia a cūctis impenditur: protin⁹ se in lasciuā voluptatis fundunt: et bona se non ex corde tenuisse ipsi sibi testes sunt/qui hec cito dimiserunt. Nonnulli vero aliqui que possidēt tribuunt: atq; indigentibus cuncta largiuntur: sed tamē ante vite terminum/auaritie prurigine accēsi/aliena appetunt: q̄ sua largiri videbantur: et pertinaci post crudelitate ambiūt/quod ficta prius pietate reliquerunt. Unde et recte nūc dicitur.

Puer.ix.

Capitulum.xxviij.

B Cum adhuc sit in flore/nec carpatur manu/āte omnes herbas arescit. Juxta carnem quippe et iusti herba sunt: propheta attestante/qui ait. Oīs caro fenum. Sed ante oēs herbas arescere scirpus dicitur: q: iustis in bono suo p̄manentibus / a viriditate assumpte rectitudinis hypocritarū vita siccat. Arescunt herbe etiā reliq̄: quia iustorū opera cum carnis vita deficiunt. Sed herbarū ariditatē scirpus preuenit: quia prius q̄ de carne hypocrita trāseat: ea que in se ostenderat / virtutū facta derelinquit. De quib⁹ etiā bñ p psalmistā dicitur. Fiāt sicut fenū edificiorū: qd priusq; euellatur/exaruit. Fenum quippe edificij in alto nascitur: sed nequaq; pingui radice solidatur: q: et hypocrita summa quidem agere cernitur: sed non in eis ex cordis puritate roboratur. Qd nimirū fenū et nō euulsum citius arescit: q: videlicet hypocrita et in presenti adhuc vita subsistit: et iam sanctitatis opera quasi viriditatis speciē amittit. Quia enim sine intentione recte cogitationis bona studuit agere: hec amittens/indicat se sine radice floruisse. Sed baldath (sicut p̄diximus) cui scirpum vel carectum cōparet illico aperte/cum subiungit. Sic vie omnium qui obliuiscuntur deum/et spes hypocrite peribit. Quid enim in cunctis suis operibus hypocrita sperat/nisi honoris reuerentiā: gloriā laudis: a melioribus metui: sanct⁹ ab oībus vocari? Sed permanere spes hypocrite non valet: q: eternitatem non querens/fugit qd tenet. Nequaq; quippe mētis eius intētio in illa gloria figitur/q̄ sine fine possidetur: sed cū transitorijs fauoribus inhiat: perdit percipiēdo qd laborat: veritate attestante/q̄ ait. Amen dico vobis: quia receperunt mercedem suam. Sed hec spes recipiende mercedis diu teneri nō potest: quia pro ostēsis operib⁹ honor tribuit: sed vita ad terminum vrgetur. laudes resonāt/sed ad finem cū laudib⁹ tēpora festinant: et quia nequaq; anim⁹ in eternitatis amore radicatur/cum ipsis p̄fecto reb⁹ quas diligit labitur. Nemo nāq; valet mobilia diligere: et ipse immobilis stare. Qui enī trāsitoria amplectitur/eo ipso ad cursum ducitur/quo decurrentibus implicatur. Dicat ergo. Et spes hypocrite peribit: q: humana laus quam magnis laborib⁹ appetit/impulsa tēporum momentis decurrit. Bene autem subditur.

Esa.xl.

P.cxxviij.

C

Mat.vj.

Nemo sit imobilis stare: qui mobilia diligit.

¶ S. Nō vili p̄cio op⁹ magnū vēdit/qui ideo i laborib⁹ continētie seruit/vt laus ei ab hoībus impendatur: et cū tempus retributionis aduenerit / hec que modo placet insania/in tormētis positis displicebit.

¶ Non ei placebit vecordia sua. Magna quippe vecordia est/laboriosa agere/et aure laudis inhiare: fortiter opere precepta celestibus inseruire/sed terrene retributionis premiū querere. Ut enim ita dixerim/qui pro virtute quā agit/humanos fauores desiderat: rem magni meriti vili precio venalem portat. Unde celi regnum mereri potuit: inde nummū transitorij sermonis querit. Uili ergo precio opus vendit: quia magna impendit / sed minima recipit.

D

Capitulum.xxix.

Cui⁹ itaq; hypocrite similes/nisi fecundis et neglectis vitib⁹ existunt: que p vbertatem fructuum p̄ferunt: sed nequaq; per studiū a terra subleuantur. Qd pingues palmites germināt / errantes bestie conculcant: et quo hoc vberius aspiciunt/proiectū in infimis/auidius consumunt: quia nimirū hypocritarū opera dū clara mōstrātur/quasi pinguia prodeunt: sed dū humanas laudes appetūt/quasi in terra deseruntur. Que hui⁹ mūdi bestie/maligni scz spirit⁹ comedunt: q: hec ad vsum perditionis inflectunt: tantoq; ardenti⁹ rapiunt/quanto et magna clarius innotescunt. Unde bene per prophetam dicitur. Culmus stans/nō est i eo germē et nō faciet farinā: qd et si fecerit/alieni comedēt eā. Culmus quippe germē nō habet/cum vita meritis virtutum caret. Farinā culmus non facit/cum is qui in presenti seculo proficit/nil subtilitatis intelligit: nullum boni operis fructum reddit. Sed sepe et cum fecerit / farinam hāc alieni comedunt: quia et cū bona opera hypocrite ostendunt/de his malignorū spirituum vota satiātur. Qui et per hoc placere deo nō appetunt: nequaq; agri dñm / sed alienos pascunt. Fecūdo itaq; hypocrita et neglecto palmiti similis/seruare fructum nō valet: quia botrus boni operis in terra iacet. Sed tamen hac ipsa vecordia sua pascitur: quia p bono opere a cunctis honorat: ceteris p̄eminet: subiectas hoim mētes tenet: maioribus locis attollit: fauoribus nutrit. Hec vero ei sua vecordia placet interim: sed nō placebit: q: cum retributionis temp⁹ aduenerit / i pena displicet q vecors fuit. Tūc se stulte egisse intelligit/cū p delectatiōe laudis/sentētiā diuine correptionis acceperit. Tunc se vecordē fuisse considerat / cum se pro tēporali quā percepit gloria/ ppetua tormenta castigāt. Tunc verā scītiam supplicia aperiunt: quia per hec profecto colligitur/nihil fuisse oīa que trāsire potuerunt. Unde et recte subditur.

Osee.viij.

E

¶ S. Nā ad flatum mortis quasi adueēti vehemētis impetum/hypocritarū textura rumpet: et hi qui crucē in angaria portāt/christo nō commoriantur.

¶ Et sicut tela aranee p fiducia eius. Bene hypocritarum fiducia/aranearū telis similis dr: quia omne qd ad obtinendā gloriā erudāt/ventus vite mortalis dissipat. Nā quonīā eterna nō querunt / bona tēporalia cum tempore amittunt. Pensandū quoq; est q̄ fila aranee p ordinem ducit: q: sua hypocrite quasi sub discretione opera disponunt. Araneorum tela studiose texit: sed subito flatu dissipatur: q: quicqd hypocrita cum labore peragit/aura humani fauoris tollit: et dū in appetitu laudis op⁹ deficit/quasi in ventū labor euanescit. Sepe nāq; et vsq; ad p̄sentis vite terminū/hypocritarū facta pdurant: sed quia p hec auctoris laudem non querunt/ bona ante dei oculos nunq; fuerunt. Plerūq; eni (vt p̄diximus) sacre legis eruditiōe fulciūtur: doctrine v̄ba proferunt: omne qd sentiūt/testimonijs accingunt: nec tamen p hec vitam audientium/sed proprios fauores querunt: quia nec proferre alia nouerunt/nisi que auditorum corda ad rependendas laudes excitent: nō autē ad lachrymas accēdāt.

F

Ca.xxx.

Mens quippe concupiscētijs exterioribus occupata/igne diuini amoris non calet: et idcirco ad supernum desideriū inflāmare auditores suos nequeunt verba que frigido corde p̄feruntur. Neq; enim res que in seipsa non arserit/aliud accendit. Unde fit plerūq; vt hypocritarū dicta et audientes nō erudiant: et eosdem ipsos qui ea proferūt/elatos laudib⁹ deteriores reddāt. Attestāte enim Paulo/ scientia inflat: charitas vero edificat. Que enim charitas edificando nō erigit/scientia inflando peruertit. Plerūq; se hypocrite mira abstinentia affligunt: omne robur corporis atterunt: et quasi carnis vitā funditus in carne viuētes extinguunt: sicq; per abstinentiā morti appropiāt: vt pene quotidie morientes viuant. Sed ad hec humanos oculos querunt/admirationis gloriā expetunt: veritate attestāte/q̄ ait. Exterminant facies suas/vt appareāt hominibus ieiunātes. Nā ora pallescunt: corpus debilitate quatitur: pect⁹ interrumpentib⁹ suspirijs vrget. Sed inter hec/ab ore proximorū sermo admirationis queritur: nihilq; tanto labore aliud nisi estimatio humana cogitat. Quos nimirū bene sermo ille significat: qui dominice pas-

j. Cor.viij.

Mat.vj.

G
Matth. xxvij.

sionis tẽpore in angaria crucem portat: de quo scriptum est. Inuenerunt hominẽ cyreneũ/ venientẽ obuiã sibi/ nomine simonẽ: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Qđ enĩ per angariã agim⁹/ nõ hoc ex studio amoris operamur. Crucem ergo iesu in angaria portare/ est afflictionẽ abstinentie pro alia q̃ necesse est intentione tolerare. An non iesu crucẽ portat in angaria/ qui quasi ad preceptum dñi/ carnem domat: sed in spũalem patriam non amat? Unde ⁊ simon idem crucẽ portat/ sed nequaq̃ moritur: qꝛ oĩs hypocrita corpus quidẽ per abstinentiã afficit: sed tñ p amorẽ glĩe/ mundo viuit. Capm. xxxi.

Gal. v.

QUo contra p Paulũ bene de electis dicitur: Qui autẽ sunt christi/ carnem suam crucifixerunt cũ vitijs et concupiscentijs. Cum vitijs quippe ⁊ cõcupiscẽtijs carnem crucifigim⁹: si sic gulam restringim⁹/ vt iam de mundi gloria nihil queram⁹. Nã qui corp⁹ macerat/ sed honorib⁹ anhelat: crucem carni intulit/ sed mundo p concupiscentiã peius viuit: quia ⁊ sepe per sanctitatis imaginem/ locũ regiminis indign⁹ assequitur: quẽ nisi aliquid in se virtutis ostenderet/ nullo percipere labore mereretur. Sed trãsit qđ delectabiliter obtinetur: et penaliter qđ sequitur manet. Sanctitatis nũc fiducia in ore hominũ ponitur: sed cũ internus iudex secreta cordis examinat/ testes vite exterius nõ querit. Bene ergo dicitur. Sicut tela aranearũ fiducia eius: quia apparente cordis teste/ preterit omne qđ exteri⁹ de humano fauore cõfidit. Unde et adhuc apte subiungitur.

¶ S. Ex instabilis sit dom⁹ que christum non habet in fundamento: et quid sit q̃ fatue virgines oleũ mendicant.

h

¶ Innitetur sup domũ suam/ ⁊ nõ stabit. Sicut dom⁹ exterioris conuersationis est edificium quod inhabitat corpus: ita dom⁹ nostre cogitationis est res quelibet quã p dilectionem inhabitat animus. Omne quippe quod diligimus/ quasi in hoc quiescentes habitam⁹. Unde Paulus quia in supernis cor fixerat/ in terra quidem positus sed tamen a terra extrane⁹/ dicebat. Nostra conuersatio i celis est. Mẽs itaq̃ hypocrite nihil aliud in omne quod agit/ nisi opinionis sue gloriã cogitat: nec curat quo post p meritũ ducitur: sed quid iterum dicatur. Domus ergo eius/ est delectatio fauoris: quã quasi quietus inhabitat: quia per cuncta sua opera ad hanc semetipsã animũ reclinat. Sed stare dom⁹ hec nõ valet: qꝛ laus cum vita preterita ⁊ human⁹ fauor in iudicio nõ subsistit. Unde et fatue virgines que oleũ in vasis nõ sumpserant: qꝛ in alienis. s. vocib⁹ gloriam/ ⁊ nõ in suis cõscientijs habebãt: turbate per sponsi presentiã/ dicũt: Date nobis de oleo vestro: qꝛ lampades nostre extinguũtur. Oleum quippe a proximis petere/ ẽ gloriã boni operis/ a testimonio alieni oris implorare. Mens eteni vacua cũ cũctis suis laborib⁹ nihil se int⁹ tenuisse inuenerit: testimoniũ foris q̃rit. Ac si apte fatue virgines dicãt. Cũ nos repelli sine retributiõe cõspicitis/ dicite in nostro opere quid vidistis. Capitulũ. xxxij.

Phil. iij.
Matth. xxv.
I

SEd frustra nũc hypocrita sup hanc domũ laudis innititur: qꝛ nihil ei in iudicio attestatio humana suffragatur: qꝛ eãdẽ laudẽ quã post in testimoniũ exigit: prius ĩ munere recepit. Uel certe super domũ suam hypocrita innititur/ cũ vanis fauoribus deceptus/ quasi de fiducia sanctitatis eleuatur. Multa quippe hypocrite in occulto mala faciunt: quedam vero bona in publico. Cũq̃ ex bonis patentib⁹ laudes recipiũt/ ab occultis malis considerationis oculos auertunt: talesq̃ se estimãt/ quales foris audiũt: nõ quales intus nouerunt. Unde fit plerũq̃ vt ad supernũ quoq̃ iudicium cũ fiducia veniant: quia tales se apud eternũ arbitrũ credunt/ quales ab hominibus foris habebant. Sed stare domus hypocrite non valet: quia in terrore districti examinis/ omnis antea acte fiducia sanctitatis cadit. Cũq̃ sibi oris alieni testimonia deesse cognouerit/ ad sua se opera enumeranda cõuertit. Unde ⁊ adhuc subditur. Fulciet eã/ et nõ cõsurget. Hoc nãq̃ qđ per se stare non valet/ fulcitur vt stet: quia cũ vitam suam hypocrita labefactari in iudicio conspicit/ hanc fulciẽdo statuere operũ enumeratione contendit. An nõ laudis sue habitaculũ hinc inde fulciunt: qui acta sua (vt prefati sum⁹) in iudicio enumerantes dicũt: Dñe dñe/ nõne in nomine tuo ꝓphetauimus: et in nomine tuo demonia eiecim⁹: et i noĩe tuo virtutes multas fecim⁹? Sꝫ dom⁹ laudis tot allegationib⁹ fulta/ minime ɔsurgit: quia ptin⁹ iudex dicit. Nũq̃ noui vos: discedite a me qui operamini iniquitatẽ. Et sciendũ est: quia hoc qđ surgit/ ab infimis ad superiora se erigit. Domus ergo hypocrite surgere nõ valet: quia per omne qđ iuxta precepta celestia agere potuit: a terrenis nũq̃ animum leuauit. Iure igit nũc neq̃ ad pmiũ retributiõis erigit: q p hoc quod nũc exhibet: in appetitu temporalis glorie iacet.

K

¶ S. Ex illucescẽte sole iustitie/ sicci erũt ⁊ aridi hypocrite: qui virides videntur et humecti. Ca. xxxiij.

SEd quia vita hypocrite scirpi appellatione signata/ qualiter i iudicio reprobet audiuimus: prius q̃ districtus iudex appareat: qualis ab hominibus habeatur audiam⁹. Sequitur. Humectus videtur scirpus anteq̃ veniat sol. Sepe in sacro eloquio dñs solis appellatione figuratur: sicut p prophetã dicitur. Uobis autẽ qui timetis nomen dñi/ orietur sol iustitie. et sicut repulsi in iudicio impij dicere i sapientie libro describitur. Errauim⁹ a via veritatis: ⁊ lumen iustitie non luxit nobis: ⁊ sol nõ est ortus nobis. Ante solẽ igitur scirpus humidus cernitur: quia priusq̃ diuina districtio in iudicio cãdeat/ omnis hypocrita infusum se sanctitati gratia ostentat. quasi virens aspicit: quia iust⁹ estimatur. honoris locum obtinet: de gloria sanctitatis pollet: a cunctis veneratio defertur: opinio laudis extenditur. Scirpus itaq̃ iste i nocte humid⁹ est: sole autẽ veniente siccatur: qꝛ nimirũ hypocrita in tenebris vite pñtis/ sanctus ab oĩbus creditur: sed cũ district⁹ iudex venerit/ q̃ sit iniqu⁹ apparebit. Dicat ergo. Humectus videtur anteq̃ veniat sol: quia virentẽ se nunc humanis oculis exhibet: sed in calore tunc diuini iudicij arescet. Sequitur. Et in ortu suo germen eius egreditur. Herba quelibet nascendo pri⁹ a terra ꝑducit: aura et estibus tangitur: sole ac pluuijs nutrit: et tunc demũ ad proferendũ sui seminis germen aperit. Scirp⁹ vero cum flore suo nascit/ moxq̃ dũ a terra surgit: sui secũ seminis germen ꝑducit. Bene ergo per herbas reliquas/ sanctus quilibet: per scirpum vero hypocrita designatur: quia iusti viri prius q̃ in opere sancte conuersationis oriuntur/ huius vite hyemẽ tolerant: eosq̃ grauium persecutionum estus fatigant. Sed cum recta faciunt/ nequaq̃ hic sue rectitudinis remunerationem querunt. Cum vero a presentis mundi laboribus exeunt/ ad eternam patriam venientes/ expectata retributione perfruuntur. At contra hypocrita/ quia mox vt in bono opere nascitur/ presentis mundi recipere gloriã conatur: quasi scirpi more cũ germine oritur. Qui p eo qđ bene viuere incipit/ querit statim vt a cunctis honoretur. Germen itaq̃ in ortu/ est remuneratio in inchoatione. Sepe nãq̃ nõnulli apte prauitatis vias deserunt: sanctitatis habitũ sumunt: moxq̃ vt prima limina bene viuendi contigerint: obliti quid fuerint: affligi iam per penitentiam de consummatis nequitijs nolunt: laudari autem de inchoata iustitia appetunt: preesse ceteris etiã melioribus concupiscunt. Quos plerũq̃ dum iuxta votum presens prosperitas sequitur: multo q̃ prius fuerãt/ de sanctitatis habitu peiores fiunt. Nã rebus multiplicibus occupati/ atq̃ ipsa occupatione confisi/ non solũ perpetrata minime deplorant/ sed adhuc que deplorent exaggerant.

Mala. iiij
Sap. v.
L
M

¶ Quid sit non operari in primogenito bouis/ ⁊ lignorum auferre preputia. Capitulum xxxiiij.

QUi enĩ mundũ deserunt/ ad exteriora officia prouehi non debent: nisi per humilitatem diutius in eiusdem mũdi contẽptu solidentur. Citius nãq̃ bona depereunt/ que hominib⁹ ante temp⁹ innotescunt: qꝛ ⁊ arbusta plãtata priusq̃ fixa radice coalescant/ si man⁹ cõcutiens tãgit/ arefacit. At si in altum radix figitur/ ⁊ terre humorib⁹ conspersa solidatur: hec et manus impellit: sed non ledit. hec et ventorum flatus inflectendo concutiunt/ sed non euertunt. Ne ergo eruatur vita cepti operis/ diutine ac robuste in alto humilitatis figenda est radix cordis: vt cum ab humano ore/ detractionis aura vel fauoris flauerit: etsi in qđlibet partẽ viciũ incuruat/ animũ funditus non euellat: sed ad statum suum protin⁹ post inflexionẽ redeat: si apud se fortis in radice perdurat. Quid in reb⁹ excrescentibus pariete surgente robusti⁹? Qui tamen si vix cõstruit/ impellatur: statim sine labore destruit: si autem per spaciũ temporis ab humore suo exiccari permittit/ sepe et arietum ictib⁹ minime quassat. Sic sic videlicet bona nostra

A et intēpestiue manifestata deperdit: τ diutius occultata solidant: quia humane occupationis manus cū incipientem cōuersationis nostre vitā cōtigerit / quasi recentem parietem impellit / eūq; facile destruit: quia adhuc humorem infirmitatis proprie non amisit. Cū vero in lōga deitas sue abiectione se animus cōprimit / quasi more exiccati parietis / contra ictus obdurescit: τ confractū protinus resilit / omne qd solidū impactum fuerit. Hinc est q vitā inchoantiū in opere humanis occupationib⁹ exerceri prohibuit / dicēs. Non operaberis in primogenito bouis: et nō tondebis primogenita ouiū. In primogenito quippe bouis operari / est bone cōuersationis primordia in exercitio publice actionis ostēdere. Ouiū quippe primogenita tondere / est ab occultationis sue tegmine / humanis oculis inchoata bona opera nostra denudare. In primogenito ergo bouis operari phibemur: atq; a primogenitis ouiū detondendis cōpescimur: quia et si quid robustum incipim⁹ / exercere hoc in aperto citi⁹ non debem⁹. Et cum vita nostra simplex quid atq; innocuū inchoat / dignum est vt secreti sui velamina non relinquat: ne nudū hoc humanis oculis q̄si subducto vellere ostēdat. Ca. xxxv.

B Ad sola ergo diuina sacrificia boum primogenita ouiūq; proficiant: vt quicquid forte / simplex / innocuūq; incipimus / hoc ad honorem summi iudicis in ara cordis immolemus. Quod ab illo procul dubio tanto libentius accipitur / q̄nto et ab hominib⁹ occultatum / nulla laudis appetitione maculatur. Sepe autem noue conuersationis primordia adhuc ex carnali vita sunt cōmixta: et idcirco innotescere citius nō debēt: ne cum laudantur bona que placent / deceptus laude sua animus deprehēdere nequeat mala q̄ latent. Unde recte rursum per moysen dicit. Quando ingressi fueritis terrā quā ego daturus sum vobis / τ plantaueritis in ea ligna pomifera: auferetis preputia eorū. Poma que germinā / immunda erūt vobis: nec edetis ex eis. Ligna quippe pomifera / sunt opera virtutibus fecunda. Preputia itaq; lignorū auferimus / cū de ipsa inchoationis infirmitate suspecti / primordia nostrorum operum non approbamus. Poma autē que germināt / immunda dicimus: τ nostris ea cibus nō aptamus: q; cū primordia boni laudantur operis / dignū est vt hoc animū nō pascat operantis: ne dū accepta laus suauiter carpitur / fruct⁹ operis intēpestiue comedat. Qui ergo inchoate virtutis / ab humano ore laudem receperit / quasi plātati ligni ante tempus pomū comedit. Hinc p Psalmistā veritas dicit. Uanū est vobis ante lucē surgere: surgite postq̄ sederitis. Ante lucem quippe surgere / est prius q̄ claritas eterne retributionis appareat / in presentis vite nocte gaudere. Sedendum ergo pri⁹ est / vt post recte surgam⁹: q; quisquis nūc sese sponte nō humiliat: nequaq; hūc sequens gloria exaltat. Quod ergo illic ante lucem surgere / hoc hic hypocrite in ortu est germen pferre: q; humanas laudes desiderans / vbi ad opus boni nascit / ibi mox expetit vt gloriā retributionis assequat. An nō in ortu suo hi germen proferebant: de quib⁹ veritas dicebat. Amāt primos discubitus in cōuiuijs: τ primas cathedras in synagogis / et salutationes in foro: τ vocari ab hoībus rabbi. Pro eo ergo q bene agere incipiūt: q; honorē consequi ab hominibus conantur: quasi scirpi more ab ortu suo cū germine exurgūt. Si nimirū eis recta operari appetūt / pus mēte sollicita eiusdē opis sui testes querūt: τ tacita cogitatiōe pertractāt / si sunt q gerend⁹ videāt: si digne hoc eloqui q viderint possint. Si vero eorum facta nullum fortasse hominum contingat aspicere / hoc se procul dubio estimāt perdidisse: τ illeriu arbitri oculos quasi absentes deputant: quia ab eorū sui operis recipere in posterū recusant. Et q̄ā eis rectum qd hypocrita egerit / videri a multis querit: bene adhuc de hoc scirpo subiūgitur. Sup acervum petrarū radices ei⁹ densabūtur: τ inter lapides cōmorabitur. Quid enī radicū nomine / nisi latētes cogitationes accipim⁹: que in occulto pdeunt / sed in ostēsione operum per apertū surgunt. Sicut et de verbi semine p prophetā dicitur. Et hoc qd saluatū fuerit de domo iuda: τ qd reliquū est / mittet radicem deorsum: τ faciet fructum sursum. Radicē quippe deorsum mittere / est cogitationem bonam in abditis multiplicare. Fructum vero sursum facere / est per efficaciā opis / recta que cogitauit ostendere. Lapidum vero nōie / in sacra scriptura hoies designātur: sicut sancte ecclesie p Esaiam dicit. Ponam iaspidem ppugnacula tua: τ portas tuas in lapides sculptos. Qui eosdē lapides quid dixisset / aperuit cum subiūxit. Uniuersos filios tuos doctos a dño. Et sicut admonēte Petro apl'o dicit. Et vos tanq̄ lapides viui superedificamini domus spūales. Hoc itaq; loco quia lapides dicti sunt: sed tñ viui minime dicunt: nuda appellatione lapidum pmixti possunt reprobi et electi figurari.

¶ S. Q; in suā destructionem laborant qui nuncijs regis babylonis bona que agunt / quasi diuitias cōgregatas ostendunt. Capitulum. xxxvi.

Scirpus itaq; iste qui inter lapides cōmoratur: sup acervū petrarum radices densat: quia ois hypocrita cogitatiōes suas in exquirenda hominum admiratione multiplicat. Per oē eī qd hypocrite faciūt: q; occultis cogitationib⁹ laudes hominū requirunt: quasi radices scirpi in acervū petrarum mittūt. Operantes quippe laudes suas cogitāt: laudari aūt has secum taciti in cogitationib⁹ p̄sant. Gaudent se propios in humana estimatione claruisse. Cūq; inflati fauoribus apud semetipsos intumescunt / sepe mirātur taciti etiam ipsi qd sunt. Uideri quotidie semetipsis altiores cupiūt: ac miris inuētionib⁹ in ope excrescūt: q; sicut vt⁹ humilitatis oē vitiū eneruat / sic arrogātia roborat. Cogit ūsq; mentē iuuenescere: et cōtra vires valere: q; et qd negat vigor valitudinis / amor imperat laudis. Unde τ factis suis (vt diximus) arbitros inquirūt. Si vero eorum operi testes deesse cōtingat / narrāt ipi q̄ gesserint. Cūq; efferri fauoribus ceperit: sepe eisdem suis operib⁹ que egisse se referunt mentiēdo aliquid adiūgunt. Cum vero cetera dicunt: hec dicendo aliena faciunt: q; quesitis remunerati fauorib⁹ / ab eo intima retributione vacuātur. In eo cū q bona sua patefaciunt: ostendunt malignis spiritib⁹ q̄si insidiantibus hostibus que predentur. Quod profecto vitā illa cunctis notissima Ezechie culpa figurauit: qui postq̄ vna pce / τ subvnu⁹ noctis spatio / centum octoginta quinq; milia hostium angelo feriente pstrauit: postq̄ occasui pximū / ad altiora celi spatia solē reduxit: postq̄ vitā ppinquante iā termino coarctatā / in tempora lōgiora pelauit: susceptis babylonici regis nuncijs: bona oia que possidebat ostēdit: sed pphete voce pimus audiuit. Ecce dies venient: et auferent oia que in domo tua sunt / in babylonē: nō relinquet quicq̄, dicit dñs. Sic sic nimirum hypocrite postq̄ magnis virtutib⁹ excrescūt: quia cauere malignorum spirituū insidias negligūt: et celari in eisdē virtutib⁹ nolunt: bona sua ostēdendo / hostium faciunt: et pdentes subito amittunt / quicquid diutius studentes operantur. Capitulum. xxxvij.

Hinc p Psalmistā dicit. Tradidit in captiuitatem virtutes eorū: τ pulchritudines eorum in manus inimici. Uirt⁹ quippe et pulchritudo arrogantiū / inimici manib⁹ traditur: quia omne bonū quod per concupiscentiā laudis ostendit / occulti aduersarij iuri mācipatur. Hostes nāq; ad rapinā puocat: q suas eorū notitie diuitias denudat. Quousq; enī ab eterne patrie securitate disiūgimur / p latronum insidias iter ambulamus. Qui ergo in itinere depdari formidat: abscōdat necesse est bona q̄ portat. O miseri qui affectantes laudes hominū / in semetipsis dissipāt fructus laborum. Cūq; se ostendere alienis oculis appetūt / dānant qd agunt. Quos nimirū maligni spūs cum ad iactātiā puocāt / eorū (sicut diximus) opera captiuātes denudant. Qui sub cuiusdā gentis specie / antiquorū hostiū maliciam signans: p pphetā veritas dicit. Posuit vineā meam in desertum: decorticauit ficū meam: nudans expoliauit eam: albi facti sunt rami ei⁹. Insidiātibus quippe spiritib⁹ / dei vinea in desertum ponit: cū plena fructib⁹ anima / humane laudis cupiditate dissipat. Ficū dei gens ista decorticat: q; seductā mentem / in fauoris appetitū rapiēs: quo hanc ad ostentationē pertrahit / tegmē ei humilitatis tollit. Cūq; nudās expoliat: q; quousq; in bonis suis absconditur / quasi proprij tegminis cortice vestitur. Cum vero mens hoc qd egerit / videri ab alijs concupiscit: quasi expoliata ficus cum qui se tegerat corticē amisit. Ubi apte subditur. Albi facti sunt rami ei⁹: quia ostensa humanis oculis eius opera cādescunt de sanctitate nomen sumit: cum recta actio diuulgat. Sz q̄ā subducto cortice rami fici hui⁹ arescunt: solerter intuendū est / quia facta arro-

G

gantiū/humanis oculis ostēsa: vnde placere appetūt/in-
de siccantur. Opera itaq; que p iactantiā pdunt: decorti
cata recte ficus vocaē: quia t cādida eē per hoc q cerni-
tur: t siccata. pxima per hoc q tegmine corticis nudaē.
Intus ergo sunt seruanda q̄ agim⁹: vt ab interno arbitro
vicē recipere nostri operis expectem⁹. Hinc est enī qd p

Mat. vj.

euāgeliū m veritas dicit. Nesciat sinistra tua quid faciat
dextera tua: vt sit elemosyna tua in abscondito: et pater
tu⁹ qui videt in abscondito/ reddet tibi. Hinc est qd de

Ps. xliiij. ij. Cor. j.

electorū eccl̄ia p Psalmistā dr. Ois gloria eius filie re-
gū ab intus. Hinc Paul⁹ ait. Gloria nostra hec est/ testi-
moniū cōscientie nostre. Filia quippe regū ecclesia/ q̄ in
bono est opere spūaliū principum pdicatione generata/
gloriā intus habet: quia hoc qd agit/ in ostentationis ia-
ctantia non habet. Gloriā suā Paulus testimoniū con-
scientie memorat: q: fauores oris alieni non appetēs/ vi-
te sue gaudia extra semetipsum ponere ignorat. Occultā
da sunt ergo que agim⁹: ne hec in hui⁹ vite itinere incau-
te portātes/ latrocinantiū spirituū incursione perdam⁹.
Et tamen veritas dicit. Capitulum. xxxviij.

Mat. v.

Videant opera vestra bona: et glorificent pa-
trem vestrū qui in celis est. Sed aliud est pro
fectorū in ostēsione operis/ gloria querē lar-
gitoris: aliud cū laus priuata cōcupiscitur de dono lar-
gientis. Unde et rursus in euāgelio hec eadē veritas di-

Ibidem.

cit. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hoibus/ vt
videamini ab eis. Opus ergo nostrū cū hoibus ostendi-
tur/ in cordis pri⁹ examinatione pensandū est/ p eiusdem

H

ostēsionis studiū quid queraē. Si enī dantis gloriā que-
rimus: etiā publica nostra opera/ in cōspectu illius occul
ta seruam⁹. Si vero p hec nostrā laudem cōcupiscim⁹: fo-
ras ab eius cōspectu iā fusa sunt/ etiā si a multis ignorē-
tur. Sed valde perfectoꝝ est/ sic ostenso opere/ auctoris
gloriā querere: vt de illata laude priuata nesciāt exulta-
tione gaudere. Tunc solū nāq; innoxie hominib⁹ lauda-
bile opus ostēdiē/ cū p despectum mētis veraciter laus
ipsa calcaē. Quā q: infirmi q̄q; pfecte pcōtēnēdo nō supāt:
restat necesse est vt bonū hoc qd operantur abscondant.
Sepe enim ab ipso ostēsionis exordio/ ppriā laudē que-
runt: sepe vero in ostensione operis/ auctoris patefacere
gloriā cupiūt: sed excepti fauorib⁹/ in laudis pprie cupi
ditatē rapiūtur. cūq; semetipsos diiudicare interius ne-
gligunt: ipsū exterius ignorant qd agunt: eorūq; opus
sue elationi militat: atq; hoc se impendere obsequio largi
toris putant. Scirpus ergo inter lapides cōmoratur: q:
ibi hypocrita stat/ vbi mentis sue intentionem solidat.
Nam cum attestationē pcipere multoꝝ ambit: quasi in la
pidū collectione subsistit. Sed iste hypocrita qui scirpi
appellatione signaē: cū corpus abstinentia edomat: cum
largiēdo que possidet/ studio pietatis exudat: cum noti-
tia sacre legis erudiē: cū verbo pdicationis vtitur: quis

I

hunc tāta plenū largitate cōspiciēs/ a gratia estimet lar-
gitoris alienū? Et tn̄ supna dispensatio largiē huic do-
na operis/ t forte denegat hereditatis. operādi munera
cumulat: et tamē verā operātis ignorat: quia cum perce-
ptum mun⁹ ad laudem propriā trahiē: in cōspectu lucis
intime vmbra elationis obscuraē. Unde et bene subditur.
Si absorbuerit eum de loco suo/ negabit eum: et dicet.
Nonnoui te. De loco suo hypocrita absorbeē: cum a p-
sentis vite fauorib⁹ morte interueniēte separatur. Sed
hunc absorptū intern⁹ arbiter negat: seq; eum nescire de-
nunciat: quia simulatorū vitam iuste reprobando veritas
ignorat/ nec recognoscit ei⁹ bona que egit: quia hec ex re-
cta intētione non pruliē. Unde t fatuis virginib⁹ in iu-

Mat. xxv.

diciū veniēs dicit. Amen dico vobis nescio vos. In qui-
bus dū mentis corruptionē considerat: carnis etiam in-
corruptionem dānat. Sed vtinā hypocritis sua pditio
sola sufficeret: et nequaq̄ puersa eorum studia ardenter
alios ad vitā duplicitatis istigarēt. Hoc nāq; vniuscu-
iusq; propriū esse solet: vt qualis ipse fuerit/ tales sibi cō
iūgi et alios velit. diuersitatē vite refugiat/ atq; hoc imi
tandum imprimat qd amat. Unde et apud hypocritarū
sensum simplicitas oīus i crimine est. Ipsas quippe mē
tes diiudicātes: puritatem cordis/ hebetudinē appellāt:
omnesq; quos sibi adherere cupiūt: a simplicitatis itine-
re diuertunt: et quasi expulsa insipientia eos erudisse se
estimant: in quibus puritatem mētis id est arcem sapiē-
tie debellant. Capitulum. xxxix.

K

Uis vero non solū ex sua puersitate hypocri-
ta/ sed adiuncta etiam sequacium pditiōe re-
probatur: postq̄ nō cognosci a iudice dicit/ re
cte protin⁹ subinfertur. Hec est enim letitia vie eius: vt
rursum de terra alij germinentur. Ac si apte diceretur.
Ueniēte iudice nequaq̄ cognoscit/ q̄ multipliciter sup-
plicia recipit: q: co latius in sua iniq̄tate letatus est: quo
t in alijs mala ppagauit. Cui enī hic nō sufficit iniqtas
propria: torqueaē illic necesse est etiā ex merito reat⁹ alie
ni. Nunc itaq; simulatores gaudeāt: et humana iudicia
se obtinuisse glorieētur. Despiciaē iustoꝝ simplicitas: atq;
a calliditate duplicū fatuitas vocetur. Citius despect⁹
simplicium trāsit: citius duplicium gloria pcurrit. Un-
de et apte subiungitur.

S. Ut serui dei quorum vita nunc estimaē infantia: in
nouissimo ridebunt qū intrabunt in gaudium dñi sui.

Deus non proijciet simplicem: nec porriget manū ma
lignis. Quia nimirum districtus in iudicio apparens:
et despectū simpliciū glorificādo erigit: t malignorū glo-
riam reprobando confringit. Maligni enī vocātur hypo
crite: qui bona non bene faciūt: et recta q̄ agere videntur
sub studio laudis operanē. Manū vero cui porrigimus/
hunc videlicz ab imis eleuam⁹. Malignis ergo de⁹ manū
nō porrigit: q: cunctos terrenā gloriā in imo derelinquit:
t q̄libet recta videantur esse q̄ agunt/ hos ad gaudia su-
perna nō prouehit. Uel certe ideo maligni appellantur
hypocrite: q: benignitatem erga pximos ostēdūt: t do-
los sue iniquitatis operiūt. Per oīa nāq; qd vel faciunt
vel loquūtur: simplicitatē exterius exhibent: sed subtili-
tate iteri⁹ duplicitatis callent. puritatē superficie simu-
lant: sed semper malitiā sub specie puritatis occultant.

L Deutero. xxij.

Quos cōtra bene p Moysen dicit. Non indues vestem
ex lana linoq; cōtextam. Per lanā quippe simplicitas: p
linum vero subtilitas designaē. Et nimirū vestis que ex
lana linoq; conficiē: linū interi⁹ celat: lanam in superficie
demonstrat. Uestem ergo ex lana linoq; contextam in-
duit/ qui in locutione vel actione qua vtiē: intus subtili-
tatem malitie operit/ et simplicitatē foris innocētie ostē
dit. Quia enim sub puritatis imagine deprehēdi calliditas
non valet: quasi sub lane grossitudine linū latet. Be-
ne autē post reproborū supplicia/ iustorum remuneratio
demōstratur/ cū protin⁹ subditur. Donec impleatur os
tuū risu: t labia tua iubilo. Os quippe iustoꝝ tunc risu
replebiē: cū eorum corda finitis peregrinationū fletib⁹/
eterne letitie exultatiōe satiabūtur. De hoc risu discipu-

Jo. xvj.

lis veritas dicit. Mundus gaudebit: vos autē contrista-
bimini: sed tristitia vestra vertet in gaudiū. Et rursum:

Ibidem.

Uidebo vos/ t gaudebit cor vestrū: et gaudium vestrum
nemo tollet a vobis. De hoc risu sancte ecclesie Salomō

Puer. xxxj

ait. Ridebit in die nouissimo. De hoc iterū dicit. Timen-
ti dñm bene erit i extremis. Non autē tūc risus erit cor-

Eccl. j. M

poris/ sed risus cordis. Risus enim nunc corporis de la
sciuia dissolutionis: nam risus cordis tunc de letitia na-
scetur securitatis. Cum ergo electi oēs implentur gau
dio manifeste contemplationis: quasi ad hilaritatē risus
exiliūt in ore mētis. Iubilū vero dicim⁹/ cum tantā leti-
tiam corde concipimus/ q̄tā sermonis efficacia non ex-
plemus: t tamen mētis exultatio hoc qd sermone nō ex-
plicat/ ore sonat. Bene autē os risu impleri dicitur/ et la
bia iubilo: quia in illa eterna patria cū iustorum mens i
exultationē rapitur/ lingua in cātū laudis eleuaē. Qui
q̄a tantū vident/ q̄tum dicere non valent/ in risu iubilāt:
quia non explendo resonant quod amāt. Capitulum. xl.

Donec aūt dicitur/ nō q omnipotēs de⁹ cuiusq;
malignos nō sublevet: quousq; electos suos i
iubilationis gaudia assumat: ac si post a pena
eripiat/ quos ante in culpa deserens dānat: sed q hoc ne-
quaq; vel ante iudiciū faciat/ cū dubium hominibus vi
deri posse an fiat. Nā post electorum suoꝝ iubilū: quia
malignus manū nō porrigat/ ex ipsa iā districtione vlti-
mi examinis constat. Sic nāq; et per Psalmistā dicitur.

Ps. cix.

Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis: donec ponā ini-
micos tuos scabellum pedum tuorū. Non q a dextris
domini nequaq̄ dñs sedeat: postq̄ inimicos illi⁹ feriēs/
eius potestati substernit: sed q in eterna cunctis beatitu
dine psidet: et priusq̄ rebelliū suorum corda pculcet. In
qua nimirum constat quia subiectis hostibus sine fine et
posterius regnat: sicut p euāgeliū de marie sponso dicit:

Mat. i. A

Et nō cognouit eā donec peperit filiū suū primogenitū. nō q̄ hūc post natiuitatē dei cognouerit / sed q̄ nunq̄ illam contigit: q̄ tñ eā cōditoris sui matrem esse nesciuit. Nā quia eā contingere nunq̄ valuit: postq̄ redemptionis nostre ex eius vtero celebrari mysteriū agnouit: de illo pfecto tempore necesse erat vt euangelista testimoniū ferret: de quo ppter Joseph ignorantiā dubitari potuisset. Sic itaq̄ nunc dicit: Deus nō proiiciet simplicē / nec porriget manū malignis: donec impleat risu os tuū / et labia tua iubilo. Ac si aperte diceret. Uitā simplicium nec ante iudiciū deserit: et malignorū mētes prius te deserē: do / nec prius q̄ appareat pretermittit: tamen q̄ sine fine reprobos cruciet: et electi eius perpetuū postq̄ apparuerit regnent: profecto dubium non est. Sequitur.

¶ S. Q̄ in die iudicij reprobi erubescent / cū in illa mūdi ruina q̄ vane laborauerint / tunc demū intelligent.

¶ Qui oderūt te / induentur confusione.] Justorū hostes in extremo examine confusio induit: quia cum transacta mala redundare sibi ante oculos mentis aspexerint: suus eos vndiq̄ reatus deprimens vestit. Ad penam hic quippe tunc factorum suorum memoriam tolerant / qui nunc quasi a sensu rationis extranei gaudentes peccant. Ibi vident q̄ntum debuerint fugere quod amauerunt: ibi cōspiciunt q̄ lugubre fuerit q̄d nūc i culpa gratulātur. Tūc animū reatus obnubilat: et recordatiōis sue iaculis ipsa se cōsciencia ipugnat. Quis igit digne pēset iniquor cōfusio q̄nta tūc erit / q̄n et foris eternus iudex cernit: et intus ante oculos culpa vrgat: Qui ad hec idcirco puenīt: q̄ sola hic trāseuntia dilexerūt. Unde et apte mox subdit: [Et tabernaculū ipior nō subsistet.] Tabernaculū q̄ppe cōstruitur / vt ab estu corpus et frigore defendat. Quid itaq̄ hoc loco tabernaculi nomine / nisi edificatio terrene felicitatis exprimitur: q̄ quam sup se reprobi casura multiplicant / vt se a pšentis vite necessitatibus quasi ab estu et imbribus defendāt / honoribus nāq̄ excrescere ambiūt / ne despecti videātur. Terrena aggregādo exaggerāt / ne inopie frigore tabescant. Cōtemnunt curare quod sequitur: et tota intentione satagunt ne quid in pšentibus desit. Student nomen dilatare / ne lateant: et si cuncta ad desiderium suppetant / munitos se in omnibus et felices putant. Ubi ergo mentis habitationem construunt / ibi procul dubio tabernacula figerunt. Aduersa impatiēter perferunt: et remisse in prosperis letantur. Sola que assunt cogitant: nec ad affectū celestis patrie vlla recordatione respirāt. Gaudēt sibi suppetere bona que cupiūt: atq̄ vbi carne requiescūt / ibi et mentē extinguēdo sepeliūt: q̄ secularis cure telo trucidant / terrenarum rerum aggerē / quē foris exquirendo multiplicant: hūc semper interius per cogitationem portant. Capitulum. xij.

Justi nec prima bona magni pendunt: nec presentia mala pertimescunt. C

At cōtra iusti nec oblata bona hic pro magno suscipiūt: nec illata mala valde pertimescūt: sed cum bonis pšentibus vtūtur / ventura mala metuūt: et cū de malis pšentibus gemūt / bonorū sequentium amore consolant: sicq̄ temporali refouentur subsidio: sicut viator in stabulo vtitur lecto. pausat et recedere festinat. quiescit corpore / sz ad aliud tēdit mente. Nō nunq̄ vero et aduersa ppeti appetūt / i trāsitorijs pspera refugiūt: ne delectatiōe itineris / a patrie puentione se questrent: ne gressum cordis i via peregrinationis figāt: et quādoq̄ ad conspectum celestis patrie sine remuneratione perueniāt. Gaudent despici: nec dolent se necessitatibus affligi. Qui ergo cōtra pšentia se aduersa nō muniūt: quasi contra estus et pluuias habere tabernaculum nolunt. Unde et Petrus iure reprehendit: quia nec dum mentis pfectione roboratus / veritatis claritate cognita / in terra figere tabernaculū conatur. Justi itaq̄ hic se cōstruere negligūt: vbi peregrinos se et hospites nouerūt. Quia eni in pprijs gaudere desiderāt: esse in alieno felices recusant. Iniusti autē q̄nto longius ab eterne patrie hereditate diuisi sunt / tanto in terra altius fundamenta cogitationis figunt. Hinc est q̄ ab ipso humane cōditionis exordio: in electa prole enoch septimus nascitur. Hinc est q̄ cain primū filiū suum enoch vocat: atq̄ ex eius nomine ciuitatē quā condidit appellat. Enoch quippe dedicatio dicitur. Iniqui ergo se in primordijs dedicāt: q̄ i hac vita / q̄ ante est / cordis radicē plantāt: vt hic ad votum floreāt / et a sequenti patria funditus arescāt. Ex iustis vero enoch septimus oritur: quia eorū vite festa dedicatio i fine seruatur. Hinc est q̄ attestante Paulo / abraā in casulis habitat: quia habentē fundamenta ciuitatem quā supernus artifex construxit / expectat. Hinc est q̄ iacob greges ouiū sequēs humiliter gradit: atq̄ huic esau obuiā veniens / tumultu multiplicis comitatus eleuat: quia nimirū et electi hic elationem non habent: et i bonis carnis reprobi leti tument. Hinc ad israel dñs dicit. Si elegeris vnū de populo terre / et cōstitueris principē super te: nō faciet sibi equos et equites. Et tamen primus rex ab eodem populo electus: repente vt culmen potestatis attigit / tria milia sibimet equites elegit / in elationē protinus prodijt: ad edificationē percepti culminis erupit: quia foris restringere sub equalitate nō poterat: q̄d intus animus super ceteros tumebat. Quasi munitū sibi diues ille tabernaculū cōstruxerat / qui dicebat. Anima / habes multa bona reposita in annos multos: requiesce / comede et bibe et epulare. Sed quia eius tabernaculum in veritatis fundamento non subsistit, ilico audiuit. Stulte / hac nocte repetūt animā tuā abs te. que aūtē parasti / cuius erūt? Bene ergo dicit. Tabernaculum impiorū non subsistet: quia vite effugientis amatores / dū studiose se in pšentibus construunt: repente ad eternam penam rapiuntur.

Heb. xij.

D Genesis xxxij.

Lu. xij.

¶ Finit Liber Octauus moraliū sancti Gregorij.

¶ Liber Nonus Moralium beati Gregorij pape in capitulū Nonū sancti Job: Textus expositionis vero Capitulum primum.

E

Peruersementes si semel ad studium contrarietatis eruperint: siue prauum siue rectū quid a contradicētibus audiant / aduersis hoc responsionibus impugnāt: quia cum psona p contrarietatē displicet: nec recta que protulerit placent. At contra bonorū corda (quibus in odiū nō venit persona sed culpa) sic peruersa diiudicāt / vt recta que dicunt assumāt. Discernendis quippe contradicentium sensibus equissimi arbitri resident: et sic male plata respuūt: vt tamen approbēt que ex veritate cognoscūt. Solet nāq̄ inter spinarum multitudinem / etiā de frugis semine spica succrescere. Caute ergo manu operātis agendum est: vt dū spina tollitur / spica nutriatur: quatenus qui studet eradicare q̄d pungit / nouerit seruare q̄d reficit. Unde et beatus Job: quia baldath suites recte p inquisitionē dixerat: Nunquid dñs supplātat iudiciū: aut omnipotēs subuertit q̄d iustū ē? quia vera in hypocritis robustaq̄ protulerat: bene hec et contra prauos generaliter prolata cōspiciens: studiū proprie defensionis calcat: atq̄ audita protinus approbat dicens.

¶ Textus libri Job Capitulum nonum.

F

Et respōdēs Job ait. Uere scio q̄ ita sit: et q̄ nō iustificetur homo cōpositus deo. Si voluerit contēdere cum eo: non poterit respōdere ei vnū pro mille. Sapiens corde est, et fortis robore. Quis restitit ei, et pacē habuit? Qui transtulit mōtes: et nescierunt hi quos subuertit in furore suo. Qui cōmouet terram de loco suo: et colūne eius concutiūtur. Qui precipit soli: et nō orit: et stellas claudit quasi sub signaculo. Qui extendit celos solus: et graditur super fluctus maris. Qui facit arcturum et oriona et hyadas: et interiora austri. Qui facit magna et incōprehēsibilia et mirabilia: quorū non est numerus. Si venerit ad me non videbo eū: si abierit, nō intelligam. Si repēte interroget: quis respondebit ei? Uel quis dicere potest: cur ita facis? Deus cuius ire nemo resistere potest: et sub quo curuan-

G tur qui portant orbē. Quātus ergo sum ego vt respondeā ei: et loquar verbis meis cū eo? Qui etiā si habuero quippiā iustum nō respōdebo: sed meū iudicem deprecabor. Et cū inuocantē me exaudierit: nō credo q̄ audierit vocē meā. In turbine enī cōteret me/ et multiplicabit vulnera mea: etiā sine causa. Nō cōcedit requiescere spiritū meū: et implet me amaritudinib⁹. Si fortitudo querit: robustissimus est. Si equitas iudicij: nemo audet pro me testimoniū dicere. Si iustificare me voluero: os meū condēnabit me. Si innocentē ostendero: prauū me comprobabit. Etiā si simplex fuero: hoc ipm ignorabit anima mea: et tedebit me vite mee. Vnū est qd̄ locutus sum: et innocentē et impiū ipse ꝯsumit. Si flagellat/ occidat semel: et nō de penis innocētū rideat. Terra data est in man⁹ impij: vultum iudicū ei⁹ operit. Q̄ si nō ille est: quis ergo est? Dies mei velociores fuerūt cursore: fugerunt/ et non viderunt bonū. Pertransierunt quasi naues poma portātes: sicut aqla volans ad escā. Cū dixero: Nequaq̄ ita loquar: cōmu-

H tosaciem meā: et dolore torqueor. Verebar oīa opera mea: sciens q̄ nō parceres delinquenti. Si aūt et sic ipi⁹ sum: q̄re frustra laboraui? Si lot⁹ fuero q̄si aquis niuis: et fulserint velut mūdissime man⁹ mee: tamen sordib⁹ intinges me: et abominabūtur me vestimēta mea. Neq̄ enī viro qui similis mei est respōdebo: nec qui mecum in iudicio ex equo possit audiri. Non est q̄ vtrūq̄ valeat arguere: et ponere manū suam in ambobus. Auferat a me virgā suā: et pauor ei⁹ nō me terreat. Loquar/ et nō timebo eum. Nec enim possum metuens respondere.

¶ Vere scio q̄ ita sit: q̄ nō iustificabitur homo compositus deo.] Homo quippe deo non cōpositus/ iustitiam ꝑcipit: cōpositus amittit: quia quisquis se auctori bonorum comparat/ bono se qd̄ acceperat priuat. Qui enim accepta bona sibi arrogat: suis cōtra dei donis pugnat. Vnde ergo despectus erigitur: dignū est vt erectus inde destruatur. Sanct⁹ aūt vir/ q̄ oē virtutis nostre meritum esse vitiū conspicit: si ab interno arbitro districte iudicetur: recte subiungit.

¶ S. Os qui de vite perfectione se erigit/ nec initium se habere ostendit.

I ¶ Si voluerit contendere cū eo: non poterit respondere ei vnū pro mille.] In scriptura sancta millenari⁹ numer⁹ pro vniuersitate solet intelligi. Hinc etenī Psalmista ait: Ps.ciiij. Verbi qd̄ mādauit in mille generationes. cū ꝑfecto constet q̄ ab ipso mūdi exordio vsq̄ ad redemptoris aduentum/ per euāgelistā non amplius q̄ septuaginta septē propagines numerentur. Quid ergo in millenario numero/ nisi ad ꝑferendā nouā sobolem/ ꝑfecta vniuersitas ꝑfecte generationis exprimit? Hinc et p Joannem dicit: Et Apo.xx. regnabūt cum eo mille annis: q̄r videlicet regnū sancte ecclesie/ vniuersitatis perfectiōe solidat. Quia vero monas decies mltiplicata i denariū ducit: denari⁹ p semetipsum duct⁹ in cētenarium dilatatur: q̄ rursus per denarium duct⁹ in millenariū tenditur: cū ab vno incipimus vt ad millenariū veniam⁹: qd̄ hoc loco vni⁹ appellatione/ nisi bene viuendi initium: quid millenarij numeri amplitudine/ nisi eiusdē bone vite ꝑfectio designatur? Cū deo autē contēdere/ est nō ei tribuere/ sed sibi gloriam sue virtutis arrogare. Sed sanct⁹ vir conspiciat q̄ et q̄ summa tā dona ꝑcepit: si de acceptis extollit/ cūcta q̄ acceperat amittit: et dicat. Si voluerit ꝯtēdere cū eo: nō poterit respondere ei vnū p mille. Qui enī cum auctore contendit/ vnū pro mille respondere non sufficit: q̄ qui de perfectione se erigit/ habere se bene viuēdi nec initiū ostēdit.

Vnū nāq̄ pro mille respondere nō possum⁹: quia cum de K bone vite perfectione extollimur/ hāc nos nec inchoasse monstramus. Sed tunc de nostra infirmitate verius cōcutimur: si q̄ sit imensa potentia iudicis/ considerando pensamus. Vnde et subditur. Capitulum. ij.

Sapiens corde est/ et fortis robore.] Quid mirū si conditorē sapiētiū/ sapientē dicimus/ quem ipsam esse sapientiā scimus? Et quid mirum q̄ fortē esse memorat/ quem ipsam esse fortitudinem null⁹ ignorat? Sed sanct⁹ vir duob⁹ verbis in laudē auctoris prolatis/ aliquid nobis intimat: vnde nos ad cognitionem nostrā trepidos reducat. Sapiēs quippe deus dicitur: quia occlta nostra subtiliter agnoscit: et esse fortis adiungitur: quia valenter cognita punit. Nec falli ergo a nobis/ quia sapiens: nec vitari/ quia fortis est/ valet. Nā et sapiens omnia inuisibilia aspicit: tunc vt fortis sine velo obstaculo quos reprobat punit. Qui hoc quoq̄ sic forti sapientia ordinat: vt humana mens cum contra auctorem se eleuat/ ipsa se sua elatione cōfundat. Vnde et subditur.] Quis restitit ei/ et pacē habuit?] Qui enī cuncta mirabiliter creat: ipse vt creata sibimet conueniant ordinat. In quo ergo cōditori resistit/ pacis conuentio dissipatur: quia ordinata esse nequeunt/ que superni moderaminis dispositionem perdunt. Que enim subiecta deo/ in tranquillitate persisterent: ipsa se sibimet dimissa/ confundunt: quia in se pacem non inueniunt/ cui venienti desuper in auctore contradicunt. Sic summ⁹ ille angelicus spirit⁹: qui subiect⁹ deo in culmine stare potuisset/ semetipsum repulsum patit: quia per nature sue inquietudinē foris vagat. Sic prim⁹ humani generis parens/ quia auctoris ꝑcepto restitit/ carnis protin⁹ contumeliā sensit: et quia subesse conditori per obedientiā noluit/ sub semet L ipso ꝓstratus/ et pacem corporis protin⁹ amisit. Bene ergo dicitur: Quis restitit ei et pacem habuit? quia peruersa mens vnde se contra auctorē erigit: inde se in semetipsa confundit. Resistere aūt deo dicimur: cū repugnare ei⁹ dispositionib⁹ conamur. Neq̄ enim nostra infirmitas incōmutabili eius sententie obuiat: sed tamē qd̄ explere nō valet/ tētat. Nā sepe humana infirmitas occultē vim dispositionis agnoscit: et tamen hāc si mutare valeat appetit. Contraire satagit: sed ipso se gladio contradictionis frāgit. Ordini interno renitit: sz suis victa conatib⁹ ligatur. Habere ergo pacem resistens nō pōt: quia dum superbiam confusio sequit: quod stulte per culpā geritur/ hoc in agentis penam mirabiliter ordinatur. Sed vir sanctus virtute prophetici spiritu ꝯplenus: cum confusionem generaliter humane superbie conspicit: ad speciale malum protinus plebis israelitice oculos mētis tēdit: et que pena elatos ōēs maneat/ ex vni⁹ gentis interitu ostēdit. Nā repente subiūgit dicēs.] Qui trāstulit montes: et nescierunt hi quos subuertit i furore suo.] In scriptura sacra sepe montium noīe/ predicātium altitudō designat. De M quib⁹ p Psalmistā dicit: Suscipiāt montes pacē populo tuo. Electi quippe ꝑdicatores/ eterne patrie nō immerito montes vocātur: quia p vite sue celsitudinē ima terre Ps.lxxj. hoīs deserunt/ et celo ꝓpinqui sūt. Sed montes veritas trāstulit: cum ꝑdicatores sanctos a iudee obduratione subtraxit. Vnde recte etiam p Psalmistā dicit. Transferētur montes in cor maris. In cor enim maris montes Ps.xlv. trāslati sunt: cum ꝑdicantes apostoli a iudee perfidia repulsi/ ad intellectum gentiliū venerūt. Vnde ipsi quoq̄ in suis actib⁹ dicunt. Vobis oportebat primū loqui verbum dei: sed q̄r repulistis illud/ et indignos vos iudicastis eterne vite/ ecce cōuertimur ad gētes. Sed hāc ean- Act.xiij. dem trāslationem montiū hi ipsi nescierūt/ qui in dni furore subuersi sunt: quia cū de suis finibus deberent apl̄os pellerent/ lucrū se fecisse arbitrati sunt/ q̄ ꝑdicatōis lumen amiserunt. Exigentib⁹ quippe meritis/ iusta animaduersione ꝑcussi: tāto intelligentie errore cecati sunt: vt q̄ lucem perderent/ hoc esse gaudium putarēt. Sed repulsis apostolis/ a romano protinus principe Tito iudea destruit: atq̄ in cūctis gentib⁹ sparsa dissipatur. Vnde et translatis montibus recte subiungitur. Capitulum. iij.

Qui commouet terram de loco suo: et columne eius cōcutiuntur.] De loco quippe suo terra cōmota est: cum plebs israelitica de iudee finibus euulsa: nimirum colla gentibus subdidit: quia subdi auctori recusauit. Que scilz terra colūnas habuit: q̄r

B

Pertinacie

in sacerdotes et principes/ legis doctores atq; phariseos/ rultura eius fabrice p structura surrexit. In ipsis nāq; litte re edificiū tenuit: et trāquillitatis sue tēpore/ sacrificiorū carnaliū quasi supimposite fabrice onera portauit. Sed transitis motibus/ colūne concusse sunt: q̄ subductis a iudea apostolis/ nec ipsi viuere in illa pmissi sunt: qui ab illa vite predicatores expulerunt. Dignū quippe erat vt terrenam patriā subacti perderent: cuius amore nequaq̄ veriti sunt celestis patrie milites impugnare. Sed expulsis sanctis doctoribus/ iudea funditus corruit: et iusto iudicantis examine/ in erroris sui tenebris mentis oculos clausit. Unde et adhuc subditur.

¶ S. Qui propter malitiā subditorū subtrahat lux predicationis/ et claudat deus ora sanctorum doctorum.

¶ Qui precipit soli/ et non oritur: et stellas claudit quasi sub signaculo. Aliquādo nāq; in sacro eloquio solis nomine predicatorū claritas designat: sicut p Joannē dicitur: Factus est sol vt saccus cilicin⁹. In extremo quippe tēpore sol quasi cilicin⁹ saccus ostēdit: q̄ fulgēs vita predicantiū/ ante reprobor̄ oculos/ aspera et despecta monstratur. Qui stellarū quoq; claritate figurātur: quia dum recta peccatoribus predicāt/ tenebras nostre noctis illustrant. Unde et subtractis p̄dicatorib⁹/ per pphetā dicit:

Apo.vj.

Hiere.iij.

Prohibite sunt stelle pluuiarū. Quia vero sol per diē fulget: stelle obscuritatem noctis irradiant/ et plerūq; in sacro eloquio dici appellatione eterna patria/ noctis autē nomine presens vita signat: predicatores sancti vt sol nostris oculis fiunt: cum cōtemplationem nobis vere lucis aperiunt: et velut stelle in tenebris lucent/ cum per actiuā vitā pro futuris nostris necessitatib⁹ terrena disponunt.

B

Quasi in die vt sol chorusčant: cū ad cōtemplādam interne claritatis patriā/ mētis nostre aciem subleuant. et quasi stelle in nocte resplendent: quia et cū terrena agunt/ offensurū tamē q̄ nostri operis pedem/ exēplo sue rectitudinis dirigunt. Sed quia expulsis predicatoribus/ non fuit qui plebi iudaice in perfidie sue nocte remanenti vel claritatem contemplationis ostenderet/ vel actiue vite lumen aperiret (veritas quippe/ que hanc repulsam deseruit/ subtracto predicationis lumine/ merito sue prauitatis excecauit) recte dicitur: Qui precipit soli/ et non oritur: et stellas claudit quasi sub signaculo. Oriri quippe ei solē noluit: a qua predicantiū animū diuertit. Et quasi sub signaculo stellas clausit: qui dū predicatores suos p silentium intra semetipsos retinuit: cecis iniquorū mentibus celeste lumen abscondit. Capitulum.iiij.

Pensandū vero est: q̄ idcirco aliqd sub signaculo claudit⁹: vt hoc cū tēpus pgruit: ad mediū proferam⁹. Et sacro eloquio attestāte didicimus: q̄ iudea que nūc deserit/ ad sinū fidei in fine colligatur. Hinc nāq; per Esaiā dicit: Si fuerit numer⁹ filiorū israel quasi arena maris/ reliquie salue fiēt. Hic Paulus ait: Donec plenitudo gētium intraret: et sic oīs israel saluus fieret. Qui igit predicatores suos nunc iudee oculis subtrahit/ sed postmodū ostendit: quasi sub signaculo stellas clausit: vt absconsis prius/ et post chorusčantibus astrorū spiritualiū radijs noctē perfidie sue et nūc repulsa non videat: tunc illuminata deprehendat. Hinc est q̄ duo illi predicatores eximij dilata morte subtracti sunt: vt ad predicationis vsum in fine reuocētur. De quib⁹ per Joannē dicit: Hi sunt due oliue/ et duo cādelabra in conspectu dñi terre astātes. Quorū vnū in euāgelio p semetipsam veritas pollicetur/ dicēs: Helias venturus est: et restituet oīa. Quasi ergo sub signaculo stelle clause sunt: q̄ et nūc occultātur ne appareant: et post vt prodesse valeāt/ apparebūt. Sed tamen plebs israelitica/ que vbertim in fine colligitur: in ipsis sancte ecclesie exordijs crudeliter obdurat. Nam predicatores veritatis renuit: verba adiutorij spreuit. Quod tamen mira auctoris dispensatione agitur: vt nimirū predicantiū gloria que recepta in vno populo latere poterat/ in cunctis gentibus repulsa dilatet. Unde et apte mox subditur.

Esa.x.

Rom.xj.

C

Apo.xj.

Matthei xvij.

¶ S. Qui celi extensi sunt/ quādo dilatatū est euangeliū/ et diffusa predicatio in orbem terrarum.

¶ S. Qui extendit celos solus. Quid nāq; celorū nomine nisi hec eadem celestis predicantium vita designatur? De quib⁹ p psalmistā dicit: Celi enarrāt gloriā dei. Ipsi igit celi: ipsi sol esse memorāt. Celi scilz/ q̄ intercedēdo ptegūt. Sol autē/ quia predicādo vim luminis ostēdūt.

Ps.xviij.

D

Cōmota igit terra celi extēsi sunt: quia cū iudea ad vim persecutionis infremuit: apostolor̄ vitam dñs in cunctarum gētium cognitionē dilatauit. Et dū illa per iudeā in mūdum captiua dispergitur: isti vbiq; per gratiam in honore tenduntur. Angusti quippe celi fuerāt/ cū vna plebs tot egregios predicatores tenebat. Quis enim gentilium Petrū nosceret: si in solius israelitici populi predicatiōe remansisset? Quis Pauli virtutes agnosceret/ nisi hūc iudea ad nostram notitiā persequendo transmisisset? Ecce iā q̄ plagis et cōtumelijs ab israelitica plebe repulsi sunt/ per mundi fines honorātur. Solus ergo dñs celos tetendit: qui secreti mira dispēsatione cōsilij/ p̄dicatores suos vnde permisit in vna gente opprimi: fecit in mundi cardines inde dilatari. Sed neq; ipsa hec p̄senti dedita mūdo gentilitas/ cū culpas ei⁹ apostolor̄ lingua corripuit: verba vite libenter accepit: sed protinus in elationē contradictionis intumuit: atq; ad crudelitatem se persecutionis excitauit. Sed que predicationis verbis contraire nititur: signorū citius admiratione tēperatur. Unde et apte quoq; in auctoris laudem subiungitur.

¶ S. Qui paupares Christi, huius mōdi potestates in miraculorum virtute calcauerunt. Capitulum.v.

Et graditur sup fluctus maris. Quid enī maris noīe/ nisi in honor̄ nece seuiēs mūdi huius amaritudo signat? De quo et psalmistā dī: Cōgregans quasi in vtrē aquas maris. Aquas etenī maris quasi ī vtre dñs pgregat: cū miro moderamine cūcta disponēs/ in suis clausas cordib⁹ carnalium minas frenat. Sup fluct⁹ ergo maris dñs graditur: q̄ cū se pcelle psecutionis erigūt: miraculorū ei⁹ obstupefactione frāgunt. Qui enī tumores humane vesanie mitigat: q̄si erectas in cumulo vndas calcat. Nam cū morem suū gentilitas destrui noue cōuersationis p̄dicatione cōspiceret: cū mūdi huius diuites elationi sue cōtraire viderent facta pauperum: cū sapientes seculi aduersari sibi imperitorū verba pensarēt: in psecutionis pcin⁹ tēpestatē tumuerūt. Sed qui verbor̄ aduersitate cōmoti/ ad psecutionis pcellas insiliūt: signorū (vt diximus) admiratione tēperaūt. Tot ergo in his fluctib⁹ dñs gressus posuit: quot supbis psecutoribus miracula ostēdit. Unde bene rursum per psalmistā dicit: Mirabiles elationes maris: mirabilis in excelsis dñs. q̄ contra electorū vitā ad psecutionis vndas mūdus se mirabiliter extulit: sed has superior cōditor/ sublenata virtute p̄dicātiū mirabilius strauit. ministros etenī suos plus ostendit posse per miracula/ q̄ potestates terrene tumuerāt per irā. Quod bene etiā p hieremiā dñs exteriora narrās/ interiora denūcians/ dicit. Posui arenam terminū mari: preceptum sempiternū: qd nō preteribit: et cōmouebūtur et nō poterūt: et intumescēt fluct⁹ eius et non transibunt illum. Arenā quippe dñs mari terminū posuit: quia ad frangendā mūdi gloriam/ abiectos et pauperes elegit. Cuius tumitrum maris fluctus intumescit: cum potestates seculi/ ad cōmotionem persecutionis exiliunt. Sed transire arenam nequeunt: quia despectorū miraculis et humilitate franguntur. Sed dum mare seuit: dum per insanie sue fluctus erigitur: quia tamē virtutis intime ostensione calcatur/ sancta ecclesia pficit: atq; ad statum sui ordinis per temporum incrementa consurgit. Unde et apte mox subditur.

Psalm. xxxij.

E

Ps.xcij.

Hiere.v.

F

¶ S. Qui fundata in fide Christi eccl̄ia/ in hyeme infidelitatis cōtra psecutor̄ procellas/ primo martyres/ deinde doctores effulserūt: qb⁹ post labor̄ pressuras in interioribus austri: id est secreto celestis patrie sinu preparata est ab eterno cū angelis sanctis hereditas. Capitulū.vj.

Qui facit arcturū et oriona et hyadas/ et interiora austri. Neq̄q̄ sermo veritatis vanas hesiodi/ arati et callimachi fabulas sequit: vt arcturū nominās/ extremā stellar̄ septē caudā vrce suspicet: et quasi orion gladiū teneat/ amator insan⁹. Hec q̄ppe astrorū noīa/ a cultoribus sapientie carnalis inuenta sunt: sed scriptura sacra idcirco eisdē vocabulis vtit/ vt res quas insinuare appetit/ notitia vsitate appellationis exprimātur. Nā si astra q̄ vellet/ p ignota nobis noīa diceret: homo p quo hec eadē scriptura sacra ē nesciret pcul dubio qd audiret. Sic igit ī sacro eloquio sapiētes dei sermonem trahunt a sapientib⁹ seculi: sicut in eo p vtilitate hominis/ vocē in se humane passionis ipse cōditor hominū sumit deus: vt videlicet dicat: Penitet me fecisse homi-

G nem sup terrā. cū ꝑfecto cōstet quia is qui cūcta priusq̄ veniant conspicit: nequaq̄ postq̄ aliquid fecerit/peniten do resipiscat. Quid ergo mirū si spūales viri vtūtur ver: bis carnaliū: quādo ipse ineffabilis et creator oīm spūs/ vt ad intellectū suum carnem pertrahat/in seipso carnis sermonē format? In scriptura igit̄ sacra dum nota astro: rum nomina audimus: de quib⁹ astris sermo mouetur/ agnoscimus. Cum vero que enarrentur astra perpendi: mus: restat vt ex eorum motibus ad spiritualis intelligē tie arcana surgamus. Neq; enim iuxta litterā mirum ali: quid dicit̄ q̄ de⁹ arcturū, oriones ꝛ hyadas fecit: dū q̄ ni mirū constat qr omnino in mūdo nihil sit/ qđ ipse non fe: cerit. Sed sanct⁹ vir hoc fecisse deum dicit: ꝑ que signari ꝓprie ea que spūaliter gerūtur intelligit. Quid nāq; ar cturi nomine/qui in celi axe cōstitutus/septē stellarū ra: dijs fulget/nisi ecclesia vniuersalis exprimit̄: que in Jo: annis apocalypsi per septē ecclesias septēq; cādelabra fi: guratur. Que dum dona i se septiformis gratie spiritus continet: claritatem summe virtutis irradians/quasi ab axe veritatis lucet. Capitulum. vij.

PEnsandū quoq; est q̄ arcturus semp versat̄/ꝛ nunq̄ mergit̄: qr et sancta ecclesia ꝑsecutiones iniquoꝝ sine cessatiōe tolerat: sed tamē vsq; ad mundi terminū sine defectu perdurat. Sepe nāq; eam re D probi quia vsq; ad internectionē persecuti sunt: quasi hāc se funditus extinxisse crediderūt: sed eo multiplici⁹ ad sta tum sui ꝓfect⁹ rediit/quo inter man⁹ persequentiū mo riendo laborauit. Arcturus ergo dum versatur erigit̄: qr tunc sancta ecclesia valētius in veritate reficitur/cum ar dentius pro veritate fatigatur. Unde apte quoq; post arcturū protin⁹ oriones subdit. Oriones quippe in ipso pondere tēporis hyemalis oriuntur: suo quoq; ortu tēpe states excitantes ꝛ maria terrasq; perturbāt. Quid igitur post arcturū ꝑ oriones nisi martyres designant̄? Qui dū sanctā eccl'iam ad statū ꝑdicatiōis erigūt: pōdus ꝑsequē tiū molestiasq; passuri/ad celi faciē quasi in hyeme vene: rūt. His etenī natis/mare terraq; turbata est: quia dum gētilitas mores suos destrui/apparēte illorum fortitudi ne doluit: in eorū necē nō solū iracūdos ac turbidos/sed etiam placidos erexit. Ex orionibus itaq; hyems inhor ruit: qr clarescēte sanctoꝝ ꝯstātia/frigida mēs infideliū/ ad tēpestatē se persecutionis excitauit. Oriones ergo ce lum edidit: cū sancta ecclesia martyres misit. Qui dū loq̄ recta rudib⁹ ausi sunt: omne pōdus ex frigoris aduersita te ꝑtulerūt. Bene autē prim⁹ hyadas subdit: q̄ vrescēte ꝛ vernoq ad celi faciē ꝑdeunt: ꝛ cū iam sol caloris sui vires exerit/ostēdunt. Illius q̄ppe signi initijs inherent/qđ sa pientes seculi taurū vocāt: ex quo augeri sol incipit/atq; ad extēdēda diei spatia feruētior exurgit. Qui itaq; post oriones hyadū noīe/nisi doctores sancte ecclesie designā tur? Qui subductis martyrib⁹/eo iam tēpore ad mūdi no titiā venerūt: quo fides clarius elucet: ꝛ repressa infideli tatis hyeme/alti⁹ ꝑ corda fideliū sol veritatis calet. Qui remota tēpestate persecutionis/expletis lōgis noctibus infidelitatis/tunc sancte ecclesie orti sunt: cū ei iam ꝑ fe cunditatis vernū lucidior annus aperitur. Capitulū. viij.

NEc immerito doctores sancti hyadū nūcupa tione signātur. Greco quippe eloquio hyetos pluuia vocatur: ꝛ hyades nomen a pluuijs ac ceperunt: quia orte procul dubio imbres ferunt. Bene er: go hyadum appellatiōe expressi sunt/qui ad statum vni: uersalis ecclesie/quasi in celi faciem deducti/super aren: tem terrā humani pectoris/sancte predicationis imbres fuderunt. Si enim predicationis sermo pluuia nō esset/ Moyses minime dixisset: Expectet̄ sicut pluuia eloquiū meum. et nequaq̄ per Esaiam veritas diceret: Manda: bo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. atq; hoc quod paulo ante protulimus: Quāobrem ꝓhibite sunt stelle pluuiarum. Dum ergo hyades cū pluuijs veniūt/ ad celi spatia altiora sol ducitur: quia apparente docto: rum scientia/dum mens nostra imbre predicationis in: funditur/fidei calor augetur. Et perfusa terra ad fructū proficit/cum lumē etheris ignescit: quia vberius frugem boni operis reddimus/dum per sacre eruditionis flam: mā in corde clarius ardemus. Dūq; per eos diebus sin: gulis magis magisq; scientia celestis ostēditur: quasi in: terni nobis luminis vernum tempus aperitur: vt nouus sol nostris mentib⁹ rutilet: et eorum verbis nobis cogni:

Deutero. xxxij.

tio/seipso quotidie clarior micet. Urgente etenim mun: di fine/superna scientia proficit: ꝛ largius cum tēpore ex: crescit. Hinc nāq; per Danielem dicitur: Pertransibunt plurimi: et multiplex erit scientia. Hinc Joanni in priori parte reuelationis angelus dicit: Signa que locuta sunt septem tonitrua. Cui tamen in eiusdem reuelationis ter: mino precepit/dicens. Ne signaueris verba prophetie li bri huius. Pars quippe reuelatiōis anterior signari pre cipitur: terminus prohibetur: quia quicqđ in sancte eccle: sie initijs latuit/finis quotidie ostendit. Nonnulli vero a greca littera que y dicitur/hyadas nuncupatas arbitran tur. Quod si ita est: significationi quā diximus/cōtrarium non est. Doctores enim his stellis non incōuenienter ex: pressi sunt/que a litteris nomen trahunt. Sed quis hya: des ab eiusdem littere visione non discrepent: certum ta: men est qr hyetos imber dicitur: eo q̄ exorte pluuias ap: portāt. Uir igitur sanctus redemptionis nostre ordinem contēplatus admiretur/atq; admirans exclamet dicēs: Qui extendit celos solus: et gradit̄ super fluctus maris. qui facit arcturū ꝛ oriones ꝛ hyadas. Extēsis etenim ce lis/dñs formauit arcturū: qr in honorē deductis apostolis/in celesti conuersatione fundauit ecclesiam. Formato quoq; arcturo/fecit oriones: qr roborata fide vniuersalis ecclesie/cōtra procellas mundi edidit martyres. Editis quoq; orionibus ꝓtulit hyadas: qr cōualescentib⁹ cōtra aduersa martyrib⁹/ad infundendam ariditatē humano: rum cordium/doctrinam contulit magistrorū. Isti itaq; sunt astrorū spiritualiū ordines: qui dum summis virtu tibus eminent/semp ex supernis lucent. Sed post ista qđ restat/nisi vt sancta ecclesia laboris sui fructū recipiens/ ad vidēda superne patrie interna ꝑueniat? Unde et apte quis dixit: Qui facit arcturum ꝛ oriones ꝛ hyadas: pro: tinus addidit: ꝛ interiora austri. Capitulum. ix.

QUid nāq; hoc i loco austri nomine/nisi feruor sancti spiritus designatur? Quo dum replet⁹ quisq; fuerit/ad amorē patrie spiritualis igne: scit. Unde et sponsi voce in canticorum canticis dicitur: Surge aquilo/ꝛ veni auster: perfla hortum meū: ꝛ fluent aromata illius. Austro quippe veniente/aquilo surgens recedit: cum aduentu sancti spiritus expulsus antiquus hostis/qui in torpore mentem cōstrinxerat/deserit. Atq; hortū sponsi auster perflat vt aromata defluant: quia ni: mirum dum sanctā ecclesiā donorum suorum virtutibus spiritus veritatis impleuerit: ab ea longe lateq; odores boni operis spargit. Interiora ergo austri sunt occulti il li angelorum ordines/ꝛ secretissimi patrie celestis sinus: quos implet calor spiritussancti. Illuc quippe sanctorū anime/ꝛ nunc corporib⁹ exute/ꝛ postea corporib⁹ restitu: te ꝑueniūt: ꝛ quasi in austri abditis occultant̄. Ibi ꝑ diē quasi in meridiano tēpore/ardētius solis ignis accendi tur: quia cōditoris claritas mortalitatis nostre iā pressa caligine/manifesti⁹ videtur: ꝛ velut sphere radius ad spa tia altiora se eleuat: qr de semetipsa nos veritas subtili⁹ illustrat. Ibi lumē intime cōtēplationis sine interueniente cernitur vmbra mutabilitatis: ibi calor summi luminis sine villa obscuritate corporis: ibi inuisibiles angelorum chori quasi astra in abditis emicant: qui comune ab homi nib⁹ videri nequeūt/ quo flāma veri luminis altius per: funduntur. Ualde itaq; mirum est q̄ missis apostolis dñs celos tetendit: q̄ tēperatis persecutionū tumoribus ma: ris fluctus gradiēs repressit: q̄ solidata ecclesia arcturū statuit: q̄ roboratis contra aduersa martyribus oriones misit: q̄ repletis in trāquillitate doctoribus hyadas pre: buit: sed post hec valde est admirabile q̄ sinum nobis ce: lestis patrie quasi interiora austri preparauit. Pulchrū est hoc omne/ qđ quasi in celi facie de diuina dispensatio: ne cernitur: sed longe illud ꝛ incōparabiliter pulchri⁹ ad quod inuisibiliter peruenitur. Unde bene iterum sponsus in sponse laudib⁹ dicit: Ecce pulchra es amica mea: ecce pul: chra es. oculi tui colūbarum: absq; eo quod intrinsecus latet. Pulchram narrat/et pulchram replicat: quia alia est ei pulchritudo morum in qua nunc cernitur: et q̄ alia pulchritudo premiorum/in qua tunc per conditoris sui speciem subleuabitur. Cuius membra/ videlicet omnes electi/quia ad cuncta simpliciter incedunt: eius oculi co lumbarum vocantur/qui magna luce irradiant: quia et signorum miraculis choruscant. Sed quantum est om: ne hoc miraculū qđ videri nunc potest: illud de internis

B miraculū est mirabili⁹/qđ hic videri non potest. De quo illic apte subditur. Absq3 eo qđ intrinsecus latet. Magna quippe est gloria aperti operis: sed longe incōparabilis occulte remunerationis. Qđ ergo per beatū Job abstrusū nomine: hoc Salomonis vocibus oculoꝝ appellatione significatur: qđ per Salomonē dicitur: Absq3 eo qđ intrinsecus latet: hoc nobis beatus Job innuit/cum austri interiora commendat. Sed ecce vir sancti⁹ exteriora nominās/interiora cōsiderans/aperta narrās/occulta penetrans/omne qđ interius exteriusq3 agit/dicere conat. Sed opera summe magnitudinis quādo explicet lingua carnis? Unde ⁊ aptemoꝝ hec eadem opera melius definiendo † compꝛehendit dicens. Capitulum.x.

† al. describendo.

Qui facit magna et inscrutabilia ⁊ mirabilia/quoꝝ nō est numerus. Divine fortitudinis facta tūc veri⁹ explemus/cū hec nos explere nō posse cognoscim⁹: tunc facūdius loquimur/cū ab his obstupescēdo reticem⁹. Ad narrāda quippe dei opera hꝫ defectus noster qđ sufficienter exerat linguā suā: vt qđ cōpꝛehendere idonee nō valet/hec idonee mut⁹ laudet. Unde bene p psalmistā dicit: Laudate eū in potētatib⁹ ei⁹: laudate eū sm multitudinē magnitudinis ei⁹. Ille quippe dñm sm multitudinē magnitudinis eius laudat: qui se succūbere in eius laudis expletiōe cōsiderat. Dicat ergo: Qui facit magna ⁊ inscrutabilia ⁊ mirabilia/quoꝝ non est numerus. videlicet magna virtute/inscrutabilia ratiōe/innumerabilia multiplicitate. Divina ergo opera qđ explere dicēdo nō potuit/faciēdi⁹ deficiēdo definiuit. Sed i cōsideratiōe rerū cur lōge extra nos ducimur/qđ hoc ipm qđ q3 qđ erga nos agit/ignoramus? Unde ⁊ apte subiūgitur.

Psal. cl.

D

S. De exigētibus pctis ita cecū est gen⁹ humanū: vt sepe qđ donū est gr̄e/irā putet: ⁊ qđ ira est/grām estimet.

Si venerit ad me nō videbo eū: et si abierit/nō intelligā eū.] Seclusum quippe ab internis gaudijs gen⁹ humanū/exigēte culpa mentis oculos pdidit: ⁊ quo meritoꝝ suoꝝ passib⁹ gradit/nescit. Sepe enī gr̄e est donū/qđ irā deputat: ⁊ sepe divine districtionis ira est/qđ gratiā putat. Nā plerūq3 grām estimat dona virtutū: ⁊ tñ de eisdē donis elat⁹ corruit. Plerūq3 velut irā metuit aduersa tēptationis: ⁊ tamē eisdē temptationib⁹ pressus/ad virtutū custodiā cautior exurgit. Quis enī deo se ppinquare nō estimet/cū supnis excrescere se munerib⁹ agnoscit: cū vel ꝓphetie donū: vel doctrine magisteriū pcepit: vel ad exercēdā curationū gratiā cōualescit? Et tamē sepe mēs cū de virtutis sue securitate resoluit/insidiante aduersario iniquitate culpe/ñcīo ꝓsternatur. Et inde a deo internū lōge fit/vnde ei ad tēpus sine cautele custodia ꝓpinquauit.

Sepe grā putat ira. Sepe ira putat grā.

Capitulum.xj.

Et qđ se derelictū a divina iā grā non deputet: cū post experimentū mūdicie/lacessiri se carnis temptationib⁹ videt/inhonesta ad animū cōgeri/et ante cogitationis oculos/nōnulla improba ⁊ immunda versari? Et tamē cū fatigēt ista nec superāt: nequaq̄ per pollutionē trucidāt/sed ꝑ humilitatē seruāt: vt infirmū se anim⁹ in temptatione depꝛehēdēs/totū se ad divinitatis adiutoriū cōferat: ⁊ sui fiduciā funditus amittat. Sicq3 fit vt inde alti⁹ deo inhereat/vnde se a deo ꝓfundi⁹ occidisse suspirabat. Accessus igit recessusq3 dei a mente nostra minime cognoscit/quousq3 rerū alternantiū finis ignorat: q2 et de temptatione incertū est vtrū ꝓbet an trucidet: et de donis nequaq̄ depꝛehēdit/vtrū hic desertos remuneret/an in via nutriat/vt ad patriā perducat. Homo ergo ab internis gaudijs semel expulsus/clausas cōtra se ianuas lucis eterne spūalis aspiciens: a seq3 ad semetipsum foras pꝛoiectus in carne gemat: ⁊ cecitatis sue dāna cōsiderans dicat: Si venerit ad me nō videbo eū: et si abierit/nō intelligam. Ac si aperte deploret dicēs: Postq̄ semel spōte oculos perdidi: qñ quelite noctis cecitatē patior: nec ortū iam nec occasum solis agnosco. Et tamen homo qui infirmitatis pena premit: ⁊ cecitatis sue caligine grauatur ad superne lucis iudiciū properat: vt suoꝝ actuū rationem reddat. Unde mox subditur.

C

De temptatione incertū est vtrū ꝓbet vel trucidet.

S. Qz magna superbia sit/in iudicijs divinis rationem querere.

Si repēte interroget: quis respōdebit ei?] Repēte de⁹ interrogat: cū nos ad districtionē sui examinis inopinatos vocat. Sed interrogationi illi⁹ homo respōdere non sufficit: q2 si remota tunc pietate discutit/in illo examine etiā iustoꝝ vita succūbit. Vel certe interrogat/cū durgis nos ꝑcussionib⁹ pulsat: vt cū mēs nr̄a magna de se i trāquillitate estimat: semetipsam veraciter qualis sit/in perturbatione depꝛehēdat. Et plerūq3 qm ꝑcutit gemit/sed respōdere nō sufficit: q2 ⁊ ipsa ei ꝑcussionis sue aduersitas displicet: sed tamē semetipm homo considerās tacet: ⁊ divinis iudicia discutere metuit: qđ esse se puluerē agnoscit. Unde ⁊ per Paulū dicit. O homo tu qs es q respōdeas deo? Respōdere deo nō posse cōuincit/qui homo nolat: q2 ꝑ hoc q3 de humo sumpt⁹ est: iudicia supna discutere dign⁹ nō est. Unde hic quoq3 apte subiungit. Vel qs ei dicere potest: cur ita facis?] Auctoris facta semp indiscussa veneranda sūt: q2 iniusta nequaq̄ esse possunt. Rationē quippe de occulto ei⁹ iudicio † q̄rere/nihil est aliud q̄ cōtra ei⁹ cōsiliū superbire. Cū ergo factoꝝ causa nō depꝛehendit/restat vt sub factis illius cū humilitate taceat: q2 nequaq̄ sufficit sensus carnis/vt secreta penetret maiestatis. Qui ergo in factis dei rationē nō videt: infirmitate suā cōsiderās/cur nō videat/rationē videt. Unde ⁊ ꝑ paulū quoq3 subsequēter adiungit: Nunqđ dicet figmētū ei q se finxit: quare me fecisti sic? Quo enī se cernit figmētū divini operis: eo semetipm redarguit/ne contra manū resultet operātis: q2 qui benigne qđ nō erat fecit: qđ est/iniuste nō deserit. Ad semetipsam ergo in ꝑcussione mēs redeat: ⁊ qđ appꝛehēdere nō valet/non requirat: ne si divine ire causa discutitur/amplius discussa ꝓuocetur: ⁊ quā placare humilitas poterat: inextinguibiliter superbia accēdat. Unde apte quoq3 de hac eadem ira protinus subditur.

D

Rom. ix.

† al. ꝑscrutari.

Ibidem.

S. Quomodo verū sit q nullus ire dei resistat: cū patens sit q Moyses ⁊ multi alij restiterint.

E

De⁹ cui⁹ resistere ire nemo pōt: et sub quo curuant qui portant orbē.] Mirū valde est q ire dei nullū posse resistere dicit: cū multos indignationi supne aduersionis obuiasse/eloquia divina testent. An nō ire dei moyses restitit: qui ꝓ cadēte populo erect⁹/ipm supne ꝑcussionis impetū/mortis sue oblatione restrinxit/dicēs: Dimitte illis hanc noxā: alioquin dele me de libro tuo quē scripsisti? An nō ire dei aaron restitit: cū inter viuētes ac mortuos thuribulū sumpsit: atq3 ab aduersionis ignē incensi fumo tēperauit? An nō phinees ire dei restitit: qui luxuriantes cū alienigenis/in ipso coitu trucidās: zelū suū divine indignationi obtulit: et furorē gladio placauit? An non ire dei dauid restitit: q angelo ferienti se offerēs/placationis gratiā ⁊ ante tēpus propositū exegit? An non Helias ire dei restitit: q longo iā tēpore terra arēte/subductas de celo pluuias verbo reuocauit? Quomodo ḡ divine ire nullū posse resistere dicit: cū multos sepe restitisse exēplis euidentib⁹ demōstrat? Sed si subtiliter ⁊ hec beati Job eloquia/⁊ illoꝝ scōꝝ pēsām⁹: ⁊ verū cognoscim⁹ q2 divine ire nō resistit: ⁊ verū q2 multi sepe restiterūt. Capitulum.xij.

Exodi xxxij.

Nu. xvj.

Nu. xxv.

Omnes etenī sancti q ire dei obuiāt: ab ipso accipiūt/vt cōtra impetū ꝑcussionis ei⁹ opponātur: atq3 (vt ita dixerim) cū ipso se erigūt cōtra ipm: eos ꝑ divina vis sibi opponit sctōs/q in eo qđ aduersū se uiētis irā forte obtinēt/int⁹ eos gratia irascētis fouet: et famulātes iterius leuat/quos quasi aduersāntes exteri⁹ tolerat. Portat ergo cōtradictionē deprecātiū quā aspirat: et velut nolēs opponitur/qđ ab ipso vt fiat imperat. Moysi enī dicit: Dimitte me vt irascat furor meus cōtra eos: ⁊ deleam eos: faciāq3 te in gentē magnā. Quid est servo dicere/dimitte me/nisi deprecādi ausum prebere? Ac si aperte ei diceret: Pensa quantū apud me valeas: et cognosce q2 obtinere poteris quicqđ ꝓ populo exoras. Qđ q2 hac mēte agitur: statim venia subiūcta testatur. Cum vero superna indignatio sese (vt ita dixerim) medullit⁹ mouet: hanc oppositio humana nō retinet: nec se vtiliter cuiuslibet deprecatio obiicit/cum semel deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Hinc est enim q Moyses qui reatū totius plebis apud deum suis precibus tersit/dūq3 se obicem obtulit/divine iracundie vim placauit: ad petram oreb veniens/et pro aque exhibitione diffidens/repromissionis terrā ingredi/domino irascēte non potuit. Et sepe hac de re affligitur: sepe desiderio se excitāte turbatur: et dispositē vitionis tracidiam repellere a semetipso nō valuit: qui hanc volēte domino et a populo amouit. Hinc Dauid: qui a prostrata plebe postmodum angeli gladium prece compescuit: piius plorans ⁊ eiulans/nudis pedibus filium fugit: ⁊ quousq3 perpetrati facinoris

F

Quo sācti ire dei q̄si ꝗ resistāt.

Quo q̄sq3 ire dei nemo potest resistere.

ij. Regū xxiij.

G

iij. Regum xviij.

vltionem ad plenum reciperet: iram dei pro semetipso temperare nequaquam valuit. Hinc Helias vt sicut homo parum aliquid quasi de diuina animaduersione sentiret: qui verbo celos aperuit, ante indignationem mulieris territus per desertum fugit: et pro semetipso infirmatur in formidine: qui furorem dei placat aliis per interuentionem. Ire dei igitur resisti valet, quando ipse qui irascitur opitulatur: et resisti omnino non valet, qui se ad vlciscendum excitat: et ipse precem que ei funditur non aspirat. Hinc ad Hieremiam dicitur: Tu ergo noli orare pro populo hoc: et ne assumas pro eis laudem et orationem: quia non exaudiam te in tempore clamoris eorum ad me. Et rursum: Si steterit Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Qua in re quid videlicet ponitur? reticetis tot antiquioribus patribus, ad effundendam precem Moyses et Samuel tantummodo prelatiuis eleguntur nominatur? Quod tamen facile agnoscimus, si eius qui diligere et inimicos precipit charitatis merita pensamus. Capitulum xiij.

Hiere. vij.

Hiere. xv. Questio quare Moyses et Samuel. Responsio.

Luce vj.

Ad aures diuinitatis namque auribus maxime illa oratio commendatur: que pro inimicis quoque intercedere nititur. Unde et per semetipsam veritas dicit: Orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Et rursum: Cum statis ad orandum: dimittite si quid habetis aduersus alterum. Cum vero patrum priorum facta sacro eloquio describente reuoluimus: Moysen et Samuelem orasse pro aduersantibus inuenimus. Unus quippe eorum seuientis populi persecutiones fugiret, tamen pro vita sui persecutoris interuenit. Alter ex principatu populi deiectus, ipsis suis aduersariis dicit: Absit a me hoc peccatum in dominum quo minus cessem orare pro vobis. Quid est ergo in difficultate depcendi, Moysen et Samuelem deducere nisi aperte indicare: quia eius ire neque illi sustaret obsisterent: qui idcirco pro amicis interuenire cito possent: quia apud hunc intercedere et pro inimicis solerent. Hinc ad eandem iudeam dicitur: Plaga inimici percussi te castigatione crudeli. Et rursum: Quid clamas ad me super contritionem tua? Insanabilis est dolor tuus. Utrique igitur sanctus aspiciat: quia nullius interuentu diuina ira restringitur: cum implacabiliter excitatur: dicat. Deus cuius resistere ire nemo potest. Quod bene et ad specialem intellectum ducimus: si etiam de plebis israelitice damna pensamus: quam redemptor per dispensationis sue mysterium ostensus, superbientem deseruit: atque ad cognitionis sue gratiam gentes vocauit. Unde et aptemox subditur.

H

Hier. xxx.

Nullius interuentu ira diuina restringitur cum implacabiliter excitatur.

¶ S. Ex pondere diuino omnes curuantur: et nec ipsi perfecti viri qui mundum regunt: nec ipsi angeli diuinitatis eius immensitatem comprehendant.

¶ Sub quo curuantur qui portant orbem. Ipsi etenim orbem portant: qui curam presentis seculi tolerant. Tantorum quippe pondera vnusquisque sustinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur. Unde et terre princeps non incongrue greco eloquio basileus dicitur. Laos enim populus interpretatur. Basileus igitur basis laou vocatur: quod latina videlicet lingua basis populi dicitur: quia videlicet ipse super se populum sustinet: qui motus illius, potestatis pondere fixus regit. Quo enim subiectorum suorum onera tolerat: eo quasi suppositam columnam basis portat. Beatus igitur Iob virtute prophetici spiritus plenus, aspiciat quod iudea deseritur: atque ad diuinitatis cultum gentium principes inclinantur, et dicat: Deus cuius resistere ire nemo potest: sub quo curuantur qui portant orbem. Ac si aperte fateatur dicens: Et subiectos quondam districte deseris: et erectas potestates gentium misericorditer flectis. Capitulum xiiij.

I

Quamuis pro hoc quod dicitur: Sub quo curuantur qui portant orbem: possint et angelice virtutes intelligi. Ipsi etenim orbem portant, qui regendi mundi curas administrant: Paulo attestante, qui ait. Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Ait ergo. Deus cuius resistere ire nemo potest: sub quo curuantur qui portant orbem. Ac si humilitatem omnis creature conspiciat, et tremefactus dicat: Quis infirmorum hominum tuis nutibus obuiet: cui se fortitudini et virtutes angelice inclinant? Uel certe quoniam cum curuamur, superiora non cernimus: erecti essent illi subtilissimi spiritus, si plene potentiam eius maiestatis attingerent. Sed qui orbem portant, sub deo curuati sunt: quia diuinitatis eius celsitudinem quamuis subleuati videant, nec virtutes tamen angelice comprehendunt. Quam videlicet vir iustus ex infirmitate non penetrans: sed hanc vtcumque et subiectis summorum spirituum ministeriis pensans: ad considera-

Hebre. j.

tionem se propriam sollicita humilitate recolligit: sibique coram se pre potestate superne magnitudinis vilescit, dicens. Quantus ergo ego sum vt respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? Ac si aperte dicat: Si creatura illa hunc considerare non sufficit: que carne non premitur: qua mente deceius ego iudicia disputo: qui pondere corruptionis angustor? Sicut autem sepe ad nos verba dei sunt iudicia illius: quod nostrorum actuum sententiam loquuntur: ita verba nostra ad deum, sunt opera que exhibemus. Sed cum deo loqui verbis suis homo non valet: qui apud subtile eius iudicium, nullam de suis actibus fiduciam tenet. Unde et apte subditur.

K

¶ S. Spes et iustitia non in nobis, sed in domino gloriandum est.

¶ Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo: sed meum iudicem deprecabor. Ut enim sepe diximus: omnis humana iustitia iniustitia esse conuincitur: si districte iudicetur. Prece ergo post iustitiam indiget: vt que succumbere discussa poterat, ex sola iudicis pietate conualescat. Que cum plene a perfectioribus habetur: haberi de illa quippiam dicitur: quia mens humana et comprehensa vix perspicit: et valde extrema sunt que comprehendit. Dicat ergo: Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo: sed meum iudicem deprecabor. Uelut si apertius fateatur dicens: Etsi ad opus virtutis excreuero: ad vitam non ex meritis, sed ex venia conualesco. Preci itaque innitendum est cum recta agimus: vt omne quod iuste viuimus, ex humilitate condiamus. Capitulum xv.

Sed plerumque ipse nostra deprecatio tam multis cogitationibus tunditur: vt pene a conspectu iudicis repulsa videatur: et sepe hanc creator misericorditer percipit: sed qui libratam se vt vult exerere non valet, super se iudicium reprobationis pauet. Unde et subditur: Et cum inuocantem me exaudierit: non credo quod audierit vocem meam. Plerumque etenim mens diuini amoris igne accenditur: atque ad intuenda celestia et arcana subleuatur. Ad summa iam rapitur et perfecto desiderio compuncta, ab infimis alienatur: sed repentina tentatione percussa, que intentione forti erecta in deum fuerat, obortis cogitationibus transfixa curuatur: ita vt seipsam discernere nequeat: atque inter vitia virtutesque deprehendat, que preualet valentior, non agnoscat. Nam sepe ad hoc vsque perducitur, vt miretur quomodo tam summa comprehenderet: quam cogitatio illicita polluit. Et rursum: quomodo illicitas cogitationes recipiat, quam super se valide feruor spiritus rapit. Quos alternantes cogitationum motus in se bene psalmista intuens ait: Ascendunt vsque ad celos: et descendunt vsque ad abyssos. Usque ad celos quippe ascendimus, cum summa penetramus: sed ad abyssos vsque descendimus, cum repente a contemplationis culmine per turpia tentamenta deiicimur. Motus itaque animi dum inter vota et vitia alternantur: nimirum sibi certitudinem exauditionis obnubilant. Recte ergo dicitur: Et cum inuocantem me exaudierit: non credo quod audierit vocem meam. quia mens ex ipsa sua mutabilitate fit trepida: et per hoc quod nolens patitur, repulsam se abiectamque suspicatur. Libet intueri vir sanctus quanta se subtilitate diiudicat: ne quid in illo diuina iudicia reprehendant. Infirmitatem namque suam intuens ait.

L

Tentationibus.

Psal. cvi.

M

¶ S. Sancti etiam sine causa flagellantur: non vt puniantur sed vt probentur.

¶ Quantus ego sum qui respondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? De iustitie sue meritis non confidens: sed ad solam se spem postulationis conferens subdit. Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo: sed meum iudicem deprecabor. Sed de ipsa quoque postulatione pauidus adiungit: Et cum inuocantem me exaudierit: non credo quod audierit vocem meam. Cur tanta circumspectione trepidat: cur tanta sollicitudine formidat: nisi quia terrore iudicis in extrema districtione considerat: vim discussionis illius non ferens: omne quod gerit, esse sibi insufficiens pensat. Unde et protinus subdit. In turbine enim conteret me. Capitulum xvj.

Peccator dudum in turbine atteritur, qui erectus in tranquillitate videbatur: quia quem dei superna longanimitas tolerat, extrema iudicij seueritas necat. Quod recte turbo dicitur: quia elementorum commotione reuelatur psalmista attestante, qui ait. Deus manifeste veniet: deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit: et in circuitu eius tempestas valida. Unde et propheta quoque alius dicit: Dominus in tempestate et turbine vie eius. In quo nimirum turbine iam iustus nequaquam conteritur: quia semper hic sollicite metuit ne conteratur. Perpendit namque adhuc in periculis vite

Psal. xlix.

Naum j.

A itinere cõstitutus/humanis actibus exactor operũ q̃ di strictus appareat: qui quosdam tunc reatu culpe originalis astrictos etiã sine operibus dãnat. Unde recte vir sanctus ex humani generis voce ꝓtin⁹ adiungit. [Et multiplicabit vulnera mea etiã sine causa.] Nonnulli etenĩ pri⁹ a presenti luce subtrahunt/q̃ ad ꝓferenda bona malave merita actiue vite perueniãt. Quos q2 a culpa originis/sacramenta salutis non liberant: et hic ex proprio nil egerunt: ⁊ illuc ad tormẽta perueniũt. Quibus vnum vuln⁹ est/corruptibiliter nasci: aliud/carnaliter emori. Sed q2 post mortẽ quoq3 eterna mors sequit: occulto eis iustoq3 iudicio etiã sine causa vulnera multiplicãtur. Perpetua quippe tormẽta percipiunt: qui nihil ex propria voluntate peccauerũt. Hinc nãq3 scriptum est. Non est mundus in cõspectu eius: nec vnius diei infans sup terram. Hinc per semetipsam veritas dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto: nõ potest introire in regnũ dei. Hic Paulus ait: Eramus natura filij ire/sicut et ceteri. Qui itaq3 nullum propꝛium adiungẽs/ex solo originis reatu perimitur: quid iste in illo extremo examine (quãtum ad humani sensus estimationẽ) nisi sine causa vulneratur? Sed tamen sub diuina districtione iustum est vt ꝓpago mortalis velut infructuosa arbor/⁊ in ramis seruet amaritudinem quã traxit ex radice. Ait ergo: In turbine enĩ conteret me: ⁊ multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Ac si aperte humani generis damna considerãs dicat:

[Margin: Sine causa vulnera multiplicantur. Joan. iij. Ephe. ij.]

B Districtus iudex quia eos anima ducẽdone trucidat/quos culpe propꝛie actionis damnat: si et illos in eternum punit: quos reatus arbitrij nõ addicit? Que nimirum dicta nec a beato Job discrepare specialiter cognoscim⁹/si hec q̃ vere prolata sunt indagam⁹. Semetipsum nãq3 subtiliter pensans: atq3 in omni actione diiudicans: superne districtionis vim quãta sollicitudine pertimescat/insinuat dicens: In turbine enĩ conteret me. Ac si apte dicat: Idcirco hunc semp ⁊ in tranquillitate timeo: q2 per flagella qualis in turbine veniat/nõ ignoro. Que flagella. s. et metuens preuidit: et preuidẽs pertulit. Unde subiũgit: Et multiplicabit vulnera mea etiã sine causa. Ut enĩ sepe iã diximus: nequaq̃ beat⁹ Job percussus est: vt in eo percussio vitiũ tergeret: sed vt meritũ augeret. Uulneratũ se itaq3 sine causa asserẽs: hoc de se foris loquitur: qđ de illo veritas in occulto testat/dicẽs. Cõmouisti me aduersus eũ/vt affligerẽ eũ frustra. Uir ergo sanctus sup hec nõ dicit/qđ veraciter dicit: nec ꝑ hec verba a rectitudine discrepat/per que a iudice nõ discordat: qui eorũdem protinus vulnerum continuationem exprimit cum subiungit. [Non concedit quiescere spiritum meum: et implet me amaritudinibus.]

Capitulum.xvij.

C Sepe iustis exercitiũ virtutis est/sola exterius aduersa tolerare. Sz vt eorũ vires certamẽ plene probationis erudiat/hos nonnunq̃ et foris tormenta lacerant/et intus tentamenta castigant. Unde vir sanct⁹ impletũ se amaritudinibus asserit: quia cũ flagella exterius tolerat/illud est grauius qđ de tentatiõe aduersarij in intimis portat. Sed inter hec mitigat vim doloris/considerata equitas et potentia ferientis. Unde subiũgit. [Si fortitudo querit/robustissimus est: si equitas iudicij/nemo pro me audet testimoniũ dicere.] Ille quippe vite causas examinat/qui hos ꝑ alienũ testimoniũ non explorat: quia qui districtus omnũ ostẽditur illator pene/ipse diu tacit⁹ extitit testis culpe. Hinc enĩ ꝑ ꝓphetam dicit. Ego sum iudex et testis. Hinc rursum ait: Tacui semper silui: patiens fui: sicut parturiens loquar. Parturiẽs nãq3 cũ dolore eijcit/qđ diu in abditis cum pondere portauit. Post longũ ergo silentiũ sicut parturiẽs dñs loquit: q2 qđ a ꝓ se nũc tacit⁹ tolerat/in vltiõe quãdoq3 iudicij quasi cũ dolore manifestat. Sed requirendus nobis est iste vir iust⁹: si pro eo testimoniũ dicere quisq̃ presumeret/nũquid hunc a reatu liberaret? Et si huic ali⁹ testimoniũ non impẽdit/nũquid ad proferendũ ꝓ se testimoniũ saltẽ ipse conualescit? Sequit. [Si iustificare me voluero/os meũ condẽnabit me: si innocẽtẽ ostẽdero/prauũ me comprobabit.] Ac si aperte dicat: Quid de alijs loquar/qui ipse ꝓ me testimonium ferre non valeo? Sed quia innocentiã tue testificari nõ sufficio/nũqđ hoc ipsum quia innocentiam habeas scis? Subdit.

[Margin: Esie. xxix. Esa. xlij.]

¶ S. Quãta sit homini in sui cogitatione difficultas: et q̄ recta que agimus/sciendo nescire debeamus.

D ¶ Etiam si simplex fuero/hoc ipsum ignorabit anima mea.] Plerũq3 si scimus bona que agim⁹/ad elationem ducimur: si nescimus/minime seruam⁹. Quis enĩ aut de virtute sue cõscientie non quantulũcũq3 superbiat? Aut quis rursum bonum in se custodiat qđ ignorat? Sed cõtra vtraq3 quid superest/nisi vt recta que agim⁹/sciendo nesciamus: vt hec ⁊ recta estimem⁹/⁊ minime: quatenus ⁊ ad custodiã sensificet animũ scientia rectitudinis/et in tumorẽ non eleuet estimatio minorationis. Capi. xviij.

Sed sunt nõnulla que sciri a nobis facile nequeunt/etiã cũ geruntur. Nam sepe recto studio cõtra delinquentiũ culpas accẽdimur: ⁊ cũ vltra equitatis metas ꝑ irã rapimur/hoc zelũ iustẽ districtionis estimamus. Sepe officiũ ꝓdicationis assumimus/vt per hoc fraterne vtilitati seruiamus: sed nisi placeamus cui loquimur: nequaq̃ libẽter accipit qđ ꝓdicam⁹. Cũq3 placere mens vtiliter studet/ad amorẽ laudis ꝓprie turpiter defluit: ⁊ q̄ a captiuitate vitiorũ alios curabat eruere/ipsa suis fauorib⁹ incipit captiua seruire. Quasi latrũculus quippe est appetit⁹ laudis humane: qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur: vt ex occultis educto gladio gradientiũ vita trucidet. Cũq3 ꝓposite vtilitatis intentio ad studia ꝓuata deducitur: horrẽdo modo vnũ idẽq3 opus culpa peragit: qđ virt⁹ inchoauit. Sepe et ab ipsis exordijs aliud cogitatio expetit: aliud actio ostẽdit.

Capitulum.xix.

E Sepe se fidelẽ sibi nec ipsa cogitatio exhibet: q2 aliud ante oculos mẽtis versat: ⁊ lõge ad aliud ex intẽtione festinat. Nã plerũq3 nõnulli terrena premia appetũt/⁊ iustitiã defendũt: seq3 innocẽtes estimãt/⁊ esse defensores rectitudinis exultãt. Quib⁹ si spes nũmi subtrahit/a defensiõe ꝓtin⁹ iustitie cessat: ⁊ m defensores iustitie se cogitãt: sibiq3 se rectos asserũt: nequaq̃ rectitudinẽ/sed nũmos q̃rũt. Cõtra q̃s bene ꝑ Moysen dicit: Iuste qđ iustũ est exequeris. Iniuste quippe qđ iustũ est exequit: q̄ ad defensionẽ iustitie/nõ virtutis emulatione/sed amore ꝓmij tꝑalis excitat. Iniuste qđ iustũ est exeq̄tur/q̄ ipsam quã ꝓdit iustitiã venũdare minime veret. Iuste ergo iustũ exequi/est i assertiõe iustitie eãdẽ ipsam iustitiã q̃rere. Sepe recta agim⁹/et nequaq̃ ꝓmia/neq3 laudes ab hoĩbus expectam⁹: sed tñ mens in sui fiducia erecta: hos a qb⁹ nihil expetit/placere cõtẽnit: eoꝝ iudicia despicit: seq3 male libera ꝑ abrupta elatiõis rapit: et inde sub vitio peius obruit: vnde q̃si deuictis vitijs nullis se appetitionibus subiacere gloriat. Sepe dũ nosmetipsos plus iusto discutim⁹/de ipso discretionis studio indiscretius erram⁹: ⁊ mentis nostre acies quo pl⁹ cernere nitit/obscuratur: q2 ⁊ qui importune solis radios aspicit/tenebrescit: ⁊ inde nihil videre cõpellit/vnde videre amplius conatur. Quia igit ab inquisitione nostra torpentes nos omnino nescim⁹: aut si subtili nos discussione requirim⁹/plerũq3 inter vitia virtutesq3 caligamus: recte nunc dicitur. [Etiã si simplex fuero/hoc ipm ignorabit aĩa mea.] Ac si aperte diceret: Cõditoris cõtra me iudicia qua temeritate redarguo/qui ipm me ex infirmitatis caligine ignoro? Unde bene ꝑ ꝓphetã dicit: Dedit abyssus vocẽ suã ab altitudine phãtasie sue. Abyssus quippe phãtasie altitudinẽ portat/cũ human⁹ anim⁹ immensa cogitatione caliginosus/semetipm etiam discutiẽdo non penetrat. Sed ab hac altitudine vocem dare/est: quia dũ se deprehendere nõ potest/cogitur in admirationẽ cõsurgere: vt eo perscrutari nõ audeat qđ sup ipsum est: quo incomprehensibilitatẽ suam ipse cogitans/non valet inuenire qđ est. Sed iustorũ corda quia ad perfectum se examinare nequeũt/egre hoc exilium cecitatis ferunt. Unde et bene subditur: [Et tedebit me vite mee.] Tedet iustum viuere: quia et operando vitam non desinit querere: et tamen eiusdem vite sue meritũ non valet inuenire. Librã quippe examinis a sinu intime equitatis trahit: et inde in se ergo effectũ inuentionis deficit: vnde sup se rapi⁹ ad vim inquisitionis excrescit. Sed est cõsolatio nostre caliginis/reducta ad animũ iusta et incomprehensibilis potentia conditoris: que ⁊ iniquos sine vltione nõ deserit/⁊ rectorum iustitiam incomprehẽsibilitatis immẽsitate transcẽdit. Unde et apte subiungitur.

[Margin: Deut. xvj. Abacuc. iij.]

F

¶ S. Q2 iudicium diuinum nec peccator nec iustus effugiat: et q̄ quãtalibet iusti simplicitas fuerit/ipsa diuine magnitudinis simplicitate superetur.

G

¶ Unum est qd locutus sum: et innocentem et impium ipse consumit. | Innocens a creatore cōsumitur: qr quantalibet eius simplicitas fuerit, diuine magnitudinis simplicitate superatur † Quis enim simplicitatem studiose seruemus: ex cōsideratione tamen intime puritatis ostenditur, q̄ de ipsa quā agim⁹ simplicitas non sit. Impius quoqz a conditore consumitur: quia deo cuncta mirabiliter ordinante, ipsis suis versutijs eius impietas ligatur. Nam inde se supplicijs r nesciēs implicat, vnde se aliqd facere scienter exultat. Quia igit omnipotens deus et bonorum innocentiā simplicitateqz superat, et malorū astutiam penetrans damnat: recte nunc dicitur. Unum est qd locutus sum: r innocentem et impium ipse cōsumit. Ac si aperte diceretur: Hoc apud me verbū cogitationis protuli: qr nec innocens, si districte discutior, apparebo: nec impius si apud me latere voluero, a superni examinis acumine abscondar: quoniā districtus iudex cuncta comprehendēs, occulta malitie mirabiliter penetrat: et suis hāc iniquitatibus bene ordinans dānat. Uel certe r innocētem r impiū ipse cōsumere dicit: quia quāuis in meritis vite diuisi sint, prime tamē culpe merito eque ad carnis interitum pertrahūtur. Unde r per Salomonē dicit: Moritur doctus similiter vt indoctus. Et rursum. Cuncta subiacent vanitati: r omnia pergūt ad vnum locū. De terra facta sunt, r in terrā pariter reuertunt. Sequitur.

† al. deuoratur.

Ecc̃s. ij.

¶ S. Qz cū sancti a pressuris liberari desiderāt, deus in eorum patientia r mortificatione delectatur.

¶ Si flagellat, occidat semel: r non de penis innocētum rideat. | Quis hec nō per superbiam, pbata crederet, nisi sententiam iudicis audiret, qua ait: Non estis locuti corā me rectum, sicut seruus meus Job: Restat ergo vt null⁹ auctoris verba reprehendere audeat: que constat quia iudex laudat. Sed tanto in intimis suis cauti⁹ subtiliusqz rimāda sunt, quāto durius foris sonant. Cap̄lm. xx.

H

Ir etenim sanctus humani generis dāna considerans, vide r quo venerit pēsans: q̄ homo pollicente aduersario, boni maliqz scientiam appetens scire, perdidit etiam semetipsum: ita vt veraciter dicat: Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea: q̄ post expulsionis penam flagella quoqz corruptionis sustinet: r adhuc ad carnis vel certe ad mentis interitum etiam post tormentum tendit, vt recte dicat: Et innocentem et impium ipse consumit: mediatoris contra hec gratiam requirit, dicēs. Si flagellat, occidat semel. Nos enim quia r a deo mente recessimus: r carne ad puluerem redimus, pena duple mortis astringimur. Sed venit ad nos qui pro nobis sola carne moreretur: qui simplam suā duple nostre iungeret: et nos ab vtraqz morte liberaret. De qua per Paulum dicitur. Qz autē mortuus est peccato, mortuus est semel. Damna ergo vir sanctus nostre corruptionis aspiciat: r vnā que duas nostras destruat: mortem mediatoris querat: atqz hanc desiderans dicat: Si flagellat, occidat semel. Sed ecce quasi humilitati renititur, qd protinus subinfertur. Et non de penis innocētum rideat. Quod tamen valde humillimū sine difficultate cognoscimus, si humili hoc mente pensamus. Cunctis etenim liquet q̄ omne desideriū pena est cū differt: Salomone quoqz attestāte, qui ait. Spes que differtur, affligit animā. Ridere autem dei, est, humane nolle afflictioni misereri. Unde per Salomonē rursum dns reprobis in culpa durantibus dicit: Ego quoqz in interitu vestro ridebo. i. afflictioni vestre nulla pietate compatiar. Ante redemptoris igitur aduentū, penam suā electi omnes habuerūt: quia estuante desiderio, incarnationis eius mysterium videre cupierunt: ipso attestāte, qui ait: Multi dico vobis iusti r prophete voluerunt videre que vos videtis, r non viderunt. Pene itaqz innocentū, sunt desideria iustorū. Quousqz ergo electorum suorum vota dominus nō compatiens distulit: quid aliud q̄ innocētum penas risit, Itaqz vir sanctus venturi redemptoris dona considerans: r votorum suorū dilationem patienter † tolerans dicat: Si flagellat, occidat semel, r nō de penis innocentum rideat. Ac si aperte exoret, dicens. Quia vita nostra quotidie flagello vindicte pro culpa atteritur: ille iam veniat, qui pro nobis semel sine culpa moriatur: vt de innocentium penis deus vltra non rideat, si ipse carne passibilis appareat: in cuius se desiderijs mens nostra castigat. Capitulum. xxi.

Rom. vj.

I

Prouer. xiij.

Ridere dei

prouer. j.

Luce. x.

† al. grauiter.

U

El certe si risum dei, eius letitiā appellat: de innocentū penis ridere dns dicitur: qz quo a nobis ardentius q̄rit, eo de nobis suauius letatur. Quasi quoddā quippe ei ex pena gaudiū facimus, cum per sancta desideria pro eius nos amore castigam⁹. Hinc psalmista ait: Constituite diem solēnem in confrequētationibus, vsqz ad cornu altaris. Solēnem nāqz domino diem in cōfrequētationib⁹ cōstituit: quisquis se assidue in ei⁹ desiderio affligit. Qui nimirū solēnitatis dies vsqz ad altaris cornu tendi precipitur: quia tādiu necesse est vt quisqz se afficiat, quousqz ad superni sacrificij altitudinem id est ad eterna gaudia pertingat. Justus igitur vir quia impleri desideriū suum appetit, nō differri, humiliter dicit. Non de penis innocētum rideat. Ac si diceret. Uota nostra libenter accipiens vltra non differat: sed ostendendo exhibeat eū, qui nos in sua expectatione castigat. Quia vero cum specialiter beatus Job occidi semel petiuit: qui carnis solius mortem in mundi p nobis sine tolerauit: protinus aperit: qui ipsum quoqz ordinem eius passionis adiungit, dicens. | Terra data est in manus impij: vultū iudicū ei⁹ operit. | Quid nāqz terre nomine, nisi caro exprimit: Quis appellatiōe impij, nisi diabolus designat: Huius impij manus fuerūt hi qui in redēptoris nostri morte grassati sunt. Terra itaqz data est i manus impij: qr antiquus hostis redēptoris mētem corrūpere p se tētādo nō valuit: sz ei⁹ carnē p suos satellites ad triduū permissus extinxit: r dispēsationē superne pietatis nesciens, ex hac ipsa permissione seruiuit. Trib⁹ etenim redēptorem nostrū tentationibus pulsans, cor dei temerare nō valuit. Sed cum Jude mentem ad traditionem carnis eius excitauit: camqz r cohortem atqz a pontificibus r phariseis ministros tradidit: nimirum ille impius manus ad terram tetendit. Huius terre iudices, sacerdotes et principes, pilatus atqz illusores milites fuerunt. Iste itaqz impius vultum iudicum eius operuit: qr cordia persequētium ne auctorem suum cognoscerent, malitie nubilo velauit. Unde et per Paulum dicitur: Usqz in hodiernū diem cū legitur Moyses, velamē est positū super cor eorū. Qui rursus ait: Si enim cognouissent, nūqz dominū glorie crucifixissent. Uultus ergo iudicū opertus extitit: quia mens persequētium eum quem carne tenere potuit, deū nec per miracula agnouit. Quia vero antiquus hostis cū iniquis omnib⁹ vna persona est: sic plerumqz scriptura sacra de iniquorum capite. i. diabolo loquitur: vt repente ad eius corpus: id est ad sequaces illius deriuetur. Capitulum. xxij.

K

Ps̃. cxvij.

L

ij. Cor. iij.

ij. Cor. ij.

P

Ostest ergo nomine impij, infidelis ac persecutor populus designari: cui r hoc cōgruit omnino quod subditur. Qz si non ille est, quis ergo est: | Ac si aperte diceretur: Quis vnqz impius esse putandus est, si non ille populus qui ipsam pietatem persecutus est, impius non est: Sed considerata vir sanctus iudaice plebis perfidia, ad semetipsum mentis oculos reuocat: dolet q̄ videre nequeat quem amat: merore afficitur: quia ex presenti mūdo ante subtrahitur, q̄ salus mūdi reueletur. Unde et subdit:

M

¶ S. Qz antiqui patres fuerūt quasi portatores pomorum, prenunciantes Christum, r odorem euangelij futuris gentibus porrigentes.

¶ Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, r non viderūt bonū. | Cursoris quippe officiū est secutura nunciare. Omnes igitur electi qui ante aduētum redemptoris orti sunt: quia hūc aut audiēdo tantūmodo, aut etiā loquendo nūciarunt: quidā quasi in mundo cursores fuerūt. Sed qr ante prestolatū redēptoris tēpus se subtrahi preuiderunt transire se cursore velocius dolent: dieqz suos esse breues ingemiscūt: qr vsqz ad videndā redēptoris lucem minime tendunt. Unde a pte dicit: Fugerūt, r nō viderūt bonū. Oia q̄ creata sunt, bona sunt: Moyse attestāte, q̄ ait. Uidit deus cuncta q̄ fecerat, r erant valde bona. Sed hoc solū bonū principaliter bonū est: per qd hec oia bona sunt, que bona nō principaliter existunt. De quo bono veritas per euāgeliū dicit. Nemo bon⁹ nisi solus de⁹. Quia igit antiquorū patrū prius dies finiti sunt, q̄ mūdo de⁹ in carne mōstraret: recte nūc de hīdē dicit⁹ dicit: Fugerūt, r nō viderūt bonū. Ac si apte diceret: Ante expectatū tempus elapsi sunt, qui ad redēptoris presentiā puenire nequerūt. Unde r adhuc subdit: | Pertransierūt

Genesis. j.

Lu. xviij.

A quasi naues poma portantes.] Hi qui poma deferentes maria transmeant: ipsi quidem fructuū odore perfruuntur: sed eorūdem fructuū alijs cibos ferunt. Quid igitur antiqui patres / nisi naues poma portantes extiterunt? Qui diuine incarnationis mysterium prophetantes: ipsi quidem spei odore potiti sunt: sed nobis fructū de eadem spei perfectione detulerūt. Quod enī illi expectando odorati sunt / hoc nos cernēdo et percipiendo satiamur. Unde (Joan.iiij.) et redemptor hisdem discipulis dicit: Alij laborauerunt / et vos in labores eorum introistis. Quorū videlicet dies cōporātur nauibus: quia decurrūt. Et recte poma portantibus: quia electos omnes quos ante redēptoris presentiam gestauerunt: per prophetie valuerunt spiritū expectatione refouere: nō autem manifesta exhibitione reficere. Uel certe quia naues cū poma portant / hec paleis admiscent / vt ad terras illesa perducāt: recte patrum precedētiū dies describunt nauib⁹ poma portantibus similes: quia antiquorū dicta / in eo quod mysteria spiritualis vite denunciant: per interfusam hec historie stipulam seruant: et opertum nobis fructum spiritus deferunt / cū carnalia loquuntur. Sepe nāq; dum quedā narrant propria / ad diuinitatis circūstant arcana. Qui crebro etiam cum altitudinem diuinitatis aspiciunt / ad incarnationis eius mysteriū repē (B) te fundunt. Unde adhuc apte subiūgit. Capitulum.xxiij.

Sicut aquila volās ad escam.] Mos quippe est aquile / vt irreuerberata acie radios solis aspiciat: sed cū refectionis indigentia vrgetur: eandem oculorum aciem quā radijs solis infixerat / ad respectum cadaueris inclinat: et quāuis ad alta euolet / pro sumendis tamen carnibus terrā petit. Sic videlicet sic antiqui patres fuerunt / qui inquantū humanitatis infirmitas admittebat / creatoris lucem erecta mente contēplati sunt: sed incarnādum hunc in mundi fine presciētes / quasi a solis radijs ad terrā oculos deflexerūt. Et quasi de summis ad ima veniunt / dum hunc deū supra omnia / et hominē infra omnia agnoscūt. Quem pro humano genere dum passurū moriturūq; conspiciūt (qua scilicet morte semetipsos refici atq; reformari ad vitā nouerūt) quasi more aquile post cōtemplatos solis radios / in cadauere escam querunt. Libet spectare aquilā solis radios in-(Esa.ix.)tuentē, que ait: Deus fortis / pater futuri seculi / princeps pacis. Sed ab alto volatu celsitudinis ad terras veniat: escam cadaueris strictius inquirat. Paulopost etenī sub-(Esa.liij.)didit dicens: Disciplina pacis nostre super eum: et liuore eius sanati sumus. Et rursum: Et homo est / et quis cognoscet eū? Subleuata ergo in diuinitatē mens iusti: eū dispensationis gratiam ex eius carne considerat: quasi a summis repente vt aquila ad escam volat. Sed ecce ille israeliticus populus immēso dudū prophetie spiritu infusus: cuius fide prophetie dona perdidit: atq; in eū fidē quā preuidendo nunciauerat / non permāsit: et a se redemptoris presentiā negando repulit: quā ceteris se sequētibus pro-(C)nunciando declarauit. Unde et apte protinus per cōpassionem ad eorum quoq; duritiam sermo cōuertitur: atq; ab eis quomodo prophetie gratia subtrahebatur indicatur. Nam subditur: [Cum dixero: nequaquā ita loquar: cōmuto faciem meā / et dolore torqueor.] Plebs quippe iudaica loqui vt prius noluit: que eū quē predixerat negauit. Sed comutata facie / torquet dolore: quia dū internū fulgoris aspectum quo agnosci a conditore poterat / fedītate perfidie polluit: a presentibus malis incipiens / sub eterna visione se dānauit. Quasi enim cōmutata facie ab auctore non cognoscitur / que perdita bone conscientie fide reprobatur. Sed nimirū restat vt suppliciorum dolor torqueat: quā suus non cognoscens conditor ignorat. Quae igitur hec sub redemptoris nostri significatione transcurrimus / nunc moraliter discutiēdo replicemus. Dies mei velociores fuerunt cursore: effugerūt / et non viderunt bonum. Sicut sepe iam diximus / sic primus homo conditus fuit / vt per augmenta tēporum tendi posset eius vita tantummodo non euolui: sed quia sponte ad culpam decidit: quo attigit vetitum / pertulit decursum: quem nunc homo presentis vite desiderio oppressus / indesinēter et tolerat et optat. Hic enī sinitur / viuere appetit: sed per augmēta vite quotidie ad finem tendit. Nec deprehendi valet / incrementa temporum quod nulla sint / nisi cū repente transacta sumuntur: que venientia longa videbantur.

Capitulum.xxiiij.

Uir igitur sanctus statū sue conditionis aspiciat: et humani generis voce damna decursus ingemiscat / dicens.] Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt / et non viderunt bonum.] Ac si aperte dicat: Ad hoc homo cōdit⁹ fuit / vt bonū quod deus est / videre potuisset: sed quia stare ad lucē noluit / fugiendo oculos amisit: quia quo per culpā cepit ad ima decurrere: eo cecitatē pertulit: ne intimū lumē videret. De quib⁹ (D) adhuc dieb⁹ apte subiūgit. [Pertransierunt quasi naues poma portātes.] Naues cū poma portant / fructus terre videlicet per fluctus ferūt. Terra vero hominis paradisus extitit: que hūc incōcussum tenere potuit / si per innocentiā stare voluisset. Sed quia ad mutabilitatis vndas per culpam cecidit / ad presentis vite maria post terram venit. Poma etiā terre huius fuerūt mandati sermo: concesse possibilitas operis: nature indita intelligentia conditoris. Sed hec poma quod edere in terra renuimus / per maria iam portamus: quia concessa bona tot munerū incōcussi custodire in paradiso noluimus: et seruare nūc in temptationibus conamur. Tendētes ad terminum aura vite presentis impellimur: mutabilitatis nostre fluctu fatigamur. Sed quia per crucis mysterium ad ingenita nature bona restringimur: quasi per lignū poma portamus. Quod tamen intelligi et aliter potest. Naues etenī cū poma portant / suauitatem odoris habent: sed grauitatē ponderis non habent. Et humanū genus a paradisi gaudijs expulsum / vim cōtēplationis perdidit: robur cōdite fortitudinis (E) amisit. cumq; ad superna repetenda se erigit / fragrat quidem odore memorie: sed digne non exerit pondus vite. Pomorum ergo odoribus repletur: et tamen huc illucq; leuiter mentis nostre nauis impellitur: quia et paradisi celsitudinē cum ardoris recordatione meminimus: et importunos temptationum fluctus ex carne toleramus. Unde et apte subiungitur. Capitulum.xxv.

Sicut aquila volans ad escam.] Aquila etenim alto valde volatu suspenditur / et annisu prepeti ad ethera libratur: sed per appetitum ventris terras expetit: seseq; a sublimib⁹ repēte deorsum fundit. Sic sic humanū genus in parente primo ad ima de sublimibus corruit. Quod nimirū cōditionis sue dignitas in rationis celsitudine quasi in aeris libertate suspēderat: sed quia cōtra preceptum / cibum vetitum cōtigit: per ventris concupiscentiā ad terras venit. et quasi post volatum carnibus pascitur: quia illa libera contēplationis inspecula perdidit: et deorsum corporis voluptatib⁹ letat. Sicut ergo aquila volans ad escā dies nostri velociter trāseunt: quia quo ima petimus / eo subsistere in vita prohibemur. Sed cum hec ante mētis oculos cōtinua cogitatione reuoluimus / duris taciti questionibus vrgemur: cur omnipotēs deus cōdidit quē periturū esse presciuit? cur is qui summe potēs et summe bon⁹ est, nequaquā voluit ho-(F)minē talē facere / qui perire non posset? Cū vero hec tacita mēs interrogat / pauet ne ipso interrogationis ausu in superbiam erumpat: seseq; humiliter comprimit / et cogitationes suas restringit. Sed eo grauius affligitur / quo inter mala que sustinet / etiam de cōditionis sue abscōdito intellectu cruciatur. Unde hic quoq; apte subiungitur: [Cum dixero: nequaquā ita loquar: cōmuto faciem meam: et dolore torqueor.] Nequaquā quippe nos ita debere loqui dicimus: cum nostre infirmitatis modum ex inquisitione transeuntes / nosmetipsos pauore reprehendimus: et superne reuerentie consideratione refrenamus. In qua refrenatione scilicet mētis nostre facies cōmutatur: quia que prius non capiens audenter summa requirebat: infirmitatem suam postmodū agnoscēs / venerari inchoat quod ignorat. Sed in ipsa cōmutatione dolor est: quia valde affligitur / quoniā primē culpe merito ad intelligēda ea que de se ipsa sunt cecatur. Que patitur / iusta esse cōsiderat. Pauet ne in dolore per licentiā locutionis excedat. Qui silentiū indicit: sed excitat⁹ dolor eo ipso quo restringit / augetur. Dicit ergo: Cū dixero / nequaquā ita loquar: cōmuto faciem meā / et dolore torqueor. Quia tunc grauius plerūq; affligimur / cū quasi per cōsolationis studiū / afflictiōis nostre nobis conamur mala leuigare. Sed quisquis iā subtiliter parentis primi damnatione propagata / humani generis damna considerat / superest vt his adiungere propria meruit. Unde vir sanctus postq̄ cōmunia intulit / repente specialia subiungit dicens.

G ¶ S. Quantum timere debeat qui scienter peccat/cum Job tantis virtutum testimonijs approbatus: sua opera vereatur: et q fraus tribus modis committatur.

¶ Verebar oia opera mea: sciens quia non parceres delinquenti. Que beatus Job opera exercuit/sacre huius historie textus ostendit. Holocaustis quippe multiplicibus auctorem placare studuit: quia iuxta filiorum numerum (vt scriptum est) consurgens diluculo/offerebat holocausta p singulos eorum: eosq; nō solū ab immūdis actibus/sed praua quoq; cogitatione mundabat. De quo scriptura teste perhibet. Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei: et benedixerint deo in cordibus suis. Affectum ergo compassionis exercuit: qr ipse de se amicorum questionibus exactus dicit: Flebā quondā sup eo qui afflictus erat. Ministeriū pietatis impēdit/qui ait: Ocul⁹ fui ceco: et pes claudo. Castitatis mundiciā in corde custodiuit/qui ostendendo se aperit dicens: Si deceptum est cor meum super mulierem. Humilitatis culmen medullitus tenuit/qui dicit: Si cōtēpsi iudiciū subire cum seruo meo et ancilla mea/cū disceptarēt aduersum me. Beneficia largitatis impendit/qui ait: Si comedi buccellā meā solus/et nō comedit pupillus ex ea. Et rursum: Si non benedixerint mihi latera eius: et de velleribus ouium mearū calefact⁹ est. Gratiam hospitalitatis exhibuit/qui dicit: Foris non mansit peregrinus: ostium meum viatori patuit. Et inter hec ad virtutū cumulum p excellentiorē viam charitatis/et inimicos dilexit/qui ait: Si gauisus sum ad ruinā eius qui me oderat. Et rursum: Nō enim dedi ad peccādū guttur meū: vt expeterē maledicens animā eius. Quid ergo vir

H sanct⁹ sua opera verebatur: qui illa semp exhibuit/ex quibus placari deus et erga iniquitates solet. Quid ergo est q mira opera faciens/de ipsis etiam veretur paucē/cum dicit: Verebar oia opera mea/nisi q in sancti viri actib⁹ verbisq; colligim⁹: vt si placere deo veraciter cupimus/postq̄ peruersa subigimus/ipsa in nobis etiam bene gesta timeamus? Capitulum. xxvj.

Duo in bonis opib⁹ formidanda sunt. s. desidia et fraus.

Duo quippe sunt que in bonis operibus necesse est vt studiose formidentur: desidia videlicet/et fraus. Unde et per prophetā apud vetustam trāslationē dicit: Maledictus omnis qui facit opus dei fraudulēter et desidiose. Sed sciēdū magnopere est: quia desidia per torporē nascitur: fraus p priuatā dilectionē. Illā nāq; minor dei amor exaggerat/hanc autē male mētem possidens proprius amor creat. Fraudem quippe in dei opere perpetrat/quisquis semetipsum inordinate diligens/per hoc qd recte egerit/ad remunerationis trāsitorie bona festinat. Sciendum quoq; est/q tribus modis fraus ipsa cōmittitur: quia per hāc procul dubio aut tacita cordis humani gratia/aut fauoris aura/aut res quelibet exterior desideratur. Quo cōtra recte de iusto per prophetā dicitur: Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Quia enim non solū fraus in acceptione pecunie est: munus procul dubio vnū non est. Tres vero sunt acceptiones munerū/ad quas ex fraude festinatur. Munus nāq; a corde est/captata gratia a cogitatione. Munus ab ore est gloria p fauorem. Munus ex manu/est premiū per

Esaie xxxiij.

I dationem. Sed iustus quisq; ab oī munere man⁹ excutit: qr in eo qd recte agit/nec ab humano corde inanē gloriā/nec ab ore laudē/nec a manu recipere donationē querit. Solus ergo in dei opere fraudē nō facit: qui cū ad studia bone actionis inuigilat/nec ad corporalis rei premia/nec ad laudis verba/nec ad humani iudicij gratiā anhelat. Ipsa igitur bona nostra: quia insidiantis culpe euadere gladiū nequeunt/nisi sollicito quotidie timore muniant: p sanctū virū nūc recte dicit: Verebar oia opera mea. Ac si humili confessione diceret: Que aperte egerim video: sed quid in his latēter pertulerim/ignoro. Capitulū. xxvij.

Sepe enim bona nr̄a latrocināti fraude perdit: quia rectis se nostris actibus concupiscentie terrene subiungit. Sepe desidia interueniēte deficiunt: quia a feruore quo cepta sunt/frigescēte amore tabescunt. Quia ergo culpe surreptio vel in ipso virtutis actu vix vincitur: quid ad securitatem superest/nisi vt studiose semper et in virtute timeatur? Sed post hec valde

Dubitatio

scrupulosum cordi se obijcit/quod subiūgit: Sciens q non parceres delinquēti. Si enim delinquenti nō parcitur/quis ab eterna morte eripitur: cum a delicto mūdus nemo reperitur? An penitenti parcit/et delinquenti non parcit? Quia cum delicta plangimus/nequaq; iam delinquentes sumus. Sed quid est q petrus cū negat respicit: et redemptoris negati respectu/ad lachrymas vocatur? Quid q Paulus cum redemptoris nomē in terra conaretur extinguere/eius verba de celo meruit audire? Sed tamen culpa in vtroq; punita est: quia et de Petro/sicut euāgelio scriptum est: Recordatus est Petrus verbi Iesu qd dixerat: et egressus foras/fleuit amare. Et de Paulo hec eadem que hunc vocauit veritas dicit: Ego ostēdam ei/quāta eum oporteat pro nomine meo pati. Delinquēti ergo domin⁹ nequaq; parcit: quia delictum sine vltione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se penitens punit/aut hoc deus cum homine vindicās percutit. Nequaq; igitur peccato parcitur: quia nullatenus sine vindicta laxatur. Sic Dauid audire post confessionem meruit: Dominus transtulit peccatum tuū. Et tamē multis post cruciatibus afflictus ac fugiens/reatum culpe quā perpetrauerat/exoluit. Sic nos salutis vnda a culpa primi parentis absoluimur: sed tamen reatum eiusdem culpe diluentes/absoluti quoq; adhuc carnaliter obimus. Bene ergo dicitur: Sciens q non parceres delinquenti: quia delicta nostra siue per nos/siue per semetipsum resecat/etiam cum relaxat. Ab electis enim suis iniquitatū maculas studet temporali afflictione tergere: quas in eis in perpetuum non vult vindicare. Sed sepe mens dum plus iusto trepidat: dum pauore quatitur: dum sinistris suspicionibus vrgetur/tedet hanc viuere: que se ad vitā vel per labores ambigit peruenire. Unde et subsequenter adiungitur.

K

Lu. xxij. Solutio. Act. ix.

Delinquēti nequaq; parcitur.

ij. Reg. xij.

¶ S. Q sancti viri ita incerti sunt/vt confidant: ita cōfidunt/vt tamen ex securitate non torpeant.

L

¶ Si autem et sic impius sum/quare frustra laboraui? Si enim remota pietate discutimur/opus nostrū pena dignū est/qd remunerari premijs prestolamur. Vir igitur sanctus sub occulto iudicio trepidans dicit: Si autem et sic impius sum/quare frustra laboraui? Non q hunc laborasse penitet: sed q incertus esse de premio et inter labores dolet. Sciēdum vero est q viri sancti ita incerti sunt vt confidant: et tamē ita confidunt/vt tamē ex securitate nō torpeant. Quia ergo plerūq; mens et impensis rectis actib⁹ trepidat: restat vt postq̄ bonū opus agit/lachryme expiationis exquirātur: quatenus ad eterna premia meritum recti operis subuehat humilitas postulationis.

¶ S. Q quātalibet mundicia sancti fulgeant/tamen ex hoc corpore qd corrūpitur in quo sunt/abominabiles se iudicāt: et ex concupiscentiarū sordibus sine quibus non sunt/immūdos se reputant. Capitulum. xxviij.

Sed tamen sciendum est: quia mundos nos ad perfectum reddere vel vita vel lachryme non valent/quousq; nos mortalitas nostre corruptionis tenet. Unde et apte subiungitur. Si lotus fuero quasi aquis niuis: et fulserint velut mundissime manus mee: tamen sordibus intinges me: et abominabuntur me vestimenta mea. Aque enim niuis/sunt lamenta humilitatis. Que profecto humilitas quia ante districti iudicis oculos ceteris virtutibus preeminet/quasi per magni meriti colorem candet. Sunt nāq; nonnulli qui lamēta habent: sed humilitatem non habent: quia afflicti plangunt: sed tamen in ipsis fletibus vel contra proximorum vitam superbiunt: vel contra ordinationē conditoris erigūtur. Hi nimirū aquas habent/et mundi esse nequeunt: quia humilitatis fletibus minime lauantur. Aquis autē niuis a culpa se lauerat/qui confidenter dicebat: Cor cōtritum et humiliatum deus non spernit. Qui eum lamētis affligitur/sed murmurādo rebelles sunt: mentē quidem conterunt/sed humiliari contēnunt. Quis aque niuis intelligi et aliter possint. Aqua enim fontis et fluminis ex terra oritur: aqua vero niuis ex aere prorūpit. Et sunt plerique qui per orationis lamēta se cruciāt: sed tamē totis lamentorū laborib⁹ ad sola terrena desideria exudant: compungunt in precib⁹: sed felicitatis trāsitorie gaudia requirūt. Hos itaq; niuis aqua nō abluit: quorū flet⁹ ab imis venit. Quasi enī ex terre aqua pfusi sunt/qui pro terrenis bonis in precibus cōpungunt. Qui vero idcirco plorāt/quoniā premia eterna desiderant/aqua niuis hos diluit: quia celestis compunctio infundit. Nam cum perenne patriam p lamenta appetunt: eiusq; accensi desiderijs plangunt: a summis accipiunt vnde mundentur. Per manus

M

Psal. l.

(B) autem quid aliud quam opera designantur? Unde quibusdam per prophetam dicitur. (Esa. i.) Manus vestre sanguine plene sunt: id est opera crudelitate. Notandum vero quod vir sanctus non ait. Fuerint mundissime manus mee: sed velut mundissime manus mee: quia quousque pena corruptionis astringimur, qualibet rectis operibus veram munditiam nequaquam apprehendimus sed imitamur. Unde et apte subiungitur. [Tamen sordibus intinges me.] Deus nos sordibus intingere dicitur, intinctos sordibus demonstrare: quia quanto ad illum verius per bona opera surgimus, tanto subtilius vite nostre sordes agnoscimus: quibus ab eius munditia discordamus. Ait ergo. Si lotus fuero quasi aquis niuis: et fulserint velut mundissime manus mee: tamen sordibus intinges me. Ac si aperte dicat. Qui lamentis superne compunctionis mundor: qui per studia recte operationis exerceor: in tua tamen munditia video quod mundus non sum. Intentam quippe deo animam, ipsa adhuc corruptibilis caro diuerberat: eiusque amoris pulchritudinem obscenis et illicitis cogitationum motibus fedat. Unde et subditur. Capitulum xxix.

Et abominabuntur me vestimenta mea.] Quid enim vestimenti nomine, nisi hoc terrenum corpus exprimitur, quo induta anima tegitur: ne in subtilitate sue substantie nuda videatur? Hinc etenim Salomon ait. (Eccl. ix.) Omni tempore sint vestimenta tua candida: id est membra corporis a sordidis actibus munda. Hinc Esaias ait. (Esa. ix.) Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem. (D) Sanguine quippe vestimentum miscere, est desideriis carnalibus inquinare. Quibus nimirum se pollui psalmista formidauerat, cum dicebat. (Ps. l.) Libera me de sanguinibus deus, deus salutis mee. Hinc voce angeli ad Iohannem dicitur. (Apo. iii.) Habes pauca nomina in Sardis, que non inquinauerunt vestimenta sua. More autem sacri eloquii, vestimenta nostra nos abominari referuntur: quia abominabiles reddunt: sicut per Petrum quoque de Iuda dicitur. (Act. i.) Hic possedit agrum de mercede iniquitatis. Neque enim emptum precio sanguinis, agrum figuli Iudas possidere potuit: qui relatis triginta argenteis, traditionis crimen criminosiori in se protinus morte mulctauit: sed possedit dictum est, possideri fecit. Ita hoc loco Abominabuntur me vestimenta mea, dicitur, abominabilem facient: quia nimirum dum contra mentem membra superbiunt: dum sancti desiderii studia, temptationum suarum tumultibus interrumpunt: in ipso suo certamine posita anima agnoscit quantum adhuc a diuinitate despicitur: que corruptionem suam plene appetens transire, sed non valens, sed de puluere cogitationis inquinatur. Hanc vestimentorum abominationem senserat, qui dicebat. (Ro. vii.) Uideo aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mee: et captiuum me ducentem in lege peccati, que est in membris meis. Hec etiam vestimenta in quibus perfecte placere non poterat: quandoque melius resumenda deponere festine cupiebat, dicens. (Ro. vii.) Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat ergo vir iustus. Si lotus fuero quasi aquis niuis, et fulserint velut mundissime manus mee: tamen sordibus intinges me: et abominabuntur me vestimenta mea: (I) quia quantumlibet ad summa ex compunctione contemplationis ascenderit: quantumlibet in opere se per exercitium laboris excusserit: indignum tamen adhuc aliquid de corpore mortis sentit: et abominabilem se esse considerat in multis que de pondere corruptionis portat.

¶ S. Quam graue tormentum sit in cordibus electorum quod sensum sui reprehensoris non intelligunt. Capitulum xxx.

Uir hoc quoque sit grauius quod sepe neque hoc intelligit unde delinquit. Flagella suscipit: sed districto iudici quid in se magis quid ve minus displiceat non agnoscit. Unde et subditur. [Neque enim viro qui similis mei est respondebo: neque qui mecum in iudicio ex equo possit audiri.] Dum cum quolibet in iudicio ex equo contendimus: et quid contra nos dicatur agnoscimus: et in his que dicimus audimur: et quo obiecta patenter apprehendimus, audenter ad proposita respondemus. Quia ergo inuisibilis iudex que facimus videt, quasi audit que dicimus: sed quia id quod ei displicet, nequaquam plene cognoscimus, quasi quid ipse dicit ignoramus. Uir igitur sanctus vestimentorum suorum abominationem considerans, eo amplius timet: quo audiri in iudicio ex equo non valet: quia quousque corruptionis sue pondere premitur: hoc in sua grauius pena tolerat: quod et sensum sui reprehensoris ignorat. (R) Ac si aperte dicat. In hoc ex equo non audior: quia et patent cuncta que facio: et tamen ipse nescio per quanta reprehendor. Sequitur. [Non est qui utrumque valeat arguere: et ponere manum suam in ambobus.] Durum sonat ut queratur qui deum arguat: sed durum non erit si recurrat ad memoriam: quod ipse per alium prophetam dicit. Per Esaiam quippe admonet dicens. (Esa. i.) Quiescite agere peruerse: discite benefacere: querite iudicium: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam: et venite et arguite me: dicit dominus. Et in neque quem arguimus, rationis auctoritate contraimus? Et quid est quod dominus agere sancta nos admonens adiungit. Uenite et arguite me: nisi quod aperte insinuat, quantam bonis actibus fiduciam prestat. Ac si patenter dicat: Recta agite: et animaduersionis mee motibus non iam per deprecationis gemitum, sed per fiduciam auctoritatis obuiate. Hinc etenim Iohannes dicit. (i. Io. iii.) Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum. Hinc est quod Moyses quia placet seruiens, auditur tacens: cui silenti dicitur. (Exodi xiiii.) Quid clamas ad me? Hinc est quod irascentem retinet, cum audit. Dimitte me, ut irascatur furor meus contra populum istum. (Exodi xxxii.) Hinc est quod arguentem dominum non habuisse se queritur, cum per prophetam dicit. (Eze. xxii.) Quesiui virum qui interponeret sepem: et staret oppositus contra me, ne dissiparem eam: et non inueni. Hinc est quod grauiter Esaias deplorat, dicens. (Esa. lxiiii.) Omnes nos cecidimus quasi folium: et iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt nos. non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat et teneat te. (L) Sed possunt recti quilibet per accepte penitentie † meritum aliquando presentis motibus animaduersionis obuiare: non autem valent morte propria ab humano genere supplicia secuture mortis expellere. († alias innocentie.) Uir igitur sanctus humanum genus considerat quo defluxit: eterne mortis damna conspiciat: cui nimirum constat quia nequaquam iustitia humana contradicat. videat quam peruerse homo deliquerit: videat quam districte conditor contra hominem irascatur: et mediatorem dei et hominis deum et hominem requirat.

¶ Quod Christus ad nos deo patri placandos nouus homo venerit, contradictor ad culpam, amicus ad penam. Capitulum xxxi.

Quem quia longe post venturum considerat, deplorans dicat. [Non est qui utrumque valeat arguere, et ponere manum suam in ambobus.] Redemptor quippe humani generis, mediator dei et hominis per carnem factus: quia iustus in hominibus solus apparuit: et tamen ad penam culpe etiam sine culpa peruenit: et hominem redarguit ne delinqueret: et deo obstitit ne feriret: exempla innocentie prebuit: penam malitie suscepit. Patiendo ergo utrumque arguit: qui et culpam hominis per iustitiam aspirando corripuit: et iram iudicis moriendo temperauit. atque in utrisque manum posuit: quia et exempla hominibus que imitarentur prebuit: et deo in se opera quibus erga homines placaretur ostendit. Nullus quippe ante hunc extitit, qui sic pro alienis reatibus intercederet, ut proprios non haberet. Eterne igitur morti tanto quis in aliis obuiare non poterat, quanto hunc reatus de propriis astringebat. (M) Uenit itaque nouus homo ad homines, contradictor ad culpam, amicus ad penam: miracula monstrauit, crudelia pertulit. Manum ergo suam in ambobus posuit: quia unde reos recte docuit, inde iratum iudicem placauit. Qui hoc quoque ipsis suis miraculis mirabilius prebuit: quia corda delinquentium mansuetudine potius quam terrore correxit. Unde et subditur.

¶ S. Quam a timore legis, in libertatem euangelii antiqui sancti transire optabant. Et quid sit quod delicti non per gladium, sed per seipsum summisso filium suscitauit.

¶ Auferat a me virgam suam: et pauor eius non me terreat.] Per legem quippe virgam deus tenuerat, cum diceret. Si quis hoc vel illa fecerit, morte moriatur. Sed incarnatus virgam abstulit: quia vias vite per mansuetudinem ostendit. Unde ei per psalmistam dicitur. (Ps. xliiii.) Intende prospere procede et regna propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam. Capitulum xxxii.

Timeri quippe quasi deus noluit: sed quasi pater ut amaretur inspirauit. Quod liquido Paulus dicit. (Ro. viii.) Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Unde hic quoque apte subiungit. [Loquar et non timebo eum: neque enim possum metuens respondere.] Uir etenim sanctus quia humani generis redemptorem venire mitem conspicit: non metu

G · i. Jo. iiij. · Lu. i. — ad dñm/sed affectū ad patrē sumit: timorē despicit: q: per adoptionis gratiam ad amorem surgit. Hinc Joannes ait: Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem. Hinc Zacharias dicit: Ut sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati, seruiamus illi. A peccati igitur morte timor nos suscitare non valuit: sed ad statum vite aspirata mansuetudinis gratia erexit.

iiij. Reg. iiij. — Quod bene in helisco sunamitis filium suscitante signatur: qui cum baculo puerum mittens/ extincto filio vitā minime reddidit: per semetipsum vero veniens/ seq3 sup mortuum sternens/ atq3 ad eius membra se colligens/ huc illucq3 deambulans: et in ore mortui septies aspirans: hunc ad redimiuam lucē/ primo p ministeriū compassionis animauit. Auctor quippe humani generis deus, qui mortuum puerum doluit: cum extinctos nos iniquitatis oculo miseratus aspexit. Et quia per moysen terrorem legis protulit, quasi per puerum virgam misit. Sz puer cum baculo mortuum suscitare non valuit: quia Paulo attestante, nihil ad perfectum adduxit lex.

Heb. vij. — Ipse autē per semetipsum veniens/ et super cadauer se humiliter sternens, ad exequanda sibi mortui membra se colligit: qz cum in forma dei esset/ non rapinam arbitratus est esse se equalē deo: sed semetipsum exinaniuit/ formam serui accipiens: in similitudinem hominum factus/ et habitu inuentus vt homo. Huc illucq3 ambulat: quia et iudeā iuxta et longe positas gentes vocat. Super mortuum septies oscitat: quia per apertionem diuini muneris/ gratie septiformis spiritum in peccati morte iacētib⁹ aspirat. Mox q3 viuens erigitur: quia is quem terroris virga suscitare non potuit/ p amoris spiritū puer ad vitam rediit. Dicat itaq3 beat⁹ Iob ex sua/ dicat ex voce humani generis. Auferat a me virgam suam: et pauor eius non me terreat. loquar et non timebo eum. Ubi apte subiungit. Neq3 eñi

H — possum metuens respondere. Respōdere quippe cuilibet dicimur/ cum factis illius digna opera repensam⁹. Deo ergo respondere/ est donis eius precedētibus nostra obsequia reddere. Unde et psalmi quidam in quibus sancta operatio imitanda proponitur/ ad respondendū scripti prenotantur. Rectum itaq3 deus hominem cōdidit: eiq3 ad peruersa defluentem/ cum longanimitate tolerauit: Quotidie culpas aspicit: et tamē viuendi spatia non citius abscindit. dona largitur: bonitate sua et erga malos vtitur. Respondere homo tot beneficiis debet: sed tamen respondere metuens nō valet: quia humani generis conditorem qui adhuc seruiliter formidat/ procul dubio non amat. Nam tunc solum deo vera obsequia reddim⁹/ cum eum propter amoris fiduciam non timemus: cū nos ad bona opera affectus/ non metus dirigit: cum malum nostre menti iam non placet etiam si licet. Nam qui a peruersitatis opere ex timore restringitur: peruersa libenter ageret si liceret. Nequaq3 ergo veraciter rectus est/ qui

I — adhuc a prauitatis desiderio liber non est. Bene itaq3 dicitur. Neq3 enim possum metuens respondere: quia vera obsequia deo nō reddimus/ si ex timore mandatis illi⁹/ et non potius ex amore seruimus. Sed cum menti nostre ei⁹ dulcedinis amor accendit: omne desiderium presentis vite leuigatur: in tedium delectatio vertit: atq3 hanc cū merore mens tolerat: cui victa prius reprobo amore seruiebat. Unde et apte subditur.

Textus beati Job Capitulū decimū: sed libri Noni moralis expositionis Capi. xxxij.

TEdet animā meam vite mee: dimittam aduersum me eloquiū meū. Loqr in amaritudine anime mee: dicā deo: noli me cōdēnare. Indica mihi: cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videt: si calūnieris me: ⁊ opprimas me opus manuū tuarū: ⁊ cōsiliū impiorū adiuues? Nūqd oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo: et tu videbis? Nunqd sicut dies hoīs dies tui: et anni tui sicut humana sūt tempa: vt queras iniquitatem meam. ⁊ peccatum meū scruteris: et sci-

K — as quia nihil impiū fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. Manus tue fecerūt me ⁊ plasmauerūt me totū in circuitu: et sic repente precipitas me? Memento queso q sicut lutum feceris me: ⁊ i puluerē reduces me. Nōne sicut lac mulsisti me: ⁊ sicut caseum me coagulasti? Pelle ⁊ carnibus vestisti me: ossibus et neruis compegisti me. Vitā et misericordiam tribuisti mihi: et visitatio tua custodiuit spiritū meū. Licet hec celes in corde tuo: tamē scio quia vniuersorū memineri. Si peccaui ⁊ ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mūdum me esse non pateris? Et si impius fuero/ ve mihi est: ⁊ si iustus nō leuabo caput: saturatus afflictione ⁊ miseria. Et propter superbiā quasi leenā capies me: reuersusq3 mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos cōtra me ⁊ multiplicas irā tuā aduersum me: ⁊ pene militant i me. Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam cōsumptus essem: ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem: de vtero translatus ad tumulū. Nunquid non paucitas dierū meorū finietur breui? Dimitte ergo me vt plāgā paulu-

L — lū dolorē meū/ anteq3 vadam ⁊ nō reuertar ad terram tenebrosam: ⁊ opertam mortis caligine: terram miserie ⁊ tenebrarum: vbi vmbra mortis, ⁊ nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat.

¶ S. Qz sanctis pro vita vilescit/ cū pditoris dulcedinē senserit: et quāto plus ei ppiquāt: tāto se āplius accusant.

¶ Tedet animā meā vite mee.] Sed cū presens vita vilescere cū conditoris amor dulcescere ceperit: sese contra se anim⁹ accendit/ vt accusare se de culpis debeat: in quibus se ante supernorum nescius defendebat. Unde adhuc recte subiungit. [Dimittam aduersum me eloquiū meum.] Quasi pro se eloquio suo vtitur/ q praua q gessit/ defendere excusationib⁹ conat. Sz aduersū se eloquium dimittit/ qui accusare i se hoc incipit quod errauit. Se-

M — pe vero et cum delinquimus ea quoq3 que agimus diiudicamus. Accusat mens ipsa quod ppetrat: sed quia hoc ex desiderio minime deserit/ erubescit confiteri quod fecit. Cum vero toto iam iudicio carnis delectationem p mit/ audaci voce in accusationis sue confessione se erigit. Unde recte nunc dicitur. Dimittam aduersum me eloquium meum: quia foris eo mens relaxare contra se verba detestationis inchoat: que apud semetipsam prius infirme verecūdia retinebat. Sed sunt nōnulli qui apertis vocibus culpas fatentur: sed tamen in confessione gemere nesciunt: et lugenda gaudentes dicūt. Unde et adhuc apte subiungitur.

¶ S. Qz irā dei amaritudo pñtis pñtie extinguat.

¶ Loquar in amaritudine aie mee.] Qui culpas suas detestando loquitur/ restat vt has in amaritudine anime loquat: vt hec ipsa amaritudo puniat/ quicqd lingua per mentis iudicium accusat. Sciendū vero est: quia ex pena penitentie quā sibi mens irrogat/ aliquatenus securitatem percipit: atq3 ad interrogationē superni iudicis fidentior exurgit: vt semetipsam subtilius inueniat: et erga se queq3 quomodo disponātur agnoscat. Unde et protinus addit. [Dicā deo: noli me cōdēnare. Indica mihi cur me ita iudices.] Qui peccatorem se in amaritudine anime asserit: quid deo aliud q ne condēnet dicit? quia amaritudo presentis penitentie extinguit supplicia sequentis ire. Duobus autem modis in hac vita hominē deus iudicat: quia aut per mala presentia irrogare iam tormenta sequentia incipit: aut tormēta sequentia flagellis presentibus extinguit. Nisi enim delictis exigentib⁹ iustus iudex ⁊ nunc et postmodū quosdam percuteret: Iudas apostolus minime dixisset. Secundo eos qui non crediderant, perdidit. Et de iniquis psalmista non diceret. Induantur sicut diploide confusione sua. Diploi-

De⁹ i hac vita iudicat duob⁹ modis.

Diplois.

B dem quippe duplū vestimentū dicimus. Confusione ergo sicut diploide induti sunt: qui iuxta reatus sui meritum: ꝛ temporali ꝛ perpetua animaduersione feriuntur. Solos quippe pena a supplicio liberat / quos immutat. Nam quos presentia mala non corrigunt: ad sequentia perducunt. Si autem nequaꝙ quosdam pena presens a supplicio eterno defenderet / Paulꝰ minime dixisset. Cum iudicamur a domino / corripimur: vt nō cum hoc mundo damnemur. Hinc voce angelica ad Joannem dicitur. Ego quos amo / redarguo et castigo. Hinc etiam scriptum ē. Quem diligit dn̄s / castigat. flagellat autem omnem filiū quem recipit.

j. Cor. xj. — Apo. iij. — Heb. xij.

Capitulum. xxxiiij.

Epe ergo mens iusti vt magis secura sit / altiꝰ trepidat: et cum flagellis cingitur / superni iudicij incertitudine turbatur. Pauet ne initium sequentis damnationis sit omne quod patitur: et per cogitationem interrogat iudicē / quia de vite sue meritis ambigit in percussione. Sed vite virtus cum ad oculos mentis reducitur / quasi consolans a iudice respondetur: quia nequaꝙ ad perdendū percutit: quē in actionis innocentia feriendo custodit. Bene itaqꝫ nunc dicitur. [Indica mihi / cur me ita iudices] Ac si aperte diceretur. Quia flagellando me iudicas: ostende ꝙ ad iudicium per flagella securum reddas. Quod tamē intelligi et aliter potest. Nā plerūqꝫ vir iustus flagella ad ꝓbationem percipit: ꝛ vitam suam subtilissima inquisitione discutiens / quis se peccatorem et sentiat et fateatur: pro qua tamē specialiter culpa percutitur / minime cognoscit: atqꝫ eo magis in percussione trepidat: quo causas sue percussionis ignorat.

B Petit vt semetipsum sibi iudex indicet: quatenus quod ille animaduertēdo punit / hoc in se flendo ꝛ ipse castiget. Scit nāqꝫ ꝙ equissimꝰ iudex iniuste quempiā nr̄m nullo mō affligit: ꝛ magno metu percutitur: quia ꝛ dolet in verbere / ꝛ deprehendere in se perfecte nō valet qđ deploret. Vn̄ adhuc subdit.

℄ S. Qꝫ consilium diaboli totum sit in perditione generis humani.

℄ Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris et opprimas pauperem: opus manuū tuarum: et consiliū impiorū adiuues?] Hoc nimirum sic per interrogationem dicitur vt negetur. Ac si aperte diceret. Tu qui summe bonꝰ es: noui quia bonū nō estimas / vt pauperē per calūniam premas. Et scio ergo quia nō est iniustum qđ patior: et eo magis doleo: quo causas iustitie ignoro. Notandum vero ꝙ non ait vt opprimas innocentē / sed pauperem. Qui enim districtioni iudicis nequaꝙ innocentiā / sed paupertatē suam obijcit / nonnam de vita audaciā arripit: sed ꝙ se infirmum conspiciat / ostendit. Vbi ꝛ cōgrue subiūgit. Opꝰ manuū tuarū. Ac si aperte dicat. Impie opprimere nō potes / quem fecisse gratuito recordaris. Bene autem subditur. Et consiliū impiorum adiuues. Quos nāqꝫ hoc loco impios / nisi malignos spiritꝰ vocat? Qui cū redire ipsi

C ad vitam nequeūt / crudeliter socios ad mortem querūt. Quorū nimirū cōsiliū fuit / vt beatum iob diuina correptio tangeret: vt qui in tranquillitate iustus extiterat / saltē per flagella peccaret. Sed impiorum consilium dominꝰ nō adiuuit: quia eorum tentationibus carnem iusti prodidit / animā negauit. Hoc indesinenter contra bonos cōsilium maligni spiritus ineunt: vt hi quos seruire deo sine nocue in tranquillitate conspiciunt / vexati aduersitatibus / ad voraginē culpe rapiantur. Sed eorū cōsiliū acumē destruitur / quia piꝰ conditor cū viribꝰ flagella moderatur: ne virtutē pena trāscat: et ꝑ astutiā fortiū / humana infirmitas excedat. Vnde bene ꝛ per Paulum dicitur. Fidelis autem deꝰ / qui non patitur vos tentari supra ꝙ potestis: sed faciet cū tētatione etiam prouentum / vt possitis sustinere. Nisi enim misericors deꝰ cū viribꝰ tentamenta modificet / nullꝰ ꝓfecto est qui malignorū spirituum insidias non corruens portet: q̄ si mensuram iudex tentationibꝰ non prebet / cor ipso protinꝰ stantē deijcit / quo vltra vires onera imponit. Sic autem beatus iob negādo requisiuit ista que protulit: sicut ꝛ requirēdo neget ea que illico subiungit / dicens.

j. Cor. x.

℄ S. Qꝫ ante omne tempus / qui semper est / in presentia sibi cuncta conspiciat.

℄ Nunquid oculi carnei tibi sūt: aut sicut videt homo / et tu videbis? Nunquid sicut dies hominis / dies tui: ꝛ anni tui sicut humana sunt tēpora: vt queras iniquitatē meā: et peccatum meū scruteris: et scias quia nihil impium fecerim?] Oculi carnei facti tēporū nō nisi in tempore agnoscunt: ꝙ et ipsi ad videndum cum tempore prodeunt: cū tēpore clauduntur: et humanus visus quodlibet opus sequitur / non precurrit: quia vix existentia aspicit / ventura nullo modo agnoscit.

D

Capitulum. xxxv.

Jes quoqꝫ et anni hominis a diebus ꝛ annis discrepant eternitatis: quia vitā nostrā q̄ tempore incipit / tpe finit / dū intra sinꝰ sui latitudinē format / eternitas deuorat. Cuiꝰ nimirum imensitas que vltra citraqꝫ super nos tendit / sine inchoatione et termino eius eternū esse dilatatur: cuiqꝫ trāsacta preterierit: nec adhuc ventura (quasi que non appareāt) desunt: quia is qui semꝑ esse habet / cuncta sibi presentia conspicit: cūqꝫ aspiciendo post et ante non tendit / nulla intuitus mutatione variatur. Dicat ergo. Nūqd oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo / ꝛ tu videbis? Nunquid sicut dies hoīs / dies tui: ꝛ anni tui sicut humana sunt tempora: vt queras iniquitatem meam / ꝛ peccatū meum scruteris: ꝛ scias q̄ nihil ipsū fecerī? Ac si hūilit' requirēs diceret. Cur me i tēpore per flagella examinas: quem apud te perfecte et ante tempora scisti? Cur culpas meas verberibus interrogās / quem per eternitatis tue potētiā nec priusqꝫ conderes ignoras? Cuiꝰ nimirum potentie mox pondus expressit / cū subiūgit. [Cū sit nemo q̄ de manu tua possit eruere.] Ac si aperte dicat. Quid tibi restat nisi parcere / cuiꝰ

E virtuti nullus valet obuiare? Quo enim nemo est q̄ aduersionem tuam ex merito sue virtutis retineat: eo a se facilius tua pietas exigit vt parcat. Quia autē nos in delicto concepti / in iniquitatibꝰ editi: aut noxie praua perpetramus: aut incaute etiam recta agendo delinquimus: districtus iudex vnde nobis fiat placabilis / non habemus. Sed cū nostrū opus eiꝰ obtutibꝰ dignū exhibere nō possumus: restat vt ad placationem illiꝰ suum ei opus offeramus. Vnde et subditur.

℄ S. Manicheorum error destruitur: et dignitas conditionis humane cōmendatur.

℄ Manus tue fecerunt me: et plasmauerunt me totum in circuitu: et sic repente precipitas me?] Ac si humiliter dicat. Quia sub iusto examine dignum non est tue placatione quod feci: pensa misericorditer ne pereat quod fecisti. Quibus etiam verbis puerium manichei dogma destruitur: qui duo esse principia mētiēs: a deo spiritum / a sathana vero carnē conditā asserere conatur. Sanctus etenim vir ꝓphetici spūs gratia plenus / longe post ventura considerat: et errorum germina ꝓuidens calcat / dicēs. Manus tue plasmauerūt me: et fecerunt me totum in circuitu. Qui enim ꝛ plasmatū se et factum totum in circuitu a deo asserit / tenebrarum genti / nec in spiritu suo aliquid nec in carne dereliquit. Nam plasmatum se propter internam hominis imaginē retulit: factum vero totum in circuitu: in eo ꝙ ex carnis constat indumento / memorauit.

Capitulum. xxxvj.

F Otandum vero est: q̄ per hoc ꝙ se plasmatum dei manibus asserit / misericordie iudicis / dignitatem sue conditionis opponit. Cūis enī per coeternū patris verbū cūcta creata sint: in ipsa tamē relatione creationis ostēditur: ꝙtū cūctis aīalibus: ꝙtum rebus vel celestibꝰ / sed tamen insensibilibus homo preferatur. Cūcta quippe dixit et facta sunt. Cum vero facere hominē decernit: hoc quod reuerenter pensandum est ꝓmittit / dicens. Faciamꝰ hominē ad imaginē et similitudinē nostrā. Nequaꝙ ei de eo sicut de rebꝰ ceteris scriptum est: Fiat / ꝛ factū est: neqꝫ vt aque volatilia / sic terra hominem protulit: sed priusqꝫ fieret / faciamꝰ dicitur: vt videlicet quia rationalis natura condebatur / quasi cum consilio facta videretur. Quasi per studium de terra plasmatur: ꝛ inspiratione conditoris in virtute spiritus vitalis erigitur: vt scꝫ non per iussionis vocem / sed per dignitatē operationis existeret / qui ad conditoris imaginem fiebat. Quod igitur per conditionem homo elegātius ā terra creaturis ceteris accepit: hoc in flagello positus pietati sui opificis opponit / dicēs. Manꝰ tue plasmauerūt me / ꝛ fecerunt me totum in circuitu: ꝛ sic repente ꝓcipitas me? Ac si aperte dicat. Cur tāta vilitate despicis / quem cum tanta dignitate cōdidisti? Et quē ratione rebus ceteris ꝓfers / cur et dolore supponis? Sed tn̄ hoc eadem nostra dignitas fulget ꝑ imaginem: et longe distat a beatitudinis perfectiōe per carnem: quia dum spiritꝰ miscetur pul-

Gen. j.

G uen/quodāmō cōnectitur infirmitati. Quam scȝ infirmitatem beatus Iob pietati iudicis obijcit/cum subiungit.

¶ S. Quo homo ad veniam perueniat/cum irremissibile sit peccatum diaboli.

¶ Memento queso q sicut lutum feceris me.] Angelorū spiritus idcirco irremissibiliter peccauerūt: q tanto robustius stare poterant/quāto eos carnis commixtio nō tenebat. Homo vero idcirco post culpam veniā meruit: quia per carnale corpus aliquid quo semetipso minor esset accepit. Unde et apud respectum iudicis argumētū pietatis est hec eadem infirmitas carnis: sicut per psalmistam dicitur. Ipse autem est misericors/et propitius fiet peccatis eorum/et non disperdet eos. Et multiplicauit vt auerteret iram suam ab eis/et non accendit omnē irā suam: et rememoratus est q caro sūt. Ut lutum ergo homo factus est: q de limo est ad cōditionem sumpt⁹. Lutum quippe fit/cū se aqua terre conspergit. Sicut lutum itaq homo est conditus: quia quasi aqua infundit puluerem/cum anima rigat carnem. Quod sanctus vir bene pietati iudicis obijcit/cum postulans dicit. Memento queso q sicut lutum feceris me. Ac si aperte dicat. Infirmitatem carnis considera: et reatū iniquitatis laxa. Ubi apte quoq mors eiusdem carnis adiungitur/cum protinus subinfertur. Et in puluerem reduces me.] Ac si patenter postulet/dicens. Memento queso q per carnem e terra venio: et per eius interitum ad terram tendo. Materiam itaq originis/et penam finis aspice: et culpe citius transeuntis parce.

¶ S. Quomodo deus hominē plasmat/plasmatū viuificat: viuificatum custodit. Capitulum. xxxvij.

H Sed quia qualitatem protulit hominis conditi/nunc subiungit ordinem propagati/dicens. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseū me coagulasti/ Pelle et carnib⁹ vestisti me: ossib⁹ et neruis cōpegisti me.] Plasmatus quippe homo sicut lutū factus est: propagatus autem et sicut lac mulget femine: et sicut caseus coagulat in carne. Carnib⁹ et pelle induit: ossibus neruisq solidat. Per lutū ergo/prime cōditionis qualitas: p lac vero/sequentis ordo conceptionis exprimitur: quia per coagulatōis incrementa ducit: vt paulisper in ossa roboret. Sed angusta dei laus est descriptio creati corporis: nisi etiā subsequēter exprimat mira aspiratio viuificationis. Unde et subditur.[Uitam et misericordiam tribuisti mihi.] Sed incassum nobis bona conditor tribuit/si non omne quod tribuit/ipse custodit. Sequitur. [Et visitatio tua custodiuit spiritum meū.] Hec autem que de exteriori homine diximus/etiā interiori quēadmodū possint cōgruere/libet vt breuiter replicando mōstremus.[Memēto q̄so q sicut lutum feceris me.] Sicut lutū qppe hō noster interior existit: q sancti spiritus gratia

I terrene menti infundit/vt ad intellectū sui cōditoris erigat. Humana nāq cogitatio que peccati sui sterilitate aruit/per vim sancti spiritus quasi irrigata terra viridescit. Sed sepe dum perceptis superni doni virtutibus sine interruptione vtimur: ad priuatam fiduciam vsu continue prosperitatis eleuamur. vnde fit plerūq vt idem qui subleuauerat/paruper spiritus deserat: quatenus ipsum sibi hominem ostendat. Quod sanctus vir protinus exprimit/cum subiungit. [Et i puluerē reduces me.] Quia cū per subtractionem spiritus/mens aliquātulū in temptatione deseritur/quasi ab humore pristino terra siccatur: vt infirmitatē suā derelict⁹ sentiat: et sine infusione superne gratie/quātū homo aruit/agnoscat. Qui apte quoq reduci ad puluerem dicit: q dum sibi/cuiuslibet temptatiōis aura rapit. Sed dum relicti cōcutimur/ea que afflati cognouim⁹: subtili⁹ iā dona cogitam⁹. Unde subiūgit. Nōne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti: Mens etenim nostra cum per sancti spirit⁹ gratiā ab vsu vetuste cōuersationis abstrahit/sicut lac mulget: q in quadā noue inchoationis teneritudine et subtilitate formatur. Sicut caseus coagulat: q in cōstipatione pinguescētis cogitationis astringit: vt nequaq iam per desideria defluat: sed in vno amore se colligēs/ad solidā reformationem surgat. Capitulum. xxxviij.

P Errerum vero contra hec eadem rudimēta spiritualia/et vsu veteri caro submurmurat: et mētis bella tolerat ex homine quē foris portat. Unde subiūgit.[Pellib⁹ et carne vestisti me.] Pelle qppe et carnibus interior homo vestit: q in eo q ad superna erigit/carnaliū motuū obsidiōe vallat. Sed tenditem ad iustitiā nequaq in temptatiōe cōditor deserit/qui per infusionē gratie etiā peccantē puenit: sed subleuatā mentē et ad bella exterius laxat/et interius roborat. Unde adhuc apte subiūgitur.[Ossibus et neruis compegisti me.] Carnibus et pelle vestimur/sed ossib⁹ neruisq cōpingimur: quia etsi temptatione foris irruente concutimur: intus tamen nos conditoris manus roborat ne frangamur. Carnis itaq motibus nos humiliat ad dona: sed per ossa virtutum roborat contra temptamenta. Ait ergo. Carne et pelle vestisti me: ossib⁹ et neruis cōpegisti me. Ac si aperte dicat. Foris me ad probationē deseris: sed tū intus ne pereā/virtutib⁹ astringendo custodis. Qui idcirco nobis bene viuendi rectitudinē tribuit/quia benigne preterita q deliquimus parcit. Unde et adhuc apte subiungitur.[Uitam et misericordiā tribuisti mihi.] Uita quippe tribuit/cum malignis mentibus benignitas aspiratur. Sed vita sine misericordia accipi nequaq valet: quia ad obtinenda dōa iustitie bona non adiuuatū si prius misericorditer anteacta nequitia non relaxat. Uel certe vitā nobis et misericordiam tribuit: quia ea qua nos misericordia ad bene viuendum preuenit: etiā subsequente custodit. Nisi eni misericordia subroget/seruari nō valet vita quā p̄bet. Ipso quippe quotidie vsu humane vite veterascimus:

L et exterioris hominis impulsu/cogitatione lubrica ab interioribus eximus. Et nisi nos superna visitatio vel ad amorem cōpungendo viuificet: vel ad timorē flagellando restauret: repētino lapsum mens funditus tota destruitur. q lōgo virtutis studio innouata videbat. Un subdit[Et visitatio tua custodiuit spiritū meū.] Humanū quippe spiritū visitatio superna custodit: cum huic virtutibus ditatū/vel flagellando pcutere/vel cōpungere amore non desinit. Nam si dona pstat: sed hunc continue restaurando non subleuat/citius donū perditur: qd nō a largiente custoditur. Sed ecce vir sanct⁹ dū se humiliter agnoscit/cōferēdo generaliter diuine misericordie secreta apprehendit. cūq infirmitatē suā veraciter fatet/repēte ad cognoscendā vocationem gentiū sublimiter rapitur. Nam protinus subditur.

M ¶ S. Quo vocatio gentium ab antiquo in dei consilio abscondita sit.

¶ Licet hec celes in corde tuo: tamen scio quia vniuersorum memineris.] Ac si aperte dicat. Cur de me trepido/qui et vniuersas gentes quia colligas scio/Quod tamen in corde celas: quia hoc adhuc aperto sermone non indicas. Sed qui vniuersorum reminisceris/me procul dubio de venia certum facis. Capitulum. xxxix.

S Ciendū vero est/quia in quibusdā factis et certi deuenia reddimur: et post perpetratas culpas ad absolutionis nostre fiduciam correctione et penitentia subsequente roboramur: perpetrate tamē nostre nequitie adhuc memoria tangimur: et cogitatione illicita succēsi molestiisq pulsamur. Uñ et apte subiūgit.

¶ S. Quo peccata preterita etiā cū per penitentiā abluta fuerint/importuna cogitatio recurrens nobis perducat ad mentem. Et quid sit q p moysen homo nocturno pollutus sonnio/extra castra egredi iubetur: et non reuerti permittitur/nisi lotus aqua post solis occasum.

¶ Si peccaui/et ad horam pepercisti mihi/cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris.] Ad horā dominus peccatori parcit/cū reatum culpe cōcessis protinus fletibus diluit. Sed ab iniquitate nostra mūdos nos esse non patitur: quia volentes quidem culpam fecim⁹: sed nōnūq nolentes eius memoriam cum delectatione toleramus. Sepe nāq hoc quod a conspectu iam iudicis fletu interueniente deletum est/ad animum redit: et deuicta culpe ad delectationem rursus inserpere innitur: atq in antiquo certamine rediuiua pulsatione reparatur: ita vt quod prius egit in corpore/hoc importuna cogitatione postmodum verset in mente. Quod caute illic compescere athleta spiritualis nouerat/qui dicebat. Cōputruerunt et deteriorauerunt cicatrices mee/a facie insipientie mee. Capitulum. xl.

Ps. xxxvij.

Q Uid nāq cicatrices/nisi sanationes sunt vulnerum: Laxatas ergo nequitias ad delectationem memorie redire aspexerat/qui cicatrices deflebat. Cicatrices qppe computrescere/est sanata

tā peccatorum vulnera/rursus in tētationē serpere: atq3 ex eorum suggestionibus post subductam cute penitentie/fetorem culpe iterū dolore q3 sentire. Qua videlicet i re e nihil foris opere agi͛t: t sola intus cogitatione peccat: districto q3 se reatu mēs obligat:nisi hoc sollicitis lamentis terge͛t. Unde bene p moysen dicitur. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollut⁹ sit somnio: egredietur extra castra:et non reuertetur priusq̄ ad vesperum lauetur aqua: t post solis occasum regredietur in castra. Nocturnū quippe est somnū temptatio occulta: per quā tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur: quod tamen corporis opere non expletur. Sed somno nocturno pollut⁹ egredi extra castra p̄cipit: quia videlicet dignum est/vt qui immunda cogitatione pollui͛t/indignum se cūctorum fidelium societatibus arbitre͛t: culpe sue meritū ante oculos ponat: t ex bonorū se estimatione despiciat. Pollutū ergo extra castra exire/est turpi impugnatione laborantē/sese ex continentiū comparatione despicere. Qui ad vesperū lauat͛ aqua/cū defectū suum cōspiciens ad penitētie lamenta cōuerti͛t: vt fletibus diluat omne q̄d in animo occulta inquinatio accusat. Sed post occasum solis ad castra redeat: qr deferuescente tētationis ardore/necesse est vt iterū fiduciam erga societatem bonorū sumat. Post aque quippe lauationē/occidente sole ad castra reuerti͛t: qui post lamēta penitētie/frigescente flāma cogitationis illicite/ad fidelium merita presumēda repara͛t: vt iam se a ceteris lōge esse non estimet: qui mundum se per obitum inanis ardoris gaudet. Sed inter hec sciendum est: q̄ idcirco nonnūq̄ impulsu illicite cogitationis affligimur: quia in quibusdā terrene conuersationis actibus/etsi licitis/libenter occupamur. Cūq3 vel in minimis terrena actio per desiderium tangi͛t: crescente 3 nos antiq̄ hostis fortitudine/mēs nostra nō minima importunitate tentationis inquina͛t. Unde et sacerdos legis/mēbra hostie p frusta concisa/caput atq3 ea que erga iecur sūt/iubet͛ ignib⁹ cremare: pedes vero atq3 intestina hostie pri⁹ aqua diluere. Nos quippe ipsos sacrificium deo offerimus:cū vitam nostram cultui diuino dedicamus. Qui mēbra hostie per frusta concisa sup ignē ponimus: cū vite nostre opera virtutib⁹ distinguentes i͂ molamus. Caput atq3 ea que iuxta iecur continentur/incendimus: cum in sensu nostro quo omne corpus regi͛t/atq3 in occultis desiderijs flāma diuini amoris ardem⁹. Et tamen precipi͛t/vt pedes atq3 intestina hostie lauentur. Pedibus enim terra tangi͛t: intestinis vero stercora gesta͛t: quia plerūq3 iam ex desiderio in eternitatē succēdimur: iam tota deuotionis sensu ad appetitum nostre mortificationis ibamus: sed quia adhuc terrenum pre infirmitate aliquid agimus: nōnulla etiā q̄ iam subegimus illicita in corde toleramus. Cūq3 cogitationes nostras imūda tentatio inquinat: quid aliud q̄ intestina nostre hostie stercus portant? Sed vt cōburi debeant/lauentur: quia nimirum necesse est vt immūdas cogitationes timoris fletus diluat: qs in acceptatione sacrificij supnus amor incendat. Et quicquid mens vel de inexperto certamine/vel de conuersationis pristine memoria pati͛t/lauetur: vt tanto suauius in cōspectu sui spectatoris ardeat/q̄to cum eā abluere ceperit: nil terrenū seculi vel lubricum i ara sue orationis imponit. Quia igit͛ sanct⁹ homo ne mētis dānacō spiciat/q̄ plerūq3 se cogitatiōe illicita inquinat: t post q̄ reatū operis iudex relaxat: t sua plorās/nr̄a que plorem⁹ aperiat/dicens [Si peccaui/t ad horā pepercisti mihi: cur ab iniq̄tate mea mundū me esse nō pateris?] Ac si aperte dicat. Si culpam venia abstulit: cur hanc t a memoria non detersit? Capitulum xij.

Epe autem ita mens in culpe recordatione concutitur: vt ad perpetrationem illius longe grauius q̄ prius quando capta fuerat/vrgeatur: t deprehensa trepidat/seq3 ipsam varijs motibus impulsa perturbat: metuit quidem ne vincatur tentationibus/sed resistens/hoc ipsum quod lōgo labore certaminis affligitur/perhorrescit. Unde et apte subiungitur.

S. Q̄ viri sancti in p̄nti vita tentationū miseria affliguntur: impij vero non reluctantur/sed quiescūt in eis.

[Et si impi⁹ fuero/ve mihi est: t si iustus/nō leuabo caput saturatus afflictione et miseria] Impi⁹ nāq3 ve habet/iustus miseriam: quia et eterna dānatio reprobū sequitur: t electus quisq3 doloribus transitorie aduersitatis expia͛t. Impi⁹ caput leuat: sed elat⁹ euadere ve quod sequitur nō valet. Justus labore sui certaminis afflict⁹/caput leuare nō sinitur/sed pressus a perpetua afflictiōe liberatur. Ille se in voluptatibus erigit: sed supplicijs sequentibus mergit. Iste se in dolore deprimit: sed tā a pōdere eterne animaduersionis abscondit. Cōsideret ergo vir sanctus q̄ aut renitens homo vitijs/p̄senti labore afficitur: aut succumbens/perpetue afflictioni mācipatur: et dicat. Et si impi⁹ fuero/ve mihi est: t si iustus/nō leuabo caput saturatus afflictione t miseria. Ac si aperte deplores dicens. Aut substrat⁹ carnis desiderijs/supplicio eterno subijcior: aut repugnans illicitis motibus/pena p̄senti crucior: q̄ a labore certaminis liber nō sum. Sed superna dispensatio idcirco nos tota sibi intentione seruientes/carnis nostre p̄mittit impugnationib⁹ concuti: ne mens nostra in supbiam audeat presumptione sue securitatis eleuari: vt dū pulsata trepidat/in solo auctoris adiutorio spei pedē robusti⁹ figat. Unde et adhuc apte subiungitur.

S. Q̄ aliquando iusti ne de sua iustitia intumescāt/cadere permittuntur.

[Et propter superbiā/quasi leenā capies me.] Leena cum escam catulis exquirit: lubenter in foueam captionis ruit. Sicut enim ex quibusdam regionibus fertur: fit in eius itinere fouea/in quam pecus deponitur: vt illuc se eius appetitu proijcere leena prouocetur: que angusta simul et alta preparatur/vt in eam ruere ambiendo valeat: sed hanc saliendo nullo modo euadat. Alia quoq3 fouea q̄ priori coheret/effoditur: que tamen ei in qua pec⁹ est/extreme partis aptione coniungi͛t. in qua nimirum cauea poni͛t/vt leena corruēs qr desuper terrorib⁹ vrgetur: cum quasi in secretorē p̄te fouee occultare se appetit/caueam volēs intret: cuius iam ianua nequaq̄ p̄metuit/quia clausa in cauea leuatur. Que enim sua sponte in foueam corruit: ad superiores partes circūsepta vectibus redit. Sic sicnimirū humana mens capta est: que l libertate arbitrij condita/dum nutrire desideriis carnis appetitus: quasi leena catulis escam quesiuit/atq3 in deceptionis sue foueam cecidit: que suadente antiquo hoste/ad cibum prohibitum manū tetēdit: sed in fouea protinus caueam inuenit: quia sponte ad mortem veniēs/corruptionis sue mox carcerem pertulit. Sed cum multa agere conatur/et non valet: eiusdem corruptionis sue obstaculis quasi cauee vectibus ligatur: atq3 ad auras liberas gratia interueniente reducitur. Jam quidem eam in quā ceciderat dānationis foueam euasit: quia secutura mortis supplicia/manu redemptoris adiuta: ad veniam rediēdo superauit. Sed tn̄ coarctata caueā tolerat: quia supne quoq3 disciplinē vectibus cingitur: ne p carnis desideria vage͛t. Que ergo sponte sua in foueam cecidit/ad auras liberas clausa redit: quia et p libertatem arbitrij in culpam corruit: et tamen hanc a suis motibus/cōditoris gratia coactam nolentē q3 cōstringit. Post foueam itaq3 caueam pati͛t: que erepta ex eterno supplicio/a prauevoluntatis motib⁹/sub celestis artificio dispēsatiōe religa͛t. Recte igit͛ dicit. Et ppter supbiam/quasi leenam capies me: quia et liber homo per cibum sibi mortem intulit: et reduct⁹ ad veniam/sub disciplina melius clausus viuit. Quasi leena ergo ppter superbiam capt⁹ est: q3 inde nunc cū disciplina sue corruptionis deprimitur: vnde transgressionem precepti non timens/audacter in foueam saltum dedit. Capitulum xiij.

Ed si parumper obtutus mentis a culpa primi parentis auertimus: nos adhuc quotidie vt leenam capi per vitiū elationis inuenimus. Sepe namq3 homo acceptis virtutibus in audaciam sue presumptionis erigitur: sed mira dispēsatiōe pietatis/ante ei⁹ oculos res quelibet in quā corruat/ordina͛t. Dūq3 p culpam aliquid appetit: quid aliud quam p̄dam in fouea concupiscit? Sua sponte inhians cadit: sed suis surgere viribus non valet. Qui cū se nihil ex se esse considerat/diuinis proculdubio eius adiutoriū requirat. Quem tamē superna miseratio capti quasi a fouea eueshit: quia hunc infirmitate cognita ad veniā reducit. Leene itaq3 more/propter supbiam ad superiores partes in cauea remeat: qui cū de virtute extolli͛t/lapsus ad desideria in humilitate religatur. Quia enim prius ppria presumptione pierat/mira pietate agitur/vt infirmitatis sue iam non ita dam

G

sus viuat. Quod quia sanct⁹ vir crebro accidere bonis conspicit: nostri in se periculi vocem sumit: vt cum nos eius fletus agnoscimus, que in nobis sunt flenda discamus. Sed cum mentem nostram elatio erigit: sumi a nobis protinus conspectio amoris recedit. cum vero superna nos gratia visitat: statim per lachrymas ad sua desideria instigat. Unde et apte subiungitur.

¶ S. Quod sancti viri cum a deo relinquuntur, ruine sue dispendia non sentiunt: cum vero visitans reuertit ad eos deus: mirabili cruciatu compunctionis semetipsos quales fuerant, discutiunt.

¶ Reuersusque mirabiliter me crucias.] Cum ab auctore relinquimur: nec ipsa vel latenus destitutionis nostre damna sentimus. Quo enim longe nos conditor deserit: eo mens nostra insensibilius obdurescit: nulla que dei sunt diligit: nequaquam superna concupiscit: et quia amoris intimi calorem non habet, frigida deorsum iacet: ac miserando modo fit quotidie tanto securior, quanto peior. cuique vnde sit lapsa non meminit, et supplicia secutura non metuit, quantum lugenda sit nescit. At si afflatu sancti spiritus tangitur: ad considerationem protinus sue perditionis euigilat: in celestium inquisitione se excutit, amoris summi estib⁹ inardescit: que se circumprimunt damna considerat: et plorat proficiens, que prius leta torpebat. † Bene ergo conditori dicitur. Reuersusque mirabiliter me crucias: quia omnipotens deus vnde mentem nostram visitans, ad amorem suum erigit: inde hanc per lachrymas grauius affligit. Ac si apte dicat. Relinquendo me nequaquam afficis: quia insensibilem reddis. sed cum reuerteris, crucias: quia quid tu te insinuas mihi, me quam sim lugendus demonstras. Unde nequaquam se penaliter, sed mirabiliter asserit cruciari: quia dum per fletum mens ad summa rapitur, compunctionis sue penam gaudens miratur. et libet affici: quia afflictione sua se conspicit ad alta subleuari.

† al. probat
D

Capitulum. xliij.

Sepe autem cum nos a facti desiderij exercitatione torpescere superna pietas cernit: exempla se sequentium nostris obtutibus obijcit: vt mens pro otio remissa, quo in alijs vigilantia profectus considerat: eo in se pigritudinem torporis erubescat. Unde et recte subiungitur.

¶ S. Quod electi contra nos testes dei sunt, vt qui negligimus precepta, ex aduerso confundamur per sanctorum exempla.

Testes dei.

¶ Instauras testes tuos contra me: et multiplicas iram tuam: et pene militant in me.] Testes enim dei sunt qui per exercitium sancti operis testantur que electos secutura sint premia veritatis. Unde hos quoque qui pro veritate passos agnoscimus, greco eloquio martyres, i. testes vocamus. Et per Joannem voce angelica dominus dicit: In diebus meis antipas testis me⁹ fidelis: qui occisus est apud vos. Sed testes suos contra nos dominus instaurat, cum electorum vitam prauitati nostre contrariam, ad arguendos nos instruendosque multiplicat. Contra nos ergo testes illius instaurantur: quia cuncta que agunt studijs nostre prauitatis aduersa sunt. Unde et sermo veritatis aduersarius vocatur: cum mediatoris voce per euangelium dicitur: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es cum illo in via. Atque de hoc eodem redemptore reprobi persequentes dicunt. Contrarius est operibus nostris. Et paulo post. Dissimilis est alijs vita illius. Testes itaque suos contra nos dominus instaurat: quia bona que facere ipsi negligimus, hec ad correptionem nostram, fieri ab alijs demonstrat: vt qui precepti non accendimur, saltem exemplis excitemur: atque appetitu rectitudinis nil sibi mens nostra difficile estimet: quod perfecte peragi ab alijs videt. Et sit plerumque vt cum aliene vite bona conspicimus, nostra sollicitius damna timeamus: et eo pateficat quanto post pondere aduersionis impetimur, quo nos a bonorum moribus longe discrepamus. Unde et testium instauratione memorata, protinus apte subiungitur. [Et multiplicas iram tuam.] Eo nobis multiplicari ira dei dicitur: quo esse multiplex indicatur: quia ex ipsa nunc bonorum vita et labore cognoscimus, si emendari dum tempus est, nolumus, quanta post aduersione feriamur. Electos quippe dei cernimus et pia agere, et crudelia multa tolerare. Hinc ergo colligitur, districtus iudex quanta illic feriat districtione quos reprobat: si hic sic cruciat quos amat: petro attestante, qui ait. Tempus est vt iudicium incipiat de domo dei. si autem primum a nobis: quis finis eorum qui non credunt dei euangelio? Omnipotens igitur deus cum contra nos testes instaurat, iram multiplicat: quia quo bonorum vitam nostris oculis obijcit: eo prauitatis perpetrate duritiam qua districtione in iudicio puniat, ostendit. Nam cum solus se sequentib⁹ bona exaggerat: torpentes iam quia reliquerit, demonstrat. Cum bona ergo in alijs cernimus: valde necesse est vt et exultationem nostre formidini, et formidinem nostre exultationi misceam⁹: quatenus et de alienis profectib⁹ charitas gaudeat: et de suis infirmitatibus conscientia contremiscat. Sed cum fraterno profectu reficimur: cum districtionem super nos interni iudicis ex ipso nostro torpore pensamus: quid restat nisi vt ad discutiendum se animus redeat: et quicquid in se reprobum, quicquid prauum deprehendit, affligat. Unde et apte subiungitur. [Et pene militant in me.] Considerantis quippe dei testibus, pene in nobis militant: quia dum miranda illorum facta conspicimus: vitam nostram (que ex eorum nobis comparatione displicet) studiosa afflictione cruciamus: vt quicquid in nobis polluerunt opera, diluant lamenta: et si quid adhuc culpa delectationis inquinat, pena meroris tergat. Beatus igitur iob: quia vitam patrum precedentium conspicit, quid in se gemere debeat, subtili⁹ agnoscit. Sed magni doloris magisterio, dum sua plangit, ad lamenta nos instruit: vt quo virtutes in alijs cernimus, eo apud districtum iudicem nostra sollicite delicta timeamus. Sequitur. [Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinam consumptus essem: ne oculus me videret.] Quod nimirum prima oratione id protulit, dicens: Quare non in vulua mortuus sum? Qui hoc quoque quod hic adiecit subdens: Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum: illic verbis alijs non aliter adiungit dicens. [Sicut abortiuum absconditum non subsisterem: vel qui concepti non viderunt lucem.] Quia vero hec superius late digessimus: pro vitando lectoris fastidio, exposita replicare declinamus. Sequitur.

B

L

¶ S. Quod cum peccatum animam pulsat: si breuitas delectationis aspiciatur, non multum iuuat. Capitulum. xliiij.

Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui:] Cautum se ac sollicitum viuere ostendit: qui beatitatem presentis vite considerans, non eius vsum, sed terminum conspicit: vt ex fine colligat nihil esse quod transiens delectat. Hinc namque per Salomonem dicitur. Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus letatus fuerit: meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum: qui cum venerit, vanitatis arguentur preterita. Hic rursum scriptum est. In omnibus operib⁹ tuis memorare nouissima tua, et in eternum non peccabis. Igitur cum culpa animum tentat: mens necesse est vt breuitatem sue delectationis aspiciat: ne ad viuacem mortem iniquitas rapiat: cum constet quod ad terminum citius mortalis vita percurrat. Sed sepe oculus contemplationis nostre confunditur: quia dolor noster flagellis crebrescentibus aggrauatur. Libet presentis vite exilium gemere, sed pre ipsa afflictione mens non valet damna sue cecitatis estimare. vnde protinus subdit.

Eccles. xj.

Eccl. vij.

M

¶ S. Quod si peccatum cui ex consuetudine obligati sum⁹, flendo delere non possumus: nisi pietatis superne respectu compungamur.

¶ Dimitte ergo me: vt plangam paululum dolorem meum.] Sicut enim moderata afflictio lachrymas exprimit, ita immoderata subducit: quia meror ipse quasi sine merore fit: qui afflicti mentem deuorans, sensum doloris tollit. Vir igitur sanctus feriri plusquam sufficit pertimescit, dicens. Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meum. Ac si aperte dicat. Flagella tue percussionis tempera: et moderatis doloribus, estimare mala que patior, flendo conualescam. Quod tamen intelligi et aliter potest. Sepe namque peccator iniquitatis sue vinculis ita constringitur, vt pondus quidem peccatorum toleret: sed tamen quia tolerat ignorat. Sepe autem si cognoscat quanto reatu premitur, erumpere in lachrymas conatur, et non potest: vt hunc in se mente libera: et conuersatione integra prequatur. Flere ergo dolorem suum non valet: qui et iniquitatis sue reatum considerat: et tamen pre terrene occupationis pondere, hunc ei gemere nequaquam vacat. Flere dolorem suum non valet: qui praue quidem consuetudini contraire nititur: sed tamen adhuc succrescentibus desiderijs carnis grauatur. Huius doloris presentia, prohibet mentem cruciauerat, cum diceret. Dolor meus

Psa. xxxvij.

D contra me est semꝑ:quoniã iniquitatẽ meã ego pronunciabo:et cogitabo pro peccato meo. Sed solutis iniquitatibus vinculis, dimissum se nouerat qui exultabat/dicens. Dirupisti vincula mea/tibi sacrificabo hostiã laudis. (Ps. cxv.) Tunc igitur ad plangendum dolorẽ nos dñs dimittit:cũ ⁊ mala nobis que fecim⁹ demonstrat:atq; ad hec eadẽ flenda q̃ cognoscim⁹ adiuuat. Culpas oculis obijcit:et pia manu gratie/vincula cordis soluit:vt ad vacationẽ penitentie mẽs nostra se erigat:et carnis soluta cõpedib⁹/i auctorẽ suũ libera gressum amoris tendat. Capitulum.xlv.

Lerũq; etenĩ vitam nostram ipsi reprehendimus:sed tamen libenter agimus hoc quod in nobis recte reprobamus. Ad iustitiam spirit⁹ nos erigit:ad consuetudinem caro restringit. Amori suo mens renititur/sed protinus delectata captiuatur. Bene itaq; dicitur. Dimitte ergo me/vt plangam paululũ dolorem meum. Quia nisi a reatu culpe quo nos ligauimus/misericorditer dimittamur/perfecte flere non possumus hoc quod in nobis ipsis contra nosmetipsos volumus. Sed tunc veraciter reatus nostri dolor plangit:cũ tenebrosa illa inferni retributio intento timore preuidetur. Unde apte subiungitur.

¶ S. Qd pene infernales nec trãsitorie sint nec fantastice:sed solide et perpetue.

D ¶ Antequã vadam et nõ reuertar ad terram tenebrosam/⁊ opertam mortis caligine. Quid enĩ terre tenebrose nomine/nisi terra tartari claustra signant? Que eterne mortis caligo operit:q2 dãnatos quosq; in perpetuũ a vite luce disiungit. Nec inmerito infern⁹ terra dicit:q2 quicunq; ab eo capti fuerint/stabiliter tenent. Scriptum quippe est: Generatio preterit/⁊ generatio aduenit:terra vo i eternũ stat. (Eccl. j.) Recte igitur inferni claustra/tenebrosa terra nominantur:quia quos puniẽdos accipiunt/nequaq̃ pena trãsitoria/vel phãtastica imaginatione cruciãt:s; vltiõe solida ꝑpetue dãnationi seruant. Que aliquãdo tñ laci appellatione signant:propheta attestãte/qui ait. Portauerunt ignominiam suã cũ his qui descẽdũt in lacũ. (Eze. xvj.) Infern⁹ ergo et terra nominat:q2 susceptos stabiliter tenet: et lacus dicitur:q2 hos quos semel ceperit/semꝑ fluctuãtes ⁊ trepidos tormẽtis circũfluentibus absorbet. Sanctus autem vir siue sua siue humani generis voce dimitti se postulat anteq̃ vadat:nõ q2 ad terram tenebrosam qui culpam defleť iturus est:sed quia ad hanc procul dubio qui plangere negligit/vadit:sicut debitori suo creditor dicit. Solue debitũ priusq̃ pro debito cõstringaris. qui tamen non cõstringit/si quod debet/soluere non moratur. Ubi ⁊ recte subditur. Non reuertar. Quia nequaq̃ vltra misericordia parcentis liberat:quos semel in locis penalib⁹ iustitia iudicantis dãnat. Capitulum.xlvj.

J Ue adhuc subtilius loca describunt/cum dicitur. Terram miserie et tenebrarum. Miseria ad dolorem pertinet/tenebre ad cecitatem. Est ergo que a conspectu districti iudici expulsos tenet/ miserie ⁊ tenebrarũ terra phibet:q2 foris dolor cruciat/ quos diuisos a vero lumine/intus cecitas obscurat. Quis miserie ⁊ tenebrarum terra intelligi et aliter potest. Nã hec quoq; terra in qua nascimur/est quidem miserie/sed tenebrarum non est:q2 multa hic corruptiõis nostre mala patimur:sed tamẽ adhuc in ea per conuersionis grãm ad lucẽ redimus:veritate suadente/que ait. Ambulate dũ lucem habetis ne vos tenebre comprehẽdãt. (Jo. xij.) Illa vero simul miserie ⁊ tenebrarũ terra est:q2 qui semel ad tolerãda eius mala descenderint/nequaq̃ vlterius ad lucem redit. In cuius adhuc descriptione subiungitur.

¶ Ubi vmbra mortis/et nullus ordo. Sicut mors exterior ab anima diuidit carnem:ita mors interior a deo separat animam. Umbra ergo mortis est obscuritas diuisionis:quia dãnatus quisq; cum eterno igne succẽditur: ab interno lumine tenebrat. Natura vero ignis est vt ex seipso ⁊ lucẽ exhibeat ⁊ cõcremationẽ. Sed transactorũ vltrix illa flãma vitiosũ/cõcremationẽ habet/⁊ lumẽ nõ habet. Hinc est enĩ q̃d reprobis veritas dicit. Discedite a me maledicti in ignem eternum:qui paratus est diabolo et angelis eius. (Mat. xxv.) Quos rursum omnium corpus i vn⁹ persona significans dicit. Ligate et manus et pedes/et mittite eum i tenebras exteriores. (Mat. xxij.) Si itaq; ignis qui reprobos cruciat/lumen habere potuisset:is qui repellitur/ nequaq̃ mitti in tenebras diceret. Hinc etiam psalmista

ait. Super eos cecidit ignis/⁊ nõ viderunt solem. Ignis enĩ super impios cadit:sed sol igne cadente nõ cernit: q2 illos quos gehẽne flãma deuorat:a visione veri luminis cecat:vt et foris eos dolor cõbustionis cruciet:et int⁹ pena cecitatis obscuret:quatenus qui auctori suo corde et corpore deliquerũt/simul corde et corpe puniant:et vtrobiq; penas sentiant:qui dum hic viuerẽt/prauis suis delectationibus ex vtroq; seruiebãt. (Ps. lvij.) Unde bene per ꝓphetam dicit. Descenderunt in infernũ cũ armis suis. (Eze. xxxij.) Arma quippe peccantium sunt mẽbra corporis:quibus peruersa desideria que cõcipiunt/exequitur. Un recte p Paulum dicit. Neq; exhibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato. (Ro. vj.) Cum armis ergo ad infernũ descendere/ est cũ ipsis quoq; mẽbris q̃bus desideria voluptatis expleuerunt/eterni iudicij tormẽta tolerare:vt tunc eos vndiq; dolor absorbeat:qui nunc suis delectationibus subditi/ vndiq; ꝯtra iustitiam iuste iudicãtis pugnãt.

¶ S. Quomodo supplicia dãnatorũ ex iustitia iudicis ordinem habeant:tñ eis aũt q ea patiant/ꝯfusionẽ. Ca. xlvij.

M Irum vero est valde quod dicit: Ubi null⁹ ordo. Neq; enĩ omnipotẽs deus qui mala bene punit/inordinata esse vllo modo vel tormẽta permittit:quia ipsa quoq; supplicia que ex lance iustitie prodeũt/inferri sine ordine nequaq̃ possunt. Quõ nãq; i supplicijs ordo nõ erit:dũ damnatũ quẽq; iuxta modũ criminis/retributio sequitur vltionis? Hinc q̃ppe scriptum est. Potentes potenter tormẽta patient:et fortioribus fortior instat cruciatio. (Sap. vj.) Hinc in babylonis damnatione dicitur. Quãtum exaltauit se/et in delicijs fuit:tãtũ date illi tormentũ et luctũ. (Apo. xviij.) Si igitur iuxta modũ culpe/ pena distinguit:constat nimirũ q in supplicijs ordo seruat. Et nisi tormentorũ summam/meritorũ acta dirimerent/nequaq̃ iudex veniẽs dicturũ se messorib⁹ esse phiberet. Colligite primũ zizania/⁊ ligate ea i fasciculos ad cõburendũ. (Mat. xiij.) Si enĩ null⁹ in supplicijs ordo seruabit: cur cõburẽda zizania in fasciculos ligant? Sed nimirum fasciculos ad cõburẽdũ ligare/est hos qui eterno igni tradẽdi sunt/parca paribus sociare: vt quos similis culpa inquinat/par etiam pena cõstrigat:et qui nequaq̃ dispari iniquitate polluti sunt:nequaq̃ dispari tormento crucient:quatenus simul dãnatio conterat/quos simul elatio subleuabat:quosq; non dissimiliter dilatauit ambitio nõ dissimilis anguste afflictio:et par cruciet flãma supplicij/quos in igne luxurie par succendit flãma peccati. Sicut et in domo patris mãsiones multe sunt pro diuersitate virtutis:sic dãnatos diuerso supplicio gehenne ignib⁹ subijcit disparitas criminis. Que videlicet gehẽna quis cũctis vna sit:non tamẽ cũctos vna eadẽq; qualitate succendit. Nam sicut vno sole omnes tangimur / nec tñ sub eo vno ordine omnes estuamus:q2 iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris:sic dãnatis ⁊ vna ẽ gehenna que afficit:et tamen non vna omnes qualitate cõburit:quia qd hic egit dispar valitudo corporum: hoc illic exhibet dispar causa meritorũ. (M) Quomodo ergo nullus inesse ordo supplicijs dicit:in quibus ꝓfecto quisq; iuxta modum culpe cruciatur? Capitulum.xlviij.

S Ed sanctus vir postq̃ vmbram mortis intulit/ q̃ta sit confusio in dãnatorum mẽte subiungit: q2 ipsa quoq; supplicia q̃ ordinata per iustitiam veniũt/ordinata proculdubio in corde morientiũ nõ sunt. Ut enĩ paulo superi⁹ dixim⁹:dũ dãnat⁹ quisq; foris flamma succendit:int⁹ cecitatis igne deuorat: atq; in dolore posit⁹/exteri⁹ interiusq; cõfundit: vt sua deteri⁹ cõfusione cruciet. Repulsis ergo ordo i supplicio nõ erit: quia in eorũ morte atroci⁹ ipsa confusio mentis seuit. Quã tamen mira potentia iudicantis equitas ordinat: vt pena animum quasi inordinata cõfundat. Uel certe abesse ordo supplicijs dicitur:q2 quibuslibet reb⁹ in penã surgentib⁹/ꝓpria qualitas non seruat. Unde ⁊ protin⁹ subinfert. Et sempiternus horror inhabitat. In huius vite tormẽtis timor dolorem habet:dolor timorem nõ habet: quia nequaq̃ mẽtem metus cruciat:cũ pati iam ceperit qd metuebat. Infernum vero et vmbra mortis obscurat/ ⁊ sempiternus horror inhabitat:quia eius ignibus traditi/⁊ in supplicijs dolorem sentiũt:⁊ i doloris angustia pulsante se semper pauore feriunt: vt et quod timẽt tolerẽt/⁊ rursum quod tolerant/sine cessatione pertimescãt. De his etenĩ scriptum est. Uermis eorũ non moritur:et (Esa. lxvj.)

G

igniis eorum nō extinguetur. Hic flāma q̄ succēdit illuminat: illic (vt superius verbis psalmiste docuimus) ignis q̄ cruciat obscurat. Hic metus amittitur/cum tolerari iam ceperit quod timebat: illic et dolor dilaniat/et pauor angustat. Horrēdo igitur modo/erit tunc reprobis dolor cū formidine/flāma cum obscuritate. Sic sic videlicet damnatio sentiri pondus summe equitatis debet: vt quos a volūtate conditoris nequaq̄ sua verit discrepare dum viuerent: eorum quandoq̄ interitu ipsa sua qualitatibus etiam tormenta discordent: quatenus quo se impugnant/cruciatus augeant: et cum varie prodeunt/multipliciter sentiantur. Que tamen supplicia in se demersos et vltra vires cruciant: et in eis vite subsidium extinguētia seruant: vt sic vitam terminus puniat/ quatenus semper sine termino cruciatus viuat: qui et ad finem per tormenta pperat: et sine fine deficiens durat. Fit ergo miseris mors sine morte: finis sine fine: defectus sine defectu: quia et mors viuit: et finis semp incipit: et deficere defect⁹ nescit. Quia igitur et mors perimit/et nō extinguit: dolor cruciat/sed nullatenus pauorem fugat: flamma comburit/sed nequaq̄ tenebras discutit: quantum per notitiam presentis vite colligitur/supplicia ordinem non habent: que non suam per omnia qualitatem tenent: quia illic ignis et ad consolationem non lucet: et tamen vt magis torqueat/ad aliquid lucet. Capitulum .xlix.

H

Nam sequaces quoq̄ suos secū in tormento reprobi flāma illustrante visuri sunt/ quorū amore deliquerūt: quatenus qui eorum vitam carnaliter contra precepta conditoris amauerunt: ipsorum quoq̄ eos interit⁹ in augmentū sue dānationis affligat.

Luc.xvj.

Quod pfecto euāgelio testante colligimus: in quo veritate nūciante/diues ille quem cōtigit ad eterni incendij tormenta descendere: quinq̄ fratrū describit meminisse: qui abrahā petijt: vt ad eorū eruditionē mitteret: ne illuc eos quandoq̄ venientes par pena cruciaret. Qui igitur ad doloris sui cumulū / propinquorū absentiū meminit: constat pculdubio quia eos/ad augmētū supplicij/ paulopost potuit etiā presentes videre. Quid autem mirum si secum quoq̄ reprobos aspiciat cremari / qui ad doloris sui cumulū/eū quē despexerat/in sinu abrahe lazarum vidit? Si ergo ei vt pena cresceret/et vir elect⁹ apparuit: cur non credendum sit q̄ videre in supplicio eos etiam quos contra deum dilexerat possit? Qua ex re colligit/ q̄ eos quos inordinate nūc reprobi diligūt: miro iudicij ordine/secum tunc in tormentis videbunt: vt penā ppriē punitionis exaggeret illa auctori preposita carnalis cognatio: pari ante oculos vltione dānata.

I

Ignis itaq̄ qui in obscuritate cruciat: credendū est q̄ lumen ad tormentū seruat. Quod si approbare testimonijs in sua expressiōe non possumus: superest vt e diuerso doceamus.

Dan.iij.

Tres quippe hebree gentis pueri/per chaldei regis imperiū succensis camini ignibus/ligatis manibus pedibusq̄ proiecti sunt: quos tamē cum idem rex in camini incendio miserat⁹ exploraret: illesis vestibus deambulantes vidit. Ubi aperte colligit: q̄ mira dispositione cōditoris/ignis qualitas in diuersa virtute tēperata/et vestimēta non attigit/ et vincula incendit: sanctisq̄ viris et ad inferendū tormētū flāma friguit/et ad solutionis ministeriū exarsit. Sicut ergo electis ignis ardere nouit ad solatiū: et tū ardere ad suppliciū nesciuit: ita e diuerso gehēne flamma reprobis et nequaq̄ lucet ad cōsolationis gratiam/et tū lucet ad penam: vt damnatorū oculis ignis supplicij et nulla claritate candeat: et ad doloris cumulum / dilecti qualiter crucientur ostendat. Quid autem mirum si gehēne ignē credim⁹ habere supplicium simul obscuritatis et luminis: quādo experimēto nouimus/q̄ et tedarum flāma lucet obscura? Tunc edax flāma cōburit quos nunc carnalis delectatio polluit: tunc infinite patens inferni barathrū deuorat: quos nunc inanis elatio exaltat: atq̄ quolibet ex vitio hic voluntatem callidi persuasoris expleuerūt: illuc cū duce suo reprobi ad tormēta pueniunt. Capitulū .l.

Eze.xxxij.

Et quāuis angelorum atq̄ hominū longe sit natura dissimilis: vna tū pena implicat/quos vnus in crimine reatus ligat. Quod bene ac breuiter insinuat propheta qui ait: Ibi assur et omnis multitudo eius: et in circuitu eius sepulchra illius. Quis nāq̄ assur superbi regis noīe/nisi ille per elationē cadens antiquus hostis exprimit? Qui pro eo q̄ multos ad culpā pertrahit: cum cuncta sua multitudine ad inferni claustra descēdit.

K

Sepulchra autem mortuos tegūt. Et quia alius mortē acrius pertulit/quisquis qui conditore suū despiciēs / vitam reliquit:

Sathē scz

Hec videlicet mortuū cū humana corda suscipiūt: pculdubio sepulchra fiunt. Sed in circuitu eius sepulchra illius sunt: quia in quorū se mentib⁹ nunc per desideria sepelit: hos sibi postmodum per tormenta coniungit. Et quia nunc in semetipsis reprobi malignos spiritus illicita perpetrando suscipiunt: tunc sepulchra cum mortuis ardebūt. Ecce q̄ maneat dānatos pena cognouimus: et instruente nos sacro eloquio/quātus in dānatione ignis/quāta in igne obscuritas / quantusq̄ in obscuritate pauor sit/nullatenus ambigimus.

¶ S. Sed nihil prodest que maneāt peccatores tormenta cognoscere/nisi ad hoc demus operam / vt possimus euadere.

¶ Sed quid prodest ista preuosse/si non contingat euadere? Tota ergo intentione curandū est: vt cum vacationis tempus accipim⁹, bene viuēdi studio/malorum vindicta tormēta fugiamus. Hinc quippe p Salomonē dicit:

Eccl.ix.

Quodcūq̄ potest manus tua facere/ instanter operare: quia nec opus / nec ratio / nec sapientia / nec scientia erit apud inferos: quo tu properas. Hinc esaias ait.

Esa.lv.

Querite dominū dū inueniri potest: inuocate eū dum prope est. Hinc Paulus dicit.

ij.Cor.vj.

Ecce nūc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Hinc rursum ait:

Gal.vj.

Dum tempus habemus/operemur bonum ad omnes. Capitulum .lj.

L

Sed plerūq̄ se ad viam rectitudinis animus ascendit: torporem discutit: tātoq̄ in celestib⁹ desiderio rapit: vt pene nil ex eo inferi⁹ remansisse videatur. Et tamen cum ad carnis curam reducitur (sine qua presentis vite via nullo modo explet) ita hunc inferius depressum tenet: ac si adhuc de summis nulla contigisset. Auditis verbis celestis oraculi/in amorem patrie celestis erigitur: sed resurgente presentis vite studio/sub terrene cure aggere sepelitur: atq̄ in terra cordis neq̄q̄ superne spei semen pficit: quia cogitationis infime spina densescit. Quam videlicet spinā p semetipsam veritas manu sancte exhortationis eradicat/dicens.

Mat.vj.

Nolite solliciti esse in crastinū. Cōtra hāc quoq̄ p Paulū dicit.

Ro.xiij.

Carnis curam ne feceritis in concupiscentijs. Sed in his nimirū ducis ac militis verbis agnoscimus: q̄ tunc ab ea mortifero vulnere anim⁹ pungitur/cū in ea mēsura equitatis nō tenet. Neq̄ enim adhuc mortali in carne viuētib⁹/funditus cura carnis abscinditur: sed vt discrete aīo seruiat/tēperatur. Nā quia sollicitos nos esse veritas in crastinū phibet: haberi vtcūq̄ curā in psentibus nō negat: quā tendi ad tēpus quod sequit vetat. Et nimirum Paul⁹ cum carnis curam fieri in cōcupiscētijs non sinit: proculdubio in necessitate concedit.

M

Discretiōe ergo magni moderaminis carnis cura frenāda est/vt seruiat/et minime principetur: ne quasi dñā animū vincat: sed subacta mentis dñio/quasi ancilla famuletur: vt iussa assistatq̄ ad nutum cordis repulsa dissiliat: vt vix a tergo sancte cogitationis appareat: et nunq̄ cōtra faciē recta cogitātis obsistat. Quod bene nobis historia sacre lectiōis insinuat: cum abrahā tribus angelis occurrisse memorat.

Gen.xviij.

Ipse quippe venientibus extra ostiū occurrit: sara vero post ostiū stetit: quia videlicet vir ac dñs domus spiritualis/noster scilicet intellectus/debet in cognitiōe trinitatis/ claustra carnis excedere: et quasi habitatiōis infime ianuā exire. Cura aūt carnis vt femina foris nō appareat: et videri iactāter erubescat: vt quasi post tergū viri sub discretione spūs/ solis necessarijs intenta: nequaq̄ sciat pcaciter detegi/sed verecūde moderari. Cui tū sepe cū dicit vt de se minime psumat: sed totā se in diuine spei fiduciā transferat: despicit: et cessāte studio/adesse sibi vite subsidia posse diffidit. Unde et hec eadē sara pmissiōes dei audiēs ridet/et ridēs corripit: correpta aūt primus fecundat: et q̄ iuuencula virgine fecūdari nō potuit/annis fracta senilib⁹/viro marcescente concepit: quia cū cura carnis sui cōfidentiā habere deficit: cōtra spem ex diuina pmissione accipit/quod habiturā se ex humana ratione dubitauit. Unde et bene Isaac id est risus dicitur/qui generatur: quia cum superne spei fiduciam concipit: quid mens nostra aliud q̄ gaudium parit? Curandum itaq̄ est ne aut necessitatis metas cura carnis transeat: aut in eo quod moderate exequitur/de se presumat. Sepe vero animus fallitur: vt quod

a voluptuose appetit/necessarium suspicet: quatenus omne qd libet/vite debitam vtilitatem putet. Et sepe qui effectus prouidentiam sequitur/in sui fiduciam mens leuatur. Cuiqz sibi adest qd deesse ceteris viderit cogitatione tacita de magnitudine sue prouisionis hilarescit: tantoqz iam a vera prouisione longe fit/quanto ipsam quoqz elationem quam patitur nescit. Unde solerti semper custodie intentione pensandum est vel quid opere agimus/ vel quid corde versamus: ne aut mentem prepediente fortis se terrena cura multiplicet: aut saltem de eius moderamine latius se cogitatio exaltet: vt cum diuina iudicia temporali circumspectione metuimus: sempiterni supplicia horroris euadamus.

Finit Liber Nonus Moralium sancti Gregorij.

Liber Decimus Moralium sancti Gregorij in Undecimum capitulum textus beati Job: expositionis vero primum capitulum.

Quotiens in arene spectaculum fortis athleta descenderit: hi qui impares viribus existunt/victum se eius impugnationi subijciunt: et vno victo contra hunc primus alter erigitur: atqz hoc subacto/alius surrogatur: et luctantis vires quicqz molliores inueniant: quas ipsa sue crebrescens victoria fatigat: quatenus cum nouus quisqz congreditur: is qui vinci virium qualitate non valet/personarum saltem mutatione superetur. Sic sic in hoc hominum angelorumqz spectaculo beatus Job fortis athleta producitur: prius contra mutationes aduersantium valeat/continuationem indefessi roboris ostendit. Cui primus se eliphas: secundus sese baldath obijcit: atqz ad extremum se sophar in eius expugnatione supponit: qui ad inferendos ictus tota loquentibus erigitur: sed tamen ad feriendam altitudinem robusti pectoris non pertingunt. Ipsa quippe eorum verba patenter insinuant/quia ictus in aura iactant: quia cum sanctum virum non recte redarguunt: expressa innacuum verba percussionis perdunt. Quod liquido ostenditur/cum sophar naamathitis responsio e contumelijs inchoatur/qui ait.

Textus beati Job capitulum vndecimum: sed libri decimi Moralis expositionis Capitulum j.

Respondens autem sophar naamathites dixit: Nunquid qui multa loquitur/non audiet: aut vir verbosus iustificabitur? Tibi soli tacebunt homines: et cum ceteros irriseris/a nullo confutaberis? Dixisti enim: Purus est sermo meus: et mundus sum in conspectu tuo. Atqz vtinam deus loqueretur tecum: et aperiret labia sua tibi/vt ostenderet tibi secreta sapientie: et quod multiplex esset lex eius: et intelligeres quod multo minora exigaris ab eo quam meretur iniquitas tua. Forsitan vestigia dei comprehendes: et vsqz ad perfectum omnipotentem reperies. Excelsior celo est: et quid facies? Profundior inferno: et vnde cognosces? Longior terra mensura eius: et latior mari. Si subuerterit omnia/vel in vnum coarctauerit: quis contradicet ei: vel quis dicere ei potest: cur ita facis? Ipse enim nouit hominum vanitatem: et videns iniquitatem nonne considerat? Uir vanus in superbiam erigitur: et tanqz pullum onagri se liberum natum putat. Tu autem firmasti cor tuum: et expandisti ad eum manus tuas. Si iniquitatem que est in manu tua abstuleris a te: et non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: tunc leuare poteris faciem tuam absqz macula: et eris stabilis: et non timebis. Miserie quoqz obliuisceris: et quasi aquarum que preterierunt non recordaberis: et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. Et cum te consumptum putaueris: orieris vt lucifer: et habebis fiduciam proposita tibi spe: et defossus securus dormies. Requiesces et non erit qui te exterreat. Et deprecabuntur faciem tuam plurimi. Oculi autem impiorum deficient: et effugium peribit ab eis: et spes illorum/abominatio anime.

S. Ut recte dictis semper peruersi aduersa respondeant.

Nunquid qui multa loquitur/non et ipse audiet: aut vir linguosus iustificabitur? Mos esse prauorum solet: vt recte dictis semper e diuerso respondeant: ne si ad prolata consentiant/inferiores esse videantur. Quibus iustorum verba quamlibet pauca sonuerint/multa sunt: quia quo eorum vitia resecant/auditum grauant. Unde et ad crimen trahitur hoc quod recta predicatione contra crimina profertur. Ipsum quippe quem virtute fortes sententias dixerat: sophar redarguendo/verbosum vocat: quia cum ab ore iustorum sapientia culpas increpat: stultorum auribus superflua loquacitate sonat. Praui namqz nil rectum nisi quod ipsi senserint putant: et iustorum verba eo ociosa estimant/quo suis hec sensibus inueniunt diuersa. Nec falsitatem quidem sophar sententiam protulit: vir verbosus iustificari nequaqz possit: quia dum quisqz per verba defluit/perdita grauitate silentij/mentis custodiam amittit. Hinc quippe scriptum est: Cultus iustitie/silentium. Hinc Salomon ait: Sicut vrbs patens et absqz murorum ambitu: ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Hinc rursum dicit: In multiloquio peccatum non deerit. Hinc psalmista testatur dicens: Uir linguosus non dirigetur super terram. Sed virtus vere sententie perdit/que sub discretionis custodia non profertur. Certum itaqz est quod verbosus iustificari vir nequeat. Sed bonum bene non dicitur/cui non intenditur cui dicatur. Uera quippe contra malos sententia/si bonorum rectitudinem impetit/vim suam perdit: et eo retusa resilit/quo illud est forte quod ferit.

Esaie. xxxij. Prouer. xxv. Prouer. x. Psalm. cxxxix.

S. Ut iusti ex reprehensione corrigantur: superbi vero ad defensionis sue insaniam erigantur. Capitulum ij.

Quia autem praui audire bona patienter nequeunt et cum vite emendationem negligunt: ad verba se responsionis accingunt: aperte sophar insinuat/qui subiungit: Tibi soli tacebunt homines: et cum ceteros irriseris/a nullo confutaberis? Imperite mens (vt diximus) veritatis sententias grauiter tolerat/et silentium penam putat: atqz omne quod rectum dicitur/dedecus sue irrisionis arbitratur: quia cum vera vox/prauorum se auribus admouet/memoriam culpa mordet: et in redargutione vitiorum/quo intus cognitione mens tangitur: foris ad studium contradictionis excitatur. Ferre vocem non valet: quia tacta in vulnere sui reatus dolet: et pro hoc quod generaliter contra peruersos dicitur/se impeti specialiter suspicatur. Quod enim intus egisse se meminit/audire foris erubescit. Unde mox se ad defensionem preparat: vt reatus sui verecundiam per verba praue refutationis tegat. Sicut enim recti de quibusdam que ab eis non recte gesta sunt/correptionis vocem/ministerium charitatis estimant: sic peruersi contumeliam derisionis putant. Illi se prius ad obedientiam sternunt: isti ad insaniam sue defensionis eriguntur. Illi correptionis adiutorium/vite sue patrocinium deputant: pro quo dum presentis vite culpa corripitur: venturi iudicis ira temperatur. Isti cum se impeti redargutione conspiciunt/gladium percussionis credunt: quia dum per correptionis vocem culpa detegitur: presentis glorie opinio fedatur. Hinc quippe laudem iusti per Salomonem dicit verbis: Doce iustum/et festinabit accipere. Hinc prauorum contumaciam despicit dicens: Qui erudit derisorem/ipse sibi facit iniuriam. Nam sic plerumqz vt cum correpta in se mala deserere nequeunt: et verecundia peiores fiant: ac sic in sua defensione superbiunt: vt quedam vitia contra vitam corripientis excogitant: et eo se criminosos non estiment/si crimina et alijs imponant. Que cum vera inuenire nequeunt/fingunt: vt ipsi quoqz habeant quod non impari iustitia increpare videantur. Unde et sophar quia quasi irrideri se per increpationem doluit: prius metu dum subiungit. Dixisti enim: purus est sermo meus: et mundus sum in conspectu tuo. Qui beati Job dictorum meminit/quod falso hoc voci illius impingat agnoscit. Quo enim mundum se dicere potuit/qui ait: Si iustificare me voluero

Prouerb. ix. Ibidem.

G ro: os meū cōdēnabit me. Sed habet hoc prauorum malicia: vt cū vera in se flere mala renuit, fingat aliena. Nam quasi solatio facinoris vtitur, si falsis vocibus et vita corripientis inquinetur. Capitulum iiij.

Sciendum vero est q plerique peruersi, volentes bona operari: vt mala esse que in presentibus habentur ostēdant: et quasi fautores properant, expetunt vt benigni videantur. Unde et Sophar protinus subiicit dicens. [Atque vtinam deus loqueretur tecū et aperiret labia sua tibi.] Ipse quippe sibi homo loquitur, cū per hoc qd' sentit, nequaquam diuinitatis spū, a carnalis prudentie intellectu separatur: cū caro sensum exerit: et mentem qui ad intelligentiam prouocans foras mittit. Unde et adhuc Petro terrena sapienti veritas dicit: Non enim sapis que dei sunt: sed que hominum. Cui tamen recta confitenti dicit: Caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in celis est. Quid autem dei labia, nisi iudicia eius accipimus? Clausis namque labiis vox premitur, et sensus tacentis ignoratur, apertis autem, sermo dum promitur, animus loquentis innuitur. Labia itaque sua deus aperit: cū voluntatem suam hominibus per aperta indicia ostendit. Quasi enim reserato ore loquitur, cū remota obscuritate dispositionis intime, renuit occultare quod vult. Nam velut clausis labiis sensum nobis suum non indicat, cū per occulta iudicia cur quid faciat celat. Sophar itaque beatum Iob, et de carnali intellectu redarguat: seque ipsum quante sit benignitatis ostēdat, ea bona optat que et cū habetur ignorat, dicens: [Atque vtinam deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi.] Ac si patenter dicat: Imperitie tue potius quam penie compatior: qui sola carnis prudentia preditum, a veritatis te spū vacuum agnosco. Si enim dei iudicia occulta cognosceres, tam procaces contra illum sententias non sonares. Et qui dispositio dei cū ad considerandum nos sua iudicia sublevat: ignorantie nostre protinus cecitatem fugat: que apertis eius labiis, ad nos eruditio procedat: protinus adiungendo manifestat, dicens.

¶ Sed ut secreta sapientie dei nullus inquirendo valet inuenire: et q charitas dei cum vnius eadem sit: qui ad innumera opera mentem multiformiter accendit.

¶ Ut ostenderet tibi secreta sapientie: et q multiplex sit lex eius.] Publica sapientie superne sunt opera, cum disponens deus regit quos creat, perficit bona que inchoat: et aspirando adiuuat, quos visitationis sue lumine illustrat. Cunctis etenim liquet q: deus gratis condidit: benigne disposuit. Et cū spiritualia bona largitur, ipse perficit, quod ipse ex munere sue benignitatis inchoauit. Secreta vero sapientie superne sunt opera: cū deus quos creauit deserit: cū bona que preueniendo ceperat, nequaquam proseque do consummat: cū claritate nos sue illustrationis illuminat: et cū protinus carnis temptationibus tenebris cecitatis repulsat: cū bona que contulit, minime custodit: cum et mentis nostre ad se desideria excitat: et tamen occulto iudicio, difficultate nos nostre imbecillitatis angustat. Capitulum v.

Que nimirum secreta eius sapientie pauci valent inquirere, sed nullus inuenire: quia quod super nos de nobis ab immortali sapientia non iniuste disponitur, iustum procul dubio est: et a nobis adhuc mortalibus ignoratur. Sed hec ipsa sapientie illius secreta conspicere: vtcunque iam incomprehensibilitatis eius est potentiam videre: qui etsi in ipsa consiliorum eius inquisitione deficimus, deficiendo tamen veritus discimus quem timeamus. Ad hec se Paulus sapientie illius secreta tetenderat cum dicebat: O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? Qui superius etiam ex ipsa inquisitione lassescendo, sed tamen ad cognitionem infirmitatis sue proprie lassescendo proficiendo, premiserat dicens. O homo tu quis es, qui respondeas deo? Numquid dicet figmentum ei qui se finxit: quare me fecisti sic? Qui igitur ad occulta dei pertingere non valens, ad infirmitatis sue cognitionem rediit: atque ad eruditionem se proprium deficiendo reuocauit (vt ita dicam) secreta sapientie non inueniendo inuenit: et cū ad superna consilia requirenda lassesceret, didicit vt humilius timeret: et quem sua infirmitas a cognitione intima repulit: huic ei verius humilitas iunxit. Sophar itaque et per scientie studium peritus, et per audaciam tumide locutionis ignarus: qui hoc grauitatem non habet: meliori optat qd' habet, dicens. [Atque vtinam deus loqueretur tecū, et aperiret labia sua tibi: vt ostenderet tibi secreta sapientie.] Qui etiam quoque qua se super amicos pollere estimat, optando sapientiam ostentat: eo protinus subdit. [Et q multiplex sit lex eius.] Quid hoc loco dei lex accipitur, nisi charitas debet? per quam semper in mente legitur precepta vite qualiter in actione teneantur. De hac etenim lege veritatis voce dicitur: Hoc est preceptum meum, vt diligatis inuicem. De hac Paulus ait: Plenitudo legis est dilectio. De hac iterum dicit: Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem Christi. Lex etenim Christi quid congruentius intelligi quam charitas potest? Quam tunc vere perficimus, cū fraterna onera ex amore toleramus. Sed hec eadem lex multiplex dicitur: quia studiosa sollicitudine charitas ad cuncta virtutum facta dilatatur. Que a duobus quidem preceptis incipit: sed se ad innumera extendit. Huius namque legis initium, dilectio dei est et proximi. Capitulum vj.

Sed dei dilectio per tria distinguitur: qui ex toto corde et ex tota anima, et ex tota virtute diligi conditor iubet. Qua in re notandum est q diuinus sermo cū deum diligi precipit, non solum narrat ex quo, sed etiam informat ex quanto: cū subiungit, ex toto: vt videlicet qui perfecte deo placere desiderat, sibi de se nihil relinquat. Proximi autem dilectio ad duo precepta deriuatur: cū et per quendam iustum dicitur. Quod ab alio tibi odis fieri: vide ne tu alteri facias. Et per semetipsam veritas dicit: Que vultis vt faciant vobis homines, et vos facite illis. Quibus duobus scilicet vtriusque testamenti mandatis: per vnum malitia compescitur: per aliud benignitas prerogatur: vt malum quod pati non vult quisque, non faciens cesset a nocendi opere: et rursum bonum quod sibi fieri appetit, impendens, erga vtilitatem se proximi exerceat ex benignitate. Sed hec nimirum duo dum sollicita intentione cogitantur: cor ad innumera virtutum ministeria tenditur: ne vel ad inferenda que non debet, desideriis inquieta mens seruat: vel erga exhibenda que debet, ocio resoluta torpescat. Nam cū cauet alteri facere quod nequaquam vult ab altero ipsa tolerare: sollicita se intentione circumspicit: ne superbia eleuet: et vsque ad despectum proximi, animum eius tumido exaltet: ne ambitio cogitationem dilatet: cumque hanc ad appetenda aliena dilatat, angustet: ne cor luxuria polluat: et subiectum desideriis per illicita corrumpat. ne ira exasperet: et vsque ad proferendam contumeliam inflammet: ne inuidia mordeat, et alienis felicitatibus emula, sua se face consumat: ne immoderate linguam loquacitas pertrahat: eamque vsque ad lasciuiam obtrectationis extendat. ne odium malitia excitet: et os vsque ad iaculum maledictionis irritet. Rursum cū cogitat vt ea alteri faciat que ipsa sibi fieri ab altero expectat: pensat nimirum vt malis bona, et bonis meliora respondeat: vt erga procaces mansuetudinem longanimitatis exhibeat: vt malitie peste languentibus gratiam benignitatis impendat: vt discordes pace vniat: vt concordes ad concupiscentiam vere pacis accingat: vt indigentibus necessaria tribuat: vt errantibus viam rectitudinis ostendat: vt afflictos verbo et compassione mulceat: vt accensos in huius mundi desideriis increpatione refrigeret: vt minas potentium ratiocinatione mitiget: vt oppressorum angustias quanta preualet ope leuet: vt foris resistentibus opponat patientiam: vt intus superbientibus exhibeat cū patientia disciplinam: vt erga errata subditorum sic mansuetudo zelum temperet, quatenus a iustitie studio non eneruet: sic ad vltionem zelus feruescat: ne tamen pietatis limitem feruendo transcendat: vt ingratos beneficiis ad amorem prouocet: vt gratos quosque ministeriis in amore seruet: vt proximorum mala cū corrigere non valet, taceat: vt que cū corrigi loquendo possunt, silentium consensum esse pertimescat: vt sic ea que tacet toleret, ne tamen in animo virus doloris occultet: vt sic maliuolis munus benignitatis exhibeat: ne tamen per gratiam a iure rectitudinis excidat: vt cuncta proximis que preualet impendat: sed hec impendendo non tumeat: vt sic in bonis que exhibet tumoris precipitium paueat: ne tamen a boni exercitio torpescat: vt sic que possidet tribuat: quatenus quanta sit largitas remunerantis attendat: ne cū terrena largitur, suam plusquam necesse est inopiam pertimescat: et in oblatione muneris hilaritatis lumen tristitia obscuret. Capitulum vij.

Bene ergo lex dei multiplex dicitur: quia nimirum cū vna eademque sit charitas: si mentem plene ceperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit. Cuius diuersitatem breuiter exprimimus, si in electis singulis bona illius perstringendo numeremus. Hec namque primum per Abel et electa deo munera ob-

Job. xxx.

Mat. xvj. et Marci. viij.

Mat. xvj.

H

I

Rom. xi.

K

Joan. xv.

Rom. xiij

Gala. vj.

Thobie iiij.

Mat. vij.

L

M

N

Diuersa charitatis.

[B] tulit: et fratris gladium non reluctando tolerauit. Hec Enoch et inter homines spiritualiter viuere docuit: et ad sublimem vitam ab hominibus etiam corporaliter abstraxit. Hec [Gen. vij.] Noe despectis omnibus / solum deo placabilem ostendit: atque in arce fabricam studio longi laboris exercuit: et mundo [Gen. ix.] superstitem pia opera exercendo seruauit. Hec per Sem et Japhet humiliter verenda patris erubuit: et superiecto dorsi pallio que non videbat / abscondit. Hec Abrahe dex- [Gen. xxij.] tram qui ad mortem filij obediendo extulit: huic prolis in- [Genesis xxvij.] numere gentium patrem fecit. Hec Isaac mentem quam semper ad munditiam tenuit / caligantibus etate oculis / [Genesis xxxvij.] ad videnda longe post ventura dilatauit. Hec Jacob compulit et amissum bonum filium medullitus gemere / et prauorum filiorum presentiam sub equanimitate tolerare. [Gen. xlij.] Hec Joseph docuit a fratribus venundatum / libertate animi infracta seruitium perpeti: et eisdem post fratribus [Exodi xxxij.] mente non elata principari. Hec Moysen delinquente populo et usque ad petitionem mortis in precibus strauit: et usque ad interfectionem populi per zeli studium erexit: ut et pro pereunte plebe sese morti obijceret: et contra peccan- [Nu. xxv.] tem protinus vice domini irascentis seuiret. Hec Phinees brachium in vltionem peccantium erexit: ut arrepto gladio [Josue. ix.] coeuntes transfigeret: et iram domini iratus placaret. Hec Josue exploratores docuit: ut et prius contra falsiloquos ciues veritatem verbo defenderet: et hanc postmodum gladio contra [i. Reg. iij.] hostes allegaret. Hec Samuelem in principatu humilem prebuit / et integrum in deiectione seruauit: quia cum persequentem se plebem diligeret / ipse sibi testimonium extitit: qui [j. Regum xviij.] culmen ex quo deiectus est / non amauit. Hec David ante iniquum regem et humilitate commouit ad fugam / et pietate repleuit ad veniam. qui persecutorem suum et timendo fugit [B] et dimisit tamen cum potestatem feriendi repperit / non agnouit [ij. Re. xij.] inimicum. Hec Nathan et contra peccantem regem in auctoritatem libere increpationis sustulit: et cum regis culpa de- [Esaie. xx.] esset / in petitione humiliter strauit. Hec per Esaiam nuditatem carnis in predicatione non erubuit: et subducto [iiij. Re. ij.] carnali velamine / superna mysteria penetrauit. Hec Heliam / qui feruoris zelo viuere spiritualiter docuit: ad vitam quoque et corporaliter abstraxit. Hec Heliseum: qui magistrum simpliciter diligere instituit / magistri spiritu du- [Hier. xlij.] pliciter impleuit. Per hanc Hieremias ne in egyptum populus descenderet / restitit: sed tamen et inobedientes dili- [Eze. viij.] gens: quo descendi prohibuit / et ipse descendit. Hec Ezechielem: qui prius a terrenis desiderijs sustulit: post per cin- [Dan. xiiij.] cinnum capitis in aere librauit. Hec in Danielem: quia a regijs dapibus gulam compescuit: et esurientium ora [Dan. iij.] leonum clausit. Hec tribus pueris: qui in tranquillitate positis incendia vitiorum subdidit: tribulationis tempore [Act. xv.] et flammas in fornace temperauit. Hec in Petro et minis terrentium principum fortiter restitit: et in circumcisione [C] submouenda / minorum verba humiliter audiuit. Hec in Paulo et manus persequentium humiliter pertulit: et tamen in circumcisionis negocio longe se imparis prioris sensum audenter increpauit. Multiplex ergo ista lex dei est / que singulis rerum articulis non permutata congruit: et causis se variantibus non variata coniungit. Capitulum. viij.

[j. Cor. xiij.] Cuius nimirum legis multiplicitatem bene paulus enumerat dicens: Charitas patiens est / benigna est: non emulatur / non inflatur / non agit perperam / non est ambitiosa / non querit que sua sunt / non irritatur / non cogitat malum / non gaudet super iniquitate / congaudet autem veritati. Patiens quippe est charitas: [Quomodo charitas est patiens et benigna.] quia illata mala equanimiter tolerat. Benigna vero est: quia pro malis bona largiter ministrat. Non emulatur: quia per hoc quod in presenti mundo nil appetit: inuidere terrenis successibus nescit. Non inflatur: quia cum premium eterne retributionis anxia desiderat: de bonis se exterioribus non exaltat. Non agit perperam: quia quo se in solum dei ac proximi amorem dilatat: quicquid a rectitudine discrepat / ignorat. Non est ambitiosa: quia quo ardenter intus ad sua satagit: foris nullatenus aliena concupiscit. Non querit que sua sunt: quia cuncta que hic transitorie possidet / velut aliena negligit: cum nihil sibi esse proprium / nisi quod secum permaneat / agnoscit. Non irritatur: quia et iniurijs lacessita / ad nullos se vltionis sue motus excitat: cum pro magnis laboribus maiora post premia expectat. Non cogitat malum: quia in amore mundicie mentem solidans / dum omne odium radicitus eruit / versare in animo quod inquinet nescit. Non gaudet super iniquitate: quia [D] quo sola dilectione erga omnes inhiat: nec de perditione aduersantium exultat. Congaudet autem veritati: quia ut se ceteros diligens / per hoc quod rectum in alijs conspicit / quasi de augmento proprij prouectus hilarescit. Multiplex ergo ista lex dei est: que contra vniuscuiusque culpe iaculum: quod perinsedam mentem impetit / instructionis sue munimine semper occurrit: ut quia antiquus hostis varia circumfusione nos obsidet / ipsa hunc de nobis multipliciter expugnet. Quam nimirum legem si sollicite considerantes pensamus: auctori nostro quantum quotidie delinquamus agnoscimus. Si autem culpas perpendimus / profecto equanimiter flagella toleramus: nec ex dolore charitas ad impatientiam prorumpit: cum suo se iudicio conscientia addicit. Unde Sophar quid diceret sciens: sed cui [illegible] nesciens / postquam premisit dicens: Ut ostenderet tibi secreta sapientie: et quod multiplex sit lex eius protinus adiungit:

¶ S. Quod sepe magnis doctoribus contingit ut nimia charitate feruentes / modum correctionis excedant: et quid sit quod per Moysen dicitur: Qui casu ferro de manubrio lapso nolens hominem occiderit / ad vnam leuiticarum vrbium confugiat.

¶ Et intelligeres quod multo minora exigaris a deo / quam meretur iniquitas tua. Dolor quippe (ut diximus) flagelli temperatur / cum culpa cognoscitur: quia tanto quisque patientius ferramentum medici tolerat / quanto putridum conspicit esse quod secat. Qui igitur multiplicitatem legis intelligit / cuncta que patitur / quasi sine minora perpendit: quia per hoc quod culpe pondus agnoscitur / afflictionis pena leuigatur. Capitulum. ix.

[E] Sed inter hec sciendum est quia sine magna iniquitate non fuerit quod Sophar virum iustum usque ad obiectionem iniquitatis increpauit. Unde et eorum audaciam veritas iuste redarguit / sed benigne ad gratiam reducit: quia apud misericordem iudicem nequaquam sine venia culpa relinquitur / cum per feruorem zeli ex eius amore peccatur. Sepe namque magnis hoc doctoribus mirandisque contingit: ut quo alta charitate feruent / eo modum correptionis exaggerent: et lingua aliquid quod non debet dicat: quia mentem dilectio quantum debet inflammat. Sed verbum prolate contumelie tanto citius parcitur / quanto et ex qua radice prodeat pensatur. Unde et per Moysen dominus pre- [Deut. xix.] cepit dicens: Si quis abierit cum amico suo simpliciter in siluam ad ligna cedenda: et lignum securis fugerit manum: ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit et occiderit: hic ad vnam supradictarum vrbium fugiet / et viuet: ne forte proximus eius cuius effusus est sanguis / doloris stimulo prosequatur: et apprehendat eum: et percutiat animam eius. Ad siluam quippe cum amico imus / quoties cum quolibet proximo ad intuenda delicta nostra conuertimur: et simpliciter ligna succidimus / cum delinquentium vitia pia [F] intentione resecamus. Sed securis manum fugit: cum sese increpatio plusquam necesse est in asperitatem pertrahit. Ferrum de manubrio prosilit / cum de correctione sermo durior excedit: et amicum percutiens occidit: quia auditorem suum prolata contumelia a spiritu dilectionis interficit. Correpti namque mens repente ad odium prorumpit: si hanc immoderata increpatio plusquam debuit addicit. Sed is qui incaute ligna percutit / et proximum extinguit: ad tres necesse est vrbes fugiat / ut in vna earum defensus viuat: quia si ad penitentie lamenta conuersus / in vnitate sacramenti sub spe / fide et charitate absconditur / reus perpetrati homicidij non tenetur: eumque extincti proximus cum inuenerit non occidit: quia cum districtus iudex venerit / qui sese nobis per nature nostre consortium iunxit: ab eo procul dubio vindictam de culpe reatu non expetit: quem sub eius venia spes fides et charitas abscondit. Citius enim culpa dimittitur / que nequaquam malitie studio perpetratur. Unde et Sophar iniquum vocat quem superna sententia laudauerat: nec tamen a venia reprobatus excluditur / quia ad verba contumelie / diuini amoris zelo permouetur. Qui pro eo quod beati Job merita non agnoscit: ex imperita adhuc irrisione subiungit / dicens.

¶ S. Quod in quibusdam donis suis quasi ex vestigijs bonitatis conspicimus deum.

¶ Forsitan vestigia dei comprehendes: et usque ad perfectum omnipotentem reperies. Quid dei vestigia / nisi benignitatem illius visitationis vocat: Quibus nimirum progredi ad superna prouocamur: cum eius spiritus afflatu tangimur: et extra

G carnis angustias sublevati/per amorem agnoscimus contemplandam auctoris nostri speciem/quam sequamur. Nam cum mentem nostram spiritualis patrie amor inflammat: quasi sequentibus iter insinuat: et subiecto cordi velut quoddam vestigium dei gradientis imprimitur: ut ab eo rectis cogitationum gressibus via vite teneatur. Quem cum nec dum cernimus: restat necesse est ut per vestigia sui amoris indagemus: quatenus usque ad contemplationis speciem quandoque mens veniat/quam nunc quasi a tergo subsequendo/per sancta desideria explorat. Hec psalmista auctoris nostri vestigia bene sequi noverat/cum dicebat: Adhesit anima mea post te. Quem reperire quoque usque ad visionem sue celsitudinis satagebat/cum dicebat: Sitivit anima mea ad deum fontem vivum: quando veniam et apparebo ante faciem dei? Ubi quippe cognitione manifesta oportet reperitur/cum mortalitatis nostre funditus corruptione calcata/ab assumptis nobis in divinitatis sue claritate conspicitur. Nunc autem a carnali cogitatione animum infusi spiritus gratia sublevat: et in contemptum rerum transeuntium exaltat: totumque mens quod appetebat in infimis/despicit/atque ad superna desideria ignescit: et contemplationis sue vi extra carnem tollitur: que corruptionis sue pondere adhuc in carne retinet. Incircumscripti luminis iubar intueri conatur/et non valet: quod infirmitate pressus animus et nequaquam penetrat/et tamen repulsus amat. Iam namque de se conditor per quod ametur ostendit: si visionis sue speciem amantibus subtrahit. Sola quoque eius vestigia conspiciendo gradimur: qui hunc per donorum suorum signa sequimur/quem necdum videmus.

Psal. lxii. / Psal. xli.

¶ S. Quod deus in nature sue altitudine humane simul atque angelice subtilitati sit investigabilis. Capitulum x.

H Q Uem nimirum vestigia comprehendere nequeunt: quia unde/ubi/quibusve modis veniant eius spiritus bona/nescitur: veritate attestante/que ait. Spiritus ubi vult spirat: et vocem eius audis: et nescis unde veniat aut quo vadat. In retributionis autem culmine reperiri oportet per contemplationis speciem potest/sed tamen ad plenum non potest: quia etsi hunc in claritate sua quandoque conspicimus/non tamen eius essentiam plene contuemur. Angelica etenim vel humana mens cum ad incircumscriptum lumen inhiat: eo ipso se quo est creatura/coangustat: et super se quidem per profectum tendit: sed tamen eius fulgorem comprehendere nec dilatata sufficit: qui et transcendendo et portando omnia et implendo concludit. Unde et adhuc subditur. [Excelsior celo est: et quid facies? Profundior inferno: et unde cognosces? Longior terra mensura eius/et latior mari.] Quod deus celo excelsior/inferno profundior/terra longior/marique latior esse describitur: tanto spiritualiter debet intelligi/quanto de eo quicquam nefas est iuxta corporea lineamenta sentire. Sed celo est excelsior: quia incircumscriptione sui spiritus cuncta transcendit. Inferno profundior: quia transcendendo subvehit. Terra longior: quia creature modum perennitate sue eternitatis excedit. Mari latior: quia rerum temporalium fluctus sic regens possidet/ut hos sub omnimoda potentie sue presentia coangustando circumdet. Quis possint et celi appellatione angeli/et inferni vocabulo demones signari: per terram vero iusti homines/per mare autem peccatores intelligi. Excelsior itaque est celo: quia ipsi quoque electi spiritus visionem tante celsitudinis perfecte non penetrant. Profundior inferno est: quia malignorum spirituum astutias longe subtilius quam ipsi putaverant/iudicans damnat. Terra longior: quia longanimitatem nostram patientia divine longanimitatis exuperat: que nos et peccantes tolerat: et conversos ad premia remunerationis expectat. Mari latior: quia ubique facta peccantium retributionis sue presentia occupat: ut et cum non presens per speciem cernitur/presens per iudicium sentiatur. Cuncta tamen ad solum referri hominem possunt: ut ipse sit celum cum iam per desiderium summis inheret. Ipse infernus/cum temptationum suarum caligine perturbatus in infimis iacet. Ipse terra: quia in bono opere sicce spei ubertate fructificat. Ipse mare: quia in quibusdam trepidus quatitur: et aura sue mutabilitatis agitatur. Sed celo est excelsior deus: quia potentie eius magnitudine vincimur/etiam cum super nosmetipsos elevamur. Inferno profundior: quia nimirum plus iudicat quam ipse se humanus animus in temptationibus investigat. Terra longior: quia fructus vite quos in fine retribuit/nequaquam

I

Ioan. iii.

Homo est celum/infernus/terra et mare.

nunc vel spes nostra comprehendit. Mari latior: quia humana mens fluctuans/multa de his que ventura sunt colligit: sed cum iam cernere que estimaverat ceperit/angustam se fuisse in sua estimatione cognoscit. Capitulum xi.

K E Xcelsior igitur celo fit: cum ipsa in eum nostra contemplatio deficit. Unde et psalmista cor iam sursum posuerat: sed necdum se cum contigisse sentiebat/dicens. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est/nec potero ad eam. Inferno profundiorem noverat/qui semetipsum discutiendo: sed eius subtiliora iudicia pertimescens/dicebat. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me/dominus est. Longiorem terra viderat: cum minora et esse humane mentis vota pensabat/dicens. Qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus. Latiorem mari eum spexerat/qui timendo pensabat quia nequaquam mens humana immensitatem districtionis eius agnosceret: quantumlibet inquirendo fluctuaret/dicens. Quis novit potestatem ire tue: pre timore tuo iram tuam dinumerare? Cuius bene potentiam egregius nobis doctor insinuat/cum breviter narrat: Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis/que sit latitudo/longitudo/sublimitas/et profundum. Habet quippe deus latitudinem: quia dilectionem suam usque ad collectionem persequentium tendit. Habet longitudinem: quia ad vite patriam nos longanimiter tolerando perducit. Habet sublimitatem: quia ipsorum quoque intelligentiam qui recepti in supernam fuerint congregationem/transcendit. Habet profundum: quia damnatis inferius districtionis sue iudicium incomprehensibiliter exerit. Que scilicet quattuor nobis in hac vita positis singulis exercet: quia et latitudinem amando/et longitudinem tolerando/et celsitudinem non solum nostram intelligentiam/sed etiam vota superando/et profunditatem suam exhibet/occultos et illicitos cogitationum motus districte iudicando. Sed eius celsitudo et profunditas quam sit investigabilis/nullus agnoscit: nisi qui vel contemplatione ad summa proehitur: vel occultis motibus resistens/temptationum experitur importunitate turbari. Unde et beato Iob dicitur: Excelsior celo est: et quid facies? Profundior inferno: et unde cognosces? Ac si aperte despecto diceret. Profunditatem eius atque excellentiam quando tu cognoscere sufficis: qui vel virtute ad summa eveheris/vel temetipsum reprehendere in temptationibus nescis? Sequitur.

Psalm. cxxxviii. / i. Cor. iiii. / Ephe. iii. / Psalm. lxxxix. / Ephe. iii.

L

¶ S. Quod celum et infernus et mare et terra coarctantur in unum: cum una eademque mens et deum per contemplationem intuetur: et ex carnis mole ad temptationum tenebras redit: et quasi a tertio celo elapsa/lege membrorum et stimulo carnis fluctuans agitatur.

¶ Si subverterit omnia/vel in unum coarctaverit: quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest: cur ita facis?] Subvertit deus celum: cum terribili et occulta dispensatione/humane contemplationis celsitudinem destruit. Subvertit infernum: cum cuiuslibet mentem in suis temptationibus pavidam/cadere etiam ad deteriora permittit. Subvertit terram: cum fructificationem boni operis adversis irruentibus intercidit. Subvertit mare: cum fluctuationem nostre titubationis emergentis subito pavore confundit. Dubietate quippe sua cor anxium/hoc ipsum quod titubat/valde formidat: et quasi mare subvertitur/cum ipsa in deum nostra trepidatio considerato eius iudicii terrore turbatur. Capitulum xii.

M

Q Ua igitur esto celum vel infernus/terra vel mare subvertitur breviter diximus: nunc aliquantulum laboriosius restat: ut hec qualiter in unum coarctari valeant demonstremus. Sepe namque contingit ut ad summa iam mentem spiritus elevet: sed tamen hanc importunis caro temptationibus impugnet. Cumque ad contemplanda celestia animus ducitur/obiectis actionis illicite imaginibus reverberatur. Nam carnis repente hunc stimulus sauciat: quem extra carnem contemplatio sancta rapiebat. Celum quoque simul infernusque coarctatur in unum: cum eandemque mentem et sublevatio contemplationis illuminat: et importunitas temptationis obscurat: ut et videat intendendo quod appetat: et succumbendo in cogitatione/toleret quod erubescat. De celo quippe lux oritur: infernus autem tenebris possidetur. In unum ergo celum infernusque redigitur: cum mens que iam lucem patrie superne considerat: etiam de carnis bello tenebras occulte temptationis

A portat. Certe iam Paulus tertij celi culmen ascēderat: iam paradisi secreta cognouerat: et tñ adhuc carnis bel
Roñ. vij. la tolerās gemebat / dicēs: Uideo aliam legē in mēbris meis / repugnātem legi mētis mee / et captiuū me ducen tem ī lege peccati que est ī mēbris meis. Quid ḡ in hui⁹ tāti pdicatoris pectore / nisi celū de⁹ infernū q̄ coarcta uerat / q̄ et visiōis intime iā lumē acceperat / et tñ adhuc tenebras de carne tolerabat: Sup se viderat qđ let⁹ ap peteret: in se cernebat qđ metuēs doleret. Iam celestis patrie lux irradiauerat: sz adhuc tēptationis obscuritas animū cōfūdebat. Cū celo ḡ infernū ptulit / q̄ et illumi natum securitas erexit / et tentatū gemit⁹ strauit. Et se pe contingit vt fides in mēte iam vigeat: sed tñ ex parte aliquātula ī dubietate cōtabescat: q̄ ten⁹ et certa se a vi sibilibus eleuet: et ex quibusdā se incerta pturbet. Nam plerūq̄ ad eterna appetēda se erigit: et subortis cogitatio num stimulis agitata / sibimetipsi cōdicit. Cap. xiij.

In vnum ḡ terra mareq̄ coarctatur / cum vnā eādēq̄ mētem et certitudo solide fidei roborat: et tñ ex aliquantula mutabilitate pfidie / aura dubietatis versat. An nō in suo pectore coarctari terrā mareq̄ cognouerat: qui et per fidē sperās / et per infideli
Mar. ix. tatem fluctuans dicebat: Credo dñe / adiuua incredulitatem meā: Quid itaq̄ est q̄ et se credere asserit: et adiu uari in se incredulitatem querit: nisi q̄ coarctari in suis cogitationib⁹ terrā cū mari deprehēderat: q̄ et exorare certus iam per fidem ceperat: et adhuc incertus vndas perfidie ex incredulitate tolerabat: Qđ tñ occulta fieri
B dispēsatione pmittit: vt cū mēs iam surgere ad rectitu dinem ceperit / prauitatis sue reliquijs impugnet: qua tenus hec ipsa impugnatio aut resistentem exerceat / aut delectationib⁹ seductam frāgat. Recte itaq̄ nūc dr̄: Si subuerterit oīa / vel ī vnū coarctauerit / qs cōtradicet ei: vel qs dicere ei pōt: cur ita facis: q̄ nimirum diuinum iudiciū nec aduersitate valet imminui / nec inquisitiōe cognosci: cū vel virtutes quas tribuerat / subtrahit: vel has diu non adimēs / vitioꝝ cōcuti impugnatione per mittit. Sepe nāq̄ in elationē cor attollitur / cū letis suc cessibus in virtute roboratur. sed dum latentes motus audacie in cogitatione cōditor conspicit / se sibi hoīem ostendēdo derelinquit: vt ei⁹ mens derelicta quid sit in ueniat: que male in se secura gaudebat. Unde cū subuer ti oīa / vel in vnū coarctari dicerētur / ptinus additur.

¶ S. Ex ex vitijs vitia nascuntur: et qui minima negli git paulatim cadit.

¶ Ipse eñ nouit hoīm vanitatem: et vidēs iniq̄tatem / nōne cōsiderat:] Ac si premissa patefaciēdo subiūgeret / dicēs: Quia tolerādo succrescere vitia cōspicit / iudicā
C do dona confundit. Rectus ḡo in discretione ordo ser uatur / cū prius nosci vanitas / et post cōsiderari iniq̄tas phibetur. Ois quippe iniq̄tas vanitas: non tñ ois vani tas esse iniq̄tas solet. Uana nāq̄ agim⁹ / quotiēs trāsito
Euane scere. ris cogitam⁹. Unde et euanescere dr̄ qđ repēte ab intuē tium oculis aufertur. Hinc psalmista ait. Uniuersa va
Psalm. xxxviij. nitas ois homo viuēs: qm per hoc q̄ viuendo ad interi tum tendit / recte quidem vanitas dr̄: sed nequaq̄ recte etiā iniquitas appellat: q̄ etsi de pena est culpe qđ defi cit / non tñ hoc tpm culpa est qđ a vita percurrit. Uana sunt itaq̄ que transeūt. Unde et per Salomonem dicit:
Eccl. j. Ois vanitas. Apte aūt post vanitatem ptinus iniq̄tas subinfertur: q̄ dum per quedam transitoria ducimur / in quibusdam noxie ligamur. cūq̄ mens incōmutabili tatis statum non tenet / a semetipsa defluēs / ad vitia pro pit. A vanitate ḡ ad iniq̄tatem labitur / que assueta reb⁹ mutabilib⁹ dum ex alijs ad alia semper impellitur / sub oriētibus culpis inquinatur. Capm. xiiij.

Pensat tñ et vanitas culpis intelligi: et iniquita tis noīe / reatus grauior demonstrari. Si eñ aliq̄ vanitas culpa non esset / psalmista nō di
Psalm. xxxviij. ceret: Quāq̄ in imagine dei ambulet homo / tamen vane cōturbatur. Thesaurizat: et ignorat cui congreget ea. q̄ q̄uis trinitatis imaginem in natura seruem⁹: vanis tamen delectationis motib⁹ perturbati / in cōuersatiōe nostra delinquim⁹: vt modis nos semper alternātibus cupido concutiat / metus frāgat / letitia mulceat / dolor affligat. Ex vanitate ḡ (vt et superi⁹ dictū est) ad iniqui tatem ducimur / cū prius p leuia delicta defluimus: vt vsu cūcta leuigāte / nequaq̄ post cōmittere etiā grauio ra timeam⁹. Nam dū moderari lingua ociosa vba negli

D git / more insolite remissiōis capta / audax ad noxia pro rū pit. dū gule incūbitur / ad leuitatis ptinus insaniā pdi tur. cūq̄ mēs subigere delectationem carnis renuit / ple rūq̄ et ad pfidie voraginē ruit. Unde bene Paulus ple bis israelitice dāna pspiciēs: vt imminētia ab auditori bus mala cōpesceret / cursuit ex ordine transacta narra
I. Corin. x. re / dicēs. Neq̄ idololatre efficiamini / sicut qdā ex ipsis:
Exodi xxxij. quēadmodū scriptū est: Sedit pp̄ls mādūcare et bibere et surrexerūt ludere. Esus quippe potusq̄ ad lusum impu lit: lusus ad idololatriā traxit: q̄ si vanitatis culpe ne quaq̄ caute cōpescit / ab iniq̄tate ptinus mens incauta
Eccli. xix. deuorat: Salomone attestāte / qui ait: Qui modica sper
Parua nō sunt ne gligenda. nit / paulatim decidit. Si eñ curare parua negligimus insensibiliter seducti / audēter etiā maiora ppetramus. Et notādum q̄ non videri / sed cōsiderari iniquitas dr̄. Studiosi⁹ quippe cōspicim⁹ que cōsideram⁹. De⁹ itaq̄ hoīm vanitatē nouit / iniquitatē psiderat: q̄ nec minora delicta inulta deserit: et ad maiora ferienda sese intētius accingit. Q̄ igit a leuiorib⁹ malis incipit / et ad grauio ra puenit: vanitas mētē obnubilat: iniq̄tas excecat. Que nimirū mēs amisso mox lumine / tāto se alti⁹ per tumorē erigit / q̄to et iniq̄tatis capta laqueis / a veritate longi⁹
Uanitatis finis. recedit. Unde et apte q̄s quo vanitas cū iniq̄tate ptra hat exprimit: cum repente subiungit. Capm. xv.

Uir vanus in superbiam erigit.] Uanitatis quippe finis est: vt cū peccato mētem sauciat / hāc ex culpa audacē reddat: quaten⁹ sui rea tus oblita / que amisisse se innocētiam nō dolet / iusto ex cecata iudicio / simulet humilitatem pdat. Et fit plerūq̄ vt prauis desiderijs seruiens / a iugo se diuini timoris
E excutiat: et quasi in maloꝝ ppetratione iam libera / omne qđ voluptas suggerit / implere contendat. Unde cū vir vanus se erigere in superbiam dr̄ / ilico subinfertur.

¶ S. Ex diuina miseratio quasi domesticum animal loris aduersitatum electos plerūq̄ ligat / ne per deside rioꝝ siluam effrenium libertate discurrat.

¶ Et quasi pullum onagri se liberum natum putat.] Per pullum quippe onagri / omne agrestiū gen⁹ exprimi tur: qđ nature dimissum motib⁹ / loris dominātium non tenet. Agri nāq̄ aīalia libertatem habēt et tre quo appe tūt / et quiescere cū lassantur. Et q̄uis insensatis aīali bus homo longe sit melior: hoc tñ plerūq̄ homini non licet / qđ brutis aīalib⁹ licet. Que eñ ad aliud minime seruātur / eoꝝ motus pculdubio nequaq̄ sub disciplina restringit. Homo aūt q̄ ad sequētem vitam ducitur: ne cesse pfecto est vt in cūctis suis motib⁹ / sub dispositiōe discipline religet: et quasi domesticū aīal loris vinctum seruiat: atq̄ eternis dispositionibus restrictum viuat.
F Qui ḡ implere cūcta que desiderat / per effrenatam liber tatem querit: qd aliud q̄ pullo onagri esse similis concu piscit: vt discipline hūc lora nō teneāt: sed audenter va gus per siluam desideriorꝝ currat: Sepe aūt diuina mi seratio quos pdire in effrenationem illicite libertatis cōspicit: obiectione pspere aduersitatis frāgit: quaten⁹ dum discāt q̄ reprobs erectiōe tumuerāt: vt iam flagelli experimētis edomiti: quasi iumēta domestica precepto rum loris mētis colla subijciāt: et vite presentis itinera ad nutum presidentis peragāt. Quib⁹ bene loris ligatū
Ps. lxxij. se nouerat / qui dicebat: Ut iumētum fact⁹ sum apud te / et ego semper tecū. Unde et saulus ille psecutor ab agro perfidie voluptatis ad domum fidei reductus / rectoris
Act. ix. sui calcarib⁹ punctus audiebat: Durum est tibi contra stimulū calcitrare. Restat ḡ vt si esse iam similes pullo onagri nolum⁹: in cūctis que appetimus / nutum prius intime dispēsationis exquiram⁹: vt mens nostra in omne qđ nititur / superni regiminis loro teneatur: et inde ma gis vota sua ad vitā impleat: vnde vite sue studia et con tra propriam volūtatem calcat. Multa Sophar fortia protulit: sed q̄ melior ī se hec loquitur / nescit. Unde ad huc increpādo subiūgit.] Tu aūt firmasti cor tuū: et ex pandisti ad eum manus tuas.] Firmari cor non hoc lo co per virtutem dr̄ / sed per insensibilitatem. Ois nāq̄ animus qui districtionis intime cōsiderationi se subij cit / ex eius ptinus timore mollescit: eūq̄ sagitta diuine formidinis penetrat: q̄ infirma viscera per humilitatē gestat. Quisq̄s aūt pertinacia insensibilitatis obdure scit / quasi cor firmat: ne hoc iacula timoris superni confo

G Ezechie. xxxvi.

diane. Unde quibusdam per ꝓphetam dñs misericordi ter dicit. Tollam a vobis cor lapideum: et dabo vobis cor carneum. Cor quippe lapideum tolliť/ cū a nobis su perbie duritiam subtrahit: et cor carneum tribuit/ cum eādem ꝓ nimius nostrā duritiam ad sensibilitatem vertit. Per manus ꝗ (vt iam crebro docuim⁹) opera designā tur. Cum culpa igiť manus ad deū expandere/ est ꝯtra largitoris grām de virtute operū superbire. Qui eñi in conspectu eterni iudicis loquēs sibi bona que facit/ tri buit: ad deū manus superbiēs tendit. Sic ꝑfecto cōtra electos reprobi: sic cōtra catholicos heretici semp effre nantur: vt cū obiurgare facta nequeūt/ bonos repreben dere de factoꝝ elatione moliātur: quaten⁹ eos quos re darguere ex infirmitate actionis non valēt/ ex crimine tumoris accusent. Unde et ea bona que exterius fiunt/ nequaq̄ bona esse iam censent/ que quasi ꝑ studium tur gide cogitationis exhibētur. qui sepe humiliatum mēte increpant; et q̄ dictis suis semetipsos feriunt/ ignorant. Sed qꝛ iustum virum Sophar hactenus reprehenden do corripuit/ nunc velut docendo subiungit.

¶ S. Cū in oratione faciem absq̄ timore leuam⁹/ cum tales nos post orationem exhibem⁹/ quales ꝑ orationis tēpus iudici apparere optam⁹. Et q̄ contēplatiua vite stabilitatem ꝑdidisse dicēda nō est/ etiā si aliquādo deſi ciat/ cū semp id qđ amittit inquirat. Cpm. xvj.

Si iniquitatem que est in manu tua/ abstuleris a te: et non manserit in tabernaculo tuo iniusti tia: tūc leuare poteris faciē tuā absq̄ macula: et eris stabilis/ et non timebis.] Omne peccatū aut sola cogitatione cōmittiť/ aut cogitatione simul ⁊ opere ꝑpe tratur. Iniq̄tas ḡ in manu est/ culpa i opere. Iniustitia

H

ꝗ in tabernaculo/ iniq̄tas in mēte. Mens q̄ppe nostra tabernaculum non incōgrue vocať: in qua apud nosmet ipsos abscōdimur/ cū foris in ope nō videmur. Sophar itaq̄ qꝛ iusti viri amic⁹ est/ nouit qđ dicat: sed qꝛ iustum increpat/ hereticoꝝ tenens speciē/ ꝑferre recte etiā que nouit/ ignorat. Sꝫ nos calcātes hoc qđ ab eo tumide dr̄ pensemus ei⁹ verba q̄ vera sint si recte dicerent. Prius eñi a manu iniquitatem subtrahi: et post a tabernaculo admonet iniustitiam abscindi: qꝛ quisq̄ iam praua a se opera exteri⁹ resecat: necesse ꝑfecto est vt ad semetipsm̄ rediēs/ solerter sese in mētis intētione discernat: ne cul pa quā iam in actione non habet/ adhuc in cogitatione ꝑduret. Unde bene etiā per Salomonem dr̄. Prepara

Prouer. xxiiij.

foris opus tuū/ et diligēter exerce agrum tuū: vt postea edifices domum tuam. Quid nāq̄ est preparato opere/ agrum diligēter exteri⁹ exercere: nisi euulsis iniquitati sentibus/ actionem nostrā ad frugem retributionis ex colere? Et quid est post agri exercitium/ ad edificiū do mus redire: nisi q̄ plerūq̄ ex bonis operibus discimus: quātam vite munditiam in cogitatione construamus? Pene cūcta nāq̄ bona opera ex cogitatione prodeunt. Sed sunt nōnulla cogitationis acumina que ex opera tione nascitur. Nam sicut ab animo opus sumitur/ ita

I

rursus ab opere animus erudit. Mēs q̄ppe diuini amo ris exordia capiēs/ imperat bona que fiant. Sed postq̄ fieri imperata ceperint/ ipsis suis exercitata actionib⁹ discit: cū imperare bona inchoauerat/ quam minus vi debat. Foris ḡ ager excolitur/ vt dom⁹ postmodum con struatur: qꝛ plerūq̄ ab exteriori opere videmus/ quam subtilitatem rectitudinis in corde teneam⁹. Quē bene Sophar seruare ordinē studuit: cū prius auferri iniqui tatem a manib⁹: ⁊ post a tabernaculo iniustitiam dixit: qꝛ nequaq̄ plene animus in cogitatiōe erigitur/ qn̄ ad huc ab eo extrinsecus in opere erratur. Cpm. xvij.

Quē si perfecte duo hec tergimus/ ad deū sta tim sine macula faciē leuam⁹. Interna q̄ppe facies hoīs/ mens est: in qua nimirū recogno scimur/ vt ab auctore nostro diligamur. Quā scꝫ faciem leuare est/ in deo animum per studium orationis attol lere. Sed eleuatam faciē macula inquinat/ si intēdētem mētē reatus sui cōsciētia accusat: qꝛ ab spei fiducia pro tinus frāgitur/ si intēta precib⁹ necdum deuicte culpe me moria mordet. Diffidit nāq̄ accipere se posse qđ appe tit/ que ꝑfecto reminiscit nolle se adhuc facere qđ diui

I. Ioã. iij. Prouer. xxviij.

nitus audiuit. Hinc per Ioānem dr̄: Si cor nostrū non reprehēderit nos/ fiduciā habem⁹ apud deū: et quicqd pe tierim⁹/ ab eo accipiem⁹. Hinc Salomon ait: Qui auer

K

tit aurem suā ne audiat legē/ oratio ei⁹ erit execrabilis. Cor q̄ppe nos in petitione reprehēdit/ cū resistere se prece ptis eius quē postulat meminit: et oratio fit execrabilis cū a censura auertiť legis: qꝛ dignū ꝑfecto est vt ab eius bñficiis sit q̄sq̄ extrane⁹/ cui⁹ nimirū iussionib⁹ nō vult esse subiect⁹. Qua in re hoc est salubre remediū: vt cū se mens ex memoria culpe reprehēdit: hoc prius in oratio ne defleat qđ errauit: quaten⁹ cū erroris macula fletib⁹ tergiť: in petitione sua cordis facies ab auctore munda videať. Sed curādū nimis est/ ne ad hoc rursus ꝓ ruat/ qđ se mūdasse fletib⁹ exultat: ne dū deplorata iterū cul pa cōmittiť/ in cōspectu iusti iudicis ipa etiā lamēta le

Eccli vij.

uigenť. Solerter q̄ppe debem⁹ meminisse qđ dr̄: Ne ite res verbum in oratione tua. Quo videlicet dicto vir sa piēs nequaq̄ nos ꝓhibet sepe veniā petere: sꝫ culpas ite rare. Ac si apte dicat: Cū male gesta defleueris/ nequaq̄ rursus facias qđ in precib⁹ iterū plāgas. Ut ḡ ad precē faciem sine macula leueť: ante orationis semp tpa debet sollicite conspici/ qcq̄d pōt in oratione reprobari: talē q̄ se mens ⁊ cū ab oratione cessat/ exhibere festinet: qualis apparere iudici in ipso orōnis tpe exoptat. Sepe nāq̄ immūda quedā vel illicita in aīo versam⁹/ quotiēs a ꝓ cibus vacam⁹. Sed cū se mēs ad studiū orōnis erexerit captare imagines reuerberata patiť: q̃b⁹ libēter prius ociosa premebat: et quasi iam faciē aīa ad deū leuare nō sufficit: qꝛ in se nimirꝫ inquinata mēte/ maculas pollute cogitatiōis erubescit. Sepe curis mūdi libēter occupa

L

mur. Cūq̄ post hec studio orationis intēdim⁹/ nequaq̄ se mēs ad celestia erigit: qꝛ pōd⁹ hāc terrene sollicitudi nis in ꝓfūdum mersit: et i prece facies mūda nō ostēdit: qꝛ cogitationis infime luto maculatur. Ca. xviij.

Non nunq̄ ꝗ cor a cūctis excutim⁹: et illicitis motib⁹ etiā cū a prece vacat/ ꝓhibem⁹: sed tn̄ q̄ nos culpas rari⁹ cōmittim⁹/ aliena pigri⁹ delicta relaxamus: et quo peccare noster animus sollici tius metuit/ eo districti⁹ hoc qđ in se ab alio delinquiť/ abhorrescit. Unde fit vt inueniať quisq̄ tardior ad ve niam/ quo ꝓficiēdo factus est cautus ad culpam: et qui ipse excedere in alterum metuit: hoc qđ in se exceditur/ puniri durius exquirit. Sed quid hac doloris macula reperiri deteri⁹ pōt: que in cōspectu iudicis charitatem non inquinat/ sed necat? Uitā quippe aie quelibet cul pa polluit: seruatus ꝗ contra proximos dolor occidit. Menti nāq̄ vt gladi⁹ figitur: et mucrone illi⁹ ipsa visce rum occulta ꝑforātur. Qui scꝫ a transfixo corde si prius non educiť: nihil in precib⁹ diuine opis obtineť: qꝛ ⁊ vul neratis mēbris imponi salutis medicamina nequeunt/ nisi ferrū a vulnere ante subtrahať. Hinc est eñi q̄ per se

Mat. vj.

metipsam veritas dicit: Nisi remiseritis holb⁹ peccata eoꝝ/ nec pater vester qui in celis est/ remittet vobis pec

Ibidem.

cata vestra. Hinc admonet dicens: Cum stabitis ad orā

M

dum/ dimittite si quid habetis aduersus alterū. Hinc

Luce. vj.

rursum ait. Date/ ⁊ dabitur vobis: dimittite/ ⁊ dimittet vobis. Huic cōtra institutionē postulationis/ conditio

Mat. vj.

nem posuit pietatis/ dicens. Dimitte nobis debita no stra/ sicut ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nostris: vt pro fecto bonum qđ a deo cōpūcti petimus/ hoc primum cū ꝓximo cōuersi faciamus. Tunc igitur vere sine macula faciem leuamus/ cum nec nos prohibita mala cōmitti mus: nec ea que in nos commissa sunt/ ex proprio zelo re tinemus. Grauiter nāq̄ mens nostra orationis sue tempo re confusione deprimitur: si hanc aut sua adhuc opera tio inquinat: aut aliene malitie seruatus dolor accusat. Que duo quisq̄ dū terserit/ ad ea que subiecta sunt/ pro tinus liber exurgit. [Et eris stabilis/ et non timebis.] Quia nimirum tanto minus iudicem trepidat: quanto in bonis actibus solidius stat. Timorem quippe supe rat/ qui stabilitatem seruat: quia dum sollicitus studet peragere quod mansuete cōditor imperat: securus etiā cogitat quod terribiliter intentat. Sciendum preterea est q̄ nōnulla bona sunt ad que indefessi persistimus: et rursum nōnulla sunt a quibus continue deficientes labimur: atq̄ ad hec magnis conatib⁹ per interualla tē porum reformamur. Capitulum r.

In actiua etenī vita sine defectu mens figitur: a contēplatiua autem infirmitatis sue ponde re victa lassatur. Illa q̄ppe tāto firmi⁹ durat/ quāto ad vicina se erga vtilitatem ꝓximi dilatat. Hec

A tato celeri⁹ labit/ q̃to ꝛ carnis claustra transgrediens/ sup semetipsam ire conat. Illa ꝑ plana se dirigit: ꝛ idcir co pedē operis robusti⁹ figit. Hec aūt quo sup se alta ap petit/ ad se cociti⁹ fessa descendit. Qđ bene ac breuiter Ezechiel insinuat: cum eoꝝ que viderat motus aialium narrat/ dicēs. Non reuertebatur cū incederēt. Ac pau lopost subijcit adiūgēs. Et aialia ibāt ꝛ reuertebātur. Sācta quippe aialia aliquādo vadūt/ ꝛ minime redeūt aliqñ vadūt/ et ꝑtinus reuertūtur: qꝛ electoꝝ mentes cū per collatā sibi actiue vite grām/ erroris vias deseruīt/ redire ad mala mūdi nesciūt que reliquerūt. cū vero per cōtēplationis aciem/ ab hac se eadem actiua vite suspē dunt/ eunt ꝛ redeunt: qꝛ per hoc ꝙ diu persistere minime in cōtēplatione sufficiūt/ sese iterū ad operationem fun dunt: vt in his que sibi iuxta sunt/ se exercēdo refoueāt: et sup se rursum surgere contēplādo conualescant. Sed dum hec eadem contēplatio more debito per tēpoꝝ in tervalla repetitur: indeficienter procul dubio ꝛ in ei⁹ so liditate persistitur: qꝛ etsi infirmitatis sue pondere supe rata mens deficit: hāc tamen iterum cōtinuis conatib⁹ reparata cōprehēdit. Nec stabilitatem suam in ea per didisse dicēda est: a qua etsi semper deficit: hanc et cum perdiderit/ semper inquirit. Sequitur.

¶ S. Qꝛ post teptationes hui⁹ seculi in quib⁹ cōsumpti videtur electi/ quasi sol repēte a tenebris erumpant.

¶ Miserie quoqꝫ obliuisceris: et quasi aquaꝝ que pre terierūt non recordaberis. Mala vite presentis tāto du rius animus sentit/ quāto pensare bonum qđ sequitur negligit: et qꝛ non vult premia considerare que restant/ grauia estimat esse que tolerat. Unde ꝛ contra flagelli ictum/ cogitatio ceca cōqueritur: et quasi infinita cala mitas creditur/ que dieb⁹ cursu labentib⁹ quotidie fini tur. At si semel quisqꝫ ad eterna se erigat: atqꝫ in his que incōmutabiliter permanēt/ oculum cordis figat: prope nihil esse hoc conspicit/ quicquid ad finem currit. Pre sentis vite aduersa tolerat: sed quasi nihil esse omne qđ labitur/ pensat. Quo enim se interi⁹ gaudijs robusti⁹ infe rit: eo minus exterius dolores sentit. Unde Sophar ne quaꝙ veritus ausu temeratio docere meliorem/ exhor tatur ad iustitiam: et demōstrat ꝙ nulla iusti oculis vi deatur pena. Ac si aperte dicat. Si degustas gaudium qđ intus ꝑmanet: leue fit protinus omne qđ foris dolet. Bene aūt presentis vite miserias aquis pretereūtibus coparat: qꝛ calamitas transiens/ electi mentem nequaꝙ vi corruptionis subruit: sed tamen tactu meroris infūdit. Nam madet quidē per cruorem vulneris: et si a sue cer titudine non frāgitur saluris. Capitulum xx.

C Sepe aūt non solū flagella atterūt: sed in vniuſ cuiusqꝫ iusti aīo malignoꝝ quoqꝫ spūum tenta mēta grassantur: vt exterius ex per cussione do leat: et intus aliquatenus ex tentatione frigescat. Sed nequaꝙ gratia deserit: qꝛ quo nos duri⁹ ex dispensatio ne percutit/ eo amplius ex pietate custodit. Nam cū tene brescere pꝛētationem ceperit/ sese iterū lux interna suc cendit. Unde ꝛ subdit: [Et quasi meridian⁹ fulgor con surget tibi ad vesperū.] Fulgor quippe meridian⁹ in ve spere/ est virtutis renouatio in tentatione: vt repentino charitatis feruore mēs vigeat: que iā lumen sibi gře occubuisse formidabat. Qđ adhuc Sophar subtili⁹ ape rit/ cū subiūgit: [Et cū te cōsūptum putaueris/ orieris vt lucifer.] Sepe nāqꝫ tot tentamēta nos obsīdēt: vt ipsa nos eoꝝ numerositas pene ad lapsum desperationis in clinet. Unde plerūqꝫ cum mens in tedium vertitur/ vix ipsa virtutis sue bāna cōsiderat: et tota dolēs quasi iam et a sensu doloris aliena frāgitur: et enumerare non va let/ quāto cogitationum tumultu vastat. Ruituram se per momēta conspicit: eiqꝫ ne arma repugnationis arri piat/ grāsi⁹ meroꝛ ipse contradicit. Circūductos quoli bet oculos obscuritas obsidet: et cū visum tenebre semp impediant/ mesta mens nihil aliud ꝙ tenebras videt. Sed apud misericordem iudicem sepe hec ipsa que ad nisum ꝗ̃ orationis aggrauat/ pro nobis subtili⁹ tristi tia orat. Nam sic meroris nostri caliginem cōditor con spicit: ꝛ subtracti luminis radios refundit: ita vt erecta protinus per dona mens vigeat: quā paulo ante decertā tia vitia superbie calce deprimebāt. Moꝝ corporis pon dus discutitur: atqꝫ ad contēplationis lumen post turba tionis sue tenebras erūpit. Moꝝ in gaudium profectus attollitur: que inter tentamēta prius cadere ex despera tione cogebatur. Sine cogitationis certamine presentia despicit: sine dubitationis obstaculo de ventura retribu tione confidit. Justus ergo cū se consumptum putaue rit/ vt lucifer oritur: quia mox vt tenebrescere tentatio num caligine ceperit/ ad lucem gratie reformatur: et in seipso monstrat diem iustitie/ qui casurus paulo ante ti muit noctem culpe. Capitulum xxi.

D Ecte autem lucifero iusti vita cōparatur. So lem quippe precurrēs lucifer nunciat. Et quid nobis sanctorum innocentia/ nisi sequētis iu dicij claritatem clamat? In eorum nāqꝫ admiratione conspicimus/ qđ de maiestate veri luminis estimemus. Necdum redēptoris nostri presentiam videmus: sed ta men virtutem illius in electorum suorum moribus ad miramur. Quia igitur bonorum vita in consideratione sua oculis nostris vim veritatis obijcit/ clarus ad nos lucifer ante solem venit. Sciendum ꝟo est ꝙ hec que ex tentationum spūalium aduersitate discussimus/ iuxta exteriora quoqꝫ mala nil obstat intelligi. Sācti etenim vitiqꝫ summa medullitus diligunt/ in infimis dura pa tiuntur: sed in fine gaudij lumen inueniunt: quod habe re in hoc spatio percurrentis vite contēnūt. Unde nūc per Sophar dicitur: [Et quasi meridianus fulgor con surget tibi ad vesperum.] Peccatoris enī lumen in die/ est obscuritas in vespere: quia in presentis vite felicita te attollitur: sed aduersitatis tenebris i fine deuoratur. Justo autem meridianus fulgor ad vesperum surgit: qꝛ quanta sibi claritas maneat/ cum iam occumbere cepe rit/ agnoscit. Hinc nāqꝫ scriptum est: Timēti deum/ be ne erit in extremis. Hinc per psalmistam dicitur: Cum dederit dilectis suis somnum/ hec est hereditas domini. Qui in huius quoqꝫ vite adhuc certamine positus/ cum se consumptum putauerit/ vt lucifer oritur: qꝛ foris ca dens/ intus innouatur: et quo magis exterius aduersa tolerat/ eo vberius virtutum lumine interi⁹ ebouescat. Paulo attestāte/ q ait. Sed licet is q foris est noster ho mo corrūpitur: tamen is qui intus est/ renouatur de die in diem. Id enim quod in presenti est momentaneum et leue tribulationis nostre/ supra modum in sublimita te eternum glorie pondus operatur in nobis. Et notan dum est ꝙ nequaꝙ cum consumptus fueris: sed cum te consumptum putaueris dicit: qꝛ et qđ videmus/ in du bietate est: et qđ speramus/ in certitudine. Unde ꝛ idem Paulus non se consumptum nouerat/ sed putabat: qui et in aduersa tribulationum corruens/ vt lucifer resplē debat/ dicens: Quasi morientes/ et ecce viuimus: quasi tristes/ semper autem gaudentes: sicut egentes/ multos autem locupletantes. Capitulum xxij.

Sciendum quoqꝫ est ꝙ bonoꝝ mens quo duriora p veritate tolerat/ eo eternitatis premia cer tius sperat. Unde ꝛ apte subditur: [Et habe bis fiduciam/ proposita tibi spe.] Tāto nāqꝫ spes ī deū solidior surgit/ quāto pro illo quisqꝫ grauiora ptulerit: qꝛ nequaꝙ retributionis gaudium de eternitate colligi tur: qđ non hic prius pia tribulatione seminatur. Hinc etenī per psalmistam dr: Eūtes ibāt ꝛ flebant/ mittētes semina sua: venientes aūt venient in exultatione/ portan tes manipulos suos. Hic Paulus ait: Si cōmorimur/ et conuiuemus: si sustinemus/ et conregnabimus. Hinc discipulos admonet dicēs: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Hinc sanctoꝝ glo riam Johanni angelus indicās ait. Hi sunt qui venerūt de tribulatione magna: et lauerūt stolas suas: et dealba uerūt eas in sanguine agni. Qui igit nūc ꝑ tribulatiōem seritur/ vt post gaudij fruct⁹ metat: tanto maior fiducia mentem roborat/ quāto hāc fortior pro veritate afflictio angustat. Unde apte protinus adiungit. [Et defossus securus dormies.] Sicut enim malis presens securitas labor est: ita bonis presens labor ꝑpetuam securitatem parit. Unde ꝛ defossum se securum dormire iam nouerat/ qui dicebat: Ego enim iam delibor: et tempus mee resolutionis instat. bonum certamen certaui: cursum cō summaui: fidem seruaui: de reliquo reposita mihi est co rona iustitie/ quā reddet mihi dūs in die illa iust⁹ iudex. Qui enim cōtra mala transeūtia sine defectu certauerat: de mansuris nimirū gaudijs sine dubietate presumebat. Quis defossus ꝛ aliter intelligi potest. Sepe nāqꝫ reb⁹

Ezech. i.
B
C
D
Eccli. i.
Psalm. cxxvi.
E
ij. Cor. iiij.
ij. Cor. vj.
F
Psal. cxxv.
ij. Timo. ij.
Act. xiiij.
Apoc. vij.
ij. Timo. iiij.

G

transitorijs occupati/pensare negligimus per quanta peccamus: sed si reducto considerationis oculo/a sinu cordis terrene cogitationis ager excutitur/quicquid in mente latebat/inuenitur. Unde sancti viri animorum suorum latebras perscrutari non desinunt: seseque subtiliter indagantes/terrenarum rerum curas abijciunt: et effossis plene cogitationibus/cum nullo se restu criminis morderi deprehendunt: velut in stratu cordis apud se securi requiescunt. Latere quoque ab huius mundi actibus appetunt/semper sua considerant: et cum locorum regiminis minime constringuntur/iudicare que aliena sunt/recusant. Defossi igitur securi dormiunt: quia dum sua intima vigilanter penetrant/a laboriosis se huius mundi oneribus sub quietis ocio occultant. Unde et adhuc subdit:

Presentia querens amissionem metuit.

[Requiesces/et non erit qui te exterreat.] Quisquis enim presentem gloriam querit/profecto despectum metuit. Qui semper ad lucra inhiat: semper videlicet damna formidat. Cuius enim perceptione reficitur/eius est periculo dubio et amissione sauciatur: et quo obligatus mutabilibus ac perituris inheret: eo longe in infimis ab arce securitatis iacet. At contra quisquis in solo eternitatis desiderio figitur: nec prosperitate attollitur/nec aduersitate quassatur: dum nil habet in mundo quod appetat: nihil est quod de mundo pertimescat. Hinc etiam Salomon ait: Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Hinc iterum dicit: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Bene itaque nunc dicitur: Requiesces/et non erit qui te exterreat. Quia tanto quisque a se plenius pauorem qui ex mundo est abijcit/quanto in semetipso verius concupiscentiam mundi deuincit. An non absque terrore qui ex mundo est/Paulus in corde requieuerat/qui dicebat: Certus sum enim quia neque mors/neque vita/neque angeli/neque principatus/neque instantia/neque futura/neque fortitudo/neque altitudo/neque profundum/neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei: que est in Christo Iesu domino nostro. Cuius videlicet fortitudo charitatis/vera sancte ecclesie voce laudatur/cum per canticum canticorum dicitur: Ualida est vt mors dilectio. Uirtuti etenim mortis/dilectio comparatur: quia nimirum mentem quam semel ceperit/a delectatione mundi funditus occidit: et tanto hanc valentius in auctoritatem erigit/quanto et insensibilem contra terrores reddit.

Eterna desiderans prosperitatibus non turbatur.

Prouer. xij.

Prouer. xxiij.

H

Canti. viij.

Capitulum xxiij.

SEd inter hec sciendum est quod praui cum recta predicant/valde difficile est vt ad hoc quod recitant ambiunt/non erumpant. Unde et Sophar protinus adiungit: [Et deprecabuntur faciem tuam plurimi.] Neque enim iusti viri idcirco se per innocentie itinera arcta custodiunt vt ab alijs exorentur. Sed sunt heretici seu peruersi quilibet/per hoc quod inter bonos quasi innocenter viuunt/videri intercessores pro bonis volunt: et cum sancta loquentes insinuant quod ipsi appetunt/hoc alijs pro magno pollicentur: dumque celestia predicant/in suis repente sponsionibus ostendunt quod amant. Sed ne diu terrena pollicendo patescant quod sunt/ad verba rectitudinis citius recurrunt. Unde mox subditur:

[Sed oculi impiorum deficient: et effugium peribit ab eis.]

I

Quod in eterna miseris nullum sit impijs effugium. Et quod abominatio sit sanctorum/delectatio peccatorum.

Oculos nolentes intentionis exprimunt/per euangelium veritas attestatur/dicens: Si oculus tuus fuerit simplex/totum corpus tuum lucidum erit: quia videlicet si operationem nostram intentio munda preuenerit/quamlibet aliter hominibus videatur: interni tamen iudicis oculis mundum subsequentis actionis corpus ostenditur. Oculi igitur impiorum/intentiones sunt in eis carnalium desideriorum. Qui idcirco deficiunt/quia eterna negligunt: et sola semper transitoria prestolantur. Adipisci quippe terrenam gloriam cogitant: multiplicari rebus temporalibus exoptant: ad mortem quotidie cursu rerum labentium tendunt: sed cogitare mortalia mortaliter nesciunt. Caro/e vita per momenta deficit: et tamen carnale desiderium crescit. Res habita infinitate fine corripitur: et habendi anxietas non finitur. Sed cum mors impios subtrahit/eorum profecto desideria cum vita terminantur. Quorum scilicet oculi tunc superna visione deficiunt: quia suo hic iudicio a terrena deficere delectatione noluerunt. Hos illorum oculos a loci ditate pristina claudi Psalmista conspexerat/cum dicebat. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum: quia et eterna mala nunquam cogitata reperiunt: et subito amittunt bona temporalia que diu tractata tenuerunt. A quibus et omne effugium perit: quia eorum malitia ab animaduersione districti

Psal. cxlv.

iudicis quo se valeat occultare non inuenit. Nam nunc iniqui cum tristia aliqua vel aduersa patiuntur/effugij latebras inueniunt: quia ad voluptatem pristinus desideriorum carnalium recurrunt. Nec enim paupertas cruciet/diuitijs animum demulcent. Ne despectus proximorum deprimat: sese dignitatibus exaltant. Si fastidio corpus atteritur/antepositis epularum diuersitatibus nutritur. Si quo animus mestitie impulsu deijcitur: mox per interposita locorum blandimenta releuatur. Tot igitur hic habent effugia/quot sibi preparant delectamenta. Sed quique ab eis effugium perit: quia eorum mens omissis omnibus/se solummodo et iudicem conspicit. Tunc voluptas subtrahitur/et voluptatis culpa seruatur: et repente miseri perdendo nesciunt, quia peritura tenuerunt. Qui tamen quousque corporaliter viuunt/querere nocitura non desistunt. Unde adhuc subditur. [Et spes illorum abominatio anime.] Quid hic peccator totis cogitationibus sperat/nisi vt potestate ceteros transeat: cunctos rerum multiplicitate transcendat: aduersantes dominando subijciat: obsequentibus mirandus innotescat: ire ad votum satisfaciat: benignum se cum laudatur/ostendat: quicquid gula appetit offerat: ad hoc quod voluptas sperat/operis expletione concurrat. Bene igitur spes illorum abominatio anime dicitur: quia ea que carnales ambiunt/spirituales quique iudicio rectitudinis auersantur. Nam quod peccatores voluptatem estimant: hoc iusti procul dubio penam putant.

K

Capitulum xxiiij.

L

ABominatio est igitur animae/spes prauorum: quia nimirum spes deficit/vbi caro requiescit. Ut enim caro mollibus/sic anima duris nutritur. Illam blanda resouent: hanc aspera exercent. Illa delectationibus pascitur: hec amaritudinibus vegetatur. Et sicut carnem dura sauciant/sic spiritum mollia necant. Sicut illam laboriosa interimunt/ita hanc delectabilia extinguunt. Spes itaque carnalium/abominatio anime dicitur: quia inde in perpetuum spiritus interit/vnde ad tempus caro suauiter viuit. Sed hec Sophar recte diceret/nisi beatus Iob cuncta largiter etiam viuendo predicasset. At postquam sanctiorem monere de vita nititur: doctiorem se erudire sapientie magisterio conatur: ipse dictorum suorum pondus leuigat: quia indiscretione interposita omne quod loquitur destruit: quia liquorem scientie pleno vasculo superfundit. Sic namque ab indiscretis opes scientie/sicut a stultis sepe opes corporalis substantie possidentur. Nonnulli enim qui rerum terrenarum multiplicitate sublimes sunt/aliquando multa et habentibus tribuunt: vt ipsi cunctis largius habere videantur. Ita puerili cum vera sapiunt/recta quedam etiam rectioribus loquuntur: non vt alios audientes doceant/sed vt ipsi quanta doctrina polleant/innotescant. Preire se quippe sapientia cunctos estimant: et idcirco nihil se cuilibet dicere/vltra mensuram sue magnitudinis putant. Sic praui quilibet: sic omnes heretici superba voce meliores docere non metuunt: quia omnes se inferiores arbitrantur. Sed sancta ecclesia elatos quosque ab estimationis sue culmine reuocat: et discretionis manu ad equalitatis compagem reformat. Unde beatus Iob quia eiusdem sancte ecclesie membrum est: videns quod amicorum mens per verba plate eruditionis intumuit: illico respondit dicens.

M

Capitulum Duodecimum textus beati Iob quod continuat Capitulum xxv. expositionis Moralis sancti Gregorij.

REspondens autem Iob dixit: Ergo vos estis soli homines: et vobiscum morietur sapientia? Et mihi est cor sicut vobis: nec inferior vestri sum. Quis enim hec que nostis/ignorat? Qui deridetur ab amico suo sicut ego: inuocabit deum: et exaudiet eum. Deridetur enim iusti simplicitas: lampas contempta apud cogitationes diuitum: parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula predonum: et audacter prouocant deum: cum ipse dederit omnia in manus eorum. Nimirum interroga iumenta et docebunt te: et volatilia celi et indicabunt tibi. Loquere terre/et respondebit tibi: et narrabunt pisces maris.

A Quis ignorat q̄ oīa hec manus dñi fecerit? In cu⁹ manu aīa oīs viuētis: ⁊ spūs vniuerse carnis hoīs. Nōne auris verba diiudicat: ⁊ fauces comedentis saporē? In antiquis est sapientia: et in multo tēpore prudētia. Apud ipm est sapientia ⁊ fortitudo: ⁊ ipse habet cōsiliū ⁊ intelligentiā. Si destruxerit: nemo est q̄ edificet: si incluserit hoīem: nullus est qui aperiat. Si continuerit aquas: oīa siccabūtur: et si emiserit eas: subuertent terrā. Apud ipm est fortitudo et sapientia. Ipse nouit ⁊ decipientē: ⁊ eū q̄ decipit. Adducit cōsiliarios in stultū finē: ⁊ iudices in stuporē. Balthеū regū dissoluit: et precingit funere renes eorum. Ducit sacerdotes ingloriose: et optimates supplātat. Cōmutās labiū veraciū ⁊ doctrinā senū auferēs. Effundit despectionē super principes: et eos qui oppressi fuerant, releuat. Qui reuelat profunda de tenebris: ⁊ producit in lucem vmbram mortis. Qui multipli-

B cat gentes ⁊ perdit eas: ⁊ subuersas in integrū restituit. Qui immutat cor principū populi terre: et decipit eos, vt frustra incedāt p inuiū. Palpabunt quasi in tenebris: et non in luce: et errare eos faciet quasi ebrios.

Capitulum.xxv.

Ergo vos estis soli hoīes: et vobiscum orietur sapiētia? | Quisq̄s se pretre ceteros rōne estimat, qd iste aliud q̄ solum se esse hominē exultat? Et sepe contingit, vt eū per tumorē mens in altū ducitur, in despectu oīm, sui admiratione subleuet. In cogitatione etenī propriī fauores oriuntur: sibiq̄ de singularitate sapientie blandiūtur. Ipsa fatuitas pensat ea que audierit, ac verba que profert: ⁊ mirat sua, ridet aliena. Qui ergo solū se sapere estimat, quid aliud q̄ hanc eādem secū oriri sapientiā putat? Nā quā adesse aliis abnuit, soli sibi hāc tribuēs, profecto intra tēpora sue breuitatis claudit. Pensandū vero est, vir sanctus qualis discretione vtitur, vt amicorū superbientiū arrogantia cōprimatur, cū protin⁹ adiungit. | Et mihi est cor sicut et vobis: nec inferior vestri sum. | Quis enī nesciat, quātum beati Iob vita eorū sciētia amicorū eius scientiam excedat? Sed vt eorū superbiā corrigat, esse se inferiorē negat: ⁊ ne sue hūilitatis limitē trāscat, esse se superiorē tacet: nec preferendo se, sed cōferēdo, indicat q̄ de se hi

C qui sibi longe sunt impares, discāt vt nō sponte inflectātur sapientia q̄ emineat, nequaq̄ se contra vires erigat sciētia que tacet. Quos bene mox ad equalitatis sensum reuocat: qz tumere valde quasi de singularitate magnitudinis pensat, cū subsequenter adiūgit. | Quis enī hec que nostis ignorat? | Ac si aperte dicat: Cū cunctis sint nota que dicitis, de dictorū sciētia singulariter cur tumetis? Quia igitur elationē arrogātium ad equalitatis cōmunionem reuocans, correptione perfecta redarguit, ad doctrine nunc sententias erumpit: vt amici eius humiliati prius discerent veritatis pondera q̄ reuerēter audirent. Sequitur.

¶ S. De viri virtutū cum deridētur ab ipsis: ad restē conscientie deū concurrāt, in quo gloriant. Ca.xxvi.

Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit deum, ⁊ exaudiet eū. | Sepe enim infirma mens eū de bonis actib⁹ aura humani fauoris excipitur, ad gaudia exteriora deriuatur: vt postponat qđ intus appetit: ⁊ in hoc libēter resoluta iaceat qđ foris audit: ita vt beatā nō tam fieri q̄ dici se gaudeat. Cūq̄ laudis sue vocib⁹ inhiat, qđ esse ceperat, relinquit. Inde q̄ a deo disiungit, vnde in deo laudāda videbat. Nonnūq̄ vero recto operi anim⁹ constāter innititur, ⁊ tñ humanis irrisionib⁹ vrgetur: mirāda agit, ⁊ opprobria recipit: ⁊ qui foras p laudes potuit, repulsus contumeliis, ad semetipm redit: ⁊ eo se ipm int⁹ robusti⁹ in deo solidat, q̄ foris nō inuenit in q̄ requiescat. Tota enī spes in auctorē figit, ⁊ inter irrisionū conuitia solus interios testis implorat: atq̄ afflicti anim⁹ fit deo tāto p-

D ximus, quāto a gratia humani fauoris alien⁹. In precē protin⁹ fundit: ⁊ pressus exteri⁹, ad penetrāda que int⁹ sunt, mūdius liquat. Bene itaq̄ nunc dicit: Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit deum, ⁊ exaudiet eū: quis bonorū mentē dū praui exprobrāt, ostendūt quē suorū actuū testem querāt. Que dū compuncta sese in p̄cib⁹ accingit: inde intra se superne exauditioni iungit, vnde extra se ab humana laude separat. Capm.xxvij.

Orandū vero q̄ prouide interponit, sicut ego: qz sunt nōnulli quos ⁊ humane irrisiones deprimunt: ⁊ tamen diuinis aurib⁹ exaudibiles nō sunt. Nam cum derisio contra culpam nascitur: profecto nullū virtutis meritū in derisione generatur. Baal etenī sacerdotes clamosis hunc vocib⁹ implorantes derisi ab Helia fuerāt, cū dicebat. Clamate voce maiori; de⁹ enī vester est: ⁊ forsitan loquit: aut in diuersorio est. Sz hec e⁹ irrisio ad virtutis vsum nō fuit: q p culpe meritum venit. Proinde ergo nūc dicitur: Qui deridet ab amico suo sicut ego, inuocabit deū, ⁊ exaudiet eum. Quilliū facit humana derisio deo p̄ximū, quē ab humanis prauitatib⁹ vite innocentia seruat alienū. Sequitur.

iij. regū. xviij.

¶ S. De sapientia sanctorum, ⁊ prudentia filiorum huius seculi.

¶ Deridetur enī iusti simplicitas. | Hui⁹ mundi sapiētia est, cor machinationib⁹ tegere, sensum verbis velare: que falsa sunt, vera ostēdere: q̄ vera sunt, falsa demōstrare. Hec nimirū prudētia vsu a iuuenib⁹ scitur: hec a pueris p̄cio discitur: hāc q̄ sciunt, ceteros despiciēdo superbiūt: hanc q̄ nesciunt, subiecti ⁊ timidi in aliis mirātur: quia ab eis hec eadē duplicitas, iniquitatis nomine palliata diligitur, dū mētis peruersitas, vrbanitas vocatur. Hec sibi obsequētibus p̄cipit honorum culmina querere: adepta tēporalis glorie vanitate gaudere: irrogata ab aliis mala multiplici⁹ reddere: cū vires suppetunt, nullis resistentib⁹ cedere: cū virtutis possibilitas deest, quicqđ explere per malitiā non valēt, hoc in pacifica bonitate simulare. At cōtra sapientia iustorū est, nil per ostētionē fingere: sensum verbis aperire: vera vt sunt diligere, falsa deuitare: bona gratis exhibere: mala libētius tolerare q̄ facere: nullā iniurie vltionē querere: p veritate contumeliam lucrum putare. Sed hec iustorū simplicitas deridet: qz ab hui⁹ mūdi sapientib⁹ puritatis virt⁹, fatuitas credit. Omne enī qđ innocēter agit, ab eis procul dubio stultū putatur: ⁊ quicqđ in opere veritas approbat, carnali sapiētie fatuū sonat. Quid nāq̄ stulti⁹ videtur mundo, q̄ mentem verbis ostendere, nil callida machinatione simulare: nullas iniuriis cōtumelias reddere: pro maledicentib⁹ orare: paupertatē querere: possessa relinq̄re: rapiētī nō resistere: percutienti maxillam alterā p̄bere? Vñ bene hui⁹ mūdi dilectorib⁹ ille egregi⁹ dei sapiēs dicit: Abominationes egyptiorū imolabimus dño deo nostro. Oues quippe egyptii edere dedignātur: sed qđ abominant egyptii, hoc israelite deo offerūt: qz simplicitatē cōscientie quā iniusti quiq̄ velut infimā abiectāq̄ despiciunt: hāc iusti in virtutis sacrificiū vertunt: ⁊ excolentes recti puritatē ac māsuetudinē deo immolāt: quā abominātes reprobi fatuitatē putant. Que nimirū iusti simplicitas breuiter sed sufficienter exprimitur, cū protinus subinfertur. | Lampas contempta apud cogitationes diuitum. |

Sapiētia hui⁹ mūdi.

E

Sapiētia iustorum.

Exo. viij.

F

¶ S. De iustorū simplicitas apud se int⁹ q̄si lāpas fulgeat: ⁊ superbos fast⁹ eorū humilitatē cōtēnat. Ca.xxviij.

Quid hoc loco significatur nomine diuitū, nisi elatio superborū? Qui vēturi iudicis respectum nō habēt, dū superbia apud se cogitationibus tumēt. Nam sunt nōnulli quos census p tumorē nō eleuat: sed p misericordie opa exaltat. Et sunt nōnulli qui dū terrenis se opib⁹ abundare p̄spiciūt: veras dei diuitias nō requirūt: atq̄ eternā patriā non amāt: quia hoc sibi sufficere q̄ reb⁹ tēporalib⁹ fulciunt, putāt. Non est ergo cēsus in crimine, sed affect⁹. Cūcta enī que de⁹ p̄didit, bona sunt: sed qui bonis male vtit, profecto agit vt quasi p edacitatis ingluuiē eo quo viuere debuit panē moriat. Paup ad requiem lazar⁹ venerat: supbū hō diuitem tormēta cruciabāt. Sed tamē diues abrahā fuerat, qui in sinu lazarū tenebat. qui tñ auctori suo colloquens dicit: Loquar ad dñm deū meū, cū sim puluis et

G cinis: Quid itaqȝ iste diuitias suas estimare nouerat: q̄ semetipm puluerē cineremqȝ pensabat? Aut quādo hunc res possesse extollerēt: qui de se quoqȝ, earū videlicet possessore, tā abiecta sentiret? Atqȝ iterū sunt nōnulli quibꝰ et res terrene nō suppetūt: et tamen apud se p fastū tumoris erigunt. Hos et cēsus ad ostensionē potētie minime subuehit: et tamen morū peruersitas inter reprobos diuites addicit. Quoslibet ergo sequētis vite amor nō humiliat: hoc in loco sacer sermo diuites appellat: quia in iudicij quoqȝ visione non discrepant: verū rebus, an solis moribus intumescant. Qui cum vitā simplicium in hoc mūdo humilē abiectāqȝ conspiciūt, elatis protinꝰ despectibus irridēt. Nequaqȝ quippe his hoc exteriꝰ adesse cōsiderant, ad qḋ ipsi tota conatibꝰ anhelant. Quasi stultos ergo despiciūt, qui scȝ ea nō habēt, que ipsi vtiqȝ vel habendo vel solūmodo amādo mirantur. et quasi mortuos deputant: quos nequaqȝ secū viuere carnaliter pēsant. Qui enim ab huiꝰmōdi appetitu morit, a terrenis mentibꝰ profecto omni modo extinctꝰ estimatur. Quod bene nostri miraculū redēptoris signat, cū ab immūdo

Mar. ix. spiritu hominē liberat: de quo nimirū scriptum est: Clamans et multū discerpēs eum, exijt ab eo: et factꝰ est sicut mortuꝰ: ita vt multi dicerēt, quia mortuꝰ est. Iesus autē

H tenēs manū eius, eleuauit eū: et surrexit. Velut mortuꝰ quippe ostēditur, qui a maligni spiritus potestate liberatur: quia quisqȝ iā terrena desideria subigit, vitam in se carnalis cōuersationis extinguit: et mūdo mortuus apparet: quia possessore prauo qui per immunda desideria se agitabat, caret. Quē multi mortuum dicūt: quia qui spūaliter viuere nesciūt, eum q̄ carnalia bona nō sequit, extinctum funditus arbitrant. Capitulū xxix.

Sed quia ipsi quoqȝ derisores simpliciū, ex pietatis noīe cēsent: reuerentia religionis pstitꝰ exhibere malum publice irrisionis erubescūt. Unde fit vt apud se tumidi tacētesqȝ derideāt: quos ab lectos valde atqȝ infimos p simplicitatē putāt. Bene ergo dicitur. [Lampas contēpta apud cogitationes diuitū.] Quia supbi quiqȝ dū pensare bona sequētia (vt superiꝰ diximus) nesciūt: pene nihil estimāt quē non vident habere qḋ amant. Sepe nāqȝ ptingit vt electꝰ quisqȝ q̄ ad eternam felicitatē ducit, cōtinua hic aduersitate depressus, maturam non hūc rerū abundātia fulciat: nō dignitatum gloria honorabilē ostēdat: nulla ei obsequentiū frequentia suppetat: nulla hūc humanis oculis vestiū pōpa cōponat: a cūctis vero despicabilis cernitur: et huiꝰ mūdi gloria indignꝰ estimat: sed tñ ante occulti iudicis oculos virtutibꝰ emicat: vite meritis chorruscat: honorari metuit: despici nō refugit: corpꝰ continētia afficit: sola in

I animo dilectione pinguescit: mentē semp ad patiētiam preparat: et erectꝰ pro iusticia, de pceptis cōtumelijs exultat: afflictio ex corde cōpatitur: de bonoꝝ prosperitatibus quasi de proprijs letat: sacri verbi pabula in mente sollicitꝰ ruminat: et inquisitꝰ quodlibet eloqui dupliciter ignorat. Bene itaqȝ iusti simplicitas, et lāpas esse dicit, et contēpta. Lampas, qȝ interiꝰ lucet: et cōtēpta, qȝ exterius non lucet. Intꝰ ardet flāma charitatis: foris nulla gloria resplēdet decoris. Lucet ergo et despicit, qui flagrans virtutibꝰ, abiectꝰ estimat. Mentes quippe carnalium pensare bona nō valent, nisi que carnaliter vidēt.

i. Re. xvi. Hinc est qȝ Dauid sanctū, pater ipse despexerat: quē prophete samuelis oculis pstitui recusabat. Qui ad vnctionis gratiā dū septem filios deduxisset: a ppheta requisitus an numerū sobolis explesset: cū magna despectione rn̄dit: Est adhuc puer paruulꝰ q̄ pascit oues. Quo deducto et electo protinꝰ audiuit: Homo videt in facie: deꝰ autem intuetur cor. Lampas ergo Dauid per innocentiam fuerat: sed tamen valde contempta: quia exteriora cernētibus non lucebat. Sciendū vero est qȝ iustus quisqȝ aut temporalem gloriam non habet: aut hanc sub semetipso frangit si habet: vt honori suo liber emineat: ne ei victus delectationi succumbat. Hinc enim est qȝ ille pdicator egregius ante humanos oculos apostolatꝰ sui

i. Thes. ij. gloriam humiliauerat, qui dicebat. Non vsi sumus hac potestate, cum possimus oneri esse, vt Christi apostoli: sed facti sumus paruuli in medio vestrū. Eius vero auditoribꝰ nimirū rumor diuitū adhuc in corde remāserat:

ij. Cor. x. cū dicebāt. Epistole graues sunt et fortes: presentia aūt corporis infirma, et sermo ptēptibilis. Quē em̄ talia dicere posse cognouerant: secum cōmuniter viuere non posse

K iudicabant. Cūqȝ eum et humilem viuendo cernerent, et altū sermone pensarent: sua eos elatio cōpulit, vt quē p scripta timuerant, p p̄ntie verba despicerent. Quid igitur Paulꝰ nisi contēpta lampas apud cogitationes diuitū fuit: quia vnde magisteriū humilitatis exhibuit, inde a rudibꝰ discipulis supbie cōtumelias recepit. Honorando etem̄ modo lāguor supbientiū vnde detumescere debuit, excreuit: dū mentes elata carnaliū hoc quasi dedignabile repulit: qḋ magister imitabile ostendit. An contempta lāpas nō erat, qui tot virtutibꝰ emicās, tanta a psecutoribus aduersa tolerabat? Legatione in cathena fungit: cuiusqȝ vincula in omni pretorio manifestātur. virgis cedit: multisqȝ ex genere, ex gentibꝰ periculis vrgetur: lapidibꝰ iustris rūditur: pedibꝰ extra vrbē trahitur: qȝ extinctꝰ estimatur. Sed vsqȝ quo lampas ista contemnit, vsqȝ quo despicabilis habetur? Nunqȝ nō fulgorem suū nullatenꝰ exerit: et nūqȝ quanta claritate candeat ostēdit? Ostendit plane. Nam cū lāpas contempta apud cogitationes diuitū diceretur, protinus additur. [Parata ad tēpus statutū.] Statutū quippe contēpte lāpadis tēpus, est extremi iudicij pdestinatꝰ dies, quo iustus quisqȝ qui nunc despicitur, quanta potestate fulgeat, demonstratur. Capitulum xxx.

L Tunc em̄ cū deo iudices veniūt, q̄ nunc p deo iniuste iudicant. Tunc eoꝝ lux tāto latiꝰ emicat, quāto eos nūc manꝰ psequentiū durius angustat. Tūc reproborum oculis patescet qȝ celesti ptāte

Mat. xix. subnixi sunt: q̄ terrena oīa spōte reliquerunt. Unde electis veritas dicit: Uos q̄ secuti estis me in regeneratione, cū sederit filiꝰ hoīs in sede maiestatis sue: sedebitis et vos sup duodecim sedes iudicantes duodecim tribꝰ israel. Neqȝ em̄ plusqȝ duodecim iudices illa interni cōsessus curia nō habebit: sed nimirū duodenario numero quātitas vniuersitatis exprimit: qȝ quisquis stimulo diuini amoris excitatus, hic possessa reliquerit: illic procul dubio culmen iudiciarie potestatis obtinebit: vt simul tūc iudex cū iudice veniat: q̄ nunc cōsideratione iudicij sese spontanea paupertate castigat. Hinc est em̄ qḋ de sancte

Prouer. xxxj. ecclesie sponso p Salomonē dicit: Nobilis in portis vir eiꝰ, quando sederit cum senatoribꝰ terre. Hinc Esaias

Esa. iij. ait: Dn̄s ad iudicium veniet cū senioribus populi sui. Hinc eosdē seniores veritas non iam famulos, sed amicos denūciat, dicens: Non iam dicā vos seruos: sed ami-

Joan. xv. cos meos. Quos nimirū Psalmista intuens ait: Mihi

Psalm. cxxxviij. autē nimis honorati sunt amici tui deꝰ. Quorū dum celsitudinē cordis aspiceret, mundi gloriā qua calce calcarent, protinꝰ addidit: Nimis confortatꝰ est principatus

M eorū. Et ne paucos esse crederemꝰ, quos perficere vsqȝ ad summā tante pfectionis agnoscimꝰ, illico adiūxit: Dinumerabo eos: et sup harenā multiplicabunt. Quot itaqȝ nūc pro amore veritatis sese libenter humiliāt, tot tunc in iudicio lāpades chorruscāt. Dicat igitur recte: Lampas contēpta apud cogitationes diuitū: parata ad tempus statutū. Quia vniuscuiusqȝ iusti anima velut abiecta contēnitur, cum hegenis interiꝰ gloriā nō habet: sed admirabilis cernit, cū desuper fulget. Libet inter hec ad redemptoris viam, mentis oculos tollere: sensimqȝ a mēbris ad caput puenire. Ipse em̄ nobis lāpas veraciter extitit: qui p redēptione nostra in cruce moriēs, tenebrosis nostris mentibꝰ lucem per lignū fudit. Hanc nos lāpade Ioannes illuminari conspexerat, cum dicebat:

Joan. j. Erat lux vera, que illuminat oēm hominē tc̄. Quam tamen apud cogitationes diuitū contēptam vidit: cū paulopost subdit: In propria venit: et sui eū non receperunt.

Ibidem. Luc. xxiij. Huiꝰ lampadis flāmas Herodes explorare voluit: cū eiꝰ miracula videre pcupiuit: sicut scriptū est: Erat em̄ ex multo tēpore cupiens videre eū: eo qȝ audisset multa de illo: et sperabat signū aliquod videre ab eo fieri. Sed lāpas hec ante eiꝰ oculos nullo radio luci emicuit, qȝ eū qui sermōe pie, sed curiose q̄sierat: nihil de se mirabile ostēdit. Inquisitus quippe redemptor tacuit: expectatus miracula exhibere cōtempsit: seseqȝ apud se in occulto retinens: eos quos exteriora querere comperit, ingratos foris reliquit: magis eligens apte a supbientibus despici, qȝ a nō credētibꝰ vacua voce laudari. Unde et p̄tinꝰ lāpas ista ptēpta est: sicut illic subdit: Spreuit aūt illū Herodes cū exercitu suo: et illusit indutū veste alba. Ca. xxxj.

A

Sed contempta lampas que in terra irrisionẽ tolerat/ de celo lucidi⁹ per iudiciũ choruscat. Unde hic apte subiũgitur. [Parata ad tẽp⁹ statutũ.] De quo videlicet tẽpore p̃ Psalmistã dicitur: (Ps. lxxiiii.) Cũ accepero temp⁹/ ego iustitias iudicabo. Huic i euã (Joan. vii.) gelio p̃ semetipsam veritas denũciat/ dicẽs: Tẽp⁹ meũ nondũ aduenit. Hinc Petr⁹ ait: Quẽ oportet celũ suscipere/ vsq̃ ad tempora restitutionis. Lãpas ergo q̃ nũc contẽnitur/ ad statutũ temp⁹ ventura preparat: quia ipse peccata in die vltimo iudicat: qui nũc peccantium derisiones portat. Et tãto tũc duri⁹ districtionẽ exerit/ quãto nunc vocãdo pctõrib⁹ leuius patientiã sternit. Qui eñ diu couertendos expectat/ nõ cõuersos sine retractatione cruciat. Qd per p̃phetam suũ breuiter insinuat dicens: (Esa. xlii.) Tacui/ semp silui/ patiens fui: sicut parturiens loquar. Ut eñ iam p̃diximus/ parturiẽs cũ dolore eijcit hoc qd̃ in intimis tpe lõgo gestauit. Qui ḡ semp siluit/ sicut parturiẽs loquit: qr venturus iudex/ q̃ sine vltione diu facta hominum pertulit: q̃hq̃ cũ feruore examinis/ quasi cũ dolore mẽtis/ quãtẽ aiaduersionis sententiam intus seruauerit/ ostẽdit. Nemo igit hanc lampadẽ cũ latet despiciat/ ne contẽptores suos cũ de celo fulserit/ exurat. Cui eñ nunc nõ ardet ad veniam/ tunc p̃cul dubio ardebit ad penã. Et ḡ per supernã grãm vocationis tẽpus accepimus: dũ adhuc lãpas supplicii tãz (?) q̃ dubia est/ mores in meli⁹ p̃mutãdo/ fugiam⁹. Solũ q̃ppe aiaduersio illa non inuenit/ quẽ correctio abscõdit. ¶ Hec nos largiente dño in duobus iam corporib⁹ trãscurrisse sufficiat. Quia eñ sacri libri sequentia mysteriorum (B) virtutibus extensa/ cõplecti breuiter exponẽdo non possumus: ea necesse est vt alijs voluminibus reseruemus: quaten⁹ lector tanto feruẽtior ad legẽdi studiũ redeat/ quãto ex lectionis quoq̃ intercisione respirat.

¶ Finit liber Decim⁹ Moraliũ sancti Gregorij: et totius operis pars secunda: nã quinq̃ p̃mi libri partẽ primã explẽt: quãuis in fine qñti nõ sit adnotatũ.

¶ Liber Undecim⁹ toti⁹ operis: tertiam inchoans partem Moralis expositionis sancti Gregorij pape: quo continuatur textus Capituli Duodecimi Beati Job.

Quãuis i p̃olixo opere ẽẽ culpabilis stili mutabilitas non debeat: ne q̃o tamen me ex locutionis mee immutatiõe reprehẽdat/ in ep̃la libris p̃missa causam reddidi cur tertiã hui⁹ operis partẽ ad aliorũ vsq̃ similitudinẽ minime emẽdando perduxi. Quibus scs̃ etiã illis/ hoc quoq̃ addidi: qd̃ ab eo versu quo dicit: Abundant tabernacula predonũ/ eiusdẽ partis expositio incipit: vsq̃ ad hoc qd̃ scriptũ est: Dulcedo eoz vermis: dis (C) serẽdo p̃tingit. Que nimirũ tã multa sunt vt in vno corpore cõprehendi nõ possent/ nisi sub magna breuitate dicerent. Qui ergo ob alijs actib⁹ vacat/ legat cetera multipliciter dicta. Qui vero ad studiose legendũ nõ vacat/ hui⁹ partis ei breuitas placeat: in qua non tã q̃ sentim⁹ dicim⁹/ q̃ ea que sunt dicenda signamus. Igit quoniã in ea multa sicut me loquẽte excepta sunt/ ita dereliqui: immutationẽ stili lector me⁹ equanimiter accipe: quia et sepe eosdem cibos edẽtibus/ diuersitas placet coctionis. Sed quotiens partes singulas ad legendũ sumis/ reducere semper ad memoriã eam quam prepositi causam originem stude: quia et per beatum Job (qui dolẽs dicitur) passiones dñi eiusq̃ corporis. i. sancte ecclesie designãtur: et amici ei⁹ hereticoz tenẽt speciẽ. qui (vt sepe iã diximus) deũ dũ defendere nituntur/ offendũt. Qui dũ siccte consulunt/ sanctoz mentem fortiter affligũt: nec tamen p̃ cuncta que loquũtur/ a veritatis cognitione desipiũt: sed plerũq̃ et stultis prudentiã/ et fictis vera permiscent/ vt dũ ex veritate aliqd̃ p̃rogãt/ facile ad falsitatem trahant. Unde amici quoq̃ beati Job modo despicabilia/ modo aũt mira sunt q̃ loquũt: que tamẽ sctũs vir aliquãdo reprobãdo cõuincit: aliquãdo vero reprobando suscipit: atq̃ ad vsum rectitudinis p̃trahit etiã que ab eis recta/ sed nõ recte proferunt. Itaq̃ inopiam

suam despicientes despicit: atq̃ in sterquilinio corpore posit⁹/ in quãto virtutũ culmine apud se sedeat/ ostẽdit: cum nil esse presentis vite diuitias memorat: quas abũdare et reprobis narrat/ dicens: (D)

¶ S. Qd̃ aliud est qd̃ oĩpotens de⁹ misericorditer tribuit: aliud qd̃ iratus haberi permittet. Capitulum. i.

Abundant tabernacula predonũ: et audacter prouocant deũ: cum ipse dederit oĩa in manibus eoz. [Facile est hominẽ tunc diuitias despicere cũ habet/ difficile vero est eas cũ nõ habet/ viles estimare. Unde pariter ostendit quãtus contempt⁹ terrenarũ rerũ in beati Job cogitatione fuerit: qui tũc dicit nulla esse q̃ abũdant reprobis/ quãdo oĩa amisit. Ait ergo: Abũdant tabernacula predonũ/ et audacter p̃uocant deũ: qr plerũq̃ mali eo magis contra deũ superbiunt/ quo ab ei⁹ largitate et contra meritũ ditãtur: et q̃ prouocari bonis ad meliora debuerãt: bonis peiores fiunt. Sed intelligendũ nobis est/ quomõ p̃dones appellentur/ dũ protin⁹ addit. [Cũ ipse dederit oĩa in manib⁹ eoz.] Si eñ p̃dones sunt: violẽter abstulerũt. Et dubiũ non est: qr violentoz non sit adiutor de⁹. Quomõ igitur ipse dat/ qd̃ hi q̃ predones sunt/ nequiter tollunt? Sed sciendũ est: qr aliud est qd̃ oĩpotẽs de⁹ misericorditer tribuit: aliud qd̃ irat⁹ haberi sinit. Nã qd̃ predones peruerse faciũt: hoc dispensator equissimus fieri nõ nisi iuste p̃mittit: vt et is qui rapere sinit/ cecat⁹ mẽte culpam augeat: et is qui rapinã patitur/ tam in eiusdem rapine dãno p̃ alia quã ante perpetrauit culpa feriat. Ecce eñ quidã in mõtis fauce † p̃stitut⁹ insidiat itinerãtibus: sed is qui iter agit/ iniqua fortasse quedã aliquãdo († al. Attice) (E) perpetrauit: eiq̃ oĩpo de⁹ malũ suũ in p̃sẽti vita retribuens/ atq̃ hũc insidiatoris manib⁹ tradens/ vel spoliari reb⁹/ vel etiã interire p̃mittit. Qd̃ ergo predo iniuste appetit/ hoc equissim⁹ iudex iuste fieri p̃misit: vt et ille reciperet qd̃ iniuste fecerat: et iste grauius quãdoq̃ feriatur/ per cui⁹ nequissimã volũtatẽ/ culpam oĩps deus in alterũ iuste vindicauit. Ille purgat q̃ opprimit: in isto reat⁹ augetur qui opprimit: vt vel de p̃fundo nequitie quãdoq̃ ad penitẽtiã redeat: vel non reuertẽs/ tãto grauius eterna dãnatione feriatur/ quãto diu est i sua iniq̃tate toleratus. Cũ illo ḡ misericorditer agit vt petm̃ finiat/ cum isto districte vt multiplicet/ nisi ad penitentiam recurrat. In illo mala purgant/ dũ vim sustinet: ĩ isto cumulant/ dũ facit. Oĩpotẽs itaq̃ de⁹ qd̃ fieri p̃hibet/ iustũ est vt fieri sinat: vt vnde nũc expectat/ et non conuersos diu tolerat/ quãdoq̃ inde pl⁹ feriat. Bene ergo dicit: Abũdant tabernacula predonũ: et audacter p̃uocant deũ/ cũ ipse dederit oĩa in manib⁹ eoz: quia qd̃ iniqui tollũt/ eis hoc ipse dat: qui illis ad rapinã posset resistere/ si misereri voluisset. Qd̃ tñ intelligi de rebus quoq̃ spiritualibus potest. Capitulum. ii.

Nam plerũq̃ nõnulli doctrine bona percipiũt: sed ex eisdem bonis intumescũt/ et magni pre ceteris videri volũt. Atq̃ oĩpotentẽ deum p̃uocare/ est de ei⁹ donis inter p̃mos superbire. Qui etiã (F) p̃dones non imerito vocant: qr dum loquũtur que non faciũt/ in vsum locutionis sue verba iustoz tollũt. Sed qr hec ipsa verba superna eis gratia tribuit: quoz tamẽ vitam in prauis morib⁹ relinquit: per semetipsos quidẽ predones sunt: sed tamen bona q̃ habent/ diuinitus acceperũt. Sequit [Nimirũ interroga iumenta/ et docebunt te: volatilia celi/ et indicabũt tibi. Loquere terre/ et respõdebit tibi: et narrabũt pisces maris.] Quid p iumẽta nisi sensu pigriores: qd per celi volatilia/ nisi suma atq̃ sublimia sapientes itelligere debem⁹? De iumentis q̃ppe i. sensu pigriorib⁹ scriptũ est: Animalia tua habitabũt in (Ps. lxvii.) ea. Et qr sublimia sapiẽtes/ in verbis nostri redẽptoris euolant: scriptũ est: Ita vt volucres celi veniãt/ et habitent in ramis ei⁹. Quid vero p terrã nisi terrena sapiẽtes? Unde et p̃mo homini celestia deserẽti dictũ est. Terra eoz et in terrã ibis. Quid p pisces maris/ nisi curiosos (Gen. iii.) hui⁹ seculi debem⁹ accipere? de quibus Psalmista ait: (Ps. viii.) Pisces maris/ qui perambulãt semitas maris. Qui i magnis rerum inq̃sitionib⁹ quasi in abditis fluctib⁹ latẽt. Quid aũt cuncta hec inq̃sita doceant/ adiungit dicens: [Quis ignorat q̃ oĩa hec man⁹ dñi fecerit?] Ac si aperte dicat. Siue sensu tardiores/ seu sublimia sapiẽtes/ siue terrenis actib⁹ deditos/ seu hui⁹ mũdi occupatos in-

G quisitionib⁹ requiras: cūcta hec creatorē oīm deū fatent: ⁊ de potestate ei⁹ cōcorditer sentiūt: q̄uis sub ea non cōcorditer viuant. Qd enim iust⁹ quisq; etiam viuendo loquit. hoc iniust⁹ plerūq; de deo vel sola voce compellit fateri: sicq; vt mali/auctorē oīm (cui operib⁹ resistūt) attestatione famulent: qr quē impugnare morib⁹ ausi sūt/ creatorē oīm negare nō possunt. Qd tamen intelligi etiā iuxta solā speciem littere vtiliter pōt: qr omnis respecta creatura quasi dat vocē attestationis ꝓprie/ipsam quā habet speciem suā. Iumenta vel volatilia/terram vel pisces requirim⁹: dū consideram⁹ q̄ nobis concorditer respondent/q; cūcta dn̄s fecerit: qr dū nostris oculis suas species igerūt/se a semetipsis nō esse testant. Eo ipso em̄ q; creata sunt/per ostēsam speciē creatori suo quasi vocē confessionis reddant: qui quia omnia cōdidit/qualiter etiam debeant administrari disposuit. Vn̄ subditur.

ℭ S. Q; spirit⁹ aliquando pro substātia aīe/aliquādo pro efficientia spiritali ponatur. Capm̄. iij.

IN cui⁹ manu anima oīs viuētis/et spiritus vniuerse carnis hominis. Per manū quippe potestas exprimit. Anima igitur oīs viuentis et spiritus vniuerse carnis hominis/in ei⁹ potestate est a quo est: vt ipse ꝓuideat qualiter sit/q; p̄stitit esse qd non fuit. Potest vero p animā omnis viuentis/iumentorum vita signari. Omnipotens autē de⁹ iumentoꝝ animā vsq; ad corporeos sensus viuificat: hoīm ho spiritū

H vsq; ad spiritualē intellectum tēdit. In ei⁹ ergo manu est anima oīs viuētis: et spirit⁹ vniuerse carnis hoīs: dum et in illo hoc p̄stat anime vt viuificet carnē: et in isto ad hoc viuificat animā/vt ad intelligendā pueniat eternitatem. Sciendū ho est: quia in sacro eloquio spūs hoīs duob⁹ modis poni cōsueuit. Aliquādo naq; spūs ꝓ aīa: aliquando pro effectu spiritali ponit. Pro anima naq;

Ioan. xix. spirit⁹ dicitur sicut de nostro capite ipso scriptū est: Inclinato capite tradidit spiritū. Si em̄ aliud spm̄ q̄ animā euāgelista diceret: exeūte vtiq; spiritu/anima remāsisset. Pro effectu quoq; spiritali spūs dicitur sicut scri-

Ps̄. ciij. ptum est: Qui facit angelos suos spirit⁹: ⁊ ministros suos ignem vrentē. Angeli quippe. n. nūcij/i. sacro eloquio nōnunq; p̄dicatores vocant sicut p ꝓphetā dicitur: La-

Mal. ij. bia sacerdotis custodiūt scientiā: ⁊ legē requirūt ex ore eius: qr angelus dn̄i exercituū est. Omnipotens ergo de⁹ angelos suos spūs facit: qr p̄dicatores suos spūales efficit. Hoc autē loco si aīa oīs viuētis ipsa corporis vita signat/spiritu vniuerse carnis hominis/effectus intelligentie spiritualis exprimitur. Sequitur.

ℭ S. Q; electi/sibi diuini sentiūt saporem: reprobi ho sonū ei⁹ audiūt: s; corde frigido q̄liter sapiat nesciūt.

ℭ Nonne auris verba diiudicat: ⁊ fauces comedentis saporem. Pene nullū latet q; quinq; sensus corporis nostri: videlicet visus/audit⁹/gustus odorat⁹/et tact⁹: in oīe qd sentiūt atq; discernūt/vtutē discretionis ⁊ sensus a cerebro trahūt. Et cū vn⁹ sit iudex sensus cerebri qui intrinsec⁹ p̄sidet: p meatus tamen proprios sensus quinq; discernit/deo mira operante: vt neq; oculus au-

I diat/neq; auris videat/neq; os olfaciat/neq; naris gustet/neq; man⁹ odoretur. Et cum per vnum sensum cerebri omnia disponantur: quilibet tamen horum sensus aliud facere nō potest/preter id qd ex dispositione cōditoris accepit. Ex istis ergo corporalibus exterioribus/ interiora et spiritualia colligenda sunt: vt p id qd in nobis publicum est/trāsire debeamus ad secretū qd in nobis est et nosmetipsos latet. Cpm̄. iiij.

INtuendum quippe est: q; cū vna sit sapientia/ aliū min⁹/aliū magis inhabitat: alij hoc/alij aliud prestat: ⁊ q̄ū cerebri more/nobisметipsis velut quibusdā sensib⁹ vtit: vt q̄uis ipsa sibimet nunq; sit dissimilis/p nos tamen diuersa ⁊ dissimilia semp operetur: quaten⁹ iste sapiētie/ille sciētie donum percipiat: iste genera linguaꝝ/ille grām curationū habeat. Sed hi his verbis beati Iob quib⁹ ait: Auris verba diiudicat: ⁊ fauces comedentis saporē: etiā de electis ac reprobis aliquid videt innuere: qr verba sapiētie que reprobi audiunt/electi non solū audiunt/sed etiā gustant: vt eis in corde sapiat/qd reproboꝝ non mētibus sed solūmodo aurib⁹ sonat. Aliud naq; est nominatū cibū audire solūmodo: aliud ho etiā gustare. Electi itaq; cibū sapientie sic audiūt/vt degustēt: quia hoc qd audiunt/eis p amo-

rem medullit⁹ sapit. Reproboꝝ vero scientia vsq; ad cognitionē sonitus tendit: vt quidē virtutes audiant/sed tamē corde frigido qualiter sapiant ignorent. Quib⁹ vi-

K delicet verbis beat⁹ Iob amicoꝝ suoꝝ imperitiā: ⁊ eoꝝ qui de doctrina sapiētie inflātur/arrogantiā reprobat: qr aliud est de deo aliquid scire: aliud ho hoc qd cognoscitur/fauce intelligentie gustare. Recte ergo dicit. Nōne auris verba diiudicat: ⁊ fauces comedentis saporē. Ac si aperte arrogātib⁹ diceret. Doctrine verba que vobis vsq; ad aurē veniūt: mihi etiā per saporē intimū intelligētie fauces tangūt. Quia vero infirma etas etiam cum recte sapit/ad p̄dicandū non debet incaute prosilire/subditur. In antiquis est sapientia: ⁊ in multo tempore prudētia. Illa em̄ dicta in sapiētie radice solidata sunt: que p viuendi vsum/etiam actuū experimēto cōualescunt. Sed quia multis ⁊ lōgior vita tribuitur: ⁊ sapientie gratia nō cōfertur: recte adhuc in cuius iudicio ipsa dona pendeāt demonstrat/dū subditur. Apud ipsum est sapiētia ⁊ fortitudo: ipse habet ꝯsiliū ⁊ intelligētiam. Hec non incōgrue de vnigenito summi patris accipimus: vt ipm̄ esse dei sapientiā ⁊ fortitudinē sentiam⁹. Nam Paul⁹ quoq; nostro intellectui attestat/dicens.

j. Cor. j. Christū dei virtutem ⁊ dei sapiētiā: qui apud ipm̄ semp

Ioan. j. est: quia in p̄ncipio erat verbū: ⁊ verbū erat apud deum: ⁊ deus erat verbum. Habet autem deus consiliū ⁊ intelligētiam: consiliū videlicet/quia disponit sua: intelligētiam/quia cognoscit nostra. Capitulū. v.

L POtest quoq; in cōsilij nomine/ipsa occulti iudicij mora signari: vt q; aliquando tardi⁹ delinquētes percutit: non quia iniquorum culpa non conspicitur: sed vt dānationis eorum sentētia q̄ pro agenda penitētia differt/quasi tarde ex consilio ꝓdire videatur. Qd ergo foris qu ādoq; aperta sententia indicat: hoc apud omnipotētem dominū ante secula in consilio latebat. Sequitur.

ℭ S. Q; illos includat deus quibus nō aperit/et illos destruat quos relinquit.

ℭ Si destruxerit/nemo est qui edificet: si incluserit hominē/nullus est qui aperiat. Omnipotēs de⁹ humanū cor destruit/cum relinquit: edificat dū replet. Neq; enim humanā mentē debellando destruit/sed recedēdo: qr ad perditionē suā sufficit sibi dimissa. Unde plerūq; fit vt cū audiētis cor exigentib⁹ culpis omnipotentis dei gratia nō repletur/incassum exterius a predicatore moneatur: qr mutū est os oīe qd loquitur: si ille interi⁹ i corde nō clamet: qui aspirat verba q̄ audiunt. Hinc ꝓpheta ait.

Ps̄. cxxvj. Nisi dn̄s edificauerit domū: inuanū laborauerūt q̄ edificant eā. Hinc Salomon dicit: Considera opera dei/q;

Eccl. vij. nemo possit corrigere quē ille despexerit. Nec mirum si a corde reprobo p̄dicator minime audit/dū nōnūq; ipse quoq; dn̄s in his que loquitur/resistentiū morib⁹ impu-

Gen. iiij. gnat. Hinc est em̄ q; Cain et diuina voce admoneri potuit/⁊ mutari nō potuit: qr exigente culpa malitie/iam intus deus cor reliquerat: cui foris ad testimoniū verba

M faciebat. Bene autē subdit. Si incluserit hominē/null⁹ est qui apiat: qr omis homo p id qd male agit/quid sibi aliud q̄ conscientie sue carcerē facit: vt hunc animi reatus p̄mat/etiā si nemo exteri⁹ accuset. Qui cū iudicāte deo i malitie sue cecitate relinquit quasi intra semetipsum claudit: ne euadendi locū inueniat: quē inuenire minime meret. Nā sepe nōnulli a prauis actib⁹ exire cupiūt: sed qr eoꝝ dē actuū pondere p̄munt: in male ꝯsuetudinis carcere inclusi/a semetipsis exire nō possūt. Et quidā culpas proprias punire cupiētes: hoc qd recte se agere estimāt in grauiores culpas vertunt: sicq; mō miserabili: vt qd exitū putāt: h inclusionē inueniāt. Sic videlicet reprob⁹ iudas est mortē sibi contra petm̄ intulit: ad eterne mortis supplicia peruenit: ⁊ pei⁹ de petō penituit q̄ peccauit. Dicat g̃: Si incluserit hominē/nullus est qui apiat: qr sicut nemo obsistit largitati vocātis: ita null⁹ obuiat iustitie relinquētis. Includere itaq; dei/est

Exo. iiij. clausis nō apere. Vn̄ ⁊ ad Moysen dr̄ de pharaōe. Ego obdurabo cor ei⁹. Obdurare q̄ppe p iustitiā dicit deus: q̄ū cor reprobū p grām nō emollit. Recludit itaq; hominē quē in suoꝝ operū tenebris relinquit. Capm̄. vj.

QUasi em̄ aperire hāc inclusionem isaac p̄mogenito filio voluit: cū hunc fratri ꝓponere benedicendo conat⁹ est. Sed filiū quē pater vo-

A luit. dño reprobatus est: quē dño voluit/pater etiā nolendo benedixit: vt qui primogenita fratri p esca vendiderat/primogenitorū benedictionē nō acciperet/quā ex cupidine gule reliquisset. qui terrena ambiēs fugitiua sequens/hereditate cupiens bñdictionē/reprobatus est. Non em inuenit pnie locū/quāqz cū lachrymis inq̄sisset eam: quia videlicet fructum non habet lamēta/que student cū gemitu desiderare peritura. Aperire itaqz se nec filio potuit: quem deus omnipotēs iusto iudicio in sue carcere malitie inclusit. Sequitur.

¶ S. Qz si cordi nostro spiritus sancti irrigatio desit/ omnis terre plantatio arescit.

¶ Si cōtinuerit aquas: oia siccabunt. Si emiserit eas/ subuertent terrā. [Prouer. xviij.] Si aqua sciētia pdicationis accipit (sicut scriptū est: Aqua pfunda vba ex ore viri: z torrēs redūdans fons sapientie) cū aqua cōtinetur: cuncta siccantur: qz si scientia predicatorū subtrahitur/eorū qui viridescere in spe eterna poterāt: corda protinus arescūt: vt in desperata siccitate remaneāt/dū fugitiua diligentes nesciūt sperare mansura. Sin vero aque nomine sancti spiritus gratia designatur (sicut veritatis voce in euāgelio dicit: [Joan. vij.] Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de vētre ei? fluēt aque viue: vbi statim euāgelista subiūxit: hoc autē dixit de spiritu quē accepturi erāt credentes in eū) cōgruus in his sermonib? intellect? patet: quibus ait: Si cōtinuerit aquas/omnia siccabuntur: qz si sancti spūs grā ab audiētiū mēte subtrahit/arescit protin? intellect? qui iam per spem viridescere in audiente videbatur. [B] Qz autē nō aquam sed aquas memorat: pluralitatis appellatione/ad septiformē donorū spiritaliū gratiā recurrit: quia quasi tot aquis vnusquisqz inundat/quot donis repletur. De quib? apte subiūgitur. [Si emiserit eas/subuertēt terrā.] Quid em terra nisi pctōr accipit: cui p sententiā dictū est: [Gen. iij.] Terra es/ z ī terrā ibis. Manet itaqz terra immobilis/cū preceptis dominicis peccatorū obedire contēnit: cū ceruicē supbie erigit: atqz a veritatis lumine oculos mētis claudit. Sed quia scriptum est: Pedes ei? steterunt/et mota est terra (quia cū veritas i corde figit/mētis imobilitas agitatur) si sancti spūs gratia supno munere iuxta vocem pdicantis infunditur: statim terra subuertitur: quia peccatricis mētis duritia ab immobilitatis sue obstinatione permutatur: vt tantū se postmodū preceptis diuinis flendo subijciat/quātum supbiendo prius cōtra dominū ceruicē cordis erigebat. Videas nāqz terra cordis hūani/aqua diuini muneris infusa/post libēter iniurias tolerat: quas pri? vehemēter irrogabat: post etiā sua tribuat/que pri? z aliena rapiebat: post carnē abstinendo cruciet/q prius satietate carnis per mortifera turpitudinū oblectamēta desluebat: post etiā persecutores diligat/que pri? diligere etiā se amantes nolebat. Capitulū. vij.

C [C]Um igit mens humana diuino munere infusa/ contra hoc qd consueuerat/agere ceperit/terra subuersa est: quia deorsum missa est que prius eminebat: z sursum leuata est facies que pri? in pfundo premebatur. Libet in hui? rei exemplū vnū e multis ad mediū Paulū vocare: qui cū acceptis cōtra xpm epistolis damascum pergeret: sancti spūs gratia in itinere infusus/ab illa sua pristina crudelitate mutat? est: et postmodū plagas pro christo accepit/quas veniebat inferre christianis: z qui pri? carnaliter viuēs/in mortē conabatur sanctos oēs tradere: gaudet postmodū pvita sanctorū sue carnis sacrificiū imolare. Ille crudelitatis ei? [j. Tim. j.] frigide cogitationes verse sunt in ardorē pietatis. Et q pri? fuit blasphem? z psecutor: ibidē post fact? ē pius predicator. Qui lucrū maximū putauit/se in discipulis christū occidere/iam vitā suā christū estimat/z mori lucrum. Emissa ergo aqua terra subuersa est: quia Pauli mens mox vt sancti spirit? gratiā accepit: statū sue immobilitatis atqz crudelitatis imutauit. Quo p̄tra p pphetam [Osee. vij.] oñs cōtra ephraim queritur dicēs: Ephraim factus est subcinericius panis/qui nō reuersatur. Panis nāqz subcinerici? sup se cinerē portās: partē mundiorē deorsum pmit: parteqz supiorē tanto sordidiorē habet/ quanto in ea cinerē tolerat. Mens itaqz q terrena cogitat: quid super se aliud qz cineris molē portat? Sz si reuersi fuerit: mundā faciē quam deorsum presserat: superi? reducit: z cinerem quem portabat/excusserit. Si igit terrenarū cogitationū cinerem a mente excutim?: quasi panem subcinericiū reuersam?: vt illa nostra intentio iam postponi debeat/quam prius cogitationis infime cinis premebat: z mūda facies ad supiora veniat: vt recta nostra intētio mole iam terreni desiderij non premat. [D] Qd nequaqz agere possum?/nisi sci spūs grā perfundamur: qz videlicet oipotēs de? si aquas emiserit/subuertēt terrā. Sequit. [Apud ipm ē fortitudo z sapiētia.] Ca. viij.

P [P]Aulo superi? dictū fuerat: Apud ipsum est sapientia z fortitudo: nūc autē dicit: Apud ipm est fortitudo et sapiētia. Quia em omnipotēs deus cum pietatis sue mysterio homo factus est: prius mansuetudinis doctrinā ptulit/z postmodū in iudicio cōtestis fortitudinis ostēdit: recte superius sapiētia ante fortitudinē memorat: cū de patris vnigenito dicitur/ Apud ipsum est sapientia z fortitudo. Quia vero ad iudicandū veniēs/in terrore sue virtutis appebit: z repulsis reprobis/electis suis in regno ppetuo qualiter sit sapientia prius indicabit: recte in subsequenti sentētia apud ipsum esse pri? fortitudo/z post sapiētia dicit. In verbis itaqz priorib? quib? ait: Apud ipm est sapiētia z fortitudo/aperte indicat quia hoc qd mansuet? edocuit qualiter credēdū fuerit/in iudicij virtute terribilis ostēdet. In verbis vero subsequētibus quib? ait/Apud ipm est fortitudo z sapientia: luce clari? demōstrat/qz pri? in iudicio p virtutē reprobos destruet: z postmodum electorum mētib? eterni regni pfecto lumine infulgebit. Sed quia ante extremi diem iudicij iudicare quotidie occultis dispositionibus facta mortalium nō desistit: ad hoc quod nunc agitur/redditur cum subditur.

¶ S. Qz sapientia hui? mundi/stultitia est apud deū. [E]

¶ Ipse nouit decipientem: z eū qui decipitur. Adducit consiliarios in stultū finē: et iudices in stuporē.] Cū ois qui primū suū decipere conat/iniquus sit: z iniquis veritas dicat: [Mat. vij.] Nūqz noui vos: discedite a me qui operamini iniquitatē: qualiter hoc in loco dicit: qz oēs decipiētem nouit? Sed qz scire dei/aliquando cognoscere dicitur: aliquādo approbare: z scit iniquū quia cognoscēdo iudicat (Neqz enim iniquū quēpiā iudicasset/si nequaqz cognosceret) et tamen iniquū nescit: qz ei? facta non approbat. Et nouit ergo/qz deprehēdit: z non nouit/quia hunc in sue sapientie specie nō cognoscit: sicut de veraci quolibet viro dicit/quia falsitatē nesciat: non quia cum vel ab alijs falsum dicit/hoc reprehēdere ignorat: sed quia eandem ipsam fallaciā z scit in examine/et nescit in amore: vt videlicet ipse hanc nō agat/quam actā ab alijs dānat. Et sit plerūqz vt nōnulli insidijs vacātes/aliene vite puersitatis sue laqueos tendant: cū ēqz nesciūt/eisdem laqueis capi cōspiciunt: vnū hec diuinit? videant/ fortasse dubitatur: mirātur qz homines si hec de? videat/cur fieri pmittat. [F] sed ipse nouit decipientē/z eū q decipitur. Nouit em decipientē: qz plerūqz anteriora ei? mala pspicit: z hunc iusto iudicio cadere etiā in alia peccata pmittit. Nouit decipiētē: qz in manu suorū operū omissum hūc/vt ad peiora prorūat deserit: sicut scriptū est. [Apo. xxij.] Qui nocet/noceat adhuc: z qui in sordib? est/sordescat adhuc. Nouit quoqz z eū qui decipitur: qz sepe cōmittunt hoīes mala que sciūt: z id circo pmittūtur decipi/vt cadant in mala etiam que nesciūt. Qd tamen deceptis aliquando ad purgationē/aliquādo vero ad vitionis initiū fieri solet. Adducit autē consiliarios in stultū finem: cum etiā bonum quodlibet nō bona intentione faciunt: sed ad tēporalia muneris retributionē tendunt. Si em ipse summi patris vnigenit?: quia p hoc q factus homo/eterna nunciauit/magni cōsilij angelus est vocat?: recte cōsiliarios pdicatores accipim?: qui suis auditorib? consiliū vite prebēt. Sed cū predicatores quisqz ideo eterna pdicat/vt temporalia lucra cōsequatur: profecto in stultum finem deducitur: quia illuc per laborem tendit: vnde per mentis rectitudinem fugere debuit. Capitulum. ix.

B [B]Ene autē subditur: [Et iudices in stuporem.] Qui em qui examinādis aliorū moribus presunt: recte iudices vocant. Sed cū is q preest/ subiectorum vitam nequaqz sollicite discutit: nec quem qualiter corrigat agnoscit: in stuporē iudex deduct? est: quia qui iudicare mētē acta debuit: nequaqz ea que iudicanda sunt/deprehendit. Sequitur.

¶ S. Qz qui de castimonia superbiunt/nonnunqz deo

dispensante/in immunditiā carnis cadere pmittantur.

G ¶ Baltheū regū dissoluit/et pcingit fune renes eorū.] Qui membrorum suoꝝ motus bene regere sciunt/nō immerito reges vocant. Sed cū de ipsa continētia elatio: ne mēs tangit: plerūq; omipotēs de⁹ eius superbiā deserens/hanc in immunditiā operis cadere pmittit. Regum itaq; baltheū dissoluit: quādo in his qui bene regere sua mēbra videbātur: pp̄ter elationis culpā/castitatis in eis cingulū destruit. Quid vero in fune accipitur

puer. v. nisi peccatū: sicut p Salomonē dicit: Iniquitates sue capiunt impiū: ⁊ funib⁹ peccatoꝝ suorum cōstringitur. Et quia in renib⁹ carnis delectatio pncipatur: district⁹ conscientiarū iudex qui regū baltheū dissoluit: fune precingit renes eoꝝ: quaten⁹ dissoluto castitatis cingulo: scꝫ eoꝝ mēbris delectatio peccati obtentur: vt quos in occulto superbia inquinat/q̄ sint detestabiles/etiam in publico ostendat. Sequitur.

¶ S. Q apud deum sine gloria sint qui de prelatione sua ab hominibus gloriam querunt.

¶ Ducit sacerdotes inglorios: ⁊ optimates supplātat.] Magna sacerdotis gloria est rectitudo subditoꝝ. Un

i. Thes. ij. bene egregius pdicator discipulis dicit: Que enim est nostra spes aut gaudiū/aut corona glōrie: nōne vos ante dnm? Sed cum sacerdotes vitā discipuloꝝ negligunt: et nullū de eoꝝ profectib⁹ ante dnm fructū ferunt/quid aliud q̄ ingloriꝭ ducunt: q̄ ante districtū iudicē nimirū gloriā tunc non inueniūt/quā modo in subditoꝝ suorū morib⁹ pdicationis studio nō exquirūt. Bene autem di

H citur:[Et optimates supplātat.] Quia cū mentē regentium iusto iudicio deserit: hec internū retributionis p̄mium nō requirit: ⁊ in eo supplātatur quo fallit: vt pēterna gloria de pncipatu tēporali gratulet. Supplantātur igitur optimates: quia dū vera celestis patrie p̄mia negligūt/in suis hic voluptatib⁹ cadunt. Sequit.[Cōmutans labiū veraciū: ⁊ doctrinā senū auferens.] Cū sacerdos nō agit bona q̄ loquit: etiā sermo subtrahitur/ne

Ps. xlix. loqui audeat qd̄ nō operatur: sicut p prophetā dī: Peccatori autē dixit de⁹: Quare tu enarras iustitias meas: ⁊ assumis testamentū meū per os tuū? Unde etiā deprecatur dicens: Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaq;. Perpendit nāq; q̄ oīpotens deus veritatis verbū facientib⁹ tribuit: ⁊ nō faciētib⁹ tollit. Qui ergo hoc de ore suo non auferri petijt: quid aliud q̄ gratiam bone operatiōis q̄siuit: ac si aperte diceret: A bono opere errare me non sinas: ne dū amitto ordinem bene viuēdi/rectitudinē perdam loquendi. Cap̄m. x.

Et plerūq; doctor qui docere audet qd̄ negligit agere: cū deserit bona loq̄ que operari contempsit: docens subiectos incipit praua q̄ agit vt iusto omīpotentis dei iudicio/in bono iā nec lingua habeat: qui habere bonam vitam recusat: quaten⁹ cum mens eius terrenaꝝ reꝝ amore incenditur: de terrenis rebus semp loquatur. Unde in euangelio veritas dicit:

Mat. xij. Ex abundantia cordis os loquit. Bon⁹ homo de bono thesauro pfert bona: ⁊ mal⁹ homo de malo thesauro p

i. Jo. iiij. fert mala. Hic etiā Joānes ait: Ipi de mūdo sunt: ideo de mundo loquunt. Bene ergo dicit: Cōmutans labiū veraciū/⁊ doctrinā senū auferens: q̄ hi q pri⁹ celestia p̄dicādo veraces erāt: dū tēporalia diligētes/ad terrena corruūt/labiū veraciū cōmutatur: ⁊ senum doctrina tollitur: quia diligētes tēporalia/prioꝝ suoꝝ precepta minime sequūtur: vt locū regiminis quasi ad fructū voluptatis teneant/nō ad vsum laboris. Qd̄ tamen aperti⁹ de iudeis valet intelligi/qui ante incarnationē dni veraces fuerunt: q̄ hunc venturū esse crediderūt atq; nūciauerūt: sed postq̄ in carne apparuit/hunc esse negauerūt. Labiū itaq; veraciū mutatū est: quia quē venturū dicebant negauerunt presentē. Et doctrina senū ablata est: quia nequaq̄ ea credēdo secuti sunt: que patres suos p̄

Mal. iiij. dixisse meminerūt. Unde etiā helia veniēte pmittitur q̄ reducat corda filioꝝ ad patres eoꝝ: vt doctrina senū que nūc a iudeoꝝ corde ablata est: tunc miserāte dno redeat: quādo hoc intelligere de dno ceperint filij qd̄ p̄dicauerunt patres. Sin vero senes eosdem quoq; iudeos accipim⁹: qui suadēte perfidia/veritatis v̄bo contraire conati sunt: doctrina senū ablata est postq̄ hāc ecclesie gentib⁹ videlicet iuuēcula accepit: que p Psalmistā

ps. cxviij. dicit: Sup seniores intellexi. Quā quia operādo tenuit/ qualiter sup seniores intellexerit ostendit/dū protinus

K subdit dicēs: Quia mādāta tua exquisiui. Quia em̄ studuit operādo implere qd̄ didicit: accepit intelligere qd̄ doceret. Unde adhuc apte subditur.[Effudit despectionē super principes: ⁊ eos qui oppressi fuerāt/releuat.] Cū em̄ iudeoꝝ populus in legis mandato pmaneret/⁊ cuncta gētilitas nulla dei precepta cognosceret: ⁊ illi per fidē principari videbant: ⁊ isti in pfundo pfidie iacuerunt p infidelitatē. Sed cū incarnationis dnice mysterium iudea negauit: gentilitas credidit: ⁊ pncipes i despectionem ceciderūt: ⁊ hi qui oppressi in culpa perfidie

Threñ. ij. fuerant/in vere fidei libertatē leuati sunt. Hinc vero israelitaꝝ casum longe ante Hieremias intuens ait: Factus est dns velut inimic⁹: pcipitauit israel: pcipitauit omnia menia ei⁹: dissipauit munitiones ei⁹. Cap̄m. xj.

Menia autē in vrbis ornamēta sunt/munitiones vero in defensionem. Et alia sunt dona q̄ nos muniūt: alia que ornāt. Prophetica prope doctrina/genera linguarum/curationū virtus: quasi quedā menia mētis sunt. Que et si quisquis nō habeat: stare munitus per fidē ⁊ iustitiā pōt: q̄uis ornatus virtutū altitudine minime esse videat. Spes vero fides et charitas/nō nostra menia sed munitiōes sunt/que si habere negligim⁹/hostilib⁹ insidijs patemus. De iudea ergo quia prophetiā atq; doctrinā/vel miraculoꝝ signa abstulit: menia pcipitauit. Quia vero spem/fidem/atq; charitatē pp̄ter eius duritiā auferri permisit/munitio

L nes ei⁹ dissipare studuit. Rect⁹ vero ordo seruatus est: vt pri⁹ menia/⁊ post munitiōes dissipate dicerent: q̄ cū peccatrix aīa relinquit: prius ab ea virtutum dona que ad manifestationē spirit⁹ data sunt: ⁊ postmodū spei/fidei/atq; charitatis fundamenta destruūtur. Que cūcta dns a pfidis ablata/gētilitati tribuit: atq; ex his q̄ infidelib⁹ abstulit/mētes fideliū ornauit. vnde scriptum ē:

ps. lxvij. Et speciei dom⁹ diuidere spolia. Cū em̄ virtutū spolia a iudeis abstulit/domui cordis gētiū quam p fidē inhabitare dignatus est: speciem donoꝝ dedit. Qd̄ videlicet gestum est/cū verba dei/iudeorum popul⁹ ad solā litterā (que occidit) acciperet: ⁊ cōuersa gentilitas p spirit̄ (qui viuificat) penetraret. Unde mox subditur:

¶ S. Q mira dei dispēsatione agit vt oīa in hac vita habeātur incerta/ne quis de accepta gratia intumescat/vel de peccatorum immanitate desperet.

¶ Qui reuelat profunda de tenebris/et pducit in lucē vmbrā mortis.] Cū enī queq; mystica de occultis pphetarū verbis a credētib⁹ agnoscunt: quid aliud q̄ pfunda de tenebris reuelant? Unde ipsa quoq; veritas disci

Mat. x. pulis in parabolis loquens ait. Qd̄ dico vobis in tenebris/dicite in lumine. Cū em̄ mysticos allegoriarum nodos per explanationē soluim⁹: in lumine dicimus qd̄ in tenebris audiuim⁹. Umbra autē mortis erat legis austeritas: que vnumquēq; peccantem morte corporis puniri sanciebat. Sed postq̄ redemptor noster asperitatem

M legalis sanctionis per māsuetudinem tēperauit: nec iā pro culpa mortem carnis inferri cōstituit/sed mors spiritus q̄tum timēda esset indicauit/in lucem procul dubio vmbram mortis produxit. Capitulū. xij.

Sta em̄ mors i qua caro separatur ab aīa/vmbra illi⁹ mortis est/in qua aīa separat a deo. In lucē q̄ vmbra mortis pducit/cū intellecta morte spirit⁹/mors carnis minime timetur. Qd̄ tamē ⁊ aliter intelligi pōt. Principes etem̄ nō immerito vocant/q̄ magno cōsilij iudicio suis cogitationib⁹ semp pncipantur: omnesq; stultos motus potestate sapiētie cōprimūt. Sed sepe cōtingit vt in occulto anim⁹ de ipsa sua sapiētia in elatiōis fastū subleuet: ⁊ sub eis vitijs corruat: de quib⁹ se victorem fuisse gaudebat. Recte ergo dicitur. [Effundit despectionem super pncipes.] Sed quia nōnunq̄ hi qui in vitijs iacere videtur/ad penitētie lamēta currunt: seq; cōtra culpas quib⁹ subiacebāt erigunt: apte subiūgitur:[Et eos qui oppressi fuerant/releuat.] Nōnulli em̄ supno illustrati munere/aspiciūt q̄ta peccatoꝝ suoꝝ turpitudine iacent/factoꝝ maculas lachrymis lauāt: ⁊ sub se postmodū carnis sue mort⁹ deprimunt: a quib⁹ ante premebant. Qd̄ nimirū magna omīpotētis dei dispensatione agit/vt videlicet in hac vita oīa habeātur incerta: ⁊ nulli ex habita castitate superbiat: ⁊ effundit despectionē sup principes. Nullus ex vitioꝝ

A suorū depressione desperet: quia eos q̄ oppressi fuerant/ releuat. Et quī cū hec agunt: ex occultis dei cōsilijs sup vnūquēq; sententia aperta producit/ recte subiūgitur. [Et reuelat profunda de tenebris.] Profunda enim de tenebris dn̄s reuelat: quando aperta sententiā ex occultis suis consilijs indicat: vt de vnoquoq; q̄ sentiat/ ostēdat. Quia em̄ videt nunc creator omnia: et ipse in consilijs nō videtur: recte de illo per Psalmistā dicitur: (Ps. xvij.) Posuit tenebras latibulū suū. Sed quasi de istis tenebris ad lumen exit: quādo quid de vniuscuiusq; actibus sentiat/ ostendit. Et quia cum is qui peccatorū licorum pondere premebat/ ad rectitudinis statum ducitur: prius ipsam mortē cōspicit, in qua se deficere consueuerat: et hāc considerare nesciebat: recte additur: [Et producit in lucem vmbrā mortis.] Umbra enim mortis est praua operatio: que de imitatione antiqui hostis/ quasi de corporis lineamēta exprimit. De quo etiā sub cuiusdā significatione dicit: (Apo. vi.) Et nomē illi mors. Et plerūq; eius maligna cogitatio mentes hominū latet: atq; per hoc q̄ nescitur/ amplius preualet. Umbra ergo mortis in lucem producitur: dum sanctorū mentibus maligna operatio antiqui hostis/ vt destrui possit/ aperit. Sequitur.

¶ S. Q. beat' Job prophetie spiritu intellexit vocationem gentium et reprobationē iudeorū. Capm̄. xiij.

B Qui multiplicat gētes/ et perdit eas: et subuersas in integrum restituit.] Intelligi fortasse valet/ quod in gentes dn̄s multiplicat et pdit: q: nascuntur quotidie et moriuntur. Et subuersas in integrū restituit: quia resurgent qui fuerint mortui. Sed tamen melius accipimus/ si hoc qualiter in earum mente agitur scitamus. Multiplicat em̄ gentes et perdit: q: eas et per fecunditatem sobolis extendit: et tamen in ꝓpria infidelitate derelinqt. Sed subuersas in integrum restituit: quia quas in infidelitatis casu reliquerat/ quādoq; ad fidei statum reducit. Quibus videlicet in mētis integritatē restitutis: antiquus ille populus q̄ fidelis deo esse videbatur/ reprobatus/ corde repulsus est: vt sua pfidia deceptus/ contra ipsum post insurgeret quem ante predicauit. Sequitur: [Qui immutat cor principum populi terre: et decipit eos vt frustra incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris/ et non in luce: et errare eos faciet quasi ebrios.] Cor enim pncipū terre immutatum est: cum in iudea summi sacerdotes et seniores populi illi conabantur suo consilio obsistere/ quē prius venturum predicabant. Cumq; ei' nomen persequendo molirentur extinguere: decepti sua malitia/ incedere per inuiū frustra conabantur: quia crudelitati eorum patere via non poterat/ contra auctorem omniū. Miracula cernebant: virtute terrebantur/ sed credere renuētes/ adhuc signa querebant/ cū dicerēt: (C; Joan. vj.) Quod ergo tu facis signū/ vt videam' et credam' tibi quod operaris? Bene itaq; dicitur: Palpabunt quasi in tenebris/ et nō in luce. Qui em̄ inter tot aperta miracula trepidat/ quasi in tenebris palpat: quia quod tangit/ non videt. Omnis vero qui errat: nunc huc nunc illuc ducitur. Et q: aliquando ostēdebantur credere cum dicerent: Nisi esset hic a deo: nō poterat facere quicq̄: aliquando vero hunc a deo esse negabant cum despicientes dicerent: (Mar. vi.) Nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dicitur maria: et fratres ei' Jacobus et ioseph et simon et iudas: et sorores eius nōne omnes apud nos sunt: recte subiungitur. Et errare eos faciet quasi ebrios. Capitulū. xiiij.

Videbant quippe eum et suscitare mortuos: et tamen esse mortalem. Quis nō crederet deū/ quem conspiciebant suscitare mortuū? Sed rursum cū hunc mortalem conspicerent: despiciebāt credere hunc esse immortalem deum. Per hoc ergo q omnipotēs de' talē se eorum oculis exhibuit/ qui posset et diuina ostēdere/ et humana pati: errare eos quasi ebrios fecit: vt eorū superbia que incarnationis ei' mysteriū despicere maluit q̄ sequi: et contra humanitatē eius se extolleret/ et intus lucentē deitatis ei' potētiam miraret. Que cūcta q: beati iob oculis presentia p ꝓphetie spm̄ facta sunt: recte subiungitur. [Ecce omnia.] In illo enim ea q̄ secutura erant/ videbat assistentia/ cui nec futura veniunt/ nec preterita discedūt: sed cuncta simul ante eius oculos assistūt. Et q: ea ipsa que ventura erāt: alia esse videt in operibus/ alia in dictis: recte subiūgitur.

¶ Sequitur Textus beati Job Capitulū decimūtertiū: qd̄ continuat expositio Moralis libri vndecimi sancti Gregorij.

Lignū hz spē. Si pcisū fuerit/rursū virescit: ⁊ rami ei9 pullulāt. Si senuerit radix ei9 i terra/ ⁊ i puluere mortu9 fuerit trūc9 illi9/ad odorē aq germinabit: ⁊ faciet comā: q̃si cū p̄mū plātatū est. Homo vero cum mortuus fuerit et nudatus atq cõsumpt9/ vbi queso est?] Sed quia hoc iuxta litteram patet: debemus sensum ad interiora reducere: et qualiter hec iuxta spiritū intelligi debeāt/perscrutari. In scriptura etenim sacra/ligni nomine aliquādo crux/aliquādo vir iustus/ C aut etiā iniustus/aliquādo vero incarnata dei sapientia Hiere.xj. figuratur. Crux etenim ligno signat/cū dicit: Mittam9 lignū in panē ei9. Lignū quippe in panē mittere/est/diuino corpori crucē adhibere. Rursum ligni noie vir iustus Ezechie. aut etiā iniust9 exprimit: sicut p prophetā dñs dicit: Ego xvij. domin9 humiliaui lignū sublime: ⁊ exaltaui lignū humi- Lu.xiiij. le. Quia iuxta eiusdē veritatis vocē/Omnis q se exaltat/ humiliabit: et q se humiliat/exaltabit. Salomon quoq Eccle.xj. ait. Si ceciderit lignū ad austrū/aut ad aquilonē: in quocūq loco ceciderit/ibi erit. In die etenī mortis sue iust9 ad austrū cadit: peccator ad aquilonē: q ⁊ iust9 p feruorē spiritus ad gaudia ducit: ⁊ peccator cū apostata angelo Esa.xiiij. (q dixit: Sedebo in monte testamēti/in laterib9 aqlonis) in frigido suo corde reprobatur. Rursum per lignum in- Prouer.iij. carnata dei sapientia figurat: sicut de ea scriptum est: Li- Lu.xxiij. gnū vite est his q apprehēderint eā. et sicut ipsa ait: Si in viridi ligno hec faciunt/in arido qd fiet? Hoc itaq loco cū lignū preferatur homini/qd homo nisi carnalis quisq accipit? Et quid ligni nomine: nisi iusti vniuscuiusq vita designat? Lignū etenī habet spem: si precisum fuerit/ rursum virescit: q cū in morte passionis p veritate iustus afficit/in eterne vite viriditate recuperat. Et qui hic viret per fidē/illic virescit p speciē. Et rami eius pullulāt: q plerūq ex passione iusti/fideles quiq ad amorem celestis patrie multiplicant: ⁊ viriditatem vite spūalis acci- D piūt/dū hic p deo fortiter egisse gratulant. Sequit: [Si senuerit in terra radix ei9: ⁊ in puluere mortu9 fuerit trūcus illius: ad odorē aque germinabit: ⁊ faciet comā quasi cū primū plantatū est.] Quid radix iusti/nisi sancta pdicatio: q ab ipsa orit/ ⁊ in ipsa subsistit/et qd terre vel pulueris noie/nisi peccator accipit? cui voce cõditoris dicit. Terra es/ ⁊ i terrā ibis. Uel certe sicut habet nostra trāslatio: Puluis es/ ⁊ in puluerē reuerteris. Iusti igitur ra- Gen.iij. dix in terra senescit: ⁊ in puluere truncus emoritur/quia apud corda prauoz ei9 predicatio despecta/cūctisq viribus effeta creditur. Et in puluere trūcus emoritur: q inter manus psequentiū corp9 illius examinatur. Iuxta sapiētie etenī vocē/Uisi sunt oculis insipientiū mori: ⁊ esti- Sap.iij. mata est afflictio exitus illorum. Sed iste cuius radix in terra senuit: et in puluere trūcus mortuus est/ad odorem aque germinat: q p afflatū sancti spūs/in electorū cordibus exemplo sui operis germē virtutis facit. Aque etenī appellatione/nōnunq sancti spūs irrigatio designari solet: sicut scriptum est: Si quis sitit/veniat ad me: ⁊ bibat. Joan.iiij. Qui autē biberit ex aqua quā ego dabo ei/nō sitiet i eter- Joan.vij. num. [Et faciet comam quasi cum primū plātatum est.] Succiso trunco comā facere/est extincto corporali iteriusto/ipso sue passionis exemplo multorum corda suscitare: et ex fide recta viriditatē veritatis ostendere. Bene autem dicitur: Quasi cū primū plantatū est. Omne qd hic a iustis agit/secūda plātatio est: q prima videlicet plantatio non in opere iustorū/ sed in presciētia conditoris est. Et q cuncta que agunt electi/sicut prius interius cõspiciuntur atq disponuntur: ita postmodū exterius pficiun- E tur: bene dicit: Faciet comā quasi cum primū plātatum est. i. viriditatē suam ostēdit in effectu operis: quā pri9 habuit in presciētia conditoris. Capitulum.iiij.

Potest etiam radix iusti ipsa natura humanitatis intelligi/ex qua subsistit. Que videlicet radix senescit in terra/cum natura carnis deficit in puluerē redacta. Cuius in puluere trūcus emorit: q extinctū corpus/a sua specie dissipatur. Sed ad odorem aque germinat: q per aduētū sancti spūs resurgit. Et faciet comā quasi cū primū plantatū est: q ad illā speciē redit/ad quā percipiendā creat9 fuerat: si in paradiso positus peccare noluisset. Qd fortasse etiā de dño ipso/ scilicet bonoz oīm capite/valet intelligi: iuxta hoc vtiq qd predixim9: q de semetipso ait: Si in viridi ligno hec faciūt/ in arido qd fiet? Se enī lignū viride/et nos lignū aridū dixit: quia ipse in se vim ⁊ diuinitatis habuit/nos vero q tal.lumē. puri hoīes sumus/lignū aridum appellamur. Habet ergo lignū spem si pcisum fuerit: q rursus virescit: q̃a et si occidi p passionē potuit: per resurrectionis gloriā rursus ad vite viriditatē venit. Hui9 rami pullulant: q resurrectione illius multiplicati/ longe lateq fideles creuerūt. Hui9 radix in terra quasi senuit: q ei9 predicatio in deoz perfidie despecta fuit. Et in puluere truncus emortuus est: q in corde psequentiū (qs perfidie sue vēto leuabat) F contēptibilis ⁊ despect9 est habit9: q carne potuit occidi. Sed ad odorē aque germinauit: q p virtutē dei/extincta caro illius ad vitā rediit: iuxta qd scriptū est: Quē deus Act.ij. suscitauit a mortuis. Quia enim deus trinitas est/extinctā carnē vnigeniti filij sancta trinitas: id est pater ⁊ idē filius et spūssanctus resuscitauit. Et fecit comā quasi cū primū plantatū est: q illa aplorū debilitas que in morte illius expauit ⁊ negauit: ⁊ negādo aruit: p resurrectionis ei9 gloriā rursus ad fidē viruit. In cui9 ligni cõparatione quid ois hō nisi puluis est? Unde ⁊ subdit: Cap.v.

Homo vero cū mortuus fuerit/ ⁊ nudatus atq cõsumptus: vbi queso est?] Nullus homo sine Null9 hō- peccato est: nisi ille qui in hunc mundū non ve- mo sine nit ex peccato. Et q oẽs in culpa ligamur/ipsa amissione pctō est. iustitie morimur: cõcessa prius in paradiso veste innocentie nudamur: interitu etiam carnis subsequente consumimur. Homo itaq peccator moritur i culpa: nudatur a iustitia: cõsumitur in pena. Hanc nuditatē peccatoris filij tegere dignat9 est pater: qui eo redeunte dixit: Cito pferte stolam primā. Prima quippe stola est vestis innocētie: Lu.xv. quā homo bene conditus accepit: male a serpente persuasus perdidit. Cõtra hāc rursum nuditatem dicitur: Beatus q vigilat/et custodit vestimēta sua/ne nudus ambu- Apo.xvj. let. Uestimēta quippe custodim9/cū precepta innocētie serv

G

uamus in mente: vt cũ nos iudicij culpa nudat/ad emissam redeũtes innocẽtiã penitẽtia operit. Sĩ aũt dr: Ubi queso est: q: pctõr homo illic stare noluit vbi cõdit⁹ fuit: hic ho vbi cecidit/diu esse phibet. Patriã volẽs pdidit: a peregrinatiõe ho sua quã diligit/inuit⁹ expellit. Ubi ergo est qui in et⁹ amore nõ est/vbi verũ esse est: Sequit. [Quomodo si recedãt aque de mari/⁊ fluui⁹ vacuefact⁹ arescat: sic homo cũ dormierit/nõ resurget.] Mare mens hoĩs/⁊ quasi fluctus maris sunt cogitatiões mẽtis: que aliquãdo p irã tumescũt: p gratiã trãquille fiũt: per odiũ cũ amaritudine defluũt. Sed cũ homo morit/aq̃ maris recedũt: q: iuxta psalmiste vocẽ/In illa die peribũt oẽs cogitatiões eo⁊. Et rursum de morte scriptũ est: Amor quoq: ⁊ odiũ simul peribũt. Arescit ergo fluui⁹ vacuefactus: q: subducta aĩa/vacuũ remanet corp⁹. Quasi enĩ alueus fluminis vacuus/est corpus exanime. Qua in re vigilãter intuendũ est: q: vita hoĩs/videlicet quousq: aĩa moratur in corpore/mari cõparat ⁊ fluuio. Aqua enĩ maris amara est: fluuius dulcis. Et quia hic viuẽtes modo quibusdã amaritudinib⁹ afficimur: modo autẽ dulcedine trãquilli ac mites iuenimur: pfectus vite decursus cõparatione exprimit maris ⁊ fluminis.

Ps. cxlv.
Eccl. ix.

Uita hoĩs cõparatur mari ⁊ fluuio.

¶ S. Q: nisi prius elementa ardore soluantur/resurrectio mortuorum non fit. Capitulum. vi.

H
Questio.

Sed in his durũ valde videtur esse qđ subdit: [Sic hõ cũ dormierit/nõ resurget.] Cur itaq: laboram⁹/si in resurrectiõis retributionem non tendim⁹? Quomodo aũt dicit: nõ resurget/cũ scriptũ sit: Oẽs quidẽ resurgem⁹: sed nõ oẽs immutabimur. Et rursũ: Si in hac vita tm̃ in Christo sperantes sumus/miserabiliores sum⁹ oĩbus hoĩb⁹. Et p semetipsam veritas dicit: Oẽs qui in monumẽtis sunt/audiẽt vocẽ ei⁹: et procedẽt qui bona fecerũt/in resurrectionẽ vite. Sed subiũcta sententia indicat/q̃ discretio in premissa lateat. Nam subdit: [Donec atterat celũ/nõ euigilabit: nec cõsurget de somno suo.] Liquet enĩ q: nõ resurget/scilz donec atterat celũ: q: nisi mundi huius finis aduenerit/humanum genus a somno mortis ad vitã non euigilabit. Nõ ergo quia oĩno nõ resurgat: sed q: ante cõtritionẽ celi/humanũ gen⁹ minime resurgat/insinuat. Notãdum quoq: est/cur postq̃ superi⁹ hoĩem mortuũ dixit/inferi⁹ non mortuũ/sed dormiẽtẽ noiat/eũq: de somno suo minime resurgere/donec celũ atterat narrat: nisi q: pateter dat intelligi: q: in cõparatione ligni reuirẽtis/hoĩem mortuũ peccatorẽ nominat a vita scilz iustitie extinctũ. Ubi autẽ de morte carnis loquitur: nõ hanc mortẽ/sed somnum maluit vocare: spem pcul dubio resurrectionis insinuãs: q: sicut citius homo a somno euigilat: ita cõcite ad cõditoris nutum a morte corporis resurget. Uehemẽter enĩ ab infirmis mẽtibus nomẽ mortis primescit: somni autẽ vocabulũ nõ timetur. Unde ⁊ Paul⁹ discipulos admonet/dicẽs: Nolumus autẽ ignorare vos fratres de dormiẽtib⁹: vt nõ cõtristemini sicut et ceteri qui spem nõ habẽt. Si enĩ credim⁹ q: Jesus mortu⁹ est ⁊ resurrexit: ita ⁊ de⁹ eos qui dormierũt/p Jesum adducet cũ eo. Quid est q: pdicator egregi⁹ mortẽ dñi/mortẽ vocat: mortẽ seruo⁊ dñi/nõ mortẽ sed somnũ noiat: nisi q: infirma corda audientiũ respiciẽs/medicamentũ predicationis sue mira arte cõponit: illũ quẽ iã resurrexisse nouerat/eis mortuũ dicere nõ dubitat: eos vero qui necdũ resurrexerãt/vt spem resurrectionis insinuet: nõ mortuos: sed dormientes vocat. Non enĩ verebat dicere mortuũ quẽ auditores iã resurrexisse cognouerãt: ⁊ verebat dicere mortuos quos resurgere vix credebant. Beatus igitur Job quia carnis mortuos/ad vitã rursus euigilare non dubitat: eos dormiẽtes poti⁹ q̃ mortuos appellat. Sequitur.

I. Thes. iiij.

I

¶ S. Q: ante aduentum Christi nemo tam probate vite fuit/quin ad infernũ descenderet: et q: ibi loca sũt in quibus sancti dei quiescebant: et item alia inferiora in quib⁹ mali puniebantur. Capitulum. vij.

Quis mihi tribuat vt in inferno ptegas me.] Quia ante aduẽtũ mediatoris dei ⁊ hominis: oĩs homo q̃uis mũde pbatẽq: vite fuerit/ad inferni claustra descẽdit dubiũ nõ est: q: homo qui per se cecidit/per se ad paradisi requiẽ redire non potuit/nisi veniret ille qui sue incarnationis mysterio eius sibi nobis paradisi iter aperiret. Unde ⁊ post culpã primi hominis/ad paradisi aditum romphea flãmea posita esse memora-

Gen. iij.

tur: que et versatilis dicit/pro eo q: quãdoq: veniret tempus/vt etiam remoueri potuisset. Nec tamẽ ita iustorum animas ad infernum dicimus descendisse/vt in locis penalibus tenerẽtur. Sed esse supiora inferni loca/esse alia inferiora credẽda sunt: vt ⁊ in superioribus iusti requiescerẽt: ⁊ in inferiorib⁹ iniusti cruciarẽtur. Unde ⁊ psalmista propter preueniẽtẽ se dei gratiã dicit: Eripuisti animã meã ex inferno inferiori. Beatus igitur Job ante mediatoris aduentũ ad infernum se descẽdere sciens: conditoris sui illic protectionem postulat: vt a locis penalibus alienus existat: vbi dum ad requiẽ ducitur/a supplicijs abscondatur. Unde subiungit.

K

Ps. lxxxv.

¶ S. Q: furor districtiõis diuine tũc ptrãsijt cũ electorũ aĩas in infernũ descẽdẽs redẽptor noster secũ eduxit.

¶ Et abscõdas me donec ptranseat furor tuus.] Furor etenim omnipotẽtis dei ĩ hoc quotidie vim sue districtionis peragit: q: viuẽtes indigne/dignis supplicijs demergit. Qui furor nunc quidẽ transit: sed in fine pertrãsit: q: modo agit/sed in mundi termino cõsummat. Qui tñ iste furor/quantum ad electo⁊ animas/in redẽptoris nostri aduẽtu pertrãsijt: q: eas ab inferni claustris ad paradisi gaudia mediator dei ⁊ hoĩm dũ ipse illuc pie descẽderet/reduxit. Inter hec vero sciendum est q: furoris nomẽ diuinitati nõ cõgruit: quia naturam dei simplicẽ/perturbatio nulla cõfundit. Unde et dicit: Tu autẽ dñator virtutis cũ tranquillitate iudicas: ⁊ cũ magna reuerẽtia disponis nos. Sed q: iusto⁊ aĩe per mediatoris aduentũ erãt quãdoq: ab inferni locis (q̃uis nõ penalibus) liberãde: hoc quoq: iustus vir preuidet/⁊ petẽdo subiungit:

L

¶ S. Q: tẽpus in quo recordat⁹ est nostri deus/prim⁹ eius aduentus fit: in quo nos iustificauit: et secundus/in quo nos glorificabit. Capitulum. viij.

Et cõstituas mihi tẽpus ĩ quo recorderis mei.] At vbi venit plenitudo tẽporis/misit de⁹ filiũ suũ/factũ ex muliere/factũ sub lege: vt eos qui sub lege erãt/redimeret. Hanc itaq: redemptionẽ vir dñi prescius ĩ qua erãt multi etiã ex gẽtilitate liberãdi (sicut ipse ait: Licet hec celes ĩ corde tuo: tamẽ scio q: vniuersorũ memineris) apud omnipotentẽ deum tẽpus sibi cõstitui sue recordationis petit. Hinc est enĩ qđ in euãgelio dñs dicit: Et ego si exaltatus fuero a terra/oĩa trahã ad meipm. oĩa videlicet electa. Non enĩ ab inferno rediens dñs electos simul et reprobos traxit: sed illa exinde oĩa sustulit/que sibi inhesisse pscĩuit. Unde etiã p Osee pphetã dicit: Ero mors tua o mors: ero morsus tuus inferne. Qđ enĩ occidim⁹ agim⁹ vt penit⁹ non sit. Ex eo etiam qđ mordem⁹/partẽ abstrahim⁹/partẽq: relinquimus. Quia ergo in electis suis fundit⁹ dñs occidit mortẽ: mors mortis extitit. Quia vero ex inferno partẽ abstulit/partẽq: reliquit/non occidit fundit⁹/sed momordit infernũ. Dicit ergo: Ero mors tua o mors. i. in electis meis te funditus perimo. Ero morsus tu⁹ inferne: q: sublatis eis te ex parte trãsfigo. Sciens igit beatus Job hunc aduentũ ad inferos redẽptoris nostri: petit qđ futurũ preuidit/et dicit: Et cõstituas mihi tẽpus in quo recorderis mei. Sequit: [Putas ne mortu⁹ hõ rursum viuat?] Solẽt iusti viri in eo qđ ipsi certum ac solidum sentiunt/quasi ex dubietate aliqd pferre: vt infirmorũ in se verba trãsferãt. Sz rursum per forte sentẽtiã infirmãti dubietati oĩmodo ptradicũt: quatin⁹ per hoc qđ dubie pferre cernunt/infirmis aliquãtenus condescendãt: ⁊ p hoc q: certã sententiã pferũt/infirmo⁊ mentes dubias ad soliditatem trahant. Qđ nimirũ dum faciũt/exemplũ nostri capitis sequũtur. Passioni quippe dñs ppinquãs/infirmantiũ in se vocẽ sumpsit/dicens: Pater mi si possibile est/transeat a me calix iste. Eorũq: timorem/vt abstraheret/suscepit: et rursus p obedientiã vim fortitudinis ostẽdens/ait: Uerũtamẽ non sicut ego volo/sed sicut tu. vt cũ hoc iminet qđ fieri nolumus: sic p infirmitatẽ petam⁹ vt non fiat: quatenus p fortitudinẽ parati simus: vt voluntas conditoris nostri etiã contra voluntatẽ nostrã fiat. Hoc igit exẽplo nõnunq̃ a fortibus infirmitatis verba suscipienda sunt: vt per eorũ post predicamenta fortia/infirmorũ corda gratius roborentur. Unde beatus Job cũ quasi dubitãtis verba protulit/dicẽs: Putas ne mortu⁹ homo rursum viuat: ilico sententiam sue certitudinis adiungit/qua ait:

Gal. iiij.

Joh. xij.

Osee. xiij.

M

Matthei xxvj.

¶ S. Certitudinẽ suã de resurrectiõe sanct⁹ Job idicat: qui immutationẽ suã tãto desiderio expectat. Capit.

A

Cunctis diebus quibus nūc milito/expecto donec veniat imutatio mea. | Qui itaq; mutationem suā tanto desiderio expectat/q̄ sit de resurrectione certus/insinuat: et cursum vite presentis quātū despiciat innotescit/q̄ hūc militiā appellat. Per militiam quippe semp ad finē tendit: et quotidie p̄clusiōis terminus expectat. Cursum itaq; vite hui⁹ despicit: et statū soliditatis reqrit: q̄ p hoc q̄ mutabiliter militat/ad imutationē suā puenire festinat. Justo q̄ppe in hac vita ipsa sarcina sue corruptiōis onerosa est: q̄ vigilie defatigāt: somnus q̄rit/vt vigilātū labor atq; anxietas repellat. Sz nōnunq; etiā somn⁹ occidit: fame corp⁹ atterit: at p vt eius necessitas repellat/cibi requirunt: sed sepe et cibi grauāt/qui ad repellendū debilitatis grauamē q̄siti fuerāt. Grauis itaq; est sarcina corruptiōis: que nisi ita grauis esset/paulus neq̄q̄ diceret: Uanitati creatura subiecta est/nō volēs: sed ,pter eū q̄ subiecit eā in spe: q: et ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis/in libertatē glie filiorū dei. Scimus em̄ q̄ oīs creatura ingemiscit et parturit vsq; adhuc. Sāctus ergo vir incorruptiōis statū desiderās dicat: Cūctis dieb⁹ qb⁹ nūc milito/expecto donec veniat imutatio mea. In q̄ imutatiōe q̄d agatur/adiūgit.

Ro. viij.

C S. Q: tūc vocāti deo respōdeat quā do in icorruptione similis ei erit: nunc autem corruptibilis incorruptibili non aperte respondet.

C Uocabis me/et ego respondebo tibi. | Respōdere cuilibet dicimur/cū ei⁹ factis cōgrua ad vicē opa reddim⁹. In illa igit cōmutatiōe vocat dn̄s/et rndet hō: q: ante incorrupti claritatē/incorrupt⁹ hō ostēdit post corruptionem. Nūc etenī quousq; subditi corruptiōi sum⁹/auctori nostro minime respōdem⁹: q: dū corruptio ab incorruptione lōge est/similitudo apta nr̄e respōsiōis nō est. De illa vero imutatiōe scriptū est: Cū apparuerit/similes ei erimus: qm̄ videbim⁹ eū sicuti est. Tūc ergo vocāti deo veraciter respondem⁹/quādo ad summe incorruptionis iussum incorruptibiles surgimus. Capitulū .x.

j. Jo. iij.

B

Et qz hoc pcipere creatura ex semetipsa non valet: sed solū oīpotētis dei dono agit/vt ad tātā incorruptiōis gloriā pmueāt: recte subiungit.

C S. Q: humana natura nisi dei gratia erigatur/per se non conualescit.

C Operi manuū tuarū porriges dexteram. | Ac si aperte dicat: Idcirco creatura corruptibilis psistere ad incorruptionē potest: q: tue potestati manu erigit: et tui respect⁹ gratia vt psistat tenet. Humana nāq; creatura co ipso q̄ creatura est/in semetipsa habet sub se defluere: sed a cōditore suo homo accepit vt et sup se cōtēplatione rapiat: et in semetipso in incorruptiōe teneat. Creatura ergo ne sub se defluat/sed in incorruptione psistat/ad incorruptibilitatis statū auctoris sui dextera leuat. Potest quoq; dextere noīe/fili⁹ designari: p q̄ oīa p ipm̄ facta sunt. Operi igit manuū suarū porrexit oīpotēs de⁹ dexterā suā: q: vt abiectū atq; in infimis iacens ad sūma erigeret gen⁹ humanū/incarnatū ad hoc vnigenitū misit. Ec cui⁹ nobis incarnatiōe datū est: vt qui ex volūtate ,ppria in corruptione cecidim⁹: vocanti nos deo quādoq; ad incorruptionis gloriā respōdere valeam⁹. Quis ergo largitatē diuine misericordie pensare q̄s valeat/q̄ ad tantā pducit gliam hoiem post culpā: Pensat de⁹ mala q̄ facim⁹: et tamē p benignitatis sue gratiā ea misericorditer relaxat. Unde et subdit:

C

C S. Q: oīa nr̄a opa quasi in sacculo sigillata sūt/q̄diu non penitem⁹/donec excutiātur in iudicio: et q: ea que hic penituimus/nequaq̄ deus in vltimo examine iudicat.

C Tu quidē gressus meos dinumerasti: sed parce petis meis. | Gressus de⁹ dinumerat/cū singula queq; nr̄a opera ,pter retributionē signat. Quid em̄ in gressibus/nisi vnaqueq; nr̄a actio designat: Oīpotens itaq; de⁹ et gressus dinumerat/et pctis parcit: q: et subtiliter acta nr̄a considerat/et tn̄ hec penitētib⁹ misericorditer relaxat. Quis et dudū in peccātib⁹ cōspicit: sed tn̄ hāc pueniente gr̄a ad penitētiā emollit. Culpas ergo dinumerat/cū nosipos ad singula q̄ fecim⁹/defleda cōuertit: quas misericorditer relaxat: q: eas dū nos punim⁹/ipse nequaq̄ i extremo examine iudicat: Paulo attestāte/q̄ ait. Si nosmetipos diiudicarem⁹/nō vtiq; iudicaremur. Unī adhuc subdit: Ca. xj.

j. Cor. xj.

Signasti quasi in sacculo delicta mea: sed curasti iniqtatē meā. | Signam⁹ quasi in sacculo delicta nr̄a: q: hoc qd̄ nos exteri⁹ agimus/nisi penitētia interueniēte diluam⁹: in secreto iudiciorū dei sub quadā occultatione seruat: vt quādoq; etiā de sigillo secreti exeat ad publicū iudiciū. Unde etiā p Moysen dicitur. Nōne hec congregata sunt apud me: et signata in thesauris meis: In die vltionis reddā illis. Cū vero p mala q̄ fecim⁹/discipline flagello atterimur/et hec p penitētiā deflem⁹/iniquitatē nostrā signat et curat: q: nec inulta hic deserit: nec i iudicio puniēda reseruat. Signat igitur delicta: q: ea hic subtiliter attēdit vt feriat. curat vero: q: hec p flagellū fundit⁹ relaxat. Unde iniquitatē quoq; illius psecutoris sui quē in terrā ,pstrauerat/signando curauit/cū de illo adhuc sanctā dixit: Uas electionis mihi est iste: vt portet nomē meū coram gentib⁹ et regibus et filiis Israel. Ego em̄ ostēdā illi/quāta eū oporteat ,p noīe meo pati. Cui em̄ adhuc ,p trāsactis excessib⁹ venturas passiones minatur: pfecto hoc qd̄ deliquerat/in corde signatū tenebat. Sed ,pcul dubio delicta ei⁹ signādo curauerat/quē vas electiōis vocabat. Uel certe peccata nostra signātur in sacculo/cū mala que fecimus/sollicito semp corde pensam⁹. Quid nāq; est cor hoīs/nisi saccul⁹ dei: Ubi dū studiose cōspicimus p quanta deliquim⁹/pctā nostra q̄si in dei sacculo signata portamus. An nō pctm̄ suū David signatū tenebat i sacculo/qui dicebat: Iniquitatē meam ego agnosco: et delictū meum coram me est semp: Et q: culpas quas nos intuēdo et penitēdo cognoscimus: pius nobis conditor relaxat/recte post signata in sacculo delicta/subiungit: Sed curasti iniquitatē meam. Ac si aperte dicat: Que modo signas vt penitēdo videam/agis procul dubio ne in retributione videantur. Sequitur.

D

Deutero. xxxij.

Act. ix.

Psal. l.

C S. Q: quibusdam subitis et repentinis tētationibus excellentes viri (qui quasi mōtes sunt) aliquādo ruunt: et alij nōnulli lenibus et mollibus blandimentis quasi aquis fluxu cōtinuo excauantibus forte propositū mentis: vsq; in luxuriam permittente deo dissoluuntur.

E

C Mons cadēs defluit: et saxū trāsfert de loco suo. Lapides excauant aque: et alluuione paulatim terra psumit: et hoies ergo silr perdes. | Hoc crebro agit: vt cadētibus rupib⁹/saxū ad loca alia transferat: vt aq̄ lapides excauēt: et paulatim terra alluuionib⁹ psumat. Sed magna nobis intētione discutiendū est qd̄ infert: Et hoies ergo siliter pdes. Quid est em̄ hoc q̄ cadēti mōti/et saxo trāslato/q̄ excauato lapidi/et p alluuionē terre cōsumpte/pditio humana cōparat/nisi hoc qd̄ pateter dat intelligi: q: duo sunt genera tentationū: Unū qd̄ in mente etiā iusti hoīs p repentinū euentū agit: quaten⁹ sic subito tētet/vt hūc inopinato ,pictu ,pcutiat et ,psternat: casumq; suū nō nisi postq̄ ceciderit/videat. Aliud vo qd̄ paulatim venit in mentē: et resistentē animū lenib⁹ suggestionib⁹ infīcit: et oēs in eo vires iusticie non nimietate sua/sed assiduitate cōsumit. Quia ergo alia est tentatio q̄ iustos plerūq; subita inuasiōe psternit: dicat. Mons cadēs defluit: et saxum trāsfert de loco suo. i. mēs sancta cui⁹ loc⁹ iusticia fuerat/impulsu subito transfert ad culpā. Rursum q: alia est tētatio q̄ se cordi hoīs leniter infundit: omneq; duritiā fortitudinis corrumpit atq; cōsumit/dicatur: Lapides excauant aque: quia videlicet duritiam mentis absorbent assidua et mollia blandimenta libidinis: et lenē atq; subtile vitium corrumpit durum et forte propositum mentis. Unde subditur. Capitulum .xij.

F

Et alluuione paulatim terra cōsumit. | Sicut enī influente aqua paulatī terra ,psumit: sic leniter surripiēte vitio mēs etiā fortis absorbet. Un̄ deīr subiūgit. | Et hoies ergo silr pdes | .i. q: eū tētationē iusto iudicio ei⁹ mētē q̄ stare in alto cernit/repēte dñari ,pmittis: cadere ac defluere montē facis: et cū voluntas ad vitiū cōmutat/q̄si ad locū aliū transfert saxū. Cū vero tētationē lenē atq; subtilē/s; tn̄ assiduā: cor q̄ fortes esse credunt ,pualere mētib⁹ sinis: q̄si lapides excauant aq̄: et alluuione paulatim terra ,psumit: q: nimirū suggestione leni subacta mētis duritia mollit. Uideam⁹ david ille q̄ntū mōs alt⁹ fuerit/q̄ tāta dei mysteria pphetico spū valuit cōtēplari: sed aspiciam⁹ q̄ subito casu defluxit/q̄ dū i solario deābulās/alienā cōiugē cōcupiuit: et abstallē eiusq; virū cū dāno sui exercit⁹ iteremit: repētino casu mōs cecidit/cū mēs illa mysterijs celestib⁹ assueta/inopinata tentatiōe deiecta est: tāq; imanissime turpitudini subacta. Saxū itaq; de loco suo trāslatū est/cū ,pphete anim⁹ a ,pphetie mysterijs exclusus/ad cogitādas

ij. Reg. xj.

G turpitudines venit. Uideamus etiã qualiter lapides excauãt

iij. Reg. xj aque/ et alluuione paulatim terra consumitur. Salomon quippe immoderato vsu atq assiduitate mulierũ ad hoc vsq perductus est: vt templũ idolis fabricaret: et qui prius deo templũ cõstruxerat/ assiduitate libidinis/ etiã perfidie subiectus/ idolis cõstruere templa non timuit. Sicq factum est/ vt ab assidua carnis petulantia/ vsq ad mentis perfidiã perueniret. Quid itaq aliud quã aque excauarunt lapidẽ: et alluuione paulatim terra consumpta est? Quia surripiẽte paulisper infusiõe peccati/ terra cordis illius ad cõsumptionẽ defluxit. Consideret ergo beatus Job vtrasq tẽtationes: vel subitã et immẽsam/ vel lentã atq longiorẽ: consideret casus hominẽ ex his que exterius accidũt/ rapiat interius contẽplationẽ/ dicẽs: Mons cadens defluit: et saxũ transfert de loco suo. Lapides excauant aque: et alluuione paulatim terra consumitur: et homines ergo similiter perdes. Sicut hec insensibilia modo subito corruũt: modo paulisper infusa aquarum mollitie cõsumũtur: ita etiã eum quẽ rationabilẽ condidisti: vel subita tẽtatione deijcis: vel lõga ac lenta cõsumi permittis. Atq mox eãdem rationabilẽ creaturã verbis sequentibus explicat/ dicẽs. Roborasti eum paululũ/ vt in perpetuũ transiret. Paululũ roboratus est homo: quia hic viuẽdi vires ad modicum accepit/ vt in perpetuum transeat: vbi eius vitã terminus non cõcludat. Sed in hac breuitate vbi roboratus est/ colligat vnde in perpetuitate inueniat vel vt semp gaudeat: vel vt suscepta supplicia nõ euadat. Qui pro eo quod paululum roboratus est/ vt in perpetuum transeat: aperte mox subditur.

H ¶ Siue sanctorũ anime que intus claritatẽ dei vidẽt/ quod extra est/ nõ ignorãt: carnaliũ vero anime virũ filij vel cetera q maxime amauerũt/ bene vel male se habeãt/ nesciũt.

¶ Immutabis faciem eius/ et emittes eum. Facies hominis immutatur/ cum eius species morte atterit. Emittitur vero/ quia ab his que volens tenuit: trãsire ad eterna cogitur nolens: dũq ad illa perducitur/ hec que diu cogitata tenuit/ qualiter sese habitura sint relicta/ nescit. Unde et additur. Capitulũ. xiij.

SIue nobiles fuerit filij eius siue ignobiles/ nõ intelliget. Sicut enĩ hi q adhuc viuẽtes sunt: mortuorũ alicq loco habeant/ ignorãt: ita mortui vitã in carne viuentiũ post eos qualiter disponat/ nesciunt: quia vita spiritus longe est a vita carnis. et sicut corporea atq incorporea diuersa sunt genere: ita etiã distincta cognitiõe. Quod tamẽ de animabus sanctis sentiendũ non est: quia que intus oĩpotẽtis dei claritatẽ vident: nullo modo credendum est: quia foris sit aliquid quod ignorent. Sed carnales quiq qui amorẽ precipuũ filijs impẽdũt/ hoc eos beatus Job nescire postmodũ asserit: quod hic vehementer amauerunt: vt siue nobiles siue ignobiles sint

J filij/ nesciãt: quorum eos semp cura fatigabat. Quod tamẽ si intelligi spiritualiter debet: non incongrue filiorũ noie/ opera designãtur: sicut de muliere Paulus dicit: Quia sal

j. Timo. ij. ua erit per filiorum generationẽ. Neq enim mulier que continentie studẽs/ nequaq filios generat/ salua nõ erit: sed per generationẽ filiorũ saluari dicit: quia per effectũ bonorũ operũ perpetue saluti sociat. Nobiles ergo sunt filij/ recta opera: ignobiles autẽ/ facta pueria. Et sepe homo agere quelibet bona intentione nititur: sed tamen pro multis que surripiunt/ eius acta apud omnipotentẽ deũ qualiter habeant/ incertum est. Siue itaq nobiles fuerit filij eius siue ignobiles/ non intelliget: quia subtili examine discussa/ vtrũ approbent eius opera an reprobẽtur/ ignorat. Et hic ergo homo in dolore laboris est positus: et illuc ducit in timore suspitionis. Unde adhuc de ipso presentis vite labore subiungit: Attamen caro eius dũ viuit/ dolebit: et anima eius sup semetipso lugebit. De coniugibus

j. Cor. vij. Paulus dicit: Tribulationẽ tamen carnis habebũt huiusmodi. Sed tribulationẽ carnis hic pati possunt: etiam iam qui spũaliter viuũt. Cur ergo inesse cõiugibus carnis tribulatio/ quasi specialiter dicit/ que etiã a vita spũaliũ longe nõ est/ nisi quia hi frequẽter maiores tribulatiões ex carne suscipiũt/ qui carnis voluptatibus delectant? Bene autẽ dicit: Et aĩa eius sup semetipso lugebit: quia quisquis gaudere in se appetit/ eo ipso iã in luctu est/ quo a vera leticia recessit. Uera quippe leticia mentis/ creator est. Dignũ itaq est/ vt in se semp homo merores inueniat/ q derelicto creatore/ in se gaudiũ querebat. Sequitur.

¶ Textus capituli. xv. ubi Job: expositio moralis vero libri duodecimi Capitulũ. xiiij. K

REspõdẽs autẽ eliphas themanites dixit. Nunquid sapiens respõdebit quasi in vẽtũ loquẽs: et implebit ardore stomachum suum? Arguis verbis eũ qui nõ est equalis tibi: et loqueris quod tibi non expedit. Quãtum in te est/ euacuasti timorẽ: et tulisti preces corã deo. Docuit enĩ iniquitas tua os tuũ: et imitaris linguã blasphemantiũ. Cõdẽnabit te os tuũ: et nõ ego: et labia tua respondebũt tibi. Nunquid primus homo tu natus es: et ante oẽs colles formatus? Nunquid consiliũ dei audisti/ et inferior te erit eius sapiẽtia? Quid nosti quod ignoremus: quid intelligis quod nesciamus? Et senes et antiqui sunt in nobis: multo vetustiores quã patres tui. Nunquid grãde est vt cõsoletur te deus? Sed verba tua praua hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuũ/ et

L quasi magna cogitans/ attonitos habes oculos? Quid tumet cõtra deũ spũs tuus vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermões? Quid est homo vt immaculatus sit: et vt iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sctõs eius nemo imutabilis: et celi nõ sunt mũdi in cõspectu eius: quãto magis abominabilis et inutilis homo: qui bibit quasi aquã iniquitatem? Ostendã tibi audi me: quid vidi narrabo tibi. Sapiẽtes cõfitẽtur: et nõ abscõdunt patres suos. Quibus solis data est terra: et nõ trãsiuit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius supbit/ et numerus annorũ incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semp in auribus illius: et cũ pax sit: ille semper insidias suspicatur. Non credit quod reuerti possit de tenebris ad lucẽ: circũspectans vndiq gladiũ. Cũ se mouerit ad querendũ panẽ: nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eũ tribulatio: et angustia vallabit eũ: sicut regẽ qui preparat ad preliũ. Tetendit enĩ

M aduersus deũ manũ suam: et cõtra oĩpotẽtẽ roboratus est. Cucurrit aduersus eũ erecto collo: et pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo: et de lateribus eius aruina dependet. Habitabit in ciuitatibus desolatis: et in domibus desertis que in tumulos sũt redacte. Nõ ditabitur/ nec perseuerabit substãtia eius: nec mittet in terrã radicẽ suã. Nõ recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flãma: et auferetur spũ oris eius ab eo. Non credat frustra errore deceptus/ quod aliquo precio redimẽdus sit. Anteq dies eius impleantur peribit: et manus eius arescẽt. Ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius: et quasi oliua proijciens florem suũ. Cõgregatio enĩ hypocrite sterilis: et ignis deuorabit tabernacula eorũ qui munera libenter accipiunt. Cõcepit dolorẽ et peperit iniquitatem: et vterus eius preparat dolos.

REspondẽs autẽ eliphas themanites dixit. Nunquid sapiẽs respõdebit quasi in ventũ loquẽs: et implebit ardore stomachũ suũ? Crebro iam diximus beatũ Job typũ sctẽ vniuersalis ecclesie: amicos vero illius hereticoꝝ speciẽ tenere: qui quasi ex defensione

A

dni/occasionē stulte locutionis inuenisset: et contumeliosa cōtra bonos vba iaculant. Quibus cūcta q a fidelib⁹ sentiuntur: q̄si i veritū plata displicet. Vn̄ nūc dr. Nunq̄d sapiens respondebit q̄si inventū loquēs? Nec bonorum verba dicta rationis/ sed stimulos furoris existimant. Vn̄ et subditur. Et implebit ardore stomachum suum. Qz ea etiā q̄ se sciūt contumeliose dicere/ studēt semp (vt dictum est) et dūi defensione palliare. Unde eliphas subdit.

℄ S. Qz cum peruersi vera mala cōtra bonos non inueniūt/ falsa fingunt: vt alijs derogādo, ipsi iusti videātur.

℄ Arguis verbis eū qui nō est equalis tibi: et loqueris quod tibi non expedit.] Nulli vero existimant timorem dūi habere/ nisi eū quē potuerint ad sue confessionis stultitiā trahere. Unde adiūgit. [Quātū in te est/ euacuasti timorem: et tulisti preces coram deo.] Tulisti dicit/ abstulisti. ac si aperte dicat: De tua iustitia psumens/ creatoris tui gratiam despicis deprecari. Cum eni vera mala heretici contra bonos non inueniūt/ fingūt que redarguant/ vt iusti esse videant: et fit plerūq vt ad aperta contumeliarū verba puenīāt. Unde adhuc subdit. [Docuit enim iniquitas tua os tuum: et imitaris linguā blasphemantiū.] Iniquitas os docet/ quando ex mala vita cōcipit/ quod pēius dicatur. Quia autem beatus iob tanto in ore liber

B

fuerat/ quanto iustus in opere: ab amicis suis hereticorū typum tenētibus/ et de iniqua vita/ et de audaci ore rephendit: vt dicat. Docuit enī iniquitas tua os tuū. Ac si aperte ei diceret: Qd̄ puerse loqueris, ex puersiore didicisti vita. Sepe vero heretici dū quasi venerant deū/ eius mysterijs cōtradicūt: et humilitatē putāt/ si veritatē denegāt. Sūt nāq nōnulli q deo se iniuriam irrogare existimāt/ si eū verā carnē assumpsisse fateant: aut si hūc veraciter pro nobis carnis mort potuisse crediderint. Cūq deo quasi plus honoris conantur tribuere/ coguntur laudes vere bonitatis illi⁹ negare. Quid eni elegit in charitatis sue laude potentī⁹/ q̄ vt illa sibi pro nobis digne ad susceptionē faceret/ q ei videnē indigna? Sācta autē ecclia veram carnem/ veram mortem illius confitet: sed hec dicens/ ab hereticis irrogare deo cōtumeliā credit. Unde nunc dr. Et imitaris linguā blasphemātiū. Cui si quid i hoc mūdo aduersitatis euenerit: hoc ei pstringere: et ipa hac iniuria sue cōfessionis dicūt. Unde adhuc subditur: [Cōdēnabit te os tuū/ et nō ego: et labia tua respōdebūt tibi.] Quis eni ex errore confessionis existimāt mala aduersitatis erumpere: labia sua ei asserunt rūdere: vt culpa eloquij sit causa flagelli. Capitulum. xv.

C

Liquādo vero cū comprimere q̄si ratiocinantes volunt. Unde eliphas btm iob reprehendere quasi ex ratione conatur/ dicens. [Nunquid primus homo tu natus es: et ante colles formatus? Nunquid consilium dei audisti: et inferior te erit eius sapientia?] Ac si verbis apertioribus dicat: Qui de eterno loqueris/ pēsa q̄ temporalis es. Qui de eius sapientia disputas: pensa quia eius cōsilium ignoras. Sed quia ad h̄ heretici verba dominice defensionis assumunt/ vt docti esse videantur: et dū diuinā gloriam defendere videntur/ suam scientiā hoīb⁹ innotescūt: ipsa hoc eliphas subiuncta verba testant: q loqui quidem de sapientia dei cepit/ sed statim ad suam elationē cecidit/ dicēs. [Quid nosti quod ignoremus: quid intelligis quod nesciam⁹?] Que videlicet dicta patenter ostēdūt/ ex qua mētis elatione pdeat/ quicquid quasi ad dūicam defensionem sonat. Sequitur: [Et senes et antiqui sunt in nobis/ multo vetustiores q̄ patres tui.] Quia omnes heretici a sancta vni-

i. Jo. ij.

uersali ecclīa sunt egressi: testat Joānes/ q ait. Ex nobis prodierūt: sed nō erant ex nobis. Sed vt ea que asserūt/ cōmendare stultis mentib⁹ hoim q̄si de antiquitate possunt/ antiquos patres se habere testant: atq ipsos doctores ecclesie/ sue professionis magistros dicunt. Cūq presentes pdicatores despiciunt/ de antiquorū patrum magisterio falsa psumptione gloriant: vt ea que ipsi dicunt/ etiā antiquos patres tenuisse fateant: quatenus hoc qd̄ rectitudine astruere non valent/ quasi ex illorū auctori-

Hebre. xij.

tate cōfirmēt. Quia vo scriptū est: Quē diligit dūs/ castigat: flagellat autē omnē filiū quē recipit: sepe sancta ecclesia multis i hac vita aduersitatibus laborat: et reprobōrum vita tanto sine flagello dimittit/ quanto ad nulla pmia seruatur. Sed afflictiones sancte ecclesie videntes heretici/ eā despiciunt: et tāli flagellis atteri/ ex praue professionis merito suspicant. Vn̄ adhuc subdit: [Nun-

D

quid grāde est/ vt cōsolet te de⁹? Sed verba tua praua h̄ prohibent.] Ac si ei patenter dicat: Si professionem fidei corrigeres/ iādudū cōsolationem a flagellis habere potuisses. Sequitur. [Quid te eleuat cor tuū/ et quasi magna cogitans/ attonitos habes oculos?] Sepe iustorum mens ita ad altiora cōtemplāda suspenditur: vt exteri⁹ eorum facies obstupuisse videant. Sed quia hāc contemplationis vim i occulto agere heretici ignorāt: hoc a iustis et recta sapiētibus fieri magis per hypocrisim q̄ per veritatē putant: quia h̄ qd̄ ipsi habere nequeunt/ inesse veraciter alijs non suspicantur. Sequitur.

℄ S. Qz sepe iustorum et iniustorum similia sunt verba et opera/ intentio tamen diuersa. Nota in sequentibus heresim manicheorum. Capitulum. xvj.

Quid tumet cōtra deum spirit⁹ tuus: vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones?] Plerūq iusti aliquibus necessitatib⁹ afflicti/ sua opera coguntur fateri. quod beat⁹ iob fecerat/ quem post iustitiam flagella deprimebant. Sed cum eorum dicta iniusti audiunt/ hec per elationem potius q̄ per veritatem existimant prolata. Ex suis eni cordibus verba iustorū pensant: et dici humiliter posse vera bona nō existimant.

E

Sicut eni grauis culpe est/ sibi hoc homine arrogare qd̄ nō est: sic plerūq culpa nulla est si humiliter bonū dicat qd̄ est. Vn̄ sepe ptingit vt iusti et iniusti habeāt verba similia: sed tamen semp cor longe dissimile: et ex quib⁹ dictis dūs ab iniustis offenditur/ in eisdem quoq a iustis placatur. Nam pharisceus ingressus templū/ dicebat. Je-

Luc. xviij

iuno bis in sabbato: decimas do oim q̄ possideo. sed iustificatus magis publicanus q̄ ille exijt. Ezechias quoq rex cum molestia corporis afflictus/ ad extremitatē peruenisset vite: in orōne compunct⁹ dixit: Obsecro dūe/ me-

Esaie xxxviij.

mento queso quomodo ambulauerim coram te in veritate et in corde perfecto. Nec tñ dūs hanc confessionem pfectionis eius despexit/ aut renuit/ quem mox in suis precibus exaudiuit. Ecce phariseus se iustificauit in opere: et ezechias iustū se esse asseruit etiam in cogitatione: atq vnde ille offendit/ inde iste dominū placauit. Cur itaq hoc: nisi q2 omnipotēs deus singulorū vba a cogitationibus pensat: et in eius auribus superba non sunt que humili corde proferuntur. Unde beatus iob cum sua opa protulit/ cōtra deū nullo modo tumuit: q2 ea q veraciter fecerat/ humiliter dixit. Sed solent heretici errorū suorū dictis/ vera aliqua permiscere: et amici beati iob q̄uis in reprehensione eius omnimodo fallantur: possunt tamen et quedā vera dicere: que ex illius assiduitate didicerūt. Quorū dicta si omnia refutanda essent/ eliphas sententiā

j. Cor. iij.

Paulus apostolus minime ptulisset/ dicens: Apprehendit sapientes in astutia eorū. Quia igitur et ea que recta dicūt/ cōtra beatū iob recte non dicunt: nos in eorum dictis et calcemus vitium indiscretionis/ et discutiam⁹ vi-

F

ras rectitudinis. Sequitur. [Quid est homo/ vt immaculatus sit?] Eo enim ipso quo dicitur homo/ terrenus exprimitur et infirm⁹: homo eni ab humo appellat⁹ est. Et quomodo esse valet sine macula/ qui sponte sua ad infirmitatē cōcidit fact⁹ de terra? Ubi et addit. [Et vt iustus appareat nat⁹ de muliere.] Primā quippe viro iustitiā mulier ppinauit in paradiso. Quomodo ergo iustus apparebit qui de illa natus est/ que iniustitie propinatrix extitit? Sequitur.

℄ S. Qz sancti q propter excellentiam vite celi dicūtur/ ex semetipsis ante districtū dei iudiciū ad perfectum mundi esse non possunt. Capitulum. xvij.

Ecce inter sanctos eius nemo imutabilis: et celi non sunt mundi in conspectu eius.] Hoc celorum nomine repetijt/ quod sanctorū pri⁹ appellatione signauit. Nam de eisdem sanctis scriptum ē.

Ps. xviij.

Celi enarrant gloriam dei. Qui per naturam omnes in semetipsis propriā mutabilitatē habent: sed dum immutabili veritati studiose semper inherere desiderant: inherendo agunt vt imutabiles fiant. Cūq ad hanc toto affectu se tenent/ quādoq accipiunt vt sup semetipsos ducti/ vincant hoc q in semetipsis mutabiles extiterunt. Quid eni mutabilitas/ nisi mors quedam est? Que dum rem quālibet in aliō imutat/ quasi occidit quod fuerat/ vt incipiat esse qd̄ nō erat. Et de auctore oim scriptū est:

j. Timo. vj

Qui solus habet imortalitatē. qi videlicet in semetipso

G solus imutabilis est. De quo per Jacobū dicitur. Apud quem nō est trāsmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Ipsa enī mutabilitas ymbra est, q̄ quasi obscuraret lucē/ si hanc per aliquas vicissitudines pmutaret. Sed quia in deo mutabilitas non venit, nulla eius lumē vmbra vicis- Job.xv. situdinis intercidit. Bene autem dicitur. Celi non sunt mūdi in conspectu eius: quia per semetipsos ante districtum dei iudicium nec ipsi esse mundi ad perfectum possunt/ qui mundicie predicatores fiunt: Joanne attestan- j. Joan.j. te/ qui ait. Si dixerimus quia peccatum nō habem⁹: ipsi nos seducimus. Si igitur inter sanctos illius nemo immutabilis est: et celi in cōspectu illius nō sunt mundi/ quis apud se de iustitie opere presumat: Unde et subditur.

¶ S. Qr quasi aquas homo iniquitatem bibit/ cum sine timoris obstaculo peccatum deglutit.

¶ Quanto magis abominabilis et inutilis homo/ qui bibit quasi aquas iniquitatem: Qui immaculatum ꝑus hominem ꝛ iustum ꝑ se esse negauerat/ hunc abominabilem ꝛ inutilem appellat. abominabilem scꝫ propter immunditiam macule: inutilē vero propter iniustitiam imperfecte vite. Qui tñ abominabilis ꝛ inutilis intelligi et aliter potest. Aliqn̄ enī homo puersus quedam recte agere videt: sed per ea que iniqua sunt/ etiā ea que eius recta sunt/ destruuntur. Et quia multū deo displicent mala: neqꝫ illa placent q̄ videntur bona. Qui ergo in malis suis deo abominabilis est: ī bonis est inutilis: qr dū se ꝑ praua operā deo execrabilē exhibet: nec illō deo q̄d rectū videt placet. Bene aūt dr̄. Qui bibit quasi aquas iniquitatē. Hoc nāqꝫ quod comeditur/ cum mora glutitur: qr māditur vt glutiatur. Quod autem bibit: tāto ad glutiendū moram D non habet/ quāto nullā ꝛ ad mādēdū necessitatem habet. Culpa ergo quia a stulto homine sine vlla retractatione perpetratur: quasi aqua iniquitas bibitur. Qui enī illicita sine timore facit/ quasi potum iniustitie sine obstaculo glutit. Sequitur. Capitulum.xviij.

Ostendam tibi/ audi me: quod vidi/ narrabo tibi. Habent hoc omnes arrogantes proprium: vt cum rectum quid vel parum senserint/ ipsum hoc elationis infiectant: atqꝫ vnde per itellectum sibimet ipsis altiores fiant/ unde per tumorē in foueam elationis cadant: seqꝫ doctis doctiores existiment: reuerentiā sibi a melioribus exigant: ꝛ docere sanctiores quasi ex auctoritate cōtendant. Unū nūc dr̄. Ostēdā tibi/ audi me. Et qr cū minore auctoritate docet is qui audita/ q̄ is qui ea q̄ viderit loquitur: vt fortiorē sibimet auctoritatē eliphas arroget/ dicit: Quod vidi/ narrabo tibi. Quia vero nōnūq̄ heretici de dānatis suis patribus confunduntur: ꝛ tamen eorū sententias quasi cū auctoritate ad medium ꝓ- I ferūt: ex quorū stultitia iure reprobant: recte ipsa hereticorum audacia subinfertur/ cū dicit. Sapientes cōfitētur/ et nō absconderūt patres suos. In quorū et laudē ꝓsiliūt/ ꝛ eos velut solos ecclesie pfuisse gloriātur. Unde adhuc subdit. Quibus solis data est terra: et non transiuit alien⁹ p eos. Solis suis patrib⁹ datā terram existimant: qꝫ solos errorū suorū magistros rexisse veraciter ecclesiam putant. Quis vero alien⁹/ nisi apostata angel⁹ vocat: Unde et per pp̄. de cūctis simul malignis spiriti- ps.liij. bus dr̄: Quoniā alieni insurrexerūt in me: et fortes quesierūt animā meā. Heretici igit qr doctorū suorū corda apostate angelo existimāt nō fuisse subiecta/ transisse per eos alienum denegant. Cui videlicet alieno ꝑ vniūquēqꝫ trāsire/ est iniquas ī corde ei⁹ cogitatiōes immittere. Unde et per prophete vocē de malignis spiritib⁹ contra stan- Esa.lj. tem animā dicit: Et dixerunt aie tue: Incuruare vt transeamus. Sed eliphas themanites qr quedam narratur⁹ audiri vult/ quis multa que dicenda sunt sciat: sed quia beato iob dicenda non erant/ nesciat: audiamus sententias quas contra beatum iob protulit. Nec eñ debem⁹ cui sed solum pensare quid dixit. Sequitur.

¶ S. Qr sancti etsi ad horam insolescant/ nequaq̄ tñ in superbia perseuerant.

¶ Cūctis diebus suis impi⁹ supbit. Solēt etiā electi ī quibusdam suis cogitationibus atqꝫ actibus superbire. Sed qui electi sunt/ cūctis dieb⁹ suis supbire nō possunt quia priusq̄ vitā finiāt/ ad humilitatis metū ab elatione corda cōmutāt. Impius vero dieb⁹ suis oib⁹ superbit: qr sic vitam terminat/ vt ab elatione minime recedat. Circūspicit quod temporaliter floret/ et pensare negligit quo in eternū ducit. In vita carnis fiduciā ponit: eaqꝫ diu ꝑ- K manere existimat/ que ad presens tenet. Solidatur ī elatione anim⁹/ in despectū adducit omnis ꝓpinquus/ q̄ repentina mors surrepat/ nūq̄ cōsiderat: q̄ sit ei⁹ incerta felicitas/ nunq̄ pensat. Qui si incertitudinem fugacis vite conspiceret/ incerta pro certo nequaq̄ teneret. Unde et bene subditur.

¶ S. Qr deus non attendat q̄tū q̄sqꝫ faciat/ sed q̄tum velit. Et q̄ ideo finē nr̄m latere nos voluit/ vt semper ad mortem parati simus.

¶ Et numer⁹ annorū incert⁹ est tyrānidis ei⁹. Superbire enī minime debuisset/ etiā si annorū suorū numerum certū habere potuisset: vt sciēs q̄tū viueret/ presciret qn̄ se ab elatione remoueret. At postq̄ presens vita semper incerta est: tanto semꝑ mors surrepens timeri debet/ q̄to nunq̄ preuideri valet. Bene autem superbiam impij/ tyrānidem vocat. Proprie enī tyrānus dr̄/ qui in cōmuni republica non iure principatur. Capitulum.xix.

Sed sciendū est: qr omnis supb⁹ iuxta modū ꝓprium tyrānidē exercet. Nam q̄d nōnunq̄ ali⁹ in republica per acceptam dignitatis potentiā/ alius in prouincia/ alius in ciuitate/ alius in domo propria: alius per latentem nequitiam hoc exercet apud se in cogitatione sua. Nec intuet dn̄s q̄tū quisqꝫ male valeat facere: sed q̄tū velit. Et cū deest potestas foris/ apd̄ se tyrānus est: cui iniquitas dominat intus: quia etsi exterius non affligit proximos/ intrinsec⁹ tamē habere potestatem appetit vt affligat. Et qr omnipotens deus corda pensat/ iam in eius oculis impius egit q̄d cogitauit. Ad hoc autē coditor noster latere nos voluit finem nostrum: L vt dum incerti sum⁹ qn̄ moriamur/ semꝑ ad mortē parati inueniamur. Unde recte postq̄ dictū est: Cūctis dieb⁹ suis impius superbit/ adiūgit. Et numer⁹ annorū incertus est tyrānidis eius. ac si aperte diceret. Cur quasi de certo extollitur/ cuius vita sub pena incertitudinis tenetur: Sed omnipotens de⁹ praue agentib⁹ non solum ventura supplicia reseruat: sed eorum corda hic etiam vbi delinquūt/ penis implicat: vt eo ipso quo peccāt/ semetipsos feriat: vt semꝑ trepidi semperqꝫ suspecti mala ab alijs pati metuant/ que se alijs fecisse meminerunt. Unde adhuc de hoc impio subditur.

¶ S. Qr reprobi non tantum ad futura supplicia reseruant: sꝫ iā hic eorū corda cōsciētie igne torquentur.

¶ Sonitus terroris semꝑ in aurib⁹ illius: ꝛ cū pax sit/ ille insidias suspicat. Ni autem simplici corde felicius: qr quo innocentiam erga alios exhibet/ nihil est quod pati ab alijs formidet. Habet enim quasi arcē quādā fortitudinis/ simplicitatē suā. Nec suspect⁹ est pati/ q̄d se fecisse non meminit. Unde bene per Salomonē dr̄: In timore domini/ fiducia fortitudinis. Qui ꝛ rursum ait. Secura mens/ quasi iuge cōuiuiū. Quasi enī cōtinuatio refectionis est/ ipsa tranquillitas securitatis. At cōtra mens praua semper est in laboribus: quia aut molitur mala q̄ inferat: aut metuit ne hec sibi ab alijs īferātur. Et quicquid contra proximos excogitat/ hoc contra se excogitari a proximis formidat. Fit vndiqꝫ suspecta/ vndiqꝫ trepida. Omnis qui ad memoriam venit/ exquirere cōtraria creditur. Cui ergo tranquillitas securitatis deest/ huic procul dubio terroris sonitus semper in auribus est. Et sepe contingit vt illi quilibet proximus suus simpliciter loquatur/ nil aduersum cogitet. Sed cum pax sit/ ille insidias suspicatur: quia qui semper dolose agit/ simpliciter erga se agi non estimet. Et quia scriptum est: Impius cum in profundum venerit peccatorū/ cōtēnit: inuolut⁹ iniquitatis sue tenebris/ iam de luce desperat. Unde ꝛ sequitur. Non credit q̄ reuerti possit de tenebris ad lucem: circūspectans vndiqꝫ gladiū. Quia dū feriri se vndiqꝫ insidijs credit/ salute desperata/ semper ad nequitiam excrescit. Capitulum.xx.

Aliquādo vero iste puersus etiam supna iudicia attēdit: et super se hec euenire metuit. Sed cū stipendiū vite psentis q̄rit/ hec eadē iudicia que metuere ceperat/ auaritie decipit⁹ insania cōtēnit. Et quidē mori se posse in peccato existimat: sed tamen a peccato non cessat. Unde et subditur. Cum se mouerit ad querendum panem/ nouit q̄ paratus sit in manu eius tenebrarū dies. Panis etenim/ stipendiū vite presentis: tenebrarū vero dies/ tempus vltionis accipitur. In actu

Marginal references: Job.xv.; j. Joan.j.; ps.liij.; Esa.lj.; puer.xiiij.; Ibidem.; Prouer.xviij.

A — ∣ itaq; suo aliquando iste peruersus iram superni iudicis
ꝑpendit presentē/sed a malo non auertit: vt etiā ipsa q̄ꝗ
ab eius interitu valeat auerti. Accusante se autem cōsciē
tia ferire metuit: sed tamē semper auget quo feriatur. Cō
temnit enim reditum suū: desperat veniam: superbit in culpa:
sed tamen testem sue neq̄tie intus habet timorē. Et quis
prauus videatur foris audacter agere: de his tamen apd
semetipsum cogitur trepidare. Unde scriptū est. Cū enī — Sap.xvij.
sit timida nequitia/dat testimoniū cōdēnationi. q: cum
illicita q̄ꝗs ꝑpetrat/pauet qd facit: et aptus dānationis
testis/est ipse timor iniquitatis: q: et timet qd agit: et tā
malū nō vincit qd timet. De quo et adhuc subdit. ∣ Ter-
rebit eū tribulatio: et angustia vallabit eū/sicut regem q̄
preparatur ad prelium. ∣ In omne quod iniquus agit/tri
bulatione et angustia vallatur: q: cor eius anxietate et su
spitione cōfunditur. Alius occulte appetit vt aliena diri
pere: qui laborat in cogitationibus ne deprehēdi valeat.
Alius relicta veritate mentiri deliberat: vt audientium
animum fallat. Sed quātus labor est sollicite custodire/
ne ipsa eius fallacia deprehendi queat? Ponit quippe an-
te oculos quid sibi a veritatē scientibus responderi pos-
sit: et cū magno cogitatu pertractat quomodo per argu-
menta falsitatis/documēta veritatis excuperet. Hinc inde
se circūtegit: et contra hoc vbi deprehendi potuerit/veri
tati similem responsionē querit. Qui si velit verū dicere/
vtiq; sine labore potuisset. Plana quippe veritatis via/
et grauē est iter mendacij. Unde et per prophetā dicitur.
Docuerūt enī linguam suam loqui mendaciū: vt inique — Hiere.ix.
agerent/laborauerunt. Bene ergo dicit. Terrebit eū tri
bulatio/et āgustia vallabit eum: quia apud semetipsum i — B
labore timoris deficit: qui securitatis sociam viam veri-
tatis relinquit. Qui bene regi preparato ad prelium cō-
paratur: q: in eo ipso malo quod agit/et terret et festinat/
et et conscientia trepidat/et ex desiderio anhelat: metuit
et superbit: pauescit suspitionibus: et mentem per auda-
ciam erigit. Capitulum.xxi.

S Icut dū q̄ꝗs rex q̄ ꝑparat ad ꝑliūm: sic de ho
ste suspectus est/vt eundē q̄ꝗs quē ducit exercitū/
metuat ne labefactet: ne destitutione militum/
faculis pateat inimicoꝝ. Iniquus ergo angustia vallat
sicut rex qui preparatur ad prelium: quia videlicet falsa
agens/falsa loquens/formidat ne suos amittat milites/
id est argumēta falsitatis: et veritatis iaculis pateat/si et
forrasse defuerit qd ex fallacia opponat. Sz quis anim⁹
trepidet/ quē ꝯsciētia accuset: cupiditate tn̄ sua iniqu⁹
vincitur: et suppresso pauore/audaciam de iniquitatib⁹
sumit. Et sepe etiam vi tione menti proposita/se ꝯtra deū
erigit/quelibet ab eo aduersa perpeti deliberat/dummo-
do hic (dū valet) omne quod placet agat. Unde et subdit:
• ¶ S. Qz ix cōtra deū manū tendit/q̄ mala agentes deū
contemnūt: et pingui ꝯtra eū ceruice armatus/qui ex opu-
lentia rerum secularium inflati/quasi ex pinguedine vite p̄-
sentis contra creatorem se erigunt.
C — ¶ Tetendit enī aduersus deum manum suam: et contra
omnipotentē roboratus est. Cucurrit aduersus eum ere
cto collo: et pingui ceruice armat⁹ est. ∣ Hec de ipso iniq̄-
rum capite/scz antichristo/aperti⁹ sentiuntur/qui contra
deum manū erigens/roborari dicit: quia paruo in tempo
re permittitur exaltari: vt cū ad modicū gloriari sinitur/
eo in perpetuū atroci⁹ puniat. Sed q: eius membra sunt
omnes iniqui: hoc qd in fine mundi ille tunc singulariter
acturus est vir⁹: videamus modo qualiter a malis agat
singulis. Sūt nāq; nōnulli q̄ et si qua aliquādo agere cō-
tra omnipotentis dei iudiciū nituntur/ipsa impossibilitate
explēde sue voluntatis fracti/ad semetipsos respiciunt:
atq; ad eū quē cōtēnere voluerāt cōuertuntur: et q̄ discede
re lōge poterāt/si quod vellēt implere valuissent/ꝑ hoc ali-
quādo saluantur: q: qd nequiter voluerūt/īplere nequiue-
runt. Unde ad se reducti/cuius sint conditionis aspiciunt:
et plāgūt se contraria veritati voluisse. Et sunt nonnulli
qui hoc quod peruerse contra deū appetunt/iusto dei iu-
dicio/implere nequi⁹ ꝑmittuntur. Et cū eos malicia acce-
dit potētia roborat: tāto iam semetipsos in errore cogno
scere nequeūt/ quāto i reb⁹ affluentib⁹ extra se semp per
potentiā trahunt. De quorū nūc intentione dicitur. ∣ Te-
tendit enī aduersus deū manū suā: et contra oīpotentem
roborat⁹ est. ∣ Cōtra deū quippe manū tēdere/est in ope
ratiōe praua/despectis dei iudicijs/ꝑseuerare. Et quia
tunc magis irascitur de⁹ q̄ꝗ ꝑmittit impleri qd saltem cō
cipi in cogitatione non debuit: contra omnipotentem ini-
quus iste roboratur: q: ꝓsperari in mala sua actione per-
mittitur/quatenus et peruersa faciat/et tamen feliciter vi
uat. De quo adhuc subditur. ∣ Cucurrit aduersus eum
erecto collo. ∣ Erecto collo contra deū currere est/ea que
creatori displicent/cū audacia ꝑpetrare. De q̄ recte dici-
tur. Cucurrit/id est in malo opere obstaculū de aduersi-
tate nō habuit. De quo adhuc additur. Capitulum.xxij.

E T pingui ceruice armatus est. ∣ Pinguis cer-
uix est opulenta superbia/affluentibus videli-
cet reb⁹ quasi multis carnib⁹ fulta. Potēs igi-
tur iniquus pingui ceruice contra deū armat: q: reb⁹ tē-
poralib⁹ tumēs/cōtra ꝓcepta veritatis/quasi de magni-
tudine carnis erigit. Quid enī paupertas/nisi q̄dā macies:
et quid rerū abūdātia/nisi pinguedo est vite p̄ntis? Pin-
gui ergo ceruice se cōtra deū erigit/q̄ tēporaliū abūdan-
tiā in superbiam assumit. Habēt enī hoc potentes et iniqui
ꝓprium: vt fallacib⁹ diuitijs occupati/veras dei opes ne-
gligant: et quāto minus qd verū est inquirūt/tanto am-
pli⁹ falsis diuitijs extollant. Cura etenī multiplex terre-
narū rerū quia occupat/excecat. Unde adhuc apte subiun- — G
git. ∣ Operuit faciē ei⁹ crassitudo. ∣ Uisus quippe in facie
est/in qua et prima corporis honorabilior pars est. Non ergo
īmerito mētis intētio p facie designat: quā quolibet ver-
timus/illuc videm⁹. Faciem ergo crassitudo opit: q: deli-
ctatis terrenarū rerū abūdātia oculos mentis premit: et
hoc qd in eis esse honorabile debuit/ante dei oculos fe-
dat: q: curis multiplicibus aggrauat. Quib⁹ tamē nec so
lum sufficit vt ipsi superbiant: nisi et hi q̄ eis cōiuncti sunt/
de eorū pinguedine etiā ipsi glorient. Nā sunt nonnulli
q̄ patronis maiorib⁹ adiuti superbiūt: et de eorum potētia
contra inopes extolluntur. Unde et adhuc subditur. ∣ Et
de lateribus eius aruina dependet. ∣ Quia aruina pingue-
do carnis est/et latera dicere diuitū solem⁹ hos q̄s eis cō-
iunctos cernimus: aruina de ei⁹ laterib⁹ dependet: quia
q̄ꝗs potēti et iniquo adheret: ipse q̄ꝗ de ei⁹ potentia ve-
lut ex pinguedine rerū tumet: vt patroni pueri iniquita-
tem sequēs/deū nō timeat/q̄ valet et q̄tū valet paupes
affligat/de gl̄ia tpali cor eleuet. Cū ergo talis est q̄ iniq̄
potenti adheret/de ei⁹ ꝑfecto latere aruina depēdet. De
quibus adhuc subditur. Capitulum.xxiij.

H Abitabit in ciuitatib⁹ desolatis/et in domibus
desertis: q̄ in tumulos sunt redacte. ∣ Quia enī
a cōuersatione cōuiuentiū ciuitas appellat/ci-
uitates desolate sunt ipsi obsequentiū cunei peruersorū: — F
quorū clamoribus puersus iste laudat/cū ad praua ope
ꝑ nequitiā rapit. Unde scriptū est. Laudatur peccator i — Psal.x.
desiderio aīe sue: et q̄ inique agit/benedicit. Domus vero
deserte/sūt cogitationes praue: quas iniquus iste inhabi-
tat: quia per omne quod agit/iniquorū hominū placere
cogitationib⁹ appetit. Que ciuitates desolate/et domus
deserte recte nōiant: q: nisi omps de⁹ taliū cōuersatiōes
cogitatiōesq; ꝓcedentib⁹ eorū culpis relinqueret: ad gra-
uiora ꝑpetrāda minime ꝑuenirēt. Bene autē dicit. Que
in tumulos sunt redacte. Ruētia nāq; domorū atq; ciui-
tatū edificia tumulos faciūt: q: dū praui quiq; confusis
actionibus sibimetipsis ad peruersa opera iunguntur:
ostēdunt ꝓcul dubio q: de edificio vite ceciderūt. Sequi
tur. ∣ Non habitabitur/nec perseuerabit substantia eius:
nec mittet in terrā radicē suā. ∣ Qz hic non habitabitur
dictum est/in quibusdā codicibus reperi non ditabitur:
sed sensus nō discrepat: q: quis a sermo discordet. Ille enī
virtutib⁹ ditat/cuius mentē inhabitat omps deus. Sed
q: superbi cogitatio ab auctoris sui gratia non inhabitat:
ꝓfecto ꝑ hoc virtutib⁹ nō ditat. Propter h̄ ergo q̄ inte-
rius est vacuus: dicat/non inhabitabit: ꝓpter hoc ho q̄d
trāsitoriū foris tumet: recte subiungitur. Nec perseuera
bit substātia eius. Ac si aperte dicat. Hoc qd habere vide
tur exterius/trāsit: et illud qd trāsire nō poterat/interius
non habet. Unde et apte adiūgit. ∣ Nec mittet in terram
radicem suam. ∣ Qd si de hac terra dictum accipimus/ili-
quet procul dubio quia arbor que in terra radicem nō ha
bet/vel tenuissimis commota flatibus cadit. Et superbus
quisq; dū contra omnipotentem dominū roboratur/dū
currit erecto collo/et pingui ceruice contra auctorē eri-
gitur/stare quasi arbor videtur. Sed status eius sine ra-
dice est: q: velut ad leuē flatum/sic ad motum occulte sen

G · Ps. cxli.

tentie vita eius eruitur. Sin vero hoc loco terrã / eterne vite retributionẽ accipimus: de qua pphеta ait: Portio mea in terra viuentiũ: nequaquã iste i terram radicem suã non mittit: qꝛ nunq̃ ad eterne vite desiderium / cordis sui cogitationem plantat. Capitulum. xxiij.

Quod enim radix arbori / hoc vnicuiq̃ homini cogitatio sua est: quia in hoc quod exterius videtur / per illud tenet̃ quod exteri⁹ nõ videtur. Unde ꝛ per pphetã dicit̃. Mittet radicẽ deorsum / et faciet fructum sursum. Cũ eni cogitationẽ nostram ad cõpatiendũ indigenti / primo tendimus / q̃si radicẽ deorsum mittim⁹: vt retributionis fructũ sup̃ius faciam⁹. Seq̃t. [Non recedet de tenebris] Si superbus iste a culpa ad iustitiam redire voluisset: de tenebris recederet. Sꝫ quia lucem iustitie non querit / de tenebris non recedit. Cuius etiã exẽplo hi qui ei adherent / in terrenis pfectibus anhelant / auaritie facibus accendunt̃ / desideriorum carnaliũ ignibus vrũtur. Unde ꝛ subdit̃. [Ramos eius arefaciet flãma.] Si eni sibi quosdã eternam patriam querentes adiũgeret: ramos i se virides haberet. Sed quia ipsi quoq̃ qui ei piuncti sunt / terrenis desiderijs estuãt: dũ desideriorum flamma / clientũ eius animos accendit / sꝫ ramos ei⁹ arefacit: vt fructũ boni operis non ferant: qꝛ ad appetẽda infima p nequitiã anhelãt. Bene autẽ subdit̃: [Et auferet̃ spũ oris sui.] Supb⁹ etenim quisq̃ quo in hac vita pl⁹ valet / eo sibi lingue frena audacius relaxat: vt loquatur puersa q̃libet: nullũ de verbis suis metuat: istos cõtumelijs feriat: illos maledictionibus iaculetur. Nõnunq̃ vero in blasphemiã cõtra cõditorẽ rapitur: sicut de talib⁹ p psalmistã d̃r. Posuerũt in celũ os suũ: et lingua eorũ trãsiuit sup terrã. Unde et diues in igne posit⁹ / stillari sibi aquam ex digito lazari in linguã postulat. Qua ex re intelligit̃: qꝛ vbi ampli⁹ peccauerat / ibi atrocius ardebat. Recte ergo nũc dicitur. Et auferetur spiritu oris sui: quia eo percussionis sententiam accipit / quo oris sui spm̃ sub diuina formidine non restrinxit. Sequitur.

H · Ps. lxxij. · Luc. xvj.

¶ S. De elemosynas ex rapinis pauperũ / vel ex alijs malis operibus contractas non suscipiat deus. Et qui i his diuites sunt / nullo precio redimantur.

¶ Non credit frustra errore deceptus: q̃ aliquo precio redimẽdus sit.] Quotiẽs post culpam elemosynas facimus: quasi pro prauis actibus preciũ dam⁹. Unde ꝛ per pphetã de eo qui hec nõ agit / dicit̃. Nõ dabit deo propitiationẽ suã: nec preciũ redemptionis aie sue. Nõnunq̃ vero diuites elati / inferiores opprimũt: aliena rapiunt: ꝛ tñ quasi quedam alijs largiunt̃. ꝛ cũ multos deprimant: aliq̃n quibusdã opem defensionis ferunt: et pro iniquitatibus quas nunq̃ deserũt / dare preciũ videñt. Sed tunc elemosyne preciũ nos a culpis liberat / cũ pperata plangim⁹ ꝛ abdicam⁹. Nã qui ꝛ semp peccare vult / ꝛ q̃si semp elemosynam largiri / frustra pcium tribuit: quia nõ redimit animã quam a vitijs non cõpescit. Unde et nũc dicit̃. Non credit frustra errore deceptus q̃ aliquo pcio redimendus sit. Quia elemosyna supbi diuitis cum redimere non valet: quã pperata simul rapina pauperis ãte dei oculos ascendere non permittit. Capitulum. xxv.

Ps. xlviij. · I

Quod fortasse itelligi aliter potest: quia sepe superbi diuites cũ elemosynã tribuunt / nõ hãc pro eterne vite desiderio / sed pro extendenda vita tẽporali largiunt̃: mortẽ se posse differre donatiõib⁹ credũt. Sed non credat frustra errore deceptus / q̃ aliq̃ pcio redimẽdus sit: qꝛ obtinere ex impenso munere non valet / vt finẽ debitũ euadat: cuius etiã nequitia interceditvitam. Unde et subditur. [Antẽq̃ dies eius impleãtur / pibit: ꝛ manus eius arescet.] Prefixi dies singulis ab interna dei pscientia nec augeri pñt / nec minui: nisi cõtingat vt ita pscitãtur: vt aut cũ optimis operibus longiores sint: aut cũ pessimis breuiores: sicut ezechias augmẽtum dierum meruit impensione lachrymarũ: et sicut de peruersis scriptũ est. Indisciplinatis obuiat mors. Sed sepe iniqu⁹ q̃uis in occulta dei prescientia longa vite ei⁹ tpa non sint predestinata: ipse tñ quia carnaliter viuere appetit / longos animo dies proponit. Et qꝛ ad illud tẽpus puenire non valet qđ expectat: q̃si anteq̃ dies illius impleant̃ perit. Qđ tñ intelligere et aliter possum⁹. Plerũq̃ eni quosdam cernim⁹ et puerse agere / et vsq̃ ad senectutẽ vltimã puenire. Quõ eni dicitur: Anteq̃ dies eius impleant̃ / peribit: cũ in quibusdã sepe videamus qꝛ etate

Prefixi dies singulis ab interna dei prescientia nec augeri pñt nec minui et cetera.

K

longa iam membris deficiunt: ꝛ tamen prauitatẽ suã eorũ desideria exequi non desistunt: Sunt nãq̃ nonnulli qui post vitam perditam / ad semetipsos redeũt: et accusante se conscientia / puersa itinera relinquũt: cõmutant opera: antique sue prauitati contradicũt: terrenas actiones fugiunt: desideria supna sectant̃. sed priusq̃ in eisdem sanctis desiderijs solidẽtur / p tp̃ore mentis ad ea q̃ diiudicare ceperãt / redeunt: atq̃ ad mala q̃ fugere disposuerãt / recurrũt. Quia eni sepe cõtingit vt pro vtilitate multorũ / etiã sancti viri exteriorib⁹ actibus seruiãt: et pplorũ gubernationibus occupent̃: hoc infirmi aspicientes / et p vetustam adhuc superbiam querentes imitari / exteriorib⁹ se actionib⁹ inserũt: sꝫ quãto ad eas nõ eruditi spiritalib⁹ veniũt / tãto eas carnaliter exequũtur. Nisi eĩ pri⁹ cor longo studio ꝛ diutina conuersatione i desiderijs celestibus cõualescat / cũ ad exteriora agenda refunditur / a bonitatis boni operis eradicatur. Unde recte q̃q̃ de hoc iniquo dicitur. [Anteq̃ dies eius impleantur / peribit.] Qꝛ et si q̃d boni fortasse cepit agere / priusq̃ in eo p longitudinem temporis conualescat / ad exteriora relabitur: et peruerse deserit / que recte inchoasse videbat̃. Ubi ꝛ apte subdit̃. [Et manus eius arescet.] Quia dum exteriorib⁹ actib⁹ intẽpestiue inuoluit̃ / ab oĩ nimirũ bona operatione siccatur. Unde adhuc bene subditur.

¶ S. De hypocrite ideo aridi et infecũdi sint in conspectu dei: quia corã hoĩb⁹ opera sua congregant.

¶ Ledetur quasi vinea in primo flore botrus ei⁹: ꝛ quasi oliua proijciens florem suum. Cõgregatio eni hypocrite sterilis.] Notandũ q̃ sic de hoc iniquo generaliter loquitur: vt tamen diuin⁹ sermo ad specialẽ eius nequitiam deriuetur. Qui eni dicens: Ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius: et quasi oliua pijciens florem suũ: protinus subdit: Congregatio eni hypocrite sterilis: patenter indicat / qꝛ in hoc iniquo reprobationis sententiam cõtra eius hypocrisim ferat. Capitulum. xxvj.

L

Sed nũc pensandũ nobis est / qualiter hypocrita sicut vinea i primo flore / vel sicut oliua florẽ proijciens ledatur. Si florentẽ vineam p inequalitatem aeris immoderatum frigus attigerit / protin⁹ ab oĩ humore viriditatis arefacit. Et sunt nonnulli qui post peruersa itinera / sanctas vias sectari appetũt: sed priusq̃ in eis / vt diximus / desideria bona roborẽtur: quedã illos pstantis seculi prosperitas accipit: q̃ eos rebus exteriorib⁹ implicat: et eorũ menti dũ a calore intimi amoris retrahit / quasi ex frigore extinguit: ꝛ quicqd i eis de virtutũ flore apparere videbatur / interficit. In terrenis quippe actib⁹ valde frigescit anim⁹ / si necdum fuerit per intima bona solidatus. Unde necesse est vt loca maiora vel exteriora opera q̃ humanis sunt necessitatib⁹ profutura / illi exercenda suscipiant: q̃ hec diiudicare atq̃ sub semetipsis pmere ex virtute intima nouerũt. Nam cum infirmus quisq̃ vel ad locum regiminis / vel ad exteriora agenda trahitur: quo quasi extra se ducit̃ / eradicatur: qꝛ et arbor q̃ radicem alte prius non mittit / citius ventorum impetu sternitur. Sic ad altum vertice extollit: eo citius ad ima corruit / quo altius in aere sine radicibus excreuit. Nõnunq̃ ꝙ florentẽ vineã nõ frigus / sꝫ estus arefacit. Cũq̃ immoderato calore tãgit̃ / discusso flore botrus tabescit. Et plerũq̃ contingit / vt hi qui ad bona opera recta intentione non veniunt / cum placere se hominibus vidẽt: ad exercenda hec eadẽ opera vehementius accendantur: humanis placitura oculis agere anxie studeãt: et quasi i sancto studio feruescit. Quid itaq̃ istos / nisi i flore est⁹ contigit / quos humane laudis appetitio a fructu alienos fecit. Unde et bene subdit̃. Et q̃si oliua pijciens florem suum. Oliua quippe cum in flore est / si immoderata nebula tangitur / a plenitudine fructuũ vacuat̃. Et quotiens inchoantes quiq̃ bona opera / laudari ab aspicientibus ceperint / atq̃ in suis laudibus delectari / fit caligo intelligentie in cogitatione: vt iam discernere nequeant qua intẽtione quid faciãt: et fructũ perdãt operis / velut ex nebula fauoris. Unde bene per Salomonẽ d̃r. Mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea / si flores fructus parturiunt. Florent quippe vinee / cum mentes fidelium bona opera pponũt. Sed fructus nõ pariunt / si ab eo quod pposuerint / aliquib⁹ victi errorib⁹ infirmantur. Capitulum. xxvij.

M · Cant. vij.

Nõ ergo intuendum est si vinee floreant / sed

B si flores ad partũ fructuũ conualescant: quia mirum non est si quis bona inchoat: sed valde mirabile est / si intentione recta in bono opere perdurat. Unde fit plerũqȝ vt si in bono opere rectam intentionem non tenet / etiam ipm hoc opus quod bonum credit / amittat. Nã quosdã sepe vidimus terrena q̃ possidebant reliquisse: et nil iam transitoriũ q̃rere: nullis pro hac vita iurgijs inmisceri. Cũ itaqȝ hoc in se fidelis anima ostendit: quasi oliua florem protulit. Sed cum quidã ex talibus rursus ceperint inde gloriã quã contempserant querere / et terrenis rebus quas spreuisse videbantur insatiabiliter inhiare / vacare iurgijs / primorũ lesiones exquirere: nimirũ proiecit oliua florem quẽ proposuit: quia rudimenta boni studij ad perfecta opera nõ perduxit. Sed sciendum est / quia hec semper eis eueniũt / qui deum puro ac simplici studio non sequuntur. Unde recte subditur. [Congregatio enim hypocrite sterilis. Cepta enim bona non amitteret / si hypocritis non fuisset. Congregãt vero et hypocrite bona opera: sed eorum sterilis est ipsa congregatio: quia per hoc quod agũt / fructũ recipere et eternam retributionem non appetũt. Fecundi ac virides in suis operibus humanis oculis videntur: sed in conspectu occulti iudicis / infecundi et aridi apparent. Sepe vero estu auaritie accensi / eo maiora de se opera humanis oculis ostendunt / quo ampliora sibi ab hominibus offerri munera expectant. Unde adhuc subditur.

¶ S Quid sit munꝰ ab ore et a manu percipere.

B ¶ Et ignis deuorabit tabernacula eorũ / q̃ munera libenter accipiũt.] Sicut enĩ corpus in tabernaculo / sic mens habitat in cogitatione. Sz ignis tabernacula deuorat / cum estus auaritie / cogitationes deuastat. Et fit plerũqȝ vt hypocrita aurũ vel queqȝ bona corporalia ab hominibus accipere contemnat: sed qȝ hec non accipit / maiores ab eis recipere laudes q̃rit: et fortassis enim munus se accepisse non estimat: qȝ bona corporalia recipere recusat. Unde sciendum est: qȝ aliquis munus a manu / aliquis vero ab ore porrigitur. Nam qui nũmum tribuit / munus ex manu dedit. Qui autem verbum laudis impendit: munus ab ore protulit. Hypocrita itaqȝ et si exteriora bona q̃ terrene sunt tam necessitati congruunt / accipere recusat: plus est quod sibi retribui appetit: cũ vltra meritũ laudari desiderans / munus ab ore querit. Et quia in ipso laudis appetitu nimio cor ardore succendit / dicatur recte. Et ignis deuorabit tabernacula eorum: qui munera libenter accipiunt.

Si in vero eorũ tabernacula / Caꝑm. xxviij. corpora debemus accipere / in quibus illorum anime habitant: ignis eorum tabernacula deuorat: qȝ qui hic in mente ardẽt igne auaritie / illic etiam in carne cocremant ignibꝰ gehẽne. Et qȝ mẽs hypocrite nunquã vacat a malitie cogitationi: nã siue terrena queqȝ seu laudem appetat / hec alijs inuidet que sibi tribui anhelat / tanto ceteros ostendere peruersos molitur / q̃nto videri sanctior oĩbus appetit: vt ex eo q̄ alij despicabiles fiunt / ipse reuerentior semper appareat. Unde fit vt de opinione proximi ante humana iudicia / lingue sue laqueos pretendat: vt eorum quibus placere appetit / solꝰ estimationẽ capiat. Unde et sequitur. [Cõcepit dolorem / et peperit iniquitatem: et vterus eius p̃parat dolos] Dolorem quippe concipit / cum peruersa cogitat. Iniquitatem parit: cũ explere ceperit qd̃ cogitauit. Inuidendo dolorẽ concipit: derogãdo iniq̃tatẽ parit. Grauis quippe ẽ iniquitas: q̄n is q̃ peruersus est / ostẽdere alios peruersos molitur: vt inde ipse quasi sanctus appareat: qȝ alios sanctos nõ esse docuerit. Sciẽdũ vero qȝ in sacro eloquio ventris

C

Puer. xx. vel vteri noĩe mẽs solet intelligi. Hinc est enĩ qd̃ per Salomonem dicit. Lucerna dñi spiraculum hoĩs: q̃ inuestigat omnia secreta ventris. Lux enĩ gratie que desup venit / spiraculũ hominis p̃stat ad vitã. Que videlicet lux oĩa secreta ventris inuestigare dicit: qȝ occulta mẽtis penetrat / vt eã q̃ de seipsa latebat animã / ante eiꝰ oculos flenda reducat. Hinc Hieremias ait: Uentrẽ meum vẽtrem

Hiere. iiij. meũ doleo. Qui vt ventrẽ suũ qd̃ dixisset ostenderet: adiũxit. Sensus cordis mei turbati sunt. Uteri itaqȝ noĩe / recte mens accipit: qȝ sicut ꝓles in vtero concipit / sic cogitatio in mente generat: et sicut in ventre cibi / ita cõtinetur in mente cogitationes. Uterus itaqȝ hypocrite p̃parat dolos: quia tanto semper maiorẽ malitiam contra proximos in mente concipit / q̃nto solus pre omnibus videri innocentior querit. Hec idcirco eliphas protulit: qȝ btm̃

D iob tãto percussum videre / ꝓpter hypocrisim putauit. Sed eius verba et si multis congruunt: ab ipso solo aliena sũt / pro quo solo dicebant: qȝ sanctus vir nihil in suis actibꝰ duplicitatis habuit: quem testis veritas de cordis simplicitate laudauit.

¶ Finit liber duodecimus moraliũ sancti Gregorij.

¶ Liber decimustertius Moraliũ scti Gregorij: exponens moraliter duo capitula textꝰ beati Job: scilicet decimumsextum et decimumseptimum. Capitulum primum.

Esse hoc peruersorum propriũ solet: qȝ sua mala per contrariũ bonis ingerant / pensu sqȝ de eis ipsi veraciter accusent: et dũ metuũt increpari de his que faciũt / aduersãtes suis prauitatibus iustos hec facere testant. Sancti autẽ viri patienter audiunt etiã que se nũqȝ fecisse meminerũt: quis ea mala q̃ sibi ingeri cõspiciũt / ab ipsis suis criminatoribus nouerint ꝑpetrata: et cũ eos predicando corrigere non possunt / patiendo tolerant: quatenus si fructũ conuersionis eorũ cõsequi nõ valent: et ipsis tñ p̃miũ longanimitatis acquirant. Unde et sancta ecclesia Dauid prophete vocibus dicit. Supra dorsum meũ fabricauerũt peccatores. quia videlicet dum hereticos vel quoslibet reprobos quos corrigere non valet tolerat / facta peccantiũ supra dorsum portat. Beatus itaqȝ Iob videns eliphas amicum suum multa contra se de hypocrisi cõquerentem: qui ex consolationis studio ad amaritudinẽ increpationis eruperat: et simulatus cõsolator apparebat: per patientiã suã typum seruat ecclie: q̃ nouit talia audiendo tolerare: et cum eius sermo admittitur / ratiocinando destruere: et dicit.

De patientia sctõꝝ.

E

Ps. cxxviij

¶ Sequitur Capitulum decimũsextũ textus beati Job.

Respondens aũt Iob dixit: Audiui frequẽter talia. Cõsolatores onerosi oẽs vos estis. Nunquid habebũt finẽ verba ventosa: aut aliquid tibi molestũ est si loquaris? Poteram et ego similia vestri loqui. Atqȝ vtinã esset anima vestra pro aia mea. Cõsolarer et ego vos sermonibꝰ: et mouerẽ caput meũ sup vos. Roborarẽ vos ore meo / et mouerẽ labia mea / quasi parcẽs vobis. Sed quid agã? Si locutus fuero: nõ quiescet dolor meus: et si tacuero / non recedet a me. Nunc autem oppressit me dolor meus: et in nihilum redacti sunt oẽs artus mei. Ruge mee testimoniũ dicunt cõtra me: et suscitatur falsiloquus aduersus faciẽ meã / contradicẽs mihi. Collegit furorẽ suũ in me: et comminans mihi / infremuit cõtra me dentibus suis. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua: et exprobrãtes percusserunt maxillã meã: satiati sunt penis meis. Cõclusit me deus apud iniquũ: et manibꝰ impiorũ me tradidit. Ego ille quondã opulẽtus / repente cõtritus sum. Tenuit ceruicẽ meã: cõfregit me / et posuit me sibi quasi in signũ. Circũdedit me lanceis suis: cõuulnerauit lũbos meos. Non pepercit: et effudit in terrã viscera mea. Concidit me vulnere super vulnus: irruit in me quasi gigas. Saccũ consui super cutẽ meã: et operui cinere carnẽ meam. Facies mea intumuit a fletu: et palpebre mee caligauerũt. Hec

F

G passus sum absq; iniquitate manus mee: cum haberē mundas ad deū preces. Terra ne operias sanguinē meū: neq; inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce enī in celo testis meus: & conscius meus in excelsis. Verbosi amici mei. Ad deū stillat oculus me⁹. Atq; vtinā sic iudicaretur vir cū deo: quō iudicatur fili⁹ hoīs cū collega suo. Ecce enī breues anni transeunt: et semitā per quā non reuertar/ambulo.

¶ Audiui frequēter talia.] Electi quippe frequēter aliena mala quasi sua audiūt: & ab his eis crimen impingit/ a quibus crimina impincta perpetrant. Hac autē respōsione beatus Job illud ecclesie tempus significat: q̄ oppressa ab aduersarijs/temporali eorū potētia quasi delecta credit. Unde sequitur. [Consolatores onerosi omnes vos estis.] Siue eī heretici seu praui quilibet/cum laborare bonos in aduersitate conspiciunt: in eorū illos consolari appetūt/mala eis persuadere conant. Unde nō immerito bonorū mentibus onerosa fit eorū consolatio: q inter verba dulcedinis/virus propinare cupiūt erroris: et dum dictis lenib⁹ dolores quasi leuigant: peccati on⁹ imponere festinant. Sed electi viri etiā cū temporali gloria priuant: interni vigorē iudicij nō amittunt. Nā & sciūt & foris aduersa ppeti: et tamen interius infracti/recta sine pauore defendere. Unde subiūgitur. [Nūquid habebunt finē verba ventosa?] Uentosa eīn verba sunt que inflationi tēporali poti⁹ q̄ rectitudini seruiunt. Sepe autē mali etiā bona dicūt: sed q bene nō dicūt: ventosa verba pferunt. Nā dicta eorū & si quando sana sunt p sententiā/ inflata tamē sunt per elationem. Capitulum.ij.

In hoc vero quod dictū est: Cōsolatores onerosi omnes vos estis: quid aliud beati Job magisterio docemur/nisi vt quisq; perpendere sollicite sciat/ne luctus tempore/verba increpationis īferat? Si eīn sunt quedam que increpari iure debeant/in afflictione postponēda sunt: ne cōsolator increpādo dolorem augeat/quem lenire pposuerat. Sequit. [Aut aliqd tibi molestū est si loquaris?] Mali viri cum alijs sibi similib⁹ cōuitiosa verba proferūt: eo citius obmutescunt: quo de se talia mox audiūt/qualia suis auditoribus dicūt. Cum autem bonos viros per conuitiosa verba iaculantur/nil eis molestie ex cōuitio nascit: quia cōtra tacentes loquuntur. nec cōpelluntur audire qō sunt: q iusti conuitia nō reddunt/etiā dū coguntur audire qō non sunt. Bene ergo dicit. Aut aliqd tibi molestū est si loquaris? Ac si et apte diceret: Eo pl⁹ loqueris/ quo a me molestū aliqd de tua actione non audio. Unde et subditur.

¶ S. Q̄ pro qualitate personarum temperāda sit correctio doctorum.

¶ Poteram et ego similia vestri loqui.] Narrat iustus quid facere potuit: sed ne iustitiam deserat/quod facere potuit/declinat. Sequitur. [Atq; vtinam esset anima vestra pro aīa mea: cōsolarer & ego vos sermonibus: et mouerē caput meū sup vos. Roborarē vos ore meo: et mouerem labia mea/quasi parcens vobis.] Aliqñ necesse est vt prauis mētibus q̄ humana pdicatione corrigi nequeunt: diuina flagella optari benigne debeant. Q̄d cū magno fit amoris studio: videlicet non errantis pena/sed correptio queritur: et oratio potius q̄ maledictio esse monstratur. In his autē verbis hoc beatus Iob monstratur intendere: vt amici qui dolori illius p charitatē compati nesciebant: ab experimento discerent/aliene afflictioni qualiter misereri debuissent: atq; edomiti dolorib⁹/a sua passione traherēt/cōsolationē alijs q̄liter inferrent: et tūc salubri⁹ intrinsec⁹ viuerēt: cū aliqd extrinsec⁹ de infirmitate sentirent. Notandum q non ait: Utinā esset aīa mea p aīa vestra: sed vtinā eēt aīa vestra p aīa mea: qr pfecto sibi malediceret: si se illis fieri similē optaret. Illis vero meliora voluit/quos sibi fieri similes quesiuit. Cōsolamur vero prauos in flagello constitutos: cū de exteriore percussione interiorem in eis conualescere salutē indicamus.

Caput etiā mouemus: cū mentē (que principale nostrū est) ad cōpassionem inflectimus. Eosq; inter flagella roboramus/cū doloris eorū vim verbis mitibus lenimus. Sunt nāq; non- Capitulū.iij.

K nulli qui dū interna nesciūt: de malis exterioribus desperabiliter affligūtur. de quib⁹ per psalmistam dicitur. In miserijs non subsistent. Ille etenī bene nouit in exterioribus miserijs subsistere: qui scit semper de spe īternia gaudere. Q̄ vero non ait parcens: sed quasi parcens / vobis nequaq; hoc negligēter ptereundū puto: q sancta ecclesia discipline vigorē cū pmixtione māsuetudinis fuās/aliquando malis et quasi parcens non parcit: aliquando vero & quasi non parcens parcit. Quod melius ostendim⁹/ si ipsa que plerūq; accidunt/proferamus. Ponam⁹ itaq; ante oculos mentis duos prauos intra sanctam ecclesiā esse constitutos: quorū sit vnus potens et proteruus: alter mitis et subditus. Si quā mitis et subdito culpa surripuerit: hanc protinus increpando predicator insequitur & corripit: eūq; corripiendo a culpa liberat: atq; ad viam rectitudinis reformat. Quid itaq; huic nisi non parcens pepercit? quia dum correptionis verbum non distulit/citius hunc a culpa liberauit. Libere enī arguens non pepercit: sed in eo q correxit/pepcit. At contra potens et proteruus cum aliquid perpetrasse cognoscitur: temp⁹ queritur vt de malo quod fecit increpetur. Nisi enim predicator sustineat quando proferre congrue correptionem possit: auget in eo malum quod insequitur. Sepe enī contingit vt talis sit/ q̄ nulla increpationis verba suscipiat. Quid itaq; in huius culpa predicatori agendum est: nisi vt in sermone admonitionis quē p cōmuni salute omniū auditorum facit: tales culpas ad medium deducat: quales eū perpetrasse considerat: qui et presto est/et de se solo adhuc argui non potest/ne deterior fiat? Et cum generaliter contra culpam inuectio intēditur: correptionis verbum libenter ad mentem ducit: q potens prauus ignorat q sibi hoc specialiter dicat. Quid itaq; iste predicator suus nisi parcens minime pepercit? cui et specialiter correptionis verba nō intulit: et tamē vulnus illius sub communi admonitione percussit. Unde fit plerūq; vt eo vehementius ppetratā culpā lugeat: quo reatū suū et cū se pcussum sentiat/nesciri putat. Capitulum.iiij.

Magna itaq; predicationis arte agendum est: vt qui ex aperta correptione deteriores fiunt quodā tēperamēto correptionis ad salutem redeant. Unde etiā Paulus dicit. Que putamus ignobiliora mēbra esse corporis/his honorē abūdantiorē circūdamus: et que inhonesta nostra abundantiorem honestatem habēt: honesta autē nostra nulli⁹ egent. Sicut enim inhonesta mēbra in corpore: ita quidā sunt intra sanctā ecclesiam potētes et proterui. Qui dum aperta inuectione feriri nequeūt: quasi honore tegminis velant. Sed hec de occultis potentū delictis loquimur. Nam quando et alijs cognoscentibus peccant: alijs etiā cognoscentibus increpandi sunt: ne si predicator tacet/culpam approbasse videat: atq; hec crescens in exēplū veniat/quā pastoralis lingua non secat. Sancta ergo ecclesia cū p predicatores suos quedam facta malorum sub dispensatione inuectionis increpat: labia quasi parcēs mouet/sed tamē parcendo non parcit: quia ab inuectione culpe generaliter non tacet/quam specialiter tacet. Sequit. [Sed qd agā? Si locutus fuero/non quiescet dolor meus: & si tacuero/ non recedet a me.] Hoc psone beati Iob qualiter cōgruat/ nullus ignorat. Sz si ad sancte ecclesie typū trahat: hec et cum loquit/dolor minime quiescit: quando locutione sua peruersos minime corrigi conspicit. Et cū tacet / dolor minime recedit: quia etiā aduersa conticuerit/hocq; amplius quod tacet gemit: q se tacēte/peruersorum culpas excrescere conspicit. Sequitur.

¶ S. Quanta aduersitatum tempore a falsis et fictis fratribus patiantur electi.

¶ Nunc autem oppressit me dolor meus: et in nihilū redacti sunt oēs art⁹ mei.] Dolore suo sancta ecclesia premitur: quādo in malitia sua crescere peruersos mouetur. Et q dū praui crescūt: etiā infirmi q̄ i ea sunt/ad sequendastudia prauitatis irritantur: recte addit. Et ad nihilum redacti sunt omnes artus mei. Sicut enim per ossa/ fortes: sic p artus/infirmi quiq; designari solent. Membra ergo ecclesie ad nihilū rediguntur: qñ ex imitatione prauorū in hoc mūdo crescentiū/ infirmi quiq; deterius infirmant. Uidētes etenī felicitatē malorū / sepe ab ipso fidei statu dilabuntur: bona temporalia appetunt: velud in nihilum rediguntur: q dum menētē dei clementiā de

Ps. cxxxix.

L

Ars corrigendi proteruos. j.Cor.xij.

M

H

I

B servant: diligentes tristitia/ quam ad non esse tendunt. Unde adhuc dicitur: Nunc autem oppressit me dolor meus: quia videlicet tempus doloris ecclesie modo est: et tempus gaudii postmodum sequetur. Sepe vero contingit ut sancta ecclesia non solum infideles atque extra positos adversarios toleret: sed eorum quoque insidias atque adversitatem vite ferat quos intus habet. Unde beati viri voce apte mox subditur: [Et ruge mee testimonium dicunt contra me.] Capitulum .v.

Quid per rugas/ nisi duplicitas designatur? Ruge itaque sunt sancte ecclesie/ omnes qui in ea dupliciter vivunt: qui fidem vocibus clamant/ operibus denegant. Hi nimirum pacis tempore quia huius mundi potestatibus eandem fidem honori esse conspiciunt/ fideles se esse mentiuntur. Sed cum sanctam ecclesiam subite adversitatis procella turbaverit: illico ostendunt quod in perfida mente moliuntur. Has autem rugas in electis suis sancta ecclesia non habet: quia videlicet nesciunt aliud de se foris ostendere/ et intus aliud habere. Unde recte egregius predicator dicit. Ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam. Maculam quippe aut rugam non habet/ que et turpitudine operis/ et duplicitate sermonis caret. Sed quia nunc intra sinum fidei multos etiam reprobos tenet: cum tempus persecutionis exarserit/ ipsos hostes patitur/ quos predicationis verbis alere ante videbat. Dicat ergo. Ruge mee testimonium dicunt contra me. i. ipsi me insequendo increpant, qui nunc in meo corpore positi / duplicitatis sue in se malitiam non emendant. Unde bene adhuc subdit: [Et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam/ contradicens mihi.] Etiam pacis sue tempore sancta ecclesia falsiloquum patitur: dum sunt in ea multi qui de eternitatis promissione diffidunt: et tamen se fideles esse mentiuntur. Qui dum predicationi eius aperte contradicere non presumunt: falsiloquum non contra faciem, sed quasi post dorsum patitur. Sed cum malitie tempus eruperit: is qui nunc metuens derogat/ ad contradicendum ante faciem venit: quia verbis vere fidei/ apertis vocibus obsistit. Sciendum vero est: quia cum hec a carnalibus patimur: ab his tamen ipsi sunt qui in nostra morte seviunt/ quam maligno spiritus/ quorum mentibus principatur: sicut per paulum dicitur. Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem: sed adversus principes et potestates: adversus mundi rectores tenebrarum harum. Unde cum hic quoque de falsiloquo loqueretur: apte mox ad describendum eius falsiloqui principem verba convertit/ dicens. [Collegit furorem suum in me: et comminans mihi/ infremuit contra me dentibus suis. hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.] Quid aliud omnes iniqui quam membra sunt diaboli? Ipse itaque per eos agit quicquid in eorum cordibus ut agere debeant immittit.

Non tamen in nos seviunt pueri quam ipse malignus. Ephe. vi.

¶ S. Sed sicut pauperes spiritu et simplices ad predicandum christus elegit: ita astutos et duplices antichristus ad falsitatis predicationem assumet. Capitulum .vi.

Habet autem etiam nunc diabolus contra sanctam ecclesiam furorem: sed sparsus eius furor est: quia occultas temptationes per singulos movet. C Cum vero contra eam in aperta persecutione prorupit/ furorem suum in eam colligit: quia in afflictione illius tota se intentione constringit. Membra autem eius hoc pacis tempore idcirco contra electos collectum furorem non habent: quia malitiam suam minus se sentiunt posse implere quam volunt. Cum vero sibi suppetere licentiam pravitatis aspexerint: tanto hanc audacius feriunt: quanto et contra illam ex unanimitate glomerantur. Recte itaque nunc dicitur. Collegit furorem suum in me. Cuius adhuc furor ut latius exponatur/ dicitur. Et comminans mihi infremuit contra me dentibus suis. De quo et subditur [Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.] Ille quippe antiquus hostis ecclesie contra hanc dentibus fremit: eamque terribilibus oculis intuetur: quia per alios crudelia exercet: et per alios que exerceant providet. Dentes namque huius hostis sunt bonorum persecutores atque carnifices: quia eius membra laniant/ dum electos illius suis persecutionibus affligunt. Oculi vero huius hostis sunt hi qui contra eam provident mala que faciant: suisque consiliis persecutorum eius crudelitatem inflammant. Antiquus ergo eius adversarius fremit contra eam dentibus suis: dum per crudeles reprobos in ea insequitur vitam bonorum. Intuetur hanc terribilibus oculis: quia pravorum consiliis non cessat mala exquirere in quibus hanc semper deterius affligat. Nam sicut incarnata veritas in predicatione sua pauperes idiotas et simplices elegit: sic e contrario damnatus ille homo quem in fine mundi apostata angelus assumit: ad predicandam falsitatem suam astutos ac duplices atque huius mundi scientiam habentes electurus est. Unde et per esaiam dicitur. Capitulum .vii.

D Antichristus scilicet. Esa. xviii.

Ve terre cymbalo alarum que est trans flumina ethiopie: que mittit in mari legatos et in vasis papyri super aquas. Terra quippe cui ve dicitur ille principaliter homo damnatus est/ qui alarum cymbalum vocatur: quia hi qui per superbiam in altitudinem cogitationis evolant: eundem perversum hominem predicando sonant. Que scilicet terra recte trans flumina ethiopie esse perhibetur. Ethiopia etenim nigrum populum mittit: et omnem hominem mundus iste quia peccatorem profert/ quasi nigrum ethiopia populum parit. Sed terra cui ve dicitur: trans flumina ethiopie esse perhibetur: quia damnatus ille homo tanta immanitate iniquus est/ ut olim peccantium peccata transcendat. Qui mittit in mare legatos: quia predicatores suos in seculum spargit. De quibus recte subditur qualiter mittentur/ cum dicitur In vasis papyri super aquas. Ex papyro quippe charta fit. Quid itaque per papyrum/ nisi secularis scientia designatur? Vasa ergo papyri sunt corda doctorum secularium. In vasis igitur papyri super aquas legatos mittere / est predicatores suos in sapientia carnalium sensibus ponere: et defluentes ad culpam populos vocare. Qui ergo illic per vasa papyri: ipsi hic quia carnaliter vident / per oculos designantur. De quibus et adhuc subditur. [Aperuerunt super me ora sua exprobrantes.] E Ora sua reprobi exprobrantes aperiunt: cum et erroris sui mala predicare non metuunt: et predicamenta recte fidei irrident. De quibus sciendum est: quia illos precipue in sancta ecclesia persequuntur: quos multis conspiciunt esse profuturos. qui vitam carnalium verbo correptionis conterunt: eosque in ecclesie corpore spiritaliter vertunt. Unde et subditur.

¶ S. Qui christi maxillam percutit / qui veritatis persequitur predicatores: et doctrine euangelice contradicit: et de variis pressuris ecclesie.

¶ [Percusserunt maxillam meam: satiati sunt penis meis.] Maxilla quippe ecclesie sancti predicatores sunt: sicut sub iudee specie per hieremiam dicitur. Plorans ploravit in nocte/ et lachryme eius in maxillis eius: quia in adversitate ecclesie illi amplius plangunt: qui vitam carnalium constringere predicando noverunt. Per ipsos quippe sancta ecclesia hunc a vitiis percutit: et quasi glutiens in sua membra convertit. Unde ipsi quoque primo predicatori velut maxille ecclesie dicitur: Occide et manduca. Capitulum .viii.

Threni .i.

Hinc est etiam quod sanson maxillam asini tenuit/ et hostes peremit: quia redemptor noster simplicitatem atque patientiam predicantium/ sue manu virtutis tenens/ a vitiis suis carnales interficit. Et maxilla in terram proiecta postmodum aquas fudit: quia data morti predicatorum corpora/ magna populis monstravere miracula. Maxillam ergo ecclesie perversi feriunt/ cum bonos predicatores insequuntur. F Et quia tunc reprobi grande se aliquid fecisse estimant/ cum vitam predicatorum necant; post percussionem maxille apte subiungitur. [Satiati sunt penis meis.] Illa quippe eos pena satiat: que mentem ecclesie precipue castigat. Sequitur [Conclusit me deus apud iniquum: et manibus impiorum me tradidit.] Electorum populus apud iniquum concluditur: cum eius caro antiqui hostis persecutionibus temporaliter datur. Qui non spiritu sed manibus impiorum traditur: quia quo hunc in mente capere nequeunt / eo contra carnem illius crudelius inardescunt. Sed sanctus ecclesie populus cum adversa perpeti graviter cepit: et infirmos suos perspexerit ad deteriora delabi: pacis sue tempora ad mentem revocat/ quando fideles suos predicationis sue opulentia pascebat. Unde apte subiungitur [Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum.] In eo quod se repente contritum asseruit: infirmorum mentem improvidam designavit. Qui dum mala que ventura sunt providere nesciunt: tanto eis graviora fiunt/ quanto ea inopinata tolerant. Firmis autem mentibus repente adversa non veniunt: quia priusquam veniant/ previdentur. Dum tamen nunc quoque sancta ecclesia in quibusdam retro labentibus perit: quod post doctrine opulentiam/ subitis aliquando vitiis conteruntur: et sicut quibusdam malis corruunt: ac si verbi pabulum numquam habuissent. Sequitur. [Tenuit cervicem meam: confregit me: et posuit sibi quasi in signum.] Sicut in malis cervix superbiam: sic in bonis libertatis erectionem signat. Unde nonnumquam ipsa quoque superbia pro erectionis auctoritate ponitur: sicut per prophetam dicitur sancte ecclesie pol-

Judicum xv.

G Esa. lx. — licens dicit. Ponā te in superbiam seculorū. Et quia persecutionis tempore infirmi quidā vera que sentiūt / predicare libere non presumunt: recte de hoc hoste dicitur. Tenuit ceruicem meam: confregit me. Capitulum .ix.

Hoc ergo autē hic ceruicis appellatione signati sunt / qui pacis eius tempore plusq̄ decet eriguntur: et sub occasiōe defendēde rectitudinis / vitio deseruiunt elationis. Qui persecutionis tempore idcirco aduersa plus sentiūt: q2 de prosperis extollunt. De quibus bene dicit. Tenuit ceruicē meā / cōfregit me. Id ē / elationē quā in infirmis habuit / districtiōe sue persecutiōis inclinauit. Et posuit sibi quasi in signū. Constat nimirū quia idcirco signum ponitur / vt sagittarum emissione feriat. Fidelis itaq3 populus in signū hosti suo est positus: quia eū semp suis ictib9 impetit: eūq3 suis persecutionibus affligit. Qui cum in hac vita assidue mala tolerat: velut in signū positus / ictus excipit ferientis. Unde et predicator egregius cū persecutionū mala toleraret: atq3 sub persecutione aduersariorum gemeret: tenerā discipulorum mētem

j. Thes. iij. — de suis afflictionib9 consolans ait. Ipsi enim scitis q2 in hoc positi sumus. Ac si clare aperte dicat. Quid in hoc tempore vulnera nostra miramini: qui si eterna gaudia querimus / huc ad hoc venimus vt feriamur? Sequitur. Circūdedit me lanceis suis: cōuulnerauit lumbos meos: nō pepercit: et effudit in terrā viscera mea. Hec iuxta litterā beato Job cōgruere posse videbant: per hoc q3 dicit. Circūdedit me lāceis suis / cōuulnerauit lumbos meos: nō pepercit: nisi subderetur q3 de eo minime scriptū legit / effudit in terrā viscera mea. Et q2 necesse est vt dum hec iuxta lrām inuenire nō possumus: ea q̄ in verbis ei9 sm historiam sonāt / iuxta spūm requiramus. Sancta ecclesia

B — lanceis ab hoste suo circūdat: q2 in mēbris suis ab impugnatore callido temptationum iaculis impetit. Bene sūt circūdari lanceis dicimur: q2 antiqu9 hostis temptationis sue vulnere ab omni parte nos impetit. Sepe enim dum gula restringit vt libido subigat: inanis glorie aculeus mētem pulsat. Si autē corpus abstinētie afflictione non atterit: cōtra mentē libidinis flāma se excitat. Sepe dū seruare parsimoniā nitimur / ad tenaciam labimur. Et sepe dum possessa effuse tribuimus / ad auariciam ducimur: quia rursum colligere querimus quod tribuam9. Dum ergo antiqui hostis iacula vbiq3 nos impetunt: recte nūc dicitur. Circundedit me lanceis suis. Et quia omne peccatum hostis quidem callidus suadet: sed nos ei9 suasionibus consentiendo perpetram9: apte subiungitur. Conuulnerauit lūbos meos. In lumbis quippe luxuria est. Unde et is qui cupiebat voluptatem libidinis a corde

j. Pet. j. — extinguere / predicauit dicēs. Succincti lumbos mentis vestre. Cum ergo antiquus hostis fidelem populum ad luxuriam pertrahit: hūc procul dubio in lumbis ferit. Ubi notandum quoq3 est q2 non ait vulnerauit / sed conuulnerauit lumbos meos. Sicut enim loqui aliquando vnius

I — est: colloqui vero duorū vel fortasse multorū: sic antiqu9 hostis q2 nos ad culpam sine nostra voluntate non rapit: neq3 nos lūbos nostros vulnerare / sed cōuulnerare dicitur: quia hoc q̄d nobis ille male suggerit / nos sequentes ex voluntate propria implemus: et quasi cum ipso nos pariter vulneramus: q2 ad perpetrandū malum ex libero simul arbitrio ducimur. Sequitur. Non pepercit. Ac si dicat / non destitit. Capitulum .x.

Et effudit in terrā viscera mea. Quid aliud sancte ecclesie viscera debem9 accipere: nisi eorum mentes qui eius quedam in se mysteria cōtinēt: qui ad intima sacramenta deseruiūt? Sed antiquus aduersarius cum fideles quosdam qui interioribus sacramentis deseruire videbant / ad secularia negocia pertrahit: eius procul dubio viscera in terram fundit: q2 illos in rebus infimis conculcat qui prius in occultis ac spiritalibus actibus latebant. Sequitur. Concidit me vulnere super vulnus. In infirmis suis sancta ecclesia vulnere super vulnus conciditur: q2 peccatum peccato addit: vt culpa vehementius exaggeret. Quem enim auaricia pertrahit ad rapinā / rapina ducit ad fallaciam: vt perpetrata culpa etiā falsitate defendat: quid iste nisi super vulnus cōcisus est vulnere? Unde bene quoq3 per prophe-

Osee iiij. — tam dicitur. Maledictū et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundauerunt: et sanguis sanguinē tetigit. Solet enim sanguinis nomine signari peccatum.

R — Unde is qui a peccatis liberari desiderat: per penitentiam

ps. l. — clamat. Libera me de sanguinibus. Sanguis ergo sanguinē tangit / cū culpa culpā cumulauerit. Et q2 cum vulnus vulneri addit: vires cōtra nos antiq3 hostis vehementius exercescit: recte subiungit. Irruit in me q̄si gigas. Facile quippe inimico resistit: si nō eius vel in multis lapsib9 vel in vno diutius consentiat. Sin vero eius suasionibus aīa subesse consueuerit: quāto se ei crebrius subijcit / tāto eū sibi intollerabiliorem facit / vt ei reluctari nō valeat: quia nimirum malignus aduersarius contra bene ex praua cōsuetudine deuictam / quasi more gigantis pugnat. Sed tamē plerūq3 sancta ecclesia etiam post perpetratas culpas mentes fidelium ad penitentiam reuocat: et peccata operis virtute spōtanee afflictiōis mundat. Unde bene subdit: Saccum consui super cutem meam: et operui cinere carnem meam. Quid in sacco et cinere nisi penitentia: quid in cute et carne nisi peccatum carnis debet intelligi? Cū ergo q̄dā post lapsum carnis ad penitētiam redeūt / quasi saccus super cutē consuitur / et cinere caro operit: quia culpa carnis per penitentiā tegitur: ne in districti iudicis examine ad vltionē videatur. Infirma autem membra sua sctā ecclesia cū a peccatis retrahit / atq3 ad penitētie remedium ducit: hec procul dubio fletibus adiuuat / vt ad recipiendam auctoris sui gratiā cōualescant: et per fortes plangit quod non fecit: quod in mēbris suis debilibus quasi ipsa fecit. Unde bene adhuc additur.

S. Q2 prelati sancte ecclesie subditorū peccata quasi propria plangunt: et dum viderint aliquos penitētes / aliquos in malis perseuerantes / iudicia diuina mirantur. Cap. xj.

L — Facies mea intumuit a fletu. Facies quippe sancte ecclesie sunt hi q̄ in locis regiminis positi / apparent primi: vt ex eorū specie sit honor fidelis populi: etiam si quid in corpore latet deforme. Qui nimirū prelati plebib9 plangunt culpas infirmantiū: seq3 sic de alienis lapsib9 / ac si de proprijs affligunt. Et sepe dū q̄sdā vident ad veniā post culpas redire: quosdam in iniq̄tate persistere / occulta et potētis dei iudicia mirantur: sed penetrare nequeūt. Obstupescūt enim q̄nō intelligunt. Unde et apte subdit. Et palpebre mee caligauerūt. Palpebre enim recte appellati sunt: qui ad preuidenda pedum itinera vigilant. Sed q2 occulta dei iudicia nec ipsi prepositi vigilantes intelligūt: palpebre sancte ecclesie caligant. Sed vt sepe iā me dixisse memini: beatus Job sancte ecclesie typum tenens / modo voce corporis / modo autem voce capitis vtitur: et dum de mēbris eius loquitur / repente ad verba capitis leuatur. Unde hic q̄q3 subiungit.

S. Q2 sanguis christi melius loquitur q̄ abel / q2 sanguis abel vltionē / sanguis vero iesu veniā impetrat.

M — Hec passus sum absq3 iniquitate manus mee: cum haberem mundas ad deum preces. Absq3 iniquitate enim manus sue pertulit: qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius: et tamē dolorē crucis pro nostra redēptione tolerauit. Qui solus pre oībus mūdas ad deū preces habuit: q2 et in ipso dolore passionis pro persecutorib9 orauit / dicens. Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Quid enī dici / q̄d cogitari in prece mundius pōt: q̄ cū et illis misericordia intercessiōis tribuit / a quibus tolerat dolor? Unde factū est / vt redēptoris nostri sanguinē quē persecutores seuiētes fuderāt / postmodum credentes biberent: eūq3 esse dei filiū predicarent. De quo videlicet sanguine apte subiūgitur. Terra ne operias sanguinē meū: nec inueniat in te latendi locū clamor meus.

Gen. iiij. — Peccāti homini dictum est. Terra es / et in terram ibis. Que .s. terra redēptoris nostri sanguinem nō abscondit: q2 vnusq̄sq3 peccator redēptiōis sue preciū sumēs / cōfitet ac laudat: et quibus valet proximis innotescit. Terra etiā sanguinē eius non operuit: q2 sancta eccl'ia redemptiōis sue mysteriū in cūctis iā mūdi ptib9 predicauit. Capitulum xij.

Sanguis christi clamor ei9 est. — Notandū quod subdit. Neq3 inueniat in te latendi locū clamor me9. Ipse enim sanguis redēptionis qui sumitur / clamor nostri redemptoris est. Unde etiam Paulus dicit. Et sanguinis aspersionem melius loquentem q̄ abel. De sanguine abel di-

Heb. xij. — ctum fuerat. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de

Gen. iiij. — terra. Sed sanguis Jesu melius loquitur q̄ abel: q2 sanguis abel mortem fratricide fratris petijt: sanguis autē dñi vitam persecutoribus impetrauit. Ut ergo in nobis sacramentum dominice passionis non sit ociosum: debe-

A mus imitari quod sumimus: et predicare ceteris quod veneramur. Locum enim latendi clamor eius in nobis inuenit: si hoc quod mens credit, lingua tacet. Sed ne in nobis clamor eius lateat: restat vt vnusquisqꝫ iuxta modulum suum, viuificationis sue mysterium proximis innotescat. Libet mentis oculos ad dñice passionis horam reducere: cum iudei persequētes seuirēt, discipuli timentes fugerēt. Qui eñ in carne mori videbatur, nequaqꝫ deus esse credebatur. Unde hic apte subditur.

¶ S. Qd testis filij sit pater et conscius: qꝛ in omni trinitatis opere vnum consilium est, et vna voluntas.

¶ Ecce enim in celo testis meus, et conscius meus in excelsis. Cum enim filius labefactaretur in terra: erat ei testis in celo. Testis quippe filij pater est: de quo ipse in euāgelio dicit. Et qui misit me pater: ipse testimonium (Joan. v.) perhibet de me. Qui recte etiam conscius dicitur: quia vna voluntate, vno consilio pater cum filio semper operatur. Cui etiam testis est: qꝛ nemo nouit filium nisi pater. Hūc ergo in celo testem, et conscium in excelsis habuit, quādo hi qui eum morientem in carne cernebāt, diuinitatis eius potētiam cōsiderare nesciebāt. Et cū ignorarēt homīes: in morte tamē mediatoris dei et hoim nouerat quid cū ipso operaretur pater. Qd fortasse etiā ad vocem eius corporis referri valet. Capitulm. xiiij.

B Ancta nāqꝫ ecclesia idcirco aduersa vite presentis tolerat: vt hanc superna gratia ad premia eterna perducat. Carnis sue mortem despicit, qꝛ ad resurrectiōis gloriā intēdit. Et transitoria sunt que patitur: perpetua que prestolatur. De quib' nimirum bonis perpetuis dubietatem non habet: qꝛ fidelis iam testimonium redēptoris sui gloriam tenet. Carnis quippe eius resurrectionem mente cōspicit, atqꝫ ad spem fortiter conualescit: quia quod in suo videt iam factum capite, sperat in eius quoqꝫ corpore (qd videlicet ipsa est) absqꝫ dubietate secuturum. Quā scꝫ ecclesiam psalmista cōspiciens in perpetua pfectione mansuram, sub appellatione lune describit, dicens: Luna perfecta (Psalm. lxxxviij.) in eternum. Quam qꝛ ad resurrectionis spem dominica resurrectio roborat, recte subiungit: Et testis in celo fidelis: qꝛ vt de sua resurrectione non trepidet, iam cum in celo qui resurrexit a mortuis, testem habet. Fidelis itaqꝫ populus cum aduersa patitur, cum variis tribulationibus fatigatur: ad spem sequētis glorie mentem erigat: et de redēptoris sui resurrectione confidens dicat: Ecce eñ in celo testis meus, et conscius meus in excelsis. Qui recte conscius dicitur: quia naturam nostram non solum creando nouit, sed etiam assumendo. Scire (Psal. cij.) eñ eius, est nostra suscepisse. Unde etiā per psalmistam dicitur: Ipse eñ scit figmentum nostrum. Quid eñ mirum vt figmentum nostrum dicatur specialiter scire: quē C constat nihil esse qd nesciat: Sed figmētum nostrum scire eius, est: hoc in seipso ex pietate suscepisse. Que tamen vox cum beato Job congruere nobis etiam singulis potest. Omnis eñ qui ex eo qd agit, humanas laudes appetit: testem in terra querit. Qui autem de actibus suis oportere deo placere festinat: testem se in celo habere cōsiderat. Et sepe contingit, vt ipsa quoqꝫ in nobis bona opera ab incautis hominibus reprehēdantur. Sed qui testem in celo habet: reprehensiones hominum metuere non debet. Unde adhuc subditur: Verbosi amici mei. ad deum stillat oculus meus. Capitlm. xiiij.

(Mat. vj.) Quid eñ per oculum, nisi cordis intentio designatur: sicut scriptum est: Si fuerit oculus tuus simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Quia cum bona intentione quid agitur: eius intentionis actio apud deū minime fuscatur. Cum ergo verbosi amici sunt. i. cum et ipsi derogant, qui in fide sociantur, ad deū necesse est vt oculus stillet: quatenus nostra intentio tota in amoris intimi compunctione defluat: et tanto subtilius se ad interiora erigat, quāto per exteriora opprobria repulsa, intus redire cogitur, ne foras euanescat. Sequitur. Atqꝫ vtinam sic iudicaretur vir cum deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Peccatores quidem nos esse semper agnoscimus: sꝫ tamen sepe in flagello positi, pro quo magis peccato flagellemur, ignoramus: et nosipsos subtili inquisitione discutim': vt si quomodo possimus, causam persecutionis nostre inuestigare valeamus. Que dum pleD rūqꝫ non latet: sit nobis oneri cecitas nostra: et de eo qd patimur, plus dolemus. Quisquis vero cum collega suo ad iudicium accedit: et quod sentit dicit: et quicqd contra dicitur, agnoscit: et quo voluerit, pulsat: et nouit vnde pulsatur. Qui eñ diuina animaduersiōe percutitur, dum nouit quidem quia vapulat, sed cur vapulet ignorat: quasi dicit ipse qd sentit: sed quid contra se dicitur, nescit: quia ipse quidem ingemiscit in verbere: sed deus aperte non declarat pro qua eum feriat ratione. Itaqꝫ nūc dicitur: Atqꝫ vtinam sic iudicaretur vir cum deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Ac si aperte diceretur: Sicut in omni qd dico auditor: sic omne quod de me dicitur, audirem. Quod tamen in hac vita fieri nullatenus potest: quia magna est interpositio oculis cordis nostri ad contemplandam subtilitatem dei: ipsa videlicet infirmitas nostra. Sed tūc ad purum intuebimur eum a quo nūc subtiliter intuemur: cum hac infirmitate deposita, ad contemplationis interne gratiam venerimus. De qua Paulus dicit: Tunc cognoscam sicut et cognitus sum. (i. Corin. i.) Unde beatus Job videns eandem cognitionem plenissime hic perfici nullatenus posse: de cecitate quidem vite presentis gemit: sꝫ tamen se de eius breuitate consolatur, dicens. Ecce enim breues anni transeunt: et semitam per quam non reuertar, ambulo. Omne quod transit, breue est: etiam si tardi' terminari videatur. In mortis autem semita per quam non reuertimur, ambulamus: non qꝛ ad vitam carnis minime resurgēdo reducimur, sed qꝛ ad labores huius vite mortalis, vel ad conquirēda laboribus premia iterum non venimus.

¶ Sequitur Capitulum Decimūseptimum tertius beati Job: sed moralis expositiōis sancti Gregorij Capitulum. xv. E

Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabūtur: et solum mihi superest sepulchrum. Non peccaui: et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, et pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet cōtra me. Cor eorꝫ longe fecisti a disciplina: propterea non exaltabuntur. Predam pollicetur sociis: et oculi filiorꝫ eius deficiēt. Posuit me quasi in puerbium vulgi: et exēplum sum coram eis. Caligauit ad indignationem oculus meus: et mēbra mea quasi in nihilum redacta sunt. Stupebūt iusti super hoc: et innocēs cōtra hypocritam suscitabitur. Et tenebit iustus viā suam: et mūdis manib' addet fortitudinem. Igitur oēs vos conuertimini et venite: et non inueniam in vobis vllum sapientem. Dies mei transierunt: cogitationes mee dissipate sunt, torquētes cor meū. Noctem F verterunt in diem: et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero: infernus domus mea est: et in tenebris straui lectulum meū. Putredini dixi: pater me' es: mater mea, et soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea: et patiētiam meam quis considerat: In pfundissimum infernum descendent oīa mea. Putasne saltem ibi erit requies mihi:

¶ S. Qꝫ timore iudicij quāto finem suum magis propinquare cognoscunt electi, eo semetipsos terribilius discutiunt. Capitulum. xv.

Spiritus meus attenuabitur. Attenuatur spiritus timore iudicij: quia electorꝫ mentes quo amplius extremo iudicio propinquare se sentiunt, eo ad discutiēdas semetipsas terribili' contremiscunt: et si quas in se carnales vnqꝫ cogitationes inueniūt, penitētie ardore consumūt: nec cogitationes suas dilatari carnali voluptate permittūt: qꝛ eo semetipsas

h

G diiudicantes subtilius feriūt/quo districtum iudicem presto esse arbitrantur vicinum. Unde fit vt ppinquum sibi semper exitum suspicentur. Nam reproborum mentes idcirco multa nequiter agūt: qr hic se viuere diutius arbitrantur. Iustorum ergo attenuatur spūs/sed crassescit iniquorum. Quo enī per elationem tument/eo attenuationem spūs non habēt. Iusti vero dum breuitatem sue vite considerant: elationis et immūditie culpas declināt. Unde et subditur. [Dies mei breuiabuntur: et solum mihi superest sepulchrū.] Qui enī cōsiderat qualis erit in morte: semper fit timidus in operatione: atque inde in oculis suis tam quasi non viuit/inde veraciter in oculis sui cōditoris viuit. Nil quod transeat appetit: cūctis presentis vite desiderijs cōtradicit/et pene mortuum se considerat: qr moriturum minime ignorat. Perfecta enī vita est mortis imitatio. quā dum iusti sollicite peragūt/culparum laqueos euadūt. Unde scriptum est: In oībus operibus tuis memorare nouissima tua/ et in eternum non peccabis. Unde et beatus Iob qr dies suos considerat breuiari/et solum sibi superesse sepulchrum pensat: apte subiūgit. [Non peccaui: et in amaritudinibus moratur oculus meus.] Ac si aperte dicat: Culpam non feci: et flagella suscepi. Sed hac in re animum mouet/qui in multis se huius historie locis peccasse confitetur: qua ratione peccasse se nunc abneget? Sed ad hec ratio celeriter occurrit: qr nec tantum peccauit vt flagella mereretur: nec tamen esse sine peccato potuit. Nam qr non pro corrigenda culpa/sed pro gratia augēda percussus est/iudex ipse testatur/ qui laudat et ferit. Et rursum qr sine peccato non fuerit: nec ipse negat/qui a iudice laudatur: atque ideo laudat/ qr non negat. Sed credo quod melius hec verba discutimus: si dicta ex voce capitis sentiamus. Capitulum. xvi.

Perfecta vita ē mortis imitatio.

Eccli. vij.

Dubitatio.

Solutio.

H Redemptor etenim noster ad ereptionem nostram veniēs. et non peccauit/et amaritudinē pertulit: qr penam culpe nostre sine culpa sua suscepit. de cuius voce subditur: [Libera me/et pone me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet contra me.] Ipse etenim non peccauit in cogitatione vel opere: ipse in amaritudine moratus est per passionem: ipse liberatus est per resurrectionem: ipse iuxta patrem positus est per ascensionē: qr profectus in celum sedet ad dexteram dei. Et qr post ascensionis eius gloriam iudea in discipulorum eius persecutione cōmota est/recte nūc dicitur. [Et cuiusuis manus pugnet cōtra me.] Tūc quippe in mēbris illius furor persequētium seuijt: cum contra fidelium vitam flamma crudelitatis exarsit. Sed quo irent iniqui aut quid agerent: dum is quem persequebātur in terra/iam sedebat in celo? De quibus adhuc subditur.

¶ S. De reproborum corpus sub disciplina sit / mens vero procul.

I ¶ [Cor eorum longe fecisti a disciplina.] Si enī discipline custodiam nossent: et nequaquam redēptoris nostri precepta contēnerent: ipsa eos carnis sue mortalitas ad amorem vite immortalis excitasset. Hoc ipsum namque/in hac vita corruptioni nos esse subiectos/iam de flagello disciplinee est. Esse enī et frigore/fame sitique turbari/morbis affici/quandoque etiā extingui: quid sunt hec aliud quam flagella peccati? Sed sunt nōnulli qui et flagella tolerāt: et tamen mentem ad flagellantis metum minime reformāt. Unde recte nunc dicitur. [Cor eorum longe fecisti a disciplina.] Quia et si corpus sub disciplina est/cor sub disciplina non est: dum et flagellatur quisque/et tamen ad humilitatem mētis non reducitur. Neque itaque hoc dicitur: ac si oīpotens et misericors deus longe cor bonis a disciplina faciat: sed qr sponte delapsum: ibi remanere vbi cecidit iudicando permittat: sicut ei in oratione quoque dicimus: Et ne nos inducas in temptationem. i. induci minime permittas. Sequitur: [Propterea non exaltabuntur.] Cor enī si sub disciplina esset/superiora appeteret: ad ipsa scandēdum bonis transeuntibus non inhiaret. Quorum igitur cor sub disciplina non est: recte illis dicitur. Propterea non exaltabuntur: qr dum in infimis voluptatibus dimissi/terrena bona semper desiderant/cor ad superna gaudia nunquam leuant. Exaltarentur quippe/si mentem ad spem patrie celestis erigerēt. Sed qui per disciplinā custodire vitam minime studēt: semper ex desiderio in imis iacent: et (quod est grauius) iacendo se erigunt: qr de rebus transitorijs extolluntur. Extolli aūt possunt/sed

Mat. vi.
Luce. xi.
Quo orēmus: et ne nos inducas in tēptationem.

exaltari nequeūt: qr inde profundius in imo sunt/vnde apud se altiores fiūt. Cor itaque quod sine disciplina est: exaltari non valet: qr humana mens sicut male eleuata in infimis premitur/sic bene pressa in sublimibus leuat. Sequitur: [Predam pollicetur socijs: et oculi filiorum eius deficient.] Postquam de multitudine iniquorum. i. de antiqui hostis corpore beatus Iob sententiam protulit: more ad ipsum eorum principem. i. caput oīm pditorum sententiam vertit: atque a plurali numero ad singularem redit. K

¶ S. De socij diaboli sunt apostate angeli; qui cum eo corruerunt: filij vero/qui per dilectionem ab eo gignuntur. Capitulum. xvij.

I Ta quippe vnum corpus sunt diabolus et oēs iniqui: vt plerumque noie capitis censeatur corpus: et noie corporis appelletur caput. Nam capitis noie censetur corpus: cum de peruerso hoīe dicitur. Ex vobis vnus diabolus est. Et rursum noie corporis appellatur caput: cum de ipso apostata angelo dicitur. Inimicus homo hoc fecit. Iste igitur princeps oīm peruersorum alios socios habet/atque alios filios. Qui namque sunt eius socij/nisi apostate angeli: qui cum eo de celestis patrie sede ceciderūt? Vel quos alios filios habet/nisi peruersos hoīes/qui de eius praua persuasione in malitie operatione generantur? Unde etiam veritatis voce infidelibus dicitur: Vos ex patre diabolo estis. Peruersus itaque iste auctor erroris predam socijs pollicetur: qr malignis spiritibus prauorum pmittit alas in eorum fine rapiendas. [Et oculi filiorum eius deficiēt.] Quia dum intentiones hoīm ad sola terrena speranda excitat: hoc illos amare facit/quod diu tenere non possunt. Neque enim valet amoris praui intētio permanere: quādo et hoc quod amat/ipsumque qui amat/constat sub celeritate deficere. Possunt quoque et per socios fortasse intelligi crudelissimi quique et omni malitia iam repleti: per filios vero hi qui adhuc deceptorijs promissionibus illusi/augende prauitati nutriūtur: vt illos iam velut ex merito malitie diabolus quasi socios habeat: qui iam non habent in perditione quo crescant. istos aūt quasi filios/quos pmissionibus lactat vt ad peiora pficiāt. Sed oculi filiorum eius deficiēt: qr prauorum intētiones cadūt/cum omne quod hic appetūt/deserūt: et illic quod dolent/sine fine patiuntur. Sequitur. [Posuit me quasi in puerbiū vulgi/et exēplum sum coram eis.] Hec beatus Iob dicat ex se: dicat ex vocibus oīm electorum. Ois quippe qui flagello percutitur: quasi in puerbium ponitur vulgi: qr stultus quisque dum cuique maledicere appetit / ex illius similitudine maledictionem sumit/quem percussum tēporaliter videt: eique penam suo optat aduersario/quam euenisse conspicit iusto. Sicque fit vt non recte sapientibus/in exēplum deducatur rectus: dum e pena iusti esse dānatio credit: et que illi maneat gloria nulla spe fidei preuidet. Sequitur.

Diabolus habet socios et filios.

Io. viij.

L

Unū corpus sunt diabolus et oēs iniqui.

Ois qui flagellat: quasi in prouerbium ponitur vulgi.

¶ S. De iusti cum vident sanctorum innocentiam a peccatoribus opprimi/iudicia dei mirātur: ad quorum secreta non penetrant. Capitulum. xviij.

C Aligauit ad indignationem oculus meus: et membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Ad indignationem oculus caligat quādo ipsi quoque qui in dnico corpore. i. in ecclesia lumen veritatis habēt/dum se diutius a prauis despici ac dedignari cōspiciūt/de occulti iudicij admiratione turbantur: et secretum dei penetrare nequeūt: cur preualere peruersi cōtra bonorum innocentiam permittantur. Quis etenim non obstupescat: cum Herodias apud temulentum regē saltaru filie obtinet vt caput amici sponsi / ppheta plusquam ppheta/ante ora conuiuantium in disco deferatur? Sed cum iusti ad indignationem caligant / infirmi plerique vsque ad infidelitatem corruūt. Unde subditur: [Et membra mea quasi in nihilum sunt redacta.] Membrorum quippe nomine/teneritudo exprimitur infirmorum: qui dum peruersos prospiciunt florere/iustosque cruciari: ad hoc nonnunquam perueniunt/vt se bona vel inchoasse peniteat; atque ita ad agēda mala citius recedūt/ac si eorum vite nocuerit bonum quod inchoauerāt. Hoc autem quod ait: Caligauit ad indignationem oculus meus: verbis planioribus aperit adiungens.

M

De decollatione Iohannis baptiste.

¶ S. De contra hypocritas sancti suscitātur / cum eorum gloriam honoresque contēnunt: et ad sola bona celestia mentem erigunt: que sibi cum malis communia esse

A

non possunt.

¶ Stupebūt iusti super hoc: et innocēs cōtra hypocritam suscitabitur.] Hoc loco innocens necdum pfectus iustus accipitur: qui bona adhuc inchoans/etsi nocere aliis nō nouit/perfecta tamen ipse agere nequaq̄ valet. Et q: corda paruuloꝝ dum peruersos florere in presenti vita conspiciūt:inuidie facib⁹ succendūtur. Tāto eī quisq̄ plus inuidet aliis bona presentia/q̄to ea ipse minus contēpserit. Nam qđ haberi ab oībus non valet simul totū:huic deest qđ alter habuerit. Succenditur ḡo cōtra hypocritam innocēs / dum glorie simulatoris inuidet etiam qui nulli nocere solet. Si vero hoc in loco innocēs quilibet in bono pfectus accipitur/cōtra hypocritam innocēs suscitatur/quādo huc ⁊ florere cōspicit: et tamen cum suo eum flore contēnit:et predicando que recta sunt/tāto eū despiciēdū ceteris esse denūciat/q̄to eū cōspicit illa anxie querere/que cū eo diu non valeant pmanere. In quo adhuc sensu subiūgitur. Cpm.xix.

Et tenebit iustus viam suam: et mūdis manibus addet fortitudinem.] Cōsiderato quippe hypocrita/iustus viam suam tenet: quia dum illum ex peruersa voluntate obtinere ea que mūdi sunt intuetur:ipse ad amorem celestium robusti⁹ stringitur:

B

sciēs q: bonis desideriis premia eterna nō deerūt:dum et prauis ⁊ duplicib⁹ cordib⁹ bona tēporalia non negātur. Qua ex re mundis quoq̄ manibus addit fortitudinem:q: conspiciēs peruersos obtinere terrenam gloriā: bona sua opera prouehit ad perfectionem:et tāto altius tēporalia despicit/q̄to hec abundare etiā malis cernit. Ex eum sint despicienda considerat:que deus oīpotēs etiam peruersis prestat. Si eīm pncipaliter magna essent: nequaq̄ hec conditor aduersariis suis tribueret. Unde et indignum sibi esse perpēdit vt illa bona appetat/que abundare conspicit ⁊ malis:sed ad percipienda celestia mentem suam dirigit / que sibi cum reprobis cōmunia esse non possunt. Igitur postq̄ exteriores profectus maloꝝ/bonoꝝ vero interiores intulit:exhortationis verba ptulit dicēs:] Igitur vos oēs cōuertimini / et venite.] Huc videlicet exhortationis ḃba pprie ad electos format:quos ad eternitatem vocat. Qui duob⁹ modis inuitātur/scʒ vt cōuertātur/et veniāt. conuertātur nimirū

Psalm. xxxvi.

fide/veniāt opere. Uel certe cōuertātur descrēdo mala: et veniāt bona faciēdo:sicut scriptum est: Declina a malo/et fac bonum. Mirandum ḡo qđ subditur.] Et non inueniam in vobis vllum sapiētem.] Quid est q̄ eos ad sapiētiam vocat:et tamen optat ne illos sapientes inueniat:nisi q: ad veram sapiētiam venire non possunt/qui

Esaie.v. Rom. xii.

false sue sapiētie fiducia decipiūtur:de quib⁹ scriptum est:Ue qui sapiētes estis in oculis vestris:et coram vobismetipsis prudētes. Et quibus rursum dicitur. No:

C

lite prudētes esse apud vosmetipsos. Unde idem predicator egregi⁹ hos quos carnaliter sapientes inuenerat:

i. Cor. iii.

vt sapientiam veram perciperēt/prius fieri stultos querebat/dicens:Si quis videtur inter vos sapiēs esse in hoc

Matt. xi. et Luc.

seculo:stultus fiat/vt sit sapiēs. Et per semetipsam veritas dicit:Confiteor tibi pater dñe celi ⁊ terre:q: abscondisti hec a sapiētibus ⁊ prudentibus:et reuelasti ea paruulis. Quia ergo hi qui apud semetipsos sapiētes sunt/ ad veram sapientiam peruenire non possunt: recte beatus Job conuersionem auditorum desiderans/exoptat ne in eis vllum sapientem inueniat. Ac si eis aperte dicat: Stulti esse apud vosmetipsos discite:vt in deo vere sapientes esse valeatis. Sequitur.

¶ S. Ue cogitationes sanctoꝝ siue in lucris animaꝝ/ siue in dispensatione rerum tēporalium torquēt corda eoꝝ:q: alternātib⁹ pspertatib⁹ et i nocte timēt ne ruāt: et in die suspecti sunt ne presumant. Cpm.xx.

Dies mei transierunt:cogitationes mee dissipate sunt: torquētes cor meū.] Sācta electorum ecclesia per diurna ⁊ nocturna tempora conspicit vite sue spatia transire:q: noctem in aduersitatibus/diem vero in prosperitatibus habere consueuit. Quasi eīn lux ei oritur ex tranquillitate pacis:et nox ex dolore persecutionis. Sed cum post quietis ocia ad excrescētis cōtra se persecutiōis laborem redit/dies suos transire testatur. In quib⁹ tamen dieb⁹ solet tanto grauioribus curis premi/q̄to ad se de ipsa trāquillitate pacis subtiliores a iudice rōnes cogitat exquiri. In tranquillitate etenī pacis modo animarum lucra cogitat:

D

modo terrenarum rerum dispensationes curat. Que videlicet terrenoꝝ actuum dispensationes tāto bonis mētibus grauiores sunt/quāto eaꝝ intuitu/ab intuēdis celestib⁹ vel ad modicū auellūtur. Uñ bene beatus Job siue sua seu voce vniuersalis ecclesie postq̄ dies suos transisse testatur:illico subiūxit.] Cogitationes mee dissipate sunt:torquētes cor meum.] Quia dum bonis mentibus tēporalis felicitas transit:etiam cura eis terrene dispensationis subtrahitur/que eas in cogitationibus torquere videbatur. Dum eīm erecte semper esse ad percipiēda celestia appetūt:eo ipso quo aliquādo ex dispensatione terrena ad ima cogitāda descēdūt/torqueri se sentiunt. Unde fit vt ipsa quoq̄ aduersitas persecutionis vertatur in magnam exultationem letitie pter adeptā quietem cordis. Unde ⁊ apte subditur:] Noctem verterunt in diem.] Dissipate etenī cogitationes noctem in diem vertūt:q: nōnunq̄ iustis ampli⁹ placet ex aduersitate mala perpeti / q̄ ex pspertate terrene dispensationis cura fatigari. Sed quia nouerūt cautius ⁊ aduersa transire/et pspera rursus illucescere/apte subiungitur.] Et rursum post tenebras spero lucem.] Lux eīn post tenebras speratur:q: vel post noctem vite presentis eternum lumen percipitur:vel ita hic aduersitas atq̄ psperitas alternant/vt sibi succedere vicissim non desinant. Unde fit vt in luce nox in suspitione sit: et in nocte lux

Eccli. xi.

in presumptione:sicut scriptum est:In die bonoꝝ ne immemor sis maloꝝ:et in die maloꝝ ne immemor sis bonorum. Sed ecce q: auctoris nostri gr̄a redempti sumus: hoc iam celestis muneris habemus:vt cum a carnis nostre inhabitatiōe subtrahimur / mox ad celestia premia

E

ducamur: q: dum conditor ac redēptor noster claustra inferni penetrans / electoꝝ exinde aīas eduxit/nos illo ire non patitur/vnde iam alios descendendo liberauit. Hi ḡo qui ante ei⁹ aduentum in hunc mūdum venerūt: quātālibet iustitie virtutē haberēt:ex corporib⁹ educti in sinu celestis patrie statim recipi nullo modo poterāt: q: necdum ille venerat qui inferni claustra sua descēsione solueret:et iustoꝝ aīas in perpetua iam sede collocaret. Unde beatus Job ⁊ afflictionem sentiēs:et adhuc differri retributionem iustoꝝ sciens/apte subiungit.

¶ Qp sancti licet ad infernum post mortem ab Adam vsq̄ ad xp̄m descēderint/ibi tamen quasi i lectulo quiescebāt:solas tenebras pro pena habētes:et hoc eis summum tormentum erat / q: expectatum saluatorem nondum videbant. Capitulum.xxi.

Si sustinuero/infernus domus mea est:et in tenebris straui lectulum meum.] Priores etenī sancti ⁊ sustinere aduersa poterāt:et tñ e corporibus educti/adhuc ab inferni locis liberari non poterant; q: necdum venerat/qui illuc sine culpa descenderet:vt eos qui ibi tenebātur ex culpa/liberaret. Tūc ḡo homo suum lectulum in tenebris strauit/quando lucem iustitie persuasori callido consentiendo deseruit. Et q: in ipsis quoq̄ inferni locis iustoꝝ aīe sine tormēto tenebantur:vt ⁊ pro originali culpa adhuc illuc descēderēt: et tamen ex propriis actibus supplicium non haberent:

F

quasi i tenebris lectulum strauisse/est/in inferno sibi requiem preparasse. Graue etenī tedium electis fuit/post solutionem carnis/adhuc speciem nō videre creatoris. Quod tedium non immerito beatus Job tenebras vocat. Sed quia hoc ex pena infirmitatis venit: recte eandem mox infirmitatem subdit/dicens.

¶ S. Ue natura corrupta ⁊ praua consuetudo vermes concupiscentiarum in nobis generant: et ex putredine huius carnis hmōi soboles oritur.

¶ Putredini dixi:pater meus es:mater mea ⁊ soror mea vermibus.] Quid est q: dixit putredini/pater meus es: nisi q: omnis homo ab origine iam viciata descendit: Unde ⁊ additur: Mater mea ⁊ soror mea vermibus:q: videlicet ⁊ ab ipsa putredine/et cum ipsa in hūc mūdum venimus. Quātum eīm ad materiam corruptibilis carnis/mater nostra ac soror vermes sunt:q: et de putredine pcessimus / et cum putredine venimus quam portamus. Qđ si intelligi spiritaliter potest:et mater natura: et consuetudo non immerito soror vocatur:q: ab illa cū illa sumus. Que videlicet mater ⁊ soror vermes sunt:q: ex natura corruptibili ⁊ cōsuetudine peruersa cogimur

G vt quasi quibusdam vermibus/sic inquietis cogitationibus in mẽte fatigemur. Carnis enim natura viciata/ et cõsuetudo peruersa: q̄ innumeras curas in corde infirmitatis nostre generat: bene mater et soror vermes vocãtur. Mordent enĩ animum cure/dum inquietãt. Non enĩ cessant iusti viri vel sollicite cogitare et pertractare quid agant: vel ꝓuide inspicere quo post presentem vitam ducendi sunt. Quia ergo tũc electi ante aduentum dñi et in labore vite presentis se esse cernebant: et tamen post presentem vitam necdum celestia bona percipere/ multis cogitationib⁹ viebãtur. Expectabant enĩ grãm redẽptoris sui: nec tamen ad eam poterãt in carne viuẽdo peruenire. Unde et apte subditur: [Ubi est ergo nũc

Que post expectatio iustoꝝ

prestolatio mea?] Que esse potuit prestolatio iustoꝝ/nisi iustus et iustificans deus/ qui ad penas humani generis sponte descenderet: et captiuos mortis/iusticie sue virtute liberaret. Hui⁹ enim presentiam minime cessabant intenta cogitatione prestolari: quam quãdoq̃ esse venturam nouerãt/sed venire citius querebant. Unde non ait. Ubi est ergo prestolatio mea: sed ait. Ubi est ergo nunc prestolatio mea? Capitm. xxij.

Dum enĩ addit nũc/ostendit q̄ quod quãdoq̃ venturum erat/venire citius desiderabat. Sequitur: [Et patientiam meã quis cõsiderat?] Expressit desideriũ quo festinat in carne positus redimi: et ab inferis ad supna reuocari. Et quidem paucoꝝ hoim ista fuit perpendere: vt scirent de presentis vite laboribus: vel de subsequẽti post mortem dilatione cogitare. Qd vtrũq̃ iusti ante aduẽtum redẽptoris nostri se

H perpeti dolebãt. Unde et recte dicitur: Et patientiam meam quis considerat? Et quidem non deest qui patiẽtiam consideret: sed cũ citius non exaudit: quasi minus cõsiderare deus dicitur. Ipsa enĩ humani generis/ que venit in mũdi fine/ redẽptio/ab his qui a mundi initio precesserunt/tarde credebatur: q̄ longo tẽporis spacio a celestium remuneratione defuncti sunt: veritate attestante/que ait: Multi ꝓphete et reges voluerunt videre

Luce. x.

que videtis/et nõ viderũt. Itaq̃ qd nũc dicitur: Patiẽtiam meam quis considerat/ardẽtis desiderij vota pandũtur. Neq̃ enĩ (vt prediximus) iustoꝝ patiẽtiam non considerat deus: sed quasi non cõsiderare dicitur/ ad votum desiderij minus citi⁹ appareret: et in prolixiora tempora dispensationis sue grãm differre. Dicat ergo. Patientiam meam quis considerat? q̄ qd disponẽti breue est/longum est amãti. Unde adhuc dilationis sue dãna considerans: hoc qd iam predixerat/repetit: et descensurus ad ima: vocẽ doloris ingeminat/dicẽs [In profundissimum infernum descendẽt oĩa mea.] Cum constet q̄ apud inferos iusti non in locis penalib⁹/sed in superiori quietis sinu tenerentur: magna nobis oboꝛit questio: quidnam sit qd beatus Iob asserit dicẽs. In ꝓfundissimum infernum descendẽt oĩa mea. Qui etsi ante aduentum mediatoris dei et hoĩm in infernũ descẽsurus erat: liquet tamen q̄ in ꝓfundissimum infernum descẽsurus non erat. An ipsa superiora loca inferi/profundissimum

I infernum vocat? Quia videlicet quãtum ad sublimitatem celi/iam hui⁹ aeris spatium non immerito dici infernus potest. Unde cum apostate angeli a celestib⁹ sedibus in hoc caliginoso aere sint demersi: Petrus apostolus dicit: Angelis peccãtib⁹ non pepercit: sed rudentibus inferni detractos in tartarũ tradidit in iudicio

ij. Pet. ij.

cruciãdos reseruari. Si itaq̃ quãtum ad celsitudinem celi/aer iste caliginosus infernus est/q̃tum ad eiusdem aeris altitudinem/terra que inferius iacet: et infern⁹ intelligi et ꝓfundus potest. Q̃tum vo ad eiusdem terre altitudinem/et illa loca inferi que superiora sunt aliis receptaculis inferni: hoc loco non incongrue inferni profundissimi appellatione signantur: quia qd aer ad celũ/ terra ad aerem: hoc ille est superior infernorum sinus ad terram. Capitulum. xxiij.

Sed mirum valde est qd adiũgit: Descendent oĩa mea. Cum enĩ sola anima descensura esset ad inferni loca: quid est quod sanctus vir illuc perhibet oĩa sua descẽdere: nisi q̄ ibi se esse totum vidit/ vbi põdus sue remunerationis intelligit? Quia hoc qd ex se insensibile in terra deserit: quousq̃ ad incorruptionem resurrectionis redeat / se esse non sentit. Oĩa itaq̃ sua in infernum ꝓfundissimum descẽsura perhibet/quo solam suam aiam descensuram videt: quia ibi totus est/ vbi sentire possit quod receperit. Uel certe in infernum oĩa ei⁹ descendũt: q̄ laboꝝ oim retributio adhuc in sola inferni quiete recipi prestolabatur. Et quasi illuc descendit omne qd egit: q̄ ibi quietem retributionis sue

K ex oib⁹ inuenit. Unde etiam ipsa quies prestolata subiũgitur/cũ illico subinfertur: [Putas ne saltem ibi erit requies mihi?] In quibus nimirum verbis et innotescit quod desiderat: et tamen esse se adhuc de suscipiẽda requie dubium designat: ne cui⁹ sancta opera tot flagella secuta sunt: occulto iudicio supni iudicis post flagella tẽporalia etiã mansura tormẽta sequerentur. Qua in re cum magno nobis timore pensandum est: quis nostrum tam de requie eterna securus sit: si de ea adhuc et ille trepidat cuius virtutis preconia et ipse iudex qui percutit/ clamat. Si enĩ iustus vix saluabitur: impius et peccator vbi parebũt? Beatus enĩ Iob ad requiem se post flagella peruẽturum nouerat: sed vt nostra timore corda concuteret: ipse visus est de eterne quietis retributione dubitare/cum dicit. Putas ne/ vt nos videlicet perpendamus q̃ta debem⁹ formidine vẽturum iudicium semper expauescere: quãdo et ille qui a iudice laudat⁹ est: adhuc de retributione iudicij in suis vocib⁹ securus non est.

Finit Liber Decimustertius Moralium sancti Gregorij.

Sequitur Liber Decimusquartus Moralis expositionis. Capitulum primum.

L Uperiori huius operis pretractauimus q̄ omnipotẽs deus vt mẽtes corrigeret sub lege positoꝝ: beati Iob vitam ad testimonium adduxit: qui legem non nouit/et tamen tenuit: qui precepta vite que scripto non acceperat/ custodiuit. Hui⁹ prius actio deo attestante laudatur: et ꝓbari postmodum diabolo insidiãte permittitur: vt per tentamẽta tribulationis ostenderet quãtum prius in tranquillitate ꝓfecisset. Huius vitam inimicus generis humani more suo improbus/ et laudari deo attestante cognouit: et tamen ad tentandum expetijt. Quem cum tot dãnis rerum: tot orbitatibus percussum sternere nequiuisset/vxorem ei in stimulis male ꝑsuasionis excitauit / vt saltem per familiaria verba corrũperet/quem per tot sterni erumnoꝝ tormẽta minime valeret. Sed quum adiutorio femine quod cõtra Adam prius in paradiso obtinuit: cõtra hũc secũdum in sterquilinio positũ/roborari non potuit: ad alta se tentandi argumẽta conuertit: vt amicos ei⁹ quasi cõsolantes adduceret: et tamen eoꝝ mẽtes in asperitatem increpationis excitaret: quatenus eum cui⁹ patientiam flagella non vicerant/inter flagella saltem aspera verba

M superarent. Sed inimicus callide insidians fraudem quam cõtra sanctum virum parauerat/pertulit: q̄ sancto viro quot occasiões perditionis intulit / tot causas victorie ministrauit. Contra tormenta quippe patientiam: contra verba sapientiam tenuit: q̄ et dolores verberum equanimiter sustinuit: et stultitiam male suadẽtium sapienter frenauit. Sed q̄ in ipsis passionibus doctisq̃ locutionibus sancte ecclesie typum tenet: amicis eius (vt sepe iam diximus) quedã recta/et quedã stulte loquentib⁹/non immerito heretici figurãtur: qui pro eo q̄ sancto viro amici sũt / multa de reprobis recta dicũt, sed pro eo q̄ speciem hereticoꝝ tenẽt/plerũq̃ in dictis sui excessu dilabũtur: et verboꝝ suoꝝ iaculis/sancti viri pectus feriũt: sed contra mẽtem inexpugnabilem ipsa sua percussione fatigantur. Nos igitur subtili debemus discretione distinguere et quid sit in eorum verbis quod vere de reprobis sentiunt: et quid contra beatum Iob fatuum sonant.

Capitulum secundum Libri Decimiquarti: exponẽs capitulum Decimumoctauum textus beati Iob.

A Respōdēs autem Baldath suites dixit: Usq; ad quem finem v̄ba iactabis? Intellige prius: et sic loquamur. Quare reputati sumus vt iumenta: et sorduimus coram te? Quid perdis aīam tuam in furore tuo? Nunquid ꝑpter te derelinquetur terra: et transferētur rupes de loco suo? Nōne lux impij extinguetur nec splē debit flāma ignis ei⁹? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: et lucerna que super eum est/ extinguetur. Arctabuntur gressus virtutis ei⁹: et precipitabit eum consilium suum. Immisit enim in rete pedes suos: et in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo: et exardescet cōtra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius: et decipula illius super semitam. Undiq; terrebūt eum formidines: et inuoluēt pedes eius. Attenuetur fame robur eius: et in- B edia inuadat costas illius. Deuoret pulchritudinem cutis eius: et consumat brachia illi⁹ primogenita mors. Auellatur de tabernaculo suo fiducia ei⁹: et calcet super eum quasi rex interitus. Habitent in tabernaculo illi⁹ socij ei⁹ qui non est: aspergatur in tabernaculo ei⁹ sulphur. Deorsum radices ei⁹ siccentur: sursum autem atteratur messis eius. Memoria illi⁹ pereat de terra: et non celebretur nomen eius in plateis. Expellet eum de luce in tenebras/ et de vrbe transferet eum. Non erit semen ei⁹ neq; progenies in populo suo: nec vlle reliquie in regionibus eius. In die eius stupebūt nouissimi: et primos inuadet horror. Hec sunt ergo tabernacula iniqui: et iste locus ei⁹ qui ignorat deum.

Respondēs aūt baldath suites/ dixit. Usq; ad quem finem verba iactabis? Intellige prius: et sic loquamur.] Oēs heretici sanctam ecclesiam in quibusdam incognitis superbire putant: quędā vero nec intelligere suspicantur. Unde baldath suites beatum Job quasi in superbiam astruit erupisse: qui fateretur verba iactare. Sed signat ipse ꝙtra elatiōe tumeat: qui beatum Job loqui que nō intelligeret putabat. Et qꝛ oēs heretici in estimatione sua a sancta se ecclesia despici conqueruntur: apte subiungitur.

¶ S. Qꝛ superbi cum se despici suspicantur/ ad contumelias prosiliunt.

C ¶ Quare reputati sumus vt iumenta: et sorduimus coram te?] Humane mētis est ꝓpriū: hoc sibi fieri suspicari/ qđ facit. Arbitrātur enim se despici/ qui bonoꝝ mores despicere consueuerūt. Et qꝛ in his que cōprehendi valent ratione/ contra hereticos ostendit ecclesia rationabile non esse qđ astruit: estimant se ab eius iudicio velut iumēta suspicātur. Et qui a despectus sui suspicione primus ad dedignationem prosiliunt: atq; ad eiusdem ecclesie contumelias excitātur. Unde subditur [Quid perdis animam tuā in furore tuo?] Heretici vel zelum rectitudinis/ vel spiritalem gratiam sancte predicationis non virtutis pondus/ sed insaniam furoris estimāt. Quo furore videlicet perire fidelium animas arbitrantur: qꝛ inde interire ecclesie vitam credūt: vnde eam contra se insurgere conspiciunt. Sequitur [Nunquid propter te derelinquetur terra?] Se enī vbiq; deum colere: se totum mūdum existimāt occupasse. Quid est ergo dicere: Nunquid ꝑpter te derelinquetur terra/ nisi hoc qđ sepe fidelibus dicit: qꝛ si hoc est verum qđ vos dicitis/ ois a deo terra derelicta est: quam iam pre multitudine nos tenemus. Sācta aūt vniuersalis ecclesia predicat/ saluari veraciter nisi intra se non posse: asserēs q̄ oēs qui extra ipsam sunt/ minime saluabūtur. At cōtra heretici quia etiam extra ipsam saluari se posse confidūt/ in quolibet loco sibi diuinum adiutorium adesse profitentur. Unde dicunt. Nunquid ꝑpter te derelinquetur terra. i. vt quisq; extra te fuerit/ minime saluetur? Unde etiā subditur. [Et transferētur rupes de loco suo.] Heretici rupes vocāt eos quos sublimibus in humano genere excedere sensibus estimāt: quos ꝑfecto doctores se habere gloriātur. Cum vo sancta ecclesia quos suos quosq; ꝑdicatores intra unum recte fidei colligere studet: qđ aliud q̄ de locis proprijs rupes mouet: vt intra eam recta sententias humiliter taceat/ qui in peruersis suis sensibus prius rigidi stabant? Sed hoc fieri heretici oīno contradicūt: et ꝑpter ei⁹ vocem/ rupes de loco proprio transferri renituntur: quia videlicet nolunt vt ad eam venientes/ vera humiliter sentiant hi qui apud eos clarꝭ sensibus falsa sapiebant.

¶ S. Qꝛ bona malis/ et mala bonis in hac vita indifferenter eueniūt: in vita vo eterna sola vera bona bonis et vera mala malis seruantur. Capitm. iij.

D Lerūq; vero heretici cum quosdam in sancta ecclesia/ vel inopia vel flagellis laborantes aspiciūt: semetipsos mox in arrogātiam iustitie extollūt: et quicquid aduersum fidelib⁹ euenisse considerant: hoc factum pro eoꝝ iniquitatibus putantes: scientes nimirum qꝛ actionum meritum presentis vite qualitas nullatenus probat. Nam plerūq; et bona malis/ et mala bonis eueniunt: pro eo qꝛ et vera bona bonis et vera mala malis in eterna retributione seruantur. Baldath itaq; typum hereticoꝝ de ꝓsperitate vite presentis se extollentium tenens/ aduersus beati Job flagella/ qualiter eoꝝ voce contra iustoꝝ opprobria insiat: et diserte quidem contra impios disputat: sed qꝛ peruerse cōtra iustum falsa dicat/ ignorat: nam subiecit dicēs. [Nonne lux impij extinguetur: nec splendebit flamma ignis eius?] Hec si in presentis vite diffinitione denunciat/ fallitur: quia plerūq; et impijs inclusum prosperitatis cernitur: et pios tenebre ignobilitatis ac paupertatis abscondunt. Sin vero ad hoc eius sermo dirigitur/ vt ostendat quid impij in suo fine patiātur/ veraciter dicitur: Nonne lux impij extinguetur: nec splendebit flamma ignis eius? Quod si dici de impio recte potuit/ contra sanctum tamen virum in flagello constitutum dici non debuit. Sed nos vires brachiorum illius in suis sententijs perpendentes/ pensemus q̄ valide iacula intorqueat: et desinamus aspicere in eo quē do quem impetit: nimirum scientes quia frustratis ictibus lapidem ferit. Dicat ergo:

¶ S. Qꝛ vnusquisq; reproborum flammam propriam habeat in corde illius concupiscentie a qua abstrahitur et illicitur.

¶ Nonne lux impij extinguetur?] Quia habēt et impij lucem suam: ꝓsperitatem scꝫ vite presentis. Sed lux impij extinguetur: quia fugitiue vite prosperitas cum ipsa citius vita terminatur. vbi apte subditur. Nec splendebit flamma ignis eius. Omnis nāq; impius habet flammam ignis proprij: quem in corde suo ex feruore desideriorum tēporalium accendit: dum modo istis/ modo illis cupiditatib⁹ estuat: et cogitationes suas per multiplicia blandimēta seculi amplius inflāmat. Ignis aūt si flāmam non habet/ nequaq̄ suo lumine splēdet. Flāma itaq; ignis eius est decor vel potestas exterior/ que de interno eius ardore ꝓcedit: quia quod antea in hoc mundo adipisci desiderat/ plerūq; ad cumulum perditionis obtinet: et siue in potestate culminis/ siue in diuitijs multiplicatur: quasi per exteriorem gloriam lucet. Sed non splendebit flamma ignis eius/ cum in die extrema oīs exterior decor subtrahitur: et solo suo intrinsecus ardore concrematur. Flamma ergo ab igne subtrahitur/ cum gloria exterior ab interno eius ardore separatur. Habent etiā iusti flammam ignis sui: sed nimirum que resplendeat: qꝛ videlicet eorum desideria in bonis operibus lucent. Illi quorum vero flamma minime splendet: qꝛ per hoc q̄ mala appetunt/ ad tenebras pertrahuntur. Unde et sequitur. [Lux obtenebrescet in tabernaculo illius.] Si plerūq; tristitiam tenebras accipimus: nō immerito lucem accipere gaudium debem⁹. Lux ergo in tabernaculo illius tenebrescit: quia in ei⁹ conscientia quam male inhabitat; gaudium quod de

G temporalibus rebus fuerat/deficit. Unde et apte subiungitur. Capitulum.iiij.

Et lucerna que super eum est/extinguetur.] Ut enim de vsu multorum loquar: lucerna lumen in testa est. lumen ſo in testa est/gaudium in carne. Lucerna ergo que super eum est/extinguitur: quia cum malorum suorum retributio impium sequitur: in eius mēte gaudium carnale dissipatur. Bene autem de lucerna hac non dicitur/que apud eum est: sed que super eum est: quia iniquorum mentem terrena gaudia possidentsicque eam in voluptatibus absorbent/vt sup ipsam sint/non apud ipsam. Justi autem etiam cum prosperitatem vite presentis habēt/eam sub semetipsis premere nouerunt: vt hoc quod apud se in bonis hilarescit/grauitatis cōsilio transeant: et virtutis regimine excedāt. Lucerna ergo impij que super eū est/extinguitur: quia citius eius gaudium deficit/quod eum totum in hac vita possedit. Et qui nunc male se in voluptatib⁹ dilatat: eum post in supplicijs pena coangustat. Unde adhuc subditur:[Arctabuntur gressus virtutis ei⁹.] Nunc eīm quasi totiens virtutis sue gressus exerit/quotiens potestatis sue violentias exercet. Sed gressus virtutis eius arctabūtur: qr vires malitie illi⁹ quas nūc in voluptate sua exhibet/postmodum pena constringit. Sequitur.

C S. Qz sapientes huius seculi in proprium sensum precipites ruunt.

C Et precipitabit eum consilium suum.] Habet nunc consilium omnis iniquus presentia appetere: eterna deserere: iniusta agere: iusta deridere: sed cum iudex iustorum iniustorūqz venerit/ suo vnusquisqz impius cōsilio H precipitabit: qr per hoc qđ hic appetere prauis cogitationibus eligit/in eterni supplicij tenebras mergitur. Quem enim hic gloria temporalis extollit/illic sine termino pena premit. Qui hic in voluptate letat⁹ est: illic perpetua vi[ct]ione cruciatur. Et fit plerūqz vt ipsa huius mundi prosperitas que ab impijs inhianter appetitur: eorum gressus ita obliget/vt etiam cum ad bona opera voluerint redire/vix possint: qr recta agere non valēt/cum huius mundi amatoribus displicere timent. Unde agitur/vt per gloriam quā impius ex peccato assequitur/eius adhuc peccata amplius multiplicentur.

C S. Qz dignitas ad quā ambitiose cum culpa peruenitur/sine culpa relinqui non possit.

C Immisit enim in rete pedem suum: et in maculis ei⁹ ambulat.] Qui pedes in rete mittit/non cum voluerit eijcit. Sic qui in peccatis se deijcit/non mox vt voluerit surgit: et qui in maculis retis ambulat/gressus suos ambulando implicat: et cum expediri ad ambulandum nititur/ne ambulet obligatur. Sepe nāqz contingit/vt quis huius mundi delectatione persuasus/in eo ad honoris gloriam pertingat/vt ad desideriorum suorum effectū perueniat: et peruenisse se ad hoc quod expetijt letetur. Sed qr bona mūdi non habita in amore sunt: et plerūqz habita vilescūt: percipiendo discit/qz sit vile quod expetijt. Unde reuocatus ad mentem exquirit qualiter sine I culpa fugiat/qđ se cum culpa cōspicit adeptum. sed ipsa eum dignitas que implicauit tenet: et sine culpis alijs fugere non valet hoc vbi nō sine culpa peruenit. Immisit ergo in rete pedes suos/et in maculis eius ambulat: quia cū expediri nititur/tunc veraciter conspicit qz duris nexib⁹ tenetur. Neqz enī vere obligationem nostram cognoscimus/nisi cū euadere nitentes/quasi leuare pedes conamur. Unde z hanc eādem obligationem apte subiungit. Capitulum.v.

Tenebitur planta illius laqueo.] Quia videlicet stringitur finis in peccato. Et quia hostis generis humani cum vniuscuiusqz vitā in culpa obligat/ad eius mortem anxius anhelat: recte subiūgitur:[Et exardescet cōtra eum sitis.] Antiquus quippe noster inimicus cū in peccato vitam illaqueat/sitit: vt mortem peccatoris bibat. Qđ tamen z aliter intelligi potest. Nam peruersa mens cum in peccatum se venisse conspicit/quadam cogitationis superficie euadere peccati laqueos querit: z vel terrores vel opprobria hoīm timens/eligit in eternum mori/qz ad tempus aliquid aduersitatis perpeti. Unde totū se vitijs inserit/quibus iam se semel obligatum sentit. Cuius ergo vsqz ad finem vita in culpa constringitur: ei⁹ planta laqueo tenetur. Sed qr se quo malis obligatū pensat/eo de suo K reditu desperat: ipsa iam desperatione acrius ad huius mūdi concupiscētias estuat: fit desideriorum feruor in mēte: et peccatis precedētibus irretitus animus/ad maiora etiam delicta succenditur. Unde z subditur:[Et exardescet cōtra eum sitis.] In eius quippe animo cōtra eum sitis exardescit: qr quo agere peruerse cōsueuit/eo ad bibenda mala vehementer accenditur. Amplio quippe sitire/est/huius mūdi bona concupiscere. Unde z redēptor noster ante pharisei domum hydropicum curat: et cum contra auaritiam disputaret/scriptum est: Audiebant autem omnia hec pharisei: qui erant auari: et deridebant illum. Quid est ergo qz ante pharisei domum hydropicus curatur/nisi qz per alterius egritudinem corporis/in altero exprimitur egritudo cordis? Hydropicus quippe quo amplius biberit/amplius sitit: et omnis auarus ex potu † sitim multiplicat: quia cum ea que appetit adeptus fuerit/ad appetenda alia amplius anhelat. Qui enim adipiscēdo plus appetit/huic sitis ex potu crescit. Sequitur.

Luce.xvj

† al' ex ꝑceptō.

C S. Qz honor temporalis z amor lucri z cetera hmōi quasi esca sūt in laqueo: quib⁹ cū appropinquauerit improuide erraris/captus tenetur. Et qz sit quedam affinitas vitiorum z morum/sm quam deceptiones suas diabolus optime considerat. Capitulum.vi.

Abscōdita est in terra pedica eius: et decipula illi⁹ sup semitam.] In terra pedica abscōditur/cum culpa sub terrenis commodis occultatur. Inimicus quippe insidians ostendit humane mēti in terreno lucro qđ appetat/et occultat peccati laqueum/vt eius animam stringat: quatenus videat quid est quod concupiscere valeat: et tamen nequaqz videat in quo culpe laqueo pedem ponat. Decipula ſo a decipiendo vocata est. Et tunc ab antiquo hoste super semitam decipula ponitur/quādo in actione huius mundi quam mens appetit/peccati laqueus paratur: que videlicet nō facile deciperet/si videri potuisset. Sic quippe decipula ponitur/vt dum esca ostenditur/nequaqz ipsa a transeunte videatur. Quasi esca quippe in laqueo est lucrum cum culpa: et hui⁹ mundi prosperitas cum iniquitate. Dum itaqz a concupiscente lucrum appetitur: quasi pedem mentis apprehendit decipula que non videtur. Sepe ergo pponuntur animo cū culpa honores/diuitie/salus z vita temporalis: que menti illiciens dum quasi escam videt/et decipulam non videt: per escā quā videns appetit/in culpa constringitur que non videtur. Existūt etenī qualitates morum que ceteris vitijs sunt vicine. Nam mores asperi/aut crudelitati aut superbie solent esse coniuncti. Mores autem blandi/et qz decet paulo amplius leniores/nonnunqz luxurie z dissolutioni. Intuetur ꝑ inimicus generis humani vniuscuiusqz mores cui vitio sint ppinqui/et illa opponit ante faciem: ad que cognoscit facilius inclinari mētem: vt blandis ac letis moribus sepe luxuriam/nōnūqz vanā gloriam: asperis ſo mentib⁹ iram/supbiam vel crudelitatem proponat. Ibi ꝑ decipulam ponit/vbi esse semitam mentis cōspicit: qr illic periculum deceptionis infert/vbi viā esse inuenerit ppinque cogitatiōis. Et qr peruersus homo omne qđ facit/etiā pati metuit: atqz hoc sibi ab oib⁹ fieri estimat: qđ ipse oibus quib⁹ valet parat/recte sequitur:

Astutia inimici.

M

[Undiqz terrebūt eum formidines.] Talis enī cōtra se oēs esse suspicatur/qualis ipse esse contra oēs nititur. Que nimirum formidines quid in ei⁹ actione faciāt/subinfertur/cum dr:[Et inuoluēt pedes eius.] Capitm.vij.

Pedes quippe si inuoluti fuerint/gressus liberos habere nō possunt: et nullum carpere iter valent: qr sua eos inuolumēta retinēt. Praua itaqz desideria ad pessimam actionem trahūt: sed pessima actio restrigit in formidine. Que videlicet formido inuoluit pedes/ne in rectam exire valeāt actionem. Et sepe cōtigit vt idcirco quisqz bonus esse metuat/ne hoc a prauis ipse patiatur qđ se bonis fecisse reminiscitur. dumqz hoc pati qđ fecit metuit/vndiqz territus/vndiqz suspectus quasi pedes inuolutos habet. qui timore irretitus/nil libere agere preualet. qui in bono opere quasi inde gressum perdidit: vnde ad mala que concupierat excessit. Sequitur[Attenuetur fame robur ei⁹: z inedia inuadat costas illius.] Scripture sacre mos/optare vi

B detur qđ futurum preuidet:scʒ non maledicētis animo sed predicētis. Qui itaqʒ homo q: ex aīa ⁊ carne cōstat: quasi ex robore ⁊ infirmitate cōpositus est. Ex ea enim parte qua spūs rationalis est conditus non incongrue dicitur robustus. ex ea vero qua carnalis/infirmus est. Robur ergo est hoīs aīa rationalis/que impugnantib⁹ vitijs resistere per rationem valet. Unde ⁊ superius per beatum Job dictum est: Roborasti eū paululum/vt in perpetuum pertransiret. Ex rationali quippe anima habet homo vt in perpetuum viuat. Huius ergo iniqui robur fame attenuatur:q: ei⁹ anima nulla interni cibi refectione pascitur. De qua scʒ fame de⁹ per prophetam loquitur: Emittam famem in terram: non famem panis/ neqʒ sitim aque:sed audiēdi verbum dñi. Bene aūt subditur: Et inedia inuadat costas illi⁹. Coste enim viscera constringūt:vt latentia intrinsecus eorum soliditate muniantur. Coste ergo vniuscuiusqʒ sunt sensus animi/ qui latentes cogitationes muniūt. Inedia igitur inuadit costas/quando omni spiritali refectione subtracta/ sensus mentis deficiūt:et cogitationes suas regere vel tueri nō possunt. Inedia inuadit iniqui costas/quia fames interna sensus mētis extenuat:vt cogitatiōes suas nullatenus regant. Nam dum sensus mentis obtusi fuerint/cogitationes ad exteriora prodeūt:et quasi costis B infirmatibus/ea que in occulto sana latere poterant/foras viscera funduntur. Unde fit vt cogitationib⁹ exteri⁹ sparsis/exterioris glorie speciem deceptus appetat animus:nihilqʒ diligat nisi qđ pulchrum foris viderit. Cōtra quem adhuc apte subiungitur:

[Amos viij.]

¶ S. Q: primogenita mors sit superbia. Et q: multi diuites possent habere sine culpa opes ⁊ gloriam/si hec cum humilitate haberent. Capitm. viij.

Deuoret pulchritudinem cutis eius:et consumat brachia illius primogenita mors.] Pulchritudo cutis est gloria tēporalis: que dum foris cōcupiscitur/quasi species in cute retinetur. Brachiorum vō noīe non incōgrue opera designātur:q: corporale opus brachijs agitur. Quid aūt mors nisi peccatum est/qđ ab interiore vita aīam occidit? Unde scriptum est: Beatus ⁊ sanctus:qui habet partem in resurrectione prima:q: ille post ī carne feliciter resurget: qui in hac vita positus/a mentis sue morte resurrexerit. Si igitur peccatum mors/nō incōgrue primogenita mors supbia valet intelligi:q: scriptum est: Initium ois peccati superbia. Pulchritudinem igitur cutis ei⁹/et brachia illi⁹ primogenita mors deuorat:q: iniqui gloriam vel operationem/superbia supplantat. Potuit eīn etiā in hac vita sine culpa gloriosus existere:si superbus minime fuisset. potuit auctoris sui iudicio/quibusdā suis operibus cōmēdari/nisi hec ipsa opera ante eius oculos elatio supplantaret. Sepe eīn quosdam diuites videm⁹ q̄ opes ⁊ gloriam habere sine culpa potuissent:si hec habere cum humilitate voluissent. Sed extollūtur rebus: inflātur honorib⁹:dedignātur ceteros: omnēqʒ vite sue C fiduciam in ipsa abundantia rerum ponūt. Unde ⁊ quidam diues dicebat: Anima/habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce/comede/bibe/epulare. Quas cogitationes dum supernus iudex aspicit:de ipsa hac eos sua fiducia euellit. Unde hic quoqʒ apte subditur:

[Apoc. xx.] [Eccli. x.] [Luce. xij.]

¶ Q: possunt esse corda sanctorum sine regno peccati/ licet sine peccato non possint.

¶ Euellatur de tabernaculo suo fiducia eius:et calcet super eū quasi rex interitus.] Hoc loco interitus noīe/ ipse hostis generis humani / qui interitum intulit/designatur:qui per suum quēdam satellitem exprimitur:de quo ad Joannem dicitur. Nomen illi mors. Iste itaqʒ interitus ī oīe exitus quasi rex sup impium calcat:quia quem prius blādis persuasionib⁹ decepit:ad extremum violentis nexib⁹ ad supplicium rapit:tātoqʒ cum duri⁹ deprimit/quāto in prauis actib⁹ vehementi⁹ astringit. Qui hic quoqʒ reprobi mentem dum possidet calcat:q: quotiēs eā delectationib⁹ pressit/quasi totiēs sup eā pedes sue tyrānice dñationis posuit. Capitm. ix.

[Apoca. vj.]

Si vō interitus noīe non aperte diabolus sed peccatum debet intelligi:ex quo contingit reprobos ad interitum trahi/talis nimirū interitus quasi rex calcat mētem/cum eā non resistētem possidet. Non eīn pōt in hac vita homini posito tentatio deesse peccati. Sed aliud est peccato tētāti resistere:aliud domināti seruire. Iniquus aūt quisqʒ q: resistere p:ccati suasionib⁹ nescit:subiugari aūt ei⁹ dnio non pertimescit:recte de eo dr̄: Calcet super eum quasi rex interitus. D Hui⁹ quippe interitus regnum a discipulorū cordibus repellebat Apl̄s/cū dicebat: Non regnet peccatū in vestro mortali corpore. Non eīn ait:non sit/sed nō regnet: q: non esse non potest:aīon aūt regnare in cordib⁹ bonorū potest. Quia ḡ cū quelibet culpa cor iniqui pulsauerit/ resistēs illud non inuenit:sed suo dnio subiternit/dicat recte: Euellatur de tabernaculo suo fiducia eius:et calcet super eū quasi rex interitus. De tabernaculo suo ergo fiducia ei⁹ euellitur/quādo peruersus quisqʒ qui multa sibi ad votū in hac vita parauerat:repetita morte dissipatur. Et calcat sup eū quasi rex interitus:q: vel hic vitijs premitur:vel mortis sue tēpore per hoc q̄ ad supplicia rapitur/potestati demoniace subiugatur. Qđ idcirco ita in reprobon mentib⁹ agitur:q: et cum occasio perpetrandi peccati deest/desideriorū cogitationes eorū cordib⁹ nullaten⁹ desunt. Et cū semper diabolum sequātur in opere: valde tamen sesisi obligāt in cogitatione. Prius ḡ culpa in cogitatione est/postmodum vō ī opere. Unde filie babylon dr̄: Descende/sede in puluere virgo filia babylon: sede in terra. Cum eīn semper puluis terra sit/non tamen terra semper est puluis. Quid ergo per puluerem/nisi cogitationes debem⁹ accipere? Que dum importune ac silenter in mēte euolāt/eius oculos excecant. Et quid per terram/nisi terrena actio designatur? Et quia reproborū mens prius ad praua cogitāda deijcitur/et postmodum ad faciēda:recte filie babylon (que ab interne rectitudinis iudicio descendit) per ferientem sententiam dicitur: vt prius in puluere/et post in terra sedeat:q: nisi se in cogitatione psterneret:in malo opere non iaceret. Sequitur. [Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est.] id est in mente ei⁹/apostate angeli per cogitationes nequissimas cōuersentur: eius videlicet socij/qui idcirco iam non est:q: a summa essentia recessit:et per hoc quotidie excrescente defectu quasi ad non esse tendit/q: semel ab eo qui vere est/cecidit. qui recte quoqʒ non esse dicitur:quia bene esse perdidit/ etsi nature essentiam non amisit.

[Rom. vj.] [Esaie. xlvij.] E

¶ S. Q: peccatum congrue incendio sulphuris cōparetur/quod fetet ⁊ ardet. Capitm. x.

Adhuc tamen easdem iniqui cogitatiōes subtilius exprimens subiūgit/dicēs. [Aspergatur in habitaculo ei⁹ sulphur.] Sulphur qđ aliud q̄ fomētum ignis est: Qđ tamen sic ignem nutrit vt fetorem grauissimū exhalet. Quid itaqʒ in sulphure nisi peccatum carnis accipimus: Qđ dum peruersis cogitationibus quasi quibusdā fetorib⁹ mentem replet/eterna ei incēdia preparat; et dū fetoris sui nebulam ī mēte reproba dilatat/cōtra eam flammis subsequētib⁹ quasi nutrimēta subministrat. Nam q: per sulphur fetor carnis accipitur:ipa sacri eloquij historia testatur:que contra Sodomam ignē et sulphur pluisse dñm narrat. Qui cū carnis ei⁹ scelera punire decreuisset/in ipa qualitate vltionis notauit maculam criminis. Sulphur quippe fetorem habet/ignis ardorem. Qui itaqʒ ad puersa desideria ex carnis fetore arserant/dignū fuit vt simul igne et sulphure perirēt: quatenus ex iusta pena discerēt/ex iniusto desiderio quid fecissent. Hoc ḡ in tabernaculo iniqui sulphur aspergitur: quotiēs peruersa carnis delectatio in ei⁹ mente dominat. Quem q: indesinēter praue cogitationes possidēt: eūqʒ ferre boni operis fructū vetāt/recte subiūgitur: [Deorsum radices ei⁹ siccētur: sursum aūt atteratur messis eius.] Quid nāqʒ radicum noīe/que in occulto site sunt/et germen in apertū ferūt/ nisi cogitationes accipim⁹:que dum non videātur in corde/visibilia opera pducūt? Unde ⁊ messis noīe/eadem aperta operatio signatur:que videlicet ex latenti radice pducitur. Et q: ois iniquus prius in cogitationibus tentationum arescit/et postea a bonis actib⁹ deficit: recte per baldad dicit: Deorsum radices ei⁹ siccentur:sursum aūt atteratur messis ei⁹. Quia dum prauus quisqʒ cogitationes suas in infimis reb⁹ ponit:et sempiterne viriditatis gaudia appetere negligit: quid aliud q̄ radices suas deorsum siccari permittit? Cui⁹ sursum messis atteritur:q: ois ei⁹ operatio superno iudicio quasi nihi-

[Gen. xix.] F

G lum deputatur: etiam si ante humanos oculos bona videatur. Imimo itaq3 radices sunt/et superius messio: qz hic prius bonas cogitationes mittimus: vt q̃sq3 bonorum operum fructum percipere in eterna retributione mereamur. Sed iniquus quisq3 cũ bonas cogitationes deserit: et ad ea que sunt exterius semetipsum fundit: deorsum siccantur radices eius. Sursum ꝟo messis eius atteritur: quia qui hic sterilis persistit/post hãc vitam ad nulla premia vocatur. Sequitur:

¶ S. De antichristi dãnatione: et de persecutione quã facturus est: et de morte Enoch et Helie. Capitulum. xi.

MEmoria illi⁹ pereat de terra: et non celebretur nomen ei⁹ in plateis. Intuẽdum est nobis/q̃ sic Baldath suites de vnoquoq3 iniquo loquitur: vt latẽter ad caput oim iniquoꝝ ei⁹ verba vertãtur. Caput quippe iniquoꝝ diabolus est. Ipse q̃ppe in vltimis tẽporib⁹ illud vas perditionis ingressus/ quod antichristus vocabitur/nomen suum longe lateq3 diffundere conatur. Qd nũc vnusquisq3 imitatur/cum de memoria terreni nois. gloriam laudis sue extendere nititur: atq3 opinione transitoria letatur. Sic ḡ hec verba intelligãtur de vnoquoq3 iniquo: vt referri quoq3 debeant ad ipm specialiter caput iniquorum. Dicat itaq3. Memoria illi⁹ pereat de terra: et non celebretur nomen eius in plateis. Platee quippe appellatione greca/a latitudine sunt vocate. Memoriam ꝟo suam in terra statuere antichristus conatur: cum in terrena gloria appetit (si esset possibile) in perpetuum permanere. Nomen suum in plateis celebrari gaudet/cum longe lateq3 operationem sue iniquitatis extendit. Sed qz diu hec eius

H iniquitas non sinitur extolli/dicatur: Memoria illius pereat de terra: et non celebretur nomen ei⁹ in plateis. i. citius laudem terrene potestatis amittat: et omne gaudium sui nois perdat/qd lõge lateq3 in breui temporis prosperitate diffuderat. Sequitur: [Expellet eũ de luce in tenebras. De luce ad tenebras ducitur/cũ de honore vite presentis ad supplicia eterna damnatur. Unde et aperti⁹ subditur. [Et de orbe transferet eum.] De orbe quippe transfertur/cum superno apparẽte iudice de hoc mundo tollitur in quo puerse gloriatur. Qui proco q̃ cum oib⁹ sequacib⁹ suis fine mũdi interueniẽte dãnabitur/recte subiũgitur: [Non erit semen ei⁹ neq3 progenies in populo suo: nec vlle reliquie in regionib⁹ eius.]

i. Thes. ij. Scriptum quippe est qz dñs iesus interficiet eum spiritu oris sui: et destruet illustratione aduentus sui. Dum ergo eius iniquitas cum mũdi statu terminatur/progenies eius in populo suo non relinquetur: qz & ipse & eius populus cum eo ad supplicium pariter vrgetur: et oẽs iniqui qui de ei⁹ peruersa persuasione in prauis actionibus nati sunt: illustratione aduẽtus dñi eterno interitu cum eodem suo capite ferientur. Ut nulla ei⁹ progenies in mundo remaneat: qz districtus iudex iniquitates illi⁹ cũ ipo mũdi fine cõcludit. Qz ꝟo hec aperte de antixpo intelligi debeãt/demõstrat cũ subditur. Capitulum. xij.

I IN diebus eius stupebũt nouissimi: et primos inuadet horror.] Tanta enim tũc contra bonos iniquitate effrenabitur/ vt etiam electoꝝ corda non paruo pauore feriãtur. Unde scriptum est: Ita vt in errorem inducãtur/si fieri potest/etiam electi. Qd videlicet dicitur nõ quia electi casuri sunt/sed magnis terroribus trepidaturi. Tunc ꝟo contra eum certamen iustitie & nouissimi electi habere narrãtur & primi: quia scilicet & hi qui in fine mundi electi reperiuntur/in morte carnis prosternendi sunt: et illi etiam qui a prioribus mundi partibus precesserunt/Enoch scʒ et Helias ad medium reuocabunt: & crudelitatis ei⁹ seuitiam in sua adhuc mortali carne passuri sunt. Huius vires in tantam potestatem laxatas/nouissimi obstupescunt/et primi metuunt: quia licet iuxta hoc q̃ spiritu superbie sublevatur/omnem tẽporalem eius potestatem despiciunt: iuxta hoc tamen q̃ ipsi adhuc in carne mortali sunt (in qua cruciari temporaliter possunt) ipsa que fortiter tolerant supplicia perhorrescunt: ita vt in eis vno & eodem tempore & constantia ex virtute sit/et pauor ex carne: qz et si electi sunt vt tormentis vinci nequeant: per hoc tamen q̃ homines sunt: et ipsa metuunt tormenta que vincunt. Dicatur ergo: In diebus eius stupebũt nouissimi et primos inuadet horror: quia videlicet tanta tunc se

K gna monstraturus/et crudelia ac dura facturus est: vt ad stuporem perducat quos in fine mundi inuenerit: et priores patresq3 in eius expugnationem seruati sunt: carnalis mortis dolore transfigat. Igitur quia de iniquis omnibus, vel de ipso iniquoꝝ capite multa narrauit: generali mox diffinitione subiũgit. [Hec sunt ergo tabernacula iniqui: et iste locus ei⁹ qui ignorat deum.] Superius enim dixerat: Expellet eum de luce ad tenebras: et de orbe transferet eum. Cuius cum mala subiungeret/adiunxit: Hec sunt tabernacula iniqui: et iste loc⁹ eius qui ignorat deum. videlicet indicans: quia is qui nunc deum ignorãdo extollitur: tunc ad propria tabernacula peruenit/quãdo cum sua iniquitas in supplicia demergit: et locum suum quãdoq3 inuenit tenebras: qui dum hic de falsa gauderet luce iustitie/locum tenebat alienum. Peruersi enim in omne qd per simulationem faciũt/nomen glorie iustoꝝ quasi locum occupare alienum nituntur. Sed ad locum suum tunc perueniũt/cum iniquitatis sue merito/perpetuo igne cruciantur. Hic nãq3 per omne quod agunt/percipiende laudis desiderio seruiunt: et per imaginem bonorum operum/sinum mentis ad auaritiam extendunt. Eat igitur nunc iniquus/et multis apparatibus tumidus/sua hic habitacula construat: nomen glorie extendat: plura & multiplicet: seq3 abundantibus opibus delectet: cum ꝟo ad supplicia eterna peruenerit: perfecte cognoscet/qz hec sunt tabernacula iniqui/et iste locus eius qui ignorat deum. Recte vero hec Baldath dixerat: sed cui diceret/ignorabat. Uehementer autem iustum cor affligitur/quando contra illud sententie ex iniusta estimatione proferuntur. Unde beatus Job protinus respondit/dicens: L

falso rura

¶ Sequitur capitulum. xix. textus: sed Moralis expositionis Capitulum. xiij.

REspondens autem Job dixit: Usq3quo affligitis aiam meã: et atteritis me sermõibus: En decies confunditis me: et non erubescitis opprimentes me. Nẽpe & si ignoraui mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini: et arguitis me opprobrijs meis. Saltem nunc intelligite qz deus non equo iudicio afflixerit me: et flagellis suis me cinxerit. Ecce clamabo vim patiẽs & nemo audiet. Uociferabor et nõ est qui iudicet. Semitam meam circũsepsit, et transire nõ possum: et in calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea: et abstulit coronam de capite meo. Destruxit me vndiq3 et pereo: et quasi euulse arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor ei⁹: et sic me habuit

M quasi hostem suum. Simul venerunt latrones eius: et fecerũt sibi viam per me: et obsederunt in gyro tabernaculum meũ. Fratres meos longe fecit a me: et noti mei quasi alieni recesserũt a me. Dereliquerũt me ppinqui mei: et qui me nouerãt obliti sunt mei. Inquilini domus mee et ancille mee sicut alienũ habuerũt me: & quasi peregrinus fui in oculis eoꝝ. Seruum meũ vocaui: et non respondit: ore pprio deprecabar illum. Halitum meum exhorruit vxor mea: et orabam filios vteri mei. Stulti quoq3 despiciebant me: et cum ab eis recessissem detrahebant mihi. Abominati sunt me quõdam consiliarij mei: & quem maxime diligebam auersatus est me. Pelli mee consumptis carnib⁹ adhesit os meum: et derelicta sunt tantũmodo labia circa dẽtes meos. Miseremini mei/miseremini mei/

A saltem vos amici mei / q2 man⁹ dñi tetigit me. Quare persequimini me sicut deus/et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat vt scribā tur sermones mei? Quis mihi det vt exarent̄ i libro stilo ferreo, ꝛ plumbi lamina vel celte scul pant̄ in silice? Scio enī ꝙ redēptor me⁹ viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rur sum circūdabor pelle mea: et i carne mea vide bo deū. Quē visur⁹ sum ego ipse ꝛ oculi mei cō B spectur sunt: et non ali⁹. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Quare ergo nūc dicitis: perse quamur eū, et radicē verbi inueniam⁹ ꝯtra eū? Fugite ergo a facie gladij: quoniā vltor iniqui tatum gladi⁹ est: et scitote esse iudicium.

Usquequo affligitis animā meam: et atteritis me sermonibus? [Sancti viri eloquia (vt se pe iam diximus) aliquādo ex persona ꝓpria/ aliquādo vero ex voce capitis/aliquando autē ex typo sunt vniuersalis ecclesie sentienda. Ualde vero affligit animā iustorum/quando illi cōtra bonos districtas sentē tias introrquēt/qui bene viuere ignorāt: ꝛ ex voce sibi iu stitiā vēdicant, quā moribus impugnāt. Unde amicis beati Job (vt sepe iam diximus) hereticorū typū tenē tibus/recte ab eodē respondet. Usquequo affligitis ani mam meā/ꝛ atteritis me sermonibus? Atterunt enī bo ni sermonib⁹ iniquorum/quādo ꝯtra eos illi in verbis tu ment: qui aut in peruersa fide/aut in prauis moribus ia cent. Sequitur. [En decies cōfunditis me.] Numerat̄ vicibus locutionū amicorum Job/adhuc nisi quinquies locutos eos esse cognoscim⁹: sed ꝓpter hoc ꝙ ab eis qn C quies increpationes audierat: quorū increpationibus quinquies ipse respōdit: decies se ꝓhibet esse confusum/ quia ꝛ in eo grauiter laborauit/ꝙ frustra increpat⁹ est: ꝛ in eo confusionē pertulit/ꝙ verba doctrine nō audien tibus dixit. Itaque cū audiēs taceret/ꝛ cū loquēs nō au diretur/ipse laborē pertulit: qui ꝛ tacēdo patiēter/ꝛ eis loquēdo inutiliter/cordis dolorē sensit. Unde ꝛ superius dicit: Quid agā? Si locut⁹ fuero/non quiescit dolor me⁹: et si tacuero/non recedit a me. Sin vero ad typū sancte ecclesie hec verba referim⁹/liquet ꝙ magnū ei⁹ est gau diū seruare decalogi precepta. Sed hanc peruersi decies confundūt: quia per omē qđ peccāt prauis suis morib⁹/ decalogi ꝓcepta relinquūt: ꝛ totiens bonis cōfusionem faciūt/quotiēs in suis actib⁹ diuinis vocibus obsistūt. Sequitur. [Et nō erubescitis opprimentes me.] Sunt nōnulli quos ad ꝑpetrandā nequitiā oborta subito ma litia inuitat: sed tū humana verecūdia reuocat. Et ple rique per hoc ꝙ exterius erubescūt/ad interiora sua re deunt: ꝛ contra se internū iudiciū sumunt: quia si ꝓpter hominē mala facere metuunt: quanto magis ꝓpter deū qui cuncta inspicit/nec appetere mala debuerūt? Inq: bus fit vt mala maiora corrigāt̄ p bona minima: sēq per exteriorem verecūdiā/interiorē culpam. Et sunt q̄dam qui postꝗ deū in mente ꝯtēpserunt/multo magis huma na iudicia spernūt: atque omē malum qđ appetunt/auda cter peragere nō erubescunt. Quos ad perpetrandū ma lum occulta iniquitas inuitat: ꝛ nulla apta verecundia retardat: sicut ꝛ de quodā iniquo iudice dicitur: Deum non timebat: ꝛ hoīem non reuerebat. Hinc est etiā qđ de quibusdā impudēti fronte peccātibus dictū est: Et pec catum suū quasi sodoma ꝓdicauerūt. Plerique ergo ta les sunt aduersarij sancte ecclīe/qui a ꝑpetrandis ma lis/nec timore dñi/nec hoīm pudore refrenātur. Quib⁹ bene p beatum Job dicit: Et nō erubescitis opprimen tes me. quia ꝛ si prauū fuit mala voluisse/peius est male appetita nō erubescere. Sequit̄. [Nempe etsi ignoraui/ mecū erit ignorātia mea.] Habēt hoc heretici propriū/ vt de inani sciētie sue arrogantia inflētur: ꝛ recte credē tium simplicitatē sepe derideāt: ꝛ nullius esse meriti vi tam humiliū ducant. Capitulum. xiiij.

Luc. xviij. D Esa. iij.

At cōtra sancta ecclesia in omē qđ veraciter sapit/sensum suū humiliter deprimit: ne sciē tia inflentur: ne in requisitione occultorū tu meat: ꝛ perscrutari aliqua que vltra vires sunt illi⁹ ꝓsu mat. Uilius etenī studet nescire que perscrutari nō va let/ꝙ audacter diffinire q̄ nescit. Scriptum quippe est: Sicut qui mel multū comedit/non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis/opprimetur a gloria. Dulcedo etenim mellis si plusꝗ necesse est sumitur: vnde delecta tur os/inde vita comedentis necatur. Dulcis quoque est requisitio maiestatis: sed qui plus hanc scrutari appe tit/ꝙ humanitatis cognitio permittit: ipsa hunc ei⁹ glo ria opprimit: quia velut immoderate mel sumptū/per scrutantis sensum dum non capitur/rumpit. Nobiscū vero esse dicitur quod pro nobis est. Et rursum non no biscum esse d: quod cōtra nos est. Quia ergo sciētia sua hereticl eorum inflat: fideles aūt cognitio ignorātie sue hu miliat/dicat beat⁹ Job voce sua: dicat etiam cōfessione vniuersalis ecclīe: Nēpe ꝛ si ignoraui/mecum erit igno rantia mea. Ac si aperte hereticis dicatur: Omis vestra scientia vobiscum non est: quia contra vos est/dum stul ta elatione vos erigit. Mea vero ignorātia mecum est: quia pro me est: qm̄ dum perscrutari de deo aliquid su perbe non audeo: in veritate me humiliter seruo. Et q2 hec ipsa heretici que scire querunt/ad vsum solius ela tionis arripiunt: vt contra fideles et humiles docti vi deantur/recte subiungitur: [At vos contra me erigimi ni.] Sed hec forsasse melius verba perpendimus/si ip sis specialiter amicis beati Job quēadmodū cōgruāt/ E demonstremus. Ipsi etenī percussum iustum vidētes/ ad sua intima redire debuerunt: et nequaꝗ beatū Job verbis increpationis premere/sed se deflere: quia si sic percussus fuerat qui ita seruiebat: qua vltione feriri me rebant/qui nō ita seruierāt? Quibus bene dicit: At vos contra me erigimini. ac si eis apert⁹ dicatur: Qui eri gi contra vosmetipsos ex mea ꝑcussione debuistis.

C S. Ut pri⁹ mundādi sunt hi per quos aliorum peccata mundant̄. Et quid sit ꝙ omis israel cum ad vlciscendū scelus beniamin iubēte dño ascendisset/semel ꝛ iterū ce sus est: et sic demū tertio victor extitit. Cap. xv.

F Ordo quippe erectiōis i bono iste est: vt primū contra nos/postmodū cōtra malos erigamur. Nam q̄ cōtra bonos erigitur/p superbiā infla tur. Cōtra nosmetipsos enī erigimur/quādo mala ꝓpa recognoscētes/districta nosmet ipsos pnie vltione feri mus: quādo nequaꝗ nobis i peccatis parcim⁹: ꝛ nullis erga nos cogitationū blandimētis inclinamur. Qui si districte pri⁹ nostra i nobis mala insequimur: iustū quoque est/vt etiā contra aliena mala vtiliter erigamur: et ea q̄ in nobis punim⁹/etiam in alijs redarguēdo supernim⁹. Sed hāc erectionē mali nesciūt/quia se relinquūt/ꝛ bo nos impetūt. Sibi se intra ꝯscientiā suam mollitie blā de adulationis inclināt: ꝛ cōtra bonorū vitā districtio ne asperitatis erigunt̄. Unde amicis beati Job in ei⁹ flagello tumentib⁹/recte nūc dicit̄: At vos cōtra me eri gimini. i. vosmetipsos redarguendos relinquitis: et me districtis sentētijs increpatis. Qui enī semetipsum pri⁹ nō iudicat/qđ in alio rectū iudicet ignorat. Et si nouit forsasse per auditū qđ recte iudicare debeat: recte tamē iudicare aliena merita nō valet: cui ꝯsciētia innocentie propriē nullā iudicij regulā ꝓbet. Hinc est ꝙ insidiā tibus quibusdam et puniendā adulterā deducentibus dicit̄: Qui sine peccato est vestrū/prim⁹ in illā lapidem Joā. viij. mittat. Ad aliena quippe puniēda peccata ibāt/ꝛ sua relī querāt. Reuocātur itaque int⁹ ad ꝯsciām/vt pri⁹ propria corrigāt/ꝛ tunc aliena repꝛehēdant. Hinc est ꝙ cū trib⁹ beniamin in carnis scelere fuisset obruta: collect⁹ omnis israel vlcisci iniquitatē voluit: sed tamen semel et iterū in belli certamine ipse prostrat⁹ est. Consulto autē dño si ad vlciscēdū ire debuissent/iussum est. Qui iuxta diui ne vocis imperium pergit: ꝛ semel ꝛ scđo ꝑdidit: ꝛ tūc demū peccatricē tribū valde feriēs pene funditus exti xit. Quid est ꝙ in vltionē sceleris inflāmatur/et tamen prius ipse prosternitur: nisi ꝙ prius ipsi purgandi sunt/ per quos aliorum culpe feriunt̄: vt ipsi iam mūdi per vl tionem veniant/qui aliorum vitia corrigere festinant? Un necesse est vt cum ꝯtra nos vltio diuini examinis cessat/ nostra seipsam conscientia repꝛehēdat: atque ad lamenta penitentie ipsa se contra semetipsam erigat: nec contra bonos elata et sibi humilis/sed contra se rigida sit: bo nis vero omnibus submissa. Superbis ergo corripien tibus recte nūc dicitur: Capitulum xvj.

Prouer. xxv.

G

At vos cōtra me erigimini/ et arguitis me opprobrijs meis. ¶ Q nos elati graue esse opprobrium deputāt mala tēporalia: et tanto vnūquēq; esse a deo despectum credunt/ quanto hunc afflictum percussionis flagello conspiciunt. Nil eteni in moribus/ nil in actibus querunt: sed quoslibet in hac vita percussos viderint/ esse iam diuino iudicio dānatos arbitrantur. Unde bene nunc beati Job voce dicitur: Et arguitis me opprobrijs meis. quia hi qui eū iustum ante flagella nouerāt/ iniustum esse ex ipsa iam sua percussione iudicabāt. Unde et sepe heretici quia affligi quosdam intra sanctam ecclesiam vident: (Scriptum quippe de deo est. Flagellat omnem filiū quem recipit) tribulationes fidelium non nisi ex peccato esse suspicatur: seq; ideo iustos credūt: quia in prauitatis sue sensu dimissi/ sine flagello durauerunt. Sequitur.

[Heb. xij.]

H

¶ S. Q ideo non iusto dei iudicio se dicat afflictū/ qui apud se afflictiōis causam nō inueniebat: nō attendēs flagello merita augeri/ nō peccata puniri.

¶ Saltem nunc intelligite: quia deus nō equo iudicio afflixerit me. ¶ Q q̄ durum sonat vox iusti verberibus afflicti: quam tamē non elatio/ sed dolor expressit. Sed iustus non est/ qui iustitiam in dolore deserit. Beat⁹ autem Job quia mire cor habuit/ nec in dura voce peccauit. nam si hunc peccasse in hac voce dicimus: impleisse diabolum astruimus quod proposuit/ dicēs: Tange os eius et carnem/ si nō in faciem benedixerit tibi. Grauis itaq; questio oritur: Si eteni nō peccauit in eo qđ dicit Saltem nunc intelligite: quia deus nō equo iudicio afflixerit me: deum (quod dici nephas est) iniuste egisse aliquid consentimus. Si vero peccauit/ diabolus de illo quod promisit exhibuit. Astruendum est igitur: quia et deus recte circa beatum Job egerit: et tamen beatus Job ex eo q' dicit se non iusto dei iudicio afflictum/ mētitus non sit: et antiquus hostis in eo qđ de beati viri promiserat culpa/ mentitus sit. Nōnunq̄ namq; ideo praua creduntur verba bonorum: quia interior sua intelligētia minime pensantur. Beatus enim Job vitam suam attenderat: et ea que patiebatur flagella pensabat: et videbat equum non esse/ vt ad talem vitam talia flagella reciperet. Et cum dicit non equo se iudicio afflictum/ hoc libera voce locutus est: quod in secreto suo dñs de illo aduersario eius dixerat: Cōmouisti me aduersus eum/ vt affligerem eum frustra. Quod enim dicit deus quia frustra beatum Job afflixerit/ hoc rursum beatus Job asserit: quia non equo iudicio a dño sit afflict⁹. In quo itaq; peccauit/ qui a sententia auctoris sui in nullo discrepauit?

[Iust⁹ non est q̄ iustitiā i dolore deserit.]

[Grauis q̄stio.]

[Solutio.]

[Cur nonnunq̄ praua credantur verba bonorum.]

I

Capitulum. xvij.

Sed fortasse aliquis dicat/ id nos de nobis bonum dicere/ qđ de nobis in occulto iudex dixerit: sine peccato esse non posse. Nam quem iust⁹ iudex laudat/ esse hunc iure laudabilem nō dubitatur. At vero si se ipse laudauerit/ iam eius iustitia laude digna esse non creditur. Quod videlicet recte dicitur: si qđ iudex iustus per equam sententiam perhibet: hoc de se is de quo agitur/ presumat post dicere per elatam mētem. Nam si ipse quoq; in humili cogitatione pmanens/ exigente causa vel dolore/ bona de se veracia dixerit: intantum a iustitia nō recessit/ inquantū a veritate nullo modo discrepauit. Unde Paulus quoq; apl̄s multa de se fortia pro discipulorum suorū edificatione narrauit: sed hec narrando minime deliquit: quia a veritatis tramite/ et attestatione certa et corde humili nō recessit. Iustam itaq; beatus Job vitam suam sentiens/ dicat non se esse iusto iudicio afflictum. Nec peccat in hac voce/ quia nō discrepat ab auctore: quia is quem deus frustra percussit/ ipse quoq; semetipsum asserit nō iusto iudicio afflictum. Sed rursus alia questio oritur: quam iam in huius operis memini exordio solutam: cum dixeremus deus frustra nil faciat/ cur beatum Job frustra se afflixisse refertur? Iustus enim conditor noster tot verberibus in beatum Job non vitia illius curauit extinguere/ sed merita augere. Equum ergo fuit quod fecit per augmentum boni meriti: non tamen videbatur equū q̄ causas credebatur punire peccati. Beatus autem Job peccata sua illis flagellis deleri credidit/ nō merita augeri: et idcirco non equum iudicium vocat: quia vitam suam cū flagellis examinat. Ergo si vita et flagella pēsantur/ non equū fuit qđ beatus Job (sicut dixi) p iram districtionis sibi fieri credidit. Si vero misericordie iudicis attenditur/ qua per penam iusti viri/ vite eius merita cumulantur: equum vel potius misericors iudiciū fuit. Igitur et vera Job dixit/ dum vitam cum flagello pensauit. et deus non iniusto iudicio Job afflixit/ quia merita ex flagello cumulauit. et diabolus qđ promiserat non impleuit: quia beatus Job inter verba que durum sonant/ a vera sententia et mente humili non recessit. Sed hec afflicti verba minus fortasse intelligimus/ nisi sententiā iudicis cognoscam⁹. Qui eū inter vtrasq; partes sententiam daret/ dicit amicis Job: Non estis locuti coram me rectum/ sicut seruus meus Job. Quis ergo stulta mente beatum Job in locutione sua peccasse fateatur/ dum ipsa voce iudicis recte locut⁹ asseritur? Quam qdem vocem si ad personā sancte ecclesie referamus/ infirmis eius mēbris nō incongrue aptamus: que persecutiōis eius tēpore dum et merita illius et flagella considerant: q: iniustos florere conspiciunt/ et iustos interire: hoc iustum esse nullatenus suspicant. Bene autē beati viri voce subditur:

[Obiectio.]

[Solutio. Quō liceat alicui bona de se ipso dicere.]

[Alia q̄stio]

K

Capitulum. xviij.

Et flagellis suis me cinxerit. ¶ Aliud quippe est flagellis percuti/ aliud cingi. Flagellis nāq; percutimur/ cum consolationem et in doloribus ex rebus alijs habemus. Nam cum tanta nos afflictio deprimit/ vt ex nullius rei cōsolatione respirare anim⁹ possit: non iam flagellis solūmodo ferimur/ sed etiā cingimur: quia tribulationum verbere ex omī parte circūdamur. Cinctus enim flagellis Paulus fuerat/ cum dicebat. Foris pugne. intus timores. Cinct⁹ flagellis fuerat/ cū dicebat. In periculis ex genere: periculis ex gentibus: periculis in ciuitate: periculis in solitudine. &c. que ita enumerat/ vt nusq; se habuisse requiem ostēdat. Sancta vero ecclesia cum tribulationū suarum flagellis cingitur/ in ea infirmi quiq; in pusillanimitatis casu rediguntur: ita vt se eo iam desperatos existiment/ quo exaudiri se tardius vident. Recte adhuc etiam ex eorum typo sancti viri voce subiungitur. ¶ Ecce clamabo vim patiens/ et nemo audiet: vociferabor/ et non est qui iudicet. ¶ Omnipotens deus quid nobis profuturum esse valeat sciens/ dissimulat exaudire dolentiū vocem/ vt augeat vtilitatem: vt purgetur vita per penam: et quietis tranquillitas que hic inueniri nō valet/ alibi queratur. Sed hanc dispensationis gratiam nonnulli etiam fidelium ignorant. Ex quorum etiam persona nūc dicitur: Ecce clamabo vim patiens/ et nemo exaudiet: vociferabor/ et non est qui iudicet. Non est enī qui iudicet dicit/ quando iudicare dissimulat ipse qui est: q: causam nostram contra aduersariū preter eum qui iudicet non est. Nec tamen hoc sine iudicio est q' iudicium differtur: q: cum hec beat⁹ Job diceret/ et sancti viri merita/ et aduersarij pena crescebant. Hoc ipm ergo iudiciū differre iudicio est. Sed aliud est qđ iuste intrinsec⁹ disponit de⁹: aliud qđ foris flagellis attritus expetit anim⁹. Unde adhuc de ipsa verberū depressione subiungit.

[ij. Cor. vij]

[ij. Cor. xj.]

L

M

¶ S. Q electi nōnunq̄ ignorātia vel infirmitate peccant/ sed ad amissam iustitiā per penitentiā redeunt.

¶ Semitam meā circūseptit/ et transire nō possum: et in calle meo tenebras posuit. ¶ Circūseptam vepib⁹ semitam suam vidit/ cū trāsire ad securitatem cupiens/ euadere flagella nō potuit. Et q: sepcuti aspexit: nec tamē percussione dignā vitā in semetipso reperit: quasi in calle cordis/ ignorātie sue tenebras inuenit: q' cur ita flagellaret/ penetrare nō potuit. Qđ ad infirma quoq; membra sancte ecclesie nō incōgrue refert/ q: per hoc qđ graue se egisse meminerunt/ a bono quoq; opere retardantur: et ex infirmitate propria timidi/ bona cōtra hec fortia aggredi non presumunt. Timent enī magna bona incipere/ q' se in suis actib⁹ infirmos esse meminerunt. Et cū plerūq; etiā bonū qđ eligāt nesciūt: q' si in calle suo positas tenebras phorrescūt. Nā sepe ita de suo opere fit anim⁹ incert⁹: vt ignoret oīno quid virt⁹/ qđ culpa sit. In calle ergo suo tenebras inuenit/ q' in his que agere appetit: quid eligere debeat/ nescit.

Capitulū. xix.

Quia igit sepe infirmitate/ nōnunq̄ vo ignorantia peccatur: ex infirmantib⁹ mēbris dicit. Semitā meā circūseptit: et trāsire nō possum. Ex eis vo q' ad ipm op⁹ bonū qđ eligāt caligāt/ subdit:

A

Et in calle meo tenebras posuit. Ex pena etenī culpe est videre bonū qđ agere debeat: et tamen implere nō posse: et rursū ex grauiori pena culpe est/ qđ agere debeat nec videre. Unde et contra hec vtraqȝ psalmiste voce dicit:

Ps. xxvi.

Dñs illuminatio mea/ et salus mea/ quē timebo. Contra ignorātie enī tenebras illuminatio: cōtra infirmitatem vero salus est dñs: quādo et ostendit qđ debeat ad agendum appetit: et vires prebet/ vt qđ ostenderit/ possit impleri. Sequitur.

¶ S. De corona a capite abstrahitur/ cum a prepositis bona spiritualia negliguntur.

¶ Spoliauit me gl'ia mea: et abstulit coronā de capite meo. Que cūcta hec beati viri in afflictione positi psone conueniant/ dubiū non est. Sed quia historie verba patent/ iuxta litteram expositione non indigent. Oportet ergo vt p sensus debeant mysticos inuestigari. Ait nāqȝ Spoliauit me gloria mea. Gloria quippe vniuscuiusqȝ iustitia est. Sicut vero vestimentum tegit a frigore: ita iustitia munit a morte. Unde non immerito iustitia vestimento comparatur/ cum per prophetam dicit: Sacerdotes tui induantur iustitia. Quia vero afflictionis sue

Ps. cxxxi.

B

tempore hoc iustitie vestimentum quod apud deum protegit/ sancta ecclesia in membris suis infirmantibus amittit: dicatur recte: Spoliauit me gloria mea. i. iustitia ab infirmis ablata est/ que ab eis auferri non posset/ si medullitus inhesisset. Sed idcirco tolli potuit: quia more vestimenti exterius adhesit. Qua in re querendum est/ quomodo sancte ecclesie membra dici valeant: q perdere potuerunt iustitiam perdere/ quam tenere videbantur. Sed sciendum est q plerūqȝ a membris eius infirmantibus iustitia ad temp' amittitur: sed cum per cognitionē culpe postmodum ad penitentiam redeunt/ sese ad eandem iustitiam quam perdiderant/ fortius q̄ credebat astringunt. Ubi adhuc subdit. Et abstulit coronam de capite meo. Sicut caput corporis prima pars est: ita principale interioris hominis mens est. Corona vero victorie premium est/ qđ desuper ponit: vt qui certauerat/ remuneretur. Quia ergo multi aduersitatib' pressi/ minime in certamine perdurant/ in eis sancta ecclesia quasi coronam de capite amittit. Corona quippe in capite/ est superna remuneratio in mente. Et sunt plerique qui dū aduersitatibus affligūtur/ superna premia cogitare negligunt: et ad perfectionem victorie peruenire nō possunt.

C

In his itaqȝ corona de capite aufertur: quia supernum et spiritale premiū de mētis cogitatione tollitur: vt exteriora iam tranquilla appetant: et eterna premia q̄ cogitare consueuerant/ non requirant. Uel certe caput fidelium non immerito sacerdotes accipimus: qui pars membrorum dñi prima sunt. Unde et per prophetam caput et cauda exterminari dicitur: vbi videlicet et capitis nomine sacerdos/ et caude appellatiōe pphete reprobi designātur. Corona ergo de capite aufertur/ cum superne remunerationis premia etiam ipsi deserunt/ qui in hoc ecclesie corpore preesse videbant. Et plerūqȝ ducib' cadentibus/ latius succumbit exercitus qui sequebat. Unde mox post damna maiorū/ de multimoda labefactatione ecclesie subsecutus adiunxit.

Sacerdotes pars mēbrorū dñi prima.

Capitulū xx.

DEstruxit me vndiqȝ/ et pereo: et quasi auulse arbori abstulit spem meā. Quasi vndiqȝ enī ecclesia destruit/ atqȝ in infirmis membris depereit/ qñ ipsa q̄ videbant fortia/ corruunt: qñ corona de capite abstrahitur. i. qñ eterna premia etiam a prepositis negligunt. Bene autē de infirmis cadentib' subdatur: Et quasi auulse arbori abstulit spem meā. Arbor quippe vento impellit vt cadat. Et quē mine terrēt vt ad iniustitiam corruat: quid aliud q̄ arbor flatum venti pertulit: et statum sue rectitudinis amisit? Quasi enī ex vento spem perdidit/ qui prauorum minis ac psuasionib' deuictus/ eterna q̄ sperabat premia reliquit. Et quia plerūqȝ contingit/ vt penas quis metuens iustitiā deserat: fit iudicante deo/ vt etiam iustitiā deserēs penas q̄s timuit/ nō euadat: et q̄ mētis interitum minime timuit/ etiā carnis mala toleret q̄ timebat. Unde adhuc subdit.

¶ S. De qui percussione flagelli superatur/ nō quasi filius/ sed quasi hostis feritur.

¶ Iratus est contra me furor ei': et sic me habuit quasi hostem suū. Predicatore quippe egregio attestāte di-

I. Cor. x.

dicim': quia fidelis est de'/ qui nō patietur nos tentari supra id qđ possum' ferre: sed faciet cū tentatione prouentum/ vt possim' sustinere. Per prophetam quoqȝ dñs dicit: Plaga inimici percussi te/ castigatiōe crudeli. Qui ergo ita pcutitur vt vires illius a percussione superent:

D

Hie. xxx.

non hunc dñs iam quasi filium per disciplinā: sed quasi hostem per iram ferit. Cum ergo virtutē nostre patientie flagella transcēdūt/ valde metuendū est ne peccatis nostris exigentib'/ nō iam quasi filij a patre: sed quasi hostes a dño feriamur. Et q2 fit plerūqȝ vt etiam maligni spūs afflictorū cordibus multa suadeant: atqȝ inter flagella q̄ exterius feriūt/ cogitationes noxias in mentib' fundant: post furorem dñi recte subiungitur:

¶ S. De diaboli latrones dei dicunt. ideo latrones/ q2 semper nocendi voluntatē habent. ideo dei/ quia etiā in hoc qđ male volunt/ diuine seruiūt voluntati: que p eorū ministeriū iuste homines vel punit vel dampnat.

¶ Simul venerunt latrones ei': et fecerunt sibi viā per me. Latrones nāqȝ ei' maligni sunt spirit': qui exquirendis hominū mortib' occupant. Qui viā sibi in afflictorū cordib' faciūt/ quando inter aduersa que exteri' tolerant: cogitationes quoqȝ prauas immittere nō desistunt. De quib' adhuc dicit. Et obsederūt in giro tabernaculū meū. In giro enī tabernaculū obsident/ quādo ex omni latere suis tētationibus mentē cingunt. Quam modo lugere de tēporalib'/ modo desperare de eternis/ modo in impatientiā ruere: atqȝ in deū blasphemie verba iaculari/ pessima suggestiōe psuadēt. Que tamē verba (vt iam pdiximus) beato Job etiam iuxta historiā congruūt: qui dū mala q̄ pertulit/ ante oculos cōgessit: non quasi corrigendū filium/ sed quasi hostem pcussum se esse iudicauit. Per quē sibi etiam latrones ei' viam fecerunt: q2 maligni contra eū spiritus licentiam pcussionis acceperunt. Cuius in giro tabernaculum obsederunt: quia sublatis rebus et filijs/ etiam corpus ei' omne vulneribus attriuerunt.

Latrōes dei spūs maligni.

E

Maligni spūs ex omni latere mētē obsidēt

Capitulū xxi.

SEd mirum valde est/ cū latrones diceret: cur addidit eius: vt videlicet eosdem latrones dei esse monstraret. Qua in re si voluntas ac potestas malignorum spirituū discernatur: cur latrones dei dicantur: aperitur. Maligni quippe spūs ad nocēdum nos incessabiliter anhelant: sed cū prauam voluntatem ex semetipsis habeāt: potestatē tñ nocēdi nō habent: nisi eos volūtas summa pmittat. Et cū ipsi quidem iniuste nos ledere appetunt: quēlibet tamen ledere nō nisi iuste a dño permittuntur. Quia ergo in eis voluntas iniusta est/ et potestas iusta: et latrones dicuntur/ et dei: vt ex ipsis sit qđ inferre mala iniuste desiderant: et ex deo q desiderata iuste consummant. Sed q2 (vt sepe iam dixim')

F

sanctus vir positus in dolore penarum/ modo suis/ modo ecclesie/ modo redemptoris nostri vocibus vtitur: et plerūqȝ sic sua narrat: vt tamen per typū ea que sunt sancte ecclesie ac redēptoris nostri proferat: postposita paulisper cura historie/ in his q̄ subiūgit/ qualiter redēptoris nostri vocib' congruat/ demōstremus. Sequitur.

¶ S. Allegorice ad christum et synagogam referuntur sequentia.

¶ Fratres meos longe fecit a me: et noti mei quasi alieni recesserunt a me. Dereliquerūt me propinqui mei: et qui me nouerant/ obliti sunt mei. Hoc melius ostendimus/ si Joannis ad medium testimonium proferimus/ qui ait: In propria venit: et sui eū non receperūt. A deo quippe fratres longe facti sunt: et noti recesserunt: quem tenētes legem/ prophetare hebrei nouerant/ et p̄sentem minime recognoscebant. Unde recte dicitur: Dereliquerunt me propinqui mei: et q̄ me nouerāt/ obliti sunt mei. Iudei etenim propinqui per carnem/ noti per legis instructionem/ quasi obliti sunt quē prophetauerāt/ dum eum ad incarnandū verbis legis canerēt: et incarnatum verbis perfidie negarēt. Sequitur. Inquilini domus mee et ancille sicut alienū habuerūt me. Inquilini domus dei fuerant sacerdotes/ quorū origo in dei seruitio deputata iam p officiū in pditione tenebat. Ancille autem nō immerito intelligunt leuite: qui sic/ ad secreta tabernaculi/ quasi ad interiora cubiculi familiari' seruiētes. Dicat ergo de sacerdotib' sedula cura seruiētib': dicat de leuitis ad interiora dom' dei obsequētib'. Inquilini dom' mee et ancille sicut alienū habuerūt me: quia incarnatum dñm quē dudum p legis verba predixerant: co-

Joan. i.

Sacerdotes inqlini domus dei.

G gnoscere ac venerari noluerunt. Qui adhuc apertius q ab eorũ peruersa voluntate non sit cognitus/manifestat cũ subdit. [Et quasi peregrinꝰ fui in oculis eorum.] Re dēptor eni noster dũ a synagoga cognitꝰ nõ est/in do mo sua quasi peregrinꝰ extitit. Qd aperte ppheta testa tur dicēs. Quare sicut colonꝰ futurus es in terra: et quasi viator declinās ad manendũ: Quia enim vt dñs audiuꝰ nõ est nõ poss. Flos agri/sed colonꝰ est creditꝰ. Qui quasi viator ad manēdũ i mmodo declinauit: qz paucos ex iu dea abstulit/et ad vocationē gentiũ pergens/iter cepti peregit. Peregrinꝰ ergo in eorum oculis fuit: quia dum so la que videre poterāt/cogitabāt: non valuerūt intellige re in dño/qd videre non poterāt. Dũ eni despiciunt car nem visibilē/non perueniunt ad inuisibilē maiestatē. Di catur igit recte: Et quasi peregrinus fui i oculis eorũ. De quo adhuc populo apte subiūgitur. [Seruũ meũ vo caui/et non respōdit.] Quid eni iudaicꝰ populus nisi ser uus fuit: qui non amore filij obsequebat dño/sed timore seruili: Quo cōtra nobis p Paulum dicit. Non accepi stis spm̃ seruitutis iterũ in timore: sed spm̃ adoptionis filiorũ: in quo clamamꝰ/abba pater. Hũc igit seruũ vo cauit dñs: qz collatis munerибꝰ quasi emissis eũ vocibꝰ ad se ducere studuit. Sed nõ respōdit: qz digna opa do mino eiꝰ reddere contēpsit. Vocat nos eni deꝰ/cũ mune ribus puenit. respōdemꝰ vero vocationi eiꝰ/cum digne iuxta pcepta munera deseruimꝰ. Quia ergo tot mune bus iudaicũ populũ puenit/dicat. Seruũ meũ vocaui. Sed quia etiā post tot eũ munera contēpsit/subiungat/ Et non respondit. Sequitur.

Dic. xiiij. (margin)

Ro. viij. (margin)

℄ S. Qz multipharie olim deꝰ locutꝰ est patribꝰ i pro phetis/nouissime ore proprio locutꝰ est. Capl̃m. xxij.

H (margin)

Ore proprio deprecabar illũ.] Ac si apertiꝰ dice ret: Ego ille qui ante incarnationem meam tot ei precepta faciēda p prophetas ora mandaue ram: incarnatꝰ ad eũ veniēs/ore eũ proprio deprecabar. Unde et Mathꝰ cũ pcepta ab eo dari in monte descri beret/ait. Aperiēs os suũ dixit. Ac si patēter dicat. Tūc os suũ aperuit/qui priꝰ aperat ora prophetarũ. Hinc est etiā qd de illo ab sponsa psentiā eius desiderante dr. Osculetur me osculo oris sui. Sācta qppe ecclesia quot precepta ex eius predicatione cognouit/quasi tot oris eiꝰ oscula accepit. Bene autē dicit/deprecabar: qz in car ne monstratꝰ dũ mādata vite humiliter dixit/quasi sup plicante seruum vt viueret/rogauit. Ubi et apte subdit.

Mat. v. (margin)

Canti. j. (margin)

Quõ xps seruum ro gauerit. (margin)

℄ S. Qz halitꝰ Christi odor sit carnis eius.

℄ Halitũ meũ exhorruit vxor mea.] Quid vxor dñi ni si synagoga accipit/in legis federe/carnali ei intelligē tia subiecta: Halitꝰ vero ex carne est. Sed infidelis po pulus carnē dñi carnaliter intellexit: quia purũ hūc ho minē credidit. Halitũ ergo eiꝰ vxor exhorruit: qz syna goga eũ quē videbat hoīem/deũ credere expauit. Cūqz ab eius ore verba corporaliter audiret/in eo intelligere diuinitatis arcana recusauit: et creatorē esse nõ credidit/ quē creatum vidit. Carnis ergo halitum carnalis vxor exhorruit: que carnalibus sensibꝰ dedita/incarnationis eius mysterium non agnouit. Sequitur.

I (margin)

℄ S. Quomodo deꝰ cum spiritus sit/membra corpora lia habere dicatur.

℄ Et orabā filios vteri mei.] In deo qui corporis for ma non circūscribitur: mēbra corporis. i. manꝰ/oculus/ vterus ita nominant/vt ex membrorũ vocabulis/effectꝰ eiꝰ potentie designetur. Oculos quippe habere dr: quia cuncta videt. Manꝰ habere describit: quia cuncta opa tur. In vtero autē pleros cōcipit: q in hac vita profertur. Quid ergo vterũ dei/nisi eiꝰ consiliũ debemꝰ accipere: in quo ante secula p predestinationē cōcepti sumus/ita vt creati p secula producamur. Deꝰ ergo qui manet an te secula/vteri sui filios orauit: qz eos quos potēter p di uinitatē condidit/incarnatꝰ veniēs humiliter rogauit. Sed quia in ipsa carne q apparuit/ab eorũ estimatione despectꝰ est/subiūgitur. [Stulti quoqz despiciebāt me.] Sapiētibus a veritatis fide cadentibꝰ/recte de stultis quoqz addit: quia dũ dñm pharisei ac legisperiti despi cerent: eorũ incredulitatē etiā populi turba secuta est: qui eũ hoīem vidit/redēptoris mũdi predicamēta despe xit. Nā sepe stultorũ nomine hi q sunt i plebe pauperes/ designātur. Unde et p Hieremiā dr. Dixi/forsitā paupe res sunt et stulti/ignorātes viā dñi/et iudiciũ dei sui. Re

Cur i deo mēbra cor poris no minātur. (margin)

Quõ deꝰ incarnatꝰ filios hu militer ro gauerit. (margin)

Hiere. v. (margin)

lictis autem mũdi sapiētibus atqz diuitibꝰ/redemptor noster qrere pauperes et stultos venerat. Ubi nunc quasi in augmētum doloris dr: Stulti quoqz despiciebāt me. Ac si apte diceretur: Ipsi me etiā despexerunt/pro qbꝰ satiā stultitiā predicationis assumpsi. Scriptũ qppe est: Quia in dei sapiētia nõ cognouit mundꝰ p sapientiā deũ: placuit deo p stultitiā pdicationis saluos facere cre dentes. Uerbũ quippe dei sapiētia est: sed stultitia huiꝰ sapiētie dicta est caro verbi: vt qz carnales quiqz p car nis sue prudentiā ptingere nõ valebant ad sapientiam dei: per stultitiā pdicationis. i. per incarnationem verbi sanarētur. Ait ergo. Stulti quoqz despiciebāt me. Ac si apte diceretur: Et ab ipsis despectꝰ sum: p quibꝰ stultꝰ estimari veritꝰ non sum. Et quia iudeorũ plebs cum mi racula nostri redēptoris cerneret: hūc ex signis honora bat/dicens: Hic est Christꝰ: cũ vero humanitatis eiꝰ in firma ɔspiceret/eũ creatorem credere dedignabatur di cens: Nõ: sed seducit turbas: recte subiūgit. Ca. xxiij.

R (margin)

j. Cor. j. (margin)

Et cum ab eis recessissem/detrahebant mihi.] Quasi accedebat quippe ad corda populorũ dñs/cum eis miracula demōstraret: et quasi re cedebat/cũ nulla signa ostēderet. Sed recedēti dño de trahebāt/cum a miraculis quiescēti prebere fidem nole bāt. Sed qd mirũ est pperi ista a plebibꝰ/cũ ipi quoqz qui legis doctores esse videbant: qui eũ verbis prophetiis incarnandũ esse phibebant/et incarnatum viderũt: et ab eo tamen psidie interruptione diuisi sunt: De quibꝰ sub ditur: [Abominati sunt me quondā cōsiliarij mei: et quē maxime diligebā/auersatus est me. Ciectis liquet quia deꝰ cōsiliarijs nõ eget: qui ipsis quoqz cōsiliarijs ho im sapiētie consiliũ prebet. De quo etiā scriptum est: Quis cognouit sensum dñi: aut quis eiꝰ consiliarꝰ fuit: Sed quēadmodum eũ panis vel vestimentũ egenti tribuit: hoc se dñs accepisse testat: ita cũ nescienti cuilibet rectũ consiliũ datur/hoc ipse accipit/cuiꝰ ille membrũ est qui erudit. Oēs etenī fideles mēbra nostri redemptoris su mus: et sicut ipse i nobis p misericordiā largitatis pasci tur: ita ipse i nobis p doctrine ɔsiliũ iuuat. Scribe itaqz et legisdoctores qui erudire populos ad vitā ɔsueuerāt/ qd aliud q futuri redēptoris consiliarij fuerūt: Qui tū dum incarnatũ dñm cōspicerēt/cōsilijs suis multos ab eiꝰ fide diuiserunt: qui prius ad credendũ incarnatio nis eiꝰ mysteriũ p pphetarũ verba multos docuisse vi derētur. Et quia ille apud deũ magis in amore est/q ad eius amorē plurimos trahit: adhuc de eodē legisdocto rum atqz phariseorũ ordine subdit: Et quē maxime dili gebā/auersatꝰ est me. Ipse eni ordo suadēte pfidia/a fi de veritatis auersus est: qui priꝰ in labore predicationis seruiēs/maxime diligebat. quē non solum ad nõ credē dum/sed vsqz ad psequendũ quoqz dñm populorũ turba secuta est: et vsqz ad passionem illiꝰ seuitie facibus accen sa. In qua videlicet passione discipulorũ corda turbata sunt. Unde et nunc subditur.

E Esa. xl. et Ro. xj. (margin)

℄ S. Qz allegorice passionis tēpore adherente christo sexu firmiorẽ fugerunt apl̃i: et dubitātibꝰ de resurrectio ne discipulis/tm̃ in eis superant labia sermonis.

M (margin)

℄ Pelli mee cōsumptis carnibus adhesit os meũ.] In osse fortitudo/in carnibꝰ vero infirmitas corporis desi gnatur. Quia igitur xp̃us et ecclesia vna psona est: quid p os/nisi ipse dñs designat: Quid p carnē/nisi discipli qui passionis eiꝰ tēpore infirma sapuerūt. Per pellē ve ro que exterior carne manet i corpore/quid nisi ille san cte femine figurant: q ad preparāda subsidia corporis/ exterioribꝰ dño ministerijs seruiebāt: Nam cũ eiꝰ disci puli qui is necdũ firmi veritatis fidem populis pdica rēt: ossi suo inherebant carnes. Et cum sancte mulieres ea que necessaria erāt/exteriora prepararēt: quasi pellis exterius manebat in corpore. Sed cũ ad crucis horam ventum est/eius discipulos grauis ex psecutione iudeo rum timor inuasit: fugerunt singuli: mulieres astiterūt. Quasi ergo consumpta carne/os domini pelli sue adhe sit: quia fortitudo eiꝰ/passionis tempore fugiētibus di scipulis/iuxta se mulieres iuenit. Stetit qdē aliqdiu petrus: sed tamen post territꝰ negauit. Stetit etiā Ioā nes cui ipso crucis tēpore dictũ est: Ecce mater tua. sed psuerare minime potuit: qz de ipso quoqz scriptũ est: q adolescens qdam sequebatur illũ amictus syndone su per nudo: et tenuerunt eum: at ille reiecta syndone/nudꝰ

Ioā. xix. (margin)

Mat. xiiij (margin)

A

pfugit ab eis. Qui etsi post vt verba redēptoris sui audiret ad horā crucis rediit: prius tamen territus fugit. Mulieres autē non solū nō timuisse neq̄ fugisse: sed etiā vsq̄ ad sepulchrū stetisse memorant. Dicat ergo: Pelli mee cōsumptis carnib⁹ adhesit os meū. Hoc est: hi q̄ mee fortitudini propinquius inherere debuerant/ passionis mee tēpore timore cōsumpti sunt: t eas quas ad exteriora ministeria posui/ in passione mea sine formidine inherere mihi fideliter inueni. Ubi et aperte subintelligit q̄ hec verba p mysteriū dicant: dū sequitur. Cap. xx.

Et derelicta sunt tantūmodo labia circa dentes meos. Quid eīn circa dētes aliud q̄ labia habem⁹: etiā si nulla flagella patiamur? Sed qd p labia/ nisi locutio: quid p dentes/ nisi sancti apostoli designātur? Qui in hoc ecclie corpore idcirco sunt positi/ vt vitā carnalium correptiōe mordeāt: eāq̄ a sue pertinacie duritia confringant. Unde t eidē primo apostolo q̄si denti in ei⁹ corpore posito dr: Macta t mādu

Act. x.

ca. Sed quia passionis ei⁹ tempore isti dentes pre timore mortis amiserunt morsum correptiōis: amiserunt fiduciam roboris: amiserūt efficaciā omīmode operationis: t ut duo ex illis ambulātes/ post eius mortē ac resurrectionē in via loquerent t dicerēt. Nos sperabam⁹

Lu. xxiiij.

[Zacha. v.] ¶ Hinc quippe in Zacharia scriptum est: Quid tu vides Zacharia? Et dixi. Ego video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum: et latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me: Hec est maledictio que egreditur super faciem vniuerse terre: quia omnis fur (sicut ibi scriptum est) iudicabitur. Quid namque est volumen volans nisi scriptura sacra? Que dum de celestibus loquitur: ad superiora mentis nostre leuat intentionem: quia dum illam super nos esse aspicimus: ima attendere et concupiscere deuitamus. Capitulum. vij.

Que latitudinem decem cubitorum: longitudinem vero viginti habere perhibetur: quia latitudo operationis nostre simpla est: et longanimitas spei in duplum tenditur: quia pro bono nostro opere et hic nobis mentis requies: et illic gaudia eterna preparantur: veritate attestante/ que ait: Si quis [Matth. xix. Marc. x. Lu. xviij.] reliquerit domum aut agros. etc. centuplum in hoc seculo recipiet: et in futuro vitam eternam possidebit. Centenarius quippe numerus decuplicato denario fit perfectus. Hic itaque centuplum recipit: qui etsi nihil habuerit: ipsa tamen perfectione mentis iam in hoc seculo habere nihil querit. Quia ergo pro hoc duplum nobis pro simplo reddit: recte hoc volumen per viginti cubitos in longum tendit/ quod per decem dilatatur. Sed quia hec ipsa sacra eloquia ad eternam damnationem sunt eis qui illa vel scire noluerunt: vel certe sciendo contemnunt: recte de hoc volu[Zacha. v.]mine dicitur: Hec est maledictio que egreditur super faciem vniuerse terre. Et cur maledictio dicatur adiungit: quia omnis fur (sicut ibi scriptum est) iudicabitur. Hypocrita igitur: qui fur de verba legis que nouit/ viuere contemnit: et de doctrina fauores querit/ fur iudicabitur: quia per hoc quod iusta loquitur/ laudem sibi vite iustorum rapit. De quo adhuc bene subditur.

¶ S. Quod qui suggestionem diaboli quasi leniter ab initio suadentis libenter accipit: postmodum captus/ veneno temptationis violente necatur.

¶ Caput aspidum suget: et occidet eum lingua vipere. Aspis paruus est serpens: vipera vero prolixioris est corporis. Et aspides oua gignunt: atque ex ouis eorum filij procreantur. Vipere autem cum conceperint/ filij earum in ventre seuiunt/ quique ruptis lateribus matrum ex earum ventribus procedunt. Unde et vipera eo quod vi pariat/ nominatur. Vipera itaque sic nascitur vt violenter exeat: et cum matris sue extinctione producatur. Quid ergo per aspides paruos/ nisi latentes suggestiones immundorum spirituum figurantur/ qui cordibus hominum parua prius persuasione surrepunt. Quid vero per linguam vipere/ nisi violenta diaboli temptatio designatur? Prius enim leniter surrepit: postmodum vero etiam violenter trahit. Caput itaque aspidum sugit: quia initium suggestionis occulte et paruum prius in corde nascitur: sed occidit eum lingua vipere: quia postmodum capta mens veneno violente temptationis necatur. Primum subtilibus consilijs ad cor hominis immundi spiritus loquuntur: qui dum leniter persuadent/ quasi venenum aspidum fundunt.

[Esaie. lix.] Unde scriptum est: Oua aspidum ruperunt: et telas aranee texuerunt. Qui comederit de ouis eorum/ morietur: et quod confotum est/ erumpet in regulum. Capitulum. viij.

Oua quippe aspidum prauis hominibus rumpere/ est malignorum spirituum consilia/ que in eorum cordibus latent/ peruersis operibus aperire. Telas quoque aranee texere/ est pro huius mundi concupiscentia temporalia quelibet operari. Que dum nulla stabilitate solidata sunt/ ea procul dubio ventus vite mortalis rapit. Bene autem additur. Qui comederit de ouis eorum/ morietur: quia qui immundorum spirituum consilia recipit/ vitam in se anime occidit. Et quod confotum est/ erumpet in regulum: quia consilium maligni spiritus quod corde tegitur/ ad plenam iniquitatem nutritur. Regulus namque serpentum rex dicitur. Quis vero reproborum caput est, nisi antichristus? Quod ergo confotum fuerit/ erumpet in regulum: quia qui in se enutrienda aspidis consilia recipit: membrum iniqui capitis factus/ in corpus antichristi accrescit. De hoc itaque hypocrita dicitur: Caput aspidum suget/ et occidet eum lingua vipere: quia cum iniquam suggestionem antiqui hostis libenter suscipit: violentis se postmodum eius temptationibus deuictus tradit. Unde in paradiso quoque statim homini verbis blande persuasionis intulit: sed quem semel rapuit ad consensum/ iam nunc etiam renitentem trahit: et corruptionis sue delectationibus deuictum/ pene violenter interficit. Sed fortasse hec ipsa intelligere etiam per contrariam interpretationem valemus. Nam quia veneno suo aspis concite/ vipera autem tardius occidit: per aspidem violenta et subita: per viperam vero lenta et diuturna temptatio designatur. Unde et illis mors in suctione capitis: vipere autem in lingua esse perhibetur: quia repentina temptatio sepe inopinatam mentem mox vt fugit interficit: longa vero temptatio quia prauus diutius persuadendo suggerit/ velut ex lingua vipere occidit. Et quia omnis hypocrita immundorum suggestione spirituum quasi serpentum veneno penetratus/ que sunt superna sancti spiritus dona/ nequaquam considerat: dum intentionem cordis in exterioribus fauoribus diuulgat: recte subiungitur.

¶ S. Quod per mel dulcedo diuinitatis: per butyrum dulcedo misericordie/ quam Christus deus et homo nobis ostendit/ non incongrue accipiatur.

[Joan. vij.] ¶ Non videat riuulos fluminis torrentis mellis et butyri. In euangelio dominus dicit: Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aque viue. Ubi euangelista subiungit dicens: Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Riuuli ergo sunt fluminis dona spiritussancti. Riuulus est fluminis charitas: riuulus est fluminis fides: riuulus est fluminis spes. Sed quoniam omnis hypocrita nec deum nec proximum diligit: et transitoriam mundi gloriam querit/ riuulos fluminis non videt: quia irrigatione non infunditur charitatis. Hypocrita dum presentia lucra querit: munera futura despicit: et fidem non habens/ riuulum fluminis mente non videt: quia est fides rerum argumentum non apparentium. Et dum retinet hypocrita que videntur: spem negligit eorum que non videntur. Riuulum ergo fluminis per desiderium non videt: quia solis visibilibus intendit. Et scriptum est: Quod enim videt quis/ quid [Ro. viij.] sperat? Riuulos ergo fluminis vidisset/ si a presentis mundi gloria oculos clauderet: eosque ad celestis patrie amorem aperiret. Et notandum quod non riuos/ sed riuulos dicit. Accipi enim riuuli fluminis possunt ea dona spiritalia: que in amantis mentem ita de celestibus subtiliter currunt: vt per os carnis expleri non possint. Sepe namque amantis animus tanto contemplationis munere repletur: vt videre valeat/ quod loqui non valet. Fluminis autem torrens est ipsa inundatio spiritussancti/ que in contemplantis animum exuberanti infusione colligitur: cum mens plusquam intelligere sufficit repletur. Capitulum. ix.

Et sciendum quia cum nos spiritussancti gratia infundit: melle nos pariter et butyro replet. Mel enim desuper cadit: butyrum vero ex animalium lacte colligitur. Mel itaque ex aere/ butyrum ex carne est. Unigenitus autem patris vnigenitus cum sit deus super omnia: homo est factus inter omnia. Qui cum nos dulcedine diuinitatis sue/ et mysterio incarnationis repleuit: melle nos pariter et butyro satiauit. Quia ergo spiritus Christi mentem quam repleuerit/ et diuinitatis eius dulcedine/ et incarnationis fide letificat: isti riuuli torrentis fluminis mellis simul et butyri esse memorantur: quia et de cognitione dei alta mente suauitate reficiunt: et de incarnationis gratia charismatis hanc mysterio perungunt. Sed iste hypocrita qui in exterioribus fauoribus fusus/ hec interna dona non percipit: ad que post supplicia tendat/ adiungit cum subditur.

¶ S. Quod peccatores in morte ideo non consumuntur/ vt semper supersit in eis quod consumatur.

¶ Luet que fecit omnia: nec tamen consumetur. Persoluit enim in tormento ea que hic illicita seruauit desideria: et flammis vltricibus traditus/ semper moritur: quia semper in morte seruatur. Non enim in morte consumitur: quia si consumeretur vita morientis/ cum vita etiam pena finiretur. Sed vt sine fine crucietur/ viuere sine fine in pena compellitur: vt cuius vita hic mortua fuit in culpa: illic eius mors viuat in pena. Dicat ergo: Luet que fecit omnia: nec tamen consumetur: quia cruciatur/ et non extinguitur: moritur et viuit: deficit et subsistit: finitur semper et sine fine est. Hec solo auditu valde sunt terribilia: quanto magis passione? Sed quia multitudo iniquitatis eius exigit vt carere supplicijs nunquam possit: apte subiungitur. Juxta multitudinem adinuentionum suarum sic et sustinebit. Qui enim multa inuenit ad culpam: nouis inuentionibus cruciatur in pena. Nam quod hic suspicari non potuit: hoc illic vltioni traditus sentit. Sicut enim exercitati in bo-

G

nis operibus electi nonnũq̃ plus studẽt agere q̃ eis di-
gnatus est dñs iubere: carnis enim virginitas nequaq̃
iussa est/ sed tantũmodo laudata: nam si illa iuberet/ ni-
mirũ coniugiũ iam culpa crederet: et tamen multi ṽtute
ṽginitatis pollẽt: vt videlicet plus impẽdãt obsequio q̃
acceperũt precepto/ sic plerũq; puersi q̃q; in prauis acti-
bus exercentur: vt plus inueniãt in puersa operatione
quod faciãt/ q̃ ex visu reproborũ iniq̃tatis accipere exem-
pla potuerũt. Unde r ampliori retributionis tormento
feriũtur: q̃ r ipsi ex semetipsis amplius actiones prauas
de quibus feriri debeãt/ inuenerũt. Bene itaq; dicitur.

℃ S. Q. licet omniũ dãnatorum immania sint tormẽta
grauius tamen puniunt adinuẽtores maloꝝ: qui studio
malignitatis ea flagitia ex se excogitauerunt/ quoꝝ exẽ-
pla in alijs reprobis inuenerunt. Caplm. x.

Iuxta multitudinẽ adinuentionum suarũ/ sic et sustinebit.] Nõ enim inueniret iniquitatẽ nouã nisi quereret: r nõ quereret/ nisi ex studio perpetrare festinaret. Pẽsatur ergo in tormento eius nimietas male cogitationis: et dolorẽ recipit digne retributionis. Et q̃uis dãnatorum omniũ sit dolor infinitus: grauiora tamen tormẽta recipiunt/ qui multa in iniq̃tatibus ex suis quoq; desiderijs inuenerunt. Sed q̃a soplbar huiꝰ hypocrite intulit penã: protinus adiũgit culpã: nec vnã-quãlibet narrat: sed eã de qua oĩs oriũtur. Scriptũ q̃ppe est. Radix omniũ malorum est cupiditas. Cui ergo cupiditas dominari dicit: subiectus pculdubio malis omnibus demõstratur. Nã subiungit: [Quoniã confringens nudauit pauperis domũ: rapuit et non edificauit eã: nec est satiatus venter eiꝰ.] Domũ pauperis confringit r nudatq; cũ quẽ per potentiã conterit: spoliare quoq; p auaritiam nõ erubescit. Rapit eã r non edificat. Ac si aperte diceretur: Qui hanc edificare debuit/ insuper rapit. Uenturus usq; in iudicio dñs dicturus est reprobis: Esuriui/ r non dedistis mihi mãducare: sitiui/ r nõ dedistis mihi potũ: hospes eram/ r non collegistis me: nudus/ et non operuistis me r c. Et qua culpa subiũgit. Discedite a me maledicti in ignem eternũ: qui paratus est diabolo et angelis eiꝰ. Si igitur tanta pena mulctaf qui nõ dedisse sua cõuincit: qua pena feriendus est q̃ redarguit aliena abstulisse? Rapuit ergo et non edificauit eam: quia non solum de suo nil tribuit: sed etiã quod erat alienum tulit. Bene autẽ subditur: [Nec est satiatus vẽter eius.] Uenter q̃ppe iniqui auaritia est: quia in ipso colligit quicquid peruerso desiderio glutitur. Liquet vero quia auaritia desideratis rebus nõ extinguitur/ sed augetur. Nam more ignis/ cũ ligna que consumat acceperit/ excrescit: et vnde videtur ad momentum flãma comprimi: inde paulopost cernit dilatari. Et sepe omnipotens deus cum auari mẽti vehemẽter irascitur: prius ei permittit ad votum cuncta suppetere: r post ea per vltionem subtrahit: vt pro eis debeat supplicia eternã tolerare. Unde et subditur. [Et cum habuerit q̃ concupierat: possidere non poterit.] Ma-lorũ quippe tradicũ de est: cum hoc tribuitur q̃ð male desideratur: atq; inde repẽtina vltio sequitur: q̃ hoc quoq; obtinuit/ q̃ð deo irascẽte concupiuit. Unde r per psalmistam dicit: cũ escam carnis male populus desiderasse perhibetur: Adhuc esca eorum erat in ore ipsoꝝ: et ira dei ascendit sup eos: et occidit plurimos eorũ. Solent nãq; tardius apparere diuina iudicia: cũ prepediũtur/ vt impleri debeãt mala vota. Nam q̃to citius malum votum impleri permittit/ plerũq; tanto celerius punitur. Unde ergo hypocrita festine multiplicaf vt potens: inde agitur cũ celeritate ne sit: q̃ r arbusta que tardiꝰ crescunt/ annosa perdurant: r que in tẽporis breuitate proficiunt celerius arescunt: r quasi cũ festinãt esse/ tendũt ad non esse. Sequitur: [Nec remansit de cibo eius.] Caplm. xi.

i. Ti. vi.

H

Matthei xxv.

Auaritia desideratis rebꝰ nõ extinguitur: sed augetur.

I

ps. lxxvij. Numeri. xi.

Quãto citius malũ votũ impleri pmittit: tanto celeriꝰ punit.

Cibus eiꝰ est oĩne hoc q̃ð puerso desiderio concupiuit. Sed peruso hypocrita/ de cibo suo nil remanet: q̃ cũ ipse ad eterna supplicia ducitur a cunctis bonis q̃ possederat alienatur. Unde adhuc subditur: [Propterea nihil pmanebit de bonis eiꝰ.] Si eni de bonis suis ei aliquid pmaneret: secum q̃ habuerat tolleret. Sed quia omnia ambiẽs/ timere iudicem noluit: ex hac vita subtractus/ ad iudicẽ nudus vadit. Cui tamen sic quo ad retributionẽ minus est: q̃ in subsequenti pena cruciatur/ si in hac saltem vita liber esse permittitur. Sed nulla est libertas in culpa: quia scriptũ est: Ubi spũs dñi

ij. Cor. iij.

ibi libertas. Et plerũq; peruerse menti ipsa sua culpa fit pena. Unde r recte subiungitur.

K

℃ S. Q. auaritia ex copia nõ extinguitur/ sed augetur: et q̃ ea que auaris deus ad tẽpus habere permittit/ postmodum subtrahit: vt iam hec vltio incipiat a viuis/ que perficiatur in mortuis.

℃ Cũ satiatꝰ fuerit/ arctabit.] Pꝰ quippe anhelat per auaritiã concupita congregare. Et cũ quasi in quodam ventre auaritie multa congesserit/ satiatꝰ arctatur: q̃ dũ anxiaf qualiter acquisita custodiat/ ipsa eum sua satietas angustat. Diuitis enim cuiusdã vberes fructꝰ ager attulerat: sed q̃ vbi eos tãtos reponeret non habebat/ dixit: Quid faciã/ quia nõ habeo quo cõgregẽ fructus meos? Et dixit: Hoc faciã: Destruã horrea mea: et maiora edificabo. Qui ergo ex abundãtia coangustaꝰ dicebat: Quid faciam: quasi multo cibo pressus estuabat. Pẽsemꝰ quot votis appetijt/ vt vberes fructus ager illius afferret. Ecce autẽ vota completa sunt: quia fructus vberes ager attulerat. Sꝫ q̃ ad recõdẽdũ loca nõ sufficiũt: multiplicatꝰ diues quid faciat ignorat. O angustia ex satietate nata. De vbertate agri angustatur animus auari. Dicẽs nãq; quid faciã: profecto indicat: q̃ votoꝝ suorũ effectibꝰ pressus/ sub quodã rerũ fasce laborabat. Bene ergo dicitur: Cũ satiatꝰ fuerit/ arctabitur: q̃ mens auari que prius ex abundantia requiẽ quesierat/ post ad custodiã grauiꝰ laborat. Unde hic quoq; adhuc subdit: [Estuabit: et ois dolor irruet in eũ.] Prius nãq; dolorẽ habuit in ipsa sue concupiscentie fatigatione/ qualiter concupita raperet: quomodo alia blandimẽtis/ alia terroribus auferret: at postq̃ acq̃sitis rebus puenit ad desideriũ: alius hunc dolor fatigat: vt cũ sollicito timore custodiat/ q̃ð cũ graui labore meminit acquisitũ. Hinc inde insidiatores metuit: atq; se hoc perpeti q̃ð ipse fecit alijs/ pertimescit. Formidat potẽtiorẽ alterũ/ ne hũc sustineat violentũ: pauperem vero cũ cõspicit/ suspicaf furem. Ipsa quoq; que cõgesta sunt: curat magnopere ne ex nature pprie defectu per negligentiam cõsumantur. In his itaq; omnibus q̃ timor ipse pena est: tãta miser patif q̃ta pati timet. Post hoc quoq; ad gehennã ducitur: et eternis cruciatibus mancipatur. Omnis ergo dolor super eũ irruit/ quẽ r hic prius pena concupiscentie: postmodũ vero cura custodie: r illic quãdoq; pena vltionis cremat. Caplm. xij.

Lu. xij.

L

Omnis dolor sup auarũ irruit.

Mira autẽ est securitas cordis/ aliena non querere: sed vniuscuiusq; dici victu cõtentũ manere. Ex qua videlicet securitate etiã perẽnis requies nascit: q̃ bona r tranquilla cogitatione ad gaudia eterna trãsitur. Quo contra reprobi r hic fatigãtur in desiderijs/ r illic in tormẽtis: et ex de labore cogitationis labor doloris nascitur: dum ab estu auaritie trahuntur ad ignem gehẽne. Et q̃ (vt supra iã diximꝰ) sepe peruersus quisq; q̃to citiꝰ puenit ad desideriũ: tanto faciliꝰ rapitur ad tormentũ: operando subiũgit. [Utinã impleaf venter eius: vt emittat in eũ iram furoris sui: et pluat sup illũ bellum suũ.] Super hunc hypocritã bellũ suũ dñs pluit: cũ iudiciorũ suoꝝ gladijs eius opera percutit. Bellũ nãq; deo pluere/ est iniqui vitã districtis sentẽtijs desup ad interitũ vrgere. Bellum deo pluere/ est suphienita cõtra se corda percutere: r mentẽ aridã quasi quibusdã guttis pluuie desijsẽtibus/ iudiciorũ suorũ iaculis ferire: vt cũ sic ad iudiciũ rapitur: modo meminerit q̃ male cõcupiuit: et cõcupita prius cõgregare studuit: modo doleat q̃ congregata deserit: quãdoq; autem et vltionis ignẽ sentiat/ qui ne bene viueret/ preuidere contempsit. Sequitur.

M

Bellũ deo pluere.

℃ S. Q. qui presentes necessitates/ que sũt quasi arma ferrea/ metuentes/ multa per auaritiam rapiunt/ arcum eneum diuine vltionis incurrunt.

℃ Fugiet arma ferrea: et irruet in arcum ereum.] Sciendum q̃ auaritia aliquando per elationẽ surrepit: aliquãdo vero per timorem. Sunt nãq; nõnulli qui dum potiores videri appetunt: ad alienarum rerum ambitum succẽdunt. Et sunt nonnulli qui dum sibi subsidiorũ necessaria deesse timent: mentẽ ad auaritiam relaxãt/ et aliena ambiunt: cũ sua sibi sufficere non posse suspicantur. Omnio vero necessitas non incongrue ferrum vocatur: quia vitã inopie merorũ vulnere cruciat: sicut de eius quoq; necessitatibus scriptum est: qui a fratribus vẽditus afflictam vitam ducebat: Ferrum pertransiuit animam eius. Quid ergo sunt arma ferrea/ nisi necessitates vite presen

Ps. ciiij.

A tis/que dure premit/r vitã inopie insequitur. Ferrum quippe erugo cõsumit:ea autẽ cõsumere difficilius solet. Ferro ergo necessitas presens que transitoria est: ere aũt sententia eterna figurat. Et qz iudiciũ superni ab iniqui mente non attendit/iuste arcui cõparat: qz velut ex insi dijs percutit/dũ illud in qui pcutit/non attẽdit. Fugiet ergo arma ferrea/z irruet in arcũ ereũ: quia dũ presentes necessitates metuẽs/multa per auaritiã rapit: extremi iu dicij districtis se percussionibus anteponit. Et cum fugit arma ferrea/ab arcus erei sagittis inuenitur: qz mala tẽ poralia stulte precauens/sententia eterna percutit. Qui enim hic inopie durittã cũ culpa fugit: illic perpetuitatẽ

Iniquus fugiens arma: irruit in arcum.

S iuste vltionis inuenit. Capitulum.xiij.

Ed paulo post ad iudiciũ rapiatur: adhuc que ini quitas iste hic operetur/insinuat. Sequitur.

C S. Q: qui diabolo tentanti consentit/de vagina co gitationis educitur per suggestorem: et vltro egreditur per liberam voluntatem.

C Eductus z egrediẽs de vagina sua: z fulgurãs i ama ritudine sua.] Iniquus iste insidiat depredationib⁹ pro ximorũ: sed dum praua in cogitatione machinatur/quasi adhuc gladius in vagina est. Dum vero malũ qd cogita uit/iniquẽ pficit/de vagina sua egreditur: quia de occul tatione cogitationis sue per iniquitatẽ male operationis aperit. Ostẽditur in opere/qualis latuit in cogitatione. Et notandũ q ait: Eductus z egrediens de vagina sua. eductus.s. per seductorẽ: egrediens vero p propriã volũ tatem. Nã is qui ducit/ducentẽ procul dubio sequit. qui autẽ egreditur, sm suã pergere voluntatẽ videt. Quia er B go ad mala queqz opa z ab antiquo hoste trahit: et tamẽ suo libero arbitrio in eorũ desiderijs obligat: de vagina sua eductus et egrediẽs dicitur: quoniã hoc q ex praua cogitatione exit ad pessimã operationẽ: et illius est spũs qui suggessit: z ei⁹ nequitie qui ex ppria volũtate cõsensit. Cui⁹ adhuc potentie terror ostẽditur/cũ protin⁹ subin fertur. [Et fulgurãs in amaritudine sua.] Fulgur quippe cũ repẽte desuper venit/cũ terrore ante oculos clarescit: claritatẽ ostendit: et antepositã percutit. Sic sic videli cet iniqu⁹ cũ gloriã vite presentis assumpserit: vnde in hoc mũdo per potẽtiam clarus ostendit/inde agit vt in vlti mo feriat†. Quasi fulgurare iniqui est: in hui⁹ vite hono re clarescere. Sed qz splendor glorie illius eterne gehen ne supplicijs mancipatur: recte nũc dicitur: Fulgurãs in amaritudine sua. Qui enĩ modo quasi ex terrore et clari tate feriens gaudet: inde post supplicia imperpetuũ susti net. Et quidem de quodã diuite scriptũ est: qz epulabat quotidie splẽdide. Sed aliud est splẽdere: atqz aliud ful gurare. Nonnunqz quippe splendor sine percussione est: fulguris vero nomine splendor exprimit cũ percussione. Qui itaqz in potestate positus alijs nocet: nõ incongrue fulgurans dicit: qz vnde ipse contra bonos quasi ex luce glorie extollit/inde bonorũ vita cruciat. Sequitur.

†al. multi feriantur.

Lu. xvi. Aliud est splendere: aliud ful gurare.

C S. Q: horribiles diaboli dicitur/qui vadunt et ve C niunt: dum victis vitijs occurrentia adinuicem sibi in cor de captiuo succedunt.

C Vadent z venient super eũ horribiles.] Qui hoc loco horribiles nisi maligni spirit⁹ appellant: bonis videlicet mentib⁹ pauendi atqz fugiendi? Et qz ijdem maligni spi ritus certis quibusqz vitijs singuli obsequi sunt creden di: cum peruersus iste alia quidẽ vitia ad momentũ dese rere videt: sed alia agere incipit: sup hunc profecto horri biles vadũt z veniũt: qz peruersũ mentẽ et si alia mala de serũt/alia occupant. Sepe nãqz videas iniquũ in terrena potestate cõstitutum, graui furore cõmoueri: quicqd ira suggerit exequi: z cũ furor abscesserit/mox eius mentẽ lu xuria deuastat: cũ luxuria ad tẽp⁹ intermittit: elatio pro tinus quasi de continentia in eius cogitatione subrogat. atqz vt a ceteris timeatur/appetit videri terribilis. Sed cũ res exigit vt loqui quid humiliter debeat: quasi post posito terrore superbie/remissa locutione blanditur: z cum superbus videri deserit/duplex effici non pertimescit. In cu ius ergo mentẽ vitia vitijs succedũt: recte de eo dicitur: Vadent z venient sup eum horribiles: qz quot vitijs de cedentib⁹ z succedentib⁹ premit/tot malignis spiritibus eius anim⁹ quasi euntib⁹ ac redeuntibus deuastat. Sed hec que agit/extrinsecus p partes prodeũt: nam mẽti eius si mul oĩa mala colligũtur. Vnde z subditur. [Omnes tene bre abscondite sunt in occultis eius.] Quis enĩ hypocri

Horribi les mali gni spũs.

ta actiones bonas in supficie ostẽdat: quedã tamen in eo D malorũ operũ tenebre apparẽt: sed tamẽ minus prodit in opere/qz in eius latet cogitatione. Nã qui cũcta simul in effectu non explet: cuncta que noceãt/in mente tacitus te net. Omnes ergo tenebre in occultis eius abscondite di cuntur: quia etsi in se mala omnia non ostendit/omnia ta men inferre proximis appetit.

C S. Q: ab ipsa mundi origine ignis gehenne creatus est: in quo qui in carne et anima peccauerũt/in vtroqz ar debunt. Capitulum.xiiij.

S Ed mens ista sic reproba qua vltione sit ferien da/subiũgit. Sequit: [Deuorabit eũ ignis qui nõ succẽditur.] Miro valde modo paucis ver bis expressus est ignis gehẽne. Ignis nãqz corporeus vt esse ignis valeat/corporeis indiget fomentis. Qui cũ ne cesse est vt seruetur/per congesta ligna procul dubio nutri tur: nec valet nisi succensus esse/z nisi refotus subsistere. At contra gehẽne ignis cũ sit incorporeus/et in se missos reprobos corporaliter exurat: nec studio humano succen ditur: nec lignis nutritur: sed creatus semel durat inextin guibilis: z succẽsione nõ indiget: et ardore non caret. Be ne ergo de hoc iniquo dicitur. Deuorabit eum ignis qui non succendit: qz omnipotẽtis iustitia futurorũ prescia/ ab ipsa mũdi origine gehenne ignem creauit: qui in pena reproborũ esse semel inciperet: sed ardorẽ suum etiã sine lignis nunqz finiret. Sciendum vero est q oẽs reprobi: qz ex anima simul z carne peccauerunt: illic in aĩa pariter z carne cruciantur. Vnde per psalmistã dicit: Pones eos vt clibanum ignis in tẽpore vultus tui: dñs in ira sua cõ turbabit eos: z deuorabit eos ignis. Cliban⁹ nãqz intrin secus ardet: is vero qui ab igne deuoratur/ab exteriori incipit parte cõcremari. Vt ergo sacra eloquia ardere et exterius z interius reprobos demõstrarẽt: eos z ab igne deuorari/z sicut clibanum poni testatur: vt per ignẽ cru cient in corpore/et per dolorẽ ardeant in mẽte. Vnde hic quoqz cum de hoc impio diceret: Deuorabit eũ ignis qui non succendit: protinus de eius spiritu additur.

Psal. xx. E

C S. Q: amatores huius vite/z hic de corpore nolẽtes educunt/et in inferno in corpore tenentur inuiti.

C Affligetur relict⁹ in tabernaculo suo.] Iniqui enĩ ta bernaculũ caro est: qz ipsam letus inhabitat: z si sit possibi le/optat vt eã nunqz relinquat. Iusti vero qz gaudiũ suũ in spe celestiũ ponunt: eorũqz cõuersatio in celis est: cum adhuc in carne sunt: quasi in carne iam non sunt: qz nulla carnis delectatione pascunt. Vnde z quibusdã dicit. Vos autẽ nõ estis in carne: sed in spũ. Neqz enĩ i carne nõ erãt/ qui p magistri eplas exhortationis eloquia suscipiebãt: sed quasi iam nõ in carne esse/est dẽs more carnaliũ nihil habere. At cõtra iniqu⁹ iste: qz omne gaudiũ suũ in carnis si vita posuit/in tabernaculo carnis habitauit. Quã vi delicet carnẽ cũ in resurrectiõe receperit: cum ea gehẽne igni tradit⁹ ardebit. Tũc ab ea educi appetit: tunc ei⁹ tor menta euadere (si valeat) querit: tũc incipit velle vitare qd F amauit. Sed qz eãdem carnẽ deo preposuit iudicãte deo agit/vt ex ea ampli⁹ in igne cruciet. Hic itaqz eã relinqre nõ vult: z tñ ab ea abstrahit. illic eã relinqre appetit: z ta mẽ in ea ppter supplicia seruat. Ad augmentũ itaqz tor mẽti/z hic de corpore nolẽs educit: z illic in corpore tene tur inuit⁹. Quia ergo ei⁹ spũs carnẽ quã sibi male aman do preposuit/euadere in tormento volet et non valet, re cte nunc dicit. [Affligetur relictus in tabernaculo suo.] De cuius accusatione mox dicitur.

C S. Q: hypocritarũ mala q modo vident abscõdita/z angelis z hominib⁹ in fine patebunt. Capitulũ.xv.

R Euelabũt celi iniquitatem eius: z terra cõsur get aduersus eũ.] Quid per celos/nisi iustos: z quid per terrã nisi peccatores accipim⁹? Vn de z in dñica oratione petimus: Fiat voluntas tua sicut in celo z in terra: vt videlicet voluntas nostri conditoris sicut in omnib⁹ iustis perficit ita z in nobis †quoqz pecca toribus impleatur. De iustis quoqz scriptũ est: Celi enar rant gloriã dei. Et peccãti homini sententia infert qua dr: Terra es/z in terrã ibis. Hui⁹ itaqz impij ad illud terri bile iudiciũ deduci/reuelant celi iniquitatẽ: z terra ɔsur git aduersus eũ: vt q hic nec bonis vnqz nec malis peper cit: in illo eũ tremendo examine/z iustoz vita et peccato rum pariter accuset. Et grauius quidẽ est si quid iustis potius qz peccatorib⁹ noceat. Vnde et p prophetã dicit.

Matt. vj. Luce. xj. †al. oib⁹. Pro. xviij. Gen. iij.

G Ezechiel. xxiiij. Sanguis eius in medio eius est: super lympidissimã petrã effudit illũ: nõ effudit illũ sup terrã vt possit operiri puluere. Per terrã videlz ⁊ puluerẽ pctõres: p petrã vo lympidissimã iustũ signãs: q̃ grauib⁹ pctõrũ cõtagijs nõ censpersatur. Sanguis ergo sup lympidissimã petram effunditur: quando malitia cruentemẽtis in afflictione iuste anime grassat. Cũ ergo sit grauius iustos q̃ iniuste iniustos affligere: multo tamẽ est grauius et iustis pariter et iniustis nocere. Quia ergo hic iniquis ⁊ iustis pariter nocuit: ⁊ iniustis in accusatione condẽnationis reuelabunt celi iniquitatẽ eius: et terra cõsurget aduersus eũ: quia et illis obstitit qui celestia: ⁊ eos pressit q̃ ima sapuerunt. Possunt vero per terram nõ solũ peccatores et reprobi/ sed ⁊ hi qui terrenis actib⁹ occupati/ elemosynarũ ⁊ lachrymarũ ope ad eternã vitam perueniunt/ designari: de quibus per psalmistã dicit: cũ venire dñs ad iudiciũ nũciaretur: Psal. xlix. Aduocauit celos sursum ⁊ terrã: vt discerneret populũ suum. Celos quippe sursum aduocat: cum hi qui sua omnia relinquẽtes/ conuersationẽ celestis vite tenuerũt: ad consedendũ in iudicio vocãtur/ atq̃ cum eo iudices veniũt. Terra etiã sursum vocatur: cũ hi qui terrenis actib⁹ obligati fuerãt: in eis tamen plus celestia q̃ terrena lucra quesierũt. quibus dicit: Hospes eram/ ⁊ collegistis me: nudus/ ⁊ operuistis me. Matthei xxv. Hypocrite itaq̃ huius/ celi iniquitatẽ reuelãt: atq̃ aduersus eũ terra cõsurgit: dum ⁊ hi qui cũ deo iudices veniunt: ⁊ hi qui per iudiciũ liberant/ prauitatis illius testes existunt. H Nihil ergo de his que egit/ in tẽpore dãnationis ei⁹ abscondit: et siquidem acta illi⁹ modo hominib⁹ per duplicitatẽ multa celant: sed i dãnatiõis die quicq̃d in eo intrĩsecus latebat/ ostendit. Unde apte subiungit. Capitulum. xvj.

Apertũ erit germen domus illius: detrahetur in die furoris dei. Tũc germen domus illi⁹ aperit: cũ omne malũ q̃d in conscientia illius nascebatur/ ostendit. Modo quippe germẽ domus hypocrite manet occultum: quia et si bona in imagine apparet ei⁹ opatio, sed latet intẽtio. Aliud est nãq̃ q̃d agit: aliud q̃d intẽdit. Sed cũ adueniẽte iudice vniuscuiusq̃ cõsciẽtia ad testimoniũ fuerit deducta: Unde scriptũ est. Rom. ij. Cogitationibus accusantib⁹ aut etiã defendentibus) in hoc hypocrite germẽ domus aperit: q2 in eius mente cogitatio puersa detegitur. Et in die furoris dei detrahit: quia ostensa ira iudicis/ flãmis vltricibus tradit⁹/ ab eius cõspectu separatur. Qui enim summa cogitare dũ viueret noluit/ peccatorũ suorum pondere depressus/ a facie iudicis in ima suppliciorũ cadet. Nunc autẽ et peccantẽ considerat iudex et tolerat: atq̃ ad cõuersionẽ singulos (quia dies patiẽtie/ ⁊ necdũ est dies furoris) expectat. Sed in hoc die patiẽtie quasi immobilis manet hypocrita/ dum ⁊ multa mala ppetrat: ⁊ hũc flagella nulla castigat. Sed in furoris die detrahet: q2 videlz tẽpore raptus ad supplicia/ ab eterni iudicis vultu separatur. Sequitur. I

¶ S. Os sancti partẽ suam nõ a dño/ sed ipsum dominũ accipiunt: peccatores vero quia extra dei partẽ querunt/ partem suam ignem inueniunt.

¶ Hec est pars hominis impij a deo: ⁊ hereditas verborum eius a dño.) Si enĩ bene agere in hac posit⁹ vita voluisset/ partem apud dñm celestis regni cõsortium haberet. Sed q2 prauis subdi desiderijs elegit/ partẽ suam a dño in tormentis inuenit: q2 eiusdẽ dñi participare gratiam nõ quesiuit. Bene autẽ dicit: Et hereditas verborũ ei⁹ a dño. Qui enĩ pro magnis malis in suppliciũ mergitur/ fortasse credebat q2 pro verbis que male dixerat/ minime iudicaretur. Sed cũ districte omnipotentis dei iustitia supplicium a reprobis pro peruersis actibus exigit/ eis mala vsq̃ ad verborum retributionem reddit: vt qui de magnis malis debitores sunt/ supplicijs traditi/ etiã nouissimũ quadrantẽ soluant. Illis enĩ minima parcuntur/ qui maiora in se districte mala defleuerunt. Nã quos magna premũt/ etiam mala minima in gehẽna pariter affligũt. Sancti autẽ viri nõ partẽ a dño accipere: sed partem suã ipsum dñm habere desiderant. Unde pphẽta deprecatur dicẽs: Portio mea dñe. Psalm. cxviij. Iniqu⁹ vero quia portionẽ suam habere ipsum dñm nõ quesiuit/ partẽ suã extra dominũ ignẽ inuenit: et ab eius facie exclusus: q2 gaudere in ipso non appetijt/ sub ipso cruciatur. Hec sophar ita intulit/ vt per ea que cõtra hypocritam diceret/ beati Job vitã feriret: estimãs q2 is qui a dño percussus esset/ cuncta bona que egerat/ mente simplici non egisset. Quẽ enim percussum vidit/ deo displicuisse credidit. Sed amici beati Job etiã in hac re hereticorũ speciẽ tenẽt: qui in sancta ecclesia dum quosdã bene agẽtes aspiciunt sub flagellis gemere: eos existimãt bona merita in bonis actib⁹ non habere: ⁊ malos credũt/ quos affligi verbere diuino conspiciũt: videlicet nesciẽtes: quia multe tribulationes iustorũ: et flagellat omnẽ filium quẽ recipit. K Sed beatus Job more sancte et vniuersalis ecclesie (que a peruersis verborum iacula equanimiter tolerat: ⁊ cũ superborũ dicta audit/ humilitatis sue tramitẽ non relinquit) cũ magna cordis humilitate subiungit/ dicens.

¶ Sequitur Capitulum. xxj. tertius: sed expositionis Moralis Capitulum. xvij.

Respondens autem Job dixit: Audite queso sermões meos: et agite penitẽtiam. Sustinete me/ vt ego loquar: ⁊ post mea/ si videbit/ verba ridete. Nũquid cõtra hoiẽ disputatio mea est/ vt merito non debeam cõtristari? Attẽdite me/ ⁊ obstupescite: ⁊ supponite digitũ ori vestro. Et ego quãdo recordat⁹ fuero/ pertimesco: ⁊ concutit carnem meã tremor. Quare ergo impij viuũt/ subleuati sunt/ cõfortatiq̃ diuitijs? Semẽ eorũ permanet corã eis: propinquorũ turba ⁊ nepotũ in conspectu eorũ. Domus eorũ secure sunt ⁊ pacate: ⁊ nõ est virga dei sup illos. Bos eorũ cõcepit/ ⁊ nõ abortiuit: vacca peperit, et non est priuata fetu suo. Egrediũtur quasi greges paruuli eorũ: ⁊ infantes eorũ exultãt lusibus. Tenẽt tympanũ ⁊ citharam: ⁊ gaudẽt ad sonitum organi. Ducũt in bonis dies suos: ⁊ in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt deo. Recede a nobis: scientiã viarum tuarũ nolumus. Quis est oĩpotens/ vt seruiam⁹ ei? Et q̃d nobis pdest si orauerim⁹ illũ? Uerũtamẽ q2 nõ sunt in manu eorũ bona sua: consiliũ impiorũ longe sit a me. L Quotiens lucerna impiorũ extinguetur: ⁊ superueniet eis inundatio: ⁊ dolores diuidet furoris sui. Erunt sicut palee ante faciẽ venti: ⁊ sicut fauilla quã turbo dispergit. Deus seruabit filijs illius dolorem patris: ⁊ cũ reddiderit: tũc sciet. Uidebũt oculi ei⁹ interfectionẽ suã: ⁊ de furore oĩpotentis bibet. Quid enĩ ad eũ ptinet de domo sua post se? Et si numer⁹ mensiũ eius dimidietur: nũquid deum docebit quispiã scientiam/ q̃ excelsos iudicat? Iste moritur robust⁹ ⁊ san⁹/ diues ⁊ felix: viscera ei⁹ plena sunt adipe: ⁊ medullis ossa illi⁹ irrigãtur. Ali⁹ vero moritur in amaritudine aĩe sue absq̃ vllis opibus: ⁊ tamẽ simul in puluere dormient/ et vermes operient eos. M Certe noui cogitationes vestras/ ⁊ sententias cõtra me iniq̃s. Dicitis enĩ: Ubi est dom⁹ principis: ⁊ vbi tabernacula impiorum? Interrogate quẽlibet de viatoribus: et hec eadẽ illũ intelligere cognoscetis. Quia in diẽ pditionis seruat malus/ et ad diẽ furoris ducet. Quis arguet corã eo viam ei⁹: ⁊ q̃ fecit quis reddet illi? Ipse ad sepulchra ducet: ⁊ in cõgerie mortuorũ vigilabit. Dulcis fuit glareis cocyti: et post se omnẽ hominẽ trahet: et ante se innumerabiles. Quomodo igit cõsolamini me frustra/ cũ respõsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

A Udite queso sermones meos: et agite penitentiam.] Qui enim cum diceret: audite/addidit: queso: cum quāta humilitate loquatur insinuat/dum contra se superbientes rogat: ut eorum sensum ad salutis doctrinam reducat. Sancti autē viri dū intra universalem ecclesiā non solū docere recta/sed etiam queq̄ perversa tolerare parati sunt: irrideri nō metuunt. Unde et subditur.

¶ S. Qd boni in locutionibus suis aut sibi aut suis auditoribus prodesse intendunt.

¶ Sustinete me/ut et ego loquar: et post mea (si videbitur) verba ridete.] Boni etenim cum loquuntur/duo sunt q̄ in suis locutionibus attendunt: ut videlicet aut sibi et auditoribus suis/aut sibimet solis prosint/si auditoribus prodesse non possunt. Cum enim bene audiunt bona q̄ dicunt/sibi simul et auditoribus prosunt. Cū vero ab auditoribus deridentur: sibi procul dubio profuerunt/quos a culpa silentij liberos fecerunt. Beatus itaq̄ Job ut sibi et suis auditoribus prosit/dicat. Audite queso sermones meos/et agite penitentiā. Ut autē ipse qd debet/exolvat/etiā si auditoribus prodesse nō valeat/adiungit. Sustinete me/ut et ego loquar: et post mea (si videbitur) verba ridete. Et notandū: q̄ dum subiungeret: agite penitentiā/premisit audite. cū vero subderet post mea si videbitur verba ridete/premisit: sustinete me. Audire quippe volentis est/sustinere nolentis. Amici ergo eius si doceri appeterent audiātur/si autē irridere parati sunt/sustineant que dicuntur: q̄ videlicet superbis mētibus pondus grave est oneris/doctrina humilitatis. Sequitur.

¶ S. Qd Job q̄ inter flagella deo displicuisse se credidit: ideo tristabatur. Et q̄ qui deo placet/licet hominibus displiceat/non est valde contristetur.

¶ Nunquid contra hominē disputatio mea est/ut merito nō debeā contristari?] Omnis qui deo placēs/hominibus displicet: causas tristitie nullas habet. Qui autem aut hominibus placēs/deo displicet/aut simul deo et hominibus displicere se credit: si hunc tristitia non afficit/a virtute sapientie alienus existit. Beatus autē Job displicuisse deo inter flagella se credidit: et idcirco animū ad tristitiā revocavit: q̄ despiciendus non erat/cui se displicuisse formidabat. Si autē de vite sue meritis contra hominē disputaret/nequaq̄ contristari debuisset: sed q̄ p flagella presentia anceps factus de anteacta vita fuerat: in flagello tristitiam iure requirebat. Unde etiā subdit:] Attendite me et obstupescite.] Considerate que egi/et admiramini in hac percussione que patior. Qui adhuc recte infert dicens: [Et superponite digitum ori vestro.] Ac si aperte dicat: Scientes bona que egi/et considerātes mala q̄ patior: vosmetipsos etiam a verborū culpa compescite: atq̄ in meis percussionibus vestra dāna formidate. Vel certe quia digito quoq̄ discernimus/nō incongrue per digitū discretio designatur. Unde et per psalmistā dicitur: Benedictus dñs deus meus/qui docet manus meas ad preliū: et digitos meos ad bellū. Per manus videlicet operationē/per digitos vero discretionē signans. Capitulum.xviij.

Psalm. cxliiij.

C Igitus ergo ori supponitur/cū per discretionem lingua refrenatur: ne p hoc qd loquitur/in stultitie culpā dilabatur. Ait ergo: Superponite digitū ori vestro: id est locutioni vestre discretionis virtutem adiungite: ut per hec que recta cōtra hypocritā dicitis/quibus sint dicēda/videatis. Sequitur: [Et ego quādo recordatus fuero/pertimesco: et concutit carnē meā tremor.] Quia beatus Job actuū suorū oblitus non fuerat/extrema locutio eius ostēdit. Que et re hoc qd ab eo nūc amicis dicitur: Et ego quādo recordatus fuero/pertimesco: et concutit carnem meā tremor: cōstat nimirū q̄ p irrisionē dicatur. Ac si aperte diceret: Si me aliqd hypocrite habuisse meminero/in penitentie mox fletu contremisco. Carnē vero suam (si recordatus fuerit) tremore phibet cōcuti: id est infirmitatem operis victionis pavore fatigari. Sed quia multa sophar de subita dānatione impij: in quibus beati Job potentiam momordit/asseruit: sanctus vir cōtra eius dicta subiungit/dicens.

¶ S. Felicitatis huius vite enumerat gaudia.

¶ Quare ergo impij vivunt/sublevati sunt/cōfortatiq̄ divitijs?] Nisi enim eos patientia divina tolerāret/nequaq̄ diu vitā in peccatis ducerēt. Sublevantur nāq̄ diu iniqui/cum esse potentes incipiunt: confortantur vero cum diu in hac vita subsistere permittuntur. Quos enim substantia elevat/in sue fastu potentie dierū longitudo confortat. Vel certe sublevati et confortati referūtur: quia sublevantur honoribus/cōfortantur rebus. Sed sunt plerique qui et honoribus sublevari/et divitijs confortari/ea que in hac concupiscunt vita accipiūt: successione autē sobolis privantur. Istis nimirū ipsa sua potentia pena est/cum et magnā se habere hereditatē cōsiderant: et heredes non habent quibus relinquāt. Quid itaq̄ prodest si assint omnia: et desint filij qui successores fiant? Sequitur. [Semen eorū permanet corā eis.] In augmentū magne felicitatis/cū magno patrimonio dātur et heredes: ac ne qua necessitas saltem temporalis ab oculis subtrahat eos in quibus animus exultat: de hoc eorū semine dicitur: Permanet corā eis. Quid autē si filij dati sunt/sed ipsi sterilitate feriuntur? Sic eis genus extinguitur/sicut parentes ā sterilitate extingui timebatur. Sequitur. [Propinquorū turba et nepotum in cōspectu eorū.] Ecce adest vita/assunt honores et divitie/assunt filij/assunt nepotes. Quid si qua mētem intestina cogitatio excruciat: et securitatis gaudia domestica riga transfigeret? Que est mundi huius felicitas/si leta nō est? Sequitur. [Domus eorum secure sunt et pacate: et nō est virga dei super illos.] Secure et pacate sunt: quia peccātes vivunt/lugēda agunt/et gaudia non relinquūt. Virga eos superne disciplinae non percutit: et tanto amplius in culpa proficiunt/quanto minus ex culpa feriunt. Sed quia vitus que prosperā fiat audivimus/in agris quoq̄ que prosperitas arrideat/videamus. Sequitur. [Bos eorum cōcepit/et non abortivit: vacca peperit/et non est privata fetu suo.] Vulgaris locutionis usus est/ut bovem masculum/et vaccam feminā vocent: sed litteratura locutio bovē cōmunis generis appellat. Unde nunc dicitur. Bos eorū concepit et non abortivit: vacca peperit/et non est privata fetu suo. Dñis gregū prima felicitas est si grex sterilitatē non habens concipit: secunda si conceptus ad partum venit: tertia autē si hoc quod partū est/per nutrimenta ad provectum ducatur. Ut ergo tota simul adesse impijs demonstraret eorum greges beatus Job asserit concepisse/et nō abortisse: peperisse/et fetu proprio non esse privatos. Minor autem est felicitas/si cum greges crescunt/custodes quoq̄ gregū non proficiūt. Unde et ad fecūditatem gregū/mox fecūditas familie subrogatur. Nam dicitur. [Egrediuntur quasi greges parvuli eorum: et infantes eorum exultant lusibus.] Ut sicut maiora ad habendum concessa sunt/ita multi germinent ad custodiendum. Sed quia dicit: Exultāt lusibus: ipsum quoq̄ infantium lusum i domo iniquorum ne vilem valde esse crederemus/subiungens ait. [Tenent tympanū et citharā: et gaudent ad sonitum organi.] Ac si patenter dicat: Cum domini honoribus et rebus tument/subiecti in ludicris actibus gaudent. Sed o beate vir/quid tam multa nobis de iniquorum voluptatibus narras? Jam diu est q̄ in eorum descriptione loqueris/post multa breviter dilingue que sentis. Sequitur:

¶ Quicquid tēporale est/subitum est: et ad instar puncti momentaneum. Capitulum.xix.

D Ucunt in bonis dies suos: et in puncto ad inferna descendunt.] Ecce beate vir eorum gaudia diu narraveras: quomodo nūc asseris q̄ in puncto ad inferna descendant/nisi q̄ omnis longitudo temporis vite presentis punctus esse cognoscitur/cū fine terminatur? Cum enim ad extremum quisq̄ perducitur/de preterito iam nil tenet: quia tempora cuncta delapsa sunt: in futuro nil habet: q̄ vivius hore momenta non restant. Vita ergo que sic angustari potuit/punctus fuit. Ut enim prediximus/in puncto stilum ponimus et levamus. Quasi ergo in puncto vitam tetigit/qui hanc accepit et amisit. Potest in puncto quoq̄ intelligi: q̄ sepe hi qui diu in iniquitate tolerati sunt/subita morte rapiuntur: ut nec flere ante mortem liceat que peccaverunt. Sed quia nōnunq̄ etiam vita iustorum subito fine terminatur: melius illud accipimus/si hoc de eorum temporali vita sentiamus: q̄ quicquid transire potuit/subitum fuit. Amicis autē beati Job qui idcirco hunc iniustum esse crediderūt: q̄ flagellatum viderūt/recte eiusdē sancti viri voce de iniquorum flore et perditiōe ostēsum est: q̄ presentis vite prosperitas innocētie testis nō est: q̄ multi ad perēnē vitā per flagella redeūt: et plerique ad infinita supplicia perducēdi sine flagello moriuntur. De quibus adhuc subditur.

¶ S. Qd ideo peruersi deo dicūt Recede a nobis: q̄ eius

G doctrinam et regulam charitatis contemnunt.

¶ Qui dixerunt deo: recede a nobis.] Hec verbis dicere vel stulti minime presumunt: sed tamen peruersi omnes deo/recede/non verbis sed moribus dicunt. Qui enim illa agunt que deus omnipotens prohibet: quid aliud faciunt quam suum animum contra omnipotentem claudunt? Sicut enim eius precepta cogitare/eum ad se introducere est: ita eius mandatis obsistere/eum a cordis inhabitatione repellere est. Dicunt ergo: Recede a nobis: qui eum ad se aditum prebere recusant/eumque prauis actibus impugnant: etiam si verbis laudare videantur. Dicunt etiam: Scientiam viarum tuarum nolumus: eo ipso quo eius scientiam apprehendere contemnunt. Sunt namque nonnulli qui ex eo quod veritas dicit: Seruus qui non cognouit voluntatem domini sui/et facit digna plagis/vapulabit paucis: et seruus sciens voluntatem domini sui/et non faciens iuxta eam/vapulabit multis: nolunt scire quod faciant: et quasi minus se vapulaturos existimant/si nesciant quod operari debuerunt. Sed aliud est nescisse/aliud scire noluisse. Nescit namque qui apprehendere vult et non valet. Qui autem vt nesciat/aurem a voce veritatis auertit/iste non nesciens/sed contemptor addicitur. Capitulum xx.

Luce xij.

Via domini.

Via autem dei pax: via dei humilitas: via dei patientia est. Sed quia hec omnia iniqui despiciunt/dicunt: Scientiam viarum tuarum nolumus. Dum enim in presenti vita superbiunt: dum honoribus inflantur: dum etiam si non habent appetunt/vias dei in sua cogitatione contemnunt. Quia enim via dei in hac vita humilitas fuit: ipse hic deus dominus redemptor noster ad probra/ad contumelias/ad passionem venit: et aduersa huius mundi equanimiter pertulit: prospera fortiter vitauit: vt et prospera doceret eterne vite appeti/et aduersa presentis vite non formidari. Sed qui iniqui gloriam vite presentis appetunt/ignominiam fugiunt/dicere memorantur: Scientiam viarum tuarum nolumus. Scire quippe nolunt/quod facere contemnunt. Quorum adhuc verba subduntur/cum dicitur.

¶ S. Quia si inuisibilia visibilibus in ordine creaturarum prestant: quanto ergo magis inuisibilis omnium visibilium et inuisibilium conditor omnia superat.

¶ Quis est omnipotens vt seruiamus ei?] Mens enim hominis male exterius fusa/sic in rebus corporeis sparsa est/vt neque ad semetipsam intus redeat/neque eum qui est inuisibilis/cogitare sufficiat. Unde carnales viri iussa spiritualia contemnentes: deum quia corporaliter non vident/quandoque ad hoc perueniunt/vt etiam non esse suspicentur. Unde scriptum est: Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Unde nunc quoque dicitur: Quis est omnipotens vt seruiamus ei? Plerumque enim plus appetunt homines seruire hominibus quos corporaliter vident/quam seruire deo quem non vident. Per omne enim quod faciunt/ad finem oculorum tendunt: et quia in deum oculos corporis tendere non possunt/ei obsequia prebere vel despiciunt/vel si ceperint/fatigantur. Esse enim/sicut dictum est/non credunt/quem corporaliter non inueniunt. Qui si auctorem omnium deum humiliter quererent/id quod non videtur/ea re que videtur/esse melius in semetipsis inuenirent. Ipsi quippe ex anima inuisibili et corpore visibili subsistunt: et si hoc ab eis quod non videtur abstrahitur/illico corruit quod videtur. Et patent quidem carnis oculi/sed videre quicquam vel sentire non possunt. Sensus enim visionis perijt: quia habitator recessit: et domus carnis remanet vacua: quia abscessit ille inuisibilis spiritus/qui per eius respicere fenestras solebat. Si ergo rebus visibilibus inuisibilia prestantiora sunt/carnales quique ex semetipsis pensare debuerunt/atque per hec/vt ita dixerim/scalam considerationis tendere in deum: quia eo est/quo inuisibilis permanet: et eo summus permanet/quo comprehendi nequaquam potest. Sunt vero nonnulli qui deum et esse/et incomprehensibilem esse non ambigunt: qui tamen ab eo non ipsum sed bona exteriora querunt. Que cum ei seruientibus deesse conspiciunt/ipsi seruire contemnunt. De quorum adhuc verbis adiungitur:

Ps. xiij.

I

¶ S. Que in oratione postulanda sint et quomodo.

¶ Et quid nobis prodest si adorauerimus illum?] Cum deus in oratione non queritur/citius in oratione animus lassatur: quia cum illa quisque postulat/que fortasse iuxta occultum iudicium deus tribuere recusat: ipse quoque venit in fastidium/qui non vult dare quod amatur. Sed se magis dominus quam ea que condidit vult amari/eterna potius quam terrena postulari: sicut scriptum est: Querite primum regnum dei et iustitiam eius/et hec omnia adijcientur vobis. Qui enim non ait dabuntur/sed adijcientur: profecto indicat aliud esse quod principaliter datur/aliud quod superadditur. Quia enim nobis in intentione eternitas/in vsu vero temporalitas esse debet: et illud datur: et hoc nimirum ex abundanti superadditur. Et tamen sepe homines dum bona temporalia postulant: eterna vero premia non requirunt: petunt quod adijcitur: et illud non desiderant vbi adijciatur. Nec lucrum sue esse petitionis deputant/si hic sint temporaliter pauperes/et illic beatitudine diuites in eternum viuant: sed solis/vt dictum est/visibilibus intenti/labore postulationis renuunt inuisibilia mercari. Qui si superna quererent/iam cum fructu laborem exhiberent: quia cum mens in precibus ad auctoris sui speciem anhelat/diuinis desiderijs inflammata/supernis coniungitur: ab inferioribus separatur: amore feruoris sui se aperit vt capiat: et capiens inflammatur: et superiora amare iam sursum ire est. Dumque magno desiderio ad celestia inhiat/miro modo hoc ipsum quod accipere querit/degustat. Sequitur.

Mathei vi.

R

¶ S. Quia sancti habeant in manu bona temporalia/quia ita vt res postulat/hilari animo tribuunt: reprobi vero non ita ea habent/quia ab eis captiui mente tenentur. Capitulum xxi.

Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua: consilium eorum longe sit a me.] Bona in manu habet/qui despiciendo temporalia sub ditione mentis premit. Nam quisquis ea nimie diligit/se magis illis quam sibi ipsa supponit. Multi etenim iustorum in hoc mundo diuites fuerunt rebus/et honoribus fulti habere multa videbantur: quorum mentem quia eorum que aderant delectatio nimia non possidebat/bona illorum in manu erant: quia potestati animi subiecta tenebantur. At contra iniqui ita se totis desiderijs in exteriorum rerum appetitionibus fundunt: vt non magis ipsa habita teneant: sed ab his que habent/captiua mente teneantur. Quia igitur non sunt in manu eorum bona sua/recte subiungitur: Consilium eorum longe sit a me. Quid namque est iniquorum consilium/nisi terrenam gloriam querere: eternam negligere: salutem temporalem cum damno interiori appetere: et dolores transitorios ad eternos gemitus commutare? Vir igitur sanctus hoc iniquorum cogitationes intuens aspernitur/et dicit: Consilium eorum longe sit a me. Quia nimirum esse bonum incomparabiliter videt: ad breue tempus eligit hic sub flagello gemere/quam eterne visionis supplicia tolerare. Sed neque in hac vita hi qui in ea prosperari appetunt/continue prosperantur. Nam plerumque eorum gaudia subortis gemitibus interrumpuntur. Unde subditur.

Bona temporalia in manu sunt habenda.

L

¶ S. Quia lucerna carnalium extinguitur/quotiens diuitijs vel honoribus vel gloria priuantur.

¶ Quotiens lucerna eorum extinguetur.] Sepe impius lucernam suam/filiorum vitam estimat: sed cum filius qui nimie amatur/subtrahitur: lucerna impij que videbatur extincta est. Sepe impius presentis honoris gloriam lucernam putat: sed dum ablata dignitate deficit: lucerna extincta est/que ei iuxta desiderium lucebat. Sepe impius opes terrene substantie adesse sibi quasi magnam luminis lucernam putat: sed cum irruente damno diuitias quas plus se amabat/perdiderit: quid iste aliud quam lucernam in cuius lumine gaudebat † amisit? Qui ergo gaudere de eternis non appetit/neque hic vbi solidari vult/potest continue letari. Nam quotiens lucerna impiorum extinguetur: et superueniet eis inundatio: et dolores diuidet furoris sui. Inundatio ipsis superuenit/cum dolorum fluctus ex aliqua aduersitate patiuntur. Omnipotens enim deus cum se despici/et in terrenis videt concupiscentia letari: hoc quoque doloribus percutit/quod sibi videt in cogitatione impij preferri. Bene autem dicitur: Et dolores diuidet furoris sui.] Qui enim eternos dolores impio per retributionem seruat: et aliquando eius mentem etiam temporali dolore transuerberat: quia hic quoque et illic penam furoris sui super impium dolores diuidit. Neque enim pena presens quem iniustum animum a prauis desiderijs non immutat/ab eternis supplicijs liberat. Unde et per psalmistam dicitur: Pluit super peccatores laqueos: ignis/sulphur et spiritus procellarum/pars calicis eorum. Dicendo etenim laqueos/ignis/sulphur et spiritus procellarum/multos nimirum dolores intulit. Sed quia ab his doloribus peccator qui non corrigitur/ad eterna supplicia vocatur/eosdem dolores non iam totum calicem/sed partem calicis dixit: quia videlicet eorum passio hic quidem per dolores incipitur: sed in vltione perpetua consummatur. De quorum adhuc fine subiungitur:

M

† al. gaudebat.

Ps. x.

A ¶ S. Qr reprobonam vita fauille et palee comparetur.

Erunt sicut palee ante faciem venti: et sicut fauilla quam turbo dispergit. Capitulum xxij.] Iniquus cum in potestate conspicitur: cum valde in oppressionibus et violentijs effrenatur / ab infirmorum cogitationibus grauis nimium / et quasi in hoc mundo radicatus estimatur. Sed cum districti iudicis sententia venerit / omnes iniqui quasi palee ante ventum erunt: quia (vt ita dicam) ire flatu subito leuant atque asportantur ad ignem: quos hic in suis quondam preiudicijs quasi duri ponderis supertacente molem indigentium lachryme mouere non poterant. Et ad repentinis iudicij manifesti leues sunt: qui per illustrationem pectoris graues fuerant. [Et sicut fauilla quam turbo dispergit.] Ante omnipotentis dei oculos iniqui vita fauilla est: quia etsi apparet ad momentum viridis: habet tamen iudicio iam consumpta cernitur: quia consumptioni est eterne deputata. Hanc fauillam turbo dispergit: quia deus manifestus veniet: deus noster / et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit: et in circuitu eius tempestas valida. Huius enim tempestatis turbine ab eterni conspectu iudicis iniqui rapiuntur: et qui hic mente desiderio peruerso solidauerant / ibi palee et fauille videbuntur: quia eos ad eterna supplicia turbo rapiens asportat. Sequitur.

B ¶ S. Qr peccata patrum redundant in filios vsque ad tertiam et quartam progeniem.

¶ Deficiet filijs illius dolorem patris: et cum reddiderit: tunc sciet.] Scriptum nouimus: Qui reddis peccata patrum in filios ac nepotes in tertiam et quartam progeniem. (Exo. xx.) Et rursum scriptum est: Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel / dicentes: Patres comederunt vuam acerbam: et dentes filiorum obstupuerunt? (Eze. xviij. Hie. xxxj.) Viuo ego dicit dominus deus: si erit vobis vltra parabola hec in prouerbium in Israel. Ecce omnes anime mee sunt: vt anima patris / ita et anima filij mea est. Anima que peccauerit / ipsa morietur. (Dubitatio) In vtraque igitur hac sententia dum dissimilis sensus inuenitur / auditoris animus vt discretionis viam subtiliter requirat instruitur. Peccatum quippe originale a parentibus trahimus: et nisi per gratiam baptismatis soluamur / etiam parentum peccata portamus: quia vnum adhuc videlicet cum illis sumus. (Solutio prima.) Reddit ergo peccata parentum in filios / dum pro culpa parentis / ex originali peccato anima polluitur prolis. Et rursum non reddit parentum peccata in filios: quia cum ab originali culpa per baptismum liberamur: iam non parentum culpas / sed quas ipsi committimus / habemus. Quod tamen intelligi etiam aliter potest: (Solutio secunda.) quia quisquis praui parentis iniquitatem imitatur / etiam eius delicto constringitur. Quisquis autem parentis iniquitatem non imitatur / nequaquam delicto illius grauatur. Unde fit vt iniquus filius iniqui patris non solum sua que addidit / sed etiam patris peccata persoluat: cum vitijs patris quibus iratum dominum non ignorat / etiam suam malitiam adiungere non formidat. Et iustum est vt qui sub districto iudice vias parentis iniqui non timet imitari: cogatur in vita presenti etiam culpas parentis iniqui persoluere. (C) Unde et illic dictum est: Anima patris mea est: et anima filij mea est. Anima que peccauerit / ipsa morietur: quia in carne nonnunquam filij etiam ex patris peccato perimuntur. Deleto autem originali peccato / ex parentum nequitia in anima non tenetur. (Cur paruuli plerunque a demonijs arripiantur.) Quid enim est quod paruuli filij plerunque a demonibus arripiuntur / nisi quod caro filij ex patris pena mulctatur? In semetipso enim percutitur pater iniquus: et percussionis vim sentire contemnit. Plerunque percutitur in filijs / vt acrius vratur: et dolor patris carni filiorum redditur / quatenus per filiorum penas mens patris iniqua puniatur. (Cur proectiores filij et parentum culpa feriantur.) Cum vero non paruuli sed iam prouectiores filij ex parentum culpa feriuntur / quid aliud aperte datur intelligi / nisi quod illorum etiam penas luunt / quorum facta secuti sunt? Unde et recte dicitur: Usque ad tertiam et quartam progeniem. Quia enim vsque ad tertiam et quartam progeniem / eam quam imitantur filij parentum vitam possunt videre: vsque ad eos vltio extenditur / qui viderunt quod male sequerentur. Capitulum xxiij.

(Impiorum oculos culpa claudit / sed tandem pena aperit.) Et qui impiorum oculos culpa claudit / sed extrema pena aperit: recte subiungitur. Et cum reddiderit / tunc sciet. Nescit enim ipsius mala que fecit / nisi cum pro eisdem malis puniri iam ceperit. Unde et per prophetam dicitur: Et tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Tunc namque intelligit quod audiuit / cum se iam pro contemptu vexari voluerit. Hinc per Balaam de semetipso dicitur: Dicit homo cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonum dei / qui visionem omnipotentis intuitus est: qui cadet: et sic aperientur oculi eius. (Nume. xxiiij.) Consilium quippe contra Israelitas prebuit: sed post in pena vidit quid prius ex culpa commiserit. Electi autem quia ne peccare debeant prudenter: ea videlicet oculi ante casum patent. Iniquus vero post casum oculos aperit: quoniam post culpam iam in pena sua conspicit: quod malum debuit vitare quod fecit. De cuius interitu iam tunc sententia subinfertur. [Videbunt oculi eius interfectionem suam: et de furore omnipotentis bibet.] Quisquis in hac vita positus / culpam suam videre voluisset / de omnipotentis postmodum furore non biberet. Sed qui hic auertit oculos a respectu criminis / illic declinare non valet sententiam damnationis. Sepe vero hi qui supplicia eterna non metuunt / praue agere pro temporali saltem percussione pertimescunt. Sed sunt nonnulli qui ita in iniquitate duruerunt: vt nec in ipsis metuant feriri que amant / dummodo que peruerse cogitauerit expleant. Unde hoc in loco de iniqui huius obduratione subiungitur. [Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se: et si numerus mensium eius dimidietur?] Neque enim sic debemus accipere: vt iniquus iste postquam damnatus eternis supplicijs fuerit / de domo sua idest cognatis quos reliquerit / minime cogitabit: cum per semetipsam veritas dicat: quia diues qui in inferno sepultus fuerat / de quinque fratribus quos reliquerat / etiam in supplicio positus curam gerebat. (Luc. xvj.) Omnis namque peccator prudens erit in pena / qui stultus fuit in culpa: quia ibi iam dolore constrictus / ad rationem oculos aperit / quos hic voluptati deditus clausit: et pena torquente cogitur vt sapiat / qui excecante se superbia desipiebat. (Sic peccator prudens erit in pena: qui stultus fuit in culpa.) Cui tamen sua sapientia iam tunc minime proderit: quia hoc vbi operari iuxta sapientiam debuit / tempus amisit. Pro summo hic namque bono concupiscit germen generis habere: domum familia et opibus replere: et diu in hac carnis corruptione viuere. (E) Sed si fortasse aliquid ad eius desiderium veniat: quod tamen obtinere non possit / nisi cum offensione conditoris: eius animus ad paululum perturbatus cogitat quia si hoc egerit: vnde offensam sui conditoris incurrat: in domo / in filijs in vita percutitur. Sed superbia sua protinus instigatus obdurescit: et qualibet in domo / qualibet in vita percussionem sentiat: nequaquam curat: dummodo que cogitauerit expleat: et quousque viuit / voluptates suas perficere non desistit. Ecce enim domus eius pro culpa percutitur: sed quid ad eum pertinet de domo sua post se? Ecce pro vitione praui operis ea que esse potuit vite longitudo breuiatur: sed quid ad eum pertinet si numerus dierum eius dimidietur? Et in hoc ergo se peccator contra deum erigit / vbi deus omnipotens eius erectionem frangit: et nec illam percussio mentem humiliat / quam in deliberatione contra dominum obstinatio obdurat. Et notandum quod grauis culpe est: si et penam pro culpa mens perpendere: et tamen nec tormentis metu sub iugo conditoris ceruicem cordis inclinare.

¶ S. Qr secreta dei iudicia nemo ad plenum intelliget.

Sed ecce cum hec audimus / corda nostro questio oritur: cur omnipotens et misericors deus in tantam cecitatem cadere rationem mentis humane permiserit. Capitulum xxiiij. (F) Ne vero quisque vltra quam debet occulta dei iudicia discutere presumat: recte subiungitur. [Nunquid deo quispiam docebit scientiam / qui excelsos iudicat?] Cum de his que de nobis aguntur ambigimus / debemus alia que nobis sunt certa conspicere: et ea que de nostra nobis incertitudine surrexerat / cogitationis querelam placare. Ecce enim quod electos ad vitam flagella reuocant: et a malis actibus reprobos nec flagella compescunt / omnipotentis dei iudicia super nos valde occulta sunt / sed iniusta non sunt. Sed si tendamus oculum mentis ad superiora: in illis aspicimus quia de nobis quid iuste conqueri non habemus. Omnipotens enim deus angelorum merita discernens / alios in eterna luce sine lapsu permanere constituit: alios sponte lapsos a statu sue celsitudinis in eterne damnationis vltione prostrauit. Nobiscum igitur iniuste nil agit / qui et sublimiorem nobis naturam iuste iudicauit. Dicat ergo. Nunquid deo quispiam docebit scientiam / qui excelsos iudicat? Qui enim sup nos mira facit / constat procul dubio quia de nobis [illegible] omnia disponit. Quibus itaque premissis adiungitur: vbi humanus animus in requisitione fatigatur. Nam subditur. [Iste moritur robustus et sanus / diues et felix: viscera eius plena sunt adipe: et medullis ossa illius irrigantur: alius vero moritur in amaritudine anime sue absque vllis opibus.]

G Ista cum ita sint / qs omnipotentis dei secreta discutiat / cur hec ita esse pmittat: Sed electi et reprobi vita quidem dispar est: carnis autē in morte corruptio dispar non est. Unde subiūgitur. [Et tamen simul in puluere dormiēt: et vermes operient eos.] Quid ergo mirū si prosperitate vel aduersitate presentis seculi dissimiliter ad momentū currunt: qui per corruptionem carnis ad terram † simili ter redeunt / Capitulum .xxv.

† ast ad eterna.

Illa est q̄ solūmodo vita cogitanda: in qua cum resurrectione carnis ad fine dissimilē pertingitur retributionis. Que ē em̄ iniquis saluo aut robur / qui adeps † diuitie: dū totum hic cū celeritate relinquitur: et illic retributio q̄ nūq̄ relinqui possit / inuenitur? Sicut autē hui⁹ iniqui letitia transit ad penam, ita afflicti innocentis pena trāsit ad letitiā. Nec diuitie ergo debēt mentem extollere / nec inopia perturbare. Unde beatus iob inter dāna rerū nulla admittit ad animum dāna cogitationū: sz ad eos qui se in percussione despiciunt / redarguendo subiungit dicens.

¶ S. Qz heretici de sanctis sentiant iniqua / q̄ nequaq̄ eos flagellari a deo nisi propter peccata existimant: et q̄ nimio terrene sollicitudinis non rodat iustum / qui deuorat impium.

¶ [Certe noui cogitationes vestras / et sententias cōtra me iniquas. Dicitis eni. Ubi est dom⁹ principis: † vbi tabernacula impiorū?] Impiū em̄ crediderāt / quē ablatis rebus tēporaliter destructū videbāt. Sed sanct⁹ vir tanto eos alta cōsideratione diiudicat / quanto inter dāna q̄ ptulerat / infracta rectitudine stabat. Quid enim et foris rerum dāna nocuerāt / qui illū non amiserat quē interi⁹ amabat? Hoc ꝟo qd̄ dicitur: Simul in puluere dormiēt / et vermes operient eos: si quis forsitan accipere per allegoriam velit / explere breuiter possumus: si de liquo hoc diuite ea que sūt iam dicta replicem⁹. Dicit̄ naq̄: Uiscera eius plena sunt adipe. Sicut enim ex abundanti cibo adeps / ita ex abūdātia rerū supbia nascitur: q̄ impinguat mentē diuitis / dū eleuat anim⁹ supbientis. Superbia q̄ppe cordis / quasi quedā pinguedo est crassitudinis. Unde qi plerisq̄ ex abūdātia peccata ppetrāt / p prophetam dicitur. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorū. Sequit: Et medullis ossa illius irrigant̄. Amatores hui⁹ seculi quasi ossa habent / qn̄ in hoc mūdo fortitudinē dignitatū possident. Sed si in exteriori dignitate desint / terrene et domestice diuitie / q̄tum ad iudicium suum / ossa quidē habent / sed medullas in ossibus non habent. Quia ergo sic iste amator huius seculi exteriori potestate fulcitur: vt etiam interiori terrene dom⁹ abūdātia sagineē / dicitur: Et medullis ossa illi⁹ irrigant̄. Uel certe ossa sunt huius diuitis praue et dure consuetudines: medulle vero in ossibus sunt ipsa desideria male viuendi: que neq̄ ex prauitatis satisfactione satiantur. Que medulle qr̄ ossa irrigāt / cum praua desideria peruersas consuetudines suas inuoluptatum delectatione conseruant.

Ps. lxxij.

I

¶ S. Qz peccatores hoc sciunt in penis / qd̄ excecati in supbia dū viuerent scire nolebāt: sed quia tempus operādi tunc nō erit / nihil eis hec scientia pderit. Cap. xxvi.

Et sunt nōnulli q̄ in hoc mūdo diuitias nō habent / sed habere cōcupiscunt: dari esse appetūt: q̄uia i h̄ mūdo qd̄ cupiūt / obtinere non possint † cū nullis reb⁹ vel honorib⁹ fulti sunt: per mala tn̄ desideria in cōspectu interni iudicis reos conscientia addicit. Talio eteī q̄sm plerisq̄ is affligit: qi ditescere ac supbire nō pualet. De q̄ et subdit: Alius vero morit̄ in amaritudine alē sue absq̄ vllis opibus. Ecce vnde diues supbo corde et tranter gaudet / inde paup ali⁹ supbo corde inanius affligit̄. Bene autē de vtrisq̄ subiūgitur: Et tamen simul i puluere dormient: † vermes operiēt eos. In puluere eni dormire / est in terrenis desiderijs oculos mētis claudere. Unde vnicuiq̄ peccāti et in culpa sua dormienti dicitur: Surge qui dormis / et exurge a mortuis: et illuminabit te christus. Uermes vero / qui de carne nascūtur / eos simul operiunt: quia siue diuitis siue pauperis superbientis animum cure carnales premunt. In rebus etenī terrenis pauper et diues reprobus: q̄uis nō pari psperitate fulciant / pari tamē anxietate turbant̄: qi qd̄ ille iam cū metu habet / iste cum anxietate appetit: et qi habere nō valet / dolet. Dicatur ergo. Simul in puluere dormient / † vermes operiēt eos: quia etsi nō simul reb⁹ temporalibus sublcuant̄: simul tamē in cura rerū tēporaliū mētis torpore sopiunt̄. Simulq̄ eos vermes operiūt: qi vel illū vt cōcupita habeat / vel illum ne habita amittat / carnales cogitationes premūt. Beatus autē iob q̄ nec habitis rebus elatus fuerat: nec amissas cum anxietate requirebat: quia nullis exterioris dāni cogitationib⁹ mordebat̄ / eū vermes cordis nō operuerāt. Et qr in terrena cura mētē suam nō deiecerat / nequaq̄ i puluere dormiebat. Sequitur. [Certe noui cogitatiōes vestras et sentētias cōtra me iniquas.] Cū scriptū sit: Quis scit hominū que sunt hominis / nisi spiritus hominis qui in ipso est: qua ratione nūc dicitur: Certe noui cogitationes v̄ras? Sed tūc spiritus hominis innotatur ab altero / cum verbis vel operibus non demōstrat̄. Nā cum scriptū sit: Ex fructib⁹ eorū cognoscetis eos: p hoc quod foris agitur / quicquid intus latet / aperitur. Unde recte quoq̄ p Salomonē dicit̄: Quomodo in aquis resplendent vult⁹ prospicientium: sic corda hominū manifesta sunt prudentib⁹. Proinde beatus iob cum amicorum colloquentiū cogitationes nosse se diceret / adiunxit: Et sententias contra me iniquas: vt ex patenti se ostenderet / quia hoc quod in eis latebat / inuenisset. Unde ipsas quoq̄ eorū iniquas sententias adiungit / dicens.

Ephe. v.

K

i. Cor. i.

Mat. vij.

Puer. xvij.

¶ S. Qz impij in hoc seculo sibi tabernacula figant / et domus et principatus constituant / sancti vero / viatores dicunt̄ / et per trāseūtes in hoc mundo radices sui amoris figere dignantur.

¶ [Dicitis eni. Ubi est dom⁹ pricipis / † vbi tabernacula impiorum?] Infirmi quiq̄ qui i hoc mūdo florere appetunt: et sicut magna mala / sic flagella pertimescūt / in eis q̄s flagellatos aspiciunt / culpas ex pena metiunt̄. Quos em̄ pcussos cernūt / deo displicuisse suspicant̄. Uñ amici beati Job quē pcussum viderunt / ipsū fuisse crediderūt: videlicet estimantes q̄ si impius non fuisset / eius tabernacula pmanerent. Sed ista nō cogitat / nisi qui adhuc infirmitatis tedio laborat: qui in presentis seculi delectatione gressum cogitationis figit: qui transire ad eternā patriam perfectis desiderijs nescit. Unde bene subiungit. [Interrogate quēlibet de viatoribus / et hec eadē illum intelligere cognoscetis: quia in diem pditionis seruatur malus / et ad diem furoris ducitur.] Capitulum xxvij.

L

Sepe etiā peccatores dū diuina patientia tolerat / quos iā ad supplicia pfecta condēnat / pmittit florere / quos adhuc cernit deteriora ppetrare. Quia et videt ad quam dānationis foueam tendant: hoc eis pro nihilo esse existimat / q̄ hic peruersi relinquenda multiplicāt. Sed quisquis presentis vite gloriā diligit / magnā ee felicitatē deputat hic sm̄ votū florere: q̄uis cogatur postmodū supplicia eterna tolerare. Solus ergo ille cōspicit nil esse q̄ iniqu⁹ floret: qui iam gressum cordis ab amore presentis seculi amouit. Uñ recte et de sequenti dānatione impij dicent̄ / pmittit̄: Interrogate quemlibet de viatoribus: et hec eadem illum intelligere cognoscetis. Uiator quippe dicitur / q̄ presentem vitam / viam sibi esse / et non patriā attēdit: q̄ in dilectione preterentis seculi cor figere despicit: qui nō remanere in trāseuntib⁹ / sed ad eterna peruenire concupiscit. Qui enim in hac vita viator esse non appetit / huius vite prospera minime contemnit: et ea q̄ ipse desiderat / cū abūdare alijs viderit / miratur. Unde dauid propheta quoniā a dilectione presentis seculi iam corde trāsierat / iniqui gloriam describens dicebat. Uidi impiū superexaltatū et eleuatū sicut cedros libani. Sed quia cor huic mūdo nō subdidit / hunc iure despexit / dicens: Trāsiui / et ecce non erat. Esset quippe aliquid in eius estimatione impius / si ipse ab hoc seculo per intentionē minime trāsisset. Sed is qui nō transisset / magnum aliquid esset / transeunti animo q̄ nihil esset apparuit: qr dum eterna retributio cogitatur / psens gloria q̄ sit nulla cognoscitur. Hinc moyses cū superne cōtemplationis gloriā quereret / dixit. Transiens videbo visionem. Nisi enim gressum cordis a seculi amore remouisset / nequaq̄ intelligere superna potuisset. Hic Hieremias luctum cordis sui considerari deposcens / ait. O vos omnes qui transitis per viam / attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Qui enim presentem vitam non quasi viam transeunt / sed quasi patriam attendunt / luctum cordis electorum considerare nescuunt. Illos ergo vt dolorem suum consideret exquirit: quos in hoc mundo con

Sepe diu tolerātur dānandi.

Uiator.

M

Ps. xxxvi.

Exo. iij.

Threñ. i.

A Prouer. xxxi.

tigit animũ non fiodit. Hinc p salomonẽ dicit: Aperi os tuum muto: et causis omniũ filiorum qui pertranseunt. Muti em dicuntur qui predicatorum verbis contradicendo minime resistunt. Qui etiam pertranseuntes sunt: qr intentionem mentis in amore vite presentis figere dedignant. Igitur quia malus ad diẽ pditionis seruat/ et ad diẽ furoris ducatur: hoc non nisi qui est viator/ intelligit: quoniã q cor in presentibus figit/ q iniquo seruantur supplicia non deprehendit. De quo adhuc subditur.

¶ S. De antichristo in fine seculi deus interficiet spiritu oris sui et destruet illustratione aduentus sui.

¶ Quis arguet coram eo viam ei⁹ et que fecit/ quis reddet illi? | S. peruersus indignationẽ conditoris sui quã in eternũ passurus est: et in hac quoq vita posit⁹ expertus/ dum prosperitatem quam amat amittit: et aduersitatem quã formidat inuenit. Et quis increpari de suis prauitatibus a iustorum lingua etiam in prosperis vacat: scimus tamen q cum facta sua peruersum quedã deijciunt/ iustorũ increpatio conualescat. Qua autẽ ratione nũc dicitur. Quis arguet coram eo viam ei⁹: dum etiam iustis tacetib⁹ hoc quoq notum sit: quia totiẽs hic iniquus arguitur/ quotiẽs ei⁹ prosperitas interueniente aduersitate turbatur. Capitulum. xxviij.

Sed beatus Job dũ de omniũ malorũ corpore loquerer/ subito ad omniũ iniquorũ caput verba conuertit. Vidit enim q in fine mundi sathan hominẽ ingrediens/ quem sacra scriptura antichristum appellat tanta elatione extollitur: tanta potestate principatur: tantis signis et prodigijs in sanctitatis ostensione eleuatur: vt argui ab homine eius facta non valeãt: qr cũ potestate terroris adiungitur etiã signa ostensẽ sanctitatis/ et ait. Quis arguet coram eo viam eius? Quis videlicet hominum illum increpare audeat: cuius vitam ferre primescit? Sed tamen eius viam non solum belias et enoch/ q i ei⁹ exprobrationẽ ad mediũ deducũtur: sz etiã oẽs electi arguũt dũ ptẽnũt/ dũ ptute mẽtis ei⁹ malitie resistũt. Sz qr h ex diuina gr̃a ⁊ nõ suis virib⁹ faciũt/ recte nũc dicitur. Quis arguet coram eo viam eius? Quis etenĩ nisi de⁹/ cuius adiutorio electi vt resistere valeant fulciũtur? Aliquãdo em in scriptura sacra cũ interrogãdo de q̃ penit/ omĩpotẽs designat. Vñ scriptũ ẽ. Quis suscitabit eũ? De quo per Paulum dicitur. Quem deus suscitauit a mortuis. In eo ergo q sancti viri eius iniquitati contradicunt/ non ipsi sunt qui viam eius arguunt: sz ille est ex cuius gratia confortantur. Et quia presentie eius qua in homine venturus est/ multo atrocior in persecutiõe erit/ q nũc cũ minime cernit: qr specialit̃ adhuc illo vase suo proprio non gestetur: bene dictum est. Corã eo. Multi enim nunc vias antichristi contradicentes corripiũt: sed hoc quasi in eius absentia faciunt: dũ illũ arguũt/ quem adhuc specialiter nõ intuent. Cũ vero in illo dãnado homine venerit/ quisquis eius presentie resistit: corã eo viã eius arguit/ cuius vires et conspicit ⁊ cõtẽnit. Sed certe viam eius arguere/ est/ pperitatem cursus eius eterno supplicio interueniente turbare. Quod quia solus dñs ppria virtute facturus est: de quo scriptum est. Quẽ dominus iesus interficiet spiritu oris sui: ⁊ destruet illustratione aduentus sui/ recte dicitur. Quis arguet coram eo viam eius? Unde ⁊ sequitur. | Et que fecit/ quis reddet illi? | Quis nimirum nisi dñs? Qui solus illi perdito homini que fecit reddet/ dũ potestatem ei⁹ tã validam per aduentum suũ eterna dãnatione contriuerit. Sed dũ ei⁹ iste princeps malorum in hac vita q̃diu est positus/ quid agat audiamus. Sequitur.

B

Gen. xlix. Gal. i.

C ij. Thes. ij.

¶ S. De congeries mortuorum sit multitudo peccãtiũ: in quorũ mentibus q̃si i sepulchris suis sathan vigilat.

Ipse ad sepulchra ducetur: et Capitulum. xxix. in cõgerie mortuorum vigilabit. | Quia sepulchra mortuos tegũt: quid aliud per sepulchra/ q̃ reprobotum corda signantur: in quibus extincte a vita beatitudinis sic velut in sepulchris latent? Iniquus ergo iste ad sepulchra ducit: qr in prauorũ cordibus recipitur: qm̃ soli eũ illi suscipiũt/ in quibus mortue a deo anime reperiunt. De quo recte etiã dum ei⁹ supplicia describunt p ppheta dicitur: In circuitu illi⁹ sepulchra eius/ omnes interfecti/ et qui ceciderũt gladio. Illi quippe in inferno iuxta ipsum sunt: in quib⁹ idem malign⁹ spiritus mortuus iacet. Qui iniquitatis ei⁹ gladio pcussi ceciderunt. Unde scriptũ est: Qui liberasti dauid seruum tuũ de gladio maligno. Recte autẽ dicit. Et in congerie mortuorũ vigilabit: qr nũc in congregatione peccantiũ astutie sue insidias exerit. Pro eo autem quia in mundo rari sunt boni/ ⁊ multitudo malorũ recte mortuorũ congeries nominat: vt ipsa iniquorum multitudo signetur. Lata enim via est q ducit ad pditionẽ/ et multi sunt qui ingrediuntur per eam. Sathan itaq in congerie mortuorũ vigilare/ est/ in reproborũ cordib⁹ malitie sue astutias exercere. De quo adhuc subditur.

Ezech. xxxij.

D Psal. cxliij.

¶ S. De diaboli suggestiones dulces sũt his quos amor huius mundi voluit in profundum dãnationis.

¶ Dulcis fuit glareis cocyti. | Greca lingua cocyt⁹ luctus dicit: q̃ tñ luct⁹ feminarũ vel quorũlibet infirmantiũ solet intelligi. Sapientes vero hui⁹ seculi a luce veritatis exclusi/ quasi vmbras quasdam de veritatis inquisitione tenere conati sunt. Unde cocyton fluuium currere apud inferos putauerũt: videlicet designantes q hi qui digna doloribus opera faciũt/ in infernũ ad luctũ decurrũt. Sed nos despiciam⁹ vmbram carnalis sapientie/ q iam de veritate lucẽ tenem⁹: ⁊ cogitamus voce beati viri cocyton luctum infirmantiũ dici. Scriptum quippe est: Viriliter agite ⁊ confortet cor vestrũ. Qui em in deo confortari renuũt/ ad luctũ per anime infirmitatẽ tendunt. Glareas vero lapillos fluminũ appellare consueuim⁹/ quos aqua defluens trahit. Quid ergo p glareas cocyti/ nisi reprobi designant/ qui suis voluptatib⁹ dediti/ q̃si semp a flumine ad ima detrahunt? Qui enĩ contra voluptates huius seculi stare fortiter nolunt/ glaree cocyti fiũt: qr suis quotidie lapsib⁹ ad luctũ tendunt: vt in eternũ post lugeant/ qui modo se in suis voluptatib⁹ delectabiliter relaxant. Et quia antiquus hostis suũ vas illũ reprobũ hominem ingressus/ dum bona peruersis tribuit/ dum eos i hoc mundo honoribus extollit/ dũ eorũ oculis prodigia ostendit/ dum illorũ mentes hũc in suis pdigijs admirãtur ⁊ sequũtur: bene de eo dicitur: Dulcis fuit glareis cocyti. Cũ em hũc electi despiciũt: cũ mentis calce contemnũt/ illi eum sequentes diligunt/ qui velut ab aqua voluptatis ad perpetuũ luctũ trahunt: qui per terrenã concupiscẽtiã more glaree quotidianis lapsib⁹ ad ima dilabũtur. Alijs nãq gustũ sue dulcedinis p superbiã: alijs per auaritiam: alijs p inuidiam: alijs per fallaciam: alijs per luxuriam porrigit: et ad quãta viciorum genera pertrahit/ quasi tot sue dulcedinis potus propinat. Nam cum aliquid superbum persuadet/ fit dulce quod dicit: quia videri prelatus ceteris homo peruersus appetit. Dum menti auaritiam infundere molitur/ fit dulce quod occulte loquitur: qr per abũdantiã necessitas vitat. Dum aliquid de inuidia suggerit/ fit dulce quod dicit: quia peruersa mens dum alium decrescere viderit/ exultat se eo minorem minime videri. Cum aliquid de fallacia persuadet/ fit dulce quod suggerit: qr corpio quo fallit ceteros/ prudens videtur sibi. Cum luxuriam decepte menti loquitur/ fit dulce qd suadet: qr in voluptate animũ resoluit. Quot ergo vitia carnalium cordibus inserit/ quasi tot potus sue eis dulcedinis porrigit. Quã tamẽ/ vt predixi/ eius dulcedinem non percipiũt/ nisi qui presentib⁹ voluptatibus dediti/ ad perpetuũ luctũ trahuntur. Bene ergo dicitur: Dulcis fuit glareis cocyti: quia amarus electis/ ⁊ suauis est reprobis. Illos em solummodo suis delectationib⁹ pascit/ quos quotidianis lapsib⁹ ad gemitum impellit. Sequitur.

E

F

¶ S. De diabolus ab initio mũdi multo plures ante se traxit/ q̃ in fine mũdi hẽat/ cũ antichristus venerit. Ca. xxx.

Et post se omnẽ hominem trahit/ ⁊ ante se innumerabiles. | Hoc loco homo/ humana sapiens dicit. Sed cum plus sint omnes q̃ innumerabiles/ querẽdũ est nobis/ cur ante se innumerabiles/ et post se omnes trahere dicat/ nisi q antiquus hostis reprobũ tũc hominẽ ingressus/ cunctos quos carnales inuenerit/ sub sue iugũ ditiois rapit: Qui et nũc priusq̃ appareat/ innumerabiles quidem/ non tñ omnes carnales trahit: qr quotidie a carnali ope ad vitam multi reuocantur: atq ad statũ iustitie alij per breuem/ alij vero per longam penitentiam redeũt. Et nũc innumerabiles rapit/ cũ falsitatis sue stupenda hominib⁹ signa non exhibet. Cum vero coram carnaliũ oculis miranda eis prodigia fecerit/ post se tunc non innumerabiles/ sed omnes trahit: quid

G qui bonis presentibus delectantur/potestati illius se absque retractatione subijciunt. Sed sicut prelati sumus: quia plus est omnem hominem quam innumerabiles trahere: cur prius dicitur qui omnem hominem trahit/et post in augmento innumerabiles subijciuntur? Ratio namque expetit: vt prius quod minus est/et post in augmento quod maius est diceretur. Sed sciendum quia hoc loco plus fuit innumerabiles dixisse quam omnes. Post se enim omnem hominem trahit: quia in tribus annis et dimidio omnes quos in studijs vite carnalis inuenerit/iugo sue dominationis astringit. Ante se vero innumerabiles traxit: qui per quinque milia et adhuc amplius annorum curricula/quia carnales omnes trahere minime potuit: multo tamen plures sunt in tam longo tempore hi quos ante se innumerabiles rapit/quam omnes quos in tam breui tempore rapiendos inuenerit. Bene ergo dicitur: Post se omnem hominem trahit/et ante se innumerabiles: quia et tunc minus tollit cum omnes tulerit: et nunc amplius diripit/cum corda omnium non inuadit. Hec beatus Iob/qui contra iniquorum principem mire disseruit/qui in hac vita extolli permittitur/sed in aduentu domini destruetur: de se patenter ostendit quia flagella diuina non ex offensione susceperit: quia si iniquus quisque in hac vita permittitur prosperari/necesse est vt electus dei debeat sub flagelli freno retineri. Ex qua re amicos arguit/dicens. Quomodo igitur consolamini me frustra/cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati? Amici enim Iob eum consolari non poterant/in quo suis

D sermonibus veritati contraibant. Cumque hunc hypocritam vel impium dicerent/per hoc quod ipsi mentientes perpetrabant culpam augebant procul dubio penam iusti vulneribus afflicti. Nam sanctorum mentes quia veritatem diligunt/etiam culpa fallacie torquet aliene. Quanto enim graue mendacij esse crimen aspiciunt/tanto hoc non solum in se/sed etiam in alijs oderunt.

Finit Liber .xv. Moralium sancti Gregorij.

Sequitur .xxij. capitulum Textus libri beati Iob: principium libri decimisexti moralis expositionis beati Gregorij in eundem librum.

Respondens autem eliphas themanites dixit. Nunquid deo comparari potest homo/etiam cum perfecte fuerit scientie? Quid prodest deo si iustus fueris: aut quid ei confers si immaculata fuerit vita tua? Nunquid timens arguet te: et veniet tecum in iudicium, et non propter malitiam tuam plurimam/et infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa: et nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti: et esurienti subtraxisti panem. In fortitudine brachij tui possidebas terram: et potentissimus obtinebas eam.

I Viduas dimisisti vacuas: et lacertos pupillorum comminuisti. Propterea circundatus es laqueis: et conturbat te formido subita. Et putabas tenebras te non visurum: et impetu aquarum inundantium non oppressum iri. An cogitas quod deus excelsior celo sit et super stellarum verticem sublimetur? Et dicis: Quid enim nouit deus? Et quasi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius nec nostra considerat: et circa cardines celi perambulat. Nunquid semitam seculorum custodire cupis quam calcauerunt viri iniqui: qui sublati sunt ante tempus suum: et fluuius subuertit fundamentum eorum? Qui dicebant deo: Recede a nobis: et quasi nihil possit facere omnipotens estimabant eum: cum ille implesset domos eorum bonis. Quorum sententia procul sit a me. Videbunt iusti et letabuntur: et innocens subsannabit eos. Nonne succisa est erectio eorum: et reliquias eorum deuorauit ignis? Acquiesce igitur ei: et habeto pa-

K cem: et per hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem: et pone sermones eius in corde tuo. Si reuersus fueris ad omnipotentem/edificaberis: et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem: et pro silice torrentes aureos. Eritque omnipotens contra hostes tuos: et argentum coaceruabitur tibi. Tunc super omnipotentem delicijs afflues: et eleuabis ad deum faciem tuam. Rogabis eum/et exaudiet te: et vota tua reddes. Decernes rem: et veniet tibi: et in vijs tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit: erit in gloria: et qui inclinauerit oculos suos ipse saluabitur. Saluabitur innocens: saluabitur autem munditia manuum suarum. Capitulum .j.

Qui contra veritatis verba in allegatione desudant: sepe etiam nota replicant, ne tacendo victi videantur. Unde eliphas beati Iob sermonibus pressus/ea dicit que nullus ignorat. Ait enim. Nunquid deo comparari

L potest homo/etiam cum perfecte fuerit scientie? In comparatione enim dei scientia nostra ignorantia est. Ex dei namque participatione sapimus: non comparatione. Quid ergo mirum illo quasi per doctrinam dicitur: quod sciri potuit etiam si taceretur? Qui adhuc dei potentiam quasi defendendo subiungit.

S. Quia iustitia nostra non indigeat deus.

Quid prodest deo si iustus fueris: aut quid ei confers/si immaculata fuerit vita tua? In omni quippe quod bene agimus nosipsos/non autem deum iuuamus. Unde et per psalmistam dicitur: Dixi domino/deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Ipse enim vere nobis dominus:

M quia et vtique deus est: qui bono non indiget seruientis: sed bonitatem confert quam recipit: vt oblata bonitas non sibi/sed prius accipientibus/et post reddentibus proficit. Nam et si in iudicio dominus veniens dicit: Quod vni fecistis ex his fratribus meis minimis/mihi fecistis: mira hoc pietate loquitur ex suorum compassione membrorum. Et ipse nos per hoc quod caput nostrum est/adiuuat: qui per nostra bona opera in suis membris adiuuatur. Adhuc adiungit eliphas quod nullus ignorat/dicens. Nunquid timens arguet te: et veniet tecum ad iudicium? Quis enim vel desipiens sentiat/quod dominus ex timore nos arguat: et ex metu iudicium contra nos suum proponat? Sed qui verba sua metiri nesciunt/procul dubio ad ociosa dicta dilabuntur. In quibus si se minime reprehendunt: statim ad noxia et contumeliosa verba prosiliunt. Unde eliphas quia ociosa intulit/ad contumeliosa protinus verba prorumpit/dicens. Et non propter malitiam tuam plurimam/et infinitas iniquitates tuas. Ecce a torpenti corde ad verba venit ociosa: ab ociosis autem verbis per crimen fallacie ad contumelias exarsit. Isti quippe sunt casus culpe crescentis/vt lingua cum non restringitur/nequaquam vbi ceciderit iaceat: sed semper ad deteriora descendat. Ea vero que subiuncta sunt/quia valde iuxta historiam patent/exponenda ad litteram non sunt. Sed quia amicos beati Iob hereticorum speciem tenere diximus/ipsum vero significationem sancte ecclesie gerere/iam nunc eliphas verba quomodo hereticorum falsitati congruant/demonstremus. Nam sequitur. Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa: et nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti: et esurienti subtraxisti panem. In fortitudine brachij tui possidebas terram: et potentissimus obtinebas eam.

S. Quid sit quod per moysen iubetur vt ante solis occasum debitori fratri pignus restituatur. Capitulum .ij.

In scriptura sacra pignoris appellatione aliquando dona spiritussancti/aliquando vero signatur confessio peccati. Pignus namque accipitur donum spiritussancti: sicut per Paulum dicitur: Qui dedit nobis pignus spiritus. Ad hoc enim pignus accipimus, vt de pro-

Marginalia: Ps. xv. (beside "Dixi domino"); Mat. xxv. (beside "Nam et si in iudicio"); ij. Cor. j. (beside "Qui dedit nobis")

A missione que nobis fit/certitudinē teneamus. Donū ergo sancti spiritus pignus dicitur: qꝛ ꝑ hoc nostra aīa ad interioris spei certitudinem roborat. Rursum pignoris nomine/peccati confessio solet intelligi: sicut in lege scriptū est: Exo.xxii. Cū debet tibi quippiam frater tuus/ et abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. Frater etenī noster debitor nobis efficitur: cū quilibet proxim᷒ in nos aliquid deliquisse monstrat. Peccata quippe debita vocam᷒. Mat.xviii. Unde peccatori suo dicit: Omne debitum dimisi tibi. Et in dñica oratiōe quotidie precamur: Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Mat.vi. A debitore autē nostro pign᷒ accipim᷒/ quādo ab eo qui in nos peccasse cognoscitur/peccati ei᷒ iam confessionē tenem᷒: per quā relaxare peccatū qđ in nos ꝑpetratum est postulamur. Qui cū peccatum quod commisit fatet/et veniā ꝑ͂titā quasi pro debito pignus dedit. Qđ nimirū pign᷒ ante solis occasum reddere iubemur: qꝛ priusquā in nobis ꝑ dolorem cordis sol iustitie occidat/ debemus ei confessionem venie reddere/a quo cōfessionē accipimus culpe: vt qui se deliquisse i nos meminit/a nobis inox relaxatum sentiat quod deliquit. Quia ergo sancta ecclesia quoslibet ab hereticis ad veritatem fidei reuertentes recipit/prius vt confiteri erroris sui culpā debeant persuadet: quasi sub hereticorum specie ꝑ eliphaz dicit: Abstulisti enī pign᷒ fratrū tuorū sine causa. id est/ ab his qui a nobis ad te veniunt/ inuiliter confessionem erroris exegisti. B Sin vero (vt prediximus) pignus sancti spiritus dona sentim᷒: heretici sanctā ecclesiam fratrum suorū pign᷒ dicūt abstulisse: quia eos qui ad illā veniūt/ dona spūalia suspicant amittere. Unde et sequitur.

¶ S. Qꝛ heretici in catholica ecclesia panē sane doctrine et vestimenta discipline negant esse/apud se esse affirmant/ideoqꝫ catholicis insultant.

¶ Et nudos spoliasti vestibus.] Eos quos heretici ꝑuersis ꝑdicationibus trahunt/ꝑcepta doctrine sue quasi quedam vestimenta habere estimāt: et tādiu illos vestitos putāt/ꝗdiu hec que ipsi predicauerūt/ab illis seruari cōsiderāt: ex quibus cū quidā ad sanctā ecclesiam redeunt/ eos protinus doctrine vestimenta perdidisse suspicantur. Capitulum.iii.

Sed cū nudus expoliari nequeat/querendū nobis est: quomodo pri᷒ nudi/ꝛ post spoliati memorantur? Sed sciēdum est quia oīs q̄ cordis puritate ꝑfruitur/eo ipso quo duplicitatis in se tegumētū nō habet/nudus est. Et sunt nōnulli apud hereticos qui cordis quidem puritatem habent/sed tamen doctrine eorū dogmata ꝑuersa suscipiunt. Hi nimirū et ex sua puritate nudi sunt: et quasi ex eorū ꝑdicatione vestiunt. C Et qꝛ tales quoqꝫ facile ad sanctam ecclesiā redeunt/ eo ꝙ duplicitatis malitia nō viunt: eos heretici nudos fatent/quos ab ea dicunt vestibus expoliatos: quia simplices quosqꝫ pigros atqꝫ hebetes putant/ quos praua sua dogmata ꝑdidisse considerant. Sequitur. [Aquam lasso non dedisti: et esurienti subtraxisti panē.] Heretici quo veritatis soliditatē nō tenent/eo nōnūqꝫ student vt loquaciores appareant: et contra catholicorum fidem quasi de doctrine sciētia gloriant. Cūctos quos aspiciūt/ prauis ad se trahere sermonib᷒ q̄rūt: et vnde sibi alios ad interitum sociant/inde se agere aliquid viuaciter putāt. Eos vero lassos dicimus/qui sub huius seculi onere laborando fatigant. Unde ꝛ per semetipsam veritas dicit: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis/ꝛ ego reficiam vos. Heretici igit qꝛ sua dogmata predicare nō cessant/ sanctam ecclesiam quasi de imperitia irrident/ dicentes. Aquā lasso nō dedisti: et esurienti panē subtraxisti. Se enī aquā lasso dare estimant/cū quibusdam sub terrenis fasce laborātib᷒ sui poculum erroris ꝑbent. Et panē se esurientib᷒ non subtraxisse suspicantur: qꝛ etiam de inuisibilib᷒ atqꝫ incōꝑhensibilib᷒ rebus/ cū superba audacia respondent. Et tūc se doctos p̄ei oīb᷒ credunt/ cū loqui de incognitis infelicius presumūt. Sancta vero ecclesia dū quēpiā videt esurire qđ ei non ꝑ͂t accipere: aut si iam suis sibi cognita/modeste supprimit: aut si adhuc videnī incognita/humiliter fatet: eoqꝫ ad ordinare humilitatis sensum reuocat/vt ꝑ suū illis predicatorem dicat: Ro.xii. Nō plus sapere ꝗ̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē. Ro.xi. Et rursum: Noli altū sapere/sed time. Atqꝫ iterum: Eccl.iii. Altiora te ne quesieris: et fortiora te ne scrutat᷒ fueris. Et rursum: Mel inuenisti: comede qđ sufficit tibi/ ne forte satiatus euomas illud. D Mel quippe inuenire/ē sancti intellect᷒ dulcedinē degustare. Qđ tūc sufficienter comeditur/quādo nostra intelligentia iuxta mensurā sensus sub moderamine tenet. Nam satiatus mel euomit/ qꝛ plus appetens penetrare ꝗ̄ capit: et illud ꝑdit vn̄ potuit nutriri. Prover.xxv. Quia ergo sancta ecclesia ab infirmis mentibus prohibet alta perscrutari/beato Job dicitur: Esurienti subtraxisti panem. Capitulum.iiii.

Et quia eius quoqꝫ magnitudini heretici inuidēnt/ ꝙ in fide vera populos vniuersaliter tenent/cū terrene ꝓsperitatis tp̄s inuenerint/contra eā superbis vocib᷒ excedūt: et exprobrātes aperiūt ꝗ̄tum pri᷒ ei᷒ potētie latēter inuidebāt. Nā sequit: [In fortitudine brachij tui possidebas terram: et potentissim᷒ obtinebas eam.] Ac si patenter dicāt: Qꝛ in predicatione tua terrā vniuersaliter occupasti/ potētia fortitudinis/ nō ratio veritatis fuit. Quia enī christianos ꝑncipes predicationem eius tenere conspiciunt/ hoc qđ eā a populis creditur/non virtutē rectitudinis sed causam secularis potentie esse suspicantur. Sequitur. [Viduas dimisisti vacuas: et lacertos pupillorum cōminuisti.] Plebes q̄ hereticis predicantibus sunt subiecte/ et carnali intelligentia errorum eorū semina peruersa concipiūt/ eisqꝫ in sua dānatione sociant. E Sed cū sancta ecclesia ipsos errorum predicatores vel ratione victos ad se suscipit: vel studio peruersitatis obduratos sub discipline sue vincula restringit: destituti heretici cū remanere apud se plebes sine ꝑdicatorib᷒ vident: quid aliud a sancta ecclesia ꝗ̄ viduas vacuas relictas dolent? Et qꝛ subtractis hereticorū magistris/eorū discipulos in suo opere infirmari suspicant: quasi lacertos pupillorū comminutos ab ecclesia esse conqueruntur. Vel certe qꝛ sancta ecclesia dū quosdā ab hereticis venientes suscipit: liquet nimirū ꝙ pristino eorū errori contradicit. Nā sūt nōnulli qui ita virginitati carnis studēt/ vt nuptias dānent: et sūt nōnulli qui ita abstinentiā laudāt/ vt sumentes alimēta necessaria detestent. De qb᷒ ꝑ Paulū dr̄: Prohibentiū nubere: iubentium abstinere a cibis q̄s deus creauit ad ꝑcipiendū cū gratiarū actione fidelibus. i. Timo. iiii. Qui ergo eos a carnali intentiōe sue superstitionis reuocat: heretici cū hos aīs/ nesciūt aliter viuere ꝗ̄ docuerūt: lacertos eorū ab operatione quā pri᷒ tenuerāt/cōminutos esse ab ecclesia detestant. Quia ei i hoc tēpore discipline siqđ eis aduersitatis euenerit/ hoc euenisse ex digna peccatorū retributione suspicant. Nā subdit. [Propterea circūdat᷒ es laqueis: et cōturbat te formido subita.] Illū formido subita cōturbat q̄ cōsiderare negligit q̄ ex districtione iudicis venientis imminet. Qꝛ ergo fidelē populū hereticis culpis ꝑfidie oppressum credūt/circūdarū laqueis accusant. F Et qꝛ estimant ꝙ futura non ꝓuideat/in percussione sua hūc subita formidine cōturbarū putāt. Qui adhuc insultantes adiungūt [Et putabas te tenebras non visurū: et impetu aquarū inundantiū non oppressum iri.] Ac si apte dicat. Securitatem pacis in spe tibi proposueras: et idcirco de presumptiōe tua q̄si de luce gaudebas: nec te vnqꝫ opprimi tribulationib᷒ estimasti. Sed ecce dū supuenientib᷒ malis affligeris: an sint recta q̄ tenes/ipse que te opprimunt tribulationū tenebre ostendūt. Quas videlicet tribulationes eliphaz aq̄s inundantib᷒ cōparat: qꝛ dū alie super alias irruūt: quasi aq̄s tumentib᷒ vnde vndas sequitur. Sequitur. [An cogitas ꝙ deus excelsior celo sit: et super stellarum vertices sublimetur? et dicis: Quid enim nouit de᷒? et quasi per caliginē iudicat. Nubes latibulū eius: nec nostra cōsiderat: et circa cardines celi perambulat.]

Capitulum.v.

Sunt plerique ita hebetes/vt formidare nesciāt/ nisi qđ corporaliter vident. Unde fit vt deū non metuāt/quē videre non possunt. Heretici autē qꝛ se esse sapientes arbitrant: sba contra catholicos irrisionis proferūt: atqꝫ ab eis illū nō timeri suspicant/ quē videre corporaliter nequeūt: vt quasi ꝑ corporem sensus auctorem suū estiment: qꝛ celo excelsior est: et sup stellarū vertices sublimatur/ ex longinquo videre non posse: et qꝛ īter nos ꝛ celestem sedem partes aeree iterfūt: quasi in nube latens ꝑ caliginē iudicet: ꝛ suꝑioribus intentus/ minus ima ꝑpendat: ꝛ dū celi cardines ambiendo ꝑstringit/inferiora non videat. Sed qꝛ de deo illa vel despiciē

G suspicer? Qui nimirum dum sit semper omnipotens: sic intendit omnibus / vt assit singulis: sic adest singulis / vt simul omnibus nunq̄ desit. Nam etsi quosdam peccantes deserit: eisdem tamen ipsis adest per iudicium / quibus deesse cernitur per adiumentum. Sic itaq̄ exteriora circundat / vt interiora impleat: sic interiora implet / vt exteriora circundet: sic summa regit / vt ima non deserat: sic imis presens est / vt a superioribus non recedat: sic latet in sua specie / vt tamen cognoscatur in operatione: sic cognoscitur in suo opere / vt tamen comprehendi non valeat a cognoscentis estimatione: sic adest / vt videri nequeat: sic videri non valet / vt tamen eius presentiam ipsa sua iudicia testent: sic se nobis intelligendum prebet / vt tamen ipsum nobis radio sui intellectus obnubilet: et rursum sic caligine nos ignorantie reprimit / vt tamen menti nostre radijs sue claritatis intermicet: quatenus et subleuata quippiam videat / et reuerberata contremiscat: et quia eum sicuti est videre non potest / aliquatenus videndo cognoscat. Sed hec heretici sanctam ecclesiam scire non estimant: quia stulto iudicio solos se esse sapientes putant. Ex quorum adhuc typo subiungitur: [Nunquid semitam seculorum custodire cupis: quam calcauerunt viri iniqui?] Sicut semita redemptoris nostri humilitas: ita semita seculorum superbia est. Seculorum itaq̄ semitam viri iniqui calcant: quia per huius vite desideria in elatione perambulant. De quibus adhuc iniquis subditur.

¶ S. Deus mutat sniam / consilium vero immobile manet.

¶ Qui sublati sunt ante tempus suum: et fluuius subuertit fundamentum eorum. Capitulum. vj.

H Quo iniq̄ ante tp̄us subtrahū̄tur.

Cum tempus vite a diuina nobis prescientia sit procul dubio prefixum: querendum valde est / q̄ ratione nunc dicit: q̄ iniqui ex presenti seculo ante tempus proprium subtrahant? Omnipotens enim deus et si plerunq̄ mutat sententiam / consilium nunq̄. Eo ergo tempore ex hac vita quisq̄ subtrahitur / quo ex diuina potentia ante tempora presciit. Sed sciendum q̄ creans et ordinans nos omnipotens deus iuxta singulorum merita disponit et terminum: vt vel malus ille breuiter viuat / ne multis bene agentibus noceat: vel bonus iste diutius in hac vita subsistat: vt multis bonis operibus bonus existat: vel rursum malus longius differatur in vita: vt praua adhuc opera augeat: ex quorum temptatione purgati iusti verius viuant. vel bonus citius subtrahat / ne si hic diu vixerit / eius innocentiam malitia corrumpat. Sciendum tamē quia benignitas dei est peccatoribus spatium penitentie largiri. Sz quia accepta tempora non ad fructum penitentie / sz ad vsum iniquitatis vertunt: quod a diuina misericordia mereri poterant amittunt. Quis omnipotens deus illud tempus vniuscuiusq̄ ad mortem presciat / quo eius vita terminatur: nec alio in tempore quisq̄ mori potuit / nisi ipso q̄ morit. Nam si ezechie anni additi ad vitam quindecim memorantur: tempus quidem vite creuit ab illo termino quo mori ipse merebat. Nam diuina dispositio eius tempus tunc presciuit: quo hunc postmodum ex presenti vita subtraxit.

iiij. Reg. xx.

J Cum ergo ita sit / quid est quod dicit: quia iniqui sublati sunt ante tempus suum / nisi q̄ omnes qui presentem vitam diligunt / longiora sibi eiusdem vite spatia promittunt? Sed cum eos mors superueniens a presenti vita subtrahit / eorum vite spatia que sibi longiora quasi in cogitatione tendere consueuerant / intercidit. De quibus recte dicitur: Et fluuius subuertit fundamentum eorum.

¶ S. Quod reprobi in hac vita ciuitates edificant / et delectationum suarum solennia dedicant: sancti vero dedicationem sabbati sui expectant.

¶ Iniqui enim dum corde transire ad eterna negligunt / et cuncta presentia fugitiua esse non intuentur: mentem in amore presentis vite figunt: et quasi longe habitationis in ea sibi fundamentum construunt: quia in terrenis rebus per desiderium solidantur. Sic primus in terra cain ciuitatem construxisse describitur: qui videlicet peregrinus apte monstrat: q̄ ipse in terra fundamentum posuit / qui a soliditate eterne patrie alienus fuit. Peregrinus quippe a summis / fundamentum in infimis posuit / qui stationem cordis in terrena delectatione collocauit. Unde et in eius stirpe enoch (qui dedicatio interpretatur) primus nascitur: in electorum vero progenie enoch septimus fuisse memoratur: q̄ videlicet reprobi in hac vita que ante est / semetipsos edificando dedicant: electi vero edificationis sue dedicationem in fine tem

Gen. iiij.

K poris: in septimo tempore expectant. Videas nanq̄ plurimos temporalia sola cogitare: honores querere: ambiendis rebus inhiare: nil post hanc vitam requirere. Quid itaq̄ isti nisi in prima se generatione dedicant? Videas electos nil presentis glorie querere: libenter inopiam sustinere: mala mundi equanimiter perpeti / vt possint in fine coronari. Electis ergo enoch in septima generatione nascitur: quia suam dedicationem gaudij / in extreme retributionis gloria requirunt. Et quia quotidiano temporis lapsu ipsa presentis vite mortalitas decurrit: atq̄ reproborum dedicationem eosdem reprobos subtrahendo destruit: recte de iniquis dicit / Et fluuius subuertit fundamentum eorum. Ipse cursus mutabilitatis statum in eis subruit peruerse constructionis. Sequitur: [Qui dicebant deo: Recede a nobis.] Hec etiam beatum Job dixisse quis ambigat? Sed quia eius dictis exposuimus / propter legentis fastidium replicare deuitamus. Sequitur. [Et quasi nihil posset facere omnipotens / estimabant eum.] In his quoq̄ sermo / et non sententia immutatur. Nam quod per beatum iob dictum est: Quis est omnipotens vt seruiamus ei? hoc per eliphas dicitur: Et quasi nihil posset facere omnipotens / estimabant eum. Sequitur. Capitulum. vij.

Cum ille implesset domus eorum bonis. [Malorum domos dominus bonis implet: quia etiam ingratis sua dona non denegat: vt aut benignitatem conditoris erubescant / et ad bonitatem redeant: aut redire quomodo contemnentes / inde illic grauius puniant: vnde hic et bonis dei largitoribus mala reddiderunt: vt duriora eos tunc supplicia puniant / quorum hic malitiam nec dona vicerunt. Sequitur: [Quorum sententia procul sit a me.] Hoc etiam per beatum Job dictum est. Ait nanq̄: Quorum consilium longe sit a me. Quis aliud sniam / atq̄ aliud consilium possit intelligi. Sententia quippe in ore est / consilium in cogitatione. Dum ergo eliphas longe se a malorum sententia: beatus vero iob a consilio optauit / constat nimirum q̄ iste malorum verbis: ille vero etiam cogitatione desiderat esse dissimilis. Sequitur.

L

¶ S. Quod iusti in hac vita in peccatis reproborum tabescunt / adhuc de suo fine incerti: postmodum vero iam non habentes quod metuant / interitu eorum gaudebunt: vnaq̄ erit eis cum iudice et districtio et voluntas.

¶ Videbunt iusti / et letabuntur: et innocens subsannabit eos. [Justi cum hic iniustos errare conspiciunt: de errore pereuntium letari non possunt. Si enim gaudent erroribus, iusti non sunt. Rursum si per insultationem letant: eo q̄ tales non sunt quales alios esse conspiciunt / omnino superbi sunt. Unde et pharriseus iustificationem perdidit: quia publicani meritis gaudendo se pretulit / dicens: Gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri hominum: raptores / iniusti / adulteri / velut etiam hic publicanus. Rursum si dicimus q̄ perfecto gaudio exultare iusti possunt de morte prauorum / quale est in hoc mundo gaudium de visione peccantium: in quo adhuc incerta est vita iustorum? Discernamus igitur tempora tremoris et exultationis. Vident etenim nunc iniustos iusti: et de eorum nequitia tabescunt. Cumq̄ eos perire conspiciunt: de sua quoq̄ vita suspecti fiunt. Quando ergo videbunt iusti iniquorum interitum et letabunt / nisi cum districto iudici perfecta iam securitate exultationis inheserint: cum in illo extremo examine illorum damnationem conspiciunt: et de se iam quod metuant non habebunt? Nunc itaq̄ reprobos aspiciunt et gemunt: tunc aspiciunt et subsannant: quia eos exultando conspiciunt / quos modo nec sine gemitu iniqua perpetrantes / nec sine metu vident pro iniquitate morientes. Unde per hoc quod subditur: q̄ de damnatione eorum melius dicatur / ostenditur: nam protinus subinfertur.

Luc. xviij.

M

¶ S. Quod gloria peccatorum succidetur in fine: et ipsas carnis reliquias quas in sepulchro deseruerat ala rursum accipiet / vt pariter flamma gehenne corpus et animam affligat.

¶ Nonne succisa est erectio eorum: et reliquias eorum deuorauit ignis? [Hic nanq̄ iniqui erecti sunt: quia in prauis actionibus extolluntur: quia et peruerse agunt: et tamen pro peruersis actibus minime feriuntur. Peccant et florent: peccata augent / et terrena bona multiplicant. Sed eorum erectio tunc succiditur: cum vel a presenti vita ad interitum / vel a conspectu eterni iudicis ad eternum gehenne incendium pertrahunt. Qui etsi hic mortuam suam carnem relinquunt: ipsam

A

quoq in resurrectione recipient/ vt cum carne ardeant/ i qua peccauerunt. Sicut enim eorum culpa in mente fuit et corpore: ita eorū pena in aīa erit pariter et carne. Quia ergo nec hoc eis erit a tormentis liberū: quod hic mortuū relinquūt: recte nunc dicitur: Reliquias eorū deuorabit ignis. Sequitur: Capitulum.viij.

A Cquiesce igitur ei/ et habeto pacem: et per hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem: et pone sermones ei' i corde tuo. Culpa superbie est docere meliorem. Quam sepe heretici perpetrant qui de his que praue sentiunt/ quasi docere catholicos presumunt. Tūc eī eos putant deo adherere cū illos contigerit eoꝝ puersitatib' cōsentire. Et acquiescentibus pacem promittūt: q2 cōtra eos quilibet cōsentiunt/ iam iurgari desistūt. Fructus autem optimos sibi consentientibus pollicent: quia eos solos bona opera agere existimant: quos ad sua dogmata se trahere exultant. Quib' et hoc congruit qd̄ adiungit. Suscipe ex ore illius legem. Quia ea que ipsi sentiunt/ ex ore dei procedere suspicant. Et pone sermones ei' in corde tuo. Ac si ope astruat dicēs: Quos hic vsq in ore/ et non in corde tenuisti. Qr eīm eorū peruersa dogmata respuit: non cum vba dei in sensu/ sed in ostensione habuisse criminantur. Unde quasi sub quadā specie dulcedinis infundunt virus pestifere persuasionis: vt verba dei ecclesiam in corde suo ponere admoneāt. Que si vnqȝ a corde illius recessissent/ ab illis talia nullatenus audiret. Sequitur. Si

B

reuersus fueris ad omnipotentem/ edificaberis: et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Fidelem populū heretici a deo discessisse existimant: quia eum suis predicationibus resistentem vident. Quem cum malis presentibus afflictum conspiciunt: quasi per admonitionem ad conditoris gratiam trahere conātur/ dicētes. Si reuersus fueris ad omnipotentē/ edificaberis. Ac si aperte dicant: Quia nostris dogmatibus resistendo a dño recessisti: idcirco a iustitie edificatione destructus es. Tabernaculum vero aliquando accipimus habitaculū corporis/ aliqn̄ vo habitaculū cordis. Nā sicut aīa habitam' in corpore: ita p cogitationes habitam' in mente. Iniquitas ergo in tabernaculo mētis est puersa intentio in studio cogitationis. Iniquitas autem in tabernaculo corporis: p expletionem operis actio carnalis. Eliphas itaq ꝙ amicus beati viri extitit/ quedam vera sentiens: et si in his in quibus a rectitudine deuiat/ hereticorum speciem tenens: beatum iob ex virtutib' flagellatū nesciens/ errasse credidit/ quem pcussum vidit: cui si reuersus ad oipotentem fuerit/ pollicet dicens: Longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. ac si patenter dicat. Quisquis ad deum post errata reuertitur: et cogitatione simul et in opere mundatur. Sequitur.

¶ Et infirmi sanante deo ita cōualescant/ vt postmodū doctrine claritate effulgeant. Capitulum.ix.

C

D Abit p terra silicem: et pro silice torrētes aureos. Quid per terram/ nisi infirmitas actionis: quid per duritiam silicis/ nisi fortitudo significatur: Quid per torrētes aureos/ nisi doctrinā intime claritatis accipimus: Omnipotens autē deus ad se conuersis pro terra dat silicem: quia p infirma actione fortitudinem tribuit robusti operis. Dat etiā pro silice torrētes aureos: q2 pro robusto opere doctrinam multiplicat clare pdicationis: vt peccator qui sq conuersus et ex infirmo fortis existere valeat: et in sua fortitudine vsq ad pferenda verba intime claritatis excrescat: quatenus in eo et infirmitas actionis in qua velut terra soluitur: bene viuendi fortitudine solidescat: et rursus cum sensus ex vita trahit/ ex ipsa fortitudine torrentes aurei defluant: q2 in ore bene viuentium doctrine claritas inundat. Sequitur. Eritq omnipotens contra hostes tuos: et argentum coaceruabitur tibi. Quos magis alios hostes patimur ꝙ malignos spiritus: Qui in nostris nos cogitationibus obsident: vt ciuitatem valeant nostre mentis irrumpere: eamq sub sui iugo dominij captam tenere. Argenti autem nomine/ sacra eloquia designari testatur psalmista qui ait. Eloquia domini eloquia casta: argētum igne examinatū. Et sepe cū eloquijs sacris intendimus: malignorū spirituum insidias grauius toleramus: quia menti nostre terrenarum cogitationū puluerē aspergunt: vt intentionis nostre oculos a luce intime visionis obscurent.

Ps.xi.

Quod nimirū psalmista ptulerat cū diceret. Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei. Videlicet patenter insinuans: q2 mādata dei perscrutari non poterat/ cū malignoꝝ spirituū insidias in mente tolerabat. Quod etiā in Isaac opere sub allophylorū prauitate cognoscim' designari/ qui puteos quos Isaac foderat/ terre congerie replebant. Hos eīs nos nimirū puteos fodimus/ cum in scripture sacre abditis sensibus alta penetram'. Quos tamen occulte replēt allophyli: quando nobis ad alta tendētibus/ immūdi spūs terrenas cogitatiōes ingerunt: et quasi inuentam diuine sciētie aquam tollūt. Sed quia nemo hos hostes sua virtute superat: per eliphaz dicitur. Eritq omnipotens contra hostes tuos: et argentum coaceruabitur tibi. Ac si aperte diceretur: Dū malignos spiritus dīs sua a te virtute repulerit/ diuini intus eloquij talentū lucidum excrescit. Sequitur.

D — Ps.cxviij. — Gen.xxvi.

¶ S. De diuitib' affluūt multiplices intellectus/ qui i scripturis sanctis discernere sciunt. Capitulum.x.

E

T Unc super omnipotētē delicijs affluces. Super oipotentē delicijs affluere/ est in amore illi' scripture sacre epulis satiari. In cui' nimirum vbis tot delicias inuenimus/ quot ad profectum nostrum intelligentie diuersitates accipimus: vt modo nuda nos pascat historia: mō sub textu littere velata medulli' nos reficiat moralis allegoria: modo ad altiora suspendat contemplatio/ in presentis vite tenebris iam de lumine eternitatis intermicans. Et sciendum ꝙ quisq delicijs affluit/ in quadā sui remissione soluitur: atq a laboris studio atq ex lassitudine relaxatur: q2 nimirū aīa cum internis delicijs abūdare ceperit/ terrenis iā operib' incubare minime cōsentit: sed amore cōditoris capta/ et sua captiuitate iam libera/ ad cōtēplādam eius speciem desiciendo suspirat/ et quasi lassescēdo conualescit: quia dū sordida onera portare iam nō valet: ad illum per quietē properat quem intus amat. Hinc etiam in admiratione sponse scriptū est: Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens: Quia nimirū sancta ecclesia nisi verborum dei delicijs afflueret: de deserto vite psentis ascēdere ad superiora non posset. Delicijs ergo affluit: et ascēdit: q2 dū mysticis intelligētijs pascit/ ad supna quotidie contemplāda sublevat. Hinc etiam psalmista ait: Et nox illuminatio mea in delicijs meis. q2 dū per intellectū mysticum studiosam mentē reficitur: iam in ea vite psentis obscuritas fulgore diei subsequētis illuminatur: vt etiā in hui' corruptionis caligine in intellectum illius vis futuri luminis erūpat: et verborū delicijs pasta pregustando discat/ quid de pabulo veritatis esuriat. Sequitur. Et eleuabis ad deū faciem tuam. Ad deum faciem leuare/ est cor ad sublimia inuestigāda attollere. Nam sicut per corporis faciem hominibus: ita p interiorem imaginem deo non atq conspicabiles sumus. Cum vero reatu culpe deprimimur: ad deū leuare cordis nostri faciem veremur. Dum enim nulla bonorū operū cōfidētia fulcitur: intueri summa mens trepidat: q2 ipsa se conscientia accusat. Cum vero iam penitētie lamentis culpa diluitur: et sic perpetrata plangunt/ vt plāgenda minime perpetrent: magna menti fiducia nascit: et ad cōspiciēda superne retributionis gaudia cordis nostri faciē leuat. Sz hec eliphas recte diceret/ si infirmū moneret. Cū vero iustū virū pter flagella despicit: quid aliud ꝙ verba sciētie nesciēs fundit? Que nimirū dicta si ad hereticorū typum ducimus: ipsi falsis promissionibus ad deum nos faciē leuare pollicentur. Ac si fideli populo patenter dicant: Qui diu predicationem nostrā non sequeris/ cor in infimis premis. Quia vero eliphas beatum Job ad deum reuerti admonuit: a quo videlicet idem vir beatus nunquā recessit: adhuc pollicendo subiungit. Rogabis eum/ et exaudiet te. Rogāt quippe dominū/ sed exaudiri minime merentur/ qui iubentis dñi pcepta contēnūt. Unde scriptum est: Qui declinat aurem suā ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Qui diu ergo eliphas beatum Iob non exaudiri credidit: hunc nimirum in suo opere errasse iudicauit. Unde et adhuc subdit. Capitulum.xi.

Cant.viij. — Ps.cxxxviij — F — Prouer.xviij.

E T vota tua reddes. Qui vota vouit: sed hec p infirmitate soluere nō valet/ ei ex peccati pena agitur: vt volenti bonū posse subtrahatur. Cū vero in conspectu intimi iudicis ea que obstitit culpa detergitur: fit prius vt voti possibilitas sequatur. Sequi-

Cur volenti bonum posse subtrahatur.

G

Cur bona iustis subtracta: tribuantur iniustis.

tur. [Decernes rem: et veniet tibi.] Hoc esse proprium infirmantium iudicium solet: vt tanto quempiam existiment iustum: quanto hunc adipisci conspiciunt omne quod appetit: videlicet nouerimus nonnumquam bona terrena iustis subtrahi: que largo munere tribuuntur iniustis: quia et desperatis egris medici quicquid poposcerint/dari precipiunt: et eis quos reduci posse ad salutem prouident: que appetunt dari contradicunt. Sed si dicta hec eliphas de bonis spiritalibus intulit: sciendum quod res decernitur et venit: cum virtus que et desiderio appetitur, largiente deo etiam effectu prosperatur. Vnde et adhuc subditur.

C S. Quod apud deum nulla est iusticia hominis, si eam extollit arrogantia mentis.

[Et in vijs tuis splendebit lumen.] In vijs quippe iustorum lumen splendere/est per mira opera virtutum signa sue claritatis aspergere: vt quocunque pro intentione pergunt/ab intuentium cordibus peccati noctem excutiant: et exemplo sui operis in eis iusticie lumen fundant. Sed quantalibet sit iusticia operis/apud internum iudicem nulla est: si hanc eleuat tumor mentis. Vnde et subditur: [Qui enim humiliatus fuerit/erit in gloria: et qui inclinauerit oculos suos/ipse saluabitur.] Que nimirum sententia a veritatis ore non discrepat: dicentis.

Luc. xiiij. *Prouer. xviij.*

Omnis qui se exaltat/humiliabitur: et qui se humiliat/exaltabitur. Vnde et per Salomonem dicitur: Antequam conteratur/exaltatur cor hominis: et antequam glorietur/humiliatur. Recte autem dicitur: Qui inclinauerit oculos suos/ipse saluabitur: quia quantum per membrorum ministerium deprehendi potest, prima superbie ostensio esse in oculis solet. Hinc enim scri-

Ps. xvij.

ptum est: Et oculos superborum humiliabis. Hinc de ipso superbientium capite dicitur: Omne sublime videt. Hinc de illa que ei per infidelitatem adhesit/scriptum est: Genera-

Prouer. xxx.

tio cuius excelsi sunt oculi: et palpebre eius in altum surrecte. Oculos ergo inclinare/est nullum respiciendo despicere: sed se minorem atque imparem cunctis quos conspicit/estimare. Saluabitur itaque qui oculos inclinat: quia qui falsum superbie verticem deserit/veritatis altitudinem ascendit.

H

Sequitur: [Saluabitur innocens: saluabitur autem munditia manuum suarum.] Que scilicet sententia si de celestis regni retributione promittitur/veritate fulcitur: quia cum de deo

Roma. ij.

scriptum sit: Qui reddit vnicuique secundum opera eius: illum in extremo examine iusticia eterni iudicis saluat: quem hic eius pietas ab immundis operibus liberat. Sin vero ad hoc saluari quisque hic munditia manuum suarum creditur: vt suis viribus innocens fiat/procul dubio erratur: quia si superna gratia nocentem non preuenit: nunquam profecto inueniet quem remuneret innocentem. Vnde veridici Moysi voce dici-

Que iusticia saluet in extremo examine.

Nota errorem.

Exodi xxxiiij.

tur: Nullusque apud te per se innocens est. Superna ergo pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis: et subsequente quoque nostro libero arbitrio/bonum quod iam appetimus/agat nobiscum: quod tamen per impensam gratiam in extremo iudicio ita remunerat in nobis: ac si solo processisset ex nobis.

Superna pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis.

Capitulum. xij.

j. Cor. xv.

Quia enim diuina nos bonitas vt innocentes faciat/preuenit: Paulus ait: Gratia autem dei sum id quod sum. Et quia eandem gratiam nostrum liberum arbitrium sequitur/adiungit. Et gratia eius in me vacua non fuit: sed abundantius illis omnibus laboraui. Qui dum se de se

Ibidem.

nihil esse conspiceret/ait. Non autem ego. Et tamen quia se esse aliquid cum gratia inuenit/adiunxit: Sed gratia dei mecum. Non

I

enim diceret mecum: si cum preueniente gratia subsequens liberum arbitrium non haberet. Vt ergo se sine gratia nihil esse ostenderet, ait. Non ego. Vt vero se cum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret/adiunxit: Sed gratia dei mecum. Munditia itaque manuum suarum innocens saluabitur: quia qui hic preuenit dono vt innocens fiat: cum ad iudicium ducitur/ex merito remuneratur. Que cuncta eliphas (sicut predictum est) et si recte protulit/cui tamen proferret ignorauit: quia docere meliorem non debuit, sed audire. Que tamen omnia per typum/hereticorum per-

Typus hereticorum.

missionibus cognoscuntur: quod cum fideles quosque in presenti vita afflictos inueniunt/eos ex culpa perfidie percussos arbitrantur: eisque si sua dogmata sequantur/salutem innocentie per bonorum operum munditiam promittunt. Sed mens fidelium tanto eos altius despicit/quanto illos innocentiam non videt habere quam pollicentur. Vnde bene per salomonem

Prouer. i.

dicitur. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Pennati quippe sunt bonorum spiritus: qui dum ad altiora per spem veritatis euolant: apposita prauorum hominum deceptionis retiacula declinant. Sequitur.

C Textus capituli vicesimitertij beati Job: quod continuatur libri decimisexti Moralium beati Gregorij capitulo duodecimo

K

Respondens autem Job ait. Nunc quoque in amaritudine est sermo meus: et manus plage mee aggrauata est super gemitum meum. Quis mihi tribuat vt cognoscam et inueniam illum: et veniam vsque ad solium eius? Ponam coram eo iudicium: et os meum replebo increpationibus: vt sciam verba que mihi respondeat: et intelligam quid loquatur mihi. Nolo multa fortitudine contendat mecum: nec magnitudinis sue mole me premat. Proponat equitatem contra me: et perueniet ad victoriam iudicium meum. Si ad orientem iero: non apparet. Si ad occidentem: non intelligam eum. Si ad sinistram: quid agam? Non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram: non videbo illum. Ipse vero scit viam meam: et probabit me quasi aurum quod per ignem transit. Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui: et non declinaui ex ea. A mandatis labiorum

L

eius non recessi: et in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est: et nemo auertere potest cogitationem eius: et anima eius quodcunque voluit hoc fecit. Cum expleuerit in me voluntatem suam: et alia multa similia presto sunt ei. Et idcirco a facie eius turbatus sum: et considerans eum timore sollicitor. Deus molliuit cor meum: et omnipotens conturbauit me. Non enim perij propter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo.

C S. Quod iusti quanto plus in hoc mundo laborant/tanto amplius contemplari deum desiderant.

C Respondens autem Iob dixit. Nunc quoque in amaritudine est sermo meus: et manus plage mee aggrauata est super gemitum meum.] More suo beatus Iob planioribus verbis inchoat: sed dicta sua alta mysterij prosecutione consummat. Mederi quippe dolor afflicti ex amicorum consolatione debuerat: sed quia consolatio ad blandimenta fallacie erupit/afflicti dolor inhoruit. Qui enim eliphas spon-

M

dere conuersio meliora non timuit/quasi ex noxio medicamine vulnus creuit. Vnde recte dicitur: Nunc quoque in amaritudine est sermo meus: et manus plage mee aggrauata est super gemitum meum: quia videlicet inordinate consolationis intentio/percussionem quam minuere debuit, multiplicauit. In quibus nimirum verbis per typum sancte ecclesie etiam fidelium dolor exprimitur: quod eo amplius gemunt, quo malos blandiri conspiciunt: qui iuxta Pauli vocem: Per dulces sermones

Ro. xvj.

et benedictiones seducunt corda innocentium. Capitulum. xiij.

Quae etiam verba ad considerandam subtilius mentem fidelium recte referuntur. Qui esse sine amaritudine nesciunt/etiam si in hoc mundo prosperari videantur. Quibus enim aduersitas euenit/cum quem inuenit/ingeminat dolorem. Vnde recte dicitur: Nunc quoque] vt aperte monstretur/quia electorum mens sine amaritudine et in prosperitate non fuerit. Bene autem dicitur: Et manus plage mee aggrauata est super gemitum meum. Manus quippe plage est fortitudo percussionis. Primam namque percussionem suam electi considerant: quia a conditoris sui visione diuisi sunt: quia nequaquam illuminationis intime claritate perfruuntur: sed in presentis vite exilio quasi in cecitatis loco religati gemunt. Semper ergo habent in hoc manu plage gemitum suum. Sed cum adhuc etiam aduersa in hac vita accedunt: manus plage eorum etiam super gemitum grauatur. Erat ei plage gemitus etiam cum presentis vite aduersa deessent. Sed amaritudo prime percussionis/ex temptatione crescit aduersitatis. Dicit ergo: Et manus plage mee aggrauata est super gemitum meum: quia iustum quemque in hac vita aduersitas non letum percussit/sed in eo dolorem vulneris multiplicauit. Sit tamen

A miro oīpotētis dei moderamīe / vt cū in hoc mūdo mēs iusti aduersitatib⁹ plus laborat: auctoris sui contēplandam faciem ampli⁹ sitiat. Unde hic apte subiūgitur:

¶ S. M. electi dnū deū cognoscūt per fidem / desiderāt videre per speciem: et cū fidei oculis eū presentem angelis quasi i solio suo intuētur: inueniūt apud ipm causas rationabiles ꝛ iustas que extrinsecus videntur iniuste.

¶ Quis mihi tribuat / vt cognoscam ꝛ inueniam illum: et veniā vsq; ad soliū ei⁹? Electus quisq; nisi deū cognouisset / vtiq; non amaret. Sed aliud est cognoscere per fidem / atq; aliud per speciem: aliud inuenire per credulitatem / aliud per cōtēplationem. Ex qua re agit / vt electi oēs eū quē fide cognouerūt / videre quoq; per speciē anhelent. Cui⁹ amore flagrātes estuāt: q: ei⁹ dulcedinis suauitatem iam in ipsa sue fidei certitudine degustant. Nō bene ille in gerasenoꝝ regione sanatus a demonib⁹ designat: qui vult abire cum Jesu: sed ei a magistro salutis dicitur: Redi in domum tuam: et narra q̄ta tibi fecerit deus. Lu. viij. Amanti eni adhuc dilatio imponitur: vt ex dilati amoris desiderio / meritum retributionis augeatur. Fit q̄ nobis oīpotēs deus dulcis in miraculis: et tamen in sua celsitudine manet occultus: vt ꝛ quedā mōstrādo de se / occulta nos inspiratione in suo amore succēdat: et ꝑ in abscōdēdo maiestatis sue gloriam / amoris B sui vim per estū desiderij augeat. Nisi eni sanctus vir videre hūc in sua maiestate quereret / nō vtiq; subinferret.

Et veniam vsq; ad solium eius. Capm̄ xiiij.

Quid nāq; est solium dei / nisi illi āgelici spūs / qui (scriptura teste) throni vocati sunt? Qui ergo vsq; ad soliū dei venire vult: quid aliud q̄ interesse angelicis spiritib⁹ concupiscit: vt nulla iam defectiua tēpoꝝ momēta sustineat: sed ad permanētem gloriā in cōtēplatione eternitatis exurgat. Que tamen v̄ba etiā in hac vita positis iustis cōueniūt. Nam cū cōtra votū suū atq; desideriū quodlibet agi cōspiciūt: ad occulta dei iudicia recurrūt / vt in eis videāt q: inordinate intus non disponitur / qḋ inordinatū foris currere videtur. Cū eni presidētem angelicis spiritib⁹ creatorē oīm / fidei oculis cōtēplātur / ad ei⁹ nimiꝝ soliū veniūt. Et q: considerant q̄m is qui mire angelos regit / iniuste hoīes nō disponit: profecto inueniūt causales rationes q̄ iuste sint: dum ipe cause extrinsecus videantur iniuste. Dūq; id humiliter faciūt: semetipsos sepe in sua volūtate reprehendūt: sua in se vōnunq; vota diiudicāt / dum meliora esse ea que disponit cōditor / pensant. Unde bene adhuc subditur:

¶ S. M. qui subtile dei iudicium intuetur / amaritudine penitentie seipsum persequitur.

¶ Ponam corā eo iudiciū: et os meū replebo increpationib⁹. Corā deo iudiciū ponere / est intra secretū mētis per fidei cōtēplationem ad tremēdum examen maiestatis illi⁹ oculos nostre cōsiderationis aperire: q̄d peccator homo mereat attēdere: et occulte nūc ꝛ tacitus iudex q̄ terribilis post appareat considerare. Ex qua re C agit vt ad cognitiōem sui aīa subtili⁹ reuocetur: et quo occultū iudicem magis terribilem videt: eo de suis actibus formidolosi⁹ angustiet. Unde trepidat: culpas suas lamētis insequit: penitendo increpat / qualē fuisse se meminit. Unde nunc quoq; postq; dictū est: Ponā corā eo iudiciū / recte subiungit: Os meū replebo increpationibus. Qui eni sibi in cōspectu dei iudiciū ponit: os suum increpationib⁹ replet: q: dū subtile examen tremēdi cōtra se iudicis cōtēplatur: amare se penitētie inuectione ꝑsequit. Sepe aūt dum culpas nr̄as pensare negligim⁹: que earū reprehēsio in iudicio sequat / ignoramus. Dū vo eas penitēdo ꝑsequimur: quid nobis de eis iudex i suo examine dicere possit / inuenim⁹. Unde adhuc apte subiūgitur: Ut sciam v̄ba que mihi respōdeat: et intelligā quid loquat mihi. Tūc eni culpas plangimus / cū pensare cepim⁹. Sed tūc subtili⁹ pensamus / cū solliciti⁹ plāgimus: atq; ex lamētis in corde nostro pleni⁹ nascit / quid est qḋ peccātib⁹ diuina destrictio minat: que erūt illa reproboꝝ improperia / q̄ terror / q̄ implacabilis maiestatis aīaduersio. Tāta eni tūc oēs reprobis irat⁹ dicit: q̄ta eos pariter ex equitate ꝑmiserit. Que nimirū verba aīaduersionis illi⁹: iusti dūmodo sollicite metuūt / euadunt. Sed quis in illo examine inueniri iustus valeat: si v̄m sue fortitudinis maiestatem / vitam hoīs discutiat

deus? Apte ergo subiungitur.

D ¶ S. M. nihil nobis fortitudo diuina ꝓdesset / nisi nobis per assuptam humanitatem cōgrueret. Capi. xv.

Nolo multa fortitudine cōtēdat mecū: nec magnitudinis sue mole me premat. Mens etenim qualibet iusti / si ab oīpotēte dnō districte iudicatur: mole magnitudinis p̄mit. In qb⁹ nimirū verbis hoc quoq; intelligendum est: q̄ sanctus vir dum dei fortitudinem deuitat: qd̄ eius aliud q̄ infirmitatem desiderat? Et scriptum est: Qḋ infirmum est dei / forti⁹ est hoib⁹. j. Corin. j. Unde et ꝓtinus adiūgit: Proponat equitatem cōtra me: et ꝑueniet ad victoriā iudiciū meū. Quis eni alius nisi mediator dei ꝛ hoīm homo xp̄s iesus equitatis noīe designatur? de quo scriptum est: Qui factus est sapientia nobis a deo ꝛ iustitia. j. Corin. j. Que scȝ iustitia dum in hūc mūdum cōtra vias peccatoꝝ venit: antiquum hostem vincim⁹ / a quo capti tenebamur. Dicat ergo: Nolo multa fortitudine cōtēdat mecū: nec magnitudinis sue mole me premat. ꝓponat equitatem cōtra me: et perueniet ad victoriā iudiciū meū. i. ad redarguēdas vias meas incarnatum filiū mittat: et tūc insidiātem aduersarium ꝑ absolutionis mee iudiciū victor excludam. Si eni in diuinitatis fortitudine sic vnigenit⁹ fili⁹ inuisibilis maneret / vt nil de nostra infirmitate susciperet: infirm⁹ homo ad eū inuenire accessum gr̄e q̄n potuisset? Cōsideratum quippe pōdus ei⁹ magnitudinis oppmeret poti⁹ q̄ iuuaret. Sed fortis sup oīa / apparuit infirmus inter oīa: vt dum nobis ex assūpta infirmitate cōgrueret / ad ꝑmanētem nos suam fortitudinem eleuaret. In altitudine eni sua diuinitas a nobis vepote puulis apprehēdi non poterat: sed strauit se hoib⁹ per humilitatem † et quasi in iacentem ascēdimus surrexit / et leuati sum⁹. E † Scȝ humanitatē. Unde hoc quoq; mox subditur / per qḋ diuinitas inuisibilis atq; incōprehēsibilis demonstret. Nam sequitur:

¶ S. M. deus implēs oīa / si in p̄te querit / non inuenit.

¶ Si ad oriētem iero / non apparet: si ad occidētem / nō intelligā eū: si ad sinistrā / quid agā? Non apprehēdā eū. Si me vertā ad dexterā / non videbo illū. Creator q̄ppe oīm in p̄te non est: q: vbiq; est. Et tāc minus inuenitur / q̄n is q̄ tot⁹ vbiq; est / in p̄te querit. Incircūscript⁹ nāq; spūs oīa intra semetipm̄ h̄z: q̄ et implēdo circūdat / et circūdādo implet: et sustinēdo trāscēdit / et trāscēdēdo sustinet. Bene aūt postq; dictū est: Si ad oriētē iero / nō apparet: si ad occidētē / non intelligā eū: si ad sinistrā / q̄d agā? Non apprehēdā eū: si me vertā ad dexterā / non videbo illū: illico adiūxit. Ipse v̄o scit viā meā. Ac si aperte dicat: Uidere nō valeo vidētem me: et eū qui me subtiliter intuet / intueri nō possum. vt videlicet ostēdat q: tāto cauti⁹ formidād⁹ est / q̄to cōprehensibilis nō est. Qui eni ita nos aspicit / vt a nobis aspici nequeat: eo magis timēd⁹ est / quo cūcta vidēs minime videtur. Cū eni cōtra nos latere quēpiam in insidiis credim⁹: eo illū amplius metuim⁹ / quo minime videm⁹. Cūq; ei⁹ insidias neq; q̄ deprehēdim⁹ vbi sūt: et ibi eas metuim⁹ vbi nō sūt. F Creator aūt noster q: vbiq; tot⁹ est: et cernēs cūcta nō cernit: tāto magis metuēd⁹ est / q̄to inuisibilis ꝑmanēs / de nr̄is actib⁹ q̄si et q̄d decernat ignorat. Que tn̄ v̄ba intelligi ꝛ aliter p̄nt. Ad oriētē q̄ppe imus / cū mētē in cōsideratiōe maiestatis ei⁹ attollim⁹. Sȝ nō apparet: q: q̄lis in natura sua est / a cogitatione mortali videri nō preualet. Si ad occidētem / non intelligā eum. Capm̄. xvj.

Ad occidētem imus / cū sublevatū in deo cordis oculū / sed ipa immēsitate luminis reuerberatum / ad nosmetipos reducim⁹: et lassati discim⁹ valde sup nos esse qḋ querebam⁹: nostrāq; mortalitatē cōsiderātes / indignos nos adhuc esse depḣēdimus q̄ immortalem videre valeam⁹. Si ad sinistrā / q̄d agā? Non apprehēdā eū. Ad sinistrā ire / est peccatoꝝ delectatiōib⁹ cōsētire. Et nimiꝝ stat: q: deū apprehēdere nō valet / q̄ adhuc i delectatiōe peti ꝑ sinistrā iacet. Si me v̄tā ad dexterā / nō videbo illū. In dexterā ꝓcul dubio v̄tit q̄ de virtutib⁹ eleuat. Sed deū videre nō valet / q̄ priuatæ letitia de bonis actib⁹ gaudet: q: eo cordis oculum tumor elatiōis premit. Ulī bn̄ a sc̄o dr̄. Non declines ad dexterā aūt ad sinistrā. Deutero. xvij. In qb⁹ cūctis plerūq; se aīa discutit: nec tn̄ plene deprehēdere semetipam valet. Ulī hic apte subdit: Ipse v̄o scit viā meā. Ac si pariter dicat. Ego me ꝛ districte discutio: et ꝑfecte scire non possum:

G et tñ ille quem videre non valeo/videt subtiliter cũcta que ago. Sequit᷑: [Et pbabit me quasi aurũ qđ p ignē transit. Aurũ in fornace ad nature sue claritatē proficit/ dũ sordes amittit.] Quasi aurũ ergo qđ per ignē transit pbatur aīa iustoꝝ: quib⁹ exustione tribulationis ⁊ subtrahũtur vitia/et merita augētur. Nec elationis fuit q᷑ sanctus vir in tribulatione se positum auro cōparauit: qr qui dei voce iustus ante flagella dict⁹ est: nō idcirco tētari pmissus est/vt in eo vitia purgarētur/sʒ vt merita crescerēt. Aurum vo igne purgat᷑. Quis ḡ de se estimauit ipse ꝙ erat: dum tribulationi tradit⁹/purgari se credidit/q purgādum in se aliquid nō habebat. Sciēdum vo est: qr quis de se humilia sentiat anim⁹ iustoꝝ: ea tamen que agūt/ꝙ sint recta cōspiciūt: sed de eoꝝ rectitudine non presumūt. Unde adhuc subdit᷑: [Vestigia ei⁹ secutus est pes me⁹. Viam ei⁹ custodiui: et non declinaui ex ea. A mandatis labioꝝ ei⁹ non recessi: et i sinu meo abscondi vba oris mei.] Sed in his oib⁹ an se esse aliqđ existimet/videamus. Sequitur.

¶ S. Qr solus deus principaliter ⁊ immobiliter est/de quo per Moysen dictum est/ Qui est/ misit me ad vos.

¶ Ipse em solus est.] Qua sententia subiūcta ostēdit: qr in tot bonis q egerat/nil esse se credidit. Sed hec ipsa superius vba repetētes/vt possumus pstringamus. Vestigia ei⁹ secutus est pes me⁹. Quasi quidam nāqʒ gressus dei sunt ipse quas cernim⁹ operationes ei⁹: quib⁹ bonus quisqʒ malusqʒ regit᷑: quib⁹ iusti iniustiqʒ suis ordinib⁹ disponūtur: qb⁹ et subiect⁹ q̄sqʒ ad meliora q̄tidie ducitur: et aduersus ad deteriora corruēs tolerat᷑. De qb⁹ nimirū gressib⁹ ꝓpheta dicebat. Visi sunt gressus tui de⁹. H Nos itaqʒ cū virtutem lōganimitatis atqʒ pietatis ei⁹ intuemur: et intuētes imitari ꝓcedim⁹: q̄d aliud ꝙ gressus ei⁹ vestigia sequimur: qr extrema quedā ei⁹ operationis imitamur. Hec em patris sui vestigia fr̄es admonebat imitari/cū diceret: (Mat. v.) Orate pro psequētib⁹ et calūniātibus vos: vt sitis filij patris vr̄i q in celis est: q solē suū oriri facit sup malos ⁊ bonos. Capi. xvij.

POstq̄ͫ beatus Job q certa fide iam dixerat Scio q redēptor meus viuit/et in nouissimo die de terra surrecturus sum: sic in futura operatione incarnāde sapiētie intēdere: sicut nos eiusdem sapiētie iam preterita opera per fidē videm⁹: q mediator dei ⁊ hoim benign⁹ ad tribuēdū/humilis ad sustinēdum/patiēs ad exēplum prebēdum fuerit. Cui⁹ nimirū vitā dum beat⁹ Job supno spū replet⁹/sollicita intētione cōspiceret: futurā mansuetudinis illi⁹ humilitatē preuidēs: q i ad exēplū sibi ꝓpositū recurrit: vt q̄cq̄d i hac vita ageret/ad imitationis illi⁹ vestigia ligaret: quare: nuᷓ q occulte dispositionis ei⁹ sublimia videre nō poterat/q̄si in terra cōspiciēs ad imitationem ei⁹ vestigia teneret. (j. Petri. ij.) De qb⁹ ei⁹ vestigijs per Petrū dr̄: Christ⁹ passus est ꝓ nobis: vobis relinquēs exēplū/ vt sequamini vestigia ei⁹. De quo adhuc subdit᷑: [Viam eius custodiui: et nō declinaui ex ea.] Custodit etem et nō declinat/q hoc vbi intēdit operat᷑. Custodire qppe per intētionem/est I non declinare p operationē. Hec nāqʒ est sollicitudo iustoꝝ: vt actus suos quotidie iuxta vias vitatis examinēt: et eas sibi in regulā ꝓponētes/ a rectitudinis earū tramite nō declinēt. Sup semetipsos qppe quotidie erecti tēdūt: et q in virtutū verticē ꝓducūtur/ cauta reprehēsione diiudicāt q̄cq̄d de eis ex semetipsis remanet infra semetipsos: et totos se illo festinant trahere/ vbi se inuenlūt ex parte puenisse. Sequit᷑: [A mādatis labioꝝ ei⁹ nō recessi.] Sicut bene obsequētes famuli dñoꝝ suoꝝ vultibus semp intēti sunt: vt ea que pceperint/festine audiāt et implere cōtēdāt: sic iustoꝝ mētes p intētionem suam oipotēti dño assistūt: atqʒ in scriptura ei⁹ quasi os ei⁹ intuētur: vt qr per eā de⁹ loquit᷑ omne qđ vult: tāto a volūtate ei⁹ non discrepēt/ꝙto eādem volūtatem illi⁹ in ei⁹ eloquio agnoscūt. Unde fit vt ei⁹ vba non p eoꝝ aures superuacue transeāt: sed hec in suis cordibus figāt. Unde hic subditur: [Et in sinu meo abscondi vba oris eius.] In sinu etem cordis vba oris ei⁹ abscōdim⁹: qñ mādata illius non transitorie/sed implenda opere audimus. (Luce. ij.) Hinc est q de ipsa matre virgine scriptum est: Maria autem conseruabat oīa vba hec/cōferēs in corde suo. Que nimirum vba ⁊ cum ad operationem ꝓdeūt/in sinu cordis abscōsa latent: qr per hoc qđ foris agitur/intus agētis animus non eleuat᷑. K Nam cū cōcept⁹ sermo ad opus ducit᷑: si p hoc humana laus querit᷑: sermo dei in sinu mētis procul dubio non occultatur. Sed nosse velim beate vir/cur te tāta intētione examines: cur tāta sollicitudine astringas. Sequitur. Capitulum xviij.

IPse em solus est: et nemo auertere potest cogitationem ei⁹.] Nunquid nam non sunt angeli ⁊ hoies/celum ⁊ terra/aer ⁊ maria/cūcta volatilia/quadrupedia/atqʒ repentia? Et certe scriptum est: Creauit/vt essent oīa. (Genes. j.) Cum ḡ in rerum natura tam multa sint: cur beati viri voce nūc dr̄: Ipse em solus est? Sed aliud est esse/ aliud principaliter esse: aliud mutabiliter/atqʒ aliud immutabiliter esse. Sunt em hec oīa: sed principaliter non sunt: qr in semetipsis minime subsistūt: et nisi gubernātis manu teneātur/esse nequaꝗ possunt. Cūcta nāqʒ in illo subsistunt a quo creata sunt: nec ea que viuūt/sibimetipsis vitā tribuunt: nec ea que mouentur ⁊ non viuunt/suis nutib⁹ ad motum ducūtur: sed ille cūcta mouet/qui quedam viuificat: quedam vo non viuificata in extremam essentiam mire ordināns seruat. Cūcta qppe ex nihilo facta sunt: eorūqʒ essentia rursum ad nihilum tēderet/nisi eā auctor oim regiminis manu retineret. Oīa itaqʒ que creata sunt: per se nec subsistere preualent/nec moueri: sed in tātum subsistūt inquātum vt esse debeāt acceperūt. In tātum mouētur/inquātum occulto instinctu disponūtur. Ecce em peccator flagellandus est de reb⁹ humanis. Arescit in ei⁹ laborib⁹ terra: cōcutitur in ei⁹ naufragijs mare: ignescit in ei⁹ sudoribus aer: obtenebrescit cōtra eum inūdationib⁹ celum: L inardescūt in ei⁹ oppressionib⁹ hoies: mouentur in eius aduersitate ⁊ angelice virtutes. Nunquid nam hec que inanimata/vel que viuētia diximus/suis instinctionibus et non magis diuinis impulsionib⁹ agitantur? Quicq̄d est itaqʒ qđ exteri⁹ seuit: per hoc ille intuēdus est q hoc interi⁹ disponit. In omni igitur causa solus ipse intuendus est/qui principaliter est. Qui etiā ad Moysen dicit (Exo. iij.) Ego sum q sum. Sic dices filijs israel: Qui est/misit me ad vos. Cum itaqʒ flagellamur per ea que videmus/illū debem⁹ sollicite metuere/quē non videmus. Vir itaqʒ sctūs despiciat q̄cq̄d exteri⁹ terret: quicq̄d per essentiā suam (nisi regeret᷑) ad nihilum tenderet: et mētis oculo suppressis oib⁹ intueatur vnum: in cui⁹ essentie comparatione esse nostrū nō esse est: et dicat. Ipse em sol⁹ est. De cui⁹ mox immutabilitate apte subiūgitur.

¶ S. Qr sententiam dei licet quidam deprecādo auerterint: hoc ipm erat apud ei⁹ clemētiam/vt sic fieri posset.

¶ Et nemo auertere pōt cogitationē ei⁹. Sicut em immutabilis natura est/ita immutabilis cogitatione. Cogitatioēm qppe ei⁹ null⁹ auertit: qr nemo resistere occultis ei⁹ iudicijs preualet. Nam et si fuerūt q̄dam q deprecationib⁹ suis ei⁹ cogitatioēm auertisse videātur/ita fuit ei⁹ interna cogitatio/vt sententiā illi⁹ auertere deprecādo potuissent: et ab eo acciperēt qđ agerēt apd ipm. Dicat ergo: Et nemo auertere pōt cogitationē ei⁹: qr semel fixa iudicia mutari nequaꝗ pñt. M Vñ scriptū est: Preceptum posuit/et nō preteribit. (Psalm. cxlviij.) Et rursum: Celū et terra transibūt: vba aūt mea non transibūt. (Luce. xxj.) Et rursum: Non em cogitatioēs mee sicut cogitationes vr̄e: neqʒ vie mee sicut vie vr̄e. (Esaie. lv.) Cū ergo exteri⁹ mutari videt᷑ sententia: interius cōsiliū nō mutat᷑: qr de vnaquaqʒ re immutabiliter intus cōstituit᷑ q̄cq̄d foris mutabiliter agit᷑. Sequitur.

¶ S. Qr etiam que contra voluntatem dei fieri videntur/voluntati eius non obsistunt. Et q eo ordine voluntas peruersa diaboli in hoc vtilitati sanctorum seruiat vt purget eos. Capitulum. xix.

ET aīa ei⁹ quodcūqʒ voluit hoc fecit.] Cum sit cūctis corporib⁹ exterior/cūctis mētib⁹ interior deus: ex ipsa vis ei⁹ qua oīa penetrat/cūctaqʒ disponit/aīa illi⁹ appellatur. Cuius videlicet volūtati nec illa obsistūt que cōtra volūtatem illi⁹ fieri videntur: qr ad hoc nōnunꝗ permittit fieri etiam qđ non precepit: vt per hoc illud certi⁹ impleatur quod iubet. Apostate quippe angeli peruersa volūtas est: sed tamen a deo mirabiliter ordinatur/ vt ipse quoqʒ eius insidie vtilitati bonoꝝ seruiāt: quos purgāt dum tentant. Sic itaqʒ ei⁹ anima quodcūqʒ voluit hoc fecit: vt inde quoqʒ volūtatem suam impleat/vnde volūtati illi⁹ repugnari videbatur. Terreatur ḡ vir iustus: et tante maiestatis

pondus considerans / infirmū se esse deprehēdat. Sed inter hec verba hec pcūctari libet ac dicere: O beate Job inter tot flagella posit⁹ / cur adhuc aduersa formidas? Jam tribulationib⁹ cingeris: iam innumeris afflictionibus angustaris. Malum timeri debet / qḋ necdū susceptum est: tu in tāto posit⁹ dolore qḋ metuis? Sed ecce vir iust⁹ nostris inquisitionib⁹ satisfaciēs adiūgit. [Cū expleuerit in me voluntatem suā: et alia multa similia presto sunt ei.] Ac si aperte dicat. Jam perpēdo que patior: sed adhuc formido que pati possum. Explet enī in me voluntatem suā: qꝛ multis me pscutionib⁹ affligit. Sed multa similia presto sunt ei: qꝛ si ferire cogitat / adhuc inuenit vbi plaga crescat. Hinc itaq; pēsandum est ꝙ pauidus ante flagellum fuit / qui etiam pcussus adhuc metuit ne feriatur. Jncōprehēsibilem quippe vim ei inesse cōsiderās et potestatis ⁊ examinis / esse vir iust⁹ noluit nec de flagello secur⁹. Unde adhuc metuēdo adiūgit. [Et idcirco a facie ei⁹ turbatus sum: et considerās eū timore sollicitor.] Bene a facie dn̄i turbat / qui terrorem maiestatis illius cordis sui obtutib⁹ pponit. et ei⁹ rectitudinis pauore cōcutitur: dū se reddēdis rōnib⁹ cōspicit idoneum non esse si districte iudicet. Recte aūt dr̄: Et cōsiderās eū / timore sollicitor: qꝛ diuine animaduersionis vim eū minime q̄s; considerat / minime formidat ⁊ tāto magis in hac vita quasi secur⁹ est / ꝙto a cōsideratione interne districtionis alien⁹. Sēper etenī iusti viri ad cordis secretarium redeūt: vim occulte districtionis intuētur: maiestatis intime iudicio assistunt: vt eo magis q̄s; securi sint / quo hic quādiu viuerēt / securi esse noluerūt. Nam malorū mētes cum renuūt cōsiderare qḋ timeāt: ad hoc q̄s; gaudentes perueniūt / qḋ timētes nullo modo euadant. Sed ecce de beato Job nouimus: ꝙ crebris dei sacrificijs deditus / ꝙ hospitalitatibus / ꝙ indigētijs pauperum impēsus / ꝙ suis etiā subditis humilis / ꝙ sibi aduersantibus benign⁹ fuit: et tn̄ tot flagella suscepit: nec iam secur⁹ extitit inter flagella: sꝫ adhuc metuit / adhuc diuine districtionis vim cōsiderās contremiscit. Quid nos itaq; miseri / quid peccatores dicemus / si sic timet q̄ sic egit? Sed tanti timoris pondus an a semetipso habeat / innotescat. Sequitur. Capitulum. xx.

Deus molliuit cor meum: et oipotēs conturbauit me.] Ex diuino munere cor iusti molliri dicitur: qꝛ superni iudicij timore penetratur. Molle est enī qḋ penetrari potest: durum qḋ penetrari non potest. Unde per Salomonem dr̄: Beat⁹ homo qui semper est pauidus. qui vero mentis est dure / corruet in malum. Uirtutem ḡ sue formidinis non sibi / sed auctori tribuit / qui ait. Deus molliuit cor meū: et oipotēs conturbauit me. Non aūt secura / sꝫ perturbata sunt corda bonorū: qꝛ dum futuri examinis pondus cōsiderāt / quietem hic habere non appetūt: securitatem suā districtionis intime consideratione perturbāt. Qui tamen inter ipsa timoris supplicia sepe animum reuocant ad dona: et vt semetipsos consolatione refoueāt: inter hoc qḋ metuunt / reducūt oculum ad dona que acceperūt: vt spes subleuet / quem timor premit. Unde ⁊ sequitur:

Prouer. xxviij.

C.S. Qꝛ in corda iustorū in ipso orationis sacrificio sepe carnales se cogitationes ingerūt / et ea polluunt.

Non enī perij ꝓpter imminentes tenebras: nec faciē meā operuit caligo.] Ille enī in flagello positus / a salute corporis ꝓpter imminentes tenebras perijt / idcirco ꝙ transfectus percutitur / vt a futuris supplicijs abscondatur. Flagella quippe / bonorū aut vitia ꝑpetrata purgāt / aut ea q̄ poterant perpetrari futura decidāt. Beat⁹ aūt Job qꝛ in flagello positus / nec a peccatis precedentibus purgabatur / nec ab imminētib⁹ tegebatur / sed eius tātūmodo in flagello virtus augebatur / fiducialiter dicit: Non enī perij ꝓpter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo. Qui enī semper diuine formidinis pondus aspexit: ei⁹ cordis faciem caligo peccati non operuit. Et is quem supplicia nulla sequebantur: salutem corporis ꝓpter imminētes tenebras nō amisit. Et notādum ꝙ ipse priora denunciās / nequaꝗ ait: faciē meam non tetigit / sed non operuit caligo. Sepe enī etiā corda iustorū subortē cogitationes polluūt: terrenarum rerum delectationibus tāgūt: sed dum citius manu sancte discretionis abigūtur: festine agitur ne cordis faciem caligo operiat / que hāc iam ex illicita delectatiōe tāgebat. Nam sepe in ipso orationis sacrificio importune se cogitationes ingerunt: que hoc rapere vel maculare valeant / qḋ in nobis deo flentes immolamus. Unde Abraam cū ad occasum solis sacrificium offerret / insistentes aues pertulit: quas studiose / ne oblatum sacrificium raperēt / abegit. Sic nos cum in ara cordis holocaustum deo offerimus: ab immundis hoc volucrib⁹ custodiam⁹: ne maligni spūs ⁊ puerse cogitationes rapiāt qḋ mēs nostra offerre se dn̄o vtiliter sperat. Sequitur:

Gen. xv.

Textus capli vicesimiquarti beati Job: sed Moralis expositionis libri decimiserti. xxj.

Ab oipotente non sunt abscōdita tēpora: qui aūt nouerūt eum ignorāt dies illius. Alij terminos trāstulerūt: diripuerūt greges: ⁊ pauerunt eos. Asinū pupillorū abegerūt: et abstulerūt pro pignore bouē vidue. Subuerterunt pauperū viā: et oppresserūt pariter mansuetos terre. Alij quasi onagri in deserto egrediūtur ad op⁹ suū: vigilātes ꝙ ad predā preparāt panē liberis. Agrū nō suū demetūt: et vineā eius quē vi oppresserant / vindemiāt. Nudos dimittūt hoies: indumēta tollētes: quibus non est operimentū in frigore: quos imbres montiū rigant: et non habētes velamen / āplexantur lapides. Uim fecerūt depredantes pupillos: et vulgū pauperē spoliauerūt. Nudis et incedētibus absq; vestitu ⁊ esurientibus tulerūt spicas. Inter aceruos eorū meridiati sunt: qui calcatis torcularibus sitiunt. De ciuitatibus fecerūt viros gemere: et anima vulneratorū clamauit: et deus inultū abire nō patitur. Ipsi fuerūt rebelles lumini. Nescierunt vias eius: nec reuersi sunt p semitas illius. Mane primo cōsurgit homicida: interficit egenū et pauperem: p noctē vo erit q̄si fur. Oculus adulteri obseruat caliginē: dicēs: non me videbit oculus: ⁊ operiet vultū suum. Perfodiūt in tenebris domos sicut i die cōdixerāt sibi: et ignorauerūt lucē. Si subito apparuerit aurora: arbitrātur vmbrā mortis: et sic in tenebris q̄si i luce ambulāt. Leuis est sup faciē aque. Maledicta sit pars ei⁹ in terra: nec ambulet p viā vinearū. Ad nimiū calorē transeat ab aquis niuium: et vsq; ad inferos peccatū illi⁹. Obliuiscat ei⁹ mia. Dulcedo illi⁹ vermes. Non sit in recordatione: sed cōterat sicut lignū infructuosū. Pauit enī sterilē et q̄ nō parit: et vidue bene nō fecit. Detraxit fortes in fortitudīe sua et cū steterit: nō credet vite sue. Dedit ei de⁹ locum penitētie: et ille abutitur eo in supbia. oculi aūt ei⁹ sunt in vijs illi⁹. Eleuati sunt ad modicum ⁊ nō subsistēt: et humiliabūtur sicut oia et auferētur: et sicut summitates spicarū cōterētur. Qḋ si nō est ita: q̄s me potest arguere esse mentitum: et ponere ante deum verba mea?

C.S. Qꝛ oipotētem deum fideles quiq; ⁊ sciunt per fidem / et nesciūt per speciem. Magnoq; moderamine attendēdū est in nature humane circūspectione / non plus sapere q̄ oportet sapere. Caplm. xxi.

Ab oipotēte non sunt abscōdita tempora: qui aūt nouerunt eū / ignorāt dies illius.] Quid dies dei / nisi ipsa ei⁹ eternitas appellat? que nōnūq; vni⁹ diei pnūciatione exprimitur: sicut scriptū est: Melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Nonnunq; vo pro sua longitudine / dierū multorū appellatio

Psalm. lxxxiij.

Psal. 6. ne signatur: de quib⁹ scriptum est: In seculum seculi an-
ni tui. Nos itaq3 intra tēpora voluimur / p hoc q₃ creatu-
ra sum⁹. deus aūt q₃ creator est oim / eternitate sua tēpo-
ra nostra cōprehēdit. Ait ergo. Ab oīpotēte nō sunt abs-
cōdita tempora: qui aūt nouerūt eū / ignorāt dies illi⁹.
Quia ipe q̄dē nostra cōprehēsibiliter cōspicit: nos aūt
ea que ei⁹ sunt / cōprehēdere nullaten⁹ valem⁹. Sed na-
tura dei cū simplex sit / mirādum valde cur dicit / q̄ noue
rūt eū / ignorāt dies illi⁹. Neq3 eīm aliud ipse: atq3 aliud
dies ei⁹ sunt. De⁹ nāq3 hoc est q̄d habet. Eternitatē q̄p-
pe habet: sed ipe est eternitas. Lucē habet / s3 lux sua ipe
est. Claritatē habet / s3 ipe est claritas sua. Nō est ḡ in eo
aliud esse / et aliud hēre. Quid est itaq3 dicere: q̄ nouerūt
eū / ignorāt dies illi⁹: nisi q₃ et q̄ cognoscūt eū / adhuc ne-
sciūt? Nam et q̄ iam eū fide tenēt / adhuc per speciē igno
rant. Et cum ipe sibi sit eternitas / quē veraciter credi-
mus: qualiter tñ sit ipa ei⁹ eternitas / ignoram⁹. In hoc
nāq3 q̄d de diuine nature potētia audim⁹: ea nōnūq3 co-
gitare cōsueuim⁹ / que per experientiam scim⁹. Omne eīm
q̄d cepit ⁊ desinit: initio ⁊ fine concluditr. Cū si mora alt
quātula differt vt finiat / longa dr. In quo cū3 lōginqui
tate cū q̄sq3 mētis oculos reducit retro p memoriā / ten
dit ante p expectationē / quasi spatiū tēporis dilatat in
mēte. Cūq3 audit eternitatē dei / humano more intēdē-
tī alo longa vite spatia pponit: in quibus metiatur sem
per et q̄d abijt retro q̄d retineat in memoria: et q̄d ante
restat q̄d expectetur ex intētione. Sed quotiēs in eter-
nitate ista cogitam⁹: eternitatem necdum cognouim⁹.
Ibi q̄ppe est quod nec initio incipit / nec fine terminat:
vbi neq3 expectat q̄d veniet: neq3 percurrit q̄d debeat re

B cordari: sed est vnū q̄d semper esse est. Quod etsi nos et
angeli cum initio videre incipimus: esse tamen hoc sine
initio videmus: vbi sic semper sine fine esse est: vt nunq3
se animus tendat ad sequētia: ac si multiplicentur que
sunt / et longa fiāt. Nam ⁊ si per ꝓphetie spiritum dictū
est: Dñe qui regnas in eternum / et in seculum ⁊ adhuc:
more sacri eloquij / humano modo spūs hoībus est locu
tus: vt ibi adhuc diceret / vbi expectatio nō inesset. Ad-
huc eīm eternitas non habet: que semp esse habet: in qua
nulla pars sue longitudinis preterit / vt pars alia succe-
dat: sed totum simul esse est: et nil deest q̄d cernat: in qua
omne q̄d est / animus videt: et tardū non esse / et longum
esse. Sed hec de eternitatis diebus loquētes / conamur
magis videre aliq̄d q̄₃ videmus. Dicatur igitur recte:
Qui aūt nouerūt eū / ignorāt dies illi⁹: q₃ etsi iam deum
p fidem nouim⁹: qualiter tñ sit ei⁹ eternitas sine preteri-
to ante secula / sine futuro post secula / sine mora lōga / si-
ne ꝓlōlatione ꝑpetua / non videm⁹. Beatus itaq3 Job
sancte ecclesie typum tenēs / quia sub magno se scientie
freno moderat / ne plus sapiat q̄₃ oportet sapere: et dies
dei non posse cōprehēdi testificās / ad hereticoꝝ mox su-
perbiam respectum mētis reducit: qui alta sapere appe-
tunt: et quod capere velut cūq3 non possunt / perfecte se scire
gloriantur. Nam sequitur:

I ¶ S. Q heretici patrum instituta transgrediuntur /
et actiuos viros a ministerio sanctorum auertunt.

¶ Alij terminos transtulerūt: diripuerūt greges: et pa
uerunt eos.] Quos alioꝝ noīe / nisi hereticos designat:
q̄ a sancte ecclīe gremio extranei existūt? Ibi eīm termi-
nos transferūt: q₃ cōstitutiones patrū preuaricādo tran
scēdūt. De q̄bus nimiꝝ cōstitutionib⁹ scriptum est: Ne

Prouer. xxij. transgrediaris terminos antiquos q̄s posuerūt patres
tui. Qui greges diripiūt ⁊ pascūt: q₃ imperitos quosq3
peruerso ad se ꝑsuasionib⁹ trahūt: et doctrinis pestife-
ris ad interficiēdum nutriunt. Capitm. xxij.

Cātico. j. Nam q₃ gregum noīe imperiti populi designen
tur / spōsi vba testātur: q̄ spōsam suā alloquit /
dicēs. Nisi cognoueris te o pulchra inter mu
lieres: egredere et abi post vestigia gregū ⁊ nisi honorē
tuum (quo ad similitudinē dei es cōdita) bene viuendo
cognoueris: a conspectu mee cōtēplationis egredere:
et imperitoꝝ vitā imitare populoꝝ. Sequit: [Asinum
pupilloꝝ abegerūt: et abstulerūt pro pignore bouem vi-
due.] Quos hoc loco pupillos accipim⁹: nisi electos dei
in mētis teneritudine positos: qui magna fidei grā nu-
triuntur: et patris sui iam p se mortui faciem necdum vi-
dent. Et sunt plerīq3 in ecclīa q̄ quosdam cōspiciūt cele
stia appetere: terrena oīa despectui habere: et q̄uis ipsi

in huius mūdi laborib⁹ insudēt / eis tñ quos ad celestia
anhelare cōspiciūt: de reb⁹ quas in hoc mūdo possidēt /

R huius vite adiutorium ferūt. Et q̄uis ipi agere spirita
lia nequeāt: ad summa tñ tēdētib⁹ inferre subsidia mini
strāt. Portare eīm asinus onera hoim solet. Quasi ḡ qui
dam asinus electoꝝ est: q̄ terrenis actib⁹ deseruiens / de-
portat onera vlib⁹ hoim. Et sepe cū heretici quēlibet ta
lem a sancte ecclīe gremio auertunt / quasi pupilloꝝ asi-
num abigūt: q₃ cū hūc ad perfidiam suā pertrahūt / a mi
nisterio bonoꝝ repellunt. Que aūt vidua / nisi sancta ec-
clesia debet intelligi / que occisi viri sui interim visione
priuata est? Bos aūt hui⁹ est vidue vnusquisq3 predica
tor. Et sepe contingit vt heretici peruersis suis dogmati-
bus ipsos etiam qui predicatores videbātur / trahant.
Bouem ḡ vidue auferūt: cū de sancta ecclīa etiā predi
cātem tollūt. Ubi recte est adiūctum / Pro pignore. Pi
gnus nāq3 cū tollit: aliud quidē est q̄d tenet / sed tñ ad-
huc aliud queritur. Et plerūq3 heretici ideo eos conan
tur auferre q̄ predicāt: vt eoꝝ etiam sequaces trahant.
Pro pignore ḡ bos vidue tollitur: q̄si idcirco ipe q̄ pre-
dicabat rapitur / vt alij sequātur. Ex cui⁹ ruina plerūq3
agitur: vt hi quoq3 de sancte ecclīe gremio exeāt: q̄ in eis
bonis morib⁹ prediti / mites atq3 humiles esse videban-
tur. Unde ⁊ subdit: Subuerterūt pauperum viā: et op-
presserunt pariter mansuetos terre. Paupertatis nāq3
noīe / sepe humilitas designari solet. Et nōnunq3 hi qui
mansueti atq3 humiles videtur: si seruare discretionem
nesciūt / exemplis alioꝝ cadūt. Sūt ꝟo nōnulli heretici

L qui populis admisceri fugiūt: sed secessum vite secretio
ris petunt: qui plerūq3 eos quos inueniūt / eo ampli⁹ pe-
ste sue ꝑsuasionis inficiūt: quo quasi ex vite meritis re-
uerentiores videntur. De quibus subditur.

¶ S. Q heretici vt sanctiores estimentur / solitariam
sibi vitā eligūt: et sanctoꝝ verba suo sensu exponentes /
auditorib⁹ suis panem prebēt erroris. Capitm. xxiij.

Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad
opus suum.] Onager eīm agrestis est asinus.
Et recte hoc i loco onagris cōparātur here-
tici: q₃ in suis voluntatib⁹ dimissi / a vinculis sunt fidei

Hiere. ij. et rōnis alieni. Unde scriptū est: Onager assuetus in so-
litudine, in desiderio aie sue attraxit vētum amoris sui.
Onager quippe in solitudine assuetus est: q₃ dum terrā
cordis sui disciplīne virtute non excolit: ibi habitat vbi
fruct⁹ non est. Qui in desiderio aie sue vētū amoris sui
attrahit: q₃ ea que ex desiderio sciētie in mēte concipit:

j. Cor. viij. inflare preualent / non edificare. Cōtra quos dr. Sciētia
inflat: charitas ꝟo edificat. Unde hic quoq3 cōgrue in-
fertur: Egrediūtur ad opus suū. Non eīm dei / sed suum
opus peragūt: dum non recta dogmata / sed ꝓpria desi-

Psalm. c. deria sequūtur. Scriptū quippe est: Ambulās in via im
maculata: hic mihi ministrabat. Qui ḡ non ī via imma-
culata ambulat: sibi magis q̄₃ dño ministrat. Sequitur:

Ad predā vigilāt heretici. [Vigilātes ad predā preparāt panē liberis.] Ad predā
vigilāt / qui vba iustoꝝ ad sensum ꝓprium semper rape
re conātur: vt per hec peruersis filiis panē erroris parent.
De quo videlicet pane apud Salomonem vbis mulie-

Prouer. ix. ris prauitatis heretice typum gerētis dr. Aque furtiue
dulciores sunt: et panis abscōditus suauior. Sequitur:
[Agrū non suū demetūt: et vineā ei⁹ quē vi oppresserāt /
vindemiāt.] Potest agri noīe / scripture sacre latitudo
signari: quā heretici non suā demetūt: q₃ ex ea sentētias
lōgeā suis sensib⁹ diuersas tollūt. Que vinee quoq3 ap-
pellatiōe exprimitur: q₃ p veritatis suis botros fructū
ꝓfert. Cui⁹ vinee dñm. i. scripture sacre cōditorē / q̄si vi
opprimūt: q₃ ei⁹ sensum in vbis sacri eloquij inflectere

Esa. xliij. violēter conātur / q̄ dicit. Seruire me fecisti i pctis tuis:
ꝓbuisti mihi laborē in iniq̄tatib⁹ tuis. Et eādem vineā
vindemiāt: qui ex ea sentētiaꝝ botros p sue intelligētie
intētione concerpūt. Potest agri vel vinee noīe / vniuersa
ecclīa designari: quā peruersi predicatores demetūt: et au
ctorem ei⁹ in mēbris suis opprimēdo vindemiāt: quia
creatoris nostri grām persequentes: dum quosdam de
illa qui recti videbātur rapiūt: quid aliud q₃ spicas vel
botros animaꝝ tollūt? De quib⁹ adhuc subditur: [Nu-
dos dimittūt hoīes / indumēta tollentes: quib⁹ non est
operimētum in frigore.] Sicut vestimēta corpus / sic bo
na opera protegūt animam. Unde cuidam dr: Beatus

Apo. xvj. q̄ vigilat / et custodit vestimēta sua / ne nudus ambulet.

B

Apo.xvi.

Heretici itaqꝫ cū in quorūdā mētibꝰ bona opa destruūt nimirū velamina indumētoꝝ tollūt. Vñ aūt dr̄. Quibꝰ nō est operimētū in frigore. Operimētū quippe ad iustitiam ptinet. frigꝰ ad culpā. Et sunt nōnulli q in quibusdam rebꝰ pctā faciūt: in quibusdā vo recta opera sequūtur. Qui ḡ ex aliis actibꝰ delinquit: atqꝫ ex aliis iustitiā pagit: quid iste nisi in frigore vestitur? Et alget ꝛ regit: q: ex alio opere feruescit ad iustitiā: et ex alio frigescit ad culpā. Sed cū heretici bona opera talibꝰ subtrahūt/ agūt ne in frigore habeāt quo vestiātur. Recte ḡ dicit. Nudos dimittūt hoies/ indumēta tollētes/ quibꝰ nō est operimētum in frigore. vt videlicet solum culpe frigus interimat/ quos calor alterius operis ex parte aliqua tegebat. Capitulum.xxiiij.

Potest vo per frigus desiderium/ p vestimētū operatio signari. Et sunt plerīqꝫ q adhuc peruersis desideriis estuāt/ sed cōtra se spūaliter decertātes/ rectis sibi operibꝰ repugnāt: et bonis actibꝰ tegūt hoc qđ sinistrū sibi resultare p tentationē sentiūt. Hi itaqꝫ vñ mala desiderāt/ inde algēt: vnde aūt bona operātur/ inde vestiti sunt. Cū vo heretici puersis allegationibus recte fidei eis opera subtrahūt: quid agunt nisi vt hi q adhuc desideriorꝫ carnaliū frigora sentiūt/ sine bonoꝝ actuū vestimēto moriātur? Sequit. Quos imbres montium rigāt: et non habētes velamen/ amplexantur lapides. Imbres sunt mōtium vba doctorum. De qbꝰ mōtibꝰ voce ecclie dr̄: Leuaui oculos meos ad mōtes. Hos itaqꝫ imbres mōtium rigāt: q: sctōꝝ patrū fluēta satiāt. Velamen aūt (vt iam pdiximus) boni operis tegmen accipimus: quo quisqꝫ tegit. vt ante oīpotētis dei oculos prauitatis eiꝰ feditas operiat. Vñ scriptum est. Beati quoꝝ remisse sunt iniquitates: et quoꝝ tecta sunt peccata. Quos aūt lapidum noie/ nisi fortes in sancta ecclia viros accipimus: d̄bus per primum pastorem dr̄: Et vos tāqꝫ lapides viui supedificamini. Hi itaqꝫ q de nullo suo opere confidūt: et ad sctōꝝ martyrū ꝓtectionem currūt: atqꝫ ad sacra eoꝝ corpora fletibus insistūt/ pmereri se veniam eis intercedētibꝰ depcātur. Quid ḡ isti in hac humilitate faciūt/ nisi q: bone actionis velamen non habent/ lapides amplexantur?

Pō.xx.

B

Pō.xxxj.

C S. Descriptio persecutionis quam in membris suis sancta ecclesia ab hereticis patitur.

C Vim fecerūt depredātes pupillos: et vulgū pauperē spoliauerūt. Cum pspⁱtatē vite pñtis heretici nō habēt infirmis mētibꝰ vbis blādiētibꝰ peruersa psuadēt. Si qua vo illis pspⁱtas tpis pñtis arriserit: etiā violēter trahere quos preualēt nō desistūt. Pupilloꝝ itaqꝫ noie designātur hi q adhuc sunt teneri intra sanctam ecclesiā cōstituti. quoꝝ vitā misericors pater moriēdo seruauit/ q ad bona iam intētionē deducti sunt: s adhuc in bonis actibꝰ nulla vtute roborātur. Heretici igit depredātes pupillos vim faciūt: q: cōtra infirmas fideliū mētes/ vboꝝ et operū violentia grassant. Vulgus aūt pauper est ppls indoctus: q si vere sapiētie diuitias haberet: vestimentū sue fidei neqꝫ amitteret. Quasi quidā qppe intra sctām ecclīam senatores sunt viri doctiores: qui cū scīētiam in corde multiplicāt/ veris apud se diuitiis abūdāt. Sed heretici vulgū pauperē spoliāt: q: dum doctos nō preualēt/ indoctos quosqꝫ a velamine fidei pdicatione pestifera denudāt. Sequitur. Capm.xxv.

C

Nudis ꝛ incedētibꝰ absqꝫ vestitu ꝛ esurientibꝰ tulerunt spicas. Qđ aūt nudis/ hoc replicat absqꝫ vestitu: s aliud est nudū esse/ aliud nudū incedere. Ois em̄ qui nec bona nec mala operat/ nudus est ꝛ ociosus: q aūt mala agit/ nudꝰ incedit: q: sine velamine boni operis per iter prauitatis pergit. Sūt vo nōnulli q malū sue nequitie cognoscētes/ satiari pane iustitie festināt: percipere sacri eloquii dicta desiderāt. Qui quotiēs patrū sententias ꝓ edificādis mētibꝰ in cogitatione versant/ quasi de bona segete spicas portāt. Heretici igit nudis ꝛ incedētibꝰ absqꝫ vestitu ꝛ esurientibꝰ spicas tollūt: q: sive quidā ociosi sint/ et in nullis se bonis exerceāt/ seu pariter impudicitie absqꝫ velamine boni operis pergāt: etiā si quādo iam ad penitētiā redire cupiūt et pabulum verbi cōcupiscūt/ eis esurientibꝰ spicas tollūt: q: in eoꝝ mēte pnitiosis psuasionibꝰ patrum sentētias destruūt. Nec immerito spicas signare patrū sententias dicimꝰ: q: sepe dum per figurata eloqa pferūtur/ ab eis tegmen littere quasi aristaꝝ paleas subtrahimꝰ/ vt medulla spūs reficiamur. Sequit. Inter aceruos eoꝝ meridiati sunt: qui calcatis torcularibꝰ sitiūt. Oēs q sctām ecclīam psequūtur/ quid aliud q̄ torcular calcant? Qđ diuina agi dispositione pmittit. vt aiaꝝ botri in spiritale vinū defluant/ que carne corruptibili exute/ ad regna celestia velut in apothecam currāt. Nam iniusti dū iustos deprimūt: quasi botros subpedibꝰ mittūt. Cōpressi aūt botri ad superni cōuiuii satietatē exuberāt/ qui prius quasi in huiꝰ aeris libertate pendebāt. Unde dauid ꝓpheta sancte ecclie afflictionem cōspiciēs/ psalmum ꝓ torcularibꝰ scribit. Sed oēs q vitā fideliū persequuntur/ calcant ꝛ sitiūt: q: agēdo crudelia ferociores fiūt: et impietatis sue meritis cecati/ eo ambiūt grauiora facere/ quo iam grauia fecerunt. Heretici aūt cū per se potestatem psecutionis nō habēt: huiꝰ seculi potētes cōmouēt/ eorūqꝫ mētes ad psequēdum trahūt/ et quibꝰ valēt psuasionibꝰ accendūt. Quos cū crudelia agere cōtra catholicoꝝ vitā cōspiciūt: quasi in ipo solis feruore requiescūt. Bene ḡ nūc dr̄: Inter aceruos eoꝝ meridiati sunt: qui calcatis torcularibꝰ sitiūt: q: eoꝝ se multitudini adiūgūt/ quos iam vidēt grauia agere: et adhuc sitire grauiora. Quoꝝ feruor dum eoꝝ desideria satiat/ in eoꝝ actibꝰ quasi in meridie quiescūt. Sequit. De ciuitatibꝰ fecerūt viros gemere. Q: ciuitates a cōuiuētibus ppłis appellātur: non immerito ciuitatū noie vere sunt fidei ecclie designate: que in singulis mūdi partibꝰ posite/ vnā catholicā faciūt: in qua fideles oēs de deo recta sentiētes cōcorditer viuūt. Capi.xxvi.

D

Hinc itaqꝫ in euāgelio dñs cōuiuātium ppłoꝝ etiā per locoꝝ distinctiōem cōcordiā designauit: cū satiaturus de quinqꝫ panibꝰ populum/ quīquagenos ꝑ turmas vel cētenos discūbere precepit: vt voꝫ turba fideliū escā suā et locis disiūcta/ et moribꝰ cōiūcta pciperet. Jubilei quippe requies quīquagenarii numeri mysterio cōtinet: et quīquagenariꝰ bis ducit vt ad centenariū perducatur. Quia ergo prius a malo quiescitur opere vt post aīa plenius quiescat in cogitatione/ alii quinquageni/ alii aūt centeni discumbūt: qm̄ sunt nōnulli q iam a prauis actibꝰ habēt requiē operis: et sunt nōnulli q a puersis cogitationibꝰ habēt iam requiem mētis. Heretici igit q: peruersis sepe huiꝰ mūdi potētibꝰ adherētes/ bonoꝝ socialem vitā atqꝫ cōcordiā psequūtur: recte nūc dr̄: De ciuitatibꝰ fecerūt viros gemere. Quos recte beatus Job memorat viros: q: illos magis heretici extinguere ambiūt/ q perfectis gressibꝰ p viā dei non fluxe ꝛ enerviter/ sed viriliter currūt. Qui cū vulnus pfidie ingeri in paruuloꝝ fidelium mēte conspiciunt: semper ad clamorem ꝛ gemitus redeūt. Unde et recte dr̄: Et aīa vulneratoꝝ clamabit: et deꝰ inultum nō patitur. Vulneratur quippe aīa iustoꝝ/ cū fides turbatur infirmoꝝ: quibꝰ iam hocipm̄ clamare/ est de alieno lapsu tabescere. Sed deꝰ inultum abire non patitur: q: etsi iusto ordine iniustum aliquid fieri iuste pmittit: inultum tñ abire non sinit iniustū qđ fieri iuste pmisit: q: et per reprobos iniustitiā quasdā quas inesse cōsiderat culpas punit electoꝝ: et tñ eterna iustitia ferire non negligit iniustitiam ferientium. Sequitur:

E

Mat.xiiij.
Mar.vj.
Luce.ix.
Joā.vj.

F

C S. Q: heretici q bona que intelligūt/ male interpretando peruertunt/ et facere contēnunt: postmodum ita dantur in reprobum sensum/ vt faciant ea que non cōueniunt: nec hocipm̄ intelligunt qđ male agunt.

C Ipsi fuerūt rebelles lumini. Plerūqꝫ peruersi ꝛ cognoscūt recta que sequi debeāt: ꝛ tñ sequi despiciūt que cognoscunt. Lumini ḡ rebelles sunt: q: sua desideria sequēdo/ bonum despiciūt qđ nouerūt. Qui ergo non per ignorātiam/ s per supbiam delinquūt: elationis sue scutum luculis vitatis obiiciūt/ ne salubriter i corde feriātur. Ex qua voꝫ eoꝝ supbia agit: vt q: nolunt facere que cognoscunt: nec cognoscāt iam bona que faciāt/ sed sua eos cecitas a veritatis lumine funditus excludat. Unde et apte subdit. Nescierunt vias eiꝰ/ nec reuersi sunt p semitas illiꝰ. Qui em̄ prius sciēdo rebelles sunt/ postmodum cecantur vt nesciāt: sicut de quibusdā dr̄: Q: cū cognouissent deum: non sicut deū glorificauerūt/ aut grās egerūt. De quibꝰ paulopost addit. Tradidit illos deus in reprobum sensum/ vt faciant ea que non conueniunt. Quia em̄ glorificare noluerūt quē cognouerāt: reprobo

Roma.j.

G sensui traditi / ad hoc relicti sunt ut nescirent iam pensare mala que faciebant. Bene autem dicitur. Capi. xxvij.

Nescierunt vias eius nec reversi sunt per semitas illius. Angustior quippe est semita quam via. Qui autem bona manifestiora agere contempnunt: nequaquam ad subtiliora intelligenda perveniunt. Expectavit autem omnipotens deus / ut per eius semitas pergerent: sed utinam per eas vel reverti voluissent: ut vite itinera que noluerunt per innocentiam / saltem per penitentiam tenerent. Qua in re quanta sint misericordie viscera dei omnipotentis ostenditur: qui eos quos a se discedentes aspicit / ut revertantur querit. Unde post enumeratas culpas delinquentium / synagogam per vocem prophetiam revocat / dicens: Ergo saltem amodo voca me / pater meus / dux virginitatis mee tu es. Sequitur:

(Hiere. iij.)

¶ S. Et qui in fraterno odio sunt / homicide dicatur.

¶ Mane primo consurgit homicida: interficit egenum et pauperem: per noctem vero erit quasi fur.] Cum homicida in nece proximorum per nocturnum maxime silentium soleat grassari: cur hoc in loco mane primo consurgere ad interficiendum egenum et pauperem dicitur: in nocte vero quasi fur esse perhibetur: Sed ipsis verbis littere dum sibi non congruunt: ad indaganda spiritus secreta revocamur. In scriptura sacra mane aliquando adventus domini in carnatione: aliquando adventus iam terribilis et districti iudicii: aliquando vero presentis vite prosperitas poni consuevit. Mane etenim adventus domini incarnationis extitit: sicut propheta dicit. Venit mane et nox: quia et nove lucis primordia in redemptoris presentia fulserunt: et tamen a persecutorum cordibus perfidie sue tenebre non sunt deterse. Rursum per mane adventus iudicii designatur. Unde per psalmistam dicit: In matutinis interficiebam omnes peccatores terre: sicut et electorum quoque personam exprimens ait: Mane astabo tibi et videbo. Rursum per mane presentis vite prosperitas designatur: sicut per Salomonem dicitur: Ve tibi terra cuius rex est puer: et cuius principes mane comedunt. Quia enim mane primum diei tempus est / vespere extremum: nequaquam reficiendi sumus de huius vite prosperitate que precedit: sed de his que in fine diei. i. in mundi termino sequuntur. Mane ergo comedunt / qui de huius mundi prosperitatibus extolluntur: et dum presentia vehementer curant / futura non cogitant. Omnis enim qui odit fratrem suum / homicida est. Mane itaque primo consurgit homicida / quia in presentis vite gloria perversus quisque erigitur: et illorum vitam deprimit / quorum sequentem gloriam sitiunt: quasi satiari in vespere exquirunt. Pravus etenim quisque in hoc mundo dignitatem transitorie potestatis arripiens: tanto se acrius ad peragenda mala dilatat / quanto per charitatis viscera nullum amat. Quotiis enim cogitationibus contra bonos seviunt / toties innocentium vitam interimit. Qui si disponente deo subito gloriam accepte potestatis amiserit: locum mutat: sed mentem non mutat: quia ad hoc protinus dilabitur / quod subinfertur. Capitulum xxviij.

(Esaie. xxj.) (H) (Psalm. c.) (Psalm. v.) (Eccli. x.) (j. Joan. iij.)

I Per noctem vero erit quasi fur.] In nocte quippe tribulationis atque deiectionis sue / etsi exercere crudelitatis manum non valet: eis tamen quos prevalere conspicit / consilia perversitatis prebet. Huc illucque discurrit: et quorum potest in bonorum lesionem suggerit. Qui recte quasi fur dicitur: quia in ipsis suis perversis consiliis metuit ne deprehendatur. Qui ergo contra egenum et pauperem mane homicida est: per noctem quasi fur absconditur: quia perversus quisque qui in prosperitate vite presentis humilium vitam deprimendo interimit: in adversitate atque deiectione positus / per iniqua consilia latenter ledit: atque id quod per se explere non valet: adherendo huius mundi potestatibus exercet. Sequitur: [Oculus adulteri observat caliginem / dicens: non me videbit oculus.] Hoc etiam iuxta litteram nil obstat intelligi: quia qui adulterium perpetrare desiderat / tenebras exquirit. Sed quia contra hereticos sententia promitur: dignum est ut hoc quod dicitur / mystice sentiatur. Nam Paulus ait: Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei. Adulter quippe in carnali coitu non prolem sed voluptatem querit. Et perversus quisque ac vane glorie serviens / recte adulterare verbum dei dicitur: quia per sacrum eloquium non deo filios gignere / sed suam scientiam desiderat ostentare. Quem enim libido glorie ad loquendum trahit / voluptati magis quam generationi operam impendit. Ubi et apte subditur: Non me videbit oculus: quia adulterium quod in mente agitur / valde est difficile ut ab

(ij. Cor. iij.)

humano visu penetretur. Quod perversa mens tanto securius perpetrat / quanto se ab hominibus videri non metuit quos erubescat. Sciendum quoque est: quia sicut is qui adulterium facit / carnem alieno coniugio sibi illicite coniungit: ita omnes heretici cum fidelem animam in suo errore rapiunt / quasi coniugem alienam polluunt: quia videlicet mens deo spiritualiter inherens / et et quasi in quodam amoris thalamo coniuncta: cum perversis persuasionibus ad pravitatem dogmatis perducitur: quasi aliena coniux a corruptore maculatur. Bene autem subditur: [Et operiet vultum suum.] Idcirco faciem suam adulter operit / ne cognoscatur. Omnis autem qui sentiendo vel agendo nequiter vivit / vultum suum operit: quia ad hoc perversitate dogmatis vel operis tendit: ut ab omnipotente deo in iudicio recognosci non possit. Unde quibusdam in fine dicturus est: Nunquam novi vos / discedite a me qui operamini iniquitatem. Quid autem vultus cordis humani est / nisi similitudo dei? Quem videlicet vultum perversus operit: ut cognosci nequeat: cum vitam suam vel malis actibus / vel perfidie errore confundit. Sed talis quisque cum prosperitate vite presentis iustos fulciri conspicit: eis perversa suadere minime presumit: sed quia eos illos procella adversitatis invenerit: ad verba protinus pestifere persuasionis erumpit. Unde subditur: [Perfodit in tenebris domos: sicut in die condixerant sibi / et ignoraverunt lucem.] Quid namque hoc loco domorum nomine / nisi conscientie designantur: in quibus habitamus / cum tractando quid agimus. Unde cuidam sanato dicitur: Vade in domum tuam ad tuos: et annuncia illis quanta tibi dominus fecerit. i. a peccati iam vitio securus ad conscientiam revertere: et in vocem predicationis excitare. Iusti itaque cum in presenti seculo die prosperitatis clarescunt: eis errorum magistri perversa suadere metuunt. Sed consilia exquirunt / deiectionem prosperitatis eorum summopere prestolantur: ut in adversitatis tenebris eorum mentes suadendo perfodiant / quibus prospere viventibus perversa loqui minime audebant. Quos mox in adversitate ut viderint / excrugescere non nisi ex peccati merito talia illos perpeti asserunt: qui solam presentis vite gloriam diligentes / flagellum damnationem credunt. In tenebris ergo domos perfodiunt qui bonorum mentes ex ipsa eorum corrumpere adversitate moliuntur. Bene autem dicitur: Sicut in die condixerant sibi: quia cum iustos conspicerent prosperitatis luce claruisse: qui loqui non poterant / ad maligna solummodo contra eos consilia vacabant. Capitulum xxix.

(R) (Mat. vij.) (Lu. viij.) (L)

Sive autem heretici sive perversi quilibet / cum iustos in deiectione conspiciunt / gaudent: cum vero eos ad regendi potestatis viderint culmen erumpere / perturbantur / metuunt / afflictionibus tabescunt. Unde et subditur: Si subito apparuerit aurora / arbitrantur umbram mortis. Iniqui semper afflictionem fidelium expectant: eosque in tribulatione videre desiderant. Et in tenebris domos perfodiunt: dum cor innocentium / sed tamen infirmorum / deiectionis tempore pessima collocutione corrumpunt. Sed plerumque contingit ut dum bonos quosque in deiectione conspiciunt: subito occulta dispensatione divina iustus quispiam qui videbatur oppressus aliqua seculi potestate fulciatur: eique prosperitas vite presentis arrideat quem prius adversitatis tenebre premebant. Quam nimirum prosperitatem illius cum perversi conspiciunt / sicut dictum est / perturbantur. Mox enim ad corda sua redeuntes mentis oculos revocant quicquid se perverse egisse meminerunt: vindicari in se omne vitium formidant: et unde lucet ille qui potestatem suscipit / inde perversus quisque qui corrigi meruit in tristitia tenebrescit. Bene ergo dicitur. Si subito apparuerit aurora / arbitrantur umbram mortis. Aurora quippe mens iusti est: que peccati sui tenebras deserens / ad lucem iam erumpit eternitatis: sicut de sancta quoque ecclesia dicitur: Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens? Quo igitur iustus quisque iustitie luce irradiatur / in presenti vita honoribus sublimatur: eo ante perversorum oculos tenebre mortis fiunt: quia qui perversa se egisse meminerunt / corrigi pertimescunt. Semper namque desiderant in suis pravitatibus relaxari: incorrecti vivere: et de culpa gaudium habere. Quorum ipsa letalis letitia convenienter exprimitur / cum protinus subinfertur. Et sic in tenebris quasi in luce ambulant. Perversa etenim mente gaudent in facinoribus: per culpam suam quotidie ad supplicium trahuntur / et securi sunt. Unde et per Salomonem dicitur: Sunt impii qui ita securi

(M) (Cant. vj.) (Eccle. viij.)

B Prouer. ij.

sunt/quasi custos facta habeat. De quibus rursum scriptum est: Qui letantur cum male fecerint/et exultant in rebus pessimis. Sic itaque in tenebris quasi in luce ambulant: quia ita gaudent in nocte peccati/ac si eos lux iustitie circumfundat. Uel certe quia tenebre vitam presentem non inconuenienter exprimunt: in qua alterius conscientie non videtur. Lux vero nostra patria eterna est: in qua dum vultus aspicimus/corda in nobis nostra vicissim videmus. Iniqui autem quia vitam presentem iam diligunt: atque hec eius tempora complectuntur/ac si iam in patria regnent: recte dicitur. Sic in tenebris quasi in luce ambulant: quia sic in presenti cecitate leti sunt: ac si iam eterne patrie luce perfruantur. Sequitur: Capitulum. xxx.

Leuis est super faciem aque. ¶ A plurali numero ad singularem redit: quia plerumque vnus mala inchoat/et imitando multi subsequuntur. Sed eius principaliter culpa est/qui peruersis sequentibus exempla prebuit iniquitatis. Unde ad illum redit crebro sententia/qui auctor extitit in culpa. Aque autem superficies huc illucque aura impellitur: et nulla stabilitate solidata passim mouetur. Iniqui igitur mens plusque aque superficies leuis est: quia quelibet hanc aura temptationis attigerit/sine tarditate aliqua retractationis trahit. Si enim cor iniquum cuiuslibet peruersi cogitamus/quid aliud quam in vento positam aque superficiem cernimus? Nunc namque illud aura superbie impellit/nunc aura luxurie/nunc aura inuidie/nunc aura fallacie pertrahit. Super faciem ergo aque leuis est is quem quilibet erroris ventus cum venerit impellit. Unde bene quoque per psalmistam dicitur. Deus meus pone illos vt rotam: et sicut stipulam ante faciem venti. Ut rota quippe ponuntur iniqui: quia in circuitu laboris missi/dum ea que ante sunt negligunt: et ea que deserenda sunt sequuntur/et posterioribus eleuantur/et in anterioribus cadunt. Qui recte quoque stipule ante faciem venti comparantur: quia irruente aura temptationis/dum nulla subnixi sunt ratione grauitatis/eleuantur vt corruant: et sepe eo se alicuius meriti existere estimant/quo eos in alta flatus erroris portat. Sequitur:

Psalm. lxxxij.

B

¶ M. Quia heretici qui nec in fide ecclesie/nec in via charitatis ambulant: etsi ab hominibus ad tempus videntur benedicti/ipsi tamen maledictione eterna damnantur.

¶ Maledicta sit pars eius in terra: nec ambulet per viam vinearum. ¶ Quisquis in vita presenti recta agit et aduersa sustinet: laborare quidem in aduersitate cernitur: sed ad benedictionem hereditatis perpetue consummatur. Quisque vero peruersa agit/et tamen prospera recipit: seque a malis actibus nec donorum largitate compescit: properari quidem conspicitur/sed reatu perpetue maledictionis ligatur. Unde recte nunc dicitur: Maledicta sit pars eius in terra. Quia etsi ad tempus benedicitur/in reatu tamen maledictionis tenetur. De quo et apte subditur: Nec ambulet per viam vinearum.

C

Uia namque vinearum/est rectitudo ecclesiarum. Qua in re siue hereticum siue carnalem quempiam nil obstat intelligi: quia via vinearum i. rectitudo ecclesiarum amittitur/dum vel fides recta/vel rectitudo iustitie non tenetur. Ille namque per viam vinearum ambulat/qui sancte vniuersalis ecclesie predicationem pensans/neque a fidei/neque a bonorum actuum rectitudine declinat. In via quippe vinearum ambulare/est sancte ecclesie patres velut dependentes botros aspicere: quorum verbis dum intendit in labore itineris/amore debriatur eternitatis. Sequitur:

¶ S. Quia quidam sicut in peccato immoderati fuerunt/et vltra modum frigidi: ita cum calescere incipiunt/nimij sunt: nec in aliquo habent mensuram.

¶ Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. ¶ Idcirco iniquitas frigori comparatur: quia peccantis mentem torpore constringit. Unde scriptum est: Sicut frigidam facit cisterna aquam suam/sic frigidam fecit malitiam suam. Quo contra charitas calor est: quia eius mentem accendit quam replet. De quo calore scriptum est: Abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Et sunt nonnulli qui dum iniquitatum suarum frigora declinant/ad veram fidem vel sanctitatis habitum veniunt. Sed quia plusque necesse est de suis sensibus presumunt: sepe in fide quam acceperunt/ea que non capiunt/perscrutari volunt/et ratione magis in deo quam fide tenentur. Quia vero humana mens perscrutari non valet diuina secreta: omne quod ratione perscrutari non possunt/credere contemnunt: et per inquisitionem nimiam in errorem labuntur. Hi itaque cum necdum crederent: vel adhuc ad iniquitatis opera vacarent/aque niuium fuerunt. Sed cum carnalia facta deserentes/in fide ad quam perducti sunt/plus appetunt perscrutari quam capiunt: amplius profecto calent/quam calere debuerunt. Bene ergo de hoc peruerso quolibet prophetantis dicitur sententia/non optantis dicitur: Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. Ac si aperte diceretur: Qui humiliter sub discipline vinculo non restringitur/ab infidelitate sua vel peruersis operis frigore per immoderatam sapientiam in errorem labitur. Unde bene quoque egregius predicator discipulorum suorum cordibus hunc exquisite sapientie nimium calorem deuitans ait. Non plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Ne fortasse nimius calor interimeret/quos prius aque niuium i. infidelitas vel torpentium actionum frigora mortuos tenebant. Et quia valde difficile est/vt is qui se sapientem estimat/mentem ad humilitatem reducat: et recta predicantibus credat: sensumque sue peruersitatis abijciat/recte subiungitur.

Hiere. vj.

Mattheí xxiiij.

D

Propheta non optat mala.

Roma. xij.

¶ S. Quia peccatum vsque ad inferos ducitur/quod ante mortem per penitentiam non emendatur.

¶ Et vsque ad inferos peccatum illius. ¶ Peccatum quippe vsque ad inferos ducitur/quod ante finem vite presentis per correptionem ac penitentiam non emendatur. De quo videlicet peccato per Joannem dicitur. Capi. xxxi.

Est peccatum ad mortem/non pro illo dico vt roget quis. Peccatum namque ad mortem/est peccatum vsque ad mortem: quia scilicet peccatum quod hic non corrigitur/eius venia frustra postulatur. De quo adhuc subditur: ¶ Obliuiscatur eius misericordia. ¶ Omnipotentis dei misericordia obliuiscitur eius dicitur/qui omnipotentis dei iustitie fuerit oblitus: quia quisquis eum nunc iustum non timet/postea inuenire non valet misericordem. Que nimirum sententia non solum ei intenditur/qui vere fidei predicamenta deserit: sed etiam qui in fide recta positus carnaliter viuit: quia vltio eterne animaduersionis non euadit/vtrum in fide/an in opere peccet. Nam etsi damnationis dispar est qualitas: culpe tamen que nequaquam per penitentiam tergitur/nulla absolutionis suppetit facultas. Sequitur.

Peccatum vsque ad inferos ducitur.

i. Joan. v.

Peccatum ad mortem.

Oportet dei miam illius obliuisci: qui eius iustitiam fuerit oblitus.

E

¶ S. Quia carnalis dulcedo delectationis in conscientia nutrit vermem doloris/et tota carnalis voluptas ad putredinem fetoris festinat.

¶ Dulcedo illius vermis. ¶ Qui in hoc appetit mundo prosperari: ceteros excedere: rebus et honoribus tumere: huic nimirum cura secularis in delectatione est/et quies in labore. Ualde etenim fatigatur si desit cura secularis qua fatigetur. Quia autem nature est vermium/momentis singulis incessanter moueri: non immerito signatur nomine vermium/inquietudo cogitationum. Peruersi itaque mentis dulcedo vermis est: quia inde delectabiliter pascitur: vnde per inquietudinem incessanter agitatur. Potest quoque apertius vermis nomine caro designari. Unde et superius dicitur: Homo putredo/et filius hominis vermis. Luxuriosi igitur cuiuslibet atque carnis voluptatibus dediti/qualis sit cecitas demonstratur/cum dicitur. Dulcedo illius vermis. Quid namque caro/nisi putredo ac vermis est? Et quisquis carnalibus desiderijs anhelat/quid aliud quam vermem amat? Que enim sit carnis substantia/testantur sepulchra. Quis parentum/quis amicorum fidelium/qualibet dilecti sui tangere carnem scaturientem vermibus potest? Caro itaque cum concupiscitur/pensetur quid sit exanimis/et intelligitur quid amatur. Nil quippe sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitum valet/quam vt vnusquisque hoc quod viuum diligit/quale sit mortuum penset. Considerata etenim corruptione carnali/citius cognoscitur quia cum illicite caro concupiscitur/tabes desideratur. Bene ergo de luxuriosi mente dicitur: Dulcedo illius vermis: quia is qui in desiderio carnalis corruptionis estuat/ad fetorem putredinis anhelat. Hec/sicut in huius partis tertie initio promisisse me memini/sub breuitate transcurri: vt ea que in hoc opere sequuntur (quia magna obscuritate implicata sunt) opitulante deo latius disserantur.

Quies in labore fatigatio in quiete.

Nature est vermium incessanter moueri.

F

¶ Finit Liber Decimussextus Moralium sancti Gregorij: tertia pars operis totius.

¶ Sequitur Liber Moralium beati Gregorij pape Decimusseptimus exponens tertium Capitulum. xxiiij. sancti Job. Capitulum primum

G

Quotiens in sancti viri historia per nouum volumen enodare mysteriū typice expositionis aggredimur: ops vt ex eiusdē viri vel noīe vel passione significationem mysticam principaliter pferamus: quatenus habitaculorum more/dum superscriptionum titulū in ipsa postis frōte pfigimus: qꝫ cuius est domus agnoscitur: securius intret. Crebro aūt dixisse me memini/qđ beatus Job passiones redēptoris nrī eiusqꝫ corporis. i. sancte ecclesie ꝛ passione sua signauit ꝛ noīe. Job quippe interpretatur dolēs. Et quis alius in hoc dolēte figuratur/ nisi is de quo scriptū est: Uere lāguores nros ipse tulit: et dolores nros ipse portauit? De quo rursum dr: Liuore eius sanati sumus. Amici vo eius/hereticorum spēm tenent: qui (vt sepe iam diximus) deū dum defendere nitūtur/ offendūt. Sanctus ḡ vir p vulnera et vba sic loquit sua/ vt etiā nra significet: et plerūqꝫ per pphetie spiritū ventura narret/presentia transcēdat: nōnūqꝫ vo sic de presentibus disserit/vt de futuris reticescat. Cognita itaqꝫ discretionis huius custodia/cū immutatione vocis illius nra quoqꝫ intelligētia alternet: vt tāto verius eius sensibus congruat/quāto se ꝛ cū eius vocibus immutat. Uerbis itaqꝫ precedētibus sanctus vir p disertas prudētie arte sententias iniqui cuiuslibet culpas ptulit: et qđ sit dānāda eius actio expressit. De cuius pena mox subiicit/dicens:

[Esa. liiij.] [Ibidem.]

H ¶ S. Qꝫ malorum vitam in eo videt deus/qꝫ iudicat: in eo qꝫ non miseretur/ignorat.

¶ Non sit in recordatione: sed cōteratur quasi lignū infructuosum.] In recordatiōes eīm pditoris nō reducit/ dīqꝫ vsqꝫ ad finē vite vitijs subiugat. Nam si huic fugit respectus memoria tāgeret/pcul dubio ab iniqtate reuocaret. Eius qppe merita exigūt/vt funditus ab auctoris recordatione deleat. Sciēdum vo est qꝫ recordari deus nequaqꝫ pprie dr. Qui eīm obliuisci non pōt/quo pacto recordari pōt? Sed qꝫ eos nos quorum recordamur/amplectimur: ab his aūt quorum obliuiscimur/elōgamur: humano vsu ꝛ recordari deus dr/cū bona tribuit: et obliuisci/cū in culpa relinquit. Sed qꝫ cuncta pensat/cūcta sine intermissionis alternatione considerat: et recordatur bonorum/quorum tñ nunqꝫ obliuiscit: et nullatenus recordatur malorum/quos tñ per iudicium semp intuetur. Quasi eīm redit ad bonorum memoriam/quam tñ nunqꝫ deserit: et qsi nequaqꝫ malos respicit/quorum tñ facta considerat: sed super hec damnationis iudicium in vltimis seruat. Hinc eīm scriptum est: Oculi dñi cōtēplātur bonos et malos. Hinc per psalmi. dr: Uultus dñi sup facientes mala: vt pdat de terra memoriā eorum. Considerat igitur quos puniat: sed eosdem ipsos ante non vidit/qꝫ nescit. Nam quibusdam in fine dicturus est. Nescio vos vnde sitis: discedite a me oēs operarij iniquitatis. Miro igit modo prauorum vitā et intuet et obliuiscit: qꝫ quos per districtionem sententie iudicat: quātum est ad memoriam misericordie ignorat. Qui qꝫ in eius recordatione nō veniūt/qsi infructuosum lignum ex eius iudicio cōteritur.

[Puer. xv.] [Psalm. xxxiij.] [Mat. vij.]

I Terrā quippe eos tēporali sumptu alit: predicatiōis desup pluuia infudit. Sed qꝫ eorum vita nequaqꝫ fructum boni operis ptulit: iratus hāc agricola abscidit: vt iacta veritatis sententiam locū non occupet/quē tenere alius ad fructū valet. De hoc infructuoso ligno per Matheū dicit. Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor que non facit fructū bonū/excidet et in ignē mittetur. Hoc aūt loco vt eterna reprobi supplicia designētur: nequaqꝫ lignū dr abscidi: sed cōteri: qꝫ et vtqꝫ reprobos mors quidē carnis abscidit: sed pena subsequēs cōterit. Quasi eīm hic inciditur/cū a presenti vita separat. Sed in gehēna cōteritur/cū ppetua dānatione cruciat. Uir aūt sanctus qꝫ districtam peruersi penam ptulit: protinus ad culpam recurrit: vt ex iniustitie immanitate edoceat/qꝫ tanta eius dānatio non sit iniusta.

[Mat. iij.] [Ibidem.]

¶ S. Qꝫ reprobi infructuosam carnem in huius mundi delicijs enutriūt/et aīam xpo marito viduam cōtēnūt.

¶ Pauit eīm sterilem ꝛ que non parit: et vidue bene nō fecit.] Que hoc loco sterilis nisi caro nolatur? Que dū sola presentia appetit/bonas gignere cogitationes nescit. Que aūt vidua/nisi anima nūcupatur? Quam quia sibi conditor cōiūgere voluit/ad thalamum veri virginalis venit: Psalmista attestante/qui ait. Et ipse tanqꝫ sponsus/procedēs de thalamo suo. Que recte vidua dicitur: qꝫ eius vir pro ea mortem pertulit: et nunc in celi penetralibus ab eius oculis occultus quasi in parte alterius regionis viuit. Capitulum. ij.

[K] [Psal. xviij.]

Iniquus ergo sterilem pascit: et vidue benefacere negligit: qꝫ carnis desiderijs seruiēs/curam aīe vitāqꝫ contēnit. Tota nāqꝫ intentione oīqꝫ studio cogitat/quō sine vllis necessitatibus caro motitura subsistat: et curare aīe vitā despicit/que vel i morte vel in beatitudine pcul dubio in ppetuum viuit. Recte aūt cū diceret: Pauit sterilem/ptinus adiungitur: Et que nō parit. Quasdam nāqꝫ ex sacra historia feminas nouimus steriles extitisse: et tñ in tēpore extremo peperisse. Caro aūt non solū sterilis/sed etiā que nō parit dicitur: qꝫ suo sensu bonas cogitationes gignere nec in vltimis valet. A vigore eīm iam pene deficit/et tamen adhuc transitoria concupiscere nō desistit. Iāqꝫ a pristino robore lassata/pene ab ipso quē diligit mūdo repellitur: et tñ adhuc amissa improbo obtinere tēporalia conatur. Agere iam peruersa non sufficit: sed tamen cogitare vel que non agit nequaqꝫ desistit. Recte ḡ non solum sterilis/sed etiā nō pariēs dr: qꝫ suo sensu (vt diximus) ad bone cogitationis prolem: nec cū infirmata fuerit fetatur. Qđ tamen intelligi etiā de hereticis predicatoribus potest. Unusquisqꝫ eīm predicator erroris/dum plebem extra vnitatem ecclesie positam docet/pfecto sterilem et eā que parere non valet pascit: qꝫ ei vsum sui laboris impēdit/que spūales fructus nequaqꝫ reddit. Bene aūt vidue non facit: quia videlicet sancte vniuersalis ecclesie cuius vir aduersa mortis pertulit: viuere ac deseruire cōtēnit. Uidue eīm benefacere/est in eius que mortui viri sui amore cōteritur/cōsolatione laborare. Unde et psalmiste voce hec eadem vidua/scꝫ sancta ecclesia querit/ dicens. Consolantem me quesiui/et non inueni. Tūc solum quippe consolātem inuenit/cum ex ea morte quam vir eius ptulit/multos intra semetipsam surgere ad vitam cernit. Sepe aūt predicator erroris/huius mūdi diuitibus iūgitur: qui pro eo qꝫ terrenis occupationibus incumbūt/dictorum depḣēdere astutias ignorāt: et cū potētes esse exterius aīm vidēt/peruerse predicatiōis laqueo sine labore capiuntur. Unde ꝛ subdit. [Detraxit fortes in fortitudine sua.] In fortitudine qppe sue prauitatis fortes quosqꝫ detrahit/cū per sui erroris astutiam mūdi huius potētes rapit. Quo cōtra per Paulum dr: Infirma mūdi elegit deus: vt cōfunderet fortia. Fortitudo aūt peruersi predicatoris est elata scientia locutionis: qua inflatus/ ceteros despicit: atqꝫ in cōtēptu oīm quasi singulariter apud se peritus intumescit. Qui magne de se sentiens/sed vera de dño ignorās: longe a fidei cognitione diiungitur/et tamen videri fidei predicator conatur. Unde adhuc subditur. Capitulum. iij.

[L] [Psal. lxviij.] [j. Cor. j.] [M]

Et cum steterit/non credet vite sue.] Stat in hoc mūdo puersus quisqꝫ predicator/quousqꝫ terreno viuit in corpore. Sed vite sue credere renuit: qꝫ de deo vera cognoscere contēnit. Uite eīm sue crederet/si de conditoris sui substantia recta sentiret. Hec itaqꝫ superius de quolibet iniquo prolata dicebamus: sed repēte ad erroris predicatorem intellectū vertimus/quo peior diu toleratur. Unde sciēdum est qꝫ sic ad speciem ducimur/vt nequaqꝫ tñ a gñe funditus euellamur. Nam peruersus quisqꝫ etiā si rectam fidem in sinu vniuersalis ecclesie tenere videatur/stat/et vite sue non credit: quia recta quidem sunt que per fidem de conditore intelligit/sed tamen fidei opa tenere cōtēnit: et incredulitatis redarguit/qui ab eo qđ se ostendit credere viuēdo reprobatur. Hinc enim per Ioānem dicit: Qui dicit se nosse deum/et mandata eius non custodit/mendax est. Hinc Paulus ait. Confitent se nosse deum/factis autem negāt. Hinc Iacobus dicit. Fides sine operibus mortua est. Sed inter hec conditor mira dispēsatione consilij ꝛ culpas respicit: et viuēdi tempora impēdit: vt longiora tēporalis vite spatia aut conuerso fiant in adiutoriū muneris/aut non conuerso ad augmētum dānationis. Unde adhuc subditur:

[j. Ioā. ij.] [Ad titū. j.] [Iaco. ij.]

¶ S. Qꝫ multum timere debēt hi quos ad penitētiam

[A] deus expectat: q͏ contēptus clemētie prouocat iram.

¶ [Dedit ei deus locū penitētie: et ille abutitur eo in superbiam.] Quisquis delinquit et viuit: idcirco hūc diuina dispensatio iniquitatē tolerat, vt ab iniq̄tate compescat. Sed qui diutius toleratur, nec tamē ab iniq̄tate compescitur: munus quidē superne patientie percipit, sed reatus sui vinculis ex ipso se munere arctius astringit. Nam quia accepta penitentie tempora diuertit ad culpā: districtus inuisibilis iudex impensa argumenta misericordie cōuertit ad penā. Hinc nāq͏ per [Rom. ij.] Paulum dicitur: An ignoras quia patientia dei ad penitentiam te adducit? Tu autē secundū duritiā tuā et cor impenitens thesaurizas tibi irā in die ire, et reuelationis iusti iudicij dei. Hinc [Esa. lxv.] Esaias ait: Puer centū annorū morietur: et peccator centum annorū maledictus erit. Ac si apertius deterreat, dicens: Vita quidē pueri in longū trahitur, vt a factis puerilibus corrigatur: sed si a peccati perpetratione nec tēporis longinquitate cōpescitur: hec ipsa vite longinquitas quā per misericordiam accepit, et ad cumulū maledictionis crescit. Vñ necesse est, vt cānos diutius expectari cōspicimus, ipsa prerogatiue pietatis tempora, quasi dānationis argumēta timeamus: ne ex clemētia iudicis crescat suppliciū peccatoris: et vnde quisq͏ eripi a morte poterat, inde grauius ad mortem tendat. Quod idcirco plerūq͏ agitur: quia nequaq͏ a presentibus mentis oculus separat. Considerare nāq͏ peccator redēptoris vias negligit: et idcirco in suis itineribus iuge cessatione veterascit. Unde et subditur:

¶ S. Quia peccatores non vias dei, sed suas suspiciunt. [Oculi enim eius sunt in vijs illius.] Cap. iiij.

[B] Oculos enim suas peccator intuetur: quia sola cogitare, sola cernere nititur, que sibi ad cōmodū tēporale suffragentur. Hinc etenim Paulus dicit: Omnes que [Phil. ij. et j. Cor. xj.] sua sunt querunt: non que Jesu christi. Via nāq͏ elati, superbia: via raptoris, auaritia: via est lubrici, cōcupiscentia carnalis. In vijs ergo suis iniquus quisq͏ oculos deprimit: quia solis viris vt per hec animo satisfaciat, intēdit. Unde [Prouer. xvij.] per Salomonē dicitur: Oculi stultorum in finibus terre: quia hoc solum tota cordis intētione cōspiciunt: per quod ad finem terreni desiderij perducuntur. Nequaq͏ vero sue cōsiderationis obtutū in terra peccator figeret: si ad sancta sui redemptoris itinera mentis oculos leuaret. Unde [Eccle. ij.] per Salomonem rursum dicitur: Oculi sapientis in capite eius: quia videlicet sapiens quisq͏ illū tota intētione considerat, cuius se membrū esse per fidē pensat. Has nāq͏ humane cōuersationis vias videre contēpserat, qui dicebat: [Ps. cxviij.] In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas. Ac si aperte spondeat, dicens: Que mea sunt, iam videre refugio: quia per imitationis tue viā pergere cōuersationis [Vie redēptoris.] gressibus inardesco. Qui enim presenti iā mundo contradicit, amoris excitatione continua, redemptoris sui vias cordis oculis obijcit: vt mens prospera fugiat, et ad aduersa properet: nihil quod demulcet appetat: nihil quod deterrere creditur pertimescat: merorē gaudiū deputet: presentis [C] vite gaudia dāna meroris putet: abiectionis detrimenta non timeat: sed per hec manentis glorie locū querat. Has etenim vias sequentium monstrabat oculis veritas, [Joan. xij.] cū dicebat: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Ad has vias tumētia discipulorū corda reuocabat, cū locū iam [Mat. xx.] glorie quererent: sed eiusdē glorie iter ignorarent, dicēs: Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Confessionis quippe illius celsitudinē a dextris sinistrisq͏ cōsiderant, sed quātis ad hāc esset itineris angustia non videbant. Unde eorū mox oculis imitādus passionis calix obijcitur: vt videlicet si ad sublimitatis gaudia tenderēt, prius viā humilitatis inuenirēt. Quos igitur cōsiderare peccator vias dei negligit, sed solis in quibus carnaliter delectetur intēdit: recte nūc dicitur: Oculi enim eius sunt in vijs illius. Sequitur. [Eleuati sunt ad modicū, et nō subsistēt.] Iniquorū gloria cū plerūq͏ in annorū multitudinē tenditur, ab infirmorum mentibus esse longa et quasi stabilis estimatur. Sed cū repentinus hāc finis intercipit, breuem procul dubio fuisse redarguit: quia determinatio innotescit: quia quod preterire potuit, modicum fuit. Eleuantur ergo ad modicum, et minime subsistunt: quia eo ipso quo videri alti appetunt, a vera dei essentia longe per elationē fiunt. Subsistere etenim nequeunt: quia ab eterne essentie soliditate diuiduntur: atq͏ hanc primā ruinā tolerant: quia per quātam elationē [Ps. lxxij.] in semetipsis cadunt. Hinc enim per Psalmistā dicitur: Deiecisti eos cū alleuarentur: quia eo interius corruunt, quo ma-

[D] ¶ [...] lle extrinsecus surgunt. Capitulum. v.

Hanc breuitatē glorie tēporalis aspiciēs iterū dicit: Vidi impiū superexaltatū et eleuatū sup[er] [Ps. xxxvj.] cedros libani: transiui, et ecce nō erat. Hinc iterum ait: Pusillū adhuc, et nō erit peccator. Hinc Jacobus dicit: [Ibidem.] Que est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parēs. [Jaco. iiij.] Hinc propheta breuitatē glorie carnalis pēsans, denunciat dicēs: Omnis caro fenum: et omnis gloria eius sicut flos feni. [Esa. xl.] Iniquorū quippe potētia feni floribus comparatur: quia nimirum carnis gloria dū nitet, cadit: dū apud se extollitur, repētino intercepta fine terminatur. Sic nāq͏ aurarū flatu in altum stipula rapitur: sed casu cōcito ad ima reuocatur. Sic ad nubila fumus attollitur, sed repēte ad nihilū tumescendo dissipatur. Sic ab infimis nebula densescēdo se erigit: sed exortus hāc solis radius ac si nō fuerit abstergit. Sic in herbarū superficie nocturni roris humor aspergitur: sed diurni luminis subito calore siccatur. Sic spumose aquarū bulle inchoantibus pluuijs excitate ab infimis certatim prodeūt: sed eo celerius dirupte depereūt, quo inflate citius extēduntur. Cūq͏ excrescūt vt appareant, crescendo peragūt ne subsistant. De iniquis igitur tēporalis glorie elatione tumētibus: sed tamē nulla hac soliditate durātibus, dicatur recte. Eleuati sunt ad modicum, et nō subsistent. De quibus adhuc subditur: [Et humiliabūtur sicut omnia, et auferentur.] Sic proueetus esse contēplationis debet: vt ex paucis ad multa, ex multis ad omnia cōsideranda rapiatur: quatenus gradatim eduscta proficiat, et transitoria omnia cōprehēdēdo diiudicās, ipsa pene incōprehensibiliter excrescat. Unde sanctus vir [E] cū prauorū gloriam defectūq͏ discuteret, ad cuncta prorsus mentis oculū tetendit, dicēs. Humiliabūtur sicut omnia: et auferentur. Omnia procul terrena. Ac si aperte dicat: Stare vllomodo nequunt: quia ipsa quoq͏ fugiunt quibus innituntur. Quisq͏ tēporalia diligunt, cū his ex temporis volubilitate percurrūt. Sed quia potest cum per Salomonē dicitur: Generatio preterit, et generatio aduenit: terra [Eccle. j.] vero in eternū stat: cur beatus Job omnia humiliari asserat et auferri? Quod tamen facile discutimus, si terra et ce- [Questio. Responsio.] lum vel qualiter trāseat, vel qualiter maneat, distinguamus. Utraq͏ nāq͏ hec per eā quā nunc habent imaginē transeunt: sed tamen per essentiā sine fine subsistunt. Hinc nāq͏ per Paulum dicitur: Preterit enim figura huius mundi. [Cor. vij.] Hinc per semetipsam veritas dicit: Celū et terra trāsibunt: [Math. xxiiij.] verba autem mea non transibunt. Hinc ad Joānem angelica voce perhibetur: Erit celum nouum, et terra no- [Apo. xxj.] ua. Que quidem non alia condenda sunt, sed hec ipsa renouantur. Celum igitur et terra trāsit et erit: quia et ab ea quam nunc habet specie per ignem tergitur: et tamē in sua semper natura seruatur. Unde per Psalmistā dicitur: [Ps. ci.] Mutabis ea: et mutabuntur. Quā quidē vltimā cōmu- [F] tationē suā ipsis nobis nunc vicissitudinibus nunciant, quibus nostris visibus indesinenter alternant. Nam terra a sua specie hyemali ariditate deficit, vernali humore viridescit. Celū quotidie caligine noctis obducitur, et diurna claritate renouatur. Hinc ergo fidelis quisq͏ colligat et interire hec, et tamē per innouationē refici: que constat nūc assidue velut ex defectu reparari.

¶ S. Quia in die iudicij impij quasi aristis precisis in igne, iustitie sanctorum quātus sit cādor patebit. Cap. vj.

Inter hec igitur vir sanctus cum prauorum cursum cōspiceret, quāta quādoq͏ eos aduersione deficiāt innotescit: dum protinus subdit: [Et sicut summitates spicarum conterentur.] Spicarum quippe summitates, aristle sunt. Aristeautem cōiuncte in spica prodeūt: sed crescēdo paulisper, a se hirsute et rigide et diiū- [Al. surgūde.] gūtur. Sic nimirū sic ad huius mundi glorā praui diuites surgunt. Nature enim sibi cōmunione cōiuncti sunt, sed cōtra se vicissim crescēdo diuiduntur. Alius quippe altū despicit: et alter in alterū inuidie facibus ignescit. Qui quia ex tumore mētis a charitatis vnitate se separāt: quasi aristarum more cōtra se rigidi stant. Quid ergo prauos huius mūdi diuites dixerim, nisi aristas quasdā generis humani? Qui dū cōtra se superbiūt, sed bonorū vitā vnanimiter affligunt: aduersum se quidem diuisi sunt: sed tamen procdiiter grana deorsum premunt. Nunc igitur ariste ad alta prosiliunt, grana latēt: quia et reproborum potētia eminet, et electorum gloria nō apparet. Illi se honorū fascibus ostēduntur, isti in humilitate se deprimūt. Sed triture tempus

De manu eius fugiēs fugiet.] Ille etenī de manu fugit ferientis: qui sue prauitatem corrigit actionis. Uel certe qr in sacro eloquio manus operatio solet intelligi/de manu pcussi fugit/qui dū prauis interitū conspicit/vias prauitatis relinquit. Unde adhuc subdit: [Stringet sup eū manus suas.] Manus qppe stringere/est vite sue opera in rectitudine cōfirmare. Unde etiam Paulus ait: Remissas manꝰ et dissoluta genua erigite. Dū itaq alienū interitū conspiciūt: reuocantur ad cor/vt recogitent suum: et vnde alius ad tormēta ducit/a tormēto alius inde liberat. Stringit ergo super eum manus suas: qr conspicit in aliena pena qđ timeat: et dū delinquentē sic pcussum cōspicit/dissoluta sua opera/iustitie vigore costringit. Sicq fit vt qui iniquꝰ viuens/multos ad culpā traxerat delectatiōe peccati: quosdam moriens a culpa reuocet terrore tormenti. Qđ etiam prouenire bonis psalmista testatur/dicēs: Letabit iustus cū viderit vindictā impiorū: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. In peccatorū morientium sanguine iusti lauātur manus: quia dum eorū pena cōspicitur/conspicientis vita mundat. Sequitur. [Et sibilabit sup illum: intuens locū eius.] Quid in sibilo/nisi intentio admirationis exprimitur? Si vero i sibilo alia fortasse significatio queritur: moriēte peccatore/hi qui interitū eius aspiciūt: eos in sibilo stringunt/dū ad ea que contēpserāt/verba spiritualia conuertūtur: vt iam credere et predicare incipiant: que prius dū iniquū florere cernerent/nō credebant. Nā fit plerūq vt infirmorū animus eo magis de auditu veritatis trepidet: quo florere contemptores veritatis videt. Sed dum iusta vltio iniustos subtrahit: alios a prauitate cōpescit. Unde per Salomonē dicitur: Mulctato pestilente/sapiētior erit paruulus. Uir igitur sanctus postq potentū penas qui extolluntur in seculo/sufficienter expleuit: rursus ad hereticorū superbiam qui extolluntur in eloquio/verba conuertit.

Heb.xij. D Ps.lvij. Prouer.xxj.

¶ Textꝰ beati Job capłm vigesimūoctauū: libri vero. xviij. moralis expositiōis Capi. xiiij.

Habet argētum venarū suarum principia: et auro locus est i quo conflatur. Ferrū de terra tollit: et lapis solutus calore in es vertitur. Tēpus posuit tenebris: et vniuersorum finem ipse cōsiderat. Lapidem quoq caliginis et vmbram mortis diuidit torrens a populo peregrinante: eos quos oblitus est pes egētis hois, et inuios. Terra de qua oriebatur panis in loco suo igni subuersa est. Locus sapphiri lapides eius: et glebe illius aurum. Semitā ignorauit auis/nec intuitus est oculos vulturis. Non calcauerunt eam filij institorum: nec ptransiuit p eā leena. Ad silicē extendit manū suā: subuertit a radicibus montes. In petris riuos excidit: et oē pciosum vidit oculus eius. Profunda quoq fluuiorū scrutatus est: et abscondita pduxit in lucem. Sapientia vero vbi inuenit: et q est locus intelligētie? Nescit homo preciū eius: nec inuenitur in terra suauiter viuētiū. Abyssus dicit: Nō est i me. et mare loquitur: Non est mecū. Nō dabitur aurū obryzum p ea: nec appēdet argentū in cōmutatione eius. Nō cōferetur tinctis Indie coloribus/nec lapidi sardonyco pciosissimo: vel sapphiro. Nō adequabitur ei aurū vł vitrū: nec cōmutabūtur pro ea vasa auri excelsa et eminētia: nec cōmemorabunt in cōparatione eiꝰ. Trahit aūt sapiētia de occultis. nō adeqbit ei topaziū de ethiopia: nec tincture mūdissime cōponent. Unde ergo sapiētia venit: et quis est locus intelligētie? Abscōdita est ab oculis oīm viuentiū: volucres quoq celi latet. Perditio et mors dixerūt. Auribꝰ nostris audiuimꝰ famā eiꝰ. Deꝰ intelligit viā eius: et ipse nouit locū illius. Ipse eni fines mūdi intuet: et oīa que sub celo sūt, respicit. Qui fecit vētis pōdus: et aquas appēdit mensura. Quādo ponebat pluuijs legē et viam procellis sonātibus: tunc vidit illam: et narra-

E F

G uit: et preparauit et inuestigauit: et dixit homini: Ecce timor domini ipsa est sapientia: et recedere a malo/ intelligentia.

¶ S. Quod heretici de sanctis libris/ assertionum suarum principia assumunt/ sed miscent mendacia. Et quod frustra extra vnitatem ecclesie quasi pro ecclesia penas patiantur: cum martyrium nō faciat pena/ sed causa: nec clarescere potest aliquis fulgore virtutis/ qui nō arserit in officina charitatis. Capitulum. xiiij.

Habet argentū venarū suarum principia/ et auro locus est in quo cōflatur.] In argēto eloquiū: in auro vite vel sapientie claritas designari solet. Et quia heretici sic de eloquij sui nitore superbiunt: vt nulla sacrorum librorum auctoritate solideĉtur (qui libri ad loquendū nobis quasi quedā argenti vene sunt: quia de ipsis locutionis nostre originem trahimus) eos ad sacre auctoritatis paginas reuocat: vt si vere loqui desiderēt/ inde sumere debeāt quid loquātur. Et ait: Habet argentum venarū suarum principia. Ac si aperte dicat: Qui ad vere predicationis verba se preparat: necesse est vt causarum origines a sacris paginis sumat: vt omne quod loquitur/ ad diuine auctoritatis fundamētum reuocet: atque in eo edificium locutionis sue firmet. Ut enim prediximus: sepe heretici dū sua studēt peruersa astruere: ea proferunt que profecto in sacrorū librorū paginis nō tenentur. Unde et discipulū suum predicator egregius admonet/ dicēs: O Timothee/ depositū custodi: deuitās prophanas vocū nouitates. quia dum laudari heretici tanquam de excellenti ingenio cupiūt: quasi noua quedā proferūt/ que in antiquorum patrū libris veteribus non tenentur: sicque fit vt dum videri sapientes desiderāt/ miseris suis auditoribus stultitie semina spargant. Bene autē subditur.] Et auro locus est in quo conflatur.] Ac si aperte dicat: Uera fideliū sapiētia/ cui vniuersalis ecclesia locus est: tribulationē vobis persequētibus patitur/ sed a cunctis peccatorum sordibus perfectionis vestre igne purgat. Unde scriptū est: In igne probatur aurū et argētum: homines vero receptibiles in camino humiliationis. Quo in loco potest hoc quoque cōuenienter intelligi: vt de sua heretici increpari stulta passione videātur. Nam sepe pro Jesu christi/ dn̄i ac redēptoris nostri nomine multa patiuntur: sesque eisdē passionibus eius fieri martyres sperant. Quibus sancti viri voce nūc dicitur: Auro locus est in quo conflatur. Nā iuxta hoc quod iam et ante nos dictū est: quisquis extra vnitatē ecclesie patitur: penas pati potest: martyr fieri nō potest: quia auro locus est in quo cōflatur. Quid itaque ad hec heretici dicitis? Conflari per afflictionē carnis/ vel etiā per martyriū vultis/ sed locū in quo debeatis conflari/ nescitis. Audite qd̄ sancti predicatoris voce dicitur: Auro locus est in quo conflatur. Hūc ergo cōflationis locū querite: hāc fornacē qua aurū apte purgari valeat/ inuenite. Una est ecclesia in qua quisquis cōflari voluerit: ab omni enī poterit peccatorum sorde purgari. Si quid pro deo amaritudinis/ si qd̄ tribulationis extra hāc positi sustinetis/ incēdi potestis tantūmodo/ non purgari. Dicat Hieremias dicat quomodo cōflationis vestre ignis omni virtute sit vacuus. Frustra cōflauit conflator. Malicie enī eorū nō sunt cōsumpte. Ecce ignis externus cōflans/ et dure passionis admouet penā: et tamē erroris nō excoquit culpā: et tormēta crudeliū dat penarū/ et bonorū non facit incremēta meritorū. Huius etiā conflationis ignis qui extra catholicā toleratur ecclesiā: quod nullius omnino virtutis sit/ Paulus apostolus insinuat/ dicens: Si tradidero corpus meū ita vt ardeam: charitatē autē non habeā/ nihil mihi prodest. Capitulum. xv.

Lib. sacri sūt quasi vene argenti.

De quo loquitur predicator: ad diuine auctoritatis fundamētū reuocet

j. Timo. vj.

H

Prouer. xvij.

I Hiere. vj.

j. Cor. xiij.

Alij quippe praua de deo sentiūt: alij recta de auctore tenent: sed vnitatem cum fratribus non tenent. Illi errore fidei/ isti vero schismatis perpetratione diuisi sunt. Unde et in ipsa prima parte decalogi vtrorūque partiū culpe reperiuntur: cum diuina voce dicitur: Diliges dn̄m deum tuum ex toto corde tuo/ et ex tota anima tua/ et ex tota virtute tua. Atque mox subditur: Diliges proximū tuū sicut teipsum. Qui enī de deo peruersa sentit: liquet profecto/ quia deū non diligit. Qui vero de deo recta sentiens/ a sancte ecclesie vnitate diuisus est: constat quia proximū nō amat/ quem habere socium recusat. Quisquis ergo ab hac vnitate matris ecclesie siue per heresim de deo peruersa sentiendo/ seu errore schismatis proximū non diligendo diuiditur/ charitatis huius gratia priuatur: de qua hoc quod premisimus/ Paulus dicit: Si tradidero corpus meū ita vt ardeam: charitatē autē non habeam/ nihil mihi prodest. Ac si aperta voce diceret: Extra locum suum/ conflationis mihi ignis adhibitus/ tormēto me cruciat/ mūdatione nō purgat. Hūc omnes sancte pacis amatores/ summo studio locū querūt: hunc querētes inueniūt: hunc inuenientes tenent: scientes/ peccatorum remissio vel vbi vel quādo vel qualibus detur. Ubi quippe/ nisi in ecclesie matris sinu? Quādo: nisi ante venturi examinis diem? Quia ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nunc dies salutis. et/ Querite dn̄m dum inueniri potest: inuocate eum dū prope est. Qualibus/ nisi conuersis: qui ad paruulorum imitationē/ magistra humilitate formantur: quibus dicitur: Sinite paruulos venire ad me: talium enī est regnum celorum. et/ Nisi conuersi fueritis/ et efficiamini sicut paruuli: nō intrabitis in regnum celorum. Quia ergo non nisi in catholica ecclesia veri martyres fiunt: dicitur recte: Auro locus est in quo conflatur. quia nō clarescet anima in fulgore eterne pulchritudinis: nisi (vt ita dicam) prius hic arserit in officina charitatis.

j. Cor. xiij.

ij. Cor. vj.
Esaie. lv.

Mat. ix.
Matthei xviij.

¶ S. Quod reprobi dū seruos dei preditos virtutibus vident/ quia de presentibus nō possunt/ de preteritis eos accusant.

¶ Pensandū preterea est quod occulto cōsilio omnipotēs deus quosdā ab ipsis exordijs suis innocētia custodiēs/ vsque ad virtutū prouehit culmen: vt etate crescēte/ simul in eis proficiat et annorum numerositas/ et celsitudo meritorū. Alios vero in exordijs suis deserens/ scaturientibus vitijs ire per abrupta permittit. Plerūque tamē etiā eos respiciat: et ad sequēdum se/ sancti amoris igne succendit: atque insolitas in eorum cordibus prurigines vitiorū vertit in feruorem virtutum: et eo magis ignescunt ad desiderium requirende pietatis dei/ quo magis erubescunt memoriam iniquitatis sue: sicut sepe contingit/ vt in pugne certamine miles ante ducis sui oculos cōstitutus/ hostili virtuti turpiter cedat: et eneruiter prebens terga feriatur: qui tamen hoc ipsum quod turpiter cessit erubescens: ante ducis sui oculos maiores ex ipsa verecundia vires sumit: tāteque post fortia exercet/ quātis et presentē gloriam virtutis peragat: et preterite ignominiā debilitatis tegat. Sic ergo nōnunque quidā in dei seruitio ex anteactis actus debilitate roborantur: eosque ad custodienda mandata et futurorum trahit desiderium: et impellit memoria preteritorum: vt hinc ad ventura amor prouocet/ illinc de preteritis verecundia infliget. Capitulum. xvj.

L

Quos tamen aduersarij ecclesie dū summis preditos virtutibus viderint: eisque in presenti vita vnde derogēt quod inuenire nequaquam possunt/ accusare illos de preteritis moliuntur: sicut Moysen nostrū manicheus impetit: in quo sequētium virtutum gratiā/ transacti homicidij conatur culpa fedare. In quo nō attēdit postmodū quam patiens ad sustinēdum/ sed prius quam preceps ad feriendū fuerit. Talibus ergo aduersarijs beatus Job subtilissima cōsideratione obuiās/ postquam dixit: Habet argentum venarum suarum principia/ et auro locus est in quo conflatur: apte subdidit:

M

¶ S. Quod contemni non debeat/ qui se a terrenis occasionibus separauit.

¶ Ferrum de terra tollitur.] Solēt heretici de iustitie sue contra nos elatione gloriari: atque opa sua ostētationis inflatiōe iactare: nosque iniquos (vt dicimus) aut esse aut fuisse criminantur. Per humillimā ergo confessionē et veracē defensionē cōtra eos vir sanctus loquitur/ dicens. Ferrū de terra tollitur. Ac si aperte dicat: Fortes viri qui acutissimis linguarū gladijs in hac acie defendēde fidei ferrum fiūt: aliquādo terra in infimis actionibus fuerūt. Peccatis quippe homini dictū est: Terra es/ et in terrā ibis. Sed de terra ferrū tollitur: cū fortis propugnator ecclesie/ a terrenis quā prius tenuit actione separatur. Nō ergo in eo debet despici quicqd fuit/ qd iā cepit esse quod nō fuit. An nō Mattheus in terra inuētus est/ qui terrenis negocijs implicatus/ teloniorum vsibus seruiebat? Sed de terra sublatus in fortitudinē ferri cōualuit: cuius videlicet lingua quasi acutissimo gladio/ euāgelij administratiōe dn̄s infideliū corda trāsfixit: et qui infimus prius despectusque fuerat per terrena negocia: fortis postmodū factus est ad celestia prelia armata. Unde adhuc subiungitur:

Gen. iij.

¶ S. Quod corda dura cū diuini amoris igne tacta fuerint liquefiūt: et que credere noluerāt/ predicare incipiunt.

A ¶ Et lapis solutus calore/in es vertitur.] Tunc lapis calore solui՝ cū cor durū/atq͂ a diuini amoris igne frigidum/eodē diuini amoris igne tangitur/ꝛ in feruore spūs liquatur: vt ad sequētem vitam desideriorū estu ardeat/quā prius audiēdo/insensibilis manebat. Ex quo ardore scilꝫ et emollitur ad amorē/et roborat՝ ad operationē: vt sicut prius durus fuerat in amore seculi: ita se postmodū fortem exerat in amore dei: et qd̄ ante audire respuerat/iā et credere ꝛ predicare incipiat. Capitulum. xvij.

Lapis ergo solutus calore/in es vertitur: quia dura mēs superni amoris igne liquefacta/ad veram fortitudinē cōmutat՝: vt peccator qui prius insensibilis extiterat/postmodū et p auctoritatem fortis: ꝛ p predicationē sonorus fiat. Qd̄ bene p Esaiam

Esaie. xl. dicit՝: Qui confidūt in dn̄o/mutabunt fortitudinē. Fortitudinē mutam՝ cū cōuersi/tāta virtute presens seculum fugim՝/quāta hoc ante querebam՝. Qr autē male ab aduersarijs catholicoꝝ morib՝ anteacta vita reputat՝: recte subditur [Tēpus posuit tenebris: et vniuersorum finem ipse considerat.] Ipse posuit tēpus tenebris: iniquis videlicet modū/quo iniqui esse desistāt. Vnde eis per apo-

Ephe. v. stolū dicit՝: Eratis aliquādo tenebre: nūc autē lux ī dn̄o.

Ro. xiij. Sicut alijs quoq͂ discipulis idē doctor egregius dicit: Nox precessit: dies autē appropinquauit. Abijciam՝ ergo opera tenebrarū/ꝛ induamus nos arma lucis: sic vt ī die honeste ambulem՝. Vnde ꝛ in cāticis canticoꝝ ecclia ve-

Cāt. vj. niente dicit՝: Que est ista q̄ progredit՝ quasi aurora cōsur-

B gēs? Apte enim ecclesia aurore cōparata describitur: que per cognitionē fidei/a peccatorū suorū tenebris in claram

Uniuerso rū finē de՝ cōsiderat. lucē iustitie cōmutatur. Tempus ergo posuit tenebris: et vniuersorū finem ipse cōsiderat. Vniuersorū nomine/ꝛ electos voluit ꝛ reprobos cōprehēdi. Nam bona faciens et ordinans deus: mala vero non faciens: sed ab iniquis facta ne inordinata eueniāt/ipse disponēs: cōsiderat vniuersorū finē: ꝛ patienter tolerat omnia: atq͂ intuet՝ electorum terminū/q͂ ꝫ e malo mutentur ad bonum. Intuetur etiā reproborū finē/q͂ de malo opere dignū se trahantur ad supplicium. Vidit finem persequentis sauli: qui pro-

Act. ix. stratus diceret. Dn̄e/quid me iubes facere? Vidit finem quasi obsequētis discipuli/q͂ pro cōmisso scelere guttur laqueo stringeret: seq͂ ꝛ peccantē puniret: et deterius puniendo deciperet. Vidit ninivitas delinquentes: sed considerauit finem delinquentium penitentia correctorum. Vidit quoq͂ sodomā delinquentem: sed considerauit finem ardoris luxurie/ignem gehēne. Vidit gētilitatis finem: q͂ possessa iniquitatū tenebris/quandoq͂ fidei luce claresceret. Vidit etiā iudee terminū: q͂ ab ea luce fidei quā tenebat/obdurate perfidie se tenebris cecaret. Unde adhuc congrue subditur:

¶ S. Qr inter sanctos et reprobos ignis diuinus in iudicio diuidet.

C ¶ Lapidē quoq͂ caliginis ꝛ vmbrā mortis diuidit torrens a populo peregrinante.] Quid durus ille perfidia iudeorū popul՝: qui auctorē vite per fidē videre noluit/quem per prophetiam predixit/nisi lapis caliginis fuit: quia ꝛ crudelitate dur՝ extitit: et infidelitate nebulosus? Qui alio quoq͂ vocabulo vmbra mortis dicitur. Umbra quippe talis exprimitur/qualia ei՝ rei de qua trahit՝ fuerint lineamenta. Quis autē mortis noīe/nisi diabolus vocatur? De quo p quādā ministri sui significationē dicit՝:

Apo. vi. Et nomē illi mors. Cuius ille populus vmbra extitit: qui iniquitatē illius sequēs/ei՝ in se imaginē expressit. Quid vero torrētis nomine/nisi ille a conspectu tremendi iudicis per vltimū examē egrediēs/atq͂ electos et reprobos

Dan. vij. diuidēs ignis vocat՝? Vnde ꝛ p prophetā dicit՝: Fluuius igneus rapidusq͂ egrediebatur a facie eius.

¶ S. Qr iudea que apud se panē legis habuerat/et que regibus claruerat ꝛ pphetis quasi sapphiris ꝛ glebis aureis: quia mortē et resurrectionē Christi credere noluit/igne inuidie succēsa funditus perijt. Capitulū. xviij.

Quis autē in hoc mundo peregrinat՝ populus/nisi qui ad sortē electorū currēs/habere se patriā nouit in celestib՝: ꝛ tāto magis se illic sperat inuenire propria/quāto hic cuncta que pretereūt/esse

Ppls peregrin՝ inde r՝ electoꝝ. a se deputat aliena? Peregrin՝ itaq͂ est ppls omniū numerus electorū: qui hāc vitā quoddā sibi exiliū deputātes/ad supernā patriam tota cordis intentione suspirāt.

Heb. xj. de quibus Paulus dicit: Confitentes q͂ peregrini et hospites sunt super terrā. Qui enim hec dicūt/significant se

D patriā inquirere. Hanc peregrinationē idem quoq͂ apo-

ij. Cor. v. stolus tolerabat/cum diceret: Dum sumus in corpore/peregrinamur a dn̄o. Per fidē enim ambulam՝/et non per speciē. Huius peregrinationis erūnam satagebat euadere/cū dicebat: Desideriū habens dissolui/et cum Christo

Phil. j. esse. Et rursum: Mihi viuere Christus est/ꝛ mori lucrū. Huius peregrinationis pondus graue sentiebat psalmi-

Ps̄. cxix. sta/cum diceret. Heu me: quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cū habitātibus cedar: multū incola fuit anima mea. Ab hac eripi quātocyus ambiebat/cum supernis desiderijs flagrans diceret: Sitiuit aīa mea ad deū

Ps̄. xlj. viuum/quādo veniam ꝛ apparebo ante faciem dei? Sed hoc desiderium nesciunt/qui cor in terrenis voluptatib՝ defigunt. Dum enim sola que sunt visibilia diligūt/profecto inuisibilia vel si credunt esse/nō diligūt: quia dum nimis se exterius sequūtur/etiā mente carnales fiunt. Simul enim in hac vita vterq͂ populus currit: sed nō simul ad perpetua peruenit: quia lapidem caliginis et vmbrā mortis diuidit torrēs a populo peregrināte. Ac si aperte dicat: Eos quos modo vel infidelitas excecat/vel crudelitas obdurat: flāmarū fluui՝ a conspectu eterni iudicis exiens/ab electorum tunc populo separat: vt tūc a bonis ignis districti examinis diuidat: quos nunc in suis concupiscentijs tenebre viciorū excecant. Potest fortasse in torrentis nomine/ipsa irrigatio sancte predicationis intelli-

puer. xxx. gi: iuxta id qd̄ p Salomonē dicit՝: Oculū qui subsannat patrem/et qui despicit partū matris sue/effodiant illum

E corui de torrētibus. Peruersi quippe dū diuina iudicia reprehendūt/subsannāt patrem. Et quilibet heretici dū predicationē sancte ecclesie/fecūditatē q͂ ill՝ deridēdo contēnunt/quid aliud q̄ partū matris despiciunt? Quā nō immerito eoꝝ quoq͂ matrē dicimus: q͂ de ipsa exeūt/

j. Joā. ij. qui cōtra ipsam loquunt՝: Joanne attestāte/qui ait: A nobis exierūt: sed nō erant ex nobis. Nā si fuissent ex nobis/mansissent vtiq͂ nobiscum. Corui vero de torrentibus veniunt/cū predicatores viri ad defensionē sancte ecclesie/a sacrorum librorum fluentis procedūt. Qui etiam recte corui vocati sunt: quia nequaq͂ de iustitie luce superbiunt: sed per humilitatis gratiā/peccatoꝝ in se nigredinē con-

Cant. j. fitentur. Unde etiā ab electorū ecclesia dicit՝: Nigra sum:

j. Joan. j. sed formosa. Et Joānes ait: Si dixerim՝ q͂ peccatū nō habemus/nosipsos seducim՝. Qui videlicet corui subsannantis oculū effodiūt: quia prauorū ac pertinaciū hominum intentionem vincunt. Ex hoc itaq͂ testimonio sibi hic quoq͂ torrēs predicatio debet intelligi: lapidē caliginis et vmbrā mortis diuidit torrens a populo peregrinante: quia sanctorum predicatio obduratas mentes reproborum deserit: et ad pia humilium se corda conuertit. Unde adhuc subditur: [Eos quos oblitus est pes egentis hominis/et inuios.] Capitulum. xix.

Quis hoc loco alius accipit՝ egenus homo/nisi

F ille de quo per Paulū dicit՝: Qui propter nos

ij. Corin. viij. egen՝ fact՝ est/cū diues esset? Cui՝ videlꝫ egētis hoīs pedes/sancti pdicatores fuerūt: p quoꝝ pfecto presentiā gentilitatē circuiens: mundū pambulauit vniuersum. De quib՝ p pphetā dicit՝: Et inambulabo in eis. An pes ei՝ nō erat/q͂ vīctus in cōpedib՝ dicebat: Pro quo

Ephe. vj. legatione fungor in cathena? Sed eoꝝ q͂ vmbra mortis ꝛ lapis caliginis extiterunt/pes hoīs egētis oblitus est: quia in ipso initio nascētis ecclesie/dū sancti apostoli celoꝝ regnū iudee predicare voluissent: videntes q͂ ei nihil omnino proficerēt/ad predicādum gentibus deflexerūt: sicut

Act. xiij. ipsi in suis actibus dicūt: Uobis oportebat primū loqui verbū dei: sed qm̄ repellitis illud/ꝛ indignos vos iudicatis eterne vite: ecce cōuertimur ad gentes. De quibus et

Ps̄. xlv. per psalmistā dicit՝: Trāsferent mōtes in cor maris: q͂ repulsi a iudea apostoli/in hoc gentilitatis salum translati sunt. Qui sunt ergo qui immensa duritia pro obscuritate cordis/quasi quidā lapis caliginis/ꝛ vmbra mortis a peregrinante sanctoꝝ populo diuiduntur/nisi hi quos pes egētis hominis est oblit՝? Quos pdicatores dū/videlicet p humilitatē pauperis/p superbie sue tumore reliquerunt: eorūq͂ omnino obliti sunt/dū predicationis sue semina ad solam fructificationem gentium transtulerunt? Quos recte quoq͂ ꝛ inuios vocat: q͂ dū in infidelitate sua obdurati sunt/verbis vite ad cor viā prebere noluerunt. Sed iudea hec que sic obduruit/vel qualis dudū fuerit/

n iiij

G vel quid post pertulerit/audiam⁹. Sequitur. [Terra de qua oriebatur panis/in loco suo igne subuersa est.] Panem iudea dare cōsueuerat/ que legis verba proferebat. Quā videlicet legē qz intelligere iā reprobi atqz explanare non poterāt: ꝑpheta Hieremias in lamētis deplorat/ dicēs: Paruuli petierūt panē: z qui frāgeret eis/nō erat. [Threñ. iiij] Sed hec terra in loco suo igne subuersa est: quia fidelium signa cōspiciens/inuidie se face concremauit. Quia enim semp inuidia de supbia nasci solet/in loco suo igne perijt: que idcirco arsit inuidia: qz supbiā nō reliquit. Terra ergo que prius panem habuit/post igne subuersa est: qm synagoga que mādata dei per legē protulit/nascentē ecclesiā persequēs/inuidie se igne cōsumpsit. An nō emulatio nis sue facibus ardebat/cum redēptoris nostri signa cōspicieēs/per quosdam suos diceret: Quid facimus: qz hic homo multa signa facit? vel certe/ Uideris qz nihil proficimus: ecce totus mūdus post eū vadit. [Joan. xi.] Uidebāt vnde cōuerti debuerāt: atqz exinde peruersiores fiebant. Querebant extinguere/ quē cernebant mortuos viuificare. In ore tenebāt legē/sed legis persequebātur auctorem. Terra ergo de qua oriebatur panis/ i loco suo igne subuersa est: quia iudea in semetipsa z prius habuit legē que reficeret/ z post inuidiā que concremaret. De cuius adhuc descriptione subiungit. [Locus sapphiri lapides ei⁹: z glebe illius auri.] Auget reatū culpe sequentis/preconium glorie precedētis. Nā vnusquisqz ca suo tanto maioris

H est criminis: quanto prius qz caderet/maioris potuit esse virtutis. Dicatur ergo de iudea/dicat quid fuerit: z precedentium magnitudo virtutū crescat ad cumulū sequētium delictorū. Locus sapphiri lapides ei⁹/et glebe illi⁹ auri. Quid enim hoc loco per lapides/nisi sanctorum ac fortium mentes accipimus? Capitulum. xx.

In scriptura etenī sacra aliquādo lapides in malo: aliquādo vero in bono accipi solet. Nā cū lapis ꝓ insensibilitate ponit/ dura ꝑ lapides corda signant. [Matth. iij] Unde et ꝑ Mattheū dicit: Potēs est de⁹ de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrae. Qui videlz nolē lapidū corda gentiliū designat: dura tūc atqz insensibilia per infidelitatē. [Ezech. xi.] Et ꝑ ꝓphetā dn̄s pollicet dicēs. Aufe rā cor lapideū de carne vestra: z dabo vobis cor carneū. Rursū ꝑ lapides/mētes fortiū designari solēt. Unde z ꝑ Petrū [i. Pet. ij.] sanctis dr̄: Et vos tanqz lapides viui superedificamini domus spūales. Et ꝑ ꝓphetā dn̄s venienti ecclesie pollicet/ [Esa. liiij.] dicēs: Ecce ego sternā ꝑ ordinem lapides tuos: z fundabo te in sapphiris: z ponā iaspidē ꝓpugnacula tua: z portas tuas in lapides sculptos: et oēs terminos tuos in lapides desiderabiles/ vniuersos filios tuos doctos a domino. Strauit vsqz in illa ꝑ ordinē lapides: qz in ea sanctas aīas meritorū diuersitate distinxit. Fūdauit eam in sapphiris: quia scz lapides coloris aerei in se similitudinē tenēt: qz robur ecclie in altis celestia appetētib⁹ solidatur. Et qm iaspis viridis est coloris/iaspidem ꝓpugnacula eius posuit: qz illi cōtra aduersarios ꝑ sancte ecclie defensione obiecti sunt: qui internis desiderijs virentes/ nulla temporis reproba ariditate marcescunt. Portas ve

I ro eius posuit in lapides sculptos. Hi quippe porte sunt ecclesie/ꝑ quorū vitā atqz doctrinā intrat eā multitudo credētium. Qui pro eo etiam qz magnis operib⁹ pollent: z id qd loquentes asserunt/viuētes ostendūt: nō puri sed sculpti lapides eē memorant. In quorū enī vita recta operatio cernitur/ quasi in eisdem ipsis exprimit qd egerūt. Ubi omnē quoqz sanctorū numerū generali collectione concludens/ subdidit: Oēs terminos tuos in lapides desiderabiles. Et tanqz si audiētes ista peterent⁹ vt hos lapides quos diceret indicaret/adiūxit: Uniuersos filios tuos doctos a dn̄o. Quia igit de iudea nunqz sancte aīe que celestē vitā ducerēt defuerūt/dicitur: Locus sapphiri lapides ei⁹. Et qz magna vite ac sapiētie claritate perfidē fulsit/adiūgitur: Et glebe illius auri. Quid per glebas/nisi collectiones singulorū ordinū ac multitudines designātur? Glebe autē ex humore z puluere cōstringuntur. Omnes ergo q rore gratie infusi/ ex mortis debito se puluerem esse veraci cognitione cōfessi sunt: dum vite virtute clarescerent/quasi auree in illa glebe iacuerunt. Glebas hec terra habuit in prophetis: glebas in doctoribus: glebas in patribus antiquis: qui magna se infusione gratie in professionis et operis vnanimitate tenuerūt. Dicat ergo. Et glebe illius aurum: qz in ea multitudo spiritualiū tanto maiori virtute claruit/quāto se in deū ac proximū maiori vnanimitate constrinxit. [K.] Sed hoc aurum perfidie est postmodum tenebris obscuratum. Cuius profecto nigredinē Hieremias propheta intuens deplorat/ dicens: Quomodo obscuratū est aurum: mutatus est color optimus? [Threñ. iiij] Aurū nāqz obscuratū est: quia in eis antiquus ille fidei atqz innocentie splēdor/irruente pfidia/malitie se nocte fuscauit. Quia igit qd fuit audiuimus/locus. s. sapphiri lapides eius: et glebe illius aurū: nunc iam dilectus ille dei populus/cur tanta hec bona perdiderit/audiamus. Sequitur. Capitulum. xxi.

Semitā ignorauit auis: nec intuitus est oculos vulturis. [Quis hoc loco auis nomine/nisi ille signatur qui corpus carneū qd assumpsit/ascēdendo ad ethera librauit? Qui apte quoqz etiā vulturis appellatione exprimitur. Uultur quippe dum volat/sīta cens cadauer conspicit/ad esum se cadaueris deponit: et plerūqz sic in morte capitur/dum ad mortuum animal de summis venit. Recte ergo mediator dei z hominū/redēptor noster vulturis appellatione signatur: qui manens in altitudine diuinitatis sue/quasi quodam volatu sublimi cadauer mortalitatis nostre cōspexit in infimis/z sese de celestib⁹ ad ima submisit. Fieri quippe ꝓpter nos homo dignat⁹ est: z dum mortuū animal petijt: mortē apud nos qui apud se erat īmortalis/inuenit. Sed hui⁹ vulturis oculus fuit ipsa intentio nostre resurrectionis: qz ipse ad triduū mortuus/ab eterna nos morte liberauit. Ille [L] ergo perfidus iudee populus mortalē vidit: sed quomodo morte sua nostram mortē destrueret/ minime attēdit. Cōspexit quidē vulturē: sed oculos vulturis nō aspexit. Qui dū humilitatis ei⁹ vias quib⁹ nos ad alta subleuauit/cōsiderare noluit/semitā auis ignorauit. Nequaqz enim pensare studuit: qz ei⁹ nos humilitas leuaret ad celestia: z mortis eius interitio reformaret ad vitam. Semitā igit ignorauit auis: nec intuitus est oculos vulturis: quia etsi vidit eum quē in morte tenuit: videre noluit quanta vite nostre gloria de eius morte sequeret. Unde et ad crudelitatem quoqz persecutionis exarsit: verba vite recipere renuit: predicatores regni celorum prohibendo/feriendo/ necādo repulit. Qui scilicet repulsi iudeam ad quā missi fuerant deferentes/ in gentilitatis collectionem dispersi sunt. Unde adhuc subditur.

[S. De apostolis z successoribus eorū quasi ecclesiastica negociatoribus a iudea repulsis/ad gentes quasi illius duros manus predicationis conuersa est.]

[Non calcauerunt eam filij institorum: nec pertrāsiuit per eam leena.] In nr̄is latinis codicibus institores positos reperimus: i grecis vero negociatores inuenimus. Ex qua re colligi valet/qz hoc in loco pro negociatorib⁹ institores/scriptores ignorādo posuerunt. Institores enī negociatores dicimus: pro eo qz exercēdo operi insistunt. Sed vterqz sermo licet in voce dissonet/in intellectu non [M] discrepat: qz oēs qui fidelium mores instituūt/spiritale negocium gerunt: vt cum predicationē suam auditorib⁹ prebēt/ab eis fidē z opera recta percipiāt: sicut de sancta ecclesia scriptum est: Syndonē fecit z vendidit. de qua et [Prouer. xxxi.] paulopost illic dicit: Uidit qz bona est negociatio ei⁹. Qui hoc loco institores/nisi ꝓphete sancti vocati sunt: qui synagoge mores ad fidem instituere curauerūt prophetando? Quorum nimirū filij sancti apostoli nuncupant: qui vt deū hoiem crederēt/ad eādem fidē ex eorū sunt predicatione generati. De quib⁹ ecclesie ꝑ psalmistā dicit: Pro [Ps. xliiij.] patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: cōstitues eos pn̄cipes sup omnē terrā. Sed qz repulsi apostoli a synagoge finibus sunt egressi/recte nūc dicit: Nō calcauerūt eā filij institorū. Calcarēt quippe eā institorū filij/si ꝑdicatores sancti eiusdē synagoge vitia calce virtutis premerēt. Si autē institores eosdē sancte ecclie predicatores accipim⁹: institorū filios/pastores z doctores q apl'orū vitā secuti sunt/ nil obstat intelligi. Qui synagogā minime calcauerūt: qz dū eorū patres. i. apostoli ab illa repulsi sunt / ipsi quoqz ab eius vocatione cessauerunt. Capitulum. xxij.

Per quā videlz synagogā leena nō pertransijt: qz sancta ecclesia collectioni gentiū dedita/ne quaqz sese ad illā iudee populū diuti⁹ occupauit. Recte autē ecclesia leena nūcupatur: qz male viuētes in vitijs/ore sancte ꝑdicationis interficit. Unde z ipsi primo pastori quasi hui⁹ leene ori dicit: Macta et manduca. [Act. x.]

A

Quod mactaf quippe/a vita occidif: id vero qd comedi tur/in comedētis corpore ꝯmutatur. Macta ergo et mā duca dicitur. i. a peccato eos in quo viuunt interfice: et a teipsis in tua illos membra conuerte. Et quia hec ecclesia corpus est dn̄i: ipse etiam dn̄s iacob voce leo vocaf: ex se leena vocaf ex corpe/vn̄ et sub iude specie dicif: Ad pre-

Gen. xlix.

dam fili mi ascēdisti: requiescēs accubuisti vt leo: et quasi leena. Quis suscitabit eū? Hec igif leena nequaq̄ vt qi per iudeam transijt, sed non pertransijt. Apostolis nāq̄ predicantib⁹ prius ex illa tria milia/postmodū qnq̄ mi lia crediderūt. Ecclesia itaq̄ per synagogam transijt/ sʒ nō ptrāsijt: qr ex illa ad fidē paucos rapuit: sʒ tamen illū īfidelē populū a perfidia funditus non extinxit. Sed qd sepe iā diximus/repulsa ab infidelitate iudeorū/ deflexit ad vocationem gentiū. Vn̄ adhuc de eadē leena dicitur. [Ad silicem extendit manū suam: subuertit a radicibus montes.] Manū quippe ad silicem extendit: qr ad duri- tiam gentium sue brachiū pdicationis misit. Vn̄ et idē beatus iob passionis sue historiam pscieēs gentibus in- notescendam/ dicit: Scribantur hec stilo ferreo in plum bi laminis/vel certe sculpantur in silice. Quid vero hic in

B

loco montes nisi huius seculi potētes accipim⁹: qui pro terrenis subliāntia in altū tument? De quib⁹ psalmista ait: Tange montes/et fumigabūt. Sʒ montes a radicib⁹ sunt

Ps. cxliij.

euersi/qr predicante sancta ecclesia: sūme huius seculi potestates in adoratū omnipotētis dei ab intima cogita- tione ceciderunt. Radices enim montium cogitationes sunt intime superbor. Et a radicibus mōtes cadunt: qr ad colendum deum/potestates seculi ab imis cogitatio- nibus prosternuntur. Recte etenī per radicem cogitatio occulta signatur: quia per hoc quod intus non cernitur erumpit quod videatur foris. Unde et in bonam partē p

Esaie xxxvij.

prophetam dicitur: Emittet id quod saluatum fuerit de domo iuda: et quod reliquum est / mittet radicem deor- sum/ et faciet fructum sursum. Ac si aperte diceretur: In imis cogitatio nascitur/ vt in sūmis retributio reddaf. Dicat ergo: Ad silicem extendit manū suā: subuertit a ra dicibus montes: qr dū duritiam gentium sancta pdica- tio petijt/ supborū altitudinem funditus strauit. Quos ve- ro eos quos a cogitationibus terrenis euacuat / donis celestibus replet et quos infimis curis exhaurit/ supnis rigat fluentis mox subdif. [In petris riuos excidit.] i. i duris gentiliū cordib⁹ fluuios predicationis aperuit: si- cut per prophetam quoq̄ de irriganda dicitur aridita-

Ps. cvi.

te gentilium: Posuit desertum in stagnū aque: et terram sine aqua in exitus aquarum. Atq̄ in euāgelio promittit

Jo. vij.

dn̄s dicens: Qui credit in me sicut dicif scriptura, flumi na aque viue de ventre eius fluent. Quod promissum tūc audiuimus, etiam nunc completum videmus. Ecce enī in sanctis predicatoribus/et non ex iudea progenitis/per cunctā ecclesiam toto orbe diffusam/fluenta celestiū mā- datorum vbertim manāt ore gentilium. Qui ac si ī pe- tris riuos aperuit: et duris quoq̄ cordib⁹ fluuius sancte

C

predicationis emanauit. Sequitur. [Et omne preciosum vidit oculus eius.] Sciendum magnopere est: quia tan- to vnaqueq̄ anima fit preciosior ante oculos dei / q̄to p amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc

j. Reg. xv.

ad saul dicitur. Nonne cū paruulus esses in oculis tuis: caput te constitui in tribubus israel? Ac si aperte diceret. Magnus mihi fuisti/ qr despectus tibi: sʒ nunc qr magn⁹ tibi es, factus es despect⁹ mihi. Vn̄ et p pphetam dicitur:

Esa. v.

Ve qui sapientes estis in oculis vestris: et coram vobis- metipsis prudentes. Tanto ḡ fit quisq̄ vilior deo / q̄to preciosior sibi: tanto preciosior deo/q̄to propter eū vilior si

Ps. cxxxvij.

bi: qr humilia respicit/ et alta a lōge cognoscit. Cap. xxiij.

Omne itaq̄ preciosum vidit ocul⁹ eius. In scri- ptura sacra videre dei/aliquādo pelligere poni tur: sicut in euangelio scriptum est: Cum esses

Joh. j.

sub ficu/vidi te. i. posituʒ te sub vmbra legis elegi. Vidit

j. Cor. j.

ergo preciosum: quia humilia elegit. Infirma enim mun di elegit deus/ vt cōfunderet fortia. Vidit pciosum / cū humanā animā de se abiectam sapientie gratie sue illu- strationē respexit. De qua videlicet aīa per prophetā di-

Hiere. xv.

citur: Si separaueris pciosum a vili / quasi os meū eris. Vilis quippe deo est mundus presens: preciosa vero ei ē aīa humana. Qui ergo preciosum a vili separat / q̄si os dn̄i vocaf: qr per eū de⁹ verba sua exerit: q ab amore pre- sentis seculi/ loquendo que potest/ hūanā animā euellit.

Et quia testamenti noui doctores ad hoc vsq̄ perducti sunt/ vt occultas quoq̄ allegoriarum caligines in veteri testamento rimarentur: recte subditur.

D

¶ S. Qr populus christianus in fluuijs legis et prophe- tarum reuelante xp̄o scrutatus est pfundos intellect⁹/ et pduxerit in lucem que moyses velata facie abscōderat. ¶ Profunda quoq̄ fluuiorum scrutatus est: et abscōdi- ta produxit in lucem. Quid nāq̄ hec aliud flumina/ nisi antiquorū patrū dicta nūcupanf? Quis enī pensare suf- ficiat/ q̄ vehemēs fluuius dum legem cōderet/ ex pecto- re moysi erupit? q̄ vehemens fluuius ex dauid corde de- fluxit? q̄ta a salomonis ore atq̄ omnium prophetarum fluuiorū fluenta manarūt? Sʒ hoc fluminum iudeis spe- ciem sciuit/ dum littere superficiem seruans/ eorū pfun- da nesciuit. Nos vero quentēte dn̄o iuēis eterna spūalia querimus: eorū profunda rimamur. Quod ipse dn̄s face- re dicitur: qr id nos agere ipso donāte preualemus. Per nos ergo, qui non litteram que occidit, sed spiritum qui viuificat sequimur: profunda fluuiorum dn̄s scrutatur/ et abscondita in lucem producit: quia dicta legis que ca- ligosa nimis historia obscurat/ nunc expositio spiritualis illuminat. Unde et loquens in parabolis per euangeliū veritas discipulis pcepit/ dicens: Quod dico vobis i te- nebris/ dicite in lumine: et quod in aure auditis/ pdicate

Mat. x.

super tecta. Aperte nāq̄ dicta exponentium fecerunt no- bis esse iam conspicuas sillabas antiquorū patrum. Unde esaias propheta plana sancte ecclesie expositionis verba

E

cōspiciens/ et non allegoriarum tenebris obscura / excla- mauit dicēs: Locus fluuiorum riui latissimi et patētes.

Esaie xxxiij.

Testamēti enī veteris dicta q̄si angusti et clausi riui fue- rāt: q̄ immēsas sciētie sue sententias collectione obscuris- sima constringebant. At cōtra doctrina sancte ecclesie ri- ui et lati et patentes sunt: quia ei⁹ dicta et inuenietib⁹ mul- ta sunt/ et querentib⁹ plana. Ait ergo: Profunda fluuiorū scrutat⁹ est: et abscōdita pduxit in lucē. Quia dum suis expositoribus intelligentie spiritum infudit/ antiquas p- phetantium obscuritates aperuit. Et hoc iam sancta ec- clesia per spiritum agnoscit/ qd synagoga prius per litte- ram intelligere omnino non valuit. Unde et moyses cum po-

Exodi xxxiiij.

pulo loqueref/ faciē velabat: vt videlicet designaret q̄ il- le iudeorū popul⁹ legis v̄ba cognosceret: sed eiusdem cla- ritatē legis omnimodo non videret. Unde recte p Pau-

ij. Cor. iij.

lum dicif: Usq̄ in hodiernū enim diem cū legitur moy- ses: velamen est positum super cor eorum. Sed quia di- cta dei nullatenus sine eius sapientia penetrātur/ nisi enī qui spiritum eius acceperit/ eius nullo modo verba co- gnoscit/ sanctus vir de inuestiganda eadem dei sapiētia verba subiungit/ dicens.

¶ S. Qr nihil deo digne recōpensari pōt: cuius gratia est/ q̄ inuentus a nobis: et q̄ passus est pro nobis.

Capitulum xxiiij.

Sapientia vero vbi inuenitur/ et q̄s est loc⁹ intel- ligētie? Nescit homo preciū eius: nec inuenif ī terra suauiter viuentium. Abyssus dicit/ nō est

F

in me: et mare loquif/ nō est mecū. Nō dabitur aurū obry- zum pro ea: nec appēdetur argentū in cōmutatione ei⁹.] Notandū pēst, q̄ duo sibi proposuit/ et duo subdidit respondendo. Ad id nāq̄ qd superius dixit: sapiētia ve- ro vbi inuenif/ et quis est locus intelligentie? isto versu respondet: Abyssus dicit/ non est in me: et mare loquif/ nō est mecū. Ad id vero quod dixerat: Nescit hō pciū ei⁹: nec inuenitur in terra suauiter viuentium: inferiorem ver- sum reddidit/ dicēs: Nō dabif aurū obryzum p ea: nec ap- pendetur argentum in cōmutatione eius. Ad vtraq̄ er- go respondit: sed augēdo quod obiecerat/ non soluēdo. Cum sapientie nāq̄ locū quereret/ ac deinde inferius rn̄- deret: abyssus dicit/ non est in me: nō vbi esset/ sed vbi non esset indicauit. Rursus cum ab homine eius pciū dice- ret ignorari/ atq̄ ad hoc inferius responderet: non dabi- tur aurum obryzum p ea: nō qd esset ei⁹ pciū/ sed quid nō esset ostendit. Cūctis aūt liquet/ q̄ neq̄ hec humana sa- pientia vel teneri loco/ vel emi diuitijs potest. Sed vir sanctus mysticis sensibus plenus/ ad alia nos intelligen- da trāsmittit: vt non creatam/ sed creantē sapientiā requi- ramus. Nam nisi in verbis istis allegoriarum secreta ri- maremur: ea vtiq̄ que sequūtur/ omnino sunt digna despectui si et sola historica narratione pensenf. Paulopost nāq̄ dicit: Non adequabif ei aurū vel vitrum. Et cum (sicut

G nouimus) vitrū longe atq; dissimiliter auro sit vili⁹: cur post auri nomen/metalli vtiq; preciosi/ pro imēsa laude vitrū quoq; dixit sapientie non equari: Ipsa ergo littere difficultate cōpellimur: vt ad sententias boni ꝓbonū mysticas vigilemus. Uir itaq; sanct⁹ quam sapientiā cōtemplat/nisi eā de qua Paulus apostolus dicit: Christum dei virtutem et dei sapientiam: De qua per Salomonem scriptum est: Sapientia edificauit sibi domum. et de qua psal. ait: Omnia in sapiētia fecisti. Huius nimirum sapientie homo precium nescit: quia nihil dignū estimationi illius inuenit. Nō autē hoc sapientie preciū ē cē dicitur et nesciri: sed idcirco nesciri: qꝛ deest eo scz loquendi genere/quo in angustijs quisq; deprehēsus/cum remedij subuentionis non inuenit: fateri solet qꝛ quid faciat nescit. Huius ergo sapientie ꝓciū nescire/est digni opis meritū/quo illam ꝑcipiat/nō inuenire. Ad hoc nāq; precium dam⁹/vt eius vice rem quā appetim⁹/possidere debeamus. Quid aūt nos dedim⁹/vt hanc sapientiā q̄ christus est/percipere mereamur: Gratia quippe redēpti sumus. Illa nāq; sola opera male viuendo dedimus: quibus si iusta retributio seruaretur/nō christus/sed supplicia redderent. Sed aliud homo per iustitiam meruit: aliud p gratiam accepit. Testatur paulus: prius sē mēs illius semen gratuite veritatis acciperet: quibus sentib⁹ ꝑmebatur erroris. Qui pri⁹ inquit fui blasphem⁹ et ꝑsecutor et cōtumeliosus: sed misericordiā cōsecut⁹ sum: qꝛ ignorās feci in incredulitate. Testat̄ ꝓ qualib⁹ christus mori dignat⁹ est: Cum adhuc inq̄ peccatores essemus/ꝯm tpe christus pro impijs mortuus est. Qui ergo veniēte sapiētia ꝑpetuā inueti sum⁹/q̄d boni operis dedimus/quo accipere candē sapientiā mereremur: Huius itaq; sapientie homo ꝑeciū nescit: quia quisquis a brutis animalibus rationis intellectu discretus est/qm̄ q̄ suis meritis non sit saluatus intelligit/nihil se dedisse boni operis vt ad fidem veniret/agnoscit. Quasi enim ad ꝑcipiendum sapiētiam ꝑciū dare est/cognoscendū deum actionis sue mercede ꝑueniri. Non esse huius sapientie precium cognouerat/q̄ dicebat. Quis prior dedit ei/et retribuetur illi? Huic iterū scriptū est: Gratia salui facti estis p fidem: et hoc non ex vobis/sed dei donū est/non ex operibus/ vt ne q̄s glorietur. Hinc de semetipso iterum loquitur/dicēs. Gratia dei sum id q̄d sum. Ex huius nimirum aspiratione gratie quia virtutū opera protinus in corde generant: vt ex libero quoq; arbitrio subsequat̄ actio/cui post hāc virtū retributio eterna respōdeat: illico adiecit. Et gratia eius in me vacua non fuit.

Capitulum. xxv.

Sed sunt nōnulli qui saluos se suis virib⁹ exultant: suisq; precedentibus meritis redemptos se esse gloriant̄. Quorū ꝑfecto assertio inuenit̄ sibimetipsi contraria: qꝛ dū et innocentes se asserunt/et redemptos/hoc ipsum in se redēptionis nomē euacuant. Omnis nāq; qui redimitur/ex aliqua proculdubio captiuitate liberatur. Unde ergo quilibet iste redemptus est/si prius non fuit sub culpa captiuus? Liquet itaq; qꝛ multum despit/quisquis hec sapit. Hominis quippe meritū superna gratia non vt veniat inuenit/sed postq̄ venerit facit: atq; ad indignam mentē veniēs deus dignam sibi exhibet veniendo: et facit in ea meritum quod remuneret/q̄ hoc solum inuenerat quod puniret.

¶ S. Q latro i cruce subita repletus gratia/habuit fidem/spem/et charitatem.

¶ Libet inter hec mētis oculos ad illū latronem reducere/qui de fauce ascendit crucem: de cruce paradisum. Intueamur qualis ad patibulum venerit: et a patibulo qualis abscessit. Uenit reus fraterno sanguie/venit cruētus: sed interna gratia est mutatus in cruce: et ille q̄ mortem fratri intulit/morientis domini vitam predicauit/dicens. Memento mei dñe dum veneris in regnum tuum. In cruce clauis man⁹ eius pedesq; ligauerāt: nihilq; i eo a penis liberum nisi cor et lingua remanserāt. Inspirāte deo totū illi obtulit/q̄d in se liberū inuenit: vt iuxta hoc q̄d scriptum est: Corde crederet ad iustitiam: ore confiteretur ad salutem. In corde autē fideliū tres summopere manere virtutes testat̄ apls/dicens. Nunc autem manēt fides/spes/charitas. Quas cunctas subita repletus gratia/et accepit latro et seruauit i cruce. Fidē nāq; habuit/qui regnaturū deum credidit/quem secū pariter morientem vidit. Spem habuit/qui regni eius aditum postulauit/dicens: Memento mei dñe dū veneris in regnū tuū. Charitatē quoq; in morte sua viuaciter tenuit/q̄ fratrē et collatronē ꝓ simili scelere morientē/et de iniquitate sua arguit/et ei vitam quam non cognouerat predicauit/dicens. Neq; tu times deum: qui in eadem es dānatione: et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Ille qui talis ad crucem venit ex culpa/ecce qualis a cruce recedit ex gratia. Confitebatur deum quē videbat secū humana infirmitate morientem/quē negabāt apostoli eū quē miracula viderant diuina virtute facientem.

Capitulum. xxvi.

Sed hi q̄ saluari hominē ꝓprijs viribus astruunt/eandē cōfessionē hominis ab ipsius eē virtute hominis suspicantur. Qd̄ si ita esset/in dei laude psalmista non diceret: Confessio et magnificentia opus eius. Ab eo itaq; accipimus recta confiteri/a q̄ nobis et magna dant̄ operari. Quia ergo nil boni operis dedimus/quo hanc sapientiam ꝑcipere mereremur: dicat̄ recte. Nescit hō preciū eius/quoniā quisq; iam ratione vtitur: tanto altius sub huius sapientie intellectu se despicit/quāto eiusdē sapientie verius interna cognoscit: vt indignū se ad hanc ꝑuenisse videat: per quā gratuito agitur vt dign⁹ fiat. De qua bene mox subditur.

¶ S. Q qui hui⁹ mūdi suauitatib⁹ se exponūt/et inter blādimēta voluptatū ꝯsant: ab intellectu sapiētie et cognitione diuina penitus alieni sunt.

¶ Nec inuenitur in terra suauiter viuentiū.] Quid hoc i loco terre signat̄ noie/nisi ala hūana? De qua ps. dicit: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Hec aūt sapientia inueniri in terra suauiter viuentium nō valet: quia q̄sq; adhuc hui⁹ vite voluptatib⁹ pascit̄/ab eterne sapie intellectu separatur. Nā si hec sap̄it/expuls⁹ ab internis gaudijs/de ea in quā cecidit/exilij sui cecitate lugeret. Hinc nāq; p Salomonē dr̄: Qui apponit sciētiā/apponit et dolorem. qꝛ quāto pl⁹ homo ceperit scire quid perdidit/tāto plus lugere incipit corruptionis sue sententiam quā inuenit. Cōsiderat nāq; vnde quo lapsus est/q̄ a paradisi gaudijs ad erūnas vite presentis/ab angelorū societatibus venit ad curas necessitatum. pensat in quot iam periculis iacet: qui prius sine periculo stare contempsit. luget exiliū quod dānatus patitur/et suspirat ad celestis glorie statum: quo perfrui secur⁹ posset/si peccare noluisset. Quod bene psalmista considerans ait: Ego dixi i pauore meo. proiectus sum a vultu oculorum tuorum. Contemplat⁹ quippe interna gaudia visionis dei et socialem frequētiā angeloꝝ ꝑsistentiū/reduxit oculos ad ima: vidit quo iaceret q̄ ad hoc conditus fuerat/vt in celestib⁹ stare potuisset: pensauit vbi cēcet quod deesset ingemuit: ꝓiectūq; se a vultu oculorū dei doluit: quia in comparatione lucis intime/grauiores senserat exilij sui tenebras q̄s tolerabat.

Capitulum. xxvij.

Hinc est q̄ ad animū suū ex presenti vita nullius gratiā cōsolationis admittit/dicens. Negauit consolari animā meā. Nā plerūq; huius seculi diuites solent mētis tedio affecti/bona tpaliter accepta conspicere/et tristitiam deliniire. Cum enī merore q̄dam se tāgi sentiūt/equos aspiciūt: auri argentiq; sui vascula cōtemplantur: predia circūeunt. Cūq; per hec tpalia oculos libenter trahunt/obortū ale merorē vincūt. Unde eis et in euangelio veritas dicit: Ue vobis diuitibus/qui hic habetis consolationē vestrā. Sed sanctus vir qui hoc luget/qꝛ ab eternis gaudijs cecidit/consolationem de temporalib⁹ non admittit/dicens: Negaui consolari animā meā. ac si aperte dicat. Qui de tēporaliū amissione nō lugeo/de tēporaliū abūdātia consolari neq̄q̄ possum. Cui tāq; si nos audientes ista diceremus. Quid igitur queris/qui consolari in his que mundi sunt renuis? illico adiecit: Memor fui dei/et delectatus sum. Ac si aptē dicat: Terrenarū rerū me nec abūdantia refouet: auctoris autē mei quē adhuc videre non valeo/vel sola memoria delectat. Hec est igitur amaritudo sapientiū: qꝛ dū spe in alta erecti sunt/nullis hic gaudijs animū sternunt. Hinc enim scriptum est: Cor sapiētium/vbi tristitia est: et cor stultorum/vbi letitia. Hinc iacobus dicit: Miseri estote et lugete et plorate/et risus vester in luctum cōuertat̄/et gaudium in merorē. Hinc p semetipsam veritas attestatur dicens: Beati qui lugent: qm̄ ipsi consolabuntur. In ueniri ergo sapiētia in coꝝ terra nō potest/q̄ suauiter

[Marginalia: i. Cor. i. — puer. ix. — ps. ciij. — Rom. xi. — i. Timo. i. — Roma. v. — H — Roma. xi. — Ephe. ij. — i. Cor. xv. — I — Luc. xxiij. — Latro in cruce clauatus. — Roma. x. — i. Cor. xiij. — K — ps. cx. — ps. cxlij. — L — Eccs. i. — ps. xxx. — ps. lxxvi. — M — Luc. vi. — ps. lxxvi. — Eccs. vij. — Jac. iiij. — Mat. v.]

B

viuūt: q: tāto verius stulti sunt/ q̄to maiora p̄dentes/in minimis letantur. Hinc petr⁹ eandem prauoꝝ stultitiam reprehendit/ dicens. Voluptatem existimātes diei deli-ctas coinquinatiōis et macule. Hinc Salomon ait: Ri-sum deputaui errorem: ⁊ gaudio dixi quid frustra deci-peris. Dicat itaq; vir sanctus de sapientia. Nec inueni-tur in terra suauiter viuentiū: q: nimirū qui in hoc mun-do suauiter viuunt: ita adhuc stulti sunt/ vt hocipsum q̄ꝫ nesciant vnde ceciderunt. Sequitur.

ii. Pet.ij.
Ecce.ij.

¶ S. Qr filij huius seculi dū carnaliter sapiētes et ap-petūt: deū in se esse nequaq̄ ostendūt: quia duplicium et fictorū corda quasi abyssus sunt: et amaras et inquietas alas spūssanctus minime inhabitat.

¶ Abyssus dicit/non est i me. [Quid hoc loco abyssū nisi corda hominum vocat: que et per lapsum fluida/ et per duplicitatis sunt caligine tenebrosa. Que nimirū abys-sus non esse in se hanc sapientiam ꝓfitet: q: iniqua mens dum esse sapiens carnaliter appetit/ stultam se ad spūalia ostendit. Nā q: teste Paulo/ sapiētia hui⁹ mundi stulti-tia est apud deum: tāto quisq; amplius intus stultus fit/ q̄to conatur exterius sapiens videri. De hac abysso per Joannē dicit: Vidi angelū descendentē de celo/ haben-tem clauem abyssi/ ⁊ cathenā magnā in manu sua: et ap-prehendit draconē serpentem antiquū/ qui est diabolus et sathanas: ⁊ ligauit eum p annos mille: et misit in abys-sum/ ⁊ clausit: et signauit sup illū/ vt non seducat ampli⁹ gentes/ donec cōsūmentur mille anni. Millenario etenī nu-mero nō quātitatē temporis/ sed vniuersitatē q̄ regnat ec-clesia/ designauit. Antiquus autē serpens ligatus cathe-na i abyssum mittit: q: religat⁹ a bonoꝝ cordib⁹/ apud re-proboꝝ mētes reclusus eis atroci⁹ dñat. Qui paulo post

i. Cor. iij.
Tāto qs stultior fit q̄nto co-nat sapiēs videri.
Apo. xx.

B

quẽ sua victoria oppressit/nisi eos qui vitia superãt: sed
sub ipsa q subijciũt/superbiendo succũbũt? Quasi em̃ sub
hoste quem ꝓsternit moritur/qui de culpa quã superat
eleuatur. Pensandum ẽ magnopere est: qr bona ꝓdesse
nequeũt/si mala que subrepũt nõ cauẽtur. Perit omne
qđ agitur/si non sollicite in humilitate custodit. Unde

Gen. ij.

bene quoq; de ipso primo parẽte dr: Posuit eũ dñs in pa-
radiso voluptatis: vt operaretur z custodiret illũ. Ope-
ratur quippe qui agit bonũ qđ precipit: sed qđ operat9
fuerit non custodit/cui hoc subrepit quod prohibetur.
Beatus igitur Job qr ex omni parte bono se opere texe-
rat/dicat: Justitia indutus sum: et vestiui me sicut vesti-
mento. Qui protinus subdidit. Capitulum. xviij.

M

ET diademate iudicio meo. Justoꝝ iudicia
recte diademati cõparãtur: qr per magni ope-
ris gloriã/ad retributionis ducunt coronam.
Que nimiꝝ iudicia secũ quotidie introrsus agũt: quid
deo/quid ꝓximo debeãt/solerter aspiciũt: atq; ad agen-
da bona se vehemẽter accẽdũt: et de ꝑpetratis malis di-

Puer. xij.

stricte redarguũt. Unde bene quoq; per Salomonem dr.
Cogitationes iustoꝝ iudicia. Justi quippe ab omni stre-
pitu seculari ad corda sua redeũt: ibiq; ascendũt tribu-
nal mẽtis: atq; ante oculos se et ꝓximum statuũt: dedu-

Mat. vij.

cũt ad mediũ regulã testamẽti: qua dr: Que vultis vt fa-
ciant vobis homines/et vos eadem facite illis. Transferũt
in se ꝑsonam ꝓximi: et sollicite attendũt quid sibi si ita
essent/fieri vel non fieri iuste voluissent: sicq; districto iu-
re atq; iudicio causam suam et ꝓximi iuxta tabulas di-
uine legis in foro cordis examinãt. Bene ergo dr. Cogi-
tationes iustoꝝ iudicia: qr ipse coꝝ intimus motus cor-
dis quasi quedam libra est iudiciarie potestatis. Qui-
bus peractis/qr retributionem inferi9 non requirũt: re-
cte coꝝ iudicia diademati cõparantur. Diadema quip-
pe in superiori pte corporis ponitur. Justoꝝ ergo iudi-
cium diadema est: qr per hoc non in terrenis z infimis/
sz sursum remunerari concupiscunt. Sequitur.
C S. Ex in ꝓferẽda sententia nihil ꝑperam agẽdum sit/
ne qlibet temere dicta indiscussas imperita reddemus.
C Ocul9 fui ceco/et pes claudo. Pater erã pauperꝝ: et

B causam quam nesciebam / diligẽtissime investigabam.] Inter hec lectoris animus forsitan querat: cur beatus Job suas tã subtiliter virtutes enumeret. Sanctorum quippe virorũ est / bona que fecerint occultare / ne cõtingat eos lapsum elatiõis incurrere. Unde p semetipsam

Mat. vj. veritas dicit. Attendite ne iustitiam vestrã faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Hinc est etiam q duos cecos iuxta viã sedentes illuminans precepit di-

Mat. ix. cens. Videte ne quis sciat. De quib⁹ illico scriptum est. Abeuntes diffamauerunt eũ per totã terrã illam. Sed querendũ nobis est / quid sit hoc qđ ipse omnipotẽs (cui hoc est velle qđ posse) et taceri virtutes suas voluit: et tamen ab his qui illuminati sunt / q̃si inuit⁹ indicatur / nisi q seruis suis sequentib⁹ exemplũ dedit: vt ipsi quidem virtutes suas occultari desiderent: et tamẽ vt alij eorum exemplo proficiant: prodant inuiti: et facta quidem sua occultando o seipsos custodiant: sed dum pdunt inuiti / bona ad primos suos exẽpla trãsmittant. Occultentur ergo studio / necessitate publicẽtur: et eoꝝ occultatio sit custodia propria: eorũqꝫ publicatio sit vtilitas aliena.

Mat. v. Rursum qꝫ scriptum est: Neqꝫ accendunt lucernã / et ponunt eam sub modio: sed sup candelabrũ / vt luceat omnib⁹ qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corã hominibus / vt videãt opera vestra bona / et glorificẽt patrem vestrũ qui in celis est. Aliquãdo sancti viri et coram hominibus cõpelluntur bona facere: aut eadem hoibus sua facta narrare: sed ad eum finem omnia referẽtes / vt non ipsi eisdem operibus / sed pater eorũ qui in celis est / de-

B beat glorificari. Dum enim sancta predicant / ipsa predicatio eoꝝ fortasse despicitur / quorũ vitam nescitur. Compelluntur ergo vitam suam dicere: vt auditorum suorum valeant vitam mutare. Et facta sua referunt / vt venerationi sint: venerari appetunt / vt reuerenter audian-

Ezech. j. tur. Scriptũ quippe est: Cum eleuarent aialia de terra / eleuabantur pariter et rote: quia videlicet cum auditorum mentes predicantiũ vitã suspiciũt / necessario vtiqꝫ etiam vim predicationis admirantur. Capitulũ. xix.

Hinc est ergo q predicatores boni et honorem ppter elationem fugiunt: et honorari tñ ppter imitatione volunt. Sic nimirũ Paulus apostolus discipulis loquens et honorẽ fugiẽs: tñ qñ esset

j. Thes. ij. honorãdus ostendit. Nam cum thessalonicẽsibus diceret: Neqꝫ enĩ aliqñ fuimus in sermone adulatiõis: sicut scitis: neqꝫ in occasione auaritie: deus testis est: secutus adiungit. Neqꝫ querẽtes ab hoibus gloriã: neqꝫ a vobis

† a Lorinth. neqꝫ ab alijs / cum possim⁹ honori † vobis esse vt christi apostoli: sed facti sumus paruuli in medio vestrũ. Rur-

ij. Lo. iiij. sus corinthiis (honorem fugiẽs) dicit. Non enĩ nosmetipsos predicamus: sed Jesum christum dominũ nostrũ: nos autẽ seruos vestros per Jesum christũ. Quos tamẽ videns falsorum apostoloꝝ persuasionibus a vere fidei

C tramite deuiare: eis se summopere q̃tũ esset venerãdus ostẽdit dicẽs. In quo quis audet (in insipiẽtia dico) audeo et ego. Hebrei sunt / et ego. Israelite sunt / et ego. Semen abrae sunt / et ego. Ministri christi sunt / et ego. Ut minus sapiens dico / plus ego. Quibus etiã subiungit: q ei quoqꝫ tertij celi secreta patuerint: q raptus etiam paradisi arcana penetrauit. Ecce honorem fugiens / seruum se discipulorum predicat. Ecce honorem pro vtilitate audiẽtium querens / falsis apostolis vite sue merita superponit. Egit quippe doctor egregius: vt dum ipse qualis esset agnosceretur: et vita et lingua male predicãtium eius cõparatione vilesceret: illos videlicet cõmẽdaret / si se absconderet: cumqꝫ se non ostenderet / errori locum dedisset. Miro igitur modo et humilitatis exhibet gratiam / et vtilitatis querit incrementa: vt et seruum se discipulorum predicet / et aduersarijs potiorem demonstret. Ostendit discipulis quid humilitatis acceperit: ostẽdit aduersarijs quid sublimitatis. Innotescit discipulis qualis apud se maneat in cogitatiõe. Innotescit aduersarijs qualis foris appareat in operatione. Sancti ergo viri cum cogũtur bona narrare que faciũt / non elationi seruiũt / sꝫ vtilitati. Unde beatus Job amicis suis se iniuste increpãtib⁹: atqꝫ idcirco nesciẽtibus bona sua loquẽdo aperit: vt nimiꝝ discerẽt / non contra ei⁹ vitam increpãtes erigi / sed hãc tacentes imitari: quis (vt supra iam diximus) hũc ad memoriam facta sua reducere / inuecta ab increpantib⁹ desperatio cõpellebat.

D Nam inter tot dolores vulneris et verba desperatiõis / cũ bona que fecit narrat / quasi collapsum ꝟbis et verberibus ad spem animum reformat. Dicat ergo bona que fecit / vt non cogatur inter tot mala de se desperare que audit. Oculus fui ceco / et pes claudo. Cum sancti operis exẽpla pensamus: intuẽdum nobis prius est q̃ recte narrãdi ordo seruetur: vt ante iustitie / et post misericordie opera describãtur. Ille qppe bene agit que pia sunt q̃ scit prius seruare q̃ iusta: vt collatus ī primis riuus misericordie de iustitie fonte ducatur. Caplm. xx.

Misereri volẽs pri⁹ sibi ipsi pri⁹ debet misereri.

Nam multi primis quasi opera misericordie impẽdũt / sꝫ iniustitie facta non deserũt. Qui si veraciter primis misericordiam facere studerent: sibiipsis prius debuerant iuste viuendo misereri. Unde scriptum est: Miserere aie tue placens deo. Qui ergo misereri vult primo / a se trahat necesse est originẽ

Ecclesiastici. xxx. miserendi. Scriptum namqꝫ est: Diliges primũ tuũ sicut

Deut. vj. teipsum. Quo ergo alteri miserẽdo pius est / qui adhuc

Ecclesiastici. xiiij. iniuste viuẽdo fit impius sibimetipsi? Unde per quẽdã sapiẽtem dr: Qui sibi nequã est / cui bon⁹ erit? Ad exhibẽdam quippe misericordiam vt indigẽtib⁹ plene exteri⁹ valeat impẽdi / duo sibi necessaria cõgruũt. s. homo qui prebeat / et res que prebeatur. Sed longe incõparabiliter melior est homo q̃ res. Qui itaqꝫ indigẽti proximo exteriorem substãtiam prebet: sed vitam suã a nequitia non custodit: rem suã deo tribuit / et se peccato. Hoc qđ minus est obtulit auctori / et hoc qđ maius est seruauit

Ad miam exhibẽdã duo requiruntur.

E iniquitati. Bene itaqꝫ per beatum Job prius dr: Justitia indutus sum / et vestiui me sicut vestimento: et sicut diademate iudicio meo. Ac deinde subiũgitur. Oculus fui ceco / et pes claudo. Quia tunc est apud deũ oblatio vere rectitudinis / cũ de radice iustitie pcedũt rami pietatis. Sed qꝛ in ipo misericordie opere plus solet apud internũ iudicẽ anim⁹ pensari q̃ factũ: notãdum q ceci oculũ fuisse se asserit / pedẽ claudi. Hec etenĩ dicẽs / pfecto indicat qꝛ et illi per semetipm manum prebuerat / et hũc portãdo sustinebat. Ex qua re colligit: sup egenos ac debiles q̃ntum misericordie illi⁹ viscera fundebãtur. Unde et subdit. Pater eram pauperum. Que vcꝫ ꝟba si ad vocem sancte ecclesie typica interpretatione referamus: ipa est ocul⁹ ceco / qꝛ per ꝟbum lucet: ipa pes claudo / qꝛ per adiutoriũ cõtinet. Cecos enĩ predicãdo illuminat: claudos vero opitulãdo sustẽtat. Cecus quippe est q adhuc quo pergat non videt. Claudus autẽ est qui non potest ire quo videt. Crebro namqꝫ peccatũ aut ignorãtia aut infirmitate ppetratur: vt vel nesciat homo qđ velle debeat: vel non oẽ qđ voluerit possit. Quo cõtra

Ps. xxvj. recte per Psalmistam dr: Dñs illuminatio mea et salus mea. Quia enĩ dñs et sciẽtiam et virtutem prebet: et contra ignorãtiam illuminatio / et ɔtra infirmitatem salus vocatur. Hinc etiam de iniquis dr. Fiant vie eoꝝ tene-

Psalm. xxxiiij. bre et lubricum. vt scꝫ per tenebras quo ire debẽt non videant: qui etsi recta viderẽt / in eis tamen per lubricum

F stare non possent. Ipsi itaqꝫ per lubricũ inter bona claudicãt: illi per tenebras que bona sequantur ignorẽt. Sãcta itaqꝫ ecclesia extremis tribulationibus deprehẽsa / antiquorum reminiscitur temporum / quando et docẽdo illuminare consueuerat / et adiuuãdo firmare: et precedentis membis sui ore loquitur / dicẽs: Oculus fui ceco / et pes claudo. Capitulum. xxj.

Que qꝛ duos in se populos colligit: iudaicum scꝫ atqꝫ gẽtilem: recte etiam potest ceco gẽtilis: claudo autẽ iudaicus populus designari. Gẽtilis quippe quasi oculos non habuit: qꝛ non recepta lege non vidit quo ire debuisset. At contra iudaicus habẽs oculos / claudus fuit: qꝛ legem quidẽ sciẽdo tenuit: sed in ea gressum recti operis non tetendit. Si enĩ gẽtilis populus cecus minime fuisset / ppheta non diceret:

Esaie. ix. Populus q sedebat in tenebris / lucem vidit magnam. Rursum si israeliticus populus a bono opere minime

Ps. xvij. claudicasset / nequaq̃ voce dñi psalmista dixisset. Filij alieni mẽtiti sunt mihi: filij alieni inueterati sũt / et claudicauerũt a semitis suis. Qui nimiꝝ populus claudus idcirco notatur: qꝛ sanum gressum in operatione non habuit: quippe qui vtroqꝫ pede vti noluit / dum vnũ testamẽtum recepit / aliud spreuit. Quem cũ ad se veniẽtem sancta ecclesia suscipit: qꝛ ei iam vetus tenẽti / et nouum testamẽtum inserit / ad dirigẽdos gressus illi⁹ quasi alte

G

rum pedē fugit. Qui fidelis sancte ecclīe popul⁹ adhuc recte subiugit. Pater erā pauperū. qz vez humiles qui pauperes spū dicti sunt / ex ei⁹ predicatione generātur. Sed oportet vt in his oīb⁹ ipa historie subtiliter verba pensemus. Ait em. Pater erā pauperum: et causam quā nesciebam / diligētissime inuestigabam. Plerūqz enim multi hoīes pauperib⁹ largiūtur: non qz eosdem pauperes diligūt / sed qz si minime tribuāt / iram iudicij fugiūt formidāt: qui si deū non metuerent / que habēt / dare noluissent. Et quidē in bono opere primus incipiētiū gradus est / vt qui adhuc ꝓximum sicut se nescit diligere: tñ incipiat iudicia supna formidare. Quia igitur aliud est bonū opus ex precepto / aliud vero etiā ex affectu facere; sanctus vir vt mentem nobis sue operationis insinuet / dicat: Pater erā pauperꝫ. Non em patronū se vel ꝓximū vel adiutorem pauperꝫ / sed patrē fuisse testat: qz nimirꝫ magno charitatis officio studiū mie vertit i affectum nature: vt eos quasi filios cerneret ꝑ amorem / qb⁹ quasi pater preerat per ꝓtectionem. Qz igit vis misericordie illi⁹ naturā fuerat imitata / patrē se pauperꝫ fuisse ꝯmemorat. Ubi etiā subdit. Et causam quā nesciebā diligētissime inuestigabam. In qb⁹ vez ꝟbis pensanda sunt oīa ꝙ distincte narrātur / qz nulla ab eo merces pretermittit. Iustus qppe est in actionib⁹ suis: pius in infirmitatib⁹ ꝓximoꝝ: strenuus in negocijs pauperꝫ. Qui em eterne retributionis bona cogitat / necesse est vt ad oēm se causam secuture mercedis extēdat. Hinc em per Salomonem dr. Qui deū timet / nihil negligit. Hic etiā Paulus ait: Ad oīe opus bonū parati. Sed inter hec sciēdum est / qz aliquādo in actionib⁹ nostris minora bona pretermittēda sunt ꝓ vtilitate maioꝝ. Nam qs ignorei esse boni operis meritū / mortuū sepelire? Et tñ cuidam qui ad sepeliendū patrē se dimitti poposcerat / dictū est. Sine vt mortui sepeliāt mortuos suos: tu aūt vade et annūcia regnū dei. Postponendū nāqz erat obsequiū huius ministerij officio predicationis: qz illo carne mortuos in terrā cōderet: isto aūt aīs mortuos ad vitā resuscitaret. Per prophetam quoqz primatib⁹ synagoge dicit. Querite iudicium: subuenite oppresso. Et tamen Paulus apłus dicit. Contēptibiles q sunt in ecclīa / illos cōstituite ad iudicādum. Auditores etem suos ad virtutē sapiētie / ad linguaꝝ genera / ad ꝓphetie quoqz indagāda mysteria succendebat / dicens. Emulamini spiritualia: magis aūt vt ꝓphetetis. Sed qz spūalia dona nō caperēt / si terrena eos negocia depressissent: lōge ante premisit / dicēs. Contēptibiles q sunt in ecclīa / illos cōstituite ad iudicādū. Ac si aperte dicat. Qui minoris meriti sunt in ecclesia / et nullis magnoꝝ donoꝝ virtutibus pollent / ipsi de terrenis negotijs iudicēt: quatenus per quos magna nequeūt / bona minora suppleātur. Quos et cōtēptibiles noiat: et tñ sapiētes vocat / cū dicit. Sic non est sapiēs inter vos quisqz / qui possit iudicare inter fratrem suū? Qua ex re quid colligit / nisi vt hi terrenas causas examinēt / qui exterioꝝ reꝝ sapientiam perceperunt / Qui aūt spiritualibus donis ditati sunt / profecto terrenis non debent negotijs implicari: vt dum non coguntur inferiora bona disponere / exercitati valeant bonis superioribus deseruire. Capitulum xcij.

H Eccle. vij. ij. Timo. iij. Luce. ix. Esaie. j. j. Cori. vj. j. Cor. xij. j. Cori. vj. Ibidem. I

SEd curādum magnopere est / vt hi q donis spiritualibus emicāt / nequaqꝫ ꝓximoꝝ infirmantium negotia funditus deserant; sed hec alijs quib⁹ dignum est / tractāda committāt. Unde Moyses quoqz ad populum viros pro se septuaginta constituit: vt quāto se ab exterioꝛib⁹ causis ꝑ abscōderet / tāto ardētius interna penetraret. Sicqz fit vt summi viri magis ad spūalia dona ꝓficiāt / dum eoꝝ mentes res infimas nō conculcāt: et rursum viri in ecclesia extimi sine bono opere non viuāt / dum in reb⁹ exterioꝛib⁹ inueniūt recta que agāt. Sācta quippe ecclīa sic cōsistit vnitate fidelium: sicut corpus nostrum vnitum est cōpage mēbroꝝ. Alia nāqz sunt mēbra in corpore que intuēde luci deseruiūt: alia que a terreno actu minime distinguūtur. Oculus qppe luci intēditur / et ne cecari valeat / a puluere custoditur. Pes vo tūc suū officium recte peragit / cū suscipiēdum terre puluerem non refugit. Que tñ corporis membra vicissim sibi sua officia impartiendo copulantur: vt pes oculis currat / et oculus pedi ꝓspiciat. Sic itaqz sancte ecclesie mēbra debēt officio esse distincta / et charitate cōstricta: vt summi viri eoꝝ vitam ꝓuideāt / qui in terrenis negotijs vacāt: quatenus velut ad lumen oculoꝝ pes ambulet: et rursum quicquid terrenis negotijs implicari agit / hoc ad maiorem vtilitatem referant: vt pes cui⁹ via ꝓspicitur / non sibi tātūmodo / sed etiā oculis gradiatur. Dum itaqz sibi inuicem alterna administratione cōueniūt / miro modo agitur: vt qz electi quiqz vicissim sibi impēdēdo qd valent faciūt: eoꝝ fiāt opera etiā que facere ipsi non possunt. Sed inter hec sciendum est / qz cū ꝓximoꝝ causis exterioꝛib⁹ qui apte deseruiāt desunt: debent hi quoqz qui spūalibus donis pleni sunt / eoꝝ infirmitatib⁹ cōdescēdere: terrenisqz illoꝝ necessitatibus inqñtum decēter valeāt / charitatis cōdescensione seruire. Nec tedere animum debet / si sensus ei⁹ contemplationi spūalium semper intentus / aliqñ dispensandis reb⁹ minimis quasi minoratus inflectitur: qñ illud verbū per qd constat oīs creatura / vt ꝓdesset hoīb⁹ / assumpta humanitate voluit paulominus ab angelis minorari. Quid ḡ mirum si homo se propter hoīem attrahit / dum creator hoīm et angeloꝝ / formam hoīs ꝓpter hoīem suscepit? Nec tamen minoratur sensus cū sic attrahitur: qz tanto subtili⁹ superiora penetrat / quāto humili⁹ pro amore cōditoris nec inferiora cōtēnit. Quid indignum nobis vel difficile est / si supra infraqz animum ducim⁹: qui eadem manu corporis lauamus faciem / qua etiam calceamus pedem? Beatus igitur Iob qui cum magna ageret / minima non despexit / dicat. Capłm. xciij.

Tali labo ribus.

K

ET causam quā nesciebam / diligētissime inuestigabam.] Qua in re notandum video / ne ad proferēdam sententiam vnqꝫ precipites esse debeamus: ne temere indiscussa iudicem⁹: ne quelibet mala audita nos moueāt: ne passim dicta sine ꝓbatione credamus. Qd profecto perpetrare pertimescimus / si auctoris nostri subtili⁹ facta pensamus. Ipse quippe vt nos a precipitata sentētie ꝓlatione cōpesceret / cū oīa nuda et aperta sint oculis ei⁹: mala tñ sodome voluit audita iudicare: qui ait; Clamor sodomoꝝ et gomorreoꝝ multiplicatus est: et peccatum eoꝝ aggrauatū est nimis: descēdam et videbo vtrū clamorē qui venit ad me / opere cōpleuerint / an non est ita: vt sciā. Oīpotēs itaqz dñs et oīa sciēs / cur ante ꝓbatiōem quasi dubitat / nisi vt grauitatis nobis exēplum ꝓponat: ne mala hoīm ante presumamus credere qꝫ probare? Et ecce per angelos ad cognoscēda mala descēdit: moxqz facinorosos ꝑcutit: atqz ille patiens / ille mitis / ille de quo scriptū est: Tu aūt dñe cū tranquillitate iudicas: ille de quo scriptum est rursum: Dñs patiēs est redditor: in tāto crimine inuolutos inueniēs / qsi patiētiam ꝑtermisit: et diē extremi iudicij expectare ad vindictā noluit: sed eos igne iudicij ante iudicij diē preuenit. Ecce malū quasi cū difficultate credidit cū audiuit: et tñ sine tarditate ꝑcussit: cū veꝝ agnoscendo reperit: vt nobis vez daret exemplum / qz maiora crimina et tarde credenda sunt cū audiūtur / et citius puniēda sunt cū veraciter agnoscūtur. Huius ḡ diligētie beatus Iob sollicitudinem gerens ait. Et cām quā nesciebam / diligētissime inuestigabā. Que scz ꝟba etiā ꝑ vocē ecclīe ad interpretationē typicam possum⁹ non incōuenientēter referre. Ipsa qppe ꝑ electos suos cū mala carnaliū iudicat: hoc qd nescit inuestigat: qz mala que nescit operādo / inuestigat per iudiciū corrigēdo. Sancta itaqz ecclīa cum iniustoꝝ fuerit ad ꝑꝑa improbitate cōpressa / reminiscit dicēs. Causam quā nesciebā / diligētissime inuestigabam. Ac si aperte dicat. Mala que i electis meis agēdo nō noueram / in iniquis hoīb⁹ districte iudicando plectebam. Et qz nūc virtute predicationis sue diabolum cōterit: atqz ex eius ore vniuscuiusqz quē susceperit animam rapit: sequitur:

¶ S. Ex dentibus diaboli predam eripit / qui ab errore vel malitia aliquem predicando conuertit.

¶ Contereham molas iniqui: et de dentibus illi⁹ auferebam predam.] O qualem de ore diaboli predam tulit qñ ipm raptorem Saulum cōuertēdo rapuit: qñ adhuc spirans minaꝝ / acceptis epistolis pergebat damascum: et dum ꝑsequēdo fideles / cōgregaret plebem diabolo / cognoscēdo fidem ipse aggregatus est christo. Totiens ex iniqui dentibus ecclesia predam tulit / quotiēs ex erroris morsu animam predicando diripuit. Quis nāqz iniquus verius dici potest qꝫ diabolus? Cui⁹ molas cō

Gen. xviij

Sap. xij.

L

M

A terimꝰ/quotiens differendo cōtra eius insidias occulta
illiꝰ machinamenta mōstramꝰ:ac sic de eiꝰ dētibꝰ predā
tollimꝰ:quia mētē quā iam ad peccatū frāgēdo momor
deret/ad salutē vite ꝯuertēdo reuocamꝰ. Capitm.xxiiij.

Per molas quippe occulte eiꝰ insidie/per den=
tes vero apta iā culpe perpetratio demōstra=
tur. De quibꝰ nimirū molis ac dētibus ꝑ psal
mistā scriptū est:Deꝰ vero ꝯteret dētes eoꝝ i ore ipsoꝝ:
molas leonū ꝯfringet dn̄s. Sed sanctus vir ante se asse=
rit molas cōterere/et post de dentibꝰ illiꝰ predā potuis
se auferre:quia tūc veraciter predā de eius dentibꝰ tol
limꝰ/cū priꝰ molas illiꝰ conterere scimꝰ. Prius eni ne=
cesse est occulta consiliorū illiꝰ machinamenta prodere:
vt auditoris nostri animā valeamꝰ postmodū ab aperto
lapsu reuocare. Huiꝰ iniqui molas ipse summus pastor
ecclesie predicādo cōterebat/cū diceret. Sobrij estote ꝛ
vigilate:qꝛ aduersariꝰ vester diabolꝰ tanq̄ leo rugiens
circuit/querēs quem deuoret:cui resistite fortes in fide.
Cōtra hūc leonem sancta ecclesia quia eiꝰ insidias con=
spicit/fidei caulas munit. Cuiꝰ tottēs molas frāgit/q̄=
tiens hereticoꝝ argumenta destruit:tollensq̄ ab eiꝰ dē
B tibus predā diripit/quotiēs ab errore quempiam predi
cando cōuertit. Et qꝛ plerīq̄ iustoꝝ tunc erūt qui se ec=
clesiastice pacis tēpore ab hoc mundo exituros esse cre
diderūt:beatꝰ Job dum sua narrat/voces q̄q̄ iustorum
sequentiū indicat/dicens.

¶ S. Qꝛ sancta eccl'a filios suos i nido pacis enutriat
¶ Dicebā q̄. In nidulo meo moriar:ꝛ sicut palma mul
tiplicabo dies. Quid hoc loco per nidi nomē exprimit
nisi tranquilla quies fidei/qua vnusquisq̄ infirmus nu=
trit? Multitudo q̄ppe illa bonoꝝ q̄ ꝑsecutionū tēporibꝰ
fuerit deprehensa/nutrimentoꝝ suoꝝ dies quasi i nido
sic in loco quietis explere se credidit. Nānisi sancta ec=
clesia infirmos quoq̄ filios nunc in nido pacis enu=
triret/Psalmista nō diceret. Etenī passer iuenit sibi do
mū:ꝛ turtur nidū vbi reponat pullos suos. Iā quippe
domū inuenit sibi passer:quia eternū celi habitaculū no
ster redēptor intrauit. Et turtur inuenit nidū:qꝛ sancta
ecclesia amore cōditoris affecta crebris gemitibus vti=
tur:ꝛ velut nidū sibi.i.pacatissimā fidei quietē cōstruit:
in qua crescentes filios quasi plumescentes pullos quo=
usq̄ ad superiora euolēt/charitatis gremio calefactos
fouet. Igitur qꝛ tūc erūt qui pacis tēpore se ad superna
migrare.i.a nido euolare crediderūt:eoꝝ vox beati Iob
C voce preuenit/cū ait. Dicebā q̄: In nidulo meo moriar.
Quia vero hoc sibi pacis ociū ex multoꝝ dierū lon
gitudine ꝓmittebāt:recte subiūgit/dicēs. Et sicut pal
ma multiplicabo dies. Palma eī tarde ꝓficit/sed diu
in viriditate subsistit. Cū multis eīt difficultatibꝰ san
cta ecclesia ad fidei statū venit:ꝛ pro collectione pluri=
morū in eiusdē fidei gloria diutius stare cōcupiscit. Si=
cut palma ergo multiplicare se dies credidit:que emer
gente subite tētatiōis articulo/pacis sue gratiam ꝛ tar
de a fidelibus adeptam/ꝛ citius ab infidelibus interce
ptam dolet. Capitm.xxv.

Nec immerito iustoꝝ vita palme ꝯparatur:qꝛ
scꝫ palma inferius tactu aspera est:ꝛ quasi ari
dis corticibꝰ obuoluta:superiꝰ vero ꝛ visu et fructibus
pulchra. Inferius corticū suaꝝ iuolutiōibꝰ angustatur:
sed superiꝰ amplitudine pulchre viriditatis expāditur.
Sic quippe est electoꝝ vita/despecta inferius/superius
pulchra. In imo ista quasi multis corticibꝰ obuoluitur/
dū innumeris tribulationibꝰ angustat: in summo vero
illa quasi pulchre viriditatꝭ folijs amplitudine retribu=
tionis expandit. Habet quidem aliud palma/quo a cū
ctis arborū generibꝰ differt. Omīs nāq̄ arbor in suo ro
bore iuxta terrā vasta subsistit:sed crescēdo superiꝰ an=
gustatur:et quanto paulisper sublimior:tāto in altū sub
tilior redditur. Palma vero minor ab imis inchoat:et
iuxta ramos ac fructus ampliori robore exurgit:et que
tenuis ab imis proficit:vastior ad sūma succrescit. Qui
bus itaq̄ alia arbusta nisi terrenis mentibꝰ inueniunt
esse similia:inferiꝰ vasta/superius angusta:quia nimirū
oēs huiꝰ seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt:
in celestibus debiles. Nam pro temporali gl'ia vsq̄ ad
mortē desudare appetunt:ꝛ pro spe perpetua/nec parum
quidē in labore subsistūt. Pro terrenis lucris quaslibet
iniurias tolerant:ꝛ ꝓ celesti mercede vel tenuissimi verbi
ferre cōtumelias recusant. terreno iudici toto etiā die
assistere fortes sunt:in oratiōe vero corā dn̄o vel vnius
hore momēto lassant. Sepe nuditatē/delectionē/famē/
pro acquirēdis diuitijs atq̄ honoribꝰ tolerāt:ꝛ earum
rerū se abstinentia cruciant:ad quas adipiscēdas festi=
nant. Superna autem laboriose querere tāto magis diffi
mulāt/quāto ea retribui tardius putant. Hi itaq̄ quasi
aliarū arborꝝ more deorsum vasti sunt:sursum angusti:
quia fortes in inferiora subsistūt/sed ad supiora deficiūt.
At cōtra ex qualitate palmarū designat proficiēs vita
iustorū:qui nequaq̄ sunt in terrenis studijs fortes/et in
celestibꝰ debiles:sed longiꝰ atq̄ distantius studiosos se
deo exhibēt/q̄ seculo fuisse meminerūt. Nam cū quibus
dā per predicatorē nostrū dicit: Humanum dico/ꝓpter
īfirmitatē carnis vestre. sicut exhibuistis mēbra vestra
seruire īmundicie ꝛ iniquitati ad iniq̄tatē:ita nūc exhi=
bete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem.
corā ꝓculdubio infirmitati cōdescendit:ac si eis aper=
tius diceret. Si nequaq̄ ampliꝰ potestis:saltem tales
estote in fructu bonorū operum/quales fuistis dudū in
actione vitiorū:ne debiliores vos habeat † sancta liber
tas heredes:quos in carne validos habuit vsus terrene
voluptatis. Capitm.xxvi.

D

Sunt vero nōnulli qui cū celestia appetūt:at=
qꝫ huiꝰ mūdi noxia facta dereliquūt/ab incho
atione sua q̄tidie inconstantie pusillanimitate deficiūt.
Quibꝰ hos nisi arbustis relicqs similes dixerimꝰ:qui ne=
quaq̄ tales superiꝰ surgunt/quales inferiꝰ oriunt? Hi
quippe ad cōuersionem venientes/nō tales quales cepe=
runt perseuerāt:ꝛ quasi more arborū/inchoatione vasti
sunt/sed tenues crescūt:qꝛ paulisper per augmenta tē=
porū patiūtur detrimenta virtutū. Sensim q̄ppe in eis
desideria supna languescūt:ꝛ qui robusta ac fortia ꝓpo
suerāt/debilia atq̄ īfirma cōsumāt:dū q̄ etatis augmē=
to proficiūt/quasi flexibiles crescūt. Palma vero (sicut
dictū est) vastior in summitate est q̄ esse ceperit ex radi=
ce:qꝛ sepe electorum conuersatio plus finiendo peragit/
q̄ ꝓponit inchoando. ꝛ si tepidius prima inchoat/feruē
tius extrema consummat. videlicet semper inchoare se
estimat:et ideo infatigabilis in nouitate pdurat. Hinc
scꝫ iustorū constantiam propheta intuens ait. Qui cōfi=
dunt in dn̄o/mutabunt fortitudinem:assument pennas
vt aquile:currēt ꝛ nō laborabunt:ambulabunt/ꝛ nō de=
ficient. Mutāt quippe fortitudinē:qꝛ fortes student esse
in spirituali opere/qui dudū fuerāt fortes in carne. Assu
munt autē pēnas vt aquile:qꝛ contēplādo volant. Cur=
rūt ꝛ nō laborāt:qꝛ velocibꝰ magna celeritate predicāt.
Ambulāt ꝛ non deficiūt:qꝛ intellectꝰ sui velocitatē reti=
nent/vt tardioribꝰ condescēdāt. In cunctis vero bona
que accipiūt/quanto alijs libēter accōmodāt/tāto ipsi
incōmutabiles in nouitate perdurāt:et qui tenues a ra
dice inchoationis exeūt/fortes in culminis perfectione
conualescūt. Dicat itaq̄ beatꝰ Job ex persona sua:dicat
ex voce sancte ecclesie ꝓ his quos pacis tēpore ad se con
uersos habuerat/atq̄ i bonis moribꝰ ꝑseueraturos cre=
debat. Dicebāq̄: In nidulo meo moriar:et sicut palma
multiplicabo dies. Quasi ei palmā multiplicare se dies
credidit:que mentes fideliū ad extremū vsq̄ robustio=
res exurgere putabat. Cū eni multorū corda ꝑsecutioni
bus ceperint lassata mollescere/dolet iam in se quasi ad
debilitatē tēdere/quos mirat fortia ꝓposuisse. Et quia
mente semꝑ spūali scientie intēdit/recte subiungit. Ra
dix mea aperta est secꝰ aquas. Iuxta aquas eni radix
aperitur/quādo ad ꝑcipiēda veritatis fluēta latenter
cogitatio mentis expandit. Vt eni in superiori libro iā
diximꝰ:solet i sacro eloquio radicis nomine/occulta co
gitatio designari. Radicē igitur nostram secus aquas
aperimus/cum infusioni diuine cogitationem taciti cor
dis intendimus. Capitm.xxvij.

Vel scꝫ verba si ad vocem sancte ecclesie duci
mus/radix illius ipsa debet incarnatio redē
ptoris intelligi. Que iuxta aquas aperta est/
dū deꝰ inuisibilis ꝑ assumptionē humanitatꝭ sue patuit
aspectibꝰ visionis nostre. Creator q̄ppe qui in diuinita=
te videri nō poterat/assumpsit a nobis vnde videret a
nobis. Radix ergo secus aquas aperit:qꝛ auctor huma
ni gñis ꝑ humanitatē suā hominibꝰ demonstrat. Vnde
recte quoq̄ per Psalmistā dicit: Et erit tanq̄ lignū qđ

Ps.lvij.
j.Pe.v.
Psalm. lxxxiij.

Cōtra hu ius seculi dilectores

† Als sancta liber tas charitatis q̄ in car. ꝛc.

E

Esa.xl.

F

Ps.j.

G

plantatū est sec⁹ decursus aquaꝝ. Decursus quippe aquarū sunt quotidiani transit⁹ deficientiū populoꝝ. Et de seipsa veritas dicit: Si in ligno viridi hec faciut/in arido quid fiet? Lignū ergo secus decursus aquarū est: q fructū ⁊ protectionē sui nobis vmbraculi proferens/apparuit creator in carne: vt humanū genus p resurrectionem robustū figeret/qd p defectū quotidie ibat in mortem. Sequit [Et ros morabitur ī messione mea.] Subaudis dicebā. Messio eīm sancte eccłie non inconuenienter accipit/cū pfecte anime corporibus abstracte/velut mature segetes a terra decise/ad celestia horrea demigrāt. qd qz nō nr̄a virtute/sed celesti gr̄a largiente agit/bene ait. Et ros morabit in messiōe mea. Ros nāq desuper cadit: messio deorsum colligitur. Ergo ros morabitur in messiōe: qz gr̄a desuper veniēs agit/vt digni simus qui de inferiorib⁹ colligamur. Ipsa quippe nos desuper infundente/fructū honoꝝ operū ferim⁹. Unde recte quoq p Paulū dr. Gratia dei sum id qd sum: et gr̄a

f.cor.xv.

eius in me vacua nō fuit. Si eīm queraẜ quid sit ros desuper veniēs/ait: Gratia dei sum id qd sum. Si intueamur messem sub rore crescentē/ait. Et gratia eius in me vacua nō fuit: sed abūdanti⁹ illis omnib⁹ laboraui. Sequitur. [Gloria mea semp innouabit: ⁊ arcus me⁹ ī manu mea instaurabitur.] Subaudis dicebam. Superiori quippe sententie coniūgit/qd locutione cōtinua subinfert/cū ait: Dicebāq: In nidulo meo moriar: et sicut palma multiplicabo dies. Ac deinde subiūgit. Radix mea aperta est secus aquas: ⁊ ros morabit in messione mea. Gloria mea semp innouabit: ⁊ arcus me⁹ in manu mea instaurabitur. Cunctis vero scientib⁹ liquet/q ad vetustam vitam vitia pertinent: virtutes ad nouā. Hinc eīm Paul⁹

H

Col.iij.

Ro.vj.

dicit. Exuentes vos veterē hominē cū actib⁹ suis/⁊ induentes nouū. Hinc rursus ait. Uetus homo noster simul crucifixus est. Hinc Psalmista ex typo humani generis loquēs/iter malignos spūs dephēsus dicit: Inueteraui inter oēs inimicos meos. A feruore etenī mentis

Ps.vj.

vel inter spūales inimicos/vel inter carnales quosq proximos/ipso aliquo modo viuēdi vsu veterascim⁹: et assumpte nouitatis spēm fuscamus. A qua tamē vetustate quotidie si studio circūspectionis inuigilam⁹: orādo/legendo/bene viuendo renouamur: qz vita nostra dum lachrymis lauatur/bonis operib⁹ exercetur/sanctis meditationib⁹ tenditur: ad nouitatē suā sine cessatione reparaẜ. Beat⁹ igitur Iob sic sua narrat/vt nostra significet: qz sancta ecclesia cum fideles suos conspicit ad vite veteris culpas redire: eos quos nouitatē mētis induerẜ perdere/cogit plorare. Predicator quippe egregi⁹ discipulis suis dicit: Que est eīm nr̄a spes aut gaudiū aut co-

f.thes.ij.

rona glorie? Nōne vos ante dnm? Sancta ḡ ecclesia qsi amissam gloriā deplorat/cum fideles suos ad vitam veterem redire psiderat. Ait eīm. Dicebā: gloria mea semp innouabit. qz eos quos ī se noue vite militare credidit: vetustis desiderijs seruire cognoscit. Capim.xxviij.

Arcus.

I

Arcus autē nomine in sacro eloquio aliquando maloꝝ insidie/aliquādo dies iudicij/aliquando ṽo ipsa eadē sacra eloquia designātur. Per arcū quippe insidie figuranẜ: sicut p Psalmistam dicit: Intēderunt arcū suū/rē amaram. Per arcū

Ps.lxiij.

quoq dies extremi iudicij designatur: sicut p eūdē rursum Psalmistā dr: Ostendisti populo tuo dura: potasti

Ps.lix.

nos vino cōpunctionis. Dedisti metuentib⁹ te significationem/vt fugiant a facie arc⁹. In arcu tm̄ quanto longe trahiẜ chorda/tāto deco districtior exit sagitta. Sic nimirū sic extremi iudicij dies quanto lōge differtur vt veniat/tanto cū venerit/de illo districtior sententia pcedit. Idcirco autē diuersis nunc cladib⁹ percutimur: vt his correcti/paratiores tunc inueniri valeamus. Unū illic premissum est: Ostēdisti populo tuo dura. flagella videlicz seculi que secuturū grauī⁹ iudicij diem pcurrūt. Potasti nos vino cōpunctionis: vt terrena gaudia in lachrymas verterēẜ. Dedisti metuētib⁹ te significationē/vt fugiant a facie arc⁹. Ac si diceret. Hoc tēpus misericordie est: illud tēpus iudicij erit. Per ista ḡ hui⁹ temporis flagella significas/quomodo tūc pcussurus es qsi nō parcēs iudicas: qui sic districte modo pcutis qsi parcis. Aliquando aūt per arcum etiā sacra scriptura signatur. Ipsa quippe arc⁹ est ecclesie/ipsa arcus est dni: de quo ad corda hoīm sicut ferientes sagitte/sic terrentes sententie veniūt. Unde recte quoq p Psalmistā dicit. Arcū

K

suū tetēdit ⁊ parauit illū: ⁊ in ipso parauit vasa mortis:

Ps.vij.

sagittas suas ardentib⁹ effecit. Arcū nāq suū dn̄s tetēdit: qz cūctis peccatorib⁹ per scripturā sacrā minas exhibuit. In quo arcu scz vasa mortis preparat: qz fm eloquij sui minam/eos q nūc corrigi negligūt/reprobos dānat. In quo etiā sagittas suas ardētib⁹ effecit: qz in eos quos per terrorē corrigit/accēsas ṽboꝝ snias emittit. De hoc predicatorum arcu per Esaiam dicit. Cū sagit-

Esa.vij.

tis ⁊ arcu egrediūtur illuc. qz nimirū sancti apostoli, ad feriendam gentilis vite duritiam cū districtis verborū spiculis venerūt. Quid igit hoc in loco arcus noie/nisi sacrū eloquiū debet intelligi? In chorda etenī testamētum nouū/in cornu ṽo testamētū vet⁹ accipitur. In arcu autē dū chorda trahitur/cornu curuatur. Sic in hoc eodem sacro eloquio dum testamentū nouū legitur/duritia testamēti veteris emollitur. Ad ei⁹ nāq spiritalia ⁊ blāda precepta illi⁹ littere se rigor inclinat: qz testamentum nouū dū quasi quodā bone operatiōis brachio trahitur/in testamēto veteri seueritatis iura flectunẜ. Nec indecēter dicimus chordā testamento nouo congruere: qd de incarnatione dnica certū est extitisse. Quasi ergo chorda trahitur/⁊ cornua curuanẜ: qz dū in testamento nouo incarnatio mediatoris agnoscit/ad spiritualē intelligentiā rigor testamenti veteris inclinaẜ. Ait igitur sanct⁹ vir. Dicebam: gloria mea semp innouabit: et arc⁹ meus in manu mea instaurabitur. Arcus in manu est: scriptura sacra in operatione. In manu etenī arcum tenet/qui diuia eloquia q intellectu cognoscit/operatiōe pficit. Instauraẜ ergo arc⁹ in manu/dū quicqd in sacro eloquio studendo cognoscit/viuendo cōplet. Hinc etiā Salomon dū fortes spūalis pugne describeret bellato-

L

res/ait. Omes tenentes gladios/⁊ ad bella doctissimi.

Cāt.iij.

Quid nāq ī diuia sc̄ptura p gladiū figureẜ/Paul⁹ aperuit/dicēs. Et gladiū spūs: qd est ṽbū dei. Cap.xxix.

Ephe.vj.

Salomon autē nō ait: oēs habētes gladios/sed tenētes: qz videlicet verbū dei nō est mirabile solūmodo scire/sed facere. Habet quippe/sz non tenet gladiū/qui diuinū quidē eloquiū nouit: sed fm illud viuere negligit. Et doctus esse ad bella tā nō valet/q spiritualē quē habet gladiū minime exercet. Nā resistere tēptationib⁹ oino nō sufficit: q hunc verbi dei tenere gladiū male viuēdo postponit. Sctā itaq eccłia que subsequēti persecutione deprimiẜ/malorum abūdantiā ⁊ bonorū inopiā pensans: beati Iob vocib⁹ dāna sua pnunciat/dicēs. Dicebāq: In nidulo meo moriar: ⁊ sicut palma multiplicabo dies. Radix mea apta est sec⁹ aquas: et ros morabit in messione mea. Gloria mea semp innouabitur: et arc⁹ meus in manu mea instaurabitur. Que videlicet cuncta considerans/nequaq spe cassa fallebatur. Nam perfecti quiq multos nunc eius conspiciunt adiutores: sed pensant procul dubio q emergente persecutionis articulo/ex his plerīq hostes illius fiunt/qui esse pacis tempore eius ciues videntur. Non autem de

M

omnibus ita desperant: sed tamen plerūq contingit vt hi de quibus maiorē fidei fiduciam habuerūt/ipsi eiusdem fidei hostes atrociores fiant: vt eos tunc videāt cōtra sacra eloquia agere: ex quorum se operatione crediderant hec eadem sacra eloquia ad predicationis gratiā restaurare. Que tm̄ tpa iam nūc inchoasse ingemiscimus: cū multos intra ecclesiā positos cernim⁹: q aut nolūt opari qd intelligūt: aut hoc ipm q sacrū eloquium intelligere ac nosse pténūt. A ṽitate etenī auertētes auditum/ad fabulas conuertunẜ: dū oēs que sua sunt querunt/non que sunt Iesu xpi. Scripta dei vbiq reperta opponuntur oculis: sed hec cognoscere homines dedignanẜ. Pene nullus querit scire qd credidit. Multitudo ergo bonorum precedentium arcum suū destrui dolebat/que sacrum eloquium restaurari semper per studium subsequentium credebat.

Finit liber Decimusnonus Moralium Sancti Gregorij.

Sequitur Liber. xx. Moralis expositiōis sancti Gregorij doctoris ecclesie: super reliqua Capituli vicesiminoni textus beati Iob.

Capitulum primum.

A

Quāuis omnem scientiā atq; doctrinā scriptura sacra sine aliqua cōparatione trāscēdat: vt taceam q̄ vera ꝑdicat: q̄ ad celestē patriam vocat: q̄ a terrenis desiderijs ad superna amplectēda cor legentis immutat: q̄ dictis obscurioribus exercet fortes: ⁊ paruulis humili sermone blādit: q̄ nec sic clausa est vt pauescī debeat: nec sic patēs vt vilescat: q̄ vsu fastidiū tollit: ⁊ tāto amplius diligit/ quāto amplius meditatur: q̄ legētis animū humilibus verbis adiuuat: sublimibus sensibus leuat: q̄ aliquo modo cū legentibus crescit: q̄ a rudibus lectoribus quasi recognoscit/ ⁊ tamen doctis semꝑ noua reperitur: vt ergo de rerū pondere taceā/ scientias tamen omnes atq; doctrinas ipso etiā locutionis sue more transcēdit: q̄ vno eodēq; sermone dū narrat textū/ prodit mysteriū: ⁊ sic scit preterita dicere: vt eo ipso nouerit futura predicare: ⁊ nō immutato dicēdi ordine/ eisdē ipsis sermonibus nouit ⁊ antea acta describere/ ⁊ agēda nūciare: sicut hec eadem beati Iob verba sunt: q̄ dū sua dicit/ nostra ꝑdicit: dūq; lamenta ꝓpria per sermonē indicat/ sancte eccl'ie causas per intellectū sonat. Ait em̄. Qui me audiebāt/ expectabant sententiā: ⁊ intēti tacebāt ad consiliū meū. Verbis

B

meis addere nihil audebāt: ⁊ sup illos stillabat eloquiū meū. Expectabāt me sicut pluuiā: ⁊ os suum aperiebāt q̄si ad imbrē serotinū. Hanc etem̄ apud beatū Job fuisse subiectorū reuerentiā indubitāter credimus. Sed sicut iam sepe diximus/ sancta eccl'ia hereticorū vel carnalium tribulationibus pressa/ p̄teritorū reminiscit tēporū: in quibus oīa q̄ ab ea dicit/ cū metu a fidelibus audit/ et aduersariorū suorū proteruiā deplorans/ dicit.

C S. Quāte reuerētie Job fuerit apud auditores suos/ ⁊ quāte discretionis in sermonibus proferendis.

C Qui me audiebant/ expectabant sētiam: ⁊ intēti tacebant ad consiliū meū. Ac si aperte dicat. Nō vt hi proterui ac tumidi/ qui dū veritatis ꝟba suscipere renuūt/ predicationis mee sentētias quasi docēdo precurrunt. Cuius nūc discipuli intenti ad eius consiliū tacent: q̄ verba eius nō audēt impugnare/ sed credere. Ut em̄ proficere ex ipsis possint/ ea proculdubio non iudicaturi/ sed secuturi audiūt. De quibus recte subiūgit. Verbis meis addere nihil audebāt: q̄ nimirū heretici cū contra hāc libertate pessima fuerint effrenati/ dictis eius addere aliquid presumūt/ cū predicamentorū eius rectitudinē

C

quasi emēdare moliunt. Que adhuc de bonis auditoribus subdit. Et super illos stillabat eloquiū meum. In hac stillatione eloquij/ quid aliud q̄ mēsura predicationis accipit: quia oportet vt exhortationis gratia singulis iuxta capacitatē ingenij cōferat. Per h̄ ꝗ q̄ dicit/ Verbis meis addere nihil audebāt: reuerētia laudatur audiētiū. Per h̄ vo q̄ subdit: Et sup illos stillabat eloquiū meū: iudicat dispēsatio magistrorū. Debet em̄ subtiliter is qui docet/ ꝓspicere/ ne plus studeat q̄ ab audiēte capiatur predicare. Debet em̄ ad infirmitatē audientium semetipm̄ ꝯtrahendo descēdere: ne dū paruis sublimia/ et idcirco nō profutura loquitur: se magis curet ostendere/ q̄ auditoribus prodesse. Capim. ij.

Exodi xxvij.

Ibente autē dn̄o non solū phiale ad mensam tabernaculi/ sed etiā cyathi ꝑparantur. Quid em̄ per phialas/ nisi larga predicatio: quid vero per cyathos/ nisi minima ⁊ tenuis de deo locutio designat? In mensa igit dn̄i ⁊ phiale ꝑparent ⁊ cyathi: q̄ videlicet in doctrina sacri eloquij non solū exhibenda sunt magna ⁊ arcana q̄ debriāt/ sed etiā parua ⁊ subtilia que quasi per gustū notitiā ꝑstent. Huius ergo discretissime dispēsationis sue sancta ecclesia extremis pressa temporibus reminiscat/ ⁊ dicat: Sup illos stillabat eloquium meū. Ubi apte quoq; subiūgitur. Expectabāt me sicut pluuiā: ⁊ os suū aperiebāt quasi ad imbrē serotinū. Verba quippe sancte ꝑdicationis sicut pluuiam sustinemus/ cū vera humilitate ariditatē nostri cordis agnoscimus: vt potu sancte ꝑdicationis irrigemur. Unde

Ps. cxlij.

recte deo p Psalmistā dr̄: Aīa mea sicut terra sine aqua tibi. His doctrine fluētis infundi ꝓpheta nos admonet/

Esa. lv.

dicēs. Sitiētes venite ad aquas. Qui dū in extrema ꝑte iam seculi verba sancte ꝑdicationis accipimus/ quasi ad imbrē serotinū os cordis aperimus. Nā si os in corde nō esset/ Psalmista nō diceret. Labia dolosa in corde ⁊ cor-

D

Ps. xj.

de locuti sunt mala. Os igit cordis q̄ verbis intēdimus vltime ꝑdicationis/ hoc velut serotinis aperimus fluētis. Que nimirū ꝑdicatio ex eius ad nos sacrificio ꝓdijt/ qui

Ps. cxl.

p Psalmistā dicit: Eleuatio manuū mearū sacrificium vespertinū. Quia em̄ redēptor noster iuxta mūdi finem vim persequentiū ꝑtulit: semetipm̄ pro nobis sacrificiū vespertinū dedit. De hoc imbre serotino alias scriptū est:

Ioelis v.

Dabo vobis pluuiā temporaneā ⁊ serotinā. Tēporaneā quippe pluuiā dedit: q̄ electis suis priori tempore legis intellectū cōtulit. Serotinā quoq; pluuiā tribuit: q̄ ꝑdicari diebus vltimis incarnationis sue mysteriū fecit. Quē q̄ sancta eccl'ia quotidie annūciare nō desinit/ ora cordis audiētiū velut ex imbre serotino infundit. Sequit.

C S. Qz prelatus quisq; ea circa subditos suos debet vti censura/ vt eis ꝑ se sic se grauē exhibeat vt nō reddat odiosum: sic hilarem/ vt non faciat vilem.

C Si quādo ridebam ad eos/ nō credebant: ⁊ lux vultus mei nō cadebat in terrā. Hec si iuxta historie verba ꝑcipimus/ credi necesse est q̄ vir sanctus talem se exhibuerit subditis: vt etiā ridēs timeri potuisset. Sed cū superius patrem se pauperū/ viduarū vero consolatorē fuisse perhibet: magna valde discretione reo indiget: quomodo in

E

tanto terrore regiminis: tanta q̄q; affuerit lenitas ⁊ mansuetudo pietatis. Sine magna em̄ benignitatis lenitate nō fuit hoc/ q̄ se patrē pauperū/ ⁊ viduarū consolatorem dicit. Sed rursum sine magna seueritate nō potuit etiam ridēs timeri. Qua in re q̄d aliud docemur/ nisi q̄ talis debet esse dispēsatio regiminis: vt is q̄ preest/ ea se circa subditos mēsura moderet: quatenus ⁊ arridēs timeri debeat: ⁊ iratus amari: vt eū nec nimia letitia vilē reddat: nec immoderata seueritas odiosum. Sepe em̄ subiectos frangimus/ dū plus iusto vigorē iustitie tenemus. Qui ꝑfecto vigor iam iustitie nō erit/ si se sub iusto moderamine nō custodit. Et sepe a discipline metu resoluimus subditos/ si nostro regimini hilaritatis frena laxamus: q̄ dum nos quasi licenter letos aspiciunt/ audacter ipsi ad illicita resoluuntur. Capim. iij.

Sed vt rectoris vultus etiā letus debeat timeri/ necesse est vt ipse vultum sui cōditoris sine cessatione timeat. Illi etem̄ mēti difficile de letitia credit: q̄ q̄ se ꝑ amore oīa continue affligat/ a subditis sentitur. Qui em̄ incessanti estu spūalis desiderij superna appetit/ valde de eo in dubiū venit hoc q̄ aliquādo ante homines hilarescit. Unde ⁊ idē beatus Job nō longe post dicturus est. Semper em̄ quasi tumētes super me fluctus timui deū. Sic quippe metuebat iudicem suū: quasi imminētes impetus fluctuū iam tāq; moriturus. Cuius ergo ita mentē merorē diuini timoris infuderat/ recte hilaritati illius subditi nō credebant: q̄ cogebant ridentem

F

nō credere/ cuius cor in timore cōditoris nouerant q̄ continua mestitia tenebat. Hoc quoq; iuxta historiam non inconuenienter accipitur/ q̄ protinus subinfertur.

C S. Qz sanctorū lux in terrenorum desiderijs non est quorum cōuersatio in celis est.

C Et lux vultus mei nō cadebat in terrā. Scriptū quippe est: Oculi stultorū in finibus terre. Rursumq; ꝑ eūdē Sa-

Eccl. ij.

lomonē dicit: Oculi sapiētis in capite eius. Paulus q̄q;

j. Cor. xj.

dit. Caput viri christus. Oculi ergo sapiētis in capite eius sunt/ dū redemptoris sui semꝑ opera q̄ imitari debeat/ contēplatur. Lux ergo vultus eius in terrā non cecidit: q̄ ea q̄ terrena sunt/ ꝑ cōcupiscentiā nō aspexit. Sed q̄ superficiē historie sub breuitate discussimus: quid in his de intellectu mystico lateat ꝑspēdamus. Unū ēē ꝑsonā xp̄m ⁊ ecclesiā plerūq; iā diximus: ⁊ sepe vox capitis ad vocē corporis: sepe vox corporis ad vocē capitis trāsit. Qui ei sunt in carne vnā/ nil obstat vt ꝯueniāt etiā in voce vna. Dicat q̄ voce capitis de electis suis: dicat eccl'ia. Si q̄n ridebā ad eos/ nō credebāt. Ridere etenī dei est/ sanctorū vias ꝓsequenti fauore ꝓsperari: sicut de his quoq; ꝑ visum dicit/ quos in hoc seculo felicitatis blandimenta comitātur/ Arrisit illis tempus. Unde econtra ira appellatur dn̄i/

Ps. ij.

a bonis actionibus infirmari: sicut scriptū est: Nequādo irascatur dn̄s/ ⁊ pereatis de via iusta. Si igit irasci dn̄s perhibetur/ cū viā iustitie hoīes perdūt: recte arridere dominus dicitur/ cum bona nostra opera fauor gratie

G superne comitatur.
¶ S. Qz graue peccatū sit incauta securitas:et valde vtile sit/etiā cum stamus/formidare ruinam.
¶ Sed electi quiqꝫ q̄diu i hac vita sunt/securitatis si bi confidentiā nō promittūt. Horis enī omnibꝰ contra temptamēta suspecti/occulti hostis insidias metuūt:q̄ etiā tentatione cessante/vel sola grauiter suspiciōe turbant. Nā sepe multis graue periculū icauta securitas fuit:vt callidi hostis insidias nō tentati/sed iam ꝑstrati cogno scerēt. Uigilandū q̄ppe semper est/vt mēs cōtinue solli cita nunq̄ relaxetur intētione supna:ne laboriosa dese rens/in cogitationibꝰ fluxis/quasi in quibusdā mollibꝰ stramētis iacens/veniēti corruptori diabolo mēs se re soluta prostituat. Semp vero est ad certamē aduersarij erigēdus animꝰ:semp contra occultas insidias cautela
Abac.ij. prouidēda. Hinc etenī abacuc ꝓpheta ait. Super custo
Hie.xxxi. diā meā stabo. Hinc rursum scriptū est: Statue tibi spe culā:pone tibi amaritudines/q̄ euangelizas sion. Hinc
Prouer. per Salomonē dr̄. Beatꝰ vir qui semp est pauidus:qui
xxviij. autē mentis est dure/corruet in malū. Hinc iterū dicit. Uniuscuiusqꝫ ensis super femur suū/ꝓpter timores no cturnos. Nocturni quippe timores sunt insidie tētatio nis occulte. Ensis autē sup femur est custodia vigilās: carnis illecebras premens. Ne ergo nocturnus timor i. occulta ⁊ repētina tentatio subrepat:semper necesse est vt femur nostrum superpositus custodie ensis premat.

H S Ancti etenī viri sic de spe cer- Capm. iiij.
ti sunt:vt tamē semp sint de tētatione suspecti:
Psā.ij. quippe q̄bus dicit: Seruite dn̄o in timore:⁊ ex ultate ei cū tremore. vt ⁊ de spe exultatio/⁊ de suspiciōe
ps̄.lxxxv. nascatur tremor. Quoꝝ voce iterū Ps̄. ait: Letetur cor meū vt timeat nomen tuū. Qua in re notandū q̄ nō ait: letet vt securū sit:sed letet vt timeat. Meminerūt nāqꝫ q̄uis eorū actio prosperetur:q̄ adhuc in hac vita sunt: de qua per eūdem Job dr̄: Tētatio est vita humana su
Sap.ix. per terrā. Meminerūt rursum qđ scriptum est: Corpus qđ corrūpitur/aggrauat animā:⁊ deprimit terrena inha bitatio sensum multa cogitantē. Meminerūt ⁊ metuūt: ⁊ certitudinē sibi in se ꝓmittere nō presumūt:sed positi inter gaudiū spei/⁊ tentationis metū/cōfidunt ⁊ timēt: confortant ⁊ titubant:certificātur ⁊ suspecti sunt. Bene ergo per vocē electi mēbri sub figura nostri capitis dr̄: Si quādo ridebā ad eos/nō credebāt mihi:q̄ redēpto ri nostro quasi arridēti nō credimꝰ: dū multis iā donis testantibꝰ ⁊ grām fauoris eiꝰ accipimꝰ:⁊ tamen adhuc sub eius iudicio de nostra infirmitate titubamꝰ. Uide mus qualiter Paulo ⁊ arridetur iam ꝑ supnā grām:et ipse adhuc quasi nō credit ꝑ suspicionis metū. Iā e ce to illi dn̄s loquēs:⁊ cuiusqꝫ interiꝰ oculos aperiēs:⁊ exteriꝰ claudēs:potentiam sue maiestatis ostēderat: iam de co
Act.ix. Ananie dixerat: Uas electionis mihi est: iā ad tertiū ce lū super se rapꝰ fuerat:iā in paradisū ductꝰ/arcana ver ba que dicere nō posset audierat:⁊ tamen adhuc timidꝰ
j.Cor.ix. dicit: Castigo corpus meū/⁊ i seruitutē redigo:ne forte alijs predicās/ipse reprobꝰ efficiar. Ecce arridenti sibi diuine gratie iam credit ꝑ spem:⁊ necdū tamen credit ꝑ securitatē. Iam q̄ bene hec verba redemptoris nostri vocibꝰ congruūt:etiam subiecta testant/cū dicit. Et lux vultꝰ mei nō cadebat in terrā. Quid nāqꝫ terra nisi pec
Gen.iij. cator vocatur:cui prima sententia dictū est: Terra es ⁊ in terrā ibis. Lux q̄ vultꝰ dn̄i in terrā nequaq̄ cadit:q̄ visionis eiꝰ claritas peccatoribꝰ non apparet. Scriptū
Esa.xxvi. nāqꝫ est: Tollat impius/ne videat gloriā dei. Quasi enī lux in terrā caderet:si i extremo iudicio veniēs claritatem maiestatis sue peccatoribꝰ aperiret. Qz si hec vba ex sancte ecclesie voce suscipimꝰ/nō incōgrue itelligere poterimꝰ/lucē vultus eiꝰ in terrā nō cadere:q̄ occupa tis in terrenis actionibꝰ/vetat summe cōtemplationis sue mysteria predicare. Dici enī infirmis fortia ꝓhibet/ ne dū incapabilis audiūt/ꝓdicatiōis verbis quibꝰ sub leuari debuerāt/opprimātur. Lux q̄ppe ipsa corporea q̄ oculos sanos irradiat/infirmos obscurat:⁊ dū lippientibus oculis claritati solis intēditur/plerūqꝫ eis cecitas ex luce generatur. Sācta itaqꝫ ecclīa oppressa ꝑsecutio nis tēpore:memor autē preterite discretionis sue dicat: Lux vultus mei nō cadebat in terrā. Sed q̄ ex eiꝰ capi te hec verba intelligere cepimꝰ/in ipso adhuc qđ sequi tur exequamur. Nam subditur.

¶ S. Qz in eorum cordibꝰ qui carnē aīe ꝓponunt/chri K stus non primū locum habet/sed vltimum.
¶ Si voluissem ire ad eos/sedebā primꝰ. Qz in corde reproboꝝ priori loco actiones carnis sunt/⁊ posteriori actiones anime:in eorum procul dubio cogitationibus Christꝰ nō primꝰ/sed vltimꝰ sedet. Sed electi quiqꝫ q̄ ea pre oībus q̄ eterna sunt cogitant:⁊ posteriori cura ac minima si qua sunt tēporalia disponunt (q̄bꝰ ⁊ magistra
Mat.vj. voce veritatis dr̄: Querite primū regnum dei ⁊ iustitiā eius:⁊ hec oīa adijcientur vobis) in eorū corde dn̄s pri mus sedet. Ubi apte premittit: Si voluissem ire ad eos
Puer. ix. cit: Noli arguere derisorem/ ne oderit te. Sed si ab increpatione idcirco reticemus: quia contra nos insurgere derisorio odia formidamus/ non iam lucra dei/ sed nostra querimus. Quia in re sciendũ est/ qꝛ nonnunqȝ cum redarguuntur praui/ deteriores existunt. Ipsis ergo et non nobis parcimus: si ab eorũ redargutione pro eorum amore cessamus. Unde necesse est vt aliquãdo toleremus tacendo qd sunt: quaten⁹ in nobis discãt videndo qd nõ sunt. Quia igitur sancta ecclesia que verba sua semp per charitatem exercet: eas etiam nõnunqȝ et charitate restringit/ dicat. Frenum posuit in os meum. Ac si aperte fateatur dicens: quia in quibusdam profectum non vidi: predicationis ab eis imperiũ temperaui: vt vitam meã saltem per patientiam discerent: cum verba mea admittere per obstatam predicationem nollent. Capitulũ. xx.

D SEd plus nobis hoc plerũqȝ in tribulationibus dolet/ qꝛ eas ab illis patimur/ in quibus germano amore cõsi debemus. Unde et subditur.

¶ S. Q nõnunqȝ qui in ecclesia sub noĩe Christi militant/ Christi in eadẽ nomen impugnant.

¶ Ad dexteram orientis calamitates mee ilico surrexerunt. Ad sinistrã quippe calamitates surgerent: si a quibuslibet extra religionem positis/ et aperte Christũ negãtibus/ persecutionis aduersa sustineret. Cũ vero ab alijs: bus quasi fidelibus tentationem cruciamentorũ patitur: quasi ad dexterã illi calamitates oriuntur: quia hi q sub Christi noĩe militãt/ Christi in ea nomẽ impugnãt. Ipso enim locutionis vsu/ pro dextero habere dicimur: qd pro magno pensamus: pro sinistro vero id qd despicimus. qd

Zach. iij. Zacharias aperte insinuat/ dicens. Et ostẽdit mihi Iesum sacerdotem magnũ stantem coram angelo dñi: et Sathan stabat a dextris eius/ vt aduersaretur ei. Qui vt patentius hoc qd premisit ostẽderet/ secutus adiũxit. Et dixit domin⁹ ad sathan. Increpet dñs in te sathan: qui elegit hierusalẽ. Nunqd nõ est iste torris erut⁹ de igne? Et Ie-

E sus indut⁹ erat vestib⁹ sordidis. Sordidis eni vestib⁹ Iesus indut⁹ est: qꝛ cũ sit alien⁹ ab oĩ pctõ: tamẽ in similitudine venit carnis pcti. Cui veniẽti sathan a dextris stetit. Pro magno nãqȝ dñs iudaicũ populũ/ et pro nihilo gentes habere videbat. Sed postqȝ incarnatus apparuit: gẽtilitas q pro sinistro habita fuerat/ credidit: iudaicus vero populus ad perfidiam declinauit. Sathan ergo illi a dextris stetit: quia illum ei populũ rapuit/ qui dudũ dilectus fuit. Sed qꝛ ipse iudaicus popul⁹ modo perdit⁹/ in fine est quãdoqȝ crediturus/ pphete testante/ qui ait:

Ibidem. Reliquie salue fient: sathan a dextris suis dñs remouit/ dicens. Increpet dñs in te sathan: et eiusdem populi liberationẽ indicãs subdit: Qui elegit hierusalẽ. Qui nimirum populus qꝛ ad gehẽne incendia pfidia duce defluebat: sed dũ ad fidem reducitur/ ab eodem eterni ignis in-

Ibidem. cendio liberatur: statim de eo illic subdit. Nunquid non est iste torris erutus de igne? Sicut ergo illic pro dextera plebs iudaica: ita hoc in loco dextre vocabulo fidelis

Mat. xxv. popul⁹ sancte ecclie designat. Unde et venturus iudex hedos ad sinistrã/ agnos ad dexteram ponit. Sed cum sanctam ecclesiam aduersitatis tempore ipsi quoqȝ lacessunt qui fideles esse videbantur/ ei procul dubio calamitates ad dexteram surgunt. Capitulum. xxij.

F HEc autẽ hec ipsa dextra orientis vocatur. De

Zach. vi. ipso quippe eiusdẽ capite scriptũ est: Oriẽs est nomen eius. Nam quia ab oriente lux surgit: recte oriẽs dicitur cui⁹ iustitie lumine nostre iniustitie nox illustratur. Ad oriẽtis ergo dexterã calamitates surgunt: qꝛ hi quoqȝ ad persecutionẽ psiliũt/ qui electa mẽbra redẽptoris nostri esse credebant. Iuxta quã videlicet calamitates recte ilico asserit surgere: qꝛ dũ nõ crẽt extrinsecus q psequũtur/ ab eis repẽte mala et ilico fiũt. Si vero dextera hi q veraciter fideles sunt appellant: calamitates ad dexterã oriẽtis surgũt: qꝛ erũpẽte psecutionis articulo/ crudeles prauoꝝ impetus iusti patiuntur. Sequit.

¶ S. Q dũ maligni spũs vel peruersi homines extrema ecclesie mẽbra psequunt/ videt de⁹ nõ ferre auxiliũ cũ statĩ nõ eripit: cũ eos quos amat/ aliqñ vtiliter derelinquat.

¶ Pedes meos subuerterũt: et oppresserũt quasi fluctibus semitis suis. Quid p pedes ecclesie/ nisi extrema illius mẽbra signentur? Que dum ad opera terrena deseruiũt: tãto celeri⁹ ab aduersarijs falli possũt/ quãto subtilia minus intelligunt. Hos itaqȝ pedes aduersarij subuertunt: videlicet cũ extremis mẽbris illius ad sui dogmatis errorem trahũt. Subuersi pedes viam tenere nequeunt: cũ infirmi quiqȝ persecutoꝝ suoꝝ vel pmissionibus persuasi/ vel minis territi/ vel cruciatibus fracti/ ab itinere recto deuiant. Bene autẽ aduersarioꝝ semite fluctib⁹ cõparant/ cũ dicit. Et oppresserunt quasi fluctib⁹ semitis suis. qꝛ scȝ vita prauoꝝ insolẽti inquietudine moleste: ad obruendũ (vt ita dixerim) nauem cordis quasi tẽpestas illabit. De qua videlicet tẽpestate per Salomonẽ dicit.

(G) Quasi tempestas transiens non erit impius. Cumqz infirm°
(Prouer. x) quisqz peruersos florere conspicit: hunc in peruersitatis
pelagus vnda misere imitationis mergit. Sequit. [Dissi
pauerunt itinera mea: insidiati sunt mihi/ et preualuerūt:
et nō fuit qui ferret auxiliū.] Dicat hec beat° Job de ma
lignis spiritibus/ videlicet hostib° occultis: dicat vniuer
sa ecclesia de prauis ꝑ sequentib°. i. aduersarijs aptis. Ipsi
quippe eius itinera dissipant: cū in quorūdam infirmoꝝ
mentib° veritatis vias callida ꝑsuasione perturbāt. Ipsi
insidiātes preualēt: cum eos quos aperte ad malū trahere
nequeūt/ bona simulādo peruertūt. Sed mirū valde qḋ
subijcit: Nō fuit q ferret auxiliū: cū de diuino adiutorio
(Ps. ix.) ꝑs clamet: Adiutor in opportunitatib°/ in tribulatiōe.
Et: Sperent in te qui nouerūt nomen tuum/ qm̄ nō dere
(Eccl. ij.) linquis querētes te dn̄e. Et cū rursum scriptū sit: Quis
sperauit in dn̄o/ et cōfusus est: ꝑmansit in mādatis eius/ et
derelict° est: Et: Quis inuocauit illū/ et despexit eū? Qua
(Solutio.) itaqz ratione nūc dicit: Nō fuit qui ferret auxiliū: nisi qz
oportet deus eos quos in eternū diligit/ aliquādo ad tē
(Esa. liiij.) pus relinquit. Unde scriptū est: Ad punctū in modico re
liqui te: et in miserationib° magnis cōgregabo te. In mo
mento indignationis abscondi faciē meā parūper a te: et
in misericordia sempiterna misertus sum tui. Hinc etiā
(Ps. cxviij.) psalmista deprecatur/ dicens: Nō me derelinquas vsque
quaqz. Derelinqui igitur se/ sed ad modicū posse vtiliter
nouerat/ qui ne vsquequaqz relinqueret/ petebat. Sanctos
(H) etenim suos dn̄s veniēdo adiuuat: derelinquendo probat/
donis firmat/ tribulationibus tentat. Unde recte quoqz
(Eccl. iiij.) per quēdam sapiētē dicitur: In primis elegit eū/ timorē
et metū et probationē inducet sup illū: et excruciabit illū
in tribulatione doctrine sue/ donec tentet illum in cogita
tionibus illi°. Justi quippe animā gratia vocat: tentatio
interrogat. Et oīpotēs d° electoꝝ suoꝝ aduersarios tē
poraliter permittit excrescere: vt per maloꝝ seuitiam pur
getur vita bonoꝝ. Nunqz quippe dn̄s aduersus bonos
eos seuire ꝑmitteret: nisi etiā quātum prodessent videret.
Nam dū iniusti seuiūt: iusti purgātur: et vtilitati innocen
tium militat vita prauorū: dū hanc et premēdo humiliat/
et humiliādo semꝑ ad melius format. Unde recte quoqz
(Prouer. xj.) ꝑ Salomonē dicit: Qui stultus est/ seruiet sapiēti. Et ta
men sepe cōspicimus sapientes subesse/ stultos vero arcē
dominij tenere: sapientes seruiliter obsequi/ stultos tyrā
nica elatione dn̄ari. Quomodo igit definitiōe diuine sen
tētie sapiēti stultus seruit: dū plerūqz huic iure tēporalis
dominij oꝑprimat? Sed sciendū est: qz cōtra sapiētis vitā/
dū stultus premi: et terrorē potestatis exercet/ dum huc
laborib° fatigat/ cōtumelijs lacerat: ꝑfecto huc ab omni
vitiorū rubigine vrendo purgat. Stultus ergo sapienti
etiā dominādo seruit: quē ad meliorem statum premēdo
prouehit. Sic nōnunqz pupillis dn̄is ad discipline magi
sterium serui presunt/ terrent/ premūt et feriūt: et tamē esse
serui nullo modo desistūt: qz ad hoc ipsum ordinati sunt/
vt proficientibus dn̄is etiā feriendo famulent. Quia igit
mala reproboꝝ bonos dū cruciant purgant/ vtilitati iu
(I) storum militat etiā potestas iniquorū. Sed plerūqz iusti
tribulatione deprehensi/ tardam manū subuenientis esti
mant: cū se persequentiū immanitas paulo longius angu
stat. Et cōcita quidē sunt ereptoris remedia: sed hoc qḋ
ab ereptore citius agit/ dolor tardum videtur. Cumqz ad
esse postulationi auxiliū querit/ ni vocē nō statim sequit:
quia deesse estimat. Unde nunc dicit: Et nō fuit qui ferret
auxilium. Que videlicet in voce ipsa vis passionis expri
mitur: qz superni auxiliū etsi adest quātum ad ordinatā
prouidentiā protectoris/ deesse tamē creditur quātū ad
concita vota patientis. Sequitur.

¶ S. Qz miserias errantium sancti suas reputant/ cum
eorum corda rupto fidei muro persuasione heretica vi
dent dissipata. Capitulum. xxiij.

(Mali rupto muro sup bonos irruunt.) Quasi rupto muro et aperta ianua irruerūt sup
me: et ad meas miserias deuoluti sunt.] Quid
hoc loco muri noīe/ nisi redēptor humani ge
neris appellat? De quo ꝑ sancte ecclesie edificatiōe ꝑ ꝓphe
(Esa. xxvj.) tā dicit. Ponet in ea murus et antemurale. Ipse enī no
bis murus est: q ad corda nostra ꝑtingere malignoꝝ spi
rituū cursum vetat. Qui nr̄e quoqz fidei etiā antemurale
posuit: qz prius sese ꝑ carnē ostēderet: ꝑdicatores sui my
sterij ꝓphetas misit. Recte ḋppe antemuralis noīe vocā
tur: q dū subsequentē ꝑdicauerūt dn̄m: qsi ante murū ste
terūt. Sed quasi murus rūpit: cū prauoꝝ ꝑsuasionib° fi
des q de redēptore nostro est/ in quorūdā corde dissipat.
(K) Cumqz puersis in hac vita potestas tribuit: qd aliud qz ia
nua erroris aperit? Quasi rupto ergo muro et aperta ianua
sup bonos irruunt mali: cū accepta tēporaliter potestate
peruersi ipsa quoqz in quorūdā corde destruere munimi
na fidei conant. De quib° apte dr̄. Et ad meas miserias
deuoluti sunt: qz videlicet pri° ad suas. Nisi enī puerse vi
uēdo/ ad suas ante miserias caderēt: neqz ad eas post
modū et alios suaderēt. Sed post suas reprobi et ad nr̄as
miserias deuoluunt: quādo ad ea mala in qb° iā ipsi īpli
cati sūt/ etiā quosdā nobis vnitos trahūt. Potest quoqz
itelligi muri noīe/ munitio discipline: Salomone attestā
(Prouer. xxiiij.) te/ q ait. Per agrū hoīs pigri transiui/ et ꝑ vineā viri stul
ti: et ecce totū repleuerāt vrtice: operuerāt supficiē ei° spi
ne: et maceria lapidū destructa erat. Per agrū enī homi
nis pigri/ atqz per vineā viri stulti transire/ est cuiuslibet
vitā negligētis inspicere/ eiusqz opera cōsiderare. Quā vr
tice vel spine replent: qz in corde negligētium prurientia
terrena desideria et pūctiones pullulāt vitiorū: quippe qz
scriptū est: In desiderijs est omnis ociosus. Maceria la
pidū destructa erat: id est disciplina patrū ab eius corde
dissoluta. Nā qz destructā macerā lapidū/ dissolutā esse
disciplinā vidit: protin° illic secut° adiunxit. Quā cū vidis
sem/ posui in corde meo/ et exēplo didici disciplinā. Quasi
rupto ergo muro hostis ingredit: cum vel malignorum
(L) spirituū vel prauorū hominū ꝑsuasiōe callida discipline
munimina in corde dissipantur. Sed cū eiusdē discipline
vigor in corde reprobomū soluit: ante eorū oculos cuncta
bonorū opera despectui habētur: nihilqz esse estimant/ quic
qd de virtutib° electoꝝ videt. Unde et apte subdit. [Re
dactus sum in nihilū.] Apud estimationē ḋppe malorū/
in nihilū redigimur: qm ea q ipsi qsi summa diligūt/ bona
tēpalia nō tenem°. Despectis nāqz supernis ꝓmissionibus
terrena desiderāt: et si qsi in eorū mēte aliqd de appetitu
eternitatis oritur: subortā cit° trāsitoria delectatiōe dis
sipat. Unde et statim subiūgitur. [Abstulit quasi vētus
desideriū meū.] Fidelis ḋppe popul° se pati denūciat qḋ
eos quos diligit pati dolet. Uent° ergo desideriū tollit:
cū res quelibet transitoria eternitatis appetitū destruit.
Ubi adhuc apte subinfertur. [Et velut nubes ptransijt
salus mea.] Nubes ḋppe in alto eminet: sed hāc ad cursum
flatus impellit. Sic nimirū sic sūt tēpalia iniquorū bona.
Uelut in alto quidē ꝑ honoris celsitudinē degere viden
tur: sed ad cursum vite quotidie qsi quibusdā mortalita
tis sue flatibus impelluntur. Salus ergo vt nubes transit:
qz puersorū gloria quo alta est/ fixa nō est. Sed expletis
desiderijs actibusqz infirmātiū/ ad electoꝝ vocem sermo
cōuertitur/ cū protin° subinfertur. [Nūc autē in memet
ipso marcescit aīa mea: et possident me dies afflictionis.]
Electorū quippe aīa nunc marcescit: quia in illa postmo
dum eterna exultatione viridescit. Modo eos dies affli
(M) ctionis possidēt: qz dies letitie post sequunt. Scriptū ḋp
(Eccl. i.) pe est: Timenti deum/ bene erit in extremis. Et rursum
(Prouer. xxxj.) de ecclesia dicit: Ridebit in die nouissimo. Nunc enī tēpus
afflictionis est bonis/ vt sequat eos exultatio quādoqz si
ne tēpore. Hinc ab eis aīa dicit: Humiliasti nos in loco
(Locus afflictionis vita presens) afflictionis. Locus nāqz afflictiōis est vita psens. Justi
ergo hic. i. in loco afflictionis humiliati sunt: qz in eterna
vita. i. in loco gaudij sublimant. Cū vero marcescere ani
mā diceret: recte etiā premisit: In memetipso: qz in nobis
metipsis quidē afficimur: sed in deo mens nostra refoue
tur: tātoqz a viriditate gaudij longe fit/ quāto adhuc ab
auctoris repulsa lumine ad se redit. Tunc autē ad vere
letitie viriditatē puenit: quādo ꝑ eterne cōtemplationis
gratiā subleuata etiā semetipsam transit. Sed hec q alle
gorica indagatiōe transcurrim°: oportet vt per oīa etiam
iuxta historiā teneam°. Que tamē nunc idcirco pretereo:
qz hec apta esse legētibus non ignoro. Dicbus autē perse
cutionis vltime: qz multi qui pereūt/ et pauci sunt q saluā
tur: idcirco vir sanct° passionis sue tēpore et pauca de bo
nis/ et multa de puersis loquit. Unde et more ad eoꝝ ꝑsonā
qui corruūt/ verba cōuertit: sicqz sua insinuat/ vt audien
(i. al. cadentibus.) tibus ꝑ possint cōgruere q narrat. Nā sequitur.
¶ S. Qz in nocte tribulationum huius seculi etiam qui
perfecti videbant: et quasi ossa carnalium/ aliquādo lassi
tudine succumbant: et a sanctorum infestatione maligni
spiritus nunqz quiescant.

A ¶ Nocte os meũ perforat doloribus: et qui me comedũt/ non dormiunt.] Si ipsi historie intendimus: patet causa quoniam sancti viri corpus per sinus vlcerũ scaturiens vermium multitudo lacerabat. Capitulũ. xxiiij.

SI vero allegorie mysteriũ perscrutamur: quid per ossa nisi fortes quiq; in sancte ecclesie corpore designantur? Que quasi suo robore membra continent: dũ mores infirmantiũ stabiliter portant. Sed cũ tribulationis vltime cõtra eã feruor excreuerit: in nocte os illius perforat doloribus: qz nonnunq; tormentis victi/ etiã ipsi ad pfidiã defluũt/ qui ad fidẽ alios tenere videbãtur. Ait ergo. Nocte os meũ perforat doloribus. Ac si apte dicat. Tribulationis tenebris pressi/ ita afflictiõe tenebrant: vt et ipsi q in me habebãt vigorẽ fortitudinis/ qsi iã q̃dã habeant formã timoris. Bñ aũt dr. Et q me comedũt/ nõ dormiũt: qz maligni spũs q carnales quosq; de ecclia cõsumũt: tãto magis desicere a tẽtatiõe nesciũt: quãto nullo carnis põdere grauant. Sed psecutores scẽ ecclie qi valde pueri sunt/ essent vtinã pauci. Sequit.

Diaboli a tẽtatiõib⁹ quiescere nesciunt.

¶ S. De immẽsitate pcussionũ sancti qui Christo quasi vestimẽtum adherent/ victi tormentis deficient: et cõstricto capitio libertas predicationis suffocata extinguet.

¶ In multitudine eorũ consumitur vestimentũ meum: et quasi capitio tunice succinxerunt me.] Si historie intẽdimus: quid aliud vestimentũ beati Job q̃ eius corpus accipimus/ cuius videlicet vestimẽtum consumit/ dũ caro cruciatur. Juxta allegorie vero mysteriũ/ vestimẽtũ est sancte ecclie fideliũ vita. Nã sicut tota simul ecclesia vestimẽtum Christi: ita fideles quiq; eiusdẽ ecclie vestimẽta deputãtur. Si eni sancta ecclia vestimẽtum Christi non esset: Paulus profecto non diceret: Ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiã/ non habẽtem maculã neq; rugã. i. nec per petiũ habentẽ maculã/ nec p duplicitatẽ rugã: qz et p iustitiã mũda esset et p simplicẽ intentionẽ tensa. Que igitur abluta est ne habeat maculã: tensa est ne habeat rugam/ vtiq; vestis est. Sicut ergo indumentũ Christi tota generaliter ecclia dicit: sic indumẽtum sunt ecclie/ singulorum anime q ab errore cõuerse eãdẽ in ecclesiam credendo/ eãq; fideliter inherẽdo circũdãt. De quib⁹ eidem ecclesie p prophetã dñs dicit. Uiuo ego/ qz oĩbus his velut ornamento vestieris. Sed cum procella seue psecutionis oborit: plerisq; fideliũ ab ei⁹ amore separant/ qui ei sedule inherere videbant. Dicat ergo. In multitudine eorũ consumit vestimẽtum meum. qz dũ multi sunt qui cruciant: destruũtur plurimi q ei cõnexione amoris inherebãt. Bene autẽ subditur. [Et quasi capitio tunice succinxerunt me. Tunice quippe capitiũ collũ circũdat inducti. Collum vero si stringit/ vocis vsus et vitalis flatus necatur. Sanctã ergo ecclesiã reprobi quasi capitio tunice cõstringunt: qz in ea psecutionibus suis virã fidei/ et predicationis vocẽ extinguere conant. Hoc quippe conari psecutores ei⁹ specialiter solent: vt ab ea ante oĩa verbũ predicationis tollãt. Unde et hi q sancte fidei primordiis restitebant: cesis apostolis denũciabant/ dicẽtes. Precipiendo precepim⁹ vobis ne doceretis in noĩe isto: et ecce replestis hierusalẽ doctrina vestra. Corp⁹ ergo sancte ecclie quasi capitio tunice cingerant: qui cõstrictis predicatorib⁹ velut eius collum prementes/ in ea claudere iter vocis volebant. Sed electi dũ psecutionis sue tẽpore paratiores sunt mori q̃ tacere. Qui dum in morte temporaliter corruũt/ a stultis quibusq; et carnalib⁹ despecti ac viles estimantur: quia cũ videre reprobi nequeũt/ que electi bona spũaliter teneant: quos carnaliter extingui cõspiciũt/ infelices arbitrantur. Unde et subdit. [Cõparatus sum luto: et assimilatus sum fauille et cineri.] In reprobori quippe iudicio/ sancta electorũ ecclia luto cõparatur: quia temporaliter cõculcata despicit. Fauille assimilatur et cineri: quia dũ bona eius interiora non vident: ad sola hanc mala puenisse estimant, q̃ in ea exhiberi corporaliter vident. Fidelis tamen electorũ populus cum multos et se cadere conspicit: optat/ si obtinere valeat aduersitatis sue tẽpora mutari. Huius quia oratio differtur/ gemitus augetur. Unde adhuc subditur. Capitulum. xxv.

B

Ephe.v.

Esa.xlix.

C

Act.v.

CLamo ad te/ et non exaudis: sto/ et non respicis me.] Sancta quippe ecclesia persecutionis sue tempore fide stat/ desideriis clamat. Sed dolet se quasi non respici: dum sua videt in tribulationib⁹ vota differri. Alto nãq; cõsilio ompotẽs deus cũ sancti eius aduersariorũ psecutionibus cõprimuntur: eisq; assiduis vt liberentur interpellationibus clamant: differre solet voces petẽtium/ vt merita patientiũ crescant: quatenus eo magis exaudiãtur ad meritum/ quo citius nõ exaudiuntur ad votum. Unde alias scriptũ est: Deus meus clamabo per diẽ: nec exaudies/ et nocte. Atq; ipsa vtilitas de exaudiendi mora mox subditur/ cũ illic protin⁹ subinfertur: Et nõ ad insipiẽtiam mihi. Ad multiplicandam quippe sanctorũ sapientiam pficit/ q postulata tarde percipiũt: vt ex dilatione crescat desideriũ: ex desiderio intellect⁹ augeatur. Intellectus vero cũ intẽditur: ei⁹ in deũ ardẽtior affect⁹ aperitur. Affectus aũt ad promerẽda celestia tanto fit capax/ quãto fuerit expectãdo lõganimis. Sed tamen inter hec sanctorũ patiẽtiam dolor viget ad vocẽ: et cum dilati proficiunt/ metuunt ne deficientibus viribus despecti reprobentur. Sequitur.

Cur deus differat voces petentium.

Psã. xxi.

D

¶ S. Qz improprie deus dicatur zelare/ et irasci/ et penitere/ et misereri: et cetera huiusmodi: et q crudelis dicatur/ tunc eum districte peccata vleiscitur.

¶ Mutat⁹ es mihi in crudelẽ: et in duritia man⁹ tue aduersaris mihi.] Lõge ab hac sentẽtia vetusta trãslatio dissonat: quia qd in hac de deo dicitur: hoc in illa de aduersariis ac persecutoribus memorat. Sed tamen qz hec noua translatio ex hebreo nobis arabicoq; eloquio cunctaverius transfudisse perhibet: credẽdum est quicquid in ea dicitur: et oportet vt verba illi⁹ nostra expositio subtiliter rimetur. Ait ergo. Mutatus es mihi in crudelem: et in duritia manus tue aduersaris mihi. In scriptura sancta cum de deo aliquid indignum dicitur: mouet legentis animus/ velut si aliquãdo de deo aliquid indignũ dicat. Sed oĩe q̃ppe qd de deo dicit: eoipso iã indignum est/ quo potuit dici. Nam cui⁹ laudi nõ sufficit obstupescens conscientia/ quã do sufficit loquens lingua? Sanct⁹ ergo spũs hoc ipsum hoĩbus intelligẽtibus insinuãs/ q̃ sunt ineffabilia summa et diuina: his etiã verbis nõnunq; de deo vtit/ que apud hoĩes habentur in vitio: vt ex his q indigna videntur hoĩbus/ et tamẽ dicunt de deo/ admoneant scire homines q nec illa iã deo digna sint: que dũ digna habẽtur apud homines/ digna putant deo. Dicit eni deus zelans: sicut scriptũ est. Dñs zelotes nomẽ eius. Dicitur iratus. vnde scriptũ est. Irat⁹ est dñs cõtra Israel. Dicit deus penitẽs: sicut scriptũ est. Penitet me fecisse hominẽ super terrã. Et rursus. Penitet me q cõstituerim Saul regem in Israel. Dicit misericors: sicut scriptum est. Misericors et miserator dñs/ patiẽs et multum misericors. Dicitur pscius: sicut de illo ait Apls. Quos prescivit et pdestinauit cõformes fieri imaginis filii sui. Dum nec zelus/ nec ira/ nec penitẽtia/ nec proprie misericordia/ nec prescientia esse possit in deo. Hec nãq; omnia ab humanis in illũ qualitatib⁹ tracta sunt: dũ ad nostre infirmitatis verba descenditur: vt quasi quibusdã nobis gradibus factis/ et iuxta nos positis/ p ea que nobis vicina cõspicimus/ ad summa eius ascẽdere quãdoq; valeremus. Zelare eni dicit/ qui cũ cruciatu mẽtis castitatẽ custodit vxoris. Irasci dicitur: qui p furore animi cõtra puniendum vitiũ accẽditur. Penitere dicit/ cui id qd fecit/ displicet: et econtra mutando aliquid aliud facit. Misericors dicitur/ qui pietate ad proximũ permouetur. Misericordia autẽ a misero corde vocata est: eo q vnusquisq; intueatur quẽpiam miserum: atq; ei compatiẽs/ dum dolore animi tangitur/ ipse cor miserum facit vt eum a miseria liberet cui intendit. Prescire dicitur/ qui vnãquãq; rem anteq; veniat videt: et id qd futurũ est/ priusq; pſens fiat/ preuidet. Deus ergo quomodo zelans est: qui in custodiẽda castitate nostra nullo mẽti cruciatu tãgit? Quomodo irascitur in vleiscendis vitiis nostris: qui nulla pturbatione animi commouetur? Quomodo est penitens/ qui qd semel fecerit/ se fecisse nequaq; dolet? Quomodo habet misericordiã/ qui cor nunq; miserum habet? Quomodo est prescius: dũ nulla sunt que futura sunt/ prescianstur? Et scimus quia deo futurũ nihil est: ante cuius oculos preterita nulla sunt: presentia non transeunt/ futura nõ veniunt: quippe quia omne quod nobis fuit et erit/ in eius prospectu presto est: et omne qd presens est/ scire potest potius q̃ prescire. Et tamen dicitur zelans/ dicitur iratus/ dicitur penitens/ dicit misericors/ dicit prescius: vt quia castitatem anime vniuscuiusq; custodit/ humano modo zelans vocetur: quia mentis cruciatu non tan

Dissonãtia vetustẽ trãslatiõis Cõmẽdatio huius noue translationis.

E

Qz qd de deo dicit eoipso indignũ est/ quo dici potuit.

Exodi xxxiiij.

Nu.xi.

Gen.vi.

i.Reg.xv.

Ps.lxxxv.

Ro.viij.

F

G gatur. Et quia culpas percutit/dicitur irasci: quis nul
la animi perturbatione moueatur. Et qz ipse immutabi
lis id qd voluerit mutat/penitere dicit: quis rē mutet/
cōsilium non mutet. Cum miserie nostre subuenit/miseri
cors vocatur: quis miserijs subueniat/τ cor miseru nūqz
habeat. Et qz ea q̄ nobis futura sunt videt: que tamē ipsi
semp presto sunt/pscius dicit: quis nequaqz futuru pre
uideat/qd presens videt. Nā τ queqz sunt/nō ab eternita
te eius ideo videnł qz sunt: sed ideo sunt qz videnł. Dū er
go ad verba mutabilitatis nr̄e descēditur: ex eis quibus
dam gradib⁹ ascendat q̄ potest ad incōmutabilitatē dei:
vt videat sine zelo zelantē: sine ira irascētem: sine dolore τ
penitētia penitētē: sine misero corde misericordē: sine pre
uisionib⁹ prescientē. In illo enī nec pterita nec futura repe
riri queūt/sed cūcta mutabilia imutabiliter durātia: q̄ in
seipsis simul existere nō possunt/illi simul oīa assistūt: ni
bilqz in illo preterit qd trāsit: qz in eternitate eius modo
quodā incōprehensibili/cūcta volumina seculorū transeū
tia manent/currentia stant. Capitulum. xxvj.

Sicut ergo accipimus sine zelo zelantē, sine ira
irascentē: ita a sancto viro etiā sine crudelitate
dici potuit crudelis. Crudelis quippe dicit/qui
districte feriēdo nō parcit: vt videlicet hoc loco crudelis
districte feriēs possit intelligi/et vicissē de culpe nō par
cēs. Unde Esaias quoqz cū videret vltimi iudicij diem
Esaie. xiij nō iam cū venia sed cum districtione esse futurū/ait. Ec
H ce dies dñi veniet/crudelis τ indignatiōis plen⁹: τ ire fu
rorisqz eius: ad deponendā terrā in solitudinē/τ peccato
res ei⁹ cōterendos de ea. Sanctus igił vir vt hāc eādem
crudelitatem sibi potius asserere cōgruere posse q̄ deo/
ait: Mutatus es mihi in crudelē. Ac si apte dicat: Qui in
teipso crudelitatis nihil habes: mihi quē respirare a per
secutiōe non sinis/crudelis videris. Ita enī deus crude
lis esse nō potest: sicut nec mutari vllaten⁹ potest. Sed quia
in deo nec crudelitas nec mutabilitas vnqz venit: dū mi
hi dicit/q in semetipso deū nec crudelem nec mutabilem
sentiat/ostendit. Nam dū circa nos quedam prospera et
aduersa variantur: in eo qz nos mutamur/quasi eius cir
ca nos mutatū animū suspicamur. Ipse vero in se incōmu
tabilis pmanens: aliter atqz aliter in cogitatione sentitur
hominū pro qualitate meritorū. Nam et lux solis cū ne
quaqz est sibimetipsi dissimilis, infirmis aspera: sanis au
tem oculis lenis videł: eorum videlicet immutatiōe/nō
sua. Unde et predictum⁹ dicens: Mutatus es: adiūxit mi
hi: et ipsa hec crudelitas atqz mutatio nō sit in qualitate
iudicis: sed in mēte patientis. Qd verbis quoqz alijs re
ferit dicēs. [Et in duritia manus tue aduersaris mihi.]
Manus etenim dei dura creditur/cū volūtati nostre cō
traria/hoc qd et in nobis displicet/feriēdo psequit̄: τ fla
gella ingeminat/cū dolentis anima clemētiam expectat.
Que tamen iuxta allegorie mysteriū/bene sancte ecclesie
I verbis congruūt ex vocibus infirmorū: qui plerūqz se pl⁹
feriri estimāt q̄ mereri putant: et quasi crudelitatem arbi
trātur iudicis/districtionē equissimā sectiōis: qz et cū vul
nus egri medicinali ferramento abscindił/medicus cru
delis vocał: qui tamē p secantis manus duritiā aduersa
tur vulneri/sed concordat saluti. Sequitur.

S. Qz quasi sup vētum fundati repente sternunł/qui
transitoriorū bonorū successionibus delectantur.

Eleuasti me: et quasi super vētum ponens/elisisti me
valide.] Quis presentis vite gloria quasi in alto cernił/sed
nulla stabilitate solidał: velut eleuatus sup ventū ponił/
qui prosperitate trāsitoria letał: qui ad hoc solū huc fugi
tiue felicitatis aura subleuat: vt repēte deteri⁹ in infimis
sternat. Quis enim sancta ecclesia cunctis in honore est/
infirmi quiqz in ea qui trāsitorijs successib⁹ letātur: quid
nisi sup ventum positi videntur eleuati: qui in subsequēte
psecutionis tēpore/dū prosperitatis aura pertransit/eorū
protinus eleuatio corruit: τ repēte cadentes discūt: qz ele
uati prius in ventū se dederūt. Que videlicet verba etiā
sancti viri persone specialiter congruūt: nō ad id qd erat/
sed ad id qd esse videbał. Neqz enim mentē illius prospe
ritas fugitiua leuauerat/quā inter tot rerum affluētias/
miro semp virtutis pondere pmebat: sed iuxta hoc qd vi
deri exteri⁹ potuit/qui in suis humilis/in alienis oculis
eleuat⁹ fuit: et quasi sup vētum positus/elisus est valide:
qz reb⁹ exterioribus fult⁹/vnde estimabatur surgere/vi
debatur inde cecidisse. Quē videlicet casum sanctus vir

in mente nō pertulit: quia nulla aduersitas deijcit/quem K
prosperitas nulla corrūpit. Qui enim veritati inheret/va
nitati nullo modo succūbit: quia dū forti pede cogitatio
nis intus intētionem fixerit/omne qd foras mutabiliter
agitur/ad arcē mentis minime ptingit. Sequitur.

S. Qz sancti mortē presentē non ad cōsumptionē sibi
esse intelligunt/qui de resurrectione sua confidunt: qui τ
si aliqñ peccāt/p penitentiā reformanł. Capłm. xxvij.

Scio qz morti tradeo me: vbi constituta est do
mus omni viuēti.] In superiori hui⁹ operis par
te tractatū est/q ante aduētum dñi ad inferni
receptacula etiam iusti descenderunt: quis nō in suppli
cijs/sed in requie seruarētur. Qd nunc testimonijs edo
cere negligimus: quia in ea iam sufficienter pbatū puta
mus. Hoc ergo qd dicitur: Scio qz morti tradeo me: vbi
cōstituta domus est omni viuenti: recte beato Job etiam
iuxta historiā congruit: dū nimirū cōstat: qz ante redem
ptoris gratiā/ad inferni claustra etiam iusti ducerentur.
Ipsa quippe inferni receptio/dom⁹ omniū viuētium dicił:
quia nullus huc venit q̄ ante mediatoris aduentū non il
luc ipsa corruptionis sue cōditione ptrāsijt. Null⁹ huc ve
nit/qui ad carnis mortē eiusdem corruptionis sue gressi
bus non tetendit. De qua videlicet morte per psalmistā
dicił. Quis est homo q̄ viuit/τ non videbit mortē? Nam Psalm.
et si ad celū rapt⁹ Helias esse phibeł. mortem tamē distu lxxxviij.
lit/nō euasit. de ipso quippe ore veritatis dr̄. Helias quidē Matthei
ventur⁹ est: τ restituet omnia. Uenit enī restituturus oīa: xvij.
qz ad hoc nimirū huic mūdo restituitur: vt τ pdicatiōis Quō resti
munera impleat: τ carnis debitū soluat. Que tamē sancti tutur⁹ sit
viri sententia iuxta allegorie mysteriū sancte ecclesie vo omnia.
cibus ex psona cōgruit infirmorū: qui si dē verbotenus te L
nent/sed cōtra precepta fidei suis desiderijs famulātur.
Ait etenī. Scio q morti trades me/vbi cōstituta domus
est omni viuenti. Quia enī multos in se voluptatibus de
ditos cōspicit: eorūqz iā interitū pspicit: pensat q in via vi
te psentis suis quidē desiderijs seruiūt: sed tamē ad mor
tis domū perueniunt omnes qui in ea carnaliter viuunt.
Sunt vero nonnulli qui in voluptatū suarū foueam cor
ruūt: sed tamē p lamēta penitētie ab imis citius pedē re
ducunt. quos supne percussionis verbera ad eruditionē
potius q̄ ad extinctionē secant. Ex quibus apte subiun
gitur. [Uerūtamen non ad cōsumptionē eorum emittis
manū tuam: et si corruerit/ipse saluabis.] In quibus pro
fecto verius hoc solerter debet itelligi/q beatus Job dū
sua narrat/in se alios trāsfigurat. Uelut enī de se specia
liter dicebat. Eleuasti me: τ quasi super ventū ponēs/eli
sisti me valide. scio qz morti trades me: vbi constituta est
dom⁹ oī viuēti. τ tamē nō de se/sed de alijs adiūgit. Ue
rūtamen non ad cōsumptionē eorū emittis manum tuā.
Dū enim de se loquēs ratiocinando causas de alijs sub
dit: q multorū psonas in se significet/corripit τ ostendit.
Manū itaqz suā dñs ad cōsumptionē peccantiū nō emit
tit/cū feriendo a petis corripit/τ corruentes saluat: dum
cadentes ad culpā in salute corporis vulnerat: vt pstrati
exteri⁹/interi⁹ surgāt: q̄tn⁹ iacētes corpore/ad iteriorē M
statū redeāt: q̄ stātes exteri⁹/ab statu mētis iacebāt. Seqł.

S. De cōpassio quā afflictioni pximorū debem⁹, non
tā sit in largitione exteriorū q̄ in mentis affectu: qz extra
nos sunt que damus/affect⁹ autem intus ex nobis.

Flebā quondā super eo qui afflict⁹ erat/et cōpatiebar
tur anima mea pauperi.] Quis vera cōpassio est passio
ni proximi ex largitate cōcurrere: nōnunqz tamē cū exte
riora queqz abūde ad largiendū suppetunt/celerius dan
tis man⁹ dationē inuenit/q̄ animus dolorē. Unde scire
necesse est/qz ille pfecte tribuit/qui cū eo qd afflicto por
rigit/afflicti quoqz in se animū sumit: vt pri⁹ in se dolētis
passionē trāsferat: τ sic cōtra dolorē illi⁹ p ministeriū cō
currat. Nam sepe (vt prediximus) largitorē muneris/re
rum facit abundātia/τ nō virtus cōpassionis. Qui enim
afflicto pfecte cōpatitur/plerūqz τ hoc indigēti tribuit/
in quo ipse si dederit angustiatur. Et tūc plena est cordis
nostri cōpassio/cū malū inopie pro proximo suscipere nō
metuim⁹: vt illū a passione liberemus. Quā videlicet pie
tatis formā mediator nobis dei et hoim dedit. Qui cum
posset nobis etiam non moriendo concurrere/subuenire
tamē moriendo hominib⁹ voluit: qz nos videlicet minus
amasset/nisi et vulnera nostra susciperet. nec vim nobis
sue dilectionis ostēderet/nisi hoc qd a nobis tolleret ad

B

tēpus ipse sustineret. Passibiles quippe mortalesq; nos reperit: q̄ nos existere fecit ex nihilo: reuocare videlicet etiā sine sua morte potuit a passione. Sed vt quanta esset virtus cōpassionis ostēderet: fieri pro nobis dignatus est / qd̄ esse nos voluit: vt in semetipso tēporaliter mortē susciperet / quā a nobis in ppetuū fugaret. An nō in diuinitatis sue diuitijs nobis inuisibilis pmanēs / miris nos potuit virtutibus ditare? Sed vt ad internas diuitias rediret hō / foras apparere dignatus est paup deus. Capitulū .xxviij.

Vide et predicator egregius vt ad largitatis gratiā viscera nostre cōpassionis accenderet / dixit. Propter nos egenus factus est / cū diues esset. Qui etiā dicit: Non vt alijs sit remissio / vobis autē tribulatio. hec procul dubio cōdescēdēdo infirmis intulit: qm̄ quibusdā inopiā ferre nō valentibus / tolerabilius est minus tribuere / q̄ post largitatem suam ex inopie angustia murmurare. Nā vt ad magna largiēdi studia audientium mētes accēderet: paulo post intulit: dicēs. Hoc autē dico Qui parce seminat / parce et metet. Plus ergo nōnūq̄ esse dicimus cōpati ex corde q̄ dare: q; quisq̄s pfecte indigēti cōpatitur / minus estimat omne qd̄ dat. Nisi enī dātis manū bona voluntas vinceret / eisdē predicator egregius discipulis nō dixisset: Qui nō solū facere / sed et velle cepistis ab anno priori. Facile quippe est i bono opere obedire / etiā volētem. Sed hec magna in discipulis virtus extiterat / eos bonū qd̄ illis preceptū est / et ante voluisse. Quis itaq; vir sanctus apud omnipotētē deū aliqā maius datū nouerat mētis esse q̄ muneris / dicat. Flebā quondā sup eo q̄

B

afflictus erat: et compatiebatur aīa mea pauperi. Exteriora etenim largiēs / rē extra semetipsum prebuit. Qui aūt fletū et cōpassionē proximo tribuit / ei aliqd̄ etiā de semetipso dedit. Idcirco autē plus cōpassionē q̄ datū dicimus: q; rē quālibet plerūq; dat etiā qui nō cōpatitur: nunq̄ autē qui vere compatitur / qd̄ necessariū pximo cōspicit / negat. Que nimirū sententia bene q̄q; sctē ecclie vocibus cōgruit: que dū afflictos quosq; p lamēta penitētie cōspicit / suos eis oratione cōtinua fletus iungit: et totiēs egeno cōpatitur / quotiēs mentē virtutibus nudatē / interuētionis sue precibus opitulatur. Sup afflictū quippe cōpatientes plāgimus / quādo aliena dāna nostra deputamus: et culpas delinquentiū nostris mūdare fletibus nitimur. Qd̄ videlicet agētes plus plerūq; nobis q̄ his pro quibus agitur subuenimus: q; apud intimū arbitrum et grām charitatis aspirantem / cōmissa quemq; pfecte diluit propria / qui pure plāgit aliena. Persecutionis igitur virtute sancta ecclesia tribulatione deprehēsa reducat ad memoriā pacis tēpore bona q̄ gessit / dicēs. Flebā quōdam sup eo qui afflictus erat: et cōpatiebatur anima mea pauperi. Que interne lucis gaudia eterna desiderans / sed tamē adhuc dilata (quia malis exterioribus premitur) sancti viri vocibus adiungit.

℄ S. Qz sancta ecclia ab ipsis quos p charitatis grām qsi viscera sua ante gestauerat / psecutionis impetū ferat.

C

Fideles expectant bona et suscipiunt mala.

℄ Expectabā bona / et venerūt mihi mala: prestolabar lucem / et eruperunt tenebre. Fidelis enim populus expectat bona / sed mala suscipit: prestolatur lucē / et tenebras incurrit: q; p remunerationis grām interesse tam iāq; angelorū se gaudijs sperat: et tamē hic diutius dilatus / manus psequētiū tolerat: et q̄ se quātocyus estimabat eterne lucis retributione pfrui: hic adhuc cōpellitur psecutorū suorū tenebras pati. Que videlicet mala psequentiū minus doleret / si ab infidelibus aduersarijsq; consurgeret. Sed eo deterius mentes electorū cruciāt / quo ab illis veniunt de quibus bona presumebant. Unde adhuc subdit. Interiora mea efferbuerūt absq; vlla requie. Sancte quippe ecclesie interiora efferuescere / est ipsos quoq; quos p amorē fidei velut viscera ante gestauerat / in psecutiōis atrocitate tolerare. Qui secreta patris illius cognoscētes: quāto sciunt vbi magis doleat / tāto deterius ab afflictione eius minime quiescunt. Quos tamē et pacis sue tēpore grauiter tolerat: q; suis predicationibus eorum mores cōtrarios pensat. Gemit enim cū eorum vitā sibi dissimilē conspicit. De quibus et apte subiungitur. Capitulum .xxix.

Preuenerunt me dies afflictionis. Scit nāq; sancta electorū ecclia q; psecutione vltima mala multa passura sit: s; hāc afflictiōis sue dies preuenisse: q; malorū vitā intra se grauiter etiā tēpore pacis portat. Nā q̄uis dies vltimis apta infideliū psecutio sequatur: hāc tamē et plus q̄ apparerat. hi q̄ in ea deuoti

nus fideles sunt / prauis moribus antecurrunt. Sequitur.

D

℄ S. Qz sancti in culmine honoris statū custodiūt humilitatis: et licet potestati semp amica sit impatiētia / mā suete tolerant ipsos quos ex officio suo increpant.

℄ Merens incedebam: sine furore consurgens in turbā clamaui. Notādum sollicite iuxta historiā video q; sanctus vir q̄ paulo superius dixit. Eleuasti me: inferius adiūgit. Merēs incedebā. Miro enī ordine / vno eodēq; tēpore cōuenire in actibus bonorū solet: et foris honor culminis / et intus afflicte meror humilitatis. Unde sanctus quoq; vir eleuatus rebus et honoribus / merens incedebat: q; etsi hūc prelatū hominibus gloria potestatis ostēderat: interius tamē merore suo secretū sacrificiū dño cōtriti cordis offerebat. Sacrificiū quippe deo est spiritus cōtribulatus.

Ps. l.

Sciūt autē electi quiq; cōsideratiōe intima cōtra exteriores excellētie tentamenta pugnare. Qui si ad exteriorem felicitatē suā cor apponerēt / iusti profecto nō essent. Sed q; cor humanū nō potest de ipsis pspertatibus rerū quātulacūq; gloria nullo modo tētari: contra ipsam prosperitatem suam sancti viri intrinsecus dimicāt. Nō dico ne in elatione / sed ne in eius saltē amore succūbant. Cui valde succubuisse est / captiuā mētē eius desiderijs subdidisse. Quis autem terrena sapiens / tēporalia amplectens / beatum Job inter tot ppera letum nō crederet / cum ei suppeteret salus corporis: vita filiorū: incolumitas familie: integritas gregū? Sed quia in his oībus nō gaudebat / ipse sibi testis est / qui ait: Merens incedebā. Sācto enim viro adhuc in hac peregrinatiōe posito / omne qd̄ sine visione dei abundat / inopia est: q; cum sibi oīa electi adesse vident / gemūt q; omniū auctorē non vident: cisq; totum hoc minus est: q; adhuc speciē vnius deest: sicq; eos foris exaltat gratia supne dispēsationis / vt tamē intus sub disciplina teneat meror magistre charitatis. Per quē videlicet discunt / vt de his q̄ exterius accipiūt / apud semetipsos semp amplius humilient: mētem sub iugo teneant discipline: nunq̄ ex potestatis licentia / ad impatientiam erumpant. Unde apte subiungitur. Sine furore consurgens in turba clamaui. Sepe nāq; seditiosorū tumultus hominū / prepositorū suorū mentē lacessunt: suiq; ordinis

E

limitē inordinatis motibus excedūt. Et plerūq; qui psunt / nisi in ore cordis spiritussancti freno teneātur / in irate retributionis atrocitatem prosiliunt: quantoq; preualent agere / tantū sibi in subditis estimāt licere. Amica etenim potestati pene semp impatiētia est: eiq; etiam male subiecte imperat: quia qd̄ ipsa sentit / potestas exequitur. Sed sancti viri plus se interius patientie iugo subijciunt / q̄ foris hominibus pesunt: et eo verius principatū foris exhibent / quo humiliorē deo intrinsecus famulatum tenent: atq; idcirco sepe plus quosdā tolerant / quo se de eis vlcisci amplius possunt: ac ne vnq̄ ad illicita transeāt / plerūq; nolūt p se exequi etiā qd̄ licet. subiectorū strepitus sufferunt: per amorē increpāt / quos per mansuetudinē portant. Unde nunc recte dicitur. Sine furore cōsurgēs in turba clamaui. quia nimirū boni cōtra tumultus insolentiū clamorem habent / et furorē non habent: q̄ eos quos clemēter tolerāt / docere nō cessant. Sed hec que iuxta historiā de viro diximus: iuxta allegoriā necesse est vt de vniuersis electis ecclie sentiamus. Ipsa quippe in electis suis etiā per ppera incedit merēs: q; nil sibi vere prosperū deputat / quousq; bonū qd̄ singulariter q̄rit / apphēdat. Fideles quippe illius tēporali q̄dē pace pfruūtur / sed ppetue suspirāt: honorātur / et afflicti sunt: q; plerūq; ibi vidētur in culmine / vbi elues non sunt. Ipsa etiā in turba sine furore consurgit et clamat: q; prauorū vitam studio recte emulationis / nō autem vesania furoris insequitur. Irascitur et amat / scuit et trāquilla est: quatenus infirmos suos et corrigat ex emulatione / et foueat ex pietate. Sequitur.

F

Amica potestati impatientia.

℄ S. Qz vere sancti sunt qui inter malos conuersari innocenter possunt.

℄ Frater fui draconū / et socius struthionū. Quid draconū noīe nisi maliciosorū hoīm vita signatur? De quibus et p prophetā dicitur. Traxerūt ventū quasi dracones. Peruersi etenim quiq; ventū quasi dracones trahūt / cū maliciose superbia inflantur. Qui autē struthionum appellatione intelligi / nisi simulatores solent? Struthio etenim pennas habet / et volatū non habet: q; simulatores quiq; speciem sanctitatis habēt / sed virtutem sanctitatis non habent. Uisio quippe eos bone actionis decorat: sed

Dracones

Struthiones.

G

a terra minime pēna virtutis leuat. Electus itaq; sancte ecclie populus qz pacis sue tēpore intra se quosdā maliciosos ac simulatores patit, dicat. Frater fui draconum, et socius struthionum. Q̄ð beati quoq; Job vocibus specialiter cōgruit, qui ad culmē magne fortitudinis, bonus inter malos fuit. Capitulum .xxx.

Nullus pfect⁹ est q̄ inter prauorum mala patiēs nō est.

Ullus quippe pfect⁹ est, q̄ inter proximorū mala patiēs non est. Qui em̄ equanimiter aliena mala nō tolerat, ipse sibi p impatientiā testis est, qz a boni plenitudine longe distat. Abel qppe esse renuit, quē Cain malitia non exercet. Sic in tritura arce grana sub paleis premunt: sic flores inter spinas pdeunt: et rosa que redolet, crescit cū spinis q̄ pūgit. Duos nāq; filios habuit prim⁹ homo: sed vn⁹ elect⁹, alter reprob⁹ fuit. Tres quoq; filios Noe arca cōtinuit: sed duob⁹ in humilitate psistētib⁹, vnus ad patris irrisionē ruit. Duos Abraam filios habuit: sed vn⁹ innocēs, alius vero fratris psecutor fuit. Duos quoq; Isaac filios habuit: vn⁹ in humilitate seruat⁹, alter vero et priusq̄ nasceret, reprobat⁹ est. Duodecim Jacob filios genuit: sed ex his vn⁹ p innocētiā vēdit⁹: ceteri vero p malitiā vēditores fratris fuerūt. Duodecim quoq; apostoli in sancta eccl̄ia sūt electi: sed ne improbati remanerēt, vn⁹ eis admixt⁹ est, qui eos psequēdo probaret. Sicut itaq; iusto peccator cum malitia iūgitur, sicut in fornace auro palea cū igne sociatur: vt quo ardeat palea, purgetur aurum. Illi ergo veraciter boni sunt, qui in bonitate psistere etiā inter malos possunt. Hinc etiam

Cātic. ij.

sponsi voce sancte ecclie dicit: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechielē dn̄s dicit: Fili hominis, increduli et subuersores sūt tecū: et cū scorpionibus habitas. Hinc Petr⁹ vitā beati Loth glorificat,

Ezech. ij.

H

ij. Pet. ij.

dicēs. Et iustū Loth, oppressum a nefandorū iniusta cōuersatione eripuit. Aspectu enī et auditu iust⁹ erat, habitans apud eos q̄ quotidie animā iusti iniqs operib⁹ cruciabant. Hinc Paul⁹ discipulorū vitam glorificat: et glorificādo cōfirmat, dicēs: In medio nationis praue et peruerse: inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo, verbū vite cōtinentes. Hinc p Joannē angelus pgami ecclie at-

Phil. ij.

Apo. ij.

testatur, dicens. Scio vbi habitas: vbi sedes est sathane: et tenes nomē meū: et nō negasti fidem meā. Beatus igit Job vt ostendat cui⁹ fortitudinis fuerit: insinuet cū quibus vixit, dicēs: Frater fui draconū, et soci⁹ struthionū. Q2 minus esset q ipse bona ageret, nisi et ad bonitatis sue cumulum, ab alijs mala toleraret. Sequitur.

¶ S. Q2 sancti in apostatatione reproborum tabescūt: et denigrant et arescūt, dū zeli sui ardore torquētur.

¶ Cutis mea denigrata est sup me: et ossa mea aruerunt pre caumate. Hec iuxta historiā pensare negligimus: qz videlicet sermonis virt⁹ patet ex pena passionis. Sed qz (vt sepe iā diximus) plerūq; beat⁹ Job sic narrat gesta, vt gerēda pnūciet: bene hoc sancte ecclesie vocibus congruit, que dolorē psecutionis vltime in infirmis grauiter sentit. Cūq; ab illa alij pereunt, valentiores quiq; merore cruciātur. Exterior quippe cau sa ei⁹ est terrena dispēsatio: interior vero cura celestis. Cutis ergo noīe, infirmi

I

signātur: qui nūc in ea exteriori vtilitati deseruiūt. Per ossa vero fortes eius figurati sunt: in quib⁹ corporis illius tota cōpago solidatur. Quis igit aut prouocati muneribus, aut psecutionibus afflicti, multi in ea ab statu fidei infirmi cadunt: eāq; ipsi postq̄ ceciderūt psequūtur: qd aliud q̄ cutis sue nigredinem patitur: vt in ipsis postmodum feda appareat, in quib⁹ prius pulchra videbat? Qui enī hi qui pri⁹ exteriora bene dispēsare cōsueuerāt, cōtra electos dei postmodū seuiūt, q̄si cutis ecclie anteacte iustitie colorem pdidit, que ad nigredinē iniquitatis venit. Q̄ð Hieremias etiā sub specie metalli specie deplorat,

Thre. iiij.

dicens. Quomodo obscuratū est aurū, mutatus est color optim⁹? Peruersi ergo dū ab eius sacramētis exeūt, plerūq; inter reprobos locum honoris sumūt: vt ipsi contra sanctā ecclesiā ex auctoritate seuiāt, qui hāc atroci⁹ quasi sciendo contēnunt. Unde et cum diceret: Cutis mea denigrata est: addidit, sup me: qz hos q̄s prius ad decorē iustitie quasi candidos habuit, post deteri⁹ nigros portat. Sed cū cutis ad nigredinē vertit, fortes qui in illa sunt, zelo fidei contabescunt. Unde apte subiūgit. Et ossa mea aruerūt pre caumate. Sic itaq; et priori tēpore os fortissimū sancte ecclie, quadā ariditate tedij paulus estuabat: cum quibusdā cadentibus diceret: Quis infirmat, et ego

ij. Cor. xi.

non infirmor? Quis scandalizatur, et ego nō vror? Cutis ergo denigrat: et ossa pre caumate arescunt: quia dū infirmi ad iniquitatem prosiliunt, fortes quiq; zeli sui igne cruciantur. Sequitur.

K

¶ S. Q2 abstinētia et doctrina sanctorum in luctum eis vertatur, cū se ab eis contēni vident quib⁹ verbo et exemplo prodesse studebant. Capitulum .xxxj.

Ersa est in luctū cithara mea: et organū meū in vocē flentium. Qz organū per fistulas, et cithara p chordas sonat: potest p citharā recta opatio, p organū vero sancta pdicatio designari. Per fistulas qppe organi, ora pdicantiū, p chordas vero cithare, intētionē recte viuētiū nō incōuenienter accipim⁹. Que dū ad vitā aliā p afflictionē carnis tendit, q̄si extenuata chorda in cithara p intuētiū admirationē sonat. Sicut etenim chorda vt cōgruū in cithara cātū reddat: et tēsa est viri castigāt corpus suū, et seruituti subijciūt: atq; ab infimis ad superiora tēdūt. Pensandū quoq; est q chorda in cithara si minus tendit, nō sonat: si amplius, rauca sonat: qz nimirum virtus abstinētie aut oīno nulla est, si tantum quisq; corpus nō edomat, quātum valet: aut valde inordinata est, si corp⁹ atterit plusq̄ valet. Per abstinētiam qppe carnis vitia sunt extinguēda, nō caro: et tanto q̄sq; sibimet debet moderamine preesse, vt et ad culpā caro nō supbiat: et tamē ad effectū rectitudinis in operatione subsistat. Intueri inter hec egregiū predicatorē libet, quāta arte magisterij fidelium alios velut in cithara chordas tēsas, alias ampli⁹ tēdēdo extenuat, atq; alias a tēsione sua relaxādo cōseruat. Alijs etenī dicit. Nō in comessationib⁹ et ebrietatib⁹: nō in cubilib⁹ et impudicitijs.

De discretiōe i abstinentia seruanda.

Nō caro sz carnis vitia sunt extinguēda.

L

Ro. xiij.

Et rursus ait. Mortificate mēbra vestra que sunt sup terrā. Et tamē pdicatori charissimo scribit, dicēs. Noli adhuc aquā bibere: sed modico vino vtere, pp̄ter stomachū tuū, et frequētes tuas infirmitates. Illas ergo chordas extenuādo tēdit, ne nō tēse oīmodo nō sonent: hanc vero a tēsione tēperat, ne dum plus tendit, minus sonet. Siue autē sancti pdicatores in ecclia, seu quilibet simplices et abstinētes, prout vires accipiunt, in ea primis suis canticum bone exhortationis reddūt. Nā et prudentes quiq; ad predicatiōis fructum solerter inuigilāt: atq; vt alios ad vitā ptrahāt, sona magne psuasiōis elaborāt: et qui in ea tardiores ingenij vident, ex ipso sue vite merito inquātum se posse conspiciunt, exhortationis erga alios auctoritatē sumunt: atq; ad celestē patriā quos valent trahere nō desistūt. Sed sancta ecclia extremis psecutionib⁹ pressa, cū verba sua a reprobis contēni cōsiderat: amoris sui gratiā ad sola lamenta format: quia nimirū deflet, quos exhortādo trahere non valet. Dicat ergo: Uersa est in luctum cithara mea: et organum meū in vocem flentium. Ac si apte fateat dicēs. Pacis quidē mee tēpore p alios parua more cithare: per alios vero more organi magna et sonora predicabā: sed nunc versa est in luctū cithara, et organum in vocē flentiū versum est: qz dum me contēni cōspicio, eos qui predicationis cantū nō audiunt, deploro. Hec per quosdā sancta ecclesia in fine factura est: hec per quosdā i suis iā exordijs fecit. Prim⁹ quippe martyr stephan⁹ iudeis psequentib⁹ pdesse pdicando conatus est: quos tamē post verba predicationis dū videret ad iaciēdos lapides cōuolasse, flexis genib⁹ orabat, dicēs. Dñe Jesu, ne statuas illis hoc peccatū. Quid ergo huic qui diu et parua et magna narrauerat, nisi iā sue cithare atq; organi cantus flebat: atq; in luctū versa fuerant: qz eos quos predicādo non traxerat, amādo flebat? Quod nimirum quotidie sancta ecclesia agere nō desistit: que predicationis verbū pene vbiq; conticuisse iā conspicit. Alij nāq; loqui dissimulāt: alij recta audire contēnunt. Sed electorū mens dum tacere cātum predicationis cōspicit, gemens ac tacita ad fletus redit. Dicat ergo: Uersa est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem flētium. qz electus quisq; quo sancte predicationis vox siluit, dāna ecclesie grauius plangit. Hucusq; beatus Job descripsit mala que pertulit: hoc vero ex loco incipit narrare subtilius bona que fecit. Sed dolores verba historica atq; allegorica expositione transcurrimus: virtutum vero opera ex magna parte iuxte solius historie textum tenemus: ne si hec ad indagenda mysteria trahimus, veritatē fortasse operis vacuare videamur.

ad Col. iij.

j. Ti. v.

M

Act. vij.

Alij loqui dissimulant, alij recta audire contemnūt.

¶ Finit Liber .xx. Moraliū sancti Gregorij.

Sequitur Liber Moraliũ sancti Gregorij vicesimusprimus: continuans capitulum tricesimũ primum textus beati Job.

R. Quid sit q̃ iacob virgas populeas ⁊ amygdalinas decorticauit: et in canalibus in quibus greges bibebãt/ posuit. Capitulum.j.

Qualiter libratiõe pẽsand⁹ sit intellectus sacri eloquij.

INtellectus sacri eloquij inter textũ ⁊ mysteriũ tanta est libratiõe pensandus/ vt vtriusq̃ partis lance moderata/ hũc neq̃ nimie discussionis põdus deprimat: neq̃ rurs⁹ torpor incurie vacuũ relinquat. Multe q̃ppe eius sententie tãta allegoriarũ conceptione sũt grauide: vt quisquis eas ad solam tenere historiam nitit̃ur/ earum notitia per suam incuriam priuetur. Nonnulle vero ita exterioribus preceptis inseruiũt: vt si quis eas subtili⁹ penetrare desiderat/ intus quidẽ nihil inueniat: sed hoc sibi etiã quod foris loquũtur/ abscondat. Unde bñ quoq̃ narratione historica p significationem dicitur:

Figura. Gen. xxxj.

Tollẽs iacob virgas populeas virides ⁊ amygdalinas et ex platanis: ex parte decorticauit eas: detractisq̃ corticibus/ in his que spoliata fuerant candor apparuit: ille vero que integre erant/ virides permanserũt: atq̃ in hũc modũ color effec⁹ ẽ vari⁹. Ubi et subdit̃: Posuitq̃ eas in canalibus in quibus effundebat̃ aqua: vt cum venissent greges ad bibendũ/ ante oculos haberẽt virgas: ⁊ i aspectu earum conciperent. Factũq̃ est vt in ipso calore coitus oues intuerent̃ virgas: et parerent maculosa ⁊ varia/ ⁊ diuerso colore respersa. Quid est enim virgas virides amygdalinas atq̃ ex platanis ante gregũ oculos ponere/ nisi per scripture sacre seriem/ antiquorũ patrũ vitas atq̃ sententias in exemplum populis prebere? Que nimirum quia iuxta rõnis examẽ recte sunt / virge nominantur. Quib⁹ ex parte corticẽ subtrahit/ vt in his que expoliant̃/ interi⁹ candor appareat: ⁊ ex parte corticem seruat: vt sicut fuerant exterius/ in viriditate permaneant: variusq̃ virgarũ color efficitur: dũ cortex ex parte subtrahitur/ ex parte retinetur. Ante cõsiderationis enim nostre oculos/ precedentiũ patrũ sentẽtie/ quasi virge varie ponunt. In quibus dum plerũq̃ intellectũ littere fugim⁹/ quasi corticem subtrahim⁹: et dũ plerũq̃ intellectũ littere sequimur/ quasi corticẽ reseruam⁹. Dũq̃ ab ipsis cortex littere subducit̃/ allegorie candor interior demõstratur: et dum cortex relinquitur/ exterioris intelligentie viriditas exẽpla mõstrant̃. Quas bene iacob in aque canalibus posuit: quia et redemptor noster in libris eas sacre scientie quibus nos intrinsecus infundimur / fixit. Has aspicientes arietes cum ouibus coeunt: quia rationales nostri spiritus dum in earum intentione defixi sunt / singulis quibusq̃ actionibus permiscentur: vt tales fetus operũ pereant/ qualia exempla pcedentiũ in vocib⁹ pceptorũ vident: et diuersum colorẽ proles boni operis habeat: q̃ ⁊ nõnũq̃ subtracta littere cortice / acuti⁹ interna cõsiderat: et reseruato nõnũq̃ historie tegmine/ bene se i exterioribus format. Nã q̃ diuine sententie aliquando interius rimande sunt/ aliquando exterius obseruande: p Salomonem quoq̃ dicitur:

Prouer. xxx.

Qui fortiter pmit vbera ad eliciendum lac/ exprimit butyrum: et qui vehemẽter emũgit/ elicit sanguinẽ. Ubera quippe fortiter premim⁹/ cum verba sacri eloquij subtili intellectu pẽsam⁹. Qua pssione dũ lac q̃rim⁹/ butyrũ inuenim⁹: q̃ dũ nutriri vel tenui itellectu q̃rim⁹/ vbertate interne pinguedinis vngimur. Qđ tamẽ nec nimie nec semp agendũ est: ne dũ lac q̃ritur ab vberib⁹/ sanguis sequatur. Plerique etenim quidam dũ verba sacri eloquij plus q̃ debent discutiunt: in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem quippe elicit / qui vehementer emungit: q̃ carnale efficit̃ hoc qđ ex nimia spiritus discussione sentit̃. Unde necesse est vt beati Iob opera (que inter increpãtiũ amicorum verba idcirco narrat: ne afflicta mens illi⁹ in desperatione deficiat) iuxta pondus historie perscrutemur: ne si hec animus plusq̃ necesse est spiritualiter intelliget/ a verborum eius vberibus sanguis nobis p lacte respondeat. Si quando vero quedam mystica in suorum operum narratiõe pmiscet: ad hec necesse est vt mens concita redeat/ ad que hanc vt ipse dari intelligi ordo loquentis vocat. Nam sanct⁹ vir postq̃ ea que sibi per flagellum dñi fuerant inflicta narrauit: nunc per ordinem proprias enumerando virtutes/ qualis ante flagellum fuerit innotescit: sic vite sue historiam texens: vt et perrarum aliquid quod allegorice intelligi possit/ intersecat: quatenus et ex magna parte historica sint que memorat: et tamen aliquando per hec eadem ad spiritualem intelligẽtiam consurgat. Qua itaq̃ fortitudine ab omni lapsu exteriora sue custodie interioris disciplina constrinxerit/ insinuat dicens.

Capitulũ tricesimũ primũ textus beati Iob

PEpigi fedus cũ oculis meis: vt ne cogitarem quidem de virgine. Quã eni partẽ haberet i me deus desuper: ⁊ hereditatẽ omni potẽs de excelsis? Nunquid nõ perditio est iniquo/ et alienatio operantibus iniustitiam? Nonne ipse considerat vias meas/ ⁊ cũctos gressus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate/ ⁊ festinauit i dolo pes me⁹: appẽdat me in statera iusta: et sciat deus simplicitatem meam. Si declinauit gressus meus de via: et si secutus est oculus meus cor meũ: ⁊ si in manibus meis adhesit macula: seram/ et alius comedat: et progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere: et si ad ostium inimici † mei insidiat⁹ sum: scortum alterius sit vxor mea: et super illam incuruentur alij. Hoc eni nephas est, ⁊ iniquitas maxima. Ignis est vsq̃ ad perditionem deuorans/ et omnia eradicans genimina. Si contẽpsi subire iudicium cum seruo meo et ancilla mea: cum disceptarent aduersum me. Quid eñ faciam cum surrexerit ad iudicandum deus: et cum quesierit: quid respondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me/ qui et illum operatus est: et formauit me in vulua vn⁹? Si negaui qđ volebant pauperibus/ ⁊ oculos vidue expectare feci. Si comedi buccellã meã sol⁹/ et non comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea creuit mecũ miseratio: et de vtero matris mee egressa est mecũ. Si despexi pretereuntem/ eo q̃ nõ habuerit indumentũ/ ⁊ absq̃ operimento pauperẽ. Si nõ bñdixerunt mihi latera ei⁹: et de vellerib⁹ ouiũ mearũ calefactus est. Si leuaui sup pupillũ manũ meã/ etiam cum viderẽ me i porta superiorẽ: humerus meus a iunctura sua cadat: ⁊ brachiũ meũ cum ossibus suis cõfringat̃. Semp eñi quasi tumentes super me fluctus timui deũ: ⁊ pondus eius ferre non potui. Si putaui aurũ robur meũ: ⁊ obryso dixi, fiducia mea Si letatus sum super multis diuitijs meis: et quia plurima reperit manus mea. Si vidi solem cum fulgeret: ⁊ lunã incedentem clare: ⁊ letatum est i abscondito cor meũ: ⁊ osculat⁹ sum manũ meã ore meo: que est iniquitas maxima: et negatio ptra deũ altissimũ. Si gauisus sum ad ruinã eius qui me oderat: ⁊ exultaui q̃ inuenisset eum malũ. Non eñi dedi ad peccãdũ guttur meũ: vt expeterem maledicens animã ei⁹. Si non dixerũt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius vt saturemur? Foris non mãsit peregrin⁹: ostiũ meũ viatori patuit. Si abs-

† al. amici

G

cõdi quasi homo peccatũ meũ/et celaui in sinu
meo iniquitatem meam. Si expaui ad multitu
dinem nimiã: ⁊ despectio propinquorũ terruit
me/⁊ nõ magis tacui/nec egressus sum ostium.
Quis mihi tribuat auditorẽ/vt desideriũ meũ
audiat omnipotens: ⁊ librũ scribat ipse qui iu=
dicat: vt in humero meo portẽ illũ/et circũdem
illum quasi coronã mihi? Per singulos grad⁹
meos pronunciabo illum: ⁊ quasi principi offe=
ram eum. Si aduersum me terra mea clamat/
et cũ ipsa sulci eius deflent: si fructus eius co=
medi absq̃ pecunia: ⁊ animã agricolarũ ei⁹ af=
flixi: pro frumento oriatur mihi tribulus: et p
hordeo spina.

❡ S. Vt serui dei non solum ad mũditiã carnis/sʒ etiã
ex proposito et pacto ad puritatem cordis operam dare
debeant. Capitulum. ij.

Pepigi fedus cum oculis meis vt ne cogitarẽ
quidem de virgine. Cũ sit inuisibilis anima/
nequaq̃ corporearũ rerũ delectatione tangit/
nisi q̃ inherens corpori/quasi quedam egrediẽdi forami=
na eiusdẽ corporis sensus habet. Visus quippe/ audit⁹/
gustus/odoratus ⁊ tactus quasi quedam vie mẽtis sũt/
qb⁹ foras veniat: et ea que extra eius sunt substantiã/ con
cupiscat. Per hos etenĩ corporis sensus quasi per fene=
stras quasi iã exteriora queq̃ aĩa respicit/respiciens con=
cupiscit. Hinc etenĩ Hieremias ait: Ascendit mors per
fenestras nostras/ingressa est domos nostras. Mors q̃p=
pe per fenestras ascẽdit/et domũ ingredit/cũ per sensus
corporis cõcupiscentia veniens/habitaculum intrat mẽ=
tis. Quo contra hoc qđ sepe iam diximus de iustis/ per
Esaiã dicit: Qui sunt hi qui vt nubes volant/et q̃si colũ
be ad fenestras suas? Iusti namq̃ volare vt nubes dicti
sunt/q: a terrenis cõtagijs subleuant: et quasi colũbe ad
fenestras suas sunt/q: per sensus corporis exteriora q̃q̃
intẽtione non respiciunt rapacitatis: coʒq̃ foras non ra=
pit concupiscentia carnalis. Quisquis vero per has cor=
poris fenestras incaute exterius respicit/plerũq̃ in dele
ctationem peccati etiã nolẽs cadit: atq̃ obligat⁹ deside=
rijs/incipit velle qđ noluit. Precepsq̃ quippe anima dũ
ante nõ preuidet ne incaute videat quod cõcupiscat: coca
post incipit desiderare qđ vidit. Unde et propheta mens
q̃ subleuata sepe mysterijs internis intererat: quia alie=
nam coniugem incaute vidit/obtenebrata postmodũ si=
bimet illicite coniũxit. Sanctus autẽ vir q̃ acceptis cor=
poris sensibus velut subiectis ministris quidã equissim⁹
iudex preest: culpas conspicit ante q̃ veniant: ⁊ velut insi=
dianti morti fenestras corporis claudit/ dicens. Pepigi
fedus cum oculis meis: vt ne cogitarem quidem de virgi
ne. Ut em̃ cogitationes cordis caste seruare potuisset: fe=
dus cum oculis pepigit: ne pri⁹ incaute aspiceret/qđ post
modũ inuit⁹ amaret. Ualde nãq̃ est graue qđ caro deor=
sum trahit: ⁊ semel species forme cordi per oculos illiga
ta/vix magna luctaminis manu soluit. Nec ergo qđ lu=
brica in cogitatiõe p̃sentim⁹ prouidendũ nobis est q: intueri
nõ decet: qđ nõ lʒ cõcupisci. Ut em̃ mũda mens in cogi=
tatione seruet/a lasciuia voluptatis sue deprimendi sũt
oculi/quasi quidam raptores ad culpã. Neq̃ eni eua li=
gnũ vetitum cõtigisset/nisi hoc pri⁹ incaute conspiceret.
Scriptum quippe est: Uidit mulier q̃ bonũ esset lignum
ad vescẽdũ/⁊ pulchrũ oculis/aspectuq̃ delectabile: et tu
lit de fructu illius/et comedit. Hinc ergo pensandũ est/
q̃to debeam⁹ moderamine erga illicita visum restringe=
re nos qui mortaliter viuimus: si et mater viuẽtium per
oculos ad mortẽ venit. Hinc etiã sub iudee voce q̃ exterio
ra videndo cõcupiscẽs/bona interiora pdiderat: pphera
dr. Ocul⁹ me⁹ depredatus est animã meã. Concupiscendo
enim visibilia/inuisibiles virtutes amisit. Que ergo inte
riorem fructũ per exteriorem visum pdidit: per oculum
corporis pertulit predam cordis. Unde nobis ad custo=
diendã cordis mundiciã/exteriorũ quoq̃ sensuum disci=
plina seruanda est. Nã quãtalibet virtute mens polleat/
q̃ualibet grauitate vigeat: carnales tamen sensus pueri
le quiddam exteri⁹ perstrepunt: ⁊ nisi interioris grauita

tis põdere/⁊ quasi iuuenili quodã vigore frenent/ad flu
xa queq̃ et leuia mẽtem eneruẽ trahũt. Uideam⁹ igitur
quomodo beatus Iob id qđ in eo fluxum ac puerile caro
sapere potuit/iuuenili sapientie vigore restrinxit. Ait eñ
Pepigi fedus cũ oculis meis. Et quia non in re actionẽ
tantũmodo/sʒ ⁊ cogitationẽ luxurie extinxit: secutus ad
iungit. Ut ne cogitarẽ quidẽ de virgine. Sciebat nimirũ
luxuriã esse in corde refrenandã: sciebat p sancti spiritus
donũ/q̃ redemptor noster veniens/legis precepta tran=
scenderet: et ab electis suis nõ solum luxuriã carnis / sed
etiã cordis aboleret/dicens. Scriptũ est: Non adultera=
bis: ego autẽ dico vobis/quoniã oĩs q̃ viderit mulierem
ad cõcupiscẽdũ eã/iam mechatus est eam in corde suo.
Per moysen quippe luxuria perpetrata: per auctorẽ ve=
ro mundicie/luxuria cogitata dãnat. Hinc est enim q̃ di=
scipulis prim⁹ ecclesie pastor dicit. Propter quod succin
cti lumbos mentis vestre/sobrij pfecte sperate in eã q̃ of=
fertur vobis gratiã. Lũbos eni carnis succingere/ẽ luxu
riam ab effectu refrenare. Lũbos aũt mentis succingere
est/hanc etiã a cogitatione restringere. Hinc est q̃ ange=
lus qui Ioannẽ alloquit/zona aurea sup mamillas cinct⁹
esse perhibetur. Quia eni testamenti noui mũditia etiam
cordis luxuriã frenat: angel⁹ q̃ in eo apparuit/in pectore
cinctus venit. Quem bene zona aurea stringit: q: quisq̃s
superne patrie ciuis est: nõ iam timore supplicij/sʒ amo=
re charitatis imũditiã deserit. Malũ vero luxurie aut co=
gitatione perpetratur/aut opere. Callidus nãq̃ aduer=
sarius noster cum ab effectu operis expellit/ secreta pol=
luere cogitationis molitur. Unde et serpẽtis a dño dicit:
Pectore et ventre repes. Serpens videlicet ventre repit/
quando hostis lubricus p humana mẽbra sibimet subdi
ta vsq̃ ad expletionẽ operis luxuriã exercet. Serpens au
tem repit pectore/quãdo eos quos in opere luxurie non
valet/polluit in cogitatione. Alius itaq̃ luxuriam iam p
petrat actione: huic serpens repit ex ventre. Alius autem
perpetrandam versat mente: huic serpens repit ex pecto=
re. Sed quia per cogitationem ad explenda opera perue
nitur/recte serpens prius pectore/postmodum repere vẽ
tre describitur. Unde beatus Iob quia disciplinã etiam ĩ
cogitatione tenuit/vna custodia serpentis pectus vẽtrẽ=
q̃ superauit/dicens. Pepigi fedus cum oculis meis: vt
ne cogitarem quidem de virgine.

❡ S. Ut virtutes inuicem se complectunt: nec castitas
sine humilitate/nec humilitas sine castitate aliq̃d valet.
Capitulum. iij.

Quam nimirũ cordis mundiciã quisquis adi=
pisci non appetit/q̃d aliud q̃ eiusdẽ a se mun=
dicie auctorẽ repellit? Unde beat⁹ Iob protin⁹
subdit: Quam enim partẽ deus haberet in me desuper:
et hereditatẽ omnipotens de excelsis? Ac si aperte dicat
Si mẽtẽ in cogitatione polluero/ei⁹ q̃ mũditie auctor ẽ/
esse hereditas nequãq̃ possũ. Nulla et bona sũt cetera/ si oc=
culti iudicis oculis castitatis testimonio non approban=
tur. Omnes quippe virtutes in conspectu conditoris sui
vicaria ope se subleuant: vt quia vna virtus sine alia/ vel
nulla est omnino vel minima/ vicissim sua coniunctione
fulciantur. Si enim vel castitatem humilitas deserat: vel
humilitatem castitas relinquat: apđ auctorem humilita
tis et mundicie prodesse quid preualet vel superba casti=
tas/vel humilitas inquinata? Sanctus igitur vir vt ab
auctore suo in bonis reliq̃s possideri mereat: cordis mũ
ditiam custodiens dicat. Pepigi fedus cũ oculis meis/
vt ne cogitarẽ quidem de virgine. Quã eni partem habe
ret de⁹ in me desup/et hereditatem oĩpotẽs de excelsis?
Ac si aperte fateat dicens. Habere me possessionem suam
excelsorum conditor renuit: si mens mea ante cõspectum
illius in infimis desiderijs tabescit. Sed inter hec scien=
dum est aliud esse quod animus de temptatione carnis pa
titur: aliud vero cũ per consensum delectatiõib⁹ obligat.
Plerũq̃ eni cogitatione praua pulsatur/sed renitit: ple=
rũq̃ aũt cum peruersum quid concipit/hoc intra semet=
ipsum etiã per desideriũ voluit. Et nimirũ mentẽ neq̃q̃
cogitatio imũda inq̃nat cum pulsat: sed cum hanc sibi p
delectationẽ subiugat. Hinc etenĩ predicator egregi⁹ di=
cit. Temptatio vos non apprehendat/nisi humana. Huma=
na quippe temptatio est/qua plerũq̃ in cogitatione tangi=
mur etiã nolẽtes: q: vt nõnũq̃ et illicita ad animũ veniãt:
hoc vtiq̃ in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis

Vie mẽtis sens⁹ ex
teriores.

H
Hiere. ix.

Esa. lx.

ij. Reg. xi.

I

Gen. iij.

Thren. iij.

K

Mat. v.

j. Pet. j.

Gen. iij.

L

Cordis mũditiam q̃sq̃s adi=
pisci non appetit/ eiusdem a se auctorẽ mundicie repellit.

M
Oẽs virtu=
tes vica=
ria se ope
subleuant.

j. Cor. x.

A

pondere habem⁹. Jã vero demoniaca est/et nõ hũana tẽtatio:cũ ad hoc qd carnis corruptibilitas suggerit/ per cõsensum se anim⁹ astrigit. Hinc iterũ dicit. Non regnet peccatũ in vestro mortali corpe. Peccatũ quippe in mortali corpore non esse/sed regnare phibuit:qr in carne corruptibili non regnare potest:sed non esse non potest. Hoc ipsum nãq3 et de peccato tentari peccatũ est:quo qr quãdiu vivimus/pfecte oĩmodo nõ carem⁹. Sancta pdicatio quoniã hoc expellere plene nõ potuit/ ei de nostri cordis habitaculo regnũ tulit:vt appetitus illicit⁹ et si plerũq3 bonis nostris cogitationibus occulte se quasi fur inserit:saltem si igredit/non dominet. Vir igitur sanct⁹ dicẽs: Pepigi fed⁹ cũ oculis meis:vt ne cogitarẽ qdem de virgine: nequaq3 vult intelligi qr ei⁹ animũ culpa in cogitatione non contigit:sed quia nunq3 hunc ex cõsensu superauit. Nam velut integerrimam possessionẽ dei/mentem suam contra aduersarij depredationẽ vendicat:qui protin⁹ adiungit: Quam eni partẽ haberet deus in me desup/et hereditatem oĩpotens de excelsis? Ac si aperte dicat. Carne quidem mortali corruptionis conditioni subiaceo: sz auctori vnde seruio/si ei integrum a consensu culpe animum non defendo? Sequitur.

B

℣ S. Q3 iusti dum tẽporaliter flagellãtur/probent: reprobi vero qui in laboribus hominũ modo nõ sunt/eterno anathemate cõdẽnantur. Capitulum.iiij.

Numquid non perditio est iniquo: et alienatio operantib⁹ iniquitatem? ℣ O qũta consolatio egrotis/et quãtus meror sanis. Festina consolatio bonorũ/est cõsiderat⁹ finis malorũ. Dũ eni ex eorũ interitu malũ cõspiciũt qd euadũt/leue existimãt qcqd aduersum in hac vita patiunt. Eant ergo nũc reprobi/et delectationũ suarũ desideria oplcant:in fuis sui dãnatione sensuri sunt/quia mortem male viuentes amauerunt. Trãsitorio autem hic verbere affligant electi:vt a pravitate flagella corrigãt/quos paterna pietas ad hereditatem seruat. Nũc etenĩ flagellat iustus/et verbere disciplĩne corrigit:qr ad eterne hereditatis patrimoniũ preparatur. In suis autẽ voluptatib⁹ relaxatur iniustus:quia tãto ei tẽporalia bona suppetunt/quãto eterna denegãtur. Injustus ad debitam mortẽ currẽs/effrenatis voluptatibus vtitur:qr et vituli qui mactãdi sunt/i liberis pastibus relinquũtur. At cõtra iustus a delectationis transitorie iocunditate restringitur:qr z nimirũ vitulus ad laboris vsum vite deputatus sub iugo retinet. Negantur electis in hac vita bona terrena:qr et egris quib⁹ spes viuendi est/nequaq3 a medico cuncta que appetunt/conceduntur. Dantur aũt reprobis bona que in hac vita appetũt:qr et desperatis egris omne quod desiderãt/nõ negatur.

Similitudo.

C

Perpendãt igit iusti que sint mala q̃ iniqs manent: z nequaq3 eorũ felicitati inuideãt q̃ peurrit. Quid est eni q̃ de eorũ gaudijs admirent/qñ et ipsi p iter asperũ ad salutis patriam:et illi quasi per amena prata ad foueam tendunt? Dicat ergo vir sanctus. Nũquid non perditio est iniquo et alienatio operantibus iniquitatem? Quod videlicet alienationis verbum durius sonaret/si hoc interpres in sue lingue voce tenuisset. Quod enim apd nos alienatio/hoc apud hebreos anathema dicitur. Tũc ergo alienatio erit reprobis/cum ab hereditate districti iudicis se anathema esse conspiciunt:quia hic cum peruersis moribus contempserunt. Floreant igitur iniqui/a flore eterne hereditatis alieni. Justi vero semetipsos solerter inspiciãt:et in cunctis actionibus suis a dño se videri pertimescant. Vnde et apte mox subdit. ℣ Nonne ipse cõsiderat vias meas:et cũctos gressus meos dinumerat? ℣ Quid viarũ nomine/nisi actiones designat? Hinc enim per Hieremiã dicit: Bonas facite vias vestras et studia vestra. Quid vero gressuũ appellatione/nisi vel mot⁹ mẽtiũ/vel profect⁹ accipim⁹ meritorũ? Quibus pfecto gressibus ad semetipsam nos veritas vocat/dicens: Venite ad me omnes qui laboratis z onerati estis. Ad se quippe venire nos dñs pcipit:nimirũ nõ gressibus corporis/sed pfectib⁹ cordis. Ipse nãq3 ait. Veniet hora quando neq3 in monte hoc neq3 in hierosolymis adorabitis patrem. Et paulopost. Veri adoratores adorabunt patrẽ in spũ et veritate. Nã et pater tales querit qui adorent eum. In corde ergo esse gressus insinuat/qñ et vt veniamus vocat: et tamen motu corporis nequaq3 nos ad alia transire denunciat. Capitulum.v.

Vie actiones designant.

Hie.vij.

Quid gressus.

Mat.xj.

Joan.iiij.

Sicut autẽ dñs vniuscuiusq3 considerat vias/sic dinumerat gressus: vt ne minutissime quidem cogitationes eius iudicio:ac verba tenuissima que apud nos vsu viluerunt/indiscussa remaneant. Hinc ei dicit: Qui irascit fratri suo/reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo racha/re⁹ erit concilio. Qui dixerit fatue/ reus erit gehẽne ignis. Racha quippe in hebreo eloquio vox indignãtis est:que quidem animũ irascẽtis ostẽdit: nec tamẽ plenũ verbũ iracundie exprimit. Prius ergo ira reprehenditur sine voce:postmodũ vero ira cum voce/sed necdũ pleno verbo formata: ad extremũ quoq3 cũ dicit fatue/ira redarguit:q̃ cum excessu vocis expletur etiã pfectione sermonis. Et notandum q̃ in ira perhibet reum esse iudicio:in voce ire qd est racha reum cõcilio: i verbo vocis qd est fatue reũ gehẽne ignis. Per gradus etenĩ culpe creuit ordo sententie: quia in iudicio adhuc causa discutitur:in cõcilio autẽ iã cause sententia definitur. In gehenna vero ignis ea que de concilio egredit/ sentẽtia expletur. Quia igitur humanorum actuum dñs subtili examine gressus enumerat: ira sine voce iudicio: ira in voce cõcilio:ira vero in voce atq3 sermone gehenne ignibus mancipatur. Hãc subtilitatẽ cõsiderationis eius propheta aspexerat/cum dicebat. Fortissime/magne/ potẽs dñe exercituũ nomẽ tibi:magnus cõsilio:incõprehensibilis cogitatu:cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum adã:vt reddas vnicuiq3 fm vias suas/z fm fructum adinuentionũ ei⁹. Sic eisdem vias dñs subtili examinatione considerat:vt in vnoquoq3 nostrũ nec ea que remuneret bona preterea:nec mala que videlicet displicent/sine increpatione derelinquat. Hinc est eñ q̃ angelum ecclesie pgami/et in quibusdã laudat/z in qbusdam redarguit/dicens. Scio vbi habitas: vbi sedes est sathane:et tenes nomẽ meũ:et nõ negasti fidem meã. Et paulo post: Sed habeo aduersum te pauca:qr habeo illic tenentes doctrinam balaã. Hinc angelo thyatire dicit. Noui opera tua et charitatẽ tuã/z fidẽ z ministeriũ et patiẽtiã tuã/et opera tua nouissima plura priorib⁹:sed habeo aduersum te pauca: qr pmittis mulierẽ hiezabel que se dicit pphetem/docere/z seducere seruos meos:et fornicari/et mãducare idolothytũ. Ecce bona memorat/ nec tamen resecãda mala sine penitentia relaxat:qr scz sic singulorũ vias considerat:sic gressus enumerans pensat: vt subtili examine ppendat: vel qũtũ quisq3 ad bona proficiat: vel qũtum ad mala deuiãs suis profectibus contradicat. Incrementum quippe meritorũ qd bone vite studijs auget/ plerũq3 mali admixtione retrahit:et bonũ qd anim⁹ operãdo construit/hoc alia perpetrãdo peruertit. Vnde sancti viri tanto se subtilius in cogitatione cõstringũt/ qũto a supremo iudice district⁹ cõsiderari conspiciunt. Mentem quippe discutiũt:inuenire si qua deliquerint querunt:vt tãto fiant irreprehẽsibiles iudici/quanto semetipsos qtidie z sine cessatione reprehẽdunt. nec tamen hac de re iã gaudia securitatis sumũt:qr ab illo se videri considerãt/ qui in eis et illa videt que videre ipsi in semetipsis nõ valent. Et quidem beatus iob pfectionis vitam inter veteres tenuit:sed quia eius intentio ad redẽptoris aduentũ pphetico spiritu erũpit:in illius preceptis pensat ipse q̃ multa de perfectione minus habeat. Vnde et subdit. Si ambulaui i vanitate/z festinauit in dolo pes me⁹: appendat me in statera iusta:z sciat deus simplicitatẽ meam.

D

Ql districte dñs dinumerat gressus vniuscuiusq3.

Mat.v.

Hie.xxxij.

E

Apo.ij.

F

℣ S. Q3 sancti viri vtrũ amore an odio digni sunt/non satis itelligũt:sz reuelari sibi a deo vtrum simpliciter an aliter ambulent/humiliter postulant. Capitulum.vj.

Scire dei dicit/scire nos facere: vsitato nostre locutionis modo:qui letum diẽ dicim⁹ ex quo cõtingit vt letemur. Hinc est eni q̃ ad abraam dñs dicit: Nũc cognoui q̃ timeas deũ. Neq3 eni creator tẽporũ quicq3 cognouit ex tempore:sed cognoscere eius est/ex cuiuslibet cause emergentis articulo nobis cognitionem prebere. Quis vero statere nomine/nisi mediator dei et hominum designat? In quo equa lance oĩa merita nostra pensant:et in cuius pceptis agnoscim⁹ quid in nostra vita minus habeamus. In hac autem statera appendimur/quotiens ad vite eius exempla puocamur. Hinc nãq3 scriptũ est: Christus pro nobis passus est: vobis relinquẽs exemplum/vt sequamini vestigia eius: qui peccatum non fecit/nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur/nõ maledicebat:dũ pateret/nõ comi

Gen.xxij.

Christ⁹ positus ẽ nobis i exemplũ.

j. Pet.ij.

G
Heb. xij.

nabat. Hinc per Paulū dicit. Per patiētiā curram⁹ ad ppositum nobis certamen: aspicientes in auctorem fidei: ⁊ consummatorem iesum: q̄ proposito sibi gaudio/ sustinuit crucem/ confusione contēpta. Ad h̄ itaq̄ dn̄s apparuit in carne/ vt humanā vitā admonendo excitaret: exēpla p̄bendo accenderet: moriendo redimeret: resurgēdo repararet. Cum ergo nulla in se beat⁹ iob iure redarguenda repit/ ad excedentem oia redemptoris vitā/ mentis oculos tendit: vt in illa cognoscat ipse quid min⁹ habeat/ cū dicat. Si ambulaui in vanitate/ et festinauit in dolo pes meus/ appendat me in statera iusta: et sciat deus simplicitatē meā. Ac si apte dicat. Si qua vnq̄ leuiter/ si qua fraudulose ppetraui/ dei et hominū mediator appareat: vt in ei⁹ vita cognoscam/ an ego veraciter simplex fuero. Quē enī (vt diximus) suorū tēporū viros excesserat/ mediatorem dei ⁊ hominū querebat: vt in illo pensatus agnosceret/ si vitam simplicē vere tenuisset. Dicat ergo. Appendat me in statera iusta/ et sciat deus simplicitatē meā. Quod

N

est/ scire me faciat. Ac si patenter fateat̄ dicens. Quātum ad humane vite modum/ nulla in me reprehendēda iā video: sed nisi mediator dei et hominū cum subtilioribus vite preceptis appareat: q̄ntum adhuc a vera simplicitate discrepem non cognosco. Rectus vero ordo seruat̄/ si pri⁹ i vanitate/ et postmodum pes i dolo festinasse dicitur. Uanitas quippe ad leuitatem/ dolus vero ad malitiā pertinet. Et nonulli plerūq̄ ad q̄dā post malitiosa perueniunt: quia prius leuia non declinant. Sequitur. Capitulū. vij.

SI declinauit gress⁹ meus de via.] Totiēs gress⁹ de via declinat: q̄ntiēs nr̄a cogitatio iter rectitudinis p̄ consensū relinq̄t erroris. Quasi so tot gressus extra viā ponim⁹/ quot peruersis desiderijs ob celestis vite delectatione separamur. Ut enī prefati sum⁹/ adhuc carnis corruptibilis pondere grauati/ nequaq̄ valemus sic viuere: vt nulla nos possit culpe delectatio pulsare. Sz aliud est nolentē tāgi/ aliud cōsentiētē animā perimi. Sancti autē viri tāto vigilantiori se circūspectione custodiunt/ q̄nto se pulsari sinistris motibus vel transitorie delectatiōis dedignantur. Unde et adhuc subdit.

¶ S. Quāta sollicitudine sancti cor suū custodiāt: ⁊ exteriora membra ab illicito tactu vel aspectu auertant.

¶ Si secutus est oculus me⁹ cor meū.] Ecce iterū per interioris vigoris custodiā/ ad exteriorū mēbrorū disciplinā redit: vt si quid fortasse cor illicitum cōcupisceret: pressus discipline magisterio oculus videre recusaret. Sicut enim sepe tentatio p̄ oculos trahit̄/ sic nōnūq̄ concepta intrinsecus/ compellit sibi extrinsecus oculos deseruire. Nā plerūq̄ res quelibet innocēti mēte respicit̄: sed ipso cōspectu anim⁹ ɔcupiscētie gladio confodit̄. Nō enim (vt exēpli causa iā dixim⁹) dauid vrie coniugē ideo studiose respexit/ q2 cōcupierat: s3 post⁹ iō concupiuit/ q2 incaute respexit. Fit vero recte retributionis examine: vt q̄ exteriori negligenter vtitur oculo/ iteriori nō iniuste cecat̄. Sepe autē iā itrinsec⁹ cōcupiscentia dominat̄: et illecebratus anim⁹ ad vsus suos sensus corporeos famulari more tyrānidis exigit: suis q̄ voluptatib⁹ oculos seruire compellit: eos q̄ (vt ita dicam) fenestras luminis ad tenebras aperit cecitatis. Unde sancti viri cum sinistra pulsari delectatione se sentiūt: ipsa p̄ que forme species ad mentē ingredit̄: discipline magisterio lumina restringunt/ ne praue cogitationis visio lenocinata famulet̄. Que si subtiliter custodiri negligit̄/ cogitationis immunditia ,pximus ad operationē transit. Unde et mox subditur.

Sicut tentatio per oculos trabit̄: sic pce pta itrīsecus cōpellit sibi extrīsec⁹ oculos deseruire.

I

Oculi restringēdi sunt.

¶ S. Q2 nisi festine resistatur tentationi nascēti in corde/ subito ita roboratur/ vt ipsam mentem mēbror̄ dominam teneat captiuam.

¶ Et si i manibus meis adhesit macula.] Sāctus ergo vir sciens q̄ plerūq̄ praua cogitatio p̄ oculos venist ad mentē: paulo superius dixit. Pepigi fedus cum oculis meis: vt ne cogitarē quidē de virgine. Perpēdēs etiam q̄ nōnunq̄ in mente oria̅t: sed huic oborte oculi pueri se famulant̄/ ait. Si secutus est oculus meus cor meū. Ac si aperte dicat. Nec passim videre volui que cōcupiscerem/ nec vidēdo vnq̄ secutus sum que concupiui. Dicat ergo. Si secutus est oculus meus cor meū: q2 et si quid vnq̄ illicitū mens eius (vt videlicet humana) cōcepit: alioq̄ discipline magisterio constrictus/ sequi per illicita/ sibiq̄ famulari ocul⁹ noluit. Pensemus adhuc conscientias nostras: et quāti culminis vir ille fuerit/ ex nostri cordis delectione videamus. Ecce ēst qualiter illicita aliquando cogitauit: quia ea citius inter arcana cordis gladio sancti vigoris extinxit: peruenire illa vsq̄ ad opera non permisit. Unde vt premisimus/ ilico subiungit. Et si in manibus meis adhesit macula. Quō enī macula in manibus id est culpa in actionibus inhereret: quā cēsura discipline non sinebat in cogitatione pficere? Neq̄ enī culpa ad op⁹ prodire permittit̄/ si intus vbi nascit̄ extinguat̄. Si aūt tentationi i corde nascenti festine nō resistit̄/ hec eadem quia nutrit̄ mora roborat̄: et existens foris in operibus/ vincibiliter preualet: q2 ipsam intus mēbrorū dominā mētem captiuam tenet. Quia vero vir sanctus supiora oia sub conditione intulit: si hec vnq̄ perpetrauerit/ sententia se maledictionis astringit/ dicens.

R

Festine resistēdū est tētationi in corde nascenti.

¶ S. Q2 doctor ecclesie si aliter docet q̄ viuat/ ipso leta no alius qd̄ seminatum est comedit: et sepe qd̄ gignit verbo/ occidit exemplo. Et de iudicio salomonis in quo mulier que filium suffocauerat/ ab ea cuius filius viuebat/ subtilissimo examine distincta est.

¶ Seram/ et alius comedat: ⁊ progenies mea eradicet̄.] More sacri eloquij serere dicimus/ verba vite predicare. Hinc etenī ppheta ait. Beati qui seminatis super omnes aquas. Sancte quippe ecclesie predicatores super omnes aquas seminare conspexit: qui cunctis late populis verba vite quasi celestis panis grana tradiderunt. Comedere autem est bonis operibus satiari. Unde per semetipsam veritas dicit: Meus cib⁹ est/ vt faciā voluntatē eius q̄ me misit. Si ergo ea que protulit facere pretermisit/ ait. Seram/ et alius comedat. Ac si aperte dicat. Quod os meū loquit̄/ non ego sed alter operetur. Predicator quippe q̄ a suis vocibus moribus discrepat: alium⁹ sciēt qd̄ alius māducet: quia suo semine ipse nō pascitur/ quando a verbi sui rectitudine praua actione vacuatur. Capitulū. viij.

Esa. xxxij.

Ioā. iiij.

L

ET q2 plerūq̄ discipuli incassum bona audiūt/ cum ex magistri vita/ operū exēplo destruunt: recte subiungit̄: Et pgenies mea eradicet̄. Doctoris enī pgenies eradicat̄/ q̄n is qui per verbū nascitur/ per exemplū necatur: quia quem lingua vigilans gignit/ vite negligētia occidit. Neq̄ enī torpenti nobis est mente transeundū: quod apud Salomonē mulier filiū quem vigilans lactare consueuerat/ dormiēs interemit: q2 nimirū magistri vigilantes quidē sciētia/ sed vita dormientes/ auditores suos quos p̄ vigilias predicationis nutriunt: eos quod dicunt/ facere negligūt: p̄ somnum torporis occidūt: et negligēdo opprimūt/ quos alere verborum lacte videbant̄. Uñ plerūq̄ dū ipsi reprehēsibiliter viuunt: ⁊ habere discipulos vite laudabilis nequeunt: alienos sibi attrahere conant̄: quaten⁹ dū bonos se habere sequaces ostēdūt/ apd̄ iudicia hominū excusent mala q̄ agūt: et quasi p̄ subditorū vitā/ mortiferā tegāt negligentiam. Unde illic mulier filiū q2 extinxit pcepiū/ quesiuit alienum. Sed tamē veram matrē salomonis gladius inuenit: q2 videlicet cuius fructus viuat: vel cuius intereat/ extremo examine ira districti iudicis demonstrat. Ubi ⁊ illud est solerter intuendū/ q2 viuens filius prius diuidi pcipit̄: vt soli postmodū matri reddat̄: q2 in hac vita q̄si partiri cōcedit̄ vita discipuli/ dum ex illa nonnūq̄ alter apud deū meritū: alter vero apud homines laudem habere p̄mittitur. Sed falsa mater eū quē nō genuit/ occidi non metuit: q2 arrogātes magistri ⁊ charitatis ignari/ si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt/ eorū vitā crudeliter insequūtur. Inuidie enī face succēsi/ nolunt alijs viuere/ quos se pspiciūt non posse possidere. Unde illic pueris mulier clamat. Nec mi⁹ sit/ nec tibi. Ut enī diximus: quos sibi obsequi non vident ad gloriā tēporalem/ eos alijs inuident viuere per veritatem. Uera autē mater satagit/ vt eius fili⁹ saltem apud extraneū sit et viuat: q2 concedūt veraces magistri/ vt ex eorū discipulis alij quidem magisterij laudem habeant/ si tamē integritatem vite ijdē discipuli non amittant. Per que pietatis viscera hec eadē vere mater agnoscitur: q2 omne magisteriū i examine charitatis approbatur. Et sola totū recipere meruit: que quasi totū pcessit: q2 fideles ppositi p̄ eo q̄ ex bonis discipulis suis non solum alijs laudē non inuidēt: sed vtilitatē eis etiā pfect⁹ exorant: ipsi et integros et viuentes filios recipiunt/ q2 in supremo examine ex eorū vita pfecte retributiōis gaudia pcquūtur. Hec paucis per excessum diximus: vt ad

Iij. reg. iij.

M

dicent p̄genies p̄ doctorum negligētiam qualiter extin-guitur/ monstraremus: quia quisquis iuxta hoc q̄d loquit nō viuit: quos verbo genuit/ a stabilitate rectitudinis ope-re euellit. Sed btūs Iob quos p̄dicatione vigilans edi-dit/ nequaq̄ actione dormiens extinxit: atq̄ ideo fiden-ter dicit/ Si quo minus p̄dicta cōpleui: seram/ et alius comedat: et progenies mea eradicetur. Qui adhuc se de inquinatione praui operis discutiens/ subdit. [Si dece-ptum est cor meum super mulierem: et si ad hostiū inimici mei insidiatus sum.]

A

¶ S. Qui in sacro ordine cōstitutos/ ita studiosa cōcupi-scentia/ sicut seculares adulterij inquinat culpa: et q̄ sce-lus luxurie oīa bona opera euacuat/ et virtutum omniū plantaria eradicat. Capitulum. ix.

Mat. v.

QUa vis nonnūq̄ a reatu adulterij nequaq̄ di-screpet culpa fornicationis/ cū veritas dicat: Qui viderit mulierem ad cōcupiscendū eam/ iam mechat⁹ est eā in corde suo. Cū enī greco verbo mech⁹ adulter dicit: cū nō aliena cōiunx/ sed mulier videri pro-hibet/ aperte veritas ostendit/ quia etiam solo visu cum turpiter vel innupta cōcupiscit/ adulteriū perpetrat. Sed tñ plerūq̄ ex loco vel ordine cōcupiscētia discernit: quia sez sic hunc in sacro ordine studiosa cōcupiscētia/ sicut il-lū adulterij inq̄nat culpa. In p̄sonis tñ non dissimilibus idē luxurie distinguit reat⁹: in quib⁹ fornicationis culpa q̄ ab adulterij reatu discernitur/ p̄dicatoris egregij lin-gua testat: q̄ inter cetera asserit/ dicēs. Neq̄ fornicarij/ ne-q̄ idolis seruientes neq̄ adulteri regnū dei possidebūt. Quod enim disiuncte reatui sententie subdidit/ q̄ valde a se dissideat ostēdit. Per hoc ergo quod dicitur: Si de-ceptum est cor meū super mulierem: nec cogitasse vir san-ctus de fornicatiōis macula demonstrat. Per hoc autē q̄d subiicit: Et si ad ostiū inimici mei insidiat⁹ sum: paten-ter innotescit q̄ a reatu adulterij liber fuit. Sed ad hec fortasse aliq̄s dicat: Quid de se mirū sanct⁹ vir asserit/ si nō solū ab adulterij crimine/ verūetiā a fornicationis in-quinatione se liberū seruauit? Hec autē paruipendim⁹/ si virtutū eius tēpora minime pensamus. Necdū enim ad ad restrictionē carnis/ reuelate gratie districtior censura p̄cesserat: q̄ nō solū corporis/ sed et cordis lasciuiā repre-hēdit. Necdū multorū cōtinentiū castitatis bona imitā-da p̄lucebant: et tñ beat⁹ Iob exēpla mūditie que nō acce-perat/ tradebat. A multis autē nūc etiā post prohibitio-nē dei/ carnis inmūditia p̄petrat. Hinc ergo colligendum est/ cū ista culpa nūc etiā post p̄ceptū in grauibus delin-quitur/ cū tanta laude ante a grauib⁹ abstinebat. Qui si hoc vnq̄ fecerit/ eandē culpam verti sibi expetit in penā/ dicens. [Scortū sit alterius vxor mea: et sup illam incur-uentur alij.] Et quia plerūq̄ hoc q̄d faciendo non p̄pen-dimus q̄ graue sit/ patiēdo pensamus: eiusdem vim faci-noris q̄d se pati si rea sit/ debere denūciat: exprimendo manifestat/ dicens. [Hoc enī nefas est/ et iniquitas ma-xima: ignis est vsq̄ ad perditionem deuorans: et oīa era-dicās genimina.] Hoc inter peccatum distat et crimen q̄ omne crimē peccatū est: nō tamē omne peccatum crimen est. Et in hac vita multi sine crimine: nullus vero eē sine peccato valet. Unde et predicator sanctus cum virum di-gnum gratia sacerdotali scriberet/ nequaq̄ dixit: Si q̄s sine peccato: sed/ si quis sine crimine est. Quis vero esse si-ne peccato valeat/ cū Ioannes dicat: Si dixerimus quia peccatum non habem⁹/ nosmetipsos seducim⁹/ et veritas in nobis nō est? In qua videlicet peccatorū et criminum distinctiōe pensandū est: q̄ nōnulla p̄ctā animā polluunt quā crimina extinguūt. Ūn beat⁹ Iob crimē luxurie diffi-niēs ait: Ignis ē vsq̄ ad p̄ditionē deuorās: q̄ nimir rea-tus hui⁹ facinoris nō solū vsq̄ ad iq̄nationē maculat/ sed vsq̄ ad p̄ditionē vorat. Et q̄ quālibet alia fuerint bona op̄a/ si luxurie scel⁹ non abluit imēsitate huius criminis obruunt: secut⁹ adiūxit. Et oīa eradicans genimina. Geni-mina quippe sunt aīe operatiōes bone. Sed tamē si per-uerso ordine caro dominat/ igne luxurie oīa bene p̄lata cōcremant. Nulla quippe ante omnipotētis dei oculos iustitie pietatis sunt opera/ q̄ corruptiōis p̄ragio mon-strant immunda. Quid enī p̄dest si pie quisq̄ necessitati cōpatit proximi: quando impie in semetipso destruit ha-bitationē dei? Si ergo per cordis munditiam/ libidinis flāmā nō extinguit/ incassum quilibet virtutes ostētur: sicut per moysen dicit: Ignis exarsit ab ira mea/ et arde-bit vsq̄ ad inferos deorsum: comedet terram et nascentia eius. Ignis quippe terram atq̄ eius nascētia comedit/ cū libido carnē atq̄ per hanc omnia benefacta consumit. Nam quicquid procedit ex fruge rectitudinis/ hoc nimi-rum cōcremat flamma corruptionis. Dicat ergo. Ignis est vsq̄ ad perditionem deuorās/ et omnia eradicans ge-nimina: quia si corruptionis malo non resistitur: et illa p̄ culdubio pereunt/ que bona videbantur. Sed solent nō-nullos ad humilitatem vitia sternere/ atq̄ ad tumorem mentis/ virtutes eleuare. Capitulum. x.

B

i. Cor. vi.

i. Io. i.

D

QUerendū ergo nobis est/ si beatus Iob in tan-ta castitat/ mūditie etiā humilis fuit: Sz sa-ctus vir cum alta virtutum teneat: q̄ de se hu-milia sentiat/ repente aperit/ cum subiungit. [Si cōtēpsi iudiciū subire cū seruo meo et ācilla mea/ cū disceptarēt aduersum me.] Qui ei iudicari cum seruis ancillisq̄ nō renuit: liquido indicat q̄ cōtra nullū vnq̄ proximū apd se tumidus fuit. Inter hec autē libet intueri/ viā suam i celsis quāta vir sanct⁹ discretione custodiuit. Non enī longe superius dixit: Uidebant me iuuenes/ et abscōde-bant: et senes assurgentes stabant: principes cessabant lo-qui: et digitū superponebant ori suo: vocem suā cohibebāt duces: et lingua eorū gutturi suo adherebat. Nūc vero ait:

¶ S. Ex sublimibus viris multū proficit ad custodiā hu-militatis cōsiderata equalitas humane conditionis. Et q̄ homo a principio nō hoib⁹ sed aīalib⁹ prelatus est.

E

¶ Si cōtempsi iudiciū subire cum seruo meo et ancille mea/ cum disceptarent aduersum me.] Quis digne consi-derare valeat huius viri tam sublimia virtutū modera-mina? In quo tanta est auctoritas regiminis/ vt ad silen-tiū restringant duces: tāta humilitas cordis/ vt ex equo ad iudiciū venire permittant ancille. Ecce apparet miro modo in potestate principibus potētior: in certamine ser-uis equalis: in cetu principum memor regiminis: in cer-tamine famulorū memor conditionis. Se quippe sub ve-ro dño famulū cōspicit: ideoq̄ cordis altitudine se super famulos nō extollit. Unde et protin⁹ subdit: [Quid enī faciā cum surrexerit ad iudicādū deus: et cum quesierit/ quid respondebo illi?] Qui venturū iudicē cogitat/ indef-sinenter quotidie rationū suarū inmēsi† causas parat: quia dum eternū dominū tremore cordis intuetur/ iura temporalis dominij super subiectos moderari cōpellit. Perpendit enim nil esse q̄ temporaliter preest ceteris/ q̄n illi ad reddēdam rationē subest/ qui sine fine dominat. Se-pe naq̄ transitoria potestas animum per abrupta elatio-nis rapit. Et quia eo quisq̄ extollitur/ quo se esse sup ali-os videt/ illum oportet qui super se est semper aspiciat/ vt ex ei⁹ metu q̄ supra oīa est: crescentē intrinsecus animi tumorē premat. Intueat enī q̄ sub ipso sint/ sed conside-ret sub quo ipse sit: vt ex consideratione veri dñi/ decre-scat tumor false dominationis. Unde beatus Iob q̄ eius iudiciū q̄ super oīa est/ intuetur: hic ad tēporale iudicium famulis equalis venit/ dicens. Si cōtēpsi iudiciū subire cum seruo meo et ancilla mea/ cū disceptarent aduersum me. Quid enī faciā cū surrexerit ad iudicādū deus: et cū quesierit/ quid respōdebo illi? Qui et semper cor in humi-litate deprimat/ nequaq̄ in eisdem famulis cōspicit q̄ si-bi status est dispar: sed q̄ natura communis. Unde etiā subdit. Capitulum. xi.

† al. merk tis.

F

NUnquid non in vtero fecit me qui et illum ope-ratus est/ et formauit in vulua vnus?] Poten-tibus viris magna est virtus humilitatis: con-siderata equalitas cōditiōis. Oēs nāq̄ homines natura equales sumus: sz accedit dispēsationis ordine/ vt q̄busdā p̄lati videamur. Si igit hoc a mente deprimim⁹ q̄d tem-poraliter accessit: inuenim⁹ citi⁹ quod naturaliter sumus. Plerūq̄ enim se alto accepta potestas obijcit: et aliq̄ tumi-dis cogitationib⁹ fallit. Manu ergo humillime conside-rationis deprimendus est tumor elationis. Si enī apud semetipsam mēs descēdit de vertice culminis/ citi⁹ pla-ni tēt inuenit naturalis equalitatis. Nam (vt prefati su-mus) omnes homines natura equales genuit: sed variā-te meritorū ordine/ alios alijs dispensatio occulta post-ponit. Ipsa autē diuersitas que accessit ex vitio/ recte est diuinis iudicijs ordinata: vt q̄ oīs homo iter vite eq̄ nō graditur/ alter ab altero regat. Sancti autē viri cū p̄sunt/ nō in se potestatē ordinis/ sed equalitatem conditionis at-tendūt: nec preesse gaudent hominibus/ sed prodesse. Sciūt

G Gen. ix.

cum q antiqui patres nostri nõ tam reges hoim / q pastores pecorum fuisse memorant. Et cũ noe dñs filijsq eius diceret: Crescite et multiplicamini et implete terram / subdidit. Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terre. Non enim ait sit super homines qui futuri sunt: sed sit super cuncta animalia terre. Homo quippe animalibus irrationabilibus / non autẽ ceteris hoibus natura platus est: et idcirco ei dicitur / vt ab animalib⁹ et nõ ab homine timeat: qr cõtra naturã supbire est / ab equali velle timeri. Quis plerũq subditis etiam sancti viri timeri appetunt: sed quãdo ab eisdẽ subditis deũ minime timeri deprehẽdũt: vt humana saltẽ formidine peccare metuant / q diuina iudicia nõ formidant. Nequaq ergo prepositi ex hoc quesito timore supbiũt: in quo non sui gloriã / sed subditorũ iustitiã querunt. In eo enim q metũ sibi a peruerse viuentibus exigunt / quasi non hominibus sed brutis animalib⁹ dominantur: qr videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi / ex ea etiam debent formidini iacere substrati. Cum vero deest vitium quod corrigat / nõ de excellentia potestatis / sed de equalitate conditionis gaudent: ⁊ nõ solũ ab eis metui / sed etiã plus q̃ necesse est honorari refugiũt. Neq enim leue se perpeti dãnum humilitatis credunt / si ab eis pro merito fortasse ordinis pluris estimenẽ. Hinc est enim q primus pastor ecclesie / cũ adorante se cornelio / super se sibi honorẽ videret oblatũ: ad equalitatem cõditionis sue citi⁹ recurrit / dicens. Surge / et ipse ego homo sum. Quis enĩ nesciat q cõditori suo homo debeat / ⁊ non homini pserui? Quis ergo humiliori sibi pl⁹ q̃ debuit / primũ vidisset vltra hũanitatis metas mens intumesceret / esse se hominẽ recognouit: quatenus illati sibi honoris elationẽ frangeret / ex considerata equalitate cõditionis. Hinc a Joãne angelus adoratus creaturã se esse cognouit / dicens. Vide ne feceris: conseruus tuus sum et fratrum tuorum. Hinc propheta cum ad videndũ sublimia rapit / filius hois vocat: vt ductus ad celestia / hominẽ se esse meminerit. Ac si eũ diuina vox verbis apertioribus admoneat / dicens. Memento qd sis / ne de his ad que raperis extollaris: sed altitudinem reuelationis tẽpera memoria conditionis. Ex eo ergo colligendum est quãta cõmunis nature mẽoria in corde deprimi debeat terrene potestatis tumor / si ex hũanitatis vocabulo agit / ne cogitationis elatio ex secretis celestibus generet. Cuius videlicet humanitatis bene beat⁹ iob semper recordationem tenuit / qui ait. Nunquid non in vtero fecit me qui et illum operatus est: ⁊ formauit I vulua vnus? Ac si aperte dicat. Cur non eque debeamus in cuiuslibet negocij iudicio discuti: qui per conditoris potentiã sumus equaliter facti? Sed quia castitatis ei⁹ atq humilitatis acta cognouim⁹ / nũc liberalitatis opa cognoscam⁹. Sequitur.

[Marginal notes, left column: Act. x. — Apo. xix. ⁊ xxij. — I]

¶ S. Qz hi qui charitatẽ dei habent / fm facultatis sue mensurã pauperib⁹ ipsis qui nõ ex desiderio sed ex necessitate postulãt: nihil negare debent. Capitulum xij.

Si negaui quod volebãt pauperib⁹: ⁊ oculos vidue expectare feci. Per hec dicta vir sanctus ostendit non solũ ad inopiã pauperib⁹: sed etiã ad habendi desideriũ descruisse. Sed quid si ipsa vellent pauperes que fortasse accipere non expediret? An quia in scriptura sacra dici pauperes humiles solent: ea sola estimanda sunt accipere pauperes / que humiles petunt? Et procul dubio oportet vt incũctanter detur quicqd cũ vera humilitate requiritur: id est quod non ex desiderio / sed ex necessitate postulatur. Nam valde iam superbire ẽ extra metas inopie aliquid desiderare. Vnde et superbe petentibus dicitur. Petitis et non accipitis: eo q male petatis. Quia ergo illi sunt veraciter pauperes qui insati per superbie spiritum non sunt: quos aperte veritas exprimit / cum dicit: Beati pauperes spiritu: recte nunc per sanctum virum dicitur. Si negaui quod volebant pauperibus. qm qui ea volunt que profecto liquet q eis non expediunt: eo ipso q superbie abundant spiritu / iam pauperes nõ sunt. Sed beatus iob dum pauperes humiles appellat: quicquid ab eo accipere pauper voluit / non negauit: quia veraciter quisq humilis quod non potuit obtinere nec voluit. Sed cum largitatem mentis sue indicat: quia ad votum se pauperibus concurrisse manifestat: necesse est vt queramus ne lumen misericordie dationis tarditate fuscauerit. Vnde subiungit. Et si oculos vidue expectare feci. Petentem se viduam expectare noluit: vt

[Marginal note: Mat. v.]

non solum ex munere / sz ex celeritate quoq muneris bonorum operum merita augeret. Vnde alis scriptum est. Ne dicas amico tuo / vade et reuertere: et cras dabo tibi / cum statim possis dare. Sed nõnulli solent exterius multa largiri: cõmunis autem vite gratiam repellentes / habere pauperes socios in domestica conuersatione refugiunt. Vnde beatus iob vt non solum se insinuet exterius multa prebuisse: sed apud se quosq inopes etiam in domestica conuersatione recepisse: protinus adiungit.

[Marginal notes: R — puer. iij.]

¶ S. Qz serui dei cum pupillis et viduis subsidia tpalia et mensam debeant habere cõmunem.

¶ Si comedi buccellã meã solus / et non comedit pupillus ex ea. Scilicet pietati se pniudicium facere estimãs / si solus comederet quod dñs omnium cõmuniter creasset. Que profecto cõmunio conuersationis esse cum talibus intra domesticos parietes debet / ex quibus eterne pficiant merita retributionis. Vnde sanctus vir non quelibet: sed ad manducandum socium pupillum se habuisse perhibet. Sed tanta hec pietatis viscera / vtrum a semetipso habuerit an a conditoris sui gratia sit cõsecut⁹ / innotescet. Sequitur.

¶ S. Qz sancti non sibi / sed conditori suo tribuãt si qd boni habeant.

¶ Quia ab infantia mea creuit mecũ miseratio: et de vtero matris mee egressa est mecum. Miseratio etenim esti eius fuerit arbitrij vt cum ipso proficeret: liquet tamen quia eius arbitrij nõ fuit / vt cũ ipso de vtero exiret. Constat ergo qr sue virtuti nil tribuit / qui profecto testat / qr hoc ex conditoris munere accepit. Bonum igit quod a conditore habuisse se intimat: liquet procul dubio qr ad laudẽ conditoris narrat: indicans ab ipso se accepisse vt pficeret q accepit vt esset: qr sicut suo ope i vtero pditus non fuit: ita nec sua virtute ab vtero pius fuit. Sz pensandũ nobis ẽ q asserit / Creuit mecũ. Nonnulli enĩ quo ad etatẽ crescunt: ab innocẽtia decrescunt. Electis vero cũ foris etas corporis / intus (si dici liceat) crescit etas virtutis. Sequitur.

[Marginal note: L]

¶ S. Qz opera mie cũ benignitate ⁊ hilaritate debeant fieri: qr q fastu elationis aliqd dat / ampli⁹ ex cõtẽptu culpã q̃ ex munere meretur mercedem. Capitulum xiij.

Si despexi pretereuntẽ: eo q non habuerit indumentũ / ⁊ absq operimẽto pauperẽ: si non benedixerũt mihi latera eius / et de vellerib⁹ ouium mearũ calefactus est. Qz pauperẽ nõ despexit / virtutẽ humilitatis exhibuit: q autẽ operuit / pietatis. Due quippe iste virtutes ita sibimet esse connexe debent: vt vicario semper opere fulciantur: quatenus nec humilitas cũ veneraf primũ / largitatis gratiã deserat: nec pietas cũ largit / intumescat. Erga indigentiã itaq proximi / hũilitatẽ pietas fulciat / humilitas pietatẽ: vt cũ indigentẽ rebus necessarijs / nature tue consortem videris: nec per impietatem desinas tegere / nec per supbiam negligas venerari quẽ tegis. Nã sunt nõnulli qui mox vt ab egenis fratribus fuerint necessaria postulati: post dona largituri i eos prius contumeliosa verba iaculantur. Qui etsi reb⁹ ministeriũ pietatis perficiunt / verbis tamẽ gratiã humilitatis pdunt: ita vt plerũq videat qr illate iam iniurie satisfactionẽ soluũt: cũ post cõtumelias dona largiunt. Nec magni est operis q postulata tribuũt / qr ipo dationis sue munere / vix eundẽ excessum sermonis tegunt. Quib⁹ bene per ecclesiastici librũ dicit. Omni dato nõ des tristitiã verbi mali. Et rursum. Ecce verbum sup datũ bonũ: ⁊ vtraq cũ hoie iustificato. videlicet vt datum exhiberi debeat p pietatem: et bonũ verbum tribui p humilitatem. At contra alij egenos fratres non studẽt rebus fulcire cum possint: sed blãdis tantũ sermonibus fouere. Quos vehementer iacobi predicatio sancta reprehendit / dicẽs: Si autẽ frater aut soror nudi sunt / et indigent victu quotidiano: dicat autẽ aliquis ex vobis illis: Ite in pace / calefacimini ⁊ saturamini: non dederitis autẽ eis que necessaria sunt corpori / quid vobis proderit? Quos Joãnes quoq apostolus admonet / dicens. Filioli mei / non diligamus verbo nec lingua / sed opere et veritate. Dilectio itaq nostra semp exhibẽda est et veneratione smonis / et ministerio largitatis. Capitulum xiiij.

[Marginal notes: M — Eccle. xviij. — Jaco. ij. — j. Jo. iij.]

Multi vero ad edomandã ventris supbiam valetis cum terrena tribuit / vba sollicite magistri celestis pensẽt / q ait. Facite vobis amicos

[Marginal note: Luc. xvj.]

A de mãmona iniq̃tatis: vt cũ defecerit/recipiãt vos in eterna tabernacula. Si ergo eorũ amicitijs eterna tabernacula acq̃rimus/dantes ꝓculdubio pensare debem⁹: q̃ patronis potius munera offerimus/q̃ egenis dona largimur.

ij.cor.viij. Hinc per Paulum dicitur: Vestra abundantia illorum inopiam suppleat: vt et illorũ abundantia vestre inopie sit supplementum. Ut videlicet sollicite perpendam⁹/ q̃ et eos quos nũc inopes cernimus/ abũdantes quãdoq̃ videbimus: et qui abũdantes aspicimur/ si largiri negligimus: quãdoq̃ inopes erimus. Qui itaq̃ nũc temporale subsidiũ pauperi tribuit: ab eo postmodum ꝑpetua recepturus (vt ita dicam) quasi ad frugem terrã excolit/ que qd̃ acceperit/ vberi⁹ reddit. Restat ergo vt nunq̃ elatio surgat ex munere quãdo videlicet diues ex eo q̃ paupi tribuit/ agit vt imperpetuũ paup non sit. Beatus igitur Job vt diligẽter ostenderet: humilitas atq̃ mia q̃nta in eo fuerit cõsideratione sociata/ ait. Si despexi pretereuntem/ eo q̃ non habuerit indumentum: et absq̃ operimẽto pauperẽ: si non benedixerunt mihi latera eius: et de velleribus ouium mearũ calefactus est. Ac si aperte diceret: In amore ꝓximi vno eodẽq̃ ordine/ et suꝑbie vitiũ et impietatis ꝓmens: ꝑtereuntẽ quẽpiã et humiliter aspiciẽs non despexi/ et misericorditer calefeci. Quisquis enĩ suꝑ

B eũ cui aliqd̃ tribuit/ fastu se elationis extollit: maiorem culpam intrinsecus superbiendo peragit: q̃ extrinsecus largiendo mercedem. Itaq̃ ipse bonis interioribus nud⁹/ cum nudum despicit vestiẽs: eoq̃ agit vt seipso deterior fiat/ quo se indigenti proximo meliorem putat. Minus quippe inops est qui vestem non habet/ q̃ qui humilitatem. Unde necesse est vt cum nature nostre consortes exteriora non habere cõspicimus: q̃ multa nobis desint bona interiora pensemus: quatenus sese super inopes cogitatio nostra non eleuet/ cum solerter videt quia nos tanto verius q̃nto et interius indigentes sumus. Et q̃ sũt nõnulli qui pietatis sue viscera tendere vsq̃ ad incognitos nesciũt/ sed solis quos per assiduitatem notitie didicerint miserent: apud quos nimirũ plus familiaritas q̃ natura valet: dum quibusdam necessaria nõ quia hoĩes/ sed quia noti sunt largiunt: benẽ nũc per btm̃ Job dicitur: Si despexi pretereuntẽ: eo q̃ non habuerit indumentum. Ignoto enĩ proximo misertum se indicat/ quẽ pretereuntem vocat: quia videlicet apud piam mentem plus natura valet/ q̃ notitia. Nam et vnusquisq̃ qui indiget/ eo ipso quo homo est/ etiam incognitus non est. Sequitur.

¶ S. Q̃ sancti in proprijs causis ius habentes cũ inferioribus ꝑsonis/ grauari se etiam iniuste aliq̃n patiũtur.

¶ Si leuaui super pupillum manũ meã: etiã cũ viderẽ

C me in porta superiorẽ.] Mos apud veteres fuit: vt ad portam seniores sederent/ qui certantium iurgia iudiciaria examinatione discernerent: quatenus vrbem in qua concorditer oporteret viuere/ discordes minime intrarent.

Amos. v. Unde et per prophetam dñs dicit: Constituite in porta iudiciũ. Hoc itaq̃ loco quid porte nomine exprimit/ nisi id qd̃ agebat in porta? Sicut enĩ pugnare castra dicim⁹/ pro eo q̃ pugnat ex castris: ita iudicium qd̃ in porta agi cõsueuerat/ porta nominat. In porta ergo se superiorem videre: q̃ se melioris partis esse in iudicio eq̃tatis merito cõspicit. Beatus igitur Job q̃ nec tunc contra pupillum manũ exercuit/ cũ se etiam ꝑ iustitie meritum potentiorẽ vidit: nobis timoris regulam insinuãs/ dicit. Si leuaui super pupillũ manum meam: cum viderem me in porta superiorem. Ac si patenter dicat: Neq̃ tunc vtilitatis mee negocia virtute contra pupillum exeq̃ volui: quando me in iudicio etiã ex iustitia potiorem vidi. Capitulum.xv.

Sancti etenĩ viri quando cũ ꝑsonis minoribꝰ cõtentionũ negocia subeũt/ dum grauare vel in minimis timent: ipsi cõtra iustitiã grauari neq̃q̃ refugiunt. Sciunt quippe quia omnis humana iustitia iniustitia esse deprehendit/ si diuinitus districte iudicetur. Unde hoc qd̃ sibi cõpetit/ cauent vehementer exigere: ne eorũ actus supnã rectitudinẽ contingat subtiliter examinare. Sed vt inueniri iusti in diuino examine valeant: plerũq̃ apud humana iudicia grauari se et iniuste patiunt. Beat⁹ autem Job vite sue celsitudinẽ narrans: et multa sunt et mira que dixit. Sed quia plerũq̃ humana mens renuit bona credere/ que nescit operari: maledicti sibi sententiam protinus subijcit/ si qua horum que dixerat/ opere non impleuit: dicens.

¶ S. Q̃ bonum concordie per patientiam cõseruetur/ sine qua socialis vita nõ perseuerat: et q̃ qui per discordiã homines dissident: quasi membra a corpore cadant.

B ¶ Humer⁹ meus a iunctura sua cadat: et brachiũ meum cum ossibus suis conteratur.] Quia operatio corporea per humerũ ac brachiũ agit: bona que oĩa ꝓtulit/ si opere non impleuit/ cadere sibi humerũ/ et cõteri brachium exoptat. Ac si aperte dicat. Si ea que dixi/ operari renui: ipsum quod mihi ad operandũ datũ est corporis mẽbrũ perdam: vt videlicet ea dat a corpore/ quod exercere noluit ad vtilitatem. Si vero hec maledicti sententia ad spiritualem est intelligentiam referẽda: liquet ꝓfecto q̃ brachium corpori per humerũ iungit. Et sicut per brachiũ bona operatio/ ita per humerũ socialis vite coniunctio designatur. Unde propheta quoq̃ intuẽs sanctos vniuerse sancte ecclesie populos deo cõcorditer seruituros/ ait: Et

Sopho.iij seruient ei humero vno. In eo ergo quod dicit: Si leuaui super pupillum manum meam: cum viderẽ me i porta superiorem: miram virtutẽ patiẽtie seruasse se asserit/ qui

D grauari se a personis minimis/ nec contra hoc quod sibi iuste cõpetere poterat/ declinauit. Quod tamẽ si minime

E fecerit/ adiungit. [Humer⁹ meus a iunctura sua cadat.] q̃ nimirum qui patientiã seruare contẽnit: socialẽ vitam citius per impatientiã deserit. A iunctura etenĩ humerus cadit/ cũ aduersitatis aliqd̃ ferre anim⁹ non valẽs/ fraternã cõcordiã relinquit. et quasi mẽbrũ separat a corpore: cũ is q̃ operari bona poterat/ a bonorũ omniũ abscindit vniuersitate. Neq̃ enĩ vnq̃ seruari concordia nisi ꝑ solã patientiam valet. Crebro nãq̃ in humana actione nascit/ vnde mentes hominum vicissim a sua vnitate ac dilectione separentur. et nisi ad aduersa toleranda se animus preparet/ procul dubio humerus corpori non inheret. Hinc

Gal.vj. etenim Paulus ait: Inuicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legem christi. Hinc per semetipsam veritas dicit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Capitulum.xvj.

Recte autẽ humero cadẽte subiũgitur: Et brachiũ meũ cũ ossib⁹ suis conteratur: quia nimirum cuncta nostra operatio cum quibuslibet videat excelsa virtutibus/ soluit/ nisi per charitatis vin-

F culũ patientia conseruet. Qui enĩ bona ꝑdit operari/ q̃ aliena mala renuit ꝑpeti. Feruore quippe iracundi spiritus lesus quisq̃ a dilectione resilit: et cum se exteri⁹ grauari non tolerat: intus se ꝑ amissum lumen charitatis ob-

G scurat nec videt iam quo tendat pedem boni operis/ qui oculum perdidit dilectionis. Sed sancti viri humerus a iunctura sua non cadit: quia videlicet eius dilectio a sociali vite concordia per impatientiã non recedit. Eiusq̃ brachiũ minime frangit: q̃ oĩs ei⁹ opatio in cõiunctione humeri. i. in charitatis cõnexione custodit. Sed quia cõsideratione bona hec tanta egerit: atq̃ a malis oĩbus sese abstinuerit/ adiungit dicens.

¶ S. Quantũ sancti et vnde presentium tribulationum fluctus tantum metuant.

¶ Semꝑ enĩ quasi tumentes super me fluctus timui deum: et pondus ei⁹ ferre non potui.] A pauore tãte similitudinis pẽsem⁹ (si possum⁹) q̃nta in sctõ viro fuerit vis timoris. Fluctus etenĩ cum tumẽtes desuper imminẽt: cunq̃ eã quã deferunt mortẽ minant/ nulla tũc nauigãtib⁹ rerum cura tẽporaliũ: nulla carnis delectatio ad mentẽ reducitur: ea ipsa quoq̃ ex naui proijciũt ꝓ qb⁹ longa nauigia sumpserũt: cuncta ex eo in despectũ mẽtis veniũt/ amore viuendi. Qui asi ergo tumẽtes sup se fluctus deum metuit/ q̃ dum verã vitã desiderat/ oĩa despicit q̃ hic possidẽs portat. Nã velut tẽpestate deprehensi pondus nauis abijcimus: quando ab oppressa mente desideria terrena remouemus. Fitq̃ vt subleuata nauis enatet/ que mergebatur onerata: q̃ nimirũ cure que in hac vita deprimũt/ mentẽ in profundum trahunt. Que videlicet mens tanto altius inter tentationũ fluctus attollitur/ q̃nto sollicitius ab huius seculi cogitatione vacuatur. Est vero et aliud quod de maris concussione debeat solerter intueri. Tẽpestas quippe cum oritur: primo leues vnde/ et postmodũ volumina maiora concitant: ad extremũ fluctus se in alta erigunt: et nauigantes quosq̃ ipsa sua altitudine subuertunt. Sic nimirũ extrema illa ꝑperat/ q̃n vniuersum mundum subruat tẽpestas animarum. Nunc enĩ bellis et cladibus quasi quibusdã vndis sua nobis exordia ostẽdit

G et quanto ad finem quotidie propinquiores efficimur, tanto graviora irruere tribulationum volumina videmus. Ad extremum vero commotis omnibus elementis superveniens iudex finem omnium apportat: quia videlicet tunc tempestas fluctus in celum levat. Unde et dicitur: Adhuc modicum, et ego movebo non solum terram, sed etiam celum. (Aggei. ij.) Quam tempestatem quia sancti viri vigilanter aspiciunt, quasi tumentes super se quotidie fluctus expavescunt: atque ex his tribulationibus que mundum feriunt, providentque sequatur. Bene autem subditur: Et pondus eius ferre non potui. Quisquis extremi iudicij adventum intenta mente considerat: profecto videt quia tantus pavor imminet, quantum non solum tunc videre, sed etiam nunc previdere pertimescat. Considerationem namque tanti terroris metu animus palpitat: et intentionis sue oculos declinans, intueri quod previdet recusat. Bene ergo dicitur: Et pondus eius ferre non potui: quia cum superne maiestatis vim ad iudicium venientis, terroremque tanti examinis considerando animus conatur exquirere: mox ad semetipsum refugiens, sese expavescit invenisse.

H Sed inter hec pensandum est: quia beatus Iob ista de se loquitur laudatus et flagellatus. Si igitur talem ad meritorum perfectum ita percussus est qui sic timuit: quomodo feriendus est qui contempsit? Quomodo depressura sunt dei iudicia eos qui se elevant: si et illos ad tempus deprimunt, qui hec semper in humilitate formidant? Quomodo pondus dei poterit ferre qui despicit: si hoc et ille in verbere pertulit, qui per timorem previdit? Unde summopere formidandum nobis est illud tante districtionis examen. Constat autem quia in hac vita cum percutit: si percussionem correctio sequitur: disciplina patris est, non ira iudicis: amor corrigentis est, non districtio punientis. Ex ipso ergo presenti verbere iudicia eterna pensanda sunt. Hinc etenim perpendere summopere debemus quomodo feratur illa que reprobat, si ferri modo vix valet eius ire que purgat.

¶ Finit liber Vicesimusprimus Moralium sancti Gregorij.

¶ Sequitur Liber Vicesimussecundus moralium sancti Gregorij continuans capitulum Tricesimumprimum textus beati Iob. Capitulum .j.



Quod ante sepe iam dictum est, hoc me crebro repetere onerosum non est: quia et predicator egregius dicit: Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Beatus Iob idcirco gestas virtutes narrat: quia inter increpationis verba et percussionis verbera deprehensus, a spei fiducia mentem suam labefactari considerat. Multa quippe et egisse se mala ab increpantibus amicis audierat: et ne his pariter et flagellis pressa in desperationem mens corrueret: hanc per fusorum virtutum memoriam ad spem reformat: ut nequaquam se debeat in calamitate deijcere, que tranquillitatis sue tempore se meminerat tam sublimia egisse. Quia igitur intentionis eius causam diximus: restat ut auditas virtutes illius subtiliter perpendamus.

I Hoc autem primum sciendum est: quia quisquis virtute aliqua pollere creditur: tunc veraciter pollet, cum vitijs ex alia parte non subiacet. Nam si ex alia vitijs subditur: nec hoc est solidum ubi stare putabatur. Unaqueque enim virtus tanto minor est, quanto desunt cetere. Nam sepe quosdam pudicos quidem vidisse nos contigit, sed non humiles: quosdam vero quasi humiles, sed non misericordes: quosdam quasi misericordes, sed nequaquam iustos: quosdam vero quasi iustos, sed in se potius quam in domino confidentes. Et certum est quia nec castitas in cuiuscunque corde vera est, cui humilitas deest: quippe quia superbia se intrinsecus corrumpente fornicatur, si semetipsum diligens, a divino recedit amore. Nec humilitas vera est, cui misericordia iuncta non est: quia nec debet humilitas dici, que ad compassionem fraterne miserie nescit inclinari. Nec misericordia vera est, que a rectitudine iustitie existit aliena: quia que potest per iniustitiam pollui, nescit procul dubio sibimetipsi misereri. Nec iustitia vera est que fiduciam suam non in conditore omnium, sed in se fortasse aut in rebus conditis ponit: quia dum a creatore spem subtrahit, ipse sibi principalis iustitie ordinem pervertit. Una itaque virtus sine alijs aut omnino nulla est, aut imperfecta.

K Ut enim (sicut quibusdam visum est) de primis quattuor virtutibus loquar: prudentia, temperantia, fortitudo atque iustitia, tanto perfecte sunt singule, quanto vicissim sibimet coniuncte. Disiuncte autem perfecte esse nequaquam possunt: quia nec prudentia vera est que iusta, temperans et fortis non est: nec perfecta temperantia, que fortis, iusta et prudens non est: nec fortitudo integra que prudens, temperans et iusta non est: nec vera iustitia, que prudens, fortis et temperans non est. Beatus itaque Iob quia non unam sine alia, sed collectas in se virtutes habuerit, enumerando singulas innotescit. Nam bona pudicitie insinuans dicit: Si deceptum est cor meum super muliere. Atque ut eidem pudicitie demonstraret humilitatis gratiam nullatenus defuisse, post cetera subiungit: Si contempsi iudicium subire cum servo meo. Qui ut humilitati sue ostenderet misericordiam fuisse coniunctam, paulopost dicit: Si negavi quod volebant pauperibus. Atque ut misericordiam suam ostenderet de iustitie radice descendere: paulo superius premisit dicens: Si ambulavi in vanitate, et festinavit in dolo pes meus. Atque ut monstraret quod fuerit ad cuncta pavidus, et ad omnia circumspectus, inferius asserit dicens: Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui deum. Qui si in prosperis positus, atque abundantia rerum fultus: si spem aut in suis actibus, aut in circumfluentibus rebus poneret: profecto iustus non esset. Sed quia iste vir sanctus in se spem posuit qui apte dicit: Ecce non est auxilium mihi in me:

L ¶ S. Quod non in defluentibus divitijs sed in deo qui stat in eternum, confidendum sit. Capitulum .ij.

Quid ergo nunc superest, nisi ut ipsas quoque divitias qua mente possederit innotescat? Ait enim. [Si putavi aurum robur meum, et obryzo dixi: fiducia mea.] Obryzum dicimus obrizum aurum. Sanctus ergo vir nec aurum robur, nec sibi esse obryzum, id est, rudis auri molem fiduciam credidit: quia spem atque delectationem suam in solius gratia conditoris figens: neque de quantitate auri: neque de spe peccavit. De creatore quippe desperasse fuerat, spem in creatura posuisse. In rebus autem dubijs spem fixerat dives ille, qui dicebat: Anima habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. (Luce. xij.) Sed hunc superna vox increpat, dicens: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: que autem parasti, cuius erunt? Eadem enim nocte sublatus est: qui in rerum sibi abundantia multa temporis fuerat pollicitus: ut scilicet qui in longum sibi subsidia colligendo prospiceret, subsequentem diem vel unum minime videret. Quasi in aqua enim defluentibus fundamentum ponere, est in rebus labentibus spei fiduciam velle solidare. Stante enim in perpetuum deo, transeunt omnia. Quid ergo nisi a stante fugere, est transeuntibus rebus inherere? Quis namque undique decurrentium fluminum tumidis vorticibus raptus, manere spe fixus potuit, deorsum unda defluente? Quisquis ergo defluere devitat: superest ut quod defluit fugiat: ne per hoc quod amat, in hoc cogatur pervenire quod vitat. Qui enim rebus labentibus inheret: illo videlicet trahitur, quo tendit quod tenet.

M Prius itaque curandum est, ne quis temporalia diligat: ac deinde ne in eisdem temporalibus que non ad delectationem sibi, sed ad usum retinet, fiduciam ponat: quia cum cor inclinatus decurrentibus mox statum suum animus perdit. Nam vite presentis fluctus trahit quem levat: et valde demens est qui in unda volutus, et plantam figere conatur. Sed sunt plerique qui cum in rebus transeuntibus fiduciam nequaquam ponunt, eas tamen sibimet ad usus necessarios abunde assumunt, mente tacita letantur. Quos in rebus bonum non est, quia tanto quisque minus dolet quod desunt eterna, quanto magis gaudet quod assunt temporalia: et quo minus dolet quod desunt temporalia, certius expectat ut assint eterna. Hoc itaque de terrenis rebus gaudium beatus Iob non se habuisse testificans subiungit dicens. [Si letatus sum super multis divitijs meis: et quia plurima reperit manus mea.] Capitulum .iij.

Sancti quippe viri in huius peregrinationis erumna quam eam quam appetunt adhuc creatoris sui speciem contemplari minime fruuntur, omnem presentis vite copiam, inopiam deputant: quia videlicet nil extra deum sufficit menti que veraciter deum querit: et plerumque eis ipsa sua abundantia fit vehementer onerosa: quia hoc ipsum graviter tolerant, quod festinantes ad patriam in itinere multa portant. Unde fit ut hec cum indigentibus proximis devote partiantur: quatenus dum sumit iste quod non habet: deponat ille quod amplius habebat: nec cohia

A tor vacuus ambulet: nec est quem retardare in via pote rat/ mixtum onus grauet. Electi ergo de multa abũdãtia minime letantur: quã vez pro amore celestis patrimonij aut largiẽdo dispergũt/ aut despiciẽdo deserũt. Sequitur: [Si vidi solem cũ fulgeret/ et lunã incedẽtem clare: et letatũ est in abscõdito cor meũ: et osculatus sum manum meã ore meo: que est iniquitas maxima/ et negatio cõtra deũ altissimũ.] Incertum non est q vtraq; hec luminaria humanis ministerijs deputata/ celi militie vocantur. In quoz cultũ multos nouimus (scriptura teste) cecidisse: sicut scriptũ est: Adorauerunt vniuersam militiam celi. Et qz sol z luna aliter videntur ad vsum/ aliter ad venerationem: eo more quo a cultorib⁹ suis venerari solẽt: solem z lunam beat⁹ Job nequaq̃ vidisse se perhibet: nec letatũ fuisse cor suũ/ nec osculatũ manũ ore suo. In qua vez osculatiõe/ qd aliud q̃ grã venerationis exprimitur? Qd si fecisset vnq̃/ hoc iniquitatem maximam et dei negationem vocat. Sed postq̃ tãta de se locis superiorib⁹ virtutũ culmina narrauit: qd nũc miz memorat/ si solem ac lunam non se adorasse manifestat? Unde pensandum est q postq̃ in auro non habuisse fiduciam/ nec in multis diuitijs letatũ se fuisse testatur/ adhuc ad sublimiora ducit: vt tãto nos magis erudiat/ q̃to de se aliqua subtili⁹ narrat. Hic enĩ. Si vidi solem cũ fulgeret et lunã incedẽtem clare: et letatum est in abscõdito cor meũ. Quid hoc in loco videre dĩ/ nisi desideranter intueri? Unde psalmista ait: Iniquitatem si cõspexi in corde meo: non exaudiet de⁹. Que nimiz iniq̃tas in ore expelli non posset/ si non cõspiceretur i corde. Sed aliud est videre per iudiciũ/ aliud per appetitũ. Beatus ergo Job fulgẽtem solem et clare incedẽtem lunã nequaq̃ vidisse se phibet: vt se demõstret p̃ntis lucis speciem non appetisse. Ac si post despectum terrene sue abũdãtie/ pariter insinuet: Quid dicã? qz nequaq̃ in auro letat⁹ sum: qui in ipsa q̃q̃ luce corporea delectat⁹ non sum. Sancti etenim viri postq̃ oia presentis vite oblectamẽta despiciũt: pre illi⁹ lucis interne dulcedine / ab hac exteriori animum luce quasi a tenebris auertunt: multũq; secũ intrinsecus cõtẽdũt: ne hui⁹ lucis que fulget extrisecus delectatione rapiantur. Lux quippe visibilis si incaute diligitur/ a luce inuisibili cor cecatur: qz q̃to extra se inhians animus fundit/ tãto ampli⁹ in internis obtutib⁹ reuerberatur. Unde solerter quisq; ne corporeis sensib⁹ nimis ad exteriora dilabatur: cõtinuo studio intra mẽtem suã occulta custodie disciplina se colligit: vt tãto magis inueniatur interi⁹ integri/ q̃to minus fuit exteri⁹ fusus. Hoc enĩ vigore disciplinę intra mẽtis sue se arcana cõstringebat/ q exterioris vite appetitũ fugiẽs/ dicebat. Diẽ hois nõ cõcupiui/ tu scis. Qd ergo apud pphetã dĩ: Diem hois nõ cõcupiui/ tu scis: hoc de semetipso beatus Job subtilius asserit/ q fulgẽtem solem z lunã incedẽtem clare nõ viderit: atq; ex his in cordis abditis letat⁹ non sit: quia nimirum gaudere nõ poterat de his que per delectationis desiderium non videbat.

Psal. lxv.

iiij. Regũ xvij.

Hiere. xvij.

Capitulum. iiij.

Si hec cũcta hec que iuxta historiam tractãdo discurrim⁹: per allegorie quoq; mysteria perscrutemur: qd hoc in loco aurũ accipimus/ nisi preclari intellectus ingeniũ? qd obryzum/ nisi humanã mẽtem? Que dũ igne amoris excoquit: semper in se seruat claritatẽ pulchritudinis quotidiana innouatione feruoris. Rectitudo mens proposito veteris fereret studet per desiderium semp inchoare. Hinc nãq; per Paulum dicit: Renouamini spũ mẽtis vre. Hinc psalmista q ad pfectiõis iam culmen puenerat: quasi inchoãs dicebat: Dixi/ nũc cepi. qz vez si lassescere ab inchoatis bonis nolumus: valde necesse est vt inchoare nos quotidie credamus. Nec abhorret a rationis ordine/ q auro dicim⁹ ingenium designari: qz sicut in ornamẽto aurum supponitur: vt gẽmaz desup ordo disponat: ita clara sanctoz ingenia diuinis munerib⁹ humiliter substernũtur: et distincta super se graz dona percipiũt. Et nisi quid simile aurũ cũ sapiẽtia haberet: quidã sapiẽs minime dixisset. Sapiẽtia abscõsa z thesaurus inuisus/ que vtilitas in vtrisq;? Sancti aũt viri robur suũ aurũ non deputãt: qz q̃tolibet ingenio fulgeãt/ nihil se esse ex suis virib⁹ pensant. Et cũ semetre oia valẽter possunt: prius intelligere semetipsos cupiunt: quatenus lumen ingenij more solis prius illustret locũ in quo oritur: et postmodum cetera

Quid aurũ obryzũ.

Ephe. iiij.

Ecclesia. xx. xlj.

ad que pcedẽdo dilatat: ne si intendendo cognoscẽdis alijs semetipsos nesciãt/ ibi solis radius vbi oritur obnubescat. Ingenij itaq; virtutem ad cognoscẽdam ppriam infirmitatem dirigũt: atq; ex infirmitatis sue melius cognitione cõualescũt. Aurũ ergo robur nõ credit/ si in accepto ingenio fiducia non habet. Qd bene Salomon admonẽs ait. Habe fiduciam in dño ex toto corde tuo: et ne innitaris prudẽtie tue. Dicat ergo: Si putaui aurũ robur meũ: et obryzo dixi/ fiducia mea. Ac si aperte fateat dicẽs: Nec que veraciter intellexi/ meo ingenio tribui: nec menti pprie si qua egisse me bona cõtigit/ hec principaliter deputaui. Qui adhuc subtilius humilitatem nobis sui cordis insinuans/ adiũgit dicẽs: [Si letatus sum sup multis diuitijs meis: et qz plurima reperit manus mea.] Quid multas diuitias appellatas per significationem credimus/ nisi abũdãtia acumina consiliorum? Que querẽtis man⁹ inuenit: cũ hec cogitatio tractãtis gignit. Has etenĩ Salomon sapiẽtie diuitias cõtẽplatus ait. Corona sapientium diuitie eoz. Qui qz diuitias nõ metalla terrena sed prudẽtiam nominat: illico per contrarietatem subdit. Fatuitas stultoz impudẽtia. Si enĩ coronam sapiẽtiũ terrenas diuitias diceret: pcul dubio fatuitatem stultoz paupertatem potius q̃ imprudentiam fateretur. Sed dum fatuitatem stultoz imprudẽtiam subdidit/ sapiẽtum diuitias qz prudẽtiã dixerit indicauit. Has i se Paulus sciẽtie diuitias cõtẽplatus: et cõtẽplationem suã consideratione humane fragilitatis humiliãs/ ait. Habemus thesaurum istum in vasis fictilib⁹. Multas itaq; apud nos diuitias reperimus: cũ dona abũdãtis intelligẽtie/ sacra eloquia inuestigãdo pcipimus: atq; in his plura/ nec tamẽ sibimet diuersa sentimus. Non est aũt secura letitia/ in diuinis paginis vel fortia vel multa cognoscere/ sed cognita custodire. Nam qui bene intelligit, quid intelligẽdo operari debeat agnoscit. Utoem intellectu latius extẽditur/ tãto ad explẽda opera enixi⁹ ligatur. Unde i euãgelio veritas dicit: Cui multum datũ est/ multũ queretur ab eo: et cui cõmẽdauerũt multum/ plus petent ab eo. ¶ S. Quid sit q filijs pphetaz ligna cedentibus: ferrum de manubrio lapsum disparuit/ qd Heliseo ligno aquis immergente/ reuersum est. Capitm v.

Proner. iij.

Prouer. xiiij.

ij. Co. iiij.

Nõ est secura letitia multa cognoscere: sed cognita custodire.

Luce. xij.

Deputemus igit intelligentiam datam quasi pecuniã mutuatam: que quo plus nobis creditur ex benignitate/ eo debitores ampli⁹ tenemur in opere. Et plerũq; eadem intelligẽtie accepta pecunia cũ ad vsuras auditorib⁹ dat/ amittit/ nisi caute tribuat. Neq; enĩ negligẽter intuẽdũ est/ q pphetaz filij cũ in Iordane ligna cederent: vni eoz securis ex manubrio in pfundum lapsa disparuit. Ferrũ quippe i manubrio/ est donũ intellectus in corde. Ligna scõ per hoc cedere/ est praue agẽtes increpare. Qd nõnunq̃ dũ sit agit: dum lapsus vane glie in accepta eadem sciẽtia nõ vitat: ferrũ in aqua perdit: qz ex dissoluto opere intelligẽtia fatuat. Quã profecto intelligẽtiam ad hoc nouimus dari: vt ante dantis oculos ex bono debeat actiõe restitui. Unde recte is qui ferrum amiserat/ clamabat. Heu heu heu dñe mi: z hoc ipm mutuo acceperam. Habet enĩ hoc electi pprium: vt si quãdo eis in sua sciẽtia fortius vane glie culpa surrepit: ad cor velociter redeãt: et qcqd in se sine districti iudicis oculos dãnabile inuenerit/ lachrymis insequãtur. Qui flentes non solũ caute inspiciũt mala que cõmiserũt: sz ex accepto munere que reddere eũ bona debuerũt: qz nimis tanto se amplius peccatores sentiunt/ q̃to ex neglectis bonis que agere poterãt/ debitores tenẽtur. Recte ergo qui ferrũ perdidit/ clamabat. Heu heu heu: et hoc ipm mutuo acceperam. Ac si dicat. Illud per dissolutionem negligentie perdidi: qd vt per bona opera redderem/ ex gratia conditoris accepi. Sed nunq̃ deus mẽtem deserit/ que in peccatis se veraciter agnoscit. Unde z mox Heliseus veniẽs lignum deorsum misit/ et ferrũ in supficiem aque tollit: qz vez redẽptor noster pie nos respiciẽs/ cor peccatoris humiliat: et ei quã amiserat intelligẽtiã reformat. Lignum mergit z ferrũ releuat: qz cor affligit/ z sciẽtiam reparat. Unde bene alia translatione dĩ: qz confregit lignum atq; iactauit: et sic ferrum sustulit. Lignum nãq; cõfringere/ est cor abelatione cõterere. Lignum ad imã iactare/ est eleuatum cor in cognitione vt diximus pcũ

iiij. Regum. vj.

G

pric infirmitatis humiliare. Atq; illico ferrum ad superficiem redit: q: ad usum exercitationis pristine intelligētia recurrit. Igit qm̄ donū intellect⁹ qḋ accipit/vix cū tot difficultatib⁹ custodit (curādum quippe est/ne ocio torpeat: curādum ne in exercitatione operis vitio elationis euanescat) sancti viri minime exultāt/cū cognoscūt que faciāt: s; cū faciūt que cognouerāt: et si intelligēdo congaudēt muneri largitoris: merentes tamē considerant debitum operis: vt vez actione persoluāt/qḋ eis ꝑrogatum est in cognitiōe. Stultus nāq; est debitor: qui gaudēs pecunias mutuas accipit/et tēpus quo reddere debeat non attēdit. Moderatur aūt letitia acceptā: quādo solerti ꝓuidētia etiā cōstitutum tēpus reddēdi cogitatur. Quia igit viri iusti in his que vigilāter intelligūt/secura letitia non extolluntur: dicatur recte. Si letatus sum sup multis diuitijs meis/et q: plurima reperit man⁹ mea. Ac si aperte diceret: Nequaq̄ me in colo cupletem ex iustitia credidi: quo recta que agere debui etiā multa cognouit: nec intelligētia cor extulit: q: illud consideratio debite operationis pressit. Capl̄m. vj.

Sanctorum viri exultāt cū faciūt que cognouerant.

H.

SCiendum vo est q; plerūq; cōtingit vt cum intelligētie altitudo percipitur: circa semetip̄m animus valde sollicitus ab elationis lapsu teneatur. Sed cum mira que intelligit/etiā operari ceperit: corpo nōnunq̄ quo foras ostenditur/labitur/atq; in suis actib⁹ se ceteros preire gloriat. Beatum igit Iob sicut intelligentie aurum non extulit: nec lumen quoq; ante humanos oclos mire operationis eleuauit. Unde et apte subiungit:

¶ S. Q; sancti nec de bono opere suo/nec de fama/nec coram hoīb⁹ nec in conscientia gloriantur.

¶ Si vidi solem cum fulgeret.] Sol quippe in fulgore est bonū opus in manifestatiōe. Scriptum nāq; est. Luceat lux vr̄a corā hoīb⁹/vt videāt opera vr̄a bona: et glorificēt patrē vestrū qui i celis est. Et rursum: Sint lūbi vr̄i precincti: et lucerne ardētes. Qḋ em̄ hoc in loco fulgēte sole: id in euangelio lucernis ardētib⁹ designatur. Bonum quippe opus cū in medio ꝓuidoꝝ lucet: lucerna ardet in nocte. Cum vero in ecclesia resplēdet: sol fulget in die. Bonum opus si adhuc tale est qḋ soli mali mirentur/lucerna vez in nocte est: si autem tā ꝑficit vt mirari a bonis ac perfectionibus possit/nimirum sol est in die. Bonum opus cū per actiuam vitam in corporib⁹ lucet: quasi lucerne more/lumen ex testa resplēdet. Cū vo per solam virtutem mētis in cōtēplatione attollitur/quasi more solis de celo veniēs lux videt. Q; igit multis beatus Iob hospitalitatis ac misericordie de se bona narrauerat: que ꝑfecto tēto adhuc minima q̄to corporaliter nouerat gesta: ad virtutum spiritualium culmen mētis oculum reuocans/perfectionis sue meminit: et lucē exemploꝝ quam de spūalibus tribuit/solem vocauit.

Matt. v.

Sol in fulgore bonū opus i manifestatione.

Luce. xij.

¶ S. Q; electi in malis preteritis sepius oculos mentis figūt q̄ in bonis que agūt: et soli bona sua non vidēt que alijs ad exemplum videnda prebent.

¶ Sunt vo nōnulli qui cū bona aliqua faciūt: iniquitatum suarū primus obliuiscūtur: et cordis oculum in cōsideratione bonoꝝ opeꝝ que exhibēt figūt: atq; eo se iam sanctos existimat/quo inter bona que agūt/maloꝝ suorum in qb⁹ et fortasse adhuc implicati sunt/memoriam declināt. Qui scz si districtionē iudicis vigilāter attenderent: plus de malis suis metuerēt/q̄ de imperfectis bonis exultarent: et plus inspicerent q; de his que adhuc ei quedā sūt debitores tenētur/q̄ q; operātes quedā/iam debiti partē soluūt. Nec em̄ absolut⁹ est debitor q̄muis ꝑ reddit/sed qui oīa. nec ad brauium victorie peruenit qui in magna pte spectaculi velociter currit/si iuxta metas veniens/in hoc qḋ est reliquū deficit. Nec ad q̄ libet destinata loca pgētib⁹ inchoādo ꝓdest longū iter carpere/si nō etiā totū valeat consummare. Qui ḡ eternā vitā querim⁹/quid aliud q̄ quedā itinera agim⁹/per que ad patriā festinamus: Sed qd prodest q; carpimus multa/si ea que ad ꝑueniēdum restāt negligim⁹ reliqua/ Dorsū itaq; viatoꝝ/nequaq̄ debem⁹ aspicere q̄tum iam iter egim⁹/sed q̄tum supest vt peragamus: vt paulisper fiat preteritum: qḋ indesinēter et timide adhuc attēditur futurum. Amplius igitur debem⁹ inspicere que bona necdū fecimus/q̄ ea que iam nos fecisse gaudem⁹. Sed habet hoc humana infirmitas ꝓpriū: vt plus ei intueri libeat

qḋ sibi in se placet/q̄ qḋ sibi i se displicet. Eger quippe oculus cordis dū laborare in cōsideratione sua metuit: quasi quoddā stratum delectationis in animo vbi molliter iaceat requirit: atq; ideirco q̄ cōmoda de peractis bonis sit assecut⁹/intelligit: sed q̄ dāna de neglectis patitur/nescit. Plerūq; enim hoc vitio tētātur etiā electi. Plerūq; eoꝝ cordi suggeritur vt bona queq; que fecerūt/ad animum reuocēt/et securitatis iam letitia exultent. Sed si vere electi sunt: ab eo in quo sibi placēt mentis oclos diuertūt: et oēm in se de peractis bonis letitiam deprimūt: et de his que se minus egisse intelligūt/tristitiam requirūt: indignos se estimāt: et pene soli bona sua non vidēt: que in se vidēda oib⁹ ad exēplū prebēt. Hinc est q; Paulus dum expleta in se bona postponeret: et sola adhuc reliqua q̄ essent explēda cogitaret/dixit. Ego me non arbitror apprehēdisse. Hinc est q; vt posset se de bonis que agebat humiliare/studebat ad animum preterita mala reducere/dicēs. Qui prius fui blasphemus et persecutor et contumeliosus. Capitulum. vij.

Plus libet homini intueri qḋ sibi in se placet q̄ qḋ sibi in se displicet.

K

Phil. iij.

QUi et si aliquādo dixit. Bonū certamen certaui: cursum cōsummaui: fidem seruaui: in tuendum summopere est q; eo illud tempore intulit/quo iam ex corpore discessurū se esse cognouit. Ibi quippe premisit/dicēs. Ego em̄ iam delibor/et tēp⁹ mee resolutionis instat. Tūc ergo ad memoriam perfectionem reducit operis: cum iam preuidit ad largitatis spatium minime subesse tēpus operationis. Sicut em̄ dū viuim⁹ debem⁹ bona nostra a memoria repellere ne extollāt: ita appropiquāte exitu/plerūq; ea ad memoriam iuste reuocam⁹/vt vez fiduciam prebeāt/et desperatum timorem premāt. Qui et si corinthijs bona sua enumerādo narrauit/illos confirmare studuit/non se ostendere. Nam q: eadē bona nō in se attēderet/patefacta tribulatione ꝓpie tentationis edocuit: qui expresse subiungit: Propter qḋ placeo mihi i infirmitatib⁹ meis. Ut ergo discipulos instrueret/de se summa referebat. Ut vero se in humilitate custodiret/cōsiderationis oculum non in virtutibus suis/sed in infirmitatibus fixerat. Habēt itaq; propriū sancti viri: vt bona qdē que agūt videant: et tā cum peregerint/ab eoꝝ memoria oculos auertant. Unde recte per beatū Iob dr: Si vidi solē cū fulgeret. Ac si aperte diceret: Opus meū etiā cū alijs exēploꝝ lucem tribueret/ad presumptionis gr̄am nō attēdi: q: dum de eo extolli timui/ab intuēdo eo oculos auerti. Sequitur: [Et lunā incedētem clare.] Post premissum solem apte quoq; incedētem clare lunam subdidit: q: vez post opus boni fama laudabilis sequit: per quā celebre nomen in hac presentis vite nocte possidet. Si em̄ verū est (qḋ quidā putāt) illustrationem lunā per occultū circulum a radio solis accipere: vt possit lucē nocturnis cursibus exhibere: ab hui⁹ significationis ordine hec quoq; suspitio non abhorret. Fama quippe a bono opere vires accipit/et fauoris gr̄am quasi claritatē luminis aspergit. Est et aliud in luna qḋ per similitudinem bonā spargēti fame cōuenitat. Luna nāq; ei⁹ etiā in tenebris tēpore iter ambulāntib⁹ ostēdit: q: et dū de aliena vita lux laudis emicat/alios ad exercitium boni operis illustrat. Cuiq̄ illi⁹ opinio clara cognoscit: huic quasi pgēti in itinere exēpli lumen prebet. Q; nōnūq̄ opus qḋ ab aliena opinione sumit: minus mundo desiderio in aīo format. Nam infirme mētes cū bona de alijs audiūt: aliquādo se ad operationem rectam non amore virtutis/sed delectatione laudis accendūt. Et ꝑfecto liquet: q: sicut natura solis est vt quecunq; attigerit/accendat et siccitatis naturis ignis est ꝓprium/vt quicqd cōtigerit/exurat quidem/sed valde humidum reddat. Ad vitā igitur bonā alios pro amore dei affectus recti operis: alios vo amor laudis inflāmmat. Sed cum recti operis affectu accēdimur: quasi per ignem solis a vitioꝝ humore siccamur. Cum vo quem ad opus bonum laudis amor prouocat: concupita fama quasi luna attingit: q: videlicet ei⁹ animum et accendit et resoluit. Accendit/scz ad exercitium operis: resoluit vero ad concupiscentiam fauoris. Plerūq; tamen ad exercenda bona opera/aliena nos vtiliter exempla persuadent. Et cum mente humili opinionis alienae bona suscipimus: nostra vel ad melius bona ꝑducimus/vel ad bona mala permutamus. Cūq; nos de vita proximi fame splendor irradiat/mens nostra

L

ij. Timo. iiij.

M

B (vt prediximus) que ad obtinendum virtutis iter se diri-
git/quasi i lune lumine gressus ponit. Sed sicut ex alte-
na opinione proficimus, sic plerũq; si fame nostre laudi-
bus inhiamus/a virtute vacuamur: quia cum delectatur
animus in hoc qđ de se extrinsec⁹ haberi cõsiderat: illud
obliuiscit ad qđ introrsus anhelabat. Capitulũ. viij.

Quia igitur sanctum virum intelligẽtia sciẽ-
tie non corrupit: de multis diuitijs gaudere
despexit. Quia vero eum magnitudo operis
non inflauit/solẽ fulgentẽ non vidit. Quia autẽ illũ nec
fama laudis extulit: clare incedentẽ lunã minime atten-
dit. Sũt enĩ nõnulli qui eo in elatione corruũt: quo per
subtilẽ intelligentiã vel q̃ non faciũt bona cognoscunt.
Hi nimirũ sup multis diuitijs letanť: cũ quelibet sũma
intelligẽdo reperiũt: atq; in elatione ipsis inuẽtionibus
corrũpunť. Sunt vero nõnulli quos intelligẽtia quidẽ
nõ eleuat: sed exhibita opatio exaltat. Qui dũ actiones
suas respiciũt/apud mentẽ suã sibi ceteros dedignãdo
postponũt. Hi videlicet etsi in multis diuitijs non gau-
dent/solẽ tñ fulgentẽ vidẽt: qꝛ de sola boni opis magni-
tudine quasi alios despiciẽdo tumẽt. Et sũt nõnulli q̃s
nec operatio ppria extollit: sed cũ laudari ab hoib⁹ pro
hac eadẽ bona opatione ceperint/ipsis hoim fauoribus
deuicti/quasi magnos se quosdã in sua cogitatione cõ-
spiciũt/atq; a cordis custodia dissoluũtur. Hi profecto
B etsi fulgentẽ solem videre noluerũt/lunã tñ clare incedẽ-
tem respiciũt: qꝛ inter hui⁹ vite tenebras dum in opinio-
nis sue claritate animum defigũt: humilitatis gratiam
quasi ex nocturno lumine amittũt: ꝛ intuẽtes lunam/se
nõ vidẽt/qui semetipsos nescire incipiũt/dũ mẽtis ocu-
los in trãsitoriũ fauorẽ figunt. Sic autẽ pfectus est ho-
minũ/sicut incremẽta cõspicim⁹ arbustoꝝ. Vis quippe
future arboris/prius in semine est: postmodum in ortu:
atq; ad extremũ pducit i ramis. Sic nimirũ se vnius-
cuiusq; virtus succrescit operantis. Seminať nãq; in in-
telligentia: oriť in operatione: atq; ad virtutẽ cõualescit
vsq; ad pfectus magni latitudinẽ. Sed cũ quelibet sua
intelligentia extollũt: arbor que oriri poterat/in semine
putrescit. Cũ vero post operationẽ bonã elationis peste
corrũpiť/quasi iam orta siccať. Cũ aũt neq; intelligẽtia
neq; operatio corrumpit/sed excrescente magnitudine
dum fauor laudantiũ sequiť/atq; ab statu suo bene ope-
rantis animũ euertit: linguarũ ventos arbor pertulit/ꝛ
omne quod in ea robustum creuerat/tempestas fame ra-
dicitus euulsit. Quo etiã arbor altius ad superiora sur-
rexerit/eo ventorũ vim vehemẽtius sentit: qꝛ quo plus
quisq; in bonis operibus attollitur: eo ampliori ab ore
laudantium flatu fatigatur. Si itaq; adhuc arbor in se-
mine est: metuendũ est ne ipsa scientie cognitione putre-
C fiat. Si iam ad virgultum prodijt/curandũ est ne hanc
manus elationis tangat/atq; a viriditate sue actionis
arefaciat. Si autem valenti robore iam ad alta se suble-
uat: valde formidandum est ne hanc admote laudis vẽ-
tus grauior radicitus euellat. Capitulum. ix.

Sed inter hec sciẽdũ est: q; ne imoderatis lau-
dibus erigamur: plerũq; miro rectoris nostri
moderamine/etiam detractionibus lacerari
permittimur: vt cũ nos vox laudãtis eleuat: lingua de-
trahentis humiliet: qꝛ ꝛ arbor sepe que vnius venti im-
pulsu ita impellitur/vt pene iam erui posse videatur: al-
terius ꝛ diuerso venientis flatu erigiť: ꝛ que hac ex par-
te inflexionẽ pertulit/ab alia ad statum redit. Unde et
illa arbor alte radicata quasi inter aduersantes vẽtos
ij. Cor. vj. fixa steterat/que dicebat. Per gloriã ꝛ ignobilitatẽ: per
infamiã ꝛ bonam famã. Sepe enĩ laus bene agentis au-
ribus insolẽter admota: dum foris sermonibus perstre-
pit/intus quãdã menti tacitã elatiõis tẽpestatẽ gignit:
sicq; vt hoc qđ animus de humanis fauorib⁹ gaudet: nõ
facile exteri⁹ ostẽdat: sed tñ corruptionis vim nõ tenui-
ter interi⁹ sentiat. Et sunt nõnulli quos ita laus inflat:
vt vsq; ad verba elationis ptrahat. Quidã vero vt pre-
diximus: hoc ipsum patefacere quo eleuanť erubescũt: atq;
auditis suis preconijs extollunť: sed tñ vsq; ad elatiõis
verba non excũt: ꝛ gaudere se in talib⁹ nõ ostendũt. Un-
de beatus Job qꝛ nouerat arrogantẽ se non solũ nullo
modo in verbis: sed etiã in cogitatione quoq; tacita mi-
nime fuisse/postq̃ dixit: Si vidi solẽ cũ fulgeret/et lunã
incedẽtẽ clare: illico subdidit: Et letatũ est in abscõdito

D cor meũ. Qua videlicet attestatione qđ nobis innuiť/
nisi q; nobis magno metu ꝛ circũspectione opus est: ne
mens nostra vnq; de suis laudib⁹ vel tacita leteť? Quisq;
quis enĩ quasi claritatẽ lune/fame sue magnitudinẽ cõ-
spicit: sibiq; in occulto mentis gaudiũ facit: cui iste nisi
auctori se pretulit/cuius dono vt bñ oparetur percipit:
et tamen in ei⁹ munere de gratia sue laudis hilarescit?
Despecto enim honore conditoris/seipsum plus amare cõ-
uincitur/cuius pconijs letať. Quis nõnunq̃ etiã san-
cti viri de bona sua opinione gaudeãt: sed cũ per hãc ad
meliora pficere audiẽtes pensant: nec tam de opinione
sua/sed de proximorũ gaudẽt vtilitate: qꝛ aliud est fauo-
res querere: et aliud de profectibus exultare. Qua in re
necesse est: vt cũ audientiũ vtilitati nõ proficit/mentem
nostrã fama laudabilis non eleuet/sed fatiget. Cũ enim
humane lingue attestatiõe laudamur: occulta pulsatio-
ne requirimur quid de nobis ipsis sentiamus/vt i h humi-
les permaneam⁹. Superba etenĩ mens etiã cũ de se falsa
bona dicunť/exultat: qꝛ nõ apud deũ qualiter viuat/sed
apud hoies qualiter innotescat excogitat. Judiciũ enĩ
de se oĩpotẽtis dei despiciẽs/ꝛ solũmodo hoim querẽs/
inter auditas laudes extollit: ꝛ q̃ hoc solũ q̃sierat/quasi
de brauio operis letať. At cõtra si cor veraciter humile
est: bona que de se audit/aut minime recognoscit: ꝛ quia
E falsa dicũtur metuit: aut certe si adesse ea sibi veraciter
scit: eo ipso formidat/ne ab eterna dei retributione sint
perdita/quo hec considerat hoibus diuulgata: pauetq;
vehemẽter/ne spes futuri muneris i mercedẽ pmutetur
trãsitorij fauoris. Qua ex re agiť vt electorũ anim⁹ ma-
gno laudũ suaꝝ igne crucietur: atq; ab ei corporis sui ru-
bigine meroie cogitationis excoqueť. Cauta enĩ consi-
deratiõe trepidat: ne aut de his in quib⁹ laudatur ꝛ nõ
sunt/malus dei iudiciũ inueniat: aut de his i quib⁹ lau-
datur ꝛ sunt/compẽtẽs pmiũ pdat. Unde plerũq; fit vt si-
cut iniustus ex laude sua polluiť: ita vir iustus audita
sua laude purgeť. Nã dũ bona q̃ egit/ab hoibus pferri
cognoscit: subtile cõtra se (vt dictũ est) extremi iudicij
examẽ metuit: ac trepidus ad cõscientiã recurrit: ꝛ q̃c-
quid illic inest reprehensibile corrigit. Dũ enĩ bona sua
innotuisse formidat/subtilitatẽ secuturi examinis per-
timescens/si qua i se mala occulta sunt ꝯputat. Pauet
nãq; si saltẽ talis deo nõ ostẽdiť/qualis ab hoib⁹ putať: ꝛ
neq; pfectus est/vt in quo potuit inotescere/in hoc debe-
at remanere. Jam ei de bonis suis q̃si retributionẽ sibi
factã estimat: nisi eis ꝛ alia q̃ ab hoib⁹ nesciũť adiũgat.
Unde bene p Salomonẽ dr. Sicut pbať in conflatorio
argẽtũ/ꝛ in fornace aurũ: ita pbať homo ore laudantis.
Argentũ quippe vel aurũ si reprobũ est/igne consumiť:
si probũ vero/igne declarať. Sic nimirũ est ꝛ sensus ope-
rãtis. Nam qualis sit/in eo q; laudať ostendiť. Si enĩ se
auditis suis laudib⁹ extollit: quid iste aliud q̃ aurũ vel
argentũ reprobũ fuit: quẽ videlicet fornax lingue ꝯsum-
psit? Si autẽ fauores suos audiens/ad superni iudicij cõ-
siderationẽ redit/ac ne de his apud occultũ arbitrum
grauiť metuit/quasi ex purgationis igne ad magnitu-
F dinẽ claritatis excrescit: ꝛ vnde incendiũ trepidationis
sustinet/inde clarius fulget. Beatus igiť Job qꝛ neq̃q̃
de operatione se pretulit: fidenter dicit. Si vidi solẽ cũ
fulgeret. Quia vero hũc a iudicij interioris intuitu fama
laudabilis non diuertit/adiũgit. Et lunã incedentẽ cla-
re. Quia aũt opinionis sue gratia animũ deuinci nec ta-
cita cogitatione permisit/protinus subdidit. Et si letatũ
est in abscondito cor meum. Capitulum. x.

Et quia plerũq; inconsiderata mens dũ trãsito-
rio fauori nõ renititur: ad hoc vsq; ptrabiť: vt
laudet ipsa qđ facit/pdictiõi q̃ pmissa est/qua
dr: Si letatũ est in abscõdito cor meũ: cõgrue subinferť.
Et osculatus sum manũ meã ore meo. Per manũ quip-
pe opatio: per os aũt locutio designať: sicut p Salomo-
nẽ dr: Abscondit piger manũ suam sub axilla sua: ꝛ labo-
rat si ad os suũ porrigit eã. Pigro labor est manũ suam
ad os porrigere: qꝛ desidiosus quisq; pdicator nec hoc
vult operari qđ dicit. Manum quippe ad os porrigere/
est voci sue opere concordare. Manum ergo suam oscu-
latur ore suo: qui laudat qđ facit: et testimonio proprie
locutionis sibi virtutem tribuit operis. Qua in re quis
despicitur/nisi is qui ipsa operãdi munera largiť? Un-
de bene per egregium predicatorem dicitur. Quid au-

Gaudent nõnũq̃ sã-
cti viri de
bona sua
opinione.

Prouer.
xxvij.

Prouer. xix.

G

tem habes qđ non accepisti? Si aūt accepisti/quid glo-
riaris quasi non acceperis? Sācti aūt viri sciūt post pri-
mi parētis lapsum/de corruptibili stirpe se ortos: et nō
virtute ꝓpria/sed preueniēte superna grā ad meliora se
vota vel opera cōmutatos: et quicqd sibi mali inesse co-
gnoscūt/de mortali ꝓpagine sentiūt meritum: qcqd vo-
ro se boni inspiciūt/immortalis gratie cognoscūt donū:
eiqꝫ de accepto munere debitores fiūt/qui et preueniēdo
dedit eis bonū velle qđ noluerāt: et subsequēdo conces-
sit bonum posse qđ volūt. Unde bene per Joannem dr:

Apoc.iiij.

Adorauerūt viuētem in secula seculoꝝ/mittentes coro-
nas suas ante thronū dñi. Coronas nāqꝫ suas ante thro-
num dñi mittere/est certaminum suoꝝ victorias nō sibi
tribuere/sꝫ auctori: vt ad illum referāt gloriam laudis/
a quo se sciunt vires accepisse certaminis. Beatus ergo
Job qz sic bona que operatus est narrat: vt tamen hec
sue operationi non tribuat/sed ad auctoris laudem re-
currat: manum suam ore suo osculatū fuisse se denegat.
Ac si patēter dicat: Ego mea opera tanqꝫ mea non ꝓfe-
ro: qz auctoris sui gratiam negare cōuincitur/quisquis
sibi tribuit qđ operatur. Unde et protinus subdit. Que
est iniquitas maxima/et negatio cōtra deum altissimū.
Liquet etenim qz illum negat: cuius despecta gratia/sibi
vires boni operis arrogat. Quod recte quoqꝫ et iniqui-
tas maxima vocatur: qm̄ omne peccatum qđ ex infirmi-
tate est/spem nequaqꝫ perdit: qz a superno iudice veniā
requirit. Presumptio aūt virtutis ꝓprie/tāto grauius

H

in desperatione est/qͣto longius ab humilitate. Cūqꝫ vi-
res sibi tribuit operis: ad adiutorium non recurrit au-
ctoris. Atqꝫ vt eo grauius peccator pereat/quo et ipsum
hoc qz est peccator ignorat. Sequitur.

¶ S. Qz summa sit perfectio charitatis diligere inimi-
cos/et de eorum profectu gaudere/et de ruina dolere.

¶ Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat: et exul-
taui qꝫ inuenisset eū malū.] Dispotētis dei nos esse disci-
pulos sola custodia charitatis ꝓbat. Hinc est eñ qꝫ per

Joh.xiij.

semetipsam veritas dicit: In hoc cognoscent oēs quia
mei discipuli estis/si dilectionem habueritis ad inuicē.
Que nimirꝫ dilectio si cor nostrū veraciter replet/duo-
bus modis ostendi solet: scꝫ si et amicos in deo/et inimi-
cos diligimus ꝓpter deum. Sed sciēdum est qz inimici
dilectio tunc veraciter custoditur: cum nec de profectu
obijcimur/nec de ruina illius letamur. Nam sepe in dile-
ctionis imagine erga inimicū animus fallitur/seqꝫ hūc
diligere estimat/si eius vite contrarius non existat. Sed di-
lectionis vim/occulte et veraciter aut profectus inimici
aut casus interrogat. Hac etenī de re ad plenum semet-
ipsam mēs hoīs nescit/nisi eum quem sibi aduersarium
credit: in defectu vel profectu mutasse modum sui status
inuenerit. Si eñ de ꝓsperitate addicitur: et de calami-
tate se odientis letatur: constat qz non amat quē nō vult
esse meliorem: eūqꝫ etiam stantem voto persequitur/quē
cecidisse gratulatur. Capitulum.xi.

J

Letificat nos qñqꝫ ruina inimicoꝝ.

SEd inter hec sciēdum est qz euenire plerūqꝫ so-
let vt non amissa charitate/et inimici nos rui-
na letificet: et rursum eius gloria sine inuidie
culpa contristet: cum et ruēte eo quosdam bene erigi cre-
dimus: et proficiēte illo/plerosqꝫ iniuste opprimi formi-
damus. Qua in re mētem nostram nec eius iam defectus
erigit: nec eius profectus addicit/si recta nostra cogita-
tio nō quid in ipso/sed qđ de ipso circa alios agat/atten-
dit. Sed ad hec seruāda valde est necessarium subtilissi-
me discretionis examen: ne cum nostra odia exequimur/
fallamur sub specie vtilitatis aliene. Si eñ de inimici
morte gaudendum oīno non esset/psalmista nō diceret:

Ps.lvij.

Letabitur iustus cum viderit vindictam impioꝝ. Sed
aliud est impium: aliud vo inimicum perpeti. Nam sūt
plerīqꝫ inimici qui non sunt impij: et sunt nōnulli impij
qui nobis specialiter non videntur inimici. Humana au-
tem mēs oēm inimicum quē tolerat/etiā impium et ini-
quum putat: qz eius culpas apud cogitationem suā liuor
accusator exaggerat. Quibuslibet vo flagitijs premat-
minus iniquus creditur/si aduersarius minime sentitur.
Qua in re discernēdum est aliud esse qđ nobis: aliud vo
qđ sibi et ceteris noster inimicus nocet. Nam si alijs bo-
nus est: sine nostra forsitam culpa esse nō potest nobis ma-
lus: nec oīno iam de eius ruina gaudēdum est/cuius nos so-
los certum est aduersa tolerasse. Cum vo noster ac mul-

K

torum hostis perimitur: de ereptione proximoꝝ potius
qꝫ de inimici interitu necesse est vt aīus letet. Oportet
nāqꝫ vt pereūte aduersario subtiliter pensare debeamus
et quid debemus ruine peccatoris/et quid iustitie ferien-
tis. Nam cum peruersum quēqꝫ oīpotēs percutit: et cō-
dolendum est miserie pereūtis: et congaudendum iusti-
tie iudicis: vt nobis et in luctu sit pena morientis proxi-
mi: et rursus in gaudium veniat exhibita equitas iudi-
cantis dei: quatenus nec pereūti homini existamus ad-
uersarij: nec iudicāti deo inueniamur ingrati. Beatus
igitur Job/qz eiecta in aduersitate odia perfecte calca-
uit/dicat: Si gauisus sum ad ruinam eius qui me ode-
rat: et exultaui qꝫ inuenisset eum malum. quia videlicet
et inimicum diligēs/dum aduersario ruenti cōdoluit:
in malis illius ipse ad bonum creuit: vt inde iste ad beni-
gnitatem cresceret/vnde illum mala que merebatur in-
uenissent. Quia vo sepe nonnulli eos quos sibi aduersa-
rios estimant/maledictione feriūt: qm̄ virtute nequaqꝫ
possunt (in quibus patēter apparet que mala si possent fa-
cerent: qz ea que facere nequeūt/imprecari minime desi-
stunt) beatus Job ostendēs se a culpa etiā maledictio-
nis alienum/secutus adiūxit [Non eñ dedi ad peccan-
dum guttur meū/ vt expeterem maledicēs aīam eius.]
Peccaret quippe si hoc optaret a deo fieri: qđ ipse face-
re vel oīno nō posset: vel si posset/minime deceret. Nam

L

qui maledictionibus inimicum impetūt: quid aliud in
illo facere deum volunt/nisi qđ ipsi facere aut nequeunt
aut erubescūt? Mortem nāqꝫ aduersario exoptant: quā
et si possunt/inferre metuunt: ne aut perpetrati homici-
dij rei teneantur: aut iniqui appareant etiam cum sint.
Quid est ḡ deo dicere: occide quē odi/nisi apertis et vo-
cibus clamare: Hoc fac meo aduersario qđ me in illum
facere nec peccatorem decet? In quibus profecto vo his
pensandum nobis est vbi iste vir legerat: Diligite inimi-

Luce.vi. j.Pet.iij.

cos vestros et vbi legerat: Benedicite/et nolite maledi-
cere. Et rursum. Non reddentes malum pro malo: nec
maledictum pro maledicto. Sed exterius non audita
superne gratie precepta seruabat: qz hec in mente illius
sancti spūs afflatus scribebat. Cui tamen minus esset
qꝫ positos extra diligeret: nisi et interius viuentes se-
cūqꝫ quotidie conuersantes etiam familiares aduersa-
rios toleraret. Unde subiungit:

¶ S. Qz sancti viri multos ex domesticis suis exopta-
tores mortis sue equanimiter tolerant.

¶ Si nō dixerūt viri tabernaculi mei: quis det de car-
nibus eius vt saturemur?] Que nimirꝫ sentētia pōt quoqꝫ
per mysteriū ex voce redēptoris intelligi. Uiri quippe
eius tabernaculi de carnibus illius saturari cupierūt: vel iu-
dei scꝫ ꝑsequētes/vel gētiles credentes: qz et illi moliti
sunt corpus illius quasi cōsumēdo extinguere: et isti esu-
riētem mētem suā desiderāt quotidiane immolationis

M

sacrificio de eius carnibus satiare. Capłm.xij.

SEd nūc solius historie virtutem sequētes: pen-
semus qͣta fortitudine sancti viri animus ex-
tra intraqꝫ sollicitus ad oīa pera.. Qui si inimi-
sic agētibus aut vinqꝫ per silētium cederet: aut per recti-
tudinem nō cōtrairet/ꝓfecto aduersarios nō habuisset.
Sꝫ in eo qꝫ vias vite tenuit: exoptatores sue mortis inue-
nit. Foris patentes aduersarios ꝑtulit/intus latentes.
Minor est aūt virtus certaminis/foris quēpiam videre
mala que superet: et intus qđ toleret non habere. Perfe-
cte aūt magnitudinis laus est aduersa ꝑpeti: et exterius
fortiter/et interius clemēter. Nam sunt nōnulla qͣ in ipsa
quoqꝫ familiarū cōuersatiōe corrigi nequeūt sine culpa
corrigētis: atqꝫ ideo cū vel corrigētē indignant: vel oīmo-
do hec agentem grauāt/magna magisterij arte dissimu-
landa sunt: ipsaqꝫ hac dissimulatione tolerāda. Que cō-
tra nos illata eius a corde laxamus/ si infra circa ꝓximos
errata cognoscimus. Uñ bene dr per Salomonem dr:

Eccłs.vij

Cūctis sermonibus qui dicūt/ne accōmodes cor tuū: ne
forte audias seruū tuū maledicētē tibi. Scit eñ tua cō-
sciētia qz et tu crebro maledixisti alijs. Dū eñ pensamus
quales erga alios fuimus/esse circa nos tales alios min9
dolemus: qz aliena iniustitia in nobis vindicat/qđ in se
tuste nostra conscientia accusat. Sequitur.

¶ S. Quante hospitalitatis sanctus Job fuit/cuius
ostium patens peregrinus et viator inuenit.

¶ Foris non mansit peregrinus/ostium meū viatori pa-

A tuit. Quia teste Paulo/charitas patiēs ꝛ benigna describitur: per patiētiam aliena mala equanimiter tolerat:per benignitatem quoqꝫ bona misericorditer impēdit sua. Unde beatus Job ꝛ patiēter domesticos maledicētes pertulit:et viatores atqꝫ peregrinos apud se benigne suscepit: illis morum exempla tribuēs/istis exteriorū ope cōcurrēs: illis p māsuetudinem non concitus ad irascēdum:istis p misericordiam ad subueniendum paratus. Uir etenī sanctus redēptorem gēis humani p ꝓphetie spiritū intuens/predicamēta quꝫ illi⁹ in opere seruabat:quib⁹ nos admonet:dicēs. Dimittite/et dimittetur vobis:date/et dabit vobis. Dare nāqꝫ ad res ptinet quas exteri⁹ habem⁹:dimittere aūt ad relaxādum dolorem quē interi⁹ ex aliena culpa cōtrahim⁹. Sed sciēdū qꝛ qui dimittit ꝛ non dat:etsi nō plene operat⁹ est/meliorem tñ partē mētis tenuit. Qui aūt dat/et minime dimittit/omnino mīam nullā facit: qꝛ ab oīpotēte deo munus ex manu nō accipit/qđ corde obligato in malitia ꝓfertur. Mūdari etenī debet prius anim⁹ qui elemosynā ꝓbet: qꝛ omne qđ datur deo/ex dātis mente pensatur. Cūcta itaqꝫ malitie macula ab interiori nostro hoīe cogitationis immutatione tergenda est: qꝛ iram iudicis placare nescit oblatio/nisi ex mūditia placeat offerētis. Ubi scriptum est: Respexit deus ad Abel ꝛ ad munera eius: ad Cain aūt ꝛ ad munera ei⁹ non respexit. Neqꝫ etenim sacrum eloquium dicit: Respexit ad munera Abel/et ad Cain munera nō respexit:sed prius ait quia respexit ad Abel:ac deinde subiunxit: Et ad munera eius. Et rursum dicit quia non respexit ad Cain: ac deinde subdidit: Nec ad munera eius. Ex dātis quippe corde id qđ datur accipit. Idcirco nō Abel ex munerib⁹:sꝫ ex Abel munera oblata placuerunt. Prius nāqꝫ ad eū legit dñs respexisse q dabat/ꝗ̄ ad illa que dabat. Unde bene beatus Job dictur⁹ nobis in hospitalitatis grā largitatem suā/prius circa aduersarios ꝓtulit patiētiam ꝛ benignitatem suā:qꝛ de ruina nō exultauit inimici:qꝛ verbis maledictis ꝑsecutores suos nō impetijt/qꝛ seuiētes intrinsecus equanimiter tolerauit:et tunc demū hospitalitatis sue munificētiam ꝓtulit:vt audito scꝫ narrationis eius ordine/discam⁹ qꝛ exteriora munera ex interna cordis mūditia cōdiūtur:vt virtutū ei⁹ cōtextio lectorē doceat/ qualis apđ se esse debeat/cū exteriora bona alijs subministrat. Sed qđ se inter tāta virtutū culmina sanctū esse non crederet: Quia nō vt aliqꝫ ipsis tot meritis temptaretur:vt si qñ vt homo delinqueret/delictū suū hoib⁹ nollet innotesci:et leue esse crederet/si qđ in minimis peccaret:culpāqꝫ suā mallet silētio tegere/ꝗ̄ voce cōfessionis aperire: Sepe nāqꝫ cōtingit vt elat⁹ virtutib⁹ animus/ dum multa bona in estimatione primoꝝ de se spargi cognouerit:agnosci non velit si qđ est qđ reprehensibiliter facit. Quas vꝫ erroris tenebras idcirco mens tolerat: qꝛ cordis oculū tumor grauat. Unde beatus Job inter tot eximia facta virtutū/qui tam summus extitit in operatione/vt demōstraret ꝗ̄ humilis fuerit in mēte ꝓtinus adiūgit: Si abscōdi quasi homo peccatum meum: et celaui in sinu meo iniquitatem meam.

[Margins: A; i. Co.xiij.; Luce.vj.; Gen.iiij.; B; C]

¶ S. Qui quasi homo abscondit peccatum qui ad imitationem primi hominis vel erubescit confiteri qđ malefecit/vel defendit. Capitulum.xiij.

Hec sunt nāqꝫ vere humilitatis testimonia: et iniquitatem suā quēqꝫ cognoscere/et cognitā voce cōfessionis aperire. At cōtra vsitatū humani generis vitiū est:et labendo peccatum cōmittere/ et cōmissum negādo abscōdere/et cōuictum defendēdo multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hoīs hec augmēta nequitie ducimus:ex quo ipsam radicem traxim⁹ culpe. Sic nāqꝫ ille dum lignū vetitū contigisset/abscōdit se a facie domini inter ligna paradisi. In qua abscōsione scꝫ qꝛ deum latere nō poterat: non latēdi effectus describit/sed affect⁹ notat. Qui cū argueretꝛ a dño qꝛ de ligno vetito cōtigisset/illico respōdit: Mulier quā dedisti mihi sociā:ipsa mihi dedit de ligno/et comedi. Ipsa quoqꝫ mulier inquisita respōdit/dicēs. Serpēs decepit me: ꝛ comedi. Ad hoc quippe requisiti fuerant/vt peccatum qđ transgrediēdo cōmiserāt/ confitendo delerent. Unde ꝛ serpens ille persuasor qui non erat reuocādus ad veniā:non est de culpa requisitus. Interrogat⁹ itaqꝫ homo est vbi esset:vt perpetratā culpam respiceret/et cōfitēdo cognosceret ꝗ̄ lōge a cōditoris sui facie abesset. Sed adhibere sibimet vtriqꝫ defensionis solatia/ꝗ̄ confessionis elegerūt. Cūqꝫ excusare peccatū voluit vir per mulierem/mulier per serpētem: auxerūt culpam quam tueri conati sunt:oblique Adam dñm tāgēs/qꝛ ipse peccati eoꝝ auctor extiterit/qui mulierem fecit: et eua culpam ad dñm referēs/q serpentem in paradiso posuisset. Qui cū ore diaboli fallentis audierāt: Eritis sicut dij. qꝛ deo esse si{illegible} in diuinitate nequiuerūt/ad erroris sui cumulum deum sibi facere similem in culpa conati sunt. Sic ergo reatum suū dum defendere molitur:addiderunt:vt culpa eoꝝ atrocior discussa fieret/ꝗ̄ fuerat ꝑpetrata. Unde nunc quꝫ humani gñis rami ex hac adhuc radice amaritudinem trahunt:vt cum de vitio suo quisqꝫ arguitur:sub defensionum v̄ba quasi sub quedam scarboꝝ folia abscōdat:ꝛ velut ad quedam excusationis sue opaca secreta faciem cōditoris fugiat/dum non vult cognosci quod fecit. In qua videlicet occultatione non se dño/sed dñm abscōdit sibi. agit quippe ne oīa videntem videat:non aūt ne ipse videatur. Quocōtra cuiqꝫ peccatori iam exordium illuminationis est humilitas confessionis: qꝛ sibimet ipsi iam parcere renuit/qui malum nō erubescit cōfiteri qđ fecit:et qui defendēdo accusari potuit/accusando se celerrime defendit. Unde ꝛ mortuo lazaro qui mole magna premebatur: nequaꝗ̄ dī Reuiuisce:sed Ueni foras. Ex qua scꝫ resurrectione que gesta ī illi⁹ est corpore signatur qualiter nos resuscitemur in corde:cum videlicet mortuo dī: Ueni foras:vt nimirꝫ homo in peccato suo mortuus/et per molem male cōsuetudinis iam sepultus/qꝛ intra cōsciētiam suam absconsus iacet per nequitiam:a seipso foras exeat per cōfessionem. Mortuo eīn veni foras dī: vt ab excusatione atqꝫ occultatione peccati ad accusationem suam ore ꝓprio exire ꝓuocetur. Unde Dauid ꝓpheta ab illa tanti mortis facinoris reuiuiscēs:ad vocem dñi quasi foras exijt/ dū per Nathan correptus/qđ fecerat accusauit. Quia igitur hec occultationis culpa in humano genere vehementer excreuit:bene beatus Job cū diceret: Si abscōdi peccatum meū/interposuit/Quasi homo. Hominis quippe esse propium conspicit quod ex parētis veteris imitatione descēdit. Ubi apte subditur: Et celaui in sinu meo iniquitatem meam.

[Margins: D; Joan.xi.; E; ij. Re.xij.]

¶ S. Qꝫ ꝑfecte humilitatis indiciū sit peccata ꝛ vltro accusare:et alijs accusantib⁹ nō negare. Capi.xiiij.

Scriptura etenī sacra plerūqꝫ sinū ponere pro mēte cōsueuit:sicut voce ecclie de ꝑsecutorib⁹ nostris/ qui nobis natura quidē coniūcti sunt/ sed vita disiūcti:per psalmistam dī: Redde vicinis nostris septuplum in sinu eoꝝ. Ac si aperte diceret: In mēte sua recipiāt hoc qđ in nostris corporib⁹ seuiētes operantur: vt dum nos exteri⁹ ex parte puniūt/ipsi interi⁹ ꝑfecte puniātur. Quia igitur sinus secretū mētis accipitur:in sinu iniquitatem celare/est hāc in cōsciētie latibulis occultare: nec per confessionem detegere/sed per defensionem velare. Quo cōtra Jacob⁹ dicit: Cōfitemini alterutrū peccata vestra:et orate ꝓ inuicem vt saluemini. Salomon quoqꝫ ait. Qui abscōdit scelera sua/nō dirigetur: q aūt cōfessus fuerit ꝛ dereliquerit ea/mīam cōsequetur. Sed inter hec sciēdum est qꝛ plerīqꝫ hoīes et culpas confitētur/et humiles non sunt. Nam multos nouimus q arguēte nullo/petōres se esse cōfitētur: cū uo de culpa sua fuerint forsitā correpti/defensionis patrocinium querūt/ne petōres esse videātur. Qui si hec cum id sponte dicūt/petōres se esse veraci humilitate cognoscerēt:cū arguūtur ab alijs/esse se qđ confessi fuerāt/non negarēt. Que in re indicia vere confessionis sunt:si cum quisqꝫ se petōrem dicit:id de se dicēti etiā alteri non cōtradicit. Nam qꝛ scriptum est: Iustus in pricipio accusator est sui:non magis petōr/sed iustus videri appetit: cum peccatorem se quisqꝫ nullo arguēte cōfitetur: sꝫ cōfessionis veritatem ꝓbat/cū alter malū qđ fecimus increpat. Qđ si supbe defendim⁹:liquet qꝛ petōres nos ex nobis ficte dicebamus. Unde summopere curādum est vt mala que fecim⁹/et spōte fateamur:et hec alijs arguētibus nō negemus. Supbie quippe vitiū est/vt qđ de se fateri quisqꝫ quasi sua sponte dignatur / hoc sibi dici ab alijs dedignetur. Beatus itaqꝫ Job ꝗ̄te fuerit humilitatis ostēdit/qui se ꝛ inter aduersarios nouerat viuere:

[Margins: Psalm. lxxviij.; F; Jaco.v.; Prouer. xxviij.; G; Prouer. xviij.]

G

et tamen nō verebatur culpas voce cōfessionis aperire. Sed notādum φ superi⁹ virtutes suas loquitur/inferi⁹ peccatum fatetur. Hinc eñ liquido demonstrat φ̄ vera de bonis suis dixerat/qui noluit tacere de malis. Modo virtutes suas indicat/modo culpam: qr et ppetraue rit peccatū et non tacuerit manifestat. Unde certissime apparet quāte mūditie in oipotentis dei oculis fuerit: qui ꝛ vitauit mala ne cōmitteret:et tamen que eū cōmit tere contigit/hoib⁹ non abscōdit:quatenus ei ꝛ iustitie sit gloria declinasse peccatum:et iustitie custodia qđ nō potuit declinare/prodidisse. Videatur vir iste cuilibet magnus in virtutib⁹ suis/mihi certe sublimis apparet etiā in peccatis suis. Mirentur in eo q volūt castitatis cōtinētiam:mirētur integritatem iustitie:mirētur visce ra pietatis: ego in eo non minus admiror confessionem humillimam peccatoꝝ/φ̄ tot sublimia gesta virtutum. Scio enim φ per infirmitatis verecūdiam plerūqꝫ gra uioris est certaminis cōmissa peccata ꝓdere/φ̄ non ad missa vitare:et vnūquodqꝫ malum φ̄uis robustius vite tur/tamen humili⁹ proditur. Beatus ergo Job qui tot magnis operibus fultus cōfiteri culpam nō erubuit/ ostendit in virtutibus φ̄ humilis fuit. Sed qr ex humi litate vera secura semper auctoritas nascitur/vt isto fo ris nil metuat/φ̄uo ad rerum culmina animus per ela tionis desiderium non anhelat/expressa confessione pec cati/recte subiūgitur: [Si expaui ad multitudinem ni miam/et despectio ꝓpinquoꝝ terruit me:et non magis tacui/nec egressus sum ostiū.] Magna est securitas cor

H

dis/nil cōcupiscētis habere secularis. Nam si ad terre na adipiscēda cor inhiat/securū tranquillūqꝫ esse nulla tenus potest:qr aut nō habita cōcupiscit vt habeat: aut adepta metuit ne amittat:et dū in aduersis sperat ꝓspe ra/in ꝓsperis formidat aduersa:huc illucqꝫ quasi qbus dam fluctib⁹ voluit:ac per modos varios reꝝ alternan tium mutabilitate versatur. Capitulum xv.

Si vero semel in appetitione supne patrie for ti stabilitate anim⁹ figitur:minus rerum tēpo ralium perturbatione vexatur. A cūctis qppe externis motib⁹ eādem intentionem suā quasi quēdam secretissimum secessum petit: ibiqꝫ incōmutabiliter in herēs/et mutabilia cūcta transcēdēs/ipa iam tranquil litate quietis sue in mundo extra mūdum est. Excedit ꝓfecto ima oia intentione summoꝝ:et cūctis reb⁹ quas non appetit/libertate quadā se supesse sentit:nec tēpesta tem reꝝ tēporalium intus sustinet/quā intuetur foris: qr terrena oia que cōcupita opprimere mētem poterāt/ despecta subter iacēt. Unde bene per ꝓphetam dicitur:

Hiere. xxxi.

Statue tibi speculam. vt dum quisqꝫ speculat summa/su pereminent infimis. Hinc etiam Abacuc dicit: Sup cu

Abacuc. ij.

stodiam meā stabo. Stat quippe super custodiam suā/ qui per solertiā discipline/terrenis desiderijs non succū bit/sed supeminet:vt dum semper stantem appetit eter nitatem/infra se fit ei omne qđ transit. Tn qr sanct⁹ vir quātalibet virtute ꝓfecerit/eū in hac vita positū adhuc extrinsecus carnis infirmitas premit (vnde scriptū est:

Ps. xxxviij.

Et si in imagine dei ambulet homo/tn vane conturba tur) plerūqꝫ agit vt ꝛ turbet exteri⁹/ꝛ imperturbabilis duret interi⁹:et qđ vane cōturbari potest/de infirmitate carnis sit: φ̄uis in imagine dei ambulet de virtute men tis:quatenus ꝛ roboretur intus diuino adiutorio:et ta men adhuc foris sarcina premat humana. Unde bene Abacuc iteꝝ vnā sententiam ꝓtulit ad vtraqꝫ seruientem. Ait enim. Et introiuit tremor in ossa mea:et subtus me

I

turbata est virt⁹ mea. Acsi diceret: Non mea virtus est in qua superi⁹ raptus imperturbabilis maneo:sed mee infirmitatis est/in qua inferi⁹ turbor. Ipse ergo super se imꝑturbabilis est:ipse sub se ꝑturbabilis:qr sup se a scē derat/inq̄tum rapiebat ad summa:et sub semetipso erat/ inq̄tum adhuc reliquias trahebat in infima. Ipse sup se imperturbabilis est:qr I dei iam cōtēplationem transie rat. Ipse sub se ꝑturbabilis:qr sub semetipso adhuc in firmus homo remanebat. Huic sententie Dauid ꝓpheta

Ps. cxv.

concinēs ait. Ego dixi in excessu mentis mee:ois homo mēdax. Cui respōderi potest: Si ois/et tu. Falsaqꝫ iam erit sententia quam mendax ipe ꝓtulit. Si vo ipse non est mēdax/vera iam sententia non erit:qr eū tu verax es/ non ois homo cognoscitur mendax. Sed notandum est φ premisit:Ego dixi in excessu mētis mee. Per excessum ergo mentis etiam semetipm transijt/cum de hoīs

K

qualitate definiuit. Ac si patēter dicat: De falsitate oim hoim inde verā sententiam ꝓtuli/vnde ego ipse sup hoiem fui. Intātum ꝗ ꝛ ipe mendax inq̄tum homo: intātum autem oino non mēdax/inq̄tum per excessum mētis su per hoiem. Sic itaqꝫ sic perfecti oēs:φ̄uis adhuc aliqd turbulētum de infirmitate carnis tolerāt:iam tn intrin secus tranquillissimo secreto perfruūtur per cōtēplatio nem mētis: vt quicqđ acciderit exteri⁹/in nullo turbet interius. Unde beatus Job securitatem in se esse men tis ostendens: postqꝫ de se tot virtutum predicamenta protulit/hoc qđ premisimus secutus adiunxit.

¶ S. Qr sancti eos non timeāt a quib⁹ nihil expectāt: et contēpti a ꝓximis cum omni patiētia sustinētes/ad contumelias nec verbum reddunt. Capitulum xvj.

Si expaui ad multitudinem nimiam: et despe ctio ꝓpinquoꝝ terruit me:et non magis tacui: nec egressus sum ostium.] Ac si aperti⁹ dicat. Turbatis contra me extrinsecus alijs/ipe in me intrin secus imꝑturbabilis mansi. Quid nāqꝫ I hoc loco ostiū/ nisi os debemus accipere? Per hoc quippe quasi egre dimur/dum verbis quibus possumus secreta nostri cor dis aperimus:et quales intus manemus in conscientia/ tales foras egredimur per linguā. Sunt vo nōnulli qui oino despici metuūt:ac ne viles fortasse iudicētur/sapiē

L

tes videri appetūt. Hi cogūtur ostium egredi:qr pulsā ti cōtumelijs/φ̄ magni apud se lateāt/loquētes denun ciant. Dūqꝫ per impatientiam victi/quedā de se que ne sciebantur produnt/tanqꝫ per oris ostium egrediuntur. Unde beatus Job dicturus φ oris ostium non fuisset egressus/bene premisit/tacui: qr videlicet impatientia turbatus/a domo conscientie exisset/si tacere nescisset.

¶ S. Qr exemplo domini/ibi de doctrina celesti silen dum est vbi auditores non ad edificationem/sed ad cu riositatem conueniunt.

¶ Sācti etenī viri in cōmotionis tētatione semetipsos ostēdere oino refugiūt:et eū audiētib⁹ ꝓdesse nequeūt/ etiā despici tacētes volūt:ne de sapiētie sue ostētatione glorietur. Cūqꝫ aliquid dicūt prudēter:non querūt glo riam suā/sed auditoꝝ vitam. Cum vo cōspiciūt qr audi toꝝ vitā loquēdo lucrari non possunt: tacēdo abscōdūt sciētiā suā. Ad imitādum qppe viā dñi:quasi ad quod dam nobis ꝓpositum signum currim⁹. Ipse eñ qr He rodem vidit nō profectū querere/sed signa vel sciētiam velle mirari: requisitus ab eo tacuit: et qr cōstāter tacuit/ ab eo irrisus exiuit. Scriptum nāqꝫ est. Herodes aūt vi

Lu. xxiij.

so Iesu gauisus est valde:erat eñ cupiēs ex multo tem pore videre eū:eo φ audiret multa de illo:et sperabat si gnum aliqđ videre ab eo fieri. Ubi subditur. Interro

M

gabat aūt illū multis sermonib⁹:at ipe nihil illi respon debat. Tacens vo dñs φ̄ sit despectus ostenditur/cum illic protinus subinfertur. Spreuit aūt illum Herodes cū exercitu suo/et illusit. Qđ videlicet factum oportet nos audientes discere: vt quotiēs auditores nostri/no stra volūt quasi laudāda cognoscere:non aūt sua pueꝛsa mutare:oino taceam⁹:ne si ostētationis studio verbum dei loquimur/et illoꝝ culpa que erat/esse non desinat:et nostra que non erat/fiat. Capitulum xvij.

Dicat fortasse aliqs: Unde nouimus quo cor de qs audiat? Sed multa sunt que audiētis animum produnt:maxime si auditores nostri et semp laudāt qđ audiūt:et nunqꝫ qđ laudāt sequūtur. Hāc inanem loquēdi gloriā predicator egregi⁹ fugerat

ij. Cor. ij.

cū dicebat: Non eñ sumus sicut plurimi/adulterantes verbū dei/sed ex sinceritate:sicut ex deo corā deo in xpo loquimur. Adulterari nāqꝫ verbū dei/est aut aliter de illo sentire φ̄ est: aut ex eo non spūales fruct⁹/sed adul terinos fetus querere laudis humane. Ex sinceritate ve ro loqui est/nil in eloquio extra φ̄ oporteat querere. Si cut ex deo aūt loquitur/qui scit nō se a se habere/sed ex deo accepisse qđ dicit. Coram deo vo loquit/qui I omni qđ dicit:non humanos fauores appetit/sed oipotentis dei presentie intēdit:non suam/sed auctoris gloriam re quirit. Qui aūt scit quidem ex deo se accepisse quod di cit:et tamen dicēdo ꝓpriam gloriam querit:sicut ex deo loquitur/sed non coram deo:qr eum quem cordi suo nō proponit cum predicat/quasi absentem putat. Sed san cti viri ex deo loquuntur et coram deo: quia ab eo se sci

A unt habere quod dicūt: et ipsum suis sermonibus adesse iudicē adiutorēq; cōsiderant. Unde fit vt cum se a proximis despici agnoscunt / suaq; dicta vite audientium non prodesse / abscondant que virtutis sint: ne si secretū cordis inutiliter sermo prolatus aperiat / ad inanē gloriam prorūpat. Beatus igitur iob inter obstinatas mētes non appetens ex virtutis sue patefactione clarescere / ait: Si despectio propinquorū terruit me / et non magis tacui: nec egressus sum ostium. Qui enī per humilitatem solidus / nequaq; despici timuit: hunc vt foras lingua eijceret / impatientia non cuicit. Ubi bene premittitur. Si expaui ad multitudinē nimiā: vt cuius constātie fuerit agnoscatur: quia videlicet nequaq; terret exterius numerus hominum: quem non deuastat interius turba vitiorum. In hac etenim vita qui nulla prospera appetit / nulla procuidubio aduersa pertimescit. Que scz vba si ad intellectū mysticum ptrahim⁹ / i eis citius operationē nostri redēptoris inuenim⁹. Ipse quippe ad multitudinem nimiā nō expauit / q persecutores suos cum gladijs et fustibus venientes / vna tm̄ iussiōe perculit / dicens: Ego sum. Ipsum despectio propinquorum nō terruit: qui nos ab eternis supplicijs liberās / palmas in facie equanimiter accepit. Ipse tacuit / et ostium egressus non est: qui sub ipsa iam hora passionis cū humanitatis

B infirma pateret / diuinitatis potentiam exercere noluit. Mediatori quippe dei et hominū quasi egredi ostiū fuisset: si cum teneretur vt homo / maiestatis sue potētiā voluisset ostēdere: et per diuinitatis magnitudinem / susce-

f. Cor. ij. pte carnis infirma transire. Ut enim apertus homo mori posset / de⁹ mālit occulr⁹: q si cognouissent / nunq; dominū glorie crucifixissent. Non est ergo egressus ostiū: qui et requisitus a pilato tacuit: atq; inter persecutorum manus et corpus passioni obtulit / qd pro electis assumpserat: et resistētibus noluit demōstrare quod erat. Un-

Psalm. lxxxvij. de etiā p psalmistā dicit: Posuerūt me i abominationē sibi: tradit⁹ sum / et non egrediebar. Cū enī despiceret quī hō videbat / egressus esset: si occultā maiestatē suā ostētare voluisset. Sed q infirmitatē pdidit / potētiā abscondit: in eo q persecutoribus suis incognitus mansit / ad eos minime exiuit. Qui tn̄ ad electos exit: q diuinitatis sue suauitatem querētib⁹ aperit. Unde et per pphetam

Abac. iij. dicit. Existi in salutem populi tui: vt saluos facias christos tuos. Sequitur:

¶ S. Qz efficaciores voces in auribus dei habeāt desideria sancta / q verba clamorosa. Capim. xviij.

Quis mihi tribuat adiutorem / vt desiderium meum oipotēs audiat?] Sanctus vir postq; tot virtutum suaꝝ sublimia gesta narrauit: sciens q suis meritis ad summa puenire nequeat / adiu-

C torem querit. Et quē nimirū: nisi vnigenitum dei filium cōtēplatur / qui humanā naturam in hac mortalitate laborātem dū suscepit adiuuit? Ipse quippe adiuuit hoiem factus homo: vt q puro homini via redeundi non patebat ad deū: via redeūdi fieret per hoiem deum. Longe quippe distabamus a iusto et immortali / nos mortales et iniusti. Sed inter et immortalem iustum et nos mortales iniustos apparuit mediator dei et hoim mortalis et iustus: q et mortē haberet cū hoib⁹ / et iustitiam cū deo: vt q per ima nostra lōge distabam⁹ a summis: in seipso vno iūgeret ima cū summis: atq; ex eo nobis via redeūdi fieret ad deū / quo summis suis ima nostra copularet. Hūc ḡ beatus Job per totius ecclesie significationem loquēs / mediatorem requirit: q cū dixisset: Quis mihi tribuat adiutorem / apte subdidit: [Ut desideriū meū oipotēs audiat.] Sciebat quippe q ad requiem liberationis eterne / humane preces nisi per aduocatū suū au-

j. Joan. ij. diri non possent. de quo per Johānem apl̄m dr̄: Si quis peccauerit / aduocatum habemus apud patrem Jesum xp̄m iustum: et ipse est ppitiatio p pctis nostris; non pro nostris aūt tm̄ / sed etiā pro toti⁹ mūdi. De quo Paulus

Ro. viij. apl̄s dicit. Christus Jesus q mortuus est p nobis / imo q et resurrexit: q est in dextera dei: q etiā interpellat pro nobis. Unigenito enī filio p hoie interpellare est / apud coeternū patrē seipm̄ hoiem demōstrare. eiq; pro humana natura rogasse / est eādem naturam i diuinitatis sue celsitudine suscepisse. Interpellat igitur pro nobis dn̄s non voce / sed miseratione: q qd dānari in electis noluit suscipiēdo liberauit. Adiutor ḡ queritur vt desiderium exaudiatur: q nisi pro nobis interpellatio mediatoris

D intercederet / ab aure dei pcul dubio nostraꝝ precū voces silerēt. Notādum ḡq; est / q nequaq; dicitur preces:

Uera postulatio non est in oris vocib⁹: sz in cordis cogitationib⁹: nam desideriū omipotēs audit.

sed desideriū meū oipotēs audiat. Uera quippe postulatio non in oris est vocibus / sed in cogitationibus cordis. Ualentiores nāq; voces apud secretissimas aures dei non faciūt vba nostra / sed desideria. Eternam etenī vitā si ore petimus / nec tn̄ corde desideramus / clamantes tacemus. Si vo desideramus ex corde / etiam cum ore cōticescim⁹ / tacētes clamam⁹. Hinc est q in eremo populus vocib⁹ perstrepit: et Moyses a strepitu vboꝝ tacet: et tn̄ silens aure diuine pietatis auditur / cui dicitur: Quid clamas ad me? Intus ḡ in desiderio est clamor secretus / qui ad humanas aures nō peruenit: et tamen auditum cōditoris replet. Hinc est q Anna ad tēplum pergens: ore quidem tacuit / et tn̄ tot sui desiderij

Mat. vj. voces emisit. Hinc in euāgelio dn̄s dicit: Intra in cubiculum tuū / et clauso ostio tuo ora patrē tuū in abscōdito: et pater tuus q videt in abscōdito / reddet tibi. Clauso quippe ostio petit in cubiculo: qui tacēte ore in cōspectu supne pietatis fundit affectū mētis. Et vox auditur in abscōdito / cū per sancta desideria silenter clamatur.

Psā. ix. Unde recte ḡq; per psalm̄. dr̄: Desiderium pauperū exaudiuit dn̄s: preparationē cordis eoꝝ audiuit auris tua. Sed beatus Job quē sibi in exaudiēdo desiderio adiutorem q̄rat / subiūctis vbis aperit dicēs. Capm̄. xix.

E Et librum scribat ipse qui iudicat.] Quia enī timēti adhuc populo lex est transmissa per seruum: diligētib⁹ vero filijs euangelij gratia est collata per dn̄m: qui ad redēptionem nostram veniens / nouum nobis testamētum cōdidit: sed de eiusdem noui testamēti mādato discutiēs / quāq; etiā iudex venit: necessarium non est vt per expositionem clarescat: q librū scri-

Joā. v. bit ipse qui iudicat. Ipsa enī per se veritas dicit: Pater non iudicat quēq;: sed omne iudicium dedit filio. Erit ergo tūc auctor iudicij / qui nūc est cōditor libri: vt tūc districtus exigat / qd modo mansuetus iubet. Sic nāq; quotidie conspicimus q magistri pueris elemēta litterarum blandiētes imponūt: sed hec ab eis seuiētes exigunt: et que dant cum mansuetudine / cū verbere requirunt. Blanda nāq; nūc sonant eloquij diuini mandata: sed erūt aspera in exactione sentētia. Mansueta modo est admonitio vocātis; sed tūc districta ventura est iustitia iudicis: eo q certum est q nihil vel minimi mādati sine discussione pertereat. Quo videlicet pstat / q librū scripsit ipse qui iudicat. Quem scz librum noui testamēti / q ipse per se humani generis redēptor in extremo cō-

Ezech. ix. deret; bene Ezechiel ppheta denūciat / dicēs: Ecce sex viri veniebāt de via porte superioris q respicit ad aquilonem: et vniuscuiusq; vas interitus in manu eius. Uir quoq; vnus in medio eoꝝ vestitus lineis / et atramentarium scriptoris ad renes eius. Quid nāq; aliud in sex viris venientib⁹ / nisi sex etates humani generis designent?

F Qui de via porte superioris veniūt: q a conditione paradisi sicut ab ingressu mūdi a superiorib⁹ generationibus euoluūtur. Que porta ad aquilonem respicit: q veq; mens humani generis vitijs aperta / nisi calorem charitatis deserēs / torporem mētis appeteret: ad hāc mortalitatis latitudinē non exijsset. Et vniuscuiusq; vas interitus in manu ei⁹: q vnaquaq; gnatio singulis quibusq; etatib⁹ euoluta / ante redēptoris aduētum in sua operatione habuit / vñ penā dānationis sumpsit. Uir ḡq; vn⁹ in medio eoꝝ vestit⁹ lineis: q redēptor noster etiam de sacerdotali tribu iuxta carnē parētes habere dignat⁹ / vestitus lineis venire phibet. Uel certe q linū de terra: non aūt sicut lana de corruptibili carne nascit: q indumētum sui corporis ex matre virgine / non aūt ex corruptione cōmixtionis sumpsit: pfecto ad nos vestitus lineis venit. Et atramētarium scriptoris ad renes eius. In renibus posterior corporis pars est. Et q ipse dn̄s postq; pro nobis mortuus est / et resurrexit et ascēdit i celum: tunc testamētum nouum per aplos scripsit: vir iste atramētarium ad renes habuit. Qui enī scripturam testamenti noui postq; decessit condidit / atramentarium quasi a tergo portauit. Hoc ergo atramētarium viro lineis vestito inherere considerat / qui dicit: Et librū scribat ipse qui iudicat. Sed cur beate Job ab eo q iudex est / librum scribi desideres? Sequitur.

G ¶ Qđ noui testamẽti librũ antiqui sancti legere desiderabãt: i quo est ꝛ doctrina pfectoꝝ opeꝝ/et certitudo pmij post cõpletionem preceptoꝝ. Capim.xx.

Ut in humero meo portem illũ: ꝛ circũdẽ illũ quasi coronã mihi.] Librũ quippe i humero portare/est scripturã sacrã operãdo pficere. Et notandum φ ordinate describit et prius in humero portare: ꝛ postmodũ sicut corona circũdari: qꝛ vez sacri eloquij mãdata/si modo bene portãtur in opere/post nobis coronam victorie exhibent in retributione. Beatus aũt Job cur scribi librũ a iudice postulat: atq ad testamẽti noui pueniret tpa non valebat? Sed sicut sepe iam dictum est/electoꝝ vocib⁹ vtit: atq ex eoꝝ significatione postulat/qđ profuturũ eis p oia preuidebat. Ipse nãqꝫ p spiritũ hunc apud se librũ iam dudũ tenebat/quẽ per grãm aspirationis acceperat ꝛ viuẽdo cognoscere/et pviuẽdo nũciare. Sed inter hec sciẽdum est: qꝛ cũ eiusdẽ sacri eloquij precepta cogitam⁹: cũqꝫ mẽtem a vite corruptibilis amore diuertim⁹/quasi quibusdã cordis passibus ad interiora pperam⁹. Nemo aũt infima deserẽs/repẽte fit sũmus: qꝛ ad obtinẽdum pfectionis meritum dũ quotidie mẽs in altũ ducit/ad hoc pcul dubio velut ascẽsionis cuiusdã gradibus puenit. Unde hic φꝫ apte

H subiũgitur: [Per singlos grad⁹ meos pnũciabo illũ.] De his quippe meritoꝝ gradib⁹ per psalm. dr: Ambulabũt de virtute in virtutẽ. De his iteꝝ sanctã ecctiam cõtẽplatus ait: Deus in gradib⁹ ei⁹ dinoscet dũ suscipiet eam. Neqꝫ eñ (sicut dictũ est) repẽte ad sũma puenitur: sed ad virtutũ celsitudinẽ p incremẽta mẽs ducit. Hinc nãqꝫ est φ pphera idem iteꝝ dicit: Exercitatus sum/et defecit paulisper spũs meus. Quid est itaqꝫ qđ ait: spũs me⁹/nisi spũs hoīs: vez spũs elationis? Et qꝛ per occultam grãm ad amorẽ dei tẽperata desup mensura pficimus: qꝛ tanto in nobis quotidie de dei spũ virt⁹ crescit/tãto noster spũs deficit. Qui spũs erroris qꝛ nõ a nobis subito penit⁹ amputat: bene paulisper defecisse phibet. Tũc ꝟo in deo plene pficim⁹/cũ a nobisipsis funditus defecerimus. Hec itaqꝫ crescẽtium mensure virtutũ/sancti viri vocib⁹ gradus dicitur. Electus etenĩ qꝫqꝫ a rudimentis sui pus teneritudine inchoãs/ad robusta postmodum et fortia cõualescit. Qđ aperte in euãgelio demõstrat ve-

(Psalm. lxxxiij.)

(Mar. iiij.)

ritas dicens: Sic est regnũ dei quẽadmodũ si iactet homo semẽtem in terram/et dormiat: et resurgat nocte ac die/et semen germinet: et increscat dũ nescit ille. Cuius nimiꝝ seminis incremẽta denũciãs adiũgit: Ultro eñ terra fructificat primũ herbã/deinde spicã/deinde plenum frumẽtũ in spica. Cuius pfectus quoqꝫ etiã finem subrogat/dicẽs: Et cũ ex se pduxerit fruct⁹/statim mittit falcem: qꝛ venit tẽp⁹ messis. Ecce veritatis voce per qualitates frugũ: distincta sunt incremẽta meritorum. Ait eñ: Primum herbã/deinde spicã/deinde plenũ frumẽtũ in spica. An non herba adhuc tũc fuerat Petrus/cũ ab ancille ore subito vnius flatu sermonis infiex⁹ est: iam qđẽ per deuotionẽ viridis sed adhuc per infirmitatem tener? Plenũ ꝟo frumẽtũ in spica iuuẽt⁹ est/qñ persequẽtib⁹ principib⁹ resistebat/dicẽs. Obedire oportet magis deo φ hoīb⁹. Plenũ ꝟo frumẽtũ in spica inuẽt⁹ est/qñ in tritura pcussiõis tot ꝟbera ptulit: et tñ neqꝫ paleaꝝ more imminut⁹ est: sꝫ granũ integrũ mãsit. Paulisper qppe i vnaquaqꝫ aia (vt ita dicã) infne grẽ humor exuberat: vt herba in frugem crescat. Nemo ꝗ quẽlibet primũ cũ adhuc herbã videt/de frumẽto desperet. Ab herbaꝝ quippe folijs que huc illucqꝫ molliter defluunt/surgẽtis frugũ granis solidãtur. Capim.xxi.

(Marci xiiij.)

I

(Act. v.)

Bene aũt Daniel pphera loquẽte ad se dño/dispositionem nobis sui corporis insinuare studuit: hec meritoꝝ incremẽta signauit. Ait eñ. Audiui vocẽ verboꝝ ei⁹: et audiẽs iacebam cõsternat⁹ sup faciẽ meã: vultusqꝫ me⁹ herebat terre. Et ecce man⁹ tetigit me: et erexit me sup genua mea/et sup articulos manuũ meaꝝ: et dixit ad me. Daniel vir desiderioꝝ/intellige ꝟba que ego loquor ad te: et sta in gradu tuo: nũc eñ missus sum ad te. Cũqꝫ dixisset mihi sermonem istũ/steti tremẽs: et ait ad me: Noli metuere. Quam vez positionem sui corporis dum ꝟba intrinsecus loquẽtis audiret: nequaqꝫ nobis tãta cura exp̃meret/si a mysterijs vacare cognouisset. In scriptura eñ sacra iusti viri non solum qđ dicũt pphetia est/sed etiam pleruꝫqꝫ qđ agũt.

(Dan. x.)

Uir itaqꝫ sanctus internis mysterijs plenus/per positionem quoqꝫ corporis exp̃imit virtutem vocis: et per hoc φ primum i terra prostratus iacuit: ac per hoc φ se postmodum in manuum suaꝝ articulis ꝛ genib⁹ erexit: per hoc qđ ad extremum erectus quidem sed tremẽs cõsistit: in semetipso nobis oẽm ordinem nostri profectus innotescit. Uerba eñ dei in terra iacentes audimus/cũ in peccatis positi/terrene pollutioni coniuncti/sanctoꝝ voce spiritualia precepta cognoscimus. Ad que precepta quasi super genua ꝛ super manuum nostrarum articulos erigimur: quia a terrenis contagijs recedentes/quasi iam ab infimis ventrem leuamus. Sicut enim totus terre inheret qui consternatus iacet: ita qui in genibus ꝛ manuum suarum articulis incuruatur/inchoãte profectu ex magna iam parte a terra suspẽditur. Ad extremum vero voci dñice erecti quidem/sed trementes assistimus: cum a terrenis desiderijs pfecte subleuati: ꝟba dei quo plenius cognoscimus/plus timemus. Adhuc enim quasi in terra iacet/qui ad celestia erigi terrenorum desiderijs negligit. Quasi subleuat⁹ autem adhuc manibus ꝛ genibus incũbit: qui quedam iam contagia deserit/sed quibusdam adhuc terrenis operibus non cõtradicit. Jam vero ad verba dei erectus assistit/qui perfecte mentem ad sublimia erigit: et per immũda

K

desideria incuruari contẽnit. Bene autem tremẽtem se stetisse indicat: qꝛ examen subtilitatis interne quo plus ad illud proficitur/ampli⁹ formidatur. Ubi apte diuina voce subiungitur: Noli metuere: qꝛ cum plus ipsi qđ timeam⁹ agnoscimus/plus nobis de deo per internam gratiam infunditur qđ amemus: quatenus ꝛ cõtẽptus noster paulisper transeat in timorem: et timor transeat in charitatem: vt qꝛ querẽti nos deo per cõtẽptum restitimus/per timorem fugimus: et cõtẽptu qꝫqꝫ et timore postposito/solo ei amore iũgamur. Paulisper eñ etiam timorem ei⁹ discimus/cui⁹ soli⁹ dilectioni inheremus. Appositis igitur quasi quibusdam gradib⁹ pfectus nostri/mentis pedem prius per timorem in imo ponimus: et postmodũ per charitatẽ ad alta amoris leuamus: vt ab eo quo quisqꝫ tumet/reprimat: vt timeat: et ab eo qđ iam metuit/subleuet: vt presumat. Hos aũt virtutũ gradus nõ magni laboris est prendere: cũ ab vna ad alterã transitur. Sed subtilissima disputatione res indiget/cũ mens pensare nititur/in vna eadẽqꝫ virtute quib⁹ profectus sui gradibus eleuetur. Ut eñ prima elemẽta virtutum/fidem scꝫ et sapientiam loquer: obtineri singula perfecte nequeunt: nisi ad hec distinctis ordinatisqꝫ modis quasi quibusdam gradibus ascendamus. Ipsa eñ fides que ad bona alta perfecte capessenda nos imbuit/pleruꝫqꝫ in exordijs suis et nutat ꝛ solida est/et iam certissime habet: ꝛ tñ de ei⁹ fiducia adhuc sub dubitatiõe trepidat. Pars nãqꝫ ei⁹ prius accipit/vt in nobis postmodum pfecte cõpleat. Si eñ certo gradu in credentis mẽte non pficeret/requisitus in euãgelio pater sanandi pueri non dixisset: Credo dñe: adiuua incredulitatem meã. Adhuc ꝗ ascẽdebat ad fidem quam iam pceperat: ꝗ vno eodẽqꝫ tempore clamabat se ꝛ iam credere/et adhuc ex incredulitate dubitare. Hinc est etiã φ redẽptori nostro a discipulis dr. Auge nobis fidem. vt que iam accepta p initium fuerat/quasi per augmẽta graduum ad perfectionem veniret. Capitulum.xxij.

L

M

(Nutat et nota et solida certissime habet.)

(Marci.ix.)

Ipsa qꝫqꝫ sapientia ꝗ esse bonoꝝ opeꝝ solet magistra/anhelanti menti per incremẽta tribuit: vt ad eã pcul dubio magni moderaminis gradibus ascẽdat. Qđ bene Ezechiel pphera figurata narratione denũciat/qꝫ de eo viro quẽ in excelso mõte viderat/narrat dicẽs: Mẽsus est cubitos mille/et trãsduxit me p aquã vsqꝫ ad talos. Rursumqꝫ mensus est mille/et trãsduxit me p aquã vsqꝫ ad genua. Et mẽsus ẽ mille/ꝛ trãsduxit me p aquã vsqꝫ ad renes. Et mẽsus est mille/et trãsduxit me p torrẽtẽ/quẽ nõ potui ptrãsire: qm intumuerant aque pfunde torrẽtis/ꝗ non põt transuadari. Quid nãqꝫ millenario numero/nisi collati muneris plenitudo signat? Uir itaqꝫ ꝗ apparuit/mille cubitos metitur: et pphetã p aquas vsqꝫ ad talos ducit: qꝛ redẽptor noster cũ nobis ad se conuersis boni exordij plenitudinem tribuit: dono spũalis sapiẽtie/prima nostri operis vestigia infundit. Aquã quippe vsqꝫ ad talos ventre est iam nos p acceptam sapiẽtiam desiderate rectitudinis

(Ezechie. xlvij.)

A vestigia tenere. Qui rursum mille metitur: et propheta vsq; ad genua per aquā ducitur: quia cum boni operis plenitudo tribuit/ad hoc vsq; nostra sapiētia augetur/ vt in prauo iam actibus minime flectatur. Hinc nāq; p Paulū dicitur: Remissas manus et dissoluta genua eri- gite: et gressus rectos facite pedibus vestris. Aqua ergo ad genua peruenit/cū nos pcepta sapiētia/perfecte ad bo ni operis rectitudinē stringit. Qui iterū metit mille/et ppheta per aquā vsq; ad renes ducit: qz videlicet tunc in nobis plenitudo operis excrescit/quādo in nobis p- cepta sapiētia omnem quoq; inq̄tum est possibile/dele- ctationē carnis extinxerit. Nisi enī carnis delectatio ef- feri in renib⁹/Ps. minime dixisset. Ure renes meos et cor meū. Aqua igit ad renes venit/cū dulcedo sapiētie etiā incētiua carnis interimit: vt ea que vrere mentem pote- rant/delectationis incēdia frigescāt. Qui adhuc mēsus est mille/torrētē videlicet quē ppheta pertransire non potuit/de quo etiā dicit: q̄z intumuerūt aque profūde torrētis/q non pōt trāsuadari. Percepta nāq; pfectio- ne operis/ad cōtemplationē venitur. In qua scz contē- platione dū mens in altū ducit/subleuata videt in deo quia nō pōt penetrare qd videt: et quasi tāgit aquā tor- rentis quā pertrāsire non valet: qz et intuetur speculādo qd libeat: et tū hoc ipm perfecte nō valet intueri quod li- bet. Propheta ergo quandoq; ad aquā peruenit/quam nō pertrāsit: qz ad contēplationē sapiētie cū ad extremū ducimur/ipsa eius immensitas q ex se hoiem subleuat/ ad se humano animo plenā cognitionem negat: vt hanc et tangendo amet: et tamen nequaq̄ ptransiēdo penetret. Beat⁹ igitur Job hec incrementa virtutum/qz distincte hoibus superno munere tribui conspexit/gradus voca uitq̄ per ipsa ascenditur/vt ad celestia obtinenda ve niat. Sacri itaq; libri .i. diuini eloquij memoriā faciēs dicit: Per singulos grad⁹ meos pronūciabo illū: quia nimirū ille ad doctrinam dei veraciter ascēdit/qui ad obtinēdā hanc gradib⁹ sancte operatiōis excreuerit. Et quasi p singulos gradus suos librū pronūciat: qui per- cepisse se eius scientiā nō per verba tm̄modo/sed etiam p opa demonstrat. Unde adhuc subditur. Et quasi pnci pi offerā eū. Oē enim qd offerimus/in manibus tene- mus. Uenieti ergo ad iudiciū principi librū offerre est verba preceptor illius in actione tenuisse. Sequitur.

B (margin, at "Beat⁹ igitur Job"); Heb. xij.; Ps. xxv.

¶ S. Qz aduersus ppositos ecclie terra clamet cū sul- cis suis/quando deesse sibi doctrine seminariū subditi conqueruntur: vel cum eis a prelatis peccati exempla monstrantur. Capitlm. xxiij.

SI aduersum me terra mea clamat: et cum ipsa sulci eius deflent: si fructus eius comedi absq; pecunia/et animā agricolar el⁹ afflixi: pro fru- mento oriatur mihi tribul⁹: et pro hordeo spina.] Quid est clamare terrā: deflere sulcos: et fruct⁹ propios emen- do comedere: Cui vnq̄ necesse est sua emere: Quis cla- mantē audiuit terrā: Quis sulcos deflentes vidit: Et cū sulci terre semp ex terra sint/qd est q pronūciatione distincta et clamasse terra: et sulci eius cū ea deflesse dene- gantur: Cum enī nihil sit aliud sulc⁹ terre q̄ terra/ma- gne distinctionis ratiōe non caret/dū subiūgit: et cum ea sulci eius deflent. Qua videlicet re q ordo histories deficit/sese nobis intellect⁹ mysticus quasi apertis ian- foribus ostendit. Res patēter clamet. Quia rationē lit- tere defecisse cognoscitis/nimirū restat vt ad me sine du- bitatione redeatis. Omnis enī qui vel priuato iure do- mesticam familiā regit: vel p vtilitate cōi fidelibus pre- bibus preest: in hoc q cura regiminis in cōmissis sibi fi- delib⁹ possidet/quid aliud q̄ terrā incolendā tenet: Ad hoc quippe diuina dispēsatione ceteris vnusquisq; pre- ponitur: vt subiectorū anim⁹ quasi subacta terra predi- cationis illi⁹ semine fecundet. Sed terra cōtra possesso- rē clamat: si cōtra eū qui sibi preest/aliquid iniustū vel priuata domus vel sancta ecclesia murmurat. Clamare quippe terrā est/cōtra regētis iniustitiam rationabiliter subiectos dolere. Ubi recte subiūgitur. Et cum ea sulci eius deflent. Terra enī et iā nullis operibus exculta/ple rūq; ad vsum hoīs aliqd alimentum profert: exarata ve ro fruges ad satietatē parit. Et sūt nōnulli q nullo lecti onis † nullo exhortationis vomere pscissi/quedam bo- na/q̄uis minima/tamen ex semetipsis proferūt/quasi terra necdū exarata. Sunt vero nonnulli q ad audien-

C (margin); † Al's lo- cutionis. (margin)

D dum semp atq; retinendum sanctis predicationibus ad meditationib⁹ insertis priori mentis duritia quasi quo- dā lingue vomere scissi/semina exhortationis accipiūt: et fruges boni operis p sulcos voluntarie afflictiōis red- dūt. Sepe vero cōtingit vt hi qui psunt/iniusta aliq̄ fa- ciāt. Neq; vt ipsi subiectis noceāt/qui prodesse debuerāt. Que dū rudes quiq; cōspiciūt/cōmoti contra rectorem murmurāt: nec tamen valde proximis per cōpassionem dolent. Cū vero hi qui iā aratro lectionis attriti sunt atq; ad frugē boni opis exculti/grauari vl' in minimis innocētes aspiciūt: per cōpassionem protin⁹ ad lamēta vertūtur: qz velut sua plāgunt ea que proximi iniuste pa- tiūtur. Perfecti nāq; cū semp de spūalibus moueātur/ tanto sciunt de alienis corporalibus dānis gemiscere/ quāto iā edocti sunt non dolere de suis. Dis ergo q pre- est/si puersa in subditis exercet: cōtra hūc terra clamat/ et sulci deflent: qz cōtra ei⁹ iniustitiā rudes quidē popu- li in murmurationis vocib⁹ erūpūt: sed perfecti quiq; pro prauo ei⁹ opere se in fletib⁹ affligūt: qz̄q; impliti cla- māt/et non dolent: hoc pbationis vite subiecti deflent et tacent. Cū clamāte ergo terra sulcos plangere est/p hoc vnde multitudo fideliū iuste contra rectorē querit: vbe- rioris vite holes ad lamenta puenire. Sulci itaq; et ex terra sunt/et tamen a terre vocabulo distinguūtur: quia hi qui in sancta ecclesia mentē suā labore sancte medita- tiōis excolūt: ceteris fidelib⁹ tāto meliores sunt/quāto p accepta semina fecundiores operū fruges reddūt. Et sunt nōnulli q sanctis plebib⁹ plati/vite quidē stipēdia ex ecclesiastica largitate consequūtur: sed exhortationis ministeria debita non impendunt. Contra quos adhuc exemplum sancti viri recte subiungitur/cum ab eo pro- tinus subinfertur.

E (margin)

¶ S. Qz absq; pecunia fruct⁹ ecclesie comedit qui ec- clesiastica commoda accipiēs/predicationis debitum non impendit.

¶ Si fruct⁹ ei⁹ comedi absq; pecunia. Fruct⁹ etenī ter- re absq; pecunia comedere/est ex ecclesia quidē sumpt⁹ accipere: sed eidē ecclesie predicationis preciū non pbe- re. De qua videlicet pdicatione auctoris voce dr. Opor- tuit te cōmittere pecuniā meā nūmulariis: et veniēs ego recepissem vtiq; qd meū erat cum vsura. Terre igit fru- ctus absq; pecunia comedit: qui ecclesiastica cōmoda ad vsum corporis pcipit: sed exhortationis ministeriū po- pulo nō impēdit. Quid ad hec nos pastores dicimus: q aductum districti iudicis pcurrētes/officiū quidē pre- conis † suscipim⁹: sed alimēta ecclesiastica muti māduca- mus. Exigim⁹ qd nostro debetur corpi: sz nō impēdim⁹ qd subiectorū debem⁹ cordi. Ecce vir sanct⁹ tot in hoc seculo pignorib⁹ obstrictus/inter occupationes innume- ras liber ad studiū pdicationis fuit. Qui fructus terre nunq̄ sine pecunia comedit: qz nimirū subditis verbum bone admonitionis reddidit: a quibus fructū corporee seruitutis accepit. Hoc nāq; debet omnipotēti deo ois qui pest populo/hoc qui multis/hoc qui paucioribus pe- est: vt sic debita ministeria a subditis exigat: q̄ten⁹ subdi- tis ipse etiā qd semp admonitiōis debeat/sollicit⁹ attē- dat. Nos nāq; q sub dispēsatiōe pastoris vicario nobis ministerio fūgimur/sub vno ac vero dño: qd nobis aliud nisi inuicē serui sum⁹: Cū igitur is qui subest/seruit ad obsequium: restat procul dubio vt is q pest/seruiat ad ver- bū. Cū is q subest/iussis obtēperat: oportet vt is q pest curā sollicitudinis ac pietatis īpēdat. Sicq; fit vt dum studiose nūc seruire nobis inuicē per charitatē nitimur quādoq; cum vero dño cōi exultatione dñemur. Cap. xxiiij.

Wat. xxv. (margin); † Al's pre- dicatiōis. (margin); F (margin)

SEd sunt nōnulli q in eo q officiū pdicationis exhibent: aliis inuidēt bonum qd habent: atq; ideo id veraciter non habēt. Quibus recte per Jacobū dicit. Qz si zelū amarū habetis inter vos: et cō- tetiones sunt in cordibus vestris: nō est ista sapiētia de- sursum descēdens/sed terrena/aialis/diabolica. Unde hic quoq; cū dictū est: Si fruct⁹ ei⁹ comedi absq; pecu- nia: recte subiūgit. Et aiam agricolar ei⁹ afflixi. Agri- cole quippe hui⁹ terre sunt hi q minori loco positi: quo valent zelo quanto possunt opere/ad eruditionē sancte ecclesie in pdicationis gratia cooperātur. Quos videli- cet terre hui⁹ agricolas hoc est nō affligere: eorū labori- bus nō inuidere: ne rector ecclesie dū soli sibi ius predi- cationis vendicat/etiā aliis recte pdicantib⁹ inuidis

Jaco. iij. (margin)

G se mordente contradicat. Pia etenī pastoꝝ mens q̄ nō propriam gloriam sed auctoris querit: ab oībus vult adiuuari q̄d agit. Fidelis nāq; predicator optat / si fieri valeat / vt veritatem quam solus loqui non sufficit / ora cunctorum sonent. Unde cum Josue duobus in castris remanentibus atq; prophetantibus vellet obsistere: re= cte per Moysen dicit: Quid emularis p me? Quis tri= buat vt oīs populus prophetet / et det eis dn̄s spiritum suum? Prophetare quippe oēs voluit: qui bonū q̄d ha= buit / alijs non inuidit. Quia igitur beatus Job cuncta hec suspensis intulit: et si ea minime fecerit / sententia se maledictionis astringit: sequitur.

Num. xi.

¶ S. Q̄z contra negligentes prepositos non inmerito a subditis murmuratur.

¶ Pro frumento oriatur mihi tribulus: et pro hordeo spina. Ac si aperte dicat. Si iniustum quid erga subdi tos gessi: si exegi debita: t ipse q̄d debui nō impēdi: si ex= ercitatione boni operis alijs inuidi: pro bonis q̄ in eter nū reficiunt / tribuatur mihi in iudicio mala q̄ pungūt. Pro frumēto quippe tribulus / t pro hordeo spina orit / cum i retributiōe vltima / de qua remuneratio laboris queritur / punctio doloris inuenitur. Et notādum q̄ si= cut a frumento hordeū distat: quia vtrūq; reficiat / sic a tribulo spina: quia sit vtrūq; q̄d pungat: quia tribulus mollior / et ad pungendum semper durior est spina. Ait ergo: Pro frumento oriatur mihi tribulus / et pro hor= deo spina. Ac si patenter dicat: Egisse quidem t magna me bona et minima scio. sed si non ita est: pro bonis ma= gnis mala minima: t pro bonis minimis mihi respōde= ant mala maiora. Quis hoc intelligi et aliter pot. In frumento quippe spirituale opus quod mentē reficit: in hordeo autē terrenarum rerum dispēsatio figurat. In qua sepe dū seruire infirmis atq; carnalibus cogimur / quasi sua iumentis alimenta preparamus: atq; ipse no= strorum vsus operum quasi more hordei habet aliquid de admixtione palearū. Et plerūq; contingit vt rector qui preest / dū iniusta ɔtra subditos exercet / dum nullo bonos blandimēto refouet / dū (q̄d grauius est) bene ope= rantes quosq; ex inuidia affligit: etiam q̄dam bona ali= quādo faciat / ac si frumentū serat: seseq; in dispēsandis terrenis rebus nonnūq; in auaritie studio / pro vtilitate carnalium misceat: t sic eiusdem laboris fructum velut messem hordei expectet. Sed subiecti quiq; pro eo q̄ in maximis grauātur / gaudere in eius bonis minimis ne= queūt: q̄ nec h̄ op⁹ corā deo placet q̄d alteri⁹ operis in= iustitia polluit: nec ipsa terrenarū rerū dispēsatio p vti= litate subditorū suscipi creditur / quādo is qui p̄est / an= helare per auaritiā videt. Unde fit vt ad ipsa etiā pau= ca bona que fieri inter multa mala considerant: nō lau= des / sed gemit⁹ reddant: atq; infirmātes murmurēt / dū perpendunt puri operis nō esse q̄d vident. Ait ergo. Si aduersum me terra mea clamat / et cū ipsa sulci eius de= flent: si fruct⁹ eius comedi absq; pecunia / t animā agri= colarū eius afflixi: pro frumento oriatur mihi tribul⁹ / t pro hordeo spina. Ac si aperte dicat. Si magna que de= bui / sollicite nō feci: p̄ctiones murmuris a subiectis re= cipiam / etiā de bono q̄d feci. Si neglexi exhibere q̄d fo= ret / iuste in querelā prosiliēs eorum lingua me pūgat. Qua in re semp sollicita cōsideratione pēsandum est / ne aut hi qui p̄sunt / exempla mali operis subiectis p̄beant: eorūq; vitā sue gladio prauitatis extinguāt: aut hi qui alieno regimini subiacent / facile iudicare audeāt facta rectoꝝ: atq; p hoc q̄d de his qui sibi prelati sūt / murmu= rant: nō humano / sed ei qui cūcta disponit / diuino ordi= ni contradicāt. Illis nāq; dr: Oues mee his q̄ cōculca= ta pedib⁹ vestris fuerāt pascebant: t q̄ pedes vestri tur= bauerāt / hec bibebāt. Oues em̄ turbata pedib⁹ bibunt: cū subiecti ea ad exemplū viuendi appetūt / q̄ p̄lati q̄q; prauo opere puertunt. At ɔtra a p̄latis hi audiūt: Nos em̄ quid sum⁹? Nec ɔtra nos est murmur vestrū / s; ɔtra dn̄m. Qui em̄ ɔ suppositā sibi p̄tātē murmurat: liquet q̄ illū redarguit q̄ candē hoi p̄tātem dedit. ¶ Tādē bea= ti Job plenas mystica virtute sntās / in q̄b⁹ ɔtra amicoꝝ ꝟba rn̄dit / deo largiēte digessim⁹: nūc supest vt ad helic ꝟba veniam⁹: q̄ tanto grauiori circūspectione pēsanda sunt / q̄to t p iuuētute audaciā spū feruētiore p̄ferunt.

I

Eze. xxxiiij.

¶ Finit Liber. xxij. Moraliū sancti Gregorij: totius operis pars quarta.

¶ Sequit' Totius operis pars quinta: in qua incipit liber beati Gregorij Uicesimustertius expositionis Moralis. Capitulum primū.

K

PRefationē hui⁹ operis totiēs necessario repe= to / quotiēs ad hoc i distictio= ne voluminū locutionis mee pausatione succedo: vt cum le gendi exordiū sumitur / prius ipsa memorie lectionis causa renouetur: t tāto robusti⁹ sur= gat doctrine edificiū / quanto ex considerata cause origine studiosius ponit in mente fundamentū. Beat⁹ Job deo soli sibiq; cognit⁹ / in trā= quillitate ad nostram notitiam perducend⁹ / tactus est verbere: vt odorem suarum virium tanto latius sparge ret / quāto more aromatum melius ex incensione fragra= gret. Nouerat in bonis pie subditos regere: et a malis se districte custodire. Nouerat bene vti rebus habitis: sed nesciebamus si patiens remaneret ablatis. Noue= rat quotidiana deo pro sanis pignoribus sacrificia sol= uere; sed incertum erat si ei gratiarum sacrificiū t orba= tus immolaret. Ne quid ergo vitij salus tegeret / dignū fuit vt hoc dolor aperiret. Data itaq; est cōtra sanctum virum hosti callido tentandi licentia. Qui dū bona ei⁹ multis cognita interimere appetit / etiam bonum patiē tie q̄d latebat ostendit: t quem se angustare persequēdo credidit / flagellis auctum t in exemplo dilatauit. Nec sine graui arte exercuit licentiā quam accepit. Nā cō= bussit greges: extinxit familias: obruit heredes: pcussit sa lutē corporis: t ad intorquēdū grauioris tētatiōis iaculū / linguā seruauit vxoris: quaten⁹ sancti viri forte ac soli= dum pectus t per dāna rerum dolore sterneret: t per ver ba coniugis maledictione pforaret. Sed quot vulnera seuiēs intulit / tot sancto viro nesciēs victorias ministra= uit. Nam fidelis dei famul⁹ vno codēq; tēpore inter vul nera t verba deprehensus: t dolentē carnē eq̄nimiter p= tulit: t desipientē cōiugē prudēter increpauit. Antiqu⁹ itaq; hostis quia vici se in domesticis doluit / protinus exteriora requisiuit. Amicos nāq; ei⁹ de locis singulis quasi p exercēda charitate cōmouit: eorūq; ora sub spe= cie cōsolationis apuit: sed p hec iacula increpationis i= torsit: que eo duri⁹ cor secure audiētis infigerēt / quo in= ter ostensē t non seruate charitatis tenebras improuisa vulnerarent. Post hos quoq; ad cōtumelias etiā heliu iunior excitatur: vt trāquillitatē tante mansuetudinis saltē de dignata leuitas pturbaret etatis. Sed ɔtra tot antiqui hostis machinas stetit inuicta cōstantia: stetit equanimitas infracta. Nam vno codēq; tpe verbis ad= uersantib⁹ opposuit prudentiā / rebus vitā. Nemo igit sanctū virū q̄uis de illo aperte post flagella scriptū sit: In oībus his nō peccauit Job labijs suis: saltē post= modū in contētione amicoꝝ estimet inter verba deliq̄s= se. Sathan q̄ppe tentationē illi⁹ expetijt: sed de⁹ q̄ hunc laudauerat / in seipso eius intētionem certaminis acce= pit. Quisquis ergo beatum Job deliquisse i suis sermo nibus querit / quid aliud q̄ deū qui pro illo pposuit / p= didisse cōfitetur? Quia vero antiqui patres fructiferis arborib⁹ similes / non solū pulchri sunt per speciem / sed etiā vtiles per vbertatem: sic eorū vita pensanda est: vt cū miramur q̄ sit viriditas in historia / inueniam⁹ et quā= ta sit vbertas in allegoria: quaten⁹ cum blandū est q̄d i folijs redolet / cognoscam⁹ et q̄ dulce sit q̄d in fructib⁹ sapit. Nullus q̄ppe supne adoptionis grām habuit / nisi qui hanc per cognitionē vnigeniti accepit. Dignū itaq; est vt ipse in eoꝝ vita et lingua resplēdeat: qui eos vt re= splendere mereātur illustrat. Nā cū in tenebris lucerne lumē accēditur / pri⁹ lucerna eadē que videri cetera effi cit videt. Unde necesse est vt si vere intēdim⁹ illumina= ta cernere / studeam⁹ mentis oculos ad ipm illuminans lumen aperire. Q̄d et in eisdē beati Job sermonib⁹ etiā remotis allegoriaꝝ vmbris / quasi depressis alte noctis tenebris choruscī more pertrāseuntis intermicat / cū di citur: Scio q̄ redēptor me⁹ viuit: t i carne mea videbo deū. Hoc nimirū in nocte historie Paul⁹ lumē inuene= rat / cū dicebat. Oēs in Moyse baptizati sunt / i nube et

L

Antiqu⁹ hosti amicos Job de loci singulis cōmouit.

M

i. Cor. x.

A in mari: et omnes eādem escam spiritualem manducaue runt: et omnes eundem potum spirituale biberunt. Bi bebant autē de spūali / consequente eos petra: petra au tem erat christ⁹. Si igit redēptoris speciē petra tenuit cur non figurā illi⁹ beat⁹ Job insinuet: qui eū quē voce ptulit/etiā passiōe signauit? Unde t non imerito/ Job videlicet dolēs dicit: qz illi⁹ in se imaginē exprimat/ de quo p Esaiā longe ante annūciatur: q dolores nostros ipse portauit. Sciēdum quoqz est/ q redemptor noster vnā se personā cū sancta ecclia quā assumpsit exhibuit. De ipso eni dicit: Qui est caput/christus. Rursumqz de ei⁹ ecclā scriptū est: Et corp⁹ christi/qđ est eccla. Beat⁹ igit Job qui mediatoris typū eo veri⁹ tenuit/quo pas sionē illi⁹ non loquēdo tm̄modo/sed etiā patiendo pro phetauit: cū in dictis factisqz suis expressiōi redēptoris innitit/repēte ad significationē corporis aliquā do deri uatur: vt q christū t ecclesiā vnā personā credimus: hoc etiā vnius persone actibus significari videamus. Uxor vero ei⁹ q eū ad maledicendū puocat/quid aliud qz pra uitatē carnaliū signat: Qui intra sanctam ecclesiā incor rectis morib⁹ positi/eo duri⁹ vitā fideliū/quo vicinius premūt: quia dū vitari a fidelibus qsi fideles nequeūt/ tāto graui⁹ qsto t interius tolerantur. Capl'm.ij.

(Esa. liij. — Ephe. j. — Col. j. — Ordo tē tationis Job breuit cōphēsus.)

B A Mici vero ei⁹ q quasi dū cōsulūt inuehūtur/ hereticoz figurā exprimūt: qui sub specie cō sulendi/agunt negotiū seducēdi. Unde t ad beatū Job dū pro dño verba faciūt/a dño reprobantur: qz videlicet oēs heretici dū deum defendere nituntur/ offendūt. Unde eis apte et ab eodem viro sancto dicit. Disputare cum deo cupio/pri⁹ vos ostendēs fabricato res mēdacij/et cultores peruersorum dogmatū. Cōstat ergo eos hereticoz typū gerere: quos sanct⁹ vir redar guit cultui peruersoz dogmatū deseruire. Quia igitur iob interpretatur dolēs: quo nimirū dolore vel mediato ris passio/vel sancte ecclīe labor exprimit: que multipli ci psentis vite fatigatiōe cruciat: amici quoqz ei⁹ ex vo cabulo noīs meritū sue indicāt actionis. Nā eliphas la tina lingua dicit dei contēptus. Et quid aliud heretici faciūt/nisi q dum falsa de deo sentiūt/eū superbiēdo cō tēnunt? Baldath interpretat vetustas sola. Bene autē oēs heretici in his que de dño loquūtur/ dū nō intētio ne recta/sed appetitiōe tēporalis glorie videri predica tores appetunt/vetustas sola noīantur. Ad loquēdū qp pe non zelo noui hoīs/ sed vite veteris prauitate concit tātur. Sophar quoqz latino sermone dicitur dissipatio specule/vel speculationē dissipās. Mentes nāqz fideliū ad contēplanda superna se erigūt: sed dū hereticoz ver ba puertere recta contēplantes appetūt/speculā dissipa

C re conant. In trib⁹ itaqz amicoz Job noībus/treo he reticis perditionum casus exprimuntur. Nisi eni deum cōtēnerent/nequaqz de illo peruersa sentirēt: t nisi vetu statem cōtraherent/in noue vite intelligētia nō errarēt: et nisi speculationē bonoz destruerēt/nequaqz eos sup na iudicia tā districto examine p verboz suoz culpis re probarent. Contēnendo igitur deū/in vetustate se reti nent: sed in vetustate se retinēdo/prauis suis sermonib⁹ speculatiōi rectoz nocēt. Post hos quoqz heliu iunior in beati Job exprobatione inligitur: ex cui⁹ psona vide licet species quorūdam doctoz fideliū/sed tamen arro gantiū designatur. Cui⁹ verba nō facile itelligim⁹/nisi ea ex subsequenti dnica correptione pēsemus. Ait nāqz de illo dns: Quis est iste inuoluēs sententias sermonib⁹ impitis? Cū vero dicit sententias/sed nō addit protinus quales: vult pculdubio bonas intelligi. Nā cū sentētie nominant/nisi etiā male dicant/male sentiri nō possunt. In bono eni semp snias accipim⁹/q sine reprobationis adiectione ponunt: sicut scriptum est. Sapiētior sibi vi detur piger: septē viris loquentib⁹ snias. Qui vero dicit quia eius sentētie impitis sermonib⁹ inuoluuntur/ hoc summopere ostēdit: qz a deo cū elationis fatuitate p ferunt. Magna quippe in eo impitia est/humiliter dice re nescire qđ dicit: t veritatis sensibus elationis verba

(Prouer. xxvj.)

miscere. Capl'm.iij.

O Mne eni qđ dicitur/quadripticia potest quali tate distingui: si aut mala male/aut bona bene/ aut mala bene/aut bona male dicantur. Male enim ma lum dicit/cū res puersa suadetur: sicut scriptum est: Be nedic deo/t morere. Bonū bene dicit/cum recte recta p dicatur: sicut Joānes ait. Agite penitētiā: appropinqua bit enim regnū celorum. Malū bene dicitur/quādo per os dicentis idcirco vitiū exprimit/vt reprobetur: sicut Paul⁹ ait: Femine eoz immutauerunt naturalē vsum in eum qui est cōtra naturā. Quo loco execranda quoqz vi tioz facinora subdidit: sed honeste inhonesta narrauit: vt multos ad honestatis formā inhonesta narrando re uocaret. Male autē bonū dicitur/cū rectum aliquid re cto studio non profertur: sicut illuminato ceco pharisei dixisse perhibētur: Tu sis discipul⁹ eius. Quod maledi ctiōis vetiqz dixerūt studio/nō orationis voto. Uel sicut cayphas ait. Expedit vnū hoiem mori p populo: vt nō tota gens pereat. Bonū quippe/sz nō bene locutus est: qz dum crudelitatē necis appetit: redemptiōis gratiam pphetauit. Hoc igitur modo heliu quoqz dicere nō be ne bona reprehēditur: qz in his que veraciter loquitur/ arrogant inflatur. Qui in eo speciē arrogantiū signatqz per sensum rectitudinis in tumoris verba se eleuat. Sz qđ est q tres amicos reconciliari per septē sacrificia di uina vox pcipit: heliu vero sub vni⁹ tm̄modo sententie increpatiōe derelinquit: nisi q nōnunqz heretici diuine gratie largitate pfusi/ad vnitatē sancte ecclesie redeūt. Quod bn ipsa amicoz recōciliatione signatur: pro qbus tamen beatus Job exorare precipit: qz nimirum heret coz sacrificia accepta deo esse nō possunt/nisi p eis vni uersalis ecclīe manib⁹ offerantur: vt eius meritis reme diū salutis inueniāt: quā verboz suoz iaculis impugnā do feriebāt. Unde t septē p eis sacrificia memorantur oblata: quia dū septiformis gratie spiritum cōfitētes ac cipiūt/quasi septē oblationib⁹ expiātur. Hinc in Joan nis apocalypsi per septenariū ecclesiaz numerū vniuer salis ecclīa designatur. Hinc p Salomonē de sapientia dicit. Sapiētia edificauit sibi domū: excidit colūnas se ptem. Ipso ergo sacrificioz numero reconciliati hereti ci/quid pri⁹ fuerint exprimūtur: qui pfectioni septifor mis gratie nō nisi redeūdo iūgūtur. Bene autē tauros pro se t arietes obtulisse describūtur. In tauro quippe ceruix superbie/in ariete autē ducatus gregū sequentium designatur. Quid itaqz est pro eis tauros arietesqz ma ctare/nisi eoz superbū ducatum interficere: vt de se hu milia sentiāt: t post se corda innocentiū iā non seducāt? Ceruice enim tumenti ab ecclesie vniuersitate exsilierāt: t infirmos post se populos quasi sequētes greges trahe bāt. Ueniāt igit ad beatū Job. i. reuertant ad ecclesiam: t septenario sacrificio tauros t arietes mactandos offe rāt: qz vt vniuersali ecclesie cōiungātur/humilitate inter ueniente interficiant quicqđ prius tumidū de superbo ducatu sapiebant. Capl'm.iiij.

(Mat. iij. — D — Rom. j. — Joan. ix. — Joan. xj. — Apoca. j. — E — Prouer. ix.)

H Eliu vero p quē vane glorie amatores signa ti sunt/etiā intra sanctā ecclesiā cōstituti (qui ea que recte sentiūt/humiliter pferre cōtēnūt) nequaqz per sacrificiū reconciliari precipit: qz arrogan tes quidē/sed tamē fideles/pro eo q iam intus sunt: per septē sacrificia reuocari nō possunt. Quos tamen sub he liu specie sentētia diuina redarguit: atqz in eis non veri tatis sententias/sz elationis mentē ac verba tumida re prehēdit. Que nimirū reprehēsio quid aliud signat/nisi q eos intra positos superne districtionis increpatio vel per flagellū corrigit: vel per iustū examē sibimetipsis re

F linquit? Tales quippe intra sanctā ecclesiā recta quidem predicāt: sed tamē deo iudice audire merētur aduersa: quia per ea bona que nō ppria pferunt/nō auctoris sui gloriā/sed propriā laudē querunt. Unde hoc quoqz caute pensandum est qđ diuina voce de heliu dicit: Quis est iste? Primo quippe exprobrat lo est talis interrogatio. Nā quis est iste nō dicim⁹: nisi de eo vtiqz quē nescim⁹. Nescire aūt dei/reprobare est. vnde quibusdā quos re probat/in fine dictur⁹ est: Nescio vos vnde sitis: disce dite a me omnes operarij iniquitatis. Quid est ergo de hoc arrogāte requirere quis est iste: nisi apte dicere: Ego arrogantes nescio: id est eorū vitā in sapientie mee vir tute nō approbo: qz laudibus humanis dū inflantur/a vera gloria eterne retributionis euanescūt. Contra eum sententias minime respuit: sed tamen eūipsum qui illas protulit reprehēdit: quasi apte insinuat dicens: Noui q dicit/sz ignoro qui dicit: qz veraciter plata approbo: sz eum qui de bonis q profert extollitur/non agnosco. Ut vero aperti⁹ ostēdamus in elationis iactantia heliu qz

(Luc. xiij.)

G turpiter defluat: formam prius ostendere boni predicatoris debemus: quatenus ex statu huius rectitudinis monstretur aliquando tortitudo quam prauus sit incuruationis. Sancte uniuersalis ecclesie spiritualis quisque predicator in cunctis que dicit/solerti cura se inspicit: ne in eo quod recte predicat/vitio se elationis extollat: ne vita a lingua discordet: ne pace quam in ecclesia annunciat/in seipso dum bene dicit et male viuit amittat. Sed studet summopere contra maledicos rumores aduersantium et defendere loquendo quod viuit: et ornare viuendo quod dicit. Nec in his omnibus suam/sed auctoris gloriam querit: atque omnem sapientie gratiam quam vt loqueretur accepit: non suis se estimat meritis/sed eorum intercessionibus pro quibus loqui accepisse. Sicque dum infra se deijcit/super est: quia sue nimirum magis mercedi proficit: eo quod bona que exercere preualet/alienis meritis reddit. Indignum se omnibus iudicat: etiam cum dignius ceteris viuat. Scit enim quod bona que innotescunt hominibus/sine periculo esse vix possunt. Et quamuis sapientem se esse sentiat: vellet tamen esse sapiens non videri: atque hoc sibi omnimodo quod loquendo proditur pertimescit: et si liceat tacere appetit: dum esse multis tutius silentium cernit: eosque se feliciores putat/quos intra sanctam ecclesiam locus inferior per silentium occultat: et tamen vt sanctam ecclesiam defendat: quasi ad loquendum vi charitatis impellitur: ex necessitate quidem officium locutionis suscipit: sed ex magno desiderio ocium taciturnitatis querit. Hoc seruat voto: illud exercet ministerio. Hanc autem dicendi formulam arrogantes ignorant. Nec enim loquuntur quia cause euenerunt/sed causas venire appetunt vt loquantur. Quorum nunc heliu speciem signat: qui in locutione sua immenso se vitio elationis exaltant. Igitur finitis beati iob sermonibus subditur.

H ¶ Capitulum. xxxij. Textus beati Job.

OMiserunt autem tres viri isti respondere Job/eo quod iustus sibi videretur. Et iratus indignatusque est heliu filius barachel buzites de cognatione ram. Iratus est autem aduersum Job eo quod iustum se esse diceret coram deo. Porro aduersum amicos eius indignatus est/eo quod non inuenissent responsionem rationabilem: sed tantummodo condemnassent iob. Igitur heliu expectauit Job loquentem: eo quod seniores essent qui loquebantur. Cum autem vidisset quod tres respondere non potuissent: iratus est vehementer. Respondensque heliu filius barachel buzites dixit. Iunior sum tempore: vos autem antiquiores. Idcirco demisso capite veritus sum indicare vobis meam sententiam. Sperabam enim quod etas prolixior loqueretur: et annorum multitudo doceret sapientiam.

J Sed vt video spiritus est in hominibus: et inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non sunt longeui sapientes: nec senes intelligunt iudicium. Ideo dicam: audite me: et ostendam vobis etiam ego meam sapientiam. Expectaui enim sermones vestros: audiui prudentiam vestram. Donec disceptaretis sermonibus vestris: et donec putabam vos aliquid dicere/considerabam. Sed vt video/non est qui arguere possit iob: et respondere ex vobis sermonibus eius. Ne forte dicatis inuenimus sapientiam: deus proiecit eum: non homo. Nihil locutus est mihi: et ego non secundum sermones vestros respondebo illi. Extimuerunt nec responderunt vltra: abstuleruntque a se eloquium. Quoniam igitur expectaui: et non sunt locuti: steterunt: nec responderunt vltra: respondebo et ego partem meam: et ostendam scientiam meam. Plenus sum enim sermonibus: et coarctat me spiritus vteri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo/quod laguunculas nouas disrumpit. Loquar et respirabo paululum: aperiam labia mea/et respondebo. Non accipiam personam viri: et deum homini non equabo. Nescio enim quamdiu subsistam: et si post modicum tollat me factor meus.

K ¶ S. Quod nomen heliu et loci et cognationis eius intentionem ipsius denotent. Capitulum. v.

OMiserunt autem tres viri isti respondere iob: eo quod iustus sibi videretur. Hoc quod de eo dicitur/eo quod iustus sibi videretur/sacre huius scriptor historie ad amicorum iudicium retulit: non autem beatum Job de elationis tumore reprobauit. Sequitur. Et iratus indignatusque est heliu filius barachel buzites de cognatione ram. Bene hec sua vel eius/vel parentis/vel loci/vel cognationis nomina nota propria exprimunt actionis. Heliu quippe interpretatum sonat deus meus iste/vel deus dominus. Per quem (sicut superius diximus) designatur recta fides arrogantium intra ecclesiam positorum. Unde his et hoc ipsum eius etiam nomen congruit. Nam quamuis iuxta diuina precepta non viuunt/deum tamen omnium esse recognoscunt: quia in veritate carnis etiam formam deitatis intelligunt: sicut per prophetam dicitur: Scitote quoniam dominus ipse est deus. Barachel vero interpretatum dicitur benedictio dei: buzites autem contemptibilis. Quod arrogantes predicantibus bene vtrumque concordat: quia in predicationis facundia benedictionem quidem gratie diuine percipiunt: sed in elatis suis moribus esse eam contemptibilem ostendunt. Ipsa quippe que acceperunt bona/eo despicabilia faciunt: quo nequaquam eis bene vti nouerunt. Apte autem etiam de cognatione ram dicitur. Ram quippe interpretatur excelsus. Excelsus namque est fidelium populus/qui huius vite infima et abiecta contemnit. Excelsi sunt qui dicere cum Paulo nouerunt: Nostra autem conuersatio in celis est. Heliu itaque de cognatione ram dicitur: quia vnusquisque predicator arrogans intra vniuersalem ecclesiam positus/sanctis populis fidei veritate sociatur: quamuis ab eorum vita elationis prauitate disiungitur. Sequitur.

Hos. xcix. [margin: Ps. xcix.]

L

Phil. iii.

¶ S. Quod sectatores vane glorie/dum se omnibus preferunt/alios nihil scire nec recte viuere iudicant.

¶ Iratus est autem aduersus Job: eo quod iustum se diceret coram deo. Porro aduersus amicos eius indignatus est: eo quod non inuenissent responsionem rationabilem/sed tantummodo condemnassent Job. Solerter intuendum est quod beatum iob ideo reprehendit: quod coram deo se iustum esse dixerit: amicos vero eius ideo redarguit/quod condemnantes eum/responsionem contra illum rationabilem non dederunt. Istis namque indicijs aperte colligitur/quod per eum species amatorum vane glorie designatur. Job quippe de presumpta iustitia/amicos vero eius de stulta responsione redarguit. Cuncti enim vane glorie sectatores/dum se omnibus preferunt/alios quidem de fatuis sensibus/alios autem de indignis meritis reprehendunt. Alios censent nihil scire/alios non bene viuere. Et quamuis iuste deo extra ecclesiam positos praua sentire redarguunt: tamen etiam eos qui intus sunt/pro vite despectu contemnunt: et contra illos ex magnitudine recte sentiendi/contra istos vero quasi ex merito bene viuendi superbiunt. Capitulum. vj.

M

BEne autem heliu modo beatum Job/modo amicos eius increpare perhibetur: quia amatores vane glorie aliquando intra sanctam ecclesiam constituti: et aduersarios premunt dum vera predicant: et eiusdem sancte ecclesie moribus contradicunt/dum de ipsa predicatione gloriantur. Premunt aduersarios virtute dicti: premunt sanctam ecclesiam qualitate dicendi. Illos predicatione veritatis/istam vitio elationis impugnant. Sequitur. Igitur heliu expectauit Job loquentem: eo quod seniores essent qui loquebantur. Cum autem vidisset quod tres respondere non potuissent/iratus est vehementer. Quamuis sancta ecclesia sit procul dubio aduersarijs suis antiquior: quia de illa ipsi/non autem exijt ipsa de illis: sicut de eis per Joannem dicitur: Ex nobis exierunt/sed non erant ex nobis: recte tamen eisdem aduersarijs heliu iunior fuisse describitur: quia nimirum post exorta hereticorum bella/esse intra sanctam ecclesiam fastu scientie inflati arrogantes ceperunt. Cum enim grauiora hostium prodiere certamina/tunc sunt.

A profecto subtiliora sensuum spicula requisita: tūc argumentorum obstacula: tunc perplexe indago verborū. Que sepe viri feruentes ingenio dū cōgrue inueniūt/arroganter intumescunt: et qđ per elationis vitiū plerūq; contingit: hisdem acutis sensibus quib⁹ hostem feriunt/prosternunt: dū in his q̄ recte de deo sentiūt: non dei/sed suā gloriam querunt. Unde heliu quoq; multa quidem recte loquitur: et tū diuina voce ac si peruersa dixerit/increpatur. Cū vero dicit q̄ heliu expectauit iob loquentem/eo q̄ seniores essent qui loquebant: apte beato Job non pro sua/sed p amicoꝝ reuerentia honorē reseruasse mōstratur: quia videlicet arrogātes intra positi eādem sanctā ecclesiam quā defendūt despiciunt: et plerūq; contingit vt plus ingenia male sapiētiū q̄ simplicē vitam innocentium venerentur: pl⁹ reseruent linguas extra loquentiū/q̄ meritis intra positoꝝ: q̄uis viri super diuerso obuiēt/cū et ab illis rectitudine sensuū/et a sancta ecclesia morum prauitate discordent. Sequitur. [Respōdensq; heliu filius barachel buzites dixit. Junior sum tempore: vos aūt antiquiores. Idcirco demisso capite veritus sum indicare vobis meā sentētiam. Sperabam enī q̄ etas prolixior loqueretur: et annorū multitudo doceret sapientiā.] Cuncta hec q̄ ab eo p tumorē supbie p̄feruntur: cursim potꝰ perstringēda sunt/q̄ attentius exponenda. Que eni soliditate grauitatis carēt: expositionis subtilitate nō idigēt. Sz solū puto breuiter insinuā

B dum/q̄ heliu q̄diu p̄ ceteris sue respectu tacuit/sapientior fuit: cū vero in aliqs annoꝝ multitudinē semetipsū preferens despicit/q̄ pueriliter desipiat ostēdit. Nā contra eius sententiam et etas prolixior loquitur/et per annorū multitudinem sapientia docetur: quia etsi longeuitas sensum non prebet: vsum tamen vehementer exercet. Sequitur.

❡ S. Q; quattuor modis arrogantiū tumor dinoscit. Cū aut bonū a seipsis habere se [illegible]rāt: aut a deo sz meritis suis: aut cū se iactant habe[illegible] nō habent/aut cū ex eo quod singulariter sibi habere videntur/ceteros contemnunt.

❡ Sed vt video/spūs est in hominib⁹: et inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.] Hec recte diceret/si eādem intelligētiā sibi pre ceteris nō arrogaret. Neq; eni parua cōdemnatio est ex eo bono qđ cōiter dat̄/puatē gloriari: scire bonū vnde acceperit/et nescire quō bono vti debeat qđ accepit. Capitm. vij.

Arrogantiū tumorum species quattuor. Quattuor quippe sunt species q̄bus omnis tumor arrogantiū demōstratur: cū bonum aut a semetipsis habere se estimant: aut si sibi datum desup credunt: pro suis se hoc accepisse meritis putant: aut certe cū iactant se habere qđ nō habent: aut despectis ceteris singulariter videri appetunt hēre qđ habent. A semetipso enim bonū se habere iactabat: cui per

j. Cor. iiij. apl̄m dr: Quid autem habes qđ nō accepisti? Si autem accepisti/quid gloriaris quasi non acceperis? Rursum

C ne dari nobis bona gratie p nostris precedentib⁹ meritis crederem⁹: idē apl̄s admonet/dicēs: Gratia estis sal

Ephe. ij. uati per fidē: et hoc nō ex vobis/sed dei donū est: non ex operib⁹: vt ne quis glorief. Qui etiam de semetipso ait:

j. Timo. j. Qui prius fui blasphem⁹ et persecutor et contumeliosus: sed misericordiā cōsecut⁹ sum. Quib⁹ verbis aperte declarat/q̄ grā nō pro meritis tribuat: dū ex seipso docuit et q̄d de malitia meruit: et quid de beniuolentia accepit. Rursum nōnulli iactant se habere qđ nō habēt: sicut di

hie. xlviij. uina voce per pphetā de moab dr: Superbiā eius et arrogantiā ei⁹ ego noui: et q̄ nō sit iuxta eum virtus eius.

Apo. iij. Et sicut angelo ecclesie laodicie dicitur: Quia dicis q̄ diues sum et locupletatus/et nulli⁹ egeo: et nescis q̄ tu es miser et miserabilis/et paup et cec⁹ et nudus. Rursum nōnulli despectis ceteris videri appetunt singulariter bonum habere qđ habēt. Unde et pharise⁹ idcirco de templo absq; iustificatione descēdit: q̄ bonorū operum meritum sibi quasi singulariter tribuēs oranti publicano se pretulit. Sancti quoq; apl̄i ab hoc elatiōis vitio reuocātur: qui de predicatione redeūtes/cum elati dicerēt:

Luc. x. Dñe in nōie tuo etiā demonia nobis subiecta sunt: ne de hac miraculoꝝ singularitate gauderēt: ilico eis r̄ndit dominus/dicens. Uidebam sathanā velut fulgur de ce

Esa. xiiij. lo cadentem. Ipse q̄ppe singulariter elat⁹ dixerat. Super astra celi exaltabo soliū meū: sedebo i mōte testamē

ti in laterib⁹ aqlonis: similis ero altissimo. Et mire dñs vt in discipuloꝝ cordib⁹ elationem p̄meret/mox iudiciū ruine retulit: qđ ipse magister elationis accepit: vt i auctore superbie discerēt/q̄d de elationis vitio formidarēt. In hac itaq; arrogantie quarta specie crebro humanus anim⁹ labitur: vt id qđ habet/habere se singulariter glorietur. In qua tamen similitudini diaboli eo vici

D nius appropinquat: q̄ quisquis bonū se habere singulariter gaudet: ēsquis videri sublimior ceteris q̄rit/illum videlicet imitat̄ q̄ despecto bono societatis angeloꝝ/sedē suā ad aquilonē ponens: et altissimi similitudinē superbe appetēs/per iniquū desideriū quasi ad quoddam culmē conatus est singularitatis erumpere. Heliu ergo q̄uis dari a dño sapientiā cōfitetur: in hac tamen elationis specie labitur/vt sapientiorem se ceteris gaudeat: et quasi de singulari bono sese iamter extollat. Quod verbis sequentibus indicat/dicens. [Nō sunt longeui sapientes: nec senes intelligunt iudiciū: ideo dicam/audite me: ostendam vobis et ego meam sentētiam. Expectaui enī sermones vestros: audiui prudentiā vestrā donec disceptaretis sermonib⁹/et donec putabam vos aliqđ dicere considerabā.] Quantū ad intentionem littere spectat: loquēs heliu indicat q̄ superbe tacuerit. Cū enim dicit. Expectaui sermones vestros: et putabā vos aliqđ dicere: apte declarat se ad v̄ba senum iudicātis potius studio/q̄ tacētis voto tacuisse. Quia hec meli⁹ vita arrogantiū designāt: qui aliquādo intra sanctam ecclesiā positi/cū eiusdem sancte eccl̄ie aduersarios conspiciūt

E non in eis annos tēpoꝝ/sed intentionem solent pensare verborū. Nam quātolibet sint eisdē arrogantibus antiquiores heretici/eos audacter cōprimūt: in quorū v̄bis dogmata puersa reprehēdūt. Seq̄t. [Sed vt video/nemo est qui arguere possit Job: et respondere ex vobis sermonibus eius: ne forte dicatis/inuenim⁹ sapiētiam: de⁹ p̄iecit eum/non homo.] Capitm. viij.

Epe heretici per hoc q̄ esse et hominib⁹ despicabiles solent/cū a cūctis fere gentibus sanctā ecclesiā venerari cōspiciūt: opinionem ei⁹ quibus valent obtrectatiōib⁹ lacerare cōtendūt/dicētes: Idcirco illi cūcta tēporalia suppetunt: q̄ ei p̄mia eternoꝝ munerum subtrahunt. Quoꝝ vocib⁹ heliu obuiat/dicēs. Ne forte dicatis/inuenim⁹ sapientiā: deus proiecit eū/nō homo. Ac si arrogantes intra sanctā ecclesiam sed tamē fideles contra hereticos dicāt: Per hoc q̄ sanctam eccl̄iam in honore hominū florere tēporaliter cernitis/piectā eā a dño non credatis. Scit enim redēptor eius et in hoc itinere solatia ventēti tribuere: et puenientē ad eternā patriā supne p̄mia reseruare. Incassum igit dicitis: q̄ de⁹ eam/et nō homo proiecerit/cū venerari illam a cūctis fere hominib⁹ videtis: q̄ sic ei terrene glorie adiumētum tribuit/vt p hoc multiplicius etiam ad celestia subuehatur. Sequitur: [Nihil locutus est mihi

F et ego non s̄m vestros sermones respondebo illi.] Quid est quod ait: Nihil locutus est mihi: Nūquid sancta ecclesia per predicatores iustos eū intra se arrogantes cōspicit/erudire ac redarguere ptermittit? Exercet hec/et q̄tidie exercere nō cessat. Sz heliu q̄ loquentē publice beatū Job audierat/dicat: Nihil locutus est mihi: q̄ nimirū omnes arrogantes voces quidē sancte eccl̄ie audiunt: sed sibi eas dici dissimulāt/quādo elationis vitium emēdare cōtēnunt. Nec se de supbia redargui estimāt: quia esse se humiles putant/q̄ etiā redargui despiciunt/dū sapiētiores se et ipsis redarguētibus arbitrātur. Qđ vero ait: Nō s̄m sermones vestros respōdebo ei: hū beato Job nō s̄m sermones eoꝝ respōdere se dicit. Arrogātes enī intra ecclesiā positi/respondēt contra eam: sz nō sicut heretici exterius cōstituti. Neq; eni contradicunt ei praua p̄dicādo/sed peruerse viuēdo: quia nec de deo vt heretici indigna sentiūt: sed de se plus q̄ necesse est digna suspicantur. Sequitur. Capitm. ix.

Arrogantes voces ecclesie sibi dici dissimulant.

Expimuerunt nec responderunt vltra: abstuleruntq; a se eloquiā. Bene ad heliu v̄ba amici Job extimuisse referūtur: quia nōnunq̄ arrogantes eccl̄ie defensores q̄uis ordinē dicēdi nō teneāt/tamē aduersarios ipse dictoꝝ virtute prurbāt. Sequit: [Quoniā igitur expectaui/et nō sunt locuti: steterūt nec responderunt vltra.] Finis esse locutionis sapiētium solet: vt eousq; dicāt quo aduersariis silētium imponant.

G Nō eni se ostēdere/sed praua docētes cōpescere cupiūt. Postq̃ vero de amicis Iob dictū est: Extimuerūt nec responderūt vltra: abstuleruntq̃ a se eloquiū: heliu subiū gens ait: Expectaui/ et nō sunt locuti: steterūt/nec respō derūt vltra. Et illis iā silētibus adhuc verba multiplicat: q: videlicet vir arrogās et formā in se arrogantium intētanomon aduersariorum dicta superare/sed suā sapiētiā ostētare festinat. Vnde et sequit. Respondebo et ego partem meā/et ostēdam scientiam meā. Hanc eni partem suā oīs arrogās estimat: si sciētiam non tam habeat q̃ ostēdat: q: nimirū oēs elati sciētiam habere nō appetunt/ sed ostēdere. Quo cōtra bene p moysen dicitur: Vas qd nō habuerit operculū nec ligaturā desup/ immūdum erit. Tegmē quippe operculi vel ligature/est cēsura disciplinę: q̃ dū non premit/ q̃si vas immundū pollutūq̃ reprobatur. An nō vas sine operculo heliu fuerat: q̃ hanc esse partē suam estimauerat / si ostēderet sciētiam quā habebat? Quasi eni vas sine operculo vel ligatura polluitur/qui p studium ostētationis patēs/nullo velamine taciturnitatis operitur. Capitm. x.

Predicatores autē sancti partem suam reputant/si intus quidē ipsi de sapiētia gaudeant: foris autē alios ab errore cōpescant: neq̃ a se ipsi ita loquēdo exeunt/ vt gaudium mētis in ostētione ponāt diserte locutionis: sed bonū sciētie i cordis secreto meditātur: et ibi gaudēt vbi hoc pcipiūt: nō vbi inter tot tētationum laqueos innotescere cōpellunt: q̃uis cū bonum qd accipiūt innotescūt/media interueniēte charitate/ex pfectu audiētium et nō ex ppria ostētione gratulātur. Arrogantes eni cum sciētiam accipiūt: nihil se accepisse estimant/si hāc eos occultā habere contingat.

H Nusq̃ quippe sui gaudiū nisi in ore hominū ponūt. Vnde et fatue virgines in vasis suis oleū nō sumpsisse referuntur: q: arrogantes oīa cum se ab aliquibus fortasse

Mat. xxv.

virtutibus continēt/bonū glorie intra ɔsciētias habere non possunt. In vase autē pprio sumpserat Paulus oleum: qui dicebat: Gloria nostra hec est/testimoniū conscientie nostre. Inane ergo vasculū ferre/est intus corde vacuo/ foris humani fauoris iudiciū q̃rere. Heliu itaq̃ q: gloriā dū exterius q̃rit: intra vas oleū non habet/dicit. Respōdebo et ego partē meam: et ostēdam sciētiam meam. Vnde et hoc ipsum qd de feruore vane glīe intus patit/ verbis sequentibus aperit/ dicens.

ij. Cor. j.

¶ S. Qz sub hi spiritu sācto plenos se esse asserūt/ cui⁹ feruor in virtute minoris intelligentie animos superat et transcendit.

¶ Plen⁹ sum sermonib⁹/et coarctat me spiritus vteri mei. En venter me⁹ quasi mustū absq̃ spiraculo: quod lagunculas nouas dirūpit. Loquar et respirabo paululum: aperiam labia mea/ et respōdebo. Nōnulli arrogātes viri dū pdicatores sanctos magna eloqui/ac pro locutione sua venerari conspiciūt/locutionis eorum celsitudinē et nō vtilitatē intētionis imitant: neq̃ hoc amant qd illi appetūt/sed hoc summopere appetūt q: clari hominibus ostendant. Nā sepe cōtingit vt sapientes viri cum se nō audiri considerant/ori suo silētiū indicāt: sed plerūq̃ dū conspiciūt q: iniquorum facinora ipsis tacentibus et non corripiētibus crescūt: vim quandam spiritus sustinēt/ vt in locutionē aperte correptionis erumpant. Vnde pphēta Hieremias cū predicationis sibi silētiū i-

I

Hier. xx.

dixisset dicēs: Non recordabor ei⁹/neq̃ loquar vltra in noie illius: ilico adiūxit. Et factus est i corde meo quasi ignis estuāns/clausus q̃ in ossib⁹ meis: et defeci ferre nō sustinens. Audiui enim cōtumelias multorum. Pro eo eni q: se minime audiri cōspexit/silentiū appetijt: sed cū crescētia mala cerneret/in eodē silētio non pmansit. Qz eni foris tacuit: ex tedio locutionis intus ignē pertulit de zelo charitatis. Inflāmātur quippe corda iustorum / cum non correpta crescere conspiciunt acta malorum: eorumq̃ culpe se participes credunt/quos in iniquitate crescere silendo permittūt. Dauid pphēta postq̃ sibi silentiū in-

Hier. xx.

dixerat/dicēs: Posui ori meo custodiā/ dum cōsisteret peccator aduersum me: obmutui et humiliat⁹ sū: et silui a bonis: in ipso suo silentio iusto zelo charitatis exarsit/ qui ilico subdidit: Et dolor me⁹ renouat⁹ est. Cōcaluit cor meū intra me: et in meditatiōe mea exardescet ignis. Int⁹ q̃ cor cōcaluit: q: dilectionis ardor p admonitionem locutiōis exteri⁹ emanare recusauit. Ignis in meditatione cordis exarsit: q: increpatio delinquentium a correptione oris refrixit. Charitatis eni zelus ɔsolatione admirabili augēdo se reperat: quādo contra iniquorū opera per vocē correptiōis emanat: vt et q̃ corrigere nō valet: increpare nō desinat: ne se participē delinquentium/ex cōsensu taciturnitatis addicat. Capitm. xj.

Psalm. xxxviij.

K

Sed quia sepe nōnulla vitia virtutes se esse mētiuntur: sicut effusio nōnunq̃ misericordia: et tenacia nōnūq̃ parsimonia: et crudelitas aliquādo iustitia vult videri: ita plerūq̃ mētē ad loquēdi impetū vane glorie anxietas nequaq̃ se intra silentium capiēs/quasi zelus charitatis inflāmat: atq̃ appetitus ostētionis vis ad effrenationē locutiōis impellit: et q̃si sub studio cōsulēdi libido erūpit apparēdi. Non eni curat loquēdo quid pstet/sz qd appareat: nec studet vt malum qd cernit corrigat/sed bonū qd sentit ostēdat. Vnde heliu quoq̃ spiritu elatiōis extēsus/ et sese intra silētij claustra nō capiens/ait: Plen⁹ sum ei sermonib⁹/et coarctat me spirit⁹ vteri mei. En venter meus quasi mustū absq̃ spiraculo: qd lagūculas nouas dirūpit. Qd si intelligere spiritualiter debem⁹/hoc loco videlicet ventrē sinum cordis appellat. In musto vero sancti spirit⁹ feruor accipitur: de quo in euāgelio dñs dicit. Vinū nouum mittunt in vtres nouos. Ex quo dū repēte replerētur apostoli: dum linguis omnibus loquerētur: a iudeis nesciētib⁹: sz tamen vera attestātibus dictū est: Hi musto pleni sunt. Lagunculas vero/infirmas ipsa humanitate conscientias/vel certe hec terrena corporum vascula non inconuenienter accipim⁹: de quib⁹ Paulus aplūs ait: Habem⁹ thesaurum istū in vasis fictilib⁹. Heliu autē quia (sicut superi⁹ dixi) sic inflatiōe elationis extēditur: ac si ad loquendū p charitatis gratiā ardore spūssancti accendatur: sensus sui spiritū in eo qd tacuit/quasi musto absq̃ spiraculo ɔparauit. Et bene ait: qd lagūculas nouas dirumpit: quia sancti spirit⁹ feruor nō solū veteri: sz etiā noua vita vix capitur. Mustū ergo lagunculas nouas dirūpit: quia feruoris eius potentia etiā spiritualia corda transcēdit. Loquar et respirabo paululum: aperiā labia mea/ et respōdebo. Bene ait respirabo: q: sicut labor iustorum ē videre praua nec corrigere: ita grauis est labor arrogantiū/si qd sapiunt/non ostendūt. Vim quippe intrinsecus estuantē ferre vix possunt: si omne qd sentiūt/ paulo tardius innotescūt. Vnde necesse est vt cū res bona agitur/prius eius elatio in corde vincatur: ne si arrdice misere intentionis prodeat / amaros nequitie fructus producat.

Vitia se pe mētiuntur se esse virtutes.

Mat. ix.

Act. ij.

L

ij. Cor. iiij.

¶ S. Qz hi q adhuc vitijs impugnari se sentiūt/aliorū curam suscipere oliue non presumant. Capitm. xij.

Hi ergo qui adhuc vitiorum bello subiacent/nequaq̃ p predicationis vsum pesse magisterio ceterorum debent. Hinc est enim q: iuxta diuine dispēsatiōis vocē/ab anno vigesimo et q̃nto leuite tabernaculo seruiūt: sed a quinquagesimo custodes vasorum fiunt. Quid eni per annū quintū ac vigesimū/i quo flos iuuētutis oborit: nisi ipsa cōtra vnūquodq̃ vitiū bella signātur? Et quid p quinquagesimū: in quo et iubilei requies cōtinetur/nisi interna requies edomito bello mētis exprimit? Quid vero per vasa tabernaculi/nisi fideliū anime figurātur? Leuite ergo ab anno vigesimo et quinto tabernaculo seruiūt: et a quinq̃gesimo custodes vasorum fiunt: vt videlicet qui adhuc impugnantiū vitiorum certamina p cōsensum delectationis tolerāt/aliorum curam suscipere non psumant. cū vero tentationū bella subegerint: quo apud se iā de intima tranq̃llitate securi sunt/animarum custodiā sortiant. Sed quis hec tentationū prelia sibi pfecte subigat: cū Paulus dicat: Video aliā legē in mēbris meis repugnātem legi mētis mee/et captiuū me ducentem i lege peccati? Sed aliud est bella fortiter perpeti: aliud bellis eneruiter expugnari. In istis exercetur virt⁹/ne extolli debeat: in illis oīmodo extinguit/ne subsistat. Qui igit scit fortiter tētationem ferre certaminis: cū tētatione concutit/in alta arce presidet quietis: q: etiam apud semetipsū sub seipso esse cōtētiones vitiorum conspicit/quib⁹ nulla fract⁹ delectatione consentit. Sequit. Non accipiā personam viri: et deū hominī nō equabo. Nescio eni q̃diu subsistam: et si post modicum tollat me factor me⁹. Recta consideratio q: deū homini idcirco non equat: q: q̃diu hic subsistat: vel

M

Ro. vij.

A quādo ad dei iudicium tollatur/ignorat. Et bene ait: Post modicū tollat me factor meus. q[uia] q[uo]dlibet longum fuerit tēpus vite p[re]sentis: eo ipso breue est/quo permanens non est. Neq[ue] enim dignū est vt diutinū iudicetur/ quicquid fine circū scribitur. Sed inter has sententias quas ex veritate solidas p[ro]fert: ad verba rursum elationis erumpit/dicens.

¶ Textus capituli Tricesimitertij Libri beati Job.

Audi igitur Job eloquia mea: et omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meū: loquat[ur] lingua mea in faucibus meis. Simplici e corde meo sermōes mei: et sententiā labia mea purā loquent[ur]. Spiritus dei fecit me: et spiraculū oīpotēns viuificauit me. Si potes/responde mihi: et aduersus faciem meā consiste. Ecce et me sicut et te fecit deus: et de eodē luto ego quoq[ue] formatus sum. Ueruntamen miraculum meū non te terreat: et eloquentia mea nō sit tibi grauis. Dixisti ergo in aurib[us] meis: et vocem B verborum tuorū audiui: Mūdus sum ego/et absq[ue] delicto immaculatus: et nō est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit/ideo arbitratus est me inimicū sibi. Posuit i neruo pedes meos: custodiuit oēs semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus. Respondebo tibi: quia maior sit deus homine. Aduersus eum cōtendis q[uod] nō ad omnia verba responderit tibi. Semel loquitur de[us]: et secūdo idipsum non repetit. Per somniū in visione nocturna: quādo irruit sopor super homines/et dormiūt in lectulo: tūc aperit aures virorum/et erudiēs eos instruit disciplina: vt auertat hominem ab his que fecit: et liberet eū de superbia: eruens aīam eius a corruptione/et vitam illius vt nō transeat in gladium. Increpat quoq[ue] per dolorem in lectulo: et omnia ossa ei[us] marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis et anime illi[us] cibus ante desiderabilis. Tabescet caro eius: et ossa que tecta fuerāt/nudabūtur. Appropinquabit corruptioni anima ei[us]: et vita illi[us] mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquēs vnum de similibus/vt annūciet hominis equitatem: miserebitur eius. et dicet: Libera eū: vt non C descendat in corruptionē. Inueni in quo ei propitier. Consumpta est caro eius a supplicijs: restituatur ad dies adolescentie sue. Deprecabit[ur] deū/et placabilis erit ei: et videbit faciem eius in iubilo: et reddet homini iustitiā suam. Respiciet homines/et dicet: Peccaui et vere deliqui: et vt eram dignus nō recepi. Liberauit aīam suā ne pergeret in interitum sed viuens lucem videret. Ecce hec oīa operat[ur] de[us] trib[us] vicibus per singulos: vt reuocet animas eorū a corruptione et illuminet luce viuētium. Attēde iob et audi me: et tace dum ego loquor. Si autem habes quid loquaris: responde mihi. Loquere. Uolo enim te apparere iustū. Quod si nō habes: audi me: et tace: et docebo te sapientiam.

¶ S Hi superbi eo ip[s]o q[uod] recte sentiūt/recte p[ro]ferre nō possunt/vide eos quos infra se vidēt/nō cōsulendo sed dominando alloquuntur.

¶ Audi ergo Job eloquia mea: et omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meū: loquatur lingua mea in faucib[us] meis. Post[ea]q[uam] discimus de qua elatione descēdit/q[uod] beatū Job audire se admonet/q[uod] os aperuisse se p[er]hibet q[uod] linguā suā in faucibus loqui p[er]mittit. Hoc em̄ habet proprium doctrina arrogantium: vt humiliter nesciant inferre quod docēt: et recta que sapiunt/recte ministrare non possint. In verbis enim eorum proditur: q[uod] cum docent/quasi in quodam sibi videntur summitatis culmine residere: eosq[ue] quos docent/vt longe infra se positos/veluti in imo respiciunt: quibus non consulendo loqui/sed vix dominando dignantur. Recte autē his per prophetam dominus dicit: Uos autem cum austeritate imperabatis eis et cum potētia. Cum austeritate em̄ et potentia imperant: qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere: sed aspere inflectere dominando festinant.

Propriū doctrine arrogātium.

Ezech. xxxiiij.

Capitulum. xiij.

At cōtra vera doctrina tanto vehemēti[us] hoc elationis vitiū fugit p[er] cogitationē/q[uan]to ardenti[us] verbo[rum] suo[rum] iaculis ip[s]m magistrum elationis insequit[ur]. Cauet em̄ ne eū magis elatis morib[us] p[re]dicet quē in corde audientiū sacris sermonib[us] insectatur. Humilitatē nāq[ue] (q[ue] magistra est oīm materq[ue] virtutū) et loquēdo dicere: et viuēdo conatur ostendere: vt eā apud discipulos veritatis plus morib[us] q[uam] sermonibus eloquat[ur]. Unū Paul[us] thessalonicēsib[us] loquens: quasi culminis ap[osto]lici apostolat[us] oblit[us]/ait. Facti sum[us] paruuli in medio v[est]rū. Unū Petrus ap[osto]l[u]s cū diceret: Parati semper ad satisfactionē omni poscenti vos rōnem de ea que in vobis est spe: in ipsa doctrine scia qualitatem docendi asseruit esse seruandā/subdēs: Sed cū modestia et timore/p[ro]sciam habētes bonā. Hoc aūt q[uod] discipulo paulus ait: Precipe hec et doce cū omni imperio/nō dñatio[n]e potētie: sed auctoritatē suadet vite. Cū imperio quippe docetur/q[uod] prius agit[ur] q[uam] dicat[ur]. Nā doctrine subtrahit fiduciā/q[uan]d[o] cōscientia prepedit linguā. Non ergo ei potestatem elate locutiōis: sed bone fiducie insinuauit actionis. Unde etiam de dño scriptum est: Erat em̄ docens sicut potestatem habens: nō sicut scribe et pharisei. Singulariter nāq[ue] ac principaliter sol[us] ex potestate bona locutus est: q[uia] ex infirmitate mala nulla cōmisit. Ex diuinitatis quippe potētia habuit id q[uod] nobis p[er] humanitatis sue innocentiam ministrauit.

Humilitas magistra et mater est omnium virtutum.

j. Thes. ij.

j. Pet. iij.

j. Ti. iiij.

Mat. vij.

¶ S Hec rect[us] ordo fit in doctrina/vt consideremus in primis quales sum[us]/et quales fuim[us]. Si nec sumus nec fuim[us] quales illi sunt quos emēdare curamus/nō extollamur. Itē si nulla bona in eis sunt quoq[ue] mala corrigimus/summopere attendendū est/q[uod] ita illos potest diuina gratia permutare: vt nos posterius in bonis que ante accepimus/perueniant.

Capitulū. xiiij.

Nos em̄ qui infirmi hoīes sum[us]/cū de deo hominibus loquimur: debem[us] primū meminisse quid sumus/vt ex propria infirmitate perpendamus quo docēdi ordine infirmis fratrib[us] consulamus. Consideremus igitur q[uod] aut tales sum[us] quales nōnullos corrigimus: aut tales aliq[ua]n[do] fuimus: etsi iam diuina gratia operante nō sumus: vt tāto tēperanti[us] humili corde corrigam[us]/q[uan]to nosmetipsos veri[us] in his quos emēdamus agnoscim[us]. Si autē tales nō sumus nec fuim[us] quales adhuc illi sunt quos emēdare curam[us]: ne eos nostrā forte suplbiat/et de ipsa innocētia peius ruat: quo[rum] mala corrigim[us]/alia eo[rum] bona nobis ante oculos reuocem[us]. Que si omino nulla sunt: ad occulta dei iudicia recurramus: quia sicut nos meritis nullis hoc ipsum bonum q[uod] habem[us] accepim[us]: ita illos quoq[ue] pōt gratia superne virtutis infundere: vt excitati posteri[us] etiā ipsa possint bona q[ue] nos ante accepim[us] preuenire. Quis em̄ crederet q[uod] p[ro] apostolat[us] meritū Saulus lapidatū stephanū persecuturus erat: qui in morte eius lapidātium vestimēta seruabat? Hi sunt ergo primū cogitationib[us] humiliari eos debet: et tunc demū delinquētium iniq[ui]tas increpari. Sed hunc (vt sepe dictū est) locutionis modū heliu ignorare ostēditur/qui in locutione sua elationis typo quasi potentis cuiusdā auctoritatis inflat[ur]/dicens. Audi igit[ur] Job eloquia mea: et omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meū: loquatur lingua mea in faucibus meis. In faucib[us] vero loqui est silēter dicere: et non elatis morib[us] vociferari. Quib[us] v[er]bis arrogātes intra semetip[s]os

Consideratione habēde i aliorū correctione.

Prima.

Secūda.

Tertia.

G

ecclesia positos signat. Ibi enim velut in faucibus loquitur dicuntur: quando non contra adversarios extra vinctos clamant: sed quosdam intra sinum sancte ecclesie qui vicinos ac iuxta positos increpant. Sepe vero arrogantes eandem quam tenent arrogantiam se fugere ostendunt: et dum sic cuncta agunt ut nullum lateant, hec privatim singulis quasi silenter narrant: quatenus non solum de sensu intelligentie, sed de ipso apud homines etiam arrogantie contemptu glorietur. Unde nunc dicitur: Loquatur lingua mea in faucibus meis. Ac si aperte dicat. Que contra te prudenter sentio, ecce silenter narro. Aliquando autem in tantam impudentie elationem prosiliunt: ut aliis tacentibus, ipsi soleant laudare quod dicunt. Unde subiungit: Simplici corde meo sermones mei, et sententiam labia mea puram loquentur. Magne virtutis laus est simplicitas locutionis. Quam quia arrogantes non habent, habere se hanc sollicitius asserunt: ut securius audiant. Et pure se locuturos denunciant: quia duplicitatis sue maliciam deprehendi formidant. Sepe autem et falsis vera permiscent: ut inde eorum mendacio citius credatur: unde in ea se eis assertio veritatis agnoscitur. Quia igitur heliu et pure se locuturum perhibuit, et dicta sua appellando sententias favore precucurrit: eandem etiam stultiam quam premisit adiungit, dicens:

¶ S. Qui sermo inordinate prolatus sciam quam in audientium sensibus gignere debuerat fedat: et quid sit quod vir qui seminis fluxum sustinebat, immundus erat. Capitulum .xv.

H

Spiritus dei fecit me: et spiraculum omnipotentis vivificavit me. Subdituris vero, premisit eis: te: et dicturus hoc quod recte saperet, ante innotuit quantum tumeret. Sic nimirum sic arrogantium mentes insaniunt: ut et in eis que recte sentiunt, elationis sue fortitudine depravent. Unde fit ut etiam eorum recta auditores nequaquam instruant: quia profecto illos per ea que tumide sentiunt non ad sui reverentiam, sed ad contemptum vocant. Dumque dictis prudentibus stultitie verba miscent: quia stultitia ab audiente despicitur, etiam prudentia non tenetur. Hinc enim per

Leui. xv.

Moysen dicitur: Vir qui fluxum seminis sustinet, immundus erit. Quid est enim sermo nisi semen? Qui dum ordinate emittitur: audientis mens quasi concipientis uterus ad boni operis prolem fetat. Si vero importune defluit, emittentem pollues generandi virtutem perdit. Nam si sermo semen non esset: de predicante Paulo nequaquam athenienses dicerent:

Act. xvij.

Quid vult sibi seminiverbius hic dicere? Hoc quod et Lucas dicit. Ipse enim erat dux verbi. Semen ergo viri propaginis dicatur incompetenter fluens, ceteris membra coinquinat: cum sermo per quem in audientium sensibus nasci scientia debuit: si inordinate prodeat, etiam que recte senserit fedat. Unde Heliu quoque etiam que recte potest sentire commaculat: dum cui vel quid loquatur ignorat. Et quasi fluxum seminis sustinet, cum linguam utilitati congruam per verba vane locutionis movet. Bono autem ordine et factum se astruit et animatum. Per spiritum factum, et per spiraculum se generat animatum. Facto quippe adam scriptum est. Inspiravit in faciem eius spiraculum vite: et factus est homo in animam

Gen. ij.

viventem. Sed hec que recte astruit, verum recte exequatur audiamus. Sequitur. Si potes, responde mihi: et adversus faciem meam consiste. Ecce dum narrat ordinem vere conditionis, in fastum superbe elationis erupit: atque aliis verbis hoc idem replicat, dicens. Ecce et me sicut et te fecit deus:

I

et de eodem luto ego quoque formatus sum. Verumtamen miraculum meum non te terreat: et eloquentia mea non sit tibi gravis. Quid est hoc quod Heliu ordinem sue conditionis agnoscit: et modum recte locutionis ignorat? Quid est quod se beato Job et conditione equat, et locutus exaltatur: nisi hoc quod arrogantes omnes cunctis quidem hominibus se equaliter conditos meminerunt: sed per fastum scientie auditores suos equales sibi vel esse vel credere dedignantur: et sicque se per nature conditionem conferunt, sed per tumorem scientie supponunt? Equales quidem se iudicant extitisse nascendo: sed non equales remansisse vivendo. Atque in eo quod equales quasi vivendo iam non sunt: illud ad maius miraculum revocant, quod equales nascendo fuerunt. Unde inflatus Heliu dicit: Ecce et me sicut et te fecit deus: et de eodem luto ego quoque formatus sum. Verumtamen miraculum meum non te terreat: et eloquentia mea non sit tibi gravis. Capitulum .xvi.

Habent hoc etiam arrogantes proprium quod plerumque dicant mira se dicere semper existimant: et locutionem suam admirando prevenit: quia velut acutis sensibus ipse elatio cogitationis fatuitas ignorat. Notandum quoque est quod Paulus dum mire hebreos admoneret, adiunxit. Rogo

Heb. xiij.

K

autem vos fratres ut sufferatis verbum solatii, etenim perpaucis scripsi vobis. Heliu autem inania protulit, et quasi consolando subiunxit. Miraculum meum non te terreat: et eloquentia mea non sit tibi gravis. Ille dicta sua verbum solatii: hic vero eloquentiam et miraculum vocat. Ecce quod dispari sapores producunt fructum ex diversa radice cogitationum. Ille de magnis humiliter sentit: iste de minimis se inaniter erigit. Quid igitur liter hec nisi hoc solerter est intuendum quod et ascensuri in imo se esse considerant: et casuri semper in precipitio stant? Salomone attestante, qui ait. Ante ruinam exaltatur cor, et ante gloriam humiliatur. Sequitur.

Ascensuri in imo se esse considerant: et casuri semper in precipitio stant.

¶ S. Qui superbi non tam consolari quam increpare desiderant.

¶ Dixisti ergo in auribus meis: et vocem verborum tuorum audivi. Atque eandem vocem subiungens ait. Mundus sum ego: et absque delicto immaculatus: et non est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit: ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in nervo pedes meos: custodivit omnes semitas meas. Morsque pera hec verba que beatum Job dixisse narravit, mensam suam proferens, ait. Hoc est quod in quo non es iustificatus. Profecto beatus Job veraciter dixerat: quod absque culpa fuerit flagellatus. Hoc enim ipse de se quod de illo ad diabolum dominus dixit: Commovisti me adversus eum, ut affligerem illum frustra. Sed Heliu non credidit cessante culpa potuisse eum etiam pro gratia flagellari. Nesciebat enim flagellis eius non delere vitium, sed meritum augeri: et pro eo quod sine delicto se dixerat flagellatum, hanc eum sententia increpat, dicens. Hoc est ergo in quo non es iustificatus. Habent enim hoc arrogantes proprium, ut plus arguere appetant quam consolari: et quecumque bonis evenire cognoscunt, ex solis evenisse iniquitatibus arbitrentur. Nesciunt quippe occulta iudicia subtiliter querere: atque id quod non intelligunt, humiliter perscrutari: quia eos sepe a secretis investigationibus iudiciorum dei, ipsa scientie sue elatio eicit dum extollit. Obstaculum namque veritatis est tumor mentis: quia dum inflat obnubilat. Qui et si quando scientia videntur adipisci: quasi de quadam rerum cortice et non de secrete dulcedinis medulla pascuntur: micantibusque ingeniis sepe exteriora tantummodo attingunt: sed internum gustum saporis ignorant. Videlicet foris acuti, sed intus ceci sunt. Neque id de deo sentiunt quod dulce interius sapiet: sed quod excussum exterius sonet. Qui et si secreta quedam intelligendo percipiunt, eorum dulcedinem experiri non possunt: et si noverunt quo sunt, ignorant ut dixi quo sapiunt. Capitulum .xvij.

Pot. esse pro gratia flagellari.

L

Proprium arrogantium.

Obstaculum veritatis tumor mentis.

Et sit plerumque ut fortiter dicant: sed tamen iuxta ea que dicunt, vivere nesciant. Unde bene quidam sapiens dixit: Mihi autem det deus hec dicere ex sententia. Sententia quippe a sensu vocata est. Et recte quidem intelligit non ex sola scientia, sed ex sententia dicere appetit qui nequaquam tantummodo sciendo dicere, sed sentiendo desiderat experiri quod dicit. Sed mens arrogantium dictorum suorum sensum non penetrat: quia ab interno gustu recto iudicio in eos fauores redigit, quos foris amat. Vera autem scientia afficit, non extollit: nec superbientes quos repleverit, sed lamentantes facit. Qua quisque cum repletus fuerit: primo loco se scire appetit: et iam sui conscius, tanto per illam robustius sapit, quanto se infirmum in illa verius recognoscit: atque ampliorem viam huius scientie ipsa ei humilitas aperit. Dumque imbecillitatem suam conspicit: ipsa ei cognitio secretorum sublimium absconditos sinus pandit. Qua cognitione prestus subtilior redditur, quo ad occulta respiratur. Heliu ergo in flagellis beati Job idcirco veracem rationem non invenit: quia eam querere humiliter nescivit. Increpare potius quam consolari paratior dicit: Hoc est quod in quo non es iustificatus. Notandum quoque est quod beatus Job in nervo pedem suum positum dixit: sed nequaquam mundum se hoc modo quo ei obiicitur, absque peccato vel immaculatum et sine iniquitate fuisse memoravit. Sed heliu dum cum austeritate studuit increpare que dicta sunt, mentiens addidit que dicta non sunt. Qui enim semper increpare appetunt, et nunquam fovere, multa plerumque increpando mentiuntur. Nam ut arguere docte videantur: fingunt non dum que redarguant: et cum ipsi equino more in cursum sue ostentationis inferuntur, in subiectorum invectionibus ex fictis sibi iniquitatibus campum parant. Sciendum preterea est sicut et superius dixi: quod arrogantes viri inflati in suis sermonibus sepe fortia dicta permiscent: nec considerant aliquando quid vivant, sed pensant studiose quid doceant. Quorum nunc

Ubi sententia.

Vere scientie virtus.

M

N

A

Heliu speciẽ tenet: q̃ nõ recte viuere appetit/sed docere. Quia ergo sciẽs/sed arrogãs loquit: taceamus iã q̃d tumidũ viuit: et audiamus q̃d solidum dicit. Post tot itaq; elationis verba/tandẽ sciẽtiã suã ostẽdere incboans ait. [Respondebo tibi q̃ maior sit deus hoie.] Dicat fortasse ab aliquo: Quis istã vl' cũ nõ audit ignorat? Sed nimirũ hec sententia vilis credit/si non ex ipse intentionis sue radice pẽsatur. Flagellato videlicet loquebatur: qui et percussiõis verbera acceperat/et causas verberum nesciebat. Idcirco ergo intulit. Capitulum. xviij.

Respondebo tibi q̃ maior sit de⁹ hoie. vt flagellatus homo cõsiderãs q̃ illo maior est deus: in omne q̃d patit/eius iudicio se postponat: cui se minorẽ esse nõ dubitat: et q̃d a meliore patit/iustũ credat/etiã si eiusdẽ iustitie causas ignorat. Quisq; enim etiã p̃ peccato pcutit: nisi murmurãdo renitat: eo ipso iã iustus esse incboat/quo ferietis iustitiã nõ accusat. Homo nãq; sub deo est cõdit⁹: et ad ꝯditiõis ordinẽ redit/quãdo sibi equitatẽ iudicis sui etiã quã nõ intelligit/anteponit. Bene ergo dicit. Respõdebo tibi q̃ maior sit de⁹ hoie. vt cõsiderata potentia creatoris/deferueat tumor mentis per memoriã cõditionis. Unde Dauid ꝓpheta cum percussionis põdere in excessum vocis erũpere cogeret: ad considerationem cõditiõis sue se recolligẽs/ait: Obmutui/ et nõ aperui os meũ: qm̃ tu fecisti me. Pensauit enim cõditionis sue ordinẽ/et iustitiã percussionis inuenit: quia qui benigne eũ qui nõ erat cõdidit/eũ profecto qui erat/ non nisi iuste percussit. Sequitur.

Psalm. xxxviij.

B

S. Qz in scriptura sancta semel dixit deus quicquid expedit homini: nec singulis cogitatiõibus hominũ per prophetarum voces vel angelorum ministeria interrogatus respondeat.

Aduersus eũ contẽdis/q̃ nõ ad oĩa verba respõderit tibi. Semel loquit deus/et secũdo idipm̃ nõ repetit.] Afflicti cordis est propriũ: vt in omne q̃d appetit/et tamẽ rerũ ordinẽ contrariũ sentit: si possit fieri/cur ita vel nõ ita sit/diuinis sibi respõderi vocib⁹ velit: vt deũ de cũcta rerũ cõtrouersia cõsulat/et respõsionis ei⁹ cognita ratiõe cõquiescat. Helius autẽ puidẽs q̃ scripturã sacrã dñs cõderet: vt in ea vel publicis vel occultis cũctorũ questionib⁹ respõderet/ait: Aduersus eũ cõtẽdis/q̃ nõ ad oĩa verba respõderit tibi. Semel loquit de⁹: et scdõ idipm̃ nõ repetit. Ac si diceret. Deus singulorũ cordibus priuatis vocibus nõ respõdet: sed tale eloquiũ cõstruit/p q̃d cunctorũ questionibus satisfacit. Capitulum. xix.

In scripture q̃ppe eius eloquio causas n̄ras singuli si requirim⁹ inuenim⁹: nec opus est vt in eo q̃d specialit quisq; toleret/respõderi sibi diuina voce specialiter q̃rat. Ibi eñi nobis oĩb⁹ in eo q̃d specialiter patimur/cõiter respõdet: ibi vita precedentiũ fit forma sequẽtiũ. Ut eñ vnũ e plurib⁹ pferam⁹: ecce dũ passione aliqua vel molestia carnis afficimur/scire fortasse occultas causas passionis eiusdẽ vel molestie optam⁹: quaten⁹ in eo q̃d patimur/ex ipsa rerũ sciẽtia cõsolemur. Sed q̃ de specialib⁹ tẽtatiõib⁹ n̄ris nequaq̃ nobis singulis specialiter respondet/ad scripturã sacrã recurrim⁹. Ibi videlicet inuenim⁹ q̃ paul⁹ carnis sue infirmitate tẽtatus/audiuit: Sufficit tibi grã mea: nã virt⁹ in infirmitate pficitur. Q̃d idcirco illi in infirmitate ꝓpria dictũ est: ne sigillatim nobis oĩb⁹ diceret. In scriptura igit sacra vocẽ dei afflicto Paulo audiuim⁹: ne cũ fortasse affligimur/singuli audire eã priuata ꝯsolatione q̃reremus. Nõ ergo dñs ad oĩa ṽba nobis respõdet: q̃ semel loquit/et scdõ idipm̃ non repetit. i. in his q̃ p scripturã sacrã ad patres nostros ꝓtulit/nos erudire curauit. Discãt itaq; sancte doctores ecclesie: discãt et arrogãtes cum intra eam laborare quosdã pusillanimitate ꝯspiciũt: q̃ nobis de⁹ ad ṽba oĩa nõ respõdet: q̃ semel loquit de⁹: et idipm̃ scdõ nõ repetit. i. cogitationib⁹ vel tẽtationib⁹ singulorũ nõ iã passim p prophetarũ voces/non p angelica officia satisfacit: q̃ scriptura sacra q̃cq̃d potest singulis euenire cõprehẽdit: atq; in illa p exẽpla precedẽtiũ/etiã vitã sequẽtiũ informare curauit. Quis q̃d ait: Semel loquit de⁹: et scdõ idipm̃ nõ repetit: hoc intelligi subtili⁹ põt: q̃ per vnigenitũ cõsubstantialẽ sibi filiũ genuit. Loqui eñ dei/est ṽbũ genuisse. Semel autẽ loqui dei/est verbũ aliud preter vnigenitũ nõ habere. Unde et apte subdit: Et scdõ idipm̃ nõ repetit: q̃ videlicet hoc idipm̃ verbũ. i. filiũ nõ nisi vnicũ genuit.

C

j. Cor. xij.

In scriptura sacra q̃cq̃d põt singulis euenire/dñs cõprehendit etc.

Q̃d autẽ nõ ait: locut⁹ est/sed loquit: non videlz tẽp⁹ preteritũ nec futurũ ponens: liquet oĩb⁹ q̃ deo nec preteritũ tẽpus cõgruit nec futurũ. Tanto ergo in eo quodlibet tẽpus ponit liberi: quãto nullũ vere. Neq; eñ q̃dlibet libere dici poterat/si salte vnũ ꝓprie diceret. Unde itaq; dici in deo tẽpus audacter q̃dlibet licet: vnde i eo dici ꝓprie nullũ licet. Uerbũ nãq; pater sine tẽpore genuit. Et quis dignefari queat illã ineffabilẽ natiuitatẽ/q̃ de eterno natus est coetern⁹/q̃ existẽs ante secula genuit equalẽ/q̃ gignẽte nat⁹ posterior nõ est? Que videlz nos mirari possum⁹/sed intueri minime valem⁹. Illi⁹ autẽ natiuitatis vim iã mirari posse/aliq̃ten⁹ videre est. Sed quomodo videm⁹ q̃d neq̃q̃ ꝯprehẽdim⁹? Est aũt q̃d de visu carnis ptrahere ad sensuz sp̃us debem⁹. Nã si q̃s i tenebris clausis oclis iaceat: atq; ante eũ subitũ lucerne lumẽ erũpat/clausit ei⁹ oculis ipo aductu luminis feriunt vt palpitent. Cur ergo turbati sunt si clausi nihil viderũt? Nec tamẽ aliq̃d pfectũ fuit: q̃d videre clausi potuerũt. Nã si pfecte totũ vidissent: cur aperiri quererũt q̃d viderẽt? Sic itaq; sic sum⁹: cũ de incõprehensibili natiuitate intueri aliq̃d conamur. Eo ipso eñ q̃ fulgoris admiratiõe pcutit anim⁹: et quasi videt q̃d videri nõ valet: velut in tenebris positus/vim lucis oculis clausis videt. Helius nãq; ait. Semel loquit de⁹: Dauid vero ṽbi vnigeniti natiuitatẽ intuẽs ait: Semel locut⁹ est de⁹. Q̃ eñ vnigenit⁹ fili⁹ idẽ verbũ patris e pfectione nat⁹ dicit: et ꝑ eternitate semp nasci perhibet: sacra scriptura libere dicere de deo cõsueuit: q̃ locutus est/et loquit. In eo eñ q̃ pfectũ verbũ genuit/et locutus est pater: in eo aũt q̃ semp gignit/vtiq; loquit. Quis hoc q̃d pfectũ diximus/ꝓprie nõ dicamus. neq; eñ q̃d factũ non est/ꝓprie dicit esse perfectũ: sed eius plenitudinẽ per quãdã angustiã nostre locutionis exprimimus: sicut etiã de patre dñs dicit. Estote pfecti/sicut et pater vester celestis pfectus est. Quia vero hec diuine nature secreta admiratio nõ facile occupatis p terrena desideria mentibus innotescit: apte dei locutio qualiter ad nos fiat insinuat dicens: [Per somniũ in visione nocturna: quando irruit sopor sup homines/et dormiunt in lectulo.]

D

E

Matth. v.

S. Q̃ in nocte vite presentis diuina natura ad plenũ nõ agnoscit: et idipm̃ q̃d quasi in caligine conspici potest/tũc demũ videm⁹/cũ ab huiusmodi mundi tumultuosa cõcupiscẽtia segregati/q̃si clausis corporalib⁹ sensib⁹ in quiete cõtẽplationis diuine dormimus. Capitulum. xx.

Quid est q̃ p somniũ nobis locutio diuinitatis innotescit/nisi q̃ dei secreta non cognoscimus/si in terrenis desiderijs vigilemus? In somnio eñ exteriores sensus dormiũt/et interiora cernũtur. Si interna ẽ cõtẽplari volum⁹/ab externa īplicatiõe dormiam⁹. Uox videlz dei q̃si p somniũ audit/qñ tranquilla mẽte ab hui⁹ secli actiõe q̃escit: et in ipso mẽtis silentio diuina pcepta pẽsant. Cũ eñ ab externis actiõib⁹ mẽs sopitur: tũc plenius mãdatorũ dei põdus agnoscit. Tũc ṽba dei mẽs viuaci⁹ penetrat/cũ ad se admittere curarũ secularũ tumult⁹ recusat. Male aũt hõ vigilat: qñ cũ secularũ negociorũ ei⁹ insolẽter inq̃etat. Aurẽ q̃ppe cordis terrenarũ cogitationũ turba dũ pstrepit claudit: atq; i secretario mẽtis quãto mĩ⁹ curarũ tumultuãtiũ sonus cõpescit/tãto ampli⁹ vox presidẽtis iudicis non audit. Nec q̃ eñ pfecte hõ sufficit ad vtraq; diuisus: sed dũ sic inter⁹ erudiri appetit vt tñ exteri⁹ implicet: vnde exteri⁹ auditũ aperit/inde interi⁹ obsurdescit. Moyses admict⁹ egyptio q̃si vigilabat: et idcirco vocẽ dñi in egypto posit⁹ nõ audiebat. Sed extincto egyptio postq̃ in desertũ fugit/illic dũ q̃draginta annis degunt/q̃si ab inq̃etis terrenorũ desideriorũ tumultibus obdormiuit: atq; idcirco diuinã vocẽ pcipere meruit: q̃ per fugã gratiã quãto magis ab appetẽdis exteriorib⁹ torpuit/tãto veri⁹ ad cognoscẽda interiora vigilauit. Rursus israelitici ppl'i turbis prelatus/vt legis pcepta pciperet/in mõtẽ ducit/atq; vt interna penetraret/ab externis tumultib⁹ occultat. Capl'm. xxj.

Impedimẽtum cogitationũ dei secretorum.

F

Exod. iij.

Exo. xix.

Unde et sancti viri qui exteriorib⁹ ministerijs deseruire officij necessitate coguntur: studiose semp ad cordis secreta refugiũt: ibiq; cogitationis intime cacumẽ ascendũt: et legẽ quasi in mõte percipiũt: dũ postpositis tumultib⁹ actionũ tẽporaliũ/in cõtẽplationis sue vertice supne voluntatis sententiã perscrutant. Hinc est q̃ idẽ moyses crebro de reb⁹ dubijs ad tabernaculum redit: ibiq; secreto dominũ consulit: et quid

Cautela sanctorũ virorum.

Exemplũ de moyse.

G

certius decernat agnoscit. Relictis quippe turbis ad tabernaculū redire est / postpositis exterioꝝ tumultib⁹ / secretū mētis intrare. Ibi enī dn̄s cōsulit: et qđ foris agendum est publice / intus silēter audit. Hoc quotidie boni rectores faciūt: cum se res dubias discernere nō posse cognoscūt: ad secretū mētis velut ad quoddā tabernaculū reuertunt: diuinaq; lege pspecta / qui coꝝ posita arca dn̄z cōsulunt: et qđ prius intus tacētes audiūt: hoc foris postmodū agentes innotescūt. Ut enim exterioribus officijs inoffense deseruiant / ad secreta cordis recurrere incessabiliter curāt: et sic vocē dei quasi p somniū audiūt / dū in meditatione mētis a carnalib⁹ sensib⁹ abstrahunt. Hinc est q sponsa in canticis canticoꝝ sponsi vocē quasi p somniū audierat / q dicebat: Ego dormio: et cor meū vigilat. Ac

Cāti.v.

si diceret. Dū exteriores sensus ab huius vite sollicitudinibus sopio: vacante mente viuacius interna cognosco. Foris dormio: sed int⁹ cor vigilat: q: dū exteriora quasi non sentio / interiora solerter apprehēdo. Bene ergo heliu ait: [Qui p somniū loquit deus. atq; apte subdidit / in visione nocturna.] Nocturna enī visio apparere cōtēplationi mētis sub quibusdā imaginationib⁹ solet. In diurna autē luce certius cernimus: in nocturna vero visione cūctāter videmus. Et quia sancti oēs q̄diu in hac vita sunt / diuine nature secreta quasi sub quadā imaginatiōe cōspiciūt (q: videlicet necdū sicut sunt ea manifestius contēplant) bene heliu postq̄ dixit deū nobis per somniū loqui / subdit:

H

Nox vita. pńsens.

In visione nocturna. Nox quippe est vita pñsens: in q̄ q̄diu sumus / p hoc q interna cōspicimus / sub incerta imaginatione caligam⁹. Propheta nāq; ad vidēdū dn̄m quadā se pmi caligine sentiebat / dicēs. Aīa mea desiderauit te in

Esa.xxvi.

nocte. Ac si aperte diceret: In hac obscuritate vite pñsentis videre te appeto: sed adhuc infirmitatis nubilo circūscribor. Dauid quoq; huius noctis caliginem vidēs /

Ps̄.v.

claritatē veri luminis prestolatus ait: Mane astabo tibi / et videbo. Adhuc ergo in nocte minus se videre cōspicit: qui ad videndū deū futurū mane cōcupiscit. Quia vero (vt diximus) ab exteriori actiōe cessare dormire est: bene heliu subdit. [Quando irruit sopor sup hoīes.] Qñ autē sancti viri cū exteriori actioni nō deseruiūt: intra mentis cubilia cōquiescūt: apte subiūxit. [Et dormiūt i lectulo.] Sāctis enī viris dormire in lectulo / est intra mentis sue

Ps̄.cxlix.

cubile quiescere. Unde scriptū est: Exultabūt sācti i gloria: letabūtur in cubilib⁹ suis. Dicat ergo q semel nobis loqtur deus p somniū in visione nocturna / quādo irruit sopor sup hoīes / et dormiūt in lectulo: q: minimū tunc secreta diuinitatis agnoscim⁹ / cū ab hui⁹ mūdi tumultuosa cōcupiscentia intra mētis nostre cubilia segregamur. Quia vero (vt sepe iam diximus) aurē cordis tumultus secularium negocioꝝ claudit: et quies secrete cōsideratiōis aperit / apte subiungit. [Tunc aperit aures viroꝝ: et eru-

I

diens eos instruit disciplina. Cū enī ab exteriorib⁹ actionibus sopiuntur: aperta aure interni examinis causas audiunt. Qui dum subtiliter vel flagella publica vel iudicia occulta cōsiderant: semetipsos afficere flendo nō cessant. Unde bene dictum est:

¶ S. De quattuor modis in compunctione afficimur.

¶ Et erudiens eos instruit disciplina: q cōsiderātiū mēti et sese p penitētiā lacerāti / q̄si q̄dā plage pcussiōis sunt lamenta cōpunctionis. Unde etiā Salomon recte vim pcussionis vtriusq; coniungēs ait: Liuor vulneris abster-

puer.xx.

git mala / et plage in secretiorib⁹ vētris. Per liuorē quippe vulneris / disciplinā insinuat corporee pcussiōis. Plage vero in secretioribus vētris sunt interna mētis vulnera / q per punctionē fiunt. Sicut enī vēter cibo replet⁹ extendit: ita mēs prauis cogitationibus dilatata subleuat. Abstergūt igit mala et liuor vulneris et plage in secretioribus ventris: quia et disciplina exterior culpas diluit: et extēsam mētem cōpūctio penitētie virtute trāsfigit. Sed hoc inter se vtraq; hec differunt: q plage percussionū dolent. lamenta compunctionū sapiunt. Ille affligētes cruciant: iste reficiūt dum affligunt. Per illas in afflictione meror: et per hec in merore letitia. Quia tamē ipsa compunctio mentē lacerat: eādem compūctionē nō incōgrue disciplinā vocat. Quattuor quippe sunt qualitates quibus iusti viri aīa in cōpunctione vehementer afficit. Cū aut maloꝝ suorum reminiscit / considerans vbi fuit: aut iudicioꝝ dei sententiā metuens et secū querens / cogitat vbi erit: aut cū mala vite pñsentis solerter attendēs / me-

Sicut vēter cibis plen⁹ extēditur: ita mēs prauis cogitatiōib⁹ dilatata subleuatur.

rens cōsiderat vbi est: aut cū bona superne patrie contēplatur: que q: necdū adipiscit: lugēs cōspicit vbi nō est. Maloꝝ suoꝝ Paul⁹ meminerat: et ex eis se in qb⁹ fuerat affligebat / cū diceret. Nō sum dign⁹ vocari apłus: q: psecutus sum ecclesiam dei. Rursum diuinū iudiciū subtiliter pensans: in futuro male esse metuebat dicēs. Castigo corpus meū et seruituti subijcio: ne forte alijs pdicans ipse reprob⁹ efficiar. Rursus mala pñsentis vite pēsabat cum diceret. Dū sumus in hoc corpore / peregrinamur a dn̄o. Et / Uideo aliā legem in mēbris meis repugnātem legi mentis mee: et captiuū me ducentē in lege peccati que est in mēbris meis. Infelix ego homo / qs me liberabit de corpore mortis hui⁹? Et rursum bona eterne patrie cōside rabat dicēs. Uidemus nūc p speculum in enigmate: tunc autē facie ad faciē. Nūc cognosco ex parte: tūc autē cognoscam sicut et cognit⁹ sum. Atq; iterū. Scimus qm̄ si terrestris domus nostra huius habitatiōis dissoluat: q edificationē ex deo habem⁹ / domū nō manufactā / eternam in celis. Cui⁹ domus bona intuēs / Ephesijs dicit. Ut sciatis q̄ sit spes vocationis eius: et que diuitie glīe hereditatis ei⁹ in sanctis: et q̄ sit supeminens magnitudo virtutis ei⁹ in nos qui credim⁹. Mala vite pñsentis beat⁹ Iob cōsiderās ait. Tentatio est vita humana sup terrā. Qñ Dauid quoq; ait. Uniuersa vanitas oīs hō viuēs. Et tñ q̄ i imagine dei ambulet hō: tamē vane cōturbatur. Qui rursum eternā patriā cōtēplatus: et hec mala pñsentia in qb⁹ erat: atq; illa bona cōsiderās i qb⁹ adhuc nō erat / ait. Heu me: q: incolat⁹ meus plongatus est. Et / Ego dixi in pauore meo: proiect⁹ sum a vultu oculoꝝ tuoꝝ. Subleuatus in extasi (qđ nostri iterpretes pauorē nō pprie vocauerūt) a vultu oculoꝝ dei vidit se esse proiectū. Post interni qppe luminis visionē / q̄ in ei⁹ aīa per contēplationis gratiā radio claritatis emicuit / ad semetipm rediit: et cognitione percepta / vel quib⁹ illic bonis deesset / vel quib⁹ malis hic adesset / inuenit. Neq; enī qs pñsentis vite mala sicut sunt cōspicere preualet: si bona eterne patrie p cōtēplationis gustū cōtingere necdū valet. Unde a vultu oculoꝝ dei proiectū se esse cognouit. Subleuatus quippe vidit qđ se hic videre nō posse ad se relapsus ingemuit. Perfectā scilicet iam ista cōpunctio afficere familiari⁹ solet: qua oēs imaginationes corporeas infrendēter sibi obuiantes discutit: et cordis oculū figere in ipso radio incircūscripte lucis intēdit. Has quippe figurarū corporaliū species / ad se intus ex infirmitate corporis trahit. Sed pfecte cōpuncta hic summopere inuigilat: ne cū veritatē querit / eam imaginatio circūscripte visionis illudat: cūctasq; sibi obuiantes imagines respuit. Quia enī pfillas infra se lapsa est / sine illis sup se ire conat: et postq; per multa indecēter sparsa est / in vnū se colligere nitit: vt si magna vi amoris preualet / esse vnū atq; incorporeū contempleť. Unde aliquādo ad quādam inusitatam dulcedinē interni saporis admittitur: ac raptim aliquo modo ardenti spiritu afflata renouatur: tātoq; magis inhiat / quāto magis qđ amet degustat: atq; hoc intra se appetit / qđ sibi dulce sapere intrinsecus sentit: q: videlicet eius amore dulcedinis sibi coram se viluit: et postq; hanc vtcūq; pcipere potuit: quid sine illa dudum fuisset inuenit. Cui inherere conatur: sed ab eius fortitudine / sua adhuc infirmitate repellit: et quia eius munditie contēperari non valet / flere dulce habet: sibiq; ad se cadenti infirmitatis sue lachrymas sternere. Neq; enim mētis oculū potest in id qđ intra se raptim cōspexerat figere: quia ipso vetustatis sue visu deorsum ire cōpellitur. Inter hec anhelat / estuat / sup se ire conatur: sed ad familiares tenebras suas victa fatigatione relabitur. Quia ergo sic affecta anima cōtra semetipsam graue certamen tolerat: et quia oīs hec de nobis cōtrouersia cū nos afficit q̄uis delectatione permixta nō modicū dolorem parit: heliu postq̄ dixit deū nobis per somniū loqui: et locutiones eius nostras aures aperire: non immerito eandem apertionē aurium disciplinā vocat: q: eo magis nos afficiēdo conterit / quo magis ad nos per occultam eius inspirationis gratiā interne intelligentie sonus erūpit. Neq; enim fleret extrinsecus quisq; qđ est: si non intrinsecus potuisset sentire qđ nōdum est. Nā cum nosmetipsos inspicimus bene cōditos: sed ad persuasionem diabolicam pestifera consensione deceptos: in nobismetipsis attendimus aliud esse quod fecimus. aliud quod facti sumus: conditione nos integros / sed culpa viciatos.

R

j.Cor.xv.

j.Cor.ix.

ij.Cor.v.

Roꝫ.vij.

j.Cor.xiij.

ij.Cor.v.

Ephe.j.

Psalm.xxxviij.

L

Ps̄.cxix.

Ps̄.xxx.

Pñsentis vite mala sicut sunt/ conspicere nō valet q bona eterne pñe p contēplationē gustare non potest.

M

A

Proinde cõpũcti appetimꝰ vitare qđ fecimꝰ: vt ad id qđ facti fuimꝰ / reformemur. Unde ⁊ apte sequit. Cap.xxij.

Eccli.x.

Ut auertat hominẽ ab his que fecit: et liberet eũ de superbia. Quid enĩ homo de seipso nisi peccatũ fecit? Et scriptũ est. Initium oĩs peccati superbia. Bene ergo dicit: qꝛ homo cũ ab his que fecerit auertit: de supbia liberatur. Cõtra cõditorẽ quippe superbire est precepta eius peccãdo trãscendere: qꝛ quasi a se iugũ dñationis eius excutit: cui p obedientiã subesse contẽnit. Et contra qui id quod fecit vitare appetit: id qđ a deo factus est recognoscit: et ad conditionis sue ordinẽ humiliter redit / dum sua opera fugiens / talem se esse qualis a deo factus est diligit. Quia vero per hanc intelligentiam gloria sempiterna recipitur / supplicia eterna vitantur: apte subiungitur.

¶ S. Ut de corruptione transeunt ad gladium / qui de peccato ad supplicia rapiuntur.

¶ Eruens animã eius de corruptione: ⁊ vitã illius vt nõ transeat in gladium. Oĩs quippe peccator ab hac corruptione vitiorũ illuc ad gladium cõpellitur transire penarum: vt vnde hic inique delectatus est / inde illic iuste cruciet. Notandũ est ergo qꝛ deꝰ nobis p somniũ loquens: prius nos a corruptione et postmodũ a gladio liberat: qꝛ nimirũ illius vitam illic eripit ab vitione supplicij: cuius hic mentẽ subtrahit a delectatione peccati. Neqꝫ enim illic habet qđ formidare debeat de gladio sententie: quem hic post emendationẽ suam pollutio nõ corruperit culpe. Bene ergo dicit. Eruens animã eius de corruptione: et vitã illius vt nõ transeat in gladiũ. De corruptione nãqꝫ ad gladiũ trãsire est / post peracta vitia ad toleranda supplicia peruenire. Sequitur.

Deꝰ nobis p somniũ loquens priꝰ nos a corruptione et postmodum a gladio liberat.

B

¶ S. Ut occulto dei iudicio agitur / vt in cuiuslibet ordinis loco / in cuiuslibet secreti recessu homo sine tentationibꝰ non viuat: et plerũqꝫ quod sibi ad requiem parat / mutetur in perturbationem. Capitulum.xxiij.

Increpat quoqꝫ per dolorem in lectulo: ⁊ omnia ossa eius marcescere facit. In scriptura sacra lectus siue grabatus seu stratũ aliquãdo voluptas carnis / aliquando repausatio in bonis operibus / aliquãdo requies tẽporalis accipit. Quid est enĩ qꝛ in euangelio sanato cuidã dñs dicit: Surge / tolle grabatũ tuum: et vade in domũ tuã: nisi qꝛ per grabatum voluptas corporis designatur? Et iubetur vtiqꝫ vt hoc sanus portet vbi infirmus iacuerat: quia nimirũ oĩs qui adhuc vitijs delectatur / infirmus iacet in voluptatibꝰ carnis. Sed sanatus hoc portat vbi infirmus iacuerat: qꝛ diuino adiutorio ereptus / a vitijs eiusdem carnis contumelias postmodũ tolerat / in cuiꝰ prius desiderijs requiescebat. Rursum per lectum vel stratũ repausatio in bonis operibꝰ designatur. Unde in apostolorũ actibus Petrus apłus dicit. Enea sanet te dñs Jesus christus: surge ⁊ sterne tibi. Quid est dicere surge / nisi mala que perpetrasti derelinque? Et quid est dicere / sterne tibi: nisi mercedis causas in quibus requiescere debeas operare: vt ⁊ deserat resurgendo que fecit: et inueniat sternendo qđ fecerit. Quod vtrũqꝫ propheta breuiter cõprehendit dicens. Declina a malo / et fac bonũ. Declinare quippe a malo est ab eo quo iacuit surgere: bonum vero facere est mercedis opera in quibus requiescere debeat preparare. Qui enim declinat a malo / sed bona adhuc nõ facit: surrexit quidẽ ab eo quo iacuit: sed vbi requiescere debeat nõdum strauit. Et rursum lectus vel stratũ requies tẽporalis accipit: sicut scriptum est. Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Cũ enim quisqꝫ curis secularibus fatigatus: deserere per diuinã gratiã huius mundi itinera laboriosa cõpungitur: cogitare solet quomodo presentis vite desideria fugiat / et ab eius laboribus requiescat: sibiqꝫ mox desiderate quietis ordinem querit: ⁊ velut quoddã stratum sicut a cũctis laboribus cessationis locum inuenire cõcupiscit. Sed qꝛ in hac vita adhuc homo positus: in cuiuslibet ordinis loco / in cuiuslibet secreti recessu viuere sine tẽtationibus nullatenus potest: plerũqꝫ in id qđ ad requiẽ construitur / maior dolor tentationis inuenitur. Unde recte p prophetã dicit: Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ac si diceret. Omne qđ hic sibi parauit ad requiem: hoc et mutasti occulto iudicio ad perturbationem. Quod pio quidẽ dei consilio agit: vt huius peregrinationis tẽpore electorꝫ vita turbetur. Capitulum.xxiiij.

Joan.v.

Act.ix.

C

Ps.xxxvi.

Ps.xl.

Uiuere sine tẽtationibus nullatenꝰ hõ potest.

Uia quippe est vita presens qua ad patriã tendimus: ⁊ idcirco hic occulto iudicio frequẽti perturbatione cõterimur / ne viam pro patria diligamus. Solẽt enĩ nõnulli viatores cũ amena fortasse in itinere prata conspiciunt / pergendi moras innectere: et a cepti itineris rectitudine declinare: eorũqꝫ gressus tardat pulchritudo itineris dũ delectat. Electis ergo suis ad se pergẽtibus dñs huius mũdi iter asperũ facit: ne dũ quisqꝫ vite presentis requie quasi amenitate vie pascitur: magis eũ diu pergere qꝫ citius peruenire delectet: ne dũ oblectatur in via / obliuiscatur qđ desiderabat in patria. Quia ergo in hac vita oĩa nostra quã fortasse parauimus requies turbatur / recte dicit: Increpat quoqꝫ p dolorem in lectulo: id est in presentis vite requie / vel tentationis nos stimulis / vel flagelli afflictione cõturbat. Nam sepe humanus animꝰ qualibet breui tẽpore sine tentatione in bonis studijs fuerit / mox de eisdẽ studijs in quibꝰ quiescẽdo se exerit / de ipsis virtutibꝰ quibus multiplicari nitit / dũ proficere se sentit eleuatur. Unde pio rectoris nostri moderamine / impulsu tẽtationis afficit / vt in eo ipso profectus sui elatio cõprimat. Quapropter postqꝫ dixit: Increpat quoqꝫ p dolorẽ in lectulo: apte subiungit:

P

Uia ad patriã presens vita.

¶ S. Ut tentationũ profectus sit / cum infirmitatem nostram recolimus / et cognoscimꝰ quid diuino munere possumus: et quid ex nobis sumus.

¶ Et oĩa ossa eius marcescere facit. Ossa in scriptura sacra virtutes accipimꝰ: sicut scriptũ est. Dñs custodit oĩa ossa eorꝫ: vnũ ex eis nõ cõteretur. Quod vtiqꝫ non de ossibus corporis / sed de viribus dicit mentis. Nã certe nouimus qꝛ ⁊ multorũ martyrum corporaliter ossa contracta sunt: ⁊ persecutores dñi / latronis illius cui dictũ est: Hodie mecum eris in paradiso: sicut latronis alteriꝰ in cruce crura fregerũt. Cũ ergo increpat per dolorẽ in lectulo: omnia ossa facit marcescere: qꝛ cum in ea requie quam nobis ab hoc seculo preparamus / flagello tẽtationis afficimur: qui fortasse de virtutibꝰ nostris inflari potuimꝰ / cognite infirmitatis nostre tedio extenuamur. Cũ enĩ sicut cupimus ad deum proficimꝰ: si profectũ nostrum tẽtatio nulla pulsaret / alicuiꝰ nos fortitudinis esse crederemus. Sed qꝛ nobiscũ superna dispẽsatione agit / vt infirmitatis nostre qꝛ proficientes obliuiscimur: tentati recolamꝰ: et in profectu nostro quid de diuino munere / et in tentatione cognoscimꝰ quid de proprijs viribus sumus. Que nos profecto tẽtatio ad plenum raperet: nisi protectio superna seruaret. Sed pulsat nec frangit: impellit nec mouet: quatit nec deijcit: vt de nostra infirmitate sentiamꝰ esse qꝛ quatimur: ⁊ de diuino munere esse qꝛ stamꝰ. Et qꝛ sepe aĩa alicuius boni sibi conscia / cũ virtutes suas sibi ad memoriã reuocat / quadã delectatione pascit: ⁊ quasi gratulatione prospere plenitudinis impinguat: bene dicit / qꝛ tẽtatione pulsante marcescũt ossa: qꝛ dũ propria infirmitas tentatione interrogante cognoscit / oĩs illa nostrarũ viriũ velut pinguis viridisqꝫ gratulatio subito anxietatis merore siccatur: ⁊ qꝛ nos alicuiꝰ esse momẽti bona nostra pẽsando credidimꝰ: pulsati paulo ampliꝰ perituros nos iã iãqꝫ formidamꝰ. Tũc omne bonorꝫ nostrorꝫ gaudiũ vertit in pauorẽ penarũ. Tũc iniquos nos esse deprehẽdimꝰ: qꝛ sanctos paulo ante credebamꝰ. Tabescit mens / stupẽt oculi: omne qđ prius prosperũ arridebat euanescit: lux ipsa fastidio est: et sole se in aĩa tenebre meroris effundunt: nihil qđ delectet aspicit: triste est quicqđ occurrit. Unde ⁊ apte sequitur:

Psal.xxxiij.

E

F

¶ S. Ut homini in tẽtationibꝰ cõstituto presentis vite dulcedo amarescit: ⁊ nihil aliud qꝫ gemere ⁊ flere delectat.

¶ Abominabilis ei fit in vita sua panis / ⁊ aĩe illiꝰ cibus ante desiderabilis. Ac si apte dicat: afflicta mens sibi in amaritudinẽ versa considerat / quicquid se antea blande libenterqꝫ satiabat. Capitulum.xxv.

In scriptura enĩ sacra panis aliqñ ipse dñs / aliquãdo spũalis grã / aliqñ diuine doctrine eruditio / aliqñ hereticorũ predicatio / aliqñ subsidiũ vite presentis / aliqñ iocũditas humane delectatiõis accipitur. In pane dñs signatur: sicut ipse in euãgelio dicit: Ego sum panis viuꝰ / qui de celo descendi. Rursum p panẽ grã doni spũalis accipit: sicut p prophetã dicit: Qui obturat aures suas ne audiat sanguinẽ: ⁊ claudit oculos suos ne videat malũ / iste in excelsis habitabit: munimẽta saxorum sublimitas eius / panis ei datus est. Quid est enĩ obturare aures suas ne audiat sanguinẽ: nisi peccatis suas

Panis multiplex

Joan.vi.

Esaie xxxiij.

G

dentibus que de sanguine et carne nascuntur/non prebere cōsensum? Et quid est ne malum videat oculos claudere/nisi omne quod rectitudini aduersum est/non approbare? Iste in excelsis habitabit: quia quãuis cũ adhuc carnem in inferioribus retinet/mentẽ iam in sublimibus figit. Munimẽta saxorũ sublimitas eius: quia q̃ obiecta desideria terrene conuersationis calcat/ad supernã patriam per precedẽtium patrũ exempla se subleuat. Et quia per contẽplationis donũ gratia spũali satiatur/apte subiungitur: Panis ei datus est:id est refectionẽ spũalis gratie percipit: quia se a bonis infimis celestia sperando suspendit. Hinc etiam de sancta ecclesia per Dauid dñs dicit:

ps.cxxxj.

Pauperes eius saturabo panibus. quia illa mẽtes humilium posite/spiritualiũ implentur refectione donorũ. Rursum per panẽ diuine doctrine eruditio designatur/sicut per prophetã dicit: Qui habitatis in terra austri/cũ panibus occurrite fugienti.

Esaie.xxj.

In terra quippe austri habitant: qui in sancta ecclesia positi/superni spiritus charitate perflãtur. Fugit autem/qui huius mũdi mala euadere concupiscit. Qui ergo in terra austri habitat/fugienti cum panibus occurrat:id est is qui iam sancto spiritu intra ecclesiã plenus est: eũ qui mala sua euadere nitit/eruditionis eloquio cõsoletur. Fugienti.s.cum panibus occurrere/est metuẽti eterna supplicia/doctrine sacre escas offerre:et modo tumorẽ terrore cõprimere:modo pauorẽ exhortatione refouere. Quia panis refectio scripture sacre nõ incõuenienter accipitur: p eũdem prophetã iudeis

Esaie.lv.

solam litteram seruantibus dicit: Quare appẽditis argẽtum:et non in panibus? Ac si diceret. Pensatis sacra eloquia/sed nõ in refectione:quia dũ sola littere speciem custoditis/de spiritualis intelligẽtia pinguedinẽ interne refectionis amittitis. Unde illic apte subiungit. Et laborẽ vestrum non in saturitate. Capitulum.xxvj.

H

Rursum per panem hereticorũ predicatio designat: sicut p Salomonẽ mulier heretice eccle typũ gestans et stultos cõuocans dicit: Panes occultos libẽter edite. Uel sicut in nostra trãslatione scriptum est: Aque furtiue dulciores sunt:et panis absconditus suauior.

puer.ix.

Sunt eni nonnulle heretici q̃ aperte metuũt predicare qd sentiũt:et apud infirmorũ mẽtes verba sua tãto magis condiũt/quãto quasi amplius reuerẽter abscõdunt. Unde nõ immerito dicitur: Panes occultos libenter edite. Miseris enim cordibus occulta hereticorũ verba eo magis sapiunt/quo cũ reliquis cõmuniter non habentur. Rursum per panẽ subsidiũ presentis vite accipit:

gen.xxviij

sicut Jacob ad Laban trãsiens ait: Si fuerit dñs deus mecum si dederis mihi panẽ ad manducandũ/et vestẽ ad induendum. Et si

Joan.vj.

cut in euangelio dñs turbis sequentibus dicit. Queritis me non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus meis/et saturati estis. De septem enim panibus fuerant satiati. Et per eorũ personã dñs illos intra sanctam ecclesiã detestat/ qui p sacros ordines ad dñm ꝓpinquãtes:non in eisdẽ ordinibus virtutum merita/sed subsidia vite presentis exquirũt:nec cogitãt quid viuendo imitari debeãt/sed q̃ compẽdia percipiendo satient. Satiatos

J

quippe de panibus dñm sequi:est de sancta ecclesia tẽporalia alimẽta sumpsisse. Et nõ pro signis est dñm sed pro panibus querere:ad religionis officiũ non ꝓ augẽdis virtutibus/sed ꝓ requirẽdis subsidijs inhiare. Rursum p panem iocunditas humane delectationis accipitur. Unde Hieremias propheta cum synagoge prauos mores deflere/dixit. Ois populus eius gemẽs et querẽs panẽ:dederũt

Trenoꝝ.j.

preciosa queq̃ ꝓ cibo ad refocillandam animã. Gemens enim populus querit panem/dum praua hominũ multitudo affligitur:quia non ad votum de presentis vite iocunditate satiatur. Sed et preciosa queq̃ pro cibo dat:quia virtutes mentis in appetitũ delectationis transitorie inclinat. Et refocillare animã nititur: quia peruersis desiderijs satisfacere conatur. Unde bene mox ex voce illic electe multitudinis subdit. Uide dñe et considera: q̃ facta

Ibidem.

sum vilis. Uilis quippe plebs dei efficit: quãdo prauorũ numero crescente/in eis non summa et celestia:sed abiecta et terrestria sectatur. Capitulum.xxvij.

H

Elui itaq̃ quid aliud panem q̃ presentis vite delectationẽ vocat? Qui post q̃ vim tẽtationis expressit/illico subdidit. Abominabilis ei fit in vita sua panis: et anime illius cibus ante desiderabilis. quia videlicet omne qd prius de ipsa prosperitate viuẽdi dulce sapiebat: postmodum per vim tentationis amarescit. Homini q̃ vero quicquid gaudij/quicquid virtutis facere videbatur/subito in pauore tẽtationis amittitur: et quasi euacuatus eisdem virtutibus tristis animus solo merore possidetur. Cũ enim paulo vehemẽtius impulsu tentationis afficitur: quia excrescere vim solite fortitudinis non valet:eam iam velut perditam dolet: seq̃ ex se vacuum sentiẽs/infirmitatem suam ex ipsa sua vanitate cognoscit. Unde ab omni mox iocunditate quasi frangitur:et escas prioris letitie respuens:eo quem solum libenter appetit/luctu satiatur. Unusquisq̃ eni cum sibi bene viuendi ꝓsperitas arridet/hilarescit: atq̃ ipsa hilaritas animũ velut desiderabilis cibus reficit. Sed cum tentatione paulo amplius imminente pulsatur: a mente eius per merorẽ fastidiũ gaudium omne repellitur/que prius eodem gaudio quasi satiata letabatur. Quis igitur homo tentatus/ab ore cordis omnem cibum respuit delectationis:nihilq̃ ei aliud q̃ semetipsum et cognoscere et flere delectat:bene dicitur. Abominabilis ei fit in vita sua panis:et anime illius cibus ante desiderabilis. Sed sicut superius diximus:idcirco moderamine occulte dispensationis ita tentari permittimur: vt qui ex diuino munere in virtute proficimus:etiam quid sumus ex propria infirmitate memoremur. et qui ex perceptione muneris opera virtutis inferimus/ex infirmitatis nostre memoria sacrificium humilitatis offeramus. Aliquãdo autem post profectũ virtũ non solum tentant vitia/sed etiam flagellis castigant. Cum autem tentamur vitijs/pia dispẽsatione nobiscum agitur: ne his virtutibus quibus proficimus extollamur. Cũ vero flagellis atterimur/malis increpãtibus admonemur/ne mundo blãdiente seducamur. Uitia dum nos tentant: proficientes in nos virtutes humiliant:flagella dum tentant/surgentes in corde huius mũdi voluptates eradicant. Per tentantia vitia discimus/quid de nobis sumus: per ferientia flagella cognoscimus qd de mundo fugiamus. Per illa restringimur ne intrinsecus extollamur: per ista comprimimur ne quid extrinsecus appetamus. In hac ergo vita dum sumus:et flagellis atteri/et aliquãdo tentari vitijs necesse est. Siue eni in laboribus flagellorum seu in certamine vitiorum/non solũ nobis nostra infirmitas innotescit:sed etiam in quãta virtute profecerimus agnoscimus.

Cur tentari permittimur.

K

Differẽter tentamur vitijs:differẽter atterimur flagellis.

L

¶ S. De vtilitate tentationis: et q̃ in aduersis magis se agnoscat homo q̃ in prosperis.

¶ Nemo quippe vires suas in pace cognoscit. Si eni bella desunt:virtutũ experimẽta nõ prodeũt. Improuidus miles est qui forte se in pace gloriatur. Capitulum.xxviij.

Nemo vires suas i pace cognoscit.

Q

Uia ergo sepe virtutũ merita per flagellorũ aduersa patefiunt:apte subiungit dicẽs. [Tabescet caro illius:et ossa que tecta fuerant nudabitur.] Cum enim flagellis premẽtibus omnis exterior voluptas atterit:interne fortitudinis ossa nudant. Quid autem hoc loco carnis nomine/nisi ipsa delectatio carnalis accipitur? Uel quid per ossa nisi virtutes anime designãtur? Tabescit ergo caro vt ossa nudentur: quia dum flagellis arguentibus carnalis delectatio extenuatur:ea que dudum quasi sub carne latuerãt virtutum fortia patefiunt. Nemo quippe quantum profecerit/nisi inter aduersa cognoscit. Cum enim assunt prospera:cerni virium documenta non possunt. Unde alias scriptum est: In die mandauit dominus misericordiam suam/et nocte declarauit. quia videlicet vnusquisq̃ superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit: sed quãtum ceperit/in aduersitate perturbationis ostendit. Tabescat ergo caro/vt nudentur ossa. Feriamur paternis perturbationibus:vt quãtum proficimus agnoscamus. Flagellis enim dñi/pinguedo carnalis delectationis atteritur: sed virtutum nostrarum ossa patefiunt. Decus nostrum exterius ipsa huius mundi aduersitate fedatur:sed quid in nobis intrinsecus latebat ostenditur. Cesis naq̃ apostolis denunciatũ est:ne loquerẽtur vltra in nomine Jesu:sed magna exultatione gauisi sunt q̃ digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati:suisq̃ aduersarijs cum fiducia responderunt. Obedire oportet deo magis q̃ hominibus. Ecce inter aduersa validius fidei robur emicuit: ecce cõscissa est integritas carnium:sed patefacta sunt ossa virtutum. Hinc de eis per sapientiam dicitur: Deus tentauit illos: et inuenit illos dignos se. Tentati sunt

Caro delectatio carnalis.

M

ps.xlj.

Act.v.

Sap.iij.

A quippe aduersitate plagarū: sed digni inuenti sunt nuda
tione ossium. Nam quia hec illorū illa tentatio est que ex
flagellis adhibetur/illic aperte declaratur/dū sequitur.
Ibidem. Tanq̄ aurum in fornace probauit illos/ et quasi holocau
sti hostiam accepit illos. Quia ergo vniuscuiusq̄ vires
nō nisi per aduersa patefiūt: bene dicitur. Tabescet enim
caro eius: et ossa que tecta fuerant/nudabūtur. Tabescit
enim caro dum omne qđ fluxum infirmūq̄ est/flagellis
atteritur. Nudātur ossa/dum per hec in nobis etiam qđ
validum iacet aperit. Quia vero sicut et superi⁹ dictum
est: in ipsa aduersitate tentationis nō solum detegitur ro
bur fortitudinis/sed etiā agnoscitur infirmitas humani
tatis: tētatus quisq̄ ostēdit quidē quātum de deo pro
fecerit: sed in ipsis flagellorū afflictionib⁹ etiam quātum
de semetipso sit infirmus agnoscit: (qz nō tantūmodo nu
dantur ossa: sed etiam tabescit caro) apte subiungitur.

C. S. Qz qui tentantur/corruptioni et morti appropin
quant/nisi per dei gratiā liberentur: que vtiliter plerūq̄
se subtrahit: et q̄ nihil sit homo sine illa/ex propria infir
mitate intelligit.

Appropinquabit corruptioni anima eius/ et vita illius
mortiferis.] Tentati enim vniuscuiusq̄ iusti anima cor
ruptioni appropinquare dicitur: quādo ne eā virt⁹ possit
extollere/per flagella cōpellitur quid sit ex propria infir
mitate sentire. Corruptioni videlicet appropinquat: quia
ex suis se viribus perditioni proximū non ignorat: vt hoc
quod a perditione longe est/nō sibi/sed dño tribuat. Ap
B propinquat vero mortiferis: qz ex infirmitate carnis pro
ximū se peccatis mortem ferentibus respicit: a quibus di
uino munere tāto magis longe fit/quāto se eis proximū
ex suis meritis deprehendit. Per contemplationem con
ditionis sue Dauid corruptioni appropinquauerat/cum
Ps. cij. dicebat: Memento domine q̄ puluis sumus: homo sicut
fenum dies eius. Per cōtēplationem quoq̄ infirmitatis
proprie Paulus mortiferis appropinquauerat/cum di
Ro. vij. cebat. Uideo aliā legē in mēbris meis repugnātem legi
mētis mee: et captiuū me ducētem in lege peccati que est
in mēbris meis. Infelix ego homo/ quis me liberabit de
corpore mortis hui⁹? Corruptioni ergo et mortiferis ap
propinquare est/cōsiderata infirmitate humanitatis sue
peccatorē se ex suis meritis cernere: atq̄ apud se arrogā
Nihil su- tiam ex proprijs viribus non habere. Quid enim sumus:
m⁹ si a dei si a conditoris nostri protectione deserimur? Que nimi
protectio- rum protectio minus necessaria creditur/si semp habeatur.
ne desera- Sed vtiliter plerūq̄ subtrahitur: vt sibimetipsi homo q̄ si
mur. ne illa nihil sit ostēdatur. Manus igitur dei aliquando
nos nobis per aduersa insinuat: que etiam nescientes nos
in prosperis portat. Quo destituti dū cadere incipimus/
et tamen adiuti retinemur: et doctrina fit qđ in lapsu tre
Nemo se pidamus: et custodia qđ in statu permanemus. Nemo er
alicui⁹ vir go se alicuius virtutis estimet/etiā cum quid fortiter po
tutis esti- test: quia si diuina protectio deserat: ibi repente enerui ter
met. obruitur: vbi se valenter stare gloriabatur. Quid est enim q̄
iij. Regū vir dei cōtra altare samarie ad prophetandū direct⁹: pre
xiij. sente rege auctoritatem libere vocis exercuit: eiusq̄ dēq̄ re
C gis extētum brachiū in rigorē miserabiliter astrinxit: qđ
tamen mox misericorditer saluti restituit: Cuius in do
mo inuitatus comedere noluit: quia ne in via comederet
prohibitionis diuine precepta seruauit. Qui tamē in eadē
via r seductus comedit: r pastus interijt. Qua in re quid
subtili consideratione colligimus: quid (vt ita dixerim)
formidādū suspicamur: nisi q̄ forsitan qz apud semetipm
tacitus/pro preceptis diuinis regem se contēpsisse gloria
batur: ab interna mox soliditate quassatus est: r inde et in
opere culpa surripuit/vnde gloria in corde surrexit: vt
prophete falsi verbis deceptus diceret: qz nequaq̄ ppria
fortitudinis fuerit/q̄ regis verbis restitisset. Bene autē
ex eius ore mortis sententiam accepit/cuius seductione a
vite precepto deuiauit: vt inde penā veraciter sumeret/
vnde culpā negligēter admisisset. Quia igitur vnūquēq̄
electum suum diuina gratia tunc magis erudiendo custo
dit: cum quasi percutiēs deserit: dicatur recte: Appropin
quabit corruptioni anima eius: et vita illius mortiferis.
vt quo se suis viribus vicinum morti per aduersa consi
derat: eo in cunctis que fortiter egerit/ad diuine spei mu
nimen fugiens solidius viuat.

Finit Liber Uicesimustertius Mo
ralium sancti Gregorij.

Sequitur liber Moraliū beati Gregorij pape D
Uicesimusquartus sup Job: continuans textū
capituli Tricesimitertij. Capl'm. j.

et superiꝰ dixi, arrogātes viri inflatis suis sermonibꝰ
sepe fortia dicta pmiscent: nec cōsiderāt aliquādo quid
dicant, sed pēsant studiose quid doceant. Quos nunc

A Melius speciē tenet: q̄ nō recte viuere appetit/ sed docere. Quia ergo sciēs/ sed arrogās loquit̄: taceamus iā q̄d tumidū viuit: ⁊ audiamus q̄d solidum dicit. Post tot itaq̄ elationis verba/ tandē sciētiā suā ostēdere inchoans ait. [Respondebo tibi q̄ maior sit deus hoīe.] Dicat fortasse aliquo: Quis ista vel cū nō audit ignorat? Sed nimirū hec sententia vilis credit̄/ si non ex ipsa intentionis sue radice pēsatur. Flagellato videlicet loquebatur: qui et percussiōis verbera acceperat/ ⁊ causas verberum nesciebat. Idcirco ergo intulit. Capitulum .xviij.

Respondebo tibi q̄ maior sit deꝰ hoīe. vt flagellatus homo cōsiderās q̄ ille maior est deus in omne q̄d patit̄/ eius iudicio se postponat: cui se minorē esse nō dubitat: ⁊ q̄d a meliore patit̄/ iustū credat/ etiā si eiꝰ sdē iustitie causas ignorat. Quisq̄s enim etiā p peccato patit̄: nisi murmurādo renitat̄: eo ipso iā iustus esse inchoat/ quo ferientis iustitiā nō accusat. Homo nāq̄ sub deo est cōditꝰ: ⁊ ad cōditiōis ordinē redit/ quādo sibi equitatē iudicis sui etiā quā nō intelligit/ anteponit. Hinc ergo dicit̄. Respōdebo tibi q̄ maior sit deꝰ hoīe. vt cōsiderata potentia creatoris/ destruat tumor mentis per memoriā cōditionis. Unde dauid ꝓpheta cum percussionis pōdere in excessum vocis erūpere cogeret̄: ad considerationem cōditiōis sue se recolligēs/ ait: Obmutui/ et nō aperui os meū: q̄m tu fecisti me. Pensauit enim cōditionis sue ordinē/ et iustitiā percussionis inuenit: quia qui benigne eū qui nō erat cōdidit/ eū profecto qui erat/ non nisi iuste percussit. Sequitur.

Psalm. xxxviij.

[S. Ne in scriptura sancta semel dixit deus quicquid B expedit homini: nec singulis cogitatiōibus hominū per prophetarum voces vel angelorum ministeria interrogatus respondeat.

[Aduersus eū contēdis/ q̄ nō ad oīa verba respōderit tibi. Semel loquit̄ deus/ ⁊ secūdo idipm̄ nō repetit.] Elati cordis est propriū: vt in omne q̄d appetit/ ⁊ tamē rerū ordinē contrariū sentit: si possit fieri/ cur ita vel nō ita sit/ diuinis sibi respōderi vocibꝰ velit: vt deū de cūctarum rerū cōtrouersia cōsulat/ ⁊ respōsionis eiꝰ cognita ratiōe cōquiescat. Heliu autē puidēs q̄ scripturā sacrā dn̄s cōderet: vt in ea vel publicis vel occultis cūctoꝝ questionibꝰ respōderet/ ait: Aduersus eū cōtēdis/ q̄ nō ad oīa verba respōderit tibi. Semel loquit̄ deꝰ: ⁊ scd̄o idipm̄ nō repetit. Ac si diceret. Deus singuloꝝ cordibus priuatis vocibus nō respōdet: sed tale eloquiū cōstruit/ p q̄d cunctorū questionibus satisfecit. Capitulum .xix.

In scripture quippe eius eloquio causas nr̄as singuli si requirimꝰ inuenimꝰ: nec opus est vt in eo q̄d specialit̄ q̄sq̄ tolerat/ respōderi sibi diuina voce specialiter q̄rat. Ibi enī nobis oībꝰ in eo q̄d specialiter patimur/ cōiter respōdet̄ vbi vita pcedentiū fit forma sequētiū. Ut enī vnū e pluribꝰ ꝓferamꝰ: ecce dū passione aliqua vel molestia carnis afficimur/ scire fortasse occultas causas passionis eiusdē vel molestie optamꝰ: quatenꝰ C in eo q̄d patimur/ ex ipsa rerū sciētia cōsolemur. Sed q̄ de specialibꝰ tētatiōibꝰ nr̄is nequaq̄ nobis singulis specialiter respondet̄/ ad scripturā sacrā recurrimꝰ. Ibi videlicet inuenimꝰ q̄ paulꝰ carnis sue infirmitate tētatus/ audiuit: Sufficit tibi grā mea: nā virtꝰ in infirmitate pficitur. Q̄d idcirco illi in infirmitate ꝓpria dictū est: ne singillatim nobis oībꝰ diceret̄. In scriptura igit̄ sacra vocē dei afflicto Paulo audiuimꝰ: ne cū fortasse affligimur/ singuli audire eā priuata ꝯsolatione q̄reremus. Nō ergo dn̄s ad oīa vba nobis respōdet: q̄ semel loquit̄/ ⁊ scd̄o idipm̄ non repetit. Quia bis q̄ p scripturā sacrā ad patres nostros ꝓtulit/ nos erudire curauit. Discāt itaq̄ sancte doctores ecclesie: discāt ⁊ arrogātes cum intra eam laborare quosdā pusillanimitate ꝯspiciūt: q̄ nobis deꝰ ad vba oīa nō respōdet: q̄ semel loquit̄ deꝰ: ⁊ idipm̄ scd̄o nō repetit. Cogitationibꝰ vel tētationibꝰ singuloꝝ nō iā passim p prophetarū voces/ non p angelica officia satisfacit: q̄ scriptura sacra q̄cq̄d potest singulis euenire cōprehēdit: atq̄ in illa p exēpla precedētiū/ etiā vitā sequētiū informare curauit. Quis q̄d ait: Semel loquit̄ deꝰ: ⁊ scd̄o idipm̄ nō repetit: hoc intelligi subtiliꝰ pōt: q̄ pat̄ vnigenitū cōsubstantialē sibi filiū genuit. Loqui enī dei/ est vbū genuisse. Semel autē loqui dei/ est verbū aliud preter vnigenitū nō habere. Unde ⁊ apte subdit̄: Et scd̄o idipm̄ nō repetit: q̄ videlicet hoc ipm̄ verbū. i. filiū nō nisi vnicū genuit.

I. Cor. xij.

In scriptura sacra q̄cq̄d pōt singulis euenire/ dn̄s cōprehendit ⁊c.

Q̄d autē nō ait: locutꝰ est/ sed loquit̄: non videlz tēpꝰ preteritū nec futurū ponens: liquet oībꝰ q̄ deo nec preteritū tēpus cōgruit nec futurū. Tanto ergo in eo quodlibet tēpus ponit̄ liberꝰ: quāto nullū vere. Neq̄ enī q̄dlibet libere dici poterat/ si salte vnū ꝓprie diceret̄. Inde itaq̄ dici in deo tēpus audacter q̄dlibet licet: vnde i eo dici ꝓprie nullū licet. Verbū nāq̄ pater sine tēpore genuit. Et quis digne fari queat illā ineffabilē natiuitatē/ q̄ de eterno natus est coeternꝰ/ q̄ existēs ante secula genuit equalē: q̄ gignente natꝰ posterior nō est: Que videlz nos mirari possumꝰ/ sed intueri minime valemꝰ. Illiꝰ autē natiuitatis vim iā mirari posse/ aliq̄tenꝰ videre est. Sed quomodo videmꝰ q̄d neq̄ cōprehēdimꝰ? Est aūt q̄d de visu carnis ptrahere ad sensuz spūs debemꝰ. Nā si de i tenebris clausis oculis iaceat: atq̄ ante eū subitū lucerne lumē erūpat/ clausi eiꝰ oculi ipso aductu luminis feriunt̄ vt pateicant. Cur ergo turbati sunt si clausi nihil viderūt? Nec tamē aliq̄d pfectū fuit: q̄d videre clausi potuerūt. Nā si pfecte totū vidissent: cur aperti quererēt q̄d viderēt? Sic itaq̄ sic sumꝰ: cū de incōprehensibili natiuitate intueri aliq̄d conamur. Eo ipso enī q̄ fulgoris admiratiōe percutit̄ animꝰ: et quasi videt q̄d videri nō valet: velut in tenebris positꝰ/ vim lucis oculis clausis videt. Heliu nāq̄ ait. Semel loquit̄ deꝰ: Dauid vero vbi vnigeniti natiuitatē intuēs ait: Semel locutꝰ est deꝰ. Qui enī vnigenitꝰ filiꝰ idē verbū patris ⁊ pfectione natꝰ dicit̄: ⁊ p eternitate semp nasci perhibet̄: sacra scriptura libere dicere de deo cōsueuit: q̄ locutus est/ ⁊ loquit̄. In eo enī q̄ pfectū verbū genuit/ ⁊ locutus est pater: in eo aūt q̄ semp gignit/ etiā loquit̄: quis hoc q̄d pfectū diximus/ ꝓprie nō dicamus. neq̄ enī q̄d factū non est/ ꝓprie dicit̄ esse perfectū: sed eius plenitudinē per quādā angustiā nostre locutionis exprimimus: sicut etiā de patre dn̄s dicit. Estote pfecti/ sicut ⁊ pater vester celestis pfectus est. Quia vero hec diuine nature secreta admiratio nō facile occupatis p terrena desideria mentibus innotescit: apte dei locutio qualiter ad nos fiat insinuat dicens: [Per somniū in visione nocturna: quando irruit sopor sup homines/ et dormiunt in lectulo.]

D

E

Matth. v.

[S. Q̄ in nocte vite presentis diuina natura ad plenū nō agnoscit̄: ⁊ idipm̄ q̄d quasi in caligine conspici potest/ tūc demū videmꝰ/ cū ab huiusmodi mundi tumultuosa cōcupiscētia segregati/ q̄si clausis corporalibꝰ sensibꝰ in quiete cōtēplationis diuine dormimus. Capitulum .xx.

Quid est q̄d p somniū nobis locutio diuinitatis innotescit/ nisi q̄ dei secreta non cognoscimus/ si in terrenis desiderijs vigilemus? In somno enī exteriores sensus dormiūt/ ⁊ interiora cernūtur. Si interna ergo cōtēplari volumꝰ/ ab externa īplicatiōe dormiamꝰ. Uox videlz dei q̄si p somniū audit̄/ q̄ tranquilla mēte ab huiꝰ seculi actiōe quiescit̄: ⁊ in ipso mētis silētio diuina pcepta pēsant̄. Cū enī ab externis actiōibꝰ mēs sopitur: tūc plenius mādatoꝝ dei pōdus agnoscit̄. Tūc vba dei mēs viuaciꝰ penetrat/ cū ad se admittere curarū secularium tumultꝰ recusat. Male aūt hō vigilat: q̄ si eū secularium negocioꝝ estꝰ insolēter inq̄etat. Aurē quippe cordis terrenarū cogitationū turba dū pstrepit claudit: atq̄ i secretario mētis quāto minꝰ curarū tumultuātiū somnus cōpescit/ tāto ampliꝰ vox presidētis iudicis non audit̄. Neq̄ enī pfecte hō sufficit ad vtraq̄ diuisus: sed dū sic interiꝰ erudiri appetit vt tū exteriꝰ implicet̄: vnde exteriꝰ auditū aperit/ inde interiꝰ obsurdescit. Moyses admistꝰ egyptijs q̄si vigilabat: et idcirco vocē dn̄i in egypto positꝰ nō audiebat. Sed extincto egyptio postq̄ in desertū fugit/ illic dn̄i q̄draginta annis deguit/ q̄si ab inq̄etis terrenorū desideriōꝝ tumultibus obdormiuit: atq̄ idcirco diuinā vocē pcipere meruit: q̄ per fugā grātiā quāto magis ab appetēdis exterioribꝰ torpuit/ tāto veriꝰ ad cognoscēda interiora vigilauit. Rursus israelitici ppl'i turbis pcelatus/ vt legis pcepta pcipiat/ in mōtē ducit̄: atq̄ vt interna penetret/ ab externis tumultibꝰ occultat̄. Capl'm .xxi.

Impedimētum cogitationis dei secretorum.

F

Exod. iij.

Exo. xix.

Uide ⁊ sancti viri qui exterioribꝰ ministerijs deseruire officij necessitate cogūtur: studiose semp ad cordis secreta refugiūt: ibiq̄ cogitationis intime cacumē ascendūt: et legē quasi in mōte percipiūt: cū postpositis tumultibꝰ actionū tēporaliū/ in cōtēplationis sue vertice supne volūtatis sententiā perscrutant̄. Hinc est q̄ idē moyses crebro de rebꝰ dubijs ad tabernaculum redit: ibiq̄ secreto dominū consuluit: et quid

Cautela sanctorū virorum.

Exemplū de moyse.

G certius decernat agnoscit. Relictis quippe turbis ad ta-
bernaculū redire est / postpositis exterioꝝ tumultib⁹ / se-
cretū mētis intrare. Ibi enī dñs cōsulit: et qđ foris agen-
dum est publice / intus silēter audit. Hoc quotidie boni
rectores faciūt: cum se res dubias discernere nō posse co-
gnoscūt: ad secretū mētis velut ad quoddā tabernaculū
reuertunt: diuinaqꝫ lege ꝯspecta / q̄si corā posita area dñs
cōsulunt: ꝛ qđ prius intus tacētes audiūt: hoc foris post-
modū agentes innotescūt. Ut enim exterioribus officijs
inoffense deseruiant / ad secreta cordis recurrere incessabi-
liter curāt: ꝛ sic vocē dei quasi p somniū audiūt / dū in me-
ditatione mētis a carnalib⁹ sensib⁹ abstrahunt. Hinc est
ꝙ sponsa in canticis canticoꝝ sponsi vocē quasi p somniū
audierat / q̄ dicebat: Ego dormio: et cor meū vigilat. Ac
si diceret. Dū exteriores sensus ab huius vite sollicitudi-
nibus sopio: vacante mente viuacius interna cognosco.
Foris dormio: sed int⁹ cor vigilat: qꝛ dū exteriora q̄si non
sentio / interiora solerter apprehēdo. Bene ergo heliu ait:
[Qꝛ p somniū loquit deus. atqꝫ apte subdidit / in visione
nocturna.] Nocturna enī visio apparere cōtēplationi inē-
tis sub quibusdā imaginationib⁹ solet. In diurna autē lu-
ce certius cernimus: in nocturna vero visione dictāter vi-
demus. Et quia sancti oēs q̄diu in hac vita sunt / diuine
nature secreta quasi sub quadā imaginatiōe ꝯspiciūt (qꝛ
videlicet necdū sicut sunt ea manifestius contēplant) be-
ne heliu postqꝫ dixit deū nobis per somniū loqui / subdit:
In visione nocturna. Nox quippe est vita p̄sens: in q̄ q̄diu
sumus / p hoc ꝙ interna cōspicimus / sub incerta imagina-
tione caligam⁹. Propheta nāqꝫ ad vidēdū dñm quadā
se p̄mi caligine sentiebat / dicēs. Aīa mea desiderauit te in
nocte. Ac si aperte diceret: In hac obscuritate vite p̄sen-
tis videre te appeto: sed adhuc infirmitatis nubilo cir-
cūscribor. Dauid quoqꝫ huius noctis caliginem vidēs /
claritatē veri luminis prestolatus ait: Mane astabo tibi /
et videbo. Adhuc ergo in nocte minus se videre cōspicit:
qui ad vidēdū deū futurū mane cōcupiscit. Quia vero
(vt diximus) ab exteriori actiōe cessare dormire est: bene
heliu subdit. [Quando irruit sopor sup hoīes.] Qꝛ autē
sancti viri cū exteriori actioni nō deseruiūt: intra mentis
cubilia cōquiescūt: apte subiūxit. [Et dormiūt ī lectulo.]
Sāctis enī viris dormire in lectulo / est intra mentis sue
cubile quiescere. Unde scriptū est: Exultabūt sācti ī glo-
ria: letabuntur in cubilib⁹ suis. Dicat ergo ꝙ semel nobis
loqtur deus p somniū in visione nocturna / quādo irruit
sopor sup hoīes / ꝛ dormiūt in lectulo: qꝛ mimirū tunc se-
creta diuinitatis agnoscim⁹ / cū ab hui⁹ mūdi tumultuo-
sa cōcupiscentia intra mētis nostre cubilia segregamur.
Quia vero (vt sepe iam diximus) aurē cordis tumultus
secularium negocioꝝ claudunt quies secrete cōsideratiōis
aperit / apte subiungit. [Tunc aperit aures viroꝝ: ꝛ eru-
diens eos instruit disciplina.] Cū enī ab exteriorib⁹ actio-
nibus sopiuntur: aperta aure interni examinis causas au-
diunt. Qui dum subtiliter vel flagella publica vel iudi-
cia occulta cōsiderant: semetipsos afficere flendo nō ces-
sant. Unde bene dictum est:

❡ S. De quattuor modis in compunctione afficimur.

❡ Et erudiens eos instruit disciplina: qꝛ cōsideratiōe mē-
tis ꝛ sese p penitētiā lacerāt / q̄si q̄dā plage pcussiōis sunt
lamenta cōpunctionis. Unde etiā Salomon recte vim p-
cussionis vtriusqꝫ coniungēs ait: Liuor vulneris abster-
git mala / ꝛ plage in secretiorib⁹ vētris. Per liuorē quip-
pe vulneris / disciplinā insinuat corporee pcussiōis. Pla-
ge vero in secretioribus vētris sunt interna mētis vulne-
ra / q̄ per punctionē fiunt. Sicut enī vēter cibo replet⁹ ex-
tendit: ita mēs prauis cogitationibus dilatata subleuat.
Abstergūt igit mala ꝛ liuor vulneris ꝛ plage in secreto-
ribus ventris: quia ꝛ disciplina exterior culpas diluit: et
extēsam mētem cōpunctio penitētie vitione trāsfigit. Sed
hoc inter se vtraqꝫ hec differunt: ꝙ plage percussionū do-
lent. lamenta compunctionū sapiunt. Ille affligētes cru-
ciant: ista reficiūt dum affligunt. Per illas in afflictione
meror est: per hec in merore leticia. Quia tamē ipsa com-
punctio mentē lacerat: eādem compūctionē nō incōgrue
disciplinā vocat. Quattuor quippe sunt qualitates qui-
bus iusti viri aīa in cōpunctione vehementer afficit. Cū
aut malorū suorum reminiscit / considerans vbi fuit: aut
iudicioꝝ dei sententiā metuens ꝛ secū querens / cogitat
vbi erit: aut cū mala vite presentis solerter attendēs / me-
rens cōsiderat vbi est: aut cū bona superne patrie contēpla-
tur: que qꝛ necdū adipiscit / lugēs cōspicit vbi nō est. Ma-
lorū suoꝝ Paul⁹ meminerat: ꝛ ex eis se in qb⁹ fuerat af-
fligebat / cū diceret. Nō sum dign⁹ vocari aplus: qꝛ psecu-
tus sum ecclesiam dei. Rursum diuinū iudiciū subtiliter
pensans: in futuro male esse metuebat dicēs. Castigo cor-
pus meū et seruituti subijcio: ne forte alijs pdicans ipse
reprob⁹ efficiar. Rursus mala p̄sentis vite pēsabat cum
diceret. Dū sumus in hoc corpore / peregrinamur a dño.
Et / Uideo aliā legem in mēbris meis repugnātem legi
mentis mee: ꝛ captiuū me ducentē in lege peccati que est
in mēbris meis. Infelix ego homo / q̄s me liberabit de cor-
pore mortis hui⁹? Et rursum bona eterne patrie cōside-
rabat dicēs. Uidemus nūc p speculum in enigmate: tunc
autē facie ad faciē. Nūc cognosco ex parte: tūc autē cogno-
scam sicut ꝛ cognit⁹ sum. Atqꝫ iterū. Scimus qm̄ si terre-
stris domus nostra huius habitatiōis dissoluat: ꝙ edifi-
cationē ex deo habem⁹ / domū nō manu factā / eternam in
celis. Cui⁹ domus bona intuēs: Ephesijs dicit. Ut sciatis
q̄ sit spes vocationis eius: ꝛ que diuitie glīe heredita-
tis ei⁹ in sanctis: et q̄ sit supeminens magnitudo virtutis
ei⁹ in nos qui credim⁹. Mala vite p̄sentis beat⁹ Iob cōsi-
derās ait. Tētatio est vita humana sup terrā. Hinc Dauid
quoqꝫ ait. Uniuersa vanitas oīs hō viuēs. Et q̄qꝫ ī ima-
gine dei ambulet hō: tamē vane cōturbatur. Qui rursum
eternā patriā cōtēplatus: et hec mala p̄sentis in qb⁹ erat:
atqꝫ illa bona cōsiderās i qb⁹ adhuc nō erat / ait. Heu me:
ꝙ incolat⁹ meus plongatus est. Et / Ego dixi in pauore
meo: proiect⁹ sum a vultu oculoꝝ tuoꝝ. Subleuatus in
extasi (qđ nostri īterpretes pauorē nō ,ppie vocauerūt)
a vultu oculoꝝ dei vidit se esse proiectū. Post interni qp-
pe luminis visionē / q̄ in ei⁹ aīa per contēplationis gratiā
radio claritatis emicuit / ad semetipm̄ rediit: ꝛ cognitio-
ne percepta / vel quib⁹ illic bonis deesset / vel quib⁹ malis
hic adesset / inuenit. Neqꝫ enī qui p̄sentis vite mala sicut
sunt cōspicere preualet: si bona eterne patrie p cōtēplatio-
nis gustū cōtingere necdū valet. Unde a vultu oculoꝝ
dei proiectū se esse cognouit. Subleuatus quippe vidit qđ
se hic videre nō posse ad se relapsus ingemuit. Perfectā
scilꝫ aīam ista cōpunctio afficere familiari⁹ solet: qua oēs
imaginationes corporeas insolēter sibi obuiantes discu-
tit: ꝛ cordis oculū figere in ipso radio incircūscripte lu-
cis intēdit. Has quippe figurarū corporaliū species / ad
se intus ex infirmitate corporis trahit. Sed pfecte cōpunc-
ta hic summopere inuigilat: ne cū veritatē querit / eam
imaginatio circūscripte visionis illudat: cūctasqꝫ sibi ob-
uiantes imagines respuit. Quia enī p illas infra se lapsa
est / sine illis sup se ire conat: ꝛ postqꝫ per multa indecēter
sparsa iacet / in vnū se colligere nitit: vt si magna vi amoris
preualet / esse vnū atqꝫ incorporeū contemplet. Unde ali-
quādo ad quādam inusitatam dulcedinē interni saporis
admittitur: ac raptim aliquo modo ardenti spiritu affla-
ta renouatur: tātoqꝫ magis inhiat / quāto magis qđ amet
degustat: atqꝫ hoc intra se appetit / qđ sibi dulce sapere in-
trinsecus sentit: qꝛ videlicet eius amore dulcedinis sibi
coram se viluit: ꝛ postqꝫ hanc vtcūqꝫ pcipere potuit: quid
sine illa dudum fuisset inuenit. Cui inherere conatur: sed
ab eius fortitudine / sua adhuc infirmitate repellit: ꝛ quia
eius munditie contēperari non valet / flere dulce habet:
sibiqꝫ ad se cadenti infirmitatis sue lachrymas sternere.
Neqꝫ enim mētis oculū potest in id qđ intra se raptim cō-
spexerat figere: quia ipso vetustatis sue vsu deorsum ire
cōpellitur. Inter hec anhelat / estuat / sup se ire conatur:
sed ad familiares tenebras suas victa fatigatione relabi-
tur. Quis ergo sic affecta anima cōtra semetipsam graue
certamen tolerat: ꝛ quia oīa hec de nobis cōtrouersia di-
nos afficit q̄uis delectatione permixta nō modicū dolo-
rem parit: helius postqꝫ dixit deū nobis per somniū loqui:
et locutiones eius nostras aures aperire: non inmerito
eandem apertionē aurium disciplinā vocat: qꝛ eo magis
nos afficiēdo conterit / quo magis ad nos per occultam
eius inspirationis gratiā interne intelligentie sonus erū-
pit. Neqꝫ enim flere extrinsecus quisqꝫ qđ est: si nō intrin-
secus potuisset sentire qđ nōdum est. Neqꝫ cum nosmet-
ipsos inspicimus bene cōditos: sed ad persuasionem dia-
bolicam pestifera consensione deceptos: in nobismetipsis
attendimus aliud esse quod fecimus / aliud quod facti
sumus: conditione nos integros / sed culpa viciatos.

Catt. v.

H

Nox vita presens.

Esa. xxvj.

Ps. v.

Ps. cxlix.

I

puer. xx.

Sicut vēter cibis plen⁹ extēditur: ita mens prauis cogitatiōib⁹ dilatata subleuatur.

K

j. Cor. xv.

j. Cor. ix.

ij. Cor. v.

Rom. vij.

j. Col. xiij.

ij. Cor. v.

Ephe. j.

Psal. xxxviij.

L

Ps. cxix.

Ps. xxx.

Presentis vite mala sicut sunt / conspicere nō valet q̄ bona eterne p̄sentis contēplatione gustare non potest.

M

A Proinde cõpũcti appetim⁹ vitare qđ fecim⁹: vt ad id qđ facti sum⁹ / reformemur. Unde ꝛ apte sequit. Cap. xxxiij.

Eccl. x.

Ut auertat hominẽ ab his que fecit: et liberet eũ de superbia.] Quid enĩ homo de seipso nisi peccatũ fecit? Et scriptũ est. Initium oĩs peccati superbia. Bene ergo dicit: qꝛ homo cũ ab his que fecerit auertit: de sup̃bia liberatur. Cõtra cõditorẽ quippe superbire est precepta eius peccãdo trãscendere: qꝛ quasi a se iugũ dñationis eius excutit: cui p obedientiã subesse contẽnit. At contra qui id quod fecit vitare appetit: id qđ a deo factus est recognoscit: et ad conditionis sue ordinẽ humiliter redit / dum sua opera fugiens / talem se esse qualis a deo factus est diligit. Quis vero per hanc intelligentiam gloria sempiterna recipitur / supplicia eterna vitantur: apte subiungitur.

S. Qꝫ de corruptione transeunt ad gladium / qui de peccato ad supplicia rapiuntur.

Eruens animã eius de corruptione: ꝛ vitã illius vt nõ transeat in gladium.] Ois quippe peccator ab hac corruptione vitiorũ illuc ad gladium cõpellitur transire penarum: vt vnde hic inique delectatus est / inde illic iuste cruciatur. Notandũ est ergo qꝫ de⁹ nobis p somniũ loquens: prius nos a corruptione et postmodũ a gladio liberat: qꝛ nimirũ illius vitam illic eripit ab vltione supplicij: cuius hic mentẽ subtrahit a delectatione peccati. Nec enim illic habet qđ formidare debeat de gladio sententie: quem hic post emendationẽ suam pollutio nõ corruperit culpe. Bene ergo dicit. Eruens animã eius de corruptione: et vitã illius vt nõ transeat in gladiũ. De corruptione nãqꝫ ad gladiũ trãsire est / post peracta vitia ad toleranda supplicia peruenire. Sequitur.

De nobis p somniũ loquens pri⁹ nos a corruptione et postmodum a gladio liberat.

B

S. Qꝫ occulto dei iudicio agitur / vt in cuiuscꝫ ordinis loco / in cuiuscꝫ secreti recessu homo sine tentationib⁹ non viuat: et plerũqꝫ quod sibi ad requiem parat / mutetur in perturbationem. Capitulum. xxxiij.

Increpat quoqꝫ per dolorem in lectulo: ꝛ omnia ossa eius marcescere facit.] In scriptura sacra lectus siue grabatus seu stratũ aliquãdo voluptas carnis / aliquando repausatio in bonis operibus / aliquãdo requies tẽporalis accipit. Quid est enĩ qꝫ in euangelio sanato cuidã dñs dicit: Surge / tolle grabatũ tuum: et vade in domũ tuã: nisi qꝫ per grabatum voluptas corporis designatur? Et iubetur vtiqꝫ vt hoc sanus portet vbi infirmus iacuerat: quia nimirũ ois qui adhuc vitijs delectatur / infirmus iacet in voluptatib⁹ carnis. Sed sanatus hoc portat vbi infirmus iacuerat: qꝛ diuino adiutorio ereptus / a vitijs eiusdem carnis contumelias postmodũ tolerat / in cui⁹ prius desiderijs requiescebat. Rursum per lectum vel stratũ repausatio in bonis operib⁹ designatur. Unde in apostolorũ actibus Petrus aplus dicit. Enea sanet te dñs Jesus christus: surge ꝛ sterne tibi. Quid est dicere surge / nisi mala que perpetrasti derelinque? Et quid est dicere / sterne tibi: nisi mercedis causas in quibus requiescere debeas operare; vt ꝛ deserat resurgendo que fecit: et inueniat sternendo qđ fecerit. Quod vtrũqꝫ propheta breuiter cõprehendit dicens. Declina a malo / et fac bonũ. Declinare quippe a malo est ab eo quo iacuit surgere: bonum vero facere est mercedis opera in quibus requiescere debeat preparare. Qui enim declinat a malo / sed bona adhuc nõ facit: surrexit quidẽ ab eo quo iacuit: sed vbi requiescere debeat nõdum strauit. Et rursum lectus vel stratũ requies tẽporalis accipit: sicut scriptum est. Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Cũ enim quisqꝫ curis secularibus fatigatus: deserere per diuinã gratiã huius mundi itinera laboriosa cõpungitur: cogitare solet quomodo presentis vite desideria fugiat / et ab eius laboribus requiescat: sibiqꝫ mox desiderate quietis ordinem querit: ꝛ velut quoddã stratum sicut a cũctis laboribus cessationis locum inuenire concupiscit. Sed qꝛ in hac vita adhuc homo positus: in cuiuslibet ordinis loco / in cuiuslibet secreti recessu viuere sine tẽtationibus nullatenus potest: plerũqꝫ in id qđ ad requiẽ construitur / maior dolor tentationis inuenitur. Unde recte p prophetã dicit: Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ac si diceret. Omne qđ hic sibi parauit ad requiem: hoc ei mutasti occulto iudicio ad perturbationem. Qđ pio quidẽ dei consilio agit: vt huius peregrinationis tẽpore electoꝝ vita turbetur. Capitulum. xxxiiij.

Joan. v.

Act. ix.

C

Ps. xxxvi.

Ps. xl.

Uiuere sine tẽtationibus nullaten⁹ hõ potest.

Uia quippe est vita presens qua ad patriã tendimus: ꝛ idcirco hic occulto iudicio frequẽti perturbatione cõterimur / ne viam pro patria diligamus. Solẽt enĩ nõnulli viatores cũ amena fortasse in itinere prata conspiciunt / pergendi moras innectere: et a recti itineris rectitudine declinare: eorũqꝫ gressus tardat pulchritudo itineris dũ delectat. Electis ergo suis ad se pergẽtibus dñs huius mũdi iter asperũ facit: ne dũ quisqꝫ vite presentis requie quasi amenitate vie pascitur: magis eã diu pergere qꝫ citius peruenire delectet: ne dũ oblectatur in via / obliuiscatur qđ desiderabat in patria. Quia ergo in hac vita ois nostra quã fortasse parauimus requies turbatur / recte dicit: Increpat quoqꝫ p dolorem in lectulo: id est in presentis vite requie / vel tentationis nos stimulis / vel flagelli afflictione cõturbat. Nam sepe humanus anim⁹ quãlibet breui tẽpore sine tentatione in bonis studijs fuerit / mox de eisdẽ studijs in qb⁹ quiescẽdo se exercit: de ipsis virtutib⁹ quibus multiplicari nitit / dũ proficere se sentit eleuatur. Unde pio rectoris nostri moderamine / impulsu tẽtationis afficit / vt in eo ipsa profectus sui elatio cõprimat. Quapropter postqꝫ dixit: Increpat quoqꝫ p dolorẽ in lectulo: apte subiunxit:

D

Uia ad patriã presens vita.

S. Qꝫ tentationũ profectus sit / cum infirmitatem nostrum recolimus / et cognoscim⁹ quid diuino munere possumus: et quid ex nobis sumus.

Et oĩa ossa eius marcescere facit. Ossa in scriptura sacra virtutes accipim⁹: sicut scriptũ est. Dñs custodit oĩa ossa eoꝝ: vnũ ex eis nõ cõteretur. Quod vtiqꝫ non de ossibus corporis / sed de viribus dicit mentis. Nã certe nouimus qꝫ ꝛ multorũ martyrum corporaliter ossa confracta sunt: ꝛ persecutores dñi / latronis illius cui dictũ est: Hodie mecum eris in paradiso: sicut latronis alteri⁹ in cruce crura fregerũt. Cũ ergo increpat per dolorẽ in lectulo: omnia ossa facit marcescere: qꝛ cum in ea requie quam nobis ab hoc seculo preparamus / flagello tẽtationis afficimur: qui fortasse de virtutib⁹ nostris inflari potuim⁹ / cognite infirmitatis nostre tedio extenuamur. Cũ enĩ sicut cupimus ad deum proficim⁹: si profectũ nostrum tẽtatio nulla pulsaret / alicui⁹ nos fortitudinis esse crederemus. Sed qꝛ nobiscũ superna dispẽsatione agit / vt infirmitatis nostre qꝛ proficientes obliuiscimur: tentati recolam⁹: et in ꝓfectu nostro quid de diuino munere / et in tentatione cognoscim⁹ quid de ꝓprijs viribus sumus. Que nos profecto tẽtatio ad plenum raperet: nisi ꝓtectio superna seruaret. Sed pulsat nec frangit: impellit nec mouet: quatit nec deijcit: vt de nostra infirmitate sentiam⁹ esse qꝫ quatimur: ꝛ de diuino munere esse qꝫ stem⁹. Et qꝛ sepe aĩa alicuius boni sibi conscia / cũ virtutes suas sibi ad memoriã reuocat / quadã delectatione pascit: ꝛ quasi gratulatione ꝓprie pleniudinis impinguat: bene dicit / qꝫ tẽtatione pulsante marcescũt ossa: qꝛ dũ proprie infirmitas tentatione interrogante cognoscit / ois illa nostrarũ viriũ velut pinguis viriditas gratulatio subito anxietatis merore siccatur: ꝛ q nos alicui⁹ esse momẽti bona nostra pẽsando credidim⁹: pulsati paulo ampli⁹ perituros nos iã iãqꝫ formidam⁹. Tũc omne bonoꝝ nostroꝝ gaudiũ vertit i pauorẽ penarũ. Tũc in quos nos esse deprehẽdim⁹ qꝫ sanctos paulo ante credebam⁹. Tabescit mens / stupẽt oculi: omne qđ prius ꝓsperũ arridebat euanescit: lux ipsa fastidio est: et foris fem aĩa tenebre meroris effundunt: nihil qđ delectet aspicit: triste est quicqđ occurrit. Unde ꝛ apte sequitur:

E

Psal. xxxiij.

F

S. Qꝫ homini in tẽtatiõib⁹ cõstituto p̃sentis vite dulcedo amarescit: ꝛ nihil aliud qꝫ gemere ꝛ flere delectat.

Abominabilis ei fit in vita sua panis / ꝛ aie illi⁹ cibus ante desiderabilis. Ac si apte dicat: afflicta mens sibi in amaritudinẽ verti considerat / quicquid se antea blande libenterqꝫ satiabat. Capitulum. xxxv.

In scriptura enĩ sacra panis aliqñ ipse dñs / aliquãdo spũalis grã / aliqñ diuine doctrine eruditio / aliqñ hereticoꝝ ꝑdicatio / aliqñ subsidiũ vite presentis / aliqñ iocũditas humane delectatiõis accipitur. In pane dñs signatur: sicut ipse in euãgelio dicit: Ego sum panis viu⁹ / q de celo descendi. Rursum p panẽ grã doni spũalis accipit: sicut p ꝓphetã dicit: Qui obturat aures suas ne audiat sanguinẽ: ꝛ claudit oculos suos ne videat malũ / iste in excelsis habitabit: munimẽta saxorum sublimitas eius / panis ei datus est. Quid est enĩ obturare aures suas ne audiat sanguinẽ: nisi peccatis suas

Panis multiplex

Joan. vi.

Esaie xxxiij.

G

dentibus que de sanguine et carne nascitur/non prebere cõsensum: Et quid est ne malum videat oculos claudere/nisi omne quod rectitudini adversum est/non approbare? Iste in excelsis habitabit: quia quis est adhuc corpore in inferioribus retinet/mentẽ tamen in sublimibus figit. Munimẽta saxorum sublimitas eius: quia dum obiecta desideria terrene conversationis calcat/ad supernã patriam per precedẽtium patrum exempla se sublevat. Et quia per contẽplationis donum gratia spũali satiatur/apte subiungitur: Panis ei datus est: id est refectionẽ spũalis gratie percipit: quia se a bonis infimis celestia sperando suspendit. Hinc etiam de sancta ecclesia per David dñs dicit: Pauperes eius saturabo panibus: quia in illa mẽtes humilium posite/spiritualium implentur refectione donorum.

Ps. cxxxi.

Rursum per panẽ divine doctrine eruditio designatur: sicut per prophetã dicit: Qui habitatis in terra austri/cum panibus occurrite fugienti. In terra quippe austri habitant: qui in sancta ecclesia politi/superni spiritus charitate perflatur. Fugit autem/qui huius mũdi mala evadere concupiscit. Qui ergo in terra austri habitat/fugienti cum panibus occurrat: id est is qui iam sancto spiritu intra ecclesiã plenus est: eum qui mala sua evadere nititur/eruditionis eloquio cõsoletur. Fugienti. s. cum panibus occurrere/est metuenti eterna supplicia/doctrine sacre escas offerre: et modo rumorẽ terrore cõprimere: modo pavorẽ exhortatione refovere. Quia panis refectio scripture sacre nõ inconvenienter accipitur: p eundem prophetã iudeis solam litteram servantibus dicit: Quare appẽditis argẽtum: et non in panibus? Ac si diceret. Pensatis sacra eloquia/sed nõ in refectione: quia dũ solã littere speciem custoditis/de spirituali intelligẽtia pinguedinẽ interne refectionis amittitis. Unde illic apte subiungit. Et laborẽ vestrum non in saturitate.

Esaie. xxi.

Esaie. lv.

Capitulum. xxvi.

H

Ursum per panem hereticorum predicatio designat: sicut p Salomonẽ mulier heretice ecclesie typũ gestans et stultos cõvocans dicit: Panes occultos libẽter edite. Vel sicut in nostra trãslatione scriptum est: Aque furtive dulciores sunt: et panis absconditus suavior. Sunt enim nonnulli hereses q aperte metuũt predicare qd sentiũt: et apud infirmorum mẽtes verba sua tãto magis condiũt/quãto quasi amplius reverẽter abscõdunt. Unde nõ immerito dicitur: Panes occultos libenter edite. Miseris enim cordibus occulta hereticorum verba eo magis sapiunt/quo cum reliquis cõmuniter non habentur. Rursum per panẽ subsidium presentis vite accipit: sicut Jacob ad Laban trãsiens ait: Dñe deus si dederis mihi panẽ ad manducandum/et vestẽ ad induẽdum. Et sicut in evangelio dñs turbis sequentibus dicit. Queritis me non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus meis/et saturati estis. De septem enim panibus fuerant satiati. Et per eorum personã dñs illos intra sanctam ecclesiã detestat/qui p sacros ordines ad dñm ppinquãtes: non in eisdẽ ordinibus virtutum merita/sed subsidia vite presentis exquirũt: nec cogitãt quid vivendo imitari debeãt/sed q compẽdia percipiendo satient. Satiatos quippe de panibus dñm sequi: est de sancta ecclesia temporalia alimẽta sumpsisse. Et nõ pro signis est dñm sed pro panibus querere: ad religionis officium non p augẽdis virtutibus/sed p requirẽdis subsidijs inhiare. Rursum p panem iocunditas humane delectationis accipitur. Unde Hieremias propheta cum synagoge pditos mores desleret/dixit. Oĩs populus eius gemẽs et querẽs panẽ: dederũt preciosa queq p cibo ad refocillandam animã. Gemens enim populus querit panem/dum pravus hominũ multitudo affligitur: quia non ad votum de presentis vite iocunditate satiatur. Sed et preciosa queq pro cibo dat: qr virtutes mentis in appetitũ delectationis transitorie inclinat. Et refocillare animã nititur: quia pverse desiderijs satisfacere conatur. Unde bene mox ex voce illic electe multitudinis subdit. Vide dñe et considera: qr facta sum vilis. Vilis quippe plebs dei efficit: quãdo pravorum numero crescente/in eis non summa et celestia: sed abiecta et terrestria sectatur.

puer. ix.

Gen. xxviij.

Joan. vj.

J

Threñ. j.

Ibidem.

Capitulum. xxvij.

H

Elu itaq quid aliud panem q presentis vite delectationẽ vocat? Qui postq vim tẽtationis expressit/illos subdidit. Abominabilis ei fit in vita sua panis: et anime illius cibus ante desiderabilis. quia videlicet omne qd prius de ipsa prosperitate viuẽdi dulce sapiebat: postmodum per vim tentationis amarescit. Homũq vero quicquid gaudij/quicquid virtutis facere videbatur/subito in pavore tẽtationis amittitur: et quasi evacuatus eisdem virtutibus tristis animus solo merore possidetur. Cũ enim paulo vehemẽtius impulsu tentationis afficitur: quia exercere vim solite fortitudinis non valet: eam iam velut perditam dolet: seq ex se vacuum sentiẽs/infirmitatem suam ex ipsa sua vanitate cognoscit. Unde ab omni mox iocunditate quasi frangitur: et escas prioris letitie respuens: eo quem solum libenter appetit/luctu satiatur. Unusquisq enim cum sibi bene vivendi psperitas arridet/hilarescit: atq ipsa hilaritas animum velut desiderabilis cibus reficit. Sed cum tentatione paulo amplius imminente pulsatur: a mente eius per merorem fastidium gaudium omne respuitur/que prius eodem gaudio quasi satiata letabatur. Quia igitur homo tentatus/ab ore cordis omnem cibum respuit delectationis: nihilq ei aliud q semetipsum et cognoscere et flere delectat: bene dicitur. Abominabilis ei fit in vita sua panis: et anime illius cibus ante desiderabilis. Sed sicut superius diximus: idcirco moderamine occulte dispensationis ita tentari permittimur: ut qui ex divino munere in virtute proficimus: etiam quid sumus ex propria infirmitate memoremur. et qui ex perceptione muneris opera virtutis inferimus/ex infirmitatis nostre memoria sacrificium humilitatis offeramus. Aliquãdo autem post profectum virtutum non solum tentant vitia/sed etiam flagella castigant. Cum autem tentamur vitijs/pia dispẽsatione nobiscum agitur: ne his virtutibus quibus proficimus extollamur. Cũ vero flagellis atterimur/malis increpãtibus admonemur/ne mundo blãdiente seducamur. Vitia dum nos tentant: proficientes in nos virtutes humiliant: flagella dum tentant/surgentes in corde huius mũdi voluptates eradicant. Per tentantia vitia discimus/quid de nobis simus: per ferientia flagella cognoscimus qd de mundo fugiamus. Per illa restringimur ne intrinsecus extollamur: per ista comprimimur ne quid extrinsecus appetamus. In hac ergo vita dum sumus: et flagellis atteri/et aliquãdo tentari vitijs necesse est. Sive enim in laboribus flagellorum seu in certamine vitiorum/non solum nobis nostra infirmitas innotescit: sed etiam in quãta virtute profecerimus agnoscimus.

K

Cur tentari permittimur.

Differẽter tentamur vitijs: differẽter atterimur flagellis.

L

¶ S. De utilitate tentationis: et q in adversis magis se agnoscat homo q in prosperis.

¶ Nemo quippe vires suas in pace cognoscit. Si enim bella desunt: virtutum experimẽta nõ prodeũt. Improvidus miles est qui forte se in pace gloriatur.

Nemo vires suas in pace cognoscit.

Capitulum. xxviij.

Q

Uia ergo sepe virium merita per flagellorum adversa patefiunt: apte subiungit dicẽs. Tabescet caro illius: et ossa que tecta fuerant nudabuntur. Cum enim flagellis pmẽtibus omnis exterior voluptas atterit: interne fortitudinis ossa nudant. Quid autem hoc loco carnis nomine/nisi ipsa delectatio carnalis accipitur? Vel quid per ossa nisi virtutes anime designãtur? Tabescit ergo caro et ossa nudentur: quia dum flagellis arguentibus carnalis delectatio extenuatur: ea que dudum quasi sub carne latuerãt virtutum fortia patefiunt. Nemo quippe quantum profecerit/nisi inter adversa cognoscit. Cum enim adsunt prosperã: cerni virium documenta non possunt. Unde a sãs scriptum est: In die mandavit dominus misericordiam suam/et nocte declaravit. quia videlicet unusquisq superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit: sed quãtum pceperit/in adversitate perturbationis ostendit. Tabescat ergo caro/ut nudentur ossa. Feriamur paternis perturbationibus: ut quãtum proficimus agnoscamus. Flagellis enim dum/pinguedo carnalis delectationis atteritur: sed virtutum nostrarum ossa patefiunt. Decus nostrum exterius ipsa huius mundi adversitate fedatur: sed quid in nobis intrinsecus latebat ostenditur. Cesis nãq apostolis denunciatum est: ne loquerẽtur ultra in nomine Jesu: sed magna exultatione gavisi sunt: q digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati: iussisq adversarijs cum fiducia responderunt. Obedire oportet deo magis q hominibus. Ecce inter adversa validius fidei robur emicuit: ecce cõscissa est integritas carnium: sed patefacta sunt ossa virtutum. Hinc de eis per sapientiam dicitur: Deus tentavit illos: et invenit illos dignos se. Tentati sunt

Caro delectatio carnalis.

M

Ps. xlj.

Act. v.

Sap. iij.

quippe aduersitate plagarū: sed digni inuenti sunt nudatione ossium. Nam quia hec illorū illa tentatio est que ex flagellis adhibetur, illic aperte declaratur, dū sequitur. (Ibidem.) Tanq̄ aurum in fornace probauit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos. Quia ergo vniuscuiusq; vires nō nisi per aduersa patefiūt: bene dicitur. Tabescet enim caro eius: et ossa que tecta fuerant, nudabūtur. Tabescit enim caro dum omne qđ fluxum infirmūq; est, flagellis atteritur. Nudātur ossa, dum per hec in nobis etiam qđ validum iacet aperit. Quia vero sicut et superi⁹ dictum est in ipsa aduersitate tentationis nō solum detegitur robur fortitudinis, sed etiā agnoscitur infirmitas humanitatis: et tētatus quisq; ostēdit quidē quātum de deo profecerit: sed in ipsis flagellorū afflictionib⁹ etiam quātum de semetipso sit infirmus agnoscit: (qui nō tantummodo nudantur ossa: sed etiam tabescit caro) apte subiungitur.

¶ S. Qz qui tentantur, corruptioni et morti appropinquant, nisi per dei gratiā liberentur: que vtiliter plerūq; se subtrahit: et q̄ nihil sit homo sine illa, ex propria infirmitate intelligit.

¶ Appropinquabit corruptioni anima eius, et vita illius mortiferis.] Tentati enim vniuscuiusq; iusti anima corruptioni appropinquare dicitur: quādo ne eū virt⁹ possit extollere, per flagella cōpellitur quid sit ex propria infirmitate sentire. Corruptioni videlicet appropinquat: quia ex suis se viribus perditioni proximū non ignorat: vt hoc quod a perditione longe est, nō sibi, sed dño tribuat. Appropinquat vero mortiferis: quia ex infirmitate carnis proximū se peccatis mortem ferentibus respicit: a quibus diuino munere tāto magis longe fit, quāto se eis proximū ex suis meritis deprehendit. (B) Per contemplationem conditionis sue David corruptioni appropinquauerat, cum dicebat: (Ps. cij.) Memento domine q̄ puluis sumus: homo sicut fenum dies eius. Per cōtēplationem quoq; infirmitatis proprie Paulus mortiferis appropinquauerat, cum dicebat. (Ro. vij.) Uideo aliā legē in mēbris meis repugnātem legi mētis mee: et captiuū me ducētem in lege peccati que est in mēbris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Corruptioni ergo et mortiferis appropinquare est, cōsiderata infirmitate humanitatis sue peccatorē se ex suis meritis cernere: atq; apud se arrogā: (Nihil sum⁹ si a dei protectione deseramur.) tiam ex proprijs viribus non habere. Quid enim sumus: si a conditoris nostri protectione deserimur? Que nimirum protectio minus necessaria credit, si semp habeatur. Sed vtiliter plerūq; subtrahit: vt sibimetipsi homo q̄ sine illa nihil sit ostēdatur. Manus igitur dei aliquando nos nobis per aduersa insinuat: que etiam nescientes nos in prosperis portat. Qua destituti dū cadere incipimus, et tamen adiuti retinemur: et doctrina fit qđ in lapsu trepidamus: et custodia qđ in statu permanemus. (Nemo se alicui⁹ virturis estimet.) Nemo ergo se alicuius virtutis estimet, etiā cum quid fortiter potest: quia si diuina protectio deserat: ibi repente eneruiter obruitur: vbi se valenter stare gloriabat. Quid est enim q̄ (iij. Regū xiij.) vir dei cōtra altare samarie ad prophetandū direct⁹, presente rege auctoritatem libere vocis exercuit: eiusdēq; re(C)gis extēsum brachiū in rigorē miserabiliter astrinxit: qđ tamen mox misericorditer saluti restituit: Cuius in domo inuitatus comedere noluit: quia ne in via comederet prohibitiones diuine precepta seruauit. Qui tamē in eadē via et seductus comedit: et passus interijt. Qua in re quid subtili consideratione colligimus: quid (vt ita dixerim) formidādū suspicamur: nisi q̄ forsitan qui apud semetipsum tacitus, pro preceptis diuinis regem se contēpsisse gloriabatur: ab interna mox soliditate quassatus est: et inde ei in opere culpa surripuit, vnde gloria in corde surrexit: vt prophete falsi verbis deceptus disceret: q̄ nequaq̄ proprie fortitudinis fuerit, q̄ regis verbis restitisset. Hinc autē ex eius ore mortis sententiam accepit, cuius seductione a vite precepto deuiauit: vt inde penā veraciter sumeret, vnde culpā negligēter admisisset. Quia igitur vnūquēq; electum suum diuina gratia tunc magis erudiendo custodit: cum quasi percutiēs deserit: dicatur recte: Appropinquabit corruptioni anima eius: et vita illius mortiferis. vt quo se suis viribus vicinum morti per aduersa considerat: eo in cunctis que fortiter egerit, ad diuine spei munimen fugiens solidius viuat.

¶ Finit Liber Tricesimustertius Moralium sancti Gregorij.

¶ Sequit liber Moraliū beati Gregorij pape (D) Tricesimusquartus sup Job: continuans textū capituli Tricesimitertij. Capitulum. j.

Elitu vim superne dispēsationis insinuans, de electi vniuscuiusq; percussione intulit dicēs. Appropinquabit corruptioni aīa eius, et vita illius mortiferis. Et dū tentatū hominē demōstrat vnū: in qua tētatione sit positum humanū gen⁹ ostendit vniuersum: dūq; narrat quid specialiter agat in singulis: liquido intimat quid generaliter agat in cūctis. Sic eni tētationē exposuit (Gñale remediū medicine contra gñalē pestilentiā tētationis.) quorūdā proprie singulorū: vt possit intelligi et vniuersaliter omniū. Cunctū quippe electorū gen⁹ in hac vita huius tedio laboris afficit. Unde et mox huic generali pestilētie generale subintulit remediū medicine, dicens:

¶ S. Qz Christ⁹, magni cōsilij angel⁹, similis nobis locutus est equitatē: homo p hoībus interpellans: et impetrauit indulgētiam, exauditus pro sua reuerentia.

¶ Si fuerit pro eo angel⁹ loquēs vnū de similib⁹, vt annunciet hoīs equitatē, miserebitur ei⁹.] Quis enī est iste angel⁹, nisi ille q̄ p ꝓphetā dicit magni cōsilij angelus? (Esaie. ix.) Quia enī greca lingua euāgelizare denūciare dicit: semetipsum nobis annūciās dñs angelus vocat. Et bene ait: Si (Euāgelizare denūciare.) fuerit p eo angel⁹ loquēs: quia sicut ait apls, etiā interpellat p nobis. Sed qđ p nobis loquat audiam⁹: Unū de similib⁹. Mos medicine est, vt aliqñ similia similibus: aliqñ cōtraria cōtrarijs curet. Nā sepe calida calidis: frigida frigidis: sepe aūt frigida calidis: calida frigidis sanare con(E)sueuit. Ueniēs ergo ad nos desup medic⁹ noster: tātisq; nos inueniēs lāguoribus pressos: quiddā nobis simile, et quiddā contrariū apposuit. Ad hoīes quippe homo venit, sed a peccatorēs iustus. cōcordauit nobis veritate nature, sed discrepauit a nobis rigore iustitie. Uitiosus eni homo corrigi nō poterat, nisi p deū. Uideri autē debuit qui corrigebat: vt prebēdo imitationis formā, ante acte malitie mutaret vitā. Sed videri ab hoīe nō poterat deus: ergo homo factus est, vt videri potuisset. Capitulum. ij.

Nuisus igit atq; inuisibilis deus apparuit similis nobis homo visibilis: vt dū videret ex simili, curaret ex iusto: et dū veritate generis concordat conditioni, virtute artis obuiaret egritudini. Qui ergo in carne veniens dñs nō culpam nostram ex vitio, nō (Conditio redemptoris nostri.) penā ex necessitate suscepit (nulla eni labe peccati pollutus, reatus nostri teneri conditione nō potuit) atq; ideo mortē nostrā omni necessitate calcata, cum voluit, spōte suscepit: recte dicit q̄ p tentato hoīe iste angelus vnū de similib⁹ loquit: quia nec ita nat⁹ vt reliqui: nec ita mortu⁹: nec ita resuscitatus. Nō eni operāte coitu, sed spūsancto (F) superueniente cōceptus est. Natus autē materna viscera fecūda exhibuit: et incorrupta seruauit. Rursum nos ocā cū nolum⁹ morimur: quia ad soluēde pene debitū culpe nostre cōditione coarctamur. Ille autē qui nulli admixt⁹ est culpe: nulli ex necessitate succubuit pene. Sed quia culpam nostrā dominādo subdidit: penā nostrā miserando suscepit: sicut ipse ait: Potestatē habeo ponendi animā meā: (Joan. x.) et potestatē habeo iterum sumēdi eā. Qui etiā premisit: Nemo tollit eam a me: sed ego ponā eam a meipso. Rursum nō vt reliqui suscitatus est: quia nr̄a resurrectio in seculi finem dilata est: illius vero die tertio celebrata. Et nos quidē per illū resurgimus: nam ipse per se. Nec enim qui deus erat, sicut nos ab alio vt resuscitari potuisset indigebat. In eo ergo eius resurrectio distat a nostra: q̄ non per nosmetipsos resurgimus sicut ipse. Pro eo enim q̄ simpliciter homines sum⁹, superiori adiutorio vt resurgere valeamus indigem⁹. Ille autē eiusdem resurrectionis vim cū patre et spiritusancto de⁹ exhibuit: quā tamen solus in humanitate percepit. Capitulum. iij.

Uia igit dñs vere natus: vere mortuus: vere suscitat⁹: in oībus tamen distat a nobis magnitudine potētie, sed sola cōcordat nobis ṽitate nature: bene dicit q̄ p nobis angelus iste vnū de similibus loquitur. Cū enim in cūctis operationibus suis immēsa nos virtute trāscēdat: in vno tamē a nobis dissimile ve-

G ritate non discrepat. Per hoc ꝓ nobis patri loquit̃: ꝙ semetipsum nobis similẽ ostẽdit. Loqui quippe eius vel interpellare/est ipsum se pro hominib⁹ hominẽ demõstrare. Et bene cũ dixisset/Unũ de similib⁹ loquit̃: illico adiunxit. [Et annũciet hominis equitatem.] Quia nisi ille hominibus similis fieret/equus homo ante deũ non appareret. Inde quippe annunciat equitatẽ nostram: vnde suscipere dignat⁹ est infirmitatem nostrã. Nos videlicet nos inimica illa ꝑsuasio in culpe contagio ab ipsa radice polluerat: nullusq̃ erat qui apud deũ pro peccatorib⁹ loquens/a pctõ liber appareret: q: ex eadẽ massa editos eq̃ cunctos par reat⁹ inuoluerat. Proinde venit ad nos vnigenitus patris: assumpsit ex nobis naturam/non perpetrãs culpã. Sine pctõ quippe esse debuit/qui pro peccatoribus interuenire potuisset: q: nimirũ aliene pollutionis contagia nõ tergeret/si propria sustineret. Bene ergo dicitur: quis in eo q̃ similis apparuit/eq̃tatẽ hoĩs annũciauit. Intercedẽs em̃ ꝓ peccatorib⁹/semetipsum iustũ hominẽ qui ꝓ aliis indulgentiã mereret̃ ostẽdit. Sequitur.

¶ S. Qz in eo q̃ vbũ caro factũ est/⁊ in ꝓprio sanguine Christ⁹ introiuit in sancta/nostra redẽptio inuenta est.

¶ Miserebitur eius/⁊ dicet. Libera eum/vt non descendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier. [Mediator dei ⁊ hoĩm homo Christ⁹ iesus in eo miseretur hominis quo formã hominis sumpsit: qua misericordia ꝓ redẽpto homine dicit patri: Libera eum vt non descendat in corruptionẽ. Sicut iã supra diximus/dicere eius est liberare hominẽ: naturã hoĩs assumendo liberam demõstrare. [H] Ex ea quippe carne quã sumpsit/etiã hanc ostendit liberam quã redemit. Que redempta videlicet caro nos sumus: qui cognitione nostri reatus astringimur. Sed mediatoris tanti equitate liberamur: sicut ipse ait: Si vos filius liberauerit/vere liberi eritis. [Joan.viij.] Et bene ꝓ hoc redẽpto homine dicitur: Capitulum.iiij.

Non descẽdat in corruptionẽ. Superius enim dictũ fuerat: Appropinquabit corruptioni aia eius postmodũ dicitur. Non descendat in corruptionẽ. Ac si diceret. Quia cognoscendo infirmitatem suam/esse se corruptioni proximũ nõ ignorat: idcirco ad corruptionis interitum nõ descendat. Ad corruptionem enim iuste descẽderet/si suis viribus lõge se a corruptione esse iudicaret. Sed q: corruptioni appropinquauit humiliter/debet ab ea misericorditer liberari: vt eo contra pugnãtis vitia fortis sit/quo se suis meritis agnoscit infirmũ. Quisquis enĩ supra se extollitur/ipso elationis sue põdere grauatur: ⁊ eo se in infimis mergit/quo in superbie vitiũ prorũpens/ab eo qui vere excelsus est elongauit: atq̃ inde magis ima appetit/vnde se coniunctũ summis estimauit: sicut ꝑ prophetã extollẽti se anime dicit̃. Quo pulchrior es descẽde/et dormi cũ incircũcisis. [Ezechiel. xxxij.] Ois enim qui feditatẽ infirmitatis sue cõsiderare negligit: sed ꝑ elationis fastum virtutis sue gloriam attẽdit: vnde pulchrior est/inde descendit: q: extollẽdo se de suis meritis/inde in ima deterius corruit/vnde gloriosum se esse iudicauit. [I] Qui descẽdens cum incircũcisis dormit: quia in eterna morte cũ ceteris peccatoribus deficit. Quia ergo homo iste humiliter corruptioni se propinquũ esse cognouit/bene de eo dicit̃: Libera eũ vt nõ descendat in corruptionẽ. vt eo magis euadat penam/quo oculos suos non auertit a culpa. Qz vero nullus erat cui⁹ meritis nobis dñs propitiari debuisset: vnigenit⁹ patris formã infirmitatis nostre suscipiens/solus iustus apparuit: vt ꝓ peccatoribus intercederet. Et bene pro redempto homine isto loquẽs angelus dicit. Inueni in quo ꝓpitier ei. Ac si apte mediator dei ⁊ hominũ dicat. Quia null⁹ hoĩm fuit qui coram deo intercessor iustus ꝓ hoĩbus appareret: memetipsum ad propitiandũ hominib⁹ hominẽ feci: ⁊ dum me hominẽ exhibui/in quo iuste hominib⁹ propitiarer inueni. Et q: infirmitatẽ suscipiens dñs dum penã nostram moriendo tolerauit: corruptionẽ nostram resurgendo mutauit: bene ergo iste angelus mortalitatis nostre flagella subiungit: eorũq̃ miseretur/dicens. [Consumpta est caro eius a suppliciis: reuertatur ad dies adolescentie sue.] In illo quippe primo homine a deo recedente repulsi a paradisi gaudiis: in hac mortalis vite erũnam cecidim⁹: et q: grauem culpam serpentis suasione cõmisimus/pena nostre vitiationis sentimus. Huc enim lapsi nihil extra deum nisi quo affligimur inuenimus. Et quia per oculorũ visum carnem secuti sumus/de ipsa carne quã precepta dei postposuimus flagellamur. [K] In ipsa quippe quotidie gemitũ/in ipsa cruciatum/in ipsa interitũ patimur: vt hoc nobis mira dispositione dominus in penã verteret/per q̃d fecimus culpã: nec aliud esset interim cẽsura supplicij/nisi vnde fuerat causa peccati: vt ei⁹ carnis amaritudine homo erudiretur ad vitã: cuius oblectatiõe superbie peruenit ad mortẽ. Quia ergo innumeris humanum genus carnalis vite suppliciis premebatur: sed redẽptore nostro veniente/et vitia corruptionis nostre et tormenta deleta sunt: dicatur de hoc redempto homine.

¶ S. Qz Christo interpellãte ꝓ nobis/genus humanũ temptationum tormentis cõsumptum/reuersum est ad id vnde ceciderat anteq̃ peccaret. Capitulum.v.

Consumpta est caro ei⁹ a suppliciis: reuertat̃ ad dies adolescẽtie sue. [Ac si diceret. Mortalitatis sue penali quadam vetustatis sue senectute defectus est: reuertat̃ ad dies adolescẽtie sue: id est prioris vite integritate renouet̃: vt nõ eo maneat quo lapsus est: sed ad hoc redẽptus redeat/ad q̃d percipiendũ cõditus fuit. Scriptura enĩ sacra sepe adolescentiã ꝓ nouitate vite ponere cõsueuit. Unde venienti spõso dicit̃: Adolescẽtule dilexerũt te. [Cantic.j.] Electorũ anime gratia baptismatis renouate: que nõ in vite veteris vsu deficiũt/sed noui hominis cõuersatiõe decorãtur. Senectutẽ quippe veteris hoĩs inter vitia tabescẽtem deflebat ille qui ait: Inueteraui inter oẽs inimicos meos. [Psal.vj.] [L] E contra alius gaudere in virtutibus admonet/dicẽs: Letare iuuenis in adolescẽtia tua. [Eccle.xj.] Ac si diceret. Fortis quisq̃ gaudeat in renouatione sua: letitiã suam non in vite veteris voluptate/sed in cõuersationis noue virtute cõstituat. Quia vero ad hoc nouitatis robur nõ nostris viribus/sed redẽptore interueniẽte reuocamur: pro hoc flagellato hoĩe deprecãs angelus dicat. Reuertatur ad dies adolescentie sue. Et q: dum redẽptor noster patrem pro nobis interpellat: nos quoq̃ vite pristine torpore discusso/ad sũmi orationis accendimur: apte de hoc hoĩe redẽpto subiungit̃. [Deprecabitur deũ/⁊ placabilis ei erit.] Prius enĩ postulare angelũ/et postmodũ hoĩem dicit: q: nisi ante ipse dñs ꝑ incarnationẽ suam interpellans patrem/vitam nostrã peteret: nunq̃ se insensibilitas nostra ad postulãda ea que eterna sunt excitaret. Sed incarnationis eius precessit oratio: vt corporis nostri euigilatio subsequatur.

¶ S. Qz post labores tẽtationum/orationũ instãtiam/placato deo serui dei quasi in excessu mẽtis suspensi dum presentia contẽnunt/quedam de deo sentiunt/que tamen effari non possunt. Capitulum.vj.

[M] Quia vero post tentationes/sepe post immẽsas amaritudines menti nostre in occulto gaudio lux veritatis erumpit: bene de hoc tẽtato hoĩe ⁊ deprecãte subiũgitur. [Et videbit faciem ei⁹ in iubilo.] Superi⁹ dictũ est quomodo de⁹ innotescẽdo afficit: nũc vero dicit̃: quomodo dũ innotescit exhilarat. Aliter enim quisq̃ cõpũgitur/cũ interna intuẽs/malorũ suorũ pauore terret̃: aliter vero cõpungit̃/cũ gaudia superna cõspiciẽs/spe quadã ⁊ securitate roborat̃. Illa compunctio afficiens ⁊ tristes/hec vero letas lachrymas mouet. Iubilum nãq̃ dicit̃/qñ ineffabile gaudiũ mente cõcipit̃: q̃d nec abscõdi possit/nec sermonib⁹ aperiri: et tñ quibusdã motib⁹ prodit̃/quis nullis ꝓprietatib⁹ exprimat̃. Unde Dauid ꝓpheta intuẽs electorũ aias tãtum gaudiũ mẽte cõcipere/quantũ sermone nõ valent aperire: ait. Beat⁹ popul⁹ qui scit iubilationẽ. [Psal. lxxxviij.] Nõ enĩ ait/qui loquit̃: sed qui scit: q: sciri quidẽ iubilatio intellectu potest: sed dicto exprimi non potest. Sentit̃ ꝑ illam q̃ppe q̃d vltra sensum est. Et cũ vix ad hoc cõtemplandũ sufficiat conscientia sentiẽtis: q̃o ad hoc exprimẽdum sufficiat lingua dicẽtis? Qz ergo cordibus nr̃is lux se veritatis insinuans: modo districtã iustitiã pretẽdẽdo cõtristat: modo interna gaudia aperiendo letificat: post tẽtationũ amaritudinẽ post tribulationũ luct⁹/apte subiungit̃. [Uidebit faciẽ ei⁹ in iubilo.] Mẽti enĩ nostre de cõsideratione cecitatis sue prius ignis tribulationis immittit̃: vt oĩs vitiorũ erugo cõcremet̃: ⁊ sic mũdatis oculis cordis/illa letitia patrie celestis aperit̃: vt prius purgem⁹ lugẽdo q̃d fecim⁹: ⁊ postmodũ manifestius cõtẽplemur ꝑ gaudia q̃d querim⁹. Prius a mẽtis acie excurrente tristitia interposita malorũ caligo detergitur: ⁊ tũc resplendẽte raptim choruscatiõe incircũscripti

A

luminis illustratur. Quo vtcūq͂ conspectu in gaudio cuiusdam securitatis absorbetur: et quasi post defectum vite presentis vltra se rapta/in quadā nouitate aliquo modo recreatur. Ibi mens ex immēso fonte infusione superni roris aspergitur: ibi non se sufficere ad id qd rapta est contēplatur: et veritatem sentiēdo/ videt quia quanta est ipsa veritas/non videt. Cui veritati tāto magis se longe existimat/quāto magis appropinquat: quia nisi illā vtcūq͂ conspiceret/nequaq͂ eam conspicere se non posse sentiret. Adnisus ergo animi dum in illam intenditur/immensitatis eius coruscāte circūstātia reuerberat. Ipsa quippe cuncta implens/cuncta circumstat: et idcirco mens nostra nequaq͂ se ad cōprehendēdam incircūscriptā circumstantiam dilatat: quia eam inopia sue circūscriptionis angustat. Unde ad semetipsam citius labitur: et prospectis quasi quibusdā veritatis vestigijs/ad sua ima reuocat. Hec ipsa tamen per contēplationē facta non solida et permanens visio: sed (vt ita dixerim) quasi quedam visionis imitatio/dei facies dicitur. Capitulum. vij.

Genesis xxxij.

Quia enim per faciē quēlibet agnoscimus/non immerito cognitionē dei/faciē eius vocamus. Unde Jacob postq͂ cū angelo luctat⁹ est/ait: Vidi dominū facie ad faciem. Ac si diceret. Cognoui dominū: quia me cognoscere ipse dignatus est. Quam cognitionem plenissime fieri Paulus testatur in fine/dicens. Tunc cognoscam sicut et cognitus sum. Quia ergo post laborum certamina/post tentationum fluctus sepe in excessu animus suspēditur: vt cognitionē diuine presentie contēpletur: quā tamen presentiam et sentire possit/et explere nō possit: recte post tot labores de hoc tentato homine dicitur: Videbit faciē eius in iubilo. Quia vero vnusquisq͂ quanto amplius celestia contēplatur/tanto magis a terrena operatione corrigitur: bene post gratiā contēplationis/iustitiam subdidit operationis/dicēs. Et reddet homini iustitiā suam. Justitia nostra dicitur/nō que ex nostro nostra est: sed que diuina largitate fit nostra: sicut in dñica oratiōe dicimus: Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. Ecce et nostrū dicim⁹: et tamē vt det oram⁹. Noster quippe fit cū accipitur/qui tamē dei est: quia ab illo datur. Et dei ergo est ex munere: et noster fit veraciter p acceptionē. Ita ergo hoc loco homini suā iustitiam dñs reddit: non quā ex semetipso habuit/ sed quā cōditus vt haberet accepit: et in que lapsus pseuerare noluit. Illam ergo iustitiā reddet deus homini/ad quā conditus fuit: vt inherere deo libeat: vt minacē eius sententiam ptimescat: vt serpentis callidi blandis iam promissionibus nō credat. Qd enī in paradiso egit/ hoc quotidie antiquus hostis agere non desistit. Verba quippe dei de cordibus hominū molitur euellere: atq͂ in eis ficte pmissionis sue blandimenta radicare. quotidie hoc qd deus minatur leuigat: et ad hoc credendum qd falsum promittit inuitat. Falso enim pollicetur tēporalia: vt mētibus hoim ea supplicia leuiget/que deus minat eterna. Nā cū presentis vite gloriā spondet/qd aliud dicit q͂ gustate et eritis sicut dij? Ac si aperte dicat. Capitm. viij.

1. Cor. xiij.

B

Justitia nra quō nostra.

Math. vj

Callidus serpens q̄tidie agit qd i paradiso fecit.

C

Gen. iij.

Temporalē concupiscentiam tangite: et in hoc mundo sublimes apparete. Et cum timorē diuine sentētie amouere conatur: quid aliud loquitur q͂ id qd primis hominib⁹ dixit: Cur precepit vobis de⁹/vt nō comederetis de omni ligno paradisi? Sed q: diuino munere redēpt⁹ homo iustitiā recepit/quā dudū cōditus amisit: robustiorē se iam cōtra blādimēta callide psuasionis exercet: qui experimēto didicit quātū obediens esse debeat precepto. Et quē tūc culpa duxit ad penam: nūc pena sua restringit a culpa: vt tāto magis delinquere metuat/quāto cogente supplicio et ipse iam quod perpetrauit accusat. Unde et sequitur.

¶ S. Qui sanctorū patrū exempla respicit/eorū comparatione se inferiorem cognoscit.

¶ Respiciet homines/et dicet. Peccaui.] Sed peccatorem se nō cognosceret/si iustitiā nō haberet. Nemo quippe tortitudinē suam nisi cū rectus esse ceperit/deprehendit. Nam qui omnino peruersus est/neq͂ hoc potest videre qd est. Qui vero peccatorē se intelligit/iā ex parte aliquā iustus esse inchoauit: atq͂ id qd non iustus fecerat: ex eo q iustus est accusat. Qua accusatione sua deo inherere inchoat/dum rectum contra se iudicium proferens/hoc in se qd illi sentit displicere/cōdēnat. Recepta ergo iustitia sua dicit homo iste. Peccaui. Et notandum q premittitur/Respiciet homines: et tunc deinde subiūgitur. Et dicet: peccaui. Ideo enim nonnulli peccasse se nesciunt: quia homines non attendūt. Nam si cōsiderarēt homines/citius agnoscerent quātum peccando infra homines deciderent. Et quis scriptura sacra aliquando homines ponere soleat humana sapiētes: sicut ait apostolus: Cū enī sit inter vos zelus et contentio/ nonne carnales estis? et paulopost subiecit dicens: Nonne hoīes estis? nonnunq͂ tamen homines dicit eos quos a bestijs ratio distinguit: id est quos nō atteri bestiali passionum motu demōstrat. Quibus per prophetam domin⁹ dicit. Vos autē greges pascue mee homines estis. quia illos nimirum dominus pascit/ quos voluptas carnis iumētorum more non afficit. At cōtra hi qui carnali affectionī succumbūt: nō iam homines/sed iumenta nominātur: sicut de quibusdā qui in peccato suo mortui sunt/per prophetā dicitur: Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Jumenta quippe in stercore suo computrescere est/ carnales homines in fetore luxurie vitam finire. Nō enim esse homines/ sed iumēta declarantur: de quib⁹ p prophetā dicitur: Unusquisq͂ ad vxorem proximi sui hinniebat. Et de quib⁹ pphera alius dicit: Ut carnes asinorum/carnes eorum: et fluxus equorum/ fluxus eorū. Unde et per David dicit: Homo cum in honore esset/nō intellexit: cōparatus est iumentis insipientibus: et similis factus est illis. Cū ergo vocentur homines hi qui iustitie ratione suffulti sunt: et irrationabilia iumēta nominentur hi qui carnali delectationi deseruiunt: recte de hoc penitente dicitur. Capitulum. ix.

D

1. Cor. iij.

Ezechiel. xxxiiij.

Johel. j.

Hiere. v.

Ezechiel. xxiij.

Ps. xlviij.

E

Respiciet homines/et dicet: peccaui.] Ac si dicatur. Sanctorum virorū exempla conspiciat: atq͂ eorum comparatione se pensans/ inīquū se esse deprehēdit. Qui enim plenissime intelligere appetit qualis est/tales nimirū debet conspicere qualis non est: vt ex bonorū forma metiatur/quanto ipse deserto bono deformis est. Ex his quippe quib⁹ plenissime bona assunt/perpendit recte que sibi minus sunt: atq͂ in illorū pulchritudine conspicit feditatē suam/quā in semetipso et potest perpeti/et sentire nō potest. Lucē nāq͂ debet conspicere/qui vult de tenebris iudicare: vt in illa videat quid de tenebris estimet/per quas videre prepeditur. Peccator nāq͂ si incognita vita iustorū semetipsum conspicit/ peccatorem se nullatenus cōprehēdit. Videre enim se nō potest/ quia fulgorem lucis nesciens: cum semetipsum conspicit/ quid aliud q͂ tenebras attendit? Justorū ergo debemus vitam conspicere: vt subtiliter deprehēdamus nostrā. Illorum videlicet species quasi quedā forma nobis imitanda proponitur: quia viua lectio est vita bonorū. Unde et non immerito iidem iusti in sacro eloquio libri nominantur: sicut scriptū est: Libri aperti sunt: et alius liber apertus est/qui est vite: et iudicati sunt mortui ex his que scripta erāt in libris. Liber nāq͂ vite est ipsa visio aduentientis iudicis. In quo quasi scriptum est omne mandatum: quia quisquis eū viderit/mox teste conscientia quicquid non fecit intelligit. Libri etiam aperti referūtur: quia iustorum tunc vita cōspicitur/ in quibus mandata celestia opere impressa cernūtur. Et iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris: quia in ostensa vita iustorum quasi in expansione librorum legunt bonum quod agere ipsi noluerunt: atq͂ ex eorum qui fecerunt comparatione damnantur. Nc ergo vnusquisq͂ tunc videns eos/qd non fecit defleat: nunc in eis quod imitetur attēdat. Qd quidem facere electi non cessant. Meliorem namq͂ vitam considerant: et deteriores vsus conuersationem mutant. Unde sponsi voce sancte ecclesie in canticis canticorum dicitur. Capitulum. x.

Justorū vita cōspicienda.

Apo. xx.

F

Liber vite: visio aduenientis iudicis.

Canti. iiij.

Quid per duo vbera

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capree gemelli: qui pascuntur in lilijs/donec aspiret dies/et inclinentur vmbre. Que enim sunt duo vbera/ nisi ex iudea ac gentilitate venientes vterq͂ populus/ qui in sancte ecclesie corpore per intentionem sapientie arcano est cordis infixus? Ex quo populo hi qui electi sunt/ idcirco capree hinnulis comparantur: quia per humilitatem quidem paruos sese ac peccatores intelligūt: sed eis per charitatem currentibus/si qua obstacula de impedimento temporalitatis obuiant/transiliunt: et saltu contēplationis saltibus/ad superna transcendunt. Qui vt hec agant/precedentiū sanctorum exempla conspiciunt. Unr-

G

de et in liliis pasci referuntur. Quid enim per lilia/ nisi illorum vita declaratur/ qui veraciter dicunt: Christi bonus odor sumus deo? Electi ergo vt assequi summa preualeant: conspecta odorifera et candida iustorum vita sustentatur. Iam quidem videre dominum sitiunt: iam de eius contemplatione satiari charitatis estibus inardescunt. Sed quia in hac vita positi/ necdum valent/ per precedentium interim patrum exempla pascuntur. Unde et apte illic tempus de ipso liliorum pastu diffinitur/ dum dicitur. Donec aspiret dies/ et inclinentur vmbre. Tamdiu quippe refici iustorum exemplis indigemus/ donec presentis mortalitatis vmbras eterno die aspirante transeamus. Cum enim huius temporalitatis vmbra transacta hac mortalitate fuerit inclinata: quia ipsius diei eternum lumen cernimus/ nequaquam iam appetimus/ vt ad amorem eius per aliorum exempla flagremus. Nunc autem quia necdum eum intueri possumus/ summopere necesse est/ vt eorum qui illum perfecte secuti sunt/ conspectis actionibus incitemur. Intueantur enim quam pulchra est agilitas sequentium: et videamus quam turpis sit hebetudo pigrorum. Statim namque vt bene agentium gesta respicimus/ nosmetipsos confusione intima vilescente iudicamus: mox verecundia mentem concutit: mox iuste sequens reatus addicit: et vehementer hoc etiam displicet/ quod adhuc fortasse turpiter libet. Unde per Ezechielem dicitur: Fili hominis ostende domui israel templum/ et confundantur ab iniquitatibus suis: et metiantur fabricam: et erubescant ex omnibus que fecerunt. Templum quippe dei filiis israel ad confusionem ostenditur/ quando vniuscuiusque iusti anima quam inspirando deus inhabitat: quanta sanctitate fulgeat/ ad confusionem suam peccatoribus demonstratur: vt in illa bonum quod negligunt videant: et in seipsis malum quod operantur erubescant. Metiri vero est fabricam/ pensare subtiliter iustorum vitam. Sed dum metimur fabricam/ necesse est vt ex cunctis que fecimus erubescamus: quia bonorum vitam quanto subtilius pensando discutimus/ tanto seuerius in nobis omnia inique gesta reprobamus. Bene autem prophete dicitur: vt ostendat templum. Quis enim iustorum rectitudinem considerare peccator dissimulat: saltem hanc ex voce predicantis agnoscat. Templum quippe peccatoribus ostendere est/ sponte sua considerare nolentibus rectorum opera narrare. Qui itaque (sicut diximus) perduci ad summa desiderant/ semper necesse est vt meliorum profectibus intendant: quatenus tanto districtius in se culpas iudicent/ quanto in illis altius quod admirentur vident. Sed quid ista de peccantibus dicimus: cum ipsos quoque operatores iustitie tanta prouehi dispensatione videamus? Alius namque donum scientie accipit: et tamen ad virtutem mire abstinentie non pertingit. Alius magna abstinentie virtute accingitur: nec tamen in summa scientie contemplatione dilatatur. Alius per prophetie spiritum valet omnia ventura prenoscere: sed tamen per curationis gratiam non valet presentis molestie mala subleuare. Alius per curationis gratiam mala presentis molestie subleuat: sed tamen quia prophetie spiritum non habet/ quid sequatur ignorat. Alius indigentibus multa iam propria largiri potest: sed tamen iniuste agentibus obuiare libere non potest. Alius iniuste agentibus audacter pro deo obuiat: sed tamen indigentibus que habet tribuere omnia recusat. Alius iam et ab ocioso se sermone restringens lingue lasciuiam superat: sed tamen adhuc insurgentes ire stimulos perfecte non calcat. Alius insurgentem iram iam perfecte edomat: sed tamen adhuc linguam in lasciuiam relaxat. Quid est hoc quod iste eo bono indiget quo alius pollet: et ille cum multis polleat/ abunde aliis bonum adesse considerat: quod sibi deesse suspirat: nisi quod mira nobiscum dispensatione agitur: vt per hoc quod alter habet/ et iste non habet/ vnus altero melior ostendatur: quatenus tanto ardentius ad humilitatem quisque proficiat/ quanto ex bonis que non habet/ inferiorem se habentibus pensat. Sicque fit vt dum ille in isto atque hic in illo respicit quod admiretur: distincta bona et ab altitudine elationis reprimantur: et ad studium profectus accendant. Magna namque sollicitudine ad curam nostre meliorationis accingimur/ quando id virtutis in aliis cernimus quod non habemus. Unde Ezechiel propheta cum volantia animalia descripsisset/ adiunxit. Et audiui post me vocem commotionis magne benedicta gloria domini de loco sancto suo: et vocem alarum animalium percutientium/ alteram ad alteram. Quid namque alas animalium nisi virtutes debemus sentire sanctorum? Qui dum terrena despiciunt/ ad celestia volando subleuant. Unde recte etiam per Esaiam dicitur. Capitulum .xi.

[margin: ij. Cor. ij. — Ad illum indigemus refici exemplis iustorum. — Ezechiel. xliij. — H — Quid templum ostendere peccatoribus. — Diuersitas dispensationis in operatoribus iustitie. — I — Ratio. — Ezech. iij. — K]

Qui confidunt in domino/ mutabunt fortitudinem: assument pennas vt aquile. Uolantia itaque animalia alis suis se vicissim feriunt: quia sanctorum mentes in eo quod superna appetunt/ consideratis inuicem alternis virtutibus excitantur. Alis enim suis me percutiunt/ qui exemplo sanctitatis proprie me ad melius accendunt. Et alis meis vicinum animal ferio/ si aliquando alteri opus bonum quod imitetur ostendo. Sed quia sanctorum vitam significari istis animalibus diximus: libet in ipso volatu animalium oculos mentis attollere: et quanta vicissim alarum percussione se excitent/ subtili consideratione pensare. Paulus namque cum ceterorum sanctorum sollicitudinem in predicatione robustius laborando transcenderet: vt ab elatione se premeret: et vires suas in humilitatis gremio nutriret: crudelitatis sue antique non immemor/ apostolorum omnium innocentiam contemplatus ait. Ego enim sum minimus apostolorum/ qui non sum dignus vocari apostolus: quia persecutus sum ecclesiam dei. Et tamen eorundem omnium apostolorum primus quasi accepti principatus oblitus: ac si minus ipse aliquid saperet/ in Paulo sapientiam miratur dicens. Sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut et in omnibus epistolis: loquens in eis de his in quibus sunt quedam difficilia intellectu. Ecce Paulus in apostolis miratur innocentiam: ecce apostolorum princeps miratur in Paulo sapientiam. Capitulum .xij.

[margin: Esaie. xl. — j. Cor. xv. — ij. Pet. iij. — L]

Quid est hoc nisi quod sancti viri dum virtutum consideratione vicissim sibi alios preferunt/ volantia animalia alarum percussione se tangunt: vt eo ad volatum se altius excitent/ quo humilius alter in altero quod admiretur videt? Hinc itaque colligendum est quanta debemus sollicitudine meliorum vitam conspicere/ nos qui in infimis iacemus: si et hi qui iam tanta sanctitate sublimes sunt: vt per humilitatis gressum ad meliora proficiant: adhuc querunt in aliis quod imitentur et admirentur. Sed hec reprobi nesciunt: quia mentis oculos semper in infimis premunt: quia et si quando in viam domini veniunt: non ad meliorum vestigia/ sed ad intuenda semper deteriorum exempla vertuntur. Neque enim eorum vitam considerant/ quibus se humiliando postponant: sed quibus superbiendo se preferant. Deteriores namque respiciunt/ quibus meliores se esse glorientur: et idcirco proficere ad meliora non possunt: quia hoc sibi sufficere estimant/ quod pessimos antecedunt. O miseri/ viam pergunt/ et in terga respiciunt. Per spem quidem quasi ante se pedem proferunt: sed per considerationem prauorum hominum/ post se oculos tendunt. Recti videri appetunt: sed ad inueniendum se tortam regulam sumunt. Si enim semetipsos quales sunt cognoscere appeterent: non deteriorum conspicere/ sed meliorum exempla debuerant. Idcirco ergo peccatores se esse non intelligunt: quia bonos non attendunt. Nam si homines attenderent/ quantum peccando distarent a bonis hominibus/ inuenirent. De hoc ergo penitente qui idcirco bonorum exempla considerat: vt sibimetipsi quantum a bono recessit innotescat/ bene dicitur. Respicit homines/ et dicet. Peccaui/ et vere deliqui: et vt eram dignus non recepi. Peccatores se esse plerumque confitentur: etiam qui se peccasse non credunt. Nam sepe contingit/ vt passim se homines iniquos esse fateantur: sed cum peccata sua veraciter aliis arguentibus audiunt/ defendunt se summopere/ atque innocentes videri conantur. Unusquisque ergo cum talis est: si deliquisse se dicit/ vere non dicit: quippe qui peccatorem se non ex cordis intimo/ sed verbotenus asserit. Quia enim scriptum est: Iustus in principio accusator est sui: iste de confessione peccati ornari voluit/ non humiliari: per accusationem suam humilis appetiit videri/ non esse. Nam si confitendo peccatum esse se humilis veraciter appeteret: de perpetratione peccati arguentes se alios non impugnaret. Itaque iustus vitam suam iudicans/ per exempla meliorum ex corde intimo cognoscit se esse quod dicit. Ait enim. Peccaui/ et vere deliqui. atque de ipso quod tolerat flagello subiungit. Et vt eram dignus non recepi. Unusquisque enim in flagello positus/ minus adhuc peccata sua considerat: si vel tantum/ vel amplius se percussum quam merebatur existimat.

[margin: M — False dicentes se esse pctores. — Uere dicentes se esse pctores. — Error flagellatorum.]

A — Recta cõgnitio.

Iste autẽ quia quãto maiorũ exẽpla cõsiderat / tanto di strictiori examinatione se pensat: min⁹ se percussum q̃ me rebatur agnoscit: quia in illorum iustitia conspicit q̃ gra uis sibi culpa fuerit q̃ errauit: et idcirco hoc quod pati tur / districtũ esse nõ sentit: q̃ districte nouit pẽsare quod fecit. Valde autẽ facile est vt peccatorẽ se quisq̃ cum ni hil p̃ peccato suo patit / fateat. Secure videlicet iniquos nos dicimus / cũ vindictã nullã de iniquitate sentimus. Nam peccatores nos quidẽ in tranquillitate loquimur / sed cum de peccatis ipsis flagello interueniente corripimur / murmuramus. Inde ergo nos interroget / si veraciter cognoscimus culpã. Vir itaq̃ iust⁹ q̃ culpã suam distri cte p̃siderat / etiã in flagello positus dicat: Et vt dignus eram / nõ recepi. Sequit: [Liberauit enim animam suã / ne pergeret in interitũ.] Qz preueniẽte diuina gratia in ope ratione bona nostrũ liberũ arbitriũ sequimur: nosmet ipsi nos liberare dicimur: q̃ liberanti nos dño consentimus.

j. Cor. xv.

Unde Paulus cum diceret: Abundantius illis omnibus laboraui: ne labores suos sibi tribuisse videret / illico ad iũxit: Non autẽ ego / sed gratia dei mecũ. Qz enim preue nientem dei gratiã / etiã ipse per liberum arbitrium fue rat subsecutus: apte subiungit Mecum: vt et diuino mu neri non esset ingrat⁹: et tamẽ a merito liberi arbitrij non remaneret extraneus. De hoc autem q̃ liberatori suo se metipsum cognoscendo consensit / recte dicit. Liberauit animã suam / ne pergeret in interitum. Sequit. [Sed vi uens lucẽ videret.] Lucem scz veritatis: quã corde mor

D — Joã. viij.

tuus videre non posset. Uel certe q̃ dñs dixit: Ego sum lux mũdi: videbunt lucẽ etiã mortui: quando oẽs iniusti cũ venire ad iudiciũ in humanitatis forma cõspexerint. Sed viuens tũc lucem respicit / qui libero oculis cordis in forma eum diuinitatis attendit. Sequitur.

¶ S. Qz illa tẽtationũ genera que numerata sunt / ope ratur de⁹ in nobis vt labore cõuersionis / et prouocatione tẽtatiõis / et timore mortis attriti purgemur / et post ama ritudinem gaudia subsequantur.

¶ [Hec omnia operatur de⁹ trib⁹ vicibus p̃ singulos.] De hoc tẽtato flagellatoq̃ hoie dictũ superius fuerat: Abominabilis ei fit in vita sua panis / et appropinquauit corruptioni aia eius: et vita illi⁹ mortiferis. Infer⁹ ve ro subnexũ est. Deprecabit deũ: et placabilis ei erit: et vi debit faciẽ ei⁹ in iubilo: et liberauit animã suã ne pergeret in interitũ: sed viuẽs lucẽ videret. In his itaq̃ id colle ctis concertatisq̃ sententijs et supra meror amaritudi nis / et infra subiuncta est letitia securitatis. moxq̃ post hec dicit. Hec oia operat de⁹ trib⁹ vicib⁹ p̃ singulos. Ac si diceret. Quod semel de vno dixi / hoc trib⁹ vicibus per singulos agitur. Sed solerter intuendũ est / q̃ tres iste vi

C

ces sint: quib⁹ vnusquisq̃ homo anxietate meroris affi citur: et post merorẽ protinus ad securitatẽ letitie reuoca tur. Id enĩ superius (sicut iam dixi) narrauerat: q̃ et gra uis prius meror afficit: et magna postmodum letitia at

Tres vi ces q̃b⁹ vnusq̃sq̃ anxietate meroris af ficit: et post merorem ad letitiã reuocat. Declara tio prime vicis.

tollit. Igitur si vigilãter intendim⁹ / has tres vices me roris et letitie in vniuscuiusq̃ electi animo illis alterna ri modis inuenim⁹: id est conuersione / tẽtatione / et mor te. In prima quippe quam diximus⁹ conuersionis vice gra uis meror est: cum sua vnusq̃sq̃ peccata cõsiderans / cu rarũ secularium vult p̃pedes rumpere: et viam dei p̃ spa tium secure conuersationis ambulare: desideriorũ tem poraliũ onus graue abijcere: et leue iugũ dñi libera ser uitute portare. Cogitanti enĩ ista / occurrit illa familiaris sua delectatio carnalis: que inueterata durius / quãto eum diutius tenuit / tãto arcti⁹ astringit: atq̃ a se tardi⁹ abire p̃mittit. Et quis ibi meror: que anxietas cordis: q̃ñ hinc spiritus vocat: hinc caro reuocat: hinc amor noue conuersa tionis inuitat: hinc vitus vetustae peruersitatis impugnat: hinc desiderio ad celestem patriã flagrat: et hinc in semet ipso carnalẽ concupiscentiã tolerat: que eum etiã aliquo modo inuitũ delectat? Recte ergo de hoc amarescente homine dici potest. Abominabilis ei fit vita sua panis: et appropinquauit corruptioni anima ei⁹: et vita illi⁹ mor tiferis. Sed quia diuina gratia diu nos istis difficultati bus affici non p̃mittit: ruptis peccatorum nostrorum vin culis / citius nos ad libertatẽ noue conuersationis conso lando p̃ducit: et precedentẽ tristitiã subsequens letitia refouet: ita vt cõuersi vniuscuiusq̃ animus eo magis ad votum suum p̃ueniendo gaudeat / quo magis se pro illo meminit laborãdo doluisse. Fit e cordi immẽsa letitia: quia ei quẽ desiderat / iã per spem securitatis propinquat: vt recte de hoc dici debeat. Deprecabit deum / et placabilis ei erit: et videbit faciem eius in iubilo. vel certe liberauit animã suã ne p̃geret in interitũ: sed viuens lucẽ videret.

D

At ne conuersus q̃sq̃ iam sanctũ se esse credat: et quẽ me roris pugna superare nõ valuit / ne ipsa postmodũ securi tas sternat: dispensante deo p̃mittitur / vt post conuersio nem suam tentationum stimulis fatiget. Iã quidem per cõuersionem rubrũ mare trãsitũ est: sed adhuc in eremo vite presentis ante faciem hostes occurrũt. Iam peccata preterita velut extinctos egyptios post terga relinqui mus: sed adhuc nocẽtia vitia quasi alij hostes obuiant: vt ad terram promissionis pergentibus ceptum iter in tercludãt. Iam priores culpe velut insequentes aduer sarij sola diuina virtute prostrate sunt: sed tentationum stimuli quasi hostes alij contra faciẽ veniunt: q̃ et cũ no stro labore superent. Conuersio videlicet securitatem pa rit: mater autem negligentie solet esse securitas. Ne ergo securitas negligentiã generet / scriptũ est: Fili accedens ad seruitutẽ dei / sta in iustitia et timore: et p̃para animã tuã ad tẽtationẽ. Nõ enĩ ait ad requiem / sed ad tentatio nem: q̃ hostis noster adhuc in hac vita nos positos q̃to magis nos sibi rebellare cõspicit / tanto ampli⁹ expugna re contendit. Eos enĩ pulsare negligit / quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos vero eo vehementius inci tatur / quo ex corde nostro quasi ex iure proprie habita tionis expellitur. Hoc enĩ in seipso dominus sub quadã dispensatione figurauit: qui diabolũ nõ nisi post baptis ma se tentare permisit: vt signum nobis quoddam future cõuersionis innueret: q̃ membra ei⁹ postq̃ ad deum pro ficerent / tunc acriores tentationum insidias tolerarent.

Declaratio sc̃dẽ vi cis.

Cõuersio securitatẽ parit Se curitas mater est ne gligentie. Eccli. ij. Quanto magis re bellamus: tãto ãpli⁹ hostis nos expu gnare p̃ce dit.

E

Post primã igitur vicem meroris atq̃ letitie: quã vnus quisq̃ per studiũ cõuersionis agnoscit / hec secunda sub oritur: quia ne securitatis negligẽtia dissoluat: impulsu tentationis afficit. Et quidem quisq̃ in ipso conuersio nis initio magna plerũq̃ excipitur dulcedine consolatio nis: sed durum laborẽ postmodũ experitur p̃bationis.

Capitulum. xiij.

Tres quippe modi sunt conuersorum: inchoa tio / medietas / atq̃ p̃fectio. Inchoatiõe autẽ inueniunt blãdimenta dulcedinis: in medio q̃ q̃ tempore certamina tẽtationis: ad extremũ vero perfe ctionẽ plenitudinis. Prius ergo illos dulcia suscipiũt / que consolentur: postmodũ amara / que exerceant: et tunc demum suauia atq̃ sublimia / que cõfirment. Nam et spõ sam suam vir quisq̃ prius dulcibus blandimentis fouet: quã tamẽ iam coniunctã asperis increpationibus p̃bat: p̃batã vero securis cogitationib⁹ possidet. Unde et plebs israelitica cũ desponderetur deo ad sacramenta nuptias ex egypto vocaretur: quasi arrarũ vice pri⁹ accepit blan dimenta signorum: coniuncta autem probationib⁹ exer cetur in eremo: p̃bata vero in repromissionis terra virtu tis plenitudine confirmat. Ante igit in miraculis degu stauit quod appeteret: postmodum in labore tentata est / si custodire nouerit q̃d gustasset. Ad extremũ quoq̃ ple nius accipere meruit / quod laboribus probata custodi s uit. Ita ergo vitam vniuscuiusq̃ conuersi / et inchoatio blanda p̃mulcet: et aspera medietas probat: et plena post p̃fectio roborat. Nam sepe conuersi quiq̃ in ipso adhuc aditu inchoationis sue / vel tranquillitatem pacatissimã carnis / vel dona prophetie / vel predicamenta doctrine / vel signorum miracula / vel gratiam curationis accipiũt: post hec autem duris tentationum probationibus fatis gantur: quibus tentationibus adhuc cum inciperent: valde liberos se esse crediderũt. Quod diuine gratie dis pensatione agitur / ne in inchoatione sua tentationum asperitate frangantur: quia si eorum initia amaritudo tẽ tationis exciperet / tam facile ad ea que reliquerant redi rent / q̃ nec longius discesserunt: nam contemptis prius vitijs quasi iuxta positis replicarent. Unde et scriptum est. Cum emisisset pharao populum / non eos duxit dñs per viam terre philistijm / que vicina est: reputans ne forte peniteret cum si vidisset aduersum se bella consurgere: et reuerteretur in egyptum. Ex egypto itaq̃ exeuntibus e vicino bella subtrahitur: quia derelinquentibus seculũ / quedam prius tranquillitas ostenditur: ne in ipsa sua te neritudine atq̃ inchoatione turbati / ad hoc territi re deant quod euaserunt. Pri⁹ ergo suauitatẽ securitatis

Conuerso rum tres modi.

F

Cur inci pientes se pe non ten tentur.

Exo. xiij.

G sentiunt: prius pacis quiete nutriuntur: post cognitam vero dulcedinem tanto iam tolerabilius tentationum certamina sustinent: quanto in deo altius cognouere quod ament. Unde et petrus prius in monte ducitur: prius claritatem

Mat. xv. Mat. xxvj.

transfigurationis dñice contemplatur: et tunc demum tentari ancilla interrogante permittitur: vt per tentationem factus sibi ex infirmitate conscius / ad illud flendo et amando recurreret quod vidisset: et cum eum timoris vnda in peccati pelagus raperet / esset prioris dulcedinis anchora que retineret. Sepe etenim tam diutina sunt tentationum certamina / quam longa inchoationum fuerant blandimenta. Sepe vero maius datur in inchoatione dulcedinis: minus autem in labore probationis. Sepe minus in inchoatione dulcedinis / maius in labore probationis. Nunquam vero laborem tentationis dispar sequitur effectio firmitatis: quia iuxta summam certaminis / remuneratur quisque plenitudine perfectionis. Plerumque autem in eo quisque conuersus labitur: quod dum quibusdam donis gratie dulcedine inchoationis excipitur: confirmationem accepisse se perfectionis arbitratur: et plenitudinis consummationem estimat: que adhuc blandimenta esse inchoationis ignorat. Unde fit vt dum subita tentationis procella tangitur / despectum se deo et perditum suspicetur. Qui si inchoationi sue non passim crederet: adhuc in prosperis positus / mentem ad aduersa prepararet: et vitijs venientibus postmodum tam firmius resisteret / quam ea etiam sagacius preuidisset. Que quidem tranquillius si preuidet tolerat. Eorum tamen omino certaminis / etiam si preuideat / non declinat: quia cursus nostri itineris nequaquam peragitur sine puluere tentationis. Plerumque autem conuersus quisque talibus tentationum stimulis agitatur / qualibus ante conuersionis gratiam nunquam pulsatum se esse reminiscitur: non quia tunc hec eadem radix tentationis deerat: sed quia non apparebat. Capitulum. xiiij.

H

Humanus quippe animus multis cogitationibus occupatus: sepe sibimetipsi aliquo modo manet incognitus / vt omnino quod tolerat nesciat: quia dum per multa spergitur / ab interna sui cognitione remouetur. Si autem deo vacare appetat / et ramos multimode cogitationis abscindat: tunc libere conspicit / quod de intima radice carnis procedit. Carduus namque si nascitur in vijs / itinerantium pedibus teritur: atque ipso visu transeuntium eius superficies ne appareat confringitur. Sed quamuis desuper fructificantes spine non appareant / subter tamen radix occulta perdurat. Si autem cum transeuntium pedes terere et calcare cessauerit / mox in superficiem surgendo progreditur: et per spinam prodit in publicum / quicquid in radice viuebat occultum. Ita etiam in corde secularium sepe occulta quedam tentationum radix non facile apparet exurgere: quia velut in via actionum sita: transeuntium teritur pede cogitationum: et per innumeras curas quasi multis itinerantibus premitur / ne videatur. Si autem per conuersionis gratiam a via cordis curarum turba remouetur: vt nullis actionum insolentia conteratur: nullius cogitationum tumultus prematur: tunc quod occultum latebat agnoscitur: tunc de radice viciorum pungit libere spina tentationum. Contra quam bene viuentis manu agitur / vt inchoatum potest fieri / non tegatur occulta / sed radicitus euellatur. Quod donec fiat / vniuscuiusque conuersi animam ita hec spina conturbat / vt sepe percussione subita pene superari se sentiat: eiusque vulnus mendacius (?) inflictum exitialiter pertimescat. Capitulum. xv.

I

P

Lerumque vero ipsi tentationum stimuli diu in vsum veniunt / dilatantur: et non quidem acriores / sed longiores existunt. Minus autem dolent / sed magis inficiunt: quia diu menti diutius adherent: tanto fiunt minus pauendi / quanto magis assueti. Inter hec quoque deprehensa mens huc illucque distenditur: et multiplicibus tentationum estibus dissipatur: et sepe hinc inde prouocata / cui tentanti vitio obuiet: vel quod primum impugnet / ignorat. Unde plerumque euenit / vt dum nimis insurgentis vitijs cruciantur: dum repugnantis animum iam iamque quasi in lapsum desperationis inclinant / conuersus quisque hanc ipsam sublimitatis viam quam sibi ad remedium elegit expauescat: et quasi in summo eductus titubat / qui in imo solidus stabat. Ita vero circumfrementibus tentationum motibus angustatur: vt recte de eo dici debeat: Abominabilis ei fit in vita sua panis: et esca illius cibus ante desiderabilis. Uel certe / Appropinquauit corruptioni anima eius / et vita illius mortiferis. Sed quia misericors deus probari nos permittit tentationibus / non reprobari (sicut scriptum est: Fidelis autem deus qui non patietur

j. Cor. x.

vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam prouentum / vt possitis sustinere) citius nobis consolationis ope succurrit: et surgentes tentationum stimulos mitigat: impugnantesque se cogitationum motus interna pace tranquillat. Moxque ad immensam de spe celesti letitiam percipit / dum deuictum malum respicit quod tolerauit: vt iure de hoc tentato liberatoque homine dici debeat / Uidebit faciem eius in iubilo: et: Liberauit animam suam ne pergeret in interitum: sed viuens lucem videret. Istis itaque duabus viabus: id est conuersionis et probationis / per merorem letitiamque transactis / superest tertia: cuius et merorem adhuc sustineat / et gaudia consequatur. Capitulum. xvj.

K

Declaratio tertie vicis.

P

Ost conuersionis namque certamina / post probationis erumnam / restat adhuc dura tentatio: quia venire non potest ad perfecte gaudia libertatis / nisi prius debitum soluerit humane conditionis. Conuersus autem quisque sibi caute sollicitus / tacite secum considerare non cessat: eternus iudex quam districtus adueniet: suique terminum quotidie prospicit: et ante seueritatem tante iustitie quas rationes vite sue sit positurus attendit. Etsi cuncta praua opera que intelligere potuit deuitauit: venturus tamen coram districto iudice illis magis que in semetipso non intelligit pertimescit. Quis enim considerare valeat / quanta mala per momenta temporum ipsis inconstantibus cogitationum motibus perpetramus? Facile est enim opera peruersa vitare: sed nimis difficile est ab illicita cogitatione cor tergere. Et tamen scriptum est: Ue vobis qui cogitatis inutile. Et rursum: In die cum iudicabit dominus occulta hominum. Qui etiam permisit: Inter semetipsos cogitationum accusantium / aut etiam defendentium. Et rursum. Labia dolosa in corde et corde locuti sunt mala. Et rursum: Etenim in corde iniquitates operamini in terra. Humana autem anima semel eternitatis statum deserens / ad fluxum temporalitatis delapsa / hanc mutabilitatem alternantium motionum: quam dum caderet volens appetijt: dum conatur surgere / cogitur inuita tolerare. Inde quippe punita est vnde delectata: quia inde conuersa habet laborem certaminis: vnde peruersa appetijt gaudium voluptatis. Capitulum. xvij.

Conuersus quisque sollicite considerat eternus iudex quam districtus adueniat.

Mich. ij.
Rom. ij.
Psal. xj.
Psal. lvij.

L

S

Epe ergo electis etiam nolentibus in cogitatione surripitur: quod hi se quidem solerter inspiciunt / et ante dei oculos quanti sit reatus attendunt: et cum de his omnibus semper iudicia districta pertimescant: tunc tamen hec vehementer metuunt / cum ad soluendum humane conditionis debitum venientes / districto iudici appropinquare se cernunt. Et fit tanto timor acrior / quanto et retributio eterna vicinior. Ante oculos autem cordis nihil inane tunc transuolat de phantasmate cogitationis: quia subductis e medio omnibus / se et illum tantummodo considerant cui appropinquant. Crescit pauor vicina retributione iustitie: et vrgente solutione carnis: quanto magis districtum iudicium iam iamque quasi tangitur / tanto vehementius formidatur. Et si ea que sciunt / nunquam se pretermisisse meminerit / formidant tamen illa que nesciunt: quia videlicet semetipsos diiudicare et comprehendere omnino non possunt: atque vrgente exitu / subtiliori terrentur metu. Unde redemptor noster solutioni carnis appropinquans: et membrorum suorum seruans speciem: factus in agonia / cepit prolixius orare. Quid enim pro se ille cum in agonia esset peteret / qui in terra positus celestia cum potestate tribuebat? Sed appropinquante morte / nostre mentis in se certamen expressit: quia vim quandam terroris ac formidinis patimur: cum per solutionem carnis eterno propinquamus iudicio. Nequaquam enim tunc cuiuslibet anima immerito terretur / quando post pusillum hoc inuenit quod in eternum mutare non possit. Capitulum. xviij.

Electi vehementer metuunt: cum districto iudici appropinquare se cernunt. Unde pauor tunc crescit

M

Cur xpus in agonia factus prolixius orauit.

Appropinquante morte cuiuslibet anima non immerito terretur.

C

Onsideramus quippe quam viam vite presentis nequaquam sine culpa transire poterimus: consideramus etiam quia ne hoc quidem sine aliquo reatu nostro est / quod laudabiliter gessimus / si remota pietate iudicemur. Quis enim nostram vitam precedentium patrum valeat vel superare vel assequi? Et tamen Dauid dicit: Ne intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Paulus cum diceret: Nihil mibi conscius sum: caute subiunxit. Sed non in hoc iustificatus sum. Iacobus dicit: In multis enim offendimus omnes. Ioannes dicit: Si dixerimus quia peccatum non habemus / ipsi nos seducimus: et veritas in nobis non est. Quid ergo facient nebule si tremunt columne? Aut quomodo virgulta immobi

Psal. cxlij.
j. Cor. iiij.
Iaco. iij.
j. Ioan. j.

A illa stabunt: si huius pauoris turbine etiã cedri quatiun tur: Solutioni ergo carnis appropinquans / nonnunq̃ terrore vindicte etiam iusti anima turbat. Cui et si quid tranquillũ in hac vita sapere potuit / mortis articulo interueniente coucutit: vt iure dici debeat: Abominabilis fit ei panis in vita sua: et anime eius cib⁹ ante desiderabilis. Uel certe ꝑpter pauores penã hoc qd̃ illic subditur: Appropinquabit corruptioni anima ei⁹ / et vita illi⁹ mortiferis. Sed quia iustorũ anime a leuib⁹ quibusq̃ contagiis / ipso sepe mortis pauore purgant: et eterne retributionis gaudia iã ab ipsa carnis solutione percipiunt: plerisq̃ ꝓ cõtẽplatiõe quadã retributiõis interne etiã priusq̃ carne expolianẽ hilarescũt: et dũ vetustat' debitũ soluunt / noui iã muneris letitia pfruunt: recte dicit. Uidebit faciem ei⁹ in iubilo. vel certe liberauit animã suam ne pgeret in interitũ: sed viuens lucem videret. Iusti itaq̃ eis in iubilo faciẽ dei cõspicit: q̃ tãtũ de letitia interna pcipit / q̃ntum capere vel assumpta vix possit. Ibi igitur lucem viuẽs videt: q̃ spirituale oculum in radios interni solis infigit. Ibi lucẽ viuens videt: q̃ omni iam mutabilitatis vicissitudine atq̃ obumbratione calcata / veritati eternitatis inheret: eiq̃ inherendo quẽ cernit / ad similitudinẽ B incõmutabilitatis assurgit: atq̃ i semetipsam auctoris sui inconuertibilem speciem dum respicit assumit. Que eñ ad mutabilitatem per semetipsam lapsa est / ad immutabilitat' statũ inmutabilẽ videndo formaẽ. Igitur Epilog⁹. heliu de afflicto hoc liberato q̃ homie: q̃ prius meroris amaritudinẽ / et postmodũ gaudia consolationis exprẽssit: apte subiũxit. Hec oĩa operaẽ de⁹ tribus vicibus per singulos: videlicet cõuersionis / probationis / et mortis: quia p tria hec / et duris pei⁹ similis meroris afficitur: et magnis postmodum securitatis gaudiis refouet. Et q̃ electi vniuscuiusq̃ mens hisdem trib⁹ vicib⁹: id est vel labore conuersionis / vel tẽtatione pbatiõis / vel formidĩne solutionis atteritur / atq̃ ipsa attritiõe purgata liberatur: apte subiungitur. Capitulum xix.

Ut reuocet animas eorũ a corruptiõe: et illuminet luce viuẽtium. Lux quippe mouẽtiũ est quã corporeis oculis cernim⁹. Qui autem adhuc huic mũdo viuũt / luce morientiũ tenebrescunt. Illuminantur aũt luce viuentiũ / q̃ despecto tẽporali lumine / ad splendorẽ interne claritatis recurrũt: vt ibi viuãt / vbi verũ lumẽ sentiendo videant: vbi nõ aliud lumẽ atq̃ aliud vita / sed vbi ipsa lux vita sit: vbi sic nos lux exterius circũscribat: sic interius impleat / vt incircunscripta exterius circũscribat. Illuminanẽ ergo hac luce viuentium: quã tanto tunc subtili⁹ cõspiciunt / quãto nũc ad illã purius viuũt. Magna heliu ac valde fortia protulit: sed hoc Arrogã/ꝗ ꝓprium. vniuiq̃ arrogans habere ꝓprium solet: q̃ dum vera ac mystica loquitur / subito per tumorẽ cordis quedã inania et superba permiscet. Foris eñ placere appetit i hoc qd̃ veraciter sentit: et inde mox inanescit a vero / vnde p elationis typum recedit ab intimo. Quia eñ approbari vocis exterius querit / intus plenitudinẽ q̃ docebat amisit. Ut̃ ẽ heliu quẽ tenere arrogantiũ typũ sepe iã diximus: postq̃ multa sapientie pfunda digessit: subito post easdẽ sententias veraces ac mysticas / fastu scientie inflatus extollitur: cuius mox inflationis merito eius sensus C ad inania verba deriuaẽ. Nã subdidit dicens. Attende Iob ⁊ audi me: et tace dum ego loquor. Si autem habes quod loquaris / responde mihi. Loquere. Uolo enim te apparere iustũ. Quod si non habes / audi me: tace / et ego docebo te sapientiã. Qualẽ se apud se habeat / hac locutione manifestat qua dicit. Attende iob et audi me: et tace dũ ego loquor. Immensa Immensa eñ superbia est / a senioribus superbia. reuerentiam exigere: et silẽtiũ sperare meliorũ se. Cap. xx.

Quia aũt predicatores iusti dũ quoslibet corripiunt / sepe per humilitatis gratiam ad cogitationũ suarũ intima reuertunẽ: atq̃ in eo ipso quod corripiũt: ne quid fortasse fallanẽ exquirunt / corꝛectis q̃ licẽtiã tribuũt: vt si quid pro seipsis iust⁹ sentiant / fateanẽ: hoc nonnũq̃ etiã arrogantes imitari appetunt. Huiusq̃ eñ in verbis elatione postposita / quasi eorum quos corripiunt / si forte reperire potuerint iustitiã querunt non q̃ ita sentiunt / sed quia ornari per humilitatis speciem concupiscunt. Metuunt enim ne supbi ac tumidi (q̃ sunt) eẽ videanẽ. Unde heliu statim subdidit / dicẽs: Si autem habes quod loquaris / responde mihi. Loquere. Uolo eñ te apparere iustũ. Sed q̃ hec ex corde non D ꝓtulit / audire qd̃ quesierat nõ expectauit. Nam illico subiũxit. Quod si nõ habes / audi me: tace / et docebo te sapiẽtiã. Qui eñ veraciter querunt audire quod iustum est: equanimiter expectant audire quod querunt. Heliu aũt qui veraciter requisitionis verba non protulit / dici quod quesierat non permisit: sed mox quod intrinsecus gestabat erupit: qualẽq̃ se in occultis suis habebat ostendit / dicens. Tace / et docebo te sapientiã. Arrogantes enim vt ri quando aliquid humiliter sonant, diu in eiusdem humilitatis specie non perdurant. Cum fortasse querunt vt audiant / mox loquendo obuiant ne doceantur: quia superficiem vocis quam protulerant / citius ostentationis intentio comprimit: que ex radice cordis exurgit: atq̃ eandem humilitatis formam specietenus sumptam eo celerius probant quia aliena est / quo illam diuti⁹ tenere non possunt. Ecce heliu iustitiam cum requirit vt discat / pro E mittit quia doceat. Ecce quasi requirendo quod iustum est / aliquid planum sonuerat lingua: sed mox celare non potuit hoc quod altum tumebat conscientia. Nam repente subiunxit: Tace / et docebo te sapiẽtiam. Quia vero arrogantes omnes in eo quod proferunt typo superbie inflantur: et velut in alto positi / sic doctorũ speciem sumunt: ac si eorum verba dignatione quadam super indigentes homines celitus effundantur: bene a scriptore huius historie versus interponitur quo dicitur.

¶ Text⁹ Capituli tricesimiquarti Libri beati Job.

Pronuncians itaq̃ heliu etiam hec locutus est: Audite sapientes verba mea. ⁊ eruditi auscultate me. Auris enim verba probat / et guttur escas gustu diiudicat. Iudicium eligamus nobis: et inter nos videamus quid sit melius: q̃ dixit iob. Iustus sum: ⁊ deus subuertit iudiciũ meum. In iudicando enim me / mẽdacium est: et violenta est sagitta mea absq̃ vllo peccato. Quis est vir vt est iob: qui bibit subsannationẽ quasi aquam: qui graditur cum operantib⁹ iniquitatem / et ambulat cum viris impiis? Dixit enim: Non placebit vir deo: etiam si cucurrerit cum eo. Ideo viri cordati audite: Absit a deo F impietas: et ab omnipotente iniquitas. Opus enim hois reddet ei: et iuxta vias singulorũ restituet eis. Uere enim deus nõ cõdẽnabit frustra: nec oĩpotens subuertet iudiciũ. Quẽ cõstituit aliũ sup terrã / aut quẽ posuit super orbẽ quem fabricatus est? Si direxerit ad eum cor suũ / spiritũ illius ⁊ flatum ad se trahet. Deficiet oĩs caro simul / et homo in cinerẽ reuertet. Si habes ergo intellectũ / audi quod dicit: et ausculta vocẽ eloquii mei. Numquid qui nõ amat iudiciũ / sanari potest? Et quomodo tu eũ qui iustus est in tantum ꝯdemnas? Qui dicit regi apostata: qui vocat duces impios. Qui nõ accipit personas principũ / nec cognouit tyrãnũ: cũ disceptaret cõtra pauperẽ. Opus eñ manuũ eius sunt vniuersi. Subito morienẽ: et i media nocte turbabuntur populi: ⁊ ptransibunt et auferent violẽtũ absq̃ manu. Oculi eñ ei⁹ sup vias hoim: et oẽs gressus eorũ cõsiderat. Nõ sunt tenebre / ⁊ nõ est vmbra mortis: vt abscõdanẽ ibi q̃ operanẽ iniquitatẽ. Neq̃ eñ vltra in hois potestate est: vt veniat ad deũ in iudiciũ. Cõteret multos ⁊ innumerabiles / ⁊ stare faciet alios ꝓ eis. Nouit eñ opera eorũ: et idcirco inducet noctẽ: et conteret

G

tur. Quasi ipsos percussit eos in loco videntium. Qui quasi de industria recesserunt ab eo: et oēs vias eius intelligere noluerunt: vt peruenire facerent ad eū clamorē egeni: et audiret vocē pauperū. Ipso eni cōcedente pacē: quis est qui condēnet? Et quo abscondent vultū / quis est qui contēpletur eū? Et sup gētes et super oēs homines. Qui regnare facit hoiem hypocritā: ppt peccata populi. Quia ergo ego locut⁹ sum ad deū / te quoqꝫ non phibebo. Si erraui: tu doce me. Si iniquitatē locutus sum / vltra nō addā. Nunquid a te deus expetit eam quia displicuit tibi? Tu enim cepisti loqui: et nō ego. Quod si quid nosti melius / loquere. Viri intelligentes loquātur mihi: et vir sapiens audiat me. Job autē stulte locutus est: et verba illius nō sonant disciplinā. Pater mi probet iob vsqꝫ ad finem. Ne desinas ab hoie iniqtatis / q addidit super pctā sua blasphemiā. Inter nos iteri ɔstringat: et tūc ad iudiciū puocet sermonib⁹ suis deum.

Capitulum. xxi.

D

Pronunciatus quoqꝫ heliu etiam hec locut⁹ ē. Quid eni per hui⁹ pronūciationis vocabulū / nisi inflatio elationis ostēdit? vt verba que de alta superbie radice veniebant: cum quadam quasi altitudine et distinctione procederent. Ita videlicet predicare omnes arrogantes solēt. Cum quodā eni fastu pferūt hoc quod singulariter itellexisse se credūt: et fortasse tūc humilitatē predicant / cū per elatiōis typū exēpla superbie ostentant. Unde fit vt eorum predicatio concors sibi manere non possit: quia id quod rectum loquētes seminant / puersi tumētes impugnant. Humilib⁹ nāqꝫ auditorib⁹ vba sua nō cōpatiēdo / sed vix dedignādo largiuntur. Longe quippe se in altum positos estimant: et super eosdem auditores suos quasi precedētis doctrine respectum vix de summo dignanter inclinant. At contra verba iustoꝝ ex radice veniunt humilitatis: vt fructum valeant ferre pietatis: et quicqd salubre potuerint: nō tumēdo / sed cōpatiendo subministrāt. Per vba quippe charitatis vel se in auditorib⁹ suis / vel auditores suos in se ita trāsformant: ac si et illi p istos hoc quod audiunt docerent: et isti per illos hoc quod docendo proferūt discant. Heliu ergo typū arrogantiū tenens: et cū pronūciatiōis ostentatione ichoans / quid dicat audiamus. Sequitur. Audite sapiētes vba mea: et eruditi auscultate me. Auris enim verba probat: et guttur escas gustu diiudicat. Ac si diceret. Sicut nec auris escas / nec guttur verba cognoscit: ita nec stultus quisqꝫ sententiam sapientis intelligit. Sapientes ergo atqꝫ eruditi audite quod dico: qui potestis ea que fuerint dicta cognoscere. Videamus igitur quantum tumeat / qui verba sua non nisi a sapientibus audiri decenter existimat. Verus autem sapientie predicator dicit. Sapientibus et insipientibus debitor sum. At contra arrogans in predicatione sua aures tantummodo sapientiū expectat: qz nō ideo predicat / vt possit quoslibet sapientes efficere: sed ideo sapientes querit / vt possit qd senserit supbiendo monstrare. Sicut eni superius dictū est / non illos appetit erudire / sed se ostendere: nec intuetur / qꝫ iusti qui audiunt fiant: sed ipse qꝫ doctus cum auditur appareat.

Sicut nec auris escas nec guttur vba agnoscit: ita nec stult⁹ sententiā sapiētis intelligit.

Rom. i.

Capitulum. xxii.

Q

Uia vero predicationē arrogantiū nullus admitteret / si non aliquid de humilitatis imagine permisceret: ubi heliu postqꝫ p tumida verba se extulit: rursum quasi ad equalitatis cōcordiā cōdescēdit / dicēs. Iudiciū eligam⁹ nobis: et inter nos videamus qd sit meli⁹. Sed vtrū hoc iudiciū ex humili corde ptulerit / facile cognoscim⁹ si subsequētia ei⁹ vba pēsem⁹. Sequitur. Quia dixit iob. Iust⁹ sum: et de⁹ subuertit iudicium meū. In iudicando enim me mēdaciū est: et violēta sagitta mea absqꝫ vllo peccato. Hec beatū Job dixisse querit: que tñ qz minime dixerit / requisita sacre historie verba testant. Sed qui iudiciū eqꝫ quesierat / ex culpe quam fingit pri⁹ sententiam promulgat. Nam sequitur.

R

Q. S. Qꝫ superbi sine vllo timore deū derideant / ita blasphemias pro iubilo habētes / sicut aquā deglutiens / in sorbendo non moratur.

Quis est vir vt est Job q bibit subsannationem quasi aquā: qui graditur cū operantib⁹ iniquitatem: et ambulat cū viris impijs? Ecce iudiciū querēs / iudicium protulit: et post allegationem suā nulla beati Job expectata sententia / eū dānatione dignū ex reproborū societate iudicauit. Ait enim. Quis est vir vt ē iob? Utiqꝫ subaudiamus / nullus. Atqꝫ subiungit. Qui bibit subsannationem quasi aquā. Aqua aūt cum bibit / ita liquide sumit: vt ad sorbendū nulla sui pinguedine retardet. Subsannationem vero vt aquā bibere est / deum sine aliquo obstaculo cogitationis irridere: vt in eo qꝫ supbie lingua vel cōsciētis / nulla trepidatio contradicat. Hoc autē eius sīia sup beatū Job quātum a tramite veritatis exorbitet: illa diuīa attestatione cognoscim⁹ / q ad diabolū dicit: Nunqd considerasti seruū meum iob / qꝫ non sit ei similis in terra? Ecce quem veritas dicit absqꝫ comparatione iustū: cum heliu asserit absqꝫ cōparatione peccatorē. Sed hec esse propria arrogantiū pdicatorū solent: vt etiā afflictos auditores suos magis districte corripere appetant / qꝫ blande refouere. Plus enim student vt mala obiurgando increpent / qꝫ bona laudando confirment. Superiores quippe videri desiderant: et magis gaudent cū eorū animum iralevat / qꝫ charitas exequat. Semp inuenire optant q increpando rigide feriāt. Unde scriptū est: In ore stulti virga supbie: qz videlicet percutere rigide scit / sed cōpati humiliter nescit. Solēt etiam predicatores iusti auditores suos obiurgando corripere: solēt in eorū vitijs districta increpatione seuire. Unde scriptū est. Verba sapientiū quasi stimuli / et sicut claui in altum defixi. Recte autē eorū verba claui vocata sunt: qz culpas delinquētiū nesciunt palpare / sed pungere. An Joannis verba claui non erant / cū dicebat: Progenies viperarum / quis vobis demonstrauit fugere ab ira ventura? An verba Stephani claui non erāt / cū dicebat: Uos sp spūisctō restitistis. An vba Pauli claui non erant / cū dicebat: O insensati galathe / qs vos fascinauit? Et rursum cū corinthijs diceret: Cū eni sit inter vos zelus et contentio / nōne carnales estis: et sm hominem ambulatis?

Quid subsannatiōnē bibere vt aquam.

Cōtra errogantes.

Prouer. xiiij.

Verba pdicatorū claui.

Eccl. xij.

Mat. iij.

Act. vij.

Gal. iij.

I. Cor. iij.

Capitulum. xxiij.

S

Ed necesse est vt caute videam⁹: qz pdicatores iusti ipsis quos corrigūt / cū ex parte alia fortasse aliquid bone operationis inueniūt: ad eadem obiurgationis verba cū quāta dispensatione descēdūt. Ecce Paulus corinthios docens: eosqꝫ in culpa diuisiōis aspiciēs exorsus est / dicēs. Gratias ago deo meo semp pro vobis / in gratia dei q data est vobis in christo Jesu: qz in oib⁹ diuites facti estis i illo. Multum profecto laudauit quos in christo diuites et in omnib⁹ dixit. Et ecce adhuc blandimenta multiplicat / dicens. In omni verbo et in omni scientia / sicut testimonium christi confirmatum est in vobis. Testimonium christi confirmatum est i vobis dixit: ac si opere peregissent / quod doctrina didicerant. Et imo laudis cōsummatione subiungit: Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia: expectantibus reuelationem domini nostri iesu christi. Queso te Paule istis tot fauoribus iam quo tendas insinues. Ecce paulopost sequit: Obsecro vos autē fratres p misericordiā dñi nostri iesu xpi: vt id ipm dicatis omnes: et non sint in vobis schismata. Significatū est eni mihi de vobis fratres mei / ab his qui sunt cloes: qz cōtētiones inter vos sunt. De qbus contentionibus paulopost subdidit / dicens. Cū eni sit inter vos zelus et ɔtētio / nōne carnales estis: et sm hominē ambulatis? Ecce quibus laudib⁹ ad aperta correctionis verba descēdit: ecce in corde audiētiū qꝫ blanda fauoris manu viam districte increpationis aperuit. Paul⁹ nāqꝫ supborū brachia studuit p blandimentorū vincula religare: vt postmodū potuisset vulnus supbie ferro correptionis incidere. Erant profecto in corinthijs et q laudari debuissent / erant et q argui. Peritus itaqꝫ medicus prius sana mēbra q circa vuln⁹ erāt laudando palpauit: et postmodū putridum sinū vulneris feriendo transfixit. Habet ergo in sanctis pdicatorib⁹ ad vtraqꝫ aptum doctrine regula pondus suū: vt errores faciētes nutriant: et puersis aīaduertētes abscindant.

I. Cor. i.

I. Cor. i.

M

Peritus medicus.

Iustorū pdicatorū mod⁹ corrigendi.

Capitulum. xxiiij.

N

Onnunqꝫ vero etiam pdicatores iusti rigide feriunt. Sed aliud est cū iustitie stimulas / aliud

A

cum superbia inflat. Justi cum seuere corrigunt / interne dulcedinis gratiam non amittunt. Nã sepe pro inquietudine refrenãda prauorũ / duritiam districti rigoris assumunt: sed intus charitatis igne liquefiunt: atq3 eorum amore ardent: in quos aspera correptione seuiunt seq3 etiã eis intrinsec⁹ in secreto cordis humiliant: quos duris foris aduersionũ stimulis quasi despiciendo castigant. Plerũq3 autẽ et non despiciẽdo despiciunt / et non desperando desperant: vt tãto eos celerius a culpa reuiuiscere ac resilire faciant / quãto iam quasi vicinius mortis foueam ostentant. Tanta autem dispensatione se tẽperent: vt neq3 cũ se erigunt / intrinsecus rigidi sint: neq3 rursum cũ se humiliant / extrinsecus remissi: q2 et in disciplina hũilitatẽ custodiãt / et in hũilitate disciplinam.

¶ S. Quãto moderamine sancti in correctiõe vtantur.

¶ Sepe etiã quodã decenti moderamine suas culpas corã discipulis indicant: vt illi audictes discant / quo semetipsos de suis actiõib⁹ subtiliter reprehendant. Paulus disciplinam tenuit / cũ corinthijs diceret: Cũ enim sit inter vos zelus et cõtẽtio / nonne carnales estis: et sm hominem ambulatis? Sed humilitatem in disciplina non pdidit: q2 deprecando premisit / dicens. Obsecro vos fratres p misericordiã dei: vt idipsum dicatis oẽs: et nõ sint i vobis schismata. Rursum humilitatem tenuit / cum eisdem corinthijs loquẽs paulo latius fortasse q̃ voluerat / semetipsum reprehendit / dicens. Factus sum insipiens.

I. Cor. iij.

I. Cor. i.

ij. Cor. xij.

B

Sed disciplinã in hac humilitate nõ pdidit: q2 ilico adiũxit. Vos me coegistis. Exemplum magne humilitatis exhibuit / cum discipulis dixit: Non enim nosmetipsos pdicamus: sed iesum christum dominũ nostrũ: nos autẽ seruos vestros per christum. Sed in hac humilitate disciplinam iustitie non amisit / qui eisdẽ delinquentibus dicit. Quid vultis: in virga veniam ad vos: etc. Sciũt ergo pdicatores sancti vtroq3 moderamine artẽ magisterij tẽperare: et cũ delinquentiũ reat⁹ inuenitur / sciunt modo seuere corripere: modo humiliter deprecari. Sed cum arrogãtes viri eos imitari appetunt / sumũt ab eis aspera verba correctionis: et sumere ab eis veraciter nesciũt pces humilitatis. Magis enim terribiles volunt esse q̃ mites: et idcirco discunt vnde se erigant: et discere negligunt / vt animum submittant. Cũq3 admonere delinquẽtes placide nesciunt / nimio rigoris vsu per succẽsiõis iracundiam etiam contra recte agentes effrenantur. Quorum iste heliu speciem tenens: beatum iob non refouet / sz obiurgat dicẽs. Quis est vir vt est iob: qui bibit subsannationem quasi aquam: qui graditur cũ operantib⁹ iniquitatem / et ambulat cum viris impijs? Capitulum. xxv.

ij. Cor. iiij.

I. Cor. iiij.

Ars sctõꝝ pdicatoꝝ.

Aliena sp est a vitate supbia.

Et q2 aliena semp est a veritate supbia / mox et ad falsa prorũpit / dicẽs. Dixit enim. Non placebit vir deo / etiã si cucurrerit cũ eo. Qd pfecto q2 minime dixerit: quisq3 beati iob verba legit agnoscit. Sed qui idcirco loquit / vt semetipsum ostendendo supbiat: quid mirũ si in alterũ fingit quod reprehendat? Quomodo enĩ veritati coherẽat in verbis increpationis quẽ intra semetipm lõge ab eadẽ vitate dirimit tumor mentis? Sequitur. Ideo viri cordati audite me. Ecce iterum fastu supbie inflatus / eos tãtũmodo qui quasi digne intelligendo se assequi valeant querit: et sic qd senserat erũpit / dicens. Absit a deo impietas: et ab oĩpotente iniquitas. Opus enĩ hominis reddet ei: et iuxta vias singulorum restituet eis. Bene dixit quia i oĩpotente deo iniquitas vel impietas non est. Sed in hac vita nequaq3 semp hoc agit qd subiũxit: q2 iuxta opus suum singulis / et iuxta vias pprias reddit. Nam et multos illicita ac puersa perpetrantes gratuito puenit / atq3 ad opera sancta conuertit: et nõnullos rectis actibus deditos / flagello interueniente corripit: ac sic placentes qsi displicentes affligit: Salomone attestante q̃ ait. Sunt iusti quib⁹ multa eueniunt / quasi opera egerint impiorum. Et sunt impij qui ita securi sunt / ac si iustorũ facta habeãt. Quod nimirũ omnipotens deus inestimabili pietate dispensat: vt et iustos flagella crucient / ne opera extollant: et iniusti saltem sine pena hanc vitam peragant: q2 ad tormẽta que sine fine sunt / male agẽdo festinant. Nã q2 aliqñ iusti nequaq3 iuxta opera flagellant: hac ipsa historia quam tractam⁹ ostendit. Neq3 enĩ idẽ beatus Job p culpa fuerat flagellatus / qui ante flagelli stimulum ipso iudice attestante laudatus est. Verius ergo heliu diceret si dixisset

C

In hac vita non sem per dñs reddit iuxta opus singulis.

Eccle. viij.

Ratio.

Probatõ

q2 in oĩpotẽte deo impietas atq3 iniquitas non est: etiam cũ iuxta vias pprias hominib⁹ reddere nõ videt. Nã et qd a nobis non intelligitur / ex occulti iudicij non iniustitia pfertur. Quia vo predicatores arrogãtes dũ multa inania spargunt / etiã sepe vera ac solida proferunt: Heliu recte subiungit. Capitulum. xxvj.

D

Vere enĩ deus nõ condẽnabit frustra: nec oĩpotens de⁹ subuertet iudiciũ. Ad diabolum dñs dixit. Cõmouisti me aduersus eũ / vt affligerem eũ frustra. Heliu autẽ dicit: q2 nõ condẽnabit dñs frustra. Quod vtiq3 discordare dictis veritatis credit / nisi subtili cõsideratione pensetur. Aliud nãq3 est dãnare: aliud affligere. Affligit ergo iuxta aliquid frustra: sed frustra nõ dãnat. An non iuxta aliquid frustra iob afflixerat / cũ nõ delebat vitium: sed meritũ augebat? Frustra enim cõdẽnare non potest: quia dãnatio fieri non ex parte ad aliquid potest: q̃ videlicet in extremo punit omne qd hic quisq3 inique cõmiserit. Nec omnipotens de⁹ subuertit iudiciũ: q2 et si minus recta videntur esse que patimur: recte tñ in occulto examine decernunt. Sequitur.

Aliud est dãnare: aliud affligere.

¶ S. Qd ad amorem suum nõnullos deus et corpore et spiritu trahit / vt nihil caro / nihil mens de exterioribus appetat.

¶ Quẽ cõstituit aliũ super terram: aut quẽ posuit super orbẽ quẽ fabricatus est? Ut videlicet subaudias / nullum. Per se quippe mundũ regit / quem per se condidit: nec eget alienis adiutorijs ad regendũ / qui nõ eguit ad faciẽdũ. Sed hec idcirco colligunt / vt liquido indicet: q2 oĩpotens deus si per semetipsum regere non negligit quod creauit: qd bene creauit / vtiq3 bene regit: q2 quod pie condidit / impie non disponit: et qui necdum facta curauit vt essent / que sunt facta non deserit. Quia ergo pñs est in regimine / qui auctor extitit in creatione: ideo curã nostri non preterit. Unde et apte subiungit. Si direxerit ad eum cor suũ: spiritum illius et flatum ad se trahet. Curuũ cor est / cum ima appetit: dirigit / cum ad superna subleuat. Si ergo homo cor suum ad dominũ dirigit: spiritum et flatum illius dñs ad se trahit. Spiritũ videlicet pro internis cogitationib⁹: flatum vero qui per corp⁹ trahitur / pro externis actionibus ponit. Deo ergo spiritum hominis et flatũ ad se trahere est / ad cõuersionem sui desiderij et interiora nostra et exteriora cõmutare: vt nihil iam menti exterius libeat / nihil caro inferius vel si appetit ad ipsa conetur: sed omne qd homo est / ad eum videlicet a quo est et interi⁹ desiderãdo feruescat: et exterius se edomando constringat. Unde et apte subiungit.

B

Dñs p se mundũ regit quẽ p se pdidit.

Deo spiritũ hois et flatum ad se trahere quid sit.

Omne qd hõ est: ad eum a quo est referendum est.

¶ S. Qd sancti spiritu humilitatis tacti / in nulla voluptate obedisse carni: et hic moriẽdo mũdo / vitiorũ appetit⁹ in psideratione dissolutionis sue in cinerẽ redigunt.

¶ Deficiet ois caro simul: et homo i cinerẽ reuertetur. Simul enĩ ois caro deficit / qñ iã nullis suis motibus seruit: quia presidens spiritus cuncta eius fluxa restringit: et quodã districtionis sue gladio omne quod in illa male viuebat interficit. Hoc nimirum discipline gladio semetipsum hieremias interfecerat / cum dicebat: Postq̃ cõuertisti me / egi penitentiam: et postq̃ ostendisti mihi / percussi femur meũ. Quid est in femore nisi voluptas carnis accipitur? Et quid est qd ait: Postq̃ ostendisti mihi / percussi femur meum: nisi q2 postq̃ superna spiritaliter vidit: omne qd in se inferi⁹ carnaliter viuebat extinxit: vt quanto magis summa patescerent / tãto amplius ima que tenuerat non liberẽt. Nã quãto incipit quisq3 superius viuere / tanto et inchoat inferius interire. Iuxta affectũ nãq3 carnalis operatiõis / omnis caro Pauli simul interierat / cum dicebat. Viuo autem iam non ego: viuit vero in me christus. Capitulum. xxvij.

Hiere. xxxi. 5

Quãto magis incipit quisq3 supi⁹ viuere: tanto i(n)choat inferius interire.

Bene etiam heliu hoc loco subdidit: Et homo i cinerem reuertetur. In peccato enĩ quisq3 positus / mortalitatis sue obliuiscitur: et terram se esse nõ meminit: dũ adhuc per superbiam inflatur. Post conuersionis vero sue gratiam / cum humilitatis spũ tãgitur: quid esse se aliud q̃ cinerem recordat? Iã in cinerem dauid reuersus fuerat / cum dicebat. Memento domine q̃ puluis sumus. Abraam in cinerem reuersus fuerat / dicens. Loquar ad dñm meum / cum sim puluis et cinis: Et si viuentẽ carnẽ necdũ in terra morte soluerat / hoc tñ apud se erãt qd se futuros absq3 dubitatiõe pcul- debant. Hinc ad eo dicit: Auferes spũ eorũ et deficient:

Gen. xviij.

Ps. ciij.

G

et in pulverem suu͂ reuertent. Qui autẽ eorum spũs / nisi spũs superbie nolat? Collat ergo spũs eorum et deficient: id est subducto superbie spũ / nihil se esse cognoscant. Et reuertantur in puluerẽ. i. humilient ex infirme conditione. Propter hunc puluerem (ad cuius memoriã q̃ semetipsos considerant reuocant) per sapientiã dicitur: Iusti fulgebũt: et sicut scintille in arũdineto discurrent. Sancti eni viri dum peccatoribus permiscentur: eos ex὾ploru͂ suoꝝ igne succẽdũt: atq; per omne quod nitent / in cinerem redeunt: q: pietatis flãma cõsumpti / dũ infirmitatẽ conditionis sue cõspiciunt / nihil aliud q̃ fauillã se esse cognoscũt: vt a superbie sue duritia resoluti / per penitentiam dicãt id qđ supra protulimus: Memento dñe quia puluis sumus. Vñ ergo dicit: qui cum ad se spũ hominis dñs trahit: deficiet ois caro simul: et homo in cinerẽ reuertetur. Hec heliu et vera sunt et magna que dicit: sed quia male mox ex eo quod bene sensit intumuit: verbis sequentib̄ ꝑdit dicens. Si habes ergo intellectũ / audi quod dicit: et ausculta vocem eloquij mei.

Sap. iij.

C S. De superbia vbi nasci intelligitur / eradicãda est: q: difficile inueterata deprehenditur. Capitulum. xxviij.

H

Abent hoc propriũ omnes arrogantes: vt cum fortasse acutũ aliquid sentiũt / inde mox ad vitium elationis erũpant: sensusq; omniũ in sui comparatione despiciant / seq; in suo iudicio aliorum meritis anteponãt. Quibus contingit miseris / vt plus vidẽdo tenebrescant: quia dum subtilius attendunt / semetipsos intueri nesciunt: et quo intelligentiam acutius percipiunt / eo per superbiam deterius cadunt. Qui bene quidem subtilia conspicerent: si in eo qđ ꝓferunt se viderent.

M

Superius namq; heliu dixerat: Si habes quod loquaris, responde mihi. Loquere: volo enim te apparere iustum. Nũc autem ait. Si habes intellectum / audi quod dicitur. Ecce quomodo paulisper elatio per verborum incrementa ꝓficit. Superius dubitauit si posset beatus Iob proferre qđ iustũ est: nũc vero discutit / si hoc qđ dicit / saltem possit audire. Ibi dixit. Si habes quod loquaris / respõde mihi: ac si diceret: dic aliquid / si tamẽ dign̄ poteris esse q̃ dicas. Hic autem ait: si habes intellectum / audi qđ dicitur. Ac si aperte dicat / audi me / si tamen dignus poteris esse q̃ audias. Isti sunt quotidiani defectus qui in cordib̄ reproborũ fiunt: quibus indesinenter ad deteriora descẽdũt: q: dum minora incaute negligũt: ad maiora periculose ꝑueniunt. Iam enim hoc de superbia fuerat: q: beatum Iob id quod iustum est / loqui posse dubitabat. Sed dum hanc in semetipso considerare negligit / ad nequiora peruenit: vt nõ solũ posse ab eo dici quod iustum est dubitet / sed etiã dicẽtẽ se iusta ab eo intelligi posse desperet. Unde vitiũ superbie ab ipsa mox radice secandũ est: vt cũ latenter oritur / tunc vigilanter abscindatur: ne prouectu vigeat / ne vsu roboret. Difficile enim in se quisq; inueteratã superbiam deprehendit: q: nimirũ hoc vitiũ q̃to magis patimur / tãto minus videmus. Sic quippe in mente superbia / sicut in oculis caligo generat. Quo se hoc latius dilatat: eo vehementius lumen angustat. Paulisper ergo elatio in pectore cordis crescit: et cum se valide extenderit / oppresse mentis oculũ funditus claudit: vt captiuus animus typũ elationis et pati possit: et tñ id quod patit / videre nõ possit. Sed q: arrogãtes viri aliqñ (vt diximus) recta non recte sentiũt / et bona inuenire nouerũt: sed hec bene proferre contemnũt: heliu post elationis typũ quo dixerat: Si habes intellectũ audi qđ dr: subdit dicens. Capitulum. xxix.

Quotidiani defect̄ reproboꝝ.

I

Remediũ cõtra superbiam.

Q

Et̄ q̃to vitium superbie magis patimur: tanto min̄ videmus.

N

Unquid qui non amat iudiciũ / sanari potest: Quomodo tu eũ qui iustus est / intantũ condemnas? Bonũ quidẽ sensum ꝓtulit: sed btõ Iob ꝓferenda non fuit. In omni enim qđ dicit: summopere intuẽdũ est quid dicat / cui dicat / qñ dicatur / quõ dicatur. Heliu aũt attẽdit qđ diceret: sed cui diceret non attẽdit. Beatus quippe Iob amabat iudiciũ: q: causas suas cum dño pẽsare subtiliter nouerat. Nec ꝯdẽnauerat eum qui iustus est: sed cur sine peccato ꝑcussus fuerat / in dolore posit̄ cum humilitate requirebat. Amat iudiciũ quisq; vias suas subtiliter discutit: et secretarium cordis ingressus / qđ dñs ipsi tribuat / quid ipse domino debeat pensat. Quod beat̄ Iob quomodo non fecerat / q̃ tã crebra sacrificia in expiatione filiorũ etiã pro cogitationibus offerebat? Quia ergo heliu dixit: q: is qui iudiciũ non amat / sanari nõ possit: arguens beatũ Iob q: iudiciũ non amaret: q: eũ qui iustus est cõdẽnasset: alio eiusdem iusti id est domini iustitiã subdit dicens.

In oĩ qđ dr intuendũ est / qđ cui / quando / quõ dicatur.

Quis amet iudiciũ.

R

C S. Ex imitatione diaboli apostasie culpam incurrunt / qui honoris sui gloria letãtes / preesse hominib̄ potestate et dñatione delectantur.

C Qui dicit regi apostata: qui vocat duces impios.] Sepe nouimus q: plerũq; qui presunt / inordinatum sibi metum a subditis exigunt: et non tam propter dñm / q̃ ꝓ domino venerari volunt. Int̄ enim se tumore cordis extollunt: cunctosq; subditos in sui comparatiõe despiciunt: nec condescendendo consulunt / sed dominando ꝓmunt: q: videlicet alta cogitatione se erigunt: et equales se illis quibus eos preesse cõtigit / non agnoscũt. Cõtra hunc tumorẽ per ecclesiasticum librũ dicit: Ducẽ te cõstituerũt: noli extolli: sed esto in illis quasi vnus ex illis. Hunc tumorem dñs per prophetam in pastoribus increpans / ait. Uos autẽ cũ austeritate imperabatis eis / et cum potentia. Ipsa enim bona que subditis dicunt: dominãdo potius q̃ ꝯsulendo proferũt: q: videlicet quicq̃ eis quasi ex equo dicere / semetipsos existimant deiecisse. Singularitate enĩ gaudent culminis / et nõ equalitate cõditiõis. Sed quia hec tumẽtia cordis rectorũ subtiliter dñs pensat: bene cõtra eos dicitur. Qui dicit regi / apostata. Unusquisq; enĩ superbus rector totiens ad culpã apostasie dilabit: quotiens preesse hominibus delectatus / honoris sui singularitate letatur. Sub quo enim sit nõ considerat: et q: equalibus quasi non sit equalis exultat. Vñ autẽ hec vitiorũ radix pullulat in corde regentium / nisi ex imitatione illius qui despectis angelorũ societatib̄ dixit: Ascendã super altitudinẽ nubiũ / et similis ero altissimo? Quia ergo vnusquisq; rector quotiens extollitur in eo q: ceteros regit / totiens per lapsum superbie a summi rectoris seruitio separatur: et cũ equales sibi subditos despicit: eius super se dominiũ sub quo oẽs equales sunt non agnoscit: recte dicitur. Qui dicit regi / apostata. Capitulum. xxx.

Eccli. xxxij.

Eze. xxxiiij.

L

Esa. xiiij.

Cõtra superbos rectores.

Q

Uia vero cũ dominãdo ꝓsunt: exẽplo sue superbie subditos ad impietatem trahũt: apte subiungitur.

C S. De impij duces sint qui verbo et exemplo ducatũ prebent erroris.

C Qui vocat duces impios.] Ad viam namq; pietatis ducerent / si subditorum oculis / humilitatis exempla monstrarent. Dux autem est impius qui a tramite veritatis exorbitat: et dum ipse in preceps ruit / ad abrupta sequentes inuitat. Dux est impius qui per tumoris exemplum viam ostẽdit erroris. Paulus dux impius eẽ metuebat / cũ potestati sue celsitudinẽ reprimebat dicẽs. Nec querẽtes ab hominibus gloriam / neq; a vobis / neq; ab aliis: cũ possimus oneri esse vt christi apostoli / sed facti sumus in medio vestrum paruuli. Paruulus in medio eoꝝ fact̄ fuerat: q: timebat ne si inter discipulos honorẽ sue celsitudinis vendicaret / exempla elationis ostenderet. Timebat nimirum ne dum ipse sibi potestatem pastoralis potestatis quereret: grex subditus per abrupta sequeretur: et ad impietatẽ sequentes duceret / qui pietatis officiũ suscepisset. Unde necesse est vt is qui preest / q̃ exẽpla subditis ꝓbeat / solerter attẽdat: q̃tis se sciat viuere / q̃tis pesse: ac vigilanter inspiciat / ne in eo q: prelatus est intumescat: ne iura debite potestatis immoderatius exigat: ne disciplinę ius mutetur in rigorẽ superbie: et vnde a peruersitate subditos restringere poterat: inde magis inuẽtũ corda peruertat: ne (vt dictũ est) impietatis dux per officiũ pietatis existat. Nõ autẽ debet dominiũ ducatũ suscipere / q̃ nescit homines bene viuendo preire: ne qui ad hoc eligitur vt aliorũ culpas corrigat / quod resecare debuit / ipse cõmittat. Hinc inde ergo se qui presunt circũspiciant: vt sibi et subditis viuant: vt bonũ qđ faciunt / et intra sinum mentis abscondant: et tamen ex eo ad profectum sequentium exempla recte operationis impertiãt. vt subditoꝝ animaduertẽtes culpas corrigant: nec tamen ꝓ vim eiusdem animaduersionis intumescant. vt quedam leniter correpta tolerent: nec tamen disciplinę vincula eadem leuitate dissoluant. vt quedam tolerando dissimulent: nec tamen ea crescere dissimulando ꝑmittãt. Laboriosa sunt ista: et nisi diuina gratia fulciat / ad custodiendum difficilia. Recte vero de adiuento districti iudicis per sapiẽtie librũ dicit. Horrende et cito apparebit: quoniã iudiciũ durissimũ his qui presunt fiet. Quia ergo plerũq; per po

i. Thessa. ij.

M

Sap. vj.

A testatem regiminis ad culpam prorũpitur elationis: atq3 apud districtum iudicem ipsa elatio impietas estimatur: bene de his per beatum Job dicitur: Qui vocat duces impios. De ipso quippe ducatu dũ superbiunt: exemplo suo subditos ad impietatem trahũt. Unde magnopere curandũ est vt qui regendis hominibus pferẽt: apud se intra secretarium mentis in cathedra presideat humilitatis. Cũq3 iudicii cũ ceteris forte assistit: vigilanti oculo incessanter aspiciat: cui quandoq3 iudici ipse de his iudicandus assistat: vt quãto nunc ante eum quẽ nõ videt sollicitius trepidat: tanto eum cum viderit securior cernat.

¶ S. Qz rectores ecclie sollicite cogitare oportet quõ de animabus eorum qui sibi commissi sunt / in iudicio reddent rationem.

¶ Penset ergo qui ad satisfaciendum districto iudici de sua tãtũmodo anima fortasse vix sufficit: qz quot regẽdis subditis preest / reddende apud eum rationis tempore (vt ita dicam) tot solus animas habet. Que nimirũ cogitatio si assidue mentẽ excoquit / omnẽ superbie tumorem premit. Et rector prouidus tãto iam neq3 rex apostata / neq3 dux impiꝰ vocabit / quãto ei cogitatione sollicita potestas que accepta est / non honor / sed onus estimatur. Nam qui B esse nunc iudicem libet: huic videre tunc iudicẽ nõ libet. Numerari enĩ culpe nequeunt: que habende potestatis amore perpetrant. Tunc solũ vero potestas bene geritur: cum non amando / sed timẽdo retinet. Que vt ministrari recte valeat: oportet primum vt hanc non cupiditas / sed necessitas imponat. Precepta autem nec pro formidine debent deseri / nec ex libidine amplecti: ne aut peius quis quasi ex humilitate superbiat / si diuine dispẽsationis ordinem fugiendo contẽnat: aut eo iugum superni rectoris abiiciat: quo eum super ceteros priuatum regimen delectat. Potestas ergo cum percipitur: non ex libidine amãda est / sed ex longanimitate toleranda: vt inde tũc ad iudicium salubriter leuis sit / vnde nunc ad ministeriũ patienter grauis innotescit.

¶ Finit liber vicesimusquartus moralium sancti Gregorii.

¶ Sequitur liber Moralis expositionis sancti Gregorii Vicesimusquintus: continuãs capitulum Tricesimũquartum textꝰ beati Job.

Capitulum primum

C Ipsa humane cõditionis qualitas indicat: quã longe rebus ceteris prestat. Nam collata homini ratio asserit: quãtum oia que vel vita vel sensu vt ratione carent / natura rationalis antecedit. Et tamen quia ab internis atq3 inuisibilibus oculos claudimus / et visibiliꝰ pascimus: plerũq3 hominem non ex eo quod ipse est / sed ex his q circa ipsum sunt veneramur. Cũq3 non intuemur quid ipse sit: sed quid possit / in acceptione psonarum / nõ ex personis: sed ex rebus adiacentibus ducimur. Sicq3 fit: vt is quoq3 apud nos intus in despectionem veniat / q foris honoratur: quia dum pro his q circa illum sunt honorabilis habet / rebus suis in examine nostro postponitur. Sed omnipotens deus vitam hominum ex sola qualitate interrogat meritorum: et sepe inde plus punit: vnde huic maiora ad ministerium contulit: veritate attestante Luc. xij. q ait. Cui multũ datũ est / multum / queretur ab eo. Unde bene nunc per beatum Job dicitur.

¶ S. Qz personã hominis deus non accipiat: et oppressores pauperum in tremendo iudicio non agnoscat.

¶ Qui non accipit psonã principũ: nec cognouit tyrannũ / cum disceptaret cõtra pauperẽ. Potest autem p principem vel tyrannũ quisq3 superbus intelligi: per pauperẽ vero humilis designari. Tyrannum ergo disceptantem contra pauperem non cognoscit: qz superbos oẽs vitam nunc humiliũ deprimentes / in iudicio nescire se perhibet / Lu. xiij. dicens: Nescio vos vnde sitis. Et qz sic potenter eum vult destruit: sicut eum voluit potenter creuit: apte raciocinando subiungitur.

¶ S. Qz subita et impremeditata mors incuruatos et huius mundi amore captos rapiat.

¶ Opus enim manuũ eiꝰ sunt vniuersi.] Atq3 mox subditur. [Subito morientur: et in media nocte curuabuntur populi / et pertransibunt. Subito et repente tolluntur iniqui. D Sibi et sero de hac vita tollantur iniqui: subito et repente tollitur: quia finem suũ cogitando preuidere nesciunt. Subitũ est hoi qd ante cogitare nõ potuit. Subito diues ille raptus ẽ qui horrea que preparabat deseruit: et inferni locũ quẽ non preuidebat inuenit. Ad aliũ exercebat animã per cogitationem: sed ad aliũ emissi per sententiam. Aliud dum viueret cõtemplatus est: aliud dum moreretur expertus. Reliquit enĩ diu tractata tẽporalia: et inopinata inuenit eterna. Unde ei ppter hanc ignorantiã cecitatis sue bene per diuinã sententiã dicit: Hac nocte repetũt animã tuã a te. Luc. xij. In nocte quippe ablata est / q in obscuritate ẽ cordis emissa. In nocte ablata est: q considerationis lucem habere noluit / vt quod poterat pati preuideret. Unde bene discipulis futura cogitantibus / Paulꝰ apostolus dicit. Uos autẽ i Thes. v. fratres nõ estis in tenebris: vt vos dies illa tãq3 fur comprehendat. Uos filii lucis estis et filii diei. non sumꝰ noctis neq3 tenebrarum. Dies ei quasi tãq3 fur i nocte illa comprehendit / quando stultorum animas futura nõ preuidentes eiicit. Unde hic quoq3 apte subiungitur. [Et in E media nocte curuabuntur populi / et pertransibunt.] In media enĩ nocte curuati ptranseunt: qui obscuritate sue negligẽtie humiliati rapiunt. Tunc curuabunt p sniam iudicis / qui nũc curuari negligunt per humilitatem cordis. Electi aũt ne inuiti curuent in morte / sponte curuãtur in humilitate. Unde sancte ecclesie de conuersa prole persecutorum dicitur. Ueniunt ad te curui filii eorum: Ps. lxxxix. qui humiliauerunt te. Et bene de morientibus populis nõ ait trãsibũt / sed pertrãsibunt: quia etiã viuendo tẽporaliter quotidie ad finem tendimus: et psentẽ vitã quasi quãdam viam subigendo transimꝰ. Hoc ipm ei morituros viuere / quasi ad mortẽ ire est. Et quot dies vite pagimꝰ: quasi in itinere ad locum ppositum tot passibꝰ ppinquamus. Ipsa quippe augmẽta / detrimenta sunt tẽporũ: qz vite nostre spatia quãta esse ceperint / incipiunt iam tanta non esse.

Capitulum. ij.

Primus vero homo ita conditus fuit / vt manente illo / decederent tẽpora: nec cũ tẽporibus ipse transiret. Stabat eni momentis decurrentibus: qz nequaq3 ad vite terminũ p dierũ incremẽta tendebat. Stabat tãto robustius / quãto semper stanti ardentius inherebat. At vbi vetitũ contigit: mox offenso creatore cepit ire cum tempore. Statu videlicet immortalitatis amisso: cursus eum mortalitatis absorbuit. Et dum iuuentute ad senium / senio traheretur ad mortem: transeundo didicit / stando quid fuit. Cuius nos quia de propagine nascimur / radicis amaritudinem quasi i virgulto retinemus. Nam quia ex illo originem ducimus: eius cursum nascendo sortimur: vt eo ipso quotidiano momento quo viuimus / incessanter a vita transeamus: et viuendi nobis spatium vnde crescere creditur / inde decrescat. Quia ergo ad summam moriendi quotidie tendimus per incremẽta viuendi: bene de morientibus nequaq3 transibunt dicitur / sed pertransibunt: quia transeunt etiam dum viuunt: sed pertranseunt dum moriuntur. Sequitur.

F Uiuendi spatiũ videtur crescere credit / decrescit. Differenter transitur et pertransitur.

¶ S. Qz dũ patientia dei peccatores ad penitẽtiã expectat / ipsi cõtẽnentes z rapientis diaboli non vident manum: et violentia malitie violenter trahantur i gehẽnã.

¶ Et auferent violentum absq3 manu.] Subaudis diuina iudicia. Absq3 manu vero auferent eum qui manu violẽtus fuit. Absq3 manu auferent: quia videlicet subito extra vigente inuisibiliter rapitur / qui visibiliter rapiebat. Uidit ipse quos rapuit: sed quis illum in morte rapiat non videt. Absq3 manu ergo violẽtus aufertur: quia et raptorem suum non intuetur / et tamẽ ducitur. Quem tanto sequitur districtior fulia / quãto peccanti ei magna est patientia pcogata: quia diuina seueritas eo iniquũ acriꝰ punit / quo diutius ptulit. Sepe ẽo euenit: vt dũ peccãtes superna clemẽtia expectat / i maiorẽ cordis cecitatẽ psiliãt. Unde scriptum est: An ignoras / quia benignitas dei ad penitẽtiam te adducit? Tu autem sm duritiã tuã et cor impenitẽs / thesaurizas tibi irã i die ire et reuelationis iusti iudicii dei. Et ecce dũ violentꝰ quisq3 quos valuerit rapit: dũ inualidos opprimit / et dũ dum omne qd nequiter concupiscit exercet: qz nõ subito percutitur / sed eius i finem pena differtur: iniquissima eiꝰ actio a deo videri non

Inuisibiliter rapit qui visibiliter rapiebat. Diuina securitas eo acrius iniquum punit quo diutius pertulit.

G creditur. Unde apte postq̃ eius narrauit interitum: illico de dño adiūgit dicens. Oculi enī eius sup vias hoīm / et omnes gressus eorū cōsiderat. Tūc enī nequaq̃ considerare credebat: qñ violēt⁹ iste oē malū q̄d poterat inulte ꝑpetrabat. Estimabat de⁹ iniuste acta non cernere: quia differebat iuste dānare: et magna ei⁹ patiētia qñ quedam negligentia putabat. Iniquus quoq̃ ipse totiens se ī peccatis suis non videri se a deo credidit: quotiēs inulte peccauit. Cui per quendā sapientē dicit̃: Ne dicas / peccaui: et quid accidit mihi triste? Emēdare non vult nequitiā / pro qua dignā nō ptulit penam. Qui quo plr expectatus est: eo est ad peccandū nequiter īstigatus / et patientie superne lōganimitatem despiciens: vnde corrigere culpam suam debuit / inde cumulauit: sicut per eūdē iob dicitur. Dedit ei de⁹ locū penitētie: et ille abutit̃ eo in supbiā. Sepe etiā qr penā quā meret̃ repente nō suscipit: hoc ipsum deo non estimat displicere quod facit.

Ecclī. v.

Capitulum. iij.

Et itaq̃ nunc / ⁊ ad quaslibet blasphemias sbu mēdo prorūpat. Voluptati suaꝝ neq̃tias impleat: aliena rapiat / innocētium oppressione satiet. Et quis necdū patit̃: vias suas a dño aut non videri estimet / aut (quod peius est) approbari. Veniet profecto / veniet eterna et repentina percussio: ⁊ tūc cognoscet a deo cuncta conspici: qñ se improuiso exitu viderit pro cunctorū retributione dānari. Tunc in pena sua oculos aperiet / quos diu tenuit clausos in culpa. Tūc cōsiderasse omnia verū iudicē sentiet: qñ malorū suorū meritū iā euadere sentiendo non possit. Iniquus ergo qui diu expectatus est / idcirco est repente sublatus: quia oculi dñi super vias hominū: et omnes gressus eorum considerat. Ac si diceret: qr ea que diu patienter cōspicit / qñq̃ inulta non deserit. Nam ecce subito violentum rapuit: et mala eius que expectando ptulit / animaduertēdo resecauit. Nemo igitur dicat humana facta deū nō cernere: cū liquum quēpiam iniquitates suas libere ꝑspicit cumulare. Subito enī tollit̃ / qui diu tolerabat. Gressus vero hominum vocat vel singulas operationes qbus innitimur: vel alternantes motus intime cogitationis: quib⁹ qñ passibus vel longe a dño recedim⁹: vel ꝑe dño propinquam⁹. Ad deum enim qñ tot gressibus mens accedit / quot bonis motib⁹ proficit. Et rursum tot gressibus longe fit / quot malis cogitationibus decrescit. Unde plerūq̃ contingit vt necdū ꝓcedat in opere motus mentis: et tñ pfecta iam culpa sit ex ipso reatu cogitationis: sicut scriptū est: Manus in manu non erit innocens malus. Manus enim manui iūgi solet / quādo quiescit in ocio: et nullius cā vlus laboris exercet. Manus ergo in manu nō erit innocens malus. Ac si diceret. Et cum manus cessat ab iniquo opere: malus tamen non est innocens per cogitationem. Ex ergo nouimus q̄ districte oīa nō solum facta / sed saltem cogitata pensentur: qd faciem⁹ de incessu mētis operis: si sic subtiliter de⁹ iudicat gressus cordis? Ecce occultis mentis nostre itinera nulli⁹ hominum videt: et tamen ante dei oculos tot gressus ponimus quot affectus mouemus.

Veniet eterna ⁊ repentina ꝑcussio: et tūc cognoscet a deo cuncta cōspici. ⁊č.

Subito tollitur q̄ diu toleratur.

H

Puer. xj.

Capitulum. iiij.

Ouens ante illū labimur: quo tiens a recto itinere infirme cogitationis pede claudicam⁹. Nisi enī in cōspectu ei⁹ iste assiduus nostrarū mentiū lapsus torpesceret: per prophetā scꝫ non clamaret. Auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. Hec nimirū dicēs / vim cooperte nostre maliciē quali forte se non posse testatur. Que cooperta illi esse non potest: quia videlicet importune eius cōspectui ingeritur / quicqd a nobis illicitū occulte cogitat̃. Oīa enim sicut scriptum est: nuda et aperta sunt oculis eius. Unde hic quoq̃ apte subiungitur.

Esaie. j.

Hebr. iiij.

¶ S. Et nihil deus ignorat / nihil obliuiscitur / vt ab ei⁹ iudicio aliquis possit abscondi.

¶ Non sunt tenebre et non est vmbra mortis: vt abscondant̃ ibi qui operant̃ iniquitatem. Quid p tenebras / nisi ignorantiam: et quid per vmbram mortis / nisi obliuionē studuit designare? De quorūdam quippe ignorantia dicitur: Tenebris obscuratum habentes intellectum. Et rursum de obliuione que in morte contingit / scriptū est: In illa die peribūt omnes cogitationes eoꝝ. Quia ergo per mortē fundit̃ obliuioni tradit̃ quicquid viuēdo cogitat̃: qñ qdā vmbra mortis obliuio ē. Sic enī agit mors interueniēs non esse qd fuit ī vita: ita interueniens agit obliuio non esse quod fuit in memoria. Recte itaq̃ vmbra eius dicitur: quia velut de ipsa exprimit̃ / dum vim illius sopiēdo sensus imitat̃. Deus autem qr mala hominum nec cogitata ignorat / nec perpetrata obliuiscit̃ / nisi ab eius oculis penitendo deleant̃: cōgrue dictū est: Nō sunt tenebre et non est vmbra mortis: vt abscondantur ibi qui operant̃ iniquitatem. Ac si diceret. Idcirco eius iudicio nullus absconditur: quia nulla te nus pōt aut non videre qd facimus: aut obliuisci quod videt.

Ephe. iiij.

Ps. cxlv.

R Quis intelligi tenebre vel vmbra mortis etiam aliter possunt. Omnis nāq̃ immutatio velut quedam mortis imitatio est. Qd enim qd mutat / quasi ab eo quod erat interficit: vt desinat esse qd fuit / et incipiat esse quod non fuit. Lumē igitur verum / creator videlicet noster: quia nulla mutabilitatis vicissitudine tenebescit / nullis nature sue defectib⁹ obumbratur: sed eius esse sine mutabilitate fulgere est: tenebre vel vmbra mortis dicit̃ ei non inesse. Unde alias scriptum est. Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obūbratio. Et vnde rursus Paulus apostolus dicit: Qui solus habet immortalitatem: et lucem habitat inaccessibilem.

Jaco. j.

j. Timo. vj

Capitulum. v.

Ed cum cuncti nouerim⁹ q̄ et hūane aīe et angelici spiritus sint immortales instituti: cur ab apostolo solus de⁹ imortalitatē habere phibetur / nisi qr sol⁹ de⁹ vere non morit̃ / q̄ sol⁹ nūq̃ mutat̃? Humana quippe aīa ī lapsum non caderet / si mutabilis non fuisset: que a paradisi quoq̃ gaudiis expulsa / si mutabilis nō esset / ad vitam nunq̃ rediret. In hoc ipso vero q̄ ad vitam redire nitit̃: defectus suos cogit̃ alternante semper mutabilitate tolerare. Quia ergo ex nihilo est condita / ex semetipsa nimirum infra se tendit / nisi ad boni desiderij statū artificis sui manu teneat̃. Ex eo itaq̃ q̄ creatura est / deorsum ire habet. Virtute nāq̃ ꝓpria in preceps posse se ire considerat: sed ad creatorem suū amoris manu se retinet / ne cadat: quousq̃ ad immutabilitatem trāscat et eo vere immortaliter / quo immutabiliter viuat. Ipsi quoq̃ angelici spiritus mutabiles ex natura sunt conditi: quatenus aut sua sponte caderent / aut ex arbitrio starent. Sed quia humiliter elegerunt ei inherere a quo creati sunt: hanc ipsam in se mutabilitatem suā stadi iā immutabilitate vicerunt: vt hoc ipsum merito transcenderent / qd nature sue ordine mutabilitati subesse potuissent. Ei ergo soli⁹ diuine nature est vmbras ignorātie mutabilitatisq̃ non pati / dicatur recte. Non sunt tenebre: et non est vmbra mortis vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.

L

Capitulum. vj.

Ux enī eterna q̄ deus est: q̄to immutabiliter fulget / tanto penetrabiliter videt: et neq̃ occulta nescit / qr cūcta penetrat: neq̃ penetrata obliuiscit̃ / qr incōmutabilis durat. Proinde quotiens indignū aliquid corde concipimus / totiens in luce peccam⁹: quia ipsa nobis et non sibi presentibus presto est: et puer se gradientes in ipsam impingimus / a qua per meritum longe sumus. Cum vero nos videri non credimus: in sole clausos oculos tenemus. Illi videlicet a nobis abscondimus / non nos illi. Nunc ergo dum possumus / a cōspectu eterni iudicis ⁊ male cogitata / et peius perpetrata deleamus: reuocemus ante oculos cordis quicquid peruerse egimus per nequitiam presumptionis. Nihil sibi nostra blandiat̃ infirmitas: atq̃ in his que recolit / semetipsam delicate nō palpet: sed q̄to sibi mali sit conscia / tanto in se benignius sit seuera: ꝓponat contra se futurū iudiciū: et quoq̃ in se sentit districte feriendo per illam iudicis / hec in se ꝑe feriat p penitentiam conuersionis. Vñ apte post q̄ violenti huius pena descripta est: sequitur.

M

Cū videri nos non credim⁹ ī sole clausos oc'os tenemus.

Proponēdum ptra se futurū iudicium.

¶ S. Et nemo post mortem ad illud iudicium reduci possit: de quo apostol⁹ ait: Si nosmetipsos iudicarem⁹ / non vtiq̃ iudicaremur.

¶ Neq̃ enī vltra ī hoīs potestate est: vt veniat ad deum in iudicium. Versus iste tāto maiore disputatione indiget / q̄to hoc quod dicit̃ si negligitur acri⁹ dolet. Dicitur nimirū non illud iudicium designatur quod per eternā retributionē punit / sed quod mente cōceptū p conuersionem diluit. Ad illud quippe venire non desiderat / qui se p illud dānari formidat. Dum ergo dicit̃: Neq̃ enī vltra ī hominis potestate est / vt veniat ad deū in iudiciū: profecto ostendit̃ esse quoddā iudiciū qd quoq̃ etiā a dānatis et reprobis desideretur. Et quod est illud: nisi hoc de q̄

A

i. Cor. xi. — Esaie. lix. — Psalm. xcviii. — Job xxxv.

Paulus apl's dicit: Si nosmetipsos diiudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Et de quo per prophetam dicitur: Non est iudicium in gressibus eorum. Et de quo Dauid ait: Honor regis iudicium diligit. vt vez qui iam deū honorat ex fide/sollicite iudicet qd̄ ei debeat in operatione. Unde rursum scriptū est: Judicare corā dn̄o/ et expecta eū. Corā dn̄o scz iudicat/ qui corde dn̄m cōspicit: et act⁹ suos sub eius presentia sollicita inquisitione discernit.

Corā dn̄o iudicare q̄s dicat.

Quē tāto quis securius expectat / quo quotidie vitam suam suspectus examinat. Qui em̄ ad extremum ei⁹ iudicium venit: non iam coram illo/ sed ab illo iudicatur. De hoc quoq; mētis iudicio obliuiscētibus per prophetam dn̄s dicit: Reduc me in memoriam: et iudicemur simul. Narra si quid habes vt iustificeris.

Esa. xliii.

Unusq̄sq; causas suas apud dominum/et causas domini contra se sollicita inquisitione debz discutere &c.

¶ S. Q̄ in iudicio mētis nullum cause mysterium desit: vbi et conscientia accusat/ et ratio iudicat.

¶ Debet enim vniuscuiusq; mens et causas suas apud dn̄m/ et causas dn̄i contra se sollicita inquisitione discutere: debet caute pensare/ vel que ab eo bona perceperit: vel quemala bonis illi⁹ peruerse viuendo responderit. Qd̄ electi quidem quotidie facere omnino nō cessant. Unde bene Salomon ait: Cogitatiōes iustoꝝ iudicia.

Prouer. xii.

Accedūt em̄ ad secretariū iudicij intra sinum cordis: considerāt q̄z districte quandoq; feriat qui diu pariter expectat: metuūt in his que se egisse meminerūt: et puniūt flēdo qd̄ perpetrasse se intelligūt: timēt subtilia diuina iudicia/ etiam de his que in semetipsis intelligere fortasse non possunt. Uidēt em̄ videri diuinitus qd̄ ipsi in se per humanitatem non vidēt: cōspiciūt districtum iudicem: q̄ quo tardi⁹ venit/ eo seueri⁹ percutit: sanctoꝝ etiam patrum residere cōuentum cū eo pariter cōtēplātur: eoꝝq; vel exēpla vel dicta se cōtēpsisse respōdēt: atq; in hoc secreto interioris iudicij ipsa mentis sue executione constricti penitēdo feriūt/ qd̄ superbiēdo commiserūt. Ubi nāq; aduersum se quicqd se impugnat enumerāt: ibi ante oculos suos omne qd̄ deflēāt coaceruāt: ibi quicquid p iram districti iudicis decerni possit intuentur: ibi tot patiūtur supplicia/ quot pati timent: nec deest in hoc iudicio mente cōcepto omne ministerium qd̄ punire reos suos plenius debeat. Nam conscientia accusat/ ratio iudicat/ timor ligat/ dolor excruciat. Qd̄ iudiciū eo certius punit/ quo interi⁹ seuit: q̄ vez ab exterioribus non accedit. Unusq̄sq; em̄ cū causam hui⁹ examinis cōtra se aggredi ceperit: ipse est actor q̄ exhibet: ipse reus q̄ exhibet: odit se qualē fuisse meminit: et ipse q̄ est/ semetipsm insequit illū qui fuit: atq; ab ipso hoie aduersus semetipsm fit q̄dā rixa salo parturiēs pacē cū deo. Hāc cordis rixam dn̄s requirebat/ cū per prophetā diceret: Attendi et auscultaui: nemo qd̄ bonū est loquitur: nullus est q̄ agat penitentiam sup peccato suo/ dicēs: Quid feci? Ista cordis humani rixa placata est: cū prophete suo de Achab rege semetipsm reprehendente loqueretur dicēs: Uidisti Achab humiliatum coram me: Quia igitur humiliat⁹ est mei causa: non inducam malum in diebus ei⁹. Quia ērgo nūc in potestate est internum mētis nostre pctā nos subire iudicium: recognoscēdo accusem⁹ nosmetipsos: et quales fuimus penitēdo torqueam⁹: non cessem⁹ dum licet iudicare qd̄ fecimus: audiamus caute qd̄ dr̄. Neq; em̄ vltra in hoīs potestate est: vt veniat ad deū in iudicium. Reproboꝝ nāq; esse proprium solet: semp praua agere/ et nunq̄ que egerint retractare. Omne em̄ qd̄ faciūt/ ceca mente pertranseunt: actus suos nisi cum puniti fuerint/ non agnoscunt. At cōtra electoꝝ est actus suos quotidie ab ipso cogitationis fonte discutere: et omne qd̄ turbidum prorumpit ab intimis explicare.

Jere. viii. — B — C — iii. Re. xxi.

Capitulum. vii.

Sicut em̄ non sentimus quomodo crescūt mēbra/ perficit corpus/ mutatur species/ nigredo capilloꝝ albescit in canis (hec quippe oīa nobis nescientibus aguntur in nobis) ita mens nostra per momēta viuēdi ipso cursu vite a semetipsa pmutatur: et nō agnoscimus/ nisi vigilanti custodia ad interiora nr̄a residentes/ profectus nostros quotidie defectusq; pensemus. Hocipm em̄ in hac mortali vita cōsistere/ quasi ad vetustatem ire est: et cū indiscussa mens relinquit/ in quodā senio corporis sopit: q̄ sui negligēs/ et propositum robur insensibiliter pdēs/ a forma prioris fortitudinis dū nescit senescit. Ubi et per prophetam sub ephraim specie dr̄:

Osee. vii.

Comederūt alieni robur ei⁹/ et nesciuit: sed et cani effusi sunt in eo/ et ipse ignorauit. Cum v̄o semetipsam querit: et subtiliter penitendo se discutit: ab ipsa hac vetustate sua lota lachrymis et merore incensa renouatur: et q̄ iam pene inueterata frixerat: per subministrata interni amoris studia nouum calet. Unde Paulus apostolus vsu mortalis vite veterascētes discipulos admonet/ dicēs: Renouamini spiritu mentis vestre.

D — Ephe. iiii.

¶ S. Quid sit q̄ per Moysen dicitur: Ignis in altari semper ardebit/ quem sacerdos nutriet/ subijciens mane ligna per singulos dies: et q̄ patrum exempla ad formam bene viuendi multum nos adiuuent.

scitur: prius voluntas interna requiratur. Quam cum
humani cordis auris percipere appetit: sciat quia hec
non verbis/sed reb⁹ sonat. Locus ergo regiminis cum
regendus offertur: in se prius necesse est vt quisq3 discu-
tiat/si locovita cõgruit: si ab honore actio non dissentit:
ne iustus omnium rector eo post in tribulatione preces
non audiat: quo ipsa quoque ei⁹ de quo tribulatio oritur
exordia honoris ignorat.

Psalm. lxviij.

Osee. viij.

Lu. xiij.

Exo. iij.

C

Necesse ẽ vt ad oĩe qđ in hac vita cõcu-piscit/pri-us volun-tas interna requirat.

℄ Finit Liber. xxv. Moralium sancti Gregorij.

℄ Sequitur Liber. xxvj. Moralium beati Gregorij pape.

℄ S. Qđ ꝓprium sit superborum doctorum dum bene locu-
tos se nouerint/quasi pro equitate inquirere ab audi-
toribus suis vtrũ in aliquo offenderint: vt eo modo lau-
dem ab eis extorqueant. Capitulum. j.

In locutionibus
suis hoc arrogãtes viri habe-
re inter alia ꝓprium solent: q2
ab auditorib⁹ suis ne quid for-
tasse inordinatũ dixerint: tunc
requirãt/cum se laudabiliter
aliqđ dixisse cognoscunt. Hec
videlicet faciũt: non quo de di-
ctis suis ambigãt/sed quo ab
audiẽtium iudicio fauores querãt. Nam inueniri faci-
le poterũt quo ais perscrutãtur: si quisq3 cum eorum bona
laudat/etiã mala reprehẽdat. Certum quippe est/q2 si-
cut inflãtur laudibus/ita correptionibus inflãmantur:
et a quolibet se vel iuste reprehendi despiciunt: moxq3
in malis suis fomitẽ defensionis exquirunt. Qũo ergo
de bonis suis humiliter ambigunt/q̃ mala sua defende-
re etiã peruerse moliũtur? Ille est em̃ vere humilis i bo-
nis/qui non est defensor in malis. Nam q̃ de malis suis
arguitur: et ꝯtra vba arguẽtis accenditur: qñ de bonis
suis quasi humiliter titubat: per humilitatis vocem or-
nari appetit/non doceri. Heliu itaq3 vitã arrogãtium
signãs/postq̃m multa interna ⁊ sublimia intulit: ecce i ver-
bis formam humilitatis assumit: et equalitate ꝓposita
sub quadã discipulatus imagine beatũ Job alloquitur/
dicẽs: [Quia ego locutus sum ad deũ: ⁊ quoque non pro-
hibebo. Si erraui/tu doce me: si iniquitatem locut⁹ sum
vltra non addã.] Sicut sepe cõtingit vt bona loquãtur
et mali: multa heliu fortia paulo superi⁹ se dixisse memi-
nerat: et secur⁹ idcirco ne fortasse errauerit requirebat.
Neq3 em̃ requireret/si se errasse credidisset. Est năq3 (vt
dixi) ꝓpria arrogãtium fraus: vt tũc de errore requirere
studeãt/qñ se nouerint non errasse. Qui rursum requi-
rere vel argui de errore despiciũt/si qñ se errasse veraci-
ter precognoscũt. Non em̃ esse/sed videri humiles appe-
tũt: et tũc requirẽdo speciem humilitatis assumũt/quã-
do de ipsa magis requisitione laudãtur. Sed q2 oĩno dif-
ficile est vt elatio q̃ regnat in corde/non erũpat in voce:
auditores arrogãtiũ si eorum dicta paulisper taciti expe-
ctant atq3 cõsiderãt: citi⁹ corda illorum subsequẽtia verba
manifestãt. Diu quippe morari non possunt in ipsa humi-
litatis imagine quã specietenus sumũt. Supbis em̃ mẽ-
tibus humilitas alta est: et cũ ei⁹ formam cõscẽdere am-
biũt/lassatis animi gressib⁹ quasi a cliuosis atq3 asperis
itineribus dilabũtur. Alienum est scz quod videri appe-
tunt: et idcirco eius imagini diu inherere nequaq3 pos-
sunt. Graue pondus estimant/cum eam saltem speciete-
nus portãt: et quousq3 hãc abijciãt/vim quãdam in cor-
de patiũtur: q2 videlicet elationis vsui male dominãti
deseruiũt: atq3 ei⁹ imperio semetipsos quales sint ꝓdere
cõpelliũtur/ne diu possint videri qđ non sunt. Unde he-
liu quoque postq̃m de errore doceri se petijt: postq̃ iniqui-
tatem non se vltra locuturum promisit: subito ab humi-
litatis specie ad verba tumide excusationis exiliuit.
Nam subdidit dicẽs: [Nũquid a te de⁹ expetit eam: q2
displicuit tibi?] Ac si diceret. Ego coram dño rõnes po-
siturus sum/cur modo iniquitas mea a te reprehẽditur
que cõstat q2 in iudicio a te non requiratur.

℄ S. Qđ sancti humanum iudicium nõ timeãt/sz diui-
num: cũ econtrario supbi iudicium dei non metuũt: et ab
hoibus iudicari erubescunt. Capitulum. ij.

Ecti viri cum iniuste ab hoib⁹ impetũtur/ad
supernum iudiciũ recurrũt. Unde ⁊ ab eodem
beato Job dicitur: [Ecce in celo testis me⁹:
et consci⁹ me⁹ in excelsis.] Et q2 ei placere summopere
cupiũt/ei⁹ soli⁹ testimonium requirũt. Peruersi quique
q2 iustorum vitã deserũt/sed nõnũq3 eloquia sequũtur: cũ
de suis male gestis increpãtur: hoc assumũt in argumẽ-
tum defensionis/qđ iusti ꝓferũt cum testimonio purita-
tis. Unde eis consuetudo iam facta est: vt si quis eos de
factis suis arguat/dei magis iudicium q̃ hoim querãt.
A deo em̃ ⁊ cum se dãnãdos nouerint/iudicari non me-
tuunt: et iudicari ab hoib⁹ erubescũt. Proponũt q̃ ma-
lus qđ non metuũt: vt minus declinare valeant qđ eru-
bescũt. Scriptum quippe est: Unusquisq3 nostrum ꝓ se
rationem reddet deo. Quia q̃ tũc dãnatio vniuscuiusq3
manifesta est: ex inde modo iniqui colligũt/vt iam puer-
sa vniuscuiusq3 actio sit secura: ne modo eã quilibet iu-
stus arguẽdo discutiat: a qua cõstat q2 in iudicio alien⁹
existat. At cõtra plerorum conscientie grãde sibi cõferri pre-
mium credũt: cum de quibusdam modo suis actionib⁹
illicitis arguũtur. Proponũt etem̃ ante oculos cordis
q2 districtum dei iudicium tãto veri⁹ tũc sup eos miti-
gabitur/q̃to nũc acrius arguẽte hoie preueniũtur: et tẽ-
poralem iram sup se lucrũ cõputant: per quã se eternam
posse euadere non ignorant. Heliu q̃ typum cunctorum
arrogãtium tenẽs/et magis ei igens eterna inuectione
percuti q̃ tẽporaliter increpari/dicat:

D

E

F

Ro. xiiij.

G ¶ Numquid a te deus expetit eam: quia displicuit tibi? Quia deo esse culpabiliores solent hi qui loqui in contentione inchoant quam qui respondent: subdidit dicens: [Tu enim cepisti loqui/et non ego.] Eo se innocentem credidit/quo pulsatus erupit: nimirum nesciens quia innocentia non tempore defenditur/sed ratione. Quid enim eius defensionibus adminiculatur: quod etsi tacenti nulla intulit/recta tamen inchoanti praue respondit? Postquam vero in verbis elationis ostenditur/ecce iterum sub requisitionis velamine palliatur: atque infert dicens: Quod si quid melius nosti/loquere. Quis dum non ait: quia melius nosti: sed si quid melius nosti loquere: nimis hoc ipsum superbisse est de melioris scientia dubitasse. Hoc tamen quod beato Job locum loquendi tribuit/humilitatem se exhibuisse iudicauit. Sed sicut supra dictum est: quia in actione arrogantium omne quod superducto sermone tegitur/prorumpente rursum intentione elationis aperitur: citius heliu innotuit qua mente beatum Job loqui postulauit. Nam sequitur:

¶ S. Quod heliu verba Job non intellexerit: que sine disciplina fuisse estimabat.

¶ Viri intelligentes loquantur mihi: et vir sapiens audiat me. Job autem stulte locutus est: et verba illius non sonant disciplinam.] Ecce dum quasi humiliter beato Job loqui tribuit: quid intrinsecus gestaret ostendit/dicens: Viri intelligentes loquantur mihi. Dedignatus vero est beatus Job loqui presumeret: qui quasi eius intelligere verba non posset. Et quia non solum ad loquendum/sed etiam

H ad audiendum beatum Job indignum fuisse iudicauit: illico adiunxit: Vir sapiens audiat me. Ac si diceret. Huic loqui iniuste conceditur/qui etiam audire verba sapientium non meretur. Atque mox aperte quam despecta de illo sentiat manifestat/dicens: Job autem stulte locutus est: et verba illius non sonant disciplinam. Sine disciplina locutum beatum Job credidit: quia iustum se in suis operibus fuisse memorauit. Verum fortasse heliu diceret: si ea que beatus Job de semetipso narrauerat: non de illo hec eadem ipse discipline auctor estimasset. Innocenter enim Job se asserit flagellatum: quem deus etiam perhibuit frustra percussum. Quid ergo vox percussi superbum sonuit: que a sententia ferientis nullatenus discrepauit? Incaute sunt humiles qui se mendacio illaqueant/dum arrogantiam vitant: imo mentiendo superbiunt: quia contra veritatem se erigunt quam relinquunt. Qui enim necessitate cogente vera de se bona loquitur: tanto magis humilitati iungitur/quanto et veritati sociatur. An Paulus humilis non fuit/qui emulatione veritatis contra falsos apostolos tot de se discipulis fortia gesta narrauit? Qui nimirum veritati inimicus existeret/si abscondendo virtutes proprias/predicatores errorum preualere permisisset. Sed quia arrogantes viri in eorum bonorum dicta superbe examinant/verborum magis superficiem quam rerum cardinem pensant: heliu beati Job sententias disciplinam credidit non sonasse. Capitulum .iij.

In margine: j. ad Tim. ij. et Act. xix. et xx.

Quia vero sepe asperitas superborum vsque ad duritiam maledictionis extenditur/illico contra beatum Job quasi ad deum faciens verba subiungit:

I ¶ S. Quod superbi afflictorum tribulationibus nulla compassione condescendunt/sed super dolorem vulnerum addunt/et elisos confringunt.

¶ Pater mi probetur Job vsque ad finem.] Ecce hoc quod quasi de arrogantie tumore conceperat/in verbis etiam maledictionis exaltat. Sed fortasse beniuole vim probationis optaret: si stetisse eum in probatione iudicasset. Vt ergo aperte malitia eius crudelitatis appareat/probari adhuc per flagella deprecatur/quem inter flagella lapsum fuisse iam queritur. Premisit que sensit/vt apertius cognosci debeat quod optauit. Adhuc feriri postulat/quem iam peccasse sub manu ferientis accusat. Propria hec arrogantium vota sunt: vt vitam dolentium examinari acrius deprecentur: quia quanto sibimetipsis iustiores sunt/tanto alienis doloribus duriores existunt. Nesciunt enim in se passionem aliene infirmitatis trahere: et sicut sue/ita etiam proximi imbecillitati misereri. Quia enim de se alta sentiunt: idcirco humilibus nullatenus condescendunt. Heliu beatum Job pro culpa percussum credidit: atque ideo exhibenda ei pietatis viscera nec inter tot dolores estimauit. Viri autem veraciter sancti cum flagellari quempiam etiam pro culpa cognoscunt: etsi quedam eius inordinata corripiunt/

K ad quedam tamen dolenti compatiuntur: et sic sciunt tumentia premere: vt sciant etiam cruenta resoluere: quatenus in eis cum dura emolliuntur/infirma roborentur.

¶ S. Quod sancti doctores ex quibusdam signis sicut boni medici solent etiam occulta rimari: vt cognita castigent et sanent. Vnde ad Ezechielem dicitur. Fili hominis fode parietem etc. Et quid sit quod Ezechiel sumere laterem iubetur: et describere in eo ciuitatem Hierusalem. Capitulum .iiij.

At contra arrogantes viri quia charitatis viscera non habent: non solum non compatiuntur etiam iustis dolentibus/sed eos insuper sub specie iuste increpationis affligunt: et vel si qua in eis sunt parua mala exaggerant: vel ea que recte bona sunt/male apud se interpretando commutant. Quis etiam casti doctores sepe exaggerare solent delinquentium vitia: et ex quibusdam signis publicis occulta rimari/vt possint ex minimis maiora cognoscere. Vnde ad Ezechielem dicitur: Fili hominis fode parietem. Vbi mox subdidit: Et cum fodissem parietem/apparuit ostium vnum: et dixit ad me. Ingredere et vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi: et ecce omnis similitudo reptilium et animalium abominatio/et vniuersa idola domus israel depicta erant in pariete. Per Ezechielem quippe prepositorum persona signatur: per parietem duritia subditorum. Et quid est parietem fodere/nisi asperis correptionibus duritiam cordis aperire? Quem cum perfodisset/apparuit ostium: quia cum cordis duritia asperis correptionibus aperitur/quasi quedam ianua ostenditur: ex qua omnia in eo qui corripitur/cogitationum interiora videantur. Vnde et bene illic sequitur. Et dixit ad me. Ingredere/et vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic. Quasi ingreditur vt abominationes aspiciat/qui discussis quibusdam signis exterius apparentibus: ita corda subditorum penetrat/vt cuncta ei que illicite cogitantur innotescant. Vnde et subdidit: Et ingressus vidi: et ecce omnis similitudo reptilium et animalium abominatio. In reptilibus cogitationes omnino terrene signantur: in animalibus vero iam quidem aliquantulum a terra suspense/sed adhuc terrene mercedis premia requirentes. Nam reptilia toto ex corpore terre inherent: animalia autem ventre a terra suspensa sunt: appetitu tamen gule ad terram semper inclinantur. Reptilia itaque sunt intra parietem/quando cogitationes voluuntur in mente/que a terrenis desiderijs nunquam leuantur. Animalia quoque sunt intra parietem/quando etsi que iam iusta/si qua honesta cogitantur/appetendis tamen lucris temporalibus honoribusque deseruiunt: et per semetipsa quidem iam quasi a terra suspensa sunt/sed adhuc per ambitum quasi per gule desiderium sese ad ima submittunt. Vnde et bene subditur: Et vniuersa idola domus israel depicta erant in pariete. Scriptum quippe est. Et auaritia/que est idolorum seruitus. Recte ergo post animalia/idola describuntur: quia etsi honesta actione quasi a terra se erigunt/ambitione tamen inhonesta semetipsos ad terram deponunt. Bene autem dicitur: Depicta erant. quia dum exteriorum rerum intrinsecus species attrahuntur/in corde quasi depingitur quicquid fictis imaginibus cogitatur. Capitulum .v.

In margine: Eze. viij. — L — Colo. iij. — M

Notandum itaque est quia prius foramen in pariete/ac deinde ostium cernitur: et tunc demum occulta abominatio demonstratur: quia nimirum vniuscuiusque peccati prius signa forinsecus/deinde ianua aperte iniquitatis ostenditur: et tunc demum omne malum quod intus latet aperitur. Idcirco ergo solent etiam sancti doctores grauiter minuta discutere: vt ab externis erroribus ad occulta possint maiora peruenire. Verba aspere increpationis mouent: vt spinas mortifere cogitationis eradicent: et hec cum agunt/charitatis amore seruiunt: non inflatione elationis intumescunt. Mori enim pro ipsis parati sunt/quos quasi vsque ad mortem seuientes affligunt. Seruant in cogitatione quod diligunt: sumunt in specie quod persequuntur. Bona predicantes insinuant/mala autem cauentes prenunciant: non vt bella desiderantes erorant. Erga commissos sibi ita nonnunquam in correptione feruent: acsi de tranquillitate nihil habeant: sed ita in dilectione tranquilli sunt/ac si nullus eos feruor accendat. Valde enim metuunt ne si a prauorum correptione cessauerint/ipsi pro eorum damnatione puniantur: et cum ad verba inuectionis inflammantur: inuiti quidem ad hec veniunt/sed tamen hic defensionem sibi apud districtum iudicem preparant. Vnde et eidem rursus Ezechieli dicitur:

Ezechiel. iiij.

A

Fili hois sume tibi laterẽ/ et põés eũ corã te: et describes in eo ciuitatẽ hierusalẽ: et ordinabis aduersus eam obsidionem: et edificabis munitiões: et cõportabis aggerẽ: et dabis contra eã castra: et pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginẽ ferreã: et pones eã murũ ferreũ inter te et inter ciuitatẽ. Cui⁹ enĩ Ezechiel nisi magistrorum speciẽ tenet: cui dicit: Sume tibi laterẽ/ et pones eũ coram te: et describes in eo ciuitatẽ hierusalẽ. Doctores qp pe sancti sibi laterẽ sumũt/ quãdo terrenũ cor auditorũ vt doceant apprehendunt. Quẽ laterem corã se ponunt: quia tota illud sollicitudinis intẽtione custodiunt. In quo et ciuitatẽ hierusalẽ iubent describere: qꝛ pdicãdo terrenis cordibus curant summopere quãta sit superne pacis visio demõstrare. Cui bene etiã dicit: Et ordinabis aduersus eam obsidionẽ/ et edificabis munitiones. Sancti enĩ pdicatores obsidionẽ circa laterẽ i quo hierusalẽ ciuitas descripta est ordinãt: quãdo terrene menti/ sed iam supernã patriã requirẽti/ quanta eã in huius vite tẽpore vitiorũ impugnet aduersitas demonstrant. Cũ enĩ vnũquodqꝫ peccatũ quomodo menti insidietur ostẽdit/ quasi obsidio circa hierusalẽ ciuitatẽ voce predicatoris ordinat. Sed quia non solũ insinuant quomodo mentẽ insidiantia vitia expugnẽt: sed etiã quo custodite virtutes roborẽt/ recte subiungitur. Et edificabis munitiones. Munitiones quippe sanctus pdicator edificat: quãdo que virtutes quib⁹ vitiis obuiẽt/ insinuare nõ cessat. Et quia virtutib⁹ crescẽtibus plerũqꝫ bella tẽ

B

tationis augent: recte adhuc additur: Et comportabis aggerẽ: et dabis cõtra eã castra: et pones arietes in gyro. Aggerẽ nãqꝫ comportat/ quando pdicator quisqꝫ molẽ crescentis tẽtationis indicat. Et contra hierusalem castra erigit/ quãdo recte intẽtioni audientiũ/ hostis callidi circũuentiones quasi incõprehensibiles insidias predicit. Atqꝫ in gyro arietes ponit/ quãdo tentationũ aculeos in hac vita nos vndiqꝫ circũdantes/ et virtutũ murũ perforãtes innotescit. Ubi bene additur. Et tu sume tibi sartaginẽ ferreã: et pones eam murũ ferreum/ inter te et inter ciuitatẽ. Per sartaginem nãqꝫ frixura/ per ferrum vero fortitudo ostenditur. Quid autẽ ita magistri atqꝫ doctoris mentẽ qꝫ zelus dñi frigit et excruciat? Unde Paulus hui⁹ sartaginis incendebat frixura/ cũ dice

ij. Cor. xj.

ret. Quis infirmatur/ et ego non infirmor? Et quis scandalizat/ et ego non vror? Et qꝛ quisquis zelo dei cõtra peccantes accendit/ fortẽ in perpetuũ custodia munitur: ne ex neglecta pdicationis et regiminis cura dãnetur: recte dicitur. Pones eam murũ ferreũ inter te et inter ciuitatem. Sartago enĩ ferrea murus ferreus inter prophetã et ciuitatẽ ponit: quia cũ nunc fortẽ zelũ doctores exhibent/ eundem zelũ postmodum inter se et auditores suos fortẽ munitionẽ tenẽt: ne tũc ad vindictã destituti sint/ si nũc fuerit in correptiõe dissoluti. Hãc sartaginẽ ppheta idem vt inter se et auditores suos murum sumeret au

Ezech. iij

dicbat/ cũ ei diuina vox pmitteret/ dicẽs. Si tu annũciaueris impio: et ille nõ fuerit cõuersus ab impietate sua et a via sua impia: ipse quidẽ in iniquitate sua morietur/ tu autem animã tuã liberasti. Hanc sartaginẽ inter se et discipulos murũ Paul⁹ posuerat/ cum dicebat. Mũdus

Act. xx.

sum a sanguine omniũ vestrũ: non enim subterfugi quo minus annũciarẽ omne consiliũ dei vobis. Nunc ergo doctores necesse est vt appareant zeli ardoribus frigi: ne cogant post de torpore negligentie igne gehenne cruciari.

Capitulum vj.

Aliud debem⁹ iniustis subditis/ aliud iustis et non subditis.

Sed aliud est quod iniustis et subditis/ aliud quod iustis et non subditis debemus. Ad illorum nos correptionẽ atqꝫ custodiã reddẽdarũ rationũ debet timor accendere: ad istorũ pro veneratione ipsa cõsiderata equitas inclinare. Sed arrogantes viri qꝛ huius formã discretionis ignorãt/ hoc iustis et subditis exhibent: qꝛ a bonis pdicatorib⁹ fieri et iniustis et nõ subditis videñt. Qui cũ ad feruorem inuectiõis iniuste psiliunt/ etiã per verba maledictionis excedũt. Quia enĩ nequaqꝫ proximos sicut se diligũt/ proximis optare nõ desinunt/ qꝛ ipsi sibimet euenire pertimescũt. Unde helui occultum odiũ in manifestatione maledictiõis erudans ait. Pater mi/ probetur iob vsqꝫ ad finem/ ne desinas ab homine iniqtatis. Hominẽ iniqtatis vocat quẽ deus iustum pre omnibus superna attestatiõe denũciat. Et qꝛ multa adhuc sub hac indiscretiõe subiũcta sunt/ breuiter ea estimo transcurrẽda. Dicta enim qꝫ grauitate carent/ intenta expositione nõ indigent. Sequit.

D

Dicta que grauitate carẽt: intẽta expositione non indigent.

Pena debetur culpe non premium.

Q. S. Qꝛ in vsu et consuetudine habeat superbi derogãdo mentiri.

Qui addit super peccata sua blasphemiã. Accusat eum et pro peccatis flagella meruisse: et post flagella peccasse. Longe vero aliter dñs iudicat/ qui et frustra flagellatũ insinuat/ et bona duplicia post flagella retribuit. Pena enĩ debetur culpe/ nõ premiũ. Beat⁹ ergo Job sine culpa locut⁹ ostendit/ quẽ post locutionẽ premia subsequũtur. Heliu itaqꝫ quia p dñi defensionibus loquens/ de beato Job aliud qꝫ dñs sentit: quasi dum pro veritate verba multiplicat/ a veritate discordat. Sequit. Inter nos interim cõstringatur: et tũc ad iudiciũ prouocet sermonibus suis deum. Ac si diceret. Ex nostra assertione cognoscat: quia nequaqꝫ diuine examinationi sufficiat. Et qꝛ arrogantes viri non solũ studẽt inepta dicere/ sed etiam multa: versus qui sequitur/ hec de illo frequenter infertur.

Capitulũ. xxxv. tertius libri beati Job.

Igitur Heliu hec rursum locutus est: Nunqd equa tibi videt tua cogitatio/ vt diceres: Iustior deo sum? Dixisti enĩ. Non tibi placet qꝫ rectũ est: vel quid tibi proderit si ego peccauero? Itaqꝫ ego respõdebo sermonibus tuis: et amicis tuis tecũ. Suspice celum et intuere: et contẽplare ethera qꝫ altior te sit. Si peccaueris/ quid ei nocebis? Et si multiplicate fuerint iniquitates tue: quid facies contra eum? Porro si iuste egeris/ quid donabis ei: aut quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est/ nocebit impietas tua: et filiũ hominis adiuuabit iustitia

E

tua. Propter multitudinem calũniatorum clamabũt/ et eiulabũt propter vim brachij tyrãnorum. Et non dixit. Ubi est deus qꝫ fecit me: qui dedit carmina in nocte? Qui docet nos sup iumenta terre: et super volucres celi erudit nos. Ibi clamabunt et non exaudiet propter superbiam malorũ. Non ergo frustra audiet deus: et omnipotens singulorꝫ causas intuebitur. Etiã cũ dixeris: nõ considerat/ iudicare coram illo et expecta eũ. Nunc enim non infert furorẽ suum: nec vlciscit scelus valde. Ergo Job frustra aperit os suum: et absqꝫ scientia verba multiplicat.

Capitulum. vij.

F

Igitur Heliu hec rursum locut⁹ est. Omnis qꝫ multa loquitur/ in locutiõe sua semp incipere studet: quatenus inchoatione ipsa suspensos auditores faciat: vt eo attenti⁹ taceant/ quo quasi nouũ audire aliquid expectant. Heliu vero alia finiens/ alia incessanter exorditur: vt immensa loquacitas per subiũcta semp initia contineat. Sequitur. Nunquid equa tibi videt tua cogitatio: vt diceres/ iustior deo sum? Qꝛ beatus Job iustiorẽ se deo nõ dixerit: omnis qui textum historie legit/ agnoscit: sed ait: pponat equitatem cõtra me: et perueniet ad victoriam iudicium meũ. Uitã suã videlicet pensans/ et causas percussionis ignorãs: vt sepe iam dictum est: p diluẽdis peccatis se credidit/ et nõ augendis meritis flagellari: et idcirco iudicium suũ ad victoriam peruenire cõfisus est: quia culpam i se pro qua debuisset percuti non inuenit. Qꝛ quidem de illo et dñs ad diabolum dixit. Cõmouisti me aduersus eũ/ vt affligerem eũ frustra. Quid ergo hec loquẽdo peccauit/ qui verbis istis diuine de se et occulte sententie etiã nesciẽdo consensit? Aut quid obest/ si a rectitudine veritatis humano iudicio verba nostra sufficientius discrepãt/ quãdo in cordis cardine ei cõpaginata cõcordant? Humane aures verba nostra talia iudicãt/ qualia foris sonant: diuina vero iudicia talia ea audiũt/ qualia ex inti

G

mis proferunt. Apud hoies cor ex verbis: apud deū verba pēsant ex corde. Beat⁹ ergo Job dū hoc ait exterius qđ interius dū̄s dixit: omne qđ locutus est/ tanto iuste exterius intulit/ quāto pie ab interna sentētia non recessit. Cuius prophetico spiritu repletus/ in eo qđ ait Proponat equitatem cōtra me: et perueniet ad victoriam iudiciū meū: intueri redēptoris nostri presentiā potuit. Ipse enī qui est virtus patris et sapiētia: etiā eius equitas non incōuenienter accipit. Unde scriptū est. Qui factus est nobis a deo sapientia/ iustitia/ et sanctificatio. Quā scȝ equitatē qa deus iniquis fugientib⁹ incarnatā ostendendo cōtraposuit: eos protin⁹ ab iniquitate reuocauit: et humanū genus eo in iudicio antiquū aduersarium vicit/ quo equitatē dei aduersantē suis itineribus inuenit. Sequitur. [Dixisti enim nō tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit si ego peccauero?] Si tota libri series attēdit/ nihil hoꝝ beat⁹ Job dixisse monstratur. Sed arrogātes viri (sicut et superi⁹ diximus) habere hoc ppriū solent: vt dum in nimia inuectione prodeunt/ etiā inuehendo mentiātur: et cū nō possunt reprehendere iuste q̄ sunt/ reprehendunt mētiendo q̄ non sunt. Sequit. [Itaq3 ego respondebo sermonib⁹ tuis et amicis tuis tecum.] Dictis superiorib⁹ quasi beati Job culpabilia verba narrauit: atq3 ex eis sibi materiā loquēdi pposuit: sed verbis subsequētibus forti acumine discussit hoc qđ sibi ad dicendi materiam fallaciter finxit. Et fortes quidē sunt sentētie que sequunt: sed beati Job psone non congruūt: tanto q3 eū increpationis huius tela

H

non feriunt/ quāto contra eū iniuste mittunt. Sequitur. ¶ G. Ex ipsa creature positione et altitudine ad quā attingere nō possum⁹/ quia supra nos est/ cōsiderare debemus q̄tum supra intellectum sit creator: cuius omnipotentiam nec augent bona nostra/ nec minuunt mala. ¶ Suspice celū et intuere: contēplare ethera q̄ altior te sit. Si peccaueris/ quid ei nocebis? et si multiplicate fuerint iniquitates tue/ quid facies contra eū? Porro si iuste egeris/ quid donabis ei/ aut qđ de manu tua accipiet?] Cuius beato Job scienti maiora/ nequaq̄ dici ista debuerunt: vera tamen sunt que dicūtur/ q̄ videlicet deo nec peccata nostra noceāt/ nec bene gesta cōcurrāt. Unde subsecut⁹ adiūxit: [Homini q̄ similis tui est/ nocebit impietas tua: et filiū hois adiuuabit iustitia tua.] Sed inter hec illud est solerter intuēdum quod ait: Suspice celū et intuere: contēplare ethera q̄ altior te sit. Hec enī dicens/ nimirū colligit/ vt cōsiderare debeat quāto min⁹ deo actione sua aut psit aut noceat: qui altitudini celi atq3 etheris pdesse vel nocere non possit. Cuius in celo vel ethere possim⁹ supnas potestates accipere/ diuinis semp obtutibus inherētes (vt cū angelicos spiritus lōge adhuc a nobis distare cōspiciamus/ ipsi creatori atq3 dominatori spirituū quāto distamus inferius agnoscamus) corpoream tamen celi etheris q3 materiam hoc leco sentiri nil obstat. Capitulum. viij.

Nō oīa vera dicēda sunt.

I. Cor. i.

I

Nam si vigilanter exteriora conspicim⁹/ per ipsa eadē ad interiora reuocamur. Uestigia q̄ppe creatoris nostri sunt mira opera visibilis creature. Ipm nāq3 adhuc videre nō possum⁹: sed iā ad eius visionē tēdim⁹/ si eū in his q̄ fecit miramur. Eius ergo vestigia creaturā dicim⁹: q̄a per hec q̄ ab ipso sunt sequēdo imus ad ipm. Unde Paulus ait. Inuisibilia eius per ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciūtur: sempiterna quoq3 virt⁹ eius et diuinitas. Unde et in libro sapientie scriptū est. Per magnitudinē enī creature et speciē/ pōt intelligibiliter creator videri. Menti enī nostre peccato suo exteri⁹ sparse/ necdū de⁹ sicut est interius innotescit: sed dū facture sue decus foris pponit/ quasi q̄busdā se nobis nutibus innuit: et q̄ intus sequamur ostēdit: ac miro modo ipsis formis exteriorib⁹ nos ad interiora perducit. Innuit immēsa admiratiōe qđ est/ mira hec exterius ostendēdo q̄ non est. Hinc enī de sapiētia scriptū est: In vijs ostēdit se illis hilariter: et omni prouidentia occurrit illis. Uie q̄ppe ad creatorē sunt/ opa cōsiderata creatoris. Que dū facta cernim⁹/ potētiā factoris miramur. In istis vijs a sapiētia omni nobis prouidentia occurritur: quia factoris nobis virt⁹ inquirēda pponitur in omne qđ mirabiliter factū videt: et quocūq3 se verterit anima/ si vigilāter intēdit/ in hisdē ipsis deū inuenit per q̄ reliquit: eiusq3 potētiā ex eoꝝ rursus cōsideratione cognoscit/ quorum amore deseruit: et per que peruerse cecidit/ p hec cōuersa reuocatur. Ubi enī lapsi sumus/ ibi incūbimus vt surgamus: et quasi ibi surgendo manū considerationis figim⁹/ vbi pede amoris lubrici corruētes negligendo iacebamus. Quia enī ab inuisibilibus p visibilia cecidim⁹/ dignū est vt ad inuisibilia ipsa rursum visibilib⁹ innitamur: vt quo casu anima venit ad infima/ eo gradu reuertat ad summa: atq3 eisdem quibus corruit passib⁹ surgat: dum (sicut dictū est) illa nos ad deū bene cōsiderata reuocēt/ que nos ab eo male electa diuiserunt. Helíu itaq3 vt vim considerationis admoueret/ atq3 ex corporeis rebus ostenderet quanto sit homine excelsior de⁹/ hū intulit: Suspice celū et intuere/ et contēplare ethera/ q̄ altior te sit. Ipsis enī reb⁹ creatis atq3 corporeis agnoscimus/ quantū a creatoris nostri sublimitate distam⁹: q̄r p omne qđ cernimus/ esse humiles admonemur: vt quasi quedā sit lectio mentis nostre/ species cōsiderata creature. Dicat ergo. Suspice celum et intuere/ et contēplare ethera q̄ altior te sit. Si peccaueris/ quid ei nocebis? Et si multiplicate fuerint iniquitates tue/ quid facies contra eū? Porro si iuste egeris/ quid donabis ei: aut quid de manu tua accipiet? Ac si diceret. Ex ipsa creatura intellige (quas altiores te esse corporaliter vides) quātū a diuine potētie sublimitate disiungeris: atq3 ex hac tua cōsideratione collige: q̄a deū nec bene viuendo adiuues: nec rursus malis actionibus graues. Si ho (sicut superi⁹ diximus) in celo vel ethere supnas potestates accipimus: verbis istis helíu considerare nos admonet: vt q̄a ipsi angelici spūs creatoris nostri potentiā plene cōtēplari nō possunt: de quibus tamē certū est/ q̄a nobis eo ipso altiores sunt/ quo lapsi in infimis nō sunt: videlicet colligam⁹ quāto deo inferiores existimus: qui etiā creaturis sublimibus/ sed lōge illo inferiorib⁹ subiacem⁹. Ac si diceret. Uide quātū a diuina celsitudine separaris: a cui⁹ potentia etiā potestates ille humiliter cōtremiscunt: q̄ te immensa sublimitate trāscendūt: et quāto ipse summo inferior es/ qui inferiorē te esse etiā inferiorib⁹ deprehēdis. Ostēdendo vero summa/ reducit ad equalia: atq3 ait. [Homini qui similis tui est/ nocebit impietas tua: et filiū hominis adiuuabit iustitia tua.] Humana ipietas ei nocet/ quē puertēdo inquinat. Et rursus eū adiuuat nostra iustitia quē a prauis actionib⁹ mutat. Nocere enī vel iuuare nesciunt eos q̄ vel a bono corrūpere/ vel a malo pmutare non possunt. Supne igit potestates eo ledi vel iuuari nequeūt/ quo esse iā incōmutabiles acceperūt. Sed cōsiderare hec nequeūt q̄ terrenis desiderijs implicantur. Sparsis enī foris mētibus ad semetipsas redire difficile est: q̄a prauas itinera semel captos tāto delectabiliter tenēt/ quāto in eis omē qđ libuerit licet. Nullus q̄ppe discipline murus obuiat qui constringat: nulla retributionis respicit pena que terreat: sed clausis oculis cordis eo ala precipitat in infimis/ quo obscurat a summis: et tāto securi⁹ mala tpalia pperat/ quāto duri⁹ bona eterna desperat. ¶ G. Qr in hac vita iusti ab impijs affligi permittunt sicut moyse vocāte ad pmissionis terrā/ vigēte pharaone de egypto egredi cōpellit plebs inuita. Capm. ix.

K

Impietas nrā cui nocet: et iustitia nrā quē adiuuet.

Cur terrenis dediti hec cōsiderare neq̄ant.

L

M

Sed ista reproborum nequitia triture more electoꝝ vitā quasi grana a paleis separans pmit vt purget. Mali enī bonos magis ab hui⁹ mūdi desiderijs expediūt dū affligūt: quia dum multa eis hic violēta ingerūt/ festinare illos ad supna cōpellunt. Qđ bn̄ de israelitico populo vocāte moyse et pharaone rege seuiēte signatū est. Tunc nāq3 moyses ad vocandū missus est/ cū iam pharao duris operibus ad opprimendum fuerat excitatus: vt israelitarū mentes egypto deformiter inherētes: alius dū vocaret q̄si traheret: alius quasi impelleret dū seuiret: et plebs in seruitio turpiter fixa/ vel pvocata bonis/ vel malis impulsa moueretur. Hoc quotidie agitur/ dū pdicatis celestib⁹ pmissis/ seuire in electos reprobi pmittūtur: vt si ad repromissionis terrā vocati exire negligim⁹/ pressuris saltē seuiētibus impellamur: atq3 hec egypt⁹/ videlicet vita presens que nos oppressit blādiēs: adiuuet pmenos: et q̄ dum fouit sub seruitutis iugo cōtriuit: libertatis viā dū cruciat ostēdat. Hec vtiq3 causa est q̄ ab iniustis iusti sinunt affligi: vt scȝ dum futura audiūt bona q̄ cupiant: patiantur etiam mala presentia que perhorrescāt: atq3 ad faciliorē exitū

Rom. i.

Sap. xiij.

Sap. vi.

Reproborū neq̄tia premit et purgat vitā electoꝝ.

Exo. iij.

A dum amor prouocat/cruciatus impellat. Unde Heliu
eosdem labores electorum sub oppressionibus reprobo:
rum exequens ait.

¶ S. Qr reprobi bona nostra calūniantur dum detra:
hunt/et in nos tyrannide vtuntur.

¶ Propter multitudinē calūniatorū clamabūt:et eiu:
labut propter vim brachij tyrannorum.] Calūniatores
recte dicere possum⁹ omēs iniquos:nō solū qui exterio:
ra bona rapiūt/sed etiam q̄ malis suis morib⁹ ꝛ vite re:
probe exemplo interna nostra dissipare contendūt. Illi
nāq̧ ea que nobis extra sunt inuadere ambiūt: isti nos
predari interi⁹ querūt. Illi amore rerū/isti non cessant
odijs seuire virtutū. Illi inuidēt qđ habem⁹:isti qđ vi:
uimus. Illi student rapere bona exteriora q̄ placet:isti
satagunt interiora bona dissipare q̄ displicent. Quāto

Quanta grauitas maloꝝ ex: emploꝝ.

igitur moꝝ vita/a rerū distat substātia/tāto grauior ca
lūniator est q̄ male viuēdo vim nostris infert morib⁹/
q̄ qui violēter opprimēdo dāna ingerit reb⁹. Nihil iste
de nostra sustentatione subtraxit; sed exēpla nobis pdi
tionis apposuit. Eo ergo grauiorem calūniam intulit/
quo quietū cor in tētatione cōmouit. Qui etsi nequaꝗ̄
nobis actionis sue opera psuasit:pugnā tamen tētatio:
nis ingessit. Grauē igitur de vita eius calūniam sustine
mus:quia nimiꝝ intus patimur qđ cū labore vincam⁹.
Et quia in hoc mūdo abūdat maloꝝ vita que cruciet:
recte dicit. Propter multitudinē calūniatorum clama
bunt. Quia vero ea que verbis suadere non valēt/extor
quere nōnunꝗ̄ etiā effrenatis viribus studēt/apte sub:
iungitur. Et eiulabunt propter vim brachij tyrannoꝝ.

B Q Uisquis enī male viuere suo Caplm.x.
nos exemplo cōpellit/adhuc nobis voce ca:
lūniatoris vtitur. Quisquis vo peccatū sua:
dens etiam terrere nos appetit/iam ꝯ nos brachio tyrā
nidis seuit. Aliud est enī vitia suadere viuēdo:aliud iu
bere terrendo. Dū ergo exempla male actiōis aspicim⁹:
quasi adhuc strepitū calūniatoris audim⁹. Dū vero vt
peccare cogimur/iam tyrannidē in corde sustinem⁹. Sed
robustoꝝ mentes in deo imobiliter fixe/tanto ista despi
ciunt/q̄to cernūt q̄ cōtra precepta cōditoris excrescūt.
Eternitatis q̄ppe premia ꝑscrutantes/vires ex aduersi:
tatibus sumūt:q̄ crescēte pugna gloriosiorē sibi nō am:
bigunt manere victoriā. Sic itaq̧ electoꝝ desideria dū
premūtur aduersitate ꝑficiunt:sicut ignis flatu premit
vt crescat:ꝛ vnde quasi extingui cernit/inde roboratur.
In eo nāq̧ ostendim⁹ quāta ad dn̄m cupiditate flagra:
mus:si non solū ad eū per tranquilla ꝛ mollia/sed etiā p

Ps. xvij.

aspera ꝛ dura transim⁹. Hinc nāq̧ ꝑpheta ait. Qui per:
fecit pedes meos quasi ceruū. Ceru⁹ enī cū montiū iuga
conscendit:queq̧ se aspera/queq̧ obijciūt sentib⁹ illiga
ta/dato saltu trāsgredit:ꝛ absq̧ vllo cursus sui obstacu
lo in superiorib⁹ eleuatur. Ita etiā electorū mentes q̄q̧
sibi in hoc mūdo absistere atq̧ obuiare conspiciūt/con:
templationis saltu transcēdunt:ꝛ more ceruoꝝ despect
terrenoꝝ sentibus i superna se euehūt. Hinc rursum di:

Ibidem.

cit. Et in deo meo transgrediar murū. Mur⁹ quippe est

C

omne qđ itineri nostro obijcitur:ne ad eū qui diligitur
transeat. Sed murū transgredimur/cū pro amore sup:
ne patrie queq̧ in hoc mūdo fuerint obiecta calcamus.
Hinc per eundem prophetam certanti anime dn̄s dicit:

ps. lxxx.

Exaudiui te i abscōdito tēpestatis:pbaui te ad aquas
cōtradictionis. Absconditū q̄ppe tempestatis est/cum
in corde contrito cogitationū temptantiū fluctus tume:
scunt/cū contra amoris sancti studia curarū secularīū
se tumult⁹ illidūt. In abscondito ergo tēpestatis audi:
tur:q̄ clamor deprecantis est hec ipsa tribulationis flu:
ctuatio. Quia vero omnino nō desunt qui bona querēti:
bus suadere peruersa moliant:atque cōtradictiōis sunt
populi resistentes. Et quia tūc probatur desideriū/cum
aliqua ei aduersitate resistit:recte dicit. Probaui te ad
aquas cōtradictionis. Hi itaq̧ virtutū nisib⁹ robusti
ex aduersitate ꝑficiūt:sed infirmi sepe i desiderijs suis
si qua eis fuerint ex aduerso obiecta languescūt:ꝛ cū va
lida tribulatione pulsant/pusillanimitate deficiūt. Un
de bene beato Job probes pusillanimitatis impingēs/
permissis malorum oppressionib⁹ infirmorum moꝝ pu:
sillanimitates exequitur/dicens.

¶ S. Qr ideo tentationib⁹ quilibet frangit:q̄ facto:
rem ꝛ liberatorē desperans non contemplatur.

¶ Et nō dixit:vbi est de⁹ qui fecit me?] Mos sacre scri
D
pture est/vt a singulari numero ad plurale subito trāsē:
at:atq̧ a plurali sepe se ad singularem vertat. Atq̧ inde
Heliu cū diceret:Clamabūt ꝛ eiulabūt/nequaꝗ̄ subdi:
dit: Non dixerūt vbi est de⁹/sed: Nō dixit vbi est de⁹. A
plurali quippe numero in singularē veniens/ad perso:
nam subito infirmi vniuscuiusq̧ trāsiuit:fortasse quia a
singulis melius recognoscitur quicqđ de eis singulari:
ter audit:vt ad cor suū quisq̧ redeat:ꝛ in semetipso hoc qđ
de vnoquoq̧ dicit reprehendat. Singularē igitur nume:
rū tenuit dicēs: Nō dixit/vbi est de⁹ q̄ fecit me? Quisq̧
enī aduersitatū tribulatiōe frangit:a quo factus est/mi
nime cōtemplatur. Nam q̄ qđ nō erat fecit/factum sine
gubernatione non deserit:ꝛ q̄ benigne hoīem condidit/
nequaꝗ̄ iniuste cruciari pmittit:nec sinit neglecte perire
qđ est/q̄ hoc etiam qđ nō fuit creauit vt esset. Cū ḡ cau:
sam tribulationis nostre requirim⁹/ꝛ fortasse tardi⁹ in:
uenimus:est ista consideratio q̄ nihil iniuste patiamur:
q̄ si deo auctore sum⁹ qui non fuimus/deo regente non
affligimur iniuste qui sumus. Sequitur.

¶ S. Qr in nocte tribulationū hui⁹ vite carmen habe:
mus letitie/diuinam consolationem. Caplm.xi.

Q Ui dedit carmina in nocte.] Carmē in nocte
est letitia in tribulatione; q̄ etsi pressuris tē:
poralitatis affligimur/spe iam tamē de eter:
nitate gaudem⁹. Carmina Paul⁹ in nocte predicabat/
dicens. Spe gaudētes:in tribulatione patientes. Car:

Rom. xij.

men i nocte Dauid sumpserat/qui dicebat. Tu mihi es

ps. xxxi.

refugiū a pressura que circūdedit me:exultatio mea re:
dime me a circūdantib⁹ me. Ecce noctē pressuram no:
minat/et tamē liberatorem suū inter angustias exulta:

E

tionem vocat. Foris q̄dē nox erat in circūdatione pres:
sure:sed intus carmina resonabant de consolatione leti:
tie. Quia enī ad eterna gaudia redire nō possum⁹:nisi p
temporalia detrimēta:tota sacre scripture intentio est/
vt spes manēt leticie nos inter hec trāsitoria aduersa
corroboret. Unde ꝛ Ezechiel ꝑpheta libriū se accepisse

Ezech. ij.

testat:in quo scripte erant lamētationes/carmen/et ve.
Quid enī libro hoc nisi diuina eloquia figurant? Que q̄
nobis lachrymas luctusq̧ precipiūt/lamētatiōes in eo
scripte referunt. Carmē quoq̧ et ve cōtinēt:q̄ sic de spe
gaudiū predicāt:vt in ꝑsenti tamē pressuras atq̧ angu:
stias indicēt. Carmen et ve continet:q̄ etsi illic dulcia
appetim⁹/prius necesse est vt hic amara toleremus. Car:
men ꝛ ve discipulis predicabat dn̄s/cū dicebat. Hec lo:

Joan. xvj

cut⁹ sum vobis/vt in me pacē habeatis. In mūdo pressu:
ram habebitis. Ac si apte diceret. Sit vobis de me inte
rius qđ consolando reficiat:q̄ erit de mundo exteri⁹ qđ
seuiendo grauiter p̄mat. Quia ergo infirm⁹ quisq̧ cū pre:
mit/a spe gaudij nimia pusillanimitate lassat:ꝛ dum fo:

F

ris aduersa tolerat/int⁹ obliuiscit quo gaudebat:bene
dicit: Non dixit/vbi est de⁹ qui fecit me:q̄ dedit carmi:
na i nocte? Si enī ista diceret/vim quā patit̄ sꝑeraret:
ꝛ per hoc qđ mansurū intus q̄reret/id qđ foris transito
riū sustinet/esse intolerabile nō estimaret. Sequit.

¶ S. Qr doctrina euāgelica abstrahat hoīem a vitijs
in quibus putrescebat/ne ambulet in mirabilib⁹ sup se/
et vt immūditiam carnis p castitatem refrenet.

¶ Qui docet nos sup iumēta terre:ꝛ super volucres ce
li erudit nos.] Iumēta terre sūt q̄ vsu vite carnalis ima
appetunt. Volucres vero celi sunt/q̄ superbe curiosita:
tis studio sublimia perscrutant. Illi viuēdo se deponūt
infra q̄ sunt:isti inq̄rendo se eleuāt vltra q̄ possunt. Il:
los in infimis voluptas deijcit carnis:istos quasi in su:
perioribus erigit libido curiositatis. Illis p sacra eloq̄a

Ps. xxxi.

dicit. Nolite fieri sicut equus ꝛ mul⁹/quib⁹ nō est intel:

Eccli. iij.

lectus. Istorū superb⁹ labor increpat/dū dr̄. Altiora te
ne quesieris:ꝛ fortiora te ne scrutat⁹ fueris. Illis dicit.

Col. iij.

Mortificate mēbra vestra q̄ sunt sup terrā:fornicationē
immūditiam/libidinē/cōcupiscentiā malā. Istis dicit

Ibidē. ij.

Nemo vos decipiat per philosophiā ꝛ inanē fallaciam.
Docet igitur nos de⁹ super iumēta terre ꝛ volucres ce:
li:quia dū hoc qđ sum⁹ agnoscimus:nec carnis nos in:
firmitas deijcit:nec superbie spirit⁹ eleuat:nec defluen
do imis subijcimur:nec supbiendo de sublimibus infla
mur. Qui enī carne labit/iumentoꝝ appetitu ꝑsternit.
Qui vero extollit mēte/more volucrum quasi leuitatis
penna subleuatur. Capitulum.xij.

G

SEd si vigilanter intēdit: vt et mētis humilitas
et carnis castimonia teneat / cito cognoscim⁹
quia alterū custodit ex altero. Nā multis sepe
supbia luxurie seminariū fuit: quia dū eos spūs quasi in
altū erexit / caro in infimis mersit. Hi em prius secreto
eleuant: sed postmodū publice corruūt: quia dum occul
tis intumescūt motib⁹ cordis / apertis cadūt lapsib⁹ cor
poris. Sic sic elati iusta fuerāt retributione feriendi: vt
qi superbiendo se hominib⁹ preferūt / luxuriādo vsq ad
iumentoꝝ similitudinē deuoluantur. Homo quippe cū
in honore esset / non intellexit: cōparatus est iumētis in-
sipientib⁹ / et similis factus est illis. Quasi scientie enim
illos in altū pēna sublevauerat: de quib⁹ Paulus hoc

Roma. j.

qḋ superi⁹ ptulim⁹ dicebat. Quia cū cognouissent deū:
non sicut deum glorificauerūt / aut gratias egerunt: sed
euanuerūt in cogitationibus suis. Quomō aūt in iumē
torū aut plusq̄ iumentoꝝ voluptatē deciderint / subdi-
dit dicens. Tradidit eos de⁹ in desideria cordis sui / in
immūditiā. Ecce caro mersit quos supba sciētia suble-
uauit: z a volatu volucrum vltra appetitū lapsi sunt iu-
mentorū: atq inde sub se pstrati sunt / vnde sup se ire vi-
debant. Curandū itaq est: z omni custodia mens a sup-
bie tumore seruanda. Non enim ante oculos dei vacue
trāsuolāt cogitationes nostre: et nulla momēta tēporis
per animū transeunt sine statu retributionis. Intus er-
go videt deus qḋ mentē eleuat: z idcirco permittit fori
inualescere qḋ deponat. Inti⁹ prius extollitur / qḋ foris
postmodū luxurie corruptiōe ferial. Occultā videlicet

H

culpā sequil aperta pcussio: vt malis exterioribus inte-
riora puniāntur: z cor publice corruat / qḋ latenter tume-

Osee. v.

bat. Hinc quippe per Osee cōtra israelitas dr: Spirit⁹
fornicationis in medio eoꝝ: z dnm nō cognouerūt. Qui
vt ostēderet q causa libidinis ex culpa prodiret ela-
tionis / mox subdidit dicēs: Et respondebit arrogantia
israel in faciē eius. Ac si diceret. Culpa que p elationem
mētis in occulto latuit / p carnis luxuriā in apto respon
dit. Proinde p humilitatis custodiā seruanda est mun
dicia castitatis. Si em pie spirit⁹ sub deo premil / caro
illicite sup spm non leual. Habet qppe spirit⁹ cōmissum
sibi dominiū carnis / si tamē sub deo recognoscit iura le-
gitime seruitutis. Nam si auctorē suū superbiendo con
temnit / iure a subiecta carne prelia suscipit. Vn̄ z ille p

Gen. iij.

mus inobediens mox vt superbiendo peccauit / puden-
da cōtexit. Quia em contumeliā spirit⁹ deo intulit / mox
cōtumeliā carnis inuenit. Et qui auctori suo esse subdi
tus noluit / ius carnis subdite quā regebat amisit: vt in
seipso videlicet inobediētie sue cōfusio redūdaret: z su-
peratus disceret qḋ elatus amisisset. Capl̄m xiij.

I

NIllus ergo qui postq̄ supna petere ceperit /
carnis voluptate prosternil / tunc se victū iu-
dicet / cum aperte superatur. Si em plerumq
virus libidinis de radice nascitur elationis: tunc caro
vicit / cū spiritus latēter intumuit. Jam sic anima per
originē culpe in petulantiā iumentoꝝ cecidit: cū efferē-
do se more volucrum vltra q̄ debuit euolauit. Hinc est
em q longa cōtinentia repente soluil: hinc q plerisq et
vsq ad seniū virginitas seruata viciat. Quia em negli-
gitur humilitas cordis: rect⁹ iudex despicit etiā integri
tatē corporis: z q̄si q per apertū malū reprobos annun-
ciat: q̄s dudū reprobos in occulto tolerabat. Nā q diu
seruatū bonū subito perdidit / apud semetipsm int⁹ aliḋ
malum tenuit / ex quo ad aliud subito erupit: per qḋ ab
oipotente deo etiam tunc alien⁹ extitit: qn se ei per mū-
diciam corporis inherere monstrauit. Quia igil mētis
elatio ad pollutionē ptrahit carnis: reproboꝝ corda vo-
latu volucrū ad petulātiam mergil iumentoꝝ. Sancti
aūt viri ne appetitu bestiali ad luxurie voraginē deuol
uanl / sollicite cogitationes mētis a superbie volatu cu
stodiūt: ac ne in infima despiciendo corruāt / omne quod
sublimiter sapiūt / humiliter premūt. Recte itaq dicil:
Qui docet nos super iumenta terre: z sup volucres celi
erudit nos. subaudis: hoc quoq non dixit. Hoc itaq q
iumentis ac volucribus antecellit: etiā non dicit i tribu-
latione memorari. Ac si diceret. Infirm⁹ quisq idcirco
nequaq̄ se in perturbatione corroborat: qz z in tranquil
litate non tēperat: z ideo nescit aduersa tolerare: qz con-
stitut⁹ in prosperis / cogitationes se nō nouit a volatu vo
lucrū premere: nec carnales mot⁹ a iumētorū ingluuie

K

subleuare. Sed hoc beato Job tanto incōuenientēter di-
cil / quāto vita ei⁹ inter alta z infima mirabiliter tempe
ratur. Qḋ q̄dem intelligi z aliter pōt. Qui docet nos sup
iumēta terre: z sup volucres celi erudit nos. Nam sicut
iumētoꝝ vocabulo signal vita hoim carnis adhuc mo-
rib⁹ subditoꝝ: ita appellatiōe volucrū figuratur elatio
spirituū superboꝝ: vt per iumenta q̄dem terreni hoies /
per volucres vero demonia designent. Vn̄ cum semina

Mat. xiij.

dn̄s iuxta viā diceret cecidisse / subiūgit. Venerūt volu
cres celi z comederūt ea. nimirū p volucres signans ae-
reas ptātes. Sancti autē viri qz nec infima hoim exem-
pla appetūt: nec rursum demoniaca subtilitate fallunl:
et sup iumenta terre / z sup celi volucres vtute eruditio-
nis excrescūt. Sup iumenta em terre edocti sunt: qz q̄c-
quid in imis pōt ambiri / despiciūt. Super volucres q̄q
celi eruditi sunt: qz omnes immūdoꝝ spirituū insidias
comprehendūt. Sup iumēta terre edocti sunt: qz nihil i
hac vita qḋ preterit q̄runt. Super volucres celi eruditi
sunt: qz potestates aereas quas adhuc p carnis infirmi-
tatem tolerāt / iam vite meritis calcant. Paul⁹ iam sup

Phil. iij.

iumenta terre edoct⁹ fuerat / dicēs. Multi em ambulāt.
Et paulopost: Quoꝝ finis interit⁹: quoꝝ de⁹ venter est /
et gloria in confusione ipoꝝ qui terrena sapiūt. Nostra
autē conuersatio in celis est. Et rursum super volucres

j. Cor. vj.

celi eruditū se nouerat / cum dicebat. Nescitis qm ange
los iudicabim⁹? Sub se iumenta cernebat: qz videlicet
in terra adhuc posit⁹ calcabat mores hoim qui in infi-
mis conuersabanl. Et rursum volatū volucrū meritoꝝ
rū dignitate transcenderat: qz subitur⁹ celestia / iudica-

L

turū se angelos non ignorabat. In illis immūdoꝝ infi-
ma / in istis superboꝝ summa calcabat. Capl̄m. xiiij.

MEntes qppe sanctoꝝ transitoria cūcta despi
ciūt: z sub se labi quicq̄d superbit / quicq̄d p-
terit contemplant: z quasi in quodā rerū ver-
tice constitute: tanto sibi oīa subesse conspiciūt / quanto
semetipsas veri⁹ auctori oim subdūt: atq inde cuncta
transcendūt / vnde creatori cunctoꝝ vera se humilitate
substernūt. Dicat ergo. Qui docet nos super iumēta ter
re: z super volucres celi erudit nos. Ac si diceret. Infir-
mus pusillanimitate vict⁹ ista nō dixit: z id circo eū ad-
uersitas tētationis percullit: qz tranq̄llitatis tēpore hec
cūcta transeūtia nulla perfectione superauit. Hui⁹ em
vite aduersa non perhorresceret / si perfectionis merito
etiam secūda calcasset. Sequitur.

M

¶ S. Qz omipotens de⁹ clamantes ad se seruos suos
ideo aliqn de tribulatione non eripit: qz z ipsi ex aduer-
sis proficiūt / z reproboꝝ malitia tanto i iudicio distri-
ctius punil / q̄to hic in sanctos exarsit crudelius.
¶ Ibi clamabūt: z non exaudiet propter superbiā ma-
loꝝ. j Ibi videlicet i tribulatione: vt ecōtra de gaudio

Ps. cj.

scriptū est. Filij seruoꝝ tuoꝝ habitabūt ibi. Sed videl
incertū vtrū dicat: propter superbiam maloꝝ non exau-
diet: an propter supbiam maloꝝ clamabūt. Intelligi au
tem meli⁹ pōt / si non exaudiri poti⁹ propter maloꝝ sup-
biam q̄ clamare referanl. Nam q pp̄ter maloꝝ supbiā
clament / iam supra dictū est / eo versu quo dr: Propter
multitudinem violētoꝝ clamabūt. Aliquid ergo nobis
hoc versu innuil qḋ paulo subtili⁹ attendal: qz sepe op-
pressi q̄dam dn̄ clamauerint: ex se q̄dem merent audiri /
sed tn̄ eoꝝ desideria pp̄ter opprimentiū supbiam differū
tur. Just⁹ qppe de⁹ z suos pmittit tpaliter opprimi: z vio
lentoꝝ malitiam nequter augeri: vt dū hoꝝ vita i purga-
tione terit / illoꝝ nequitia ꝯsummel. Capl̄m xv.

PLerūq vero accidit vt iusti i tribulatiōe de-
prehēsi / supernum solatiū etiam tpaliter perci
piant: qḋ tn̄ nō temporaliter implorāt. Sal-
uari em non pp̄ter se / sed pp̄ter aduersariorū salutē cō-
cupiscūt: vt dū illos omps de⁹ ab immēsis periculis fa-
cto quodā miraculo liberat: virtutem suam ipsis etiam
persecutorib⁹ innotescat: atq inde aduersarios ad eter
nitatē redimat / vnde suos temporaliter saluat: sicut p-

ps. lxviij.

pheta q̄ꝫ vocē martyꝝ suscipiens ait. Propter inimi-
cos meos eripe me. Ac si diceret: pp̄ter me q̄dē eripi de
temporali tribulatione nō appeto: sed tamē eripi pp̄ter
aduersarios meos ꝯcupisco: vt dū mea vita saluari mi-
rabiliter cernil / tāo miraculoꝝ visu inimicorū duritia
cōuertal. Sicut q̄ sepe dn̄s suoꝝ vitam tēporaliter pro
inimicoꝝ cōuersione eripiat: z sepe suoꝝ voces propter

A

C Igitur saluabit te de ore angusto latissime.] Omnis qui vite viam deserens/in peccatorũ se tenebras deijcit: semetipsum quasi in puteum vel foueam mergit. Si vero diutina perpetratiõe etiã cõsuetudine iniquitatis opprimitur: ne ad superiora iã possit exurgere/quasi angusto ore putei coarctatur. Unde Dauid ppheta sub specie peccantium exorat/dicẽs. Non me demergat tẽpestas aque: neq3 absorbeat me profundũ: neq3 vrgeat sup me puteus os suum. Quem enim mali operis iniquitas a bona stabilitate cõmouit: quasi tẽpestas aque rapuit: sed si adhuc longa cõsuetudine nõ preualuit/nõ demersit. Iam in puteum cecidit: qui hoc qd̃ diuina lex prohibet/perpetrauit. Sed si adhuc longa cõsuetudo nõ deprimit: nequaq̃ os suum puteus coangustauit. Tanto ergo facili⁹ egredit/quãto minori consuetudine coarctat. Unde Hieremias propheta dũ iudeã iniquitatib⁹ longa cõsuetudine obdurtam fuisse cõspiceret: in lamẽtis suis sub ei⁹ specie semetipsum deplorat/dicẽs: Lapsa est in lacum vita mea: et posuerunt lapidem super me. Capitulum.xxi.

Psal.lxviij.

M

Threñ.iij.

I N lacũ quippe vita labit: cũ labe iniquitatis inquinat. Lapis vero supponit/cũ etiã dura consuetudine mẽs i pctõ deuotat: vt et si velit exurgere/iam vtcũq3 nõ possit: q: moles desup male consuetudinis premit. Sed q: diuine potẽtie subiacet: et post angustiã praue cõsuetudinis ad bone actionis amplitudinẽ reuocat: idcirco dicit: [Saluabit te de ore angusto latissime.] Latissime q̃ppe de ore angusto saluat: qui et post iniquitatũ iugũ/ad libertatẽ boni operis penitẽdo reducit. Quedã nãq3 quasi cõclusiõis angustia est: ab opprimẽte mala cõsuetudine exurgere velle/nec posse: iã quidẽ desiderio ad supna tendere: sed adhuc actu in infimis remanere: pricire corde/nec tamẽ sequi opere: atq3 in semetipso cõtradictionẽ pperi semetipsum. Cũ vero ita tendẽs anima manu gratie exaltantis adiuuatur: ab angusto ore ad

A

latitudinem peruenit: quia victis difficultatibus/opera bona perficit que cōcupiscit. Dauid ꝓpheta conclusionē

Ps.xxx.

angusti oris conspexerat/cū dicebat. Saluā fecisti de necessitatib⁹ animā meā: nec cōclusisti me in man⁹ inimici. Latissime autē saluatum se nouerat/cū subdidit dicēs.

Ibidem.

Statuisti in loco spatioso pedes meos. In spatioso quippe loco pedes stabiliti sunt: quādo ꝛ ad cōgruentia bona tēdimus/ꝛ nulla difficultate prepedimur. Quasi eni ꝑ latū locū quo volumus pergimus: qꝛ nullis obiectis difficultatibus angustamur. Sed hec Heliu recte diceret: si beato Job eius sentētia ꝯueniret. Pro culpa eni flagellatū credidit: et idcirco eū in os angustū cecidisse iudicauit. Quo eni validiorib⁹ vidit eū plagis afflictū/eo deteriorib⁹ credidit iniquitatib⁹ pregrauari: ꝑfecto nesciēs ꝙ flagella eius augmentū essent meriti/nō pena peccati. Cū vero eū in os angustū cecidisse fatetur: adhuc quasi lati⁹ credatur in quāta Job ꝓfunditate tenea/dicēs. [Et nō habēte fundamentum subter se.] Capitulum.xxxij.

O Mne peccatū fundamentū nō habet: qꝛ nō ex ꝓpria natura subsistit. Malum quippe sine substātia est. Quod tamen vtcunqꝫ sit/in boni natura cōsistit. Igitur os angustū nullū subter se dicit habere fundamentū: qꝛ peccati inquinatio subsistendi vim non habet propriū. Quia vero a fundo dicit fundamentū: possumus etiā fundamentū pro fundo positum non incōuenienter accipere: sicut auditus ab aure dicit: ꝛ tamen plerūqꝫ ipsa auris audit⁹ nomine designat. Cū ergo diceret

B

os angustū: explere profundi voraginē volens subdidit: Et non habente fundamentū subter se. Que eni rapit iniquitas: infernus absorbet. Infernus vero recte fundū nō habere creditur: qꝛ quisquis ab illo rapitur/in immenso profundo deuorat. Immēsam nāqꝫ eius explere latitudi-

Esaie.v.

nem volens propheta ait. Dilatauit infernus animā suā: et aperuit os suū absqꝫ vllo termino. Sicut ergo sine termino dilatatus dicit/qui ad se plurimos trahit: ita sine fundo esse non incōgrue credit: qꝛ eos quos in se suscipit/quasi in quadā abysso sue imēsitatis absorbet. Itaqꝫ cū diceret: Saluabit te de ore angusto latissime: apte subiūxit: Et non habente fundamentū subter se. Ac si diceret: De ore angusto saluabit: qđ sub se fundum nō habet. Quia enim per peccatū tendit ad infernum: quē a peccato saluat/de ore angusto liberat. Quem vero de ore angusto eripit: ab inferni profundo subducit. Quis etiam aliter intelligi potest. Nam sicut qui in puteum mergit: putei ꝓfundo retinet: ita corruens quasi in quodā fundi loco cōsisteret anima/si semel lapsa in aliqua se peccati mensura retineret. Sed cū peccato i quo labit/nō potest esse contenta: dū quotidie ad deteriora deficit/quasi in puteo

C

quo cecidit/fundū non inuenit quo figat. Esset enim fundus putei/si fuisset mensura peccati. vnde bene als dicit:

Prouer. xviij.

Peccator cū venerit in profundū malorū/contēnit. Redire nāqꝫ dissimulat: qꝛ misereri sibi posse desperat. Sed cum desperando amplius peccat: quasi puteo suo fundū subtrahit: ne vbi retineri possit inueniat. Sequitur: [Requies autem mense tue erit plena pinguedine.] Requies mense est refectio satietatis interne. Que pinguedine plena dicitur: qꝛ in eterne voluptatis delectatione preparatur. Huius mense epulas esuriebat ꝓpheta cum diceret.

Ps.xvi. Ps.xlj.

Satiabor dū manifestabit gloria tua. Hui⁹ mēse pocula sitiebat dicens. Sitiuit anima mea ad deum viuum: quādo veniā et apparebo ante faciem dei? Heliu itaqꝫ beatū Job in temporali verbere/eternorū volens retributione cōsolari: qđ iure ei debebat ex meritis ex semetipso quasi gratuito promittit/dicens. Requies autē mense tue erit plena pinguedine. Sequitur.

¶ S. Qꝫ sancti quasi impij ab hoc mūdo iudicent: apud deum vero iustitie sue coronam accipiant.

¶ Causa tua quasi impij iudicata est: causam iudiciūqꝫ recipies.] Bonorum causa iustitia est. Quorꝫ causa quasi impij iudicatur: quia eorum hic iustitia paterno flagello fatigatur: vt ad ampliorem vigilantiam preceptione non solum mandatorum: sed etiam verberum percussione doceantur. Sed causam iudiciūqꝫ recipiunt: quia ex ea iustitia qua modo viuunt/tunc in culmine iudiciarie potestatis enitescunt: vt tanto tunc potētius cūcta iudicēt/quāto nunc in eis subtili⁹ cūcta iudicātur. Hec Heliu quasi noua spondendo intulit: que beatus Job semper credendo stabiliter tenuit. Capitulum.xxxiij.

D

H Abent profecto hoc ꝓpria oēs arrogātes/vt et malū mētiētes exaggerēt: et si qđ forsitā bonū dicūt/hoc velut incognitū proferant. Unde fit vt etiā doctiores se docere audeāt: qꝛ videlicet se scire talia solos putēt. Cū ꝟo ad aliqua cōsolatiōis verba descēdūt: stati vtilisse se estimāt: ꝛ ꝑ increpatiōis tumide aspiritatē quasi quoddā sibi ingeniū reformāt: vt ꝗ condescēdisse blandientes visi sunt/econtra subito increpatione tumeantur. Unde ꝛ mox Heliu subdidit dicens.

Arrogātiū propriū.

¶ S. Qꝫ qui hominib⁹ placere volūt/crudelitatē iudicant ꝛ irā/quicqđ a doctoribus sancte ecclesie zelo agitur disciplinę: et dum benigni volunt ꝯsideri/nemine censent seueritatis districtione coercendum.

¶ Non te ergo superet ira/vt aliquē opprimas: nec multitudo locoꝝ inclinet te. Depone magnitudinē tuā absqꝫ tribulatione: et oēs robustos fortitudine. Ne protrahas noctē: vt ascendāt populi pro eis. Caue ne declines ad iniquitatē. Hanc eni cepisti sequi post miseriā.] In pleriſqꝫ codicibus donoꝝ: in paucis vero sed antiquiorib⁹ locoꝝ inuenimus. Sed quia expositione nō indiget si dicat: nec multitudo donorū inclinet te: hoc magis exponi placuit: quod cū difficultate aliquātula videt aperiri. Hec autē quāte elationis verba sunt: ipse ꝗ ea formauit tumor ostēdit. Sed qꝛ Heliu arrogantiū/ꝛ beatū Job tenere typū dixim⁹ electorū: si ea subtilius discernim⁹/etiā nūc intra ecclesiā quomodo arrogantib⁹ congruāt demōstramus.

E

Sācti viri aliena opera etiā parua mirant: sua vero etiā magna despiciunt. At cōtra arrogātes aliena etiā magna despiciūt/sua vel que parua sunt admirant: et pleriqꝫ de suis malis bona estimāt: de alienis autē bonis mala sentire nō cessant. Nam dū propriā gloriā querūt: preciose studeat vt quicqđ virtutis ab aliis agit/intētatio nota lacere: et bone pōdus actionis vertit in maculā criminis. Sepe enim cū vidēt ab ecclesia districte prauos corrigi: quasi querunt iniuste nocētes affligi: et vltoriā disciplinę eius cōmutant appellatiōe nequitię. Unde Heliu figurā arrogantiū seruās/beatū Job quasi admonēs ait. Nō te ergo superet ira/vt aliquē opprimas. Capitulū.xxxiiij.

A Rrogantes enim tre morum deputāt: quicqđ a sanctis gerit censura disciplinę. Et quia humane laudis appetitu benigni studēt semper apparere: nullos censent districtione seueritatis corrigēdos. Unde ꝛ a bonis rectorib⁹ (sicut superius dictū est) opprimi estimant: quos inuitos cernūt a vitijs coercerī. Auctore autē dño/qꝛ in cūctis mundi partib⁹ sancta ecclesia culmine religionis excreuit: hanc ipsam temporalē potentiā qua quidē bene vtit/obtrectādo in vitium elationis inflectunt. Unde Heliu subiungit dicens.

¶ S. Qꝫ veneratio sanctis viris impēsa nō debeat illos in aliquam extollentiam eleuare.

¶ Nec multitudo locoꝝ inclinet te.] Ac si eidē sancte ecclesie humilitatē magis inter ꝓspera cōseruanti arrogātium voce dicat: Quia vbiqꝫ fidei reuerētia coleris: caue ne eiusdem reuerētie fastibus extollaris. Quosdā quippe

F

conspiciūt qui sub religionis obtentu/vitio elationis intumescunt: ꝛ quod in quibusdā iure reprehendūt/hoc iniuste ad crimen omniū ꝑtrahunt: nequaqꝫ videlicet ꝑpendentes ꝙ sint in ea qui ꝛ despiciētes nouerint ꝑfecte tēporalia regere: et amantes eterna plenis desiderijs expectare: dispensationem potestatis accepte peragere: ꝛ humilitatis insite ministeriū custodire/vt nec humilitatis causa curas suscepti regiminis negligāt: nec rursum occasione regiminis in eis humilitas intumescat. Et si quidam fortasse intra ipsam sunt: qui non dei/sed sue glorie sub religionis pretextu deseruiūt: studet tamen eos aut (si valet) districte corrigere/aut (si nō valet) equanimiter tolerare: ꝛ vel corrigendo illos quasi filios amplectitur: vel tolerando quasi ab hostibus exercetur. Scit nāqꝫ ꝙ per eorū superbiā laceretur vita iustorū: scit ꝙ in eius crimē extēditur quicquid taliū prauitate peccatur: sed notam alieni criminis sustinere tanto minus metuit/quāto ꝛ caput suum talia tolerasse cognoscit. De illo quippe scriptū est: Et cū iniquis deputatus est. De illo rursum dicitur.

Mar.xv. Esaie.liij.

Languores nostros ipse tulit: ꝛ dolores nostros ipse portauit. Eant ergo arrogantes/ꝛ estimatione prauorum vitam mordeant innocentū. Scit enim electorum ecclesia/ꝛ illorum facta/ꝛ borū verba tolerare: scit prauorū mentes tolerādo conuertere. Qui etsi conuerti nequiuerint: eorū

G

tamen ignominiā equanimiter suffert. Perpēdit quippe quia ad duplex eius premiū proficit: q ex eorū meritis foris despicitur/quorū z intus vita laceratur. Notandū vero q nō ait: Nec multitudo locorū extollat te sed ait/ Nec multitudo locorum inclinet te. Omnis enim qui tēporaliter extollitur:eo ipso quo extollitur inclinatur:quia cum se exteri⁹ erigit/intus cadit. Recta itaq3 casum cordis in elatione intuens/ait. Nec multitudo locorū inclinet te. Ac si voce arrogantium sancte ecclesie diceret: Caue ne si vniuersitatis veneratione extolleris: ab interna intentione corrueris. Sequitur.

¶ S. Qz arrogantes se solos sapiētes et dignos honore estimāt: eos vero qui pro patrib⁹ in ecclesia doctores positi sunt/illudunt/z quasi idiotas estimant.

¶ Depone magnitudinē tuam absq3 tribulatione: z oēs robustos fortitudine.] Quos alios sancte ecclesie robustos accipimus:nisi eos qui ad vincenda mūdi hui⁹ desideria z ceptis sublimib⁹ z cōsummatis profectib⁹ cōualescūt? Magnitudo itaq3 ei⁹ in robustoꝝ suorū vita consistit:qz tunc gloriosior reddit/cū pro defensione veritatis ad mortē vsq3 ab electis illius cōstāti virtute certat. Arrogantes igit viri subductis de hoc mūdo aplis/subductis ad supna martyribus:qz fortasse doctores valentiores q3 prepositos abunde deesse conspiciūt: quasi solos se remāsisse intra ecclesiā suspicant. Unde dū se preferunt:et velut consulētes illudūt/dicētes. Depone magnitudinē tuā absq3 tribulatione:et oēs robustos fortitudine. Ac si

H

apertis exprobrationib⁹ dicāt. Nequaq3 te magnitudinē habere confidas:qz subductis prioub⁹ patrib⁹/iam nō habes de quorū vita glorieris. Dicunt hec profecto nescientes qz oīpotens deus ecclesiā suā digna sine administratione nō deserit. Nam cū fortes ad premiū vocat:eorū vice debiles ad certamina roborat. cum illos suscipiēdo remunerat: istis laborum vires quas remuneret subministrat. De quibus eidē sancte ecclesie dicit: Pro patribus

Ps. xliiij.

tuis nati sūt tibi filij:cōstitues eos principes sup omnem terrā. In virtute quippe antiquorū patrū hi qui postmodū preciati sunt subrogant: quia z cum annosa arbusta succidūtur:in eoꝝ robur tenera virgulta succrescūt. Sed arrogantes viri conualescere non credunt/quos infirmos aliquando nouerant: z permutatos venerari despiciunt/ quos despicabiles fuisse meminerūt. Capitm.xxv.

Q Uia vero in ea iustiores paucos:iniquos autē numerosiores aspiciunt:sicut et in tritura frugum maior est multitudo palearū: eā iustorum vitā ex iniquoꝝ estimatione contemnunt. Uident profecto q nonnulli rectores illi⁹ tēporali potestate subnixi/ eiusdē potestatis elatione pascūtur. Uidēt q religionis reuerentiam quā huic mundo patres moriendo seruauerunt:hi exultādo in terrenis gaudijs metiūt:et ppendunt quidē qz robusti sunt/sed non fortitudine. Nā dum tēporali potestate fulciunt:quasi quadā debilitate roborātur. Quāto enī exteri⁹ fortes sunt: tāto a cūctis fortitudinis

I

virib⁹ intus inanescūt. Et idcirco ab arrogātib⁹ ei dicit: Depone robustos fortitudine. Ac si aperte dicat: Illi tibi veraciter robusti inhęserāt/qui i te hoc qđ docēdo locuti sunt/viuēdo tenuerūt: nūc vero hi qui tibi presidēt/ visione robusti sūt/nō fortitudine: qz honorabiles quidē se ostentare non desinūt:sed tanto imbecilliores et contēptibiliores sunt/quāto honoris sui gloriā despici p veritate ptimescūt. Qđ arrogantes q̄dē de plerisq3 veraciter sentiunt: sed eo in elationis vitiū corruūt/quo oēs quos preesse cōspiciunt/tales arbitrant. Neq3 enī debet plurimorū malum lēdere i estimatione cunctoꝝ:qz etsi iniqui sunt quos cognoscentes diiudicant/nōnulli tamē sancti sunt quos ignorāt. Triture quippe tempus est:et adhuc grana sub paleis latent. Nullus ergo ex area fruct⁹ expectabitur:si hoc solū in ea esse credit qđ superficietenus videtur. Igit qz quos cernunt despiciūt:z in antiquoꝝ patrū ordinibus hos quos norūt subrogari contēnūt: apte subiungit. [Ne protrahas noctē/vt ascendāt populi pro eis.] Ac si aperte arrogantes dicāt. Ignorātie tue obscuritate nō agas:vt in loco fortiū numerositatem subroges infirmorū. Populi quippe noīe designātur:qui quasi vulgari consuetudini dediti/in cunctis que appetūt passim viuunt. Noctē vero protrahere est vt pro robustis populi ascendāt:si per negligētiam agitur/vt doctoꝝ et fortiū locis indocti ac debiles formantur. Populi pro robustis

ascendūt:quādo hi qui viuere inique didicerūt/pastorū

K

locū percipiunt. Qđ recte quidē dici poterat/si humiliter diceret. Arrogantes enim etiā cū bona admonent:superstitionis sue vitiū exercent. Nā plus/sicut z superi⁹ dictū est/increpādo ferire appetūt/q̄ cōsolādo refouere. Unde mox subiūgitur. [Ne declines ad iniquitatem. hanc enim cepisti sequi post miseriam.] Hoc profecto arrogantes ecclesie miseriā vocant:q despectam deo ei⁹ multitudinem suspiciūt:z eo illā altiori elatione contēnūt/quo z despectā deo funditus suspicant. Hic igit figurata expositione trāscursis:iā nunc inferēda sunt que moraliter sentiūtur: vt figura ecclesie cognita: quā expressam generaliter credim⁹:audiam⁹ etiā quid ex his verbis in singulis specialiter colligamus. Ait itaq3. Capitm.xxvj.

N On te ergo superet ira/ vt aliquē opprimas.] Omnis per quē necesse est aliena vitia corrigi: semetipsum pri⁹ debet solerter intueri: ne dū aliorū culpas vlciscit/ipse vlciscēdi furore superet. Plerūq3 enim mētē sub obtētu iustitie/ire immanitas vastat: et dū quasi seuit zelo rectitudinis:rabiem explet furoris: iustesq3 se facere estimat/quicqđ ira nequiter dictat. Unde z modū sepe vlciscendi trāsgreditur:quia mensura iustitie non frenatur. Dignū quippe est vt cum aliena corrigimus/prius nostra metiamur: vt prius mēs a sua accensione deferueat/prius intra semetipsam zeli sui impetum tranquilla equitate cōponat:ne si ad aliena vitia aduertenda abrupto furore trahimur/peccatum corrigēdo peccem⁹:

L

et qui culpā diiudicādo insequimur/immoderate feriendo seuiamus. Nō autē iam correctio delinquētis/sed magis oppressio sequit/si in vltione ira vltra q̄ culpa meretur extēditur. In correptione quippe vitioꝝ subesse mēti debet iracūdia/nō preesse:vt executionem iustitie nō dominādo preueniat/sed famulādo subsequat:z notū iudiciū possessa impleat/nō possidēs preurrat. Bene itaq3 dicit:

Quid seruādum sit i correctio ne vitioꝝ.

Nō te ergo superet ira/vt aliquē opprimas: qz videlicet si is qui corrigere nititur/ira superatur/opprimit anteq3 corrigat. Nam dum plusq3 debet accenditur: sub iuste vltionis obtentu/ad immanitatē crudelitatis effrenat. Qđ plerūq3 idcirco euenit:quia corda rectorum minus amori sunt solius creatoris intenta. Nā dum multa in hac vita appetunt: innumeris cogitationibus dispergunturiet cū subito subditorū culpas repertūt/digne cum deo eas iudicare nequeunt: quia corda sua in curis transitorijs sparsa/ad discretiōis culmē colligere repēte nō possunt. Cōmoti ergo tanto minus ad vlciscenda peccata libram equitatis inueniunt: quāto eam tranquillitatis sue tempore nō requirūt. Unde cū Helin diceret: Nō te superet ira/vt aliquē opprimas:quatenus easdem causas iniustitie z ire superātis exprimeret:illico adiunxit. Nec multitudo locorū inclinet te. In tot quippe locis inclinamur: in quot superuacuis curis extēdimur. Nā sicut locus est corporis spatiū corporale:ita loc⁹ est mētis vnaqueq3 intētio cogitatiōis. Que dū huc illucq3 impellit:si delectatione aliqua cogitatiōis sue libēter occupatur/velut in quodā loco ponitur et quiescat. Nā quotiēs victi tedio

Loc⁹ mentis.

M

a cogitatione in cogitationem ducimur:quasi fessa mente de loco ad locū migramus. Tot itaq3 loca culmen mētis inclināt:quot subortę cogitationes vnitatē bone intētionis dissipant. Recta etenim mens staret/si vni cui debuerat cogitationi semper inhereret. Recta mens staret: si non se innumeris motibus fluxa mutabilitate prosterneret. Sed dū nunc ista pertractat:nunc ad alia labitur/ quasi per locorū multitudinem/a statu sue rectitudinis inclinatur:et dum per plura se tendit/ab vna cui adherere debuit intentione se deijcit. Qui tamen mutabilitatis vilus ex prime preuaricationis vitio/iam quasi in naturā venit. Nam cum stare animus in semetipso nititur:a semetipso aliquo modo etiam nesciendo defluxit. Humana nāq3 anima ab vnaquaq3 re cui intēdit/fastidio impellente remouetur. Sed dum inhianter cogitāda appetit/ z repente cogitata fastidit/docet q aliūde pendet/q quolibet posita non requiescit. Ad illū quippe suspensa est a quo formata. Et quia ad deum solum appetēdum facta est:omne autem quod infra appetit minus est/iure ei non sufficit qđ deus non est. Hinc est q huc illucq3 spargitur: et ab vnaquaq3 re(vt dixim⁹)fastidio impellente remouet. Delectatiōis videlicet auida/querit quo pauset: vnū vero quē sufficiēter habere poterat/amisit. Unde nunc per

Causa instabilitatis mentis.

Origo mutabilitatis.

Cur ala remoueat a re cui intendit.

B

multa ducitur: vt quia qualitate rerum nō potest / saltem varietate satietur. Capitulum. xxxvij.

Cautela sanctorū virorū.

SAncti autē viri quia cauta se obseruatione custodiūt / ne ab intentione sua mutabiliter dissoluantur: et quia idē esse appetunt / ad cogitationem qua deū diligūt / se solerter astringūt: (In contēplatione nāq; creatoris hoc accepturi sunt / vt vna semp mētis stabilitate perfruant.) nulla eos tūc mutabilitas dissipat: quia scilz eoꝝ cogitatio sibimetipsi semp indissimilis perseuerat. Hoc ergo cū labore nunc conātes imitant: qd post in munere gaudētes accipiūt. Cui se ꝓpheta immutabilitati virtute amoris astrinxerat / cū dicebat. Unam

Ps. xxvi.

petij a dn̄o / hanc requirā: vt inhabitē in domo dn̄i. Huic

Phil. iij.

Paulus vnitati intētione adheserat / dicens. Unū autē que retro sunt oblit⁹: ad ea q̄ ante sūt extētus / sequor ad palmā superne vocationis Christi. Nam si quid in eorū corde humanit⁹ diffluit: mox hoc discussio seuera restringit: et cū quasi pueriliter cogitatio labitur / iuuenili mox coertione refrenatur. Unde fit vt sparsam mētem continuo colligant: et in vna quātum preualēt cogitatione cōponant. Quia igitur status mentis cogitationū mutabilitate curuatur: recte ad Heliu dicit: Nec multitudo locorum inclinet te. Sed sepe dum viri iusti anim⁹ in ipsa intētionis sue arce cōsistit: dū ab omni mutabilitatis se sparsione colligit: dum quicqd in se superflue oboriē premit: ipsa sue rectitudinis gloria tangitur: et in tumore propue presumptionis eleuatur. Qui eni magna agit: quis de se

B

Qui magna agit scit magna esse q̄ agit. Ex ipsa sciētia elationis adit⁹ panditur.

humilia sentiat: scit tamen magna esse que agit. Nā si magna esse nescit / ea proculdubio minime custodit. Que dū custodire negligit: aut in eis minus proficit / aut ea funditus amittit. Dū ergo bona nostra opera scire necesse est vt custodiamus: ex ipsa eoꝝ sciētia elationis aditus panditur: et ad operantis cor culpe manus admittit / qua vastāte rapiantur. Mira autem dispensatione agit / vt cōditor noster subleuatū prosperis animū subita concuti temptatione permittat: quatenus semetipsum in infirmitate verius videat: et ab eo quē de virtutibus sumpserat / iam se ipso melior elationis fastu descendat. Unde et bene nunc subditur. [Depone magnitudinē tuam absq; tribulatione: et omnes robustos fortitudine.] Robusti quippe sunt motus cordis / cū nullos nisi q̄ virtutis sunt sentiunt. Sed magnitudinē et robustos motus deponimus: quādo pulsante vitio cogimur pensare quid sumus. Robustos motus deponimus: quādo iam nō de virtute attollimur: sed in culpa cōsentiendo / obruti de ipsa quā patimur infirmitate formidamus. Multū nāq; de se animus cōfidit: quādo sibi ad votū vires suppetere conspicit. Iam sibi fiduciam sanctitatis arrogat: iam se idoneū etiam ad cuncta virtutū culmina que sola cogitatione conceperit putat. Sed cum hunc tentatio subito oborta transuerberat: eas que nate de virtutibus fuerant / elatas cogitationes funditus turbat. Quasi securā quippe vrbē inopinat⁹ hostis ingredit: et repentino gladio superborū ciuiū colla feriun-

C

tur. Nihil ergo tūc nisi cōtinu⁹ luct⁹ agit: dū capta vrbs animi / a magnatoꝝ suoꝝ gloria cede interueniēte vacuatur. Unde nunc dicit. Depone magnitudinē tuā absq; tribulatione: et omnes robustos fortitudine. Ac si aperte diceret. Omne qd intrisecus de bona actione intumueras / reprime: et cordis mot⁹ quos ex recto opere robustos habueras depone: quia iam in ipsa aduersitatis tentatione consideras / q̄ frustra prius de te magna elatus estimabas. Que videlicet magnitudo idcirco absq; tribulatiōe deponenda dicitur: quia nimirum cum per tentationem

Prospera aduersitas.

humilitas proficit: prospera est ipsa aduersitas que mentem ab elatione custodit. Capitulum. xxxviij.

SEd tamē sine magna tribulatione non agitur / cū trāquilla mens irruēte tētatione quasi repētino hoste turbat. Ipsa nāq; tētationis aduersitas dum se menti inserit / quasdā in illa tenebras gignit: eāq; obscuritate sue amaritudinis turbat: q̄ apud se dudum virtutum dulcedine irradiante claruerat. Unde et apte subiungit: [Ne protrahas noctem / vt ascendant populi pro eis.] Nox quippe protrahit / cum suborta de tentatione tristitie consolatione concita non finit. Nox protrahitur: quia meror animi confusis cogitationibus elongatur. Nam dum mens posita in tētatione considerat q̄ a virtutis sue pristina soliditate repellit: superductis meroribus quasi quibusdam tenebris cecatur: atq; ab omni luce gaudij eius oculus clauditur: dū sollicita trepidat / ne hoc qd esse dudum ceperat / funditus amittat. Unde et

D

bene dicitur q̄ in hac nocte pro robustis populi ascēdūt: quia videlicet in hoc merore tētationis pro robustis motibus indigne cogitationes et multiplices in corde prosiliunt. Nam dum se in perturbatione cōspicit iā pene amisisse qd fuerat / fluct⁹ in se innumeros tumultusq; coaceruat: modo tranquillitatē suam quia perdidit dolet: modo ne vsq; ad praua opera corruat pertimescit: modo in quo culmine steterat meminit: modo in quo vitiorū profundo per delectationē iaceat attendit: modo ad resumēdas vires se reparat: modo se eas posse resumere quasi victus iam fractusq; desperat. Cum ergo ad supradictam mentem tam multiplices cogitationes prodeunt: hanc quasi in nocte populi consurgentes premūt. Quos nimirum populos nō per se / sed ꝑ diuine ꝓtectionis auxiliū

Ps. cxliij.

propheta subigere se posse ꝓsumpserat / cū dicebat. Protector meus / et in ipso speraui: subijciēs populos sub me.

Quō sanctis mentibus popli subigunt.

Sanctis quippe mentib⁹ populi subiguntur: cū ab eis ꝑ districte seueritatis ꝓsentiā / cogitatiōes stulte dissiliūt: vt non per abrupta phantasmatū rapiāt: sed rationi subdite / a corde humiliter conquiescant. Quis ergo positus in tentatione animus qui de se in prosperis maiora presumebat: tumultus spei desperationisq; tolerat: recte nunc dicit. Ne protrahas noctē / vt ascendant populi pro eis. Ac si aperte diceret. In tētatione deprehensus citius tenebras meroris incide: ne q̄ in tranquillitate de te alta senseras / in perturbatione quoq; deteri⁹ cogitationū te caligine cōfundas. Qd recte Heliu diceret: si tamen cui di-

E

ceret / sciret. Nā hec beato Job tanto minus congruūt / quanto ab illo omnia altius sciuntur. Quia vero (vt sepe dixim⁹) arrogantes dum presumunt docere quos nō debent: vsq; ad contumeliose increpationum verba dilabuntur: subditur.

¶ S. De iniquitatē post miseriam sequitur: qui post correptionem / vitium incurrit impatientie: et de modo corrigendi arrogantium.

¶ Caue ne declines ad iniquitatem: hanc eni cepisti sequi post miseriā.] Iniquitatē post miseriā sequit, q̄ post

Quid sicq̄tarē seq̄ post miseriam.

mala q̄ pro correctione sustinet / feruenti corde impatientie se facibus inflāmat. Quod beatū Job ꝑpetrasse heliu credidit: qui eum inter flagella positū / liberis effari vocibus audiuit: videlicet nesciens q̄ id qd dixit / nō hoc de iniquitate impatientie / sed de virtute veritatis protulit: quia ab interni iudicis sententia nec cum se iustificaret errauit. Capitulum. xxxix.

SEd considerādum valde est quomodo cū diceret ne declines ad iniquitatē: de eadē iniquitate protinus subdidit. Hāc enim cepisti sequi post

Questio.

miseriā. Quid est hoc / q̄ dū ad eā declinare vetat: de ea protinus quasi ad quā declinatū iam fuerit dānat: nisi q̄ arrogantes viri plus videri iudices q̄ consolatores vo-

R

Rñsio cōtra arrogantes.

lunt? Unde et nōnunq̄ ea districtis sententijs feriūt: que nata in corde suspicantur: et priusq̄ certe sit culpa delinquētiū / profert inuectio districta verboꝝ: et ante ꝑ sententiā percutit / q̄ prodeat qd feriat. Multis et iusti viri plerūq; prauis et occultis cogitationib⁹ arguendo obuiant:

F

sed cū per easdē cogitationes aliqua q̄ peccant opera demonstrant: plerūq; ab auditoꝝ suoꝝ cordib⁹ ea vitia que necdū ꝓlata sunt / manu correctionis eradicant: sed iam illa subseq̄ conspiciūt ex alijs q̄ procedūt. Sicut eni corporales medici quasdā egritudines iā venisse inueniunt: quasdam vero ne veniant medentur: ita doctores sancti aliq̄n inuenta vulnera saluti restituūt: aliq̄n vero agunt in mētib⁹ ne vulnerent. In qb⁹ hoc solerter inuendū est: q̄ sicut certa plerūq; cū asperitate redarguunt: ita incertis vitijs et cum tranquillitate contradicūt: certa ferientes increpāt: incerta ꝓmuniētes deuitāt. Quā q̄ arrogātes

Cōtra arrogantes.

viri discretionis regulā nesciūt / sententias suas iaculis sicut nota / sic incognita: sicut certa / sic etiā incerta configunt. Unde nūc ab heliu dr̄: Caue ne declines ad iniquitatē: hāc enim cepisti sequi post miseriā. Quia vero ea q̄ subnexa sunt / longiori allegatiōe ꝓtrahunt: istū libellum hoc fine cōstringim⁹ / ne immoderatius extendamus.

¶ Explicit Liber. xxvj. Moraliū sancti Gregorij.

¶ Sequitur Liber moralium Sancti Gregorij pape. xxvij. in expositionē libri beati Job.

G

Quisquis de magnis dictis arrogātiū sumere scientiā nitit̄: puidere solerter debet / ne hoc qd eorū scientia altū tumet / imitet̄: ne cū virtutū flore / morū vitia colligat: et eo q̄ loquēdi notitiā assequitur / viuendi se imperitia transfigat. Hos nāq̧ cum fortia dicere audim⁹ / sed tū de dictis fortib⁹ tumere conspicimus: quasi doctrine hortū ingressi / de spinis rosas stringimus. Discreta ergo nobis sollicitudine opus est et carpere qd redolet / ⁊ cauere qd pūgit: ne si fortasse improuide dictorum flos legitur / incaute legētis manus morum spina laceretur. Heliu itaq̧ doctus ⁊ arrogans: profert aliquando quod redoleat / aliquādo quod pungat. Sic igitur sumendum est de eius doctrina quod fragrat: vt tamen sollicite cauendū sit de elatione qd vulnerat. Qui multa quidem superius moraliter intulit / sed in verbis sequentib⁹ ad sola se prophetie arcana sustulit. Ima enim iam moralitatis deserit / ⁊ ad prophetie summa conscendit.

℄ S. Qz multi prophetie spiritum accipiunt: sed tamen ad sanctitatis meritum non attingunt.

H — j.Reg.x. — Nū.xxij.

℄ Nec mirandū q̄ vir arrogās impleri ꝓphetico spiritu potuit / cū saul etiā in numero ꝓphetaꝝ fuit. Sed hoc de saule cur dicimus / cū ex visione angeli accepisse verba rationabilia et asinam nouerim⁹? Sed sicut irrationale animal rationis verba edidit: nec tū ad permutationem nature rōnalis accessit: ita sepe quilibet indign⁹ sancta verba p prophetie spm̄ accipit: sed tamē ad promerendā sanctitatis gloriā non pertingit: vt ⁊ supra se loquendo emineat / et infra se viuēdo torpescat. Uñ nūc heliu redēptoris nostri aduentū humilē non humilis conspicit: et eum ꝓphetando predicat / quē elatis moribus impugnat / dicens. Ecce de⁹ excelsus in fortitudine sua: ⁊ nullus ei similis in legislatoribus. Ac si aperte dicat. Qui humilis videbitur in infirmitate / excelsus manet in fortitudine.

ij.Cor.xiij.b.

Paulo hoc etiam attestāte / qui ait. Quia et si crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex ṽtute dei. De quo recte subiungit. Null⁹ ei similis i legislatorib⁹. Legislator moyses / legislator Josue / legislatores etiam ꝓphete. legislatores cūctos dicere possumus / qs ex lege admonuisse recta populū scimus. Sed huic mediatori in legislatorib⁹ similis nullus est: quia isti gratuito vocati ex peccatis ad innocentiā redeunt: et ab his q̄ intra semetipsos experti sunt / predicando alios reducūt. Redemptor autē noster homo sine peccato est / fili⁹ sine adoptione. nec perpetrauit vnq̄ qd redarguit: ⁊ sic mūdo ex humanitate loquit / vt tamē eidem mundo ante secula ex diuinitate dominet. Hūc mediatorem dei ⁊ hoim quidā legislatoribus similē fuisse crediderūt. Nā requirēti quē dicunt homines esse filiū hois: respōderunt discipuli dicētes. Alij Joannem baptistā: alij Heliam: alij Hieremiā / aut vnū ex ꝓphetis.

Mat.xvj. — J

Sed nimirū Petr⁹ q̄ excelsus i fortitudine esset / apuit: cū eum veraciter intuens / a legislatorū equalitate discreuit / dicēs: Tu es Christ⁹ fili⁹ dei viui. Unde recte de illo sponsa in canticis canticorū dicit: In lectulo meo per noctes q̄siui quē diligit aīa mea: q̄siui illū / ⁊ non inueni. Et paulopost. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. De quib⁹ rursum dicit. Uulnerauerunt me: tulerunt pallium meū. Quos iterū percūctatur dicens: Num quē diligit anima mea vidistis? Paululū cum pertransissem eos / inueni quē diligit anima mea. Dilectus nāq̧ per noctes in lectulo querit: quia intra secreta cordis cubilia in tribulatione spūs desideraē. Quē tamen querens sponsa non inuenit: quia electa queq̧ anima iam quidē amoris eius facib⁹ flagrat: sed adhuc quesiti negatur species / vt mentis desiderium crescat: ⁊ quasi in siti aqua subtrahit / vt eiusdem sitis eius augeat: ⁊ quo hanc diutius sitiens desiderat / eo quandoq̧ cū inuenerit / auidi⁹ sumat. Sed hanc querētem vigiles inueniunt / eāq̧ vulnerant / et eius palliū tollūt: quia vnāquāq̧ animā redemptoris sui iam speciem requirentē: cū sollicti doctores inueniunt / hanc per pdicationis verbū celestis amoris spiculis vulnerāt: et si qd ei adhuc de vetusta cōuersatione tegmē inest / subtrahūt: vt quo ceuta ab hui⁹ mundi onere redditur / eo is qui querit / ab illa citius inueniatur. Bene autem subdit: Paululū cū ptransissem eos / inueni quē diligit aīa mea: qz visionis eius mēs auida / nisi ꝓphetarū estimationem nisi patriarcharū celsitudinē / nisi cunctorū hominū mensuram trāscenderet / cum qui est sup hoies non inueniret.

Canti.iij.

K

Transire ergo est vigiles / etiam eos quos miraē anima / in eius cōparatione postponere. Et tunc is qui querebaē cernit / si homo quidem / sed tamen extra mensuras hoim credaē. Unde bene nūc dicit. Nullus ei similis in legislatorib⁹. Sed is videlz per infirmitatē carnis / nostris obtutibus apparēs / dū alios reprobat / alios vocat: mira iudicia exhibuit / que a nobis ⁊ cogitari possint / ⁊ cōprehendi non possint. Ait nāq̧. In iudiciū ego in hūc mundū veni: vt qui nō vident / videant: ⁊ qui vident / ceci fiant. Et rursum: Cōfiteor tibi dn̄e pater celi ⁊ terre: qz abscōdisti hec a sapientibus et prudētibus / ⁊ reuelasti ea paruulis. In quib⁹ nimirū iudicijs iudea repellitur: gentilitas aggregatur. Qd videlicet factū mirari possum⁹ / sed pscrutari nullatenus valem⁹. Unde et bene nunc ab Heliu subdit: Quis poterit scrutari vias eius: aut qs audet ei dicere: operar⁹ es iniquitatē? Ac si dicat. Cui⁹ pscrutari actio nō potest / quo pacto rephēdi potest? Nemo eni bene iudicat qd ignorat. Tāto ergo debemus sub eius iudicijs silendo requiescere / quanto et rationem iudiciorum illi⁹ nos cernimus non videre. Unde ⁊ bene subditur.

Joan.ix. — Matth.xj.

℄ S. Qz nostre scientie mensurā Christi opera excedāt.

Capitulum.ix.

L

Memento q̄ ignoras opus eius de quo cecinerunt viri. In scriptura sacra aliquando viri angeli: aliquādo autē perfecte vite homines memorantur. Nā quia aliquādo vir angel⁹ dicit: Daniel propheta testatur / dicens. Ecce vir Gabriel. Rursum q̄ virorū nomine perfecte vite hoies exprimunt: in prouerbijs sapientia loquiē / dicens: O viri / ad vos clamito. De domino igiē viri canunt / cum eius nobis potentiā vel superni spirit⁹ / vel perfecti quiq̧ doctores innotescūt. Sed tamē opus ei⁹ ignoraē: quia nimirū iudicia illi⁹ ipsi etiā qui hūc predicāt / impenetrata venerant. Et sciunt ergo quē predicāt / ⁊ tamē eius opera ignorāt: quia cognoscūt per gratiā eū a quo facti sunt: sed eius iudicia comprehēdere nequeūt / que ab illo etiā super ipsos fiunt. Qz enim omnipotēs deus perspicue in sua actione nō cerniē / psalmista testaē / dicens: Qui posuit tenebras latibulū suum. Et rursum. Judicia tua abyssus multa. Atq̧ iterū: Abyssus sicut palliū amict⁹ eius. Unde bene etiā p Salomonem dicit. Sicut ignoras que sit via spūs / et qua ratione compingant ossa in ventre pregnātis: sic nescis opa dei: q̄ fabricator est oim. Ut enim vnu m e multis loquar / duo ad hanc lucem paruuli veniūt: sed vni datur vt ad redēptionem p baptisma redeat: alter ante subtrahiē q̄ hunc regeneratis vnda pfundat. Et sepe fideliū filius sine fide rapiē: sepe infideliū concesso fidei sacramēto renouatur. Sed fortasse aliquis dicat / q̄ hunc deus acturum praue etiam post baptisma nouerat: ⁊ idcirco cum ad baptismatis gratiam nō perducat. Qd si ita est / peccata quotidiā procul dubio prius q̄ sint perpetrata puniuntur. Et quis ista recte sentiēs dixerit: quia omnipotēs deus alios perpetratis facinoribus liberat: ⁊ hec in alijs etiam non perpetrata condēnat? Occulta itaq̧ sunt eius iudicia: ⁊ quāta obscuritate nequeunt conspici / tanta debent humilitate venerari. Dicat ergo. Memēto q̄ ignoras opus ei⁹ / de quo cecinerunt viri. Ac si aperte diceret. De quo fortes quiq̧ locuti sunt / eius opera tue mētis oculis abscondūtur: qz mēsuram tue notitie eoipso quo humanitate circūscriberis / transeunt. Sequitur.

Dan.vj. — Prouer.viij. — Judicia dei icōprehensibilia sunt. — Ps.xvij. — Ps.xxxv. — Eccle.xj. — Exemplū — Responsio quorūdā. — Cōfutatio — M

℄ S. Qz deū quidem esse scimus: qd maius est: ⁊ eius iudicia ignoramus / quod minus est.

℄ Oēs hoies vidēt eum: ⁊ vnusquisq̧ intuetur procul. Ois homo eoipso quo rationalis est condit⁹ / debet ex ratiōe colligere eū q̄ se cōdidit deū esse. Quē nimirū iā videre / est dn̄ationem illi⁹ ratiocinādo cōspicere. Cū vero dictum sit / Oēs hoies vidēt eū / recte subiungit: Unusq̧sq̧ intueē procul. Procul quippe eū intueri est / nō iam illū per speciē cernere: sed adhuc ex sola operū suoꝝ admiratione pēsare. Procul illū hic etiā electi cōspiciūt: qi nec dū claritatē illius per ꝯtemplatione visionis apphēdūt. Cui etsi iam per amorem iuncta sunt; adhuc tamen ab illo terrene inhabitationis pondere disiunguntur: ⁊ quia et bene viuēdo inhereant / a contēplationis ei⁹ specie longe

B se esse suspirant. Quē nimirū reprobi etiā cū ad iudiciū venientē viderint / procul intuent: q̄ nō eū in diuinitatis forma / sed in sola qua ⁊ cōprehēdi potuit humanitate cōspiciūt: q̄ videlicet eorū oculos reducta tūc ad memoriā sua male gesta reuerberāt: ⁊ dū ei⁹ humanitatē vidēt / cui⁹ diuinitatis claritatē nō vidēt / miro modo ab eius visione quē cōspiciunt / longe fiunt. Capitulum. iij.

Sed cū dicitur: Memēto q̄ ignores opus eius ac deinde subiūgitur: Omnes hoīes vident eū (quem (sicut diximus) videre / est transcēdentē omnia eius essentiā ex ratione colligere) valde mirandū est q̄ ⁊ ipsum cernim⁹ / ⁊ eius opus ignoramus. Dubij q̄ppe de eius essentia nō sumus: ⁊ tamē in eius iudicijs incerti remanem⁹. Patet nobis qd̄ summū est: abscōditur qd̄ minimū. Minus quippe sunt eius opera q̄ ipse: ⁊ agentē cernimus / sed in actione caligam⁹: quia videlicet cur qd̄ fiat / incertū est: sed quis sit q̄ hec incerta faciat / incertū non est. Dicit ergo: Memento q̄ ignores opus ei⁹ de quo cecinerūt viri. Omnes homines vident eū: vnusquisq̄ intuetur procul: quia eum cuius iudicia minime cōprehendimus / esse per rationem videmus: quē tāto adhuc procul cernimus / quāto ab eius fortitudine nubilo infirmitatis nostre separamur. Sequitur.

¶ S. Ex infirmū Christi ſm carnem fortius est hominibus: nec in hac humana natura aliquis ei vel in patribus vel prophetis possit equari.

B ¶ Ecce deus magnus vincens scientiam nostram.] Superius dixerat: Ecce de⁹ excelsus: nunc iterū dicit / Ecce deus magn⁹. Quid est qd̄ de deo loquēs / ecce dicit / ⁊ ecce repetit: nisi q̄ ecce dicimus de ea re quā in presenti monstramus: ⁊ q̄ deus vbiq̄ presens est / cū de illo ecce dicit: etiam non vidētibus adesse memorat. Bene autem eum vincere scientiam nostram narrat / quē videri ab omnib⁹ dixerat: atq̄ ⁊ sic ex ratione conspicitur / vt magnitudo tamen illius nulla nostri sensus subtilitate penetret. Quicquid nāq̄ de claritate eius magnitudinis scimus / infra ipsum est: ⁊ tanto ab eius scientia longe repellimur / quāto eius potētiā nos comprehēdisse suspicamur. Nā q̄uis in altū mens nostra rapiatur / eius tamen magnitudinis immēsitate trāscendit. Cuius tūc aliquid quasi ex parte cognoscimus / quando eum nos digne cognoscere nō posse sentimus. Sequitur. [Numerus annorū eius inestimabilis.] Dicere vtcūq̄ eternitatē voluit: ⁊ ipsam eternitatis longitudinē annos vocauit. Cū enim breuitatē temporis dilatare volumus / momēta per horas / horas p dies / dies p menses / menses autē p annos extēdimus. Quia ergo p exemplū quiddam dicere voluit: sed quid diceret in suo nō inuenit: ideo annos sine estimatione numeri multiplicauit / dicens. Numerus annorū eius inestimabilis: vt dum ea que apud se sunt prolixa multiplicat / eternitatis longitudinem se metiri non posse infirmitas humana cognoscat. Tende itaq̄ oculum in eternitatē / vt videas

C deū vel quādo est a principio / vel quousq̄: ⁊ nullus finis superior / quia esse non incipit: nullus finis inferior / quia esse nō desinit. Infra ipsum oīa coangustātur: ipse vero circa oīa sine spatio extendit: sine loco dilatat. Ecce cūcta que facta sunt / ca ipsa circūscriptione qua creata sunt / superiori et inferiori fine cingunt. Lege enim sua que ante esse incipiūt / festinant nō esse. Sed quedā mirabiliter acceperūt vt q̄uis eas finis superior inchoat / finis tamē inferior nō cōstringat: ⁊ licet esse incipiāt / esse in ppetuū non desistāt. Horum vero eternitas idcirco summe est eternitati dissimilis: q̄ eterna esse ceperūt. Cū ad extrema prospicimus: horū finē qui oīno deest nō cōprehendimus: eorūtamen initia cernim⁹ / cū mentē retro reuocam⁹: ⁊ dū in eis infra supraq̄ animū ducimus / nō capimus oīno quousq̄ sunt / sed videm⁹ ex quo. Deus autē q̄ q̄si quiddā in eo p eternitatē longū est / qd̄ nec initio oritur / nec fine terminat: nec ex quo in semetipso recipit: nec quousq̄: dicat ergo: Numerus annorū eius inestimabilis. Per hoc ergo q̄ annorum illius numerus dicit: diutinū eius esse ostenditur. Per hoc vero q̄ inestimabilis memorat / hoc ipm esse infinitū ⁊ incōprehensibile demonstrat. Sed quia humanis mētibus innotescat agnouimus / dū oēs homines vident eū: ⁊ q̄ eius magnitudinē admirantes cernimus / dum annorū eius numerus inestimabilis habetur: restat iam vt etiā quid agat audiamus. Sequitur.

¶ S. Ex ablatis pphetis / ⁊ veteris testamenti authorib⁹ / ecclesiastica doctrina multipliciter exponēs qd̄ illi sub breuitate locuti sūt / q̄si ex guttis gurgites fecit. Capitulum. iiij.

D Qui aufert stellas pluuie: ⁊ effundit imbres ad instar gurgitū.] Duo in hac vita sunt genera iustorū. Unū videlicet bene viuētium / sed nulla docētium: aliud vero recte viuentiū / ⁊ eadem recta docentium: sicut ⁊ in celi facie alie stelle prodeūt quas nulle pluuie subsequūtur: alie prodeūt que aridam terram magnis imbribus infundūt. Nā quotiens in sancta ecclesia recte quidā viuūt / sed tamē predicare eandē rectitudinē nesciunt: stelle quidē sunt / sed in siccitate aeris natē: quia per exemplum bene viuēdi lucere ceteris possunt: sed per predicationis verbū pluere nequeūt. Cū vero i ea quidā ⁊ recte viuūt: ⁊ alijs eadem rectitudinē verbis pdicationis infūdūt: quasi ad pferendas pluuias in celū stelle producūtur: q̄ sic vite sue meritis luceāt / vt etiā sermone predicationis pluant. An non in hoc celo astrū pluuie Moyses extitit: qui cū de supernis emicuit / corda peccantium quasi aridē inferius terrā sancte exhortationis pluuia ad vbertatem germinis infudit? An non Esaias astrum pluuie ostēsus est: qui in eo q̄ lucē veritatis preuidēs renuit / siccitatē infideliū prophetando annuncians rigauit? An non Hieremias et prophete ceteri velut in celo positi astra pluuie fuerūt: qui in pdicationis culmine erecti / dū prauitatē peccantiū libere increpare ausi sunt: quasi verborū guttis obcecationis humane puluerē rigando presserunt? Quorū videlicet alias ab hac corruptibili carne susceptas: quia ex presenti vita superna iudicia auferūt / quasi

E a celi facie stelle pluuie subtrahunt: et ad occultū astra redeūt / dū peractis suis cursib⁹ functorū aīe in thesauris dispositionis intime recondūtur. Sed q̄ terra arescere: si subductis stellis pluuie superna funditus fluenta cessarēt: recte dicit. Qui aufert stellas pluuie: et effundit ibres ad instar gurgitum. Nā cum pphetas abstulit / eorū vice dñs apostolos misit: qui i similitudinē gurgitū pluerēt / postq̄ subductis antiq̄s patribus exteriora legis predicamēta tacuissent. Stellas ergo pluuie abscōdit: et ad instar gurgitū imbres fudit: quia dū predicatores legis ad secreta et intima retulit / per dicta sequentiū vberior via predicationis emanauit. Capitulum. v.

Possunt quoq̄ p stellas pluuie / sancti apostoli designari: de quib⁹ iudee reprobate per Hieremiā dicit: Prohibite sunt stelle pluuiarū: ⁊ serotin⁹ imber nō fuit. (Hiere. iij.) Stellas ergo pluuie dñs abstraxit / atq̄ ad instar gurgitū imbres fudit: quia cū de iudea predicantes aplos abstulit / doctrina noue gratie mundum rigauit. Qd̄ vtrūq̄ factū in ecclesia potest nō incōuenienter intelligi: quia cū solutis corporib⁹ ad secretos supnorum sinus apostolorum alas retulit: quasi a celi facie stellas pluuie abscōdit. Sed ablatis stellis pluuie / in morem gurgitū imbres dedit: q̄ etiam reductis ad supna aplis / per expositorū sequētium linguas / diuine fluenta sciētie diu abscōdita largiori effusione patefecit. Nā qd̄ illi sub breuitate locuti sūt / hoc exponēdo isti multipliciter auxerunt.

F Unde ⁊ nō immerito ipsa expositorū predicatio gurgitibus cōparatur: q̄ dum multorum precedētium dicta colligunt: ipsi in eo quod astruūt / profundius dilatātur. Nā dū testimonia testimonijs iungūt / q̄si ex guttis gurgites faciūt. Quorū verbis dū quotidie gētilitas docet: quia peccatorū mens celestem sciētiam accipit: quasi siccā in terra aqua gurgites ostendit. Sed nequaq̄ se eisdem apostolis expositores in scientia preferant: cum exponendo latius loquunt. Meminisse quippe incessanter debēt / per quos eiusdē sciētie inuentiones acceperūt. Unde et apte subiūgitur: [Qui de nubibus fluunt.] Hi quippe de nubib⁹ gurgites fluūt: q̄ si ex sanctis apostolis vis intelligentie non inciperet / nequaq̄ p doctorū ora largior manaret. In scriptura enī sacra aliquādo p nubes mobiles quiq̄ hoīes: aliq̄n pphete: aliq̄n autē apostoli designant. Per nubes quippe mobilitas humane mētis exprimit: sicut Salomon ait: Qui ventum obseruat / non seminat: et qui cōsiderat nubes / nunq̄ metit. (Eccle. xj.) Uentū procul dubio immundū spiritū / nubes sibi subiectos eī hoīes appellat: q̄s totiens huc illucq̄ impellit ⁊ reuocat / quotiens tentationes eius in eorū cordibus suggestionū flatibus alternat. Qui igit ventū obseruat / non seminat: q̄ qui tentationes ventūras metuit / cor ad bona opera nō pponit. Et q̄ considerat nubes / nō metit: q̄ is q̄ ante humane mutabilitatis

[G] terrore trepidat/ mercedis eterne retributione se priuat. Per nubes prophete figurantur: sicut per psalmistã dicitur: [Ps. xvij.] Tenebrosa aqua in nubibus aeris. i. occulta scientia in prophetis. Capitulum .vj.

Per nubes quoq̃ apli designantur: sicut p esaiã dr: [Esaie .v.] Mãdabo nubib⁹/ ne pluãt sup eam imbrẽ. Ipsi igit stelle: quia vite meritis lucẽt: ipsi nubes/ quia arentẽ nostri pectoris terrã celestis intelligẽtie fluẽtis rigãt. Si enĩ nubes nõ essent/ nequaq̃ eos intuẽs propheta dixisset. [Esaie .lx.] Qui sunt isti qui vt nubes volant? Illi itaq̃ gurgites de nubib⁹ fluunt: qz pfunde predicationes sequẽtium/ intelligẽtie origine a sanctis aplis acceperũt. De quib⁹ adhuc nubib⁹ aptẽ subiungitur. Que preterunt cuncta desuper. Nubes cum desup aerẽ pretereunt/ si in celũ oculos attollimus/ nõ celum sed ipsas intuemur: nec visus noster ethereas plagas penetrat: quia ei illas ipsa sua infirmitas occultat: et cũ de celo sol rutilat/ prius interfuso aere pascitur: vt post in celo solis radios contẽplet̃. Quia ergo carnales homines sum⁹/ cũ superna appetere nitimur/ quasi in celũ oculos leuamus: t velut in celũ aciẽ intẽdimus: qz pacis visu rerũ corporaliũ docere spiritualia conamur. Sed qz trãsire intellect⁹ noster ad diuina nõ sinitur/ nisi pri⁹ p sanctorũ precedentiũ exẽpla formet: quasi iam celũ noster ocul⁹ suspicit/ sed nubes videt: quis comprehẽdere ea que dei sunt appetit/ sed vix mirari ea q̃ hominib⁹ collata sunt potest. Unde [H] [Ps. lxxv.] t alias dicit. Illuminans tu mirabiliter a montib⁹ eternis. Qui enim orientẽ solem contẽplari non valet: irradiatos montes aspicit: quia sol ortus sit deprehẽdit. Ex eternis ergo montib⁹ nos deus illuminat: qz p admirãtam vitam patrũ precedentiũ/ radio nos sue claritatis illustrat. Ecce in studio deuotionis diuine t charitatis accẽdimur: sed in hac deuotione atq̃ charitate meli⁹ harũ nubiũ contẽplatione formamur. Quid enĩ deuoti⁹ Petro? quid charius Joanne? [Mat. xiiij.] Ille per deuotionẽ fluida maria dorsa calcare non timuit: [Joan. xiij.] iste per amorẽ in ipso auctoris nostri pectore recubuit: et q̃ ad corporalis cene refectionẽ venerat/ spũale pabulũ de sinu redẽptoris sumpsit. Capitulum .vij.

[Exẽplis patrum iuuamur.] Sed qz signari per nubes etiam prophetas dicimus: necesse est vt adhuc ad mediũ superiorũ patrũ exẽpla deducamus. Ecce cum preceptis celestibus subdi p obedientiam cupimus: considerantes antiquorum patrũ vestigijs iuuamur. Quid enĩ Abraã obediẽtius/ [Gen. xij.] qui ad vnã vocẽ dñicã cognatos ac patriã deseruit: et p adipiscẽda eterna hereditate ipsum ferire nõ trepidat/ quẽ senex iam et pene moriturus acceperat heredẽ? Cũ patientie virtutẽ apprehẽdere conamur: precedentium exẽpla conspicim⁹. [Gen. xxij.] Quid enĩ Isaac patiẽtius/ qui ligna portat: de holocausto interrogat: atq̃ post paululũ ligatur/ et non loquitur: are supponitur/ t non reluctatur? Quid ergo isto viro dici patiẽtius potest: q̃ quasi ad solatiũ ducit ac requirit: ad feriẽdum ligat t conticescit: t oblatus holo[J]caustũ interrogat: offerendus in holocaustũ tacet. Cum accingi ad laboꝝ tolerãtiam nitimur: exẽplis precedẽtiũ informamur. [Gen. xxvij.] Quid enim Jacob laboriosius/ qui apud laban tam longo tẽpore ꝓpinquus iure cognationis/ opera exercuit seruitutis: t vice obscurus est famuli/ vt ꝑfrueret̃ premijs heredis? Cum arcẽ cõtinẽtie t castitatis ascẽdere nitimur: exẽplis precedẽtiũ subleuamur. Quid enĩ Joseph castius. [Gen. xxxix.] qui ad desideriũ petulantie dñe iugo luxurie premi nõ potuit etiã captiuus? Et quidẽ hominib⁹ extitit seruus: sed cõtra dominantẽ nequitiam t in seruitio liber fuit. Cũ mãsuetudine repleri cõcupiscim⁹/ precedẽtium exẽplis adiuuamur. Quid enĩ Moyse mãsuetius: q̃ [Exo. xxxij.] cõmissi sibi populi seditionẽ tolerat: et tamen irascentem dñm ꝓ eisdẽ suis ꝑsecutoribus rogat: seq̃ ꝓ illis diuino furori obijcit: qz in sancto eius pectore etiã ex ꝑsecutione charitas ignescit? Cum contra aduersa mundi firmare mentẽ p constantiã nitimur/ precedentiũ consideratione fulcimur. Quid enĩ Josue cõstantius/ qui ad explorãdã [Josue .x.] gẽtium qualitatẽ missus/ nec proceritatis magnitudinẽ/ nec numerositatis multitudinẽ expauit? Unde et easdẽ gẽtes quas explorando nõ timuit/ etiã preliando prostrauit. Cũ benignitatis culmẽ apprehẽdere conamur: precedentiũ exẽplis instruimur. [Samuel] Quid enĩ Samuele benigni⁹: qui de principatu regẽdi populi deiectus/ successorẽ sibi humiliter requirit: inuentũq̃ vngit in regem: vnctũ morꝝ tolerat persecutorẽ: A quo ne moriatur trepidat: t tamẽ ne ei dñs irascatur rogat. [K] Ipse quippe cũ mitteretur/ ait. Audiet Saul/ t interficiet me. Et ei p semetipsũ veritas dicit. Quousq̃ tu luges Saulẽ/ cũ ego abiecerim eum? Quid ergo isto viro benignius dici potest: qui t hũc non vult diuinit⁹ percuti/ a quo formidat occidi? Cũ ad pietatis atq̃ humilitatis celsitudinẽ tẽdimus/ precedẽtium exẽplis iuuamur. Quid enim Dauid misericordi⁹/ quid [j. Reg. xvj] humilius dici potest/ q̃ a rege reprobo ꝓ victorijs contumelias recipit: qui de manu hostili israeliticam gentẽ fortis eripuit: t tamẽ ipse ne moriat/ quasi debilis fugit? Qui et se electũ diuino iudicio/ t ꝑsecutorẽ suũ reprobũ agnoscit: t tamẽ eidẽ ꝑsecutori suo crebre satisfactionis humilitate se subijcit: qui ꝑsecutoris lanceã tollit/ orã chlamydis detruncat: atq̃ ad cacumẽ montis protin⁹ properat: et vno eodẽq̃ tẽpore quia occidendi potestatẽ habuerat ostentat: et ne occidatur rogat. Quia ergo in cunctis que spiritualiter appetim⁹/ exẽplis precedẽtib⁹ informamur: bene de his nubibus dicit. Que preterunt cũcta desuper. More enĩ nubiũ extensa sup nos patrũ vita tegimur/ vt ad fructũ fecundi germinis infundamur. Et quasi intuẽtes celũ prius nubes aspicimus: quia ante bonorum facta admirãdo cernimus: t post illa q̃ sunt celestia experiẽdo penetram⁹. Sed quia nequaq̃ harũ nubium/ id est antiquorũ patrum vita nobis virtusq̃ pateficeret/ nisi eam nubes alie/ id est sancti apostoli lumine sue predicationis aperirent: ad has nubes que predicando mundum circuiunt/ sermo redeatet quid per illas dñs in mũdo egerit/ ostendat. Sequitur.

[L] ¶ S. Qz diffusis per orbẽ predicatoribus/ mãsio preparata est deo in credẽtium cordibus: t clarescentibus miraculis/ vsq̃ ad terminos mundi nomẽ Christi peruenit.

¶ Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum/ et fulgurare lumine suo desuper: cardines quoq̃ maris operiet. Extendit nubes dominus/ dum ministris suis viam predicationis aperiens: eos in mũdi latitudinẽ circumquaq̃ diffundit. Bene autẽ dictum est: Quasi tẽtorium suum. Tentoriũ quippe in itinere poni solet. Et cũ predicatores sancti in mũdo mittũtur/ iter deo faciunt. Unde scriptũ est: Ecce mitto angelũ meũ ante faciem tuam: qui [Mala. iij.] preparabit viam tuã ante te. Et vnde rursum per psalmistam dicit. [Ps. lxvij.] Iter facite ei qui ascẽdit sup occasum. Et rursum: Deus dũ egredereris coram populo tuo/ dũ trãsgredereris per desertũ/ terra mota est. [Ibidem.] Deus enim qui per semetipsum nõ localiter vbiq̃ est/ per predicatores suos in mũdi partes localiter ambulat. Unde etiã per prophetã dicit: Et inambulabo in eis. Iter quippe p eos agit/ dũ humanis cordibus eoꝝ se eloquiis infundit. Atq̃ in hoc itinere tentoria dei sunt hec eadẽ corda sanctorum: quibus quasi in via quiescẽdo tegit: dũ per hec ad mentes hominum veniẽs agit q̃ disposuit/ t non videt. Capitulum .viij.

Hinc est q̃ simul omnis synagoga tentoriũ vocat/ cũ cessasse a predicatiõe sacerdotes dñs p [M] [Hiere. x.] hieremiã queritur/ dicẽs: Non est qui extendat vltra tẽtoriũ meũ: t erigat pelles meas. Huic rursum de exterminatiõe ei⁹ dicit: [Thren. ij.] Dissipauit quasi hortũ tẽtoriũ suũ: demolit⁹ est tabernaculũ suũ. Quia enĩ in vnius populi cultu tũc dñs inter hostes latuit/ eũdem sibi populũ tẽtoriũ vocauit. Unde t recte nũc nubes iste ei⁹ tentoriũ dicunt: qz ad nos de⁹ p grãm veniẽs/ istoꝝ pdicatorꝝ suorum mentes operit. An Paul⁹ ei⁹ tentoriũ nõ erat/ cũ ab [Act. xiiij.] hierusalẽ per circuitũ vsq̃ ad illyricũ ad corda mortaliũ veniẽs in ei⁹ mẽte dñs quiescebat? Nubes quippe erat hoib⁹/ tentoriũ deo: qz quẽ predicãdo infundebat audiẽtibus/ hunc inuisibiliter in mẽte retinebat. Idẽ rursus dum [Act. xix.] athenis vinctus romã peteret Paul⁹ occupaturus mundum/ latẽs in ei⁹ pectore quasi sub tentorio ibat de⁹: qz t occultus videri nõ poterat: t p verba predicationis ꝑdictus iter incohoate grẽ sine cessatiõe peragebat. Nubes ei⁹ Moyses extitit/ cũ paulisq̃ plebi israeliticos ducatũ prebe[Per totũ Exodũ.]ret/ quadraginta annis in deserto ꝑmanẽs/ et sublimia appetens/ a cõuersatione populi segregat⁹ viuit. Sed tentoriũ dei factus est/ cũ ad reuocandũ populũ in Egyptum missus ibat: portãs inuisibilẽ i corde veritatẽ: cũ ostẽderet de⁹ q̃ patefiebat in opere/ latebat i corde. Et vbiq̃ p̃sens oia cõtinẽs/ iter in suo famulo i egyptũ veniẽs faciebat. Unde scriptũ est: [Exo. xv.] Fuit de⁹ in egyptũ vt redimeret sibi populũ. Ecce ire dr p eu⁹ incircũscriptẽ p̃sentiã cũcta cõtinẽs: qz is q̃ vbiq̃ ex maiestate est/ q̃si i via gressi⁹ ponit qz

A

pdicatione. Sed eisdem sanctis pdicatoribus nequaq̃ ad psuadendum verba sufficiunt/nisi etiam miracula addant. Unde ei dictũ sit: Si volueris extendere nubes q̃si tentoriũ suũ/recte subiungit: Et fulgurare lumie suo desuper. Quid enim sentire fulgura nisi miracula debem⁹? de quibus per psalmistã dicit: Fulgura multiplicabis: et conturbabis eos. Per has ergo nubes lumine suo desuper fulgurat: quia per predicatores sanctos insensibilitatis nostre tenebras etiam miraculis illustrat. Cũq; nubes iste verbis pluunt: cũq; miraculis vim choruscę luci aperiunt/extremos etiã mũdi terminos in diuino amore conuertunt. Unde recte subditur: Cardines quoq; maris operiet. Q̃d factũ dũ q̃dã bellu vocib⁹ audiuim⁹: sed auctore deo id factũ cernim⁹. Omnipotens enim dominus choruscantib⁹ nubibus cardines maris operuit: quia emicantibus predicatorum miraculis/ad fidem etiã terminos mũdi pduxit. Ecce ei pene cũctarũ iam gẽtium corda penetrauit: ecce in vna fide orientis limitem occidẽtisq; coniũxit: ecce lingua britãnie que nil aliud nouerat q̃ barbarum frendere: iam dudum in diuinis laudibus hebreum cepit Alleluia resonare. Ecce quondam tumid⁹ iã substrat⁹ sctõrũ pedib⁹ seruit oceanus: eiusq; barbaros mot⁹ q̃s terreni pncipes edomare ferro nequiuerant: hos p diuina formidine sacerdotum ora simplicibus verbis ligant: et qui catervas pugnãtiũ infidelis nequaq̃ metuerat: iam nũc fidelis humiliũ linguas timet. Quia eni pceptis celestib⁹ 𝔳bis/clarescẽtibus quoq; miraculis/virtus et diuine cognitioni ei infundit: eiusdẽ diuinitatis terrore refrenat: vt praua agere metuat/ac totis desiderijs ad eternitatis gratiã puenire cõcupiscat. Unde hic quoq; cõuenienter adiungitur. Per hec enim iudicat populos: et dat escas multis mortalibus. Per hec nimirũ 𝔳ba pdicatorũ/id est guttas nubiũ: per hec fulgura miraculorũ deus populos iudicat: q: eorum corda territa ad pniam vocat. Nã dũ supna audiunt/dũ mira opa attẽdũt/mox ad corda sua redeunt: et se de anteactis prauitatibus affligẽtes/eterna tormẽta primescunt. Sed per easdẽ nubes per quas terror infligit/etiam esca dat: q: magna pdicatorũ dispẽsatio est/vt sic sciant superbientiũ mẽtes affligere/vt etiam afflictas nouerint consolationis eloquio nutrire: quaten⁹ et peccantes de eternis supplicijs terreant: et penitẽtes de superni regni gaudijs pascant. Unde bene ipse dispẽsationis ordo seruatus est: vt ordinate beatus diceret q p has nubes prius iudicat populos: et postmodũ escas pbet: q: nimirũ omnipotens deus p predicatores suos pri⁹ nos de prauis actiõe corripiẽs concutit: et postmodum per spem consolãs nutrit. Si enim diuina dispensatio per has nubes iudiciũ modo non ageret: nequaq̃ eisdem nubib⁹ dixisset: Accipite spiritũ sanctũ. quorũ remiseritis peccata/remittuntur eis: et quorũ retinueritis/retenta sũt. Et rursum si p eas ieiuna nostra corda non pasceret/nequaq̃ de esurientib⁹ populis discipulis dñs diceret: Date illis vos manducare. Q: sic tũc cor manib⁹ factũ credim⁹: vt hoc eorũ verbis quotidie fieri sine cessatione videam⁹. Quid eni agit petr⁹/cum per epl̃as loquitur/nisi vt verbi pabulo corda nostra male ieiuna satientur? Quid paulus/qd iohannes per epistolas loquentes opant/nisi vt mẽtes nr̃e celestia alimenta pcipiant: et medie sue fastidiũ quo morlebantur vincant? Dicit ergo: Si volueris extendere nubes quasi tentoriũ suũ: et fulgurare lumie suo desup: cardines q̃q; maris operiet. Per hec enim iudicat pplos: et dat escas multis mortalibus. Ac si aperte diceret: Si sanctos suos in ministerio predicationis ostendit/eorũq; verba miraculis adiuuat/toti⁹ mũdi limites ad fidem vocat: per q̃ et pri⁹ superbientes iudicat: et post per verbum consolationis nutriens in spe humiles roborat.

Capitulum ix.

Sed cum escas dare mortalib⁹ diceret: notandũ q non ait omnibus sed multis: quia videlicet scriptum est: Nõ omniũ est fides. Et quibusdam dicit. Propterea vos non auditis: q: ex deo nõ estis. Et rursum: Nemo potest venire ad me/nisi pater qui misit me/traxerit eũ. Et rursum: Nouit dñs qui sunt eius. Unde in ipsa quoq; sctã ecclesia plurimi fidem tenent/et vitam fidei non tenent: humilitatis dñice sacramenta percipiũt: sed humiliari dominica imitatione cõtẽnunt: blãda diuini eloquij predicamenta cõmunicant/sed apud semetipsos in tumore pseuerant. Unde hic quoq; postq̃ per

Ps. cxliij.

Britãnia ad fidẽ cõuersa.

B

Joan. xx.

C

Mat. xiiij

i. Cor. xiij.

Joan. viij

Joan. vj.

cardines maris aggregate ecclesie latitudo signata est/apte subiungitur.

D

S. Q: superbis cognitio denegat̃ vitatis/et qd sit q̃ filij ruben et gad et dimidia tribus manasse vltra iordanẽ ad alenda pecora campestria concupiscant/et in terra promissionis hereditatem non velint/cum tamen ãte fratres ad bellum armati precedant.

Immanibus abscõdit lucẽ. Immanes quippe sunt qui se elatis cogitationibus extollunt. Quos contra per Esaiam dicit: Ue qui sapientes estis in oculis vestris: et corã vobismetipsis prudentes. Quos cõtra etiã Paulus ait: Nolite prudẽtes eẽ apud vosmetipsos. Sed his immanibus lux abscõditur: q: nimirũ supbiẽtibus veritatis cognitio denegatur. Unde per semetipsam veritas dicit. Cõfiteor tibi pater domine celi et terre: q: abscõdisti hec a sapientib⁹ et prudẽtib⁹/et reuelasti ea paruulis. Sapiẽtes et prudentes videlicet supbiẽtes vocans. Qui eni non subiũxit/Reuelasti ea stultis/s; paruulis: tumorem se dãnasse innotuit/non acumẽ. Unde et alii dicitur: Custodiens paruulos dñs. Atq; vt ostendatur hec eadẽ paruitas qd vocat/adiungitur. Humiliat⁹ sum/et liberauit me. Quia ergo sunt multi i ecclã q paruuli esse despiciunt/etiam in humilitatis loco imanes apud se esse minime desistunt. Hos plerũq; videas honoribus extolli: voluptatibus pfrui: rerũ multiplicitate dilatari. Hi sepe nil precipue nisi preesse ceteris appetunt: a multis timeri gratulantur: recte viuere negligũt: et recte vite famam habere cõcupiscunt: adulationes querunt: fauoribus intumescunt. Et quia in rebus sibi copiose psentib⁹ prompti sunt/ventura gaudia non requirunt. Cũq; eos multiplex actio occupat/etiam a semetipsis alienos demonstrat. Cap. x.

Et nisi quã fidei tẽtatio exurgat: q: i ea saltem specietenus cõtinent/hãc verbis/hanc laboribus defendunt: et patriã celestem vindicant/nec tñ amant. Quos bene apud moysen filij ruben et gad et dimidia tribus manasse exprimũt: qui multa pecora et iumenta possidentes/dũ extra iordanẽ ea q̃ viderant campestria concupiscunt/in repromissionis terra hereditatẽ habere noluerunt/dicẽtes: Terra quam percussit dñs in cõspectu filiorum israel/regio vberrima est ad pastum aialium: et nos serui tui habem⁹ iumẽta plurima: precamur; si inuenim⁹ gratiã coram te: vt des nobis famulis tuis eã in possessionem: nec facias nos transire iordanẽ. Qui igitur iumẽta plurima possident/iordanem trãsire refugiũt: quia quos multa mundi implicamẽta occupant: habitationẽ celestis patrie nõ requirunt. Sed ipsi eos quã specietenus tenent fides increpat: et ocij delectatione torpescant: atq; exẽplo suo alios a laboris tolerantia et studio longanimitatis frangãt. Unde eis per moysen dicitur: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnã/et vos hic sedebitis? Cur subuertitis mẽtes filiorũ israel? Sed q: erubescunt non defendere qd cõfitent/pro eadẽ fide quã pfessi sunt/ad certamẽ pperant: eãq; nõ sibi sed proximis vindicant. Unde et ad moysen dicunt: Caulas ouiũ fabricabimus/et stabula iumentorũ: paruuli q; nostris vrbes munitas: nos autẽ ipsi armati et accincti pgem⁹ ad prelium ante filios israel. Qui mox fortes pro alijs veniũt: et repromissiõis terram ab hostib⁹ liberant/et relinquunt: atq; ad pascẽda armẽta extra iordanẽ redeunt. Multi quippe q̃uis fideles curis presentibus occupati/quasi armenta extra iordanem pascunt: q: cõtra fidem baptismatis tota mente eisq; desiderio reb⁹ pituris inseruiũt. Qui tñ (vt diximus) cũ fidei tẽtatio oriẽ/defensionũ armis accinguntur. Hostes fidei superando trucidant: et hereditatem terre repromissionis .i. fructũ fidei non amẽtes: q; pro illo pugnant/vt tamẽ sua pignora extra illã deponãt. Quia enim paruulos foris habent/affectũ in ei⁹ habitatione non habent. Unde ad campestria redeunt: quia ab altis cacuminibus montiũ quasi a spe celestium dilabũtur: vt extra repromissionis terram bruta animalia nutriãt: q: ad pascendos varijs desiderijs irrationabiles animi motus elaborant: q: eterne lucis quãta sit claritas nesciunt/q; transitorijs occupationibus obcecant: et dũ de terrenis reb⁹ supbiunt/celestis sibi luminis aditum claudunt. Capitulum xj.

Uide recte nũc dr̃: Immanib⁹ abscondit lucẽ. Sed tamen aliq̃i hos immanes superna gr̃a respiciat: atq; ipsis rerũ abundantiũ occupationibus affligit/eorũq; prosperitatibus/aduersas quidẽ

Esa. v.

Ro. xij.

Luce. x. et Mat. xj.

C

Ps. cxiiij.

Ibidem.

Josue. iij.

F

Nu. xxxij.

Ibidem.

G

sed vtiles tribulationes interserit: vt contristati ad cor redeant: atqꝫ in peritturis rebus ꝙ inaniter occupentur agnoscant. Unde hic quoqꝫ post ꝙ subtracta lux dicitur/ apte subiungitur. [Et precipit ei / vt rursus adueniat.] quia veritatis lumen quod elatis occupatisqꝫ mentibus absconditur/afflictis humiliatisqꝫ reuelat. Lux quippe adueniit/cum afflicta mens ipsas quas de perituris reb⁹ tribulationum tenebras tolerat/agnoscat: quia nisi aliquid ex lumine interno perciperet / nec hoc ipsum quia lumen perdiderat/videret. Quod intelligi specialiter etiam de iudeis pōt: qui idcirco redemptori nostro in carne venienti cōtradicere ausi sunt: quia apud semetipsos inanes extiterunt. Sed his in manib⁹ lux abscōsa est: quia supōi lumē veritatis dū psequūtur amiserunt. Sꝫ quia in fine mundi ad fidem recipiendi sunt/recte subiungit: Et precipit ei vt rursus adueniat. Unde etiā p Esaiam dicitur: Si fuerit numer⁹ filiorum israel quasi arena maris/ reliquie salue fient. Tunc quippe ad eos lux reuertitur/cū ipsi ad confitendā redemptoris nostri potentiā reuertuntur. Si autem in manib⁹ nequaqꝫ per datiuū casum vnū nomen/sed duas partes orationis accipim⁹: pōt intelligi quia in manibus lux absconditur/cum apud rectū iudicē iniquiqꝫ in suis opibus cecant. Cui tn̄ pcipit vt rursus adueniat: quia dum peccatores se suis virib⁹ saluari non posse cognouerint/gratie lumē accipiūt: et protectionis intime radijs illustrātur: vt maiore ardore postmodū celestē patriam diligant/ꝙ prius in terrena delectatione flagrabāt. Sꝫ

Esaie. x.

H

hec cū de celesti patria loquimur/cui incessem mira claritate predicta angelorum agmina audim⁹: cui rerū omnium cōditor presidet/quā visione sua reficiens replet: cui vera hereditas lux est/et defectus eiusdē luminis null⁹ est: ad nosmetipsos mentē reducimus: ꝙ terrena gestemus mēbra cogitam⁹: pensam⁹ ꝙ nati in tenebris/atqꝫ a radijs intime lucis alieni: tanto nequius viximus / quanto reb⁹ corporalibus deditis/a spiritualibus longius degebam⁹. Qua consideratione permotum cor se male sibi conscium trepidat: et tante illius quam audit patrie ciuem se fieri posse desperat. Unde hic quoqꝫ apte subiungitur /quo mens pauida ad fiduciam reducatur. Nam de hac luce mox subditur.

❡ S. Quia omnipotens deus patriā celestem possessionē nostrā fecit/et nos amicos et coheredes christi cōstituit.

❡ Annunciat de ea amico suo ꝙ possessio eius sit: et ad eam possit ascendere.] Amicus veritatis est recte amatoris actionis. Unde et ipsa veritas discipulis dicit: Uos amici mei estis/si feceritis que ego precipio vobis. Amicus quippe animi custos dicitur. Unde non immerito qui custodire voluntatē dei in preceptis illius nitit: eius amicus vocat. Hinc est ꝙ rursum eisdē discipulis veritas dicit: Uos autē dixi amicos: quia oīa quecūqꝫ audiui a patre meo/nota feci vobis. De hac igitur luce eterne patrie amico suo deus annūciat ꝙ possessio ei⁹ sit / vt nequaqꝫ infirmitatis sue fragilitate desperet: nequaqꝫ hoc ꝙ creat⁹/ sed ꝙ recreatus est pensei: sed tanto certius sciat quia illius lucis claritatem possideat /quanto nunc vitiorū pulsantiū tenebras verius calcat. Bene autē in promissione subiungit. Et ad eā possit ascēdere. Quid enim difficili⁹ ꝙ homini in terra edito terrena et fragilia mēbra gestanti/celorū alta cōscēdere/supernorū spirituum arcana penetrare? Sed eosdē spirituū ad nos conditor venit: seqꝫ hominē etiā sub ipsis exhibuit: sicut de illo patri per prophetā dicit. Minuisti eū paulo min⁹ ab angelis. Et quia inter nos et eosdē spūs discordātis vite scandalum reperit: mira potētia/mirabiliori etiā pietate summa creans/ ima suscipiens/ima cū summis iūxit. Hinc est qd̄ de eodē rege nato angelorū chori in ei⁹ annūciatione pdeunt hymnū dicūt: et deuicta praue vite discordia/ hos quos dudum despexerant/ciues agnoscūt: cōsono ore predicātes. Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Ac si aperte dicant. Quos a nobis malitia disiunxerat/iam nunc in terra nata bonitas iungit. Hinc est ꝙ ante incarnationem eius in testamento veteri adorasse homo angelum legitur/nec tamen adorare prohibetur: sed post mediatoris aduentum/cum se Ioānes adorando angelo prostrauisset/audiuit. Uide ne feceris: conseruus tuus sum et fratrū tuorū. Quid est enī ꝙ pri⁹ equanimiter se cōcedebant adorari/post ab homine angeli recusant/nisi ꝙ prius homines carnalib⁹ corruptionibus deditum: nec ab eisdem carnalibus corruptionibus redemptum: quo abiectiorē nouerant/iusti⁹ contēnebant: postmodū vero humanā naturā eo iam sublimatā habere non poterāt/quo hāc in auctore suo etiā super semetipsos ductam videbant? Nec enī debebat i membris subiecta despici/que in ipso mēbrorū capite meruit prelata venerari. Is ergo qui propter nos minor angelis extitit / equales nos angelis virtute sue minorationis fecit. Unde et moriendo docuit mortem non metui: resurgendo de vita confidi: ascendendo de celestis patrie hereditate gloriari: vt quo caput perisse cōspiciūt/illuc se subsequi et membra gratulent. Unde bene ab eodē nostro capite dicitur: Ubicūqꝫ corpus fuerit/illuc cōgregabunt et aquile. Unde petrus ait: In hereditatē incorruptibilē et incōtaminatā et immarcescibilē cōseruatā in celis. Unde paulus dicit: Scimus enī quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur/ꝙ edificationē ex deo habemus domū nō manufactā eternam in celis. Sed si nos quoqꝫ qui editi in terra sumus/celum cōscendim⁹: vbi est quod rursum veritas dicit: Nemo ascēdit in celum/nisi qui de celo descendit: filius hominis qui est in celo? Cui nimirū sententie statim obuiat quod hec eadem veritas dicit: Pater volo vt vbi ego sum/et illi sint mecum. Que sibi i verbis suis non discrepat: sed ad inquirēda hec quasi discordantia studium nostre mentis inflammat. Quia enim nos qui in eius fide nati sumus/eius procul dubio corp⁹ existimus. Quia igitur mira dispensatione pietatis mēbrorum suorū oīs caput factus est: repulsa reproborum multitudine/sol⁹ est etiā nobiscū. Nemo igit ascendit i celū/nisi ꝗ descēdit de celo/fili⁹ hoīs ꝗ est in celo: quia dum nos vnū cū illo iā facti sum⁹/vnde solus venit in se/illuc sol⁹ redit etiā in nobis: et is qui in celo semp est: ad celum quotidie ascendit: quia ꝗ in diuinitate sup oīa pmanet/ humanitatis sue cōpage sese quotidie ad celos trahit. Ergo si desperet humana fragilitas / vnigeniti sanguinem consideret: et in precio suo conspiciat ꝙ magna est ꝗ tanti valet. Perpendat sollicite quo caput precessit: et quo ad viuendū preceptis astringitur: ad sperandū exemplo roboretur: confidat celos: speret supernam patriā: angelorum se sociam sciat: atqꝫ in suo capite prelatā se etiam angelis gaudeat. Dicat igitur recte de hac luce interne patrie. Annunciat de ea amico suo ꝙ possessio eius sit: et ad eam possit ascendere.

Io. xv.

I

Ps. viij.

Christo nato angelorum chori pcōsono ore cōcinnūt hymnum Gloria i excelsis.

Apo. xix. et xxij.

K

mat. xxiiij

i. Pet. i.

ij. Cor. v.

Ioā. iij.

Io. xvij.

L

Capitulum. xix.

Sed valde mira sunt ista/valde terribilia: ꝙ homo in terra editus/atqꝫ a celesti patria exigentib⁹ meritis lōge dānatus: non solum ad statū conditionis reducitur/ sed etiam gloriosius exaltatur: vt qui paradisum perdidit/celum recipiat: et non solum hunc debiti sui reatus non teneat / sed huic post culpam dona cumulatius excrescant: vt ille contemptor dei / ille imitator diaboli/si ad fructum penitentie redeat/vsqꝫ ad celsitudinem contemplande intime lucis ascendat. Cuius itaqꝫ cor non in huius pietatis admiratione exiliat? Cuius torpor non in sublevatione tante considerationis expauescat? Unde et apte subiungitur.

M

❡ Sequitur Capitulum Uicesimumseptimū Textus libri beati Iob.

Super hoc expauit cor meum/et motum est de loco suo. Audiet auditionē in terrore vocis eius: et sonum de ore illi⁹ procedētem. Subter omnes celos ipse considerat: et lumen illi⁹ super terminos terre. Post eum rugiet sonit⁹: tonabit voce magnitudinis sue: et non inuestigabitur cum audita fuerit vox eius. Tonabit deus in voce sua mirabiliter: qui facit magna et inscrutabilia. Qui precipit niui vt descēdat in terrā: et hyemis pluuijs et ibri fortitudinis sue. Qui in manu omnium hominū signat: vt nouerint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulū suū: et in antro suo morabitur. Ab interioribus

B egreditur tẽpestas: et ab arcturo frig⁹. Flante deo concrescit gelu: et rursum latissime funduntur aque. Frumentum desiderat nubes et nubes spargunt lumen suũ. Que lustrãt cuncta p circuitũ: quocũq3 eas volũtas gubernantis duxerit ad omne quod preceperit illis / sup faciẽ orbis terrarũ: siue in vna tribu / siue ĩ terra sua. siue in quocũq3 loco misericordie sue eas iusserit inueniri. Ausculta hec Job: sta / et considera mirabilia dei. Nunqd scis qñ preceperit deus pluuijs vt ostenderent lucem nubiũ eius? Nunqd nosti semitas nubiũ magnas: et pfectas scientias? Nõne vestimenta tua calida sunt cũ pflata fuerit terra austro? Tu forsitan cũ eo fabricatus es celos: qui solidissimi quasi ere fusi sũt. Ostende nobis quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei que loquor? Etiam si locutus fuerit homo deuorabitur. At nunc nõ vident lucem. Subito aer cogitur in nubes: et ventus transiens fugabit eas. Ab aquilone aurum venit: et a deo formidolosa laudatio. Digne eum inuenire nõ possumus. Magn⁹ fortitudine et iudicio ꝛ iustitia: ꝛ enarrari non põt. Ideo timebũt eum viri / ꝛ nõ audebũt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

Super hoc expauit cor meũ / et motũ est de loco suo.) Quia pauor dum mentem pcutit / hanc a semetipsa alienã reddit: nonnunq3 latini interpretes extasim pauorem vocant: sicut per psalmistam dicitur: Ego dixi in pauore meo, piect⁹ sum a vultu oculorum tuorum. Ubi videlicet non pauor / sed excess⁹ dici poterat. Sed pauor illic p excessu ponitur: qꝛ sicut in excessu / ita in pauore alienaẽ animus. Unde hic quoq3 considerata luce eterne patrie recte subiungitur. Super hoc expauit cor meum. Ac si dicat. In admirationis excessu se transtulit: quia noue spei spiritu mens afflata est / semet ipsam qualis in vetusta cogitatione fuerat reliquit. Hic autem dicitur: Et motum est de loco suo. Loc⁹ quippe humani cordis est delectatio vite presentis. Sed cum diuina aspiratione tãgitur locus nostri cordis / fit amor eternitatis. Cõsideratiõe igitur eterne patrie de loco suo animus mouetur: qꝛ derelictis ĩfimis / in supernis cogitationib⁹ ponit. Qui ẽm que essent eterna nesciebat: in presentium delectatione torpuerat: simulq3 ipse transiens / amore transeũtia tenebat. Sed postq3 q̃ essent eterna cognouit: post q3 superne lucis radios raptim cõtẽplando cõtigit / admiratiõe sũmorũ / sese ab infimis suscitatus eleuauit: vt nulla iam ei nisi que eterna sunt libeant: et despectis transeuntibus / sola que permanent requirat. Bene ergo dicitur. Sup hoc expauit cor meum / et motũ est de loco suo: qꝛ pigrũ cor et terrenis dudũ cogitationib⁹ deditum / cum repente per excessum se ad summa suspẽdit / cogitationis infime locum mutauit. Sed per semetipsum in amore presentis seculi prostrata mẽs dormitat: et nisi diuine gratie aspiratione pulsetur / in suis delectationibus frigida insensibilisq3 torpescit: necesse est vt quõ interna cogitatione tangatur: vel qualiter ad spiritualia sensificetur / adiungat. Sequitur.

ps. xxx.

C

℄ S. Qꝛ superbus quisq3 prius timore iudicij concutitur: deinde data indulgẽtia deo familiarius inheret: ꝛ vnctus gratia sp̃ussancti / deinde amat ꝛ pdicat. Cap. xlij.

Audiet auditionẽ in terrore vocis eius: et sonũ de ore illius procedentẽ.) Mos sacri eloquij est / vt cũ audiri aliquid per auditum insinuet / audire eundem auditum dicat: sicut Abacuc ait. Dñe audiui auditũ tuũ / ꝛ timui. Unde hic quoq3 dicit: Audiet auditionẽ in terrore vocis eius. Notandum vero est q̃ vox dei non in gaudio / sed in terrore audiri perhibetur: qꝛ nimirũ peccõr quisq3 dum sola q̃ terrena sunt cogitat: dum cor oppressum infimis cogitationibus gestat: si repente diuine gratie aspiratione tangit: hoc ante oĩa intelligit / q̃ cũcta que agit / districta eterni iudicij animaduersione puniẽt. Auditio igit vocis dei prius in terrore fit / vt post vertaẽ in dulcedinẽ: qꝛ ante nos districti iudicij timore castigat: vt iam castigatos superne dulcedinis consolatione reficiat. Nam cum nos violenta rerum temporalium delectatio possidet / ꝛ mentis nostre oculos in somno torporis pmit: si manu subita superni respectus excitamur / diu clausos mox eosdẽ ad veritatis lucẽ oculos mẽtis aperim⁹: q̃ egim⁹ mala meminim⁹: q3 districtus iudex contra hec veniat videm⁹: pensatur in mente quantus ille sit tanti iudicij aduentus: que tũc illa sit hominum angelorũq3 frequentia: quãta vi cõtra reprobos et ardẽtia pugnẽt elemẽta: q3 terribiliter eterna pdeat de districti iudicis ore sententia / qua reprobis dicit: Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ: qui pparatus est diabolo et angelis eius. Eouidẽ pena reproborũ ante oculos voluitur: et que sint gehenne tenebre / cum graui amaritudinis obscuritate pensatur. Qꝛ ergo supbũ cor prius terrore cõcutiẽ / vt cõcussum in amore solidẽt: recte nunc dicitur: Audiet auditionem in terrore vocis eius. Ubi et bñ subiũgit: Et sonũ de ore illi⁹ pcedentẽ. Son⁹ ex dei ore est vis timoris de superna internis aspiratione: qꝛ cum nos de venturis dñs aspirãdo replet / procul dubio de male gestis preteritis terret. Potest autẽ per os dei / vnigenitus designari filius: qui sicut brachiũ eius dicit / q̃ per eum cũcta pater operatur. de quo propheta ait. Et brachium dñi cui reuelatum est? de quo Johannes dicit: Oĩa per ipsum facta sunt / ita etiã os dicitur. Hinc est etiam quod propheta ait: Os ei dñi locutum est hoc. Per quẽ nobis omnia loquit: ac si oris nomine patẽter diceret verbum: sicut nos quoq3 pro verbis linguam dicere solem⁹: vt cũ grecam vel latinã linguam dicim⁹ / latina vel greca verba monstramus. Os ergo dñi non immerito ipsum accipim⁹. Unde et ei sponsa in canticis canticorũ dicit: Osculetur me osculo oris sui. Ac si dicat: Tangat me dulcedine presentie vnigeniti filij redemptoris mei. Capitulum. xliij.

D

Mat. xxv.

E

Esa. liij.

Joan. j.

Esa. lviij.

Can. j.

Per sonũ ergo oris potest eiusdem dñi sanctus spiritus designari. Unde et alibi in eiusdẽ spiritus significatione scriptũ est: Factus est repẽte de celo sonus tanq3 aduenientis spiritus vehementis. Sonus igitur de ore dñi procedit / cũ consubstantialis ei spiritus ad nos per filiũ veniens / surditatẽ nostre insensibilitatis rumpit: sicut de eodẽ sono leit cũscriptõs atq3 incorporeo os dñi loquitur / dicens. De meo accipiet / et annũciabit vobis. Potest ergo et per terrorẽ vocis vis formidinis / et per sonũ oris dulcedo cõsolationis intelligi: qꝛ quos spiritussanctus replet / pri⁹ eos de terrena actione terrificat: ꝛ postmodũ spe celestiũ pso[la]t: vt tanto post cõfitẽdo de premijs gaudeant / quãto prius sola supplicia conspiciendo metuebant. Hinc est q̃ de vnigeniti spiritu quasi de hoc oris sono Paulus dicit: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: s3 accepistis spiritum adoptionis filiorũ / in quo clamamus / abba pater. Hinc p semetipsum veritas dicit: Accipite spiritum sanctum. quorũ remiseritis peccata / remittunt eis: et quorũ retinueritis / retenta sunt. Ecce cõuersorũ terror vertit in potestatẽ: qꝛ dũ mala sua penitendo puniunt / vsq3 ad exercendum iudicium ascendunt: vt hoc in deo posse accipiant / qd pri⁹ de deo ipsi metuebãt. Judices quippe fiunt qui supernũ iudiciũ perfecte timuerunt: et aliena iam peccata incipiunt dimittere / qui prius formidauerant ne retinerẽtur sua. Sed quia hoc ipsum iudicium quod spiritualiter agitur / modo a carnalibus non videt: sunt nonnulli q̃ deũ res humanas curare non estimant: et eas ferri fortuitis motib⁹ putant. Contra quos recte subditur.

Act. ij.

Joã. xvj.

Ro. viij.

F

Joã. xx.

℄ S. Qꝛ dei eq̃ in oĩa prouisione: et q̃ primitiua ecclia miraculorũ adiutorijs indiguit quam persecutionis tribulatio pressit: nunc vero sola exigat operum merita / non virtutum signa.

℄ Subter omnes celos ipse considerat / et lumen illius sup terminos terre.) Ac si aperte diceretur: Qui summa regit / etiã extrema nõ deserit: qꝛ sic impendit maximis / vt tamẽ hac eadẽ cura regiminis non prepediatur a paruis. Qui enĩ vbiq3 presens et vbi equalis est / etiam ĩ dissimilib⁹ sibi ipsi dissimilis non est. Eque ergo omnia respicit: eque cuncta disponit: qui in omnibus locis presens / nec localiter tenditur: nec varia curando variatur. Et au

G tem celos sanctos predicatores accipimus: pphета atte stante/qui ait: Celi enarrant gloriã dei: post q per sonum oris/aduēt⁹ spūsancti designat: recte subiungit: Subter omnes celos ipse considerat: et lumen illius sup terminos terre. Sūt nāq nōnulli qui cum mira apostolorum opera audiūt/q accepto spūsancto mortuos pbbo suscitarēt: ab obsessis demonia pellerent: vmbra infirmitates amouerent: ventura queq prophetando predicerent: et vnigenitum verbū dei/omniū gentiū loquentes lingua pdicarent: qz has virtutes nunc in ecclesia non vident: subtractam iam ab ecclesia supnā gratiā suspicant/nescientes pensare qđ scriptū est: Adiutor in opportunitatib⁹/i tribulatione. Tunc quippe sancta ecclesia miraculorum adiutorijs indiguit/cū eã tribulatio persecutionis pressit. Nā postq̄ supbiā infidelitatis edomuit/non iā virtutū signa/sꝫ sola merita opez requirit: q̄uis et illa p multos cum opportunitas exigit ostendit. Scriptum quippe est: Lingue in signū sunt non fidelib⁹/sed infidelibus. Ubi ergo omnes fideles sunt/q̄ causa exigit vt signa mōstrentur? Unde citius fortasse satisfacim⁹/si quid de ipsa apostolica dispensatione memorem⁹. Paul⁹ nāq egregius pdicator melitē veniens/et plenā infidelib⁹ insulā sciēs/patrē publij dysenteria febribusq vexatum/orādo saluauit: tamen egrotanti timotheo pcepit/dicens. Modico vino vtere/pper stomachū tuū/et frequētes tuas infirmitates. Quid est Paule q egrū infidelē orando ad salutem reuocas: et tantū adiutorem euangelij more medici per alimenta curas/nisi q̄ ideirco fiunt exteriora miracula/vt mens hominum ad interiora perducatur: quatenus per hoc q̄d mirum visibiliter ostenditur/ea q̄ admirabiliora sunt inuisibilia credant. Signo quippe virtutis pater publij sanandus fuerat: vt mente reuiuisceret/dum miraculo ad salutem rediret. Timotheo autem adhibendū foris miraculū non erat/qui iā tot⁹ intus viuebat. Quid est ergo mirū si ppagata fide/crebro miracula non fiunt: quando hec ipsi quoq apostoli in quibusdā iā fidelibus non fecerunt?

ps. xviij. / Error q̄rūdam. / Psã. ix. Ecclesia olim adiutorijs miraculorū indiguit: nunc vero non. / j. Co. xiiij. / Declaratio p exempla. / j. Timo. v.

Capitulum. xv.

Eleuatis ergo celis/vsq ad inferiora considerat: qz et ablatis summis pdicatoribus incessanter etiā infima nostre infirmitatis curat. Et q̄si subter celos lumen illius terre terminos respicit: qz post sublimē vitam pcedentium/etiam pctōrum mores actusq gratie sue illustratione cōprehendit. Qui etsi virtutum signa nunc per vitam fideliū crebro non exerit: ab eisdem tamē fidelibus per virtutē operū nunq recedit. Potest etiā lumen illius sup terminos terre ita intelligi q predicatio supne gratie dū gentes ad fidē collegit/intra semetipsam mūdi limites clausit. Uel certe termini terre sunt fines hominū peccatorū. Et sepe contingit vt plerique deū deserant/et vite sue tempora in desiderijs carnalibus expendant: sed tamen supna gratia respecti/i extremis suis ad deū redeunt: que sint iudicia eterna cognoscunt: cunctaq que se pueris egisse meminerint/fletibus puniunt: atq hec deinde se insequi rectis operibus ostēdūt. Quibus subsequente iustitia pfecto totū dimittitur/quod ani deliquerūt. Hinc eni p pphetie spiritū Anna dicit: Dns iudicabit fines terre: qz nimirum mente acciā vitā deus nō iudicat/q̄ posteriora peccatorū respectu superne pietatis illustrat. Hinc moyses ait: Primogenita asini mutabis oue. Per asinum quippe immunditia/per ouē vero innocētia designatur. Asini ergo primogenita oue mutare est immūde vite primordia in innocentie simplicitatem cōuertere: vt postq̄ illa peccator egit/q̄ vt immūda dns respuit: ea iam agenda pferat/q̄ dei sacrificio imponat. Qz ergo post praua opera peccator cōuertitur: et ab actionū suarum tenebris circa finem aliquando reuocatur: recte nunc dicitur: Et lumen illi⁹ super terminos terre. Sed graui luctu afficit eadē gratia/que post facinora mentem replet. Nam male gesta ad memoriam reducit: sibiq hominem q̄ sit iuste dānādus ostendit. Unde fit vt peccatum omne quod se egisse reminiscitur: quotidianis fletibus insequatur: et quo magis valet id quod iustum est cernere/eo ardentius appetit iniustum sese gemitibus punire. Unde apte subiungitur.

B / Quidā in extremis suis ad deum redeunt. / J / Exo. xiij.

¶ S. Qz cum mentem hominis deus ingreditur/continuo penitentie gemitus sequatur.

¶ Post eum rugiet sonit⁹.] Quē enī dns illustrādo repleuerit/eius vitam pculdubio in lamentū vertit: atq illuminate menti quo magis eterna supplicia insinuat/eo hanc durius de transacta nequitia gemitibus fatigat: et dolet homo quod fuit: qz bonū iā incipit videre qđ nō fuit. odit qualem se fuisse meminit: amat qualem se esse debuisse cognoscit: et solā iam penitentie amaritudinē diligit: qz caute considerat in quātis voluptatibus sua delectatione peccauit. Bene ergo dicitur: Post eum rugiet sonitus: qz cū mentē deus ingredit/constat pculdubio q mox penitentie gemitus sequatur: vt et iam salubriter flere libeat/que prius de iniquitatibus fienda iocunditate gaudebat.

K

Capitulum. xvj.

Sed quo vberi⁹ culpa flet/eo altior cognitio veritatis attingitur: quia ad videndum internum lumen pollutā dudum conscientia lachrymis baptizata renouatur. Unde post penitentie rugitū apte subiungitur.

¶ S. Qz actionē spiritussancti siue effectū ei⁹ nemo ad plenū inuestigat: cū eadē actio per eundē spm ordinata/alijs in resurrectionem/alijs sit in ruinam.

¶ Tonabit voce magnitudinis sue.] Uoce enī magnitudinis sue deus tonat/cum se nobis bñ iā per lamenta preparatis/q̄ sit magnus in supnis īsinuat. Quasi enim de celo tonitrus procedit/cū nos incuria negligentiaq torpentes respect⁹ gratie pauore subito pcutit. atq in terra positi/sonum de supioribus audim⁹: qz terrena cogitantes/supni terroris sententiam repente pertimescimus: et mens bene iam de summis sollicita trepidat: que prius i infimis male secura torpebat. Sed istius visitationis occulte quibus modis se nobis insinuet terror/ignoratur: neq ipsius mentis acie comprehenditur/cui⁹ ad melius intentio cōmutatur. Unde apte subiungitur. [Et non inuestigabitur/cum audita fuerit vox eius.] Uox dni auditur/cum gratie eius aspiratio mente concipitur: cum insensibilitas occulte surditatis rumpitur: et cor ad studiū summi amoris excitatū/intus intime clamore penetratur. Sed istam vocē supuenientis spiritus q̄ se in aures cordis insinuat/nec ipa mens que per hanc illustrata fuerit/inuestigat. Pensare enim non valet/inuisibilis virtus quibus sibi meatibus influat: q̄b⁹ ad se modis veniat: q̄bus recedat. Unde et bene per Joannē dicit: Spiritus vbi vult spirat: et vocē ei⁹ audis/sed nescis vnde veniat/et quo vadat. Uocem enī spiritus audire est/vi cōpūctionis intime i amorē inuisibilis conditoris assurgere. Sed nemo scit vnde veniat: qz ignoratur/per ora pdicantiū q̄bus se ad nos occasionibus fundat. Et nemo scit quo vadat: qz cum vnam predicationem multi audiunt: intelligi pculdubio nō potest quē deserens abijciat: aut cui⁹ īgrediēs in corde requiescat. Una quippe res foris agitur/sꝫ non per hanc vno modo intuctiū corda penetrant: qz qui inuisibiliter visibilia modificat/in humanis cordib⁹ causarum semina incōprehensibiliter platat. Hinc est q resuscitato lazaro multi crediderūt: sꝫ tamē iudeorum plurimi ad psecutionis zelum ex hac ipsa resuscitatione commoti sunt. Unū ergo idemq miraculū qđ alijs lumen fidei prebuit: alios per inuidie tenebras a lumine mentis excecauit. Hinc est q vterq latro et cādē e suis mortib⁹ similē mortē redēptoris vidit: sed cū supbiēdo alter contumelijs lacessere non timuit/quē timendo alter honorauit: atq inuia re vna vtriusq cogitatio non fuit: quia hec internus arbiter inuisibiliter modificando distinxit. Sꝫ hi occulte aspirationis modi quia comprehendi nostra cogitatione nequeunt/nimirum diuine vocis vestigia nesciunt. Bene ergo dicitur: Et nō inuestigabit cum audita fuerit vox ei⁹. Unde et adhuc subiungitur. [Tonabit deus voce sua mirabiliter.] Uoce sua deus mirabiliter tonat: quia occulta vi corda nostra incomprehensibiliter penetrat. Que dum latentib⁹ motibus pmit in timore/ et format in amore: quanto ardore sequēd⁹ sit/aliquo modo silenter clamat: et fit cuiusdam impulsionis vemietas in mente/cū nihil sonet in voce. Que tanto apud nos valentius pstrepit/q̄to et ab oī exteriori strepitu aurem nostri surdescere cordis facit.

L / Joan. iij. / Joan. xj. / M

Capitulum. xvij.

Unde et anima ad semetipsam mox hoc intimo clamore collecta miratur quod audit: quia vim cōpunctionis incognite percipit. Cuius ipsa admiratio bñ apud moysen māna desup veniente signatur. Dulcis enī cibus q̄ de supernis accipit/manhu vocatur. Manhu enim dicit/quid est hoc? Et quid est hoc di

(A) cimus/quando hoc quod cernimus/nescientes admiramur. Supernũ igitur mãna anima percipit/cum per vocem cõpunctionis eleuata/nouã speciem interne refectionis obstupescat: vt diuina dulcedine repleta/iure respondeat/quid est hoc: quia dum ab infima cogitatione suspẽditur/ea que de supernis conspicit/insolite miratur. Et quia cum hac voce corporis nostri surditas rumpitur/vetuste vite ꝓpinus visus mutatur: vt ab superno spũ afflata/et in summis appetat que cõtẽpserat/et cõtẽnat in infimis q̃ appetebat: recte subiungitur. [Qui facit magna et inscrutabilia.] Ut enim homo terrenis vsibus deditus/iniquis desiderijs pressus/subito ad noua efferuescat: atq̃ ad consueta frigescat: exterioribus curis renũciet: internis cõtẽplationibus anhelet: quis hanc virtutem superne vocis considerare sufficiat? Quis considerando comprehendat? Magna sunt que per vocem suã dñs facit: sz minꝰ magna essent/si perscrutari potuissent. Facit ergo magna et inscrutabilia: quia ostendit foris perfectionem operis: sed latet intus ipsa qualitas operationis. Uoce sua foris etiam per apostolos insonat: sed corda audientium per seipsum interius illustrat: Paulo attestante/ (j. Corin. iij) qui ait. Ego plantaui/apollo rigauit: deus autem incrementum dedit. Neq̃ qui plantat est aliquid / neq̃ qui rigat/sed qui incrementum dat deus. Quis ergo nostris (B) mentibus superne vocis auditũ non ipsi prebeant: missi tamen sunt/vt verbis nobis exterioribus condescendant. Unde apte subiungitur.

¶ S. Qz viri cõtẽplatiui quorũ cõuersatio in celis est: infimis fratribus cõdescendunt: et in eorũ amore liquefiunt/irrigãtes arida corda eorũ/vt et ipsi fructificẽt deo.

¶ Qui precipit niui vt descẽdat in terrã/et hyemis pluuijs/et imbri fortitudinis sue. [Qz psalmista ait: (Psal.) Lauabis me/et super niuem dealbabor: quid hoc loco niuẽ/nisi per lucem iustitie cãdida accipimus corda sanctorũ? Aque autem ducte in superioribus constipant/ vt niues fiant. Sed cum de ipse niues ad terram veniunt/ in aquarum iterum liquorem vertuntur. Aque igitur sũt predicatorꝫ mentes: que dum ad cõtemplanda superna se erigunt/altiori intellectu solidant. Cũq̃ in summa cõsideratiõe rapiunt/virtutẽ cõfirmationis accipiũt. Sed quia adhuc in terris fraterna dilectione retinent/semetipsas ab alto intellectu modificant: et infirmis humiliter predicãtes/more niuium corda arentium liquate rigant. Niues ergo ad terram de celestibus veniunt/cum sublimia corda sanctorum que iam solida contemplatione pascuntur/ꝓ fraterna charitate ad humilia predicationis verba descendunt.

Capitulum. xviij.

Sicut enim nix terram cum iacet operit: cum vero liquatur/rigat: ita sanctorum virtus per firmi(C)tatẽ suã apd deũ vitam peccatorũ ꝓtegit: et ꝑ cõdescensionem suã quasi liquefacta arẽtẽ terrã vt fructus ꝓferat infundit. Et quia aqua priꝰ ab infimis trahitur vt post a superioribꝰ sparsa reddatur: sancti quiq̃ etiam cum in virtutis arce consistunt: vnde eleuati sunt considerant/ne aliene infirmitatis abiecta cõtemnant. Quasi ergo aque ad terras de quibus subleuate sunt redeunt/dũ cõdescendentes iusti peccatoribus/reminisci non desinunt quod fuerũt. Certe aqua in terris adhuc Paulus fuerat cum legem carnaliter sapiebat: sed ductus ad celestia/in niuem versus est: qz qd priꝰ infirmũ sapuit/ad soliditatẽ vere intelligentie cõmutauit: et tamẽ cõdescẽdens fratribꝰ/quasi nix ima repetijt: qz et post virtutum culmi(j. Timo. j.)na/q̃ fuerat indignꝰ agnoscit/dicens. Qui prius fui blasphemus et persecutor ꝛc. Ecce q̃ clementer sue imbecillitatis reminiscitur/vt aliorum equanimiter infirma patiatur. Quasi enim ad terram de qua sumpta fuerat post celum aqua redijt/dum post tante sue cõtemplatiõis arcana peccatorem se Paulus meminit: vt prodesse humiliter peccatoribus possit. Uideamus itaq̃/aqua hec in nubis soliditatem vertenda/qualiter trahat ad summa. ait. (ij Cor. v.) Siue mente excedimꝰ deo. Uideamꝰ qualiter ad ima nix (Ibidem.) redeat: vt dum liquatur infundat. ait. Siue sobrij sumꝰ vobis. Uideamus qua manu ducitur: vt et iacens eleua(Ibidem.)ri valeat/et subleuata reuocari. ait. Charitas enim christi vrget nos. Quia igit charitas christi que sanctorũ mentes ad superna subleuat/eas pio moderamine pro fraterna dilectione etiam ad humilitatẽ condescẽsiõis format/recte dicitur: Qui precipit niui vt descendat in terram.

Ubi et apte subiungit: Et hyemis pluuijs/et imbri forti(D)tudinis sue. Hyems quippe est vita presens/in qua nos etsi iam spes ad superna erigit/adhuc tamẽ mortalitatis nostre frigidus torpor astringit: quia scriptum est: Cor(Sap. ix.)pus quod corrumpit/aggrauat animã: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Habet autẽ hec hyems pluuias/rectorum ꝓcul dubio predicationes. De quibus videlicet pluuijs ꝑ moysen dicitur. Expectet si(Deut. xxxij)cut pluuia eloquiũ meũ: et descẽdãt sicut ros verba mea. He nimirũ pluuie hyemi congruunt/estate cessabunt: qz cũ nũc carnaliũ oculis vita celestis abscondit/necesse est vt sanctorũ nobis ꝑdicationibus irroret. Cum vero eterni iudicij estus incanduerit/nulliꝰ vba predicantium necessaria tunc habebit: qz veniente iudice/ad cor suũ q̃sq̃ reducit: vt sancta iam cum agere non valet sentiat: et rectũ qd sequi debuit/ex fortitudinis sue pena cognoscat. (E) Unde bene per prophetã dicitur: Cõgrega eos q̃si gregẽ (Hiere. xij.) ad victimam: et sanctifica eos in die occisionis. In die enĩ occisionis sanctificantur reprobi: quia tũc sancta que debuerunt agere sentiunt/cum digna prauitatis sue supplicia iam declinare non possunt. Qz autẽ predicationes sancte cum vita presenti/id est pluuie cum hyeme cessabunt recte exeunti dic/atq̃ ad eterne felicitatis estius ꝑperãti/sponsi voce suadẽtis dicit: Surge ꝓpera amica mea/ (Cant. ij.) formosa mea et veni. Iam enĩ hyems trãsijt/imber abijt et recessit. Trãseũte quippe hyeme/imber recedit: qz cũ vita ꝑsens pagitur/in qua nos ignorantie nubilo/carnis corruptibilis torpor astrinxerat: omne ministeriũ predicationis cessat. Clarius quippe ꝑ nos tunc videbimus hoc qd sanctorum vocibꝰ nũc obscuriꝰ audimus. Precipit igit dñs niui et hyemis pluuijs/vt in terrã descẽdãt/dum aspiratione sancti spiritus pro corrigendis peccatoribus corda sanctorum ad ministerium predicationis humiliat. Ubi recte additur.

¶ S. Qz alia sit predicatio de infirmitate humanitatis: alia de fortitudine diuinitatis.

¶ Et imbri fortitudinis sue. [Imber quippe fortitudinis dei/est ꝑdicatio diuinitatis. Nam imber infirmitatis est/predicatio eius incarnationis: de qua per Paulũ dicitur. Quod infirmum est dei/ fortius est hominibus. (j. Cor. j.) Et rursum. Si crucifixus est ex infirmitate/sed viuit ex (ij. Cor. xiij) virtute dei. Sic autẽ sancti viri humanitatis eius infirma predicant/vt auditorum suorũ cordibꝰ etiam diuinitatis fortia infundant. Audiamus per tonitruũ nubis / imbrẽ fortitudinis. In principio erat verbum: et vbũ erat apud (Joh. j.) deũ: et deꝰ erat verbũ. Audiamus etiã imbrem infirmita(F)tis. Uerbũ caro factum est/et habitauit in nobis. Audiamus imbrem fortitudinis: Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso / vita erat. Audiamus etiã imbrem infirmitatis. In propria venit: et sui eũ non receperunt. Imber ergo fortitudinis sue precipit vt in terrã descẽdat: qz sanctorũ suorum vocibus sic nobis humanitatis sue infirma predicat/ vt nobis etiã mira et fortia sue diuinitatis innotescat. Sed cũ virtutẽ nostri cõditoris audimꝰ: statim ad corda nostra formidine cõpellente reducimur: et tantum super nos iudicem perpendentes/que degere queve egimꝰ indigne/pensamus. Unde et bene subiungitur.

¶ S. Qz naturali ratione (que est lex mentis) et lege ꝑdicationis/hoi deus quid agat et qd mereat insinuat.

¶ Qui in manu oĩm hominũ signat vt nouerint singuli opera sua. [Mala enim que agunt homines/pensare contemnũt. Sed cum virtutem superne districtiõis audiũt/prauorum operum hoc qd se deprimit põdus agnoscũt. Predicationis quippe vbis pulsati euigilãt: vt pensent ad q̃ se supplicia antique actiõis meritum trahat. Dum ergo imber fortitudinis in terram descendit: in manu vniuscuiusq̃ signatur/vt sua opera sciat: quia dum virtꝰ incomprehensibilis maiestatis agnoscit/ab vnoquoq̃ subtilius sua vita pensatur. Qd tñ intelligi et aliter potest. Creator nãq̃ oĩpotens a cunctis insensibilibus irrationalibusq̃ distinctã rationabilẽ creaturam hominem condidit: quatenus qd egerit/ignorare non possit. Nature enim lege scire cõpellit: seu prauũ siue rectũ sit qd operatur. Nam ad iudiciũ ꝓ actione cur venit: si potuit nescire quod egit? Et ipsi ergo qui preceptis diuinis erudiri contemnũt: vtrũ bona an mala sint que faciunt sciunt. Nam si bona se facere nescirent: cur de aliquibus factis in ostẽ-

G

tatione gloriant? Rursum si male se agere ignorāt: cur eisdem factis alienos oculos declinant? Ipsi enī sibi testes sunt: q̄ sciunt malū eē qd̄ agūt / qd̄ videri ab alijs verent. Si enī veraciter malū esse non crederent: nequaq̄ ꝑ ab alijs videri formidarent. Unde et bene ꝑ quendam sapientem dicit: Cū sit timida nequitia / dat testimoniū condēnationi. q̄ dū de facto suo conscientiā pulsans timor redarguit / ipsa sibi testimoniū ꝓhibet dānabile eē quod agit. Quo contra per Joannē dicit: Si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus apud deum. Fugiant ergo iniqui humanos oculos: semetipsos certe fugere non possunt. Quia enī malū qd̄ faciunt nouerūt: habent testem cōscientiā / habent iudicē rationem suam. In peccato igitur qd̄ cōmittunt: prius contra se iudiciū sue rationis inueniunt: et post ad districtionem eterni examinis perducuntur. Et hoc est fortasse qd̄ ꝑ psalmistam dr̄: Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. q̄ dū miro ordine dispositiōis occulte malū nō ꝑmittit nesciri qd̄ agitur: et suo se iam iudicio peccator in cōscientia cōdemnat: et post cōdēnationē propalam ad eterni iudicis sententiam ꝑperat. Abyssum ergo abyssum inuocare / est de iudicio ad iudiciū peruenire. Sant ergo predicatores sancti / redarguant facta peccantium: auditores autē praui contēnant vba iustorū: defendant q̄ntū voluerint prauitates suas: atq̄ impudenter gestas / impudentius defendendo multiplicēt: certe ipsi sibi in conscientia testes sunt / q̄ excusabiles non sunt. Eo enim ipso quo rationabilē creaturam deus hominē condidit: in manu omniū hominū signat / vt nouerint singuli opera sua. Sed q̄ bellū de prauitate singulorum sententiam protulit / illico ad ipsum prauitatis auctorem per quem vnūquodq̄ malū oboritur / mentis oculos deflectit: vt quia vno hoc versu praua capitis membra perstrinxerat / etiam hoc ipsum membrorum caput sub bestialitate describat. Uel certe q̄ superius nubium dei virtutes intulerat: agit nunc vt contra bonorum vitam etiam aduersarij impugnationes innotescat. Nam sequitur: [Ingredietur bestia latibulum suum: et in antro suo morabitur.]

H

¶ S. Qr in reprobotum cordibus diabolus quasi in antro suo lateat. Capitulum. xix.

Quis alius noīe bestie nisi antiquus hostis accipitur: qui deceptionē primi hominis seuus impetijt: et integritatem vite illi⁹ mala suadendo laniauit? Contra quem ꝓphete vocibus de sancta electorum ecclesia in antiquū statū restauranda promittit: Et mala bestia non transibit per eam. Sed hec bestia cū post redemptoris aduentum / post ꝑdicatorū voces / quasi post tonitruū nubiū in fine mūdi illū dānatū hominē qui antichristus vocatur intrauerit: q̄d aliud q̄ latibulū suū ingredit / vt in antro proprio demoretur? Uas quippe illud diaboli / antrū ac latibulū bestie est: vt insidians hominib⁹ viam huius vite carpentibus / in illo et per signa lateat / et per malitiam occidat. Qui tamē omnium reproborū corda etiam nunc priusq̄ apert⁹ appareat possidet: eaq̄ per occultam malitiam quasi ꝓpriū antrum tenet: atq̄ ad omne quod nocere bonis appetit / in eorum se obscuris mentibus abscōdit. An iudeorū ꝑsequentium corda / antra hui⁹ bestie nō fuerunt / in quorū diu cōsilijs latuit: s̄ repēte vocib⁹ erupit clamātiū / crucifige crucifige? Et quia ad lacerationē mētē ꝑtingere tētādo non potuit in redemptore nostro ad mortem carnis anhelauit. Hec nimirū bestia multa electorum corda tenuit: sed hanc ab illis moriens agnus excussit. Unde et in euangelio dicit. Nunc princeps huius mundi eijciet foras. Qui miro rectoq̄ iudicio dum confessiones humiliū illuminans suscepit / superborum oculos deserens clausit. Ubi et per psalmistā dicitur. Posuisti tenebras / et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie silue. catuli leonū rugientes vt rapiant: et querant a deo escam sibi. Tenebras quippe dn̄s ponit / cum peccatis iudicia repēdens / lumē sue intelligentie subtrahit. Et nox efficit: q̄ prauorum mens ignorantie sue erroribus cecatur. In qua omnes bestie silue pertranseunt: dum maligni spiritus sub opacitate fraudis latentes / reproborū cordibus prauitates suas explendo percurrūt. In qua et catuli leonū rugiūt: quia nequissimarū / sed tamē eminētiū potestatū ministri spiritus importunis tētationibus insurgunt. Qui tamen a deo escam appetūt: q̄ nimirū capere animas nequeunt /

Sap. xvij.

j. Jo. iij.

Ps. xlj.

Esa. xxxv.

Joan. xix.

Jo. xij.

Ps. ciij.

nisi iusto iudicio ꝓualere diuinit⁹ ꝑmittant. Ubi et aperte subiungit. Ortus est sol / et cōgregati sunt / et in cubilib⁹ suis se collocauerūt. q̄ veritatis lumine per carnem apparēte / a fideliū mētib⁹ excussi: quasi ad cubilia sua reuersi sunt / dum sola infideliū corda tenuerūt. Quod igitur illic leonū cubile / hoc hic antrū bestie dicitur. Notādum vero magnopere estimo q̄ bestia hec non solum antrum suum ingredi / sed in eo etiam morari perhibetur. Aliquā nāq̄ etiā bonorū mentes ingredit / illicita suggerit / temtationib⁹ fatigat: rectitudinē spiritus ad delectationem carnis deflectere conat: delectationē q̄q̄ ad ꝯsensū perducere nitit: s̄ tn̄ resistēte superno adiutorio ꝓualere ꝓhibet. Intrare q̄ in mentes bonorū pōt / s̄ i eis morari nō pōt: q̄ cor iusti hui⁹ bestie antrū nō ē. Quos enī q̄si ꝓpriū antrū possidet / eorū mētes perdubio imorās tenet: quia et prius i eis cogitatiōes vsq̄ ad iniqua desideria / et post iniq̄ desideria vsq̄ ad nequissima opera ꝑducit. Neq̄ enī student reprobi suggestiones eius recta iudicij manu repellere: cuius voluptatibus appetunt subdita delectatione seruire. Cūq̄ in eorū cordibus prauū q̄d orit: mox ꝑ studium delectationis enutritur: et cum sibi minime resistitur / protinus ex consensu roboratur: statimq̄ consensus ad op⁹ ꝑducit: opus vo etiam cōsuetudine grauatur. Recte ergo in antro suo morari hec bestia dicitur: q̄ tam diu cogitationes reproborū tenet / quousq̄ eorū vitā etiam aculeo praui operis perforet. Unde bene ad iudeam dn̄s ꝑ ꝓphetam dicit: Quousq̄ morabuntur in te cogitationes noxie? Neq̄ enī reprehendit cur veniant / sed cur morentur. Et in bonis enim cordibus cogitationes illicite veniunt / sed tamen morari ꝓhibent: q̄ recti quiq̄ ne capiuandam domū conscientie prebeant / ab ipso cordis limine hostem fugant. Qui etsi q̄si repentinis suggestionib⁹ vsq̄ ad primum vestibulum surripuerit: ad consensus tamen ianuam non pertingit. Huic nimirum bestie impulsu subite formidinis vict⁹ ianuam cordis Petrus negādo aperuit: sed citius cognoscendo restitit / flēdo clausit.

Capitulum. xx.

Quia vero antiquus hostis persecutorum corda non solū intrādo tenuit / sed etiam tenendo possedit: dicat recte. Ingredieť bestia latibulū suū / et in antro suo morabit. Utrū nāq̄ in Judeorum mentib⁹ demorata sit discimus: cū illorū consilia attestatione euangelice narrationis audimus. In illa nāq̄ describitur cum redemptorē nostrum viuificare mortuos cernerent: in morte eius q̄nta anxietate crudelitatis insanirent / q̄t explere contra illum praua desideria ardenter vellent / sed tamē populum timerēt: quot occasiones occidendi quererent / et inuenire non possent: quot ad votum sue seuitie alienigenarū manibus vsi sunt: q̄ eum quē legaliter interimere ipsi non poterāt / feriēdum gētib⁹ tradiderūt: vt ex sola potestate romanus preses ageret / qd̄ ex sola malitia vt agi debuisset / ipsi anhelarēt. Unde et apte subiungitur.

¶ S. Qr christus iudeis qui zelo legis feruere videbantur / scandalum fuit: gentibus vero infidelitatis frigore torpentibus stultitia.

¶ Ab interiorib⁹ egredieť tempestas / et ab arcturo frig⁹.] Scriptura sacra cū ꝯtra arcturū interiora memorat: diuersam aquilonis partib⁹ austri plagā designat. Unde in hoc eodem libro scribitur. Qui facit arcturū et oriona et interiora austri. Quia igit interiora austri sol feruēti or tenet / et arcturo vero cursum oīmodo non h3: interiorū nomine plebs iudaica: arcturi autē vocabulo hoc in loco popul⁹ gētilis exprimit. Illi enī q̄ vnū atq̄ inuisibilem deum nouerant: eiusdēq̄ legi saltem carnaliter seruiebant: quasi sub meridiano sole ferueutes in fidei calore tenebantur. Gētiles aūt q̄ nullam scientiam superne cognitiōis attigerant: velut sine sole frigidi sub aquilone remanebant. Quia vero tempestas impellit: frigus autem torpore opprimit: recte nūc dicitur. Ab interioribus egredietur tempestas: et ab arcturo frig⁹. ac si aperte diceret: a iudeis surgit malitia persequens: et a gētilibus potestas ꝑmēs. Neq̄ enī miracula fieri legis ꝑcepta vetuerant: et tamen iudei pro eisdem miraculis interimere humani generis redemptorem querebant. Unde explere hoc qd̄ ceperant nō valentes / ad pilati pretorium cucurrerunt: vt ipse hunc perimeret / quē iniuste perimere lex nulla cohiberet. Ab interioribus ergo tempestas: atq̄ ab arcturo frigus pro-

K

Ibidem.

Diabolus aliq̄n bonorū mentes ingredit: sed nō in eis moratur.

Ozee. iiij.

Mat. xxvj.

L

M

A dixerũt quod iudea ex inuidia petijt/hoc gentilis iudex ex romana auctoritate perpetrauit. Unde bene per hac eandem adhuc inuidiam subditur. Capitulum. xxi.

Flãte deo concrescit gelu.] Qꝛ quo fidelium cordibus spiritusſctꝰ aspirauit: quo maiora virtutũ miracula contulit/eo infideliũ mẽtibus grauioris inuidie torpor excreuit: atqꝫ inde ꝫ deũ plebs infidelis obdurauit/vnde humilis populꝰ antea ciam duritiam q̃ceasstrinxerat/emolliuit. Deo eñ flante in gelu versi fuerant/qui visis miraculis inuidentes dicebant: (Joan. xij.) Ecce totus mũdus post eũ abijt. Conspiciebant signa/cernebant per ministros eius miracula: totum iam mundum secuturum fidei pdicamenta preuidebant: et tamen quo sanctus spiritus mũdũ repleuerat: eo illorũ mentes arctius inuidie malitia ligabat. Aqua ergo in gelu versa fuerat: dũ cunte post deũ mundo/iudea in inuidia pigra remanebat. Sed qꝛ superne potestati suppetit etiã tante crudelitatis duritiam soluere/atqꝫ ad amandũ se corda infidelium liquare/post hoc gelu mox bene subditur: [Et rursum latissime funduntur aque.] Post gelu quippe dñs latissimas aq̃s fudit: qꝛ postq̃ iudeorum seuitiã vsqꝫ ad mortẽ ptulit/eorũ corda ptinus ab infidelitatis (B) duritia/amoris sui aspiratione liquefecit: vt tanto post desiderabilius ad obediendũ currerent/q̃to preceptis illius prius obstinatius restitissent. Unde bene per quendam sapientẽ dicit. (Eccli. iij.) Sicut glacies in sereno/sic resoluentur peccata tua. Ab hoc frigidi torporis gelu solui propheta desiderauerat/cum dicebat. (Ps. cxxv.) Cõuerte dñe captiuitatem nostrã: sicut torrens in austro. De his aquis: id est ad deum concurrentibus populis rursum dicitur. (Ps. cxlvij.) Mittet verbum suũ et liquefaciet ea: flabit spũs eius/ꝛ fluent aque. Aque de gelu currunt: qꝛ plerũqꝫ ex duris persecutoribus magni pdicatores fiunt. Gelu igitur in aque liquatur/cum torpor interni frigoris ad irrigationẽ vertitur pdicationis. An Paulus gelu nõ erat/qui acceptis epistolis damascũ pergens/in corde fidelium quasi in terra (Act. ix.) dei iactata verbi semina/ne ad perfectionẽ operũ surgerent/restringere querebat: Sed gelu hoc in aquã rediit: quia quos persequendo priꝰ premere studuit: hos postmodum fluentis sancte exhortationis infudit: vt tanto vberior electorum messis exurgeret/q̃to hanc imber dei etiã ab ore persecutoris irrigaret. Ubi et bene subditur.

¶ S. Qꝛ messis ecclesiastica operarios desiderat/quorum compleatur doctrina: ꝛ exẽplis proficiat. Ca. xxij.

Frumentũ desiderat nubes.] Quid enim electi quiqꝫ sunt/nisi frumẽta dei celestibꝰ horreis recondenda: Que nũc in triturã aree paleas tolerant: qꝛ in hac purgatione sancte ecclesie mores contrarios reproborũ portant/quousqꝫ hec internus agricola ventilabro iudicij dirimat: et in superna habitacula electos suos quasi munda iã grana suscipiens/eternis paleas ignibus tradat. Unde bene per Joannẽ dicit. (Mat. iij.) Cuius ventilabrũ in manu sua: et permũdabit areã suam: et congregabit triticũ in horreũ suũ: paleas autẽ cõburet igni inextinguibili. Sed hoc frumentum quousqꝫ ad perfectionẽ fructuum veniat/nubium pluuias expectat vt crescat: qꝛ bonorum mens pdicantiũ verbis infunditur/ne ob humore charitatis desideriorum carnaliũ sole siccetur. Hoc frumẽtum supnus agricola in mũdo surgere acnubes desiderare conspexerat/cum dicebat. (Mat. ix.) Messis quidẽ multa: operarij autem pauci. Rogate autẽ dominũ messis vt mittat operarios in messem suam. (C) Qui igitur hic frumẽtũ/illic messis: qui vero hic nubes/illic operarij vocantur: quia predicatores sancti et nubes sunt et operarij. nubes videlicet per doctrinam/operarij per vitam: nubes quia verbis influunt: operarij quia non desinunt agere quod loquuntur. Unde et subdit. [Et nubes spargunt lumẽ suum.] Nubes eñ lumen spargere/est pdicatores sanctos exempla vite et loquendo et agẽdo dilatare. Sed quia amministrationis intime lumen spargant: nõ tamẽ ad cõuertenda omniũ que appetunt corda pueniunt. Nam sequitur. [Que lustrant cuncta per circuitum: quocũqꝫ eas voluntas gubernantis duxerit.] Sepe enim predicatores sancti exhortari quosdam volunt/sed nequeunt. Sepe quosdam declinare appetunt/sed tamen interne instigationis impulsu exhortari eos instantissime compelluntur. Videamus nubem dei quomodo gubernantis manu et ad ea que non appetit ducitur: atqꝫ ab impulsu suo iterũ gubernãtis manu retinet. Certe Paulꝰ cum (D) vestimenta sua excutiens/a corinthijs discedere vellet/audiuit. (Act. xviij.) Noli timere/sed loquere: et ne taceas: ppter qꝫ ego tecum sum: et nemo apponetur tibi vt noceat te: qm multus est mihi populus in hac ciuitate. Rursum cum ad Thessalonicenses voluisset ire: retentus est: dicẽs. (j. Thes. ij.) Uoluimus venire ad vos ego quidem Paulus: et semel et iterũ/sed impediuit me sathanas. Neqꝫ enim per semetipsum sathan prepedire tanti apostoli vias potuit: sed occulte dispensationis vsibus dum aduersatur/nesciens deseruiuit: vt nimirum Paulus dum ad alios vellet accedere nec valeret/eis a quibus recedere non poterat/aliꝰ prodesset. Nubes igitur dei cuncta per circuitum lustrant: quia predicationis luce mundi fines illuminãt. Sed qꝛ diuinis nutibus subdite nequeunt explere quod volunt: ire non possunt/nisi quo eas voluntas gubernantis duxerit. Unde et adhuc subiungitur: [Ad omne quod preceperit eis super faciem orbis terre.] Sepe eñi cum gubernantis voluntate perducuntur: aliter agere appetunt/sꝫ aliter disponitur. (E) Nam plerũqꝫ quosdã auditores suos student blande corrigere/et tamẽ eorũ sermo in asperitatem ducitur. Plerũqꝫ quosdã resecare aspe appetunt/sꝫ tamen eorũ rigor per mansuetudinis spm refrenatur. Sicut ergo non possunt ire quo volunt: ita etiã nequeũt agere sicut volunt. Quia eñi eos internus arbiter tenet cum mittit: ita illos etiã modificãs suscipit cum perducit/vt aliqñ in cogitatione alia disponãt/sed alia in opere peragant: aliqñ aliter inchoent/sed aliter consummeñt. Quia igitur iuxta hoc quod sibi precipitur seruiũt: dicat recte: Quocũqꝫ eas volũtas gubernãtis duxerit: ad omne qꝫ preceperit illis sup faciẽ orbis terre. Eo eñ aptiorẽ viam predicationis inueniunt: quo ad hãc non suis/sed preceptoris sui nutibus ducuntur. Unde adhuc subditur.

¶ S. Qꝛ sm gratiam dei/verbũ fidei ad omnes puenit: et profectus iustitie/neqꝫ volentis/neqꝫ currentis/sed miserentis est dei.

¶ Siue in vna tribu/siue in terra sua/siue in quocũqꝫ loco misericordie sue eas iusserit inueniri.] Una tribus profecto iuda intelligitur: q̃ in scriptura sacra clara ac multiplex pre ceteris memorat. Que in hoc q̃ ex se redẽptoris nostri carnem protulit/speciale pre omnibus munus accepit. Terra autẽ dei/simul omnis iudea nominatur. Que tunc et fidei sue fructũ protulit: cum totus subidolorũ cultu delapsis gentibus mũdus errauit. Locꝰ autẽ misericordie dei est ipsa gentilitas: cuius culpas districtꝰ iudex si iuste animaduerteret/ad reconciliationẽ gratie nunq̃ veniret. Que cum nulla apud deũ merita haberet/reconciliationis tamẽ gratiam ex sola misericordia accepit. (Rom. xv.) Unde per Paulum dicit: Gentes autẽ super misericordia honorare deũ. Unde rursꝰ scriptũ est: Qui quõdã (j. Pet. ij.) non cõsecuti misericordiã/nũc autẽ misericordiã cõsecuti. Nubes ergo suas deus ducit: siue in vna tribu/siue in terra sua/seu in quocũqꝫ loco misericordie sue eas iusserit inueniri: quia predicatores veteris nouiqꝫ testamenti aliquando soli tribui iude contulit: cum israel pene totũ ex praua regum gubernatione reprobauit. Aliqñ et in terra sua has pluere nubes facit: qꝛ eũdẽ israeliticũ populum ad antiquam gratiã post correptionẽ captiuitatẽqꝫ reuocauit. Aliquando de loco sue misericordie eas clarescere voluit: quia per predicatores sanctos etiam gentibus virtutum miracula ostendit: vt sola misericordia a iugo erroris absolueret/quos ingentis perfidie ira depsimebat.

Capitulum. xxiij.

Sed ecce bellu quia futura per propheticũ spiritum sensit: qꝛ multa sublimiter protulit/vir arrogans elationis sue pondere lassatus non valet portare que dicit. Nam per iactantiam protinꝰ adiungit. [Ausculta hec Job: sta et considera miracula dei.] Quasi in comparatione sui tacentẽ vidit: quẽ ad ꝟba tãte predicationis vt staret admonuit. Meuis et per hoc qꝫ dicit Ausculta: grauem beato Job contumeliam irrogat: quia sicut iam de elioc superius diximꝰ arrogãtia mimoris est/auditum sibi velle extorquere maioris. Sed licet bellu bona que dicit/nesciat pensare cui dicit: nos qui erudiri ab hominibus querimus/indagare verba doctrine illius subtiliter debemus. Nam magna fortassis virtutis arte dicitur: Sta et cõsidera miracula dei. Sũt nõnulli quippe qui dei miracula tacite considerant: qui

G

j. Cor. x.

operationis eius potentiã nõ sequẽtes admirant̃. Stare quippe est recta agere. Unde et per Paulum dicitur: Qui se existimat stare, videat ne cadat. Et sepe quidam superna iudicia mirant̃: pdicamenta celestis patrie cum audiunt diligunt, mira opera interne dispositionis obstupescunt: sed tamẽ amãdo et viuẽdo ad hec eadẽ opera assurgere negligunt. Jacẽtes ergo dei miracula considerant, qui eius potentiã sciendo pensant, sed viuendo nõ amant. Per cõtẽplationẽ quidem in consideratione oculos tendunt: sed tamẽ per intentionẽ sese a terra non

Nu. xxiiij.

erigunt. Unde bene in Balaã exprobatione dicit̃: Qui cadens apertos habet oculos. Multa nãq; de aduentu redemptoris dixerat: z que i nouissimis tẽporibus erant ventura preuidebat: sed tñ ei viuendo assurgere noluit, quem preuidendo predicauit. Jacens ergo apertos oculos habuit: cum eius mentem et prophetia ad celestia tenderet, et auaritia in terra retineret. Jacens apertos oculos habuit: quia cum videre de superioribus potuit, quẽ prostratus in infimis non amauit. Bene itaq; qui beatũ Job nequaq̃ credidit viuendo tenuisse quod dixit, quasi admonens dicit. Sta et considera miracula dei. Queadhuc de venturis discutit: et quasi de ignorantia humilitate adiungit.

ℭ Q. nisi pdicatores loquẽdo pdãt quales sit sint, aut reliqs hoibus similes, aut longe despectiores videantur.

ℭ Nunquid scis quãdo preceperit deus pluuijs vt ostenderent lucem nubiũ eius? Si nubes sancti predicatores

D

sunt, pluuie nubiũ sunt vba pdicationũ. Sed nubes cum per aera transuolant: nisi pluuie deorsum veniant, nescitur qñtã aquarũ imensitatẽ portãt. Nisi coruscus sol inter pluuias erũpat, intelligi nõ valet qd in eis etiã claritatis lateat: qr nimirũ pdicatores sancti si taceãt, z nequaq̃ loquentes ostendant qñta sit celestis spei claritas quã in cordibus gestant: aut reliquis hoibus similes, aut longe his despectiores videntur. Cum autem aperire per predicationẽ ceperint que sit supne patrie remũeratio quã intrinsecus tenent: cum persecutione pressi, in qua virtutis arce profecerint innotescunt: cum visiõe despecti, loquẽdo insinuant vnde timeant: ipe que de nubib9 ifusit pluuie, lucem nobis earũdẽ nubiũ ostẽdũt. Per verba enĩ pdicatorũ agnoscim9: vt in eis claritatẽ vite quã apperiũt, cum magna hũilitate veneremur. Hanc nimirum

Ephe. j.

lucem Paulus discipulis ostendebat, cum diceret. Ut sciatis que sit spes vocatiõis eius: que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis: et que sit supeminens magnitudo virtutis eius in nos qui credim9. Hanc lucem corinthij per scriptorum verba quasi per pluuie guttas agno

ij. Cor. x.

uerãt, cum dicebãt. Epistole graues sunt et fortes: presentia aũt corporis infirma, et smo cõtẽptibilis. Cap. xxiiij.

Sed plerũq; predicatores sancti ostendere semetipsos vt prosint cupiunt: nec tamen possunt. Plerũq; latere vt quieti sint appetunt, nec tamen pmittuntur. Nemo igitur scit quando lucem nubiũ pluuie ostendant: quia nemo cõprehendit quando deus virtutem predicationis pbeat: vt predicãtium gloria clarescat. Dicit ergo: Nunquid scis quando preceperit de9 pluuijs: vt ostenderẽt lucẽ nubiũ ei9? Ac si aperte dicat: Nunquid siventuros in mundo predicatores iam conspicis: quando eos ad predicandum diis repletione sancti spiritus impellat, quibusue modis eorũ vite claritatẽ mundo innotescat, apprehendis? Unde adhuc apte subiungitur.

ℭ S. Q. in doctrina euangelica anguste semite sunt regule continentie: et perfecta scientia sit, de profectu virtutum non in se, sed in domino gloriari.

ℭ Nunqd nosti semitas nubiũ magnas et pfectas scientias? Habẽt iste nubes semitas subtilissimas: scz sancte predicatiõis vias. Angusta quippe porta est q̃ ducit ad vitam. Eos ergo p semitas astringunt, qui ab intẽtiõis eorũ tramite p lata mũdi desideria euagando nõ exeunt. Arcta enĩ bene viuendi censura non est ampla via, sed semita: i qua predicator quisq; studiose cõstringitur: quia sub preceptoz custodis sollicite coangustatur. An nõ qñ qdã angustia est itineris, in hoc quidẽ mũdo viuere: sed de huius mundi concupiscentis nihil habere: aliena non appetere, propria non tenere, laudes mundi despicere, et pro deo opprobria amare, gloriam fugere, despectum sequi, adulãtes despicere, despicientes honorare, mala noscentiũ ex corde dimittere: et erga eos dilectiõis gratiam

K

immobilẽ i corde retinere? Que videlicet oĩa semite sũt, sed magne: qr qñto in presenti vita pro ipsa viuendi custodia anguste sũt, tanto ãplius in eterna retributione dilatant̃. Unde et bñ subdit̃: Et pfectas scias. Perfecta quippe scia est: et cũcta hec sollicite agere, et se de suis meritis scire nihil esse. Unde et ipse nubes de hac pfecta scientia do

Luc. xvij.

centur: cum eis voce veritatis dicit̃: Dum feceritis oĩa que pcepta sunt vobis: dicite, serui inutiles sumus. Perfecta scientia est scire oĩa: et tamẽ iuxta quendam modũ scientem se esse nescire: qr etsi iam dei precepta nouimus, etsi iam virtutem verborũ illius sollicita intentione pensamus, etsi iam que intellexisse nos credimus agim9: adhuc tamẽ acta eadem qua districtione examinis sint discutienda nescimus: necdum dei faciem cernimus, necdum occulta eius consilia videmus. Quãta ergo est nostra scientia, q̃ quisq; mortalitatis nostre pondere pmit̃, ipso sue incertitudinis nubilo cecatur? De qua bene per

j. Cor. viij.

Paulũ dicitur: Qui se existimat scire aliquid, nondum cognouit quẽadmodũ oporteat eũ scire. In h itaq; mundo dum viuimus, tunc pfecte que sciẽda sunt scimus, cũ pficientes per intelligentiã, nihil nos pfecte scire cognoscimus. Dicitur igitur: Nunquid nosti semitas nubium magnas z perfectas scientias? Ac si aperte dicat. Nunqd iam summa acta predicantium cõspicis: qui postq̃ per

L

scientiam ad alta se eleuãt, deorsum se humiliter per cogniti onem sue ignorantie inclinant? Quod qr solo sancti spiritus dono agitur: vt humanũ cor non solum de scientia, sed etiã de ipsa sua ignorantia pfecte doceat̃: et calore amoris ad superna feruẽat, dum minora esse que cognouit in infimis pensat: recte subiungitur.

ℭ S. De doctorũ et auditorum cõcordia q̃ mutua charitate coalescit, et spiritu sancto est.

ℭ Nonne vestimenta tua calida sunt: cum perflata fuerit terra austro? Sepe beatum Job figuram sancte ecclesie tenere diximus. Uestimenta vero ecclesie sunt omnes qui ei fidei adunatione iunguntur. De quib9 eidem

Esa. xlix.

ecclesie per prophetam diis dicit̃: Uiuo ego: qr oibus his velut ornamento vestieris. Per austrũ vero qui nimirũ calidus ventus est nõ immerito spiritussanctus designatur: quo quisq; dum tangitur, ab iniquitatis sue torpore

Cant. iiij.

liberatur. Unde bene in cãticis canticorum dicitur. Surge aqlo z veni auster: pfla hortũ meũ, z fluãt aromata illi9. Aqlo enĩ iubet̃ vt surgat: vt nimirũ is qui mortalium corda restringit aduersarius spiritus fugiat. Auster enĩ venit z hortum perflat vt eius aromata diffluant: qr p aduentum sanctispũs dum mens hominum repletur, ex ea mox opinio virtutũ aspergit̃: vt iure iam sanctorum lin

ij. Cor. ij.

gua quasi hortus austro pflatus dicat: Christi bon9 odor sumus deo. Uestimenta ergo sancte ecclesie calida sunt dum terra austro perflatur: quia hi qui ei per fidem inherent: feruentib9 charitatis studijs inardescunt, dum eorum mens sancti spiritus afflatu perfunditur. Quod quidem

M

z de eodem beato Job nil obstat intelligi: qr sic hec generaliter in sancta ecclesia dicimus, vt tamen per membra eius singula specialiter teneam9. Unusquisq; enim q̃ recte viuit: atq; hoc et alios docere consueuit: quasi tot vestimẽta hz, q̃t auditores et cõcorditer inherent. Ca. xxv.

Natura nãq; vestimẽtorum est: vt per semetipsa calere non possint, sed adiuncta viuenti corpori: dũ exhalãtes membrorũ poros contegunt, emanantẽ ab intimis calorem pmunt: quo nimirũ calore hec eadem vestimenta calefiunt: sed calefacta calorem quem acceperint, retinendo ad corpus reddunt. Quid ergo per vestimenta viuenti corpori adherentia, nisi discipulorum vita magistris bene viuentibus coniuncta signatur? Que quasi per poros calorem accipit: quia ad amorem dei et exemplo actionis, et impulsu exhortationis ignescit. Que velut frigus propriũ expellit, dum a pristina iniquitate discedit: calorem quẽ accepit retinet: quia in eo quem predicando sumpserit feruore conualescit. Doctores autem sancti dum auditores suos i amorem dei pficere sentiunt: ipsi amplius in doctrine virtute feruescunt: et quia eos ad summa inardescere et feruere conspiciunt, ad pdicanda bona celestis patrie vali di9 succenduntur. Qui etsi quando pro eo q̃ adhuc vitam corruptibilem humane infirmitatis agunt: de qualibet culpa saltẽ tenuiter in opere, in locutione, in cogitatione

A tentātur: discipulorum suorum profectum cōspiciūt: et ipsi vel in minimis esse reprehensibiles erubescunt: ne quos forte exēpla fortitudinis prebeāt eis quos predicationis voce ad regulam interne rectitudinis vocāt. Dum ergo verbo doctorum accenduntur auditores: quasi ex viuenti corpore vestimēta calefiūt. Sed dum ex profectu auditorum etiā vita doctorum proficit: quasi ex calefactis vestimētis calor ad corpus redit. Sed nequaquā sibi doctores tribuāt quod per exhortationem suam ad summa proficere auditores vident: quia nisi spūssanctus eorum corda repleat/ad aures corporum vox docentium incassum sonat. Formare enim vocem magistri exterius possunt: sed hanc imprimere interius nō possunt. 1.Cor.iij. Neque enim qui plantat est aliquid/neque qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Dicatur ergo. Nōne vestimēta tua calida sunt/cū perflata fuerit terra austro? Quia nimirum tūc auditores qui iam bene viuētibus doctoribus inherēt: calorem superni amoris accipiunt/cū per afflatum sancti spiritus excitantur. ac si aperte beato Job diceret: Incassum tibi tribuis si quos per te profecisse in virtutibus contēplaris: quia hi quos per te incaluisse estimas/nisi eos spiritussancti feruor attingeret: frigidi in sua insensibilitate remanerēt. Postquā vero hec fortiter dixit: per arrogātiam leuiter motus/irrisionis illico verba subiungit/dicens:

¶ S. Quod sancti angeli hoc in munere retributionis acceperint a deo: vt ad peccatum vltra moueri non possint.

B ¶ Tu forsitan cum eo fabricatus es celos/qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Possunt per celos hic qui in celestibus sunt cōditi/angelici spūs designari. Unde et in oratione nostra dicere voce veritatis instruimur: Mat.vj. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. vt nimirum volūtas dei/sicut a superiori creatura agitur in oībus: etiā ab humana infirmitate seruetur. De quibus bene dr: Qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Nature nāque eris est rubigine difficile cōsumi. Et virtutes angelice que in diuino amore fixe perstiterūt/lapsis superbientibus angelis: hoc in munere retributiōis acceperūt/vt nulla iam rubigine sue spēcietis culpe mordeātur: vt in contēplatione cōditoris sine felicitatis fine permaneāt: et in hoc quod sunt cōdite/eterna Genesis.j. stabilitate subsistāt. Quod bene apud Moysen ipsa de mūdi origine historie vba testātur: cum et prius factū celum dicitur: et hoc idem postmodum firmamentum vocatur: quia nimirum natura angelica et prius subtilis est in superioribus cōdita: et post ne vnquā potuisset cadere/mirabilius confirmata. Possunt etiā per celos (vt sepe diximus) electorum mentes exprimi/a cūctis terrenis cōtagijs intimo amore suspense. Qui quāuis corpore degāt in infimis: quia tū corde iam inherēt summis: veraciter dicūt: Phil.iij. Nostra conuersatio in celis est. Qui solidissimi vt ere fusi sunt: quia ab integritate cepte fortitudinis/nulla mutabilitatis rubigine consumūtur. Quibus et fortiter contra aduersa durātibus Joan.xv. auctoris voce dr: Uos estis amici mei/qui permāsistis mecum in tentationibus meis. Sed quia doctus et arrogans cū irridere sanctum virū nititur: irrisioni sue fortia dicta pmiscēs: a dictis tū fortibus semper ad superba sua vba relabitur. Nam itemque eum deridēdo subiungit: Ostēde nobis quid dicamus ei. nos quippe inuoluimur C tenebris. Ac si dicat. Tu qui iam magna intelligentie luce pfulseris: docere nos qui ignorātie tenebris inuoluimur debes. Qui mox ab irrisione resiliens/despiciendo subiūgit: Quis narrabit ei que loquor? Ac si aperte dicat. Que ego ei de suis laudibus acute sentiēs non audita loquor: quis hec narrare vel postquā audierit potest? Sed quia cum doctrina et arrogātia in vnius mentis habitatione confligit: a loquētis ore non solum sonat vrbanitas/sed etiam grauitas sentiēdi: postquā beliu per arrogantiam leuiter intumuit/dicens: Quis narrabit ei que loquor: mox per doctrinam subdidit:

¶ S. Quod ineffabilis sit deus/et scrutator maiestatis opprimatur a gloria. Capitulum .xxvj.

Etiam si locutus fuerit homo/deuorabitur. Omne quod aliquid deuorat/hoc introrsus trahēs/ab intuitu oculis occultat: et rem que videri in superficie potuit/in profundum rapit. Homo igitur cū de deo dicit: per rationem in qua est cōditus esse aliquid videt. At si loqui de deo ceperit: illico quā sit nihil ostēditur: quia magnitudinis illius immensitate deuoratur: et quasi in profundum raptus absconditur: quia fari ineffabilem cupiens/ipsa sue ignorātie angustia deglutitur. D Loquitur enim caro de spiritu: circūscriptus spūs de incircūscripto: creatura de creatore: tēporalis de eterno: mutabilis de immutabili: mortalis de viuificātore: et cū in tenebris positus internum lumen sicut est nesciat/homo de eternitate disserere cupiēs/cecus de luce loquitur. Si ergo locutus fuerit homo/deuorabitur: quia si effari homo eternitatem sicut est appetit/etiam hoc sibi subtrahit quod de illa vel tacitus sentit. Sed ecce eternitas ista hominibus vere iā notuit: cū se eis humanitate suscepta monstrauit. Que quia necdum reuelata fuerat/de eisdem hominibus recte subiūgitur: At nunc non vident lucem. De qua nimirū luce etiam per prophetam dr: Esaie.ix. Populus qui ambulabat in tenebris/vidit lucem magnam. Sed hec eadem lux qualiter ab hominibus videatur insinuat/cum protinus subdit: Subito aer cogitur in nubes. Aer quippe ipsa sua tenuitate spargitur/vt nulla firmitate solidetur. Nubes autē tāto firmiores sunt/quāto densiores. Quid ergo per aerē nisi mentes secularium designātur: que innumeris huius vite desiderijs dedite/hic illucque more aeris fluide dispergūtur? Sed aer in nubes cogitur: cū fluxe mentes per superni respectus grām/virtutis soliditate roborātur: vt intra sinum cordis recta sentiendo se colligant/ Mat.iiij. et in vanis cogitationibus non liquescāt. Aer Petrus fuerat: cū per terrena desideria sparsus/cum quasi aura Ibidem. transiēs pro vita carnis cura piscationis agitabat. Aer etiā apostoli oēs exiterāt: qui iam per legem alta didicerāt/sed necdum per fidem firma sapiebāt. Subito au E tem aer in nubes coactus est: quia per respectum superne grē/fluxa corda piscātium in soliditatem versa sunt predicatorum: vt eorum infirme cogitationes fortia sentiēdo densescerēt: ac more nubium aquas scientie caperent: et subterjacētem terram verbis predicationis irrigarent: quo peracto ministerio/ad celi secreta recurrerent: atque ad eternā requiem finito labore peruenirēt. Unde et bene mox subditur: Et vētus transiēs fugabit eas. Uētus quippe est transiens/vita presens. Uentus ergo transiēs nubes fugat: quia mortalis vita percurrens predicatores sanctos a nostris oculis corporaliter occultat. Uentus ergo transiēs nubes fugat: quia vite temporalis excursus a carne apostolos subtrahit: et eos a terre superficie in secreta requie quasi in celorum cardine abscondit. Sed quia vsque ad mortem predicare non desinūt: et presentis vite spatium more nubium cum verborum pluuia excurrūt: quid eorum laboribus in sancta ecclesia agatur/adiungit cum protinus subdit:

¶ S. Quod filij regni in tenebras exteriores projectis/multi ab oriente et occidēte quasi aurum in thesauros venerunt: et multus ex hoc nobis sit timor: quia non intelligimus cur reprobato trūco/in ramis insitis cōplacuit ei.

F ¶ Ab aquilone aurum veniet. Quid per aquilonem/nisi peccati frigore cōstricta gētilitas designatur: quam ille sub iure sue tyrānidis tenuit/qui superbiens dixit: Esa.xiiij. Sedebo in mōte testamēti/in lateribus aquilonis: ascēdam super altitudinem nubium: similis ero altissimo. Quid vero auri noīe/nisi aīe fideles exprimūtur? De quibus per Hieremiam dr: Thren.iiij. Quō obscuratum est aurum/mutatus est color optimus? Aurum quippe obscuratum doluit: quia in quibusdam claritatem innocētie versam in culpe nigredinem vidit. Ab aquilone ergo aurum venire dr: quia per respectum grē redēptoris/a gētilitate dudum perfidie torpore frigida/intra sanctam ecclesiam preciosa deo vita fidelium multiplicat. Ab aquilone etenim aurū venit: cū ab ipsis idolorum cultoribus vera in dño fides clarescit. Sed cōuersis ad fidem gētibus/iudea cōtradicit: et ad premiorum retributionem celestium dedignatur suscipere eos qui dudum fuerāt cultores idolorum. Unde post con- Actuū.xj. uersionem gētium Petro dr: Quare introisti ad viros preputium habētes/et comedisti cū eis? Quo cōtra Esa.xliij. recte per Esaiam dns dicit: Dicam aquiloni da: et austro noli prohibere. Sicut enim per aquilonem gentilitas: sic per austrū iudea signat. Que quasi meridiano sole incaluit: quia redēptore in carne apparēte feruorem fidei prima suscepit. Aquiloni ergo da dr: cum offerre deo sue fidei munera gētilitas imperatur. Austro aūt iubetur ne prohibeat: quia hebreis in fide consistentibus precipitur ne vitam gētium repellēdo condēnet. Unde hic quoque quia dictum est: Ab aquilone aurum veniet: apte subiungitur:

G [Et a deo formidolosa laudatio.] Sic enim formidolosa laudatio a deo venire dicitur, ac si ab his qui in parte dei sunt, i. a fidelibus venire diceretur. Auro igitur ab aquilone veniente a deo formidolosa laudatio prodijt: quia dum claritatem sue fidei gentilitas obtulit, multitudo hebreorum fidelium diuina iudicia pertimescendo laudauit. Sed quomodo ab aquilone veniat aurum: quomodo ab his qui sub deo sunt, formidolosa laudatio erumpat: ipsa nobis historia sacri eloquij ostendit. Scriptum quippe est: Cornelius centurio cohortis que dicitur italica, religiosus et timens deum cum omni domo sua, faciens elemosynas multas plebi, et deprecans deum semper: vidit in visu manifeste quasi hora diei nona, angelum dei introeuntem ad se, et dicentem sibi: Corneli. At ille intuens eum: timore correptus dixit: Quid est domine? Dixit autem illi. Orationes tue et elemosyne ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Aurum ergo ab aquilone venit: quia in conspectu dei ex gentibus cum elemosynis veniens oratio ascendit. Sed cum Petrus fratribus retulisset: quomodo vel cornelius angelum, vel ipse de celo submitti ad se linteum cum bestijs reptilibus ac volatilibus vidisset: vel quomodo spiritussanctus etiam ante baptisma gentium corda perfuderit, quod nunquam in iudeorum mentibus nisi post aquam baptismatis venit: protinus scriptum est: His auditis tacuerunt, et glorificauerunt deum dicentes: Ergo et gentibus deus penitentiam ad vitam dedit. Multitudo ergo fidelium formidolosam deo laudem obtulit: quia saluari gentibus, a suo se murmure dona celestis gratie admirando compescuit. Unde ipse quoque Petrus miratur dicens: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor deus. Sed cum gentes fide suscipiuntur ab eis qui iam fideles sunt, formidolosa venire

H laudatio dicitur, leta venire potius quam formidolosa debuisset: Sed idcirco conuersio gentibus, ab hebreis iam fidelibus formidolosa laudatio prodijt: quia nimirum iuste iudea repulsa est, dum per eum gentilitas vocata: et damna sue repulsionis timuit, dum lucra aliene vocationis vidit. Unde nos quoque quotidie dum iniquos quosque ad inopinatam vite celsitudinem peruenire repente conspicimus, sub occultis dei iudicijs timendo gaudemus, ne per occulta iudicia quosdam deus qui digni putantur deserat, et per hec ad se eos qui indigni estimantur vocat. Sequitur: [Digne eum inuenire non possumus: et si inuenire iam eum possumus, non tamen digne.] Quem quidem in illo sentimus: ex fide est, et non ex specie. Hoc tamen quod iam se inuenisse considerat: adiungit dicens: [Magnus fortitudine et iudicio et iustitia: et enarrari non potest.] Magnus quippe est fortitudine: quia fortem aduersarium superat: et de domo illius vasa contumelie auferens, in misericordie vasa permutat. Magnus iudicio: quia et si hic electos suos per aduersa deprimit, eos quoque in gloria eterne prosperitatis extollit. Magnus iustitia: quia et si hic diu tolerat: quandoque tamen reprobos sine termino damnat. Bene autem subdit: Et enarrari non potest. Qui enim sentiri digne non valet, quanto minus dici? Sed melius hunc vtcunque dicimus: si sub consideratione eius formidine admirando taceamus. Sequitur:

C. G. Quod deum contemplari non possunt qui humiles non sunt: et quid sit quod Dauid cum reduceret arcam dei in Hierusalem, nudus saltabat.

I [Ideo timebunt eum viri, et non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.] Hoc loco Heliu viros eos qui ad intelligentiam sunt fortes appellat. Et notandum quod non ait: Et non audebunt contemplari sapientes: sed qui sibi videntur esse sapientes. Quibus verbis peritos quidem, sed arrogantes insinuat. Heliu ergo dum multa fortiter sentit: in locutionis sue fine se tetigit. Ut enim arrogantes et docti cum recte non viuunt, si tamen recta dicere doctrine impulsionibus compelluntur: ipsi damnationis sue aliquo modo precones fiunt: quia dum ea que agere respuunt predicantes insinuant, suis se vocibus damnatos clamant. Contra quos bene per psalmistam dicitur:

Psalm. lxxvij. Conuersi sunt in arcum peruersum. Arcus quippe peruersus ipsis a quo intenditur percutit. In dictis autem suis arrogantium lingue arcui peruerso sunt similes: quia dum contra elationem verba faciunt, in suis auctoribus sagittas figunt. Unde summa cura prouidendum est: ne accepta sapientia cum ignorantie tenebras illuminat: lumen humilitatis tollat, vt iam sapientia esse nequeat. Que etsi virtute locutionis fulgeat: elationis tamen velamine cor loquentis obscurat. Alia namque sunt

Bona summa. bona summa: alia bona media. Bona enim summa sunt: fides, spes, charitas. Que cum veraciter habentur: in malum

Bona media. trahi et non possunt. Bona autem sunt media: prophetia, doctrina, curationum virtus, et cetera: que ita inter vtrosque sunt posita, vt aliqui per hec solo eterna patria, aliqui vero

K gloria terrena requiratur. Medias ergo has virtutes dicimus: quas ad quodcunque mentis appetit inclinamus. Quibus perceptis ita vt animus sicut terrenis diuitijs potest. Per terrenas namque diuitias alij in gloria ostentatione fugiuntur: alij erga pressuram indigentium ministeria pietatis operantur. Cum per doctrinam igitur atque prophetiam laus exterior queritur: quasi per corporales diuitias terrene glorie culmen ambitur. Cum vero doctrina atque prophetia lucrandis animabus impenditur: quasi accepte diuitie egenis fratribus largiuntur. Quia ergo sepe per ipsa dona que se percipere exultat: a manu dantis incautus animus elongatur: vigilanti prouisione curandum est: vt et quos subiugatur vitia: et post sub circumspectione bona teneatur. Nam sic eis mens incaute se defert: non per hoc adiutura subuehitur, sed quasi pro antea actis laboribus remunerata reprobatur. Unde fit etiam vt accepta virtus dum in visu transitorie laudis assumitur: quia vitio militat, virtus non sit. Quia enim origo virtutis humilitas est: illa in nobis virtus veraciter pullulat, que in radice propria, i. in humilitate perdurat. A qua nimirum si abscinditur, arescit: quia viuificantem se in intimis humorem charitatis perdit. Sed quia per hoc quod ab Heliu dicitur: Non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes: occulta cordis elatio reprobatur: intueri libet quanta secundum munera Dauid perceperat: atque in his omnibus quam forti se humilitate seruabat. Quem enim non extolleret ora leonum frangere, vrsorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula vngi, timendum cunctis vno lapide Goliam sternere, a rege proposita extincitis allophylis numerosa preputia reportare, promissum tandem regnum percipere, cunctumque israeliticum populum sine villa con-

L tradictione possidere? Et tamen cum arcam dei in Hierusalem reuocat: quasi oblitus prelatum se omnibus, admixtus populis ante arcam saltat. Et quia coram arca saltare (vt creditur) vulgi mos fuerat: rex se in diuino obsequio per saltum rotat. Ecce quem dominus cunctis singulariter pretulit: sese sub domino, et equando minimis, et abiecta exhibendo contemnit. Non potestas regni ad memoriam reducitur: non subiectorum oculis saltando vilescere metuitur: non se honore prelatum ceteris, ante eius arcam qui honorem dederat recognoscit. Coram deo egit villa vel extrema: vt illa ex humilitate solidaret, que coram hominibus gesserat fortia. Quid de eius factis ab alijs sentiatur ignoro: ego Dauid plus saltantem stupeo quam pugnantem. Pugnando quippe hostes subdidit: saltando autem coram domino semetipsum

ij. Re. vj. vicit. Quem Michol filia Saul adhuc ex tumore regij generis insana, cum humiliatum despiceret dicens: Ut gloriosus fuit hodie rex israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum: et nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris: protinus audiuit: Uiuit dominus: quia ludam ante dominum qui elegit me potius quam patrem tuum. Ac paulo post ait. Et ludam, et vilior fiam plusquam factus sum: eroque humilis in oculis meis. Ac si aperte dicat: Uilescere coram hominibus appeto: quia seruare me coram domino ingenuum per humilitatem quero. Sunt vero nonnulli qui de semetipsis humilia sentiunt: quia in honoribus positi nil se esse nisi puluerem fauillamque perpendunt:

M sed tamen coram hominibus despecti apparere refugiunt: et contra hoc quod de se interius cogitant, quasi rigida exterius venustate palliantur. Et sunt nonnulli qui viles videri ab hominibus appetunt: atque omne quod sunt, deiectos se exhibendo contemnunt, sed tamen apud se introrsus quasi ex ipso merito ostense vilitatis intumescunt: et tanto magis in corde elati sunt, quanto amplius in specie elationem premunt. Que vtraque vnius elationis bella, magna Dauid circumspectione deprehendit, mira virtute superauit. Quia enim de semetipso intus humilia sentiens, honorem exterius non querit, insinuat dicens. Ludam et vilior fiam. Et quia per hoc quod vilem se exterius prebuit: nequaquam interius intumescit, adiungit: Eroque humilis in oculis meis. Ac si dicat. Qualem me exterius despiciendo exhibeo, talem me et interius attendo. Quid ergo acturi sunt quos doctrina eleuat: si Dauid ex carne sua venturum redemptorem nouerat, eiusque gaudia prophetando nunciabat, et tamen in semetipso ceruicem cordis valido discretionis calce deprimebat, dicens: Eroque humilis in oculis meis? Bene ergo per Heliu dicitur: Ideo timebunt eum viri: et non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes. Contemplari enim dei sapientiam non possunt, qui sibi sapientes videntur: quia tanto ab eius luce longe sunt, quanto apud semetipsos humiles non sunt: quia in eorum mentibus dum tumor elationis crescit, aciem contemplationis claudit.

A

et vn̄ se lucere pre ceterꝭ estimāt/inde se lumine vitatis p̄uāt. Si igit̄ veraciter sapiētes eē/atq̄ ipam sapientiā p̄teplari appetimꝰ/stultos nos humiliter cognoscamꝰ. Relinquamꝰ noxiā sapiam: discamꝰ laudabilē fatuitatē. Hic q̄ppe scriptū est: Stulta mūdi elegit deꝰ/vt cōfūdat sapiētes. Hic rursū dr̄. Si q̄s videt̄ iter vos sapiēs esse in h̄ sclo/stultꝰ fiat vt sit sapiēs. Hic euāgelice histo rie v̄ba testant̄/q̄ Zacheꝰ cū videre pre turba nihil posset: sycomori arborē ascēdit/vt trāseuntē dn̄m cerneret. Sycomorus q̄ppe ficꝰ fatua dr̄. Pusillꝰ itaq̄ zacheꝰ sycomoꝝ subijt/ꝛ dn̄m vidit: q̄ q̄ mūdi stultitiā hūilit̄ eligūt/ipsā dei sapiam subtiliter contēplātur. Pusillitatē nāq̄ nr̄am ad vidēdū dn̄m turba ip̄edit: q̄ infirmitatē hūane mētis ne lucē v̄itatis intēdat/curaꝝ secularitū tumultꝰ premit. Sȝ prudēter sycomoꝝ ascēdimꝰ: si p̄uide eā que diuinitꝰ p̄cipit̄ stultitiā mēte tenemꝰ. Quid eī in hoc mūdo stultiꝰ q̄ amissa nō q̄rere: possessa rapiētibꝰ relaxare: nullā pro acceptis iniurijs iniuriā reddere: imo adiūctis alijs patiētiā p̄bere? Quasi eī sycomorū nos ascēdere dn̄s p̄cipit/cū dicit. Qui aufert q̄ tua sunt ne repetas. Et rursū. Si q̄s te p̄cusserit i dexterā maxillā/ p̄be illi ꝛ alterā. Per sycomorū dn̄s trāsiēs cernit̄: q̄ p̄ hāc sapiētē stultitiā etsi necdū vt ē solidꝰ tā s̄r p̄ cōtēplatiōis lumē dei sapia q̄si i trāsitu videt̄. Quā turba bellu v̄ba videre nequeūt/q̄ sibi sapiētes eē vident̄: q̄ ad p̄spiciēdū dn̄m in elata cogitationū suaꝝ turba dep̄hensi/ adhuc sycomori arborē nō inuenerūt.

i. Cor. i. Ibidem. Luce. xix. Luce. vi. Matth. v.

¶ Finit liber vicesimusseptimꝰ moraliū scti̅ Gregorij.

¶ Sequitur Liber vicesimusoctauus moralis expositionis sancti Gregorij in librum beati Job.

B

Post damna reꝝ/ post funera pignoꝝ/post vulnera corporis/post v̄ba male suadētis vxoris/post cōtumeliosa dicta p̄solātiū/post suscepta fortiter iacula tot doloꝝ/ de tāta virtute cōstātie laudādus a iudice beatꝰ iob fuerat: i tā de p̄senti seculo eēt euocādus. At postq̄ hic adhuc duplicia recepturꝰ est: postq̄ saluti pristine restituit̄ vt rebus redditis ditiꝰ viuat: ne per elationis gladiū ipsa illū sua victoria sterneret/ debet opē deꝰ increpare p districtā iustitiā que seruat ad vitam. Quid eī pelus plerūq̄ aīam q̄ conscia virtꝰ interficit? Que illā dū cōsideratione sua inflat/a plenitudine veritatis euacuat: et dū se ad p̄cipiēda premia sufficere suggerit/eā a meliorationis intentione distendit. Iustꝰ igit̄ Job ante flagella extitit: s̄ȝ iustior post flagella p̄mansit: et laudatꝰ ante dei voce/postmodum creuit ex v̄bere. Profecto velut tuba ductilis ex p̄cussiōe p̄ducta/in laudē dei tātoaltꝰ eleuatꝰ est/q̄to maiori est castigatiōe p̄cussus. Sȝ humilitādꝰ erat iste q̄ p̄strat̄ vicerib̄ꝰ sic v̄tutibꝰ stabat. Humiliādꝰ erat/ne tā robustissimum pectꝰ elatiōis tela cōfoderēt: q̄ cōstabat certe q̄ et illa ta vulnera nō vicissent. Redarguendꝰ nimis fuit homo cuiꝰ debuisset cōpatione superari. Sȝ q̄d est q̄ de eo voce dn̄i dr̄/ Vidisti seruū meū Job q̄ nō sit ei similis vir super terrā? Cuiꝰ ergo cōparatione poterat vinci/de q̄ deo attestāte dr̄ q̄ nulliꝰ hoīs cōpatiōe posset equari? Quid itaq̄ agēdū est/nisi vt ex p̄sona sua ip̄e dn̄s suas illi virtutes narret/et dicat ei? Nunquid p̄ducis luciferꝝ in t̄pe suo/ et vesperū sup filios terre cōsurgere facis? Et iterum. Nūq̄d aperte sūt tibi porte mortis/et ostia tenebrosa vidisti? Vel certe. Nūq̄d post ortū tuū p̄cepisti diluculo/ et ostendisti aurore locū suū? Quis v̄o ista nisi dn̄s pōt? Et eū interrogat̄ homo: vt cognoscat q̄ ista nō pōt: q̄tenus vir q̄ tam immēsis v̄tutibꝰ creuit: et nulliꝰ hoīs exēplo vicit̄/ne extolli debeat/dei cōpatiōe supet̄. Sed o q̄ potēter erigit̄/q̄ tā sublimiter humiliat̄. Q̄ m̄ra est hoīs victoria/hāc ex dei cōpatiōe p̄didisse. Q̄ m̄ro holbꝰ maior est/q̄ testimonijs conuincit̄ deo minor. Multū quippe potēs est q̄ tali interrogatione ostēditur q̄ potēs nō est. Sed quia ad obscura nimis differenda ducimur: ad eiusdem textus iam verba veniamus.

C

¶ Textus capituli. xxxviij. Libri beati Job.

D

Quia igitur misericors de⁹ diu peccata hominū tolerat: ⁊ cū iam vicinū finem respicit, plerūq; mentes peccātium immutat: recte de se vim tante pietatis insinuans ait. Nunquid tenuisti concutiens extrema terre: et excussisti impios ex ea? Per terram quippe homo in firma sapiēs designatur: cui peccanti dictum est: Terra es, et in terram ibis. Sed quia pius conditor facturam suam non deserit: mala hominū et per suam patientiam tolerat, et per eorum quandoq; conuersionē relaxat. Cū autem duras atq; insensibiles mētes respicit: modo eas minis, mō verberib⁹, mō reuelationib⁹ terret: vt q̄ pessima securitate duruerāt, salubri timore mollescāt: quaten⁹ vel sero redeāt: ⁊ bocip-

Membra antixpi.

Cain.

Iudas.

Simon.

Balaam.

Apo. ij.

Iezabel

Ibidem.

B

j. Ioan. ij.

ij. Thes. ij.

Exēplū d inuidis.

Sap. ij.

Exēplū d superbis.

Iob. xlj.

Exēplū d potentib⁹

Esa. xiiij.

I

Ioā. xiiij.

Exēplū d non corrigentibus.

K

Ioan. xj.

Eccl. viij.

ij. Thes. ij.

Exo. vij.

L

Esa. xiiij.

Gene. iij.

Psalm. lxxxviij.

j. Thes. ij.

M

Uerba dei quasi pigmenta sunt.

Gene. iij.

Duras mētes deus terret.

A

sum saltem qd̄ diu expectati sunt/erubescant. Scit eñ dñs quia extrema vite nostre plus iudicat: τ idcirco electos suos i fine sollicitius purgat. Scriptū quippe est: Deus iudicabit fines terre. Extro ergo impi° vltimis nostris inuigilat: τ q̄to in ipsis pdere initia vite sequentis pensat. Qd̄ q̄ misericorditer facit pietate sua in medium deducta: quia etiā sero cōuersos peccatores recipit: beati Job iustitiā erudit/dicēs. Nunq̄d tenuisti concutiēs extrema terre: τ excussisti impios ex ea: subaudis/vt ego. qui in suis vltimis sepe peccatores terrēdo concutio: cōuertēdo teneo: atq3 ab eoꝝ cordib° impioꝝ cogitationū motus auello. Et recte beato Job dñs quomodo iuxta finē peccatores cōuertat/insinuat. Ac si aperte dicat. Misericordie mee potentiā respice/et tue iustitie elationem preme. Que extrema hois qr etiam cum conuertitur p carnis mortē/illa antique culpe vindicta comitat: protin° insinuat cū dicit. [Restituetur vt lutum signaculū: τ stabit sicut vestimentum.] Hominē quippe dñs q̄ ad suā similitudinē condidit: quasi quoddam sue potētie signaculū fecit. Qd̄ tamē velut lutū restituetur: quia licet eterna supplicia p conuersionē fugiat: a vitio tamē ppetrate superbie carnis morte dānatur. Ex luto quippe homo cōdit°: τ mētis accepta ratione/similitudine diuine imaginis decorat°: elatiōe cordis intumescens/q̄ de infimis format° esset/oblit° est. Unde mira conditoris iustitia actū est: vt quia p sensum intumuit/quē rōnabilē accepit/rursus terra p mortē fieret/quam esse se considerare humiliter noluit: et qr peccādo dei similitudinē pdidit/moriēdo ꝯ ad limi sui materiā rediret. Recte ergo dr̄: Restituet vt lutū signaculū. Et qr de corpore dū spirit° vocat: quodā q̄si inuolucro sue carnis exuitur: apte de eodē luto subiūgitur. [Et stabit sicut vestimentū.] Lutū nāq3 nostrum sicut vestimētum stare/est vsq3 ad resurrectionis tēpus inane exutūq3 perdurare.

B

Sed q̄ hanc penā superbie nec illi transeūt/q̄ et eādem supbiam viuēdo humiliter vincūt: que sit superbientiū specialis pena/subiūgit dicens. [Auferet ab impiis lux sua: τ brachiū excelsum confringet.] Morte eñ carnis q̄ electos luci supernitati reddit: lucē suam reprobis tollit. Lux nāq3 superbientis est gloria vite psentis. Que ei luc tunc subtrahit/cū p carnis interitū ad retributionū suaꝝ tenebras vocatur. Ibi tūc excelsum brachiū cōfringitur: quia celsitudo cordis vltra nature ordinē violēter arrepta/opprimētis se diuine iustitie mole dissipat: vt q̄ se pueris in breui erexerat/p pondus iudicij in eternū fracta cognoscat. Nullus autē nostrum quid post mortem sequeret agnosceret: nisi vite nostre conditor ad penam vsq3 mortis nostre veniret. Nisi eñ ipse misericorditer infima peteret: nequaq̄ nos post suā imaginē perditos iuste ad summa reuocaret. Unde τ recte subiungitur.

C

℄ S. Qr dñs ad inferna descēdens/carcerē gehēne viā et transitum fecit: ipse vero liberans alligatos/liber deambulauit/et apertis portis mortis/exitū de tenebris ad lucem fecit.

℄ Nūquid ingressus es pfundū maris: τ in nouissimis abyssi deambulasti?] Ac si dicat: Ut ego/q̄ non solū mare .i. seculū p assumptam humanā carnem atq3 animam petij: sed etiā per eā sponte in morte positus/vsq3 ad vltima inferi quasi ad maris pfunda descēdi. Si eñ mare (more diuini eloquij) seculū debet intelligi: nil pphibet profunda maris/inferni claustra sentiri. Qd̄ profundū maris dñs petijt: cū inferni nouissima electorum suorū animas erepturus intrauit. Unde τ per prophetam dicit:

Esa.lj.

Posuisti profundū maris viam/vt transirent liberati. Hoc nāq3 pfundū maris ante redēptoris aduentū non via/sed carcer fuit: qr in se etiā bonorū animas ꝯtinēs in locis penalib° clausit. Qd̄ tamen pfundū viam dñs posuit: qr illuc veniēs/electos suos a claustris inferi ad celestia trāsire cōcessit. Unde τ apte illic dicit: Ut transirent liberati. Qd̄ vero pfundū maris dixerat: hoc aliis verbis replicās abyssi nouissimū vocat: qr sicut aquaꝝ abyssus nulla nostra visione cōphendit: ita occulta inferi nullo a nobis cognitionis sensu penetrant. Qui enim hinc subtrahunt cernim°: sed q̄ illos iuxta meritū retributio suppliciorum maneat/non videm°. Capitulum vj.

Vigilanti vero est cura pensandū/q̄ in nouissimo abyssi deambulasse se phibet. Deambulare quippe non pstricti/sed liberi est. Quē eñ vincula stringūt: eius vtiq3 nomin° gressus impediunt. Qr igitur dñs nulla peccati vincula pertulit: in inferno deambulauit. Liber quippe ad ligatos venit. Unde scriptū

D

Psalm. lxxxvij.

est: Fact° sum sicut homo sine adiutorio: inter mortuos liber. In nouissimis ergo abyssi dño deambulare/est in loco dānationis nil sue retētionis inuenire: attestāte Petro/q̄ ait: Solutis dolorib° inferni: iuxta qd̄ impossibile erat teneri illū ab eo. Uel certe q̄ deambulando nos cum de loco ad locū ducimur: hic illicq3 psentes inuenimur: deambulasse in inferno dñs dicitur: vt electis animab° in locis singulis p diuinitatis potētiam pñs fuisse monstraret. Unde τ spirit° sapiētie mobilis describitur: vt per hoc qd̄ nusq̄ deest/vbiq3 nobis occurrere designet. Quā descensionē suam dñs tāto mirabilē respicit/q̄to eā redēpto homini crebri° infundit. Eā nāq3 adhuc replicans subdit. [Nūquid apte sunt tibi porte mortis/τ ostia tenebrosa vidisti?] Porte eñ mortis sunt potestates aduerse. Quas descendēs dñs aperuit: qr earū fortitudinem moriēdo superauit. Que appellatione q̄q3 alia tenebrosa ostia vocant: qr dum per occultationis sue insidias nō videntur/deceptis mētib° viam mortis aperiunt. Que tenebrosa ostia dñs videt: qr immūdoꝝ spirituū fraudulentā malitiam τ respicit τ premit. Quos nisi ipse nobis nescientib° vidēdo phiberet: e nil de insidijs eoꝝ mentis nostra cognosceret: τ eisdē insidijs capta deperiret. Que tenebrosa etiam nos ostia cernim°/qū superne in- cia radijs illustramur. Unde τ p pphetam dicit: Dñs

Ps.cxvij.

mihi adiutor est: τ ego videbo inimicos meos. Hostes igit nros ipse videt: qui suo eos munere nobis visibiles facit. Uel certe tenebrosa ostia tūc dñs vidit: cum claustra inferni penetrās/crudeles ipsos percussit/et mortis prepositos moriēdo dānauit. Qd̄ idcirco hic nō adhuc de futuro: sed iam de preterito dr̄: qr hoc qd̄ factur° erat in

E

opere/nimirum iam fecerat in pdestinatiōe. Qui ꝯo post mortem resurrectionēq3 ei° creuit ecclia: atq3 in cūctis est gentib° dilatata/apte subiungit. Capitulum vij.

Nunq̄d considerasti latitudinem terre?] Dum enim domin° angustias mortis petijt/fidem suam in gentibus dilatauit: atq3 ad innumera corda credentium/sanctā ecclesiam extendit. Cui p

Esa.liiij.

prophetam dr̄: Dilata locum tentorij tui/τ pelles tabernaculoꝝ tuoꝝ extēde: ne parcas. Longos fac funiculos tuos: τ clauos tuos consolida. Ad dexteram enim et ad leuam penetrabis: et semen tuum gentes hereditabit. Que latitudo terre pfecto non fieret: nisi ipse pri° τ vitā quā nouim° moriēdo despiceret/τ vitā quā nō nouim°/resurgendo monstraret. In morte quippe sua nostre oculos mētis aperuit: τ q̄ esset vita q̄ sequeret ostendit. Unde

Lu.xxiiij.

τ hūc in euangelio ordinem tenēs discipulis dicit: Sic oportebat christū pati: τ resurgere a mortuis tertia die: et pdicari in noīe ei° pniam τ remissionē peccatoꝝ per omnes gentes. Pauci eñ ex plebe israelitica ipso predi-

F

cante crediderunt: innumeri vero gentiū populi viam vite morientē illo secuti sunt. Super hos namq3 dū adhuc passibilis viueret/ptulit: a passibili ꝯo vita multos dū

Judi.xvj.

moreretur strauit. Quod bene Sanson in semetipso dudum figuraliter expressit: qui paucos quidē dū viueret interemit: destructo autem tēplo/hostes innumeros cū moreretur occidit. Qr nimirū dñs ab elatione superbie paucos cū viueret/plures vero cū templū sui corporis solueret extinxit: atq3 electos ex gentib° quos viuendo sustinuit: simul omnes moriēdo prostrauit. Recte itaq3 postq̄ inferna penetrasse se docuit: cōsiderandā mox terre latitudinē subiūxit. Ac si flagellato homini diceret: Perpēde quid ptuli: τ pensa q̄d τ mi nec q̄rari ipse de verbere/cū nescis q̄ te premia maneant in retributione. Inter hec itaq3 vba creatoris opereprecium putosi a bono cōmuni ac publico paruꝝ oculos flectim°: τ quid in singulis nobis latēter agat/intuemur. Dicit enim.

℄ S. Qr moraliter mētem humanā deus in profundo vitiorum imersam visitando ingredit/τ cor quasi abyssum obscuram illustratione sue irradiās/vitijs calcētis victor ingreditur.

℄ Nunquid ingressus es profundū maris?] Mare quippe est mens humana: cui° pfunda de° ingredit/quando per cognitionē suam ad lamēta penitētie ab intimis cogitationibus perturbat: quando prioris vite nequitias ad memoriā reducit/τ fluctuantē in confusione sua ani-

G

mū concutit. Profundū maris deus penetrat/quando
etiam desperata corda pmutat. Hoc enim mare intrat/
quādo corda seculare humiliat. pfundū maris ingreditur/
quādo visitare mētes etiā pressas sceleribꝰ nō dedigna-
tur. Unde ꝛ recte percūctando subiūgit. [Et in nouissi-
mis abyssi deambulasti?] Que eñ est abyssus nisi mēs
humana: que dū semetipsam comphēdere nō valet/ sese
in omne qđ est/velut obscura abyssus latet? Unde bene

Abac. iij.

per prophetā dicit: Dedit abyssus vocē suam ab altitu-
dine phātasie sue. q2 dū semetipsam mēs humana nō pe-
netrat/ex comparatione sui/diuine nature potentiā quā
comprehēdere non sufficit/humiliꝰ laudat. In nouissi-
mis ergo abyssi deo deambulare/est etiam nequissimorū
corda hominū cōuertere: ꝛ desperatas mētes visitatio-
nis sue vestigiis tangēdo mirabiliter reformare. Cū ei
post immensa scelera vnusquisqȝ compūgitur: qđ aliud
q̄ in nouissimis abyssi deꝰ deambulās videt? Quasi in
abysso nāqȝ deꝰ deambulat: cū obscurū cor penetrās/flu-
ctus inuisibiles vitiorꝫ calcat. Plerūqȝ eñ preterita alta
plangimꝰ/taliꝫ presentibꝰ vigemur: vt modo supbia/
modo ira/modo luxuria/modo auaritia tētante fatige-
mur. Sed cū cūcta hec in corde nostro dñs occulte visi-
tationis sue timore reprimit: quid aliud q̄ in abysso gres-
sus ponit? Quos gressus mēte cōspicimus: quādo ꝯtra
insurgentia vitia quomodo timoris eiꝰ obuiēt dona pē-
samus. Hos nāqȝ gressus ꝓpheta cōspexerat/cum dice-

ps. lxvij.

bat: Uisi sunt ingressus tui deus: ingressus dei mei/regis
mei: qui est in sancto ipsius. Qui eñ inordinatos motꝰ
animi/diuinorum iudiciorꝫ memoria in se reprimit ꝯspi-

O

cit: quasi deambulātis in se gressus dñi videt. Dicat er-
go beato Job. Nunquid ingressus es profundū maris:
et in nouissimis abyssi deambulasti? subaudis/vt ego: q̄
mira misericordia in peccatorū cordibus modo iram/
modo luxuriam/modo auaritiam/modo surgētem su-
perbiam calco? Ac si ei aperte diceretur: Si latētia cor-
dis vitia me solum reprimere conspicis: tu extolli de ꝓ-
pria iustificatione cessabis. Capitm. viij.

Et quia cū diuinitus visitamur/etiā de occul-
tis ꝛ illicitis motibꝰ mentes ad confessionem
ducimur: recte subiūgit. [Nunqđ aperte sunt
tibi porte mortis?] Porte eñ mortis sunt cogitationes
praue: quas deo pādimꝰ/quādo eas in penitētia flendo
cōfitemur. Quas etiā nō confessas intuet: sed ꝯfessas in-
greditur. Tūc quippe viā sibi in portis mortis aperit/qū
solutio prauis cogitationibꝰ/ad nos post cōfessionē ve-
nit. Que porte mortis id est conuocate sunt: q2 ꝑ ecto via
ad interitū ꝑ iniquas semp cogitatiōes aperit. Quod ad-
huc replicat cū subditur. [Et ostia tenebrosa vidisti?]
Tenebrosa nāqȝ ostia sunt latētia mētis mala: q̄ ꝛ habe-
ri intrinsecꝰ possunt/ꝛ tamē ab altero videri nō possūt.
Que tamē dñs cernit: quādo ea occulto respectu gratie

puerb. xx

destruit. Scriptū quippe est: Rex qui sedet i solio iudicij/

J

dissipat omne malū intuitu suo. Et qi omē vitiū angu-
stat: omis vero virtꝰ animū dilatat: post destructa vitia
recte subiūgitur. [Nunqđ ꝯsiderasti latitudinē terre?]
Nisi eñ virtꝰ animū dilataret/nequaqȝ Paulus corin-

ij. Cor. vj.

thijs diceret: Dilatamini ꝛ vos: ꝛ nolite iugū ducere cū
infidelibꝰ. Solerter vero intuendū est qđ dicit: Cōside-
rasti latitudinē terre? Latitudo nāqȝ bonorꝫ interiorū
nequaqȝ cōprehendit/nisi caute consideret. Nā plerūqȝ
eos exteriꝰ inopia humiliat: pene cruciatꝰ angustat: sed
tamen inter hec semp interior fortitudo se vsqȝ ad sperā-
da celestia dilatat. Angustati apli exteriꝰ fuerāt/quan-
do flagella sustinebāt: sed in magna stabāt intus latitu-
dine liberi/qui apud se hec eadē flagella in gaudiū ver-

Act. v.

terāt. Scriptū nāqȝ est: Ibāt apli gaudētes a cōspectu
cōcilij: qm digni habiti sunt ꝓ noīe Jesu contumeliam
pati. Hanc latitudinē inter āgustias Paulꝰ inuenerat/

Phil. j.

qui dicebat: Scire aūt vos volo fratres: q2 q̄ circa me
sunt/magis ad profectū venerūt euāgelij: ita vt vincula
mea manifesta fierēt in omni pretorio. Hanc latitudinem

ps. iiij.

dauid inter angustias obtinebat/dicēs. In tribulatiōe
dilatasti me. Tūc itaqȝ hec terra .i. sanctorum conscien-
tia dilatat: cū mūdi huiꝰ aduersitatibꝰ exteriꝰ pmitur.
Nam cū a pñtis vite securitate repellit: intus ad se i-
pingit/vt ad sperāda superna tendat. Cūqȝ euagari ex-
teriꝰ nō permittit: quasi in sinū suū reuocare dilatatur.
Nos autē quos boni viri aduersa tolerāt cernimꝰ: sed in-

tus ꝯtentum gaudeāt nō videmꝰ. Mentis eorꝫ latitudinē

K

modo in verbis/modo in operibꝰ considerando cogno-
scimꝰ: sed tamē q̄ta i eis amplitudo sit eiusdē latitudi-
nis ignoramꝰ. Audiat ergo humana sapiētia: ꝛ se i(n)sipiē-
tem dicat. Nunquid considerasti latitudinē terre? Ac si
dicat: vt ego q̄ flagellis cinctā/occultā iustorꝫ letitiā so-
lus plene cōsidero: quia solꝰ misericorditer firmo. Uel
certe idcirco beatꝰ Job verū terre latitudinē cōsidera-
uerit inquirit: vt exēplo aliene latitudinis humilietur.
Ac si ei aperte diceret: Eos quos innumera mala pñē-
tis vite nequeūt angustare/considera: ꝛ de statu cordis
tui inter verbera gloriari cessa. Sequit.

¶ Q. Quod iudicia dei nemo in hac vita intelligat: cū la-
tro de patibulo i regnū/iudas de apostolatu mergatur
in tartarū: nec aliquis sciat q̄ redeant de bonis ad ma-
la: vel qui conuertant de malis ad bona. Capm. ix.

Indica mihi si nosti omnia: in qua via habitet
lux: ꝛ tenebrarū quis locus sit: vt ducas vnū-
quodqȝ ad terminos suos: ꝛ intelliges semitas
domꝰ eius? Beatꝰ Job graui q̄stione discutitur: vt de

Grauis questio.

via lucis/ꝛ tenebrarꝫ loco requirat: vt vnūquodqȝ ad su-
os terminos ducat/ac semitas domus eius intelligat.
Quid eñ lucis nomine nisi iustitia accipit? Et quid ꝑ
tenebras nisi iniq̄tas designat? Unde quibusdā conuer-
sis a peccatorꝫ neq̄tia dicit: Eratis aliquando tenebre:

Ephe. v.

nunc aūt lux in dño. Et de quibusdā in peccato manen-
tibꝰ memorat: Qui dormiūt/nocte dormiūt. Beato ita-
qȝ Job dicit: Indica mihi si nosti omnia: in qua via ha-

j. Thes. v.

bitet lux: ꝛ tenebrarū quis locꝰ sit? Ac si dicat ei: Si ple-
nam te habere scientiam suspicaris: dic vel in cuiꝰ corde

L

ea q̄ nunc deest innocentia veniat: vel in cuius corde ea
que nunc est malitia ꝑseueret. In qua via habitet lux .i.
cuiꝰ mentē veniens iustitia impleat. ꝛ tenebrarum quis
locus sit .i. in quo iniquitas ecca ꝑduret. vt ducas vnū-
quodqȝ ad terminos suos .i. vt diiudices si vel is q̄ nunc
iniquus cernit/in iniquitate vitam finiat: vel is qui iu-
stus cernitur: extremitatem vite sue cū iustitie ꝑfectio-
ne concludat. ꝛ intelligas semitas domꝰ eius .i. conside-
res atqȝ discernas vel cuī bona actio perseuerans eter-
nam mansionem ꝑstet in regno: vel quē vsqȝ ad terminū
suū actio praua cōstringēs in eternū dānet supplicium.
Domus quippe ꝓ mālione ponitur/semita ꝓ actione. Se-
mita igit ad domū ducit: q2 actio ad mansionē ꝑtrahit.
Sed q̄s hominū ista discussus dicat? Quis ista saltē im-
perteritꝰ audiat? Multos eñ videmus quotidie q̄ iu-
stitie luce resplendēt: ꝛ tamē ad finē suū nequitie obscu-
ritate tenebrarē. ꝛ multos cernimus peccatorꝫ tenebris
obuolutos: ꝛ tñ iuxta vite sue terminū repēte reddi lu-
ci iustitie liberos. Multos etiā nouimꝰ semel inuentam

M

viā iustitie illibate vsqȝ ad mortē tenuisse: ꝛ plerosqȝ cō-
spexmꝰ vsqȝ ad exitū cepta semel crimina sine cessatiōe
cumulasse. Quis vero inter ista occultorꝫ iudiciorꝫ nubi-
la/mētis sue radiū mittat: vt aliqua ꝯsideratione discer-
nat vel q̄s perduret in malo/vel quis ꝑseueret in bono:
vel quis ab infimis cōuertatur ad summa/vel q̄s a sum-
mis reuertat ad infima? Latēt hec sensus hominū: nec
quicqȝ de cuiuslibet fine cognoscit: q2 diuinorꝫ iudicio-
rum abyssus/humane mētis oculo nullatenꝰ penetrat.
Uidemus nāqȝ q2 illa aduersa deo gētilitas iustitie lu-
ce pfusa est: ꝛ iudea dudū dilecta/pfidie ē nocte cecata.
Scimꝰ etiam q2 latro de patibulo trāsiuit ad regnū: iu-
das de apostolatꝰ gloria est lapsus i tartarꝫ. Rursumqȝ
q2 aliquādo fortes q̄ ceperint nō mutant: ꝛ latronem no-
uimus aliū paenisse ad suppliciū/ꝛ apostolos scimꝰ per-
cepisse propositū qđ desiderauerāt regnum. Quis ergo
discutiat in qua via habitet lux/et tenebrarum quis lo-
cus sit: vt ducat vnūquodqȝ ad terminos suos: et intel-

Act. ix.

ligat semitas domꝰ eius? Uideo Paulū ex illa persecu-
tionis seuitia/ad gratiā apostolatꝰ vocatū: ꝛ tñ sic inter
iudicia occulta formidat/vt reprobari se etiam postqȝ

j. Cor. ix.

vocatꝰ est/timeat. Ait eñ. Castigo corpꝰ meū/ꝛ in serui-
tutē redigo: ne forte aliis ꝑdicans/ipse reprobꝰ efficiar.

Phil. iij.

Et rursū: Ego me nō arbitror ꝯphēdisse: vnū aūt/q̄ q̄dē
retro sunt oblitꝰ/ad ea q̄ sunt priora extendens meipm
ad destinatū/sequor ad palmā supne vocatiōis dei i Je-
su christo. Sequor autē si cōprehendā in quo ꝛ compre-
hensus sum. Et certe iam de illo voce dñica dictum fue-

Act. ix.

rat. Uas electiōis mihi est: ꝛ tñ adhuc castigans corpꝰ

A

suũ metuit ne reprobet. Ue miseris nobis: qui de electione nostra nullã adhuc dei vocem cognouimus: et iã in ocio quasi de securitate torpemus. Debet profecto debet in spe esse non solũ securitas: sed etiã timor in conuersatione: vt et illa certantes foueat: et iste torpentes purget. Unde recte per prophetã dicit: Qui timent dñm/ sperent in dño. Ac si aperte diceret: De spe incassum presumit/ qui timere deum in suis operibus renuit. Sed cur beatus Job de tã valida questione requirit: que omnino ab hominibus ignoratur: vt iustorum iniquorũq; terminũ cõprehendat: nisi vt aliorum finẽ cognoscere nõ valens/ ad suũ recurrat: quia sicut aliorũ/ sic etiam suũ nesciat/ et nesciẽs timeat/ timens humilietur/ humiliatus iam de operibus suis extolli non debeat: et non elatus/ in gratie arce psistat? Dicatur ergo ei. [Indica mihi si habes intelligẽtiam/ in qua via habitet lux: et tenebrarum quis locus sit: vt ducas vnũquodq; ad terminos suos?] Ac si diceretur. Sicut qui de malis conuertent ad bona/ vel qui de bonis ad mala redeãt nescis: ita etiam nec de te quid tuis meritis exigẽtibus agatur/ intelligis. Et sicut alienũ nullatenus comprehendis: ita etiam tuum terminũ prenoscere non vales. Jam enĩ quãtum ipse pfeceris scio: sed quid adhuc de te ego in occultis sentiam nescis. Jam iustitie tue acta cõsideras: sed q̃ districte apud me pẽsentur ignoras. Ue etiam laudabili vite hominũ/ si remota pietate iudicet: quia districte discussa/ inde ante oculos iudicis/ vnde se placere suspicatur/ obruitur.

B — Ps. cxlij.

Unde recte deo per prophetã dicitur: Nõ intres in iudiciũ cum seruo tuo: quia nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Eccle. ix.

Unde bene per Salomonẽ dicitur: Sunt iusti atq; sapiẽtes: et opera eorum in manu dei: et tamẽ nescit homo vtrũ amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta.

Prouer. xx.

Hinc rursum p eũdem Salomonẽ dicit: Quis hominũ intelligere poterit viam suam? Et nimirũ bona mala ve quis faciẽs conscientia attestante cognoscitur. Sed idcirco dicit q via sua ab hominibus nesciatur: quia etiam si recta se quisq; opera agere intelligat/ sub districto tamen examine quo tendat ignorat.

Capitulum .x.

Igitur postq̃ illũ de ista fluua sui consideratione perterruit: ad examinãdum eius exordium redit: ac ne conquereretur cur finem suũ nesciat: cõmemoratur etiam quia nec quo huc initio accessit intelligat. Nam sequitur.

¶ S. Quasi sicut nemo nouit suũ initiũ/ ita nec etiã exitũ.

¶ Sciebas tũc q nasciturus esses: aut numerũ dierum tuorum noueras? Ac si diceret. Quid mirum si terminũ tuũ non intelligis: qui nec initiũ comprehendis? Et qui ignoras quo huc initio veneris: quid mirũ si nescis quo fine subtraharis? Si ergo meũ fuit te per initiũ ex occultis ad prompta producere: meũ quoq; erit etiã te ex promptis ad occulta reuocare. Cur de vite tue dispensatione aliqd quereris: qui in manu artificis teipsum nesciẽs teneris? Extolli itaq; tanto magis nõ debes in eo quod

C

agis/ quãto intra sinũ eternitatis clausus: nec quo huc ordine veneris/ nec qñ vel quomodo hinc educaris agnoscis. Hec tamẽ intelligi et aliter possunt. Sciebas tunc q nasciturus esses/ et numerũ dierũ tuorũ noueras: subaudis/ vt ego: qui me nasciturũ noui: quia et ante humanitatis ortũ in diuinitate semp substãtialiter vixi. Homines quippe tũc esse incipiũt/ cũ in matrũ suarum vẽtre nascũtur. Nam ipsa quoq; cõceptio natiuitas dicit: iuxta hoc

Matth. i.

qd scriptũ est: Qd in ea natum est/ de spiritu sancto est. Et idcirco se nasciturus nesciunt: quia nec priusq̃ crearentur existunt. Deus vero qui sine initio semp extitit: presciuit de se hoc qd in vtero virginis per initium sumpsit: et quia presciuit disposuit: q disposuit nihil profecto in humana forma sine sua volũtate tolerauit. Conuincatur ergo cur de flagellis suis homo querit/ qui ortum suũ prescire nõ potuit: si ipse etiã qui ortum suũ presciendo disposuit/ se inter hostes ad flagella preparauit. Sequitur.

¶ S. Quasi deus peccatores in malis congelatos/ tanq̃ in niue vel grãdine thesauros habeat: quos a vita peruersa ad mediũ educens/ fidei constituit defensores.

¶ Nũquid ingressus es thesauros niuis: aut thesauros grandinis aspexisti: que preparaui in tẽpus hostis in diẽ pugne et belli? Quid aliud niue vel grandine nisi frigida ac dura intelligenda sunt corda prauorum? Sicut enim feruore charitas: sic solet in sacro eloquio frigore malitia designari.

D — Hiere. vi. — Matthei xxiiij.

Scriptũ nãq; est: Sicut frigidã facit cisterna aquã suam: sic frigidã facit animã malitia sua. Et rursum: Abundabit iniquitas: et refrigescet charitas multorum. In frigore ergo niuis vel in duritia grãdinis quid accipi aptius potest q̃ vita prauorũ: que et per torporẽ frigescit/ et per duritie malitiã percutit. Quorum tamẽ vitam dñs tolerat: quia eos ad iustorũ suorũ probatione seruat. Unde et recte subiunxit: Que preparaui in tẽpus hostis/ in diem pugne et belli. vt cũ aduersarius noster diabolus tentare nos nititur: eorum moribus quasi suis cõtra nos armis vtat. Per ipsos quippe nos sciens cruciat/ sed nesciens purgat. Peccatis nãq; nostris ipsi flagella fiunt: de quorũ tali vita dum percutimur/ ab eterna morte liberamur. Unde agitur vt electorũ vite proficiat etiã perdita vita reproborũ: et vtilitati nostre dum illorũ perditio militat: mira dispẽsatiõe fiat/ quatenus electis dei nõ pereat etiam omne qd perit.

Capitulum .xi.

Intelligi hoc quoq; aliter potest: vt quia verbis precedẽtibus videtur annexũ: a superioris versus expositione nõ discrepet. Nam quia indicauerat vel bonos ad malum/ vel malos ad bonũ posse conuerti: illico secutus adiunxit: Nunquid ingressus es thesauros niuis/ aut thesauros grandinis aspexisti: que preparaui in tempus hostis/ in diem pugne et belli? In niue vel grandine frigida vel dura (vt dictum est) accipimus corda prauorũ. Sed quia omnipotẽs deus sanctos suos de talibus eligit: et q̃ multos electos adhuc inter prauorum vitam repositos habeat nouit: apte in niue vel grandine thesauros habere se perhibet.

E — Unde thesaurus.

Thesaurus quippe a positiõe nominatur. Et plerosq; in vita frigida diu latenter respicit: quos ad medium cum iubet producit: et iustitie nitore candidos per supernã gratiam ostendit.

Psal.

Scriptum quippe est: Lauabis me: et super niuem dealbabor. Quos ad diem belli pugneq; preparatos/ diu intra sue prescientie sinum tegit: sed cum repente eos eduxerit/ resistentia aduersariorũ pectora illorũ verbis ac redargutionibus/ quasi quibusdã grandinibus percutit.

Ps. xvij.

Unde alias scriptum est: Pre fulgore in conspectu eius nubes transierunt/ grando et carbones ignis. Pre fulgore in conspectu eius nubes transeunt: quia predicatores sancti vniuersa mundi spatia miraculorũ claritate percurrunt. Qui etiam grando et carbones ignis vocati sunt: quia et per correptionẽ feriunt/ et per flammã charitatis accendunt. Ipsa quoq; libera sanctorũ increpatio/ natura grãdinis conuenienter exprimit. Grando enim veniens percutit/ liquata rigat. Sancti autẽ viri corda audientium et terrentes feriunt/ et blãdientes infundunt.

Ps. cxliiij.

Nã quẽadmodum feriant, propheta testatur dicẽs: Uirtutẽ terribiliũ tuorum dicent: et magnitudinẽ tuam narrabũt. Et quẽadmodum blandientes rigant/ secutus adiunxit.

Ibidem.

Memoriã abundantie suauitatis tue eructabũt: et iustitia tua exultabũt. In niue ergo vel grandine habent thesauri: quia plerũq; iniquitatis torpore frigidi/ a superna gratia assumpti: in sancta ecclesia iustitie luce fulgescũt: et

F

prauam aduersariorũ scientiam doctrine sue ictibus tundunt. Unde et apte subditũ est: Que preparaui in tempus hostis/ in diem pugne et belli.

Capitulum .xij.

Nix quippe vel grando fuerat saulus per frigidam insensibilitatẽ: sed nix et grãdo cõtra aduersariorũ pectora factus est vel candore iustitie/ vel districti eloquij correptione. O qualẽ hũc thesaurum in niue et grandine habuit: quãdo illum inter prauorum vitam positũ/ iam tũc electũ suũ dominus latenter vidit. Qui ad quãta aduersariorũ pectora feriẽda hanc in manu sua grandinẽ sumpsit: per quam tot sibi resistentia corda prostrauit. Nemo itaq; de suis operibus extollat: nemo desperet eos quos adhuc frigidos videt: quia thesauros dei in niue et grandine nõ videt. Quis enim crederet q̃ per apostolatus gratiam lapidatũ Stephanum ille precederet/ qui in morte eius omniũ lapidãtium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta recurrimus: nullos omnino desperantes: nec illis nos in corde nostro preferimus/ quibus pro tẽpore prelati sumus: q et si iã videmus quãtũ precessimus/ nescimus quantũ dum currere ceperint precedamur. Bene ergo ad beatũ Job dicit: Nũquid ingressus es thesauros niuis/ aut thesauros grãdinis aspexisti: que preparaui in tẽpus hostis/ in diẽ pugne et belli? Ac si aperte diceretur: Nulli te de operibus tuis

6 preferas: quia de his quos intueris adhuc per culpã frigidos/ q̃stos operatores iustitie/ et defensores recte fidei sim facturus/ ignoras. Quod quia per aduentum mediatoris agitur/ recte subiungitur.

¶ S. De sparsis per mundũ fidei predicatoribus/ estus persecutionis incaluit.

¶ Per quã viam spargit lux:] Ipse quippe via est qui ait. Ego sum via/ veritas et vita. *Joã. xiiij.* Per hanc ergo viã lux spargit: quia per ei⁹ presentiã cuncta gentilitas illustrat. Spargit autem conuenienter dixit: quia per apostolorũ voces non angustata atq; coarctata/ sed late fulgens lux predicationis emicuit. Quia vero accepta luce cõuersionis/ inardescit intrinsecus vis amoris: vt vel trãsacta mala amplius lugeant/ vel ventura bona flagrantissime requirantur: competẽter adiungitur: [Diuidit estus super terram.] Sparsa enim luce estus sup terrã diuidit: q̃r p apertum orbẽ iustitia predicata/ ad requirẽdũ deũ cordis anxietas in virtutũ exercitatione dilatatur: vt iste in sermone sapientie/ ille in sermone sciẽtie fulgeat: hic in curationũ gratia/ ille in virtutũ operatione conualescat: et dona sancti spirit⁹ dũ dispariliter singuli accipiunt/ necessario sibimet iuncti oẽs vnanimiter accendant. Capitm. xiiij.

Sed postq̃ spargi lux dicit: potest cõuenienter intelligi q̃ per estum persecutio designet: quia vt lux predicationis inclaruit/ mox a perfidorum cordib⁹ ardor psecutionis exarsit. Nam q̃ per estum persecutio exprimit/ dominicus sermo testatur/ de iactis seminibus sup petrosam terrã dicens. Sole orto estuauerunt oia: et q̃ non habebãt radicem/ aruerunt. *Mar. xiiij.* *D* Quod paulopost cũ exposuit/ estum persecutionẽ vocauit. Sparsa igitur luce estus super terrã diuisus est: quia clarescente vita fideliũ/ accẽsa est crudelitas pfidorũ. Diuisus nãq; estus erat/ qñ nũc hierosolymis/ nũc damasci/ nũc i aliis lõge regiõib⁹ psecutio seuiebat. *Act. viij.* Scriptũ quippe est: Facta est i illa die psecutio magna i ecclia q̃ erat hierosolymis: et oẽs dispersi sunt p regiões iudee et samarie. Rursumq; *Act. ix.* scriptũ est: Saulus adhuc spirãs minarũ et cedis in discipulos dñi: accessit ad pricipem sacerdotũ: et petijt ab eo epſas q̃s deferret in damascũ ad synagogas: vt si quos inuenisset hui⁹ vite viros ac mulieres/ victos deduceret in hierusalem. Quia ergo nunc hic/ nunc illic psecutio excreuerat: hi qui lucẽ veritatis agnouerant/ quasi sub ardore diuisi estus anhelabãt. Sed quia beatũ Job de occultis iudicijs requisitũ superiorib⁹ dictis audiuimus: oportet vt hoc qd de sparsa luce vel diuiso estu dictũ est/ subtili⁹ pscrutemur. Adhuc enĩ alta interrogatione discutitur: vt saltẽ quia nesciat doceatur/ cũq; dicitur: Per quã viã spargitur lux: diuidit estus super terram? Quid enĩ lucis nomine nisi iustitia designatur? De qua scriptũ est: Popul⁹ qui sedebat in tenebris/ vidit lucem magnã. Omne autẽ qd spargit non cõtinue/ sed sub quadã intermissione iactatur. Et idcirco spargi lux dicit: quia etsi iã quedam vt sunt perspicimus/ quedam tamẽ ita vt videnda sunt/ non videmus. Cor nãq; Petri lux sparsa tenuerat: qui tanto fidei/ tanto miraculorũ fulgore claruerat: et *J* tamẽ conuersis gentibus dũ circũcisionis pondus imponeret/ quid rectũ diceret nesciebat. Lux ergo in hac vita spargitur/ quia ad omnis rei intelligentiã cõtinua nõ habetur. Dũ enim aliud sicut est comprehẽdimus/ et aliud ignoramus: quasi sparsa luce et ex parte cernim⁹/ et in obscuritate ex parte remanemus. Tunc vero lux nobis sparsa iam non erit: quando mens nostra ad deũ funditus rapta fulgescet. Et quia hec eadem lux quibus modis humano cordi insinuetur ignoratur: recte in percũctatione dicit: Per quã viam spargitur lux? Ac si aperte diceret: Dic quo ordine iustitiam meam occultis sinibus cordiũ infundo: cũ et per accessum non videor: et tamen visibilia opera hominum inuisibiliter immuto/ cum vnam eãdẽq; mẽtem modo hac/ modo illa virtute irradio: et tamẽ per sparsam lucem adhuc ex parte aliqua eam in tẽtationis tenebris remanere permitto? Requiratur homo nesciẽs per quã viam spargitur lux. Ac si patẽter dicatur. Dũ duta corda emollio/ dum rigida inflecto/ dum aspera mitigo/ dum frigida accẽdo/ dum debilia roboro/ dum vaga stabilio/ dum nutantia confirmo: intueri si vales incorporaliter veniẽs quibus ea meatibus illustro. Hec quippe omnia nos facta cernimus: nam qualiter intrinsecus efficiantur/ ignoramus. Hanc viam lucis esse nobis inuisibilem in euangelio veritas ostendit dicens: Spiritus vbi vult spirat: et vocem eius audis: et nescis vnde veniat et quo vadat. *K* *Joan. iij.* Capitulum. xiiij.

Sed quia cũ lux spargitur/ mox ab occulto aduersario contra fulgentẽ mentẽ tentamẽta succrescunt: recte subiũgitur. [Diuiditur estus super terram.] Hostis nãq; callidus quos luce iustitie enitescere conspicit: eorũ mentes illicitis desiderijs inflãmare contendit: vt plerũq; plus se vrgeri tentationibus sentiant/ q̃ tunc cũ lucis interne radios nõ videbãt. *Tentatio hostis callidi.* Unde et israelite postq̃ vocati sunt: contra Moysen et Aaron de excrescente labore conquerunt/ dicentes. Uideat dñs et iudicet: qm oniã fetere fecistis odorem nostrũ corã pharaone et seruis eius: et prebuistis ei gladiũ vt interficeret nos. *Exodi. v.* Uolẽtibus quippe ex egypto discedere pharao paleas subtraxerat: et tamen eiusdem mẽsure opera requirebat. Quasi ergo contra legẽ mentis submurmurat: post cuius cognitionẽ tentationum stimulos acriores portat: et cum sibi labores crescere cõspicit: in eo q̃ aduersario displicet: quasi fetere se in oculis Pharaonis dolet. Post lucem ergo estus sequitur: quia post illuminationem diuini muneris/ tentationis certamen augetur. Recte vero etiã diuidi estus dicit: quia nimirũ nõ singulis omnib⁹/ sed quibusdã vicinis ac iuxta positis vitijs fatigantur. Prius enĩ cõspersionẽ vniuscuiusq; antiqu⁹ aduersari⁹ perspicit/ et sic tẽtationis laqueos apponit. Ali⁹ nãq; letis/ alius tristib⁹/ alius timidis/ alius elatis morib⁹ existit. Quo ergo occultus aduersari⁹ facile capiat: vicinas conspersionibus deceptiones parat. Quia enim letitie voluptas iuxta est: letis moribus luxuriã pponit. *L* Et quia tristitia in iram facile labitur/ tristibus poculum discordie porrigit. Quia timidi supplicia formidant: pauentibus terrores intentat. Et q̃ elatos extolli laudib⁹ cõspicit: eos ad queq; voluerit blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominib⁹ vitijs conuenientibus insidiatur. *Singulis hoibus vitijs cõueniẽtib⁹ insidiatur.* Neq; enim facile captiuaret: si aut luxuriosis pmia/ aut auaris scorta proponeret: si aut voraces de abstinẽtie gloria/ aut abstinentes de gule imbecillitate pulsaret: si mites per studium certaminis/ aut iracundos capere per fauorem formidinis quereret. Quia ergo in tentationis ardore callide singulis insidians/ vicinos moribus laqueos abscondit: recte dicitur. Diuidit estus super terram. Sed cũ premittit: Per quã viã spargit lux: statimq; subiũgitur: Diuiditur estus super terram: nimirũ per eandem viam per quã lux spargitur/ etiã diuidi estus indicatur. Alta quippe atq; incõprehensibilis spũssancti gratia cum luce sua nostras mẽtes irradiat: etiam tentationes aduersarij dispensando modificat/ vt simul multe non veniant: aut ipse tãtũmodo que ferri possunt/ illustratã iam a deo animã tangant: vt cũ tactus sui ardore nos cruciant/ perfectionis incendio non exurant: Paulo attestãte qui ait. *Cõsolatio* Fidelis autem deus/ qui non patiet vos tentari supra id qd potestis/ sed faciet cũ tentatione etiam puentũ/ vt possitis sustinere. *j. Cor. x.* *M* Hunc ergo estũ aliter diuidit callidus supplantator: aliter misericors conditor. Ille diuidit vt p illum estus interimat/ iste vt eum tolerabilem reddat. Et q̃ cũ tẽtatione fatigamur/ nõ solũ interno dei spũ instruimur/ sed etiã exteriorib⁹ predicantiũ verbis adiuuamur: recte post diuisum estum subditur.

¶ S. De euangelice tonitrua/ et nubis apostolice doctrine currunt vsq; ad fines terre: nec impediri potuit ab hominibus consilium dei. Capitm. xv.

Quis dedit vehementissimo imbri cursum:] Si vero vt superi⁹ diximus/ diuisi estus noie illa in iudee regiõib⁹ psecutio designat: q̃r ipsa psecutionis asperitas pdicatores sanctos supno munere adiutos/ a pdicationis sue ministerio nullo timore cõpescuit: apte subiũgit. Quis dedit vehementissimo imbri cursum? Ac si diceret/ nisi ego. Diuiso enĩ estu: cursum vehementissimo imbri dedisse: est inter ipsas psecutionis angustias predicationis impetũ roborasse: vt tãto magis virt⁹ pdicantiũ cresceret/ quãto magis psequentiũ crudelitas obuiaret: quatenus arẽtia corda audientiũ pluuie guttis infunderet: et siccitatẽ pfidie vberi⁹ irrigarẽt: vt quãuis contra eos seuitie estus candesceret/ p eos tamẽ vox grẽ nõ taceret. Hũc psecutionis estũ Paul⁹ et tolerabat et irrigabat cũ diceret. Laboro vsq; ad vincula q̃si male operãs: sed verbũ dei nõ est alligatũ. De hoc imbre alis dicit. Mandabo *ij. Tim. ij.* *Esaie. v.*

A nubibus ne pluant super eã imbrẽ. De hoc cursu imbris
qui in electorum cordibus agitur / Psalmista testatur di
Ps. cxlvij. cens. Velociter currit sermo eius. Plerũq; vero imber
est / et cursum non habet: quia predicatio ad aures venit:
sed cessante interna gratia / ad corda audientium nõ per-
transit. De cursu predicationis verbis propter electos di
Ps. lxxvj. citur: Etenim sagitte tue pertransierũt. Sagitte quippe
dei pertransierũt / quãdo verba predicationis eius ab au-
ribus ad corda descẽdunt. Et quia solo diuino munere
agitur: imbri cursum dominus se dedisse testatur. Sed no-
tandũ video q eundem imbrem non vehemẽtem / sed ve
hementissimũ vocat. Imber vehemẽs est vis magna. Im
ber vero vehemẽtissimus vis immẽsa predicationis. Ve
hemens nãq; imber erat cũ predicatores sancti credi gau
dia eterna suadebant. Imber autẽ vehemẽtissimus quã-
do propter spem admonebãt rẽ deseri: cuncta visibilia pro-
pter inuisibilia contẽni: et propter audita gaudia / presentis
seculi penas cruciatusq; tolerari. Sed cũ fide cognita se-
uiẽte estu persecutiõis / tot electi possessa reliquerũt: carna-
lis affectus obliti sunt: et pre gaudio spiritus in cruciatib⁹
membra posuerunt: quid aliud dñs fecit / nisi etiam vehe-
mentissimo imbri cursum prebuit: qui vsq; ad exequẽda
summa precepta per verba corporis inuisibilia cordis ir
rigauit. Vbi et apte subiungitur. Capitulum xvi.

Et viam sonantis tonitrui. Quid enim per toni-
truũ nisi predicatio superni terroris accipitur?
Quẽ terrorem dum percipiunt humana corda
quatiuntur. Aliquãdo vero in tonitruo ipse incarnatus
B dñs figuratur: qui ex antiquorũ patrum conueniente pro-
phetia ad notitiam nostram quasi ex nubium concursione
prolatus est. Qui inter nos visibiliter apparens / ea que
sup nos erant / terribiliter sonuit. Vnde et ipsi sancti apo-
Mar. iij. stoli de eius gratia generati / boanerges: id est filij toni-
trui sunt vocati. Aliquando autem sicut dictum est: toni-
truus ipsa eius predicatio accipitur: per quã supernorũ
iudiciorũ terror auditur. Sed quia quilibet predicator
verba dare auribus potest: corda vero aperire nõ potest /
et nisi per internã gratiã solus omnipotẽs deus predicã-
tiũ verbis ad corda audientiũ inuisibiliter aditũ prestet:
incassum predicatio aure audientis percipit / que perue-
nire ad intima corde surdo prohibetur: se dominus viam
sonantis tonitrui dare asserit: qui cum predicationis ver-
ba tribuit / per terrorem corda compungit. Hanc viam
Paulus predicator egregius dũ superna mysteria terribi
liter insonaret: se a se habere non posse conspiciens / disci-
Col. iiij. pulos admonebat dicens: Orantes simul et pro nobis / vt
deus aperiat nobis ostiũ verbi / ad loquendũ mysterium
christi. Qui ergo loquebat mysteria: sed in corde audien
tium eisdem mysterijs a dño aperiri ostiũ precabatur: ha
bebat quidẽ iam tonitruũ / sed dari ei desuper viã quere-
bat. Hãc viam nequaq̃ se Joannes dare posse cognoue-
j. Joan. ij. rat / qui dicebat: Nõ necesse habetis vt aliqs doceat vos:
sed vnctio eius docet vos de omnibus. Hãc viã rursum
j. Cor. iij. Paulus qs daret intimabat dicẽs: Neq; q plãtat est aliqd
neq; q rigat: sed q incrementũ dat deus. Accepta igit via
quid iste imber ac tonitruus agat audiamus. Sequitur.
C ¶ S. Ex gentibus ad fidẽ christi cõuersis / plebs iudai
ca siccas rodẽs legis stipulas / ad viriditatem spiritalis
intellect⁹ peruenire non preualẽs / in sua cecitate pmansit.
¶ Vt plueret super terram absq; homine in deserto: vbi
nullus mortaliũ cõmoratur. Super terram absq; homi
ne in deserto pluere / est verbum dei gentilitati predicare.
Que dũ nullũ cultũ diuinitatis tenuit: nullamq; in se spe
ciem boni operis ostendit: videlicet desertũ fuit. In qua
quia legislator non fuit: et qui rationabiliter deum quere-
ret: quasi hominum nullus fuit: et velut solis bestijs occu-
pata / vacua a mortalibus extitit. De hac deserti terra alr
Esa. xliij. dicitur. Posuit in deserto viã. De hac predicatione gen-
Ps. cvj. tilitati concessa psalmista testatur dicens. Posuit flumi-
na in deserto. Capitulum xvij.

Notandũ vero est q postq̃ estus super terram
diuisus est / cursum vehemẽtissimus imber ac-
cepit / vt in deserto plueret: q postq̃ in iudea
asperitas persecutionis inhorruit / vt nõ solum fidem mi-
nime reciperet: sed etiam eam gladijs impugnaret / ad
israel missus quisq; predicator / ad vocandas gentes de-
flexit. Vnde sancti apostoli hebreis persequẽtibus quos
Act. xiij. deserunt dicunt: Vobis oportebat primũ loqui verbum
dei: sed quia repellitis illud / et indignos vos iudicatis D
eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Diuiso igit estu /
deserta et absq; homine terra cõpluitur: quia dispersa in
iudee regionibus persecutione fideliũ / derelicta dudum
et quasi ab infusione rationis aliena / predicationis gut-
tis gentilitas irroratur. Que gentilitas qualis adhuc a
predicatoribus sit inuenta ostẽditur cum subditur. Vt
impleret inuiam et desolatam. Quid vero compluta red
didit / monstratur cum illico adiungitur. Et produceret
herbas virentes. Inuia nãq; dudum gentilitas fuit: ad
quam via dei verbo non patuit. Redemptore quippe no
stro veniente: sic accepit vocationem gratie / vt non ī ea
prius fuerit via prophetie. Desolata etiam recte vocata
est: vel ratione videlicet consilij / vel fructu boni operis
destituta. Dedit ergo dominus vehemẽtissimo imbri cur
sum: et viam sonãtis tonitrui: vt in deserto plueret / et im-
pleret inuiam et desolatam / et produceret herbas viren-
tes / id est exteriori predicationi internã aspirationem con
tulit: vt corda gentilium arentia virescerent / clausa pa-
tescerent / inania complerentur / infecunda germinarent.
Capitulum xviij.

In scriptura enim sacra aliquando herba virorũ
glorie temporalis accipitur / aliquãdo refectio
diaboli / aliquando sustentatio predicatorũ / ali-
quãdo bona operatio / aliquãdo eterne vite sciẽtia atq; do-
ctrina. Virorũ nãq; gloria temporalis accipitur: sicut pro-
pheta ait: Mane sicut herba transeat: mane floreat et per- Psalm.
transeat. Mane nãq; sicut herba florere atq; transire est lxxxix.
in prosperitate hui⁹ seculi tẽporalis glorie dec⁹ velociter E
arescere. Herba refectio diaboli accipitur: sicut de illo
dño dicit: Huic montes herbas ferunt. Ac si diceret: Su Job. xl.
perbi ac tumidi dum se illicitis cogitationib⁹ atq; actio-
nibus efferũt: suis illum iniquitatibus pascũt. Herba su
stentatio predicãtium demonstratur / cũ dicitur. Produ Ps. cxlvij.
cit in montib⁹ fenũ et herbam / seruituti hominũ. In mon-
tibus quippe fenũ et herba seruituti hominũ producitur /
cũ sublimes huius seculi ad fidei cognitionẽ vocati / san-
ctis predicatorib⁹ in huius vite itinere transitoria alimẽ-
ta largiuntur. Herba bona operatio ponitur: sicut scri-
ptum est: Germinet terra herbam virẽtem. Quod licet in Gen. j.
conditione mundi ita historice factum teneamus: terram
tamen ecclesiam figurasse non inconuenienter accipimus:
que in eo germinauit herbam virentem / in quo ad ver-
bum dei fecũda misericordie opera protulit. Herbam ali
quando scientiam atq; doctrinam eterne viriditatis ac-
cipimus: sicut per Hieremiã dicit: Onagri steterũt in ru- Hie. xiiij.
pibus: traxerunt ventos quasi dracones: defecerunt ocu-
li eorum: quia non erat herba. Quo dicto superba ac ne-
quissima iudeorum est persecutio prophetata. Ipsi quippe
onagri promẽtis elatione: ipsi dracones pro virulẽta co-
gitatione vocati sunt. Qui steterũt in rupib⁹: quia non in
deo / sed in summis potestatib⁹ huius mundi confisi sunt /
dicentes. Regem non habemus nisi Cesarem. Traxerũt Joan. xix.
ventos quasi dracones: quia spiritu elationis inflati / su- F
perbia malitiosa tumuerunt. Defecerunt oculi eorũ: quia
scilicet spes eorum ab eo quo intendebat corruit. Que tẽ-
poralia diligẽs: prestolari eterna neglexit: et terrena ideo
quia deo preposuit amisit. Dixerunt enim. Si dimittim⁹ Joan. xj.
eum sic / omnes credent in eum: et venient romani / et tollẽt
nostrum locum et gentem. Timuerunt ne locum nõ occi-
so dño perderent / et tamẽ occiso perdiderũt. Sed cur ista
miseria euenerint subdit. Quia nõ erat herba: id est quia
eorum cordibus defuit eternitatis scientia: et nullo eos re
fecit pabulo viriditatis interne doctrina. Hoc igitur lo-
co quid aliud virentes herbas / nisi sancte doctrine scien-
tiam / vel congruas operationes accipimus? Deserta igi-
tur terra compluitur / vt ab ea virentes herbe producan
tur: quia dum sancte predicationis imbrem gẽtilitas per-
cepit: et vite opera et doctrine verba germinauit. Ista vi-
riditas voce prophetica deserte terre pollicetur: cũ dici-
tur. In cubilib⁹ in quibus prius dracones habitabant / Esaie
orietur viror calami et iunci. Quid enim per calamũ nisi xxxv.
predicatores: quid per iuncum qui iuxta aque humorem
semper nascitur: nisi pusilli ac teneri auditores sacri elo-
quij designantur? In draconum ergo cubilibus viror ca
lami et iunci oritur: quia in eis populis quos antiqui ho
stis malitia possidebat / et doctorum scientia / et auditorũ
obedientia coaceruatur. Capitulum xix.

G

Hec tamen que generaliter de gentilitate dicta sunt: si solerter inspicimus / intra sinū sancte ecclesie agi in singulis videmus. Sunt enim plerique ad vba dei valde insensibiles: q̄ fidei quidē nomine censentur: verba vite auribus audiūt / sed ea trāsire usq̄ ad interna cordis minime permittūt. Ubi qd aliud q̄ deserta terra sunt? Que scilȝ terra hominē non habet: quia eorum mens sensu rationis caret. Et nullus mortaliū in hac terra cōmoratur: quia et si quando in eorum conscientia rationabilium sensuum cogitatiōes veniunt / nō persistunt. Praua enim desideria in eorum cordibus sedem inueniunt: recta vero si quando venerint / ac si impellātur decurrunt. Sed cum misericors deus imbri suo cursum et sonanti tonitruo viam dare dignatur: compuncti per internam gratiam verbis vite aures cordis aperiunt. Et impletur terra inuia: quia dum prebet auditum verbo / cumulatur mysterio. Et producit herbas virentes: quia per gratiam compunctionis infusa predicationis verba non solum libenter recipit / sed etiam vbertim reddit: vt q̄ audire non poterat / iam loqui concupiscat: et qui non audiendo etiam intrinsecus aruerat / iam loquendo que sancta sunt / viriditate sua quoslibet esurientes pascat. Unde bene per prophetā dicitur. Emitte spiritū tuū et creabuntur: et renouabis faciem terre. Sic enim sic facies terre virtute renouationis immutatur / dum sicca dudum mens gratia veniente compluitur: et post ariditatem pristinam quasi productis herbis sciētie viriditate vestitur. Que cōditoris nostri gratia adhuc nobis altius cōmendatur / cum subditur.

Ps. ciij.

H

¶ S. Quia a deo patre et gratia est et doctrina: et ipse omnis creature sit cōditor: non tm̄ hominū / sed angelorū: nō tm̄ sanctorum angelorum / sed malignorū spirituū. Capitm. xx.

Quis est pluuie pater: vel quis genuit stillas roris?] Ac si diceret / nisi ego: qui siccam terrā humani cordis guttis sciētie gratuito aspergo. De hac enim pluuia a ps̄ dicitur. Pluuiā voluntariam segregabis deus hereditati tue. Uoluntariā quippe pluuiam hereditati sue dn̄s segregat: quia nō eam nobis pro nostris meritis / sed pro sue munere benignitatis prestat. Et idcirco hoc loco pater pluuie dicitur: quia superna nobis predicatio nō de nostro merito / sed de eius gratia generatur. Stille enī roris ipsi sancti predicatores sunt: qui arua pectoris nostri inter mala vite presentis quasi inter tenebras sicce noctis arentia / gratis superne largitatis infundūt. De his stillis cōtumaci iudee dicit. Propterea prohibite sunt stille pluuiarum: et serotinus imber non fuit. Ipse quippe stille roris sunt: que stille pluuiarum. Quando enim dispensatione aliqua predicationem temperant: quasi rorem tenerum aspergunt. Quādo vero ea que de supernis sentiunt: virtute qua preualent loquuntur / quasi vbertim manantem pluuiam fundunt. Rorem aspergebat Paulus cum corinthiis diceret. Non enim iudicaui scire me aliquid inter vos / nisi Christum iesum / et hunc crucifixum. Et rursum pluuiam manabat dicēs. Os nostrum patet ad vos o corinthij: cor nostrum dilatatum est. Hinc est q̄ Moyses qui et validis fortibus / et teneris infirmis dicturū se nouerat / dicebat. Expectetur sicut pluuia eloquium meum: et descendant sicut ros verba mea. Sed ecce audiuimus quo munere gentilitas vocatur: audiam⁹ nunc qua districtione iudea repellitur. Audiuimus quomodo deserta excolat / arentia infundat: audiamus nunc quomodo ea que q̄si videntur interna proijciat. Neq̄ enim sic colligit electos suos / vt non etiam iudicet reprobos: neq̄ sic quibusdam culpas relaxat: vt nō et in quibusdam feriat. Scriptum quippe est: Misericordia enim et ira ab illo. Unde hic quoq̄ postq̄ tot dona gratie intulit: etiam ire sue iudicia non abscondit. Nam sequitur.

Ps. lxvij.

Hiere. iij.

j. Cor. ij.

ij. Cor. vj.

I

Deutero. xxxij.

Eccli. v.

Capitulum. xxi.

De cuius vtero egressa est glacies: et gelu de celo quis genuit?] Quid enim aliud in gelu vel glacie / nisi frigida et perfidie torpore constricta accipim⁹ corda iudeorum? Qui quondā per acceptionē legis / per custodiā mandatorū / per ministeria sacrificij / per mysteria prophetie: sic intra sinum gratie / quasi intra vterum creatoris habebātur. Sed quia veniente dn̄o cō stricti frigore perfidie: feruorem fidei et charitatis amiserunt: a secreto gratie sinu proiecti / quasi glacies de vtero creatoris egressi sūt. [Et gelu de celo quis genuit?] Quid hic aliud celum / nisi sublimis debet intelligi vita sanctorum: cui celo dicitur. Attende celum / et loquar. Nō enim insensibili / sed rationabili creature loquebat. De hoc celo dn̄s ait. Celum mihi sedes est. De qua sede al's scriptū est. Anima iusti sedes sapientie est. Quia ergo sapiētia est deus: si sedes dei celum est / et anima iusti sedes est sapientie: celū est vtiq̄ anima iusti. Celū fuit Abraā / celū Isaac: celum Jacob. Sed quia persecutores dn̄i pōtifices iudeorum perfidie torpore frigidi: de illorum patrum progenie processerunt / quasi de celo gelu exijt: quia de sublimi prole sanctorū processit frigida plebs infideliū. Cū enim de Abraam natus est Caiphas: quid aliud nisi gelu de celo processit? Quod tamē gelu idcirco dn̄s genuisse se dicit: quia iudeos quos naturaliter ipse bonos condidit / iusto iudicio per eorum malitiam frigidos a se exire permisit. Dn̄s enim auctor est nature / nō culpe. Genuit ergo creando naturaliter: quos iniquos permisit viuere tolerando patienter. Et quia illa quōdam tenera ac fidei penetrabilia corda iudeorum / in perfidie postmodum obstinatione durata sunt: recte subiungitur. [In similitudinem lapidis aque durantur.] Aquas enim populos accipi iam sepius edocuisse me memini. In lapide vero pro ipsa duritia aliquando gentiles populi designantur. Ipsi quippe lapides coluerunt. Et de his per prophetam dictum est. Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidūt in eis. Unde Joannes iudeos aspiciens se de stemmate generationis extollere: et gentiles preuidens ad abrae prolem fidei cognitione transire / ait: Ne velitis dicere intra vos: patrem habemus Abraā. Dico enim vobis: quia potēs est deus de lapidibus istis suscitare filios abrae. Lapides vtiq̄ duros perfidia gentiles vocans. Quia ergo primū iudea deo credidit: gentilitate omnium perfidie sue obstinatione remanēte: postmodum vero ad fidem gentilium corda mollita sunt / et iudeorum infidelitas obdurata: bene dictū est. In similitudinē lapidis aque durātur. Ac si diceret. Illa mollia ac penetrabilia fidei corda iudeorum: in insensibilitatem vertunt gentiū. Cū enim misericors deus gentes traxit: iratus iudeā repulit. Actūq̄ est vt sicut dudum ad percipiendam fidem gentilitas fuerat obdurata: ita postmodū ad fidem gētilitate suscepta: iudee populus pfidie torpore duresceret. Unde Paul⁹ apostolus eisdē gentibus dicit. Sicut aliquādo vos nō credidistis deo: nunc autem misericordiā consecuti estis propter illorum incredulitatem: ita et isti non crediderūt in vestra misericordia: vt et ipsi misericordiam consequātur. Cōclusit enī deus omnia in incredulitate: vt omniū misereatur. Quā sententiā suam primū quidē de vocatione iudeorum et repulsione gētium: postmodū vero de vocatione gētium et repulsione iudeorū subtiliter pensans: seq̄ occulta dei iudicia cōprehendere nō posse cōsiderās exclamando subiunxit. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Unde hic quoq̄ cum de iudeorum perfidia dominus diceret: In similitudinē lapidis aque durātur: vt de repulsione eorum occulta esse sua iudicia demonstraret / apte subdidit.

K

Deutero. xxxij.

Esa. lxvj.

Ps. cxiij.

Mat. iij.

L

Ro. xj.

Ibidem.

M

Capitm. xxij.

Et superficies abyssi constringitur.] Quia superiecto quodā ignorantie nostre velamine / incōprehensibilitatē diuini iudicij humane mentis oculus nullatenus penetrat: scriptū quippe est: Iudicia tua abyssus multa: nemo ergo perscrutari appetat cur cum alius repellitur / alius eligatur: vel cur cū alius eligitur / alius repellat: quia superficies abyssi constringitur. et attestāte Paulo: Inscrutabilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Per hoc vero qd̄ dictū est: De cuius vtero egressa est glacies: et gelu de celo quis genuit: etiam sathan in gelu et glacie nil obstat intelligi. Ipse quippe quasi de dei vtero glacies processit: quia a calore secretorum eius malitie torpore frigidus / magister iniquitatis exiuit. Ipse gelu de celo est genitus: qui cōstricturus corda reproborū / a summis cadere est ad ima permissus. Qui bene in celestib⁹ conditus: in culpe frigore mentes sequaciū quasi gelu dū cecidit astrinxit. Qui ad terrā veniēs / quid i hoib⁹ egerit / explet cū subdit. [In lapidis similitudinem aque durātur.] Per aquas nāq̄ populi: per lapidem vero eiusdē sathane duritia designat. Illo igit ad ima veniēte / in similitudinem lapidis aque durate sunt: quia eius malitiā imitati homines / mollia viscera chari-

Ps. xxxv

Ro. xj.

A tatis amiserit. Cuius fraudulenta consilia q̄a seductis hominib⁹ deprehēdi non possunt: recte subiūgitur. Et superficies abyssi constringit. Aliud quippe eius intrinsecus latet: atq; aliud extrinsecus ostēdit. Trāsfigurat enim se velut angelum lucis: et callida deceptionis arte plerūq; proponit laudabilia: vt ad illicita ptrahat. Abyssi ergo superficies cōstringitur: quia dum quasi bona persuasionis eius species velut solida desuper glacies ostenditur/ in profundo latens eius malitia non videtur. Cuncta tamen hec intelligere et aliter possumus/ si moraliter exquiramus. Capitulum.xxiij.

Mentes nāq; hominū omnipotens deus dū in suo timore format/ quasi cōcipit: easq; ad apta virtutes dū prouehit gignit: sed si de acceptis virtutibus extolluntur/ relinquit. Et sepe quosdam cognouim⁹ malorū suorum cōsideratione cōpungi: diuini terroris pauore feruescere: et per pauoris exordia vsq; ad virtutū summa peruenire: sed dū de eisdē virtutib⁹ q̄s acceperūt extolluntur/ inanis glorie laqueo astricti/ ad antiquū torpor̄ redeūt. Recte ergo cum tales dñs pijcit/ dicit: De cui⁹ vtero egressa est glacies? Quasi enī de dei vtero glacies egredit̄/ quādo hi q̄ iā intus incaluerāt/ ex virtutū dono frigescūt: et inde exteriorē gloriā torpētes appetūt/ vnde ad interna diligēdū ardēti⁹ flagrare debuerūt. Ditq; iste signis/ ille sciētia/ iste pphetia/ ille magnis operibus pollet: atq; p hec bona placere hoīb⁹ appetit: omne q̄d prius intimū caluit/ exteriorem laudem diligens/ in torporē vertit. Quasi ergo glacies de dei vtero egredit̄/ dum post donorum beneficia a viscerib⁹ pietatis superne separat̄. An nō sunt glacies qui in virtutibus quas acceperūt/ laudes ab hominib⁹ querūt? Et tamen venīēti iudici dona sua ad eius memoriā reuocātes dicūt: Dñe/ dñe: nōne in noīe tuo pphetauim⁹: et in noīe tuo demonia eiecim⁹: et in noīe tuo virtutes multas fecim⁹? Sed quo hāc glaciē dñs proijciat ostendit/ dicens. Nescio vos vnde sitis: discedite a me oēs operarij iniquitatis. Hanc glaciē nunc in vtero dñs portat: quia intra sinū ecclesie tolerat. Sed tūc aperte eijcit/ cum tales a secretis celestibus per extremū et publicū iudiciū repellit. Qd itaq; verbis qd aperte agit̄/ nisi vt beatus Job de summis suis virtutib⁹ humilient̄: ne in hoc q̄ bene viuendo caluerat/ superbiendo frigescat: et a diuinitatis vtero repulsus exeat/ si intra sinū sui cordis se tumidus extollat? Capitulum.xxiiij.

B
Matt. vij.
Ibidem.

Et quia iusto iudicio superbas mentes ad culpam egredi ex accepta virtute permittit: recte adhuc subiungit̄. Et gelu de celo quis genuit? Plerūq; enī sacri eloquij scientia preditus: sed dū de eadē sciētia se q̄ accipit extollitur/ ita districti iudicis in ipso sacro eloquio cecat: vt exteriores fauores p illud sequens/ eius iam interna nō videat: et qui intus manēs calere poterat/ exeundo frigescat: duratusq; in ima corruat/ qui ad cognitionē dei prius tractabilis in summis liquidus stabat. An sacrū eloquiū celum non est/ qd diem nobis intelligētie aperiēs/ sole nos iusticie illustrat: qd dū nos vite presentis nox cōtinet: stellis nobis mandatorum fulget? Sed quia oportet esse hereses/ vt probati manifesti fiant: cū ab intellectu sano mēs superba repellitur/ visione districti iudicis gelu de celo generatur: vt cū ipsa scriptura sacra in electorū cordibus caleat/ eos q̄ se superbe scire appetunt/ a se frigidos emittat. Ibi quippe errāt/ vbi corrigere errata debuerāt: et dū a superna intelligētia resplendentis eloquij et obdurant ipsi et seducunt ceteros corruunt/ ad ima venientes vt gelu et alios astringunt. Semetipsum tamē dñs hoc gelu gignere perhibet: non quo prauorum mentes ipse ad culpam formet/ sed quos culpa non liberatos scriptū est: Ego obdurabo cor Pharaonis. Qd quia misericorditer emollire noluit/ profecto districte se obdurare nunciauit. Quia vero cum inchoata diuini timoris virtus amittitur/ propter humanas laudes virtutis imago retinetur: recte subiungitur. In similitudinem lapidis aque durantur: et superficies abyssi constringitur. Aque enim per glaciem in superficie durescūt/ sed fluide in intimis remanēt. Et quid per aquas nisi fluxa accipimus corda reprobōrum? Qui cum ex proposito virtutem deserunt/ fortes se in bonis per hypocrisim ostendunt: dūq; in intimis suis ad vitia defluunt: et foris se sanctorum ac fortium imitatores fingunt: a que in similitudinem lapidis durātur/ et superficies abyssi constringitur:

C
j.Cor.xj.
Exod.x.

D quia per superductam sanctitatis speciem fluxa ac instabilis eorum conscientia hominibus tegitur. Nam cū sibimetipsis intrinsecus turpes sint/ ante alienos tamen oculos quadam viuendi venustate vestiuntur. Sed ne q̄s hec verba domini in bonam intelligi partem velit/ debemus sic etiam querentibus astruere: dūmodo minime iudicemur que perscrutāda fuerant neglexisse. Superiori enim versu dicitur: Quis est pluuie pater: vel quis genuit stellas roris: statimq; addit̄. De cuius vtero egressa est glacies: et gelu de celo quis genuit? Si ergo dictis precedentibus sequens sentētia nō dispari sensu coniungitur/ profecto et in bonam partē nobis eius intelligētia sine obstaculo difficultatis aperitur. Capitulum.xxv.

Terra enim dū cōpluitur/ iactata in eam semina feracius rigātur. Sed rursum si illam pluuia immoderatius irrigat/ in culmi pinguedinem frumenti virtutem mutat. Sin vero iactatum semen post pluuiā gelu premitur/ quo foris citius apparere repellitur/ eo intus fecūdius radicatur: et quo vetatur progredi/ cogit̄ multiplicari: quia cum ab immaturo ortu restringit̄/ ex cōceptionis sue tarditate laxatum ad fructū vberius impletur. Quid est ergo q̄ dñs prius quidē patrem se pluuie insinuat: postmodū vero de suo egredi vtero glaciē narrat: seq; gelu gignere de celo pronunciat: nisi q̄ miro modo nostri pectoris terram ad suscipienda verbi semina et prius per occulte gratie pluuiam infundit: et postmodum ne in conceptis virtutibus immoderatius profluat/ disciplina intime dispensationis premit: vt quā accepte gratie pluuia irrigat/ etiam discipline rigor astringat: ne si aut anteq̄ debet aut plusq̄ necesse est conceptas virtutes proferat/ fruges in herbam vertat? Plerūq; enī ab inchoantibus opus bonum dum prius q̄ oportet ostēditur/ a grano perfectionis inanitur: et plerūq; virtutes dum plusq̄ necesse est exuberāt/ exhalant. Unde et electorum suorum dominus vel ante tempus desideria tenuit/ vel rursum in tempore vltra mensuram profect⁹ premit: ne si aut anteq̄ debent/ aut plusq̄ debent proficiant/ per profectus sui magnitudinem in elationis defectū cadāt. Nam cum cor post peccata compungitur/ terra que aruerat/ infusione pluuie rigatur: et cum relictis iniquitatibus bona exequi opera pponit/ quasi post infusionem semen accipit. Et plerūq; cum desideria sancta concipiūt/ in summis iam exercere virtutibus inardescunt/ vt nō solum culpa operationem non inquinet: sed nec cogitationem pulset. Et adhuc quidem i corpore positi sūt/ sed nil iam perpeti de cōmunione presentis vite volunt. Imitari per intentionem internam mentis stabilitatem appetunt: sed interuenientibus tentationibus reuerberantur: vt videlicet infirmitatis sue meminerint/ et elati de virtutib⁹ quas acceperunt non sint. Quod dū mira discipline repressione agitur/ quid aliud q̄ super infusam terram gelu de celo generatur? Quid aliud q̄ de dei vtero glacies producitur/ quando de interno secreto dispensatio egredit̄: et voluntates nostre etiam in bonis desiderijs frenantur? Uideamus/ Paulus infusa videlicet terra/ quāta disciplīne glacie prematur/ dum ait. Uelle adiacet mihi/ perficere autem bonum non inuenio. Qui enim velle habere se asserit/ iam per infusionem gratie que in se lateant semina ostēdit. Sed dum perficere bonum non inuenit: profecto indicat quanta illum dispensationis superne glacies premat. An ista glacies eorum corda nō presserat quibus dicebat: Ut nō quecūq; vultis/ illa faciatis? Ac si aperte diceret. Occulta cordis vestri semina iam prodire in frugē querunt: sed superni moderaminis gelu premūtur: vt tanto post fecūdius exeant/ quanto diuini iudicij premētia pondera patientius portant. Capitulum.xxvi.

E
F
Rom. vij.

Et quia plerūq; humana corda quoniā erumpere ad virtutes quas appetunt non valēt: eo ipso quo ab intentionis sue perfectione resiliūt/ tentationum stimulis fatigantur: sed tamē easdem tentationes cogitationū cōprimūt/ seq; per exercitationis vsum in quodam viuendi rigore componūt: bene subditur. In similitudinem lapidis aque durātur. Quia etsi fluxe cogitationes interius lacessunt: nequaq; tamen vsq; ad consensum praui operis trahunt. Sed mens sub insolita bene viuendi consuetudine quasi sub quadā duritia exterius abscondit quicquid intus ex tentationis pulsatione mollescit. Unde et bene subiūgitur. Et superficies abyssi cō

G stringitur. Quia prauus cogitatio et si vsq ad suggestionem venit/ vsq ad consensum non prosilit: quia fluctuantes motus animi superductus rigor sancte deliberationis premit. Potest etiam in gelu vel glacie presentis vite aduersitas designari: que dum sub asperitate sua sanctos comprimit/ valentiores reddit. Dum enim nos omnipotens deus molestijs exerceri permittit: atq ad meliores vite statum interueniente tristitia prouehit/ miro consilio super futurā frugem gelu et glaciem gignit: vt electus quisq in hac vita tanq in hyeme aduersa ventorum et frigorum toleret: et velut in estiua serenitate postmodum fructus quos hic conceperit demonstret. Unde a sponsi voce vniuscuiusq anime post huius mundi turbinem, ad illa eternitatis amena properanti dicitur: Surge propera amica mea/ formosa mea et veni: iam enim hyems transijt: imber abijt et recessit. Et quia si sola nobis affluūt prospera/ soluimur: ad virtutem vero melius per aduersa solidamur: recte subiungitur.

Cant.ij.

Capitulum.xxvij.

In similitudinem lapidis aque durantur. Mentes enim que per prospera molliter fluerent/ constricte aduersitatibus durescunt: et ad similitudinem lapidis aqua perducitur/ quādo infirmus quisq per acceptam desuper tolerantiā passiones sui redemptoris imitatur. In similitudinem quippe lapidis aqua durauerat/ cū ille prius impatiens persecutor postmodū Paulus dicebat. Impleo ea que desunt passionum Christi in carne mea. Et quia cum deprimūtur aduersis/ solertius interna dona custodiunt/ recte additur: Et superficies abyssi constringitur. Solet enim letitia arcana mentis aperire/ atq aperiendo amittere: aduersa vero cum nos exterius deprimunt/ interius cautiores reddunt. Post gelu itaq vel glacie superficies abyssi cōstringitur: quia mens nostra ad conseruanda profunda dona que acceperit/ ipsis aduersitatib' munitur. Abyssi enim sue superficiem Esaias constrinxerat/ cum dicebat. Secretū meum mihi: secretum meum mihi. Abyssi sue superficiem Paulus constrinxerat: qui tot periculis ac aduersitatibus infudāc/ sub pretextu cuiusdam de semetipso loquitur/ dicens. Audiuit arcana verba/ que non licet homini loqui. Et rursum. Parco autem/ ne quis me existimet supra id quod videt me: aut audit aliquid ex me. Qui igitur foris aduersa tolerans/ ne fortasse in laudibus deflueret/ arcana sua aperire metuebat: quid aliud q̄ secretorū suorum abyssum per constrictā superficiem preserat? Sequitur.

Coll.i.

H

Esaie xxiiij.

ij.Cor.xij.

Ibidem.

¶ S. Ex arcturum et pleiades dūs iungit/ cum de diuersis mundi partibus vnit ecclesiā: et sanctorū vaticinia licet diuersis/ vna eadēq intētione prolata ostendit.

¶ Nunquid coniungere valebis micantes stellas pleiades/ aut gyrū arcturi poteris dissipare? Pleiades stelle apo tou pliston. i. a pluralitate vocate sunt. Ita autē vicine sibi et dinise sunt condite: vt et simul sint/ et tamen coniungi nequaq possint: quatenus vicinitate quadam coniuncte sint/ sed tactu disiuncte. Arcturus vero ita nocturna tempora illustrat: vt in celi axe positus per diuersa se vertat/ nec tamen occidat. Neq enim extra se currens voluitur/ sed in loco situs/ in cunctis mundi partib' nequaq casurus inclinatur. Quid ergo est q homo ex terra fact'/ atq in terra posit' de celesti administratione discutitur: quia pleiades coniungere non valet: quas vicinas sibimetipsis conditas et pene cōiunctas videt; quia arcturi gyrum dissipare nō potest: quem tamē cernere ipsa sua vertigine pene dissipatū potest? An vt in istis ministerijs auctoris potentiam pensans/ infirmitatis sue meminerit: et eum quem adhuc in maiestate sua videre non poterat q̄ sit inestimabilis/ in ipsa ministeriorū celestium gubernatione perpēdat? Sed cur ista loquimur qui stimulo rationis vigemus/ vt hec verba mysticis sensibus grauida cognoscamus?

I

Capitulum.xxviij.

Quid enim micātes pleiades (que et septē sūt) aliud q̄ sanctos oēs denunciant: qui inter presentis vite tenebras septiformis spirit' gratie nos lumine illustrant: qui ab ipsa mundi origine vsq ad eius terminū diuersis tēporibus ad prophetandū missi/ et iuxta aliquid sibi coniūcti sunt/ et iuxta aliqd disiuncti? Stelle eni pleiades (sicut supra dictū est) vicinitate sibi coniuncte sunt/ tactu disiūcte. Simul quidem site sunt: et tamen lucis sue variatim radios fundūt. Ita omnes sancti alij atq alij ad predicandū temporib' apparētes: et disiuncti sunt per visionē sue imaginis: et coniuncti per intentionem mentis. Simul micant: quia vnā predicant: sed non semetipsos tangūt: quia in diuersis temporibus partiuntur. Ex diuersis tēporib' Abel/ Esaias et Ioānes apparuerunt. Diuisi quidem fuerūt tēpore/ sed non predicatione. Nam Abel redemptoris nostri passionem significās/ agnum in sacrificio obtulit: de cuius passione Esaias ait. Sicut agnus coram tondēte se obmutescet: et non aperiet os suum. De quo Ioānes quoq ait: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Ecce diuersis quidem temporib' missi: et tamē concorditer de redemptoris nostri innocentia sentientes: eūdem agnum Ioannes ostendendo/ Esaias preuidēdo/ Abel offerēdo locutus est: et quē Ioannes in ostēsione/ quē Esaias in locutione/ hūc Abel significādo in manibus tenuit. Quia igitur quomodo pleiades stelle de humanitate redemptoris sibi concinant diximus: nunc quomodo in ostendenda vnitate trinitatis concorditer luceant demonstremus. Diuersis quippe temporib' huic mūdo Dauid/ Esaias/ et Paul' apparuit: sed tamen nullus eorum alteri diuersum sensit: quia etsi semetipsos non nouerant facie/ vnū tamen didicerāt ex diuina cognitione. Dauid quippe vt auctorem omniū deum in trinitate ostenderet/ dixit: Benedicat nos deus deus noster: benedicat nos deus. Ac ne tertio deū nominans/ tres deos dixisse putaretur/ illico vnitatem eiusdē trinitatis insinuans addidit. Et metuant eum omnes fines terre. Qui enim non eos/ sed eum subdidit: vnū tria que dixerat intimauit. Esaias quoq cum laudem de vnitate trinitatis aperiret: seraphin voces exprimens/ ait. Sanctus sanctus sanctus: ac ne tertio sanctū nominādo/ vnitatem diuine substantie scindere videretur/ adiunxit: Dūs deus sabaoth. Quia ergo non dūi dij/ sed dūs deus addidit: vnū existere qd tertio sanctum vocauerat indicauit. Paulus quoq vt operationē sancte trinitatis ostēderet/ ait: Ex ipso/ et per ipsum/ et in ipso sunt omnia. atq vt vnitatem eiusdē trinitatis intimaret/ protin' addidit. Ipsi gloria in secula seculorū amen. Qui igitur non ipsis/ sed ipsi subdidit: vnū naturaliter tria sm personas innotuit: qd superius tertio id ipsum dixit. Quasi ergo et vno in loco pleiades site sunt: quia de deo concorditer sentiunt/ et tamen semetipsas non tangūt: quia (sicut dictum est) per huius mūdi tēpora diuersa partiūtur. Qd bene ac breuiter Ezechiel propheta describit: qui cum diuersi generis animalia videre se diceret/ adiunxit: Iuncteq erāt pēne eorū alterius ad alterū. Pēne quippe animaliū alterius ad alterum iuncte sunt: quia etsi dissimilia sunt que agūt/ vno tamen eodēq sensu sibi sanctorum voces virtutesq sociantur. Et q̄uis alius rationabiliter cūcta agendo sit homo: alius in passionib' fortis aduersa mūdi non timendo sit leo: alius per abstinentiā semetipsum viuam hostiā offerendo sit vitulus: alius se in alta rapiendo contemplationis volatu sit aquila: pennis se tamē dum volant tangunt/ quia et confessione vocū et virtutū sibi vnanimitate iungitur. Qd quia solius diuine virtutis est et diuersis temporib' multos in fidei predicatione cōiūgere/ et dissimilibus virtutib' preditos fulgore intētionis vnire: recte dicitur. Nunquid coniungere valebis micantes stellas pleiades? Ac si dicat/ vt ego: q vnus omnia impleo/ atq in vnitatis sensu electorum mentes implēdo coniungo. In arcturo autē qui per gyrum suū nocturna spatia non occasurus illustrat: nequaq particulatim edita vita sanctorum/ sed tota simul ecclesia designatur: que fatigationes quidem patitur/ nec tamē ad defectum proprij status inclinatur. gyrum laborum tolerat/ sed ad occasum cū temporibus non festinat. Neq enim ad ima poli arcturus cū nocturno tēpore ducit: sed dū ipse voluitur/ nox finitur. Quia nimirū dum sancta ecclesia innumeris tribulationibus quatitur/ presentis vite vmbra terminatur: eaq stāte nox preterit: q: illa in sua incolumitate perdurante/ mortalitatis huius vita percurrit.

B

Gen.iiij.

Esaie.liij.

Ioan.j.

Psal.lxvj.

Ibidem.

L

Esaie.vj.

Rom.xj.

Ezech.j.

M

Capitulum.xxix.

Est in arcturo quod cōsideratius possimus intueri. In septem quippe stellis voluitur: et modo quidem tres ad summa eleuat/ atq ad ima quattuor inclinat: modo quattuor superius erigit/ et tres inferius premit. Sancta quoq ecclesia cum modo infidelibus trinitatis notitiam: modo autem fidelibus virtutes quattuor/ id est prudentiam/ fortitudinem/ temperantiam/ iustitiā predicat: quasi rotatu predicationis status

A

sui speciem quodãmodo immutat. Nam cum quibusdã de operibus suis gloriantib⁹ confidentiã proprij laboris euacuat/ et fidem trinitatis exaltat: quid aliud facit nisi tres stellas arcturi eleuat/ quattuor inclinat? Et dũ quosdã bona opera nõ habẽtes de sola fide presumere prohibet: sed operari eis prius q̃ precepta sunt iubet: qd aliud arcturus facit/ nisi quattuor stellas erigit/ tres deponit? Videam⁹ quomodo tres eleuet/ quattuor deponat. Ecce per

Rom. iiij.

Paulũ contra fidẽ de opere superbientib⁹ dicit. Si Abraam ex operib⁹ iustificatus est/ habet gloriã: sed nõ apud deũ.

Gen. xv. et Ro. iiij.

Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraam deo/ et reputatũ est illi ad iustitiam. Videamus quomodo quattuor eleuet/ tres deponat. Ecce per Jacobum de fide sine ope

Jaco. ij.

re superbientib⁹ dicit. Sicut corpus sine spiritu mortuũ est: ita fides sine operibus mortua est. Arcturus itaq̃ voluitur: quia sancta ecclesia iuxta auditorũ suorũ mentes in diuerso latere predicationis arte versatur. Arcturus voluitur: qr hec in noctis huius tribulationib⁹ rotatur. Sed hunc arcturi gyrum quãdoq̃ domin⁹ dissipat: quia labores ecclesie ad requiẽ permutat. Tunc et pleiades plenius iungit/ cũ gyrum arcturi destruit: quia tuc nimirũ sancti omnes etiã visionis sibi specie copulantur/ quando in fine mundi sancta ecclesia ab his quos nunc sustinet laboribus soluitur. Dicat ergo: Nũquid cõiungere valebis micantes stellas pleiades: aut gyrũ arcturi poteris dissipare? subaudis vt ego/ qui tunc sanctorũ vitam etiam per speciem vnio/ cum gyrũ vniuersalis ecclesie corporaliter soluo. Et quia hominũ solius diuine hoc esse virtutis ignorat: Sed vt cognoscat homo quid ipse sit/ memoret assidue qd solus dñs possit. Habem⁹ adhuc qd de stellis pleiadibus atq̃ arcturo aliud sentiam⁹. Pleiades quippe ab oriẽte/ arctur⁹ vero ex parte aquilonis surgit. Quocirca

B

autem se per per gyrum suum arctur⁹ verterit/ pleiades ostendit: et cũ lux diei iam vicina efficit/ stellarũ eius ordo distendit. Potest igitur per arcturũ qui a plaga frigoris nascit/ lex: per pleiades vero que ab oriente surgũt/ testamenti noui gratia designari. Quasi enim ab aquilone lex venerat/ que tanta subditos rigiditatis asperitate terrebat. Nam dum pro culpis suis alios preciperet lapidibus obrui: alios gladij morte mulctari: plaga torpens et velut a sole charitatis aliena: preceptorũ suorum seminis plus premebat ex frigore/ q̃ ex calore nutriebat. Cui⁹ op

Act. xv.

pressionis põdus petrus horruerat/ cũ diceret. Quid tẽtatis deum imponere iugum super ceruicem discipulorũ: qd neq̃ patres nostri/ neq̃ nos portare potuimus? Nec mirũ q̃ per arcturi septem stellas testamentũ vetus exprimitur: quia et in veneratiõe legis dies septimus extitit venerabilis: et per hebdomadã integram constituti sacrificij vota tendebantur. Pleiades vero que ipse quoq̃ sicut superius diximus septem sunt/ testamẽti noui gratiã tanto aperti⁹ indicãt/ quãto cuncti liquido cernimus/ q̃ per illã fideles suos spiritussanctus septiformis muneris lumine illustrat. Quaqua igit se arctur⁹ vertit/ pleiades ostendit: quia per omne qd testamẽtum vetus loquitur/

C

testamẽti noui opera nunciant. Sub textu enĩ littere/ tegit mysteriũ ꝓphetie. Et quasi inclinat se arcturus et demonstrat: quia dum ad spiritualẽ intellectũ flectit/ significata per illud lux gratie septiformis aperit. Et propinquãte diei luce/ stellarũ ei⁹ ordo distẽdit: quia postq̃ per semetipsam nobis veritas innotuit: ab obsequijs carnalibus littere precepta laxauit.

Capitulum. xxx.

R Edemptor autẽ noster in carne veniens/ pleiades iunxit: qr operationes septiformis spirit⁹ simul in se et cũctas et manẽtes habuit. De quo

Esaie. xi.

per Esaiã dicit. Egredietur virga de radice Iesse: et flos de radice ei⁹ ascendet/ et requiescet super eũ spiritus dñi: spiritus sapientie et intellectus: spirit⁹ consilij et fortitudinis: spirit⁹ scientie et pietatis: et replebit eũ spiritus timo

Zach. iij.

ris dñi. De quo Zacharias ait. Super lapidẽ vnũ septẽ

Zach. iiij.

oculi sunt. Atq̃ iterum. Et in candelabro aureo lucerne septem. Nullus vero hominũ operatiões sancti spiritus simul omnes habuit/ nisi solus mediator dei et hominũ: cuius est idem spiritus qui de patre ante secula procedit. Bene ergo dicitur. Super lapidem vnũ septẽ oculi sunt. Huic enim lapidi septem oculos habere est/ simul omnẽ virtutem spiritus septiformis gratie in operatione retinere. Alius naq̃ prophetiam/ alius scientiam/ alius vir

j. Cor. xij.

tutes/ alius genera linguarũ/ alius interpretationes sermonum iuxta distributionẽ sancti spiritus accipit: ad habenda vero cuncta eiusdem spiritus munera nemo pertingit. At vero conditor noster infirma nostra suscipiẽs: quia per diuinitatis sue potẽtiam simul se habere omnes sancti spiritus virtutes edocuit: micantes proculdubio pleiades iunxit. Dum vero pleiades iungit/ arcturi gyrum dissipat: quia dum semetipsum factum hominem

D

habere cũctas sancti spiritus operationes innotuit/ in testamento veteri littere laborem soluit: vt fidelis quisq̃ iam cum libertate spiritus illud intelligat: cui prius in formidine inter tot discrimina seruiebat. Audiat itaq̃ beatus Job. [Nũquid coniungere valebis micantes stellas pleiades?] Ac si aperte diceret. Habere quidẽ lumina quarũdam virtutum potes/ sed nunquid exercere simul oẽs operationes sancti spiritus sufficis? Me ergo coniungentem pleiades in cunctis virtutibus contemplare: et tu de paucis ab elatione compescere. Audi quod dicitur. [Aut gyrum arcturi poteris dissipare?] Ac si aperte ei diceret. Et si ipse iam que recta sunt sentis/ nunquid virtute tua etiam in alienis cordibus laborem grossioris intelligentie destruis? Me itaq̃ considera: qui carnalium stultitiã corrigo/ dũ me per carnis stultitiã manifesto: vt tãto magis hec que putas virtutum tuarũ fortia humilies/ quãto nec vestigia mee infirmitatis apprehendis. Quia vero in ipso dominice incarnationis mysterio alijs lux veritatis ostenditur: aliorum vero per scandalum corda tenebrantur: recte subiungitur.

E

C S. Ex cũ venit plenitudo tẽporis/ misit de⁹ filiũ suũ natum ex muliere/ factum sub lege: et eo appartẽte in fine mũdi/ reuelabitur homo peccati/ filius perditionis.

C Nunquid producis luciferum in tempore suo: et vesperum super filios terre consurgere facis?] Pater quippe in tempore suo luciferum produxit: quia sicut scriptum

Gal. iiij.

est: Cum venit plenitudo tẽporis/ misit deus filium suũ natũ ex muliere/ factum sub lege: vt eos qui sub lege erãt/ redimeret. Qui natus ex virgine/ velut lucifer inter tenebras nostre noctis apparuit: quia fugata obscuritate peccati/ eternũ nobis mane nunciauit. Luciferum vero se innotuit: qr diluculo ex morte surrexit: et fulgore sui luminis mortalitatis nostre caliginẽ pressit. Cui bene per Jo

Apo. xxij.

annẽ dicitur: Stella splendida et matutina. Viuus quippe apparendo post mortem/ matutina nobis stella factus est: quia dum in semetipso exẽplum nobis resurrectionis prebuit: que lux sequatur indicauit. Vesperum vero super terre filios dñs consurgere facit: quia infidelibus iudeorum cordibus dominari antichristum eorum merito exigẽte permittit. Qui idcirco a domino huic vespero iste subditur: quia ipsi sponte sua filij terre esse voluerũt. Terrena quippe et non celestia requirentes/ a perspicienda luciferi nostri claritate ceca ti sunt: et dum preesse sibi vesperum expetunt/ subsequentis dãnationis eterna nocte merguntur. Hinc in euangelio domin⁹ dicit: Ego ve

Joan. v.

ni in nomine patris mei/ et nõ accepistis me: alius veniet in nomine suo: et ipsum recipietis. Hinc Paulus ait: Eo

ij. Thes. ij.

q̃ charitatẽ veritatis nõ receperunt vt salui fierent: ideo mittet illis deus operationem erroris/ vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati/ sed consenserunt iniquitati. Nequaq̃ ergo super eos vesper consurgeret/ si celi filij esse voluissent. Sed dum visibilia appetunt/ amisso cordis lumine/ sub noctis duce tenebrescunt.

Capitulum. xxxi.

Q Uod tamen si moraliter discutimus/ quomodo quotidie agatur inuenimus: quia nimirũ et electis lucifer oritur: et reprobis deo permittente vesper dominatur. Unus enim atq̃ idem sermo dei est in ore predicantis. Quem dum isti gaudendo/ illi vero inuidendo audiunt: claritatem sibi luciferi in vesperi tenebras vertunt. Dum isti humiliter vocem sancte predicationis accipiunt/ quasi ad stelle lucem oculos cordis aperiunt. dum vero illi bene dicenti inuident: et non salutis causam/ sed elationis gloriam querunt: pronum per se iniquitatis sue vespere/ in somnũ mortis oculos claudunt. Per occultum ergo iudicium eis qui electio est lucifer/ reprobis auditoribus fit vesper: quia exhortatione sancta qua boni ad vitam redeunt/ praui deterius in cul

ij. Cor. ij.

pa moriuntur. Unde bene per Paulum dicitur: Christi bonus odor sum⁹ deo/ in his qui salui fiunt/ et in his qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autẽ

G odor vite in vitam. Verbum itaq; suum auditoribus esse luciferū simul ꝛ vesperum vidit: per qḋ ꝛ alios ab iniquitate suscitari/et econtra alios sopiri in iniquitate conspexit. Qḋ quia occultis dei iudicijs agitur/que in hac vita ab hominibus cōprehendi non possunt/recte illic subdidit. [Et ad hec quis tam idoneus?] Ac si diceret. Idonei quidem sumus ad hec consideranda que fiūt: sed idonei non sumus ad hec inuestiganda cur fiant. Unde hic quoq; dn̄s quia alijs producit luciferum/alijs vero cōsurgere vesperū dicerat/ne perscrutari homo occulta dei iudicia audeat/illico subiungit.

¶ S. De causis iudiciorum dei vel predestinationē eius: in hac vita nemo cognoscat. Capitu. xxxij.

Nunquid nosti ordinem celi/ꝛ pones rationem eius in terra?] Ordinē celi nosse est/supernarū dispositionū occultas predestinatiōes videre. Rationē vero eius in terra ponere est/ante humana corda talium secretorū causas aperire. Rationem videlicet celi in terra ponere est/ supernorū iudiciorū mysteria vel cōsiderando discutere/vel loquendo manifestare. Quod vtiq; facere in hac vita posit⁹ nullus potest. Ut enī a parnis ad maiora veniamus/quis intelligat q̄ esse secretorū subtilitas potest: q̄ sepe vir iustus a iudicio nō solū nō vindicat⁹/sed etiā punitus redeat: ꝛ iniquus et⁹ aduersari⁹ non solum nō punitus sed etiam victor abscedat? Quis
H intelligat cur viuit aliquis insidians mortib⁹ proximorū: ꝛ moritur alius qui profuturus esset vite multorū? Alius culmen potestatis assequitur/qui non nisi ledere studet: alius tantūmodo lesos defendere concupiscit/et tamen ipse oppressus iacet. Alius vacare appetit/et innumeris negocijs implicatur: alius negocijs implicari desiderat/ et coactus vacat. Alius male inchoans/vsq; ad vite sue terminū ad peiora protrahit: alius bene incipiēs/per longitudinem temporū proficit ad augmēta meritorum. At cōtra alius male viuēs diu reseruat⁹ vt se corrigat: alius vero bene quidem videtur viuere: sed in hac vita eousq; durat quo ad peruersa prorumpat. Alius in errore infidelitatis natus/in errore deficit: ali⁹ in catholice fidei rectitudine genitus/in catholice fidei rectitudine consummatur. Econtra vero alius catholice matris ventre editus/ iuxta vite terminū erroris voragine deuoratur: alius autem vitā suā in catholica pietate cōsummat: qui ortus in perfidia cum lacte matris hauserat virus erroris. Alius celsitudinē bene viuēdi ꝛ appetere ꝛ vult et valet: alius nec vult nec valet. Alius vult et non valet: alius valet et non vult. Quis ergo ista iudiciorū celestiū secreta discutiat? Quis intelligat discretam lancem equitatis occulte? Ad cognoscēdos quippe istos iudiciorū secretorū sinus nullus ascendit. Dicat ergo homini vt se nescire cognoscat: nescientem vero se cognoscat vt timeat: timeat vt humilietur: humilietur ne presumat in se: nō presumat in se/ vt cō
I ditoris sui auxilium requirat: ꝛ qui in se fidens mortuus est/auctoris sui adiutoriū appetens viuat. Audiat itaq; vir iust⁹ id qḋ se scire/sed adhuc q̄ supra se sunt nescire: Nunquid nosti ordinē celi: ꝛ pones rationē eius in terra? id est/nunquid occultos ordines iudiciorū celestiū comprehendis: aut aperire humanis auribus sufficis? Beatus igit̄ Job de iudiciorū incomprehensibiliū inuestigatione requiritur: ac si ei aperte diceretur. Cuncta que pateris/multo tolerare patientius debes/quāto secretorū celestium ignarus/cur hec pateris nescis.

¶ Finit liber. xxix. Moralium sancti Gregorij.

¶ Sequitur liber. xxx. Moraliū Sancti Gregorij in librū beati Job: continuās capitulū tricesimūoctauum tertius. Capitulum. j.

Beatus iob talia verū ne fecerit dn̄o interrogante requirit/qualia vtiq; facere nō pot homo: vt dū se ista facere non posse deprehēdit/ad eū refugiat quē solū talia q̄ facere posse intelligit: atq; ante oculos iudicis sui magis potens appareat/si sua verius infirma cognoscat. Qḋ ergo mire a dn̄o fieri non ignoratur: de co diuina Job voce requiritur. Dicturq; ei.

K ¶ S. De iudeis in enigmatibus ꝛ nebulis multipliciter per patres locut⁹ sit deus: ꝛ q̄ cōtra illū seuiēs populorū turba surrexerit: clamaueritq; /crucifige.

¶ Nunquid eleuabis in nebula vocē tuā: ꝛ impet⁹ aquarū operiet te?] Vocē quippe suā in nebula dn̄s leuat/quādo per predicatorū suorū linguas ad caliginosa corda infideliū exhortationē format. Cūq; aquarū impetus operit/dū bene agentia mēbra ei⁹ turba rebelliū populorū premit. Hinc est enī qḋ scriptū est: Factū est verbū dn̄i ad Hieremiā ꝓphetā/dicens. Sta in atrio dom⁹ dn̄i/loquens ad oēs ciuitates iuda: de quibus veniūt vt adorent in domo dn̄i/vniuersos sermones quos ego mādaui tibi. Et paulopost. Et audierūt sacerdotes ꝛ ꝓphete et oīs populus Hieremiā loquentē verba hec in domo dn̄i. Cūq; cōplesset Hieremias loquēs: apprehēderūt eū sacerdotes ꝛ ꝓphete ꝛ oīs popul⁹/dicens. Morte moriat̄. Quare ꝓphetauit in noīe dn̄i? Ecce in nebula dn̄s vocē leuauit: quia obscuras mētes superbientiū directo ꝓpheta corripuit. Ecce aquarū impet⁹ eū ꝓtin⁹ operuit: q: ab insurgentibus ꝓplis ꝛ causa sue correptionis instigatis/ipse in Hieremia electo prius/q̄ correptionis verba mādauit. Per semetipm quoq; dn̄s in nebula vocē leuauit/quādo presentē se etiā assumpto corpore exhibens/multa suis persecutoribus/sed figuris enigmatum velata ꝑdicauit. In nebulis vocē leuauit: q: veritatē suam non secuturis infidelibus quasi per caliginē sonuit. Unde et bene in libris regū scriptū est: Nebula impleuit domū dn̄i: ꝛ non poterant sacerdotes ministrare ꝓpter nebulā. Exigētib⁹ enim meritis/ dū superbi iudeorū pōtifices diuina mysteria ꝑ parabolas audiūt: sacerdotes in domo dn̄i quasi propter nebulā
L ministrare nequiuerunt. Qui ꝛ in testamento veteri dum sensus mysticos littere velamine coopertos inter obscuras allegoriarū caligines inuestigare despiciunt/debitū fidei sue ministeriū ꝓpter nebulā perdiderūt. Quibus et tunc in nebula doctrine sue vocē dn̄s ꝓtulit/cū de se etiā aperte narrauit. Quid est enim apertius q̄/ego et pater vnum sumus? Quid aperti⁹ diceret/q̄: Antequā Abraam fieret/ego sum? Sed q: audientiū mentes infidelitatis caligo repleuerat/ quasi emissum solis radiū nebula interiacens abscondebat. Capitulum. ij.

Ad hāc nāq; eleuationē vocis eū aquarū impetus operuit: q: cōtra illū mox seuiēs populorū turba surrexit. Scriptū quippe est: Propterea ergo q̄rebāt eū iudei interficere: q: non solū soluebat sabbatū: sed et patrē suū dicebat deū/equalē se faciens deo. De hoc aquarū impetu p ꝓphetā clamat: Circūdederūt me sicut aqua tota die: circundederunt me simul. Et rursum: Saluū me fac deus: qm̄ intrauerūt aque vsq; ad animā meā. Quas ꝓfecto aquas in semetipso ante mortem/ in suis autem ꝛ post ascensionē pertulit. Hinc est enim q̄ et de superiorib⁹ clamat: Saule/saule/qd me ꝑsequeris? Ecce iam celū cōscenderat: et tamē adhuc eū saul⁹ aquarum infideliū impetu ꝑsequens: ꝛ tumidior ceteris vndatangebat. Ipse quippe est qui p bonos recta loquit̄/ipse
M qui in bonorū passione laceratur. Ut ergo mirifica dn̄s charitatis vnitate monstraret se esse/qui indignis auditoribus per sanctorū suorū ora predicaret/ait. Nunquid eleuabis in nebula vocem tuā? Ut vero ostenderet se esse qui in sanctis suis oīa aduersa pateret/subdidit. Et impetus aquarū operiet te? subaudis/vt me: quem iniqui oēs neq; per predicantes sanctos loquētem intelligūt: neq; p morientes patientē vidēt. Narrat ergo deus qḋ ab hoībus patitur/vt dolos afflicti hoīs mitiget: ac si illi aperte dicat: Mea subtiliter pēsa: ꝛ tua equanimiter tēpera. Multo enim minus est te vulnera q̄ me humana tolerare. Adhuc tamen verba hec subtilius perscrutari possumus si inter dona celestis nostra sollicite corda pensamus. Jam quidem fideles sumus: iam que audimus/superna credimus: iam que credimus/amamus. Sed dū quibusdā suꝑuacuis curis ꝑmimur/obducta confusione caligam⁹: et cū nobis etiā talibus mira quedam dn̄s de se sentiēda insinuat/quasi in nebula vocem leuat. Dū caliginosis nostris mētibus ꝑ semetipm loquit̄/ velut in nebula is q̄ nō cernit̄ audit̄. Summa sunt nāq; q̄ de illo cognoscimus: sed tamē adhuc eū in secreta inspiratione qua instruimur nō videmus. Qui igit̄ cordibus nostris prebet quidē locutionē/sed occultat speciē: velut in nebula format vocem.

Hier. xxvi. — Ibidem. — iij. Regū viij. — Joan. x. — Joan. viij. — Joan. vij. — Psalm. lxxxvij. — Psal. lxviij. — Act. ix.

A

Sed ecce iam verba dei intrinsecus per semetipsum loquentis audimus: iam[que] amorē eius qua continuandē/ quo studio inherere debeamus agnoscimus: et tamē ab internę considerationis culmine ad consueta nostra et ipsa mortalitatis huius mutabilitate relabimur: et immũdentium peccatorum mole sedula importunitate temptamur. Cum ergo ecce nostris mentibus subtilis de semetipso insinuat/ in nebula vocem leuat. Capitulum.iij.

Cum vero temptatione violētiore de deo noster intellectus opprimitur/ quasi aquarum impetu in voce sua deoperitur. Tot enim sup illũ aquas admittimus/ quot post inspirationē eius gratie/ cogitationes illicitas in corde versamus. Nec tamen nos vel oppressos deserit: nā illico ad mentem redit/ temptationum nebulas discutit/ imbrem cōpunctionis infundit: et subtilis intelligentie solem reducit: atq[ue] sic ostendit q[uan]tum nos diligit qui nos nec cum respuitur relinquit: vt saltem sic erudita humana cōscientia ad se temptationes erubescat admittere/ quā redēptor suus e vagantē non cessat amare. Hoc i nobis per semetipsum tolerat: hoc ab infidelibus per suos quotidie predicatores portat. Eius enim donũ suborta in nobis tētatione repellitur/ et tamē ab infundendo intrinsecus munere neq[ue] q[ua]n[do] nostra infirmitate reuocatur. Eius publice verba respuuntur: et tamen ab erogādo gratie largitate nulla infidelium iniquitate compescitur. Nā cū praui homines p[re]dicamenta despiciunt/ adiungit etiam miracula que venerentur. Vn[de] post editam vocem/ post inundantium aquarum impetũ apte subiungitur.

B

¶ S. Q[uod] predicatores sancti a deo missi non sibi s[ed] deo profectum predicationis ascribunt.

¶ Nunquid mittes fulgura/ et ibunt: et reuertētia dicēt tibi/ adsumus? [Fulgura quippe ex nubibus exeunt: cum mira opera ex sanctis p[re]dicatoribus ostenduntur. Qui (vt sepe diximus) idcirco nubes vocari solent: q[uia] et choruscant miraculis/ et verbis pluunt. Et quia humana corda postq[uam] per predicationem mota non fuerint/ istis miraculorum fulgoribus conturbant: p[ro]pheta attestante didicimus/ q[ui] ait: Fulgura multiplicabis/ et cōturbabis eos. Ac si diceret. Qui verba predicationis tue nō audiunt/ p[er] predicantium miracula cōturbent. Vnde alio scriptum est: In lumine iacula tua ibunt/ in splendore fulgoris armorum tuorum. Iacula dei in lumine ire est/ verba eius aperta veritate resonare. Sed quia sepe homines verba vite etiam intellecta despiciunt/ adiunguntur etiam miracula. Vnde illic subdit. [In splendore fulgoris armorum tuorũ.] Fulgor quippe armorũ est claritas miraculorũ. Armis nāq[ue] nos tuemur: iaculis aduersos destruimus. Arma ergo cum iaculis sunt/ miracula cum predicamentis. Sancti enī predicatores verbis suis quasi quibusdam iaculis aduersarios feriunt: armis vero. i. miraculis semet ipsos tuentur: vt et q[uan]tum sint audiendi/ soneat per impetum iaculorum: et q[uan]tum sint reuerendi/ clarescant per arma miraculorum.

Ps. xvij. — Abacu. iij. — C

Capitulum.iiij.

Dicitur ergo ad beatum iob. Nunquid mittes fulgura/ et ibunt: et reuertentia dicent tibi/ adsumus: subaudis/ vt mihi. Vadunt enī fulgura/ cum predicatores miraculis choruscāt: et superna reuerētia auditorũ corda trāsfigũt. Reuertētia vero dicunt adsumus/ cū non sibi/ sed dei virib[us] tribuunt q[uic]q[ui]d se fortiter egisse cognoscunt. Quid est enī deo dicere adsumus? quod d[icitu]r nāq[ue] in hoc verbo obsequiũ declaratur. Reuertentes itaq[ue] predicatores sanctos dicere est adsumus: illi laudem tribuere gratie/ a quo se accepisse sentiunt victoriã pugnēte sibi tribuant quod operant[ur]. Et ire quidem fulgura operando possunt/ sed reuerti superbiendo non possunt. Videamus itaq[ue] fulgur vadens. Claudo cuidã ait petrus. Argentũ et aurum non est mihi: quod autē habeo/ hoc tibi do. In nomine iesu christi nazareni surge et ambula. Et apprehensa ei[us] manu dextra alleuauit eũ: et protinus consolidate sunt bases eius et plante: et exiliens stetit et ambulabat. Sed cum de hoc facto iudeorũ fuisset turba cōmota: videamus nunc fulgur rediens q[uo]d ait. Viri israelite q[ui]d admiramini in hoc/ aut nos quid intuemini/ quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus abraam/ deus isaac/ deus iacob/ deus patrũ nostrorũ glorificauit filiũ suũ iesum. Et paulopost: Cuius nos testes sumus: et in fide nois eius hunc quē vidistis et nostis/ confirmauit nomen eius: et fides que per eũ est/ dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Iuit ergo fulgur/ cum petrus miraculũ fecit: rediit cum non sibi tribuit/ sed auctori quod fecit. Vadunt fulgura cum predicatores sancti mira opera ostendunt: sed reuertendo dicunt adsumus: cum in eo q[uo]d faciunt/ ad potentiam auctoris recurrunt. Quod tamen intelligi et aliter potest. Fulgura etenī (sicut superius dictũ est) sancti viri mittuntur et eunt/ cum a secreto contēplationis ad publicum operationis exeunt. Mittuntur et vadunt/ cum de abscondito speculationis intime in actiue vite latitudinem diffunduntur. Sed reuertentes dicunt deo/ adsumus: quia post opera exteriora q[ue] peragunt/ semp ad sinum cōtemplationis recurrunt: vt illic ardoris sui flammā reficiant: et quasi ex tactu superne claritatis ignescant. Citius enī inter ipsa licet bona exteriora opera frigescerent/ nisi intentione sollicita ad contemplationis ignem incessanter redirent. Vnde bene per salomonem dicitur: Ad locum de quo exeunt flumina reuertuntur: vt iterum fluant. Ipsi quippe illic flumina/ qui hic fulgura sunt vocati. Quia enim corda audientium rigant/ dicuntur flumina: quia vero accendunt/ fulgura vocantur. De quibus alio scriptum est: Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina voces suas. Et rursum. Illuxerũt fulgura eius orbi terre. Ad locum ergo de quo exeũt flumina reuertuntur: quia sancti viri eius a cōspectu creatoris sui cuius claritatem mente conspicere conantur/ foras propter nos ad actiue vite ministerium veniunt: incessanter tamen ad sanctum contemplationis studium recurrunt: et si in predicatione sua exterius nostris aurib[us] per corporalia verba se fundant: mente tamē tacita ad cōsiderandum semper ipsum fontem luminis reuertuntur. De quibus et bene dicitur: Vt iterum fluant. Nisi enim ad contemplandum deum sollicita semper mente recurrerent: nimirũ interna eccitas etiã exteriora p[re]dicationis eorum verba siccaret. Sed dum videre deũ indesinenter sitiunt/ quasi decursura foras flumina intus semper oriũtur: quatenus illic amando fluminant/ vnde ad nos p[re]dicãdo defluũt. Dicat igitur recte: [Nunquid mittes fulgura/ et ibunt: et reuertentia dicent tibi/ adsumus?] Subaudis/ vt ego: qui p[re]dicatores meos cum voluero post contemplationis gratiam ad actiue vite ministerium compono. quos tñ semper a bonis exterioribus ad internum culmen contemplationis reuoco: vt modo iussi ad exercenda opera exeant/ modo reuocati in speculationis studium apud me familiari[us] viuant. Reuertentes itaq[ue] dicunt/ adsum[us]: q[uia] q[uan]uis per exteriora acta parum quid contemplationi deesse videatur: per ardorem tamen desiderii quē in mēte sua continue accendunt/ obsequentes deo suã presentiam ostēdũt. Adsum[us] nāq[ue] dicere/ est presentes se amando monstrare. Sequitur.

Ecc. j. — Ps. xcij. — Ps. xcvi. — E — F

¶ S. Q[uod] sapientia vel doctrina sanctorũ a deo est.

¶ Quis posuit in visceribus hominis sapiētiam: vel quis dedit gallo intelligētiam?] Qui hoc loco alij galli nomine designantur/ nisi modo alio repetiti iidem predicatores sancti: qui inter tenebras vite presentis student venturam lucem predicando quasi cantando nunciare? Dicũt enim: Nox precessit: dies autem appropinquauit. Qui vocibus suis somnum nostri torporis excutiunt/ clamãtes: Hora est iam nos de somno surgere. Et rursum. Euigilate iusti/ et nolite peccare. De hoc gallo rursũ scriptũ e[st].

Ro. xiij. — Ibidem.

Capitulum.v.

Tria sunt que bene gradiuntur/ et quartũ q[uo]d feliciter incedit. leo fortissim[us] bestiarum qui ad nullius pauebit occursum. Gallus succinctus lumbos/ et aries: nec est rex qui resistat ei. Ipse quippe hoc loco leo ponitur/ de q[uo] scriptum est: Vicit leo de tribu iuda. Qui fortissim[us] bestiarũ dicit[ur]: quia in illo hoc q[uo]d infirmũ est dei/ fortius est hominib[us]. Qui ad nullius pauet occursum. Dicit enim: Venit princeps mundi huius/ et in me nō habet quicq[uam]. Gallus succinct[us] lũbos. i. p[re]dicatores sancti/ inter huius noctis tenebras verum mane nunciantes. Qui succincti lũbos sũt: q[uia] a mēbris suis luxurie fluxa restringunt. In lũbis q[ui]ppe luxuria est. Vnde et eisdē a domino dicit[ur]: Sint lũbi vestri precincti. Et aries nec est rex q[ui] resistat ei. Quē aliũ hoc loco arietem accipimus/ nisi p[ri]mum inter ecclesiam ordinem sacerdotum? De quibus scriptũ est: Afferte domino filios arietũ. qui per exē

Puer. xxx. — Leo xp̃m figurat. — Apoca. v. — j. Cor. j. — Io. xiiij. — Luc. xij. — Ps. xxviij.

G

pla sua gradientem populum quasi subsequentem ouiū gregem trahunt. Quibus spiritualiter recteque viuentibus nullus rex sufficit omnino resistere: quia quilibet persecutor obuiet / intentionem eorum nō valet prepedire. Sciūt enim ad eum quem desiderant et simplic currere / et moriendo peruenire. Ponitur ergo primus leo: secūdus gallus: tertius aries. Apparuit enim christus / deinde sancti predicatores apostoli: et tunc demum spirituales patres ecclesiarum prepositi: videlicet duces gregum / quia doctores sequentium populorū. Sed hec adhuc melius affirmamus / si eiusdē loci etiā reliqua exponēdo subijcimus. Nō quia post hec et antichristus apparebit / hoc illic quartum subdidit / dicens. [Et qui stultus apparuit / postquam eleuatus est in sublime. Si enī intellexisset / ori imposuisset manū.] Ipse quippe in sublime eleuabitur: cum deum se esse mentietur. Sed eleuatus in sublime stultus apparebit: quia in ipsa eleuatione sua per aduentum veri iudicis deficiet. Quod si intellexisset / ori imposuisset manū / id est / si supplicium suum cū superbire exorsus est / preuidisset: bene aliquādo cōditus / in tante iactationē superbie non fuisset elatus. De quo nequaquā mouest qd superius dictū est: Quartū quod incedit feliciter. Tria quippe incedere bn̄ dixit / et quartū feliciter. Nō enī omne quod feliciter / bn̄: neque in hac vita omne quod bene / feliciter. Nam leo / gallus et aries bene incedunt / sed non hec feliciter: quia persecutionū bella patiūtur. Quartū vero feliciter et non bene incedit: quia in fallacia sua antichristus gradiē / sed iuxta breue tēpus vite presentis ipsa illi fallacia prosperaē: sicut de eo sub antiochi specie per danielem dictum est: Robur datum est ei contra iuge sacrificium / propter peccata: et prosternetur veritas in terra: et faciet et prosperabitur. Qd Salomon ait: Incedit feliciē: hoc daniel dicit / prosperabiē. Iuxta hoc itaque testimoniū qd per salomonē dicitur: Gallus succinctus lumbos: apte etiā hoc loco gallū sanctos predicatores accipimus. Ad se ergo cuncta referens dominus dicit: Quis posuit in visceribus hominis sapientiam: vel quis dedit gallo intelligentiam: Ac si diceret: In cor hominis humana sapientia superne sapiētie gratiā quis infudit: vel ipsis sanctis predicatoribus qui nisi ego intelligentiā dedit: vt sciāt quādo vel quibus debeant venturum mane nunciare: Idcirco enī quando et qd agant sentiunt: quia hoc intrinsecus me reuelante cognoscunt. Notandū vero est quia sapientia diuinitus inspirata in visceribus hominis ponitur: que nimirū quātum ad electorū numerū spectat / non in solis vocibus / sed etiā in sensibus datur: vt iuxta quod loquitur lingua / viuat conscientia: et lux eius tāto clarius resplēdeat in superficie / quanto verius inardescit in corde.

Nō oē qd feliciē / bn̄: non oē qd bn̄: feliciē.

Dan. viij.

H

¶ Q. Quod pro qualitate audientiū formari debeat sermo doctorū: et pro personis et officijs et etatibus aliter atque aliter admonendi sunt homines.

¶ Magni autem laboris est hoc quod addit: Vel quis gallo dedit intelligentiā / subtiliori adhuc expositione discutere. Intelligentia quippe doctorum tanto esse subtilior debet / quāto se ad penetranda inuisibilia exercet: quanto nil materiale discutit: quāto et per vocem corporis loquens / omne qd est corporis transit. Que profecto nullatenus summis cōgrueret / nisi cātanti eam gallo / id est predicanti doctori ipse summorū cōditor ministraret. Intelligentiam quippe gallus accepit: vt prius nocturni tēporis horas discutiat: et tūc demū voces excitatiōis emittat: quia videlicet sanctus quisque predicator in auditoribus suis prius qualitatē vite considerat: et tunc demū ad erudiēdum congruam vocem predicationis format. Quasi enim horas noctis discernere est / peccatorum merita diiudicare. Quasi horas noctis discernere est / actionum tenebras aperta increpationis voce corripere. Gallo itaque intelligē tia desuper tribuitur: quia doctori veritatis virtus discretionis: vt nouerit quibus / quid / quando / vel quomodo inferat / diuinitus ministratur.

I

Capitulum. vi.

Non enī vna eadēmque cunctis exhortatio conuenit: quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Sepe enī alijs officiunt que alijs prosunt. Nam et plerumque herbe que hec animalia reficiunt / alia occidunt: et lenis sibilus equos mitigat / catulos instigat: et medicamentum quod hunc morbum imminuit / alteri vires iūgit: et panis qui vitam fortiū roborat / paruulorū necat. Pro qualitate igitur audientiū formari debet sermo doctorū: vt et ad sua singulis cōgruat / et tamē a communis edificationis arte nunquā recedat. Quid enī sunt intente mentes auditorū / nisi quasi quedam in cithara tensiones stratae chordarū: quas tāgendi artifex vt non sibimet ipsis dissimile canticum faciant / dissimiliter pulsat. Et idcirco chorde consonam modulationē reddūt: quia vno quidē plectro: sed nō vno impulsu feriunē. Unde et doctor quisque vt in vna cunctos virtute charitatis edificet: ex vna doctrina nō vna eadēmque exhortatione tangere corda audientium debet. Aliter namque viri / aliter admonende sunt femine: aliter iuuenes / aliter senes: aliter inopes / aliter locupletes: aliter leti / aliter tristes: aliter subditi / aliter prelati: aliter serui / aliter domini: aliter huius mundi sapientes / aliter hebetes: aliter impudentes / aliter verecūdi: aliter proterui / aliter pusillanimes: aliter impatiētes / aliter patientes: aliter beniuoli / aliter inuidi: aliter simplices / aliter impuri: aliter incolumes / aliter egri: aliter qui flagella metuūt / et propterea innocenter viuunt / aliter qui sic in iniquitate duruerunt / vt nec per flagella corrigātur: aliter nimis taciti / aliter multiloquio vacantes: aliter timidi / aliter audaces: aliter pigri / aliter precipites: aliter mansueti / aliter iracundi: aliter humiles / aliter elati: aliter pertinaces / aliter inconstantes: aliter gule dediti / aliter abstinentes: aliter qui sua misericorditer tribuunt / aliter qui aliena rapere contendunt: aliter qui nec aliena rapiunt / nec sua largiuntur: aliter qui et ea que habēt sua tribuūt / et aliena rapere non desistunt: aliter discordes / aliter pacati: aliter seminantes iurgia / aliter pacifici: aliter admonendi sunt qui sacre legis verba non recte intelligunt: aliter qui recte quidem intelligunt / sed hec humiliter non loquūtur: aliter qui cum predicare digne valeant / preuenimia humilitate formidant: aliter quos a predicatione imperfectio vel etas prohibet / et tamen precipitatio impellit: aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur: aliter qui quidem que mundi sunt concupiscunt / sed tamen aduersitatis labore fatigātur: aliter coniugijs obligati / aliter a coniugij nexibus liberi: aliter commixtionem carnis experti / aliter ignorātes: aliter qui peccata deplorant operum / aliter qui cogitationum: aliter qui commissa plangunt / nec tamen deserunt: aliter qui deserunt / nec tamen plangunt: aliter qui illicita que faciunt / etiam laudant: aliter qui accusant praua / nec tamen deuitant: aliter qui repentina cōcupiscētia superanē: aliter qui in culpa ex consilio ligantē: aliter qui licet minima / crebro tamen illicita faciunt: atque aliter qui se a paruis custodiunt / sed aliquando in grauibus demergūtur: aliter qui bona nec inchoant / aliter qui inchoata minime cōsummant: aliter qui mala occulte agunt / et bona publice: aliter qui bona que faciūt abscōdūt / et tamē quibusdam factis publice male de se opinari permittunt. Et quidē de singulis quis sit admonitionis ordo subtiliter insinuare debuimus: sed formidata locutionis prolixitate prepedimur. Auctore autē deo in alio opere id explere appetit animus: si tamen laboriose huius vite adhuc aliquantulum tempus restauerit.

K

L

M

Capitulum. vij.

Habemus vero aliud qd de galli huius intelligentia considerare debeamus: quia profundioribus horis noctis valentiores ac productiores reddere cantus solet: cū vero matutinū iam tempus appropinquat / leniores et minutiores omnimodo voces format. In quibus galli huius intelligentia qd nobis innuat / considerata predicatorum discretio demonstrat. Qui cum iniquis adhuc mentibus predicāt / altis et magnis vocibus eterni iudicij terrores intimant: quia videlicet quasi in profundis noctis tenebris clamant. Cum vero iam auditorum suorū cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt / clamoris sui magnitudinem in lenitatē dulcedinis vertūt: et non tam illa que sunt de penis terribilia / quam ea que sūt blanda de premijs proferunt. Qui etiā minutis tunc vocibus cantāt: quia propinquante mane / subtilia quoque de mysterijs predicant: vt sequaces sui eo minutiora quequam de celestibus audiant / quo luci veritatis appropinquārēt: quos dormientes longius galli clamor excitauerat / suauius vigilantes delectet: quatenus correcto cuilibet de regno cognoscere subtiliter dulcia libeat / qui prius aduersa iudicij formidabat. Quod bene per moysen exprimiē / cum ad producendum exercitum tube clangere concisius iubētur. Scriptum namque est: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles. Et paulopost: Cum concisus clangor increpue

Num. x.

A rit/mouebunt castra. Per duas enim tubas exercitus ducitur: quia per duo precepta charitatis ad procinctum fidei populus vocat. Que idcirco argentee fieri precipiuntur: vt predicatorū verba lucis nitore pateant: et auditorū mentem nulla sui obscuritate cōfundant. Idcirco autem ductiles: quia necesse est vt hi qui venturam vitam predicant/tribulationū presentiū tunsionibus crescant. Bene aūt dicitur: Cum concisus clangor increpuerit/mouebuntur castra: quia nimirum predicationis sermo cum subtilius ac minutius agitur/auditorū corda contra tentationū certamina ardentius excitantur. Est ad hoc aliud in gallo solerter intuendū: quia cum iā edere cantus parat: prius alas excutit: et semetipsum feriēs/vigilantiorē reddit. Quod patenter cernimus/si sanctorum predicatorū vitam vigilanter videmus. Ipsi quippe cum verbum predicationis mouent/prius se in sanctis actionibus exercent: ne in semetipsis torpentes opere/alios excitent voce: sed ante se per sublimia facta excutiunt: et tunc ad bene agendū alios sollicitos reddunt. Prius cogitationū alis semetipsos feriunt: quia quicquid in se inutiliter torpet/sollicita inuestigatione deprehendunt: districta animaduersione cor-

B rigunt. Prius sua punire fletibus curant: et tunc q̄ aliorum sunt punienda denunciant. Prius ergo alis insonant/q̄ cantus emittant: quia antequā verba exhortationis proferant/omne quod locuturi sunt/operibus clamant: et cum perfecte in semetipsis vigilant/tunc dormientes alios ad vigilias vocant. Sed vnde hec tanta doctori intelligentia/vt et sibi perfecte vigilet/et dormientes ad vigilias sub quibusdam clamorū pectoribus vocet: vt et peccatorum tenebras prius caute discutiat/et discrete postmodum lucem predicationis ostendat: vt singulis iuxta modū et tēpora cōgruat: et simul omnibus que illos sequātur ostendat? Unde ad tanta et tam subtiliter tenditur/nisi intrinsecus ab eo a quo est cōditus doceatur? Ut ergo laus tante intelligentie non predicatoris virtus est/sed auctoris: recte per eūdem auctorē dicitur: Uel quis dedit gallo intelligentiā? Ac si diceret: Nisi ego/qui doctorū mētes quas mire ex nihilo condidi: ad intelligenda que occulta sūt/mirabilius instruxi. Unde bene vt in dictis predicantium non solū inspiratorem se intelligentie/sed etiam auctorem locutionis ostēdat: adiungit.

¶ S. Cum redemptor cum in sua maiestate videbitur: silebit omnis doctrina: et quo vnum diuisibiliter tria sunt: et indiuisibiliter tria vnū: et manifestato ipso qui ē causa causarum/creaturarū ratio palam erit.

¶ Quis enarrabit celorum rationem? Quorum tamen verba quia cum se se nobis p speciem ostenderit/subtrahit: protinus subdidit. Et concentum celi quis dormire faciet? In hac enim vita infirmitati nostre dns nō aperta specie maiestatis sue/sed predicatorum suorum voce locutus est: vt corda adhuc carnalia carnalis lingua pulsaret: et tanto facilius infusa perciperent/quanto ea per sonitum consuete vocis audirent. At postq̄ per mortem

C in puluerem caro resoluitur/et per resurrectionē puluis animal: tunc de deo audire verba non querimus: quia vnū ipsum quod implet oīa/iam per speciem dei filiū videmus. Quod nobis tanto altius sonat/quanto et mentes nostras vi interne illustrationis penetrat. Sublatis nāq̄ exterius et occidentibus verbis: quasi quidam sonus eterne predicationis fit ipsa imago interne visionis. Unde et recte nunc ad beatū Iob dns dicit. Quis enarrabit celorum rationem: et concentum celi quis dormire faciet? Quid enim celorum ratio accipitur/nisi vis superna secretorū? Quid per celi concentum/nisi concors predicantium sermo signatur? Conditor igitur noster cum celorum rationem narrare ceperit/dormire celi concentum facit: quia cum iam nobis per speciem ostēditur/nimirum predicantium verba subtrahuntur. Hinc enī per Hieremiā dns dicit: Nō docebit vltra vir proximū suū: et vir fratrē suū:

Hie. xxxi. dicens. Cognosce dominū. Omnes enim cognoscēt me a minimo eorum vsq̄ ad maximū/dicit dns. Hinc Paulus ait: Siue prophetie euacuabūtur/siue lingue cessabunt/siue scientia destruetur.

Capitulum.viii.

Uel certe celorū ratio est ipsa viuificatrix virtus/que spiritus format angelorum. Hec enī sicut est causa causarum/sicut vita viuentiū: ita etiam ratio rationabilium creaturarum. Tūc ergo celorū rationem dns narrat/cum semetipsum nobis quomodo electis spiritibus prebet insinuat. Tunc celorū rationem narrat/cum detersa mētis nostre caligine/clara

D se visione manifestat. Unde et in euāgelio dns dicit: Ue-

Joā. xvi. nit hora cum iam non in prouerbiis loquar vobis: sed palam de patre annunciabo vobis. Palam quippe de patre annunciare se asserit: quia per patefactam tunc maiestatis sue speciem/et quomodo ipse genitori non impar oriatur: et quomodo vtrorūq̄ spiritus vtriq̄ coeternus procedat/ostendit. Aperte nāq̄ tunc videbimus/quō h q̄d oriundū est/ei de quo oritur/subsequēs non est: quō is q̄ per processionem pducitur/a pcedentibus non preitur. Aperte tunc videbimus quomodo et vnum diuisibiliter tria sint: et indiuisibiliter tria vnū. Lingua ergo tūc narrantis dei est visa claritas subleuantis. Et cōcentus celi tunc dormiet: quia apparente in iudicio retributore operum/exhortationum iam verba cessabunt. Unde et aperte ipsum resurrectionis tempus adiungit/cū illico pfert:

E Quando fundabatur puluis in terrā: et glebe compingebātur? More enī suo q̄ adhuc futura sunt/quasi iam preterita diuinus sermo describit: hoc in se videlicet seruās/q̄d per eum dicitur: Qui fecit que futura sunt. Puluis itaq̄ tunc in terrā fundatur: quia in solida membra corpus reducitur. Et glebe compinguntur: quia nimirum firma corpora ex puluere collecta consurgunt. Sed postq̄ verba hec diuinica quomodo de futuro intelligenda sint diximus: nunc etiā q̄d de presenti insinuēt/dicemus. Capitulū.ix.

Quis enarrabit celorū rationē: et concentū celi quis dormire faciet? Celorum rationem dns narrat/dū nunc infirmo mundo supna secreta/electorum suorū mentes illuminat. Concentum vo celi dormire facit: dum concordes angelorum hymnos/atq̄ illa celestiū virtutū gaudia reproborum cordibus iusto iudicio abscondit. Qui concentus celi q̄uis in se intrinsecus vigilet/in ipsa tamen reproborū ignorantia extrinsecus dormit. Enarratur ergo secreti celestis ratio/et tamen cōcentus celi dormire permittitur: quia et aliis p inspirationem superne retributionis scientia panditur: et aliis q̄ sit interne laudis suauitas occultatur. Narratur celorū ratio: quia electorū mentibus que sit supernorū retributio indesinenter aperitur: vt nimirū sine cessatione proficiāt: et transcurrentes visibilia/sese ad inuisibilia extendant. Omne enim visibile quod in hac vita reprobos figit/hoc electos ad alia impellit: quia dum bona que facta sunt respiciunt/in eum a quo facta sunt inardescunt: tantoq̄ eum prestantius amant/quanto illum hoc quod ipse bonum

F condidit preire considerant. Loquitur quippe hoc eis intrinsecus/quod silenter sonat inuisibilis lingua compunctionis. Quā tanto plenius intus audiunt/quanto ab exteriorum desideriorum strepitu perfectius auertuntur. His itaq̄ concentus celi non dormit: quia eorum mens que sit laudis superne suauitas/apposita amoris aure cognoscit. Iturus enim quod appetunt audiunt: et de celestium bonorū premiis ipso desiderio diuinitus instruuntur. Unde et presentis vite non solū aduersantem/sed etiā fauentem grauiter tolerāt: quia eis onerosum est omne q̄d cernitur/dum ab eo quod intus audiūt differunt. Omne quod sibi presto est/graue estimant: quia illud non est ad quod anhelant. Indesinenter autem eorum mens ipsis temporalitatis laboribus fessa/in illud celeste gaudium resumenda suspendit, dū in aure cordis intro erumpente cōcentu celi societatis sibi quotidie supnorum ciuium prestolantur. Iste concentus superne laudis in aurem illius

Ps. xli. eruperat/q̄ dicebat. Ingrediar in locū tabernaculi admirabilis/vsq̄ ad domū dei. In voce exultationis et cōfessionis: sonus ciuitatis epulātis. Qui igitur intus vocē exultatiōis et cōfessionis ac sonū ciuitatis epulātis audierat/q̄d illā aliud nisi celi cōcentum exaudiebat? Qui tn̄ concentus reprobis dormit: quia eorum cordibus nequaq̄ per vocem cōpunctionis innotescit. Non enī cōsiderare illā desiderabilē supnorum ciuiū frequentiā studentes nullo ardoris radio illa solēnitatis interne festa conspiciunt: nulla in intimis contemplationis penna subleuantur. Solis nāq̄ visibilibus seruiunt: et idcirco nil superne suauitatis intrinsecus audiunt: quia eos/sicut superius diximus/in aure cordis curarum secularium surdi tumultus premunt. Quis igitur occulta dispensatione iudicii q̄d aliis aperitur/aliis clauditur: quod aliis detegitur/aliis occultatur: dicatur recte. Quis enarrabit celorum rationem: e

G

concentum celi quis dormire faciet? Quod tamen tunc nobis latius innotuit, cum redemptor noster per dispensationis mysteriū apparens, et indignis misericordiam prebuit, et eos a se qui digni videbantur exclusit. Unde hic quoqꝫ apte subiungitur.

¶ F. Peccatores ad ecclesiā vocati, p spūsancti grām īfusi, in collectione sunt charitatis vniti: et ꝙ in diuersis ecclesiasticis ordinibus peccatores, vertī tanꝙ̄ diuerse glebe ī vnitatis sacramēti cōcordiā cōuenerūt. Capm. x.

Quando fundabatur puluis ī terrā: et glebe cōpingebantur. Quid em̄ in puluere nisi peccatores accipim⁹? qui nullo rationis pondere solidati, cuiuslibet tentationis flatu rapiuntur. De quibus

Psal. i.

scriptum est: Non sic impij non sic: sed tanꝙ̄ puluis quē proijcit ventus a facie terre. Puluis ergo in terrā fundatus est, cum peccatores vocati in ecclesia, tradite fidei sunt ratione solidati: vt qui prius inconstantia mobiles, tētationis aura leuabant, immobiles postmodū cōtra tentamenta consisterent: et deo pseuerāter inhererent, o, fixū sibi viuendi pondus tenerent. Glebe vero ex humore coagulant et puluere. In hac itaqꝫ terra glebe cōpacte sunt: quia vocati peccatores et per spiritussancti gratiā infusi, in collectione sunt charitatis vniti. Iste glebe in terrā cōpacte sunt, quando populi qui prius quasi in dispsiōe pulueris diuersa sentiebāt, postmodū sanctispiritus gratia accepta, in illa pacatissima vnanimitatis concordia cōuenerūt: vt cū essent tria millia, vel rursum quinqꝫ millia, scriptura teste diceret: quia erat in eis cor vnū et aīa vna. Has glebas ex vno quidē puluere, sed quasi diuer-

H

se mole distinctas quotidie dñs in terrā cōpingit: quia seruata vnitate sacramenti, iuxta varietatē moꝝ atqꝫ linguarum fideles in ecclesia populos colligit. Has glebas iā

Mat. xiiij

tunc dñs designauit, quando ad esum panis et piscium quinquagenos discumbere vel centenos iussit. Quas si glebas si in ecclesia ex diuersitate meritorū attendimus, fortasse adhuc distinguere subtilius valemus. Nā dum alius est ordo predicantiū, alius auditorum: alius regētium, atqꝫ alius subditoꝝ: ali⁹ cōiugū, alius cōtinētium: ali⁹ penitentiū, ali⁹ virginū: quasi ex vna terra est diuersa glebarū forma distincta, dū in vna fide, in vna charitate disparia demonstrant bene operātiū merita. Has glebas populus ille significauit, qui ad constructionem tabernaculi sub vno studio diuersa donaria obtulit: de quo scri

Exo. xxxv

ptum est. Quicquid in cultū tabernaculi et ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus pbuerūt, armillas et inaures, annulos et dextralia. Omne vas aureū in donaria domini separatum est: si quis habuit hyacinthum, purpuram, coccūqꝫ bis tinctū, byssum et pilos caprarum. In ornamento ergo tabernaculi viri dona cum mulieribus offerūt: quia in explendo cultu sancte ecclesie

I

sicut fortiū facta sublimia, z infirmoꝝ opera extrema numerant. Quid autē per armillas que lacertos astringūt, nisi prepositorum valide laborātiū opera demonstrant? Et quid per inaures, nisi subditorum obedientia exprimit? Quid per annulos nisi signaculū secretorum? Plerūqꝫ eni magistri signant quod ab auditoribus capi non posse considerant. Et quid per dextralia, nisi prime operationis ornamenta memorant? Quid p vas aureum in donaria dñi separatū, nisi diuinitatis intelligentia accipitur? ꝗ tanto ab inferiori amore desugit, quanto ad sola ꝗ eterna sunt amanda sublevatur. Quid per hyacinthū nisi spes celestium? Quid per purpuram nisi cruor ac tolerantia passionum amore regni perpetui exhibita? Et quid per bis tinctū coccū nisi charitas demōstratur, ꝗ pro perfectione bis tingit: quia dei et proximi dilectione decorat? Quid per byssum nisi immaculate carnis incorruptio? Et quid per pillos caprarum ex quib⁹ cilicium asperitas texitur, nisi dura penitentiū afflictio designat? Dum igitur alij per armillas et ānulos forte magisteriū exercent, alij per inaures et dextralia deuotam obedientiam rectāqꝫ operation exhibēt: alij per separatum vas aureū preclarā subtilioreqꝫ dei intelligentiā tenēt: alij p hyacinthū, purpuram et coccum, audita celestia sperare, credere, amare non desinūt etiā que adhuc subtiliori intellectu minime cognoscūt: alij per byssum incorruptionem carnis offerūt: alij per caprarum pilos deplorant aspere q̄ libenter cōmiserunt: quasi ex vna terra inum ere glebe proferuntur: quia ex vno et pari obsequio facta fidelium disparia procedunt. Que nimirum glebe nequaꝙ̄ cōcrescerent ex puluere surgerent, nisi aquam prius puluis acciperet: et concepto se humore solidaret: quia nisi peccatores quosqꝫ sanctispiritus gratia infunderet, constrictos eos ad fidei opera charitatis vnitas non teneret. Quādo igitur dñs enarrabit celorum rationem, vel concentum celi dormire faciet aperiat. Ait enim. Quando fundabatur puluis ī terrā: et glebe cōpingebātur. Ac si diceret. Tunc ōmiū vocatiōe z discretiōe manifesta secreta spūalia z nō sunt mia aliys aperui: et non sine iustitia alijs clausi: cum alios respuerē, et alios intra ecclesiā cōcordie charitatis adunarem. Que sancta ecclesia quia perfidia iudeorum repulsa, ad rapiendas gentes se contulit, atqꝫ in suo corpore cōuertendas (quod quidem nō suis, sed domini viribus fecit) apte subiungitur.

K

¶ S. De catuli ecclesiastici noui testamenti predicatores intelliguntur. Capitulum. xj.

Unquid capies leene p̄dam, aut aīam catulorum eius implebis? Ista nimirū illa leena est de qua Iob dixerat, cum superbientem iudeam cerneret predicante ecclesia pretermissam: Non calcaue-

Iob. xxviij.

rūt eā filij institorū: nec pertransiuit per eam leena. Huic ergo leene dñs predā capit, vt animā catuloꝝ ei⁹ ipleat: quia ad augmentū huius ecclesie, innumeros de gentilitate diripuit: et per animarū lucrū, esurientis apostolorū vo-

L

ta satiauit. Ipsi quippe catuli pro mentis teneritudine et formidinis infirmitate vocati sunt: qui passo domino clausis foribus residebant: sicut de illis scriptum est: Cū esset

Io. xx. et Lu. xxiiij

sero die illo vna sabbatoꝝ, et fores essent clause vbi erant discipuli congregati propter metum iudeorum, venit iesus, et stetit in medio eoꝝ. Unde hic quoqꝫ de eisdem catulis apte subiungitur. Quando cubant in antris, et in specubus insidiantur. Cum enim nequaꝙ̄ sancti apostoli cōtra mēbra diaboli, voce libere predicatiōis erumperent: et necdum post passionē dñi sanctispiritus effusione solidati, redemptorem suum firma auctoritate predicarent: adhuc contra aduersarios suos quasi in antris residebantur. Clausis quippe forib⁹ quasi in quibusdā abditis specubus suis catuli raptum mundū cubabāt: vt animarū predā postmodū pcsumentes diriperent: de quibus tunc certum est ꝙ mundi impetum etiā sibimetipsis latendo formidarent. Illis forib⁹ clausis isti catuli mortem mortis nostre insidiati quesierunt: vt culpam nostrā interficerent, omneqꝫ in nobis peccati vitam necarent. Hoc primo illi esurienti catulo, sed iā valēti, ostēsa per linteū gentilitate, quasi monstrata preda dicit: Macta

Act. x.

et mādūca. His catulis velut adhuc infirmis vt cubare in antris debeant iubetur: cū eis dñica voce dicitur: Sedete hic in ciuitate quoadusqꝫ induamini virtute ex alto.

Lu. xxiiij.

An non recte leene catuli vocantur, qui in ecclesia editi, aduersantem mundum ore rapuerunt? Et hec quidē facta a sanctis apostolis nouimus, hec nunc etiam fieri a perfectis doctoribus videmus. Ipsi enim etsi subsequentium populorum patres sunt, tamen precedentium filij. vnde

M

et nō immerito catuli vocant. Uel certe q̄ etsi quorūdā fidelium magistri sunt: vniuersalis tamen ecclesie discipulos se esse gloriantur. Leene itaqꝫ predam domin⁹ capit: quia virtute sue inspirationis ab errore vitam delinquentium diripit: et animas catulorū illius replet: quia conuersione multorum pijs doctorum desiderijs satisfacit. De quibus catulis bene subiungitur. Quando cubāt in antris: et in specubus insidiantur. Neqꝫ enim cuncta tempora doctrine sunt congrua. Nam plerūqꝫ dictorum virtus perditur, si intempestiue proferantur. Sepe vero et q̄ leni⁹ dr, cōuēiēti temporis congruētia animat. Ille ergo scit recte dicere, qui et ordinate nouit tacere. Quid enī prodest eo tēpore irascentem corripere: quo alienata mente nō solū nō valet aliena vba pcipere, sed semetipsum vix valet tolerare? Furenti quippe qui per inuectionē corripit: quasi ei qui non sentiat plagas ebrio imponit. Doctrina itaqꝫ vt peruenire ad cor audientis valeat: que sibi congrua sint temporum momenta ppendat. Bene ergo de his catulis dicit. Quando cubant in antris: et in specub⁹ insidiant. Doctores enim sancti quando et arguenda conspiciunt: et tamen se per silentium in cogitationibus retinent, quasi in specubus latent: et velut in antris se contegunt: quia in suis cordibus occultant. Sed cū opportunū tempus inuenerint, repente prorūpunt: nullis ꝗ dicēda

Nō omīa tpa sūt doctrine congrua. Recte scit dicere ꝗ et ordinate scit tacere. Furens frustra p inuectionē corripit.

A

sunt reticentes et ceruicem superbientiũ morsu aspere increpationis tenent. Siue itaq; per apostolos siue per doctores quos in apostolorum locum subrogauit: huic leone dominus quotidie predam capit: et per eos quos cepit/ alios etiam capere non desistit. Ad hoc quippe iustihui⁹ mundi peccatores rapiunt: vt per conuersos eos etiam alii ex mundo rapiantur. Unde et ipsa gẽtilitas que pro apostolorum ore rapta est: tanta nunc fame alios esurit quanta se ab apostolis concupitã fuisse cognoscit. Proinde et apte subiungitur.

¶ S. Qr non tantũ ex iudeis sed etiã ex gentibus ecclia doctores accepit: quorũ pulli pdiscussione euangelii lõge late eq; euagati sunt. Capitulum.xii.

Quis preparat coruo escam suam: quando pulli ei⁹ ad deum clamant: vagantes eo q non habeant cibos? Quid enĩ corui pullorũq; ei⁹ nomine/ nisi peccatis nigra gẽtilitas designatur? De qua p prophetam dicitur: Qui dat iumentis escam ipsoꝝ: et pullis coruorũ inuocantibus eum. Iumenta quippe escã accipiunt: dum sacre scripture pabulo mentes dudũ brute satiant. Pullis vero coruorũ/ filiis scʒ gentiũ esca dat: cũ eorũ desiderium nostra conuersatione reficit. Ille coruus esca fuit/ dũ ipsum ecclesia quereret. Sed nunc escã accipit: quia ipse ad conuersionem alios exquirit. Cui⁹ videlicet pulli: id est predicatores ex eo editi nõ i se psumunt: sed in viribus redemptoris sui. Unde bene dicit: Quãdo pulli eius ad deum clamant. Nihil enim sua virtute posse se sciunt. Et quis animarum lucra piis votis esuriant: ab illo tamen qui cuncta intrinsecus operatur/ hec fieri exoptant. Vera em fide cõprehẽdunt quia neq; q plãtat est aliqd neq; q rigat: sed q incremẽtũ dat deus. Qd vero dictũ est/ Uagãtes eo q nõ habeãt cibos: i hac vagatiõe nihil aliud q esuriantiũ pdicatorũ vota signãtur. Qui dum in ecclesie sinũ recipere populos ambiunt/ magno ardore succensi/ nunc ad hos/ nũc ad illos colligẽdos desiderium mittunt. Quasi quedam quippe vagatio est ipsa cogitationis estuatio: et velut ad loca varia mutatis nutibus transeunt: dum pro adunandis animabus in modos innumeros ac in partes diuersas esuriẽte mẽte discurrunt.

Pa.cxlvi. — B — j.Cor.iij.

Capitulum.xiij.

Hanc vagationem pulli coruorum: id est filii gẽtilium ab ipso gentium magistro didicerunt. Ipse quippe q valida charitate flagrat/ tam nimis ex locis ad loca se vagatione permutat: transire ad alia ex aliis appetit: quia ipsa cum que implet charitas impellit. Longe nãq; a romanis positus scribit: Memoriam vestri facio semper in orationibus meis: obsecrans si quo modo tandem aliquãdo prosperum iter habeam i voluntate dei veniendi ad vos. desidero em videre vos. Retentus ephesi corinthiis scribit. Ecce tertio paratus sum venire ad vos. Rursum ephesi commorãs Galathis loquitur dicens. Uellem modo esse apud vos: et mutare vocem meam. Rome quoq; custodia carceris clausus quia ire ad Philippenses per semetipsum nõ pmittitur/ transmittere se discipulũ pollicetur dicens. Spero in domino iesu Timotheum me cito mittere ad vos: vt et ego bono animo sim/ cognitis q circa vos sunt. Cõstrict⁹ eni i vinculis atq; ephesi retentus/ Colossensibus scribit. Nã si corpore absens sum/ sed spũ vobiscum sum. Ecce quomodo sancto desiderio quasi vagat: hic corpore tenetur: illuc spiritu ducit: et paterni amoris affectũ illis psentibus exhibet/ illis absentibus ostendit: coram positis impendit opera/ audientibus exprimit vota: efficaciter presens eis cũ quibus erat: nec tñ illis absens cum quib⁹ nõ erat. Cuius vagationem meli⁹ cognoscim⁹/ si ei⁹ adhuc ad corinthios verba pensamus. Ait enĩ. Ueniam ad vos cũ macedoniã ptrãsiero. Nam macedoniam ptransibo: apud vos autẽ forsitan manebo/ vel etiã hyemabo. Perpendamus queso que sit ista vagatio. Ecce alio interim manet: alio se iturum perhibet/ atq; alio deflexurum promittit. Quid est q tam aucte per tot loca partitur/ nisi q circa omnes vna charitate constringit? Charitas enim que diuisa vnire consueuit: vnũ cor Pauli per multa diuidi compellit. Quod tamen tanto arctius in deo colligit/ q̃to latius per sancta desideria spargit. Predicando igitur Paulus vult simul omnia dicere: amando vult simul omnes videre: qz et in carne pmanendo/ vult oib⁹ viuere: et de carne transeundo/ p sacrificiũ fidei vult omnib⁹ pdesse.

Roma.i. — C — ij.Cor.xij. — Gal.iiij. — Phil.ij. — Col.ij. — j.Cor.xvj.

D

Uagent itaq; pulli coruoꝝ: id est magistrum suũ imitent filii gentiũ. corporem mentis excitationẽ: et cũ animarum lucrum: id est cibum suũ minime reperiũt/ nõ quiescant: ad pfectum se ex pfectibus extendant: et exestuantes in vtilitate multorũ/ refectionẽ suam quasi vagantes esuriãt. Quis vero per predicationum opera discurrendo/ refectione fidei gẽtilitatem satiare nõ cessant/ dicatur recte: Quis preparat coruo escam suam quãdo pulli eius ad deum clamant: vagantes eo q non habeant cibos? Capitulum.xiiij.

Potest etiam corui nomine/ nigra per infidelitatis meritum plebs iudaica designari. Nam pulli eius ad deum clamare referunt/ vt eidẽ coruo a domino esca preparetur: quia nimirũ sancti apostoli plebis israelitice carne generati: dum pro gente sua preces ad dominum funderent: quasi pulli coruorum eũ de quo carnaliter editi sunt/ spirituali intelligentie parentem populum pauerunt. Igitur dum pulli eius clamãt: coruo esca preparatur: quia dum apostoli exorant/ plebs dudum perfida/ ad cognitionẽ fidei ducit: et ex predicatione filiorũ quasi ex pullorũ voce satiat. Illud tamen i hoc versu debem⁹ solerter intueri: q huic coruo esca dicitur primum pullis clamantibus/ et postmodum vagãtibus preparari. Clamãtibus nãq; pullis coruo esca preparata est: cum predicantibus apostolis verbum dei iudea audiens/ modo in tribus milibus: modo in quinq; milibus spirituali est intelligentia satiata. Sed cum reproborum multitudo crudelitatem suam contra predicantes exerceret: et quasi pullorum vitã necaret/ iidẽ pulli i vniuersa mundi spatia dispersi sunt. Unde et eisdem carnalibus patribus spirituali pdicationi resistentib⁹ dicunt. Uobis oportebat primũ loqui verbũ dei; sed quia repellitis illud/ et indignos vos iudicatis eterne vite: ecce cõuertimur ad gentes. sciẽtes pfecto q postq gentilitas crederet/ etiam iudea ad fidem veniret. Unde et scriptũ est. Donec plenitudo gentiũ introiret/ et sic oĩs israel saluus fieret. Quia igit summopere sancti apostoli et studuerunt prius audientib⁹ pdicare: et postmodũ resistentibus exempla cõuerse gentilitatis ostendere: quasi esurientes pulli huic coruo escam suam prius clamãdo/ et postmodum vagãdo quesierũt. Unde enim vagãtur pulli/ inde escã coruus inuenit: qz dũ per laborẽ pdicãtiũ cõuersam ad deũ gẽtilitatẽ iudaicus populus respicit: ad extremũ quandoq; stultitiam sue infidelitatis erubescit: et tunc scripture sacre sententias intelligit/ cũ pri⁹ q̃s sibi eas gẽtibus innotuisse cognoscit: atq; expleta vagatione pullorũ: ad pcipiẽda sacra eloquia os cordis aperit: quia perãctis in mundũ cursib⁹ apostolorũ/ sero ea spiritualiter pcipit: a quibus diu se pfidia astringente ieiunauit. Que quia omnia sol⁹ diuine potentie virtus operatur/ recte dicit: Quis preparat coruo escam suam quãdo pulli ei⁹ ad deũ clamant: vagantes eo q non habeãt cibos? Subaudis/ nisi ego: qui infidelem populũ filiis suis et exorãtibus tolero/ et predicantibus parco: atq; ad alia vagãtibus cõuertẽdũ q̃nq; in fine sustineo. Capitulũ.xv.

E — Act.xiij. — Ro.xj. — F

Est adhuc aliud quod de coruo moraliter possit itelligi. Editis nãq; pullis (vt ferũt) escã plene pbere dissimulat prius q plumescẽdo nigrescãt: eosq; inedia affici patitur/ quousq; in illis per pẽnarum nigredinem sua similitudo videatur. Qui huc illucq; vagant in nido: et ciboꝝ expetunt aperto ore subsidium. At cum nigrescere ceperint: tanto eis prebenda alimenta ardentius requirit/ q̃to illos alere diutius distulit. Coruus profecto est doctus quisq; pdicator: qui magna voce clamat: dum peccatorum suorũ memoriam atq; cognitionem infirmitatis proprie/ quasi quendã coloris nigredinẽ portat. Cui quidem nascunt in fide discipuli: sed fortasse adhuc considerare nigredinẽ infirmitatis proprie nesciũt: fortassis peccatis preteritis memoriã auertunt: et per hoc eam quam assumi oportet contra huius mundi gloriam/ humilitatis nigredinem non ostendũt. Qui velut ad accipiendas escas os aperiunt: cum doceri de secretis sublimibus querũt. Sed eis doctor suus alimenta pdicamentorum sublimiũ tanto min⁹ tribuit q̃to illos peccata preterita minus digne deflere cognoscit. Expectat quippe atq; admonet: vt amore vite psentis prius p penitentie lamenta nigrescãt: et tunc demum cõgrua predicationis subtilissime nutrimenta percipiãt.

G

Coruus in pullis ora inhiantia respicit: sed ante in eis pennarum nigredine indui corpus querit. Sic et discretus doctor interna mysteria eorum sensibus nõ ministrat: quos adhuc ab hoc seculo nequaquã se abiecisse cõsiderat. Quanto igitur discipuli exterius p cultum vite presentis minus quasi nigri sunt/tanto p cibum verbi interius minus replent: et quo se a corporali gloria nõ euacuant/eo a spirituali refectione ieiunant. Si vero in confessione vite preterite lamenti sui gemit⁹ velut nigrescentes plumas pferãt/illico in cõtẽplatione doctor ad escam de sublimibus deferendã quasi pullorũ refectionem cogitãs coruus volat: eisq; hiantib⁹ in ore cibum reuocat/dum ex ea intelligentia quam cepit/esurientib⁹ discipulis alimenta vite loquẽdo subministrat. Quos tanto ardentius de supnis reficit: q̃to veri⁹ a mũdi nitore nigrescere penitentie lamẽtatiõe cognoscit. Pulli autem dum nigro se pẽnarũ colore vestiũt: de se etiã volarũ pmittũt: qr quo magis discipuli abiecta de se sentiũt: quo magis sese despicientes affligunt/eo amplius spem profectus sui i altiora pollicentur. Unde et curat doctor festinantius alere/quos iam per quedam indicia prouidet posse et alios pdesse. Hinc enim Timotheum Paulus admonet velut

ij. Timo. ij.

plumescẽtes pullos sollicitius nutrire/dum dicit: Que audistis a me p multos testes: hec cõmẽda fidelibus hominibus/qui idonei erũt et alios docere. Que doctrine discretio dum caute a predicatore custoditur: et diuinitus largior copia predicatiõis dat. Dũ eni per charitatem compati afflictis discipulis nouit: dum per discretionẽ congruũ doctrine tempus intelligit/ipse non solũ pro se/sed etiã pro eis qb⁹ laboris sui studia impendit/maiora intelligentie munera percipit. Unde hic quoq; apte dicitur:

H

Quis preparat coruo escã suã quãdo pulli eius ad deum clamant: vagãtes eo q non habeãt cibos? Cũ enim pulli vt satient clamant/coruo esca preparat: qr dum verbũ dei boni auditores esuriunt: pro reficiendis eis maiora doctoribus intelligentie dona tribuuntur. Sequitur.

Sequitur Textus capituli Tricesiminoni libri beati Job.

NUnqd nosti tempus part⁹ ibicũ in petris: vel parturientes ceruas obseruasti? Dinumerasti menses cõceptus earũ: et scisti tempus partus ear? Incuruantur ad fetũ/et pariunt: et rugitus emittunt. Separãtur filij earũ/et pgunt ad pastũ: egrediũtur/et non reuertũtur ad eas.

I

Quis dimisit onagrum liberum: et vincula ei⁹ quis soluit? Cui dedi in solitudine domum: et tabernacula eius in terra salsuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis: clamorem exactoris non audit. Circũspicit montes pascue sue: et virentia queq; perquirit. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi: aut morabitur ad presepe tuũ? Nunquid alligabis rhinocerota ad arandũ loro tuo: aut confringet glebas valliũ post te? Nunquid fiduciã habebis in magna fortitudine ei⁹: et derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi quoniã sementẽ reddat tibi/et aream tuã congreget? Penna struthiõis similis est pennis herodij et accipitris. Quando derelinquit oua sua in terra: tu forsitan in puluere calefacies ea? Obliuiscitur q pes conculcet ea/aut bestia agri cõterat. Duratur ad filios suos quasi non sint sui: frustra laborauit/nullo timore cogente. Priuauit eni eam deus sapientia: nec dedit illi intelligẽtiã. Cũ tẽpus fuerit/in altum alas erigit: deridet equũ et ascensorẽ eius. Nunquid prebebis equo fortitudinẽ: aut circũdabis collo eius hinnitũ? Nunquid suscitabis eũ quasi locustas? Gloria nariũ eius terror: terrã vngula fodit. Exultat audacter: i occursum pergit armatis. Cõtẽnit pauorem: nec cedit gladio. Super ipm sonabit pharetra: vibrabit hasta et clypeus. Feruens et fremẽs sorbet terram: nec reputat tube sonare clangorẽ. Ubi audierit buccinã: dicit vah. Procul odoratur bellũ/exhortationẽ ducũ/et vlulatũ exercitus. Nunquid per sapientiã tuã plumescit accipiter/expãdens alas suas ad austrũ? Nunquid ad preceptũ tuum eleuabitur aquila/et in arduis ponet nidũ suũ? In petris manet et in preruptis silicibus cõmoratur: atq; inaccessis rupibus. Inde contẽplatur escam/et de longe oculi eius prospiciũt. Pulli eius lambunt sanguinẽ: et vbicunq; cadauer fuerit/statim adest. Et adiecit dñs: et locutus est ad iob. Nunquid qui cõtẽdit cũ deo/tam facile conquiescit? Utiq; qui arguit deũ/debet et respõdere ei. Respondens autem iob dño dixit: Qui leuiter locutus sum/respondere quid possum? Manũ meã ponam super os meũ. Unũ locutus sum: quod vtinam nõ dixissem: et alterũ: quibus vltra non addã.

K

L

S. Ex prepositi sancte ecclesie quia eorum onera portant quos affectu nimo deo pariũt/cerue vocantur: ibices vero auditores/qui patrum prouocati exemplis/sc; patientia dauid/castitate ioseph/abstinẽtia danielis/q̃si huius mũdi petris scõs his similia parturiũt opa. Ca. xvj.

NUnquid nosti tempus partus ibicum i petris vel parturiẽtes ceruas obseruasti? Meridiana pars ibices aues vocat: que nili fluentis inhabitant. Orientalis vero occidentalisq; plaga parua q̃drupedia ibices nominant: quibus et moris est in petris parere: quia neq; sciunt nisi in petris habitare. Que si q̃n etiam de altis saxorum cacuminibus ruunt/i suis se cornibus illesa suscipiunt. Caput quippe ruentes feriũt. cuius dum prima cornua opponunt/hi omne corpus a iactura casus alienum. Ceruarum vero moris est/inuentos serpentes extinguere: eorũq; membra morsibus dilaniare. Fertur autem quia si quando flumina transeunt/capitũ suorum onera dorsis precedentium superponunt: sibiq; inuicem succedentes/laborem ponderis omnino non sentiunt. Quid est ergo q beatus Job de partu ibicum ceruarumq; discutitur: nisi quia in ceruis vl ibicib⁹ magistrorũ spiritualium persona signatur? Ipsi quippe velut ibices in petris pariũt: qr in doctrina patrũ (qui petre p soliditate vocati sunt) ad conuersionẽ animas gignũt. Ipsi

M

velut ibices nullius casus dãna sentiunt: dũ in suis cornibus excipiunt: quia quicqd eis ruine temporalis accesserit/i testamentis sacre scripture se suscipiunt: et quasi cornuũ exceptione saluant. De his eni testamentis dictum

Abacuc. iij.

est: Cornua sunt in manibus eius. Ad scripturarum ergo consolationem refugiunt/dum aliqua temporalis casus iactura feriunt. An nõ more ibicũ huius mundi aduersitatibus q̃si in suis se cornibus cadens excipiebat Paulus/cum diceret: Quecũq; scripta sunt/ad nostrã doctri-

Roma. xv.

nam scripta sunt: vt p patientiã et cõsolationẽ scripturarũ spem habeam⁹? Ipsi etiam cerue vocati sunt: sicut p Hieremiã de doctoribus genitos filios icaute deserentibus

Hie. xiiij.

dicit: Cerua in agro peperit/et reliquit. Ipsi more ceruarum interemptis vitijs quasi extinctis serpẽtibus viuũt: et de ipsa extinctione vitiorum/ad fontem vite acrius inardescunt. Unde psalmista ait: Sicut ceruus desiderat

Ps. xlj.

ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Ipsi etiã dũ labẽtia hui⁹ temporalitatis momenta quasi qdã flumina trãsiũt: cõpatiẽtes charitate onera sua sibi inuicem superponunt: qr caute obseruatione custodiunt id

Gal. vj.

quod scriptum est: Inuicẽ onera vestra portate: et sic adimplebitis legem christi. Quia vero post aduentũ domini spirituales magistri p mundũ sparsi sunt: qui auditorũ aias i conuersionẽ parere pdicando potuissent: et quia hoc idem tẽpus incarnationis dñi ante prophetarum vo-

A

ces cognitū non fuit: q̄ule futura ipsa incarnatio precognita oībus electis fuit: bene beat⁹ Job de tempore partus ibicū ceruarūq̄ discutit/cū dicitur. [Nūqd nosti tēpus p⁹ ibicū in petris: vel parturientes ceruas obseruasti?] Ac si dicatur ei. Idcirco te egisse aliqd sublimiter credis: quia illud tempus necdū preuides/ quo spūales magistri in mundum missi p doctrinam antiquorum patrum filios generant: suisq̄ laboribus animarū mihi lucra cōportant. Nā si illorū fructū quasi ibicū ceruarūq̄ part⁹ aspiceres/ valde humiliter de tua virtute sentires. Magna quippe que agimus/ quasi minima ducimus: cū hec per fortiora exēpla pensamus. Sed tunc apud deum crescunt per meritum/ cum apud nosmetipsos per humilitatem decrescunt.

Capitulum.xvij.

Possunt vero ceruarū significatione doctores/ appellatione autem ibicum/ qui alia sūt minima/ auditores intelligi. In petris vero ibices pariunt: quia ad exercēda sancta opera p exēpla patrum precedentiū fecundantur: vt cum fortasse precepta sublimia audiūt/ et infirmitatis proprie conscij/ ea se implere posse diffidunt: maiorū vitam conspiciūt atq̄ in eorum considerata fortitudine bonorum operum fetus ponant.

B

Ut enī pauca de multis loquar: quatenus studiosus lector multa in paucis intelligat: iste verborum cōtumelijs pressus: cum virtutem patientie seruare non sufficit: dauid factū ad memoriā reducit: qui cū tot Semei cōuitijs vrgeret/ et armati pceres vlcisci contenderent/ ait:

ij.reg.xvj

Quid mihi et vobis filij saruie? Dimittite eum vt maledicat: dñs enī precepit ei vt malediceret dauid. Et quis est qui audeat dicere/ quare sic fecerit? Et paulopost. Dimittite eum vt maledicat iuxta pceptū dñi: si forte respiciat dñs afflictionē meā/ et reddat mihi bonū pro maledictione hac hodierna. Quibus pfecto verbis īdicat quia p ppetrato Bersabee scelere/ exurgentem contra se filiū fugiēs: reducit ad animū malū quod ppetrauit: et equanimiter ptulit qđ audiuit: et cōtumeliosa verba non tam conuitia q̄ adiutoria credidit/ quibus se purgari/ sibiq̄ misereri posse iudicauit. Tūc enī illata conuitia bene toleramus: cū in secreto mētis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quippe videbit q̄ iniuria ptulimus: dum in actione nostra cōspicimus quia peius est qđ meremur. Sicq̄ fit vt contumelijs gratia magis q̄ ira debeatur: quarum interuentu deo iudice pena grauior declinari posse confiditur.

Capitulum.xviij.

Ecce alius dum mundi huius successibus proficit/ lenocinante cordis letitia tentari se luxurie stimulis sentit: sed si ioseph factū ad memoriam reuocat/ in arce se castitatis seruat. Qui dum sibi a

Gen.xxxix

domina cōspiceret pudicitie dāna suaderi/ ait. Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua: nec quicq̄ est qđ nō in mea sit potestate/ vel non tradiderit mihi p̄ter te/ que vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malū facere/ et peccare in dominū meū? Quibus vbis ostendit qī bona q̄ assecut⁹ fuerat/ repente memorie intulit: et malū quod se pulsabat euicit: et qī

C

pcepte gratie meminit/ vim culpe iminētis fregit. Cum enī voluptas lubrica tentat in prosperis: hec ipsa sunt prospera aculeo tentationis opponenda: vt eo erubescamus praua cōmittere/ quo nos a deo meminim⁹ gratuito bona pcepisse: et illatā gratiā exteriorū munerū vertamus in arma virtutū: vt sint ante oculos q̄ pcepimus/ ⁊ que nos alliciūt/ subigam⁹. Cū enī voluptas ipsa ex psperitate nascit: eiusdē psperitatis est consideratione ferienda: quatenus hostis noster vnde oritur/ inde moriatur. Cōsiderādū quippe est ne acceptū mun⁹ vtamus in vitium: ne per fauorem vite nos absorbeat vorago nequitie. Iram nāq̄ cōtra nos supni iudicis inextinguibiliter accendimus/ si contra benignitatem illius etiam ex ipsa sua largitate pugnamus. Alius interne scientie dulcedinem querens/ nec tamen secreta eius contingere preualens/ danielis vitam ad imitandū cōspicit/ et desideratum scientie culmē

Dan.x.

apprehendit. Ille quippe qui postmodū voce angelica p cognitionis interne concupiscentia vir desideriorum dicitur: pri⁹ in aula regia carnis in se desideria edomuisse memoratur: vt nil ex delectabilibus cibis attingeret/ sed lautis ac mollioribus duriora atq̄ asperiora cibaria pferret: vt dum sibi exterioris cibi blandimenta subtraheret/ ad interni pabuli delectamenta pueniret: et tāto aui-

dius gustum sapiētie intus acciperet/ q̄to saporem carnis p eadem sapientia foris robustius repressisset. Si enī

D

a carne hoc quodlibet abscindim⁹: mox in spū quod delectet inuenimus. Intentioni quippe anime si exterior euagatio clauditur: interior recessus aperitur. Nam quo extra se spargi pp̄ter disciplinā mens non potest: sup se tendere p profectū vř: qī et in altū crescere arbor cogit/ q̄ per ramos diffundi phibet. Et cum riuos fontis obstruim⁹: fluēta surgere ad superiora puocamus. Igitur dum studiosi quiq̄ sanctorū vitā imitādo conspiciunt: in petris ibices fetus ponunt. Hinc est q̄ auditores suos quasi ibices in petris parere Paulus admonebat: cum enumeratis maiorum virtutibus diceret: Habentes tantam im-

Hebre.xij

positam nubem testium: deponentes omne pondus et circūstās nos peccatum: p patientiam curram⁹ ad propositum nobis certamen. Et rursum: Quorū intuentes exitū con-

Heb.xiij.

uersationis: imitamini fidem.

Capitulum.xix.

Sed cum diuina pcepta corde cōcipimus/ non statim q̄si iā solide cogitata parturimus. Ubi et beatus Job non de partu ibicum/ sed de tempo-

E

re partus loquitur. Quod videlicet temp⁹ dum in nobismetipsis vix comprehēdimus: multo magis in aliena mente nescimus. Prius enī supni timoris semina vtero cordis suscepta/ p meditationē studij coagulant vt maneant: postmodum stricta intētione cogitationis effixa/ dum ad discretionem rationis tendunt/ quasi in mēbrorum distinctionē formantur: dehinc vsu pseuerātie cōfirmata/ velutim soliditatem ossiū veniūt: ad extremum vero pfecta auctoritate roborata/ quasi in partū pcedunt. Que incrementa diuinorū seminū nullus in aliena mente considerat: nisi ipse qui tercat. Nā et si quelibet iam vim supne cōcupiscētie cōcepisse quarūdam rerū attestatione cognoscimus: quando tamen in partu erumpat/ ignoramus. Sepe autē cōcepta mente semina peruenire ad pfectionem nequeunt: quia ostendo tempus partus antecedunt. Et qī necdū plene in cogitatione formata ante humanos oculos pdeunt: velut abortiua moriuntur. Bona quippe adhuc tenera plerūq̄ humana lingua dū iam quasi fortia laudat/ extinguit. Tanto enī celeri⁹ occidunt/ q̄to ad fauoris notitiā intēpestiue prorumpunt. Nonunq̄ vero īperfecta nostra cogitatio necdū roborata/ dum citi⁹ hominibus ostenditur/ resistentium aduersitate dissipatur: et cū conatur ante tēpus videri quia sit/ q̄si agitur vt non sit. Sācti autē viri quia cūcta que bene cogitant/ student vt occulte conualescant: et quasi processuros fetus prius intra vterum mentis formant: recte beatus Job de partus tempore discutitur: quod videlicet vnicuiq̄ quādo sit congruū/ nisi a creatore nescitur. Qui dum pe-

F

netralia cordis aspicit: quando ad humanā notitiam bona nostra congrue nascant/ apprehēdit. Bene itaq̄ dicitur. [Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris?] Ac si aperte dicat: vt ego/ qui idcirco electorum fetus viuaces facio: quia prescito ī tempore produco. Bene autē expleto fetu auditorum subditur. [Uel parturiētes ceruas obseruasti?] Parturientes enim ceruas obseruare/ est illos labores patrum qui spirituales filios generant/ cauta cōsideratione pensare. Solerter quippe intuendū est q̄ hic sermo tā vigilanter īprimit/ vt dicatur obseruasti: qī vtiq̄ perpaucorū est pensare quis labor sit in predicationibus patrum: q̄tis doloribus quasi quibusdam conatibus aīas in fide et cōuersatione pturiūt: q̄ cauta se obseruatione conspiciunt: vt sint fortes in preceptis/ cōpatientes in infirmitatibus/ in minis terribiles/ in exhortationibus blandi/ in ostendendo magisterio humiles/ in rerum tēporalium cōtēptu dominātes/ in tolerādis aduersitatibus rigidi: et tamen dum vires suas sibimet nō tribuūt infirmi: quantus sit eis dolor de cadētib⁹/ q̄t⁹ sit de stātibus timor/ quo feruore alia adipisci appetunt/ quo pauore alia adepta cōseruāt. Quia igitur pp̄aucor ē ista pensare: bene ei dicitur. Uel parturientes ceruas obseruasti?

Capitulum.xx.

Nil vero obstat q̄ verba deus de doctoribus faciens: non ceruorum sed ceruarum eos specie designat: quia nimirum illi vere doctores sūt/ qui cum per rigorem discipline patres sunt/ per pietatis viscera esse matres nouerunt. Qui labores sancte conceptionis tolerant: et proferendos deo filios intra vterum charitatis portant. In cedēda enī prole amplius matres

G

laborant: que crescentē intra vterum conceptionē / longo mensium tēpore sustinent: et q̄ ex vtero pcedentē nō sine magnis doloribus deponunt. Unde et hic apta consideratione subiungitur.

¶ S. Quia discreti viri non passim ad pdicandū existūt / sed in tempore mensuram tritici erogādā per cōceptū desiderū intra se fouent: donec congrue formēt: similem in omnib⁹ formā iustitie prebentes: quorū non solū fruct⁹ / sed etiam pios conatus iustus dinumerat arbiter.

¶ Dinumerasti menses conceptus earum.] Sancti enī viri cū de pfectu auditorū cogitant: quasi iā in vtero cōceptionē portant. Sed cū nōnulla q̄ dicēda sūt differūt / et aptū suis exhortatiōib⁹ tēps querūt: velut a partu quē fieri appetūt / i mēsiū pplicitate dilatant. Et sepe dū q̄dā que sentiunt / intempestiue dicere audientibus nolunt: in ipsa tarditate proferende sententie / siue ad hec que suadenda sunt / seu ad illa que increpanda / consilio altiori firmātur. Et dū cogitatur vita illorū: nec tamen ab ipsa lingua consiliū mentis eijcit: quasi iam concepta soboles intra vterū crescit: vt ad auditorū notitiam tunc sententia cordis exeat, quādo plata vtiliter quasi per ɔgruū tēp⁹ partus viuat. Et q: hec homines in magistrorū mēte qn vel quomodo agant ignorāt: deus vero ad retributionis gloriā nō solū effectū considerat / sed etiā momēta cogitationū signat: recte ad beatū Job dicitur. Dinumerasti mēses cōceptus earū: subaudis: vt ego / q̄ in sanctis pdicatorib⁹ non solū fruct⁹ exterior opū: sꝫ ipsas diurnas cogitatiōes nūero / q̄ t eas ad retributionē duco. Cap. xxi.

H

Possunt per menses quia cōgesti dies sūt: etiam multiplicate virtutes intelligi. In mensibus quoqꝫ luna renascit: nilqꝫ obstat / si p menses noua regenerationis creatura signet. De quo Paulus apostolus dicit: In christo Jesu neqꝫ circūcisio aliquid valet neqꝫ preputiū / sed noua creatura. Sancti igitur viri cum se ad predicandum parant: prius se interius virtutibus innouant: vt ad hoc quod loquendo docent / viuendo cōcordent. Prius sua interna cōsiderant: atqꝫ a cunctis feditatis sordib⁹ emundāt: curāt q̄ summopere vt interiorā patiētie luce resplēdeant / cōtra carnis luxuriā etiam cordis mūditia fulgescāt / cōtra torporem zelo candeant / cōtra cōfusos pcipitatiōis motus serena grauitate rutilent / cōtra supbiā vera humilitate luceant / contra timorem radijs auctoritatis clarescant. Quia ergo tanta in se prius studia cōgerunt: quasi in conceptu sancte predicationis menses virtutum fiunt. Quos menses dns solus dinumerat: quia eadē bona in eorū cordib⁹ nō nisi qui condit pensat. Et quia iuxta mensurā virtutū effectus etiā subsequit fructuū: recte subiūgit. [Et scisti tēpus partus earū:] Subaudis vt ego: qui dū in cogitatione virtutum mēses dinumero: quādo hoc qd̄ iplere appetunt / parere valeāt scio: qa nimirū dū cordis occulta ɔspicio / futurum foris effectū operis / intus in pondere cogitationis penso. Sequitur: [Incuruantur ad fetum et pariunt / et rugitus emittunt.] Rugiunt quippe dū p incuruationē suā et cōuersationē sacras auditorū animas gignūt: q: ab eternis nos supplicijs remouere nisi flēdo et dolēdo non possunt. Predicatores enim sancti nunc in lachrymis seminant: vt segetem postmodū gaudiorū metant. Nunc q̄si ceruc in dolore partus sunt: vt spirituali prole postmodū sint fecundi. Ut enim vnū de multis loquar / video Paulum quasi quandam ceruā q̄dam i partu suo magni doloris rugitus emittentem. Ait enim. Filioli mei quos iterum parturio: donec formet christus in vobis: vellem eē apd vos modo: et mutare vocē meā / qm̄ cōfundor in vobis. Ecce mutare vult vocem in partu suo: vt predicationis sermo in rugitū vertat doloris. Uult mutare vocē: quia quos iā pdicādo pepererat / reformādo gemēs iterū parturiebat. Qualem rugitū hec ceruus pariens emittebat / quādo eisdē post se redeuntib⁹ exclamare cogebatur / dicens: O insensati galathe / quis vos fascinauit: et sic stulti estis: vt cum spiritu ceperitis / nūc carne cōsummamini? Uel certe. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? Qualis in huius ceruc partu rugitus fuit: que diu conceptos filios cum tot difficultatibus peperit: et quādoqꝫ partos ad malitie vterū redisse cognouit? Consideremus quid doloris habuerit: quid laboris: que et post q̄ potuit cōcepta edere / rursum compulsa est extincta suscitare. Capitulum xxij.

Gal. v.
et. vi.

Gal. iiij.

Gal. iij.

Gal. v.

K

Notandum vero summopere est q: iste ceruc incuruantur vt pariant: q: nimirum si erecte starent / parere non valerent. Nisi enim predicatores sancti ab illa immensitate contemplationis interne quā capiunt / ad infirmitatem nostram humillima predicatione quasi quadam incuruatione descenderent / nūqꝫ vtiqꝫ in fide filios procrearent. Nobis quippe prodesse non possent / si in sue altitudinis erectione persisterēt. Sꝫ videamus ceruam sese vt pariat icuruātem. Ego (inqt) non potui vobis loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus. tanqꝫ paruulis in christo lac vobis potum dedi / non escam. Atqꝫ mox eiusdem incuruationis causas exequitur / dicens. Nondum enim poteratis: sed nec adhuc quidem potestis. Sed hanc ceruam que propter nos incuruata est: queso videam⁹ erectā. Ait. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et rursum. Siue mente excedimus deo. Cum vero mente excedit deo / excessum eius nos omnino non capimus. Ut ergo nos lucretur / incuruatur ad nos. Unde illic apte subiūgit: Siue sobrij sumus vobis. Si enī sancti viri ea nobis predicare vellent que capiūt cū in supna cōtēplatione debriantur: et non magis sciam suā quodā moderamie et sobrietate temperarent / adhuc angusto intelligentie sinu illa supni fontis fluenta quis caperet? Incuruate autem iste ceruc / aīe celi vocati sunt: de quibus dicit. Domine inclina celos tuos / et descende. Cum enim inclinantur celi / descēdit dns: q: cum se impredicatione sua sancti doctores attrahūt / diuinitatis notitiam nostris cordib⁹ infundunt. Nequaqꝫ quippe ad nos dns descenderet: si predicatores eius in contemplatiōis rigore inflexibiles permanerent. Inclinantur ergo celi vt descendat dominus: incuruantur ceruc vt nos in noua fidei luce nascamur. Iste incuruate ceruc in cāticis cāticorum spōse vbera sunt vocate: sicut scriptum est: Meliora sunt vbera tua vino. Ista enim sunt vbera q̄ in arca pectoris fixa / lacte nos potant: quia ipsi arcana summe cōtemplationis inherentes / subtili nos pdicatione nutriūt. Ut igit ab eterno gemitu et dolore nos retrahant: nunc incuruant ceruc / atqꝫ in partu rugitus emittunt. Q: vero ipsi qui sancta patrū predicatione nascuntur: aliquando doctores suos patiendo pcuciunt / vt eis adhuc in hac vita durantibus ipsi iam martyrio cōsummentur: apte sequitur.

¶ S. Q: qui ad pascua eterne vite fuerint separati: doctrina temporali vltra non indigent: quibus in ipso vite libro cuncta perspicua erunt.

¶ Separant filij earum / et pergūt ad pastum: egrediuntur / et non reuertūtur ad eas.] Pastum scriptura sacra illud viriditatis eterne pabulū vocat: vbi iam nostre refectio nullus defectus ariditate marcescet. De quo pastu per psalmistam dicit. Dns regit me / et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Et rursum: Nos autem populus eius / et oues pascue eius. De quibus nimirū pascuis veritas per semetipsam dicit: Per me si quis introierit: saluabitur: et ingredietur et egredietur: et pascua inueniet. Pergunt ergo ad pastum: q: de corporibus exeuntes illa pabula eterne viriditatis inueniunt. Egrediunt et nō reuertunt ad eas: q: in illa suscepti contemplatiōe gaudiorum / iam nullatenus indigent verba audire docentium. Egressi itaqꝫ ad eas iam non redeunt: q: angustias vite p̄sentis euadentes / vltra a doctoribus predicationem vite accipere non requirunt. Tūc q̄ppe implet quod scriptum est: Non docebit vltra vir proximū suū / et vir fratrem suū / dicens. Cognosce dominū. omnes enī cognoscent me a minimo eorū vsqꝫ ad maximum: dicit dominus. Tunc implet qd̄ in euangelio veritas dicit: Palam de patre annunciabo vobis. Filius quippe de patre palam annūciat: quia sicut superius diximus: per hoc q̄ verbum est / creatura nos diuinitatis illustrat. Uerba enim tunc docentium quasi quosdam humane lingue riuulos non querunt: quando de ipso iam veritatis fonte debriant. Igitur postqꝫ figurata incuruatione ceruarū / multa de magistrorum virtute narrata sunt: nūc ad eorū vitam qui remote conuersationis secreta appetunt / nos vertunt: qui et ipsa vacandi ocia quia diuino adiutorio et non suis virib⁹ assequūtur / de eis a dno dicitur.

¶ S. Q: viri contemplatiui solitudinem mentis inhabitent et liberi a secularium negociorum tumultibus / deum sitiant. Capitulum xxiij.

j. Cor. iij.

Ibidem.

j. Cor. ij.

ij. Cor. v.

Ibidem.

Ps. cxliij.

L

Cāt. i.

Ps. xxij.

Ps. xciiij.

Joā. x.

M

Hie. xxxj.

Joan. xvj.

A

QUis dimisit onagrum liberum in solitudine: et vincula eius quis soluit? subaudis/nisi ego? Onager enī qui in solitudine cōmoratur/nō incōgrue vitam eorū significat/qui remoti a turbis secularibus conuersantur. Qui apte etiā liber dr̄: qz magno est seruitio secularium negociorū/quib⁹ mens vehemēter atteritur: quibus nec eos sponte desudet. Cuius seruitutis conditione carere est in mūdo iam nil concupiscere. Quasi enī quodam iugo seruitutis premūt/ꝓspera dum appetitur/premūt aduersa dum formidātur. Sz si quis semel a dñatione desideriorū tēporalium colla mētis excusserit: quadam iam etiā in hac vita libertate perfruitur/dum nullo desiderio felicitatis afficit/nullo aduersitatis terrore coarctatur. Hoc graue seruitutis iugum dñs vidit secularium ceruicibus impressum/cū diceret:

Mat.xj.

Venite ad me oēs q laboratis ꝛ onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meum sup vos: et discite a me qz mitis sum/et humilis corde: et inuenietis requiē animabus vestris. Iugum meū suaue est: et onus meū leue. Asperum quippe iugum ꝛ dure (sicut diximus) seruitutis pondus est/subesse tēporalib⁹/ambire terrena/retinere labētia/velle stare in nō stantibus/appetere quidē transeūtia/sed cū transeūtib⁹ nolle transire. Dum enim contra votum cūcta fugiunt que prius mentem ex desiderio adeptionis afflixerāt/post ex pauore amissionis premūt. Liber ꝗ dimittit: qui calcatis terrenis desideriis/ab appetitione rerū tēporalium securitate mentis

B

exoneratur. [Et vincula ei⁹ quis soluit?] subaudis/nisi ego? Soluūtur ꝗ vniuscuiusqz vincula: dū diuino adiutorio interna desideriorū carnalium retinacula dirūpūtur. Cū enim pia intētio ad conuersionem vocat: sed adhuc ab hac intētiōe carnis infirmitas reuocat/quasi quibusdam vinculis aīa ligata prepeditur. Multos enī sepe videmus vitā quidē sancte cōuersationis appetere: sed ne hāc assequi valeāt/modo irruentes casus/modo futura aduersa formidare. Qui incerta mala dum quasi cauti ꝓspiciunt: in peccatorū suorū vinculis incauti retinentur. Multa enī ante oculos ponūt: que si eis in conuersatione euenīāt/subsistere se non posse formidāt. De

Quo vincula vniuscuiusqz soluantur.

Quo aīa vinculis ligetur.

Puer.xv.

qb⁹ bene Salomon ait: Iter pigrorū quasi sepes spinarum. Nam cum viam dei appetūt: eos velut spine obstātium sepium/sic formidinum suarū opposite suspiciones pungūt. Quod qz electos prepedire non solet: bene illic

Ibidem.

secutus adiūgit: Uia iustorum absqz offendiculo. Justi quippe in conuersatione sua quodlibet eis aduersitatis obuiauerit/non impingunt: qz temporalis aduersitatis obstacula/eterne spei ꝛ interne cōtēplationis saltu transcendunt. Soluit itaqz deus onagri vincula/quando ab electi vniuscuiusqz animo/infirmarū cogitationum nodos rūpit: et ꝓpitius dissipat omne qđ illectam mētem ligabat. Sequitur: [Cui dedi in solitudine domum/et tabernacula ei⁹ in terra salsuginis.] Hoc loco pro solitudine corporis debem⁹ intelligere solitudinē cordis. Quid enī prodest solitudo corporis/si solitudo defuerit cordis? Qui enī corpore remotus viuit: sed tumultibus conuersationis humane/terrenorū desideriorū cogitationibus se inserit/non est in solitudine. Si ꝗ premat aliquis corporaliter popularibus turbis: et tamen nullos curarū secularium tumultus in corde patiatur/non est in vrbe. Itaqz bene cōuersantib⁹ primum solitudo mētis tribuitur: vt exurgentem intrinsecus strepitū terrenorū desideriorū premant: vt ebullientes ab infimis curas cordis per supernā gratiam restringant amoris/omnesqz motus importune se offerentium leuium cogitationum/quasi quasdam circūuolantes muscas ab oculis mentis abigant manu grauitatis: et quoddam sibi cum domino intra se secretum querant: vbi cum illo exteriori cessante strepitu/per interna desideria silenter loquantur.

Solutio vinculorū.

C

Capitulum.xxiiij.

Apo.viij.

DE hoc secreto cordis alibi dictum est: Factum est silentium in celo quasi dimidia hora. Celū quippe ecclesia vocatur electorū: que ad eterna sublimia dum per subleuationem contēplationis intendit: surgentes ab infimis cogitationum tumult⁹ premit: atqz intra se deo quoddam silentium facit. Qđ quidem silentium contēplationis qz in hac vita non potest esse perfectum/factum media hora dr̄. Volenti quippe animo dū cogitationum tumultuosi se strepit⁹ ingerūt/etiam sublimib⁹ intendētem: rursum ad respiciēda terrena cordis oculum violenter trahunt. Unde scriptum

D

Sapie.ix.

est. Corpus qđ corrūpitur/aggrauat aīam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātem. Bene ergo factum hoc silentium non integra/sed dimidia hora describitur: qz hic contēplatio nequaqz perficitur/quāuis ardēter inchoetur. Qđ etiā per Ezechielem ꝓphetam cōgruēter exprimitur: q pro mensura ciuitatis in mōte cōdite/in manu viri calamum sex cubitorū et palmi se vidisse testatur. In monte quippe electorū ecclesia sita est: qz fundata in summis desideriis non est. Quid aūt p cubitum nisi operatio: quid per senarium numerū nisi perfectio operationis ostēdit? qz ꝛ sexto die cūcta opera dñs explesse memorat. Quid ꝗ sup sex cubitos palmus insinuat/nisi cōtēplationis vim/que iam initia eterne ꝛ septime quietis demōstrat? Qz enī eternorū cōtēplatio hic minime pficitur/mensura septimi cubiti non expletur. Electorū itaqz ecclesia qz cūcta que operāda sunt pficit: in sex cubitis sese in mōte posita ciuitas ostēdit. Qz ꝗ hic adhuc sola initia cōtēplationis inspicit: de septimo cubito non nisi palmum tangit. Sciēdum ꝗ est qz nequaqz culmen cōtēplationis attingemus/si non ab exterioris cure oppressiōe cessem⁹. Nequaqz nosmetipsos intuemur vt sciam⁹ aliud in nobis esse rationale qđ regit: aliud animale qđ regitur/nisi ad secretum hui⁹ silentii recurrētes/ab omni exterius perturbatione sopiamur. Qđ silētium nostrum bene etiā Adam dormiēs figurauit/de cui⁹ mox latere mulier ꝓcessit: qz quisqs ad interiora intelligēda rapitur/a reb⁹ visibilib⁹ oculos claudit: et tunc in semetipso vel que preesse viriliter debeāt/vel que subesse possint infirma distinguit: vt aliud in illo sit qđ regere valeat tanqz vir/aliud tanqz femina qđ regatur. In hoc itaqz silentio cordis dum p contēplationem interi⁹ vigilamus/exteri⁹ quasi obdormiscimus. Quia ergo remoti viri.i.a desideriis carnalibus alieni: hoc silentium mentis inhabitāt: huic onagro dñs in solitudine domum dedit: vt turba desideriorū temporalium non prematur. Sequitur.

Gen.ij.

E

Capitulum.xxv.

ET tabernacula eius in terra salsuginis. Salsugo accendere sitim solet. Et quia sancti viri qđdiu in hui⁹ vite tabernaculis degunt: ad supernam patriā desiderii sui quotidianis estib⁹ accendūtur: in terra salsuginis tabernacula habere perhibētur. Incessanter quippe accēdūtur vt sitiāt/sitiūt vt satientur: sicut scriptū est: Beati qui esuriūt ꝛ sitiūt iustitiam: qm̄ ipsi saturabūtur. Sequitur: [Cōtēnit multitudinem ciuitatis.] Multitudinem ciuitatis cōtēnere/est humane conuersationis praua studia deuitare: vt iam non libeat terrenorū hoim (qui pre abūdātia iniquitatis multi sunt) ꝑuersos mores imitari. Cum paucis nāqz ingredi angustā portā desiderāt: et non cū multis lata itinera ingredi appetunt/que ad interitum ducūt. Solerter quippe a quo ꝛ ad quid sunt creati cōspiciūt: et recta cōsideratione accepte imaginis/sequi vulgi multitudinē dedignātur. Unde ꝛ spōsi voce spōse in cāticis cāticorū dr̄: Nisi cognoueris te o pulchra inter mulieres: egredere ꝛ abi post vestigia gregum/et pasce hedos tuos. Semetipsam nāqz ea que est pulchra inter mulieres cognoscit: qz electa queqz aīa etiā inter peccātes posita: qz ad auctoris sui imaginem ac similitudinem sit cōdita meminit: et iuxta percepte similitudinis ordinem incedit. Que si se nō cognoscit/egreditur: qz a secreto sui cordis expulsa/in exteriorib⁹ concupiscētiis dissipat. Egressa ꝗ abit post vestigia gregū: qz sua interna deserens/ad latam vez viā ducit: et sequit exēpla populorū. Nec iam agnos/sed hedos pascit: qz non innocētes cogitationes mentis/sed nutrire prauos motus carnis intendit. Qz ergo electus quisqz ac cōtinuo abire post gregum vestigia despicit: dicatur recte. Contēnit multitudinem ciuitatis. Ubi ꝛ apte subiungitur:

Matth.v.

F

Canti.j.

¶ S. Qz viri abstinētes vētris garritus non audiunt: sed gule flāmam (q si nutriatur/oēm virtutum messem exurit) studiose restringūt/sciētes q Nabuchodonosor vincēte/princeps cocorū Hierlm muros destruxerit.

¶ Clamorem exactoris non audit. [Quis intelligi exactor alius nisi diabolus potest: qui semel in paradiso homini male ꝑsuasionis nūmum cōtulit: et quotidie ab eo hui⁹ debiti exigere reatū querit? Hui⁹ exactoris sermo

Exactor ē diabol⁹.

G est male suggestionis inchoatio. Huius exactoris cla-
mor est iam non leuis sed violenta tetatio. Hic exactor
loquitur cum leuiter suggerit. Hic exactor clamat: cum
fortiter tentat. Clamorem ergo exactoris non audire/
est violentis tentationum motibus minime consentire.
Audiret enim si ea que suggerit faceret. Sed cum peruer-
se agere despicit / recte dicitur: Clamorem exactoris
non audit. Capitulum.xxvj.

Nonnulli vero hoc loco per exactorem intelligi
ventrem volunt. Ipse namque a nobis quoddam
debitum exigit: qui quotidianum fructum sibi
humani laboris impendi etiam per naturam querit. Absti-
nentes igitur viri (qui hoc loco onagri vocabulo figuran-
tur) dum violenta gule desideria reprimunt/quasi clamo-
ris exactoris verba contemnunt. Sed cum continenti viro
contra innumera vitia multa virtutum certamina suppe-
tant: cur sibi exactoris clamore contempto/de solo hic ven-
tre dicitur q eius imperium impulsumque restringat/nisi
q nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit: qui
non in semetipso prius per afflictam ventris concupiscentiam/
carnis incentiua deuicerit? Neque enim ad conflictum spiritua-
lis agonis assurgitur: si non prius intra nosmetipsos ho-
stis positus / gule vz appetitus edomatur: qui si non ea
que nobis sunt viciniora prosternimus / nimis insaniter
ad ea que longius sunt impugnanda transimus. Incassum
namque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur:
si intra ipsa vrbis menia ciuis insidians habetur. Mens
quoque ipsa certantis sub graui confusionis dedecore a spiritua-

H lis certaminis congressione repellitur: qui infirma in car-
nis prelio/gule gladijs confossa superat. Nam cum se parui-
uis prosterni conspicit: confligere maioribus erubescit.
Nonnulli vero ordinem certaminis ignorantes/edomare gu-
lam negligunt/et iam ad spiritualia bella consurgunt. Qui
aliquando multa etiam que magne sunt fortitudinis fa-
ciunt: sed dominante gule vitio/per carnis illecebram omne
quod fortiter egerint perdunt: et dum venter non restringitur:
per carnis concupiscentiam simul cuncte virtutes obruun-
tur. Unde et Nabuchodonosor vincente scribitur: Prin-
ceps cocorum destruxit muros Hierusalem. Quid enim per
muros hierusalem significans scripture exprimitur / nisi virtu-
tes anime/que ad pacis visionem tendit? Aut quis cocorum
princeps nisi venter accipitur: cui diligentissima a coquen-
tibus cura seruitur? Muros igitur Hierusalem princeps
cocorum destruit: quia virtutes anime dum non restringitur ven-
ter/perdit. Hinc est q Paulus contra Hierusalem menia de-
certanti vires cocorum principi subtrahebat/cum dice-

j. Cor.ix. ret: Castigo corpus meum/et seruituti subijcio: ne forte
Ibidem. alijs predicans/ipse reprobus efficiar. Hinc etiam premi-
sit dicens: Sic curro/non quasi in incertum: sic pugno/non
quasi aerem verberans. Quia cum carnem restringimus:
ipsis abstinentie nostre ictibus non aerem/sed immundos
spiritus verberamus: et cum hoc quod est intra nos subijci-
mus/extrapositis aduersarijs pugnas damus. Hinc est

Dan.iij. q cum rex babylonis succendi fornacem iubet/naphthe/
I stuppe/picis et malleoli ministrari congeriem precepit: sed tamen
abstinentes pueros hoc igne minime consumit: quia anti-
quus hostis licet innumeras ciborum concupiscentias nostris
obtutibus opponat/quibus libidinis ignis crescat / bonis
tamen mentibus superni spiritus gratia insibilat: vt a carna-
lis concupiscentie estibus illese perdurent: vt etsi vsque ad ten-
tationem cordis flamma ardeat/vsque ad consensum ta-
men tentatio non exurat. Capitulum.xxvij.

Sciendum preterea est q quinque nos modis gule
vitium tentat. Aliquando namque indigentie tem-
pora preuenit: aliquando vero tempus non preuenit/
sed cibos lautiores querit: aliquando queslibet sumenda
preparari accuratius expetit: aliquando autem et qualitati ciborum
et tempori congruit: sed in ipsa quantitate sumendi mensuram
moderate refectionis excedit. Nonnunque vero et abiectius
est quod desiderat: et tamen ipso estu immensi desiderij de-

j.Re.xiiij. terius peccat. Mortis quippe sententiam patris ore Io-
nathas meruit: quia in gustu mellis constitutum edendi tem-
Num.xi. pus anteceffit. Et ex egypto populus eductus/in eremo
occubuit: quia despecto manna/cibos carnium petijt/quos
j.Reg.ij. lautiores putauit. Et prima filiorum Heli culpa suborta
est q ex eorum voto sacerdotis puer non antiquo more co-
ctas vellet de sacrificio carnes accipere / sed crudas que-
reret/quas accuratius exhiberet. Et cum ad Hierusa-

lem dicitur: Hec fuit iniquitas sodome sororis tue / su- K
perbia/saturitas panis/et abundantia: aperte ostendi- Eze.xvj.
tur q idcirco salutem perdidit: quia cum superbie vitio men-
suram moderate refectionis excessit. Et primogenitorum
gloriam Esau amisit: quia magno estu desiderij vilem ci-
bum scilicet lenticulam concupiuit: quam dum vendendo etiam
primogenitis pretulit/quo in illam appetitu anhelaret
indicauit. Neque enim cibus/sed appetitus in vitio est.
Unde et lautiores cibos plerunque sine culpa sumimus/et
abiectiores non sine reatu conscientie degustamus. Hic
quippe quem diximus Esau primatum per lenticulam
perdidit: et Helias in eremo virtutem spiritus et carnes edendo † alias cor-
seruauit. Unde et antiquus hostis quia non cibum/sed cibi poris.
concupiscentiam esse causam damnationis intelligit: et pri-
mum sibi hominem non carne/sed pomo subdidit: et secundum Gen.iij.
non carne/sed pane tentauit. Hinc est q plerunque culpa com- Mat.iiij.
mittitur/etiam cum abiecta et vilia sumuntur. Neque enim Adam
solus vt a vetito se pomo suspenderet/preceptum prohibi-
tionis accepit. Nam cum alimenta quedam saluti nostre de-
contraria indicat: ab ijs nos quasi per sententiam vetat.
Et dum concupiscentia noxia attingimus: profecto quid aliud
quam vetita degustamus? Ea itaque sumenda sunt: que natu-
re necessitas querit: et non que edendi libido suggerit.
C S. Magna summa discretione moderandum sit: vt non
carnem quis/sed vitia carnis occidat: et sic parcat ciui/
vt eum hostem non nutriat.

C Sed magnus discretionis labor est huic exactori et ali- L
quid impendere/et aliquid denegare: et non dando gulam re-
stringere/et dando naturam nutrire. Que fortasse discre-
tio subinfertur/cum dicitur: Clamorem exactoris non audit.
Sermo namque huius exactoris est necessaria postulatio na-
ture. Clamor vero eius est mensuram necessitatis transiens
appetitus gule. Hic itaque onager exactoris huius sermonem
audit/clamorem non audit: quia discretus vir ac continens
et vsque ad temperandam necessitatem ventrem reficit/
et a voluptate restringit. Capitulum.xxviij.

Sciendum vero est q sic voluptas sub necessita- Volupta-
te se palliat / vt vix eam perfectus quisque discer- tis sub ne-
nat. Nam dum solui debitum necessitas petit: cessitatis
voluptas explere desiderium suppetit: et tanto gula secu- specie pal-
rius in precepta rapit / quanto sub honesto nomine neces- liatio.
sitatis explende se contegit. Sepe autem in ipso edendi
via furtim adiuncta voluptas subsequitur: nonnunque
vero impudenter libera etiam preire conatur. Facile au-
tem est deprehendere cum voluptas eius necessitatem
preuenit: sed valde est difficile discernere / cum in ipso
esu necessario se occulta subdigit. Nam quia precedentem
nature appetitum sequitur: quasi a tergo veniens tar-
dius videtur. Eo enim tempore quo necessitati debi-
tum soluitur/quia per esum voluptas necessitati misce-
tur/quid necessitas petat: et quid (sicut dictum est) vo-
luptas suppetat/ignoratur. Sepe vero et discernimus: M
et quia vtraque per experientiam sibi coniunctam nouti-
mus: in hoc quod extra metas rapimur/libere reficiendo
fallimur: et dum sibi mens ex necessitate blanditur/ex vo-
luptate decipitur. Scriptum quippe est: Carnis curam Ro.xiij.
ne feceritis in desiderijs. Que igitur fieri in desiderio Carnis
prohibetur/in necessitate conceditur. Sed sepe dum in- cura quo
cautius necessitati condescendimus/desiderijs deseruimus. facienda.
Nonnunque vero dum desiderijs immoderatius obuia-
re nitimur/necessitatis miserias augemus. Sic enim ne- Ars contine-
cesse est vt artem quisque continentie teneat: quatenus non tie quo te-
carnem/sed vitia carnis occidat. Nam plerunque dum plus nenda.
iusto caro restringitur: etiam ab exercitatione boni ope-
ris eneruatur: vt ad orationem quoque vel predicationem
non sufficiat / dum incentiua vitiorum in se funditus
suffocare festinat. Adiutorem quippe habemus intentio-
nis interne/hunc hominem quem exterius gestamus: et
ipsi insunt motus lasciuie: ipsi effectus suppetunt opera-
tionis bone. Sepe vero dum in illo hostem insequimur:
etiam ciuem quem diligimus trucidamus: et sepe dum
quasi conciui parcimus / ad prelium hostem nutrimus.
Eisdem namque alimentis vitia superbiunt: quibus nutrite vir-
tutes viuunt. Et cum virtus alitur: plerunque vires vitijs au-
gentur. Cum vero immensa continentia vitiorum vires extenuat:
etiam virtus deficiens anhelat. Unde necesse est vt inte- Doctrina
rior homo noster equus quidam arbiter presideat inter
se et eum quem exterius gestat: quatenus ei homo suus

A

exterior & semper ad debitum ministerium seruire sufficiat: et nunꝙ̃ super de libera ceruice cõtradicat: nec moueat si quid suggerẽdo submurmurat/ dũmodo cũ semper superposita calce dominationis premat. Sicq̃ fit vt dum repressa vitia reniti quidẽ nobis patimur: et tamen hec nobiscum congredi ex equo ꝓhibemus/ nec vitia contra virtutem preualeant: nec rursum virtus cum vitiorum omnimoda extinctione succũbat. Qua in re sola elatio funditus extinguitur: q̃ quis victorie seruat/ ad edomãdam tamen cogitationum superbiam continua nobis pugna seruatur. Unde bene hic q̃ vnusquisq̃ vir cõtinẽs & debite necessitati cõgruit/ et violente voluptati cõtradicit/ voce diuina dr̃: Clamorem exactoris nõ audit. Quia aũt disertus vir eo ad intelligẽda superiora se eleuat/ quo in se carnis licentiam castigat: recte post contẽptum exactoris clamorem subditur.

¶ S. Q̃ viri sancti licentiis carnis seiuniorum virtute extinctis/ celesti dulcedine pascantur.

¶ [Circũspicit mõtes pascue sue.] Montes pascue sunt alte contẽplationes interne refectionis. Sancti enĩ viri q̃to magis se exterius despiciẽdo deijciũt/ tãto amplius interius reuelationum contẽplatione pascuntur. Unde

Ps. lxxxiij

scriptum est: Ascensus in corde eius disposuit in conualle lachrymarum. quia quos exterius in fletu conterit conuallis humilitatis/ eos interius subleuat ascensus contemplationis. Capitulum. xxix.

B

Montes etiam pascue sunt sublimes virtutes angelorum. Que idcirco hic nos ministrando et adiuuando reficiũt: q̃ illic interno contẽplationis rore pinguescunt. Que quia largiente deo in omni nos certamine protegũt: recte circũspici dicũtur. Undiq̃ enĩ nobis adesse circũspicimus/ quorum defensione ꝯtra aduersarios ex omni latere munimur. Possunt adhuc montes pascue accipi alte sententie scripture sacre: de quibus per Psalmistam dr̃: Montes excelsi cer-

Ps. ciij.

uis. q̃ hi qui iam date contẽplationis saltus nouerunt/ altos sentẽtiarum diuinarum vertices quasi cacumina montium ascendunt. ad que profecto cacumina q̃ infirmi peruenire non valent/ recte illic subditur: Petra refugium herinacijs. q̃ videlicet inualidos non sublimiter intelligentia exercet/ sed sola in christo fides humiliter continet. Sequitur: [Uirentia queq̃ perquirit.] Arentia quippe sunt omnia que temporaliter condita/ venturo fine a iocũditate vite presentis quasi estiuo sole siccentur. Uirentia aũt sunt vocata/ que nulla temporalitate marcescunt. Huic ergo onagro virentia perquirere est/ sancto vnicuiq̃ viro despectis rebus transitorijs/ in eternum mansura desiderare. Cuncta ꝟo hec que de onagro dicta sunt: intelligi etiam & aliter possunt. Que repetito superiori versu exponimus: vt lectoris iudicio qd̃ eligendum crediderit/ relinquamus. Igitur postq̃ predicatorum dispensatio sub ceruarum pretextu descripta est: vt ostẽderetur per quem hec eadem virtus predicationis

C

datur: ilico cõmemoratio de diuina incarnatione subnectitur/ vt dicatur: [Quis dimisit onagrum liberum?] Nec indignum quis iudicet per tale animal incarnatũ dñm posse figurari: dum constat oĩbus quia per significationem quãdam in scriptura sacra & vermis & scarabeus

Ps. xxi.

ponatur: sicut scriptum est: Ego aũt sum vermis/ et non homo. Et sicut apud septuaginta interpretes per ꝓphetam dicitur: Scarabeus de ligno clamauit. Cum ergo nominatis rebus tam abiectis & vilibus figuratur: quid de illo contumeliose dicitur/ de quo cõstat q̃ proprie nihil dicatur? Uocatur etenim agnus/ sed ꝓpter innocentiam. Uocatur leo/ sed propter potentiam. Aliquando etiam serpẽti comparatur/ sed propter sapiẽtiam. Atq̃ ideo per hec oĩa dici figuraliter potest: q̃ de his oĩbus credi aliquid essentialiter non potest. Si enĩ vnum horum quodlibet essentialiter existeret: alterum iam dici non posset. Nam si agnus proprie diceretur: leo iam vocari non poterat. Si leo ꝓprie diceretur: per serpẽtem signari non posset. Sed hec in illo oĩa dicimus tãto latius in figura/ q̃to longius ab essentia. Potest & onager incarnatum dñm designare. Agreste quippe animal est onager. Et q̃ incarnatus dñs gẽtilitati magis q̃ iudee ꝓfuit: animale corpus assumẽs/ quasi non in domũ/ sed potius in agrũ venit. De quo agro gẽtilitatis p psalmistam dr̃:

Ps. xlix.

Species agri mecum est. Incarnatus itaq̃ dñs q in forma dei equalis est patri: in forma serui minor est patre/ qua minor est etiam seipso. Capitulum. xxx.

D

Dicatur ergo a patre de filio s̃m formã serui: Quis dimisit onagrum liberum/ et vincula eius quis soluit? Omnis quippe qui peccat/ seruus est peccati. Et quia incarnatus dominus particeps nostre factus est nature/ non culpe: liber dimissus dicitur:

Psalm. lxxxvij.

quia sub peccati dominio nõ tenetur. De quo ꝑ dauid scriptum est. Inter mortuos liber. Dimissus dicitur: quia naturam nostram suscipiens/ iniquitatis iugo nullo modo tenetur. Quem q̃uis macula culpe nostre non attigit: passio tamen nostre mortalitatis astrinxit. Unde et postq̃ liber dimissus dicitur: recte de illo adiungitur [Et vincula eius quis soluit?] Uincula quippe eius tũc soluta sunt: cum infirmitates passionis illius in resurrectionis sunt gloriam cõmutate. Quasi quedam vincula dñs habuit (ea que nos iuste merito patimur) nostre mortalitatis infirma: quibus & vsq̃ ad mortem sponte ligari se voluit: et que per resurrectionem mirabiliter soluit. Esurire enim/ sitire/ lassescere/ teneri/ flagellari/ crucifigi/ nostre mortalitatis vinculum fuit. Sed cum expleta morte velum tẽpli rũperetur/ scinderẽtur petre/ monumẽta pãderẽtur/ inferni claustra pate fierẽt/ quid aliud tot argumẽtis tãte virtutis ostenditur/ nisi q̃ illa infirmitatis vincula soluebãtur: vt is qui ad suscipiendam serui formam venerat/ in ipsa serui forma ab inferni vinculis absolutus/ ad celum etiam cũ mẽbris liber rediret? De quibus eius vinculis Petrus attestatur/ di-

i. Petri. i.

cens: Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta qd̃ impossibile erat illum teneri ab eo. Et q̃ post mortem suã atq̃ resurrectionem ad grãm fidei gẽtilitatem vocare dignatus est: postq̃ dicta sunt soluta eius vin-

E

cula: apte subiũgitur: [Cui dedi in solitudine domum: et tabernacula eius in terra salsuginis.] In gentilitate enĩ in qua patriarcha nõ fuit/ ꝓpheta nõ fuit: q̃ ad intelligẽdũ deũ qui rõne viueret nõ fuit/ homo pene non fuit. De hac solitudine per Esaiam dicit: Letabitur deser-

Esa. xxxv

ta & inuia: et exultabit solitudo: et florebit quasi lilium. Et rursum de ecclesia dr̃: Ponet desertum eius quasi de-

Esaie. li.

licias: et solitudinem eius quasi hortum dñi. Terra vero salsuginis hec eadem solitudo reperita est: que priusq̃ veram dei sapientiam cognosceret/ salsuginem protulerat: q̃ nullam viriditatem boni intellectus proferens/ peruersa sapiebat. Domũ ergo in solitudine et tabernaculum in terra salsuginis accepit: q̃ incarnatus pro hominibus deus/ derelicta iudea/ gentilitatis corda possedit. Un[de] … ei patris voce per ꝓphetam dicitur: Postu-

Ps. ij.

la a me/ et dabo tibi gẽtes hereditatem tuã: et possessionem tuam terminos terre. Qui iuxta hoc q̃ deus est/ cũ patre dat omnia: iuxta hoc vero q̃ homo est/ a patre accipit omnia: sicut scriptum est: Potestatem dedit ei & iu-

Joan. v.

dicium facere: quia filius hominis est. Et rursum scri-

Joã. xiij.

ptum est: Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.

Joan. vi.

Uel sicut ipse dicit: Omne quod dat mihi pater/ ad me veniet. Jam ꝟo si queritur quid inter domum ac tabernaculum distet: domus in habitatiõe est: tabernaculum in itinere. Corda itaq̃ gẽtilium quasi quedam tabernacula habuit veniẽdo: sed ea per iustitiam firmãs/ domũ fecit habitãdo. Et q̃ eorum vitam ad quos venerat/ imitari despexit/ recte dicitur: [Contẽnit multitudinem ciuitatis] i. mores despicit humane conuersationis. Homo

F

quippe inter homines factus / vsum tenere hoim noluit. Idcirco nãq̃ inter nos homo factus est: vt non solũ nos sanguine fuso redimeret/ sed etiã ostenso exẽplo cõmutaret. In cõuersatione igitur nostra et veniẽdo alia inuenit/ et viuẽdo alia docuit. Studebãt enĩ oẽs superba Adam stirpe progeniti/ prospera vite presentis appetere/ aduersa deuitare: opprobria fugere/ gloriam sequi. Uenit inter eos dñs incarnatus aduersa appetẽs/ prospera spernens/ opprobria amplectens/ gloriam fugiẽs. Nam cum iudei illum regem sibi cõstituere voluissent/ fieri rex refugit. Cum vero eum interficere molirentur: sponte ad crucis patibulum venit. Fugit ergo qd̃ oẽs appetunt: appetijt quod omnes fugiũt. Sed cum fugit quod omnes appetunt: appetijt quod omnes fugiunt/ fecit quod omnes mirarentur: vt et mortuus ipse resurgeret: et morte sua alios de morte resuscitaret.

Capitulum. xxxi.

G

Due quippe vite sunt hois in corpore consistē tis; vna ante mortem / alia post resurrectionem: quarum vnam oēs agendo nouerāt / alterā nesciebāt: et humanum genus soli huic quā nouerat intēdebat. Venit per carnem dñs: et dum suscepit vnam / alteram demōstrauit. Dum hanc nobis cognitā suscepit / illam que nobis est incognita / ostēdit. Moriēdo quippe vitam exercuit quam tenemus / resurgēdo aperuit quā querimus: exēplo suo nos docens q̄ hec vita quam ante mortem ducimus / non ꝑpter se amāda sit / sed ꝑpter alteram toleranda. Quia ergo noua conuersatione visus inter hoīes: mores babylonie secutus non est: bene de eo scriptum est: Cōtēnit multitudinem ciuitatis. Vel certe q̄ multos per spatiosam viā vagātes deseruit: et per angustā gradiētes paucos elegit. Multitudinem nāq̄ ciuitatis contēnere / est humani generis partem que latam viā ingreditur / que ꝛ pro abūdātia iniquitatis multa est / a regni sui sorte reprobare. Sequitur: [Clamorē exactoris non audit.] Sicut supra dictum est: quis hoc loco exactor accipi nisi diabolus potest: qui male suadēdo spem contulit immortalitatis / sed decipiēdo exigit tributum mortis: qui suadēdo intulit culpam / seuiēdo exigit penam. Huius exactoris sermo est ante mortem hois astuta persuasio. Clamor vo eius est violenta iam rapina post mortem. Quos enim ante mortem latenter intercipit: hos ad supplicij sui cōsortium post mortem violenter rapit. Sed q̄ɜ ad mortem veniens dñs huius exactoris violentos impetus non expauit / sicut ipse ait:

H

Venit eīm princeps huiꝰ mūdi / et in me nō habet quicq̄. bene dr: Clamorem exactoris non audit. Venit quippe ad eum exactor humani generis: q̄ɜ illum hoīem vidit. Sed quem infirmitate despectum hoīem credidit: virtute supra hominem sensit.

¶ S. Quid sit q̄ Laban idola apud Jacob posita non reperit.

¶ Huius nimirum exactoris typū Laban tenuit quādo cū furore veniens / sua apud Jacob idola requisiuit.

Genesis xxxi.

Laban quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio aūt non inconueniēter diabolus accipitur: qui cum sit tenebrosus ex merito / transfigurat se velut angelum lucis. Huic seruiuit Jacob. i. ex parte reproborum iudaicus populus: cuius ex carne incarnatus dñs venit. Potest etiam per Laban mundus hic exprimi: qui cum furore Jacob persequitur: quia electos quosq̄ qui redēptoris nostri membra sunt / persequendo opprimere conatur. Huius filiam. i. siue mundi siue diaboli Jacob abstulit: cum sibi xp̄s ecclesiam ex gentilitate coniunxit. Quam et de domo patris abstrahit: quia ei per prophetam dicit: Obliuiscere populum tuum et domum patris tui.

Ps. xliiij.

Quid vero in idolis nisi auaritia designatur? Unde per Paulum dicitur: Et auaritia / que est idolorum seruitus. Laban ergo veniens apud Jacob idola non inuenit: quia ostensis mundi thesauris / diabolus in redemptore nostro vestigia concupiscētie terrene non reperit.

Colo. iij.

Sed que Jacob non habuit: ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe que et ouis dicitur / ecclesia figuratur. Sedere autem est humilitatem penitentie appetere: sicut scriptum est: Surgite postq̄ȝ sederitis. Rachel ergo idola sedendo operuit: q̄ɜ sancta ecclesia christum sequens / terrene concupiscentie vitia penitēdo texit. De hac coopertione vitioꝝ per psalmistam dicitur: Beati / quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. Nos igitur Rachel illa signauit: qui idola sedendo premimus / si culpas auaritie penitendo dānamus. Que vtiq̄ auaritia illis non solet euenire qui in via dñi viriliter currunt / quibus dicitur: Viriliter agite / et confortetur cor vestrum. Sed his maxime qui quasi effeminato gressu gradientes / per blandimēta seculi resoluuntur. Unde et illic eiusdem Rachelis hec verba sunt: Juxta consuetudinem feminarum nūc accidit mihi. Apud Jacob ergo idola Laban non reperit: q̄ɜ exactor callidus q̄d in redēptore nostro reprehenderet non inuenit. De quo exactore redēptori nostro gentilitatem ab eius dominio liberanti per prophetam dicitur: Jugum enim oneris eius / et virgam humeri eius: et sceptrum exactoris eiꝰ superasti sicut in die madian. Eripiens quippe gentilitatem dñs superauit iugū oneris eius / cum eam aduentu suo ab illa demoniace tyrannidis seruitute liberauit. Superauit virgam humeri eius: cū percussionem illius que ex peruerso opere grauiter deprimebat / ab humano genere redēptor compescuit. Superauit sceptrum exactoris eius: cum regnum eiusdem diaboli qui pro pestifera perpetratione vitioꝝ exigere consueuerat debita tributa penarum / de fideliū corde destruxit.

I

Psalm. xxxvi.

Ps. xxxi.

Ps. xxx.

Gen. xxxi.

Esaie. ix.

K

¶ S. Quid sit q̄ Gedeon cōtra madian dimicaturus / per preceptum dñi quoscūq̄ flexis genibꝰ ad bibēdum aquas haurire conspexit / repulit a conflictu / eos vo qui stantes manibꝰ aquas quasi canes lambebāt / tubis ꝛ lāpadibus ꝛ lagenis armauit.

Capitulum. xxxij.

Sed quomodo hec acta sunt audiamus. Subiunctum est illico: Sicut in die madian. Non absre arbitror si hoc madianitaꝝ bellum qđ in cōparatione aduentus dominici a propheta vigilanter illatum est: aliquāto latius disseramus. In libro quippe Judicum Gedeon cōtra madianitas dimicasse describitur. Is cum exercitus multitudinem ad bella produceret: diuina illi admonitione preceptum est / vt ad fluuium veniens / omnes quos flexis genibus aquas haurire conspiceret: a belloꝝ conflictu remoueret. Actūq̄ est vt trecenti viri tātūmodo qui stantes manibꝰ aquas hauserāt / remanserint. Cū his ad prelium pergit: eosq̄ non armis / sed tubis / lampadibus et lagenis armauit.

Judi. vij.

L

Nam sicut scriptum est: Accensas lampades miserūt intra lagunculas / et tubas in dextra: lagenas autem in sinistra tenuerunt: et ad hostes suos cominus venientes cecinerunt tubis / confregerunt lagunculas / lampades aperuerūt: et hinc tubarum sonitu / illinc lampadarum choruscatione territi hostes sunt in fugam conuersi. Quid hoc est q̄ tale bellum per prophetam ad medium adducitur: et aduētui redemptoris nostri illius pugne victoria comparatur? An indicare propheta nobis studuit q̄ aduentum redemptoris nostri contra diabolum illa sub Gedeon duce pugne victoria designauit? Talia ille nimirum acta sunt: que q̄to magis vsum pugnandi transeunt / tanto ampliꝰ a prophetandi mysterio non recedunt. Quis enim vnq̄ȝ cum lagenis ꝛ lampadibus ad prelium venit? Quis cōtra arma veniēs / arma deseruit? Ridicula nobis hec profecto fuerant / si terribilia hostibus non fuissent. Sed victoria ipsa testante didicimus ne parua hec que facta sunt ꝑpendamus. Gedeon itaq̄ ad prelium veniens / redēptoris nostri signat aduētum: de quo scriptum est: Tollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales / et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? Dñs fortis ꝛ potens: dominꝰ potēs in prelio. Hic redemptorem nostrum nō solum opere / sed etiam nomine prophetauit. Gedeon nāq̄ interpretatur circūiens in vtero. Dñs eīm noster per maiestatis potentiam omnia complectitur: et tamen per dispensationis gratiam intra vterum virginis humanitatem sumens venit. Quis est ergo circūiens in vtero / nisi oīpotēs deꝰ sua dispensatione nos redimēs: diuinitate cūcta cōplectens: et humanitatem intra vterum sumēs? in quo vtero ꝛ incarnatus est / et clausus non est: q̄ɜ ꝛ intra vterum fuit per infirmitatis substātiam: ꝛ extra mūdum per potentiam maiestatis. Madian vo interpretatur de iudicio. Ut enim hostes eius repellendi destruēdiq̄ essent / non de vitio repellentis / sed de iudicio iuste iudicantis fuit. Et idcirco de iudicio vocantur: q̄ɜ alieni a gratia redēptoris / iuste dānationis meritum etiam in vocabulo nominis trahunt.

Ps. xxiij.

M

Capitulum. xxxiij.

Contra hos Gedeon cum trecentis pergit ad prelium. Solet in centenario numero plenitudo pfectionis intelligi. Quid ergo per ter ductum centenarium numerum designatur / nisi perfecta cognitio trinitatis? Cum his quippe dñs noster aduersarios fidei destruit: cum his ad predicationis bella descendit; qui possunt diuina cognoscere; qui sciunt de trinitate (que deus est) perfecta sentire. Notādum vero est q̄ɜ iste trecentenarius numerus in tau littera continetur / que crucis speciem tenet. Cui si super transuersam lineam id quod in cruce eminet adderetur: non iam crucis species / sed ipsa crux esset. Quia ergo iste trecentoꝝ numerus in tau littera continetur: et per tau litteram (sicut diximus) species crucis ostenditur: non immerito in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designa:

Differētia figuraꝝ inter Tau ꝛ crucis †.

[A] ti sunt/quibus dictum est: Si quis vult post me venire/
[Luce.ix.] abneget semetipsum: et tollat crucem suam/et sequat me.
Qui sequẽtes dñm/tanto verius crucem tollũt/quanto
acrius r se edomãt: et erga ꝓximos suos charitatis cõ:
passione cruciantur. Unde r per Ezechielem ꝓphetam
[Ezech.ix.] dicitur: Signa tau super frontes viroꝝ gemẽtium r do
lentium. Uel certe in his trecẽtis qui in tau littera con:
tinẽtur/hoc exprimitur/ꝙ ferrum hostium crucis ligno
superetur. Ductiqꝫ sunt ad fluuium vt aquas biberent:
et ꝗ aquas flexis genib⁹ hauserunt/a bellica intentione
remoti sunt. Aquis nãqꝫ doctrina sapiẽtie: stante aũt ge
nu recta operatio designatur. Qui ḡ dum aquas bibũt/
genu flexisse ꝓhibẽtur/a belloꝝ certamine ꝓhibiti reces:
serũt: qꝛ cum illis xp̃s contra hostes fidei pergit ad pre:
lium: qui cum doctrine fluenta hauriunt/rectitudinem
operum non inflectũt. Oẽs quippe tũc bibisse aquã/sed
nõ oẽs recto genu stetisse narrati sunt. Reprobatiqꝫ sũt
qui genua dum aquas biberent inflexerũt: qꝛ attestante
[Roma.ij.] Apostolo/non auditores legis iusti sunt apud deũ: sed
factores legis iustificabũtur. Qꝛ eñ (vt diximus) disso:
lutio operũ in ipsa genuum incuruatione signatur: recte
[Heb.xij.] rursum per Paulum dr: Remissas manus et dissoluta
genua erigite: et gressus rectos facite pedibus vestris.
Hi ergo xp̃o duce ad bellum ꝓcedũt: qui hoc qđ ore an:
nunciãt/opere ostendũt: qui fluenta doctrine spiritua:
liter haurũt: nec tamen in prauis operib⁹ inflectuntur
[Eccli.xv.] carnaliter: qꝛ sicut scriptum est: Non est speciosa laus in
ore peccãtis. Itum ḡ est ad prelium cum tubis/cum lam
[B] padibus/cũ lagenis. Inusitatus iste (vt diximus) fuit
ordo preliãdi. Cecinerũt tubis/et sinistris lagene tene:
bãtur: intra lagenas aũt sunt misse lampades: cõfractis
vero lagenis lampades ostense sunt: quarũ choruscante
luce/hostes territi in fugam vertũtur. Designatur itaqꝫ
in tubis clamor predicãtium: i lãpadib⁹ claritas mira:
culoꝝ: in lagenis fragilitas corpoꝝ. Tales quippe secũ
dux noster ad predicatiõis prelium duxit/qui despecta
salute corpoꝝ/hostes suos moriendo ꝓsternerẽt: eorũqꝫ
gladios non armis/non gladijs/sed patiẽtia superarẽt.
Armati eñ venerunt sub duce ad prelium martyres no:
stri: sed tubis/sed lagenis/sed lampadibus. Qui sonue:
runt tubis/dum predicant: confregerunt lagenas/dum
soluenda in passione sua corpora hostilib⁹ gladijs oppo
nunt: resplenduerũt lampadibus/dum post solutionem
corpoꝝ/miraculis choruscauerũt. Moxqꝫ hostes in fu:
gam cõuersi sunt: qꝛ dum mortuoꝝ martyꝝ corpora mi:
raculis choruscare conspiciunt/luce veritatis fracti qđ
impugnauerãt crediderũt. Cecinerũt ergo tubis/vt la:
gene frangerẽtur: lagene fracte sunt/vt lampades appa
rerent: apparuerũt lampades/vt hostes in fugam verte:
rentur. i. predicauerũt martyres/donec eoꝝ corpora in
morte soluerentur: corpora eoꝝ in morte soluta sunt/vt
miraculis choruscarẽt: choruscauerũt miraculis/vt ho
[C] stes suos ex diuina luce ꝓsternerent: quatenus nequaqꝫ
deo erecti resisterẽt/sed cum subditi formidarẽt. Et no:
tandum ꝙ steterunt hostes ante lagenas: fugerunt ante
lampades: quia nimirum persecutores sancte ecclesie si
dei predicatoribus adhuc in corpore positis restiterũt:
post solutionem vero corporum apparentibus miracu:
lis in fugam versi sunt: quia pauore conterriti/a persecu
tione fidelium cessauerunt. Predicatione scilꝫ tubarũ/
fractis lagenis corporum/visis timuerũt lampadibus
miraculorum. Capitulum .xxxiiij.

I ruẽdum est etiam id quod illic scriptum est:
qꝛ in dextera tubas/lagenas aũt in sinistra te:
nuerũt. Pro dextero eñ habere dicimur/qcqd
pro magno pensamus: pro sinistro ĥo qđ pro nihilo du:
cimus. Bene ergo illic scriptum est ꝙ in dextera tubas/
lagenas aũt in sinistra tenuerũt: qꝛ xp̃i martyres pro ma
gno habẽt predicatiõis gratiam: corpoꝝ ĥo vtilitatem
pro minimo. Quisquis eñ plus facit vtilitatem corpo:
ris ꝙ gratiam predicationis/in sinistra tubam/atqꝫ in
dextera lagenam tenet. Si eñ priori loco gratia predi:
cationis attenditur/et posteriori vtilitas corporis: cer:
tum est quia dextris tube/et sinistris lagene tenentur.
[Matth.v.] Hinc dñs in euangelio ait: Neqꝫ accendunt lucernam
et ponũt eam sub modio/sed sup candelabrum. In mo:
dio eñ cõmodum tẽporale: in lucerna aũt lux predica:
tionis accipitur. Lucernam ergo sub modio ponere est
propter temporale cõmodum/gratiam predicationis [D]
abscondere: qđ nemo vtiqꝫ electorum facit. Et bene illic
additur: Sed super candelabrum. In candelabro enim
status corporis designatur: cui lucerna superponitur/
dum eidem corpori cura predicationis anteferitur. Be:
ne itaqꝫ per ꝓphetam dictum est: Sceptrum exactoris [Esaie.ix.]
eius superasti: sicut in die madian. Sed qꝛ exponendi
prophetici testimonij gratia longe digressi sumus/ad
operis nostri ordinem reuertamur.

¶ S. Ꝙ onager iste ad xp̃m referatur: qui vocem exa:
ctoris diaboli nõ audiuit: qꝛ in illo nil malign⁹ inuenit.

¶ Igitur postqꝫ dictum est: Clamorem exactoris non
audit: qꝛ videlicet antiqui hostis insidias dñs in carne
manifestatus despexit: quid etiã de electis suis fecerit/
recte subiũgit dicẽs: [Circũspicit montes pascue sue.]
Montes accipimus oẽs elatos huius seculi: qui in cor:
de suo altitudine terrena tumuerũt. Sed qꝛ etiam tales
inquisitione ventilari: quia et terra que sepius arando vertitur/ad frugem vberius aptatur. Que igitur aliter de rhinocerote ac struthione sentimus/sub breuitate pstringimus: quia ad ea que obligatiora sunt enodanda properamus. Capitulum.xiij.

Rhinocerotis fortitudo.

Rhinoceros iste (q̄ etiam monoceros i grecis exēplaribꝰ noiat) tāte esse fortitudinis dr̄/ vt nulla venantiū virtute capiatur. Sed sicut hi asserunt q̄ describēdis naturis aialium laboriosa inuestigatione sudauerūt/ virgo ei puella ꝓponitur: que venienti sinū aperit: in quo ille omni ferocitate postposita caput deponit: sicq; ab eis a quibꝰ capi querit/repente velut inermis inuenit.

Modꝰ capiēdi eiꝰ.

Buxei q̄q; coloris esse describitur. qui etiam cū elephātis q̄si certamen aggreditur/eo cornu qd in nare singulariter gestat/ventrem aduersantiū ferire ꝓhibetur: vt cū ea que molliora sunt vulnerat/ impugnātes se facile sternat. Potest ergo ꝑ hunc rhinocerotē vel certe monocerotē / scz vnicornē: ille populus intelligi qui dū de accepta lege nō opere/sed sola inter cūctos holes elatione sumpsit: q̄si inter ceteras bestias cornu singulare gestauit. Un̄ passionē suā dn̄s ꝓphetē canēte ꝓnuncians ait. Libera me de ore leonis: et de cornibus vnicornuū humilitatem meā.

Ps.xxi.

Tot quippe in illa gēte vnicornes vel certe rhinocerotes extiterunt, q̄t ꝯtra pdicamenta veritatis de legis operibus singulari ⁊ ferus elatione confisi sunt. Beato igit Job sancte ecclesie typū tenēti dicit: Nūquid volet rhinoceros seruire tibi? Ac si apte dicatur: Nunquid illum populū quē supbire in nece fidelium sua elatione consideras/ subiure tue pdicationis inclinas: subaudis/vt ego: qui ⁊ cōtra me illū singulari cornu extolli ꝓspicio: ⁊ tamē mihi cum

E

voluero plenus subdo. Sed hoc meliꝰ ostēdimus/si de genere ad speciē trāseamus. Ille ergo ex hoc populo et priꝰ in supbia/⁊ postmodū ꝑ cipuus testis in humilitate nobis ad mediū paulꝰ ducat: qui dum ꝯ deū se quasi de custodia legis nesciēs extulit; cornu i nare gestauit. Unde ⁊ hoc ipm naris cornu ꝑ humilitatē postmodum

i.Tim.i.

inclināns dicit: Qui priꝰ fui blasphemus ⁊ psecutor ⁊ cōtumeliosus: sed misericordiā consecutꝰ sum: quia ignorans feci. In nare cornu gestabat/qui placiturū se deo de crudelitate confidebat: sicut ipse postmodū semetipsum redarguēs dicit: Et pficiebam in iudaismo supra

Gala.i.

multos coetaneos meos in genere meo: abūdantiꝰ emulator existens paternaꝝ mearū traditionū. Huiꝰ autem rhinocerotis fortitudinē oīs venator extimuit: q̄ sauli seuitiā vnusq̄sq; pdicator expauit. Scriptum nāq; est:

Act.ix.

Saulus adhuc spirans minarum ⁊ cedis in discipulos dn̄i: accessit ad pᵉncipem sacerdotum/et petijt ab eo epistolas in Damascū ad synagogas: vt si quos inuenisset huiꝰ vite viros ac mulieres/vinctos pduceret in hierusalem. Cū flatus nare reddendꝰ trahit/inspiratio vocatur: et illud sepe p odorē nare deprehēdimꝰ/qd oculis nō

F

videmꝰ. Rhinoceros ergo iste nare gestabat cornu q̄ ꝑcuteret: q̄ minaꝝ ⁊ cedis i dn̄i discipulos spirās: postq̄ psentes interfecerat/absentes querebat. Sed ecce ois ante illū venator abscōdit. i. ois homo rationale sapiēs opinione timoris eiꝰ effugat. Ut ergo hūc rhinocerotē capiat/sinū virgo. i. secretū sui ipa pse inuiolata in carne dei sapientia expādat.

Ibidem.

Scriptū quippe est q̄ cū damascū pgeret: subito circūfulsit illū dic media lux de celo: ⁊ vox facta est/dicens. Saule saule quid me psequeris? Qui pstratus in terra rn̄dit: Quis es dn̄e? Cui illico dicitur. Ego sum Jesus nazarenꝰ/quē tu psequeris. Uirgo nimirū rhinoceroti sinū suū apuit/cū saulo incorrupta dei sapientia incarnationis sue mysteriū de celo loquēdo patefecit. ⁊ fortitudinē suā rhinoceros pdidit: q̄ pstratus humi/omne qd superbū tumebat amisit. Qui dū sublato oculoꝝ lumine/manu ad Ananiā ducit: patet iam rhinoceros iste quibꝰ dei lorio astringitur: q̄ videlicz vno in tēpore cecitate: pdicatione: baptismate ligatur. Qui etiā ad dei psepe motatꝰ est: quia ruminare verba euangelij dedignatꝰ non est. ait em. Ascendi hie-

Gala.ij.

rosolymā cū barnaba/assumpto ⁊ tito. Ascēdi autē ꝯm reuelationē: ⁊ contuli cū illis euāgelium. Et qui priꝰ le-

Act.ix.

iunus audierat: Durū est tibi cōtra stimulū calcitrare: mira postmodū virtute ꝓuidentis ꝓfuse/ex ꝑ ibi pabulo vires obtinuit/et calcē supbie amisit. Lorio quoq; dei

G

non tm̃ a feritate restringit: sed qđ magis sit mirabile/ ad arandũ ligat: vt non solum hoies crudelitatis cornu non impetat/ sed eorũ etiam refectioni seruiens/ aratrũ pdicationis trahat. Ipse quippe de euãgelizantib⁹ quasi de arãtibus dicit. Debet enim in spe qui arat arare: et q̃ triturat/ in spe fructus pcipiẽdi. Qui igit̃ tormẽta pri⁹ fidelibus irrogauerat: ꝑ fide postmodũ flagella libenter portat: qui scripsit etiam epistolis humilis ac despectus pdicat quod dudum terribilis impugnabat: profecto bene ligat⁹ sub aratro desudat ad segetẽ/ qui fuerat in cãpo male liber a timore. De quo recte dicit̃. Ca. xiiij.

[margin: j. Cor. ix.]

An cõfringet glebas vallium post te? Iam scꝫ dñs quorũdam mẽtes intrauerat/ q̃ illum veraciter humani generis redemptorem credebant. Qui tamẽ cũ nequaq̃ a pristina obseruatione recederẽt/ cum dura littere pdicamenta custodirẽt: eis pdicator egregi⁹ dicit: Si circũcidamini/ christus vobis nihil pderit. Qui ergo in humili mente fideliũ legis duritiã redarguendo contriuit: quid aliud q̃ in valle post dñm glebas fregit: ne videlicet grana seminũ q̃ excisus aratro fidei sulcus cordis exciperet/ ꝑ custodiã littere pressa deperirẽt. De quo bene adhuc subdit̃: Nunquid fiduciã habebis in magna fortitudine ei⁹: et derelinques ei labores tuos? In rhinocerotis hui⁹ fortitudine fiduciam de⁹ habuit: quia quãto illũ crudeli⁹ sibi dura inferentẽ ptulit: tãto ꝑ se constantius tolerantẽ aduersa presciuit. Cui labores etiã quos in carne ptulerat dereliquit: quia cõuersum illum vsq̃ ad imitationẽ proprie passionis traxit. Unde ꝑ eũdem rhinocerotẽ dicit̃. Suppleo ea q̃ desunt passionũ christi in carne mea. De quo adhuc subditur. Nunquid credis ei q̃ reddat sementem tibi: et aream tuã congreget? Cõsideremus paulũ quis fuerit: cũ ab ipsa adolescẽtia lapidantiũ adiutor existeret: cum alia ecclesie loca vastaret: et acceptis epistolis vastanda alia peteret/ cũ mors ei fidelium nulla sufficeret: sꝫ semper ad aliorũ interitũ alijs extinctis anhelaret: et ꝑfecto cognoscimus quia nullus tunc fidelium crederet q̃ ad iugũ deus sue formidinis/ vim tante elationis inclinaret. Unde et ananias voce dñica hũc et postq̃ conuersum audiuit extimuit dicẽs. Dñe audiui a multis de viro hoc q̃ta mala sanctis tuis fecerit in hierusalẽ. Qui tamẽ repente cõmutatus ab hoste pdicator efficit̃: et in cunctis mũdi partib⁹ redẽptoris sui nomẽ insinuat: supplicia ꝑ veritate tolerat: pati se q̃ irrogauerat exultat: alios blandimentis vocat: alios ad fidem terrorib⁹ reuocat. Istis regnũ pollicet̃ celestis patrie: illis minat̃ ignes gehẽne. Hos per auctoritatẽ corrigit: illos ad viã rectitudinis per humilitatẽ trahit: atq̃ in omi latere ad manũ se sui rectoris inclinat: et tãta arte dei areã cõgregat/ q̃nta illã prius elatione ventilabat. Capl̃m. xv.

[margin: Gal. v.]

[margin: Col. j.]

H

[margin: Act. vij. et viij.]

[margin: Act. ix.]

Sed neq̃ hoc abhorret a paulo: q̃ rhinoceros bubei coloris dicit̃: et elephantorũ ventres cornu ferire perhibet̃. Quia enĩ viuere sub rigore legis assueuit: arcti⁹ ceteris illo custodia vniuscuiusq̃ virtutis inoleuit. Quid enĩ ꝑ colorẽ bubeũ nisi abstinentie pallor exprimit̃? Cui ipse se tenaciter adherere testatur dicens. Castigo corpus meũ/ et seruituti subijcio: ne forte alijs predicãs ipse reprob⁹ efficiar. Qui diuine legis eruditione preditus: dũ aliorũ ingluuiẽ redarguit/ cornu elephãtes in ventrem ferit. In ventrẽ quippe elephãtes pcusserat/ cũ dicebat. Multi ambulãt quos sepe dicebã vobis: nũc aũt et flens dico inimicos crucis christi: quorũ finis interit⁹: quorũ deus venter est/ et gloria in confusione ipsorũ. Et rursum: Huiusmoi christo dño nõ seruiũt: sed suo vẽtri. Cornu suo igitur rhinoceros iste non iam homines/ sed bestias pcutit: quando illa paul⁹ doctrine sue fortitudine nequaq̃ perimẽdos humiles spernit: sed supbos vẽtris cultores occidit. Que ergo in paulo scripta cognouim⁹: supest vt facta et in alijs credam⁹. Multi quippe ad humilitatis gratiã ex illi⁹ populi elatione conuersi sunt: quorũ seuitiã domin⁹ dũ sub iugo inspirati timoris edomuit: nimirũ rhinocerotis sibi fortitudinẽ subegit. Sed q̃a mira dei potentia q̃d de electis egerit audiuim⁹: nũc mira eius patiẽtia in his quos reprobat q̃d tolerauerit audiam⁹. Penna struthionis similis est pennis herodij et accipitris. Quid struthiõis nomine nisi synagoga signat̃: que alas legis habuit: sed corde in infimis repẽs/ nũq̃ se a terra subleuauit. Quid vero per herodiũ et accipitrẽ/ nisi antiqui patres exprimũtur: qui ad ea q̃ potuerũt intelligẽdo pspicere/ valuerunt etiã viuẽdo puolare? Pẽna igitur struthionis/ herodij et accipitris pñie est similis: q̃a synagoge vox priorum doctrinam loquendo tenuit/ sed viuendo nesciuit. Unde et eiusdẽ synagoge populos d̃ phariseis atq̃ scribis veritas admonet dicẽs: Sup cathedrã Moysi sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo quecũq̃ dixerint vobis/ seruate et facite: sm̃ opa vero eorũ nolite facere. Multa autẽ dicere de herodij vita potuim⁹: sed quia penna eius tantũmodo ad memoriã deducitur/ de vita loqui prohibemur. Capl̃m. xvj.

[margin: I]

[margin: K]

[margin: Matth. xxiij.]

Quãdo derelinq̃t in terra oua sua: tu forsitan in puluere calefacies ea? In ouis aliud est qđ cernitur/ aliud qđ speratur: et videri spes non potest: paulo attestãte/ q̃ ait. Qđ enĩ videt quis/ q̃d sperat? Quid ergo ꝑ struthiõis oua/ nisi de synagoge carne editi apostoli designant̃: q̃ dũ se in mũdo despectos atq̃ humiles exhibent/ sperare gloriã in supnis docẽt. Abiecti nãq̃ et quasi nullius momenti apud elatos habiti/ in terra velut oua iacuerunt: sed intus in eis latebat vnde viuerẽt: et subleuati spei pennis ad celestia volarẽt. Que oua struthio in terra dereliquit: q̃a eos quos carne genuerat synagoga apostolos audire contẽnens/ vocande gẽtilitati deseruit. Mira autẽ potentia dñs hec eadem in puluere oua calefacit: quia viuos apostolorũ fetus in illa abiecta dudum gẽtilitate suscitauit: et quos synagoga velut insensatos iuluificatosq̃ desperauerat: ipsi nunc in veneratione gentiũ per doctrine magisteriũ viuẽtes volant. Oua sua struthio in puluere derelinquit: q̃a oĩs quos pdicando synagoga genuit/ a terrenis desiderijs minime suspẽdit. Que nimirũ desideria quia antiquus hostis concepta in corde inuenit: obsessas mẽtes etiam in sceleribus rapit. Unde et subditur. Obliuiscit̃ q̃ pes conculcet ea: et bestia agri conterat. Tunc oua pes calcat/ et bestia agri conterit/ cũ in terra deserunt̃: quia videlicet humana corda dũ semper terrena cogitare/ semper que ima sunt agere appetũt: ad conterendum se agri bestie/ id est diabolo sternũt: vt cũ diu in infima cogitatione abiecta sunt/ q̃nq̃ etiã maiorum criminũ ppetratione frangant̃. Synagoga ergo oua q̃ genuit/ a terra suspẽdere bene viuẽdo neglexit. Sed omipotens de⁹ multos eius filios q̃uis in terrenis desiderijs mortuos ac frigidos reperit/ calore tamẽ sui amoris animauit. Sꝫ vitã quã filijs synagoga non dedit: hanc postmodũ inuidit: dũ molirect̃ ꝑsequẽdo extinguere/ quos se ad bona opera nõ meminerat fouendo genuisse. Unde et apte de hac struthione subdit̃: Duratur ad filios quasi non sint sui. Quasi nõ suos despicit/ quos aliter viuere q̃ docuit ipsa dephendit: et durescẽte seuitia terrores admouet: seq̃ in eorũ cruciatibus exercet: atq̃ inuidie facib⁹ inflãmata/ in quib⁹ non laborauit vt possent viuere/ laborat vt debeant interire: et cum dñi membra ꝑsequit̃/ placere se per hoc domino suspicat̃. Unde et eisdem struthionis ouis veritas dicit: Uenit hora vt omnis q̃ interficit vos: arbitret̃ obsequiũ se pstare deo. Quia ergo dũ crudelitate ad persequẽdũ synagoga ducit̃: hoc se agere impulsu diuini timoris arbitrat̃: recte subiungit̃. Frustra laborauit: nullo timore cogente. In labore quippe illam persecutionis anhelare nõ timor sed crudelitas coegit. Sed quia plerũq̃ vitia colore virtutũ tincta/ tãto nequiora sunt/ q̃to et esse vitia minime cognoscunt̃: eo in psecutione synagoga durior extitit/ quo religiosiorem se fieri fideliũ mortibus estimauit: et idcirco q̃ ageret/ discernere oino nõ potuit: q̃a lumẽ sibi intelligẽtie ꝑ superbie obiectionem clausit. Unde et bene subdit̃. Priuauit eã de⁹ sapientia: nec dedit illi intelligentiã. Districtũ quippe est occulte retributionis examen: et q̃a sciẽs humilitatẽ perdidit/ etiã veritatis intelligentiam nesciens amisit. Ualde aũt minora sunt vulnera q̃ in redẽptoris aduentu fidelib⁹ intulit: q̃ ea quib⁹ sanctã ecclesiã adhuc per aduentũ antichristi ferire ꝓtendit. Ad illud nãq̃ se tempus preparat: vt vitam fideliũ coaceruatis viribus premat. Unde et apte subditur. Capl̃m. xvij.

[margin: Ro. viij.]

[margin: L]

[margin: M]

[margin: Joã. xvj.]

Cum tẽpus fuerit/ in altum alas erigit: deridet equitẽ et ascensorem ei⁹. In altũ struthio alas erigit: quãdo suo conditori synagoga non vt antea formidãdo/ sed apte iam repugnãdo contradicit. In mem

A
das quippe diaboli transiēs/ et mendacij hominē deum
credēs: cōtra fideles tāto in altū extollit/ quāto et dei cor
pus se esse gloriat. Que quia nō solū humanitatem dñi/
sed ipsam etiā diuinitatē despicit: non tantū equitē/ sed
ascensorem etiā equitis irridet. Nam custodita vnitate
psone valet intelligi q̄ verbū dei tunc equitē ascendit/
quādo alatam carnem sibi intra vterū virginis condi
dit. Tūc equitē ascēdit/ quando humanā aiam proprie
carni psidentē/ diuino cultui semetipsum creādo subiu
gauit. Carnē quippe diuinitas aia mediante suscepit: et
p hoc totū simul eqtem tenuit: q̄ in semetipso nō solū il
lam que regebat: sed hāc etiam q̄ regebat astrinxit. Ju
dea igit pductum supbientis antichristi laqueo sedu
ctionis capta: q̄ redemptorem nostrū humilē fuisse in
ter homines despicit: deridet equitē. q̄ eius in omnib⁹
diuinitati contradicit: deridet nihilominus ascensorem.
Sed redēptor noster vn⁹ idēq̄ et equus et eqtis est ascen

B
sor: et cū in mundū venit/ fortes cōtra mundū predicato
res exhibuit: et cū in mundi termino antichristi fallaciā
tolerat/ virtutem p se certantibus subministrat: vt cum
eneiquus hostis in illa sua eti⁹ finienda libertate laxa
tur: fideles nostri tāto maiores vires accipiāt/ quāto con
tra aduersarium solutū pugnant. Unde hic cū struthio
alas eleuare/ ascensorem et equitem deridere describit/
ilico fortium predicatorū memoria subrogatur/ et dici
tur: [Nunquid prebebis equo fortitudinem: aut circum
dabis collo eius hinnitum?] Capitulum.xviij.

In scriptura sacra equi noīe aliquādo lubrica
vita prauorū: aliquādo dignitas temporalis:
aliquādo hocipsum psens seculū: aliquādo p
paratio recte intētionis: aliquando sanctus predicator
exprimit. Equi enī nomine lubrica prauorū vita signat:

Psā.xxxi.
sicut scriptum est: Nolite fieri sicut equ⁹ et mulus. Et si

Hiere.v.
cut p pphetā alium dicitur: Equi amatores et emissarij
facti sūt: vnusquisq̄ ad vxorē pximi sui hinniebat. Equi
nomine dignitas tēporalis accipit: Salomone attestan

Eccā.x.
te/ qui ait. Uidi seruos in equis: et pncipes ambulātes
quasi seruos super terrā. Qis quippe qui peccat/ seru⁹
est peccati. et serui equis sunt/ cū peccatores presentis
vite dignitatibus efferunt. Principes vero quasi serui
ambulāt: cū multos dignitate virtutū plenos null⁹ ho
nor erigit: sed summa hic aduersitas velut indignos de

Psā.lxxv.
orsum premit. Hinc rursum dicit: Dormitauerūt q̄ ascē
derunt equos. i. in morte animē mentis oculos a verita
tis luce clauserunt/ q̄ in presentis vite honore celsi sunt.
Equi nomine hocipsum psens seculū designatur: sicut

Gen.xlix.
Jacob voce dicit: Fiat dan coluber in via/ cerastes in
semita: mordēs vngulas equi: vt cadat ascēsor ei⁹ retro.
Quo in testimonio quid equus significet melius osten
dimus: si ea q̄ circūstant/ paulo subtili⁹ exponam⁹. Nō
nulli enī de tribu dan venire antichristum ferūt: p eo q̄
hoc loco dan et coluber asserit et mordens. Unde et non

Num.ij.
immerito dū israelitic⁹ popul⁹ terras in castrorū parti

C
tionē susciperet: prim⁹ dan ad aquilonē castrametatus

Esa.xiiij.
est: illū scz signans qui in corde suo dixerat: Sedebo in
monte testamēti/ in laterib⁹ aquilonis: ascendā super al
titudinē nubiū/ similis ero altissimo. De quo et p pphe

Hier.viij.
tam dr: A dan audit⁹ est fremitus equorū eius. Qui non
solum coluber: sed etiam cerastes vocatur. Cerastes enī
grece cornua dicunt: serpensq̄ hic cornut⁹ esse perhibet:
per quē digne antichristi aduent⁹ asseritur: q̄ contra fide
lium vitā cum morsu pestifere pdicationis/ armat etiā
cornib⁹ ptatis. Quis autē nesciat semitā angustiorē esse
q̄ viam? Fit ergo dan coluber in via: q̄ in psentis vite la
titudine eos ambulare prouocat/ quib⁹ quasi parcendo
blandit: sed in via mordet: q̄ eos quibus libertatem tri
buit/ erroris sui veneno cōsumit. Fit cerastes in semita:
q̄ quos fideles repperit/ et sese ad precepti celestis angu
sta itinera constringētes: non solū nequitia callide per
suasionis impetit: sed etiā terrore potestatis premit: et in
psecutionis languore post beneficia ficte dulcedinis ex
ercet cornua potestatis. Quo in loco equ⁹ hūc mundū in
sinuat/ qui p elationem suā in cursu labētium tempori
spumat. Et q̄ antichrist⁹ extrema mūdi apprehendere
nititur: cerastes iste equi vngulas mordere perhibetur.
Ungulas quippe equi mordere est/ extrema seculi ferien
do cōtingere. Ut cadat ascensor ei⁹ retro. Ascensor equi
est quisquis extollit in dignitatib⁹ mūdi. Qui retro ca

dere dicit: et nō in faciē: sicut saul⁹ cecidisse memoratur.

Act.ix.

D
In faciem enī cadere est/ in hac vita suas vnūquēq̄ cul
pas agnoscere/ et penitēdo deflere. Retro vero quo non
videt cadere est/ ex hac vita repēte decedere: et ad q̄ sup
plicia ducatur ignorare. Et q̄ iudea errorū sui laqueis
capta/ p christo antichristū expectat: bene Jacob eodē
loco repente in electorū voce conuersus est dicēs. Salu

Gen.xlix.
tare tuum expectabo dñe. i. non sicut infideles antichri
stum: sed eū qui in redēptionem nram venturus est/ verū
credendo fideliter christū. Equi nomine preparatio re
cte intētionis accipit/ sicut scriptū est: Equ⁹ paratur in

Prouer.
xxi.
diem belli: sed dñs salutē tribuit. q̄ cōtra tentationem
quidē se animus pparat: sed nisi adiuuet desuper/ sala
biliter non deceritat. Equi nomine sanctus quisq̄ predi
cator accipit: propheta attestante q̄ ait. Misisti in mare
equos tuos/ turbantes aquas multas. Quiete quippe

Abac.iij.
aque iacuerūt: q̄ humane mentes diu sub vitiorū suorū
torpore sopite sunt. Sed equis dei mare turbatum est:
q̄ missis sanctis predicatoribus: omne cor qd̄ pestifera
securitate torpuit/ impulsu saluriferi timoris expauit.
Hoc itaq̄ loco equi nomine sanctus predicator accipi
tur/ cum beato Job dicitur.

¶ S. Q̄ predicatores a deo et vitam habeāt et doctri
nam. Capitulum.xix.

Nunquid prebebis equo fortitudinem: aut cir
cūdabis collo ei⁹ hinnitū?] Sed qd̄ ē q̄ huic
equo domin⁹ se pri⁹ dare fortitudinē: et postmodū collo
ei⁹ hinnitū circūdare asserit? Hinnitu enī vox predica
tionis exprimit. Uerus autem quisq̄ predicator ante
fortitudinem/ et post hinnitū accipit: quia cū in se prius
vitia extinxerit: tūc p erudiēdis alijs ad vocē predica

E
tionis venit. Equ⁹ iste habet fortitudinem: q̄ aduersa
constāter tolerat. Habet hinnitū: quia ad superna blan
diens vocat. Huic equo domin⁹ et fortitudinem et hinni
tum se dare testat: q̄ in predicatore eius nisi et vita et ser
mo cōueniant/ nequaq̄ virt⁹ pfectionis apparebit. Nō
enī multū pdest si sublimis vite operatione suffult⁹ sit:
si tamē loquēdo non valet ad hoc alios excitare qd̄ sen
tit. Uel qd̄ pdest bene loquēdo alios accēdere: si semet
ipsum indicat male viuēdo torpuisse? Quia ergo in pre
dicatore necesse est vt ad perfectionē vtraq̄ cōueniant/
equo suo dñs et cū actiōis fortitudie hinnitū vocis/ et cū
hinnitu voci fortitudinē ministrat actiōis. Et notādū
cur hinnitus q̄ interi⁹ nimirū p guttur ducit/ equi collo
circūdari. i. quasi per gyrū trahi exterius dicatur: quia
videlicet pdicationis vox de internis emanat/ sed extra
circūdat. Nam q̄ alios ad bene viuendū suscitat: eos ad
bene agendū et opera pdicantis ligat: ne extra sermonē
actio transeat/ ne voci vita cōtradicat. Collo ergo equi
hinnit⁹ circūducit: q̄ ne ad peruersa opera pdeat/ suis
vocib⁹ etiā vita pdicātis obsidetur. Hinc est enī q̄ po

F
tenter dimicātibus in munere torques dat: vt q̄ signa
virtutū gestant/ maiora semper exerceant: et debilitatis
crimen incurrere metuant/ dū in semetipsis iam fortitu
dinis est premiū qd̄ ostentant. Unde et recte in laude sa
pientie auditori cuilibet per Salomonem dicitur. Co

Eccli.
xxxij.
ronam gratiarum accipies capiti tuo: et torquē auream
collo tuo. Sequitur.

¶ S. Q̄ sancti viri in tentationū ardoribus feruētio
res inueniuntur: et impellentes se validis conatib⁹ ad ce
lestia rapiuntur.

¶ Nunquid suscitabis eū quasi locustas?] Locustarū
nomine aliquādo iudaicus popul⁹: aliquando cōuersa
gentilitas: aliquādo adulantiū lingua: aliquādo vero p
comparationē resurrectio dominica vel pdicatorū vita
signatur. Quia enim iudeorū populum locuste exprimūt/
vita Joānis signat: de quo scriptū est. Locustas et mel

Mat.iij.
siluestre edebat. Joannes quippe eū quem pphetie aucto
ritate pronūciat: etiā specie ciborū clamat. In semetipso
enī designauit dominū quem preuenit. Qui nimirū in re
demptionē nostram veniens: q̄ infructuose gētilitatis
dulcedinē sumpsit/ mel siluestre edit. Quia vero iudeorū
plebem in suo corpore ex parte vertit/ in cibo locustas
accepit. Ipsos nāq̄ locuste significāt/ subitos salt⁹ dan
tes: sed protin⁹ ad terram cadētes. Saltus enī dabant/
cū precepta dñi se implere promitterēt: sed citi⁹ ad ter
ram cadebāt/ cū per praua opera hec se audisse denega
rent. Uideam⁹ in eis quasi quendā locustarum saltum.

[Exo. xx. Nume. xiiij.] Omnia verba que locutꝰ est dominꝰ: et faciemꝰ et audiemus. Uideamus autē quomodo citius ad terrā ruunt. Utinam mortui essemꝰ in egypto/ et non in hac vasta solitudine. Utinam pereamꝰ: et nō inducat nos dn̄s in terram istam. Locuste ergo erant: quia habebant saltū per vocem/ et casum per actionem. [G]

Caplm. xx.

[Ecc̄e. xij] Locustarū quoq; nomine gentilitas designat: Salomone attestāte/ qui ait: Florebit amygdalū/ impinguabit locusta: dissipabit capparis. Amygdalū quippe florem priꝰ cunctis arborib' ostēdit. Et quid in flore amygdali/ nisi sancte ecclesie primordia designant: q̄ in predicatoribus suis primitiuos virtutū flores aperuit: et ad inferenda poma bonoꝝ operū/ veturos sanctos quasi arbusta sequētia puenit. In qua mox locusta īpinguata est: q: sicca gentilitatis sterilitas pinguedine est gratie celestis infusa. Capparis dissipat/ q: cū gratiam fidei vocata gentilitas attigit: iudea in sua sterilitate remanens/ bene viuendi ordinē amisit. Hinc [Prouer. xxx.] rursum p eūdem Salomonem dicit. Regem locusta nō habet: et egreditur vniuersa p turmas. q: videlicet derelicta gentilitas/ aliena dudū a diuino regimine extitit: sed tamē ordinata postmodū contra aduersantes spūs ad fidei bellū pcessit. [Locusta ligua adulantis.] Locuste vocabulo lingua adulantis exprimit: qđ exhibite celitꝰ egypto plage testant: q̄ exigētibꝰ meritis corpaliter semel illate sunt: sed q̄ mala prauas mētes q̄tidie feriāt/ spiritaliter signauert. Scri[Exo. x.]ptum nāq; est. Uentꝰ vrens leuabat locustas: q̄ ascenderūt super vniuersam terrā egypti: operueruntq; vniuersam faciem terre/ vastātes oia. Deuorata est igit herba [H] terre/ et quicqd pomoꝝ in arborib' fuit. His enim egyptus plagis affecta est: in quibꝰ exteriori pcussione cōmota dolensq; ppenderet q̄ deuastationis dāna interiꝰ negligens toleraret: vt dū foris perire minima/ sed amplius dilecta cerneret/ per coꝝ speciem/ q̄ intus pertulerat grauiora sentiret. Quid aūt per significationē locuste pretendūt: que plusq; cetera minuta queq; animātia humanis frugibꝰ nocēt: nisi linguas adulantiū/ q̄ terrenorū hoim mentes si quādo bona aliqua pferre conspiciunt/ hec immoderatiꝰ laudando corrumpunt: Fructꝰ quippe egyptioꝝ est operatio xenodoxorū. quā locuste exterminant: dū adulantes lingue ad appetendas laudes trāsitorias coꝝ operantis inclinant. Herbā vo locuste comedūt/ quando adulatores quicq; verba loquētiū fauoribꝰ extollunt. Poma quoq; arboꝝ deuorant/ quādo vanis laudibus quorūdam iam quasi fortiū et opera euertunt. Locuste nomine per comparationē redēptoris nostri resurrectio designatur.

Caplm. xxi.

[Ps̄. cviij] Uide et voce eiꝰ per pphetam dicitur: Excussus sum sicut locusta. Teneri eñ a persecutoribus vsq; ad mortē pruli: sed sicut locusta excussus est: q: ab eorū manibꝰ saltu subite resurrectionis euolauit. Qđ referri quoq; ad predicatorū numerū pōt. In ipsis quippe sicut locusta excussus est: q: iudea in sua psecutione seuiente: dum p diuersa fugiunt/ quasi quosdā recessionis sue saltꝰ dederūt. Qz vero ille predi[I]cator ad perfectionis culmen erigit/ qui nō actiua solūmodo/ sed etiā contēplatiua vita solidatur: recte ipsa pdicatoꝝ perfectio locustis exprimit: q̄ quotiens se in aera attollere conātur/ primū se cruribꝰ impellētes subleuant/ et postmodū alis volant. Ita nimirū sunt sancti viri: qui dū superna appetūt/ primū quidē actiue vite bonis operibꝰ innitūtur: et tūc demū se ad sublimia p contemplationis saltū volādo suspendunt. Crura figunt/ et alas exerūt: quia recta agēdo stabiliunt: et alta vidēdo subleuātur. Qui in hac vita positi: diu in diuina cōtemplatione manere nō possunt: sed quasi locustarū more/ a saltu quē dederāt/ in pedibꝰ suis se excipiūt/ dū post cōtemplationū sublimia/ ad necessaria actiue vite opa reuertūtur: nec tñ in eadem vita actiua remanere contenti sunt. Sed dū ad contēplationem desiderāter exiliūt/ q̄si rursus aera volātes petūt: vitāq; suā q̄si locuste ascēdētes descendētesq; pagūt: dū sine cessatione semp et summa videre appetunt/ et ad semetipsos nature corruptibilis pōdere reuoluunt. Est adhuc aliud qđ locuste similē sanctis pdicatoribꝰ gerunt. Matutinis nāq; horis. i. tēporis tempore vix a terra se subleuant: cū vero estus exarserit: tāto altiꝰ/ q̄to alacrius volāt. Sanctꝰ autem quisq; predicator cū quieta fidei tempora cōspicit/ humilis ac despectꝰ aspicit: et locuste more quasi vix a terra subleuatur. Si aūt psecutionis ardor incādeat/ corde celestibus inherens/ moꝝ q̄te sit sublimitatis ondit: [K] et pulsatus alis in altum rapitur/ qui quietus in imis torpuisse videbatur. De hoc ergo equo. i. pdicatore suo beato Job dn̄s dicit: Nūquid suscitabis eum quasi locustas? Subaudis/ vt ego: qui eo illum ad altiora excitando subleuo/ quo grauiori psecutionis estu excruciari permitto: vt tunc in illo robustior virtus eūgilet/ cū se ei ardentior infideliū crudelitas illidit. Sed cū multa exterius sanctus predicator patitur/ cum dira persequentium vexatione cruciatur: quis intueri valet quid est quod intus conspicit/ qui tot sua exteriꝰ damna non sentit? Nisi enim essent mira que salubriter intus pascerent: eos procul dubio que admouentur exterius/ vsq; ad cor tormenta peruenirent. Sed in arce spei se animꝰ subleuat: et idcirco obiecte seditionis iacula minime formidat. Unde et hoc loco dn̄s vt ostendat: equus iste q̄ suauis iam de internis odoret/ cum tot aduersa in exterioribus patit: recte subiūgit. [Gloria narium eiꝰ terror.] In scriptura sacra vocabulo narium aliquando fatuitas/ aliquando antiqui hostis instigatio/ aliquando vero prescientia solet intelligi. Naribus nāq; fatuitas designatur: sicut iam superius Salomone attestante didicimus/ qui ait: Circulus aureus i naribus suis mulier [Puerb. xi.] pulchra et fatua. Narium noie exhalantes inuidie atq; instigatio antiqui hostis accipitur. qđ in hoc eodem libro de illo dominus attestatur/ dicens. De naribꝰ eius [Job. xli.] procedit fumus. Ac si dicat. De peruersa instigatione il[L]lius in humanis cordibꝰ caligo nequissime cogitationis surgit: per quā videntiū oculi tenebrescant. Naribꝰ q̄q; prescientia designat: sicut per prophetam di: Quiescite [Esa. ij.] ab homine cuiꝰ spūs est in naribꝰ eius: quia excelsus reputatus est ipse. Sepe eñ id qđ non videmus: odore cōprehendimus/ ita vt nōnulle res etiam cū longe iaceāt/ fragrantiam nobis sue qualitatis innotescāt. Dūq; p nares spm̄ ducimus/ plerūq; aliqua et inuisa prescimꝰ. Redemptoris ergo nostri spūs esse in eius naribꝰ dicitur: vt videlicet scientia illius esse i. prescientia designetur: q: quecūq; se scire in natura humanitatis innotuit/ hec nimirū ante secula ex diuinitate presciuit. Qui vnde spm̄ in naribꝰ habuerit: mox per prophetā subiūgit/ dicens: Quia excelsus reputatꝰ est ipse. Ac si diceret. In inferio[Ibidem.]ribus vētura desup presciuit: q: ad ima de celestibꝰ venit. Sancti etiā viri q: ab isto auctta crediderunt: ipsi quoq; iā ventura psciūt: dūq; eiꝰ fideliter pceptis inseruiūt/ aduentū illiꝰ spe certa prestolātur. Unde et hoc loco equi huiꝰ naribꝰ predicatoris sancti pscictis ac prestolatio designatur. Dū eñ venire extremū iudicium/ ostēdi celestē patriā/ persolui iustis pmia appetit: quasi per nares spm̄ de futuris trahit. Sed gloria nariū eius terror est: quia visionem districti iudicij/ quā iustꝰ vehementer expectat/ iniustus venire formidat. Iste nāq; [M] labores suos cōsiderās/ mercedē retributionis querit: et cause sue meritū sciens/ presentiā iudicij expetit: eūq; vt veniat in flāma ignis dās vindictam impijs: et contēplationis sue speciē in retributione desiderans/ pijssimo ardore cōcupiscit. Ille vero qui iniustitie sue meminit: venire iudiciū perhorrescit: actusq; suos examinari metuit: quia dānari si examinent nouit. Gloria ergo nariū eius terror est: q: iustꝰ inde gloriat: vñ peccator pene addicitur. Uideamꝰ equū quomodo de his que adhuc nō videt: iam per nares spm̄ trahit. Uideamus q̄nis gloria attollitur/ cū iam ventura prestolatur. Ecce labores suos intuēs predicator egregiꝰ dicit: Ego iam delibor/ et [ij. Timo. iiij.] tempꝰ mee resolutionis instat. Bonū certamen certaui: cursum cōsummaui: fidem seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitie: quā reddet mihi dn̄s in illa die iustus iudex. Ubi et apte subiungit. Non solū autem mihi: sed et his qui diligūt aduentū eiꝰ. Ac si dicat: Sed et omnibus qui sibi de bona operatione sunt conscij. Aduentum eñ iudicis non diligunt/ nisi qui in causa sua se habere iustitie meritum sciunt. Quia igit vnde gloriat iustus/ inde terretur iniustus: dicatur recte. [Gloria narium eius terror.] Sed sanctus iste predicator dum venturam gloriam prestolatur: dum venire ante faciem iudicis nititur: dūq; a laboris sui adhuc mercede differt/ in hac vita interim positꝰ qđ agat audiamꝰ. Sequitur.

A

¶ S. Qd sancti viri quasi fodiētes puteos terrenas cogitatiōes de cordib⁹ auditoꝝ eiciūt: nec allophylis eos sentib⁹ implere q̄ effodiunt / ab ipa effossione quiescūt.

¶ Terram vngula fodit.] Solet in equi vngula laboris fortitudo cognosci. Quid ergo per vngulam / nisi in predicatore sancto virtutū perfectio designatur? Qui videlicet vngula terram fodit / cum de corde audientiū exemplo suorum operum terrenas cogitationes eiicit. Vngula terram fodit: quia auditoꝝ corda a secularib⁹ curis euacuat / cum doctor bonus contēni seculum opere ostentat. Videamus Paulū terram cordis audientium: qua ostensa virtutis vngula fodiat. Ipse nāq͂ discipulis dicit: Hec cogitate: q̄ et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me / hec agite: et de⁹ pacis erit vobiscū. Et rursum: Imitatores mei estote fratres / sicut et ego christi. Qui igitur exemplo sui operis alios corrigit / nimirum vngula terram fodit. Capitulū xxij.

Phil. iiij.

B

Habemus aliud qd̄ adhuc subtili⁹ de hui⁹ vngule effossione tractemus. Sancti em̄ viri q̄uis intēte mentis oculo in supernis erigūtur: quis cuncta q̄ in ima preterfluūt / pede rigidi contēpt⁹ calcēt: ex corruptione tamen terrene carnis eui adhuc alligati sunt / plerūq͂ cogitationū puluerem in corde patiuntur. Cūq͂ foris aliis ad appetenda celestia psuadēt: semetipsos semp intrinsec⁹ subtili inquisitione discutiūt: ne qua immorāte in se diu infima cogitatione polluantur. Equ⁹ ergo iste vngula terrā fodit: cū pdicator discreta inquisitione foris terrenas in se cogitationes discutit. Equ⁹ vngula terram fodit: quādo is cui iam dn̄s presidet / que sibi moles congerit ex vetusta cogitatione / cōsiderat / seq͂ ab illa flendo euacuare nō cessat. Unde bene et Isaac apud alienā gentē puteos fodisse describitur. Quo videlicet exēplo discim⁹: vt in hac peregrinatiōis erūna positi / cogitationū nostrarum profunda penetremus: quousq͂ nobis vere intelligentie aqua respondeat: nequaq͂ nostre inquisitionis manus ab exhauriēda cordis terra torpescat. Quos tn̄ puteos allophyli insidiantes replent: quia nimirū immūdi spūs cum nos studiose cor fodere conspiciūt / cōgestas nobis tentationū cogitationes ingerūt. Un̄ semp mens euacuāda est / incessanterq͂ fodiēda: ne si indiscussa relinquit / vsq͂ ad tumorem peruersoꝝ operū cogitationū sup nos terra cumuletur. Hic ad Ezechielem dicit: Fili hominis fode parietem. i. cordis duritiā crebris pscrutationū ictib⁹ rumpe. Hinc ad Esaiā dn̄s dicit: Ingredere in petrā: abscōdere fossa humo a facie timoris dn̄i: et a gloria maiestatis ei⁹. Petram quippe ingredimur / cū cordis nostri duritiā penetram⁹. atq͂ a facie timoris dn̄i fossa humo abscondimur: si terrenas cogitationes egerētes / ab ira districti iudicii humilitate nostre mētis celamur. Quo em̄ pl⁹ terra fodiendo proiicit: eo pauimentū semper inferi⁹ demonstratur. Unde et nos si a nobis studiosius terrenas cogitationes eiicim⁹ / quo apud nosmetipsos abscōdamur / humili⁹ inuenim⁹. Ecce enim quia diuini iudicii dies imminet: quasi ipsa iā timoris eius facies apparet: tātoq͂ magis necesse est vt vnusquisq͂ illū terribili⁹ timeat / q̄to iam gloria maiestatis eius appropinquat. Quid ergo agendū est / quoue fugiendū? Quo em̄ quis latere potest eū qui vbiq͂ est? Sed ecce petram ingredi / fossa humo occultari precipimur: vt videlicet cordis nostri duritiam dirūpentes / eo iram inuisibilē declinem⁹ / quo ab amore rerū visibilium apud nosmetipsos in corde subtrahimur: vt cū praue cogitatiōis terra eiicitur: mēs apud semetipsam tanto tuti⁹ q̄to et humili⁹ abscōdatur. Hinc israelitico populo per Moysen a dn̄o iubetur: vt cū egreditur ad requisita nature / mittat paxillū in balteo: et fossa humo abscondat que egesta fuerint. Nature em̄ corruptibilis pōdere grauati a mētis nostre vtero quedam cogitationum superflua quasi ventris grauamina erumpūt. Sed portare paxillū sub balteo debem⁹: vt videlicet ad reprehendēdos nosmetipsos semp accincti / acutū circa nos stimulū compūctionis habeam⁹. qui incessanter terrā mētis nostre penitētie dolore confodiat: et hoc qd̄ a nobis fetidū erūpit abscondat. Ventris quippe egestio fossa humo per paxillum tegit: cū mentis nostre superfluitas subtili redargutiōe discussa / ante dei oculos per compūctionis sue stimulū celatur. Quia igitur sancti viri quoq͂ inutilia cogitātia reprehendere ac diiudicare nō cessant: de equo suo dn̄s dicat / Terrā vngula fodit. i. quicqd in mente sua terrenū versari conspicit / hoc nimirū superducte penitentie duris percussionib⁹ rumpit. Cū vero se inter⁹ districta subtilitate diiudicauit: iam nihil est qd̄ exterius pertimescant. Tāto em̄ minus ad mala psentia trepidant: q̄to semetipsos plen⁹ bonis venturis parāt. Un̄ et subdit.

Gen. xxvi.

Ibidem.

Eze. viij.

Esa. ij.

C

Deutero. xxiij.

Ad reprehendendos nosmetipsos semp accincti esse debemus.

D

¶ S. Qd sancti viri cū loc⁹ et causa exigit / pro defensione pietatis debent semetipsos persecutorib⁹ obiicere / etiam cū nō querunt obuiare. Capitulū xxiij.

Exultat audacter: in occursum pgit armatis.] Exultat audacter: quia sic aduersis non frangitur / sicut nec psperis eleuat. Aduersa nāq͂ non deiiciūt quē prospera nulla corrūpunt. Equ⁹ itaq͂ iste et fortis et sub freno est. Ne ergo pmatur aduersis / habet vim fortitudinis: ne eleuetur psperis / habet pōdus desuper insidentis. Decurrūt quippe tēpora: sed idcirco iustū trahere non valent: quia leuare nō possunt. Illos nimirū trahūt quos leuāt: irata deiiciūt / quos blanda sustollūt. Vir autem bene deo subdit⁹ scit inter trāseuntia stare: scit inter lapsus decurrentiū temporꝫ mentis gressum figere: scit nec ad subiecta se erigere / nec ad obiecta trepidare. Plerūq͂ autem q̄ exerceri se vtili⁹ conditionis sue laborib⁹ nouit: in aduersis hilarescit: q̄ dū constanter pro veritate tolerat / augeri sibi virtutis meritū letatur. Hinc est q̄ illic apostolos exultasse legimus / cū pro ebrietatis illos cōtigit flagella tolerasse: sicut scriptū est: Ibant gaudentes a conspectu cōcilii: qm̄ digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliā pati. Hinc Paul⁹ cū duris in macedonia fuisset psecutionib⁹ pressus / in eo q̄ se afflictum insinuat / etiam solidatum demonstrat / dicens. Nam cum venissem⁹ macedoniā / nullam requiem habuit caro nostra. Ac si aperte diceret: q̄ spirit⁹ requiē habuit / dum per pfectum ait / per secutionum supplicia caro tolerauit. Contra hunc itaq͂ equū ab aduersariis sancte ecclesie parātur gladii de dolore penarum: parantur arma de patrociniis secularium potestatum. Solent nāq͂ heretici potentum mūdi defensionibus quasi quibusdam armis se tegere: solent omnes infideles predicationem fidei excitatis etiā seculi potestatibus impugnare. Sed equus dei exultat audacter: et exteriora tormenta non metuit / quia internam delectationē querit. potestatū mūdi iracundiam non formidat: quia ipsi⁹ quoq͂ vite psentis desideriū p mentis excessum calcat. Hinc per Salomonem dicit: Non contristabit iustū quicqd ei acciderit. Hic in eo rursū scriptū est. Just⁹ quasi leo cōfidēs absq͂ terrore erit. Inoccursu bestiarū idcirco leo non trepidat: q̄ preualere se omnibus nō ignorat. Un̄ iusti viri securitas recte leoni comparat: q̄ cōtra se cū quoslibet insurgere cōspicit: ad mentis sue confidentiā redit: et scit q̄ cunctos aduersantes superat / q̄ illū solū diligit quē inuitus nullo mō amittat. Quisq͂s em̄ exteriora q̄ et nolētī subtrahūt appetit / sua se spōte extraneo timori substernit. Infracta autem virtus est ꝯcupiscētia vite eterne / terrene contēptus: q̄ et in alto mēs ponitur / cū a rebus infimis spei sue iudicio subleuat: atq͂ a cūctis aduersantib⁹ tāto min⁹ attingit q̄to in supnis sita tutius munit. Equus itaq͂ iste non solū ꝯtra se venientes minime metuit / sed eis etiā in occursum pergit. Un̄ bene hic addit: In occursum pergit armatis. Plerūq͂ em̄ quieti atq͂ incōcussi relinqm̄ur / si obuiare prauis per iustitiā nō curam⁹. Sed si ad eterne vite desideriū anim⁹ exarsit: si iam verū lumen intrinsecus respicit: si in se flāmā sancti feruoris accēdit: in quātum loc⁹ admittit / inquantū causa exigit / debemus pro defensione iustitie nosmetipsos obiicere: et peruersis ad iniusta erumpentib⁹ / etiam cū ab eis nō q̄rimur obuiare. Nam cū iustitiam quā nos amam⁹ / in aliis feriunt: nos nihilomin⁹ sua persecutiōe confodiūt: etiam si venerari videantur. Quis ergo vir sanct⁹ prauis ac male agentibus se: etiam cū non querit opponit: recte de equo dei dicit: In occursum pgit armatis. Intueri libet illū sese fortis sui calcarib⁹ excitatū contra armatos hostes: q̄ Paulū feruor accenderat / qn̄ cum ephesi ad irrumpendas theatri turbas zeli flāma rapiebat. Scriptum q̄ppe est: Repleti sūt ira: et exclamauerūt dicētes. Magna diana ephesioꝝ: et impleta est ciuitas confusione: et impetum fecerūt vno aio in theatrū / rapto gaio et aristarcho

Act. v.

E

ij. Co. vij.

Prouer. xij.

Prouer. xxviij.

F

Act. xix.

G

macedonib⁹ comitib⁹ Pauli. Atq̃ mox subdit: Paulo autem volente intrare in populū/ non permiserunt discipuli. Quidā autem ⁊ de asie principib⁹, qui erant amici eius: miserunt ad eum/ rogantes ne se daret in theatrū. In quib⁹ profecto verbis agnoscim⁹ quo impetu cōtra cuneos aduersantes irrueret/ nisi eum per amicos et discipulos charitatis frena tenuissent. Sȝ si obuiare hostibus/ si vltro pugnam petere/ si nosmetipsos semp relinquere in cursu nostri feruoris debemus: quid est q̃ idē predicator egregius de semetipso fatetur dicens: Damasci preposit⁹ gētis aretbe regis custodiebat ciuitatē damascenoȝ/ vt me comprehēderet: ⁊ p fenestrā in sporta dimissus sum per murū/ ⁊ sic effugi man⁹ eius. Quid est q̃ equ⁹ iste modo sponte armatoȝ cuneos impetit: et modo se ab armatis hostib⁹ quasi trepidus abscondit/ nisi hoc q̃ necesse est vt in el⁹ artificiosa virtute discam⁹ aduersarioȝ pugnā ⁊ cōstāter aliquādo appetere/ ⁊ prudenter aliquādo declinare?

ij. Cor. xj.

Capitm. xxiiij.

Necesse quippe est vt per omne qd̃ agimus/ in mentis trutina positum hic pōdus/ illinc fructum nostri laboris estimemus: ⁊ cum pond⁹ fructū superat/ laborem quisq̃ immoxie declinet: dūmodo se in alijs exerceat/ in quib⁹ laboro fructuū pōdus laboris vincat. Cū vero subsequentē q̃titate fructuū/ mēsura laboris aut equatur aut vincit/ labor non sine graui culpa declinatur. Unde pdicator sanct⁹ cū damasci valde obstinatas mentes psequentiū cerneret/ eoꝝ noluit aduersitati confligere: q̃ ⁊ semetipsum quem profuturum multis nouerat/ vidit posse deficere: ⁊ aut nullis sibi aut paucis prodesse. Secessū ergo a certamine petijt: ⁊ pugnaturū felicius ad alia se bella seruauit. Non enim loco virtus/ sed locus virtuti defuit: ⁊ idcirco fortissimus miles ab obsidionis angustia/ certaminis campum quesiuit. Ubi autem subiugāda regi proprio multa aduersariorum colla conspexit: subire bellū vel cum morte non timuit: sicut ipse cum hierosolymā pergeret: cūq̃ discipuli passione illius per pphetiā prescita, phiberent/ sibimetipsi attestatur dicens: Ego non solū alligari/ sed ⁊ mori in hierusalē parat⁹ sum pro nomine domini Jesu. Neq̃ enim facio animā meam preciosiorē q̃ me. Qui igit hic hostiles cuneos etiam prescita passiōe sua imperterritus petijt/ illic de dispensatiōe fuisse edocuit/ non de timore q̃ fugit. Qua in re pensandum est: quia ille labores quosdā per dispensationis iudicium laudabiliter declinat: qui pro deo maiores alios fortiter tolerat. Nam sepe ab hominibus timor debilis cūcta dispēsatio vocat: ⁊ quasi prudenter ipetum declinasse se asserunt/ cum fugientes turpiter in terga feriunt. Unde necesse est vt in causa dei cum res dispēsationis agit/ metus cordis subtilissima libratiōe pensetur: ne p infirmitatem timor surrepat: ⁊ sese per dispēsationis imaginem/ rationem fingat: ne culpa se prudētiam nominet: iamq̃ nec ad penitētiam animus redeat/ q̃ hoc quod inique perpetrat/ virtutem vocat. Restat igit vt in dubijs dūq̃ deprehensus: cum quelibet sibi aduersitas iminet/ pri⁹ intra semetipsum cōtra formidinem ⁊ precipitationem pugnet: quaten⁹ nec formidolose se subtrahat/ nec pcipitanter opponat. Ualde eni preceps est qui semper se aduersis obijcit: et valde pauidus qui semper abscondit. Sed hec melius in bellis spiritalib⁹ discimus/ si formā exercitij a corporalibus bellis trahamus. Non enim ille dux sapiens est/ qui semper cōtra hostiles cuneos exercitum preceps admouet: neq̃ ille dux fortis/ qui semper hunc ab hostis facie cauendo subducit. Scire nāq̃ dux debȝ modo ab hostili impetu exercitum caute subtrahere: modo hostem circūfusis comitib⁹ coarctare. Bōni mirum sollicite perfecti predicatores exhibēt: cum modo persecutionis rabiem declinantes/ nouerunt sapienter sȝ non eneruiter cedere: modo autem persecutionis imperum cōtinēntes/ nouerunt ei fortiter/ sed non precipitanter obuiare. Quia autē sanctus vir cū cōgruum cernit/ ictibus pectus obijcit: ⁊ venientia iacula vel mortis retūdit: recte dicitur: In occursum pergit armatis. De quo adhuc bene subditur. [Cōtemnit pauorem/ nec cedit gladio.] Uidcam⁹ quomodo pauorem despiciat: qui ipsos aduersarioȝ gladios enumerās calcat. Ait enī: Quis nos separabit a charitate dei: tribulatio/ an angustia/ an fames/ an psecutio? In pauore aūt ventura pena metuitur: in gladio vero iam dolor de presenti percussione sentitur. Quia ergo vir sanctus ventura aduersa non metuit/ pauorem despicit: quia vero nec superueniente pcussione vincitur/ nequaq̃ gladijs cedit. Contra hūc itaq̃ equum tot sunt gladij hostium/ quot genera persecutionū: que cuncta cōuiuans superat: quia amore vite sese ad interitū parat. Sed q̃ tam robustissimum pectus quomodo se iaculis opponat audiuimus: nunc quid ab aduersarijs agatur audiam⁹. Sequitur: [Super ipsum sonabit pharetra.] In scriptura sacra pharetre nomine aliquando iustum dei occultumq̃ cōsilium: aliquādo vero clandestina prauorum machinatio designatur. Per pharetrā iustum dei occultūq̃ consilium exprimit: sicut idem beatus Job superiore parte testatur dicēs: Pharetram enī suam aperuit/ ⁊ afflixit me. i. occultum suum consilium detexit: et publica me percussione vulnerauit. Sicut enī in pharetra sagitte: sic in occulto dei consilio latent sententie: ⁊ quasi ex pharetra sagitta educit/ quando ex occulto consilio apertā deus sententiā iaculat. Pharetre quoq̃ nomie prauorum machinatio designat: sicut per prophetam dicitur: Parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.

Ro. viij.

Capitm. xxv.

Iniqui enī cum dolos quos bonis excogitāt/ secretis machinationibus occultāt: quasi in pharetra sagittas parant: ⁊ in hac psentis vite caligine velut in obscuro rectos corde feriunt: qꝛ maliciosa eorum iacula ⁊ sentiri per vulnus possunt: et tamē venientia deprehendi nō possunt. Igitur qꝛ equus dei nulla aduersitate terretur/ eiq̃ quo magis obuiatur/ eo vi intentionis sue super armatos hostes feruentior ducitur: persecutores eius qui se etiam ferientes vinci sentiūt/ turbati ad ɔsiliū reuertūt/ dolos ɔparāt/ ⁊ velut ex lōginquo mittēdo vulnera occultāt. Unde recte dr̄.

¶ S. Qꝛ sancti viri nec insidijs/ nec minis/ nec disputationibus/ nec penis terrentur.

¶ Super ipsum sonabit pharetra. vt cum ex abscondita machinatione longe feriāt/ cui apertis congressionib⁹ inaniter appropinquāt.] Hec tunc sup equū dei pharetra sonuerat: cum quadraginta viri q̄ in eius morte coniurauerant/ educi de carcere Paulū querebant: vt consiliorum suorum ictibus/ quasi clā sagittarū dolo infrīgerent: quē ɔgressiōe psecutionis publice superare nequaq̃ possent. Pharetra ergo sonuit: quia occulte machinationis ad Paulū causa peruenit. Quis si vigilanter querimus/ adhuc i pharetre sonitu aliquid subtili⁹ inuenimus. Sepe enī aduersarij consilia contra bonos ineunt: prauis inuentionibus innituntur: ad excogitandos dolos se conferūt: sed tamen qui eosdem dolos prodere bonis debeant/ ipsi instituunt latenter/ ipsi transmittūt: vt crudelis supplicioꝝ pparatio dum quasi furtim innotescit/ amplius timeat: ⁊ audientis animū pl⁹ suspecta vulnera q̃ percepta perturbent. In pharetra enī sagitte dū latent ⁊ sonant: mortē etiā nō visa denunciant. Pharetra ergo cōtra equū sonitū reddit: cū ɔtra predicatorē sanctū occulta prauoꝝ machinatio cōsiliū suū qd̄ fraudulēter operit/ fraudulēti⁹ innotescit: vt pmissis minis q̄si ex sonitu pharetre terreāt: cū pdicator dei apertas ɔtumelias velut comin⁹ ferientia iacula nō formidat. Cum vero eisdem minis minime terret: mox persecutoꝝ crudelitas ad supplicia manifesta perducitur. Unde bene postq̃ dictum est: Super ipm sonabit pharetra: illico addit: [Uibrabit hasta.] Contra predicatorem dei post pharetre sonitū hasta vibrat: q̄ post terrores exhibitos e vicino iam feriens aperta pena pducitur. Predicatores aūt sancti cum pro defensione fidei supplicia subeunt: ad eandē fidē/ quos valent/ rapere ⁊ inter verbera non desistunt: ⁊ cum patiēter vulnera suscipiunt/ prudenter contra corda infideliū sagittas predicationis reddūt. Unde nōnunq̃ agit vt ipsi q̄ in persecutione seuiūt: non tam doleāt q̄ cor pdicatoris nō emolliūt/ q̄ q̄ p eius verba etiā alios amittūt. Quia igit eū feriendo non superāt: ne fortasse alij qui illū audiūt/ se derelinquant: mox ɔtra loquentis verba scutū rōnis parāt. Unde cū diceret: Uibrabit hasta: recte subiūgit/ et clype⁹. Persecutor enī scutū postq̃ pdicatoris corp⁹ supplicio percutit/ auditoꝝ cor q̄si clypeo verbis sue disputatiōis munit. Qui igit sanct⁹ vt feriri debeat/ hasta vi-

Act. xxj.

I

Forma bellica pdicatoribus seruāda.

K

L

Act. xxiij.

M

B

beatur: sed ne audiri possit: clypeus opponit. Habēt nāq3 defensores dei in pharetra sagittas suas: quas eo clari⁹ audito rū cordib⁹ inijciunt / quo illas de spirituali arcu: id est de intima cordis tensione distringūt. His quippe se in bello

ij. Timo. ij.

fidei Paulus armauerat / cum dicebat: Laboro vsq3 ad vincula quasi male operās: sed verbū dei nō est alligatū. Ac si diceret: Hasta quidē suppliciorū ferior: sed tamē ver borum sagittas emittere non desisto. Uulnera crudelita tis accipio: sed corda infideliū vera loquendo transfigo. Di catur ergo: Super ipsum sonabit pharetra / vibrabit hasta et clypeus. Cōtra equū quippe dei qz prauorū consilia per strepūt / pharetra sonat: qz aperta pena exquiritur / hasta vibrat: quia vero ei etiā disputatione resistit / clypeus an tefertur. Sed nunquid a feruore suo per ista cōpescit? Uir enim sanctus quo maiore persecutione premit: eo ad predi candā veritatē acrius instigat: et cum patienter persecuto res tolerat / ardēter ad se auditores trahere festinat. Un de et bene adhuc de equo dei subditur: [Feruens et fre mens sorbet terram: nec reputat tube sonare clangorem.]

Gen. iij.

Primo nāq3 peccanti homini dictū est: Terra es / et in ter rā ibis. Tube autē clāgūt: cū hui⁹ seculi potestates loqui sanctos terribiliter prohibent. Quia igit predicator zelo sancti spūs inflāmatus / vel inter supplicia positus / quos libet peccatores ad se trahere nō desistit: feruēs procul dubio terrā sorbet. Qz vero persecutorū minas minime formidat / clangorē tube sonare non reputat. Tuba enī q̄ discrimen belli denunciat: quid est aliud q̄ vox secularium potestatū:

B

que contēpta resistentibus mortis certamen parat? Hec a principibus sacerdotum tube sonuerat / cum flagellatos

Act. v.

apostolos de deo loqui prohibebāt: sicut scriptū est: Ce sis denūciauerūt / ne loquerentur in noīe Jesu. Sed videa mus quomodo equū dei clāgor tube nō terreat. Ait Pe

Ibidem.
Act. iiij.

trus: Obedire oportet deo magis q̄ hoib⁹. Qui aliis q̄q3 persequētibus dicit. Nō enim possumus que vidimus et audiuimus / nō loqui. Equus ergo clangorē tube nō me tuit / qz predicator egregius despectis potestatibus secu li, nullos minarū sonitus pertimescit. Uideamus altum equū dei quomodo terrā sorbeat: quomodo nulli⁹ cū tu

Act. xiiij.

be terror attingat. Scriptū est: Superuenerunt autē q̄dā ab antiochia et iconio iudei: et persuasis turbis lapidantes Paulū traxerūt extra ciuitatē / estimātes eū mortuū eē. Circūdantibus autē eum discipulis: surgēs intrauit ciui tatem: et postera die profectus est cū Barnaba in derben. Cūq3 euāgelizassent ciuitati illi / et docuissent multos re uersi sunt lystrā et iconiū et antiochiā: confirmantes ani mas discipulorū. Perpendamus ergo que hunc possent equū mine cōpescere: quādo eū ab intētione sua nō valet mors ipsa prohibere. Ecce lapidib⁹ obruit: nec tamē a ve ritatis sermone remouet. Occidi potest: superari nō pot. Uelut extinctus extra vrbem proijcit: sed intra vrbem die alio illesus predicator inuenit. O q̄ fortis huic viro inest infirmitas: o q̄ victrix pena: o q̄ dñatrix patiētia. Ad ar guendum repulsione prouocat: ad predicādam salutem

C

plagis erigitur: ad propellendā laboris lassitudinē pena reficit. Que ergo hunc aduersitas superet / quē pena fo uet? Sed equus dei est / et pharetre sagittas despicit: qz malitie consilia contēnit. Uibratā hastā superat: qz et cō tra aperte persecutionis vulnera pectus firmat. Oppositū clypeū rūpit: qz disputationē resistentium ratiocinando subigit. Terrā sorbet: qz peccatores in suo corpore exhortan do conuertit. Clangorē buccine sonare nō reputat: qz vocē quālibet terribilis prohibitionis calcat. Minus est autē qd dicit qz fortis perseuerat in laboribus: adhuc (qd ma ius est) exultat in aduersis. Unde sequitur.

¶ S. Qz sancti absq3 vlla formidine etiam inter tormēta sint: et potestatibus huius seculi predicare prohibētibus / non desistunt: nec tam terrentur periculo / q̄ gloriātur vi ctorie triumpho: et quasi odorantes bellum / preparant se in persecutionis occursum.

¶ Ubi audierit buccinam / dicit vah.] Quibus profecto verbis et illud ostenditur q̄ hoc loco a dño de equo irra tionabili nā dicat. Neq3 enī vah dicere bruti aīal potest: sed dū asseritur dicere quod oīno dicere non valet / innui

Uah vbū
exultatio
nis.

tur quem designet. Uah quippe sermo exultationis est. Equus ergo cū audit buccinā / vah dicit: qz fortis quisq3 predicator cum certamen passionis sibi propinquare con siderat: de exercitio virtutis exultat: nec terretur pugne periculo / qui victorie letatur triumpho. Equo itaq3 est

vah dicere: predicatorē sanctū de ventura passione gaudere.

D

Capitulum. xxvj.

Sed si predicator fortis gloriam passionis appe tit: si discrimē mortis subire pro dño letus que rit: quid est q̄ ipsi fortissimo predicatori qui ex robusto corde virtutē traxit noīs / Petro veritas dicit:

Joan. xxj.

Cum senueris / extendes manus tuas: et alius te cinget: et ducet quo nō vis? Quomodo de passione gaudet q̄ cinct⁹ ab alio / ire quo ducit non volet? Sed si pensamus quali ter animus appropinquāte passione / et mortis metu qua titur / et tamē de venturo regni premio letat: intelligim⁹ quomodo gloriosi certaminis subire periculū volens no lit: qz et in morte considerat qd tolerans paueat: et in fru ctu mortis aspicit qd appetens querat. Uideamus Pau lū quomodo amet qd refugit: quomō refugiat qd amat.

Phil. j.
ij. Cor. v.

Ait enī: Desideriū habēs dissolui / et cū Christo esse: et mihi viuere Christ⁹ est et mori lucrū. Et tamē dicit. Qui sumus in hoc habitaculo / ingemiscimus grauati: eo q̄ nolumus expoliari / sed superuestiri: vt absorbeat qd mortale est a vi ta. Ecce et mori desiderat: et tamen carne expoliari formi dat. Cur hoc? Quia et si victoria impetū letificat / ipsa nihilominus ad presens pena perturbat: et q̄uis vincat amor subsequētis muneris / tangit tamē non sine merore animū pulsus doloris. Sicut enī vir fortis cū vicino iā belli certamine armis accingit: et palpitat et festinat: tre

E

mit et seuit: quasi pauere p pallorē cernitur: sed per iram vehementer vrgetur: ita vir sanctus cū passioni se propin quare conspicit: et nature sue infirmitate concutit: et spei sue soliditate roboratur: et de vicina morte trepidat: et ta men q̄ moriendo verius viuat exultat. Ad regnū quippe nō potest nisi interposita morte transire: et idcirco et cōfi dēdo quasi ambigit: et quasi ambigēdo cōfidit: et gaudēs metuit / et metuens gaudet: quia scit q̄ ad brauiū quietis non perueniat / nisi hoc qd interiacet / cum labore transcē dat. Sic nos cum morbos a corpore repellere cupimus: tristes quidē amarum purgationis poculū sumimus: cer ti autē de subsequēti salute gaudem⁹. Quia enim perueni re corpus aliter ad salutem non valet: in potu libet etiam qd tedet. Cūq3 amaritudini inesse vitā animus conspicit / merore turbatus hilarescit. Dicatur ergo: Ubi audierit buccinam / dicit vah: qz predicator fortis cognito certa minis nuncio: etsi vt homo ad vim percussionis trepidat / per spei tamen certitudinem ad premiū remunerationis exultat. Sed nequaq3 ad hoc passionis bellū inconcussus exultaret / nisi eādem passionē intenta cogitatione meditā do preueniret. Malū nāq3 qd cōsilio preuenit: decertanti cōtra se aīo et ratiōe subijcit: qz tanto quisq3 minus ad uersitate vincit / quāto cōtra illā prescīēdo paratus inue nitur. Sepe enim graue timoris pōdus vsu leuigat: sepe mors ipsa sicut inopinata perturbat / ita deliberatiōe preuē ta letificat. Unde et recte de hoc equo subiungit: [Pro cul odorat bellū.] Ac si apertius dicat: Idcirco qdlibet certamē exuperat: qz mētem certamini ante certamen pa

Bellum
odorari.
ij. Cor. xiij.

rat. Bellū quippe procul odorari est aduersa queq3 lōge ad huc posita cogitādo pnoscere / ne fortasse valeāt improuisa superare. Hoc bellū procul odorari discipulos Paul⁹ ad monebat / cum diceret: Uosmetipsos tentate si estis in fi de: ipsi vos probate. Ac si apte preciperet dicens: Persecu tionum certamina ad mentē reducite: et cordis vestri inti ma atq3 occulta pensantes / quales inter supplicia existe re valeatis inuenite. Hoc bellū sancti viri procul odorant: quādo et in pace vniuersalis ecclesie positi / vel heretico rū bella / vel imminētia ab infidelib⁹ persecutionū tormēta conspiciūt. Qui dū recte viuūt: sepe pro bonis mala reci piunt: detractionū contumelias equanimiter ferunt: et si persecutionis occasio suppetat: tanto illos fortiores aper ti hostes inueniūt / quāto eos et intra ecclesiā falsorū fratrū iacula nō expugnāt. Nā q a statu patientie ante linguarū vulnera corruit: ipse sibi testis est qz contra manifeste per cussionis gladios non subsistit. Quis ergo vir dei exercis tatus presentibus contra ventura / et exercitatus mini mis cōtra maiora nititur: recte de equo dei dictū est q̄ bel lū procul odoratur. Sequitur. [Exhortationē ducum / et vlulatum exercitus.] Duces a diuerse partis sunt erroris

Psal. cvj.

auctores: de quibus per Psalmistam dicitur. Effusa est contentio super principes eorum: et seduxerunt eos va na: et errare fecit eos in inuio / et non in via. De qui

Mat. xv.

bus per semetipsam veritas dicit. Cecus si ceco ducatum

G

prebet: ambo in foueam cadunt. Hos autē duces exercitus sequitur/prauorū scilz turba: que iniquis eorum preceptionibus famulatur. Notandū quoqꝫ q̄ duces exhortari/exercitum vero dicit vlulare: qr videlicet hi qui infidelib⁹ vel hereticis presunt/praua que teneri precipiūt/quasi ex ratiōe persuadēt. Turba vero eis subdita/quia sine iudicio eoꝝ voces sequitur: dum per cōfusionis insaniam pstrepit/bestiali mente vlulare perhibetur. Rapte quippe proprie vlulat⁹ cōuenit. Et qr cetervę reproborū cōtra vitam moresqꝫ fideliū soli rapacitati inhiant: quasi per vlulatum clamant. Capitulum. xxvij.

Equus ergo dei exhortationē ducum ꝛ vlulatū exercitus procul odoratur: dum sanctus quisqꝫ predicator longe ante considerat: quid vel auctores errorū contra electos valeant precipere: vel turba eis subdita q̄ possit immaniter insanire. Hanc exhortationem ducum odorabatur Paulus/cū diceret. Per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentiū. Hunc vlulatum exercitus odorabatur dicēs. Intrabunt post discessionē meā lupi graues in vos. Exhortationem ducū odoratus est Petrus: cū de quibusdā discipulos admoneret dicēs. In auaritia fictis verbis de vobis negociabūtur. Vlulatū quoqꝫ exercitus odorabat/ cum premitteret dicens. Et multi sequētur eorum luxurias/per quos via veritatis blasphemabitur.

Roṁ. xvj.

Act. xx.

ij. Pet. ij.

Ibidem.

¶ S. Ea que de equo dei dicta sūt/moraliter ad vnūquemqꝫ militem Christi referri possunt.

¶ Igitur quia sanctus quisqꝫ predicator atqꝫ in perfectionis bello dux fidei/qualem se possit exhibere narrauimus: nunc sub huius equi specie vnūquēqꝫ Christi militem describamus: vt ꝛ qui ad predicationis culmē nec dū se peruenisse considerat: hac tamen voce dominica/si iam bene viuere ceperit/expressum se esse cognoscat: quaten⁹ hinc colligat quātū deo notus sit/si ad maiora puenerit: quem signāter deus eloqui nec in minimis pretermittit. Singula itaqꝫ que de equo dicta sunt/repetentes intimemus quomodo miles dei a primeua cōuersatiōe pficiat: quomodo a minimis ad maiora succrescat: vel qb⁹ gradibus ab infimis ad supna perueniat. Dicatur ergo: Nunquid prebebis equo fortitudinem/aut circundabis collo eius hinnitum? Vniuscuiusqꝫ anime cui dn̄s misericorditer presidet/ante oīa fidei fortitudinē prebet: de qua Petr⁹ ait: Aduersari⁹ vester diabolus sicut leo rugiens circuit querens quē deuoret: cui resistite fortes in fide. Huic autem fortitudini hinnitus iungitur: dum fit quod scriptū est: Corde creditur ad iustitiam: ore autem cōfessio fit ad salutem. Sequitur. Capitulum. xxviij.

M

ij. Pet. v.

Roṁ. x.

Nunquid suscitabis eū quasi locustas? Vnusquisqꝫ qui deū sequitur: in ipso suo exordio vt locusta suscitatur: qr etsi in quibusdā actionibus locustarum more fictis poplitibus terre inheret: in quibusdā tamen expansis alis sese in aera suspendit. Conuersionū quippe initia/bonis moribus malisqꝫ permixta sunt: dū ꝛ noua iam per intentionem agitur: et vetus adhuc vita ex vsu retinetur. Tanto autē minus permixtis interim malis ledimur: quāto cōtra illa quotidie sine cessatiōe pugnamus. Nec suos nos iam culpe vendicant/cuius prauo visui nostra sollicite mens resultat. Min⁹ itaqꝫ nobis inchoantibus terrena opera officiunt: quia in nobis diutius demorari prohibentur. Proinde qui in ipso nostre conuersationis initio infirma quedā pie de nobis dn̄s tolerat: vt nos quādoqꝫ ad celestia ex perfectiōe perducat: quasi locustas nos in exordio suscitat: quia etsi in volatu virtutis subleuat: non tamen de terreni operis casu desperat. Sequitur. [Gloria narium ei⁹ terror.] Pro eo q̄ non visa nos odore deprehēditur: nō immerito nariū nomine/spei nostre cogitationes exprimūtur: quibus ventura iudiciū qd etsi oculis adhuc non cernimus/iā tamen sperādo preuidemus. Qui autē qui bene viuere incipit: audiēs q̄ per extremū iudiciū iusti ad regnū vocentur/hilarescat: sed qr quedam mala adhuc ex reliquiis sibi inesse cōsiderat: hoc ipsum iudiciū de quo exultare inchoat/appropinquare formidat. Vitā quippe suā bonis malisqꝫ permixtā conspicit: et cogitationes suas aliquo modo spe et timore confundit. Nam cū audit q̄ sint regni gaudia/mox mentē letitia subleuat: et rursum cū respicit que sint gehēne tormēta/mox mentē formido perturbat. Bene ergo gloria nariū eius terror dicitur: qr inter spem

Cōuersionum initia bonis moribus malisqꝫ permixta sūt.

et metū positus/dum futurū iudiciū mente cōspicit/hoc ipm timet vnde gloriat. Ipsa ei sua glia terror est: qr inchoatis iam bonis/spe de iudicio letus est: ꝛ needum finitis oībus malis/perfecte securus non est. Sed inter hec sollicite ad mentē reuertit: et procellas tante formidinis reuoluens/sese in solius pacis tranquillitate disponere totis viribus a districto iudice inueniri liber conatur. Seruile quippe estimat dn̄icam presentiā formidare: ac ne cō spectū patris metuat/illa agit p̄ que se filiū recognoscat. Discit ergo iudicē tota expectatione diligere: atqꝫ (vt ita dixerim) timendo renuit timere. Viri autē cordi formidinē pro carnali actione cōsiderat: et ideirco ante oīa carnem forti edomatione castigat. Vnde postqꝫ dictum est: Gloria narium eius terror/recte subiungitur: [Terrā vngula fodit.] Vngula nāqꝫ terrā fodere: est districta abstinētia carnem edomare. Quo autem plus caro premitur: eo de celesti spe animus securi⁹ letat. Vnde effossa terra apte subnectitur: [Exultat audacter.] Quia enim valenter reprimit qd impugnat: audacter exultat de his que in eterna pace desiderat: tantoqꝫ mens melius ad supna appetenda cōponitur/quanto ab illicitis arctius corp⁹ edomatur. Vnde recte p̄ Salomonē dicitur. Diligēter exerce agrū tuū: vt postea edifices domū tuā. Ille quippe bene mentis domū edificat/qui prius agrum corporis a spinis vitiorum purgat: ne si desideriorum sentes in carnis agro proficiāt/intus tota virtutū fabrica fame boni operis crescente destruat. In ipso autē quisqꝫ belli certamine positus: tāto subtilius fraudē hostiū cōspicit/quāto ꝛ districtius corpus propriū quasi quēdam hostium adiutorem premit. Vnde et post contritionē corporis/post letitiam cordis recte subiūgitur. [In occursum pergit armatis.] Hostes armati sunt immūdi spūs: innumeris cōtra nos fraudib⁹ accincti. Qui cū suadere nobis iniqua nequeūt: ea sub virtutum specie nostris obtutibus opponunt: et quasi sub quedā arma se contegūt/ne in sua malitia a nobis nudi videāntur. Quibus armatis hostibus in occursum pgimus: quādo eoꝝ insidias lōge preuidem⁹. Effossa igitur terra/armatis hostibus in occursum pergere est/edomita carnis supbia/dolos immundoꝝ spirituum mirabiliter explorare. Effossa terra armatis hostibus in occursum pgere est/deuicta carnali nequitia/contra spiritalia vitia certamen subire. Nam qui adhuc serui cieruiliter pugnat: frustra cōtra se bella extra posita suscitat. Qui eni semetipm carnalib⁹ subiugat/quomodo spiritalib⁹ vitijs resultat? Aut quomō de laboꝛe externi certaminis triūphare appetit: qui adhuc apd̄ semetipm domestico libidinis bello succūbit? Capitulum. xxix.

K

Prouer. xxiiij.

L

Vel certe armatis hostib⁹ in occursum pergimus: quando per exhortationis studium/eorum insidias et in alieno corde preuenimus. Quasi enim ex loco in quo sumus/ad locū alium obuiam hostibus venimus: quādo nostra cura ordinate postposita/accessum immūdorum spirituū a proximi mente prohibemus. Vnde fit plerūqꝫ vt hostes callidi militē dei iam etiam de intestino bello victorem/tanto de semetipso terribilius tenteñt/quanto illum contra se et in alieno corde preualere fortiter vidēt: vt dū illū ad se tuendū reuocāt/aliena corda liberius que exhortatione eius protegebantur/inuadāt. Cūqꝫ eū superare non possunt: saltem occupare conātur/quatenus dū miles dei de semetipso concutitur/nō ipse sed is quē defendere cōsueuerat/perimatur. Sed mens in deū immobiliter fixa/tentationū impetum despicit: nec cuiuslibet terroris iacula pertimescit. Superne enim gratie fretus auxilio: sic vulnera infirmitatis sue curat/vt aliena non deserat. Vnde et bene de hoc equo subiūgitur: [Contēnit pauorē/nec cedit gladio.] Contēnit pauorē: qr nullius tentationis formidine ad hoc vsqꝫ terretur vt taceat. Nec cedit gladio: qr etsi violentia illū tentatio pcutit: a cura tamē pximi nō repellit. Vnde Paulus exemplum nobis inuicte cōuersationis insinuaret: quos ab hoste gladios susceperat dicit: ꝛ quomodo eisdem gladijs nō cedat ostēdit. Omni eni iā carnalis operis pugna superata: carnalis tētationis gladiū ab hoste susceperat: q̄ dicebat. Video aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mentis mee: ꝛ captiuū me ducentē in lege peccati/que est in mēbris meis. Sed eidē gladio quem in se vicerat: etiam in alijs non cedebat: cum profecto proximis diceret: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore:

M

Roṁ. vij.

Roṁ. vj.

A

ad obediēdum desiderijs eius. Et rursum: Mortificate mēbra vestra q̄ sunt sup terrā/ fornicationē / immūditiā/ libidinē/ cōcupiscētiam malā. Grauis illum tentationū gladius feriebat: de quibus ipse ait: In laboribus plurimis/ in carceribus abundantius/ in plagis supra modū/ in mortibus frequenter. A iudeis quinquies quadragenas vna minus accepi: ter virgis cesus sum/ semel lapidatus sum/ ter naufragium feci: nocte et die in ꝓfundo maris fui: et cetera que ipse tolerare potuit/ et nos enumerare lassamur. Sed quomodo eidem gladio in proximi dilectione non cedat: post multa ipse subiungit. Preter illa que extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana: sollicitudo omniū ecclesiarū. Equus ergo dei et gladio percutitur: nec tamē percussione eadē a cursu ꝓhibetur: dum fortis spiritalis certaminis miles / et ipse vulnera ab hoste suscipit: et tamen ad salutē alios stringit. Sed erga tā durū celestis militis pectus antiquus hostis tanto acutiora spicula perquirit: quāto se despici robustius cōspicit. Unde et sequitur.

> Col. iij. — ij. Cor. xi. — Ibidem.

Capitulum. xxx.

Super ipsum sonabit pharetra: vibrabit hasta et clypeus. Quia enim videt sancte mētis studiū contra se et alijs prodesse: multiplicata hūc satagit tentatione confodere. Unde sepe cōtingit vt hi qui regendis alijs presunt/ tentationum certamina fortiora patiantur: quatenus corporaliū more bellorū dū dux ipse ad fugam vertitur/ resistentis exercitus cōstipata vnanimitas sine labore dissipetur. Hostis itaq̄ callidus cōtra celestem militem diuersa percussionū vulnera exquirens: modo ex pharetra per insidias cum sagitta vulnerat: modo ante eius faciem hastam vibrat: quia videlicet vitia et alia sub virtutū specie contegit/ et alia vt sunt aperta eius oculis opponit. Ubi enim infirmari dei militē conspicit: illic fraudis velamina non requirit. Ubi autē sibi resistere fortem considerat: illic cōtra vires procul dubio dolos parat. Nam cum infirmū quēpiam in carnis illecebra videt: aperte speciem corporis que concupisci valeat/ eius obtutibus obijcit. Si autē fortasse validum contra suarū tiam cernit: importune eius cogitationibus domesticorū suorū inopiā suggerit: vt dū mens ad prouisionis curam quasi pie flectitur/ seducta furtim ī rerum ambitu inique rapiatur. Equum ergo dei sagitta per insidias impetit: quando ei hostis callidus sub virtute vitium abscondit. Hasta autem cominus vulnerat: cum manifesta nequitia etiam sciente tentat. Sepe vero celesti militi vno eodēq̄ tempore vtrūq̄ ab hoste obijcitur: vt in qualibet vna percussione perimat. Dolosus nāq̄ aduersarius simul ferire nititur et aperte feriens et in insidijs latens: vt dū de occulto sagitta metuit/ minus ante faciem hasta timeatur: vel dū ante faciem haste resistitur/ nequaq̄ ex occulto veniens sagitta videatur. Sepe enī tentationē proponit de libidine: et subito fraudulentius cessans/ elationē suggerit de seruata castitate. Et sunt nōnulli qui dum multos ex castitatis arce in elationis foueā cecidisse conspiciunt: vite sue custodiā negligētes/ in immūditiā libidinis demerguntur. Sunt vero e diuerso nōnulli qui dū libidinis immunditiā fugiūt: per castitatis culmen in voraginem elationis ruunt. Quasi ergo aperte feriens hasta est/ culpa de vitio: et q̄si ex occulto vulnerans de pharetra sagitta est/ culpa de virtute. Sed equus dei et ante faciem hastam superat/ cū libidinē calcat: et a latere sagittā circumspicit: cum in castitatis mundítia se ab elatione custodit. Unde et bene inter vtraq̄ certanti per Salomonē dicit: Dñs erit in latere tuo: et custodiet pedē tuū ne capiaris. Pes nāq̄ in anteriora tendit. Anteriora autē non videt/ qui ea q̄ sunt a latere conspicit. Rursumq̄ q̄ pedis custodiam procul dubio anteriora cernit: circūspectionem lateris deserit. Dum vero ante faciē posite virtutis aliquid agimus: quasi quo pes debeat poni ꝓuidemus: sed dū ex virtute eadē furtim culpa suboritur: quasi dū in anteriora respicit/ ad sagittā latus nudatur. Sepe vero dū subortentē culpā metuimus/ virtutē q̄ agenda est declinamus: et quasi dū latus circūspicitur/ nequaq̄ cernitur pes in anteriora quomodo ponat. Bene ergo dicit. Dñs erit in latere tuo: et custodiet pedē tuū ne capiaris: q̄ miles dei diuine gratie clypeo protectus: et q̄ ex latere possint ꝓdere circūspiciendo cōsiderat: et gressum ante faciē ferre prospiciendo non cessat. Cui fraudulentus hostis inuidens quia per pharetrā et hastam nequaq̄ se preualere conspicit/ clypeum opponit: vt si resistentis pectus feriendo nō perforat/ saltem quibusdā obiectionibus proficientis iter intercludat. Quasdam nāq̄ difficultates ipsis eius conatibus obijcit: et cū superare non valet/ vel resistit. Sed q̄d contra tot argumēta bellorū equus dei agat audiamus. Feruens et fremens sorbet terrā: nec reputat tube sonare clangorem. Contra equū clangor tube insonat: quando electi mentē in eo q̄d agit fortiter et vicino quedā posita culpa terribiliter tentat. Sed feruens et fremēs sorbet terram: quia nimio ardore semetipsum discutit: et quicq̄d in se terrenum reperit/ quotidie proficiendo cōsumit. Et clangorem tube sonare non reputat: quia consideratione forti omne vitium quod de virtutis gloria nascitur/ sollicitus declinat. Sonare enim clangorem tube reputaret: si fortasse propter aliud quod praue suboritur/ alia agere recta metueret. Quia ergo ad agenda fortia ante insonantia tentamenta non trepidat: in feruore suo positus/ clangorem tube minime formidat. Sepe autem dum prosperari se virtutibus conspicit: ne ipsa illum virtutum ꝓsperitas eleuet/ pulsari se tentationib⁹ gaudet. Unde et apte subiungitur: Ubi audierit buccinam: dicit vah. Multos enim peius sua felicitas strauit: multos diuturna pax inertes reddidit: eosq̄ illos inopinatus hostis grauius perculit/ quo longo quietis vsu negligentes inuenit. Unde sancti viri cum multa se proficere virtutum prosperitate considerant: quodam dispensationis superne moderamine/ exerceri se etiam tētationibus exultant: quia tanto robustius acceptam virtutū gloriā custodiunt/ quāto tentationis impulsu concussi/ infirmitatē suam humilius cognoscunt. Equus ergo audita buccina vah dicit: quia videlicet preliator dei cum vim tentationis incumbere conspicit: vtilitatem superne dispensationis considerans/ ex ipsa validius aduersitate confidit. Cuius aduersitatis certamina idcirco illum non superant: quia nunq̄ improuisa tentant. Longe quippe prenotat ex vnaquaq̄ re cuius vitij pugna succrescat. Unde et sequit. Procul odoratur bellum. Bellum nāq̄ procul odorari est/ ex causis precedētibus que vitiorum pugne subsequātur agnoscere. Quia enim sicut iam sepe dictum est: odore res non visa cognoscitur: bellū procul odorari est/ sicut flatu nariū: sic prouisione cogitationum nequitias latētes indagare. De quo odoratu dñs recte in ecclesie sue laudibus dicit: Nasus tuus sicut turris que est in libano. Per nasum quoq̄ odores fetoresq̄ discernimus. Et quid per nasum nisi sanctorū prouida discretio designatur: Turris vero speculationis in altum ponitur/ vt hostis veniens longe videatur. Recte ergo nasus ecclesie turri in libano similis dicitur: quia sanctorum prouida discretio dum sollicite circunquaq̄ conspicit in altum posita/ priusq̄ veniat culpa deprehēdit: eāq̄ quo vigilāter prenotat/ eo fortiter declinat. Hinc Abacuc ait. Super custodiā meam stabo.

> Multos sua felicitas strauit. — B — Callidus hostis diuersos dolos parat. — C — Prover. iij. — D — E — Bellū procul odorari. — Cānt. vij. — Abacuc. ij.

Capitulum. xxxi.

Hinc vniuscuiusq̄ electi animā Hieremias admonet dicens: Statue tibi speculam: pone tibi amaritudines. Speculam quippe sibi statuere est/ ventura vitiorū certamina ex alta consideratione prenoscere. Sibiq̄ electi mēs amaritudines ponit/ quādo et in virtutum pace constituta: dum mala insidiantia cōspicit/ secura quiescere non cōsentit. Primo autem ne mala quelibet: secundo vero loco considerat/ ne bona incaute faciat: et postq̄ praua subegerit/ ipsa etiam sibi subijcere recta contendit: ne si mentis dominium transcant/ in elationis culpā vertātur. Quia enī (sicut superius dictū est) plerūq̄ ex bonis per incuriē vitium mala nascuntur: vigilanti studio contēplatur/ quomodo ex doctrina arrogantia/ ex iustitia crudelitas/ ex pietate remissio/ ex zelo ira/ ex mansuetudine torpor oriatur. Cūq̄ bona hec agit/ q̄ hi contra se hostes per hec exurgere valeant/ cōspicit. Nā cum a dispensandis doctrine studijs elaborat: mentem sollicite contra certamen arrogantie preparat. Cum culpas delinquentium iuste vicisci desiderat: sagacissime cauet ne modum iustitie crudelitas vindicte transcēdat. Cum pietate frenare se nititur: solerter ꝓspicit ne qua disciplina dissolutione vincatur. Cum se recti zeli stimulis excitat: summopere prouidet ne plusq̄ necesse est ire se flamma succendat. Cum magna mansuetudinis tranquillitate se tēperat: vigilāter obseruat ne torpore frigescat. Quia ergo spiritalis militie cogitatione omne vitiū priusq̄ sur

> F — Hie. xxxi. — Plerūq̄ ex bonis mala nascuntur.

G ripere possit aspicitur: recte de equo dei dicitur: Procul odoratur bellum. Perpendit etiam que turba iniquitatum prorumpat, si mala ad se ingredi vel pauca permittat. Unde et sequitur. [Exhortationem ducum et vlulatum exercitus.] Temptantia quippe vitia que inuisibili contra nos prelio regnanti super se superbie militant: alia more ducum precedunt, alia more exercitus subsequuntur. Neque enim culpe omnes pari accessu cor occupant. Sed dum maiores et pauce neglectam mentem preueniunt: minores et innumere ad illam se cateruatim fundunt. Ipsa namque vitiorum regina superbia cum deuictum plene cor ceperit: mox illud septem principalibus vitijs, quasi quibusdam suis ducibus deuastandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur: quia ex eis proculdubio importune vitiorum multitudines oriuntur. Quod melius ostendimus: si ipsos duces atque exercitum specialiter vt possumus enumerando proferamus.

Vitiorum regina superbia.

Radix cuncti mali superbia. Eccli. x.

Radix quippe cuncti mali superbia est: de qua scriptura attestante dicitur. Initium omnis peccati est superbia. Prime autem eius soboles: septem nimirum principalia vitia, de hac virulenta radice proferuntur: scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria. Nam quia his septem superbie vitijs nos captos doluit, idcirco redemptor noster ad spiritale liberationis prelium, spiritu septiformis gratie plenus venit. Sed habent contra nos hec singula exercitum suum. Nam de inani gloria inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentiones, pertinacie, discordie, et nouitatum presumptiones oriuntur. De inuidia odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi: afflictio autem in prosperis nascitur. De ira rixe, tumor mentis, contumelie, clamor, indignatio, blasphemie proferuntur. De tristitia malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa precepta, vagatio mentis erga illicita nascitur. De auaritia proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentie, et contra misericordiam obdurationes cordis oriuntur. De ventris ingluuie inepta letitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. De luxuria cecitas mentis, inconsideratio, inconstantia, precipitatio, amor sui, odium dei, affectus presentis seculi, horror autem vel desperatio futuri generatur.

Soboles superbie septem vitia principalia.

H Quia ergo septem principalia vitia tantam de se vitiorum multitudinem proferunt: cum ad cor veniunt, quasi subsequentis exercitus cateruas trahunt. Ex quibus videlicet septem quinque spiritalia, duoque carnalia sunt. Sed vnumquodque eorum tanta sibi cognatione iungitur, vt non nisi vnum de altero proferatur. Prima namque superbie soboles inanis est gloria: que dum oppressam mentem corruperit, mox inuidiam gignit: quia nimirum dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc alius adipisci valeat tabescit. Inuidia quoque iram generat: quia quanto interni liuoris vulnere animus sauciatur, tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur: et quia quasi dolens membrum tangitur, idcirco opposite actionis manus velut grauius pressa sentitur. Ex ira quoque tristitia oritur: quia turbata mens quo se inordinate concutit, eo addicendo

I confundit: et cum dulcedinem tranquillitatis amiserit, nihil hanc nisi ex perturbatione subsequens meror pascit. Tristitia quoque ad auaritiam deriuatur: quia dum confusum cor bonum letitie in semetipso intus amiserit, vnde consolari debeat foris querit: et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat, quanto gaudium non habet ad quod intrinsecus recurrat. Post hec vero duo carnalia vitia, id est ventris ingluuies et luxuria supersunt. Sed cunctis liquet quia de ventris ingluuie luxuria nascitur: dum in ipsa distributione membrorum ventri genitalia subnexa videantur. Unde dum vnum inordinate reficitur: aliud proculdubio ad contumelias excitatur. Capitulum. xxxvj.

Bene autem duces exhortari dicti sunt, exercitus vlulare: quia prima vitia decepte menti quasi sub quadam ratione se inserunt, sed innumera que sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt. Inanis namque gloria deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari: cum dicit. Debes maiora appetere: vt quo potestate valueris multos excedere, eo etiam valeas multis prodesse. Inuidia quoque deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit. In quo illo vel illo minor es? cur ergo eis vel equalis vel superior non es? Quanta vales que illi non valent? Non ergo tibi aut superiores esse, aut etiam equales debent. Ira etiam deuictum cor quasi ex ratio

K ne solet exhortari, cum dicit. Que erga te aguntur, equanimiter ferri non possunt: immo hec patienter tolerare peccatum est: quia et si non eis cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulantur. Tristitia quoque deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit. Quid habes vnde gaudeas: cum tanta mala de proximis portas? Perpende cum quo merore omnes intuendi sunt, qui in tanto contra te amaritudinis felle vertuntur. Auaritia quoque deuictum animum quasi ex ratione solet exhortari: cum dicit. Ualde sine culpa est: quod quedam habenda concupiscis: quia non multiplicari appetis, sed egere pertimescis: et quod male alius retinet, ipse melius expendis. Uentris quoque ingluuies deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit. Ad esum deus omnia munda condidit: et qui satiari cibo respuit, quid aliud quam muneri concesso contradicit? Luxuria quoque deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit. Cur te in voluptate tua modo non dilatas: cum quid te sequatur ignoras? Acceptum tempus in desiderijs perdere non debes: quia quam citius pertranseat nescis. Si enim misceri deus hominem in voluptate coitus nollet: in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset. Hec est ducum exhortatio: que dum incaute ad secretum cordis admittitur, familiarius iniqua persuadet. Quam videlicet exercitus vlulatus sequitur: quia infelix anima semel principalibus vitijs capta: dum multiplicatis iniquitatibus in insaniam vertitur, ferali iam immanitate vastatur. Sed miles dei quia

L solerter preuidere vitiorum certamina nititur, bellum procul odoratur: quia mala precuntia quid menti persuadere valeant, cogitatione sollicita respicit. Exhortationem ducum naris sagacitate deprehendit: et quia longe prescindo subsequentium iniquitatum confusionem conspicit, quasi vlulatum exercitus odorando cognoscit. Igitur quia vel predicatorem dei vel quemlibet spiritalis certaminis militem descriptum equi narratione cognouimus: nunc eundem iterum in auis significatione videamus: vt qui per equum didicimus eius fortitudinem, etiam per auem discamus illius contemplationem. Quia enim per descriptam equi magnitudinem audiuimus quantum contra certamina vitiorum vir sanctus per patientiam toleret: nunc per auium speciem cognoscamus, quantum per contemplationem volat. Sequitur.

¶ S. L. Id est, non est ex homine sed ex gratia dei quod veteris vite pennas peccator conuersus ad deum, abijciat.

¶ Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter: expandens alas suas ad austrum? Quia per annos singulos pennam veterem accipiter noua nascente proijciat: ac sine intermissione plumescat, pene nullus ignorat. Non autem hic illud plume tempus dicitur, quo nido vestitur: quia tunc nimirum adhuc videlicet pullus ad austrum alas expandere non valet: sed illa annua pluma describitur, que laxata veteri penna renouatur. Et quidem domesticis accipitribus quo melius plumescere debeat, humida ac

M tepentia loca requiruntur. Agrestibus vero mos est vt flante austro alas expandant: quatenus eorum membra ad laxandam pennam veterem venti tepore concalescant. Cum vero ventus deest: alis contra radios solis expansis atque percussis, tepentem sibi auram faciunt: sicque capto tepore, aptis poris, vel veteres exiliunt, vel noue succrescunt. Quid est ergo accipitrem in austro plumescere: nisi quod vnusquisque sanctorum tactus flatu sancti spiritus concalescit: et vsum vetuste conuersationis abijciens, noui hominis formam sumit? Quod Paulus admonet dicens. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes nouum. Et rursum: Licet is qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Uetustam autem pennam proijcere est, inueterata studia dolose actionis amittere: et nouam pennam sumere, est mitem ac simplicem bene viuendi sensum tenere. Penna namque veteris conuersationis grauat: et pluma noue immutationis subleuat: vt ad volatum tanto leuiorem, quanto nouiorem reddat. Capitulum. xxxvij.

Col. iij.

Ephe. iiij.

Et bene ait: Expandit alas suas ad austrum. Alas quippe nostras ad austrum expandere, est per adductum sancti spiritus nostras confitendo cogitationes aperire: vt iam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit, cum ad austrum alas expanderit: quia tunc se vnusquisque virtutum pennis induit, cum sancto spiritui cogitationes suas confitendo substernit. Qui enim vetera fatendo non detegit, noue vite opera minime producit: qui nescit lugere quod

A gravat/nō valet proferre qđ sublevat. Ipsa nãq3 compūctionis vis poros cordis aperit: et plumas virtutū fundit: cūq3 se studiose mens de pigra vetustate redarguit/ alacri novitate iuvenescit. Dicatur ergo beato Job: Nūquid per sapientiã tuam plumescit accipiter: expandens B alas suas ad austrū: id est/nunquid cuilibet electo tu intelligentiam contulisti: vt flante sancto spiritu/cogitationum alas expãdat: quatenus pondera vetuste cõversationis abijciat: et virtutū plumas in vsum novi volatus sumat/ Ut hinc videlicet colligat: qđ vigilantiã sensus in semetipso ex se nõ habet/qui hanc ex se conferre alijs nequaq̃ valet. Potest etiam per hunc accipitrem/renovata gentilitas designari: ac si beato Job aperte diceret. Futuras virtutū plumas in gentilitate respice: et vetustas superbie pennas amitte. Sequitur.

C. S. Qđ viri cõtemplativi cū mente deo excedunt/vniversam corpoream creaturã transgrediuntur.

C. Nunquid ad preceptū tuū elevabitur aquila: et in arduis ponet nidū sibi? In scriptura sacra vocabulo aquile/aliquãdo maligni spūs raptores aiarū: aliquãdo presentis seculi potestates: aliquando vero vel subtilissime sanctorum intelligentie: vel incarnatus dñs ima celeriter transvolans: et mox summa repetẽs designatur. Aquilarum noie insidiatores spūs exprimuntur: Hieremia atte(Threñ. iiij.) stante/qui ait. Velociores sunt psecutores nostri aquilis celi. Persecutores eñ nostri aquilis celi velociores sunt/ cū tanta contra nos maligni hoīes faciūt/vt ipsas etiam aereas potestates inventionibus malitie preire videant. Aquile etiam vocabulo potestas terrena figuratur. Un(Ezechiel. xvij.) de per Ezechielem prophetam dicit: Aquila grãdis/magnarū alarū/longo membrorū ductu/plena plumis et vaB rietate/venit ad libanū/et tulit medullã cedri/et summitatem frondiū eius evulsit. Que videlicet aquila qđ ali9 qđ Nabuchodonosor rex babylonie designat? Qui p immensitate exercitus/magnarū alarū: pro diuturnitate tēporū/longo mēbrorū ductu: pro multis vero divitijs/plenus plumis: pro innumera autē terrene glorie cõpositione/plenus varietate describitur. Qui venit ad libanum et tulit medullã cedri et summitatē frondium eius evulsit: qr videt celsitudinem petēs/nobilitatē regni eius quasi medullã cedri abstulit: et dū tenerrimã regū prolem a regni sui culmine captivãdo sustulit/quasi summitatē frõdiū eius evulsit. Aquile vocabulo vel subtilis sanctorum intelligentia/vel volatus dñice ascensionis exprimitur. (Ezech. i.) Unde idem ,pheta dū sub animaliū specie euãgelistas quattuor se vidisse describeret: eis sibi hominis/leonis/ bovis/et aquile faciem apparuisse testatur: quartū procul dubio aial Joannẽ per aquilã designãs/qui volãdo terram deseruit: qr per subtilẽ intelligẽtiã interna mysteria verbi vidẽdo penetravit. Cui nimirū prophetice sententie/ipse quoq3 Joãnes in revelatione sua de semetipso nõ (Apo. iiij.) dissonat/dicens. Aial primū simile leoni: secundū aial simile vitulo: tertiū aial habēs faciem quasi hois: quartū aial simile aquile volanti. Et qm̃ singula ad vniuscuiusq3 C euangelistã recte cõveniũt: et dū alius humane nativitatis ordinē: alius per mundi sacrificij mactationē quasi vituli mortē: alius potestatis fortitudinē/quasi leonis clamorem insinuat: alius nativitatem verbi intuēs/quasi oculis solem aquila aspectat: possunt tamen hec quattuor aialia ipsum suū caput cui9 sunt mēbra signare. Ipse nãq3 et homo est: qr naturã nostrã veraciter suscepit: et vitulus/qr pro nobis patiēter occubuit: et leo/qr p divinitatis fortitudinem suscepte mortis vinculum rupit: et ad extremū aqla/qr ad celū de quo venerat redijt. Homo ergo nascēdo: vitulus moriendo: leo resurgēdo: aqla ad celos ascendendo vocatus est. Capitulum. xxxiiij.

Sed hoc loco aquile nomine/subtilis sanctorū intelligentia/et sublimis eorum cõtemplatio figuratur. Cunctarū quippe avium visum acies aquile superat: ita vt solis radius fixos in se eius oculos nulla lucis sue choruscatione reverberans claudat. Ad preceptum ergo dei elevatur aquila: dum iussionibus divinis obtemperans/in supernis suspenditur fidelium vita. Que et in arduis nidum ponere dicit: quia desideria terrena despiciens/spe iam de celestibus nutritur. In arduis nidum ponit: qr habitationem mētis sue in abiecta et infima conversatione non construit. Hinc est qđ cinco (Nu. xxiiij.) Balaam prophetante dicitur. Robustū quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidū tuū. Cineus B nãq3 possessor interpretat. Et qui sunt qui presentia possident/nisi hi qui ingenio sapientie secularis callent? Qui in hoc veraciter robustum sibi habitaculū construunt/si per humilitatē parvuli apud semetipsos facti/in Christi sublimitate nutriuntur: si semetipsos infirmos sentiunt: et in excelsa humilitate cogniti/redemptori fovendū mētis fiduciam ponunt: si ima non appetunt: si omne qđ preterit/cordis volatu transcẽdant. Videamus aquilam nidum spei sibi in arduis construentē/qui ait: Nostra con(Phi. iij.) versatio in celis est. Et rursum: Qui conresuscitavit et cõ(Ephe. ij.) sedere nos fecit in celestibus. In arduis habet nidum: qr profecto in supernis figit consilium. Non vult mētem in ima deijcere/non vult per abiectionem cõversationis humane in infimis habitare. Cūq3 Paulus fortasse in carcere teneretur/cum se cõsedere Christo in celestibus testatetur. Sed ibi erat/vbi ardentē iam mentē figerat: non illic vbi illum necessario pigra adhuc caro retinebat. Hoc nãq3 esse speciale specimen electorū solet: qr sic sciunt presentis vite iter carpere: vt per spei certitudinē noverint iam se ad alta pervenisse: quatenus cuncta que preterfluūt/ sub se esse videãt: atq3 omne quod in hoc mundo eminet/ amore eternitatis calcent. Hinc est enim qđ sequenti se aie per prophetã dñs dicit: Sustollã te sup altitudines ter(Esa. lviij.) re. Quasi quedã nãq3 inferiora terre sunt/damna/contumelie/egestas/abiectio: que ipsi quoq3 amatores seculi dū per late vie plenitudinem ambulant/vitando calcare non cessant. Altitudines autem terre sunt: lucra rerū/blandiE mẽta subditorū/divitiarū abundãtia/honor et sublimitas dignitatū: que quisquis per ima adhuc desideria incedit/ex ipso alta estimat/quo magna putat. At si semel cor in celestibus figitur: mox qđ abiecta sint cernitur que alta videbantur. Nã sicut qui in montē conscendit: eo paulisper cetera subterjacentia despicit/quo ad altiora gressum amplius tendit: ita qui in summis intentionem figere nititur/dū amissu ipso nullam presentis vite gloriã esse deprehendit: super terre altitudines elevatur: et qđ pri9 in imis desiderijs positus sup se credidit/post ascendẽdo proficiẽs sibi subesse cognoscit. Que ergo illic dñs facturū se esse pollicetur/dicens: Sustollam te super altitudines terre: hec apud beatū Job solū sese facere posse testatur/dicens: Nunquid ad preceptū tuū elevabit aquila: et ponet in arduis nidū sibi? Ac si diceret. Ut ad meū/ qui quod exterius precipio/hoc intrinsecus gratia occulte largitatis inspiro. Sequitur. In petris manet. In sacro eloquio cū singulari numero petra nominat/quis alius qđ Christus accipitur? Paulo attestante/qui ait: (i. Cor. x.) Petra autē erat Christ9. Cū vero petre pluraliter appellantur: mẽbra ei9/videlicet sancti viri/qui illius robore solidati sunt/exprimuntur. Quos nimirum Petrus apl's (i. Pet. ij.) lapides vocat/dicēs: Vos tanq̃ lapides vivi coedificamini domus spirituales. Ista itaq3 aquila que ad veri solis radios cordis oculos aperit/in petris manere dicit: qr in dictis antiquorū et fortium patrū mētis statione collocatur. Eorū quippe vitam quos in via dei pretijsse conspiF cit/ad memoriam reducit: atq3 in celsitudine illorum fortitudinis studendo/nidū sibi construit sancte meditationis. Cūq3 eorū acta dictaq3 tacite cogitat: cum presentis vite gloriam in cõparatione eterne excellentie qđ sit abiecta considerat: quasi sub se esse ima terrarum in petris residens observat. Capitulum. xxxv.

Possunt etiam petre sublimes virtutū celestiū potestates intelligi: quas non iam quasi more arborū huc atq3 illuc ventus nostre mutabilitatis inclinat: quia velut petre in arduis site: ab omni motu mutabilitatis aliene sunt: et ad soliditatem fixe celsitudinis/ipsa cui inherẽt eternitate duruerūt. Vir itaq3 sanctus cū terrena despicit/more se aquile ad altiora suspendit: et per contēplationis spiritū sublevatus/perennē angelorū gloriã prestolatur: atq3 huic mūdo hospes: illa appetendo que aspicit/iam in sublimibus figitur. Recte ergo dicitur: In petris manet: id est intentione cordis inter illas celestes virtutes residet/que per eternitatis sue fortitudinē tanta iam soliditate fixe sunt: vt in nullo culpe latere mutabilitatis varietate flectãtur. Unde et apte sequitur: Et in preruptis silicibus commorãtur: atq3 inaccessis rupibus. Qui enī sunt alij prerupti silices/nisi illi fortissimi angelorū chori: qui q̃uis nō integri: sed tamen

[B] in proprio statu steterunt/cadente cum suis angelis diabolo remanserunt. Prerupti enim sunt: quia pars eorum cecidit/pars remansit. Qui integri quidem stant per qualitatem meriti/ sed pro numeri quantitate prerupti. Hanc preruptionem restituere mediator venit: ut redempto humano genere/illa angelica damna sarciret: et mensuram celestis patrie locupletius fortasse cumularet. Propter hanc preruptionem de

[Ephe.j.]

patre dicitur. Proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo: que in celis et que in terra sunt in ipso. In ipso quippe restaurantur ea que in terra sunt: dum peccatores ad iustitiam conuertuntur. In ipso restaurantur ea que in celis sunt: dum illuc humiliati homines redeunt: unde apostate angeli superbiendo ceciderunt. Quod vero ait/ Inaccessis rupibus: nimirum qui prerupti silices/ipsi sunt inaccesse rupes. Cordi enim peccatorum hominum valde inaccessa est claritas angelorum: quia quo ad pulchra corporalia cecidit/eo a spiritali specie oculos clausit. Sed quisquis ita contemplatione rapitur: ut per diuinam gratiam subleuatus/intentionem suam iam angelorum choris interserat: et fixus in sublimibus/ab omni se infima actione suspendat: adhuc ei sufficit gloriam angelice claritatis aspicere: nisi eum etiam qui est super angelos/valeat videre. Sola namque eius visio/vera mentis nostre refectio est. Unde cum dixisset hanc aquilam in petris maneret: et in preruptis silicibus atque in inaccessis rupibus commorari: ilico subdidit.

℄ S. Et quantumlibet quis in hac vita per speculum in enigmate deum videat/et eum degustet: suauitatem tamen illius dulcedinis esuriat adhuc.

℄ Inde contemplatur escam. Id est ex illis choris angelicis tendit oculum mentis ad contemplandam gloriam superne

[H]

maiestatis: qua non visa/adhuc esurit: qua tandem visa satiatur. Scriptum quippe est: Pro eo quod laborauit anima eius/videbit et saturabitur. Et rursum: Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Quis vero mentis nostre cibus sit/indicatur aperte cum dicitur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Et quia interpositione corruptibilis carnis grauati: deum sicut est videre non possumus: recte subiungitur. [Oculi eius de longe prospiciunt.]

[Esaie.liij.]
[Matth.v.]
[Ibidem.]

Quantumlibet enim in hac vita positus quisque profecerit: nec dum deum per speciem/sed per enigmatis speculum videt. E vicino autem cum respicimus/verius cernimus: cum vero longius aciem tendimus/sub incerto visu caligamus. Quia igitur sancti viri in alta se contemplatione erigunt: et tamen deum sicut est videre non possunt: bene de hac aquila dicitur: Oculi eius de longe prospiciunt. Ac si diceret. Intentionis aciem fortiter tendunt: sed necdum propinquum aspiciunt: cuius claritatis magnitudinem penetrare nequaquam possunt. A luce enim incorruptibili caligo nos nostre corruptionis obscurat: cumque et videri aliquatenus potest: et tamen videri lux ipsa sicut est non potest/quam longe sit indicat. Quam si mens viciniusque non cerneret: nec quia longe esset videret. Si autem perfecte iam cerneret/profecto hanc quasi per caliginem non videret. Igitur quia nec omnino cernitur: nec rursum omnino non cernitur: recte dictum est quia e longe deus videtur. Libet ad medium Esaie verba deducere: atque hec et illa que vno spiritu proferuntur indicare. Qui cum actiue vite virtutes exprimeret/dicens: Qui ambulat in iustitijs et loquitur veritatem: qui proijcit auaritiam ex calumnia: et excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas ne audiat sanguinem: et claudit oculos ne videat malum: ilico ab eiusdem actiue vite gradibus ad que contemplationis culmina ascendatur/adiunxit dicens. Iste in excelsis habitabit: munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est/aque eius fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi eius: cernent terram de longe. In excelsis namque habitare est/cor in celestibus ponere. Et munimenta saxorum sublimitas nostra est/cum fortium patrum precepta et exempla respicimus/atque ab infima cogitatione separamur. Munimenta saxorum sublimitas nostra est/cum mente choris castrisque celestibus iungimur: et insidiantes malignos spiritus statos in arce cordis quasi subterpositos expugnamus. Tunc nobis etiam panis datur: quia in supernis erecta intentio/eternitatis contemplatione reficitur. Aque enim nostre fideles sunt/quia doctrina dei quod hic per spem promittit/hoc illuc in munere exhibet. Sapientia namque huius mundi infidelis est: quia mansura post mortem non est. Aque nostre fideles sunt:

[I]

[Esa.xxxiij]

[Quid I excelsis habitare.]

[K] quia verba vite quod ante mortem insinuant/hoc etiam post mortem demonstrant. Regem in decore suo oculi nostri conspiciunt: quia redemptor noster in iudicio et a reprobis homo videbitur: sed ad diuinitatis eius intuendam celsitudinem/soli qui electi sunt subleuantur. Quasi enim quedam feditatem regis videre est: solam seruilis formam in qua ab iniquis despectus est cernere. Sed ab electis in decore suo rex cernitur: quia vltra semetipsos rapti/in ipso diuinitatis fulgore oculos cordis figunt. Qui quamdiu in hac vita sunt: quia illam viuentium patriam sicut est/videre non possunt: recte adiungitur: Cernent terram de longe. Quod ergo hic ait: Eleuabitur aquila/et in arduis ponet nidum sibi: hoc illic dicitur/In excelsis habitabit. Quod hic dicitur/In petris manet: et in preruptis silicibus commoratur/atque inaccessis rupibus: hoc illic subijcitur/Munimenta saxorum sublimitas eius. Quod rursus hic subinfertur: Inde contemplatur escam: hoc illic quoque subditur: Panis ei datus est/aque eius fideles sunt: regem in decore suo videbunt oculi eius. Et quod hic subiungitur: Oculi eius de longe prospiciunt: hoc illic apte subijcitur: Cernent terram de longe.

Capitulum xxxvi.

Consideremus quam sublimis aquila fuerit Paulus: qui vsque ad tertium celum volauit: sed tamen in hac vita positus/e longinquo adhuc deum prospicit/qui ait: Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Et rursum: Ego me non arbitror comprehendisse. Sed quamuis eterna valde minus quam sunt ipse conspiciat: quamuis ea se cognoscere perfecte non posse cognoscat: infirmis tamen auditoribus ea ipsa infundere predicando non potest/que videre saltem per speculum et imaginem potest. De semetipso quippe tanquam de alio loquitur dicens: Audiuit arcana verba que non licet homini loqui. Interna ergo quamuis minima et extrema videantur fortibus tamen predicatoribus summa sunt/infirmis vero auditoribus incapabilia. Unde et predicatores sancti cum auditores suos diuinitatis verbum capere non posse conspiciunt/ad sola incarnationis dominice verba descendunt. Unde bene hic dum subleuata in arduis aquila longe videre dicitur: ilico subinfertur.

[j.Cor.xiij]
[Phil.iij.]
[L]
[ij.Cor.xij]

℄ S. Et dum in hac vita viuimus/nos pulli sanctorum/sanguine crucifixi et morte saluatoris nutrimur.

℄ Pulli eius lambunt sanguinem.] Ac si aperte diceret: Ipsa quidem diuinitatis contemplatione pascitur: sed quia auditores eius diuinitatis percipere arcana nequaquam possent/ cognito crucifixi domini cruore satiantur. Sanguinem quoque lambere est/passionis dominice infirma venerari. Hinc est quod idem Paulus/qui (sicut paulo ante iam diximus) ad tertij celi secreta volauerat/discipulis dicebat: Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos/nisi Christum Iesum: et hunc crucifixum. Ac si aperte hec aquila diceret: Ego quidem escam meam diuinitatis eius potentiam de longe prospicio: sed vobis adhuc paruulis incarnationis eius tantummodo lambendum sanguinem trado. Nam qui per predicationem suam tacita diuinitatis celsitudine/infirmos auditores de solo cruore crucis edocet: quid aliud quam sanguinem pullis prebet? Quia vero vniuscuiusque sancti predicatoris anima corruptione carnis exuta/ad eum mox ducitur qui pro nobis sponte in mortem cecidit/et de morte surrexit: apte de hac aquila subditur.

[Quid sanguinem xpi lambere.]
[j.Cor.ij.]
[M]

℄ S. Et in Christo sancti viuificabuntur: et illuc tendit hec multitudo gregis/vbi secundum carnem est celsitudo pastoris.

℄ Et vbicunque cadauer fuerit/statim adest.] Cadauer quippe a casu dicitur. Et non immerito corpus domini propter casum mortis cadauer vocatur. Quod autem hic de hac aquila dicitur/Ubicunque cadauer fuerit/statim adest: hoc de egredientibus a rebus fieri veritas spondet: dicens. Ubicunque fuerit corpus/illic congregabuntur et aquile. Ac si aperte dicat: Qui celesti sede incarnatus redemptor vester presideo: electorum quoque animas cum carne soluero/ad celestia subleuabo.

[Unde cadauer.]
[Matth.xxiiij.]

Capitulum xxxvij.

Sed hoc quod de hac aquila dicitur/Ubicunque fuerit cadauer/stati adest: intelligi et aliter potest. Omnis enim qui in peccati mortem ceciderit: non inconuenienter poterit cadauer vocari. Quasi exanimis namque iacet: qui iustitie viuificantem spiritum non habet. Quia ergo sanctus quisque predicator vbi peccatores esse considerat/illuc annitens peruolat: vt in peccati morte iacentibus lucem viuificationis ostendat: bene de hac aquila

A la dicitur: Ubicunque cadauer fuerit, statim adest: id est illuc tendit vbi vtilitatem predicationis prospicit: vt ex eo quia iam spiritualiter viuit: aliis in morte sua iacentibus prosit / quos corripiendo quasi edit: sed ab iniquitate ad innocentiam permutando / in sua membra quasi edendo conuertit. Ecce ipse (quem ad testimonium iā sepe deduximus) Paulus cū nunc iudeam / nunc corinthū / nūc ephesum / nunc romā / nūc hispanias peteret: vt in peccati morte iacentibus / eterne vite gratiā nunciaret: quid se aliud quā esse aquilā demonstrabat: que velociter omnia transuolans / vbicunque iacens cadauer querebat: vt dum voluntatem dei lucratis peccatoribus faceret / quasi escam suā in cadauere reperiret / Esca quippe iustorū est conuersio peruersorū: de qua dicitur: Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternā. (Joan. vj.) Auditis itaque tot sanctorum virtutibus / beatus Job obstupuisse intelligitur: et sub admirationis terrore siluisse. Nam sequitur.

¶ S. Quod consideratio meliorū multum proficiat ad humilitatem sanctorum.

¶ Adiecit dominus / et locutus est ad Job. Nunquid qui contendit cum deo / tam facile conquiescit? Utique qui arguit deum: debet et respondere illi. [Vir sanctus tanta hac districtione flagelli non estimauit augeri sibi merita / sed vitia resecari. Que quia in se nulla cognouit: percussum iniuste se credidit: et percutientem prorsus arguere / est de percussione murmurare. Considerans autē dominus quod ea que protulit / nō ex tumore superbie: sed ex qualitate collegerat vite: pie illum increpat dicens. Nunquid qui contendit cū deo / tam facile conquiescit? Utique qui arguit deū / debet et respondere illi. (B) Ac si apertius diceret: Qui tanta de tua actione locutus es: cur audita sanctorū vita siluisti? Me enim fuit arguere / de percussione mea an fuerit iusta dubitare. Et bona quidē tua veraciter protulisti: sed hec quo tenderent flagella nescisti: quia etsi non habes iam quod corrigas / habes adhuc tamen quo crescas. In quanta vero virtutis arce quā plurimos sublimem / me ecce narrante cognouisti. Ipse considerabas tuā / sed aliorū celsitudinē nesciebas. Auditis igitur alienis virtutibus: si quid vales / responde de tuis. Scimus autē quod cordis sui oculū per elationis tenebras extinguit: qui cū recta agit / considerare meliorum merita negligit. Ac cōtra magno humilitatis radio sua opera illustrat / qui aliorum bona subtilius pensat: quia dum ea que ipse fecerit / facta foris et ab aliis conspicit: eum qui de singularitate intus erumpere nititur / supplex tumorē premit. Hinc est quod voce dei ad Heliam solum se estimantem dicitur. Reliqui mihi septē milia virorū qui non curuauerunt genua ante Baal: (iij. Regū xix.) vt dū non solum se remansisse cognosceret / elationis gloriā que ei de singularitate surgere poterat / euitare posset. Beatus itaque Job nihil peruerse egisse reprehenditur: sed de aliorū etiā bene gestis docetur: vt dū se equales et alios habere cōsiderat / (C) ei qui singulariter summus est / se humiliter subdat.

¶ Finit liber Tricesimusprimus Moralium sancti Gregorii.

¶ Sequitur liber Tricesimussecundus Moralis expositionis sancti Gregorii pape in librū Job.

¶ S. Quod sancti ea que cū minori sollicitudine attendūt quando cogitant vel agūt: et quasi leuia negligunt: cum fuerint compuncti diuinitus / quasi grauia illa et mortifera perhorrescunt. Capitulum j.

Sancti viri quo apud deū altius virtutū dignitate proficiunt: eo subtilius indignos se esse deprehendunt: quia dū proximi luci fiūt: quicquid eos in seipsis latebat inueniūt: et tanto magis foris sibi deformes apparent / quāto minus pulchrum est quod intus videt. Unusquisque enim sibi dū tactu veri luminis illustratur ostenditur: et vnde agnoscit quid est iustitia / inde eruditur vt videat quid est culpa. Hinc est quod sepe mēs nostra quasi frigida in conuersatione humane actione torpescat: quasi in quibusdam delinquat et nesciat: quasi peccata quedā quasi nulla perpendat / cū tamē ad appetēda sublimia orationis cōpunctione se erigit / ipso sue cōpunctionis oculo excitata / ad circūspiciendū se post fletū vigilantior redit. (D) Nam cū neglectam se deserit: et noxio tepore torpescit: vel ociosa verba vel inutiles cogitationes minoris esse reatus omnimodo credit. At si igne cōpunctionis incalescens / a torpore suo tacta subito afflatu contemplationis exurgit: illa que leuia pauloante credidit: mox vt grauia ac mortifera perhorrescit. Cuncta enim vel in minimis noxia quasi atrocissima refugit: quia videlicet per conceptionē spiritus grauida / introire ad se iam inania nulla permittit. Ex eo enim quod intus conspicit: quā sint horrenda hec que exterius perstrepunt sentit: et quāto amplius sublimia perceperit / tanto magis refugit infima in quibus prostrata defecit. Nihil quippe eam nisi id quod interius viderat pascit: atque eo grauius tolerat / quicquid se ei extrinsecus ingerit / quo illud non est quod interius vidit: sed ex his interioribus que raptim videre potuit / ad exteriora que tolerat iudicandi regulā sumit. Super se enim rapitur dū sublimia cōtemplatur: et semetipsam iā liberius excedēdo conspiciens: quicquid ei ex seipsa sub seipsa remanet / subtilius comprehendit. Ex qua re miro modo agitur: vt sicut superius dictum est: vnde dignior efficitur / inde sibimet indigna videatur: et tunc rectitudini se longe esse sentiat / cū appropinquat. Unde Salomon ait: Cuncta tentaui in sapientia / et dixi. Sapiens efficiar: (Eccle. vij.) et ipsa longius recessit a me. Quesita enim sapientia lōge recedere dicitur: quia appropinquanti altior videtur. Qui (E) vero hanc nequaquā querūt: tāto se ei propinquos estimāt / quanto et eius rectitudinis regulam ignorāt: quia siti in tenebris / mirari lucis claritatem nesciūt quā nunquā viderunt: eiusque in forma eius pulchritudinis non tendūtur: in semetipsis libenter quotidie deformiores fiūt. Nā quisquis eius radiis tangitur: sua illi manifestius tortitudo monstratur: et eo verius inuenit quantum flectatur in vitio: quo sagacius summa considerans / conspicit quātum distat a recto. Unde beatus Job humanū genus virtutibus transiens / amicos loquendo superauit: sed loquente deo / sublimius eruditus semetipsum cognoscendo reticuit. Illos namque iniuste loquentes subdidit: sed ad verba locutionis intime reum se iuste cognouit. Et quidē cur flagellatus sit nescit: sed tamen cur flagella veneratus diuina nō sit / silendo redarguit. Diuina enim iudicia cum nesciuntur: non audaci sermone discutienda sunt / sed formidoloso silentio veneranda: quia et cū causas rerum conditor in flagello non aperit: eo iustas indicat / quo se eas facere qui summe iustus est demōstrat. Uir ergo sanctus et prius de locutione / et post de silentio reprehensus / quid de semetipso sentiat innotescat. Ait enim.

¶ S. Quod de verbo ocioso nec sancti possunt excusari / licet manu operis in conspectu dei studeant operire.

¶ Qui leuiter locutus sum / respōdere quid possum? Ac si dicat. Sermonē meū defenderē / si hunc cū rationis pondere protulissem. At postquā lingua leuitate victa cōuincitur: quid restat nisi vt conticēdo reticeat? Sequitur. [Manū meā ponā super os meū.] Quid in sacro eloquio in manu operatio / in ore locutio solet intelligi. Manū ergo sup os ponere / est virtute boni operis culpas tegere incaute locutionis. Quis vero inueniri potest quamlibet perfectus sit / de ocioso tamē sermone nō peccet? Jacobo attestāte / qui ait. Nolite plures magistri fieri: in multis enim offendimus omnes. (Jacobi iij.) Et rursū: Linguā nullus hominū domare potest. (Ibidem.) Cuius culpas redarguens per semetipsam veritas dicit: Dico autē vobis quoniam omne verbū ociosum quod locuti fuerint homines: reddēt de eo rationē in die iudicii. (Matt. xij.) Sed sancti viri ante dei oculos student culpas lingue tegere meritis vite: studēt bonorū operū pōdere premere immoderata verborū. Unde in sancta ecclesia manus sup os ponitur: dū in electis eius quotidie ociose locutionis vitiū bone actionis virtute operitur. Scriptū namque est: Beati quorū remisse sunt iniquitates: et quorū tecta sunt peccata. (Ps. xxxj.) Sed rursum cum scriptū sit: Omnia nuda et aperta sunt oculis eius: (Heb. iiij.) quomodo tegi possunt que eius oculis cui cūcta nuda sunt / abscōdi nequaquā possūt? Sed quia hoc quod tegimus inferius ponimus: atque hoc vnde tegimus desuper superducimus: vt quod est subterpositum tegamus: tegere peccata dicimur: quia quasi subterponimus dū abdicamus: eisque aliud superducimus dum bone actionis opus ad hoc post eligimus vt preferamus. Qui ergo priora mala deserit / et bona posteriora facit: per hoc quod addit intermissam nequitiam tegit / cui boni operis merita superducit. Beatus igitur

G Job sancte ecclesie typũ tenens/et in verbis suis sua allegans/nostra designãs:dicat ex se/dicat ex nobis:manum meã ponã sup os meũ:id est hoc qđ districto iudici de sermone meo in me displicuisse cõsidero:ante ei⁹ oculos sub velamine recti operis abscondo. Sequitur.

¶ S. Q. Job correctus non defendit/ sed humiliter cõfitetur se peccasse in eo q̄ se credidit iustũ ⁊ frustra presumit:⁊ innocẽtia proprie consciẽtie contẽtus/districtionẽ superni examinis attendit.

¶ Unũ locutus sum/qđ vtinam non dixissem:et alterũ/ quibus vltra non addã.] Si transacta beati Job verba descutimus:nihil eum nequiter dixisse reperimus. Si vero dicta eius que cũ veritate ac libertate prolata sunt:in aliquo superbie vitio flectimus/duo iam solũmodo non erũt:quia multa sunt. Sed quia loqui nostrũ est hoĩbus occultũ sensum verbis aperire:loqui vero nostrum ad diuinas aures/est motũ mentis etiam expressione actionis ostendere:beatus Job ad libram se subtilissimi examinis pensans/locutione sua secundo se deliquisse confitetur. Aliud enĩ loqui illicite est res flagello dignas agere:aliud loqui illicite/est etiam de flagello murmurare. Qui ergo ante increpationem diuinam in omni opere hominib⁹ prelatus fuit:ipse in altum increpatione proficiẽs:et minus se rectum prius in opere:et minus se patientẽ post in verbere agnouit. Unde semetipsum redarguit dicẽs. Unum locutus sum:qđ vtinam non dixissem: ⁊ alterum/quibus vltra non addã. Ac si dicat. Rectũ me quidẽ inter hoĩes credidi:sed te loquẽte/⁊ ante flagella prauum:et post flagella me rigidum inueni. Quibus vltra non addam:quia H iam quãto nunc te loquentẽ subtilius intelligo/tãto memetipsum humilius inuestigo.

¶ S. Quid sit q̄ per Moysen agnũ vel capram iubetur offerre qui bene vel male se facturum iuramento protulerit/et hocipsum obliuione transcendit. Capitu. ij.

Et quia beatus Job sancte ecclesie typũ tenet: possunt electis oĩbus hec eius verba congruere:qui cognoscẽtes dñm/in vno ⁊ alio deliquisse se sentiũt:quia se intelligũt vel in cogitatione ⁊ opere/ vel in dei ac proximi neglecta dilectione peccasse. Quib⁹ se promittũt vltra nil addere:quia per conuersionis gratiam curant penitẽdo quotidie etiam transacta purgare. Per hoc tamẽ q̄ beatus Job de duobus se penitẽdo redarguit:liquido ostendit q̄ peccator oĩs in penitẽtia duplicem habere gemitũ debet:nimirũ quia bonũ qđ oportuit non fecit:et malum quod non oportuit fecit. Hinc est enim q̄ per Moysen de eo qui iuramentũ protulit vt vel male quid vel bene faceret:⁊ hocipsum obliuione transcẽdit/dicitur: Offerat agnam de gregibus siue capram:orabitq̄ pro eo sacerdos et pro peccato eius. Sin autem non potuerit offerre pecus:offerat duos turtures vel duos pullos colũbarũ:vnum pro peccato:et alterũ in holocaustum. Juramẽtũ nãq̄ proferre est/voto nos diuine seruituti alligare. Et cũ bona opera promittimus/bene nos facere spondemus. Cũ vero abstinẽtiam cruciatusq̄ carnis nostre vouemus:male ad presens nos nobis facere iuramus. Sed quia nullus in hac vita ita perfectus est vt quãlibet deo deuotus sit/inter ipsa quentiñq̄ pia vota non peccet:pro peccato agna offerri de gregibus siue capra precipitur. Quid enim per agnã nisi actiue vite innocentia:quid per capram que in summis sepe extremisq̄ rupibus pendens pascitur/nisi cõtẽplatiua vita signatur? Qui ergo se conspicit promissa ac proposita nõ implesse: ad sacrificium dei sese studiosius debet vel innocẽtia boni operis/vel sublimi pastu contemplationis accingere. Et bene agna de gregibus/capra vero offerri de gregibus non iubetur:quia actiua vita multoꝝ est/contemplatiua paucorũ. Et cũ hec agim⁹ que multos agere ⁊ egisse conspicimus/quasi agnam de gregibus damus. Sed cũ offerentis virtus ad agnam capramq̄ non sufficit:in remedio penitẽtie adiungitur/vt duo pulli columbarum vel duo turtures offerantur. Scimus quia columbarũ pulli vel turtures pro cantu gemitus habent. Quid ergo per duos columbarũ pullos vel duos turtures/nisi duplex penitentie nostre gemitus designatur? vt cum ad offerenda bona opera non assurgimus/nosmetipsos dupliciter defleamus:quia ⁊ recta non fecimus/et praua operati sumus. Unde et vnus turtur pro peccato:alter vero offerri in holocaustũ iubetur. Holocaustũ nãq̄ totũ incẽsum dicitur. Unũ ergo turturẽ pro peccato offerimus/cũ pro culpa gemitũ damus:de altero vero holocaustũ facim⁹/ cum pro eo q̄ bona negleximus/nosmetipsos fundit⁹ succendentes igne doloris ardemus. Quia igitur duplex in penitentia gemitus debetur:beatus Job diuine vocis increpatione proficiens/atq̄ in sua reprehensione succrescens/dixisse se vnum et alterũ penitẽs fatetur:ac si aperte dicat:et erga bona per negligentiam torpui/et ad mala per audaciam prorupi.

¶ Sequitur textus capituli quadragesimi libri beati Job.

Respondẽs autẽ dñs iob de turbine dixit: Accinge sicut vir lũbos tuos:interrogabo te/⁊ indica mihi. Nunquid irritũ facies iudiciũ meũ:⁊ condẽnabis me vt tu iustificeris? Si habes brachiũ sicut deus/ et voce simili tonas: circunda tibi decorẽ/et in sublime erigere: et esto gloriosus/ et speciosis induere vestibus. Disperge superbos in furore tuo:et cõfunde eos: et respiciens omnẽ arrogantẽ humilia. Respice cũctos superbos/et confunde eos: et cõtere impios in L loco suo. Abscõde eos in puluere simul et facies eorũ demerge in foueã: et ego confitebor q̄ saluare te possit dextera tua. Ecce behemoth quẽ feci tecum: fenũ quasi bos comedet. Fortitudo eius in lũbis eius: et virtus illius in vmbilico ventris eius. Stringit caudã suã quasi cedrũ:neruí testiculorũ eius perplexi sunt. Ossa eius velut fistule eris:cartilago illius quasi lamine ferree. Ipse est principiũ viarũ dei. Qui fecit eum/applicabit gladiũ ei⁹. Huic montes herbas ferunt. Oẽs bestie agri ludent ibi. Sub vmbra dormit/in secreto calami/⁊ locis humẽtibus. Protegũt vmbre vmbrã eius:circundabunt eũ salices torrentis. Ecce absorbebit fluuiũ/et nõ mirabitur: ⁊ habet fiduciã q̄ influat iordanis in os eius. In oculis eius quasi hamo capiet eũ:⁊ in sudibus pforabit nares eius. An extrahere poteris leuiathã hamo/et fune ligabis linguã eius? Nũquid pones circulũ in naribus eius/aut armilla perforabis maxillam M ei⁹? Nũquid multiplicabit ad te preces/aut loquetur tibi mollia? Nũquid feriet tecum pactũ: et accipies eũ seruũ sempiternũ? Nunquid illudes ei quasi aui:aut ligabis eum ancillis tuis? Concidẽt eũ amici/diuidẽt illũ negociatores. Nunquid implebis sagenas pelle eius/ et gurgustiũ piscium capite illius? Pones super eum manũ tuam. Memento belli: nec vltra addas loqui. Ecce spes eius frustrabitur eũ: et videntibus cunctis precipitabitur. Capitu. iij.

Respondẽs autẽ dñs Job de turbine dixit: Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te:et indica mihi.] Quid sit dñm de turbine respondere:quid beatũ Job lumbos accingere:quid interrogere dei:quid hoĩs indicare:primo iam dñi sermone tractatum est. Quia ergo lectoris tedio parcimus/curam⁹ summopere ne dicta replicemus. Sequitur.

¶ S. Q. qui in flagellis positus murmurat/iustitiam ferientis accusat.

¶ Nunquid irritum facies iudicium meum:et condemnabis me vt tu iustificeris?] Quisquis contra domini flagella semetipsum defendere nititur:flagellãtis iudicium euacuare conatur. Nam cum culpa sua feriri se denegat:

quid aliud q̃ iustitiam ferientis accusat? Beatum itaq̃ Job non idcirco flagella celestis percusserũt vt in eo culpas extinguerent: sed potius vt merita augerent: quatenus qui tranquillitatis tempore in tanta sanctitate claruerat: et ex percussione patesceret que in eo etiam patientie virtus latebat. Qui quidem culpam suam inter flagella non inueniens: nec tamen flagella eadem causam sibi esse augendi meriti deprehendens / iniuste se feriri credidit, cũ quid in se debuisset corrigi non inuenit. Sed ne ipsa innocentia in tumorẽ elationis inficitur: diuina voce corripitur: et mens eius ab iniquitate libera / sed verberibus pressa / ad iudicia occulta reuocatur: vt superna sententia / etsi non est cognita / non tamen credatur iniusta: sed eo saltem iustum credat omne quod patitur: quo nimirum constat quia deo auctore patiatur. Magna enim satisfactio percussionis est / voluntas iusta conditoris. Que cum iniustum facere nil solet: iusta agnoscitur etiam si latet. Nam cum pro iniustitie peccato percutimur: si in percussione nostre diuine voluntati coniungimur / more a nostra iniustitia ipsa coniunctione liberamur. Quisquis enim iam percussionem tolerat: sed adhuc causas percussionis ignorat: si iustum credens hoc ipsum contra se iudicium amplectitur / eo ipso ab iniustitia sua iam correctus est / quo percussum se iuste gratulatur. In vindicta enim sua deo se socians: sese contra se erigit: et magna est iam iustitia quod voluntati iudicis concordat in pena / cui discrepauit in culpa. Uir igitur sanctus qui in nulla deo culpa discrepauerat: quasi cum difficultate et inter supplicia concordabat. Neq̃ enim credidit q̃ flagella que solent vitia extinguere: in illo sola merita augerent. Unde nunc iuste corripitur: vt occultis iudiciis et nesciẽs subdebetur. Cũq̃ dicitur: Nunquid irritum facies iudicium meum / et condemnabis me vt tu iustificeris? Ac si aperte diceretur: Tua quidem bene acta consideras: sed mea occulta iudicia ignoras. Si ergo ex tuis meritis contra mea flagella disputas: quid aliud q̃ me de iniustitia addicere te iustificando festinas? Sequitur.

¶ S. Ut ex considerata magnitudine et iustitia creatoris / cuiusq̃ meriti sint boni: infirmos se cognoscant et peccatores: et q̃ antropomorphitarũ heresis sit deum estimare in sua natura habere membra hũana et lineamẽta corporea.

Capitulum .iiij.

Si habes brachium sicut deus: et si voce simili tonas. Quia humanum genus beatus Job meritis transcendebat: cum pius conditor et eruditor ad considerandam similitudinem sue magnitudinis prouocat: vt cognita tanta dissimilitudine / in humilitate se premat. Sed cum in deo vox et brachium dicitur: cauendũ summopere est / ne quid incommens corporeum suspicetur. In antropomorphitarum nãq̃ heresim cadere est / cum qui incircumscripte implet et circumplectitur omnia / intra corporalia lineamenta concludere. Sed omnipotẽs deus ad sua nos trahẽs / vsq̃ ad nostra se humiliat: atq̃ vt alta insinuet / humilibus condescendit: quatenus paruulorũ animus rebus cognitis enutritus / ad inquirenda exurgat incognita: atq̃ ab eo qui longe super ipsum est / quedã iuxta se audiens / quasi quibusdã ad illũ passibus moueatur. Unde fit vt per scripturam suã aliquã a corporibus hominũ: aliquando a mentibus: aliquãdo vero ab auibus: aliquando etiam ab insensatis rebus quasdam longe dissimiles in se similitudines trahat. Plerumq̃ enim a corporibus hominum in se similitudinem trahit: sicut de eo propheta ad israel dicit: Qui tetigerit vos / tangit pupillam oculi eius. Et sicut deo rursum sperãti homini per prophetam dicitur: In scapulis suis obumbrabit tibi. Constat nimirũ q̃ in natura sua nec oculum deus nec scapulas habeat: sed quia nos per oculum cernimus in scapulis vero onera sustinemus: deus q̃ omnia videt / oculum habere perhibetur: q̃ vero nos tolerat / atq̃ eo ipso quo tolerat seruat, obumbrare nobis in scapulis dicitur. Ait enim: In scapulis suis obumbrabit tibi. Ac si diceretur peccatori homini: et post peccatum veniam deprecanti: Ea pietate dñs te protegit / qua te pietate tolerauit. Obumbrat enim i scapulis suis: quia dum portat defendit.

Capitulum .v.

Aliquando vero a mentibus in se similitudinẽ trahit: sicut per prophetã ad israel dicit: Recordatus sum tui: miserãs adolescẽtiã tuã. Et rursum per sponse comparationẽ loquens ait: Et si illa oblita fuerit: ego tamẽ nõ obliuiscar tui. Quis enim nesciat quia dei memoria nec obliuione rumpitur / nec recordatione sarcitur? Sed dum aliqua deserens pretermittit / more mentiũ obliuisci dicitur: et cum post lõgũ tempus que voluerit visitat / nostre mutabilitatis consuetudine recordatus vocatur. Quo enim pacto diuinitatis eius vim obliuio dissipat: cui ipsa quoq̃ laudabilis memoria essentialiter cõcordat? Nulla namq̃ nisi aut preterita aut absentia recordantur. Quomodo ergo deus preteritorum reminiscitur: cum ipsa que in semetipsis preterẽunt / eius nutui semper presentia assistunt? Aut quomodo absentium recordatur: dum omne qđ est / per hoc illi presto est quod in ipso est? Quod si ei presto nõ esset / omnino nõ esset: nã nõ existentia videndo creat / existentia videndo cõtinet. Quicquid ergo creator nõ videt / essentia subsistendi caret. Aliquãdo autem ab auibus in illũ similitudo trahit: sicut per Moysen dicitur: Expandit alas suas / et assumpsit eos. Et sicut propheta ait: Sub vmbra alarum tuarum protege me. Quia enĩ nos paruulos dñs protegit nutrit: et non grauiter atq̃ onerosa / sed leui et blanda protectione nos refouet: dñs suas in nos misericordias exerit / quasi more super nos auiũ alas tendit. Aliquãdo etiã insensatis rebus / propter infirmitatẽ nostram alta condescensione se cõparat: sicut per prophetã dicit: Ecce ego stridebo super vos sicut stridet plaustrum onustũ feno. Quia enim fenũ est vita carnaliũ: sicut scriptũ est: Omnis caro fenum: in eo q̃ dño vitam carnalium patitur / more plaustri fenũ se portare testatur. Cui sub feni onere stridere / est pondera et iniquitates peccantiũ cũ querela tolerare. Cum ergo longe dissimiles in se similitudines trahat: solerter intuendũ est q̃ quedã talia aliquando dicãtur in deo propter effectũ operis / aliquando autẽ ad indicandã eius substantiã maiestatis. Nam cũ in deo oculus / scapule atq̃ ale nominantur: effectus quidam operationis ostendit. Cum vero manus / brachium / dextera vel vox in deo dicitur: per hec vocabula cõsubstantialis eius filius demonstrat. Ipse quippe est manus et dextera: de cuius ascensione per Moysen pater loquit dicens: Tollã in celum manũ meam: et iurabo per dexterã meã. Ipse brachium / de quo propheta ait: Et brachiũ dñi cui reuelatum est? Ipse vox: quia cum pater gignẽdo dixit: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Et de quo scriptum est: In principio erat verbũ / et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Per hoc verbũ fecisse patrẽ omnia dauid asserit dicens: Dixit / et facta sunt. Deum ergo brachium habere / est / operantẽ filium gignere. Uoce tonare est / consubstantialem sibi filium mundo terribiliter demonstrare. Beato igitur Job dum dicit dñs: Si habes brachium sicut deus: et si voce simili tonas / miro dispensatione pietatis est dum increpat exaltat: quia cũ quem sua cõparatione superat / superiorẽ cunctis demõstrat. Cui in hac propositione subiungit.

¶ S. Ut sancti in conspectu dei gloria et honore et speciosis virtutũ vestibus induant / superbos vero extreme confusionis nuditas maneat.

¶ Circũda tibi decorem: et in sublime erigere: esto gloriosus: et speciosis induere vestibus. Subaudis vt ego. Ipse enim sibi circundat decorẽ: de quo scriptũ est: Dominus regnauit / decorẽ induit. Ipse apud nos in sublime erigitur / cum nostris mentibus in natura sua esse impenetrabilis demonstratur. Ipse vero gloriosus est: qui dum seipso perfruitur / accedentis laudis indigens non est. Ipse speciosis induitur vestibus: quia sanctorũ angelorum choros quos condidit / in vsum sui decoris assumpsit: et velut quãdam vestem gloriosam sibi ecclesiam exhibet / non habentem rugam aut maculam. Unde et per prophetam dicitur: Confessionẽ et decorẽ induisti: amictus lumine sicut vestimento. Hic quippe confessionem induit / illic decorem: quia quos hic per penitentiam cõfitentes fecerit / illic fulgentes per decorem iustitie ostendit. Luce ergo sicut vestimento amictus est: quia sanctis omnibus (quibus dictum est: Uos estis lux mundi) in illa eterna gloria vestietur. Unde et per euangelium dicit quia transfigurato in monte domino: vestimenta eius facta sunt candida sicut nix. In qua transfiguratione quid aliud q̃ resurrectionis vltime gloria nunciatur? In monte enim vestimenta eius sicut nix facta sunt: quia

C in superne claritatis culmine sancti omnes et luce iustitie fulgentes adherebunt. Capitulum. vi.

Sed quia speciosarum vestiū nomine iustos sibi quomodo adiungat insinuat: iniustos etiā quomodo a se disiungat ostendat. Sequitur. [Disperge superbos i furore tuo.] Subaudis vt ego: qui eos et tranquillitatis tempore vnitos contra me tolero: et districtus quandoq; veniens / in meo eos furore disperso. Sed inter hec solerter intuendum est: q̄ grauis perfidie error admittitur / si fortasse quis estimet: q̄ in illa diuinitatis substantia / furore tranquillitas varietur. Creator nāq; omnium eo summe immortalis est: quo creature more mutabilis nō est. Hinc de illo per Iacobū dicit: Apud quē non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Hinc rursum scriptum est: Tu autem domine cū tranquillitate iudicas. Hinc pphēta ait: Deserta facta ē terra a facie ire columbe / a facie furoris domini. Qd irā columbe predixerat: hoc furorem domini subiunxit. Columba namq; valde simplex est animal: et quia in deum nulla furoris inequalitas serpit: furorem domini iram columbe nominauit. Ut enim diuine districtionis vim imperturbabilē demonstraret / et iram dixit / et columbe. Ac si apertius diceret: Districtū iudiciū inconcussus exerit / qui permanens mansuetus iniustos punit. Unde et in extremo iudicio in semetipso incōmutabilis manens: nulla vicissitudine ac mutabilitate variatur: sed tamen electis ac reprobis nequaq; sub specie eiusdem incommutabilitatis ostēditur: quia et tranquillus iustis / et iratus apparebit iniustis. Teste enim conscientia / intra semetipsos D deferunt vnde eorū mentes eque vnum respiciant / sz non equaliter modificentur: quia et istis eum benignū ostendit anteacta iustitia / et illis terribilem culpa. Quorum pauorem qs explicet: cum contigerit miseris et intra se culpas cernere / et ante se iudicem iustū videre? Hoc enim irū quotidie in vsu vite presentis agit: vt de qualitate venturi iudicii mortalium corda doceantur. Nam cum duo ad iudicium perguntur: alius innocentie sibi conscius: alius culpe: ante prolatam sententiam adhuc tacentem iudicem vterq; conspiciunt: et tamen culpe debitor grauem contra se iram hoc ipsum iudicis silentium suspicat. Quam iram sibi non denūciat pturbatio iudicis / sz recordatio prauitatis: quia etsi adhuc foris reum sententia non clamat / intus tamen grauiter conscientia accusat. At contra iustitie amicus decernentis vultum conspicit: sed intus de testimonio bone recordationis hilarescit: et quo apud se qd metuat non habet / omne quod erga semetipsum est / blādum videt. Hoc itaq; loco furor domini dicitur non perturbatio diuine substantie / sed super peccatores male sibi conscios examinatio iuste vindicte. Quia enim cum tranquillum in iudicio videant: tamē quia feriendos se E absq; non dubitant / cum in suis moribus perturbatum putant. Sequitur. [Et respiciens omnem arrogantem humilia.] Ac si dicat / vt ego. Apte autem ad vindicte ordinem arrogātibus superborum culpa preponitur: quia nimirum non superbia de arrogantia / sed generatur arrogantia de superbia. Duobus autem modis a domino peccatorum quisq; respicitur: cum aut a peccato cōuertitur / aut ex pctō punit. De respectu enī cōuersionis dicit: Et respexit dñs petrū: et recordatus Petrus verbi Iesu fleuit amare. De respectu vltōis rursus dicitur: Vultus autem domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum. Utrisq; autem modis in humilitate arrogās sternit: quia aut penitendo cognoscit culpā: aut pereundo percipit penam. Sequitur. Capitulum. vij.

Respice cūctos superbos / et confunde eos: et contere ipsos in loco suo.] Subaudis / vt ego. Superbi enim ex respectu dñi confunduntur: aut hic de pietate dñi cognoscentes et deflentes crimina / aut illic supplicia de iustitia sentientes. Impiorum vero loc° ipsa superbia est: quia cum scriptum sit: Initium omnis peccati superbia: vnde oritur impietas / ibi continetur: quia nec quicq; a superbia distat impietas. Valde enī superbire est ipsa de auctore sentire. Impi° ergo in loco suo cōteritur: qui ipsa superbia qua eleuatur opprimitur: cūq; efferendo se in cogitationibus erigit / lumen sibi iustitie qd inuenire debuisset abscondit. Sepe autem dum cōtra deum falsa gloria exterius proficit / vera miseria interi° euanescit. Unde propheta ait: Deiecisti eos dum alleuarentur. Non enim ait: Deiecisti eos postq; eleuati sunt / sz dum alleuarentur: quia hoc ipsum sit superbis interius deiici / qd eis falsa contingit gloria exterius eleuari. Quādiu erat enim diuino iudicio nō eis hic aliud culpa est / atq; aliud pena: sz sua illis in penā vertit culpa / vt elatis falsa superbie / hoc ipsum sit vere intus cadere / qd foris ostendit p̄fecisse. Sequitur. [Absconde eos in puluere simul: et facies eorū demerge in foueam.] Ac si dicat / vt ego. Superbos enim atq; impios iusto iudicio dñs i puluere abscōdit: quia eorū corda ipsis (que despecto amore creatoris diligunt) terrenis opprimi negocijs permittit. Unde et illorum vitam cum in extremo iudicio discutit: tanq; sibi absconditam non agnoscit / dicens: Nescio qui estis. Uita prauorum sub puluere absconditur: quia abiectis et infimis desiderijs grauatur. Quisquis enim adhuc ea que mundi sunt appetit: quasi ante faciem veri luminis nō apparet: quia nimirum sub puluere terrene cogitationis latet. Hinc prauarum cogitationum puluerem oppressa mens tolerat: quem vent° nequissime temptationis apportat. Capitulum. viij.

Hinc est enim qd de vnaquaq; anima terrenis desiderijs aggrauata sub ephraim specie per prophetam dicitur: Factus est ephraim panis subcinericius / qui nō reuersatur. Ex natura quippe bene condita est nobis intentio que surgat in deum: sed ex cōuersatione nequiter assueta inest voluptas que presens premat seculum. Panis autem subcinericius ex ea parte est mundior / quam inferius occultat: atq; ex ea parte sordidior / qua desuper cinerē portat. Quisquis ergo intentionem qua deum debuisse querere negligit: quasi more panis subcinericij mundiorem partem inferius premit: et cum curas seculi libenter tolerat / quasi congestum cinerem superius portat. Reuersaretur autem panis subcinericius: si desideriorū carnalium cinerem repelleret: et intentionem bonam quam i se dudum despiciendo oppresserat / superius ostentaret. Sed reuersari renuit: cum mens amore curarum seculariū pressa: molem superpositi cineris abijcere negligit: dūq; assurgere in intentionē bonam non appetit: quasi mundiorem faciem subter premit. Apte ergo subiungitur: Simul et facies eorū demerge in foueā. Ac si dicat / vt ego. Iusto namq; iudicio superborū facies domin° in foueam mergit: quia intentionē cordis eorum sese vltra homines erigentem inferius deijcit. Ima enim respicit cui° facies foueam attendit. Et bene de superbis dicitur q; eorum facies in foueam demergūtur: quia ima petunt dum superbiendo altiora appetunt: et quo magis extollendo se erigunt / eo magis ruendo inferius tendunt. Terrenam quippe gloriam querūt: et ima sunt que prospiciūt dū superbiendo alta sequuntur. Unde miro ac diuerso modo res agit: vt humiles celum petant / dum se inferius deijciunt: superbi infima appetunt / dum despiciēdo ceteros quasi in altioribus extolluntur. Isti se dum despiciunt / celestibus tanguntur: illi dum se erigunt / a superioribus diuiduntur: atq; (vt ita dixerim) illi se eleuantes deprimunt / isti deprimentes leuant. Et bene de superbientib° per psalmistam dicitur: Humiliabūt peccatores vsq; ad terram: quia eos qui infra sunt ambientes / dū extollendo se erigunt / amisso celo quid aliud q̄ terram petunt? Quibus hoc ipsum iam in ima cecidisse est relictis superioribus ima quesisse. Recte ergo eorum facies in foueam demergi perhibentur: quia sequentes infima ad inferni barathrū tendunt. Iusto enim iudicio agitur: vt quos hic voluntaria auersio excecat / illic ab intuitu veri luminis digna supplicij fouea abscondat. Igitur quia vir sanctus tāto diuine potentie terrore discussus est / vt ei diceretur: Si habes brachium vt deus: et si voce similiter tonas: disperge superbos in furore tuo / et respiciens omnem arrogantem humilia. et cetera que deus quidē facere / sed homo vix sufficit audire: cuncta hec que dominus intentione premiserit / fine subdite conclusionis ostēdit: dicens.

Pelagianorum heresis presenti capitulo destruitur: qui sine adiutorio gratie ppria virtute quemq; posse saluari affirmant. Capitulum. ix.

Et ego confitebor q; saluare te possit dextera tua.] Ac si aperte diceret. Si potes terribilia hec facere / ipse que protuli / tibi et non mihi deputo bona omnia que fecisti. Si vero peccantes alios re-

Iaco. i. Sap. xii. Hie. xxv. Luc. xxii. ps. xxxiii. Eccli. x. ps. lxxii. B Luc. xiii. Ose. vii. L ps. cxlvi. M

A spiciendo non potes perdere/ liquet q̄ a reatu nequitie tuae te non vales virtute liberare. Ecce diuina voce ad beatum Job dicit q̄ sua dextera non saluetur: et tamen nonnulli hominū qui ab huius viri viribus longe sunt de specto dei adiutorio/ sua se fortitudine saluari posse confidunt. Pro quibus quid deprecari aliud debem⁹/ nisi vt si iam dona bonorum operum perceperunt: hoc quoq̄ donum accipiāt/ vt a quo hec acceperint discāt. Qui autē premissis verbis dn̄s potentiam sue magnitudinis intulit: nunc in subsequentibus nequitiam antiq̄ hostis ostendit: vt bonus famulus et auditis prius virtutibus domini sciret q̄tū diligeret: et cognita post calliditate diaboli/ disceret q̄tum timeret. Unde bene per prophetam dicitur. Leo rugiet/ quis non timebit? Dominus deus locutus est: quis non prophetabit? Post q̄ enim virtus ei sui conditoris innotuit: nequaq̄ illū vires aduersarij latere debuerunt: vt eo magis defensori suo se humilius subderet/ quo hostis sui nequitias subtili⁹ agnouisset: protectorem q̄ suū tanto ardenti⁹ quereret/ q̄to terribiliorem hostem agnosceret quem vitaret. Certū quippe est q̄ minus diligit ereptorem suū/ qui minus intelligit periculum qd̄ euasit: et ville solatiū deputat defensoris/ q̄ virtutem aduersarij debilem putat. Unde bene ereptionem suam domino tribuens propheta dicebat: Diligam te domine virtus mea. aperte videlicet dicēs: eo te magis diligo: quo l: firmitatem propriam sentiens/ virtutem meam te esse cognosco. Hinc rursum ait. Mirifica misericordias tuas/ q̄ saluos facis sperātes in te. q̄ tunc nimirū misericordie dominum mire apud nosmetipsos qui eripimur fiunt/ cum p̄ easdem misericordias q̄ grauia fuerint pericula q̄ euasimus agnoscimus. Et q̄ sermone precedenti dominus beato Job mira opera sanctorū sequentiū patefecit: vt his auditis disceret: de virtutū suarum culmine q̄ humilia sentire debuisset: nunc ei cum quo hoste bellum gerat ostenditur/ et vires fraudes q̄ illius subtilius indicantur: vt qui ad colloquiū auctoris sui perduct⁹ est, argumenta aduersarij aperte cognoscat. Uerbis enim sequentibus fideli famulo dominus cunctas hostis callidi machinationes insinuat: omne qd̄ opprimendo rapit: omne qd̄ insidiando circumuolat: omne quod minando terret: omne quod suadendo blanditur: omne quod desperando frangit: omne quod promittendo decipit. Cuncta ergo tergiuersationis eius certamina exorditur dicens: Ecce behemoth quem feci tecum.

¶ S. Ex manicheorū heresis q̄ astruunt duo principia/ dei sc3/ et nescio quā tenebrarū gentem/ conuincatur: cum manifestum sit q̄ in principio deus omnē spiritalē et corporalē creaturam fecerit primo in substātia materie/ deinde in formarum distinctione. Capitulum .x.

Quem sub behemoth nomine/ nisi antiquū hostem insinuat? q̄ interpretatus ex hebrea voce in latina lingua animal sonat. Cuius infertius dum maius subditur/ patenter per sona monstrat. Sed cum de deo scriptum sit quia fecit omnia simul: cur hoc animal cum homine fecisse se indicat/ dum cuncta quia C simul fecerit constat? Rursum querendum est/ quomodo deus cuncta simul condidit: dum Moyses sex dierū mutatione variāte distincte creata describat? Quod tamen citius agnoscimus/ si ipsas causas originum subtiliter indagamus. Rerum quippe substantia simul creata est: sz simul species formata nō est: et qd̄ simul extitit p̄ substātiā materie/ non simul apparuit p̄ speciē forme. Cū enī simul factū celū terraq̄ describit: simul spiritalia atq̄ corporalia: simul q̄cq̄d de celo oritur simul factū q̄cq̄d de terra producitur indicatur. Sol q̄ppe luna et sydera quarto die in celo facta perhibentur: sed quod quarto die processit in specie/ primo die in celi substantia extitit per conditionem. Primo die creata terra dicitur: et tertio arbusta condita/ et cuncta terre virentia describuntur: sed hoc quod die tertio se i specie protulit: nimirum p̄io die in ipa de qua ortum est terre substantia conditū fuit. Hinc est q̄ Moyses et distincte per dies singulos condita omnia retulit et tamen simul omnia creata subdidit/ dicens. Iste sūt generationes celi et terre/ q̄n create sunt in die quo fecit dominus celū et terram/ et omne virgultū agri antequā oriretur in terra/ omnemq̄ herbam regionis. Qui enim diuersis diebus creatū celum et terram/ virgultū herbasq̄ narrauerat: nunc vno die facta manifestat: vt liquido ostenderet q̄ creatura omnis simul per substantiam extitit/ q̄ uis non simul per speciē processit. Hinc illic quoq̄ scriptū est: Creauit de⁹ hoīem ad imaginē suā: ad imaginem dei creauit illū/ masculū et feminā fecit eos. Necdū enim eua facta describit: et iam homo masculus et femina perhibetur. Sed q̄ ex eius latere proculdubio femina erat processura: in illo iam computat per substantiam/ a quo fuerat producenda per formam. Considerare tamen hoc et in minimis possumus/ vt ex minimis maiora pensemus. Herba nāq̄ cū creatur: necdū in illa fruct⁹/ necdū fruct⁹ sui semē ostendit. Inest vero et etiā cū nō apparet fruct⁹ et semen: quia nimirum simul sunt in radice substantia/ que non simul prodeunt per temporis incrementa. Sed quia hec simul creata per substantiam dicim⁹/ que prodire alia ex alijs inuenimus: quo pacto cum beato Job behemoth creatus asseritur: cum neq̄ vna sit substantia angeli et hominis: neq̄ homo ex angelo/ neq̄ angelus ex homine pferatur? Si vero pp̄t hoc fact⁹ behemoth cum beato Job dicitur: q̄ creatura omīs ab auctore (q̄ hi actione sua nequaq̄ temporis protelatione distendit) simul condita non dubitatur: cur de behemoth specialiter dicitur/ quod cōmune cum creaturis omnibus generaliter habetur? Sed si rerū causas subtili discussione pensamus/ simul angelū factū hominemq̄ cognoscimus: simul videlicet non vnitate temporis/ sed cognitione rationis: simul per acceptam imaginem sapientie: et non simul per coniunctam substantiam forme. Scriptum nāq̄ de homine est: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Et per Ezechielem ad satan dicitur: Tu signaculū similitudinis: plenus sapientia et perfectus decore in delicijs paradisi dei fuisti. In cuncta igitur creatura: homo et angelus simul conditus extitit: q̄ ab omni creatura irrationabili distinctus processit. Quia ergo in cuncta conditione rerum nullum rationale animal nisi angelus et homo est: quicquid ratione vti non potest/ cum homine factum non est. Dicatur itaq̄ homini: dicat̄ de angelo: qui etsi potentiam sublimitatis perdidit/ subtilitatem tamen nature rationalis nō amisit: Ecce behemoth quē feci tecum. vt dum homo eum qui in ratione secum fact⁹ est perisse considerat/ vicinum sibi casum superbie ex ipsa propinqui sui perditione pertimescat. In his autem verbis solerter intuendum est: q̄ aperte voce dominica nefarium Manichei dogma reprehenditur: qui dum duo principia loquitur: tenebrarum gentem non factam asserere conatur. Quomodo enim non facta gēs nequissima dicitur: dum behemoth istum/ videlicet auctorem nequitie per naturam bene conditum se dominus fecisse testatur? Sed quia behemoth iste cum quo sit factus audiuimus: perditus quid agat audiamus. Sequitur.

¶ S. Qui esce diaboli electe sint/ et hypocritarum simulatione maxime saturetur.

¶ Fenum sicut bos comedet. Si prophetarum sollicite verba discutimus: hec et illa vno spiritu prolata reperimus. Esaias nāq̄ cū cerneret vitam peccantium ab antiquo et insatiabili hoste deuorari/ ait. Leo sicut bos comedet paleas. Quid autem feni paleeq̄ nole nisi carnalium vita signatur? De qua per prophetam dicit. Omnis caro fenū. Qui ergo hic behemoth/ illic leo: qui hic fenum/ illic palee nominantur. Sed perscrutari mens nitatur cur iste vel apud Esaiam leo/ vel hic dominica voce behemoth in comestione feni vel palee/ vtroq̄ loco non equo/ sed boui comparetur. Quod tamen citius agnoscimus: si in vtrisq̄ animalibus que sit nutrimentorum distantia perpendamus. Equi nāq̄ fenū q̄libet sordidum comedunt: aquā vero non nisi mundā bibūt. Boues aūt aquam quamlibet sordidā bibunt: sed feno non nisi mundo vescuntur. Quid est ergo q̄ boui qui mundo pabulo pascit/ behemoth iste cōparat: nisi hoc quod de isto antiquo hoste per prophetam alium dicitur: Esca ei⁹ electa? Neq̄ enim se eos gaudet rapere: quos prauis ac sordidis actionibus implicatos in imo secum respicit volutarie iacere. Fenū ergo comedere sicut bos appetit: q̄ suggestionis sue dente conterere mundā vitam spiritualium querit. Sed querēdū video quomodo behemoth iste fenum sicut bos comedens/ vitam spiritalium consumere dicitur: cum sicut supra dictū est: feni nomine vita carnalium designatur. Esca quoq̄ eius electa iam non erit/ si fenum comedens/ carnales rapit. Sed ad hec citius occur

Amos. iij.

B

Psal. xvij.

Psal. xvj.

Gen. ij.

D

Gen. j.

E

Ibidem.

Eze. xxviij.

F

Esa. xj.

Esa. xl.

[G] rit: qui nonnulli hominum et apud deum fenum sunt: et apud homines sanctitatis nole cēsent: cū ꝛ ante humanos oculos aliud ostendit vita: et ante diuina iudicia aliud intēdit conscientia. Hi itaq; apud hūana iudicia electi sunt: sed apud subtile dñi examen fenū. An ante diuinos oculos saul fenū non erat: de quo Samuel propheta dicebat:

[j. Reg. x.] Certe videtis quem elegit dñs. et de quo paulo superius dicitur: electus et bonus? Quem enī peccās populus meruit/ et apud deum reprobus extitit: et tamen causarum ordine electus et bonus fuit. Capitulum. xi.

QUis multi fenū sunt: et electos se ex humana estimatione suspicant: bene per Salomonē dicitur: Vidi impios sepultos: qui etiam dum

[Eccle. viij.] adhuc viuerent/ in loco sancto erant: et laudabant in ciuitate quasi iustoꝝ operum. Quia multi fenū sunt: sed tamen sanctitatis fauore exallant: bene quidam sapiens in-

[eccli. xxix.] ducat dicens. Transi hospes/ ꝛ orna mēsam. Transeūdo namq; hospes ornare mensam dicitur: qsi ad altare del quis positus per bona opera gloriam propriam querit: et de ostentatione sanctitatis eius laus altaris extenditur/ et ipse tamen apud deum in numero ciuiū non habetur. Alijs eius opinio pficit/ et tamen a deo extraneꝰ ipse pertransit. Mensam itaq; transeundo decorauit: qz stare ad sacra noluit/ qui per omne qđ agere studuit/ ad humanas laudes mente decurrit. Quia ergo nonnulli mundā quidem vitam per studium ducunt: sed ex illa lutus placere non appetunt: recte ꝛ esca eius electa dicitur: ꝛ tamē fenū sicut bos comedere behemoth iste perhibet. Quasi enim ante os behemoth istius mundū fenū in terra atq; i infimis iacet: cum et vita quasi innocens per mandato-

[H] rum custodiam agitur: et tamen inter actionē que bona ostenditur/ cor ad appetenda sublimia non leuat. Quid itaq; vtilitatis agit qui in se munditiam vite custodit: si per intentionem infimā in ore behemoth huius inueniendum se i terra derelinquit? Quia igitur omnipotens deꝰ quid hostis noster agat insinuat/ nunc quomodo preualeat innotescat: vt calliditatis eius nequitia quo apertiꝰ cognoscitur/ eo facilius superetur. Sequitur.

¶ S. De malorū mentes diabolus in virtute possideat.

¶ Fortitudo eius in lumbis eius: et virtus eius in vmbilico ventris eius.] Seminaria coitus viris in lumbis esse: incisse aūt feminis in vmbilico phibent. Hinc est enī quod veritas discipulis dicit: Sint lumbi vestri precin-

[Luce. xij.] cti. Hinc Petrus cum luxuriam a corde restringeret/

[j. Pet. j.] admonebat dicens. Succincti lumbos mentis vestre. Hic Paulus cum per abrae sacrificium Melchisedech tempore leui sacerdotium diceret decimatum: vbi tunc i

[Heb. vij.] abrae corpore leui lateret ostendens ait: Adhuc enim in lumbis patris erat. Os vero seminariū luxurie feminis i vmbilico continetur/ propheta testatur: qui sub specie femine prostitute iudee petulantiam increpans ait: In die

[Eze. xvj.] ortus tui non est precisus vmbilicus tuꝰ. In die quippe ortus vmbilicum precidere est: conuersionis tempore car-

[J] nis luxuriam resecare. Quia enim difficile est mala labo ata corrigere: et semel formata deformiter in melius reformare: de ortu suo iudea reprehenditur: que dum i deo nata est/ ipreciisum vmbilicū retinuit: qz fluxa luxurie nō abscidit. Quia igitur potestate diaboli vtriusq; generis sexus valde ex luxurie infirmitate substernit: et fortitudo eius i lumbis contra masculos/ ꝛ virtus illius contra feminas in vmbilico perhibetur. Capitulum. xij.

SEd cur cum behemoth istum fenum comedere intulit: prima deceptionis eius argumenta luxurie damna subiunxit: nisi qz liquido omnibꝰ patet/ quia postq; semel hominis spiritum supbia cepit/ mox se ad corruptionem carnis extendit? Quod in ipsis

[Gen. iij.] quoq; hominibus primis agnoscimꝰ: qui dum post perpetratam superbiā pudenda membra contegunt/ patenter indicarunt quia postq; apud semetipsos intus arripere alta conati sunt/ mox in carne foris erubescenda pertulerunt. Behemoth itaq; iste insatiabiliter seuiens/ et deuorare totum simul hominem querens: modo in superbiam mentem erigit/ modo carnem luxurie voluptate corrumpit. Bene autem nequaq; fortitudo eius in lumbis vel vmbilico eorum dicit: qui prosternuntur: sed fortitudo eius in lumbis eius: et virtus illius in vmbilico ventris eius. Acsi aperte diceretur. Fortitudo eius in lumbis suis: et virtus illius in vmbilico vētris sui: quia nimi-

rum eius propele corpus fiunt/ qui suggestionū turpium

[K] blādimētis decepti/ et p luxurie fluxa succūbūt. Sequit.

¶ S. Quod tota virtus diaboli in antichristo stringatur: q in fine huius mundi causa omnis erit malitie/ et quasi esse deus immensitate prodigiorum sublimis apparebit.

¶ Stringit caudam suā quasi cedrum.] Multa in his supperiunt/ que instruendis moribus proferāt: sed prius behemoth illius violentia discutimus: vt post subtilius astuta detegamus. In scriptura sacra cedri nomine aliqñ alta excellentia glorie celestis exprimit: aliquando autē prauorum rigida elatio designat. Cedri nomine celestis glorie celsitudo exprimitur: sicut psalmista testatur. Iu-

[Psā. xcj.] stus vt palma florebit: sicut cedrꝰ libani multiplicabit. Cedri rursus nomine supba prauorū potētia designatur: sicut per eūdē pphetā dicitur. Vox dñi confringentis ce-

[Psā. xxviij.] dros. Quid autē cauda behemoth istius/ nisi ille antiq hostis extremitas dicitur: cum nimirum vas proprium illū perditum hominē ingreditur/ qui specialiter antichristus nūcupatur. Qui qm modo honoribus seculi modo signis et prodigijs ficte sanctitatis in tumorem potentie eleuari permittitur: recte voce dominica cauda illius cedro comparat. Sicut enim cedrus arbusta cetera in altum crescendo deserit: sic tunc antichristus mundi gloriam temporaliter obtinens: mensuras hominū et honoris culmine et signorum potestate transcendit. Spiritus quippe in illo est: qui in sublimibus conditus/ potentiam nature sue non perdidit vel defectus. Cuiꝰ idcirco virtꝰ nunc minime ostenditur: quia dispensatione diuine potē-

[Apoca. xx.] tie ligatur. Unde per Ioannem dicitur. Vidi angelum descendentem de celo/ habentem clauem abyssi: et cathenam magnam in manu sua: et apprehendit draconem ser-

[L] pentem antiquum/ q est diaboluꝰ et sathanas: et ligauit eū per annos mille: ꝛ misit eum in abyssum: et clausit ꝛ signauit super eum. Ligatus quippe missus i abyssum phibetur: qz retrusus in prauorum cordibus/ potentia diuine dispensationis astringit/ ne in q̄ntum nocere valet/ effrenetur: vt q̄uis per eos occulte seuiat/ ad violētas tamē rapinas superbis nō erūpat. Sed illic quomodo in mun-

[Ibidem.] di fine sit soluendꝰ intimat/ cum dicitur. Et postq; cōsūmati fuerint mille anni: soluet sathanas de carcere suo: et exibit et seducet gentes. Milenario nāq; numero vniuersū p pfectiōe sua hoc q̄ntūlibet sit ecclesie sancte tempus exprimit. Quo peracto antiquꝰ hostis suis viribus traditꝰ: pauco quidem in tempore/ sed in multa contra nos virtute laxat: Quem q̄uis seuitia ad crudelitatem dilatet: superna tamen misericordia dierū breuitate coā-

[mat. xxiiij] gustat. Hinc enī veritas per semetipsam dicit. Erit tunc tribulatio magna/ qualis non fuit ab initio mundi vsq;

[Ibidem.] modo/ neq; fiet. Hinc rursū ait. Nisi breuiati fuissent dies illi: non fieret salua omnis caro. Quia enim et supbos nos et infirmos dominus conspicit: dies quos singulariter malos intulit/ misericorditer breuiatos dicit: profecto vt et superbiam terreat de aduersitate tēporis/ et infirmitatem refoueat de breuitate. Capitulum. xiij.

SEd considerandum valde est: cum behemoth iste caudam suam sicut cedrum subleuati quo tūc atrocius q̄ nūc se exerit surgat. Que enim penarum genera non nouimus: que non iam vires martyrum exercuisse gaudemus? Alios namq; improuiso ictu

[M] immersus iugulo gladius strauit: alios crucis patibulum affixit: in quo et mora prouocata repellitur/ et repulsa prouocatur. Alios hirsutis ferra dentibus attriuit. Alios armato ferro i sulcans vngula carpsit: alios beluina rabies morsibus detruncando comminuit: alios ab iniuris viscerū per cutem pressa vis verberum rupit: alios effossa terra viuentes operuit: alios in altum deiectos in mortem precipitiū fregit: alios in se proiectos aq̄ replendo absorbuit: alios edax flāma vsq; ad cineres depasta consumpsit. Cum igit behemoth iste caudā suam in fine mundi nequius erigat: quid est quod in his tormentis tunc atrocius crescat: nisi hoc quod in euangelio

[mat. xxiiij] veritas per semetipsam dicit. Surgent pseudochristi et pseudoprophete: et dabunt signa magna et prodigia: ita vt in errorem mittātur/ si fieri potest etiā electi? Nūc enim fideles nostri mira faciunt/ cum peruersa patiunt: tunc autem behemoth huius satellites etiam cum peruersa inferunt/ mira facturi sunt. Pensemus ergo que erit humane mentis illa tentatio: quando plus martyr

A et corpus tormentis subijcit: tamẽ ante e[i]9 oculos to-
tis miracula facit. Cuius tūc virt9 non ab ipso cogitatio
num fundo quatiat: qui eo ꝗ flagris cruciat / signis choru-
scat. Dicatur igit recte: Stringit caudam suam quasi ce
drum: quia nimirũ et altus tunc erit veneratione prodi-
gij / et durus crudelitate tormenti. Capitulum. xiiij.

Non enim sola tunc potestate erigit / sed etiam
signorum ostensione fulcitur. Unde et per Da
Psal. ix. uid dicit: Insidiatur in occulto: quasi leo i cu
bili suo. Ad apertã nãq; potẽtiam suffecisset vt leo esset:
etiam si insidians non fuisset: rursumq; ad occultas ver-
sutias suffecisset / vt insidians surriperet / etiam si leo non
esset. Sed qz hic antiquus hostis in cunctis suis viribus
effrenat / seuire per vtraq; permitit: vt contra electos in
certamine et fraude et virtute laret: virtute per potẽtiã /
fraude per signa. Recte ergo et leo et insidians dicit. Insi
dians per miraculorum speciem: leo per fortitudinem se
cularem. Ut enim eos ꝗ aperte iniqui sunt pertrahat: se-
cularem potentiam ostentat: vt vero iustos etiam fallat /
signis sanctitatem simulat. Illis enim suadet elatiõem ma
gnitudinis: istos decipit ostensione sanctitatis. De hac
cauda behemoth isti9 sub draconis specie per Joannem
Apo. xij. dicitur: Et cauda eius trahebat tertiam partem stella-
rum celi: et misit eas in terram. Celum nãq; est ecclesia:
que in hac nocte vite presentis dum in se innumeras san-
B ctorum virtutes continet: quasi radiantibus desuper si-
deribus fulget. Sed draconis cauda in terram stellas
deijcit: qz illa sathane extremitas per audaciam assum-
pti hominis erecta: quosdam quos velut electos dei in
ecclesia inuenit / obtinendo reprobos ostendit. Stellas
itaq; de celo in terram cadere est: relicta nõnullos spe ce-
lestiũ illo duce ad ambitũ glorie secularis inhiare. Hinc
Dan. viij. Daniel sub antiochi specie contra hanc draconis caudã
loquitur / dicens. Deiecit de fortitudine et de stellis: et cõ
culcauit eas: et vsq; ad principem fortitudinis magnifi-
catus est: et ab eo abstulit iuge sacrificium: et deiecit lo-
cum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei cõ
tra iuge sacrificium / propter peccata: et prosternetur veri
tas in terra: et faciet et prosperabitur. De fortitudine quip-
pe et de stellis deijcit: cũ nõnullos et luce iustitie resplen-
dentes / et virtute operis robustos frangit. Qui vsq; ad
principem fortitudinis magnificat: quia contra ipsm au-
ctorem virtutis extollitur. Juge vero sacrificium tollit:
quia studium conuersationis ecclesie in eis quos cepe-
rit interrũpit. Robur vero ei ppter peccata contra iuge
sacrificiũ datur: quia nisi pereuntium merita exigerent:
C eos qui recti credebant / obtinere aduersarius nequaq̃
posset. Ueritas in terra prosternit: quia fides tunc rerũ
celestium ad desideriũ vite temporalis inclinatur. Et fa-
ciet et prosperabit: qz tũc nõ solũ in reproborũ mẽtibus / sed
etiam in electorũ corporib9 crudelitate inestimabili / si-
Ibidem. ne qualibet obiectiõe grassatur. Hinc rursum per Danie-
lem dicit: Consurget rex impudens facie / et intelligens
propositiones: et roborabitur fortitudo eius / sed non in
suis viribus. Illi9 nãq; hominis fortitudo non in suis
viribus roboratur: quia sathane virtute in gloriã perdi-
tionis attollit. Hinc rursum ait. Interficiet robustos et
populum sanctorũ sm voluntatem suam / et diriget dol9
in manu ei9. Robustos nãq; interficit: cum eos qui men-
te inuicti sũt / corporaliter vincit. Uel certe robustos et po
pulum sanctorũ sm voluntatem suam interficit: cum eos
qui robusti ac sancti credebant / ad nutum sue voluntatꝫ
trahit. In cuius manu dolus dirigitur: quia illo fraus
per opus adiuuat. Quod enim fallendo dicit / hoc mira
faciendo asserit: nam quicquid mendax lingua simulat /
hoc quasi verum esse manus operis ostẽtat. Hinc rursũ
dicit. Contra principem principum consurget: et sine ma
j. Tess. ij. nu conteretur. Hinc Paulus ait. Ita vt in templo dei
Ibidem. sedeat: ostendens se tanq̃ sit deus. Hic rursum ait: Quẽ
dominus iesus interficiet spiritu oris sui: et destruet illu
stratione aduentus sui. Qd enim per Danielem dictum
est: Contra principem principũ cõsurget: hoc per Pau-
lum dicitur: Ita vt in tẽplo dei sedeat ostendens se tanq̃
sit deus. Et quod per Daniele subdigit: Sine manu con
teretur: hoc per Paulum exprimit: Quem domin9 iesus
interficiet spiritu oris sui. Sine manu quippe cõteretur:
quia non angelorũ bello / non sanctorum certamine / sed
per aduentũ iudicis solo oris spiritu eterna morte ferie

tur. De huius behemoth elatione item per Paulum di- D
Ibidem. citur: Qui aduersatur et extollit supra omne quod dicit
deus / aut quod colitur. De quo Daniel cum quartam be
stiam diceret decem cornibus fultam / primus adiũxit:
Dan. vij. Considerabam cornua: et ecce cornu aliud paruulum or-
tum est de medio eorũ: et tria de cornibus primis euulsa
sunt a facie eius: et ecce oculi quasi hominis erant in cor
nu isto: et os loquens ingentia. Undecimũ quippe hui9
bestie cornu esse describitur: quia regni eius potentia in
iniquitate roboratur. Capitulum. xv.

Omne enim peccatum vndenarium est: quia dũ
peruersa agit / precepta decalogi trãsit. Et quia
in cilicio peccatum plangitur / hinc est ꝙ in ta-
bernaculo vela cilicina vndecim fiunt. Hinc per vndeci-
Psal. xj. mum psalmum dicitur: Saluum me fac domine / quoniã
defecit sanct9. Hinc in vndenario numero remanere apo
E stolos Petrus metuens, Mathiam duodecimum sorte
missa requisiuit. Nisi enim signari culpam per vndena-
riũ cerneret: impleri apostolorum numerum tam festine
duodenario non curaret. Quia ergo per vndenariũ trãs-
gressio exprimitur: huius bestie cornu vndecimo ipse au-
ctor transgressionis indicatur. Quod videlicet paruulũ
oritur: quia pur9 homo generatur, sed immaniter crescit:
quia vsq; ad coniunctam sibi vim angelice fortitudinis p
ficit. Quod tria cornua que ei ante faciem sunt euellit: qz
ditioni sue regna totidem que sibi vicina sũt subigit. Cu-
ius oculi sunt vt oculi hominis / sed os ingentia loquit:
quia in illo humana quidem forma cernitur / sed verbis
suis vltra homines eleuatur. Quod ergo per Paulum
dicitur: Extollens se super omne quod dicitur deus aut
quod colitur, hoc Daniel propheta testatur dicens. Os
loquens ingentia. Quod vero illum vel Daniel ingentia
loqui / vel Paulus perhibet supra cultum deitatis extol
li: hoc est ꝙ apud beatum Job diuino eloquio cedro cõ-
paratur. More enim cedri quasi ad alta nititur: dum in
omni fastu fallacie et virtutis robore et culminis elatio
ne prosperatur. Bene autem stringere caudam dicitur:
quia tota eius virtus in uno illo dãnato homine cõgesta
densatur: vt tanto per illum fortia ac mira faciat / q̃to il-
lum collectis suis viribus instigat. Sed quia quale sit
iniquorum caput audiuimus: nũc huic capiti que mem-
F bra adhereant agnoscamus. Sequitur.
¶ S. Qz multiplicia sint argumenta diaboli quib9 ani-
mas prostratas sibi polluit et corrumpit.
¶ Nerui testiculorũ eius perplexi sunt. ¶ Tot iste behe-
moth testes habet / quot iniquitatis sue pdicatores pos-
sidet. An eius testes non sunt / qui prauis persuasionib9
corda hominũ virulenta erroris sui semina fundẽdo cor-
rumpunt? Hec autem dicitur ꝙ testiculorũ eius nerui p
plexi sunt: quia videlicet predicatorum illius argumen-
ta dolosis assertionibus innodantur: vt recta esse simu-
lent que peruersa persuadent: vt allegationum implica-
tio quasi neruorũ perplexitas etsi videri possit / solui non
possit. Neruos e[i]9 testiculi perplexos habent: qz acumina
predicatorum illius sub argumentis duplicibus latẽt.
Plerisq; autem cum verbis corda inficiunt in opere in-
nocentiam ostendunt. Neq; enim ad se bonos persuasiõe
sua traherent: si se et in actionibus peruersos exhiberẽt.
Sed quia testes sunt huius belue: et perplexis neruis il-
ligantur: et rectos se ostentant vt lateant / et peruersa pre
dicant vt corrũpant: ipsum nimirum suum caput imitan
tes: qui quasi leo in insidijs et seuit per potentiã terreni
culminis et blanditur per speciẽ sanctitatis. Sed hoc be-
lua vtinam tunc solũ talia ageret: et nũc quoq; ad corrũ-
penda fidelium viscera / hos luxurie testiculos nõ habe-
ret. Neq; enĩ malũ sola locutiõe oris infundit: sed prius
et a plurib9 operis exẽplo ppinatur. Et multi enim an-
tichristum non viderũt / sed tamen testiculi eius sunt: qz
corda innocentiũ actionis sue exẽplo corrũpunt. Quis-
quis namq; in superbia extollitur: quisqs auaritie desi-
derijs cruciat: quisquis luxurie voluptatibus soluit: qs-
quis iniuste atq; immoderate ire flagris ignitur, quid
aliud ꝙ antichristi testis est? Qui dum se libenter ei9 vsi-
bus implicat: exemplo suo alijs erroris fetus ministrat.
Iste praua agit: ille prauа agentibus adheret: et nõ solũ
non obuiat / sed etiã fauet. Quid ergo aliud ꝙ antichri-
sti testis est: qui perdita auctoritate promisse deo fidei / te-
stimonium perhibet errori? Quos tamen si quis redar-

G guat/mox se sub quodã velamine defensionis occultant:
et quia videlicet eorum nerui p..plexi sunt et male impli
citi/correptione solui nequaq̃ possunt. Sequitur.

¶ S. Q ossa diaboli heresiarche sint et pncipes malitie:
q̃ fistulis eris comparant̃: q bene quidem et sonore lo-
quunt̃: sed que dicunt/hec nec agunt nec sentiunt. Ca. xvi.

OSsa eius velut fistule eris.] In corpore ossa sũt
que continent membra. Habet ergo carnes hec
belua: habet et ossa: q et iniqui sunt aliqui/ q ta-
men ab aliis in errore retinent̃: et nequiores alii/ qui et er-
rore et alios retinent. Quid itaq̃ aliud ossa antichristi q̃
quoslibet in eius corpore valẽtiores accipim⁹? In quo-
rum corde iniquitas dum vehementer induruit: per eos
tota eius corporis compago subsistit. Multi nãq̃ in hoc
mundo diuites videntur: qui dum rebus opibusq̃ subni
xi sunt/quasi ex fortitudine solidant̃: sz largiẽdo hec ipsa
quibus fulti sunt/ad suum alios errorem trahunt. Mo-
do nõnullos vt praui fiant/ donis illiciunt: modo nonnul
los vt praui permaneant/ muneribus astringunt. Quid
itaq̃ hi nisi antichristi ossa sunt: qui dum malos contine-
do multiplicant/in eius corpore carnes portant? Hi nõ-
nunq̃ in decipiendis auditoribus exhibent lingue dulce
dines: q et spine proferũt flores: et apparet quidẽ in eis
quod oleat/sed latet qd pungat. Amaris dulcia/ noxiis
blanda permiscent: et potestate quidẽ admirandi videri
appetunt: sz fallendi arte per remissa colloquia quasi hu-
H militer substernunt̃: et per sermonem de se insinuãt/quod
per exhibitionem negant. Unde et recte ossa behemoth
istius eris fistulis comparant̃: quia nimirũ more metalli
insensibilis/sonum bene loquẽdi habẽt: sed sensum bene
viuendi non habent. Hoc namq̃ quasi humiliter loquẽ-
do asserunt: qd elate viuendo contẽnunt. Unde bene per
i. Cor. xiii. Paulum dicitur: Si linguis hominũ loquar et angelo-
rum: charitatẽ aũt nõ habeã: factus sum velut es sonãs/
aut cymbalum tinniens. Bona quippe loquens/ sed per
amorẽ eadẽ bona nõ sequẽs/velut es aut cymbalũ soni-
tum reddit: q ipse non sentit verba q̃ ipse facit. Cap. xvii.

SUnt vero nõnulli in huius belue corpore non
honoribus clari/non diuitiis fulti/ non virtu-
tum specie decorati/non scientia calliditati pe-
riti: sed tamen videri quales non sunt ambiunt: et idcirco
cõtra bonorũ vitam nequiores fiunt. De quib⁹ et sequit̃:

¶ S. Q quidã cum membra diaboli sint/q ad seditio-
nes neq̃ per miracula neq̃ per argumenta sufficiunt/ in
contumelias et mortes sanctorum ferro armantur.

¶ Cartilago illi⁹ q̃si lamine ferree.] Cartilago nãq̃ os-
sis quidẽ speciẽ habet: sed ossis fortitudinẽ nõ habz. Quid
est ergo q cartilago eius laminis ferreis cõparatur: nisi
I q hi qui in illo debiliores sunt/ad perpetranda mala ne-
quiores existunt? Ferro quippe cetera metalla conciduu
tur: et cartilago eius ferro similis dicitur: quia hi qui in
eius corpore ad ostensionem virtutum non sufficiunt/cõ
tra necem fidelium acrius accenduntur. Quia enim cũ
eo se facere signa et prodigia non posse considerant: fide-
les se illi per crudelitatem pbant: et pro eo q innocẽtium
corda corrũpere psuadendo non possunt/ multiplici⁹ ce-
teris bonorum corpora se extinguere gloriantur. Bene er
go dicitur: Cartilago eius vt lamine ferree: q in eius cor
pore quo infirmus quisq̃ crediderit/eo nequius icidit.
Qui recte nõ ferro tantũmodo: sed laminis ferreis cõpa-
rantur: q dum se circũquaq̃ in crudelitate dilatare am-
biunt/quasi in ferri se laminas extendunt.

¶ S. Q ea que de behemoth dicuntur/etiam alio intel
lectu accipi possint/et ad sanctorũ tentamenta referri.

¶ Libet arctiori inquisitionis manu hec eadem verba
conditoris (que iam videntur discussa) distinguere: atq̃
vberiores intelligentie fructus instruendis moribus ap-
portare. Nam quia antiquus hostis quid per assumptũ
hominem contra homines agat audiuimus: superest vt
nunc quid in hominibus etiam per semetipsum sine homi
ne moliatur exploremus. Ecce enim dicitur: [Stringit
caudam suam quasi cedrum.] Prima quippe serpentis
suggestio mollis ac tenera est: et facile virtutis pede con
terenda: sed si hec inualescere negligenter permittit̃: eiq̃
ad cor aditus licentior prebetur: tanta se virtute exagge-
rat/ vt captam mentem deprimens/ vsq̃ ad intolerabile
robur excrescat. Caudam itaq̃ quasi cedrum stringere
dicitur: quia semel eius in corde recepta tentatio/ in cun-
ctis q̃ subsequenter intulerit/velut ex iure dominat̃. Hu
K ius ergo behemoth caput herba est, cauda cedrus: quia
et prima quidẽ suggestione blandiens substernit̃: sed per
vsum vehementer inualescens/ succrescente tentationis
fine roboratur. Supabile nãq̃ est omne quod initio sug-
gerit: sed inde sequitur quod vinci vix possit. Prius enim
q̃si consulens blanda ad animũ loquitur: sed cum semel
dentem delectationis infixerit/ violenta post consuetu-
dine pene insolubiliter innodatur. Unde et bene stringe
re caudam dicitur. Dente enim vulnerat/ cauda ligat: q
suggestione prima percutit/sed percussam mẽtem ne eua
dere valeat/inualescẽte fine tentationis astringit. Quia
Pctm ad mittit tribus mõis.
enim peccatũ tribus modis admittit̃: cum videlicet ser-
pentis suggestione/carnis delectatione/spiritus consen-
sione perpetrat̃: behemoth iste prius illicita suggerens/
linguam exerit: post ad delectationem pertrahens/ den-
tem figit: ad extremũ vero per consensum possidens/cau
dam stringit. Hinc est enim q nõnulli peccata longo vsu
perpetrata/in semetipsis ipsi reprehendũt: atq̃ hec et iu
dicio fugiunt: sed vitare opere nec decertantes possunt:
q dũ behemoth istius caput non cõterunt: plerumq̃ cau
da et nolentes ligantur. Que contra eos cedri more indu
ruit: quia a blanda voluptate exordii vsq̃ ad violentiam
retentionis excreuit. Dicatur ergo: Stringit caudã suã
quasi cedrum: vt hoc quisq̃ debeat initia tentationis fu-
gere/ q̃to finẽ eius intelligit citi⁹ solui nõ posse. Ca. xviii.

SCiendum quoq̃ est q plerũq̃ eis quos ceperit:
tunc grauiores culpas ingerit/cum prefinitum vi
te termino illos propinquare cognoscit: et quo
se cõsummaturũ tentationem considerat/eo eis iniquita-
tum pondera grauiora coaceruat. Behemoth igit̃ cau-
dam suam quasi cedrum stringit: q quos per prauas ini-
L tia ceperit/ad finem deteriores reddit: vt tentamenta ei⁹
quo citius cessatura sunt/eo valentius compleant̃. Quia
enĩ suis penis eoz satagit eqre suppliciũ: in eis ardenti⁹
ãte mortem nititur omẽ exaggerare peccatum. Plerũq̃
vero behemoth iste iam cor male subditũ possidet: sed ta
men diuina illum gratia repellit: et manus misericordie
eiicit/quem ad se captiua voluntas introduxit. Cumq̃ a
corde expellitur: acriores infigere iniquitatum stimulos
conatur: vt eos tentationũ fluctus mens ab illo ĩpugna-
ta sentiat/ quos etiam possessa nesciebat. Quod bene in
euangelio exprimit̃: cum exire ab homine immundus spi
ritus domino iubente narrat̃. Nam cum demoniacus pu
er fuisset oblatus/scriptũ est: Comminat⁹ est Iesus spi- Mar. ix.
ritui imũdo/dicens: Surde et mute spirit⁹: ego tibi pre
cipio: exi ab eo/et amplĩ⁹ ne introeas in eum. Et exclamãs
et multũ discerpens eum/exiuit ab eo. Ecce eum non dis-
cerpserat cum tenebat: exiens discerpsit: quia nimirum
tunc peius cogitationes mentis dilaniat/cum iam ter-
mino egressus sui diuina virtute compulsus appropin-
quat. Et quẽ mutus possederat/cum clamoribus desere
bat: q plerũq̃ cum possidet/ minora tentamẽta irrogat:
cum vero de corde pellit̃/ acriori infestatione perturbat.
Bene itaq̃ dicit̃: Stringit caudam suam quasi cedrũ: q
et cor possidẽs semper in malitia ex posterioribus crescit/
et cor deserẽs vehemẽtioribus cogitationũ stimulis pcutit.

¶ S. Q quedam peccata ita pplexa sint/vt ea si fugere
appetas/ni sine alio peccati laqueo non euadas.

¶ Adhuc autẽ behemoth istius mira pietate cõditoris
M astutiora argumenta panduntur/cum subditur. [Nerui
testiculorum eius perplexi sunt.] Nerui testiculorũ eius
sunt pestifera argumẽta machinationum. Per ipsa quip
pe calliditatis sue vires exerit: et fluxa mortalium corda
corrũpit. Testiculi eius sunt suggestiones praue: quib⁹ i
mentis corruptione feruescit: atq̃ in consupriata anima
iniqui operis prolem gignit. Sed horum testiculorum
nerui perplexi sunt: q suggestionum illius argumenta
implicatis inuentionibus illigant̃: vt plerosq̃ ita pecca-
re faciant: quatenus si fortasse peccatũ fugere appetãt: h
sine alio peccati laqueo non euadant: et culpam faciant
dum vitant: ac nequaq̃ se ab vna valeant soluere: nisi in
alia consentiant ligari. Capitulum. xix.

QUod melius ostendimus si qua ex conuersa-
tione hominum illigationis huius exempla
proferamus. Quia vero in tribus ordinibus
sancta ecclesia constat: coniugatorum videlicet/ conti-
nentiũ/atq̃ rectorũ (vnde et Ezechiel tres viros libera- Eze. xiiii.

A — mat. xxiiij.

tos vidit: videlicet Noe/ Daniel/ et Job: et in euāgelio dominus dum alios in agro/ alios in lecto/ atq; esse in molendino alios perhibet: tres proculdubio in ecclesia ordines ostendit/ liquido satisfacimus si singula ex singulis exquiramus. Ecce enim quidam dum mūdi huius amicitias appetit: cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti: q; secreta illius omni silentio p̄tegat/ se iureiurando constringit: sed is cui iuratum est/ adulteriū perpetrare cognoscit/ ita vt etiam maritū adultere occidere conetur. Is autē qui iusiurandū prebuit/ ad mētem reuertit: et diuersis hincinde cogitationibus impugnat: atq; hoc silere formidat ne silendo/ adulterij simul et homicidij particeps fiat: et p̄dere trepidat/ ne reatu se periurij astringat. Perplexis ergo testiculorū neruis ligat' est: q; in quālibet partē declinet/ metuit ne a trāsgressionis cōtagione liber non sit. Alius cuncta que mundi sunt deserens/ atq; per omnia frāgere proprias voluntates querens/ alieno se subdere regimini appetit: sed eum qui sibi apud deum preesse debeat/ minus cauta inquisitione discernit. Cui fortasse is qui sine iudicio eligit: cum preesse iam cepit: agi que dei sunt prohibet: que mūdi sūt iubet. Pensans itaq;

B

subditus vel que sit culpa inobedientie/ vel qd̄ contagium secularis vite: et obedire trepidat/ et non obedire formidat: ne aut obediens deū in suis p̄ceptis deserat: aut rursum non obediens/ deum in electo priore contemnat: et aut illicitis obtemperans/ hoc qd̄ pro deo appetijt/ contra deum exerceat: aut rursū nō obtemperans: cum quem suum iudicē quesierat/ suo iudicio supponat. Aperte ergo iste per indiscretionis sue vitium perplexis testiculorum neruis astringitur: q; aut obtemperās/ aut certe nō obtemperans/ in culpa transgressionis ligat. Studebat proprias voluntates frangere: et curat eas etiam contempto priore solidare. Decreuit mundū funditus relinquere: et ad mundi curas vel ex aliena voluntate cōpellitur redire. Perplexi itaq; nerui sunt: cū sic nos argumenta hostis illigant/ vt culparū nodi quo querimur solui/ durius astringant. Alius pensare pondus honoris ecclesiastici negligens/ ad locū regiminis premijs ascendit. Sed quia omne qd̄ hic eminet/ plus merorib' afficit q̄ honoribus gaudet: dum cor tribulationibus premitur/ ad memoriam culpa reuocat: doletq; se ad laborē cum culpa peruenisse: et q̄ sit iniquum quod admiserit/ ex ipsa fructus difficultate agnoscit. Reum igitur secum impēsis premijs agnoscens/ vult adepte sublimitatis locum deserere: sed timēs ne grauius delictum sit suscepti gregis custodiam reliquisse: vult suscepti gregis curam gerere: sed formidat ne deterior culpa sit regiminis pastoralis gratiā empta possidere. Per honoris ergo ambitū ligatum culpa hincinde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrū videt: si aut susceptus semel grex relinquatur: aut rursum sacra actio seculariter empta teneatur. Vndiq; metuit/ et suspectus latus omne pertimescit: ne aut stans in empto regimine non digne lugeat/ quod

C

non etiam deserens emendat: aut certe regimen deserēs/ dum aliud flere nititur/ rursus aliud de ipsa gregis destitutione cōmittat. Quia ergo behemoth iste ita scrupulosis nodis ligat/ vt plerūq; mens in dubijs adducta/ vnde se a culpa soluere nititur/ inde in culpa arcti' astringat: recte dicit. Nerui testiculorū eius perplexi sunt. Argumenta namq; machinationū ei' quasi quo laxant' vt relinquant/ eo magis implicantur vt teneant. Capitulū. xx.

Est tamen qd̄ ad destruendas ei' versutias subtiliter fiat: vt dum mens inter minora et maxima peccā astringit/ si omnino null' sine peccato euadendi adit' patet/ minora semper eligant: q; et qui murorum vndiq; ambitu ne fugiat clauditur: ibi se in fugam precipitat/ vbi breuior murus inuenit. Et Paulus dū quosdā

i. Cor. vij.

in ecclesia incontinentes aspiceret: concessit minima/ vt maiora declinarent/ dicens: Propter fornicationem autem vnusquisq; vxorem suam habeat. Et q; tunc solū cōiuges in admixtione sine culpa sunt: cū non pro explenda libidine/ sed pro suscipienda prole miscent: vt hoc etiam qd̄ concesserat/ sine culpa q̄uis minima nō esse monstraret/ illico adiunxit. Hoc aūt dico s̄m indulgentiam/ non s̄m imperiū. Nō enī est sine vitio qd̄ ignoscit/ et non precipitur. Peccatū profecto vidit qd̄ posse indulgeri preuidit. Sed cū in dubijs cōstringimur: vtiliter minimis subdimur/ ne in magnis sine venia peccemus. Itaq; plerūq;

neruorum behemoth istius perplexitas soluit: dū ad virtutes maximas p̄ cōmissa minora transit. Sequitur. Ossa eius sicut fistule eris. Quid p̄ ossa behemoth isti' nisi

D — Ossa behemoth consilia eius.

consilia designantur? Nam sicut in ossibus posito corporis robur q; subsistit: ita in fraudulentis consilijs tota se eius malitia erigit. Neq; enim vi quempiam premit: sed calliditate pestifere p̄suasionis interficit. Et rursum sicut ossa que irrigant medulle confortant: ita eius consilia p̄ spiritalis nature potentiam infusa ingenij subtilitas roborat. Hoc vero testiculi eius ab ossibus: id est suggestiones a consilijs distant/ q; per illas aperte noxia inserit: p̄ hec autem quasi ex bono consulens ad culpā trahit. Per illas pugnando superat: per hec velut consulendo supplātat. Vnde et bene ei' ossa. i. hec eadem consilia/ eris fistulis comparantur. Eris quippe fistule sonoris aptari cantibus solent: que admote aurib' dū blandū carmen subtiliter concinunt: interiora mentis in exteriora delectationis trahunt: et dū dulce est qd̄ aurib' sonant/ virilitatem

E

cordis in voluptatis fluxu debilitāt: cūq; audit' ad delectationem trahit/ sens' ab statu sue fortitudinis eneruatur. Ita quoq; astuta ei' consilia dū quasi blanda prouisione consulunt: cor a forti intentione peruertunt: et dum dulcia resonant/ ad noxia inclinant. Quasi ergo eris fistule sunt: que dum libenter audiunt: ab interna intentione animū in exterioris vite delectationem deijciunt. Hoc enim behemoth iste magnopere ad exequendā deceptionem satagit: vt dum peruersitatis sue consilium q̄si vtile ostendit: suauiter valeat sonare quod dicit: quaten' et ostēsa vtilitate mentem mulceat/ et abscondita iniquitate corrūpat.

Capitulum. xxi.

Declaratio exemplaris argutorum consiliorum behemoth.

Que apertius in cunctis ostendimus/ si pauca breuiter consiliorū ei' argumenta pandamus. Ecce enim quidam reb' contenti' proprijs/ decreuit nullis mundi hui' occupationib' implicari: valde formidans q̄ d̄ris sue cōmoda perderet: et valde despiciēs cū peccatis lucra cumulare. Ad hunc hostis callidus veniens/ vt intentionem bone deuotionis subruat/ q̄si vtilitatis consiliū subministrat/ dicēs. Ea quidē q̄ sunt in presenti sufficiunt: sed his deficientibus quid acturus es? si enī post hec nulla p̄uidentur: absunt que ad presens impendenda sunt filijs/ sed tamen paranda sunt q̄ seruent. Deesse potest citius etiam qd̄ adest/ si sollicitudo p̄uida cesset parare qd̄ deest. An non et terrena potest actio peragi: et tamen in actione culpa declinari: quatenus et exteriora stipendia prebeat: et tamen internam rectitudinem nō inficiat? Hec interim blandiens insinuat: et seorsum iā in negocio terreno qd̄ p̄uidet/ peccati laqueos occultat. Ossa itaq; eius sicut fistule eris sunt: quia perniciosa ei' consilia auditori suo consulentis vocis suauitate blādiūtur. Alius quoq; non solū decreuit terrena cōmoda non querere: sed etiam cunctis q̄ possidet renūciare: vt a disciplinatu celestis magisterij tanto se liberior exerceret/ q̄to

F

et expeditior reddit' ea que possidentē premere poterāt/ deserens calcat. Huic cor hostis insidians occulta suggestione alloquitur dicens: Vnde hec temeritatis tāte surrexit audacia: vt credere audeas q; omnia relinquendo subsistas? Aliter te creator cōdidit: atq; aliter tu teipsum disponis. Valentiorem te robustioremq; faceret/ si sequi te sua vestigia cū inopie necessitate voluisset. An non plerīq; terrena patrimonia nequaq; deserunt: et tamē ex his per misericordie opera superne fortis bona eterna merentur? Hec blandiens suggerit: seorsum vero in eisdem rebus quas retinere admonet: ante retinentis oculos delectationes pestiferas decipiens apponit: quatenus fedo etiam cor ad blandimenta exteriora pertrahat: et intima perfectionis vota peruertat. Ossa itaq; eius sicut fistule eris sunt: q; dolosa eius consilia dum blandū de exterioribus sonū reddūt/ p̄iculosum dispendium de interiorib' ingerunt. Alius relictis omnib' q̄ exteri' possederat/ vt ordinem sublimioris discipulatus apprehendat: etiam intimas frangere voluntates parat: vt rectoris se alteri' voluntatibus subdens: non solum prauis desiderijs/ sed

Temtatio religiosorum.

ad perfectionis cumulū etiam in bonis votis sibimetipsi renūciet: et cūcta q̄ sibi agenda sunt/ ex alieno arbitrio obseruet. Hunc hostis callid' tanto mollius alloquitur/ q̄to ab excellentiori loco deijcere arcti' conat: moxq; virulenta suggestione blandiens dicit. O quanta per temetipsum miranda agere poteris/ si nequaq; te iudicio al

G terius subdis. Cur profectu tuu sub studio melioratiois
immutuis? Cur intentionis tue bonu, qd vltra q̄ necess
se est extendere niteris frangis? Que enim qd voluntate
propria visus es, peruersa perpetrasti? Qui ergo tibi ple
ne ad bene viuendu sufficis: alienum super te iudiciu cur
requiris? Hec blandiens intimat: seorsum vero inuolutis
tibus eius propositi exercede superbie causas parat: et dum
laudat cor de intestina rectitudine, inuestiget callide vbi
subsistat in prauitate. Ossa itaque eius sicut fistule eris sunt:
qz clandestina eius consilia vnde quasi animum blande dele
ctant, inde perniciose a recta intentione dissipant. Alius
fractis plene voluntatibus suis, multa iam vetusti homi
nis vitia et mutatione vite et lamentatione penitentie cor
rexit: et tanto maiori zelo contra aliena peccata accendi
tur, quanto sibimetipsi funditus mortuus in desideriis propriis
non tenet. Hunc hostis callidus qz zelo iustitie etiam cete
ris prodesse cognoscit, quasi prospere consulentibus verbis
appetit, dicens. Quid te ad aliena curanda dilatas? Uti
nam tua considerare conualescas. An non perpendis: qz
cum ad aliena extenderis: erga ea curanda que tua sunt mi
nor inueniris? Et quid prodest alieni vulneris cruorem ter
gere et putredinem proprii negligendo dilatare? Hec vbi
quasi consulens dicit, zelu charitatis adimit: et omne bo
num qd prodire ex charitate poterat, gladio subintrodu
cti torporis extinguit. Si enim proximos sicut nosmetip
sos diligere precipimur: dignum est vt sic eorum zelo con
tra vitia, sicut e nostro flagremus. Qz igitur dum suauiter con
sulit, mentem ab intentione propria alienam reddit: recte
H dicit: Ossa eius sicut fistule eris. Quasi enim per fraudulenta con
silia audientis aure blandum sonat, quasi cum fistula eris cantat:
vt vnde mulcet, inde decipiat. Capitulum. xxij.

Sed behemoth iste valde mollius certamen mo
uet, quando se in insidiis sub pretextu infirmi
tatis exercet. Tunc autem duriores temptationes
excitat, quasi ante temptati oculos iniquitatis laqueos sub
specie virtutis occultat. Unde et recte subiungit. Carti
lago eius quasi lamine ferree. Quid enim per cartilagi
nem nisi simulatio eius accipitur? Cartilago neque ossis
ostendit speciem: sed ossis non habet firmitatem. Et sunt
nonnulla vitia que ostendunt in se rectitudinis speciem, sed
ex prauitate prodeunt infirmitate. Hostis enim nostri ma
litia tanta se arte palliat: vt plerumque ante decepte mentis
oculos culpas virtutes fingat: vt inde quisque quasi expectet
premia, vnde dignus est eterna inuenire tormenta. Ple
rumque enim in vlciscendis vitiis crudelitas agitur, et iusti
tia putatur: atque immoderata ira, iusti zeli meritum creditur: et
cum a districtis motibus peccantes dirigi caute debeant, vio
I lentis inflexione franguntur. Plerumque dissoluta remissio
quasi mansuetudo ac pietas habetur: et dum plusquam decet
delinquentibus temporaliter parcitur, ad eterna supplicia
crudeliter reseruant. Nonnunquam effusio misericordia credi
tur: et dum male seruare culpa sit, pelus spargi qd acce
ptu est non timet. Nonnunquam tenacis parcitas putatur: et cum
graue sit vitium non tribuere, virtus creditur accepta retinere.
Sepe malorum pertinacia constantia dicitur: et dum mens
a prauitate sua flecti non patitur, quasi ex recti defensione glo
riatur. Sepe inconstantia quasi tractabilitas habetur: et quo quis
que fidem integram nulli seruat, eo amicum se omnibus
estimat. Aliquando timor incompetens humilitas creditur: et
cum temporali formidine presssus quisque ad defensionem verita
tis tacet: arbitratur quia iuxta dei ordinem humilem se potiori
bus exhibeat. Aliquando vocis superbia, vera libertas esti
matur: et cum per elationem veritati contradicitur, loquen
di procacitas, veritatis defensio putatur. Plerumque pigri
tia quasi continentia quietis attenditur: et cum grauius culpe
sit, recta studiose non agere, magne virtutis meritum cre
ditur, a prauis tantum actione cessare. Plerumque inquietudo
spiritus, vigilans sollicitudo nominatur: et cum quietem quisque
non tolerat, agendo que appetit, virtutis debite implere se
exercitium putat. Sepe ad ea que agenda sunt, incauta pre
cipitatio, laudandi studii feruor creditur: et cum desideratum
bonum intempestiua actione corrumpitur, eo agi melius que cele
rius estimatur. Sepe accelerandi boni tarditas consilium
putatur: et cum expectatur vt ex retractione proficiat, hoc insi
dians mora supplantat. Capitulum. xxiij.

Igitur cum culpe velut virtus aspicitur: necessario
pensandum est: qz tanto tardius mens vitium suum
deserit, quanto hoc qd perpetrat non erubescit: et tan

to mens tardius vitium deserit, quanto per virtutis spe B
ciem decepta, premiorum etiam de eo retributionem que
rit. Facile autem culpa corrigitur que et erubescitur: qz esse cul
pa sentitur. Quia itaque error cum virtus creditur, difficilius emen
datur: recte dicitur. Cartilago eius quasi lamine ferree. Behemoth
enim iste quo sub pretextu boni calliditatem suam fraudu
lentius exhibet: eo in culpa mentem durius tenet. Hinc est quod
nonnunquam hi qui quasi viam sanctitatis appetunt: in erro
rem lapsi tardius emendant. Rectum quippe existimant esse
quod agunt: et sicut excolende virtuti, sic vitio perseueran
tia iungunt. Rectum existimant qd agunt: et idcirco suo iudi
cio enicius seruiunt. Unde bene Hieremias cum diceret:
Candidiores nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicun Thre. iiij.
diores ebore antiquo, sapphiro pulchriores: denigrata est su
per carbones facies eorum: et non sunt cogniti in plateis: il
co adiunxit. Adhesit cutis eorum ossibus: aruit, et facta est quasi
lignum. Quid enim nazareorum nomine, nisi abstinentium et
continentium vita signatur: qui niue et lacte nitidior dicitur. Nix
enim ex aqua congelascit, que desuper venit: lac autem ex carne
exprimitur, que in inferioribus nutritur. Quid ergo per niuem,
nisi candor vite celestis: quid per lac nisi temporalis dis
pensationis administratio demonstratur? Et quia plerumque
continentes viri in ecclesia tam mira opera faciunt: vt ab
eis multi qui celestem vitam tenuerunt: multi qui terrena bene
dispensauerunt, superari videantur: et candidiores niue, et ni
tidiores lacte referuntur. Qui etiam quia per feruorem spiri
tus antiquorum ac fortium patrum nonnunquam vincere vitam vi
dentur, recte subiungitur: Rubicundiores ebore antiquo. Quid
enim ruboris nomen imprimitur: nisi sancti desiderii flamma si L
gnatur. Ebur vero esse os magnorum animalium non ignora
mus. Ebore itaque antiquo rubicundiores sunt: quia sepe an
te humanos oculos nonnullis precedentibus patribus stu
dii feruentiores existunt. De quibus vt totum simul osten
datur, adiungitur: Sapphiro pulchriores. Etherei quippe co
loris est sapphirus. Et quia precedentes multos atque ad sup
na tendentes per celestem conuersationem videntur vincere:
narrantur sapphiro pulchriores extitisse. Sed plerumque dum vir
tutum copia etiam plusquam expedit prosperatur: in quandam
sui fiduciam mens adducitur: et decepta presumptione propria,
repente peccato surripiente fuscatur. Unde recte subiungitur.
Denigrata est super carbones facies eorum. Nigri enim
post candorem fiunt: quia amissa dei iustitia, cum de se presumunt,
in ea etiam que non intelligunt peccata diffluunt: et quia post
amoris ignem ad frigus torporis veniunt, extinctis car
bonibus ex comparatione preferuntur. Nonnunquam enim dum
timorem dei per sui fiduciam deserunt: etiam frigidis multis
frigidiores fiunt. De quibus recte subiungitur: Non sunt cogni
ti in plateis. Platea quippe sermonis greci ratione, a latitudi
ne dicitur. Quid vero est humane menti angustius quam volu
tates proprias frangere? De qua fractione veritas dicit: Mat. vij.
Intrate per angustam portam. Quid autem latius quam mul
tis propriis voluntatibus reluctari, et quaquauersum im
pulsus arbitrii duxerit, se sine retractatione diffundere?
Qui ergo per fiduciam sanctitatis postposito meliorum
iudicio se sequitur: quasi per plateas pergunt. Sed non sunt M
cogniti in plateis: quia de vita sua aliud ostenderunt, quan
do frangendo voluntates proprias in angusto se calle reti
nebant. Et bene addit. Adhesit cutis eorum ossibus. Quid
in osse nisi duritia fortitudinis: quid in cute nisi mollities
exprimitur infirmitatis? Cutis ergo eorum adherere ossibus
dicitur: quia ab eis praua sentientibus infirmitas vitii, dur..ia
virtutis putatur. Infirma enim sunt que faciunt: sed ela
tionis fiducia decepti, fortibus ea suspicionibus iungunt:
et quo de se magna sentiunt: eo de sua nequitia emendari
contemnunt. Unde et recte adiungitur. Aruit et facta est
quasi lignum. Culpe quippe eorum tanto insensibiliores red
duntur, quanto apud eos etiam laudabilia habetur. Quam re
cte aridam asserit: quia nulla sui cognitione viridescit.
Quod ergo apud Hieremiam per infirmitatem cutis: hoc
apud beatum Iob per fragilitatem dicit cartilaginis qd illic
ossa per duritiam, hoc hic lamine ferree dicunt. Cap. xxiiij.

Sed behemoth iste quod per membra sua extremo
tempore contra electos dei tanta se arte insignis
tus exercet: qui etiam per semetipsum ad decipien
das mentes in tanta insidiarum tergiuersatione se exhibet, Diabolus
cuius nature, cuius sit conditionis audiamus. Neque enim tam cuius condi
mira vel magna operari posset, si non ex magna conditione tionis.
subsisteret. Unde et mox mira pietate dominus ac si cau

B

sas tante astutie tanteq̄ fortitudinis redderet/adiun-
xit dicens:

❡ S. Q᷑ prima creatura dei sit angelus:et quāto subti
lior est illa spiritualis creatura/tanto in illa similitudo
dei plenius est expressa.

❡ Ipse est principium viar᷑ dei.] Ac si aperte dice-
ret: Idcirco ad tam multa fortiter sufficit:q᷑ in natura
rerū hūc creādo per substātiam conditor primum fecit.
Quid em̄ vias dei/nisi ei᷒ actiones accipimus: De qb᷒

Esaie.lv.

per ꝓphetam dicit: Non em̄ sunt vie mee sicut vie vestre.
Et principium viarū dei behemoth dr̄:q᷑ nimir᷑ cū cun
cta creās ageret: hūc primum cōdidit/quē reliquis an-
gelis eminētiorem fecit. Hui᷒ primatus eminētiam cō-

Eze.xxxi.

spicit ꝓpheta/cum dicit: Cedri non fuerūt altiores illo
in paradiso dei:abietes non adequauerūt summitatem
eius:platani nō fuerūt eque frōdibus illi᷒. Omne lignū
paradisi dei non est assimilatum illi ⁊ pulchritudini ei᷒:
qm̄ speciosum feci eū in multis condensisq̄ frondibus.
Qui nāq̄ accipi in cedris/abietib᷒ et platanis possunt:
nisi ille virtutum celestium procere celsitudinis agmi-
na/in eterne letitie viriditate plātata: Que q̄uis excel-
sa sint condita:huic tn̄ nec prelata sunt nec equata. Qui
speciosus factus in multis cōdensisq̄ frondibus dicit:
q᷑ prelatum ceteris legionib᷒ tāta illū species pulchrio
rem reddidit/q̄tas supposita angelor᷑ multitudo deco
rauit. Ista arbor in paradiso dei tot quasi cōdensas frō
des habuit/quot sub se positas supnor᷑ spūum legiones
attendit. Qui idcirco peccās sine venia dānatus est:q᷑

B

Ezech.
xxviij.

magn᷒ sine cōparatione fuerat creatus. Hinc ei rursum
per eūdem ꝓphetam dr̄: Tu signaculum similitudinis
dei:plenus sapiētia ⁊ perfectus decore/in delicijs para-
disi dei fuisti. Multa em̄ de ei᷒ magnitudine locutur᷒/
primo v̄bo cūcta cōplexus est. Quid nāq̄ boni non ha-
buit/si signaculū dei similitudinis fuit: De sigillo q̄ppe
anuli talis similitudo imaginaliter exprimitur/qualis

De᷒ ange-
lo aliquid
maius tri
buit q̄ ho
mini.

in sigillo eodem essentialiter habet᷑. Et licet homo ad si-
militudinem dei creat᷒ sit/angelo tn̄ quasi maius aliqd
tribuēs:non eū ad similitudinem dei cōditum/sed ipm
signaculum dei similitudinis dicit: vt quo subtilior est
in natura/eo in illo similitudo dei plenius credatur ex-
presse. Hinc est q᷑ primatus ei᷒ potētiā adhuc insinuās
idem ꝓpheta subiūgit. Capitulum.xxv.

O

Mnis lapis preciosus operimētum tuū:sardi᷒
et topazi᷒ et iaspis/chrysolitus/onyx ⁊ berill᷒/
sapphirus/carbūculus ⁊ smaragdus. Nouem
dixit genera lapidū:q᷑ nimir᷑ nouem sunt ordines ange
lorum. Nam cum per sacra eloquia/angeli/archangeli/
throni/dn̄atiōes/ virtutes/principatus/potestates/che
rubin/⁊ seraphin:aperta narratione memorant᷑:q̄te sint
supnor᷑ ciuiū distinctiones ostenditur. Quib᷒ tn̄ behe-
moth iste opert᷒ fuisse describit᷑:q᷑ eos quasi vestē ad or
namētum suū habuit:quor᷑ dum claritatem transcende
ret/ex eor᷑ cōparatione clarior fuit. De cui᷒ illic adhuc

C

descriptione subiūgit: Aurū opus decoris tui:et forami
na tua i die qua cōditus es preparata sunt. Aurū opus
decoris ei᷒ extitit:q᷑ sapiētie claritate canduit:quā be-
ne creatus accepit. Foramina v̄o idcirco in lapidibus
fiūt:vt vinculati auro/in ornamēti cōpositiōe iūgātur:
et nequaq̄ a se dissideāt/quos interfusum aurum reple-
tis foraminib᷒ ligat. Huius ergo lapidis in die cōditio
nis sue foramina preparata sunt: q᷑ vez capax charitat᷑
est conditus. Qua si repleri voluisset:stantibus angelis
tanq̄ positis in regio ornamento lapidib᷒ potuisset in-
herere. Si enim charitatis auro sese penetrabilem pre-
buisset:sanctis angelis sociatus:in ornamento (vt dixi-
mus) regio lapis fixus maneret. Habuit ḡ lapis iste fo-
ramina:s᷑ per supbie vitiū/charitatis auro non sunt re-
pleta. Nam q᷑ idcirco ligantur auro ne cadant/idcirco
iste cecidit:q᷑ etiā pforatus manu artificis/amoris vin
culis ligari contempsit. Nunc aūt ceteri lapides q̄ huic
similiter fuerāt pforati: penetrāti se inuicem charitate
ligati sūt:atq̄ hoc in munere (isto cadēte) meruerūt/ vt
nequaq̄ iam de ornamēto regio cadēdo soluātur. Hui᷒
principatus celsitudinem adhuc idem ꝓpheta intuens

Ezech.
xxviij.

adiūgit: Tu cherub extētus ⁊ protegēs in mōte sancto
dei:in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti.
Cherub q̄ppe plenitudo sciētie interptatur: et idcirco
iste cherub dr̄:q᷑ transcēdisse cūctos sciētia nō dubitat᷑.
Qui in medio ignitor᷑ lapidum perfectus ambulauit:

D

q᷑ inter angelor᷑ corda charitatis igne succensa/clarus
gloria conditionis extitit. Quem bene extentum ac ꝓte
gētem dicit. Omne em̄ qđ extēti ꝓtegimus/obūbram᷒.
Et q᷑ cōparatione claritatis sue/ceteror᷑ claritatē obū
brasse credit᷑:ipse extēt᷒ et ꝓtegēs fuisse phibetur. Reli-
quos em̄ quasi obūbrādo operuit:q̄ eor᷑ magnitudinem
excellētia maiore transcēdit. Qđ ergo illic speciosus in
multis frōdib᷒:qđ illic signaculū similitudinis:qđ illic
cherub:qđ illic ꝓtegens dr̄/h̄ hic voce dn̄ica behemoth
iste viarū dei principium vocatur. Capitlm.xxvi.

D

E quo idcirco tam mira in quibus fuit ⁊ que
amisit insinuat: vt territo homini ostēdat:q̄d
ipse si superbiat/de elationis sue culpa passu-
rus sit/si feriēdo illi parcere noluit/quē creando in glo-
riam tāte claritatis eleuauit. Consideret ḡ homo quid
elatus in terra mereatur:si et prelatus angelis angelus

Esaie
xxxiij.

in celo psternitur. Unde ⁊ bene per ꝓphetam dr̄: Ine-
briatus est in celo gladi᷒ me᷒. Ac si aperte diceret. Qua
ira feriam supbos terre perpēdite:si ipsos etiā quos i ce
lo iuxta me cōdidi/pro elationis vitio percutere nō pe-
perci. Cor itaq̄ hostis antiqui virtutib᷒ auditis: tāta
cōditionis ei᷒ magnitudine cognita:quis non immensa
formidine corruat:quis non desperationis percussione
succūbat: Sed q᷑ elationem nostram ostensa hostis no-
stri potētia reprimit:etiā infirmitatem nostram dn̄a pa-
tefacta grē sue dispensatione fouet. Unde et cum prin-
cipium viarū dei diceret/illico adiunxit:

E

❡ S. Q᷑ diaboli malitia dispensatione diuina cohibe-
tur:ne q̄tum vult/mentes hoim̄ ferire permittatur.

Gladi᷒ be
hemoth p
dn̄m appli
cat᷑ cū ei᷒
malitia re
strigitur.

❡ Qui fecit eum / applicauit gladium eius.] Gladius
quippe behemoth isti᷒ ipsa nocendi malitia est. Sed ab
eo a quo bonus per naturam factus est/eius gladi᷒ ap-
plicatur:q᷑ eius malitia diuina dispensatione restringi
tur:ne ferire tātum mētes hoim̄ q̄tum appetit/pmitta-
tur. Quia ergo hostis noster ⁊ multum potest ⁊ minus
percutit: eius gladium pietas conditoris astringit: vt
replicatus intra ei᷒ conscientiam lateat; et vltra q̄ de-
super iuste disponitur/sese in mortes hoim̄ eius malitia
non extēdat. Qđ igitur ad multa fortiter preualet:hoc
de principio magne cōditionis potest. qđ vero a quibus-
dam vincitur/eius nimirum gladius ab auctore repli-
catur. Iste nāq̄ behemoth qui principium viar᷑ dei est:
cum contra sanctum virum licentiam tentationis acce
pit:gentes mouit:greges abstulit:ignē de celo deposuit:
perturbato aere vētos excitauit:domum cōcutiēs sub-
ruit:conuiuātes filios extinxit:vxoris mentem in dolo
praue suasionis exercuit:mariti carnem inflictis vulne
ribus confodit:sed eius gladius a cōditore replicatur/

Job.ij.

cum dr̄: Animam illi᷒ serua. Qui replicato gladio q̄te
sit infirmitatis/euāgelista testāte describitur:q᷑ nec mo
uere in obsesso homie potuit/nec rursus inuadere bruta

Mat.viij.

animalia non iussus presumpsit/dicens: Si eijcis nos/
mitte nos in gregem porcor᷑. Malitie quippe eius gla-
dius q̄ sit replicatus ostenditur:cui si potestas summa

F

licentiam nō preberet/nec grassari in porcorum gregem
valeret. Quādo ergo iste sua spōte nocere factis ad dei
imaginem hoib᷒ audeat:de quo nimirum cōstat q᷑ non
iussus contingere nec porcos presumat: Notādum q̄q᷑
est q᷑ dum viarum dei principium behemoth dr̄/vesanū

Contra
arrium.

dogma Arrij aperta ratiōe dissipatur. Facturam q̄ppe
dei filium fatetur:et ecce behemoth in factura rerū pri-
mus creatus ostenditur. Superest ergo vt Arrius aut
non factum filium predicet:aut eum post behemoth con
ditum stultus putet. Quia v̄o omne qđ applicatur/in

Cur mul-
tos Behe-
moth feri
re pmitta
tur: et ab
electis vin
catur.

semetipsū reducitur:recte applicatus behemoth gladi᷒
dicitur. In semetipsa nāq̄ se ei᷒ malitia decoquit:cū ad
votum suum sese cōtra elector᷑ vitam prohibita non ex-
ercet. Multos autem exigētibus meritis ferire permit-
titur:vt cum deum deserūt/damnato hosti famulentur.
Ab electis v̄o eo valēti᷒ vincitur / quo soli auctori oim̄
humili᷒ substernuntur. Quia igit᷑ per hoc q᷑ viarum dei
principium dr̄:per hoc q᷑ permittēte dn̄o valde intolera

Cum q̄to
hoste pu-
gnemus:
qui nō nisi
puluis su-
mus.

bilis demōstratur: aperte cognoscim᷒ cū q̄to hoste pu-
gnamus. Supest igit᷑ vt vnusq̄sq̄ nostrū tāto se plenius
auctori subijciat/q̄to cōtra se veri᷒ violētas aduersarij
vires pēsat. Quid nāq̄ nos nisi puluis sumus: Quid v̄o
ille nisi vnus otq̄ ex celestibus spiritibus: et qđ adhuc

G

malus est/summus: Quid ergo de ppa virtute audeat: quādo contra angelorū principem puluis pugnat? Sed qꝛ supernoꝝ spūum conditor terrenum corpus assūpsit: recte iam superbientem angelum humilis puluis vincit. Inherendo quippe vere fortitudini vires accipit: quas transfuga spūs cum semetipsum sequitur amisit. Et dignum est vt vincatur a puluere: qui fortem se credidit deserto creatore: vt superatus inueniat qꝛ defecit elat⁹. Valde aūt anhelat sentiēs: ꝙ cum ipm ima cruciant/homo ad summa conscēdat: ꝙ in illa celsitudine subuecta caro permanet/a qua tantus ipse spūs sine fine proiectus iacet. Sed loca mentium mutauit ordo meritoꝝ. Sic sic superbia meruit deijci/sic humilitas exaltari: quatenus ꝛ celestis spūs erigēdo se/tartarum toleret: et terra humilis sine termino super celos regnet.

Finit Liber Tricesimussecundus Moralium sancti Gregorij.

Sequitur Liber Tricesimustertius Moralium sancti Gregorij: cōtinuās capitulum quadragesimum tertium Libri beati Job.

Capitulum primum.

Antiquo hosti ꝙ sub behemoth noīe dominica voce describitur: superbi quiqꝫ tāto familiarius seruiūt/quāto huius vite successib⁹ apud semetipsos altius intumescūt. His nāqꝫ cum glorie augetur elatio: cum elatione ꝓo addit

H

cura: huc illucqꝫ animus tēditur: qꝛ et desideria cum rebus crescunt. Cūqꝫ cogitationes innumeras quasi agri fenum proferūt: eisdem cogitationibus velut desiderato pabulo behemoth istius famem pascunt. Unde nunc recte dicitur:

S. Qꝫ in superborum lubricis mentibus pastus sit demonum.

Huic montes herbas ferūt.] In scriptura sacra cum numero singulari mons ponitur: aliquādo incarnatus dñs: aliquādo sancta ecclesia: aliquādo testamentū dei: aliquādo apostata angelus: aliquādo quilibet heretic⁹ designat. Cum ꝓo montes plurali numero nominātur: aliquādo celsitudo apostoloꝝ atqꝫ ꝓphetaꝝ: aliquando secularium potestatum tumor exprimitur. Mons nāqꝫ dñm designat: sicut scriptum est: Et erit in nouissimis dieb⁹ preparatus mons domus dñi in vertice mōtium. Mons quippe est in vertice montium incarnatus dñs/transcendens celsitudinem prophetarum. Rursum per montem sancta designatur ecclesia: sicut scriptum est: Qui confidunt in dño/sicut mons sion. Sion nāqꝫ speculatio dicitur: per quam scꝫ speculationem contemplans deum ecclesia figuratur. Rursum per montem testamētum dei exprimitur: sicut Abacuc ait: Deus a libano veniet/et sanctus de monte vmbroso ꝛ condenso. Qui enī venturum se per testamēti sui paginas spopondit/quasi

J

cusat: in hoc ꝙ caliginosis defensionibus sicut in se ocu
lũ corripientis obnubilat/diuin⁹ nobis sermo etiã quo
s similib⁹ fulciatur ostẽdit. Sequitur. Capitm̃.xxxiij.

Una vni cõiungitur: et ne spiraculũ quidẽ in
cedit per eas. Iste squame peccantiũ ne ab
ore pdicantiũ aliquo vite spiraculo penetrẽ
tur: τ obdurate sunt τ coniũcte. Quos enĩ similis reat⁹
sociat: τ concordi pertinacia etiã defensio puersa cõstipat:
vt de facinoribus suis alterna se inuicẽ defensione tueã

H

tur. Sibi enĩ quisqꝫ metuit/dũ admoneri vel corrigi al
terũ cernit: et idcirco contra corripientiũ ꝟba vnanimi
ter assurgit: quia se i altero protegit. Bene ergo dicitur:
Una vni coniũgitur: et ne spiraculũ quidẽ incedit per
eas. qꝛ in iniquitatibus suis dũ vicissim supbe se defen
sione protegũt/sancte exhortationis spiracula ad semel
laten⁹ intrare pmittunt. Quorũ pestiferã concordiã ad
huc apertius subdidit dicens. Una alteri adherebũt:
et tenentes se nequaqꝫ separabuntur. Qui enĩ diuisi cor
rigi poterant: in iniquitatũ suarũ pertinacia vniti pdu
rant: et tãto magis quotidie a cognitione iustitie sepa
rabiliores fiũt/quto a se inuicẽ nulla increpatione sepa
rant. Nam sicut esse noxiũ solet si vnitas desit bonis/ita
perniciosum est si nõ desit malis. Peruersos quippe vni
tas corroborat dũ cõcordat: τ tanto magis incorrigibi
les/quto vnanimes facit. De hac vnitate reprobotũ per

Eccl. xxj. Naum. j.

Sapiẽtẽ dicitur: Stuppa collecta synagoga peccãtiũ.
De hac Naum propheta ait: Sicut spine inuicẽ se com
plectitur: sic cõuiuiũ eoꝝ pariter potantiũ. Cõuiuium
nãqꝫ reprobotũ est delectatio tẽporaliũ voluptatũ. In
quo nimirũ conuiuio pariter potant/qui delectationis
sue illecebris se concorditer debriant. Igitur qꝛ mẽbra
leuiathan istius. i. iniquos oẽs quos dei sermo squama
rum cõpactionibus cõparat/ad defensionem suam par
culpa ꝯcordat: bene dicitur. Una alteri adherebit: τ te
nentes se nequaqꝫ separabunt. Tenentes em se separa
ri nequeũt: quia eo ad defensionẽ suã vicissim constricti
sunt/quo se sibi per oĩa similes esse meminerunt. Descri
pto itaqꝫ eius corpore/ad caput sermo reducitur: et qd
per semetipsum extreme persecutionis tempore antiquus
hostis exerceat/nunciatur. Nam sequitur.

I

¶ S. Qd in extrema iudicij cõmotione antixpo i signis τ
miraculis tant⁹ erit vt a multis xps estimet. Ca.xxxiiij.

Sternutatio eius splẽdor ignis. Quod meli⁹
exponimus: si pri⁹ sternutatio quomodo aga
tur/indagemus. In sternutatione quippe in
flatio a pectore exurgit: que cũ apertos ad emanãdum
poros non inuenit/cerebrũ tangit: et cõgesta per nares
exiens/totũ caput protinus cõcutit. In hoc itaqꝫ leuia
than corpore. i. siue in malignis spiritibus seu in repro
bis hoĩbus: qui illi per similitudinem iniquitatis inhe
serunt: quasi inflatio surgit a pectore/dum elatio se eri
git ex presentis seculi potestate. Que quasi ad emanandũ
poros non inuenit: qꝛ in hoc ꝙ contra iustos extollitur/
disponente deo effectum appetitus preualere phibetur. Exur
gens autẽ cerebrũ tangit et concutit: qꝛ collecta elatio
sathane/sensim in fine mundi arctius percutit: et caput
turbat/dũ ipsum auctorẽ malignoꝝ spirituũ per eũ qui
antichristus dicit in persecutione fideliũ vehemẽtius
excitat. Tũc cõgesta inflatio per eius nares egreditur:
qꝛ tota superbie eius iniquitas apertis malitie flatib⁹
demõstratur. Quia ergo sternutatio caput maxime con

K

cutit: leuiathan istius sternutatio vocatur illa eius extre
ma cõmotio: qua dãnatũ hoĩem ingreditur/et per eũ
reprobis principatur. Qui tanta tunc virtute se cõmouet/
vt membra dñi. si potest fieri/etiã electa perturbet: tantis
signis et prodigijs vtitur/vt miraculoꝝ potẽtia quasi
quodã ignis lumine resplendere videat. Quia ergo cõ
motũ caput vlti⁹ miraculis clarescere nititur: recte eius
sternutatio splendor ignis vocatur. In eo enĩ ꝙ se ad p
sequendos iustos cõmouet: ante reprobotum oculos si
gnorũ virtutibus lucet. Et quia eius tyrãnidi sapien
tes mundi adherent: eorũqꝫ consilijs omne quod prauũ
molitur exercet: recte subiungitur. Capitm̃.xxxv.

Et oculi eius vt palpebre diluculi. Per ocu
los qui subeminentes capiti/vtilitati visionis in
seruiunt/non immerito eius consiliarij designã
tur: qui dũ peruersis machinationibus ꝙ qualiter agen
da sint preuident/malignis eius operarijs quasi osten
sum pedibus iter prebẽt. Qui recte palpebris diluculi
comparant. Palpebras nãqꝫ diluculi extremas noctis
horas accipimus in quib⁹ quasi nox oculos aperit/dũ
venture lucis iam initia ostendit. Prudẽtes igitur se
culi malitie antixpi peruersis cõsilijs inherentes/quasi
palpebre sunt diluculi: qꝛ fidẽ quã in xpo inueniũt/qua
si erroris noctẽ asserũt: τ venerationẽ antichristi verum
esse mane pollicent. Spondẽt enĩ se tenebras repellere/
et veritatis lucẽ signis clarescentibus nunciare: qꝛ nec
persuadere que volunt possunt/nisi exhibere se meliora
fateant. Unde decipiẽs coluber in paradiso primis hoĩ

Gen. iij.

bus loquens in eo ꝙ se melius aliquid pmitteret: simula

L

uit: quasi diluculi palpebras aperuit/qn in innocentib⁹
mentib⁹ humanitatis ignorantiã reprehendit/et sciẽti
am diuinitatis pmisit. Quasi ignorãtie enĩ tenebras re
pellebat: τ eterne scientie diuinũ mane nũciabat/dicẽs.

Ibidem.

Aperient oculi vestri: et eritis sicut dij: scientes bonum
et malũ. Ita in illo tunc dãnato hoĩe veniens/eius ocu
li palpebris diluculi cõparantur: qꝛ sapientes illius sim
plicitatẽ vere fidei quasi transacte noctis tenebras re
spuũt: et eius signa mendacia quasi exurgentis solis ra
dios ostendũt. Sed quia leuiathan iste non solũ habet
oculos qui malignis consilijs peruersa prouideant: sed
os quoqꝫ ad peruertendas mẽtes hominum aperit: qꝛ
per predicatores prauos ad diligendũ erroris fallaciã
auditorũ corda succendit: apte subiungitur.

¶ Qd predicatores antichristi multos ad perfidiã ac
cendent: sed lux et odor signorum mendaciũ in carbonũ
nigredinem redigetur.

¶ De ore eius lampades procedũt. Qui enĩ preuidẽt/
oculi: qui autẽ predicãt/os vocant. Sed de hoc ore iam
pades exeunt: quia mentes audientium ad amorem per
fidie accendunt: et vnde quasi per sapientiam lucent/in
de procul dubio per nequitiã concremant. Sed qualis

M

ipsa sapientie eorum lux sit ostenditur/cũ protinus sub
infertur. Capitulum.xxxvi.

Sicut tede ignis accense. Ecce iam hypocri
sis eoꝝ aperte describit: quoꝝ pdicatio tedaꝝ
lampadib⁹ cõparat. Teda enĩ cũ accẽdit/odo
rem quidẽ suauẽ habet/sed lumen obscurũ. Ita isti pdi
catores antixpi: qꝛ sanctitatis sibi speciẽ arrogant/sed
tñ opera iniquitatis exercẽt: quasi blandũ quidẽ est qd
redolent/sed nigrũ quod lucet. Olent enĩ per simulatio
nẽ iustitie: sed obscure ardent per nequitie perpetratio

Apoc. xiij.

nem. Quoꝝ simulationis malitiã Iohãnes i apocalypsi
breui descriptione cõprehendit/dicẽs: Vidi aliã bestiã
ascendentẽ de terra/habentẽ duo cornua similia agni: τ
loquebatur vt draco. Priorem quippe bestiam. i. anti
xpm superiori eius descriptione narrauerat: post quẽ etiã
hec alia bestia ascẽdisse dicitur: quia post eũ multitudo
predicatorũ illius ex terrena ptãte gloriatur. De terra
quippe ascẽdere/est de terrena gloria superbire. Que ha
bet duo cornua agni similia: qꝛ per hypocrisim sanctita
tis eam quam in se veraciter dño habuit singularẽ sibi
inesse et sapientiã mẽtitur τ vitã. Sed quia sub agni spe
cie auditoribus reprobis serpentinũ virus infundit: re
cte illic subditur: Et loquebatur vt draco. Ista ergo be
stia: id est predicantiũ multitudo: si aperte vt draco lo
queret: agno similis nõ appareret/sed assumit agni spe
ciẽ/vt draconis exerceat operationẽ. Quod hic vtrũqꝫ
p tedarũ lampades exprimitur: quia τ obscure ardẽt per

A effectū malitie: et quasi suaue redolent per simulationē vite. Sed nequaq̄ estimandū est q̄ tunc solū antichristi predicatores apparebūt: ⁊ nūc ab humanis deceptionibus desunt. Modo nanq̄ prius q̄ per semetipsū appareat: nōnulli illū vocibus/plerique autē moribus predicāt. An predicatores simulationis illius non sunt: qui cū sacros dei ordines obtinent/fugientē totis desiderijs mūdū tenent: qui virtutes esse ostendūt que faciunt/sed vitium est omne quod agunt? Capitulum.xxxvij.

Sed electorū mens q̄to magis interne luci subest/tāto subtilius quō virtutes a vitijs discernere debeat videt. Quid autē mirū est hoc nos spiritaliter agere: qd̄ quotidie corporaliter cernim⁹ nūmularios implere? Qui cum numisma percipiūt: prius qualitatē illius, post figuram/ad extremū vero pōdus examinant: ne aut sub auri specie es lateat: aut hoc qd̄ veraciter aurū est/monete reprobe figura dehonestet: aut qd̄ ⁊ aurum/et recte figure est: hoc non integrū pondus leuiget. Cum igit̄ mira ignotorū hominū facta conspicimus: residere ad mentis nr̄e trutinā quasi solertes nūmularij debemus: vt prius discretio auri examinet/ (Examinatio numismatis.) B ne sub virtute se vitiū occultet: et quod praua intentione agitur/recti visione pallietur. Cuius si intentionis q̄litas approbatur: impresse mox formule figura querenda est: si a probatis monetarijs: id est ab antiquis patrib⁹ ducitur: et ab eorū vite similitudine nullo errore vitiat̄. Cū vero et per intentionē qualitas/et recta per exēplū figura cognoscitur: restat vt integrū eius pōdus exquiratur. Bonū quippe qd̄ per signa ⁊ miracula choruscat/si pfectionis summā non habet: pensari sollicite p cautelam circūspectionis debet: ne dū impfecta res quasi pro pfecta accipitur: in accipiētis damnū vertatur. Predicatores itaq̄ antixp̄i q̄si veram numismatis qualitatem tenent: qui in his q̄ agūt/intentionis recte vim nesciunt: q: per hec nō celestē patriā/sed culmē glorie temporalis exquirūt? Quo a monete figura nō descrepant: qui ab omni pietate iustorum iustos persequēdo discordant? Quo in se integritatis pond⁹ ostendūt/qui nō solū humilitatis perfectionē nequaq̄ assecuti sunt/sed neq̄ ipsam p̄mā ei⁹ ianuam ptigerūt? Hinc ḡ hinc electi cognoscant/quo eorū signa despiciant/quorū pfecto actio omne qd̄ a pijs patribus gestū memoratur/impugnat. Sed ipsi quoq̄ electi dū tot signa conspiciūt: dū cōtemnentes vitā tanta eius miracula perhorrescūt/quoddā dubietatis nubilū in corde patiunt̄: q: dum se per pdigia illius malitia eleuat: in istis aliquatenus visus certior caligat. Unde recte subiungitur.

¶ S. Quo in persecutione antichristi in errorē pene mittantur electi.

C ¶ De narib⁹ eius pcedit fum⁹.] Oculorū q̄ppe acies fumo sauciat̄. Fumus ḡ de ei⁹ narib⁹ pcedere dicit̄: q: de miraculorū eius insidijs ad mométū caliginosa dubietas etiā in electorū corde gn̄at̄. De leuiathan narib⁹ fumus exit: q: ex ei⁹ pdigijs mendacib⁹ etiā bonarū mentium oculos trepidationis caligo ɔfundit. Tunc nāq̄ in electorū cordib⁹ cōspectis terribilib⁹ signis/obscura cogitatio ɔglobat̄. Unñ hoc qd̄ iam supra protulim⁹: veritas p ore p euangelium dī: Surgent pseudoxp̄i ⁊ pseudoprophete: et dabūt signa magna et prodigia: ita vt in errorem inducant (si fieri potest) etiā electi. Qua in re valde querendū est: quo aut hi qui electi sunt/induci in errorē possunt: aut cur si fieri potest/quasi ex dubietate subdit̄: cū qd̄ faciendū sit/dn̄s oīa presciēs prestolatur. Sed q: electorū cor ⁊ trepida cogitatione cōcutitur: ⁊ tñ eorū cōstantia non mouetur: vna hac sententia dn̄s vtrunq̄ cōplexus est dicens: Ita vt in errorem inducant si fieri potest etiā electi. Quasi enī iam errare est/in cogitatiōe titubare: sed protinus si fieri potest subiūgitur: quia procul dubio fieri nō potest vt in errore plene electi capiantur. Bene autem in hac fumi caligine/ipse etiā animorū feruor exprimitur/cū protinus subinfertur.] Sicut olle succense atq̄ feruentis.] Uelut enī olla feruens est vnaqueq̄ tūc anima/cogitationū suarū impetus quasi spumas ardentiū vndarū sustinens: quas et ignis zeli commouet: et ipsa tēporalis oppressio more olle intrinsecus clausas tenet. Unde Johānes quoq̄ cū huius bestie signa narrasset/adiūxit: Ita vt ignem faciat de celo descendere. Ignē quippe de celo descēdere est: de celestib⁹ (Mar. xiij.) electorū aīs scti zeli flāmas emanare. Capitulum xxxviij.

D Quia vero leuiathan iste aīs non solū serpēs/sed etiā regulus dicitur: pro eo q̄ immundis spiritibus vel reprobis hoībus principatur: (sicut Esaias ait: De radice colubri egrediet̄ regulus) inspiciendum nobis summopere est qualiter regulus perimat: vt ex operatione reguli/huius nobis malitia aptius innotescat. Regulus nanq̄ non morsu perimit/sed flatu cōsumit. Sepe quoq̄ aerē flatu afficit: ⁊ quicquid vel positū longe cōtigerit/solo nariū inspiratione tabefacit. Hinc ergo pensare cōpellimur: per hoc qd̄ de naribus eius fumus procedere dicitur etiam prius q̄ apert⁹ appareat: qd̄ quotidie in humanis cordibus fumo pestifere exhalationis operetur. Quia enī sicut ⁊ superi⁹ diximus/fumo oculorū acies infirmatur: nō immerito de eius naribus fumus pcedere asseritur/cuius noxijs inspirationib⁹ praua in humanis cordibus cogitationes: scatur: per quā acies mētis obtūdatur/ne lux interna videatur. Quasi enī flatu nariū caliginem emittit: q: in reprobatorū cordibus insidiarū suarū aspirationib⁹ ex amore vite tēporalis estū cōgerit multiplicitū cogitationū. Et velut fumi globos multiplicat: q: inanissimas pñtis vite curas in terrenorū hoīm mente coacervat. Iste fumus ex eius naribus prodiens/aliq̄n ad tēpus etiam electorū oculos tāgit. Hunc nāq̄ intrinsecus fumū patiebatur pphēta/cū dixit: Turbatus est pre ira oculus meus. Huius inūdatione pmebatur dicēs: Cor meū cōturbatū est in me: et lumen oculorū meorū non est mecū. Fumus quippe iste obtūdit aciē cordis: quia caliginis sue nubilo serenitatē intime turbat q̄etis. Cognosci vero nisi trāquillo corde non potest deus. Unñ per eundem prophetam rursus dicit̄: Uacate ⁊ videte q̄m ego sum deus. Uacare autem mens non potest: que huius fumi inundatiōibus pmitur: quia in ea terrenarū cogitationū volumina ex pñtis vite amore glomerātur. Lumē ergo quietis eterne hoc fumo amittitur: q: curarū pturigine cordis oculus dū ɔfunditur tenebrat̄. Sed fum⁹ iste aliter electorū animos turbat: aliter reprobotū oculos excecat. A bonorū quippe oculis spiritalium desideriorum flatu respergitur: ne preualēte misera cogitatione densetur. In prauorū vero mentibus quo se licentius per tetras cogitationes colligit: eo ab eis funditus veritatis lumen tollit. Fumus iste reprobotū cordibus q̄t illicita desideria ingerit: quasi per tot āte illos globos intumescit. Capitulum.xxxix. (Esa. xiiij.) (Ps. vi.) (Ps. xl.) E

Et certe fumi globos nouimus: q: cū alij superius inanescunt/alij inferius surgūt: sicut ⁊ in cogitatione carnali et si alia prauitati desideria transiēt/alia succedūt. Sepe aūt mens misera qd̄ iā trāsierit videt: sed vbi adhuc retineatur nō videt. Gaudet de quibusdam vitijs q̄ eis subiecta iam nō sit: et pcessere ac gemere negligit: quia eorū vice successerunt alia: quibus fortasse nequius succūbit: sicq̄ fit vt dū alia vitia transeūt/et semper alia succedūt: ab hoc serpente cor reproborū sine intermissione teneatur. Unde bene per Johel prophetam dicit̄: Residuū eruce comedit locusta: et residuū locuste comedit bruchus: et residuū bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrij/et flete. Quid enī per erucā: que toto corpore i terra repit/nisi luxuria designat̄: que cor qd̄ tenet/ita polluit/vt in superioris munditie surgere amorē nō possit. Quid per locustā que saltibus euolat: nisi inanis gloria exprimitur: que se vanis psumptionibus exaltat? Quid per bruchū cuius pene totū corpus in ventrē colligitur: nisi edendi ingluuies figuratur? Quid per rubiginem que dū tangit incēdit: nisi ira innuitur? Residuū ergo eruce locusta comedit: quia sepe cū luxurie vitiū a mente recesserit/inanis gloria succedit. Nam quia iam per amorē carnis nō sternitur: quasi sanctā se ex castitate gloriatur. Et residuū locuste bruchus comedit: quia sepe cū inani glorie q̄ quasi ex sanctitate veniebat resistitur: vel ventri vel q̄busdā ambitiosis desiderijs imoderatius indulgetur. Mens enī dei nescia/tanto atrocius ad quelibet ambitū ducitur: q̄nto nullo vel humane laudis amore refrenat̄. Residuū bruchi rubigo cōsumit: quia sepe dū ventris ingluuies per abstinentiā restringitur/ire impatiētia acrius dn̄atur: que more rubiginis quasi exurendo messem comedit: quia virtutū fructus impatiētie flāma tabefacit. (Johel. j.)

G

Cum ergo vitia vitijs succedunt: agrum mētis alia pestis deuorat/ dum alia relinquit. Bene ergo illic subdit.

Johel. j.

Expergiscimini ebrij et flete. Ebrij Cap. xl. quippe vocati sunt: qui mundi hui⁹ amore cōfusi/ mala non sentiūt que patiuntur. Quid est ergo dicere: Expergiscimini ebrij et flete/ nisi somnum vestre insensibilitatis excutite: et in deuastatione cordis tot sibi succedentibus vitiorum pestibus/ vigilantibus lamentis obuiate? Per tot igitur globos de leuiathan naribus fumus surgit: per quot nimirum pestes frugē cordis reprobi occulta aspiratione cōsumit. Cuius adhuc fumi vim sollicite dñs exprimit/ cū illico subiungit. Sicut olle succense atq; feruentis. Olla eñ succenditur: cum mens humana maligni hostis suasionibus instigatur. Olla autem feruet cum iam etiam per consensum in desiderijs praue persuasionis accēditur. Et tot vndas quasi feruendo proijcit/ per quot se nequius vsq; ad exteriora opera extendit. Hunc nāq; carnalis cōsciētie .i. olle feruorem: ex leuiathan fumo venientē prophe-

Hiere. j.

ta conspexerat/ cum dicebat. Ollam succensam ego video: et faciem eius a facie aquilonis. Ab aquilone nāq; facie humani cordis olla succendit: dum instigatiōe aduersarij spūs illicitis desiderijs inflāmatur. Ille nanq;

Esa. xiiij.

qui ait: Sedebo in monte testamenti/ in lateribus aquilonis: mētem quā semel ceperit/ malignis persuasionis sue flatibus/ quasi suppositis ignibus accēdit: quaten⁹ non contēta presentibus/ indesinēter p desideria estuet: vt alia contemnenda appetat/ alia adepta contemnat: vt modo suis compendijs inhiet: modo alienis cōmo-

H

dis etiam cum proprio detrimento contradicat: modo carnis illecebris satisfaciat: modo quasi i quodā culmine p cogitationis superbiā rapta/ carnali cura postposita/ totā se in typo elationis attollat. Quia ergo cor p varia desideria abducitur/ quod instigatiōibus leuiathā istius inflāmatur: recte eius fumus succense et feruentis olle similis esse phibetur: quia per tot se feruores afflata eius tētationibus conscientia erigit/ per quot intra se cogitationes intumescit. Quod i his alijs adhuc veritas apertius exequitur/ dum subiungit:

S. De persuasione diabolica ad diuersa vitia reprobrum anime inflāmentur: et flamma malitie eius infructuosa ligna comburat.

Halitus eius prunas ardere facit. Quid enim prunas nisi succensas in terrenis concupiscētijs reproborū hominū mentes appellat? Ardēt eñ cū quodlibet tēporale appetunt: q; nimirū vrunt desideria/ q quietum ac integrū esse animū nō permittūt. Toties igitur leuiathan halitus prunas accēdit: quoties eius occulta suggestio humanas mentes ad delectationes illicitas pertrahit. Alias nāq; superbie: alias iracundie: alias luxurie: alias auaritie facibus inflāmat. Superbie quippe facē

Gen. iij.

menti eue supposuit: cum hanc ad contemnenda verba

Gen. iiij.

dñice iussionis instigauit. Inuidie quoq; flamma cain animū succēdit: cū de accepto fratris sacrificio doluit: et per hoc vsq; ad fratricidij facinus puenit. Luxurie fa-

iij. Re. xj.

cibus cor Salomonis exussit: quē tanto mulierib⁹ amore subdidit/ vt vsq; ad idolorū venerationē deductus:

I
iij. Re. xxj

dū carnis delectationē sequeretur/ conditoris reuerentie obliuisceret. Auaritie quoq; igne Achab animū concremauit: cū eū ad appetendā alienā vineā impatientibus desiderijs impulit: et per hoc vsq; ad reatū homicidij pertraxit. Tanto igit leuiathan iste halitu i prunis flat: q̄to annisu suggestionis occulte humanas mentes ad illicita inflāmat. Ubi et hīmox subdit. Capl̄m. xlj.

Et flamma de ore eius egreditur. Flāma q̄ppe oris eius est ipsa instigatio occulte locutionis. Praue enim suasionis verba ad vniuscuiusq; animū facit: sed flāma est que de eius ore egredit: quia ardet in desiderijs animus/ cum eius suggestionibus instigatur. Hec quotidie suggerit: hec vsq; ad presentis vite terminū suggerere nō desistit: sed tūc se nequius dilatat: cū per illū dānatū hominē veniens/ in huius mundi se gloria apertius ostēdit. Tunc ab ei⁹ naribus vastior fumos procedit: quia humana corda signorū eius admirationibus territa amplior instigatio percutit. Tunc eius halitus vehemētius prunas ardere facit: q; reproborū mētes quas iam calentes amore glorie temporalis inuenerit: suggestionis sue flatibus vsq; ad nequitiā exercende crudelitatis incendit. Tunc de ore

K

eius flāma egreditur: quia quicq̄d per se/ quicq̄d per p̄dicatores loquitur: ignis est/ quo infructuosa ligna concremantur. Igne autē terrene concupiscentie eoꝝ mēs tangitur: qui nequaq̄ fieri preciosa metalla cōcupiscūt. Qui ergo oris eius non vult flamma affici: iuxta doctoris veri sententiā/ non lignū/ fenum/ stipulā: sed aurū/ ar-

j. Cor. iij.

gentū/ et preciosus lapis curet inuenir: q; tanto ignis suasionis illius amplius incendit/ q̄to se ei ad ꝯsentiēdum molliorē quisq; prebuerit. Sed q; nulla rōne conceditur: vt mens i hac corruptibili carne posita nequaq̄ suasionis illius ardore tangat: restat vt malignis flatibus adusta: ad orationis opem se sine cessatione conuertat. Flāmam quippe suggestionū illius extinguit cit⁹ vnda lachrymarum.

Finit liber tricesimustertius Moralium sancti Gregorij.

Sequitur Liber Moraliū beati Gregorij in librum Job tricesimusquartus. Caplm. j.

Quia ex hoc mūdo corpus gerim⁹: vniuersitatis terminū ex ea qua nos sumus parte pensemus. Cur⁹ q̄ppe qualis sit mūdi finis agnoscim⁹: si sollicite aspicim⁹ hoc qđ de mūdo gestamus. Etas etenim nostra p iuuentutis annos robustior viget: i senilitatem tempore crebrescentibus morbis excoquitur: et dū

L

diutius distenditur vt subsistat/ moriendi vice quotidie deficit per momenta viuendi. Ita etiam mundi temp⁹ dum venientibus annis augetur/ crebrescētibus malis afficitur: et vnde etatis augmentum percipit/ inde salutis dispendium sentit. Tribulationes nanq; illi cū temporibus crescunt: et eo detrimenta vite debilior tolerat quo quasi ad vitam prouectior durat. Corde eñ contra illum hostis antiquus viribus soluitur: qui q̄uis iam nunc interijt/ pro eo q; superne conditionis beatitudinem amisit/ tunc tamen plenius extinguitur/ quando et a tentandi licentia abstractus/ eternis incendijs religatur. Unde et extrema mūdi atrocius tētaturus aggreditur: quia tanto fit feruentior ad seuitiam/ q̄to se viciniorem sentit ad penam. Considerat quippe q; iuxta sit vt licentiā nequissime libertatis amittat: et q̄tū breuitate temporis angustatur/ tantū multiplicitate crudelitatis expāditur: sicut de illo voce angelica ad Joannē dicitur: Ue terre et mari q; descendit diabol⁹ ad vos: ha-

Apoc. xij.

bens irā magnā: sciens q; modicū tēpus habet. Tūc ergo in magne ire feruorē se dilatat: ne qui in beatitudine stare nō potuit/ in dānationis sue foueā cū paucis ruat. Tunc quicq̄d nequiter valuerit/ callidius exquirit: tūc ceruicē superbie altius erigit: et per dānatū illū quem

M

gestat hominem/ omē quod temporaliter p̄ualet/ nequiter ostendit. Unde et diuina voce recte nunc dicitur.

S. De in fine mūdi supbie antixpi potētia suffraget.

In collo eius morabitur fortitudo. Quid eñ collo leuiathan istius/ nisi elationis ostēsio designat: qua cōtra deū se erigens/ cū simulatione sanctitatis etiā tumore potestatis extollit. Quia eñ per collū superbia exprimitur: Esaias ꝓpheta testatur: qui hierusalē filias redarguit dicēs. Ambulauerūt extento collo. In collo er-

Esa. iij.

go leuiathan istius fortitudo demorari dicit: q; elationi illi⁹ etiā subiecta potentia suffragatur. Nam quicq̄d tūc superbe extollitur: quicq̄d callide machinat/ etiā cū virtute potentie secularis exequitur. Quod Daniel pro-

Dan. viij.

pheta intuens ait: Dolus in manu eius dirigetur. Dol⁹ q̄ppe in manu est/ fraus in virtute: q; omne qđ nequiter voluit/ hoc ad tēpus exequi etiā fortiter potest. Dol⁹ vero eius dirigi dicit: q; fraudis eius malitia nulla difficultate prepedit. Hoc eñ leuiathan iste vel vasa ei⁹ habere crebro propriū solent: q; ad iniquitatē sue cumulū ea que nequiter appetunt/ explere nequa⁹ possunt. Nam cū fortasse infirmant electi: atq; i desiderijs illicitis ruūt in hoc plerūq; diuini muneris manu retinētur: q; volūtatis misere nullos effectus inueniūt. Eisq; eorum voti valida cōtrarietas nascit/ plerūq; ex ipsa impossibilitate

A

te corrigitur: et miro interne dispositionis ordine/per cō uersionem mutatio male volūtatis sequitur/dū per infir mitatem perfectio denegatur. Hinc est enim q sub specie vniuscuiusq; anime/de infirmante iudea/atq; in prauis itineribus gradiente/per pphetam dominus dicit: Ecce ego sepiam viam tuā spinis: et sepiam eā maceria: et semitas suas non inueniet: et sequetur amatores suos/et nō apprehēdet eos: et queret eos/et non inueniens dicet: Vadā et reuertar ad virum meum priorem: quia mihi bene erat tunc magis q̄ nūc. Spinis enim electorū vie sepiūtur: dū dolorem punctionis inueniunt in hoc qd tēporaliter concupiscūt. Quasi interposita maceria vija eorum obuiat: quorū nimirum desideria perfectionis difficultas impugnat. Horū profecto anime amatores suos querunt/et nō inueniunt: dum sequēdo malignos spiritus/nequaq̄ eas quas appetūt huius seculi voluptates apprehēdūt. Bene autē subditur q ex ipsa difficultate mox dicat: Vadā et reuertar ad virū meum priorē: quia melius mihi erat tunc/magis q̄ nūc. Prior quippe vir domin⁹ est: qui castam sibi animā sancti spiritus interposito amore coniunxit. Quem tunc mens vniuscuiusq; desiderat: cum multiplices amaritudines velut quasdā spinas inuenit in ijs delectationibus quas tēporaliter concupiscit. Nam dum aduersitatibus mūdi quem diligit/anima morderi ceperit: tunc plenius intelligit/quāto illi cum priore viro melius fuit. Eos ergo quos volūtas praua pueri (?) replet (?) aduersitas corrigit. Unde et nimis timendū est: ne sequatur prospera cū desiderātur iniusta: quia difficilius malum corrigitur/qd profectibus etiam pspertate fulcitur.

B

Leuiathan itaq; iste qui cum mēbris suis eternis est cruciatibus deputatus: et dolus in manu eius dirigitur: et in collo eius fortitudo demoratur: quia hoc qd temporaliter peruersa contra bonos voluntate desiderat/peruersione facultate confirmat: et tanto ei de aduersitate in presenti nil obstet/quanto ei in posterum de prosperitate nihil remanet. Et quia omnis qui peruersis moribus amicitias eius innotescit/prius veras mentis diuitias amittit: apte subiungitur:

¶ S. De subtilissima fraude diabolus consentientium sibi mentes proprijs virtutibus spoliat prius q̄ qui temptatur agnoscat: et q antichristo veniēte/prophetie et miracula cessabunt. Capitulum.ij.

Et faciem eius precedet egestas.] Per faciem quippe solet notitia designari. Unde scriptum est: Et facies mea precedet te. id est/notitia ducatum prebebit. Sciendū vero est q egestas in sacro eloquio aliter electorum ponitur/atq; aliter reprobor. Egestas nāq; electorum est: cum vere diuitie celestis patrie ad eorum animū redeunt: et in hoc erumnoso presentis vite exilio positi/pauperes se esse meminerunt. Illas quippe diuitias sine cessatione suspirant: de quibus Paulus dicit: Ut sciatis que sit spes vocationis eius: et que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis. Et quia adhuc eas nequaq̄ conspiciunt: studiose interim in erumna istius paupertatis gemunt. Hanc procul dubio paupertatem Hieremias inspexerat/cum dicebat: Ego vir vidēs paupertatē meam/in virga indignationis eius. Virga enim indignationis dei est percussio districtionis. Quam indignationem tunc homo pertulit: cum ex paradiso pulsus/veras interni gaudij diuitias amisit. Sed q electi quiq; incessanter conspiciūt q in presentis vite penuriam abilla potestatis vigente facultate ceciderunt: bene dicitur. Ego vir videns paupertatem meam. Quisquis enim adhuc visibilia appetit: peregrinationis sue malum non intelligit: et hoc ipsum quod patit/videre nescit. Hanc paupertatem Dauid propheta intuens ait. Infirmata est in paupertate virtus mea. In paupertate etenim virtus infirmari dicitur: q lapsus in hac peregrinatione animus/et corruptionis sue molestijs reuerberatus/hoc qd perdidit/contemplari prepeditur. Sed hanc paupertatē reprobi considerare nesciūt: quia dum sequūtur ea que cōspiciunt/cogitare inuisibilia negligunt que perdiderunt. Unde et egestas eorum proprie dicitur: quia dum replentur vitijs/virtutum diuitijs vacuātur. Quibus sepe euenit vt per elationis dementiam subleuati: dum nequaq̄ ruine sue damna considerant/esse se etiam a bonis actionibus inopes non cognoscant. Unde voce angelica predicatori laodicie dicitur. Dicis q diues sum et locupletatus et nullius egeo: et nescis quia tu es miser/et miserabilis et pauper/et cecus et nudus. Quasi diuitem se asserit: qui per arrogātiam sanctitatis extollitur/sed pauper/cecusq; et nudus arguitur. Pauper vtiq; quia virtutū diuitias non habet: cecus/q nec paupertatē quā patitur videt: nudus/q primā stolam perdidit: sed peius/q nec se perdidisse cognoscit. Quia ergo (vt diximus) egestas reproborum est defraudatio meritorum: recte de leuiathā dicitur: Faciem eius precedet egestas. Nemo quippe cognitioni eius fungitur/nisi prius virtutum diuitijs denudetur. Prius enim bonas cogitationes subtrahit: et tunc eis apertiorem notitiam sue iniquitatis infundit. Egestas ergo faciem illius precedere dicitur: q prius facultas virtū perditur/vt quasi per familiaritatē postmodum eius notitia cognoscatur. Uel certe quia multis ita fraudulēter surrepit: vt ab eis deprehēdi nequaq̄ possit: et sic eorum virtutes euacuat: quatenus astutie sue malitiam non ostēdat: faciem eius egestas preire phibetur: ac si aperte diceretur: q eū insidians temptat/priusq; videatur expoliat. Hinc est enī q de ephraim per prophetā dicitur: Comederunt alieni robur eius/et ipse ignorauit. Alieni quippe intelligi apostate angeli solent: qui robur comedūt/dum virtutem mentis peruertendo consumūt. Quod ephraim pertulit et nesciuit: quia in temptatione malignorum spiritū et robur anime perdidit: et hoc ipsum q perdiderit/non intellexit. Leuiathan ergo faciem egestas antecedit: quia negligentium mentes ante temptando spoliat/q̄ eius insidias is qui temptat agnoscat. Per hoc ergo qd dictum est: In collo eius morabitur fortitudo/virtus violentie ostenditur. Per hoc vero qd subditur: Et faciem eius precedet egestas: fraudis subtilitas designatur. Quis de eo q eius faciem egestatem preire cognoscimus: suppetit aliud qd tamē tristius exponamus. Terribili quippe ordine dispositionis occulte/priusq; leuiathan iste in illo dānato homine quē assumit appareat: a sancta ecclesia virtutū signa subtrahunt. Nam prophetia absconditur/curationum gratia aufertur/prolixioris abstinentie virtus imminuitur/doctrine verba conticescūt/miraculorū prodigia tollūtur. Que quidē nequaq̄ superna dispensatio funditus subtrahit: sed non hec sicut prioribus temporibus aperte ac multipliciter ostendit. Quod tamē mira dispensatione agitur: vt vna ex re diuina simul pietas et iustitia compleatur. Dum enim subtractis signorum virtutibus/sancta ecclesia velut abiectior apparet: et bonorū premiū crescit/qui illam pro spe celestium/et non propter presentia signa venerātur: et malorum mens contra illam citius ostenditur: qui sequi que promittit inuisibilia negligūt/dum signis visibilibus non tenentur. Dum igitur humilitas fideliū/multitudine et manifestatione signorū quasi destituit: terribili occulte dispositionis examine/inde bonis misericordia largitur/vnde malis iusta ira cumulat. Quia ergo leuiathā iste priusq; manifestus et conspicuus veniat: ex magna parte in sancta ecclesia signa virtutū cessant: recte nūc dicit. Faciem eius precedet egestas. Ante enim a fidelibus miraculorū diuitie subtrahūtur: et tūc cōtra eos antiquus ille hostis per aperta prodigia ostēditur: vt quo ipse per signa extollitur/eo a fidelibus sine signis robustius laudabiliusq; vincatur. Quis etiā fidelib⁹ in eius certamine signa nō deerūt: sed tanta erunt illius/vt nostrorū aut pauca aut nulla videātur. Quorū nimirū virtus eius signis fit potior: cū omne qd ab illo terribiliter fieri conspicit/per interne constātie calcem premūt. Sed malignus hostis tāto cōtra eos acriori immanitate se exhibet/quāto se despici etiā clarescentib⁹ miraculis dolet. Corū ergo se in corpore interitū colligit: electosq; reprobos in necem fideliū vnanimi crudelitate cōiungit: vt seuitiā suā tanto robustius exerceat/quāto et in eis que peruerse agere appetit nulla sibi sui corporis mēbra discordant. Unde et recte dicit.

¶ S Quāte virtutis in fine futura sit feritas reprobor.

¶ Membra carnium eius coherentia sibi.] Carnes vero leuiathan istius sunt omnes reprobi: qui ad intellectū spiritualis patrie per desiderium non assurgunt. Mēbra vero sunt carnium: hi qui eisdem peruerse agentibus et sese ad iniquitatem precedentibus iunguntur: sicut econtra per Paulū dhico (?) corpori dicit. Uos estis corpus Christi/et mēbra de mēbro. Aliud quippe est mēbrum corporis/aliud mēbrum membri. Membrum quippe corporis

B

Osee.ij. | Exodi xxxiij. | Egestas electorū. | C | Ephe.j. | Threni.iij. | Psal.xxx. | Egestas reprobor. | Apo.iij. | D | Egestas faciē leuiathan precedit. | Osee.vij. | E | F | j.Cor.xij.

G

pars ad totum: membrum vero membri est particula ad partem. Membrū namq̄ membri est digitus ad manum/ manus ad brachiū: membrū vero est corporis toti hoc si mul ad corpus vniuersum. Sicut ergo i spirituali domini co corpore membra de membro dicimus eos qui in eius ecclesia ab alijs reguntur: ita in illa leuiathan istius re proba cōgregatione membra sunt carniū: qui iniquo ope re quibusdā se nequioribus iunguntur. Sed quia hostis malignus sibi in peruerso opere a primis vsq̄ ad extre ma concordat: diuinus sermo in eo membra carniū sibi met coherentia memorat. Sic namq̄ peruersa vnanimi ter sentiunt: vt nulla contra se vicissim disputatione diui dantur. Nulla eos diuersitatis altercatio tunc scindit: et idcirco contra bonos vehementer preualent: quia in ma lo se concorditer tenent. Capitulum.iij.

Unitas bona. Unitas mala.

Sciendum iam superius diximus/ vt perniciosum est si vnitas desit bonis: ita perniciosius est si nō desit malis. Reproborū quippe vnitas/ bonorum vitam tanto durius perpedit/ quāto ei se per collectionem durior opponit. Hanc vnitatē reproborū perniciosam sibi Paulus conspexerat: cū in medio sadduceorum phariseorūq̄ deprehensus diceret. De spe et resurrectione mortuorū ego iudicor. Quos nimirū voce percussa/ protinus contra se vicissim audientiū turba diuisit.

Act.xxiij.

Cūq̄ in duas partes tumultuantiū multitudo diuiditur: Paulo via ereptionis aperitur: quia quem turba persequentium vnita constrinxerat/ diuisa laxabat. Eripiuntur ergo iusti dum diuiduntur iniusti: et electorum vota ad perfectū veniunt: dum reproborū agmina per discordiam confunduntur. Quod bene etiā maris rubei scissione designatur.

Exo.xiiij.

Dum enim in duas partes vnda diuiditur/ ab electo populo ad terrā repromissionis tenditur: quia dū malorū vnitas scinditur/ bone mentes ad hoc quod appetūt perducūtur. Si malorū vnitas noxia non fuisset: nequaq̄ diuina prudentia superbientiū linguas tanta diuersitate dissipasset.

H

Gen.xi.

Si malorum vnitas noxia nō fuisset: de sancte ecclesie hostibus propheta nō diceret. Precipita dñe: diuide linguas eorū.

Psal.liiij.

Quia ergo leuiathan iste tunc contra electos dei in suis viribus effrenatur ad augmentū sue malitie/ vnitatē quoq̄ in reprobis habere permittitur: vt tanto contra nos robustius vires suas exerat/ quāto non solū nos ictu fortitudinis/ sed etiā mole adunationis impugnat. Sed quis contra ista sufficiat? Que mens ad tante elationis et compagis pōdera/ non ab ipsa cogitationum radice contremiscat? Unde quia trepidare nos per infirmitatem conspicit: protinus diuina clementia quid per semetipsam faciat adiungit. Nam sequitur.

¶ S. Quod in die iudicij iustis gaudentibus impij maledictionis fulmine ferientur.

¶ Mittet contra eum fulmina: et ad locū alium non ferentur. Quid appellatione fulminū/ nisi tremende illius extremi iudicij sententie designantur? Que idcirco fulmina vocantur: quia nimirū eos quos feriunt/ in perpetuū incendunt. Fulmina namq̄ super eū Paulus venire conspexerat/ cū diceret: Quē dñs Jesus interficiet spiritu oris sui: et destruet illustratione aduentus sui. Recte autē que in eum mittuntur fulmina/ ad locum alium non feruntur: quia iustis gaudentibus solos tunc reprobos feriunt.

I

ij.Thes.ij.

Nā post trituram vite presentis/ in qua nunc triticum sub palea gemit: ita illo extremi iudicij ventilabro inter triticum paleasq̄ discernitur: vt nec in tritici horreum palee transeant/ nec in palearū ignem horrei grana dilabantur. Illa ergo fulmina locū alium nequaq̄ tangunt: quia videlicet ignis suo non grana/ sed paleas incendunt. Sed quia leuiathan istū pena non corrigit: insinuat dū subiungit.

¶ S. Quod diabolus sit impenitens: et nos illo persequente modo proficimus: ipse vero sicut incus semper percutitur/ nec tamen mutatur.

¶ Cor eius indurabitur quasi lapis. Cor enim antiqui hostis vt lapis indurabitur: quia nulla vnq̄ conuersionis penitentia mollietur. Qui quia solis ictibus eterne vltionis aptabitur: recte protinus subinfertur. Et stringetur quasi malleatoris incus. Incudē quippe malleatoris solis aptam percussionibus fingit. Ad hoc namq̄ incus statuitur/ vt crebris ictibus feriatur. Leuiathan ergo vt malleatoris incus stringitur: quia inferni vinculis coarctabitur/ vt eterni supplicij continua percussione tundatur. Qui modo quoq̄ percutitur/ dum iusti quiq̄ illo in insidijs vigilante/ sed doloribus tabescente saluantur.

K

In incude autē alia vasa formātur: ipsa vero tot percussionibus in vas aliud non transfertur. Recte ergo leuiathan iste incudi comparatus est: quia nos illo persequente componimur: ipse autem et semper percutitur/ et i vas vtile nunq̄ mutatur. Eterne illum percussioni relinquimus: et nos superni artificis manu in eius tentatione percussi/ per illum quasi vascula formata transimus. In ipso enim tundimur: vt ad vsum domus superne veniamus. Ipse vero quasi incus stringitur: quia etsi nunc tentando mūdū circuit: in inferno tamen positus/ iam sub ictu sententie non vagatur. Sequitur.

¶ S. Quod in ruina diaboli sancti āgeli territi sunt ne peccarent: et purgati/ vt in munditia stabiles permanerent.

¶ Cum sublatus fuerit/ timebunt angeli: et perterriti purgabuntur. Scriptura sacra ita nōnunq̄ tempus preteritū futurumq̄ permiscet: vt aliquādo futuro pro preterito: aliquando vero vtatur preterito pro futuro. Futuro nāq̄ pro preterito vtitur: cū Joāni mulier paritura masculū/ qui regat gentes in virga ferrea/ demōstratur.

Apo.xij.

Quod quia incarnato dño veniente iam tūc factū fuerat/ res gesta nūciabat. Rursum preterito vtitur pro futuro: sicut per psalmistā dñs loquitur/ dicens: Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerūt omnia ossa mea.

Ps.xxi.

Quibus videlicet verbis species dñice passionis quasi iam transacta describitur: sed tamen adhuc longe post futura nunciatur. Hoc ergo loco quo dicitur: Cū sublatus fuerit/ timebunt angeli: nil obstat intelligi: quia sub futuri tēporis modo preterita describuntur. Nec recte intelligentie sensum relinquimus: si credamus leuiathan isto ab arce beatitudinis cadente/ in ruina eius etiā electos angelos expauisse: vt cum istum ex illorū numero superbie lapsus eijceret/ illos ad robustius standum timor ipse solidaret. Unde et sequitur. Capitulum.iiij.

L

Et territi purgabuntur. Purgati vero sunt: quia nimirū illo cum reprobis legionibus exeunte: soli in celestibus sedibus qui beate internitatis vnitate remanserūt. Huius itaq̄ lapsus eos terruit et purgauit. Terruit ne conditorē suum superbe despicerent: purgauit vero/ quia exeuntibus reprobis/ actū est vt electi soli remanerent. Et quia cunctorū opifex deus scit ad bonorū custodiā etiam benevti mala actiōe reproborū/ lapsum cadentiū vertit in profectū manentiū: et vnde punita est culpa superbientiū/ inde humilibus angelis et inuenta et solidata sunt augmenta meritorū. Illis nāq̄ cadentibus/ illis in munere datū est/ vt cadere omnino non possint. Sancti enī angeli dū in istis nature sue dāna conspiciunt: in seipsis iam cautius robustiusq̄ consistunt. Unde fit auctore omnium rerum dño cuncta mirabiliter ordinante/ vt illa electorum spirituum patria etiam per ruine sue damna proficiat: dum inde firmius constructa sit/ vnde fuerat ex parte destructa.

M

Predicatores angeli sunt.

Sed quia sepe scriptura sacra predicatores ecclesie proeo q̄ gloriā patrie celestis annunciant/ angelorum solet nomine designare: exponimus hoc loco angelos sanctos predicatores accipere. Hinc est enim q̄ Joannes in apocalypsi septem ecclesijs scribens/ angelis ecclesiarū loquitur: id est predicatoribus populorū. Hinc propheta ait: Et angeli pacis amare flebunt.

Esa.xxxiij.

Hinc rursum Malachias ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiā: et legem inquirunt ex ore eius: quia angelus dñi exercituū est.

Mala.ij.

Hinc Paulus ait: Magnū est pietatis sacramentū: quod manifestatū est in carne/ iustificatū in spiritu: Apparuit angelis/ predicatum est gentibus/ creditū est mundo/ assumptū est in gloria.

j.Timo.iij.

Qui igitur dispēsationis mysteriū postq̄ apparuisse angelis dixit: predicatum gentibus subdidit: profecto angelorum nomine/ predicatores sanctos/ id est veritatis nuncios designauit. Si ergo hoc quod dicitur: Cū sublatus fuerit/ timebunt angeli: et territi purgabunt/ ad futurum tempus refertur: adueniente districto iudice/ extrema hec illius leuiathan damnatio designatur: quia de hoc mundo per iram iudicij tollitur/ qui nunc mira mansuetudinis longanimitate toleratur. Tanto autem hinc pōdere terroris excutitur: vt sctōrū etiā predicatorū fortitudo turbet. Cū enī sublatus fuerit/ timebūt angeli: quia cū iudicij turbine rapitur: hi qui in corporibus reperiri potuerint immenso terrore cōcussi/ etiā supne patrie nūc

A

cij contremiscit. Quis enim fortes iã atq; perfecti sint: adhuc tamen quia in carne sunt positi/ nõ possunt in tanti terroris turbine nulla formidine concuti. Sed cum leuiathan iste rapitur: cũq; omnia in eius interitu elementa quatiũtur: predicatores sanctos quos (vt dixi) adhuc in suis corporibus illud tempus iudicij inuenerit: spes de regni propinquitate letificat: et carnis infirmitas de ire ostensione perturbat. Erit ergo in eis aliquo modo tremor letus/ et timor securus: quia et celesti regno se remunerari certi sunt: et per tanti turbinis metum/ pro carnis infirmitate contremiscunt. Consideremus ergo quomodo tunc iniquorum conscientia concutitur/ quãdo etiam iustorũ vita turbatur. Hi qui oderunt aduentũ iudicis: quid facient/ si terrorẽ tanti iudicij etiã qui diligunt expauescunt? Et quia in sanctis predicatoribus hoc pauore excoquitur siquis eis inesse potuit leuiũ rubigo viciorum/ postq; dixit: Cum sublatus fuerit/ timebũt angeli: apte mox subdidit. Et territi purgabũtur. Sed quia hec de leuiathã fine cognouimus/ interim priusq; pereat qd agat audiamus. Sequitur.

℄ S. Qz in persecutione antichristi predicatio et patientia sanctorum periclitetur.

℄ Cum apprehenderit eum gladius: subsistere non poterit neq; hasta neq; thorax.] In scriptura sacra aliquãdo per gladium sancta predicatio: aliquãdo eterna damnatio: aliquando tribulatio temporalis: aliquando antiqui hostis ira vel persuasio designat. Gladius enim sancta predicatio ponitur: sicut Paulus ait: Et gladiũ spiritus/ quod est verbũ dei. Gladij nomine eterna damnatio designatur: sicut de predicante heretico scriptum est: Si multiplicati fuerint filij eius/ in gladio erũt. qr quãlibet hic numerositate germinent: eterna damnatione consumuntur. Gladius tribulatio tẽporalis accipitur: sicut Marie de secuturis tribulationib[9] dicitur: Et tuam ipsius animã pertrãsibit gladius. Rursum per gladium ira vel persuasio maligni hostis exprimitur: sicut Psalmista ait: Qui liberasti Dauid seruũ tuum de gladio maligno. Benignus quippe sancte predicatiõis est gladius quo percutimur: vt a culpa moriamur. Malignus vero est diabolice persuasionis gladius: quo male quisq; percutitur/ vt a vita rectitudinis extinguatur. Antiqui ergo hostis est gladius ille tunc damnatus homo/ in vsum ministerij eius assumptus. Ipsum quippe per maliciam fraudis exacuit: et infirmorum corda transfigit. Nunc ergo leuiathan gladiũ apprehẽdit/ cum eum suus damnatus homo susceperit. Sed autem gladij nomine eius ira signatur: recte non apprehẽdere gladium/ sed a gladio apprehendi describitur. In tantũ quippe tunc insaniam vertitur/ vt dñari omnibus appetẽs nequaq; sue ire dñetur. Nos nãq; cum iram in vsum iusticie assumimus/ gladiũ tenemus: quia eam sub equitate iudicij possidẽdo moderamur. Ille autem quia per abrupta furoris rapitur: non apprehẽdere gladium/ sed a gladio apprehendi perhibetur. Non enĩ irã possidẽs tenet: sed ab ira seuiens tenet.

Ephe. vi.

B

Luce. ij.

Ps. cxliij.

C

Capitulum. v.

Cunctis autẽ liquet q; hasta aduersariũ percutimus: thorace vero ab aduersario munimur. Per hastam vulnera inferimus: p thoracẽ tegimur ne vulneremur. Quid igitur per hastam nisi predicationis iaculum: quid per thoracẽ nisi fortitudo patientie designatur? Leuiathan ergo iste qr p assumptũ reprobũ hominẽ in ira omnimode crudelitatis effrenatur/ apprehendi a gladio dicitur. Nam per ostensionẽ immense tũc fortitudinis exhibet quicqd nequiter potest. Et neq; hasta neq; thorax subsistere poterit: quia in antichristum venies/ tante virtutis apparebit: vt si supernum adiutoriũ desit: et predicantium acumen obtundat: et longanimitatem patientium destruat. Nisi enim iustorum vitam superna gratia solidet: non subsistit hasta/ quia predicatorum virtus frangitur: non subsistit thorax/ qr cõstantium patientia derupta penetratur. Unde z subditur: Reputabit enim vt paleas ferrum: z quasi lignum putridum es. Qd superius hastam dixit/ hoc inferius ferri appellatione replicauit: et qd thoracem protulit/ hoc rursum eris cõmemoratione signauit. Ferrum nãq; acuitur/ vt aduersari[9] vulneretur. Es autem rubigine pene nulla consumitur. Ferro ergo predicationis iacula: ere autem longanimitatis constantia designatur. Unde et sub asser specie de sancta ecclesia per Moysen dicitur: Ferrum et es calciamẽtum eius. Calciamentum quippe in scriptura sacra munimen predicationis accipitur: sicut scriptum est: Calciati pedes in preparatione euangelij pacis. Quia ergo per ferrum virtus: per es autem perseuerãtia exprimitur: ferrum et es calciamẽtum eius dicitur/ cũ predicatio eius acumine simul z constantia munitur. Per ferrũ enim mala aduersantia penetrat: per es autem bona que pposuit/ longanimiter seruat. Cuius profecto perseuerantiã illic spectius insinuat/ dicens.

D

Deutero. xxxiij.

Ephe. vj.

℄ S. Qz ab initio mundi vsq; ad finẽ persecutio diaboli non quiescat: et q; multi qui se ferrum vel es estimãt id est fortes vel lõganimes/ infirmos et contẽptibiles vt paleas et putrida ligna tunc se agnoscent.

℄ Sicut dies iuuentutis e[9]/ ita erit z senectus illius.] Sed leuiathan iste quando illum gladiũ quem sacra eloquia antichristum vocant: in exercitationem sue iniquitatis assumpserit: z ferrũ velut paleas/ z es velut lignum putridũ reputabit: quia nisi diuina gratia protegat: z predicantium vires velut paleas nequitie sue igne cõsumet: et patientium constãtiam quasi lignum putridum in puluerem rediget. Et acumen igit ferri et eris fortitudo deficit: dum per violentiam virtutis illius/ z predicationis sensus obtunditur: et patientie longanimitas dissipatur. Nisi ergo electos suos opitulatio diuina roboret: vbi tũc infirmi erunt/ si fortes sicut palee reputantur? Quid tũc leuiathan iste de paleis faciet/ si ferrum quasi paleas estimabit? Quid de putridis lignis acturus est: si quasi lignum putridum eris fortitudinẽ soluet? Sed o q̃ multi qui suis viribus ferrũ se vel es estimant: in illo tũc tribulationis igne se paleas esse deprehendunt: et q̃ multi q per infirmitatẽ propriam se esse paleas metuũt/ per diuinum adiutoriũ fulti/ in ferri atq; eris soliditate roborãtur: vt cõtra aduersarium suum tanto magis in deo fortes sint/ quanto de se amplius infirmos se esse meminerunt. Sed quãto altius behemoth iste contra electos dei per miracula erigitur: tanto contra eũ sancti quiq; vehemẽtius ad predicationis se verba constringunt. Qui tamẽ ita reprobor̃ mentes possidet: vt eas nulla confossus veritatis iaculatione relinquat. Unde et subditur.

Deu. xxxiij.

E

℄ S. Qz leuiathan a cordibus reprobor̃ nullis predicatorum sagittis tunc repellatur: z totum robur ecclesie ipsumq; diuini iudicij malleum in illo damnato homine absq; timore contemnat.

℄ Non fugabit eum vir sagittarius.] Quid enim per sagittas/ nisi verba predicatorum accipim[9]? Que dum ex voce bene viuentium distringuntur: audientium corda transfigũt. His sagittis sancta ecclia pcussa fuerat/ q dicebat: Uulnerata charitate ego sum. De his sagittis psalmiste voce narratur. Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum. quia scilicet verba humiliũ penetrauerunt animos superborum. De his sagittis venienti propugnatori dicitur. Sagitte tue acute potentissime: populi sub te cadent in corde. Uir itaq; est sagittarius/ qui per sancte intentionis arcum/ audientium cordibus verba recte exhortationis infigit. Quia ergo leuiathan iste verba predicãtium despicit: et cum reproborum mentes male suadẽdo momordit/ durus inter iacula omnimodo eas non relinquit: recte dicitur: Non fugabit eum vir sagittarius. Ac si aperte diceretur: A reproborum cordibus eũ sancti predicatoris sagitta nõ excutit: quia quisquis ab illo apprehenditur/ verba iam predicantium audire contemnit. Unde bene peccatis precedẽtibus irascens: de his quos in manu antiqui hostis deserit/ domin[9] per prophetã dicit: Immittam vobis serpentes regulos: quibus non est incantatio. Ac si diceret. Justo iudicio talibus vos immundis spiritibus tradam: qui a vobis excuti exhortatione predicantium quasi incantantium sermone non valeant. Quia vero leuiathan iste a cordibus reprobor̃ sancte predicationis spiculis nõ mouetur: ipse etiam sanctorum virorũ contẽptus adducitur/ cum illico subinfertur.

Ps. lxiij.

Ps. xliiij.

Hiere. viij.

Capitulum. vj.

In stipulã versi sunt ei lapides funde.] Quid p fundam nisi sancta ecclesia figuratur? Funda nãq; dum in gyrum mittitur: sicut de illa lapides exeunt/ quibus aduersariorum pectora feriuntur: ita sancta ecclesia dum volubilitate temporũ per tribulationum circuitum ducitur: fortes ex illa viri prodeũt: quis

G bus quasi lapideis ictibus iniquorum corda tundātur. Unde et ad prophetam de bonis doctoribus domin⁹ dicit: [Zach. ix.] Devorabunt et subijcient lapidib⁹ funde. Sancti quippe doctores qui ad virtutem et alios instruūt: hostes devorant, dum eos intra corpus suum per vim cōversionis immutant. Quos lapidibus funde subijciunt: quia dum fortes quosq; in sancta ecclesia viros instituunt per eos adversariorū superbientiū pectora dura cōfringunt. Unde et Golias immanissimus fero funde moritur: [j. Re. xvij.] quia singulari sancte ecclesie lapide diabolica celsitudo superat. Leviathan itaq; iste quia dānato illo homine assumpto, quoslibet fortes ecclesie velut infirmos despicit, eorūq; vires temporaliter premit: recte nunc dicitur: In stipulā versi sunt ei lapides funde. Ac si aperte diceret: Sanctorum robur quasi in stipule mollitiem redigit, quorū linguis prius pectus illius duris ictibus tutudit. Omnem quippe tunc fortitudinē sue iniquitatis exercens, quāto se ab eis vinci spiritaliter dolet, tanto atrocius cōtra eos corporaliter prevalet. Et quia nil se contra eorū spiritum prevalere cōsiderat: in eorū carne crudelitatis sue omnia argumenta consummat.

Capitulum. vi.

Sed quid mirum si humanas vires despicit: qui ipsa etiam superni in se iudicij eterna tormenta cōtemnit? Unde et subditur. Quasi stipulam estimabit malleum. Ac si diceret: Etiam pondus eius H animadversionis despicit: qui se per supplicium desuper veniens ferit. In scriptura enim sacra mallei nomine, aliquādo diabolus designatur: per quem nūc delinquentiū culpe feriūtur. [Malleus signat diabolum.] Aliquando vero percussio celestis accipitur: qua vel electi supernos ictus sentiūt, vt a pravis itineribus corrigant: vel iusta ira reprobos percutit, vt iam supplicia eterna perveniens: quid etiam in posterum mereatur ostendat. [Malleus signat percussionem celestem.] Nā quia appellatione mallei antiquus hostis exprimitur, propheta testatur, cum super eum vim extremi iudicij contemplatur, dicens: [Hiere. l.] Quomodo cōfractus est et cōtritus malleus vniuerse terre? Ac si diceret. Eum per quem vascula sua dominus in ministerij vsum formanda percutit: quis perpendat quo turbine veniente extremo iudicio in eterna damnatione confringet? Rursus per malleum percussio celestis exprimitur: quod Salomone templū edificante signatur, cum dicitur. [iij. Re. vj.] Domus autem cum edificaretur, de lapidibus dolatis atq; perfectis edificata est: et malleus et securis et omne ferramētum non sunt audita in domo cū edificaretur. Quid enim domus illa nisi sanctam ecclesiam: quā in celestibus dominus inhabitat, figurabat? Ad cuius edificationē electorum anime quasi quidā expoliti lapides deferūtur. Qui cū edificātur in celo, malleus illuc iam discipline malleus resonat: quia dolati atq; perfecti illuc lapides ducimur: vt locis iuxta meritum congruis disponamur. Hic enim foris tūdimur: vt illuc sine reprehensione veniamus. Hic malleus, hic securis, hic omnia tunsionum resonāt ferramenta. In domo autem dei nulli ictus audiūtur: I quia in eterna patria omnis iā percussionū strepitus conticescit. Nequaquā ibi malleus percutit: quia nulla animadversio affligit. Nequaquā securis incidit: quia receptos interius nulla foras severitatis sentētia proijcit. Nequaquā ferramēta perstrepūt: quia nec quelibet minima vltra iam flagella sentiūtur. Quia ergo per malleū desup venientē celestis pōdus percussionis exprimit: quid est q leviathan iste malleū despicit, nisi q superne animadversionis ictus formidare cōtemnit? Et quasi stipulam malleū deputat: quia ad iuste ire se pondera velut contra terrores levissimos parat. Unde et adhuc expressius subditur.

S. Ex immanentibus tormentis excecatus malitia, ad exercenda mala diabolus acrius insurgit.

Et deridebit vibrantem hastam. Contra leviathan enim dñs hastā vibrat: quia in eius interitu districtam minatur sententiam. Hastam quippe vibrare est: eternam ei mortem ex districta animadversione preparare. Sed apostata spiritus auctorē vite etiam cū sua morte despiciēs, hastam vibrātem deridet: quia ex districto iudicio quicquid grave, quicquid horribile esse providet, pati nō metuit: sed quo se eterna tormenta non posse evadere confidit, eo in exercenda nequitia durior surgit. Quem cū plerique huius mundi sapientes in cunctis que appetit tanta pertinacia, tāta fortitudine stringi cōsiderant: corda sua ad famulatū eius tyrānidis inclinant: et omne quod deo largiente sapiūt: hoc contra eum ad servitiū hostis illius inflectunt. Unde et recte subditur. K

S. De his qui videbātur radijs virtutū splēdere, vel minis territi, vel cruciatibus victi, leviathan seditionem subintrent.

Sub ipso erunt radij solis. In scriptura enim sacra cum figurate sol ponitur, aliquando dñs, aliquando persecutio, aliquādo de re qualibet manifeste visionis ostensio, aliquando intelligētia sapientiū designatur. Per solem quippe dñs figuratur: sicut sapientie libro perhibetur q oēs impij in extremi die iudicij cogniti sua damnatione dicturi sunt. [Sap. v.] Erravimus a via veritatis, et lumē iustitie non luxit nobis: et sol nō est ortus nobis. Ac si aperte dicant: Interni nobis luminis radius nō refulsit. Unde et Joannes ait: [Apo. xij.] Mulier amicta sole, et luna sub pedib⁹ eius. In sole vero illustratio veritatis: in luna autem que menstruis supplētionibus deficit, mutabilitas tēporalitatis accipitur. Sancta autem ecclesia quia superni luminis splendore protegitur, quasi sole vestitur: q2 vero cuncta temporalia despicit, lunam sub pedibus premit. Rursum sole persecutio designatur: sicut in euāgelio veritas dicit [Mat. xiij.] q nata sine radicib⁹ semina orto sole aruerunt: quia videlicet verba vite in corde terrenorum hominum temporali momēto virentia, superveniente persecutionis ardore siccantur. Rursum sole manifeste visionis ostensio designatur: sicut propheta dominū cunctorū oculis apparentem denuncians, dicens: L [Ps. xviij.] In sole posuit tabernaculum suum. Ac si diceret: Humanitatis assumpte sacramētum in lumine manifeste visionis ostēdit. Et sicut eidem prophete divina voce per Nathan dicit: [ij. Reg. xij.] Tu fecisti in abscōdito: ego vero faciam verbum istud in conspectu omnis Israel: et in conspectu solis. Quid enim per cōspectum solis, nisi cognitionē insinuat manifeste visionis? Rursum solis nomine, sapientium intellectus exprimitur: sicut in apocalypsi scriptū est. [Apo. xvj.] Quartus angelus effudit phialā suam in solem: et datū est illi estu afficere homines et igni. Phialam videlicet in solem effundere est: persecutionis supplicia viris sapientie splendore fulgētibus irrogare. Et datum est illi vt afficeret homines estu et igni: q2 dum sapientes viri cruciatibus victi, male agendi errore tanguntur: aliorum exemplo persuasi infirmi quiq; temporalibus desiderijs inardescūt. Ruine nāq; fortium augmēta prestant perditionis infirmorum. Quia sole acumē sapientie designat: per comparationē quoq; a Salomone dicitur: [Eccl. xxvij.] Sapiēs vt sol permanet: stultus vt luna mutatur.

Capitulum. vij.

Hoc ergo loco qd p solis radios nisi acumina sapientiū demonstrant? Quia enī multi qui in sancta ecclesia luce sapiētie resplēdere videbātur, tunc vel psuasionib⁹ capti, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, leviathan istius seditioni subijciuntur, recte dicitur: Sub ipso erunt radij solis. Ac si aperte dice- M retur: Hi qui intra sanctam ecclesiā per acumina sapientie quasi radios videbantur lucis aspergere: per auctoritatem rectitudinis desuper resplendere, potestati leviathan istius iniqua se operatione substernunt: vt non iam recte predicando desup luceant, sed ei perverse obsequēdo famulentur. Solis ergo radij sub ipso sunt: cū nonnulli etiā docti viri sapientie sue acumina non libere agēdo sublevant, sed ad vestigia leviathan istius et perversitate operis, et blandimento adulationis inclinant: vt intelligentia que illis sicut sol desup fuit ex celesti munere, antiqui hostis pedibus substernatur ex terrena cupiditate. Unde et nunc cum quisq; sapientiū vel doctorum pro cōmodo vel gloria vite temporalis per adulationis lapsum terrenis se potestatibus prave agentibus subijcit; quasi sub vestigijs venientis antichristi solis se radius sternit. Et velut celi lucem sibi behemoth humiliat: dū per pestiferum assensum sapientium mentes calcat. Totiens vero leviathan istius pedibus se radij solis subdunt: quotiens hi qui doctrine videntur lumine resplendere, immoderato acumine prava in sacro eloquio sentiunt: perversisq; sensibus eius se errori substernunt: quia dum contra fidelia veritatis predicamenta se erigunt: leviathan istius vestigijs falsa sentiendo famulantur. Totiens radij solis sub ipso sunt: quotiens docti quiq; et intelligētie luce pollentes: vel despectis ceteris in elatione se erigunt, vel summa que sapiunt postponentes, sordidis carnis desi-

A derijs inquinātur: vel obliti celestium/terrena ambiunt: vel non reminiscentes quia terra sunt/de cognitione celestium inaniter gloriantur. Unde et recte ibi subiungitur:

¶ S. Et hi qui ante humanos oculos quasi aurū singularitate splendere iustitie videntur: sed sic cadunt vt non peniteant: ante dei oculos nunq̄ aurū sed lutū fuerūt.

¶ Sternet sibi aurū quasi lutum. Appellatione quippe auri/in sacro eloquio aliquādo diuinitatis claritas: aliquādo splēdor superne ciuitatis: aliquādo charitas: aliquā nitor glorie secularis: aliquādo pulchritudo sanctitatis accipitur. Auri enim nomine/ipsa intima diuinitatis claritas designatur: sicut in canticorū canticis sponsi species describitur: Caput eius aurū optimū. Quia vero caput Christi deus: nil vero est in metallis auro fulgētius: sponsi caput aurum dicitur: q: ei⁹ humanitas ex diuinitatis sue nobis claritate principatur. Rursum auri noīe splendor superne ciuitatis accipitur: sicut hanc Joannes se vidisse testatur/dicēs: Ipsa ciuitas aurū mundū simile vitro mūdo. Aurū nāq̄ ex quo illa ciuitas cōstat/simile vitro dicitur: vt et per aurū clara/et per vitrū pspicua designetur. Rursum auri noīe charitas intimat: sicut angelū quē sibi loqui idē Joannes aspexit: ad mamillas zona aurea cinctum vidit: q: nimirū supernorū ciuiū pectora diuī penali iam nequaq̄ timori subiecta sunt: atq̄ a se vicissim nulla scissione soluūtur/ex sola se charitate cōstringunt. Zonā vero aureā circa mamillas habere est: cūctos mutabiliū cogitationū motus/per solius iam amoris vincula restringere. Rursum auri noīe/nitor glorie tēporalis exprimit: sicut per prophetam dicitur: Calix aureus babylon. Quid eni babylonis noīe/nisi huius mūdi gloria designatur? Que calix aureus dicitur: q: dum pulchra esse tēporalia ostentat/stultas mentes in sua concupiscentia debriat: vt speciosa tēporalia appetant/et inuisibilia pulchra contēnant. Hoc aureo calice prima spōte sua cura debriata est: de qua historia veritati dicit: q: cum vetitū lignū concupisceret/vidit q̄ esset pulchrū visu/aspectuq̄ delectabile/et comedit. Aureus ergo babylon calix est: q: dum visum exterioris pulchritudinis ostēdit/sensum interne rectitudinis subtrahit. Rursum auri noīe splendor sanctitatis accipitur: sicut iudaicū populum a splendore iustitie ad nequitie tenebras cōmutatū Hieremias deplorat/dicēs: Quomodo obscuratū est aurū: mutatus est color optimus? Sicut eni superius diximus: aurum obscurat: cū subsequētib⁹ iniquitatū tenebris/iustitie pulchritudo deserit. Color optimus mutatur: cum splendor innocentie in feditatem vertitur culpe. Capitu. viij.

Canti. v.

Apo. xxj.

B

Hiere. lj.

Gen. iij.

Threñ. iiij

Uti quoq̄ nomine/in sacro eloquio aliquādo terrenarū rerū multiplicitas: aliquādo sordidū sapiens iniqua doctrina: aliqū desiderij carnalis illecebre designant. Per lutū quippe terrenarū rerū multiplicitas figurat: sicut per Abacuc prophetā dicitur: Ue ei qui multiplicat non sua: vsquequo aggrauat contra se densum lutum? Denso eni se luto aggrauat: qui per auaritiā terrena multiplicās/peccati sibi se oppressione coangustat. Rursum luti noīe/doctrina sordidum sapiens designat: sicut p eundē prophetā dño dicit: Uiā fecisti in mari equis tuis in luto aquarū multarū. Ac si diceret: Aperuisti iter predicatoribus tuis inter doctrinas huius seculi sordidas e terrena sapiētes. Per lutū quoq̄ desideriū sordide voluptatis exprimitur: sicut psalmista deprecans ait: Eripe me de luto: vt non inhererem. Luto quippe inherere est sordidis desiderijs cōcupiscentie carnalis inquinari. Hoc ergo loco aurū claritas sanctitatis accipitur: lutum vero vl' terrenarū rerum auaritiam/vel prauarū contagia doctrinarū/vel sordes carnaliū voluptatum nil obstat intelligi. Qz eni multos leuiathan iste qui intra ecclesiā fulgore iustitie resplendere videbātur: tunc vel terrenarū rerū concupiscētia: vel errātis doctrine contagio: vel carnalibus sibi voluptatib⁹ subijcit/aurum sibi proculdubio quasi lutū sternit. Aurū eni quasi lutum sternere est in quibusdā vite mundiciā per illicita desideria conculcare: vt hi etiam sordidis eius vestigijs seruiant/qui contra illum prius virtutū splendore rutilabant. Antiquus itaq̄ hostis alios tunc sub specie sanctitatis illudit: alios autem per feda vitia vite carnalis intercipit. Sed tunc per hec aperte grassabitur: nūc autem multorū cordibus occulte dñatur: sicut Paulus apostolus dicit: Ut reueletur in suo tēpore: nam mysteriū iam operatur iniquitatis. Totiens igit etiā nunc aurū sibi quasi lutum subijcit/quotiēs castitatē fideliū per carnis vitia sternit. Totiens aurū velut lutū calcat: quotiens sensum continētium per immūda desideria dissipat. Quod tunc tanto vehemētius peraget: quāto sue perdite libertati cōmissus/hoc qd appetit/effrenatius perpetrat. Et fortasse quēpiam moueat: cur misericors deus fieri ista permittat: vt leuiathan iste seu nunc per suggestiones callidas: siue tunc per damnatū illū quem replet hominē: vel solis sibi radios: id est doctos quosq̄ sapientes subijciat: vel aurū/hoc est viros sanctitatis claritate fulgentes/quasi lutū sibi vitijs coinquinādo substernat. Sed citi⁹ respondemus: quia aurum quod preualeo eius suasionibus quasi lutū sternl potuerit: aurū ante dei oculos nunq̄ fuit. Qui enim seduci quādoq̄ non reuersuri possunt: quasi habitā sanctitatē ante oculos hominū videntur amittere: sed eā ante oculos dei nunq̄ habuerunt. Sepe usq̄ homo multis occulte peccatis inuoluitur: et in vna aliqua virtute magnus videtur. Que ipsa quoq̄ virtus tnanciscens deficit: quia dum innotescit hominibus/proculdubio laudatur/eiusq̄ laus inhianter appetitur. Unde fit vt et ipsa virtus ante dei oculos virtus non sit: dum abscondit qd displicet/prodit quod placet. Que itaq̄ esse merita apud deum possunt: quando et mala occulta sunt/et bona publica? Plerūq̄ eni (sicut diximus) latet superbia/et castitas innotescit: atq̄ ideo ostensa diu castitas circa vite finem perditur: quia cooperta superbia vsq̄ ad finē incorrecta retinetur. Alius elemosynis vacat: ppria distribuit: sed tamē multis iniustitijs seruit: vel fortasse linguam in detractionibus exercet. Et fit plerūq̄ vt is qui misericors fuerat iuxta vite sue terminū/rapacitatis et crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde iusto iudicio agitur: vt et perdat ante hoīes/vnde hominib⁹ placuit: qui hoc vnde deo displicuit/corrigere noluit. Alius patiētie studet: sed dū inuidere alijs/et seruare ī corde malitiā nō cauet: fit quādoq̄ impatiens: qui diu latuit dolens. Hi itaq̄ et per aliquid aurum sunt: et per aliquid lutū sunt. Atq̄ hoc aurū quasi lutū sternit/quādo occultis peccatis exigētibus/etiam virtus que publice claruerat dissipatur. Sed operepreciū credimus/si in his virtutē superni ordinis subtilius perpendamus. Capitulum ix.

D

¶ ij. Thess. ij.

E

Epe enim omnipotens deus occulta quorūdam mala diu tolerat: vt aperta eorū bona electorū suorū vsibus profutura dispēset. Nam nōnulli mūdum nequaq̄ funditus deserentes/nō perseueraturi angustū iter arripiūt: sed ad querendū angustā viam exēplo suo eos qui perseueraturi sunt accendunt. Unde plerūq̄ contingit: vt ipsum hoc quod bene videntur viuere: non sibi/sed solis potius electis viuāt: dū exēplis suis ad bene viuēdi studia perseueraturos alios nō pseueraturi prouocant. Sepe vero quosdā videm⁹ viā ingredi ad locum propositū festinare: quos alij qui cūtes conspiciūt/sequūtur: eundēq̄ locum pariter petunt. Sed fit plerūq̄ vt irruente aliquo implicationis articulo/post se redeant qui preibant: et hi ad locū perueniant qui sequebant. Ita nimirū sunt qui nō pseueraturi viā sanctitatis arripiūt. Idcirco enim virtutis iter nō peruētun inchoant/vt eis qui peruenturi sunt/qua gradiātur ostēdant. Quorū etiā casus vtilitate nō modica electorum profectibus seruit: quia illorū lapsum dū conspiciunt/de suo statu contremiscunt: et ruina que illos damnat/istos humiliat. Discunt enim in superni adiutoris protectione confidere: dum plerosq̄ conspiciūt de suis viribus cecidisse. Quando ergo bene agere videtur reprobi: quasi planū iter electis sequētibus monstrāt: quādo vero in lapsum nequitie corruūt: electis post se pergētibus quasi cauendā superbie foueam ostendūt. Dat ergo leuiathan iste: et solis sibi radios subdat: atq̄ aurum luti more subijciat. Scit omnipotēs de⁹ ad electorum suorum solatium/bene vti malo reproborū: quando hi qui ad illū peruenturi sunt: et suis ad eū meritis proficiūt: et sepe in eo qd superbe sapiunt/alienis lapsibus corriguntur. Sed si hec leuiathan iste agit in eis etiam quos claros aliqua virtus ostendit: quid de illis factur⁹ est quorū mēs vel ex parte aliqua sublevata a terrenis cōcupiscentijs non est? Quos tamen diuinus sermo aperte exprimit/dum subiungit.

Cur omnipotens de⁹ sepe occulta mala tolerat reproborum.

Cur nonnulli non perseueraturi angustū iter arripiant.

F

¶ S. Et in tantū ceci erunt qui adherebūt antichristo/vt ferucntes in contumelijs et morte sanctorū/arbitren:

G

tur obsequium se prestare deo.

¶ Feruescere faciet quasi ollam profundum mare.] Quid per mare nisi vita secularium: quid per profundum nisi alte et abdite eorum cogitationes exprimuntur? Quod profundum mare leuiathan iste quasi ollam facit feruescere: quia nimirum constat quod persecutionis extreme tempore contra electorum vitam studeat animos reproborum per flammam crudelitatis excitare. Tunc profundum mare quasi olla feruescit: cum corda reproborum valido ardore succendit. et que hoc pacis tempore intra suam maliciam clausa latuerunt: tunc in estum immanissime persecutionis ebulliunt: et per abruptam crudelitatis aperte licentiam, ea que diu presserant odia antiqui liuoris exhalant. Qui autem pestifero errore persuasi, sic in illis famulantur antichristo: vt tunc verius prebere se estiment obsequium Christo: postquam dixit: Feruescere faciet quasi ollam profundum mare: apte subiunxit. Capitulum x.

Ponet quasi cum vnguenta bulliunt.] Unguenta quippe cum bulliunt, fragrantiam suauitatis reddunt. Quia ergo leuiathan iste ita seducet corda reproborum: vt quicquid agunt ex iniquitate perfidie, pro veritate recte fidei se agere suspicentur, quasi bene eis olet, id quod zelo religionis exercent. Unde in euangelio discipulis veritas dicit: Ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare deo. Igitur sicut olla feruet, dum crudeliter persequuntur: sed apud eos ipsa persecutio, vnguentorum fragrantiam redolet, dum mens eorum vanis suspicionibus decepta, estimat quia deo obsequium persoluat. In scriptura enim sacra vnguentorum odoribus opinio solet signari virtutum. Unde sponsa in canticis canticorum sponsum desiderans dicit: In odore vnguentorum tuorum currimus. Et unde Paulus apostolus virtutum laude fragrare se sciens, ait: Christi bonus odor sumus deo. Itaque quia leuiathan iste ministros illius perditi vasis sui in crudelitatis opera sub opinione laudis et pretextu virtutis intercipit, postquam dixit: Feruescere faciet quasi ollam profundum mare: recte mox subdidit: Ponet quasi cum vnguenta bulliunt. Quod enim per crudelitatis incendium mare feruet: hoc in eorundem iudicio qui excecantur falso nomine virtutis, ac si vnguenta bulliant ostendit: vt tanto atrociores ad crudelitatem fiant, quanto se etiam mereri premia quasi pro zelo religionis existimant. Iustumque hoc est diuino iudicio: vt qui pietatis vim perpendere et custodire negligunt, suspicionis sue odore fallantur. Unde et ad illusionis augmentum, eos crudelia perpetrantes, signa quoque ac prodigia subsequuntur: sicut et recte subiungitur.

¶ S. Qui antichristi semita multis miraculis fulgebit. Capitulum xi.

Post eum lucebit semita.] Post leuiathan quippe semita lucere perhibetur: quia quam transit, admirationem nimiam ex miraculorum suorum claritate derelinquit: et siue per se, seu per ministros suos quolibet procedat, mendacibus signis choruscat. Unde et hoc quod iam sepe protulimus, in euangelio veritas dicit: Surgent pseudochristi et pseudoprophete: et dabunt signa magna et prodigia: ita vt in errorem inducantur si fieri potest, etiam electi. Semita igitur post leuiathan lucet: quia quorum corda penetrat, eorum opera prodigijs illustrat: vt nimirum tanto altius eorum mentes in erroris tenebris teneat, quanto per eos foris quasi potestatis lucem de miraculis ostentat. Sed sunt nonnulli qui in memoria et verba prophetica et euangelica precepta retinentes, sciant et falsa esse signa que exhibet, et vera supplicia ad que decipiendo trahet. Horum corda leuiathan iste quia sanctitatis ostensione non intercipit, in alia se eis illusione composuit. Quosdam namque hec scientes, sed tamen presentem vitam diligentes conspicit: quorum protinus mentibus ventura supplicia leuigat: finienda quandoque districtionis iudicia esse fingit: et deceptos callide ad presentes voluptates rapit. Unde et apte mox subditur.

¶ S. Quam ita infatuati sunt quidam heretici, quod iudicium dei finem habere existiment: et minas tormentorum ad terrorem tantum intentatas a deo, vt a peccatorum perpetratione genus humanum compesceret.

¶ Estimabit abyssum quasi senescentem.] Quia eterna incomprehensibiliaque iudicia abyssi solent nomine designari: psalmista testatur dicens: Iudicia tua abyssus multa. Senectus vero aliquando pro finis propinquitate ponitur. Unde apostolus ait: Quod antiquatur et senescit: prope interitum est. Leuiathan itaque iste estimabit abyssum quasi senescentem: quia reproborum corda sic infatuat, vt suspicionem eis de venturo iudicio quasi finiatur infundat. Abyssum namque senescere estimat: qui terminari quandoque in suppliciis supernam animaduersionem putat. Igitur antiquus iste persuasor in membris suis id est in mentibus iniquorum: futuras penas quasi certo fine determinat: vt eorum culpas sine termino correptionis extendat: et eo magis hic peccata non finiant, quo illic estimant peccatorum supplicia finienda. Sunt enim nunc etiam qui idcirco peccatis suis ponere finem negligunt: quia habere quandoque finem futura super se iudicia suspicantur. Quibus breuiter respondemus: Si quandoque finienda sunt supplicia reproborum: quandoque finienda sunt ergo et gaudia beatorum. Per semetipsam namque veritas dicit: Ibunt hi in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternam. Si igitur hoc verum non est quod minatus est: neque illud verum est quod promisit. At inquiunt: ideo eternam penam peccantibus minatus est: vt eos a peccatorum perpetratione compesceret: quia creature sue eterna supplicia minari debuit, non inferre. Quibus citius respondemus: Si falsa minatus est vt ab iniustitia corrigeret: etiam falsa pollicitus est vt ad iustitiam prouocaret. Et quis hanc eorum vesaniam toleret: qui dum promissionibus suis reproborum supplicia finiri asserunt, assertione sua etiam electorum premia remunerationesque confundunt? Quis hanc eorum vesaniam toleret: qui conatur astruere verum non esse quod veritas de eterno igne minata est: et dum satagunt deum perhibere misericordem, non verentur predicare fallacem? At inquiunt: Sine fine puniri non debet culpa cum fine. Iustus nimirum est omnipotens deus: et quod non eterno peccato commissum est, eterno non debet puniri tormento. Quibus citius respondemus: quod recte dicerent: si iudex iustus districtusque veniens non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideo tunc cum fine deliquerunt: quia cum fine vixerunt. Uoluissent quippe sine fine viuere: vt sine fine potuissent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt peccare quam viuere: et ideo hic semper viuere cupiunt, vt nunquam desinant peccare cum viuunt. Ad districti ergo iudicis iustitiam pertinet: vt nunquam careant supplicio, quorum mens in hac vita nunquam voluit carere peccato: et nullus detur iniquo terminus vltionis: quia quamdiu valuit, habere noluit terminum criminis. At inquiunt: Capitulum xii.

Nullus iustus crudelitatibus pascitur: et delinquens seruus a iusto domino idcirco cedi precipitur, vt a nequitia corrigatur. Ad aliquid ergo ceditur: cum non eius dominus cruciatibus delectatur. Iniqui autem gehenne ignibus traditi, quo fine semper ardebunt? Et quia certum est quod pius atque omnipotens deus non pascitur cruciatibus iniquorum: cur cruciantur miseri si non expiantur? Quibus citius respondemus: quod omnipotens deus qui pius est, miserorum cruciatu non pascitur: quia autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes eterno supplicio et quidem sua iniquitate puniuntur: et tamen ad aliquid concremantur, scilicet vt iusti omnes et in deo videant gaudia que percipiunt: et in illis respiciant supplicia que euaserunt: vt tanto in eternum magis diuine gratie debitores se esse cognoscant, quanto in eternum mala puniri conspiciunt: que eius adiutorio vitare potuerunt. At inquiunt: Et vbi est quod sancti sunt, si pro inimicis suis quos tunc ardere viderint non orabunt: quibus vtique dictum est: Pro inimicis vestris orate? Sed citius respondemus: Orant pro inimicis suis eo tempore: quo possunt ad fructuosam penitentiam eorum corda conuertere: atque ipsa conuersione saluare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est: nisi quod apostolus ait: Ut det illis deus penitentiam, et resipiscant a diaboli laqueis: a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem? Et quomodo pro illis tunc orabitur: qui iam nullatenus possunt ad iustitie opera ab iniquitate commutari? Eadem itaque causa est cur non oretur tunc pro hominibus eterno igne damnatis: que nunc etiam causa est, vt non oretur pro diabolo angelisque eius eterno supplicio deputatis. Que nunc etiam causa est vt non orent sancti homines pro hominibus infidelibus impijsque defunctis: qui de eis vtique quos eterno deputatos supplicio iam nouerunt: ante illum iudicis iusti conspectum orationis sue meritum cassari refugiunt. Quod si sic quoque viuentes iusti mortuis et damnatis iniustis minime compatiuntur, quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne se perpeti etiam ipsi nouerunt: quanto districtius tunc iniquorum tormenta respiciunt: quando ab omni vitio corruptionis exuti, ipsi iam iustitie vicinius atque arctius inherebunt?

Margin notes (left column): Ioan. xvi. — H — Odor vnguentorum opinio virtutum. — Cant. i. — ii. Cor. ii. — I — Mar. xiii. — Iudicia dei abyssi dicuntur. — Psal. xxxv. — Heb. viii.

Margin notes (right column): K — Quod leuiathan reproborum corda infatuet. — Error origenistarum. — Confutatio illorum. — Matthei xxv. — Euasio eorum. — Repulsio. — Obiectio predictorum. — Responsio. — L — Alia obiectio. — Responsio. — M — Alia cauillatio. — Responsio. — Mat. v. — ii. Timo. ii.

Sic quippe eorū mētes per hoc q̄ iustissimo iudici inherent: vis districtionis absorbet: vt omnino eis non libeat quicq̄d ab illi⁹ interne regule subtilitate discordat. Sed qr subortō occasionis articulo/hec cōtra origenistas breuiter diximus: ad eā quā pretermisimus/exponēdi ordinem recurramus. Postq̄ꝫ misericors dn̄s callida machinamenta leuiathan isti⁹ indicauit: aperte predicēs omne qd electos exterius vehementer opprimit: omne qd interius suggestione sua reprobis blandiēter infundit: mox immanitatē virtutis illi⁹ breuiter insinuans subdit. [Nō est super terrā potestas que cōparetur ei.]

Relictis origenistis redit auctor ad ꝓpositum.

¶ S. De reprobus angelus anteq̄ꝫ peccaret/ omni creature prelatus sic factus est/ vt deum ꝫ amādo timeret/ ꝫ timendo amaret: sed sua peruersitate talis factus est/ vt nullum timeret. Capitulum. xlij.

Potestas eius super terram cunctis eminētior perhibetur: quia etsi actionis sue merito infra homines cecidit: omne tamen humanū genus nature angelice conditione transcendit. Qui⁹ eñ interne felicitatis beatitudinē pdidit: nature tamē sue magnitudinē non amisit/ cuius adhuc viribus humana oīa superat: licet sanctis hominib⁹ merito suorū deiectione subiaceat. Unde et eisdē sanctis contra hunc decertantibus eo retributionis sue meritum crescit: quo ille ab eis vincitur/ qui per nature potētiā quasi iure se oībus superesse gloriatur. Sequitur. [Qui factus est vt nullū timeret.] Sic quidē factus est p natură/ vt cōditorē suum caste timere debuisset: timore videlicet sobrio ꝫ securo: non timore quē foras charitas mittit/ sed timore qui in seculum seculi permanet: id est quē charitas gignit. Aliter enim timet coniugē vxor amās: aliter dñm ancilla peccans. Sic fuerat iste conditus: quatenus timore leto auctorē suū ꝫ amans metueret/ et metuens amaret. Sed sua puersitate talis factus est/ vt nullum timeret. Ei quippe a quo conditus fuerat/ subesse despexit. Ita eñi deus super oīa est/ vt ipse sub nullo sit. Leuiathan vero iste ei⁹ celsitudinis culmē aspiciēs: ius peruerse libertatis appetijt: vt ei preesset ceteris/ ꝫ nulli subesset/ dicens: Ascendam super altitudinem nubiū: et similis ero altissimo. Cuius eo ipso similitudinē perdidit: quo esse ei superbe similis in celsitudine concupiuit. Qui eñ charitatē eius imitari debuit/ subditus ambijt eius celsitudinē: et hoc qd imitari poterat/ amisit elatus. Celsus nimirū esset/ si ei qui veraciter celsus est/ inherere voluisset. Celsus esset/ si participatione vere celsitudinis contētus fuisset. Sed dū priuatā celsitudinē superbe appetijt: iure perdidit participatā. Relicto eñ eo cui debuit inherere principio: suū sibi appetijt quodāmodo esse principiū. Relicto eo q̄ vere illi sufficere poterat: se sibi sufficere posse iudicauit: et tanto magis infra se cecidit: quāto magis se cōtra gloriā sui cōditoris erexit. Nam quē exaltabat libera seruitus: deiecit captiua libertas. Qua libertate nūc vt nullū timeat effrenat: sed ipsa grauiter effrenatione restringit. Superno eñi iudicio cuncta mirabiliter ordinante/ vincit illum libertas quā appetijt: quia nūc oīmodo non timens oībus supplicijs subiacet: q̄ clemētis etiā superesse poterat/ si vnū quem debuit timere voluisset. Unum profecto timeret et oīa possideret: qui nūc vnū nō timēs oīa patitur. Factus est ergo vt nullū timeret: nullū videlicet: quia nec deum/ sed neqꝫ hoc qd passurus est metuit. Cui nimirū felicius fuerat/ timendo vitare supplicia/ q̄ꝫ non timēdo tolerare. Appetitā itaqꝫ celsitudinis vertit in rigorem mētis: vt damnatus iam per duritiam se male egisse nō sentiat/ qui preesse per gloriam querebat. Nam qr tuo quesite potestatis nō obtinuit: quasi quoddā superbie sue remediū insensibilitatis inuenit: et qr prouectu trāsgredi cūcta non potuit/ despectu se cōtra cuncta preparauit. Capi. xliij.

Esa. xiiij.

Omne sublime videt.

Cuius adhuc superbia studiose describitur/ cū protinus subinfert: Omne sublime videt: id est/ cunctos velut infra se positos quasi de sublimi respicit: quia dum per intentionem contra auctorem nititur/ estimare sibi quēlibet similē dedignatur. Quod apte etiā eius mēbris cōgruit: qr omnes iniqui per tumorem cordis elati/ cunctos quos cernunt: superbie fastu despiciunt: et si quando exterius venerātur/ intus tamen in secreto cordis (vbi apud se sua estimatione magni sunt) cūctorū illi vitam meritisqꝫ postponūt: eosqꝫ infra se esse respiciūt: quia per elatam cogitatione cordis in culmine celsitudinis arce posuerunt. Quibus bene per prophetam dicitur: Ue qui sapiētes estis in oculis vestris: et coram vobismetipsis prudentes. Hinc etiam Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Hinc ad Saul diuina increpatione dicitur: Nonne cum esses paruulus in oculis tuis: caput te constitui in tribubus israel? Paruulus quippe in oculis suis est: qui in eo q̄ semetipm considerat/ imparem se alienis meritis pensat. Nam quasi grandem se aspicit: quisquis se super aliena merita elatione cogitationis extendit. Saul autem reprobatus in bono quod ceperat non permansit: quia fastu suscepte potestatis intumuit. Capitulum. xv.

Esaie. v.

Roma. xij.

j. Reg. xv.

At contra Dauid semp de se humilia sentiēs: eiusdēqꝫ Saul se comparationi postponens/ postq̄ꝫ feriendi locū reperit et pepercit: eidem seuienti aduersario/ humili se professione prostrauit/ dicens: Quem persequeris rex israel: quē persequeris? Canem mortuū/ et pulicē vnum? Et certe iam vnctus in regem fuerat: iam eroiante Samuele et cornu super se oleū fundente didicerat q̄ cum diuina gratia/ Saul reprobato/ ad regni gubernacula possidenda seruabat: et tamen persequenti aduersario mente humili se substernebat: cui diuino iudicio prelatum se esse nouerat. Ille itaqꝫ se humiliter postponebat: cui per electionis gratiam incōparabiliter se nouerat esse meliorē. Discant ergo quomodo humiliari proximis debeant: qui adhuc quo loco apud deū habeantur nesciunt/ si sic se electi etiam illis humiliant/ quibus iam se per interna iudicia antepositos deprehendunt. Hoc autem proprium esse specime electorum solet: q̄ de se semper sentiunt infra q̄ꝫ sunt. Hinc nāqꝫ ab eodem Dauid dicitur: Si nō humiliter sentiebā: sꝫ exaltaui animā meam. Hinc Salomon ad sapientiā paruulos vocat/ dicens. Si quis est paruulus/ veniat ad eam. Qui enim necdum semetipsum despicit: humilem dei sapientiam nō apprehendit. Hinc in euangelio dn̄s dicit: Confiteor tibi domine pater celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus ꝫ prudētibus: et reuelasti ea paruulis. Hinc rursum psalmista ait: Custodiens paruulos domin⁹. Hinc magister gentium dicit: Facti sumus paruuli in medio vestri. Hinc discipulos admonēs ait: Superiores sibi inuicem arbitrantes. Nam quia iniquus quisqꝫ inferiorē se omnē quem cognouit putat: e diuerso iustus studet vt superiorem quēlibet proximū attendat. At ne dum se alij aliter humiliat: humiliatio tret alteri in elationem: bene vtrāqꝫ partem admonuit/ dicens: Superiores sibi inuicem arbitrātes. vt in cogitationibus cordis ꝫ ego mihi illum preferam/ et vicissim ille me sibi: vt cum ab vtraqꝫ parte cor inferius premitur/ nullus ex impēso honore subleuetur. Sed hāc humilitatis formā reprobi (qr leuiathan huius membra sunt) vel cognoscere vel tenere contēnunt: qui et si quādo se humiles speciotenus ostendūt/ humilitatis vim seruare intrinsecus negligunt. Quibus sepe accidit vt si quādo vnū quodlibet bonū vel minimū faciant: a malis suis oībus respectū mentis protinus auertant: atqꝫ hoc qd vel extremū bonū fecerint/ tota intentione semp inspiciant: et eo sese iam quasi sanctos aspiciant: obliti malorū omniū que cōmiserūt: vnius sui tantūmodo boni memores/ qd fortasse facere nec perfecte potuerūt. Sicut euenire contra electis solet: vt cum multarū virtutū gratia polleant/ vnum eos vel tenuissimū vitiū valde defatigēs pulset: quatenus dum ex quadā parte sese infirmari considerant/ de his virtutibus in quibus preualēt/ se minime extollant: dūqꝫ de infirmitate trepidāt/ hoc quoqꝫ vbi fortes sunt/ humilius seruant. Sepe ergo reprobi per hoc q̄ vnū vel minimū bonū suum incaute cōspiciūt/ mala multa et grauia in quibus demersi sunt/ non agnoscūt. Et sepe electi per hoc q̄ ad tenuissimū malū suū infirmari trepidant: mira dispēsatione agitur/ vt magna bona ad que prouecti sunt/ non amittāt. Justi itaqꝫ ꝫ occulti examinis mensura disponit: vt istos mala ꝫ adiuuēt/ et illos bona grauent: dum isti ad prouectū boni vtuntur leuibus malis: et illi ad augmentū mali vtūtur minimis bonis. Isti quippe inde perfectius in bono proficiunt/ vnde de malo temptātur: illi autem inde ad maius malum deficiūt/ vnde de bono gloriātur. Sic itaqꝫ male bono vtitur reprobus: ꝫ bene malo vtitur probus: sicut sepe cōtingit vt alius ex cibo salutifero inordinate sumpto/ pestē languoris incurrat: alius veneno serpentis in medicamine ordinate con-

Ps. cxxx.

Puer. ix.

Mat. xj.

Ps. cxiiij.

j. Thess. ij.

Phi. ij.

G fectionis adhibito/languoris molestiā vincat. Ille ergo qui cibo salutifero vti recte noluit/inde perniciose moritur/vnde alij salubriter viuūt: iste autē qui veneno serpētis caute vti studuit: inde salubriter viuit/vnde alij periculose moriūtur. Venenū ergo serpentis non ipsam nequitiā/sed suggestionē nequitie dicimus: qua nolētes sepe renitētesq̄ temptant. Quod tūc in medicamē vertit/cū mens virtutibus erecta/cōspectis contra se temptationibus humiliat. Iniqui igitur atq̄ ab approbatione interni examinis reprobi/quelibet opera faciant/in quibuslibet virtutibus excrescant/humilitatis sensum penitus ignorant: quia nimirū leuiathan huius mēbra sunt: de quo superna voce dicit.

¶ S. De regula humilitatis: et de superbia disputatio.

¶ Omne sublime videt: quia nō solum per semetipsum/sed per eorū quoq̄ corda quos ceperit/quasi de sublimi cunctos inferius despicit. Capitulum. xvj.

Notandū vero q̄ leuiathan iste (qui per corporeā bestiā designat) sublime videre describit: qui videlicet cordis superbia cū exterius vsq̄ ad corpus extendit/prius p oculos indicatur. Ipsi quippe per fastū tumoris inflati/quasi ex sublimi respiciunt: et quo se deprimūt/altius extollunt. Nisi enim superbia per oculos quasi per quasdā se fenestras ostenderet: nequaq̄

Ps. xvij. deo psalmista dixisset: Populum humilē saluū facies: et oculos superborū humiliabis. Nisi se supbia per oculos

Prover. xxx. funderet: Salomon quoq̄ de iudee elatione non diceret: Generatio cuius excelsi sunt oculi: et palpebre eius in altum surrecte. Quia ergo per corporeū aial leuiathan iste signatur: et superbia vsq̄ ad corpus prodiens/apertius

H oculis principatur: antiquus hostis quasi de sublimi ocs videre describitur. Sed quia multa de ostendēdo humani generis inimico prolata sunt: valde mens appetit/vt in fine locutiōis dñice/vnum aliquid manifestius exprimatur: vnde mēbra illius breui nobis designatione monstrentur. Sequitur. [Ipse est rex super vniuersos filios superbie.] Ut leuiathan iste in cūctis que superius dicta sunt/caderet: sola se supbia percussit. Nequaq̄ enim per tot illos vitiosū ramos aresceret/nisi per hanc prius in radi-

Eccli. x. ce putruisset. Scriptū est naq̄: Oīs peccati initiū supbia. Per hanc enim ipse succubuit: per hanc se sequētem hominē strauit. Eo etenī telo salutē nostre immortalitatis impetijt: quo vitam sue beatitudinis extinxit. Sed idcirco hanc dñs fini sue locutionis intexuit: vt cum post mala oīa leuiathā illius superbiā diceret: qd esset malis omnibus deterius indicaret. Quia etiam per hoc q̄ in imo ponitur/vitiorū radix esse monstretur. Sicut enim inferius radix tegitur: sed ab illa rami extrinsecus expanduntur: ita se superbia intrinsecus celat/sed ab illa protinus aperta vitia pullulant. Nulla quippe mala ad publicū prodirent: nisi hec mentē in occulto costringeret. Hec est que leuiathan istius sensum feruescere sicut ollam facit. Unde et humanas mentes in quodā feruore insanie cōcutit: sed per aperta opera qualiter cōcussū animū euertat ostendit.

I Intus naq̄ prius ebullit in elatione/quod foris postmodum spumat in opere. Capitulum. xvij.

Sed quia occasio de supbie disputatione se prebuit: debemus hāc subtilius sollicitiusq̄ discutere: atq̄ ad humanas mētes quāta vel qualis veniat/et quibus qualiterue surripiat/demōstrare. Alia quippe vitia eas solūmodo virtutes impetūt quibus ipsa destruūtur: vt videlicet ira patientiā/gastrimargia abstinētiā/libido continētiam expugnet. Supbia autē (quā vitiorū radicē diximus) nequaq̄ vnius virtutis extinctione contēta/cōtra cuncta anime mēbra se erigit: et quasi generalis ac pestifer morbus corpus omne corrūpit: vt quicquid illa inuadēte agitur/etiā si esse virtus ostēditur: nō per hoc deo/sed soli vane glorie seruiat. Quasi enim tyrānus quidā obsessam ciuitatē intercipit/cū mētem superbia arripit: et quo ditiorē quēq̄ ceperit/eo in dñio durios exurgit: quo amplius res virtutis sine humilitate agitur/eo latius ista dominat. Quisquis vero eius in se tyrānidem captiua mente susceperit: hoc prius dānū patitur/q̄ clauso cordis oculo iudicij equitatē perdit. Nā cuncta que ab alijs bene gerūtur/displicent: et sola ei que ipse vel praue egerit placent. Semper aliena opera despicit: semp miratur que ipse facit: quia et quicquid egerit/egisse se singulariter creditatq̄ in eo qd exhibet per glorie cupiditatē/sibimetipsi fauet p cogitatione: et cū se in

H cunctis transcendere ceteros estimat/per lata cogitationū spatia secū deambulans/laudes suas tacitus clamat. Nonnunq̄ vero ad tantā elationē mens ducit: vt in eo qd tumet/etiam per ostentationē locutiōis effrenetur. Sed tāto facilius ruina sequit: quāto apud se quisq̄ impudētius exaltatur. Hinc enim scriptū est: Ante ruinā exaltat

Prover. xvj. cor. Hinc p Danielē dicit: In aula babylonis deambulabat rex: respondit q̄ et ait. Nonne hec est babylon magna/quā ego edificaui in domū regni/in robore fortitudinis mee/in gloria decoris mei? Sed hūc tumorē q̄ cōcita vindicte ira repressit: illico adiūxit dicēs. Cū adhuc sermo esset in ore regis/vox de celo ruit: Tibi dicit Nabuchodonosor rex: Regnū trāsiet a te: et ab hoībus te eijcient: et cū bestijs ferisq̄ erit habitatio tua: fenū quasi bos comedes: et septē tēpora mutabūtur sup te. Ecce quia tumor mentis vsq̄ ad aperta verba se protulit: patiētia iudicis protinus vsq̄ ad sentētiā erupit: tantoq̄ hūc districtius percussit/quantū eius se supbia immoderatius erexit: et qz enumerādo bona dixit in quibus sibi placuit/enumerata mala in quibus ferietur audiuit. Capitulum. xviij.

Ciendū vero est q̄ ipsa hec de qua tractam⁹ elatio: alios ex rebus secularibus: alios vero ex spiritualibus possidet. Alter naq̄ intumescit auro: alter eloquio: alter infimis et terrenis rebus: alter sūmis

L celestibusq̄ virtutibus. vna tamen eadēq̄ res ante oculos dei agitur: quia ad humana corda veniens/in eorū obtutibus diuerso amictu palliat. Nam cū is qui de terrena prius gloria superbierat: postmodū de sanctitate extollitur: nequaq̄ cor eius elatio deseruit/sed ad eū cōsueto veniēs/vt cognosci nequeat/vestē mutauit. Sciēdū quoq̄ est q̄ aliter hec p̄positos/atq̄ aliter subditos temtat. Preposito naq̄ in cogitationibus suggerit: quia solo vite merito sup ceteros excreuit: et si qua ab eo bene aliquando gesta sunt: hec importune eius animo obijcit: et cū hunc deo singulariter placuisse insinuat: quo facilius suggesta persuadeat/ipsam ad testimonium potestatis tradite retributionē vocat: dicēs: Quia nisi oīpotens deus te his oībus meliorem cerneret: oēs hos sub tuo regimine nō dedisset. eiusq̄ mox mētē erigit: viles atq̄ inutiles eos q̄ subiecti sunt ostēdit: vt nullū iā quasi dignū respiciat cui equanimiter loquatur. Unde et mox mentis trāquillitas in iram vertitur: quia dum cunctos despicit/dum sensum vitāq̄ omniū sine moderamine reprehēdit: tanto effrenatius se in crudelitatem dilatat/quāto eos qui sibi cōmissi sunt/esse sibimet indignos putat. Capitulum. xix.

M At contra cū subiectorū cor superbia instigat: hoc summopere nititur agere/vt sua acta considerare funditus negligant: et semper tacitis cogitationibus rectoris sui iudices fiāt: qui dum in illo qd reprehēdere debeāt/importune respiciāt/in semetipsis qd corrigāt nunq̄ vident. Unde et tāto atrocius pereūt/quanto a se oculos auertūt: qz in huius vite itinere offendentes corruūt/dum aliubi intendunt. Et quidē peccato-

N res se asserūt: nec tamen tantum vt tam noxie in regimine persone traderent: cōsiderāt. Et dū eius facta despiciūt: dū precepta cōtēnunt: ad tantā vsq̄ insaniā deuoluūtur/vt deū res humanas curare nō estimēt: quia et qui quasi iure reprehenduntur/esse se cōmissos dolent. Sicq̄ dū contra rectorē superbiunt: etiā cōtra iudicia cōditoris intumescunt: et dū pastoris sui vitam diiudicāt/ipsam quoq̄ sapientiā oīa disponētis impugnant. Sepe autē rectoris sui dictis proteruie obuiāt: et eādem vocis superbiā libertatem vocāt. Sic quippe elatio se quasi pro libertate rectitudine obijcit: sicut sepe se et timor pro humilitate supponit. Nā sicut plerīq̄ reticent ex timore: et tacere se estimant ex humilitate: ita nonnulli loquūtur per impatientiam elationis: et tamē loqui se credūt p libertatē rectitudinis. Aliquando autem subditi proterue que sentiunt/nequaq̄ prodūt: et hi quorum loquacitas vix cōpescitur/nonnunq̄ ex sola amaritudine intimi rancoris obmutescunt. Qui per dolorē mentis/procacitatis sue verba subtrahentes: cum male loqui soleant/peius tacēt: quia cum peccantes aliquid de correctione audiunt/indignantes etiam responsionis verba suspendunt. Cum his quando asperius agitur: sepe ad querele vocem de hac ipsa asperitate prosiliunt. Cum vero eos magistri sui blande preueniunt: de hac ipsa humilitate qua preuenti sunt/grauius indignāturet tanto eorū mens vilius accēditur/quāto

[A] consideratius infirmari iudicantur. Qui nimirũ quia humilitatẽ que virtutũ mater est nesciũt: vsum laboris sui perdunt: etiam si qua bona sunt que operari videantur: quia surgentis fabrice robusta celsitudo nõ figitur, que nequaꝗ per fundamenti fortitudinẽ in petra solidatur. Eo ergo ruine crescit quod edificant: quia ante molẽ fabrice, humilitatis fundamina non procurant. Quos bene ab intimis prodimus: si paucis in exterioribus ostẽdamus. Cunctis nãꝗ superba apud se cogitatione tumentibus inest clamor in locutione: amaritudo in silẽtio: dissolutio in hilaritate: furor in tristitia: inhonestas in actione: honestas in imagine: erectio in incessu: rancor in responsione. Horũ mens semꝑ est ad irrogandas cõtumelias valida: ad tolerãdas infirma: ad obediendum pigra: ad lacessẽdos vero alios importuna: ad ea que facere et debet et preualet ignaua: ad ea autẽ que facere nec debet nec preualet parata. Hec in eo qđ sponte non appetit, nulla exhortatione flectitur: ad hoc autem qđ latẽter desiderat, querit vt cogatur: quia dum metuit ex desiderio suo vilescere, optat vim in ipsa sua voluntate tolerare. Capitulum. xx.

[Esa. xl.] Igitur quia humanos animos aliter temtari ex rebus carnalibus: atqꝫ aliter ex spiritualibus diximus, audiant illi: Omnis caro fenũ, et gloria eius sicut flos feni. Audiãt isti quid quibusdã post miracula dicat: [Luce. xiij.] Nescio vos vnde sitis: discedite a me oẽs operarij iniquitatis. [Ps. lxi.] Audiant illi. Diuitie si affluant, nolite [Mat. xxv.] cor apponere. Audiant isti quia fatue virgines que cum vacuis vasculis veniunt, ab internis nuptijs excluduntur.

[B] Rursum quia aliter tentari prelatos, atqꝫ aliter subditos [Ecclesiastici. xxxij.] prefati sumus: audiant illi quod per quẽdam sapientẽ dicitur: Ducem te constituerũt: noli extolli: sed esto in illis [Heb. xiij.] quasi vn⁹ ex eis. Audiãt isti. Obedite prepositis vestris, et subiacete eis. ipsi enĩ peruigilãt quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris. Audiant illi cum de accepta potestate gloriãtur: hoc qđ abeat voce ardenti diuiti dicitur. [Luce. xvj.] Memento fili: quia recepisti bona in vita tua. Audiant isti cũ cõtra rectores suos in querela prosiliũt: hoc qđ mur- [Exo. xvj.] muranti populo Moysi et Aaron vocibus respondetur. Nec contra nos est murmur vestrum, sed cõtra dominũ. [Ps. lxvij.] Nos enim quid sumus? Audiant illi. Turbabũtur in cõspectu eius patres orphanorũ et iudices viduarum. Audiant isti quod contra cõtumaciam subditorum dicitur: [Rom. xiij.] Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Audiant si- [Jaco. iiij.] mul omnes. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Audiãt omnes. Immũdus est apud deum ois [Eccli. x.] qui exaltat cor suum. Audiant oẽs. Quid superbis terra et cinis? Contra huius languoris pestem audiamus cũ- [Matth. xj.] cti quod magistra veritas docet dicens: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Capitulum. xxj.

[Cur vnigenit⁹ dei filius se humiliauerit.] Ad hoc nãqꝫ vnigenitus dei filius formã infirmitatis nostre suscepit: ad hoc inuisibilis, nõ solũ visibilis, sed etiã despectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, irrisionũ opprobria, passionũqꝫ [C] tormenta tolerauit: vt superbum non esse hominẽ doceret humilis deus. Quanta ergo humilitatis virt⁹ est: ꝑpter quã solam veraciter edocendam, is qui sine estimatione magnus est, vsqꝫ ad passionem factus est paruus? Quia enim originẽ perditionis nostre se superbia prebuit diaboli: instrumentum redẽptionis nostre inuenta est humilitas dei. Hostis quippe noster magnus inter omnia conditus, videri super omnia voluit elatus. Redemptor autem noster magnus manens super omnia, fieri inter oĩa dignatus est paruus. Sed melius elationis causam detegimus, et fundamenta humilitatis aperimus, si breui cõmemoratione perstringimus: quid mortis auctor: quid [Esa. xiiij.] vite conditor dicat. Ille namqꝫ ait: In celum ascendam. Iste autem per prophetã dicit: Repleta est malis anima [Ps. lxxxvij.] mea: et vita mea inferno appropinquauit. Ille dicit. Su- [Esa. xiiij.] per astra celi exaltabo soliũ meũ. Iste humano generi a [Zacha. ij.] paradisi sedibus expulso dicit. Ecce venio cito, et habi- [Esa. xiiij.] tabo in medio tui. Ille dicit. Sedebo in monte testamen- [Ps. xxj.] ti, in lateribus aquilonis. Iste dicit. Ego sum vermis et non homo: opprobriũ hominũ, et abiectio plebis. Ille di- [Esa. xiiij.] cit. Ascendã super altitudinẽ nubiũ, et similis ero altissi- [Phil. ij.] mo. Iste cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est se equalẽ esse deo: sed semetipsum exinaniuit, formã ser- [Ps. lxxxv.] ui accipiens. et per mẽbra sua loquitur dicens. Dñe quis [Exodi. v.] similis tibi? Ille per mẽbra sua loquitur dicens. Nescio dominũ: et israel nõ dimittã. Iste per semetipsum dicit: [D] [Joan. viij.] Si dixero quia nõ noui eum: ero similis vobis mendax: sed noui eum, et sermonẽ eius seruo. Ille dicit. Mea sunt [Eze. xxix.] flumina, et ego feci ea. Iste dicit. Non possum a meipso fa- [Jo. xiiij.] cere quicqꝫ. Et rursum. Pater meus in me manens: ipse [Ibidem.] facit opera. Ille regna omnia ostẽdens dicit. Tibi dabo [Luce. iiij.] potestatẽ hanc vniuersam et gloriam illorum: quia mihi tradita sunt: et cui volo do illa. Iste dicit. Calicem quidem meũ bibetis: sedere autem ad dexteram vel ad sini- [Mat. xx.] stram meã: non est meũ dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Ille dicit. Eritis sicut dij: scientes bonum [Gen. iij.] et malum. Iste dicit. Non est vestrũ nosse tẽpora vel mo- [Act. j.] menta: que pater posuit in sua potestate. Ille vt voluntas diuina despici, et vt possit propria suaderi, dicit. Cur pre- [Gen. iij.] cepit vobis deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Et paulo post. Scit enim deus ꝙ in quocunqꝫ die comederitis ex eo, aperiẽtur oculi vestri. Iste dicit. Nõ [Joan. v.] quero voluntatẽ meam: sed voluntatẽ eius qui misit me. Ille per mẽbra sua loquitur dicẽs: Nullum pratũ sit qđ [Sap. ij.] non pertranseat luxuria nostra: coronemus nos rosis antequã marcescant: vbiqꝫ relinquamus signa letitie nostre. Iste mẽbris suis prenunciat dicens. Plorabitis et flebi- [Joan. xvj.] tis vos: mundus autem gaudebit. Ille nihil aliud mentes sibi subditas docet ꝙ celsitudinis culmẽ appetere: cũcta equalitatis mentis tumore transcẽdere: societatẽ omniũ hominũ alta elatione transire: ac sese et contra potentiam conditoris erigere: sicut de eisdem per psalmistã dicitur: [Ps. lxxij.] Transierunt in dispositionem cordis: cogitauerunt et lo- [E] cuti sunt nequitias, iniquitatẽ in excelso locuti sunt. Iste ad sputa, ad palmas, ad colaphos, ad spineã coronam, ad crucẽ, ad lanceam, atqꝫ ad mortẽ veniens, mẽbra sua [Joan. xij.] admonet dicens. Si quis mihi ministrat, me sequatur.

Capitulum. xxij.

Quia igitur redẽptor noster corda regit humilium: et leuiathan iste rex dicitur superborum: aperte cognoscimus ꝙ euidentissimũ reproborum signũ superbia est: at cõtra humilitas electorũ. Cum ergo quẽ quisqꝫ habeat cognoscitur: sub quo rege militet inuenitur. Unusquisqꝫ enim quasi quẽdam titulũ portat operis, quo facile ostẽdat sub cuius seruiat potestate rectoris. Unde et per euangeliũ dicitur: Ex fructibus eo- [Matt. vij.] rum cognoscetis eos. Ne igitur nos leuiathan istius mẽbra vel mira faciendo fallerẽt: apertum signũ dñs quo deprehendi valeant demonstrauit, dicens. Ipse est rex super vniuersos filios superbie. Qui etsi quando fictam speciẽ humilitatis assumunt: semetipsos tamen celare in oĩbus nequaꝗ possunt: quia eorũ superbia diu latere non sustinens: cum ex alia tegitur, ex alia actione denudatur. Qui vero sub rege humilitatis militãt: semꝑ pauidi, atqꝫ ex omni latere circũspecti, aduersum iacula elationis pugnant: et quasi contra venientes ictus solummagis in suo corpore oculum custodiũt: dum in semetipsis principaliter humilitatem tuentur.

Finit liber tricesimusquartus Moralium sancti Gregorij.

Sequitur liber tricesimusquintus et vltim⁹ moralium sancti Gregorij: cõtinuans quadragesimisecundi capituli tertius libri Job expositionem. Capitulum primum.

Quia iste vltim⁹ huius operis liber est: et locis difficilioribus ꝑtractatis, minus obscura sunt que supersunt; libet hũc indulgentius remissiusqꝫ transcurrere. Uelut enim fesso enim magno mari, iam litt⁹ cernimus: et intentionis nostre vela deponẽtes non eodẽ quo prius impetu ducimur: sed tamẽ adhuc ex impulsiõe pelliti flatus imus. Quasi anxietatis nostre ventus cecidit: sed tamen eius vis iam seipsa tranquillior, vsqꝫ ad stationẽ nos litoris impellit. Igitur postꝙ fideli famulo dñs leuiathan hostis eius ꝙ sit et fortis et callidus ostendit: dum vires illius subtiliter fraudesqꝫ patefecit: beatus Job ad vtraqꝫ respondit dicens. [F]

[B] ¶ Textus capituli. xlij. libri beati Job.

Respondens autem Job dño: dixit: Scio quia oĩa potes: ꝛ nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat cõsiliũ absq̃ scientia? Ideo insipiẽter locutus sum: et que vltra modum excederẽt scientiã meã. Audi ꝛ ego loquar: interrogabo te: et respõde mihi. Auditu auris audiui te: nũc autẽ oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo: et ago penitentiã in fauilla ꝛ cinere. Postq̃ autẽ locutus est dñs ad Job verba hec: dixit ad eliphaz themanitẽ. Iratus est furor meus in te: et in duos amicos tuos: qm̃ non estis locuti coram me rectũ sicut seruus meus [C] Job. Sumite ergo vobis septẽ tauros et septẽ arietes: et ite ad seruũ meũ Job: et offerte holocaustũ pro vobis. Job autem seruus meus orabit pro vobis. Faciem eius suscipiã: vt non vobis imputetur stulticia. Neq̃ enim locuti estis coram me rectũ sicut seruus meus Job. Abierũt ergo eliphaz themanites et baldath suites et sophar naamathites: ꝛ fecerũt sicut locutus fuerat dñs ad eos: et suscepit dñs faciem Job. Dñs quoq̃ conuersus est ad penitentiam Job: cum oraret ꝓ amicis suis. Et addidit dominus omnia quecũq̃ fuerãt Job duplicia. Venerunt autẽ ad eum omnes fratres sui ꝛ vniuerse sorores sue: ꝛ cuncti qui nouerãt eum prius: ꝛ comederunt cũ eo panẽ in domo eius. Et mouerunt super eũ caput: et consolati sunt eum sup omni malo qđ intulerat dominus super eum: et dede- [D] runt ei vnusquisq̃ ouem vnã et inaurẽ auream vnam. Dñs autẽ benedixit nouissimis Job magis q̃ principio eius. Et facta sunt ei quattuordecim milia ouium: et sex milia camelorum: et mille iuga boum: ꝛ mille asine: ꝛ fuerũt ei septẽ filij: et tres filie. Et vocauit nomen vnius Diẽ: et nomẽ secũde Casiam: ꝛ nomẽ tertie Cornustibij. Non sunt autẽ inuente mulieres speciose sicut filie Job ĩ vniuersa terra. Deditq̃ eis pater suus hereditatẽ inter fratres earum. Vixit autem Job post flagella hec cẽtum quadraginta annis: et vidit filios suos: et filios filiorum suorum vsq̃ ad quartam generationem: ꝛ mortuus est senex et plenus dierum.

¶ Explicit liber Job.

¶ S. Q. omnis sapientia humana sapientie diuine cõparata insipientia est.

¶ Scio quia omnia potes: et nulla te latet cogitatio. | Contra immanes quippe vires eius intulit: Scio quia oĩa potes contra occultas vero machinationes illius subiũxit: Et nulla te latet cogitatio. Unde ꝛ mox leuiathan eidem exprobrat dicẽs. | Quis est iste qui celat consilium absq̃ scientia? | Absq̃ sciẽtia enĩ leuiathan celat cõsilium: quia q̃uis contra infirmitatẽ nostrã multis fraudibus occultet: protectoris tamẽ nostri sancta nobis inspiratione detegit. Absq̃ sciẽtia celat consiliũ: quia licet tentatos lateat: latere tamen protectorem non potest tentatorũ. Igitur audita fortitudine et calliditate diaboli: audita etiam creatoris nostri potentia: que et illũ valenter reprimit: et nos misericorditer tegit: queramus beate Job: vt que de temet ipso sentis: nobis minime occultes. Sequitur. | Ideo insipienter locutus sum: et que vltra modũ excederent scientiã meã. | Omnis humana sapientia q̃tolibet acumine polleat: diuine sapientie com- [E] parata: nec iusta nec pulchra: sed insipientia est. Omnis enĩ hũana que iusta: que pulchra sunt: dei iustitie et pulchritudini comparata: nec iusta nec pulchra sunt: nec omnino sunt. Beatus itaq̃ Job ea que dixerat: sapienter se dixisse crederet: si verba superioris sapiẽtie non audiret. In cuius cõparatione stultũ est nostrũ omne quod sapit. Et qui sapiẽter quidẽ locut⁹ hoĩbus fuerat: diuinas tamen sententias audiens: sapientius se cognoscit non esse sapientẽ. Hinc est q̃ Abraham inter verba dñica nil se nisi puluerẽ vidit: dicens. Loquar ad dñm meum: cum sim puluis et cinis. [Gen. xviij] Hinc est q̃ Moyses omni egyptiorũ sapientia instructus: ex quo loquentẽ dñm audiuit: impeditioris ꝛ tardioris lingue se esse deprehendit: dicẽs. Obsecro dñe: non sum eloquens: ab heri enĩ et nudiustertius: ex quo locutus es ad seruũ tuum: impeditioris ꝛ tardioris lingue sum. [Exo. iiij] Hinc est q̃ Esaias postq̃ sedentem dñm super soliũ excelsum atq̃ eleuatum vidit: postq̃ seraphin duabus alis faciem: duabus velare pedes: et duabus volare cõspexit: postq̃ id quod est: sanctus, sanctus, sanct⁹ dominus deus exercituũ: alterũ ad alterum clamare audiuit: ad seipsum rediens ait: Ve mihi quia tacui: quoniã vir pollutus labijs ego sum: et in medio populi polluta labia habentis ego habito. Mox q̃ ipsam pollutionem vnde cognouerat subdens ait: Et regem dominum exercituum vidi oculis meis. [Esaie. vj] [Ibidem.] Hinc etiã Hieremias diuina verba audiens: verba se nõ habere cognouit: dicens. A, a, a. Domine deus ecce nescio loqui: quia puer ego sum. [Hiere. j]

Capitulum. ij.

[F] Hinc Ezechiel loquens de quattuor alialibus dicit: Cum fieret vox supra firmamentũ quod erat supra caput eorũ: stabant et submittebant alas suas. Quid enĩ per volatũ animaliũ nisi euangelistarũ atq̃ doctorũ sublimitas designatur? Vel qđ sunt ale animaliũ: nisi sanctorũ contẽplationes: eos ad celestia subleuantes? Sed cũ fit vox supra firmamentũ quod super caput eorũ est: stantes submittunt alas suas: quia cum internam vocem superne sapientie audiũt: quasi volatus sui alas deponũt: quia videlicet ipsam veritatis altitudinem minus se contẽplari posse cognoscunt. Ad vocem ergo desuper venientẽ alas deponere: est cognita superna potentia: virtutes proprias humiliare: et considerationẽ creatoris nil de se aliud q̃ abiecta sentire. Sancti itaq̃ viri dũ diuinitatis arcana audiunt: q̃to magis contemplando proficiunt: tãto amplius despiciendo qđ sunt: aut nihil: aut prope nihil se esse cognoscunt. Respõdeat ergo diuinis sermonibus beatus Job: et sapienter proficiens: stultum se esse deprehendat: dicens. Insipienter locutus sum: et que vltra modum excederent scientiã meam. Ecce tanto se amplius redarguit: quanto ampli⁹ profecit: ꝛ scientiam suã vltra modum excessisse se credit: quia in verbis domini plus q̃ estimauerat: secreta diue sapientie cognouit. Sequitur.

[G] ¶ S. Q. serui dei ignorantiam suã profitentes: non arrogant sibi quod nesciunt: sed doceri a deo volunt.

¶ Audi ꝛ ego loquar: interrogabo te: et responde mihi. | Audire nostrum est: sono aliunde venienti aurẽ aliquo positã cõmodare. At contra deo (cui nil extra est) audire proprie est: sub semetipso surgentia desideria nostra percipere. [Audire nostrum.] [Audire dei.] Ad deum ergo (qui ꝛ tacentiũ corda cognoscit) loqui nostrũ est: non vocibus gutturis id quod sentimus prodere: sed promptis ad illum desiderijs inhiare. [Loq nrm ad deum.] Et quia ideo quisq̃ interrogat: vt discere valeat quod ignorat: hominis deum interrogare est: in conspectu eius nescientẽ se cognoscere. [Interrogare nrm.] Respõdere autẽ dei est: cum qui se bene humiliter nescientem cognouerit: occultis inspirationibus erudire. [Respõdere dei.] Ait ergo beatus Iob. Audi et ego loquar. Ac si diceret: Misericorditer desideria mea percipe: vt dum hec tua pietas percipiens adiuuat: ad te multiplicious consurgant. Bona quippe vota quotiens effectum percipiunt: multiplicantur. Unde alias scriptum est: Ego clamaui: quoniã exaudisti me. [Ps. xvj.] Non enĩ ait: quia clamaui exaudisti me: sed clamaui quoniam exaudisti me. Qui enĩ loquens exaudit⁹ fuerat: votis ꝓficientibus exauditus clamabat. Interrogabo te: ꝛ respõde mihi. Ac si diceret: Nescientem me ex tue sciẽtie contemplatione cognosco. Interroganti igitur responde: id est stultitiam propriam humiliter cognoscentẽ doce. Quia enĩ interrogaret ipse ex desiderio humilitatis: et deũ sibi respondere quereret

A ex magisterio aspirationis/verbis sequentibus declaratur. Interrogaturũ quippe se perhibuit: sed nihil interrogando subiungit. Nam sola de se humilia sentiens/et que misericorditer a domino perceperit agnoscens/protinus subdit.

¶ S. Q sanctus Iob tñ ex passiõe profecerit/ut interne mẽtis oculo flagelli sui utilitatẽ reuelãte deo itellexerit.

¶ Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te.] His nimirum verbis aperte indicat: quia quanto visus superior est auditu/tãto differt ab eo quod prius extitit: et hoc quod postmodũ per flagella profecit. Et quia interno oculo veritatis lumen magis cõspexerat: humanitatis sue tenebras diiudicans plus videbat. Unde et sequitur.

¶ S. Q tunc utilis sit reprehẽsio/cum correctio sequitur et penitudo.

¶ Idcirco ipse me reprehẽdo.] Quanto enĩ quisque se minus videt: tanto sibi minus displicet: et quanto maioris gratie lumen percipit/tanto amplius reprehensibilem se esse cognoscit. Cum enĩ intrinsecus subleuatur per omne quod est: ad eam quam super se conspicit regulã congruere nititur. Et quia adhuc humana infirmitas prepedita cernit quia et ex non minima parte dissentit: totum magis ex se illi onerosum ẽ quod interne regule cõueniens non est. Quam regulam beatus Iob post flagella proficiens amplius suspicit: et a semetipso in magna sui redargutione dissentit/dicens: Idcirco ipse me reprehẽdo. Sed quia nulla est cognitio B reprehensionis/si non sequantur etiam lamenta penitudinis: recte post reprehẽsionem subdit. [Et ago penitentiã in fauilla et cinere.] In fauilla etenim et cinere penitẽtiam agere/est contẽplata summa essentia/nil aliud quam fauillã se cineremque cognoscere. Mat. xj. Unde et ciuitati reprobe in euangelio dominus dicit: Si in tyro et sydone facte fuissent virtutes que facte sunt in vobis: olim in cilicio et cinere penitẽtiam egissent. In cilicio quippe asperitas et compunctio peccatorum: in cinere autẽ puluis ostenditur mortuorũ. Et idcirco vtrumque hoc adhiberi ad penitentiam solet: vt in punctione cilicij cognoscamus quid per culpam fecimus: et in fauilla cineris perpẽdamus/quid per iudiciũ facti sumus. Consideretur ergo in cilicio pungentia vitiorum: consideretur in cinere per mortis sentẽtiam subsecuta iusta pena vitiorum. Quia enim post peccatũ carnis contumelie surrexerũt: videat homo in asperitate cilicij superbiendo quid fecit: videat in cinere vsquequo peccando peruenit. Potest quoque cilicio ipsa per recordationem atque penitentiam dolorum punctio designari. Nam hoc quod ait beatus Iob: Ipse me reprehendo: quasi quodam cilicio pungitur: dum in mente sua asperis redargutionum stimulis confricatur. In cinere autem agit penitentiã: quia ex primo peccato quid per iustum iudicium factus sit/solerter attendit/dicens. Ago penitentiam in fauilla et cinere. Ac si aperte dicat. De nullo auctoris mei dono superbio: quia sumptus ex puluere/per illatẽ mortis sentẽtiã ad puluerem me redire cognosco.

Capitulum. iij.

C Auditis igitur cunctis sermonibus Iob: cognitis etiã responsionibus amicorũ: libet ad internũ iudicis sententiam spectationem mentis nostre conuertere/atque dicere: Ecce domine vtrasque in conspectu tuo differentium partes audiuimus: et Iob quidem in hoc certamine virtutis sue facta reuoluere: et amicos eius contra eũ cognouimus tue iustitie gloriam defensare. Inter hec autẽ quid nostra mẽs sentiat agnoscis. Neque enim possumus eorum nos dicta reprehendere: quos defensioni tue cognoscimus deseruire. Sed ecce assistunt partes: expectant sententiam: profer ergo domine ex inuisibili regula subtilissimum tue discretionis examen: et quis in cõtentione ista sit rectius locutus ostende. Sequitur.

¶ S. Q ex dei sententia verba amicorum Iob reprobãtur: ipsius vero Iob responsio et patientia probatur.

¶ Postquam autẽ locutus est dominus verba hec ad Iob: dixit ad eliphaz themanitem: Iratus est furor meus in te/et in duos amicos tuos: quoniam non estis locuti coram me rectum sicut seruus meus Iob.] O domine iudicij tui sententia indicat: quantum a luce tue rectitudinis cecitas nostra discordat. Ecce te iudice beatum Iob victorem esse cognoscimus: quẽ in te peccasse loquendo credebamus. Ecce iudice addicti sunt: qui beati Iob se merita transcendere reprobe loquendo crediderunt. Quia igitur ex diuina sententia quid de partibus estimemus agnouimus: nunc D eiusdem sententie paulo subtilius verba pensemus. Quomodo enim superius beatus Iob reprehenditur: si in comparatione eius rectitudinis amici illius nequaquam coram dño locuti rectum memorantur? An adhuc illa de eo sententia confirmatur: qua antiquo hosti dicitur: Uidisti seruũ meum Iob: quod nõ sit ei similis super terram? Sed quid est hoc quod et laudat hosti/et in seipso reprehendit: in seipso autẽ reprehendit/et tamen amicis loquentibus antefert: nisi quod sanctus vir cunctos meritorũ suorum virtute transcendit: sed eo ipso quod homo fuit ante dei oculos sine reprehẽsione esse non potuit? In sancto quippe homine in hac interim vita commorãte/diuini examinis regula habet adhuc quod iudicet: quia iam ex comparatione ceterorum hominũ habeat quod laudet. Beatus igitur Iob pro culpa se credidit et non pro gratia flagellari: resecari in se estimauit vitia/non autem merita augeri: et in eo reprehenditur quod intentionẽ flagelli fuisse aliam suspicatur: et tamen amicis resistentibus interni iudicij definitione prelatus est.

Capitulum. iiij.

Unde aperte colligitur quante iustitie fuerit is qui contra amicorum verba innocentiã sue operationis astruxit: qui diuino iudicio etiã ipsis eiusdem diuini iudicij defensoribus antefertur. In exordio autẽ libri huius agnouimus: quod de illo sathan domino dixerat: Mitte manum tuam et tange eum: et vide si non in faciem benedicat tibi. Ad quã petitionem beatus Iob damnis/orbitate/vulneribus/et verborum scãdalis tangi permittitur: quia videlicet certus qui eum laudauerat extitit quod nequaquam iuxta assertionem diaboli sanctus vir in maledictionis culpam laberetur. Sicut ergo et superius E diximus: quisquis beatum Iob in locutiõe sua estimat post flagella peccasse: aperte dominum iudicat in sua assertiõe errasse. Et quamuis dominus ad diabolum loquẽs/bona illius presentia pretulit: non autem eius perseuerantiam spopondit: sciendum tamen est quia nequaquam eius iustitiam permittendo tentatori pretulisset: si eum iustum in tentatione persistere non posse preuideret. Permisso itaque diuinitus in eius tentatione diabolo: quisquis eum in tentatione succubuisse existimat/ignorantiam permittẽtis accusat. Approbemus igitur in dictis suis veraciter Iob: ne deum in sua prouidentia nequiter accusemus. Et quidẽ quantum ad humana iudicia/in verbis suis amici eius multa illo rectius dixisse crederentur: sed veritas aliam ex occulto regulam proferens/ait. Non estis locuti coram me rectum sicut seruus meus Iob. Coram me ait. Intus/ubi sepe multorum vita displicet: que etiam foris hominibus placet. Unde caute nimis in laudẽ iustorũ coniugum dictum est: Erant iusti ambo ante deum. Luc. j. Non enim secura laus est iustos ante homines apparere. Sepe enim humana sententia velut in deo magnũ quempiam approbat: sed hunc omnipotens deus quod quasi ex se approbatur ignorat. Hinc est enim quod psalmista vigilanter exorat dicens. Dirige in conspectu tuo viam meam. Psal. v. Nimirum quia plerumque in conspectu hominum recta via creditur etiam que a veritatis itinere deprauatur. Et notãdũ quod nõ dicitur: Nõ estis locuti coram me rectum sicut Iob: sed sicut seruus meus Iob: vt videlicet interpositione seruitutis/dum est quasi sub quadã peculiaritate cõmemoratur/cuncta que in defensione sua dixerat: F quia non contumaci superbia/sed humili veritate dixerit ostẽdat. Capitulum. v.

Sed quia iustus est et misericors deus: amicos eius et per iustitiam districte redarguit/et per misericordiam benigne cõuertit. Nam sequitur.

¶ S. Q heretici ad catholicam ecclesiã redeũtes per humilitatem confessionis et penitẽtie/sancti spiritus gratiam orantibus orthodoxis accipiunt: nec sit aliquis extra cõmunionem ecclesie indulgentie locus.

¶ Sumite vobis septem tauros et septem arietes: et ite ad seruum meum Iob: et offerte holocaustum pro vobis. Iob autem seruus meus orabit pro vobis. faciẽ eius suscipiam: ut non vobis imputetur stultitia.] Ecce iustus et misericors deus nec culpas sine increpatione deserit: nec reatũ sine cõuersione dereliquit. Ut enim internus est medicus: primo putredinem vulneris innotuit: et post remedia consequende salutis indicauit. Quia autẽ sepe iam diximus quod amici beati Iob hereticorum speciem tenent: qui deum dum defendere nituntur offendunt: quoniam

G in dictis suis veritati rebelles sunt/cui familiari se in fal
sa assertione suspicantur: omnipotēs deus sepe illos cor
pori sancte ecclesie per cognitionem veritatis inuiscerat:
bene ipsa quoq3 eorum conuersio: que sepe misericorditer
agitur/per hanc veniam quā amici Job percipiunt/ de:
signatur. Notandū vero magnopere est q̄ conuersionis
sue sacrificium domino non per se/sed per Job iubentur
offerre. Nimirum heretici cum ab errore redeunt: quia
erga se iram domini suo per se oblato sacrificio placare
nequaq3 possunt/nisi ad catholicam ecclesiam (quā bea:
tus Job significat) conuertantur: vt salutem suam eius
precibus obtineant/cuius fidem peruersis assertionib⁹
impugnabant. Ait enim. Job seruus meus orabit pro vo
bis. faciem eius suscipiam: vt non vobis imputetur stulti
tia. Ac si aperte hereticis dicat: Sacrificia vestra non ac
cipio: petitionum vestrarum verba non audio: nisi per in
tercessionem illius/cuius professionis verba de me vera:
cia recognosco. Et vos quidē tauros atq3 arietes ad ex:
hibenda sacrificia conuersionis vestre deducite: sed a me
salutem vestram per catholicam ecclesiam/ quam diligo
postulate. Ipsi enim volo dimittere id quod mihi in ipsa
deliquistis: vt hec vestram incolumitatem obtineat/ q̄ ex
vestro languore laborabat. Capitulum. vj.

Sola quippe est per quā sacrificiū dominus li:
benter accipiat: sola que pro errantib⁹ fiducial:
ter intercedat. Unde etiam de agni hostia domi
Exo. xij. nus precepit dicens: In vna domo comedetur: nec efferē
tis de carnibus eius foras. In vna nāq3 domo agnus co:
meditur: quia in vna catholica ecclesia vera hostia redē:
ptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex efferri
foras prohibet: quia dari sanctum canibus vetat. Sola ē i
qua opus bonum fructuose peragitur. vnde et mercedē
denarij non nisi qui intra vineam laborauerant acceperūt.
Sola est que intra se positos valida charitatis compage
Gen. vij. custodit. Unde et aqua diluuij arcam quidem ad subli:
miora sustulit: omnes autem quos extra arcam inuenit
extinxit. Sola est in qua superna mysteria veraciter con
templemur. Unde et ad Moysen dominus dicit: Est lo:
exo. xxxiij. cus apud me: et stabis supra petram. Et paulopost: Tol:
lam manum meam/ꝛ videbis posteriora mea. Quia enim
ex sola catholica ecclesia veritas conspicitur: apud se esse
locum dominus perhibet de quo videat. In petra Moy
ses ponitur/vt dei speciem contempletur: quia nisi quis
fidei soliditatem tenuerit/diuinam presentiam non co:
Mat. xvj. gnoscit. De qua soliditate dominus dicit: Super hāc pe
tram edificabo ecclesiam meam. Quid est ergo hoc loco
dicere ad amicos Job/ Ite ad Job: nisi petram ascēdite?
Quid est/ faciem eius pro vobis suscipiam: vt non vo:
bis imputetur stultitia: nisi id quod illic dicitur/ Po:
I steriora mea videbis: i. eius que postmodum futura est
mysteria incarnationis intelliges. Heretici autem pro eo
q̄ in petra stare cōtemnunt: transeuntis domini posterio
ra non aspiciunt: quia extra ecclesiam positi: incarnatio:
nis eius sicut sunt mysteria non agnoscunt. Sicut autē
et superius diximus: per tauros ceruicis superbie: per arie:
tes vero ducatus exprimitur: qui ab hereticis persuasis
plebibus quasi seductis gregibus agitur. De hereticis
namq3 superbientibus dicitur: qui infirmorum mentes
ps. lxvij. male suadendo corrumpunt: Consilium taurorum inter
vaccas populorum. Et quia sequentes se populos velut
greges trahunt: arietes aliquando nominantur. Gregem
Thren. j. scilicet arietes ducunt. Unde per increpationem Hiere:
mias ait. Principes tui velut arietes. Quia igitur here:
tici cum ad sanctam ecclesiam redeunt/ superbie elatio:
nem deserunt: et nequaq3 iam quasi sequentes greges/po
pulorum cuneos ad interitum ducunt: amici beati Job
offerre tauros et arietes iubentur. Tauros et arietes of:
ferre in sacrificio est: superbum ducatum conuersionis
humilitate mactare: vt edomita ceruice superbie/ discāt
obediendo sequi/qui dudū docendo preire conabantur.
Recte quoq3 eorum hec superbia septem sacrificijs ex:
piatur: q2 heretici ad ecclesiam reuertentes per humilita
tis hostiam dona spiritus gratie septiformis accipiunt:
vt qui elationis sue vetustate tabuerant/nouitate gratie
reformentur. Septenarius autem numerus apud sapien
tes huius seculi quadam sua habetur ratione perfectus:
q̄ ex primo pari ꝛ ex primo impari cōsummatur. Prim⁹
enim impar ternari⁹ est: primus q3 par quaternarius. Ex
R quibus duobus septenarius constat: qui eisdem partib⁹
suis multiplicatus i duodenariū surgit. Nam siue tres p
quattuor/seu quattuor per tres ducimus/ ad duodena:
rium peruenimus. Sed nos quia superno munere verita
tis predicamenta percipimus: hec sita scientie altitudi:
ne despiciendo calcamus. Hoc procul dubio inconcussa
fide retinentes: quia quos spiritus gratie septiformis re:
pleuerit/perficit/eisq3 nō solum trinitatis notitiam/ sed
etiam virtutum quattuor .i. prudentie/ temperātie/ forti:
tudinis/atq3 iustitie operationē prebet. Qui in ipsis quoq3
quos ingreditur/ suis quodāmodo partibus augetur:
dum et per trinitatis notitiam quattuor virtutum actio
accipitur: et per operationē virtutū quattuor vsq3 ad ma
nifestam trinitatis speciē peruenitur. Et apud nos ergo
septenarius/sed longe dissimiliter: quia plene et non ina:
niter in duodenarium surgit: dum et per fidem opera/ et
rursum per opera perficit fidem. Sancti quoq3 apostoli
gratie septiformis spū implendi/ duodecim sunt electi.
In quattuor enim mundi partibus trinitatem (que de⁹
est) innotescere mittebantur. Duodecim ergo electi sunt:
vt etiam ex ipsius numeri ratione causa claresceret: q̄ p
quattuor infima tria summa predicarent. Siue itaq3 hec
seu alia qualibet fortasse ratione: in scriptura tamē sacra
septenario numero aliquando secura requies eternitatis:
aliquando vniuersitas presentis huius temporis: aliqñ
autem sancte ecclesie vniuersitas designatur. Septena:
Gen. ij. rio quippe numero perfectio eternitatis innuitur: cum
dies septimus in requiem domini sanctificatus vocatur.
Cui iam vespera inesse non dicitur: quia eterne beatitu:
Exo. xx. dinis requies nullo termino coarctatur. Hinc est etiam
q̄ lege data dies septimus feriatus esse precipitur: vt eter
na per illum requies designetur. Hinc est q̄ in annorum
L curriculo septenarius numerus septies multiplicatus
monade addita ad quinquagenarium ducitur: vt perpe
tuam beatitudinem signans iubilei sacratissima requies
obseruetur. Hinc est q̄ resurgens dominus et frequēter
apparens/ vltimo iam conuiuio cum septem discipulis co
medisse describitur: quia hi qui in illo nūc perfecti sunt/
eterna per illum refectione satiantur. Capitulum. vij.

Rursum per septenarium numerum hec vniuer
sitas temporalitatis accipitur. Hinc est enim
q̄ per septem dies hoc totum vite presentis tē:
Josue. vj. pus euoluitur. Hinc est q̄ in typo sancte ecclesie (q̄ omni
tempore hunc mundum predicando circuit) arca domi:
ni tubis clangentibus muros hiericho diebus septē cir:
cuiens confregit. Hinc propheta ait: Septies in die lau:
ps. cxviij. dem dixi tibi. Quod ipse rursum pro toto atq3 vniuerso
ps. xxxiij. sue deprecationis tempore se dixisse significans/ait: Sē:
per laus ei⁹ in ore meo. Sz vero per septenariū numerū
presentis vite vniuersitas designatur: tunc magis osten:
ditur/cum post eum quoq3 etiam octonarius subinfert.
Septenarium quippe cum adhuc alius sequitur/ex ipso
eius augmento exprimitur: q̄ finienda tēporalitas eter:
nitate concludatur. Hinc est enim q̄ Salomon admonet
Eccle. xi. dicens: Da partes septem/necnon et octo. Per septenari
um quippe numerum hoc quod septem diebus agitur/
M presens tempus expressit. Per octonarium vero vitam
perpetuam signauit: quam nobis dominus resurre:
ctione patefecit. Dñico scz die resurrexit: qui dum diem
septimum .i. sabbatum sequitur/a conditione octauus in:
uenitur. Bene autem dicitur. Da partes septem necnon
ꝛ octo: quia ignoras quid mali futurum sit super terram
Ac si aperte diceretur: Sic dispensa temporalia/vt appe:
tere non obliuiscaris eterna. Oportet nāq3 vt in posterū
bene agendo prouideas/ q̄ de venturo iudicio q̄nta tribu:
latio sequatur ignoras. Hinc est q̄ quindecim gradibus
templum ascenditur: vt ex ipsa eius ascensione discatur/
quatenus per septem et octo ꝛ temporalis sollicite dispē
setur actio/ et prouide mansio eterna requiratur. Hinc
est etiam q̄ dum monas in denarium surgit: centum quī:
quaginta psalmos propheta cecinit. Propter hunc se:
ptenarium numerum temporalia/octonarium vero eter
na signantem/ super centum viginti fideles in cenaculo
residentes spiritussanctus effusus est. Per septem quip
pe et octo quindecim componuntur: et si ab vno vsq3 ad
quindecī numerādo paulatī per incremēta surgimus/
vsq3 ad centesimū ꝛ vicesimum numerum peruenimus.
Qua scz effusione spiritussancti didicerunt: vt et tempo:

B

nalia tolerando transirent/et eterna inhiãter appeterent. Rursum septenario numero sancte ecclesie vniuersitas designatur. Unde Joãnes in apocalypsi septẽ ecclesijs scribit: sed per eas quid aliud q̃ vniuersalẽ ecclesiam intelligi voluit? Que nimirũ vniuersalis ecclesia vt plena septiformis gratie spũ signaretur: Heliseus super puerũ mortuũ septies oscitasse describitur. Sup extinctũ quippe ppl'm dñs veniẽs/ quasi septies oscitat: q: et dona spirit⁹ septiformis gratie misericorditer tribuit. Quia igitur sepe septenario numero sancte ecclesie vniuersitas figuratur: veniant ad beatum Iob amici illius: et iussum diuinitus offerant holocaustum. Sed vigilanter omnino septenarij numeri arcana custodiunt: vt videlicet hi qui extra sunt positi/prius se vniuersitati sancte ecclesie misceant: et tunc demum veniam de reatu pristine elationis exquirant. Pro culpa sua septem sacrificia offerant: quia reatus sui absolutionem non accipiunt/nisi gratie septiformis spũ vniuersali pacta qua excisi fuerant aggregentur. Dicatur igitur: Sumite vobis septẽ tauros et septem arietes: et ite ad seruũ meũ iob: et offerte holocaustũ pro vobis. Job autẽ seruus meus orabit pro vobis. faciem eius suscipiã/ vt non vobis imputetur stultitia. Ac si hereticis redeuntibus aperte diceretur: Uniuersali vos ecclesie per humilitatẽ penitentie iungite: atq; eam quam per vosmetipsos digni non estis veniã/eius a me precib⁹ obtinete: qui cum per hanc veraciter sapere discitis: priorris apud me vestre sapientie stultitiam deletis. Sequit.

iiij. Reg. iiij. B

Capitulum. viij.

Neq; enim locuti estis corã me rectũ sicut seruus meus Job. Hec paulo ãte iam dñs protulit: et tamẽ hec eadẽ iterando subiũgit. Quid est hoc nisi q̃ sententiã quã semel iudicãdo dixerat/iterũ replicando cõfirmat: atq; vt manifestius beati iob iustitia/amicorũq; eius iniustitia demonstretur/eius laus/ illorumq; reprehensio iterata voce depromit: vt replicata foris/appareant q̃ fixa intus habeant. Nã q; cum rex egypti metuenda venture famis tempora sub boũ spicarũq; specie gemina visione cognouisset: voce sancti interpretis audiuit: Quod vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium/firmitatis iudicium est. Qua ex re aperte colligitur: quia quicquid ĩ eloquio diuino repetitur/robustius confirmatur. Sed quia quid iudex decreuit audiuimus: addisci quoq; quid faciant audiamus. Sequitur. Abierunt ergo eliphaz themanites: et baldath suites et sophar naamathites: et fecerunt sicut locut⁹ fuerat ad eos dñs: et suscepit dñs faciẽ iob. Horũ interpretationẽ nominũ idcirco reticemus: quia in hui⁹ operis exordio de eis nos latius disseruisse meminimus. Intuendum vero est: quia ita caute sicut predictus fuerat ordo accepte venie custoditur: vt in sacrificijs dominus nõ illorum sed beati Job faciem suscepisse referatur. Sed q: quisq; pro alijs intercedere nititur: sibi potius ex ipsa charitate suffragatur: recte subiungitur. Dñs quoq; conuersus ẽ ad penitentiam Job/cũ oraret pro amicis suis. Jam enĩ superius pro amicis suis exauditus ostenditur: cum factum quod prediximus memoratur: Fecerũt sicut locutus fuerat ad eos dominus: et suscepit dñs faciem Job. Sed cum protinus subinfertur: Dñs quoq; conuersus est ad penitentiam Job cũ oraret pro amicis suis: aperte ostenditur: q: etiam pro semetipso penitẽs tanto citi⁹ exaudiri meruit/q̃to deuote pro alijs intercessit. Plus enim pro se valere preces suas efficit/ qui has et alijs impendit. Libentius quippe sacrificiũ orationis accipitur quod in conspectu misericordis iudicis, pximi dilectione conditur. Quod tunc veraciter quisq; cumulat/si hoc etiam pro aduersarijs impendat. Hinc est enim q: magistra veritas dicit: Orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Hinc rursum ait: Cum stabitis ad orandum: dimittite si q̃d habetis aduersus aliquẽ: vt et pater vester qui ĩ celis est/dimittat vobis pctã vr̃a. Seruũ vero pro se obtinuit q̃ p alijs ĩteruenit: illico demonstrat cũ subdit:

Gen. xli. C

Luce. vi. Mar. xi.

¶ S. Qñ ĩ regno dei simplex stola adhuc stola sanctorum.

¶ Addidit dñs oĩa q̃cũq; fuerant Job duplicia. Cuncta q̃ amiserat/duplicia recepit: q: e p pietatẽ benigni iudicis tẽtationis nostre dispẽdiũ vicit suffragiis cõsolationum. Min⁹ aũt tẽtat, pbatio/ q̃ remuneratio cõsolatur: vt ex retributionis merito leue fuisse qd tolerauit agnoscat/qui ex persecutionis pondere graue se aliquid tolerare iudicabat. Unde afflicte quoq; iudee dicitur: Ad punctum in modico dereliqui te: et in miserationib⁹ magnis congregabo te. Aliquãdo vero iuxta afflictionis põdus disponitur mensura consolationis. Unde alias scriptum est: Secundũ multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tue letificauerunt animam meam. In ea enim mensura consolatum se in qua afflictus fuerat indicat: qui letificatum se s̃m multitudinem dolorum clamat. Nõ autem minime lector istruit: si ipsum remunerationis ordinem contempletur. Excessum quippe correctio/correctionem penitẽtia, poult enim venia/ veniam vero munera subsequunt. Sed q: diuine dispensationis permissione percuss⁹/etiam amicorum verbis afflictus est/diuine pietatis muneribus cõsolatus / etiam humana debet charitate refoueri: vt vndiq; ei consolationis gaudia respondeant/quem vndiq; dolorum tristitia et aduersa lacerabant. Unde et subditur: Uenerunt autem ad eum omnes fratres sui: et vniuerse sorores sue: et cuncti qui nouerant eum prius: et comederũt cum eo panem in domo eius: et mouerunt super eum caput suum. Quid in comestione panis nisi charitas: quid vero in motione capitis nisi admiratio designatur? Bene autẽ subditur: Et consolati sunt eum super omne malum quod intulerat dominus super eum. Percussi enim merorem consolari est: ei post percussionem de venia congaudere. Nã q̃to quisq; de restituta, pxima salute cernitur hilarescere: tanto se indicat de ablata doluisse.

D Esa. liiij. Ps. xciij.

¶ S. Qñ in fine mundi de gentib⁹ et iudeis vnã erit ecclesia: et innocẽtiã et obedientiã vterq; pplš offeret deo.

¶ Et dederũt ei vnusquisq; ouem vnam et inaurem auream vnam. Licet cuncta hec iuxta historiam veraciter dicta sint: ipsis tamen oblatis muneribus cogimur vt ad allegorie mysterium recurram⁹. Neq; enim ociose debemus accipere: q̃ ouem/q̃ vnam/q̃ inaurem auream obtulere/q̃ vnam. Et si fortasse iuxta litteram mirum nõ est/ouis oblata curyna: valde tamen mirum est/auris oblata curyna. Quid vero aut ouis ad inaurem pertinet/aut quid inauris ad ouem? Ex ipso ergo munerum fine cõpellimur: vt hora queq; quã superficietenus iuxta solam historiam contingendo transcurrimus: in allegorie mysterijs indagemus. Quia igitur christus et ecclesia: id ẽ caput et corpus vna persona est: sepe beatum Job diximus mõ capitis/modo figurã corporis designare. Capi. ix.

E

Eruata ergo historie veritate: sub typo gestũ sancte ecclesie sentiamus id quod scriptum est: Addidit domin⁹ oĩa q̃cunq; fuerant Job duplicia. Sancta quippe ecclesia etsi multos nunc pcussione tentationis amittit: in fine tamen huius seculi ea que sua sunt duplicia recipit: quando susceptis ad plenũ gẽtibus/ad eius fidem currere omnis que tunc inuẽta fuerit etiam iudea cõsentit. Hinc nãq; scriptum est. Donec plenitudo gentium introiret: et sic omnis israel salu⁹ fieret. Hinc in euãgelio quoq; veritas dicit: Helias veniet: et ille restituet omnia. Nunc enim amisit israelitas ecclesia/quos conuertere predicando non valuit: sed tunc Helia predicante/dum quotquot inuenerit colligit/ velut plenius recipit quod amisit. Uel certe sancte ecclesie sine suo duplum recipere est in singulis nobis et de beatitudine anime et de carnis incorruptione gaudere. Hinc est enim quod per prophetam de electis dicitur: In terra sua duplicia possidebunt. Hinc est qd̃ Joãnes apostolus de sanctis finem mundi querentibus dicit: Date sunt illis singule stole albe: et dictum est eis: vt requiescerent tempus adhuc modicum/donec compleatur numerus conseruorum et fratrum eorum. Sicut enim longe superius diximus: Ste resurrectionem sancti singulas stolas accipiunt: quia sola animarum beatitudine perfruuntur: in fine autem mundi binas habituri sunt: quia cum mentis beatitudine etiam carnis gloriam possidebunt. Sed ea que subiecta sunt: in fine magis huius seculi cõuersionem iudaici populi nũciare testant. Nã subdit: Uenerũt autem ad eum omnes fratres sui: et vniuerse sorores sue: et cuncti qui nouerant eum prius: et comederũt cum eo panem in domo eius. Tunc quippe fratres sui et sorores ad christum veniunt: quando ex plebe iudaica quotquot inuenti fuerint conuertuntur. Ex illo enim populo carnis materiam sumpsit. Tunc ergo ad eũ fratres et sorores accedunt: quãdo ex ea plebe que ei per cognatio-

Rom. xi. Mat. xvij. F Esa. lxi. Apocą. vj.

G

nem iuncta est: vel qui fortes futuri sunt / velut fratres: vel infirmi / velut sorores: ad eũ per cognitionem fidei de uotã gratulatione concurrunt. Tunc apud eum celebre festiuitatis conuiuiũ exhibent: quãdo eum iam nequaquam quasi purum hominem contemnentes / propinquitatis sue memores / diuinitati se eius inherere congaudent. Tunc in domo eius panem comedunt: cum postposita obseruatione superiacentis littere / in sancta ecclesia mystici eloquij quasi frugis medulla pascuntur. Bene autem subiungitur. Capitulum. x.

Cuncti qui nouerant eum prius.] Prius quippe nouerant: quẽ in passione sua quasi incognitum contempserunt. Nam nasciturũ christum nullus qui plene legem didicit ignorauit. Unde et herodes rex magorum occursiõe perterrit⁹: sacerdotes et principes studuit solerter inquirere: vbi christum nasciturũ esse prescirent. qui protin⁹ responderũt. In Bethleem iude. Prius ergo nouerant / quem passionis sue tẽpore vĩ despicerant ignorabãt. Quorũ et notitia prior / et ignorantia posterior bene ac breuiter Isaac caligante signatur. Qui dum Jacob benediceret: et quid eueniret in futuro preuidebat: et quis illi presens assisteret nesciebat. Sic quippe israeliticus populus fuit: qui prophetie mysteria accepit: sed tamen cecos in contemplatione oculos habuit: qui eum presentem non vidit / de quo tam multa in futuro preuidit. Ante se enim positũ nequaquam cernere valuit: cuius aduent⁹ potentiã longe ante nunciauit. Sed ecce in fine mundi veniunt: et eum quem prius nouerant recognoscunt. Ecce in domo ei⁹ panem comedunt: quia in sancta ecclesia sacri eloquij fruge pascuntur: et omnem insensibilitatem pristini torporis excutiũt. Unde et subditur: [Et mouerũt super eum caput.] Quid enĩ in capite nisi principale mentis accipitur: sicut per psalmistam dicit: Impinguasti in oleo caput meũ. Ac si apte diceret. Arentem in suis cogitationibus mentem meam charitatis vnctione rigasti. Caput ergo mouetur: cum per formidinẽ veritatis tacta: ab insensibilitate sua mens quatit. Ueniant ergo parentes ad conuiuiũ: atque excusso torpore moueant caput. i. hi qui redẽptori nostro carne cõiuncti fuerant: refectionem quoque verbi in fide percipiant: et insensibilitatis pristine duritiam amittant. Unde bene per Abacuc dicit. Pedes eius steterunt / et mota est terra. Stante enĩ domino terra procul dubio mouetur: quia cum cordi nostro timoris sui vestigia imprimit / cuncta in nobis cogitatio terrena cõtremiscit. Hoc itaque loco caput mouere est / immobilitatem mentis excutere: et ad cognitionem fidei credulitatis gressib⁹ propinquare. Sed quia sancta ecclesia nũc hebreorũ auersione affligit: et tunc conuersione releuatur: recte subiungitur. Capitulum. xj.

Et consolati sunt eum super omne malũ quod intulerat domin⁹ super eum.] Consolant videlicet christũ / consolant ecclesiam / qui ab infidelitatis pristine errore resipiscunt: et prauitatem vite per quã recta docentib⁹ repugnauerant deserũt. An non grauis meror est duris cordib⁹ infructuose predicare: laborem in ostendenda veritate sumere: sed nullũ de auditorum audientiã fructũ laboris inuenire? At cõtra magna predicatorũ consolatio est: subsequens profect⁹ auditorum. Releuatio quippe docentis est immutatio proficientis. Et notandũ quod in flagello positũ consolari noluerũt: sed ad consolandũ eum post flagellũ veniunt: quia nimirum passionis eius tempore hebrei predicamenta fidei contemnentes: quem hominem ex morte probauerant / deum credere despexerũt. Unde per psalmistã dominus dicit. Sustinui qui simul mecũ contristaretur / et non fuit: consolantem me quesiui / et non inueni. Consolantem quippe in passione minime inuenit: quia in despectu mortis etiã ipsos hostes pertulit / pro quibus ad mortem venit. Post flagella ergo propinqui ad consolationem veniũt: quia in membris suis nũc quoque domin⁹ patitur: sed extremo tempore israelite omnes ad fidem cognita Helie predicatione concurrunt: atque ad ei⁹ protectionem quem fugerant redeunt: et tunc illud extimũ multiplici aggregatione populorũ conuiuiũ celebratur. Tunc post flagella qui Job sanus ostendit: quando a conuersis atque credentib⁹ post passionem suam ac resurrectionem dominus in celis immortalis viuere per certitudinem fidei scitur. Tũc quasi remuneratus Job cernit: quando in maiestatis sue potentia sicut est deus creditur: et eius fidei subijci hi qui pri⁹ restiterant videntur. In fine igitur mũdi credentes hebrei conueniunt: et humani generis redemptori in potentia diuinitatis quasi sano Job oblationum suarũ vota persoluunt. Unde et subditur. Capitulum. xij.

Et dederũt ei vnusquisque ouem vnam et inaurem auream vnam.] Quid per ouem nisi innocentia: quid per inaurem nisi obedientia designatur? Per ouem quippe simplex animus: per inaurem vero ornatus humilitatis gratia auditus exprimitur.

¶ Q. magna sit virtus obedientie.

¶ Sed quia ad ostendendam virtutem obediẽtie occasio opportuna se prebuit: libet hanc paulo vigilantius sollicitiusque discutere / et quanti sit meriti demonstrare. Sola namque virtus est que virtutes ceteras menti inserit / insertasque custodit. Unde et primus homo preceptum quod seruaret accepit: cui se si vellet obediens subderet: ad eternam beatitudinem sine labore perueniret. Hinc Samuel ait: Melior est obedientia quam victima: et auscultare magis quam offerre adipem arietum: quia quasi peccatum hariolandi est repugnare: et quasi scel⁹ idolatrie nolle acquiescere. Obedientia quippe victimis iure preponitur: quia per victimas aliena caro / per obedientiã vero voluntas propria mactat. Tanto igitur quisque deum citius placat: quanto ante eius oculos repressa arbitrij sui superbia / gladio precepti se immolat. Quo contra hariolandi peccatũ inobediẽtia dicitur: vt quanta sit virtus obedientie demõstretur. Ex aduerso igitur meli⁹ ostendit / quid de ei⁹ laude sentiat. Si enĩ quasi hariolãdi peccatũ est repugnare: et quasi scel⁹ idolatrie nolle acquiescere / sola est que fidei meritũ possidet: sine qua quisque infidelis esse conuincit / etiã si fidelis esse videatur. Hinc per Salomonẽ in ostensione obediẽtie dicit: Uir obediẽs loquit victorias. Uir quippe obediens victorias loquitur: quia dum aliene voci humiliter subdimur: nosmetipsos in corde superamus. Hinc in euangelio veritas dicit: Eum qui venit ad me / non eijciã foras: quia de celo descẽdi / nõ vt faciã voluntatẽ meã / sed voluntatem ei⁹ qui misit me. Quid enĩ si suã faceret: eos qui ad se venerãt / repulisset. Quis autem nesciat quod voluntas filij a patris voluntate nõ discrepet? Sed quia primus homo quia suã facere voluntatem voluit: a paradisi gaudio exiuit: secũdus ad redemptionem hominum veniens: dum voluntatem se patris et non suam facere ostendit / permanere nos intus docuit. Cum igitur non suam / sed patris voluntatem facit: eos qui ad se veniunt / foras nõ eijcit: quia dum exemplo suo nos obedientie subijcit / viam nobis egressionis claudit. Hinc rursum ait: Non possum ego a meipso facere quicquam: sed sicut audio iudico. Nobis quippe obedientia vsque ad mortem seruanda precipitur. Ipse autem si sicut audit iudicat: tunc quoque obedit / cũ iudex venit. Ne igit nobis vsque ad presentis vite terminum obedientia laboriosa appareat / redemptor noster indicat: quod hanc etiã cum iudex venerit seruat. Quid ergo mirum si homo peccator se obedientie in presentis vite breuitate subijcit: quã hanc mediator dei et hominum / et cum obedientes remunerat / non relinquit? Capitulum. xiij.

Ciendum vero est quod nunquam per obedientiã malum fieri: aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur intermitti. Neque enim mala in paradiso arbor extitit: quã deus homini ne contingeret interdixit. Sed vt per melius obediẽtie meritum / homo bene conditus cresceret: dignũ fuerat vt hunc etiã a bono prohiberet: quatenus tanto veri⁹ hoc quod ageret / virtus esset / quanto et a bono cessans / auctori suo se subditũ humilius exhiberet. Sed notandum quod illic dicit: Ex omni ligno paradisi comedite: de ligno autem scientie boni et mali ne tetigeritis. Qui enim ab vno quolibet bono subiectos vetat: necesse est vt multa cõcedat: ne obedientis mens funditus intereat / si a bonis omnib⁹ penitus repulsa ieiunat. Omnes autem paradisi arbores ad esum dominus concessit / cum ab vna prohibuit: vt creaturam suam quã nolebat extingui sed proueh: tanto facilius ab vna restringeret / quanto ad cunctas latius relaxaret. Sed quia nonnunquam nobis huius mundi prospera / nonnunquam vero iubentur aduersa: sciendum summopere est quod obedientia aliquando si de suo aliquid habeat / nulla est: aliquando autem si de suo aliquid non habeat / minima. Nam cum huius mundi successus precipitur / cum locus superior pre-

Mat. ij. · Gen. xxvij · Ps. xxij. · Ps. lxviij. · j. Reg. xv. · Obedientie commendatio. · Sine obedientia quis infidelis putat esse. · Puer. xxj. · Jo. vj. · Jo. v. · Gen. ij.

B ratur: is qui ad percipienda hec obedit: obedientie sibi virtutem euacuat / si ad hec etiam ex proprio desiderio anhelat. Neq; enim se sub obedientia dirigit: qui ad percipienda hui⁹ vite prospera libidini proprie ambitionis seruit. Rursum cum mundi despectus precipitur: cũ probra adipisci et cõtumelie iubent: nisi ex seipso animus hec appetat: obediẽtie sibi meritũ minuit: quia ad ea que in hac vita despecta sunt / inuitus nolensq; descendit. Ad detrimentum quippe obedientia ducit: cum mentẽ ad suscipiẽda probra huius seculi nequaq̃ ex parte aliqua etiã sua vota cõtrant. Debet ergo obediẽtia et in aduersis ex suo aliq̃d hr̃e / et rursũ i prosperis ex suo aliq̃d oĩno nõ hr̃e: q̃tinus et i aduersis tãto sit gl'osior / q̃to diuino ordini etiã ex desiderio iũgit: et i prosperis tãto sit verior / q̃to a p̃senti ipsa quã diuinit⁹ pcipit gloria / fundit⁹ ex mẽte separatur. Sz hoc virtutis pond⁹ meli⁹ ostendim⁹ / si celestis patrie duoz hoim fctã memorem⁹. Moyses nãq; cũ in deserto oues pasceret: domino per angelũ in igne loquente / vocatus est: vt eripiẽde oĩ israelitarũ multitudini preesset. Sz quia apud se mente humilis extitit: oblatam protin⁹ tanti regiminis gloriam expauit: moxq; ad infirmitatis patrocinium recurrit / dicens: Obsecro domine / nõ sum eloquens: ab heri enim et nudiustertius et quo cepisti loqui ad seruũ tuũ: tardioris et impeditioris lingue sum fact⁹. Et se postposito / alium deposcit dicens. Mitte quẽ missurus es. Ecce cum auctore lingue loquitur: et ne tanti regiminis potestatem suscipiat / elinguem se esse causat. Paulus quoq; diuinit⁹ fuerat vt in hierusalem debuisset ascendere admonit⁹: sicut ipse Galatis dicit. Deinde post ãnos quattuordecim iterum ascẽdi hierosolymam: assumpto Barnaba et Tito. ascendi autem sm̃ reuelationem. Isq; in itinere cum prophetam Agabum reperisset: quanta se aduersitas in hierosolymis maneret audiuit. Scriptum quippe est q idem Agabus zonã Pauli suis pedibus inserens dixit. Uirum cuius hec zona est: sic alligabunt in hierusalem. A Paulo autem protin⁹ respondetur. Ego non solum alligari / sed et mori i hierusalẽ paratus sum p̃ nomine Jesu: neq; enĩ preciosiorẽ facio animam meam q̃ me. Preceptione igitur reuelationis hierosolymã pergens / aduersa cognoscit: et tamen hec libenter appetit: audit que timeat / sed ad hec ardentior anhelat. Moyses itaq; ad prospera de suo nihil habet: quia precibus renititur / ne israelitice plebi preferatur. Paulus ad aduersa etiam ex suo voto ducit: quia malorũ imminentium cognitionem percipit: sed deuotione spirit⁹ etiã ad acriora feruescit. Ille presentis potestatis gloriã deo volunt iubente declinare: iste deo aspera et dura disponente / se studuit ad grauiora preparare. Precurrente ergo vtroruumq; ducum infracta virtute instituimur: vt si obedientie palmam apprehendere veraciter nitimur: prosperis huius seculi ex sola iussione / aduersis autem etiam ex deuotione militemus. Capitulum xiiij.

Notandũ vero est q hoc loco cum inaure ouis / cum oue inauris offertur: quia nimirum innocuis mentibus ornamentum semper obedientie iungit: domino attestante / qui ait: Oues mee vocem meã audiũt: et ego cognosco eas / et sequũt me. Beato igitur Job nemo inaurem sine oue: nemo ouem sine inaure obtulit: q2 pfecto redemptori suo nõ obedit / qui innocẽs non est: et innocens esse non potest / qui obedire contẽnit. Quia vero ipsa obedientia nõ seruili metu / sed charitatis affectu seruanda est: nõ terrore pene / sed amore iustitie: cuncti qui ad conuiuiũ veniunt / auream inaurem obtulisse perhibentur: vt videlicet i ea que exhibet obedientia charitas fulgeat: que virtutes omnes quasi auri more cetera metalla transcendat. Sed q2 nulla esse innocentia / nulla esse vera obedientia in multiplicibus hereticorum diuisionibus potest: ad cognitionem fidei veniẽtes offerant ouem / sed vnam: offerant inaurem / sed vnam. id est / tales veniãt / qui in vnitate sancte ecclesie innocui obedientesq; persistant. Unum quippe diuidi per numeros non potest: quia et hoc ipsum vnum quod dicimus / numerus nõ est. Offerant igit ouẽ / sed vnã: offerant inaurẽ / sz vnam id est / ad sanctam ecclesiam cum innocentia atq; obedientia venientes / eam mentem deferant / quã sectarũ schismata non diuidant. Capitulum xv.

Aperire libet oculos fidei et illũ extremũ sancte ecclesie de susceptiõe israelitici populi pulchritudinẽ p̃templari. Ad qd̃ nimirũ p̃uiuiũ magnus ille veniens Helias couiuantiũ multitudinẽ adhibet: et tunc propinqui / tunc noti ad eum cum muneribus veniunt: quem in flagello pauloante positum contempserunt. Appropinquante enim die iudicij / vel precursoris vocibus / vel quibusdã erumpentibus signis / ipsa eis iam aliquo modo aduentis domini virtus interlucet. Cuius iram dum preuenire festinant: conuersionis sue tempus accelerant. Cõuersi autem cum muneribus veniunt: quia eum quem paulo ante in passione despexerunt: tunc virtutum opera quasi munera offerendo venerantur. Illud proculdubio hac sua oblatione complentes: quod et cernimus magna ex parte iam factum: et adhuc credimus ex magna parte faciendum: Adorabunt eum filie tyri i muneribus. Tunc nãq; illum plenius filie tyri in muneribus adorant: cum israelitarum mentes huius nunc mundi subdite desiderijs / et quem superbientes negauerunt: quandoq; cognito sue hostias confessionis apportant. Et quia eisdem temporibus quibus antichristus appropinquat: aliquatenus vita fidelium minoris esse virtutis apparet: quia in conflictu illius perditi hominis grauis etiam corda fortiũ formido constringat: Helia tamen predicante roborati / non solum fideles quiq; in sancte ecclesie soliditate persistunt: sed (sicut superius diximus) ad cognitionem fidei multi quoq; ex infidelibus conuertuntur: ita vt israelitice gentis reliquie / que repulse prius funditus fuerant / ad sinum matris ecclesie pia omnimodo deuotione pcurrant. Unde et bene subditur. Capitulum xvi.

Dominus autẽ benedixit nouissimis Job magis q̃ principio ei⁹. Hec historice facta credimus: hec mystice facienda speramus. Magis enim nouissimis Job q̃ principio benedicitur: q2 quantum ad israelitici populi susceptionem pertinet / vergẽte fine presentis seculi / dolorem sancte ecclesie domin⁹ animarum multiplici collectione consolatur. Tanto quippe locupletius ditabitur: quanto et manifestius innotescit q ad finem presentis vite temporalitas vrget. Predicatores namq; sancte ecclesie benedictione extremi temporis psalmista ditari cõspexerat / cum dicebat: Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: et bñ patientes erunt vt annũcient. In senecta scz vberi multiplicantur: q2 cum eorum vita differtur: semper ad melius fortitudo producitur: eisq; per augmentum temporum crescunt etiam lucra meritorum. Bene autem patiẽtes sunt vt annunciẽt: quia celestia predicantes tanto robustius aduersa tolerant / quanto et per tolerãtiam suam animarum cõmoda locupletius reportant. Sequitur.

¶ S. Et ideo Job duplicis numeri sobolem non accepit sicut in alia substantia acceperat: quia apud deum filij ei⁹ et filie non perierant / q̃ in occulta animarũ eternitate viuebant: et q per quatuordecim milia ouium plenitudo virtutũ ex gratia sancti spiritus intimatur: que electis quidẽ in hac vita / sz amplius conceditur in futura.

¶ Et facta sũt ei quatuordecim milia ouium / et sex milia camelorũ / et mille iuga boum / et mille asine: et fuerunt ei septem filij et tres filie. Hec septem milia ouium: et tria milia camelorum: et quingenta iuga boũ: et quingentas asinas ante probationem percussiõis habuerit / ipsa eiusdem historie prefatio ostendit: que per flagellum perdita / ei nunc sunt duplicia restituta. Filij autem totidem sunt redditi quot amisit. Septem quippe filios et tres filias habuit: septem autem nunc filios et tres filias recepisse describitur: vt et hi qui extincti fuerant / viuere demõstrentur. Dum enim dicitur: Addidit dominus que cũq; fuerant Job duplicia: et tamen totidem filios et restituit quot amiserat: liberos dupliciter addidit / cui decem postmodum in carne restituit: decem vero qui amissi fuerant in occulta animarum vita seruauit. Cap. xvij.

Si quis autem in predictis animalib⁹ postposito culmine historie / vt intellectuale videlicet animal pasci mysteriorum fruge desiderat: necesse est vt que sentimus agnoscat. Intelligere enim possum⁹ q in his animalibus aggregata fideliũ vniuersitas designatur. Hinc est namq; quod per psalmistam patri de filio dicitur: Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues et boues vniuersas: insuper et pecora cãpi. Hinc est q idẽ propheta sanctam ecclesiam simplices quosq; inhabitare conspiciens ait: Animalia tua habitabunt in ea. Quid

Marginalia: Exo. iiij. — Gal. ij. — B — Act. xxj. — Joh. x. — C — D — Ps. xliiij. — E — Ps. xci. — F — Ps. viij. — Ps. lxvij.

G ergo in ouibus/nisi innocentes: quid in camelis/nisi eos qui ceterorum mala transcunt extuberati et tortuosa mole vitiorum: quid i iugatis bobus/nisi israelitas legi subditos: quid in asinis/nisi simplices gentiliu mentes accipim⁹? Nam quia innocentes quiqz ouium nomine designantur: teste psalmista/q ait: Nos autem popul⁹ eius/ et oues pascue eius. (Ps. lxxviij.) Nequaquam enim qui seruare innocentiam negligunt: illa eterne pascue refectione satiantur. Cameli vero nomine/aliqn in sacro eloquio dominus: aliquando gentiliu superbia exprimitur: quasi excrescente desuper tumore tortuosa. Quia enim ad suscipienda onera sponte se camelus humiliat: no inmerito redemptoris nostri gratiam designat: qui in eo q infirmitatis nostre onera suscipere dignatus est: a potestatis sue celsitudine sponte descendit. Unde et per euangeliu dicit: (Joan. x.) Potestatem habeo ponendi animam meam: et potestatem habeo iterum sumendi eam: et nemo tollit eam a me. Et vnde iteru dicit: (Mat. xix.) Facilius est camelum per foramen acus transire: qz diuitem intrare in regnum celorum. Quid enim nomine diuitis/ nisi quelibet elatum: quid cameli appellatione nisi propriam condescensionem signat? Camelus enim per foramen acus transijt: cum idem redemptor noster vsqz ad susceptionem mortis per angustias passionis intrauit. Que passio velut acus extitit: qz dolore corpus pupugit. Facilius autem camelus per foramen acus/qz diues celorum regnum ingreditur: quia nisi ipse prius infirmitatis nostre onera suscipiens/per passionem suam formam nobis humilitatis ostenderet: nequaqz se ad humilitatem (H) illius superba nostra rigiditas inclinaret. Rursum cameli nomine/tortuosa ac plena vitijs gentilitas designatur: (Gen. xxiiij.) sicut per Moysen dicitur q inclinata ia die/ egressum in agro isaac in camelo sedens rebecca conspexit: ac protin⁹ de camelo descendit: et sese pallio ad visionem illius verecundata cooperuit. Quem enim isaac alid i eo q inclinata iam die in agro egressus fuerat designabat: nisi eum q extremo huius mundi tempore/velut i diei fine veniens/ quasi in agrum foras exijt: quia cum sit inuisibilis: i hoc mundo se visibilem demonstrauit. Quem i camelo sedens rebecca conspexit: quia cum ecclesia ex gentibus veniens/ dum adhuc vitijs esset innixa: et necdum spiritualibus/ sz animalibus motibus inhereret: attendit. Sed protinus de camelo descendit: quia vitia quibus prius fuerat superbe elata/deseruit: seqz etiam pallio operire curauit: qz viso domino/infirmitatem sue actionis erubuit: et illa q prius in camelo libera gestabatur/ descendens postmodu verecunda tegitur. Unde eidem ecclesie a priore elatione conuerse/per apostolicam vocem quasi rebecce de camelo descendenti/sibiqz pallium superducenti dicitur. (Rom. vj.) Que enim fructum habuistis tunc in illis/in quibus nunc erubescitis?

Capitulum. xviij.

I (I)N bobus vero aliquando luxuriosoru dementia: aliquando laboriosa fortitudo predicantiu: aliqn humilitas exprimit israelitaru. Quia enim bouis nomine per comparationem luxuriosoz dementia designatur: Salomon indicat: (Prouer. vij.) qui cum male suadentis mulieris petulantiam premisisset/adiunxit: Statiqz eam sequitur/quasi bos ductus ad victimam. Rursum quia bouis nomine/labor predicatoris exprimitur: legis verba testantur/que ait: (Deut. xxv.) Non obturabis os boui trituranti. Acsi aperte diceret. Predicatores verbi a stipendiorum suorum perceptione no prohibeas. Rursum quia bouis nomine plebs israelitica figuratur/ propheta asserit: qui redemptoris aduentum denuncians dicit: (Esa. j.) Cognouit bos possessorem suum: et asinus presepe domini sui. Per bouem scz israeliticum populum/iugo legis edomitum significans: per asinum vero gentilem populu indicans/voluptatibus deditum/et grauius brutu. Asinorum quoqz et asinaru nomine/aliquando luxuriosorum petulantia: aliquando mansuetudo simplicium: aliquando vero (vt prediximus) stultitia gentilium designatur. Quia enim luxuriosorum petulantia asinoru appellatione per comparationem exprimitur: aperte declarat/cum per prophetam (Eze. xxiij.) dicitur: Quorum carnes sunt vt carnes asinorum. Rursum qz asinarum nomine simplicium vita figuratur: redemptor noster cum Hierusalem pergeret/sedisse asinam describitur. Hierusalem quippe visio pacis dicitur. Quid igitur signat q dns sedendo asina hierusalem ducit: nisi q simplices mentes dum presidendo possidet/ eas vsqz ad visionem pacis sua sacra sessione perducit? Rursum (K) qz asinorum nomine/stultitia gentilium designat: prophe ta testatur/dicens: Beati qui seminatis super oes aquas: (Esa. xxxij.) immittentes pedem bouis et asini. Super omnes quippe aquas seminare est: cunctis populis fructuosa vite verba predicare. Pedem vero bouis et asini immittere est: vias israelitici et gentilis populi per preceptorum celestiu vincula religare.

Capitulum. xix.

L (L)Ittere igit historie seruata: sub beati Job nomine cunctis his animalib⁹ non immerito credimus sancte ecclesie populos designari: quatenus ea que scripta sunt/dispensatione sancti spiritus cuncta mirabiliter ordinantes: et transacta nobis referant/ et futura predicant. Agnoscamus ergo in ouibus fideles atqz innocentes ex iudea populos/legis dudum pascuis satiatos. Agnoscamus in camelis ad fidem simplices ex gentilitate venientes: qui prius sub ritu sacrilego quasi quada deformitate membrorum valde turpes ostensi sunt/ vide licet feditate viciorum. Et quia sepe (vt prediximus) sacra eloquia curant repetere quod affirmant: possunt rursum in bobus israelite accipi: quasi iugo legis attriti: asinis vero vt dictum est/gentiles populi designari: qui dum se colendis lapidibus inclinabant: non reluctante mente/quasi dorso stultitie supposito: quibuslibet idolis bruto sensu seruiebant. Sancta ergo ecclesia que in exordijs suis innumeris tentationibus pressa/vel israeliticu populum vel multos ex gentibus amisit: videlicet quos lucrari non potuit/duplicia in fine recipit: quia in ea ex vtraqz natione/ fidelium numer⁹ multiplicior excrescit. Possunt etiam per iugatos boues/ predicatores intelligi. Unde cum eos ad annunciandu dominus mitteret: teste euangelio/binos misisse describitur: (Mar. vj.) vt quia vel duo sunt precepta charitatis: vel qz haberi societas minus qz inter duos non potest: predicatores sancti ex ipsa qualitate sue missionis cognoscerent qntum concordiam societatis amarēt. (L) Possunt (sicut prediximus) per asinas mentes simplicium designari. Sancta vero ecclesia duplices boues atqz asinas recipit: quia predicatores sancti q pressi formidine in eius dudum tentatione tacuerant: et mentes simplicium que victe terroribus veritatem illius confiteri formidabant: tanto iam nunc robustius i confessione veritatis voces suas exerunt/qnto debili⁹ ante timuerunt. Hec i significatione ecclesie breuiter diximus: que quomodo eiusdem sancte ecclesie capiti seruiant: in exordio huius operis latius nos dixisse memoramus. Qui ergo de his sibi plenius satisfieri nititur: secundum huius operis librum legere dignetur. Jam vero si qrimur vt etiam de ipso animaliu numero disseramus: cur mille iuga bou/vel mille asine/et sex milia camelorum/et quatuordecim milia ouium numerentur: dicere breuiter possumus q apud secularem quidem scientiam millenari⁹ numerus idcirco perfectus habetur: quia denarij numeri quadratum solidum reddit. Decem quippe decies ducta sunt centum: que iam figura quadrata/sed plana non est. Ut autem in latitudinem surgat et solida fiat: rursus centum decies multiplicantur/et mille sunt. Senari⁹ au- (M) tem numerus idcirco perfectus est: quia primus in numeris completur partibus suis. i. sexta sui parte et tertia et dimidia: que sunt vnu et duo et tria: q i summa ducta sex sunt. Nec alius ante senarium numerum reperitur/qui in suis partibus dum diuiditur/tota eius summa compleatur.

Capitulum. xx.

S (S)Ed quia cuncta hec per sacre scripture celsitudinem proficiendo transcendimus: ibi senariu/ ibi septenarium/ibi denarium/ibi millenarium vnde sit perfectus inuenimus. Senarius quippe numerus in scriptura sacra perfectus est: quia in mundi origine dominus ea que primo die cepit / sexto die opera impleuit. Septenarius in ea perfectus est: quia omne opus bonum septem p spiritum virtutib⁹ agit: vt et fides simul et opera co summentur. Denarius numerus i ea perfect⁹ est: quia lex in decem preceptis coclud itur: omnisqz culpa non amplius qz per decem verba cohibetur: atqz narrante veritate/operatores vinee denario remunerantur. (Mat. xx.) In denario quippe tria iunguntur ad septem. Homo autē qui ex anima constat et corpore/in septem qualitatib⁹ cotinetur. Nam tribus spiritualibus et quattuor corporalibus viget. In dilectione etenim dei tribus qualitatibus

A spiritaliter excitatur: cum ei per legem dicit: Diliges dominum deum tuū ex tota mēte tua: et ex tota anima tua: et ex tota virtute tua. Corporaliter vero quattuor quali tatibus continetur: q: videlicet ex materia calida et frigida: humida et sicca componit. Homo ergo qui ex septem qualitatibus constat, denario remunerari dicitur: quia in illa perceptione superne patrie / septem nostra ad tria iunguntur eterna: ut homo contēplatiōem trinitatis accipiat: et de remuneratiōe operis quasi quodam denario consummatus vivat. Uel certe q septem virtutes sunt quibus in hac vita laborat: dumq eis in remuneratione contemplatio trinitatis redditur: vita laborantium denario remuneratur. Sed perfectus quisq etiam in hac vita denariū accipit: dū ei sidē septem virtutib⁹ spem / fidē / charitatēq coniungit. Millenarius quoq numerus in sacro eloquio perfectus accipitur: quia appellatione eius universitas designatur. Unde scriptum est: Verbi qd mandavit in mille generationes. Cū enim nequaq credēdū sit q ad centum generationes mundus extēditur: qd aliud mille generationib⁹ / nisi universitas generationum figuratur? Beatus igitur Job quattuordeci milia ovium recipit. Quia enim in sacra ecclesia virtutum perfectio ad utrunq sexum ducit: septenarius in eo numerus duplicatur. Et sex milia camelorum: quia plenitudinem in illa operis accipiunt qui ab illa dudum vitiorum suorū B feditate perierunt.

Mat. xxij.

Ps. ciiij.

¶ S. Q: hi qui peccato mortui sunt / et in quibus vitiorum struma quassata est, per dei gratiam in bonis operibus consummantur.

¶ Mille quoq iuga boum ac mille asinas recipit: quia israelitas atq gentiles / doctos ac simplices / post tentationum casus in culmine perfectionis assumit.

¶ S. Q: in septē filijs Job septiformis virtutū operatio accipiatur: et in nominibus filiarum eius conditio et redemptio et assumptio generis humani possit intelligi.

¶ Septem quoq filios et tres filias recipit: quia eorum mentibus quos septem virtutibus generat: ad perfectionis summam / spem / fidem / charitatem coniungit: ut tanto verius prole sua gaudeat / q̄to suis fidelibus nil deesse virtutis pensat. Capitulum. xxi.

Sed quia hec succincte transcurrim⁹: nunc ipsis quoq indagandis filiarum vocabulis intēdamus. Sequitur. [Et vocavit nomen unius diem: et nomen secunde casiam: et nomē tertie cornustibij.] Hec nomina pro eo q a virtutib⁹ sumpta sūt: apte curavit interpres non ea sicut in arabico sermone indicta sunt C ponere: sed in latinum eloquium versa apertius demonstrare. Quis enim nesciat diem vel casiam latina esse vocabula? At vero cornus tibij / q̄uis non corn⁹ / sed cornu dicitur: nec cantantium fistula tibium / sed tibia vocatur: in latina tamen lingua sermonis genere minime custodito / rem credo prodere maluit: atq in eius lingue de qua transferebat / proprietate perdurare. Uel quia per cornu et tibiam unum verbum ex utroq composuit: utrūq verbum per unam orationis partem in latina lingua transfusum / quo voluit genere licite vocavit. Capitulum. xxij.

Quid est ergo q prima filia beati Job dies dicitur: secunda casia: tertia vero cornustibij vocata memorat: nisi q universum gen⁹ hūanū qd benignitate cōditoris atq eiusdē misericordia redēptore eligit / istis nobis designatur? Homo nāq quasi dies ex cōditiōe claruit: q: hūc auctor suus igenite innocentie splēdore respersit. Sed sponte sua ad peccati tenebras lapsus quia veritatis lucem deseruit / quasi in nocte se erroris abscondit: quia alias dicitur secutus umbram. Sed quia auctori nostro non defuit largitas bonitatis sue etiam contra tenebras iniquitatis nostre: eū quem prius potenter ad iustitiam condidit / potenti⁹ redimēdo postmodum ab errore revocavit. Cui quia post casum suū illa conditionis sue pristina firmitas defuit: cum contra bella intima repugnantis corruptionis multiplicibus donorū suorum virtutibus fulsit. Que nimirum virtutes proficientiū in notitia ceterorum hominū quasi suavitate fragrant odorum. Hinc est enim quod p Paulum dicitur: Christi bon⁹ odor sum⁹ deo. Hinc est q sancta ecclesia in electis suis quandam fragrantiam suavitatis odorata / in canticorum cantico loquitur dicens. Donec rex in recubitu suo est / nardus mea dedit

ij. Cor. ij.

Can. j.

odorem suum. Ac si aperte dicat: Quousq meis obtutibus rex apud sem recte secreti celestis abscondit: electorum vita miris virtutum odoribus exercetur: ut quo adhuc eum quem appetit non videt / ardentius per desiderium flagret. Rege quippe in recubitu suo posito / nardus odorem dat, dum quiescente in sua beatitudine domino: sanctorum virtus in ecclesia magne nobis gratiam suavitatis administrat. Quia ergo et conditum luce innocentie claruit: et redemptum genus humanū exercitio bonorum operum odorē suavitatis aspersit: prima filia recte dies: et secunda non icōgrue casia nominatur. Bene autem casia dicitur: que in tanto sublimis vite odore delatatur. In ipsa quippe sua origine in qua iustus homo conditus fuerat: tantis q̄tis nunc opus est virtutib⁹ non indigebat: quia si stare sicut est conditus vellet / hostem extra positum vincere sine difficultate potuisset. Postq̄ vero per ascensum hominis semel adversari⁹ ad intima irrupit: laboriosius iam victor efficitur / qui adhuc impugnans sine labore repelleretur. Multa namq nunc exhibenda sunt / que in paradiso necessaria non fuerūt. Nunc quippe op⁹ est virtute patientie: laboriosa eruditiōe doctrine: castigatione corporis: assiduitate precis: confessione delictorū: inundatione lachrymarū: quorum profecto omnium cōditus homo non eguit: qui is salutis bonū ex ipsa sua conditione percepit. Egro quippe poculum amarū porrigit: ut ad salutis statum morbo subiecto revocetur. Sano aūt neq̄q̄ precipit qd accipiat ut convalescat: sz a qbus caveat ne languescat. Nūc ḡ maioribus studijs virtutū salutē neq̄q̄ servam⁹ habitā / sed reparare curam⁹ ablatā. Et q omnes hi anxius nostre reparatiōis magnis intra sanctam ecclesiam opinionibus pollent: nomen secunde filie velut casia ex merito redolet: ut quia prima filia quasi dies extitit per dignitatem conditiōis: secunda casia fit per fragrantiam fortitudinis ex gratia redemptoris. Capitulum. xxiij.

D

E

Unde et eidem venienti redemptori per pphetam dicit: Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis a gradibus eburneis: ex quibus te delectaverūt filie regū in honore tuo. Quid enim myrrhe / gutte et casie nomine / nisi virtutū suavitas designatur? quid eburneis gradibus / nisi magna nitens fortitudine proficientium ascensus exprimitur? Redemptor igitur veniens / myrrha / gutta / et casia in vestimento vitur: q: ex electis suis quibus se misericorditer induit: mire virtutis fragrantiam aspergit. In quibus iste odor ab eburneis gradibus ducitur: quia in eis virtutum opinio non ex ostētione simulatiōis / sed ex veri ac solidi operis ascēsu generatur. Bene autem subditur. Ex quibus delectaverunt te filie regum in honore tuo. Sācte namq anime ab antiquis patribus ad cognitionem veritatis edite / redemptorē suum in eius honore delectāt: q: ex eo q bene agunt / sue laudi nihil vendicant. Quia vero tertio ordine est humanum genus etiam carnis resurrectione renovarum: in illo concentu eterne laudis assumitur tertia filia / que cornustibij vocatur. Quid enim per cornustibij nisi letantium cant⁹ exprimitur? Ibi enim veracit adimpletur / quod modo per prophetam dicit: Cantate domino canticū novū. Ibi veraciter adimpletur: ubi canticum laudis dei non iam ex fide / sed ex specie contemplata cātabitur. Ibi a nobis conditor noster laudum suarum veraces cantus recipit: qui humanum genus et condendo diem / et redimendo casiam / et assumendo cornustibij fecit. Qui enim lux fuim⁹ cōditi: et nunc sumus casia redēpti: erimus quandoq cornustibij / in exultatione eterne laudis assumpti. Sed priusq̄ ad nuptiarum thalamum sponsa perveniat: omnē a se vite feditatem respuit: et spōnsi amori preparans, sese per species virtutū comit. Studet quippe interni arbitri iudicio placere: et intimis desiderijs subleuata / fedos mores conversatiōis humane transcendere. Unde et de eisdē filiab⁹ beati iob subdit.

Ps. xliiij.

F

Ps. cv.

¶ S. Q: pulchritudo sanctarū animarum ad hec terrena incōparabilis sit: et licet inter se quasi stelle differant in claritate: tū eadē activis et cōtēplativis est hereditas.

¶ Nō sunt aūt invente mulieres speciose sicut filie Job in universa terra. [Electorum quippe anime omne humanum genus quod i terra sm hominem conversatur: sue pulchritudinis decore transcendunt: q̄toq se exteri⁹ affligēdo despiciunt / tanto se verius intus cōponūt. Hic

G Ps. xliiij.

est enim quod sancte ecclesie que doctorum pulchritudine decoratur/per psalmistam dicitur: Concupiuit rex speciem tuam. De qua paulo post subditur: Omnis gloria eius filie regum ab intus. Nam si foris gloriam quereret: intus speciem quam rex concupisceret/non haberet. Cap. xxiiij.

In qua quidem quamuis multi virtutum decore fulgeant: atque ipsa viuendi perfectione ceterorum merita excedant: nonnulli tamen quia ad altiora assequenda non sufficiunt/infirmitatis sue conscij/pietatis eius gremio continentur. Qui in iustum preualent/male viuant: quia iustum appetunt/altiora bona non implent. Quos tamen benigne dominus suscipit: eosque apud se pro modo digne retributionis admittit. Unde et sequitur. [Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres eorum.] Ipse ergo ex perfectorum merito speciose memoratur: ipse etiam quasi ex imperfectorum typo velut infirme hereditatem inter fratres accipiunt. Usus namque vite veteris non habebat vt hereditatem femine inter masculos sortirentur: quia legis seueritas fortia eligens/infirma contemnens: districta potius studuit/quam benigna sancire. Sed pro nostro redemptore veniente: nullus infirmitatis sue conscius/de sortienda celestis patrimonij hereditate desperet. Pater enim noster inter masculos etiam feminis iure successionis tribuit: quia inter fortes atque perfectos/infirmos et humiles ad sortem superne hereditatis admittit. Unde ipsa veritas in euangelio dicit: In domo patris mei mansiones multe sunt. Apud patrem quippe mansiones multe sunt: quia in illa beatitudinis vita non dispari/vnusquisque iuxta dispar meritum/locum disparem percipit: sed eiusdem disparilitatis damna non sentit: quia tantum sibi/quantum perceperit sufficit. Sorores ergo cum fratribus ad hereditatem veniunt: quia infirmi illuc cum fortibus admittuntur: quatenus si quis per imperfectionem non erit summus: ad hereditatis tamen sortem per humilitatem non sit extraneus. Quas bene Paulus mansiones iuxta merita distributas insinuat/cum ait. Alia claritas solis: et alia claritas lune: et alia claritas stellarum. Stella enim ab stella differt in claritate. Sequitur.

Jo. xiiij. — D — j. Cor. xv.

¶ S. Quod sancta ecclesia post huius vite terminum/deposito corruptionis pondere/peccato emortuo/in plenitudine dierum eternitatis/cum sanctorum sobole/bonorum operum multiplicata retributione/in eternum cum christo quiescat.

¶ Uixit autem post hec flagella Job centum quadraginta annis: et vidit filios suos: et filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem: et mortuus est senex et plenus dierum. In scriptura sacra non facile plenus dierum ponitur: nisi is cuius per eandem scripturam vita laudatur.

J

Uacuus quippe dierum est: qui quamlibet multum vixerit/etatis sue tempora in vanitate consumit. At contra plenus dierum dicitur: cui nequaquam dies sui perdido transeunt: sed ex quotidiana mercede boni operis/apud iustum iudicem et postquam transacti fuerint/reseruantur. Cap. xxv.

Sed quia sunt qui hec etiam in typo sancte ecclesie interpretari desiderant: (quorum votis tanto magis obediendum est/quanto et eorum spiritali intelligentie congaudendum) si quattuordecim per denarium ducimus: ad centesimum et quadragesimum numerum peruenimus. Et recte vita sancte ecclesie multiplicata per decem et quattuor computatur: quia vtrumque testamentum custodiens/et tam secundum legis decalogum/quam secundum quattuor euangelij libros viuens/vsque ad perfectionis culmen extenditur. Unde et Paulus apostolus quamuis epistolas quindecim scripserit: sancta tamen ecclesia non amplius quam quattuordecim tenet: vt ex ipso epistolarum numero ostenderet quod doctor egregius legis et euangelij secreta rimasset. Bene autem beatus Job post flagella viuere dicitur: quia et sancta ecclesia prius discipline flagello percutitur: et postmodum vite perfectione roboratur. Que etiam filios suos et filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem conspicit: quia in hac etate que annuis quattuor temporibus voluitur/vsque ad finem mundi per ora predicantium nascentes sibi quotidie soboles contemplatur. Nec abhorret a vero quod per generationes dicimus tempora designari. Quid enim vnaqueque successio/nisi quedam propago est generis? Et pincerna regis egypti cum vidisset somnium quod tres propagines videret: Joseph preditus in solutione somniorum/tres propagines/tres dies renunciat designari. Si ergo per tres propagines spatium trium dierum exprimitur: cur non etiam per quattuor generationes annus quattuor temporum figuratur? Sancta itaque ecclesia videt filios suos/cum primam fidelium sobolem conspicit. Uidet filios filiorum: cum ab eisdem fidelibus ad fidem gigni et alios cognoscit. Que etiam senex et plena dierum moritur: quia subsequente luce ex mercede quotidianorum operum/deposito corruptionis pondere/ad incorruptionem spiritalis patrie mutatur. Plena videlicet dierum moritur: cui labentes anni non transeunt/sed stantium actuum retributione solidantur. Plena dierum moritur: que per hec transeuntia tempora id quod non transit operatur. Unde et apostolis dicitur: Operamini non cibum qui perit: sed qui permanet in vitam eternam. Dies itaque suos sancta ecclesia etiam cum presentem vitam deserit/non amittit: quia in electis suis tanto eorum lucem multiplicius inuenit/quanto nunc illa ab omni tentatione se cautius sollicitiusque custodit. Dies suos ecclesia non amittit: quia sese in hac vita vigilanter quotidie pensare non negligit: et ad omnia que recte facere valeat/inertia nulla torpescit. Hinc est enim quod de illa per Salomonem dicitur: Considerat semitas domus sue: et panem ociosa non comedit. Semitas quippe domus sue considerat: quia cunctas sue conscientie cogitationes subtiliter inuestigat. Panem ociosa non comedit: quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo perceperit/ante eterni iudicis oculos exhibendo operibus ostendit. Mori autem dicitur quia cum illa eternitatis contemplatio absorbuerit: ab hac mutabilitatis sue vicissitudine funditus extinguitur: vt in ea iam hoc quod acumen intime visionis impediat/nullo modo nihil viuat. Tanto enim verius tunc interna conspicit: quanto cunctis exterioribus plenius occumbit. Hanc itaque mortem/hanc dierum plenitudinem et in beato Job/vno simul hoc ecclesie credamus factam: et in tota simul ecclesia speremus esse faciendam: quatenus ita teneatur rei geste veritas/vt non euacuetur rei gerende prophetia. Bona enim que de sanctorum vita cognoscimus si veritate carent/nulla sunt: si mysterium non habent/minima. Quia ergo per spiritum sanctum bonorum vita describitur: et per intellectum nobis spiritalem fulgeat: et tamen sensus a fide historie non recedat: quatenus tanto fortior animus in suo intellectu permaneat/quanto hunc quasi in quodam medio constitutum: et erga futura spes/et erga preterita fides ligat.

gen. xxxix. — K — Joan. vj. — Prouer. xxxj. — L

¶ S. Quod sanctus Gregorius in his que iam recta intentione protulit/vane glorie vel laudis humane fauorem subrepsisse sibi formidat: et pro recompensatione operis postulat orationem lectoris. Capitulum. xxvj.

Expleto itaque hoc opere: ad me mihi video esse redeundum. Multum quippe mens nostra etiam cum recte loqui conatur/extra semetipsam spargitur. Integritatem namque animi/dum cogitantur verba qualiter proferantur: quia eam trahunt extrinsecus/minuunt. Igitur a publico locutionis redeundum est ad curiam cordis: vt quasi in quodam concilio consultationis ad meipsum discernendum conuocem cogitationes mentis: quatenus ibi videam ne aut incaute mala/aut bona non bene dixerim. Tunc enim bene dicitur bonum: cum is qui dicit/solicite a quo accipit/per id appetit placere quod dicit. Et quidem mala me aliqua etsi dixisse non inuenio: tamen quia omnino non dixerim/non defendo. Bona vero si qua diuinitus accipiens dixi: meo videlicet vitio minus me bene dixisse profiteor. Nam ad me intrinsecus rediens/postpositis verborum folijs/postpositis sententiarum ramis/dum ipsam subtiliter radicem mee intentionis inspicio: deo quidem ex ea me summopere placere voluisse cognosco: sed eidem intentioni qua deo placere studeo/furtim se (nescio quomodo) intentio humane laudis interserit. Quod cum iam postmodum tardeque discerno: inuenio me aliter agere/quod scio me aliter inchoasse. Sic enim sepe intentionem nostram dum ante dei oculos recte incipit: occulte sibi subiuncta/et eam velut in itinere comprehendens/intentio humane laudis assequitur: sicut pro necessitate quidem cibus sumitur: sed in ipso esu dum furtim gula surrepit/edendi delectatio permiscetur. Unde plerumque contingit: vt refectionem corporis quam salutis causa cepimus/causa voluptatis expleamus. Fatendum est igitur quod rectam quidem intentionem nostram que soli deo placere appetit non nunquam intentio minus recta/que de donis dei placere hominibus querit/insidiando comitatur. Si autem de his

M

diuinitus districte discutimur: quis inter ista remanet ſalutis locus/quando et mala nostra pura mala sunt: et bona que nos habere credim⁹/pura bona esse nequaq̃ possunt? Sed hoc mihi facere operepreciũ credo: q̃ fraternis auribus omne qđ in me latenter ipse reprehendo/incunctanter aperio. Quia enim exponendo nõ celaui qđ sensi: confitendo non abscondo quod patior. Per expositionẽ patefeci dona: per confessionem detego vulnera. Et quia in hoc tã magno humano genere/nec paruuli desunt qui dictis meis debeant instrui: nec magni desunt qui cognite mee valeant infirmitati misereri: p hec vtraq̃ aliis fratribus quãtum possum curam confero/ab aliis spero. Illis dixi exponẽdo qđ faciant: istis aperui confitendo qđ parcant. Illis verborum medicamenta nõ subtraho: istis lacerationẽ vulnerũ nõ abscondo. Igitur queso vt quisquis hec legerit: apud districtũ iudicem solatiũ mihi sue orationis impẽdat: et omne qđ in me sordidũ deprehẽdit/fletibus diluat. Orationis autẽ atq̃ expositionis virtute collata: lector meus in recõpensatione me superat: si cum per me verba accipit/pro me lachrymas reddat.

Gregorij magni pape doctoris ecclesie precipui finiunt feliciter omnes moralium libri in grauissimas beati Job sententias/morali digestione ad amussim castigati.

Ad lectorem carmen.

Scire voles si facta patrum: si ad culmina morum
   Scandere: si Christi dux gregis esse cupis:
Perlege Gregorij diuina volumina lector:
   Semper habenda manu: semper amanda tibi.
Nec tanti monimenta viri desperes vnq̃:
   Fructificam messem et dulcia mella leges.
Grates ergo dabis magnas sculptoribus illis/
   Gregorij doctos qui poliere libros.
Laus deo.

Incipit prologus in pastoralia beati Gregorij pape.

Pastoralis cure me pondera fugere delitescendo voluisse: benigna frater charissime/atque humillima intentione reprehendis. que ne quibusdam leuia esse videantur: presentis libri stilo exprimo de eorum grauedine omne quod penso: et et hic qui vacat incaute non expetat: et qui incaute expetijt: adeptum se esse pertimescat. Quadripartita vero disputatione liber iste distinguitur: vt ad lectoris sui animum ordinatis allegationibus quasi quibusdam passibus gradiatur. Nam cum rerum necessitas exposcit: pensandum valde est ad culmen quisque regiminis qualiter veniat: atque ad hoc rite perueniens qualiter viuat: et bene viuens qualiter doceat: et recte docens infirmitatem suam quotidie quanta valet consideratione cognoscat: ne aut humilitas accessum fugiat: aut peruentioni vita contradicat: aut vitam doctrina destituat: aut doctrinam presumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet: post autem magisterium quod a non querente suscipitur vita commendet: ac deinde necesse est vt pastoris bonum quod ostenditur viuendo: etiam loquendo propaget. Ad extremum vero superest: vt perfecta queque opera consideratio proprie infirmitatis deprimat: ne hec ante occulti arbitrij oculos tumor elationis extinguat. Sed quia sunt plerique mihi imperitia similes: qui dum metiri se nesciunt/que non didicerunt docere concupiscunt: qui pondus magisterij tanto leuius existimant: quanto vim magnitudinis illius ignorant: ab ipso libri huius reprehendantur exordio: vt qui indocti ac precipites doctrine arcem tenere appetunt: a precipitationis sue ausibus in ipsa locutionis nostre ianua repellantur.

S. Ne venire imperiti ad magisterium audeant.

Capitulum Primum.

Nulla ars doceri presumitur: nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastoribus magisterium pastorale suscipitur in magna temeritate: quoniam ars est artium regimen animarum. Quis autem cogitationum vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? Et tamen sepe qui nequaquam spiritualia precepta cognouerunt: cordis se medicos profiteri non metuunt: dum qui pigmentorum vim nesciunt: videri medici carnis erubescant. Sed quia auctore deo ad religionis reuerentiam omnis iam presentis seculi culmen inclinatur: sunt nonnulli qui intra sanctam ecclesiam per speciem regiminis gloriam affectant honoris: videri doctores appetunt: transcendere ceteros concupiscunt: atque attestante veritate primas salutationes in foro: primos recubitus in cenis: primas in conuentionibus querunt cathedras: qui suscepti cure pastoralis officium ministrare digne tanto magis nequeunt: quanto ad huius humilitatis magisterium ex sola elatione venerunt. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur: quando aliud discitur: et aliud docetur. Contra quos dominus per prophetam queritur dicens. Ipsi regnauerunt et non ex me: principes extiterunt et ego ignoraui. Ex se autem et non ex arbitrio summi rectoris regnant qui nullis fulti virtutibus nequaquam diuinitus vocati: sed sua cupidine accensi: culmen regiminis rapiunt potius quam assequuntur. Quos tamen internus iudex et prouehit/et non cognoscit: quia quos permittendo tolerat: profecto per iudicium reprobationis ignorat. Unde ad se quibusdam et post miracula venientibus dicit. Recedite a me operarij iniquitatis nescio qui estis vos. Pastorum imperitia voce veritatis increpatur: cum per prophetam dicitur. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Quos rursum detestatur dominus dicens. Et tenentes legem nescierunt me. Et nesciri se ergo ab eis veritas queritur: et nescire se principatum nescientium protestatur: quia profecto hi qui ea que sunt domini nesciunt: a domino nesciuntur. Paulo attestante qui ait. Si quis autem ignorat ignorabitur. Que nimirum pastorum imperitia meritis sepe congruit subiectorum: quia quamuis lumen scientie sua culpa exigente non habeant: districto tamen dei iudicio agitur vt per eorum ignorantiam hi etiam qui sequuntur offendant. Hinc namque in euangelio per semetipsam veritas dicit. Si cecus ceco ducatum prebeat: ambo in foueam cadunt. Hinc psalmista non optantis animo: sed prophetantis mysterio denunciat dicens. Obscurentur oculi eorum ne videant: et dorsum eorum semper incurua. Oculi quippe sunt qui in ipsa honoris summi facie positi prouidendi itineris officium susceperunt: quibus hi nimirum qui subsequenter iuncti sunt dorsa nominantur. Obscuratis ergo oculis dorsum flectitur: quia cum lumen scientie perdunt qui preeunt: profecto ad portanda peccatorum onera curuantur qui sequuntur.

S. Ne locum regiminis subeant qui viuendo non perficiunt que meditando didicerunt. Capitulum .ij.

Et sunt nonnulli qui solerti cura spiritualia precepta perscrutantur: sed que intelligendo penetrant/viuendo conculcant: repente docent que non opere: sed meditatione didicerunt: et quod verbis predicant/moribus impugnant. Unde fit vt cum pastor per abrupta graditur: ad precipitium grex sequatur. Hinc namque per prophetam dominus contra contemptibilem pastorum scientiam queritur dicens. Cum ipsi limpidissimam aquam biberitis: reliquam pedibus vestris turbabatis: et oues mee que conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur: et que pedes vestri turbauerant hec bibebant. Aquam quippe limpidissimam pastores bibunt/cum fluenta veritatis recte intelligentes hauriunt. Sed eandem aquam pedibus perturbare: est meditationis studia male viuendo corrumpere. Aquam scilicet turbatam pedibus oues bibunt: cum subiecti quique non sectantur verba que audiunt: sed sola que conspiciunt exempla prauitatis imitantur. Qui cum dicta sitiunt et per opera peruertuntur: quasi corruptis fontibus in potibus lutum sumunt. Hinc quoque scriptum est per prophetam. Laqueus ruine populi mei sacerdotes mali. Hinc rursum de sacerdotibus malis per prophetam dominus dicit. Facti sunt domui israel in offendiculum iniquitatis. Nemo quippe amplius in ecclesia nocet: quam qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc nemo arguere presumit: et in exemplum culpa vehementer extenditur: quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Indigni autem quique tanti reatus pondera fugerent: si veritatis sententiam sollicita cordis aure pensarent: qua ait. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt: melius erat ei vt ligaretur mola asinaria in collo eius: et precipitaretur in profundum maris. Per molam quippe asinariam/secularis vite circuitus ac labor exprimitur: et per profundum maris extrema damnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus/vel verbo ceteros destruit vel exemplo: melius profecto fuerat vt hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent: quam sacra officia ceteris in culpa imitabilem demonstrarent: quia nimirum si solus caderet: vtcunque hunc tolerabilior inferni pena cruciaret.

S. De pondere regiminis eo quod aduersa queque despicienda sunt: et prospera formidanda. Capitulum .iij.

Hec igitur breuiter diximus vt quantum sit pondus regiminis monstraremus: ne temere sacra regimina quisquis his impar est audeat: et per concupiscentiam culminis ducatum suscipiat perditionis. Hinc enim pie Jacobus prohibet dicens. Nolite plures magistri fieri fratres mei. Hinc ipse dei hominumque mediator regnum percipere vitauit in terris: qui supernorum quoque spirituum scientiam sensumque transcendens ante secula regnat in celis. Scriptum quippe est. Jesus ergo cum cognouisset quia venturi essent vt raperent eum: et facerent eum regem: fugit iterum in montem ipse solus. Quis enim principari hominibus tam sine culpa potuisset: quam is qui hos nimirum regeret quos ipse creauerat? Sed quia idcirco in carne apparuit/vt non solum nos per passionem redimeret: verum etiam per conuersationem doceret exemplum se sequentibus prebens: rex fieri noluit: ad crucis vero patibulum sponte peruenit. Oblatam gloriam culminis fugit: penam probrose mortis appetiit: vt membra eius videlicet discerent fauores mundi fugere/terrores minime timere/pro veritate aduersa diligere/prospera formidando declinare: quia et illa sepe per timorem cor inquinant: et illa per dolorem purgant. In istis se animus erigit: in illis autem etiam qui se erexerat sternit. In istis homo se obliuiscitur: in illis vero ad sui memoriam nolens etiam coactusque reuocatur. In istis sepe et antea acta bona deperierunt: in illis autem longi quoque temporis admissa terguntur. Nam plerumque aduersitatis magisterio sub disciplina cor premitur: quod si ad regiminis culmen eruperit: in elatione protinus vsu glorie permutatur. Sic Saul qui indignum se prius considerans fugerat: mox vt regni gubernacula suscepit intumuit. honorari namque coram populo cupiens dum reprehendi publice noluit/ipsum qui in regem se vnxerat abscidit. Sic Dauid authoris iudicio pene in cunctis actibus placens mox vt pressure pondere caruit/in tumorem vulneris erupit/factusque est ei in morte viri crudeliter rigidus/qui in appetitu femine fuit eneruiter fluxus. Et qui malis sciuerat parcere: in bonorum quoque necem post didicit sine obstaculo retractationis anhelare. Prius quippe ferire deprehensum persecutorem noluit: et post cum damno desudantis exercitus etiam deuotum militem extinxit. Quem profecto ab electorum numero culpa longius raperet: nisi hunc ad veniam flagella reuocassent.

S. Quod plerumque occupatio regiminis soliditatem dissipat mentis. Capitulum .iiij.

Margin references: Mat.xxiij. Osee.viij. Esa.vi. Hiere.ij. i.Co.xiiij. Mat.xv. Ps.lxviij. Eze.xxxiiij. Eze.xliiij. Mat.xviij. Jaco.iij. Joh.vi.

G

Sepe suscepta cura regiminis, cor per diuersa intuendo diuerberat, et impar quisque inuenitur ad singula, dum confusa mente diuiditur ad multa.

Eccli. xi.

Unde quidam sapiens prouide prohibet dicens: Fili ne in multis sint actus tui, quia videlicet nequaquam plene in uniuscuiusque operis ratione colligitur, dum mens per diuersa partitur. Cumque foras per insolentem curam trahitur, a timoris intimi soliditate vacuatur. Fitque in exteriorum dispositione sollicita, et sui solummodo ignara, scit cogitare multa, se nesciens. Nam cum plusquam necesse est se exterioribus implicat, quasi occupata in itinere obliuiscitur quo tendebat: ita ut a studio sue inquisitionis alienata, nec ipsa quidem que patitur damna consideret, et per quanta delinquat ignoret. Neque enim peccare se Ezechias credidit, cum venientibus ad se alienigenis aromatum cellas ostendit: sed in damnatione secuture prolis ex eo iram iudicis pertulit, quod se facere licenter estimauit. Sepe dum multa suppetunt, dumque agi possunt que subiecti quia acta sunt admirentur, in cogitatione se animus eleuat, et plene in se iram iudicis prouocat, quamuis per iniqua foris opera non erumpat. Intus quippe est qui iudicat, intus quod iudicatur. Cum ergo in corde delinquimus, latet homines quod apud nos agimus, sed tamen ipso iudice teste peccamus.

Dan. iiij.

Neque enim rex babylonis tunc reus extitit de elatione, cum ad elationis verba peruenit: quippe qui ore prophetico et ante cum ab elatione tacuit, sententiam reprobationis audiuit. Culpam namque perpetrate superbie iam ante deum detexerat, qui omnipotentem deum quem se offendisse reperit, cunctis sub se gentibus predicauit.

H

Sed post hec successu sue potestatis elatus, dum magna se fecisse gauderet, cunctis prius in cogitatione se pretulit, et post adhuc tumidus dixit:

Dan. iiij.

Nonne hec est babylon magna quam ego edificaui in domum regni, et in robore fortitudinis mee, et in gloria decoris mei? Que videlicet vox illius ire vindictam aperte pertulit, quam occulta elatio accendit. Nam districtus iudex prius inuisibiliter vidit, quod postea publice feriendo reprehendit. Unde et in irrationale animal hunc vertit: ab humana societate separauit: agri bestijs mutata mente coniunxit: ut districto videlicet iustoque eius iudicio homo quoque esse perderet, qui magnum se vltra homines estimasset. Hec itaque proferentes non potestatem reprehendimus: sed de appetitu illius cordis infirmitatem munimus: ne imperfecti quique culmen arripere regiminis audeant: et qui in planis stantes titubant, in precipitio pedem ponant.

¶ S. De his qui in regiminis culmine prodesse exemplo virtutum possunt: sed quietem propriam sectando refugiunt. Capitulum v.

Nam sunt nonnulli qui eximia dona virtutum percipiunt, et pro exercitatione ceterorum magnis muneribus exaltantur: qui studio castitatis mundi, abstinentie robore validi, doctrine dapibus referti, patientie longanimitate humiles, auctoritate fortitudinis recti, pietatis gratia benigni, iustitie seueritate districti sunt. Qui nimirum culmen regiminis si vocati suscipere renuunt: ipsa sibi plerumque dona adimunt, que non pro se tantummodo, sed etiam pro alijs acceperunt. Cumque sua et non aliorum lucra cogitant, ipsis se que priuata habere appetunt bonis priuant.

I

Mat. v.

Hinc itaque ad discipulos veritas dicit: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Et nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio: sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt.

Jo. xxi.

Hinc petro ait: Symon Johannis amas me? Qui cum amare se protinus respondisset, audiuit: Si diligis me, pasce oues meas. Si ergo dilectionis est testimonium cura pastionis: quisquis virtutibus pollens gregem dei pascere renuit, pastorem summum conuincitur non amare.

ij. Co. v.

Hinc Paulus dicit: Si christus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et si pro omnibus mortuus est, superest vt qui viuunt iam non sibi viuant: sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

Deu. xxv.

Hinc Moyses ait, vt vxorem fratris sine filijs defuncti superstes frater accipiat: atque ad nomen fratris filium gignat. Quam si accipere forte renuerit, huic in faciem mulier expuat: vnumque ei pedem propinquus discalciet: eiusque habitaculum discalciati vocet. Frater quippe defunctus ille est, qui post resurrectionis gloriam apparens dixit: Ite nunciate fratribus meis. Qui quasi sine filijs obijt: quia adhuc electorum suorum numerum non impleuit. Huius scilicet vxorem superstes frater sortiri precipitur: quia dignum profecto est, vt curam sancte ecclesie ei qui hanc bene regere preualet imponatur. Cui nolenti in faciem mulier expuit: quia quisquis ex muneribus que percepit prodesse alijs non curat: bonis quoque eius sancta ecclesia exprobrans, quasi in faciem saliuam iactat. Cui ex vno pede calciamentum tollitur, vt discalciati domus eius vocetur. Scriptum quippe est: Calciati pedes in preparatione euangelij pacis.

K

Ephe. vj.

Si ergo vt nostram curam proximi gerimus, vtrunque pedem per calciamentum munimus. Qui vero suam cogitans vtilitatem proximorum negligit, quasi vnius pedis calciamentum cum dedecore amittit. Sunt itaque nonnulli qui magnis (vt diximus) muneribus ditati, dum solius contemplationis studijs inardescunt, parere vtilitati proximorum predicatione refugiunt: secretum quietis diligunt, secessum speculationis petunt. De quo si districte iudicentur, ex tantis procul dubio rei sunt, quantis venientes ad publicum prodesse potuerunt. Qua enim mente is qui proximis profuturus enitesceret, vtilitati ceterorum secretum preponit suum: quando ipse summi patris vnigenitus vt multis prodesset, de sinu patris egressus est ad publicum nostrum?

¶ S. De his qui pondus regiminis per humilitatem refugiunt: tunc vere humiles sunt cum diuinis iudicijs non resistunt. Capitulum vj.

Et sunt nonnulli qui ex sola humilitate refugiunt: ne eis quibus impares se estimant preferantur. Quorum profecto humilitas, si ceteris quoque virtutibus cingitur, tunc ante dei oculos vera est, cum ad respuendum hoc quod vtiliter subire precipitur, pertinax non est. Neque enim vere humilis est, qui superni nutus arbitrio vt debeat preesse se intelligit, et tamen preesse contemnit. Sed diuinis dispositionibus subditus, atque a vitio obstinationis alienus, cum sibi regiminis culmen imperatur, si iam donis preuentus est quibus et alijs prosit: et ex corde debet fugere, et inuitus obedire.

L

¶ S. Quod nonnunquam predicationis officium nonnulli laudabiliter appetunt: et ad hoc nonnulli coacti pertrahuntur. Capitulum vij.

Quamuis nonnunquam predicationis officium et nonnulli laudabiliter appetunt: et ad hoc nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur: quod liquido agnoscimus, si duorum prophetarum facta pensamus: quorum vnus vt ad predicandum mitti debuisset sponte se obtulit: alter pergere cum pauore recusauit.

Esa. vj.

Hiere. j.

Esaias quippe domino querenti quem mitteret, vltro se obtulit dicens: Ecce ego, mitte me. Hieremias autem mittitur, et tamen ne mitti debeat humiliter reluctatur dicens: A a a domine deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. En ab vtrisque exterius diuersa vox prodijt, sed non a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt precepta charitatis: dei videlicet amor et proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias officium predicationis appetit. Per contemplatiuam vero Hieremias amori conditoris sedulo inherere desiderans, ne mitti ad predicandum debeat contradicit. Quod ergo laudabiliter alter appetijt, hoc laudabiliter alter expauit. Iste ne tacite contemplationis lucra loquendo perderet: ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret.

M

Sed in hoc vtrisque est subtiliter intuendum: quia et is qui recusauit plene non restitit: et is qui mitti voluit, ante per altaris calculum se purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quisque ministeria sacra audeat: aut quem superna gratia elegit, sub humilitatis specie superbe contradicat. Quia igitur valde difficile est purgatum se quemlibet posse cognoscere, predicationis officium tutius declinatur: nec tamen declinari (vt diximus) pertinaciter debet, cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. Quod Moyses vtrunque miro opere expleuit: qui preesse tante multitudini et noluit et obediuit. Superbus enim fortasse esset, si ducatum plebis innumere sine trepidatione susciperet: et rursum superbus existeret, si auctoris imperio obedire recusaret. Utrobique ergo humilis, vtrobique subiectus, et preesse populis semetipsum metiendo noluit: et tamen de imperantis viribus presumendo consensit. Hinc ergo quique precipites colligant, cum quanta culpa ex appetitu proprio ceteris preferri non metuunt: si sancti viri plebium ducatum suscipere deo etiam iubente timuerunt. Moyse suadente domino trepidat: et infirmus quisque vt honoris onus suscipiat anhelat: et qui ad casum valde vrgetur ex proprijs, humeris libenter opprimendus ponderibus submittit alienis: que cum sua ferre non valet, et auget que portet.

¶ S. De his qui preesse concupiscunt: et ad vsum sue libidinis instrumentum apostolici sermonis arripiunt. Capitulum viij.

Plerique vero qui preesse concupiscunt, ad vsum sue libidinis instrumentum apostolici sermonis arripiunt, quo ait: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

j. Ti. iij.

Qui tamen laudans desiderium, in pauorem vertit protinus quod laudauit, cum repente subiungit: Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse.

Ibidem.

Cumque virtutum necessaria subsequenter enumerat, que sit irreprehensibilitas ipsa manifestat. Et fauet ergo desiderio, et terret ex precepto: ac si aperte dicat. Laudo quod

queritis: sed prius discite qd gratiam vobis vosmetipsos metiri negligitis: tanto fedior vestra reprehensibilitas apparet: quanto et a cunctis conspici in honoris arce festinatis. Magnus enim regendi artifex fauoribus impellitur: terroribus retrahitur: vt auditores suos et descripto irreprehensibilitatis culmine restringat a superbia: et officium laudando quod querit coponat ad virtutes. Illud notandum q illo in tempore hoc dixit: quo quisque plebibus preerat: primus ad martyrii tormenta ducebatur. Tunc ergo laudabile fuit episcopatum querere: quando per hunc quemque dubium non erat ad supplicia grauiora peruenire. Unde ipsum quoque episcopatus officium boni operis expressione diffinitur: cum dicitur. Si quis episcopatum desiderat: bonum opus desiderat. Ipse ergo sibi testis est: qui episcopatum non appetit qui non per hunc boni operis ministerium: sed honoris gloriam querit. Sacrum quippe officium non solum non diligit omnino: sed nescit qui ad culmen regiminis anhelans in occulta meditatione cogitationis ceterorum subiectione pascitur: laude propria letatur: ad honorem cor eleuat: rerum affluentium abundantia exultat. Mundi ergo lucrum querit sub eius honoris specie: quo mundi destrui lucra debuerunt. Cumque mens humilitatis culmen arripere ad eleuationem cogitat: quod foris appetit intus immutat.

S. De mente preesse volentium plerumque sibi ficta bonorum operum promissione blanditur. Capitulum ix.

Sed plerumque hi qui subire magisterium pastorale cupiunt: nonnulla quoque opera bona animo proponunt: et quamuis hoc elationis intentione appetunt: operaturos tamen se magna pertractant: sicque vt aliud in imis intentio supprimat: aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat. Nam sepe sibi de se mens ipsa mentitur et fingit se de bono opere amare quod non amat: de mundi autem gloria non amare quod amat: que principari appetens fit ad hoc pauida cum querit: audax cum peruenerit. Tumens enim ne non perueniat trepidat: sed repente perueniens iure sibi hoc debitum ad quod peruenerit putat. Cumque percepto principatus officio perfrui seculariter ceperit: libenter obliuiscitur quicquid religiose cogitauit. Unde necesse est: vt cum cogitatio extra vsum ducitur: protinus mentis oculus ad opera transacta reuocetur: ac penset quisque quid subiectus egerit: et repente cognoscet si prelatus bona agere que proposuerat possit: quia nequaquam valet in culmine humilitatem discere: qui in imis positus non desiuit superbire. Nescit laudem cum suppetit fugere: qui ad hanc didicit cum deesset anhelare. Nequaquam vincere auaritiam potest: quando ad multorum sustentationem tenditur is: cui sufficere propria nec soli potuerunt. Ex anteactis ergo vita se vnusquisque inueniat: ne in appetitu se culminis imago cogitationis illudat. Quamuis plerique in occupatione regiminis ipse quoque boni operis vsus perdit: qui in tranquillitate tenebat: quia quieto mari recte nauem et imperitus nauta dirigit: turbato autem tempestatis fluctibus etiam peritus se nauta confundit. Quid namque est potestas culminis nisi tempestas mentis? In qua dum cogitationum semper procellis nauis cordis quatitur: huc illucque incessanter impellitur: vt per repentinos excessus oris et operis quasi per obuiantia saxa frangatur. Inter hec itaque quid sequendum est: quid tenendum nisi vt virtutibus pollens coactus ad regimen veniat: virtutibus vacuus nec coactus accedat? Ille si omnino renititur: caueat ne acceptam pecuniam in sudario ligans: de eius occultatione iudicetur. Pecuniam quippe in sudario ligare: est percepta dona sub ocio lenti torporis abscondere. At contra. Ille cum regimen appetit: attendat ne per exemplum praui operis phariseorum more ad ingressum regni tendentibus obstaculum fiat: qui iuxta summi magistri vocem nec ipsi intrant: nec alios intrare permittunt. Cui considerandum quoque est: quia cum curam populi electus presul suscipit: quasi ad egrum medicus accedit. Si ergo adhuc in eius opere passiones viuunt: qua presumptione percussum mederi properat qui in facie vulnus portat?

S. Qualis quisque ad regimen debet venire. Capitulum x.

Ille igitur modis omnibus debet ad exemplum viuendi pertrahi: qui cunctis carnis passionibus moriens iam spiritaliter viuit: qui prospera mundi postponit: qui nulla aduersa pertimescit: qui sola interna desiderat. Cuius intentioni bene congruens: nec omnino per imbecillitatem corpus: nec valde per contumeliam repugnat spiritus. Qui ad aliena cupienda non ducitur: sed propria largitur. Qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur: sed nunquam plus quam decet ignoscendo: quid ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat: sed perpetrata ab aliis vt propria deplorat. Qui ex affectu cordis aliene infirmitati compatitur: sicque in bonis proximi sicut in suis profectibus letatur. Qui ita se imitabilem ceteris in cunctis que agit insinuat: vt inter eos non habeat quod saltem de transactis mens erubescat. Qui sic studet viuere vt proximorum quoque corda arentia doctrine valeat fluentis irrigare. Qui orationis vsu et experimento iam didicit quod obtinere a domino que poposcerit possit: cui prophetica voce iam quasi specialiter dicitur. Adhuc loquente te: dicam / ecce assum.

S. Qualis quisque ad regimen venire non debeat. Capitulum xi.

Si enim fortasse quis veniat vt pro se ad intercedendum nos apud potentem quempiam virum: qui sibi iratus: nobis vero incognitus est ducat: protinus respondemus: ad intercedendum venire non possumus: quia familiaritatis eius notitiam non habemus. Si ergo homo apud hominem de quo minime presumit fieri intercessor erubescit: qua mente apud deum intercessionis locum pro populo arripit qui familiarem se eius gratie esse per vite merita nescit? Aut ab eo quomodo aliis veniam postulat: qui verum sit sibi placatus ignorat? Qua in re est adhuc aliud sollicitius formidandum: ne qui placare iram posse creditur: hanc ipse ex proprio reatu mereatur. Cuncti enim liquido nouimus: quia cum is qui displicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc desideriis terrenis astringitur: caueat ne districti iram iudicis grauius accendens dum loco delectatur glorie: fiat subditis auctor ruine. Solerter ergo se quisque metiatur ne locum regiminis assumere audeat: si in se adhuc vitium damnabiliter regnat: ne is quem crimen deprauat proprium: intercessor fieri appetat pro culpis aliorum. Hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur. Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam / non offerat panes domino deo suo: nec accedat ad ministerium eius. Ubi et repente subiungitur. Si cecus fuerit: si claudus: si vel paruo / vel grandi et torto naso: si fracto pede vel manu: si gibbus: si lippus: si albuginem habens in oculo: si iugem scabiem: si impetiginem in corpore vel ponderosus. Cecus quippe est qui superne contemplationis lumen ignorat: qui presentis vite tenebris pressus dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit: quo gressum operis porrigat nescit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur. Pedes sanctorum suorum seruabit: et impii in tenebris conticescent. Claudus vero est qui quidem quo pergere debeat / aspicit: sed per infirmitatem mentis vite viam perfecte non valet tenere quam videt: quia ad virtutis statum dum fluxa consuetudo non erigitur: quo per desiderium innititur / illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit. Remissas manus et dissoluta genua erigite: et gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret: magis autem sanetur. Paruo autem naso est qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores fetoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur: per quam virtutes eligimus: delicta reprobamus. Unde et in laude sponse dicitur. Nasus tuus sicut turris que est in libano. Quia nimirum sancta ecclesia quae ex causis singulis temptamenta prodeant: per discretionem conspicit: et ventura viciorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli qui dum estimari hebetes nolunt: sepe se in quibusdam exquisitionibus plus quam necesse est exercentes ex nimia subtilitate falluntur. Unde hic quoque subditur: vel grandi et torto naso. Nasus enim grandis et tortus est discretionis subtilitas immoderata: que dum plusquam decet excreuerit: actionis sue rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede vel manu est qui viam dei pergere omnimodo non valet: atque a bonis actibus funditus expers vacat: quatenus hec non vt claudus saltem cum infirmitate teneat: sed ab his omnimodo alienus existat. Gibbus vero est quem terrene sollicitudinis pondus deprimit: ne vnquam ad superna respiciat: sed solis his que in infimis calcantur intendat. Qui et si quando aliquid ex bono patrie celestis audierit: ad hoc nimirum peruerse consuetudinis pondere pregrauatus cordis faciem non attollit. Quia cogitationis statum erigere non valet: quem terrene sollicitudinis vsus curuum tenet. Ex horum quippe specie psalmista dicit. Incuruatus sum et humiliatus vsquequaque. Quorum culpam quoque per semet-

Leui. xxi.

Ibidem.

j. Reg. ij.

Hebre. xij.

Cant. vij.

Ps. xxxvij.

G ipsamet veritas reprobans ait. Semen autem quod in spinis cecidit: hi sunt qui audiunt verbum: et a sollicitudinibus et diuitijs et voluptatibus vite euntes suffocantur et non referunt fructum. ¶ Lippus vero est cuius quidem ingeniū ad cognitionē veritatis emicat: sz tamē hoc carnalia opa obscurant. In lippis quippe oculis pupille sane sūt: sed humore defluēte infirmitate palpebre grossescūt. Que qz infusione crebra atterunt: etiā acies pupille vitiat. Et sūt nōnulli quorū sensū carnalis vite operatio sauciat: q videre recta subtiliter p ingeniū poterant: sed vsu prauorū actuū caligat. Lipp⁹ itaqz est cui⁹ sensū natura exacuit: sz puersatiōis prauitas cōfūdit. Cui bñ p angelū dr. Collyrio inunge oc'los tuos vt videas. Collyrio quippe oculos vt videam⁹ inūgim⁹: cū ad cognoscendum veri luminis claritatē intellectus nr̃i aciē medicamine bone opationis adiuuam⁹. ¶ Albuginē vero habet i oculo q veritatis lucē videre nō sinit: qz arrogantia sapientie seu iustitie cecat. Pupilla namqz oculi nigra videt: albuginem tolerans nihil videt: qz videlicet sensus humane cogitationis si stultum se peccatorēqz intelligit: cognitionem intime claritatis apprehēdit. Si autē candorē sibi iustitie siue sapientie tribuit: a luce se superne cognitiōis excludit: et eo claritatem veri luminis neq̃q̃ penetrat: q se apd se p arrogantiā exaltat: sicut de quibusdā dr. Dicētes eni se esse sapiētes: stulti facti sūt. ¶ Iugē vero habet scabiē cui carnis petulātia sine cessatione dn̄af. In scabie etenī feruor viscerū ad cutē trahit: p quā recte luxuria designatur: qz si cordis tentatio vsqz ad opatonē psilit: nimirū feruor intim⁹ vsqz ad cutis scabiē prorūpit: et foris iā corp⁹ sauciat: qz dū i cogitatiōe voluptas nō repmit: etiā in actione dn̄af. Quasi enī cutis pruriginē paul⁹ curabat abstergere: cū dicebat. Tentatio vos nō apprehendat: nisi hūana. Ac si aperte diceret. Humanū quidē est tētationē i corde ppeti: demoniacū vero est in tentatiōis certamine i opatiōe superari. ¶ Impetiginē quoqz habet i corpe quisqs auaritia vastat in mēte: q si in paruis non cōpescit: nimirū sine mensura dilataf. Impetigo quippe sine dolore corp⁹ occupat et absqz occupati tedio excrescēs membrorū decorē fedat qz et auaritia captiuā animā dū q̃si delectat exulcerat: dū adipiscēda queqz cogitatiōi obijcit: ad inimicitias accendit: et dolorē in vulnere nō facit: qz estuanti aio ex culpa abundantiā pmittit. Sed decor mēbrorū pdit: qz aliarū quoqz virtutū p hāc pulchritudo depraua͂: et q̃si totū corp⁹ exasperat: qz p vniuersa vitia animū supplātat: Paulo attestāte q ait. Radix oīm maloꝝ est cupiditas. ¶ Pōderosus vero est: q turpitudinē nō exercet opere: sz in ab hac cogitatione ptinua sine moderamine grauat in mente: q nequaqz quidē vsqz ad opus nefariū rapit: sed ei⁹ anim⁹ voluptati luxurie sine vllo repugnatiōis obstaculo delectat. Uitiū quippe est ponderis cū humor viscerū ad virilia labit: q pfecto cū molestia dedecoris intumescit. Pōderosus ergo est qui totis cogitationibus ad lasciuiā defluēs, pōdus turpitudinis gestat in corde: et quis praua non exerceat opere: ab his tamen non euellit mente. Nec ad vsū boni operis in aperto valet assurgere: quia grauat hunc in abditis pondus turpe. Quisquis ergo quolibet horū vitio subigit: panes dn̄o offerre phibet: ne pfecto diluere aliena delicta non valeat is quē adhuc ppria deuastāt. Quia igit paucis ad magisteriū pastorale dign⁹ qualiter veniat, atqz hoc indign⁹ qualiter pertimescat ostēdim⁹: nūc is q ad illud digne peruenerit: cū qualr viuere debeat demōstremus.

Margin: Luc. viij. — Apoc. iij. — Rom. j. — H — j. Cor. x. — j. Ti. vj. — I

¶ Secunda pars tractans de vita pastoris.

¶ Is qui ad regimē ordinate peruenerit: qualem se in ipso regimine debet exhibere. Capitulū. j.

Tantum debet actionē populi actio trāscendere presulis: q̃ntum distare solet a grege vita pastoris. Oportet namqz vt metiri se sollicite studeat: quāta tenēde rectitudinis necessitate pstringitur: sub cui⁹ estimatione populus grex vocatur. Sic ergo necesse est cogitatione mūdus: actione pcipuus: discret⁹ in silentio: vtilis in verbo: singulis cōpassiōe pxim⁹: pre cunctis ptēplatiōe suspēsus: bñ agētib⁹ p humilitatē soci⁹: ꝯ delinquētiū vitia p zelū iustitie erect⁹: internorū curā in exteriorū occupatiōe nō minuēs: exteriorū pⱱidētiā in internorū sollicitudine nō relinquēs. Sz hec q breuiter enumerādo pstrinxim⁹: paulo latius replicādo differam⁹.

Margin: K

¶ S. Ut rector cogitatione sit mundus. Capitulū. ij.

Rector semp cogitatiōe sit mūdus: quatenus nulla hunc immūdicia polluat, qui hoc suscepit officij, vt in alienis quoqz cordib⁹ pollutionis maculas tergat: qz necesse est vt esse munda studeat man⁹ q diluere alioꝝ sordes curat: ne tacta queqz deterius inqn̄et: si sordida in se mēs lutū tenet. Hic naqz per prophetā Esaiā dicit. Mundamini q fertis vasa domini. Etenī vasa dn̄i ferūt q pximorū alas ad eterna sacraria pducendas: in sue puersatiōis fide suscipiūt. Apud semetipsos ergo q̃ntum debeant mūdari pspiciant: q ad eternitatis templū vasa viuentia in sinu ppria sponsionis portant. Hinc diuina voce pcipit vt in aaron pectore rationale iudicij vittis ligantib⁹ imprimaf: quaten⁹ sacerdotale cor nequaqz cogitatiōes fluxe possideāt: sed ratio sola cōstringat: ne indiscretū qd vel inutile cogitet: qui est ad exēplū alijs pstitutus, ex grauitate vite semp debet ostēdere quā in pectore rationē portat. In quo etiā rationali vigilāter adiungit: vt duodecim nomina patriarcharū describant. Ascriptos etenim patres semper in pectore ferre, est antiquorū vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur: cum exēpla patrū precedentiū indesinenter intuetur: cum sanctorū vestigia sine cessatiōe consideret: et cogitatiōes illicitas depmat: ne extra ordinis limitē operis pedem tendat. Quod bene etiā rationale iudicij vocatur: qz debz rector semp subtili examine bona malaqz discernere: et q vel quibus: quādo vel qualiter cōgruant studiose cogitare: nihil quoqz propriū querere: sed sua cōmoda propinquorū bona deputare. Unde illic scriptū est. Pones autem in rationali iudicij doctrinam et veritatem: que erunt in pectore aaron quando ingrediet corā dn̄o: et gestabit iudicium filiorū israel i pectore suo in conspectu dn̄i semper. Sacerdoti quippe iudicium filiorum israel in pectore coram dn̄i cōspectu gestare, est subiectorū causas pro sola interni iudicis intentiōe discutere vt nihil se ei humanitatis admisceat i hoc quod diuina positus vice dispēsat: nec correptiōis studia priuatus dolor exasperet. Cūqz contra aliena vitia emulator ostendit: que sua sunt nō exequatur: ne tranquillitatem iudicij aut latens inuidia maculet: aut preceps ira perturbet. Sed dum cōsideratur terror eius qui super omnia presidet: videlicet iudicis intimi: nō sine magno reguntur timore subiecti. Qui nimirū timor dum mētē rectoris humiliat, purgat: ne hanc aut presumptio spiritus leuet: aut carnis delectatio inqn̄et: aut p terrenarū rerum cupiditatem importunitas pollute cogitatiōis obscuret: que tamen non pulsare rectoris animū nequeunt: sed festinare necesse est vt repugnatione vincantur: ne vitium quod per suggestionem tentat: mollities delectationis subigat. Cumqz hec ab animo tarde repellitur: vereor ne consensus succedat.

Margin: Esa. lij. — Exodi. xxviij. — L — Exodi. xxviij. — M

¶ S. Ut rector sit semp operatiōe precipuus. Cap. iij.

Si rector operatiōe precipuus: vt vite viā subditis viuendo denūciet: et grex qui pastoris vocem moresqz sequitur, per exempla melius q̃ per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere: hac eadem necessitate cōpellitur summa monstrare. Illa vox namqz libetius auditorum corda penetrat: quā dicentis vita cōmendat: quia dum qd loquendo imperat: ostendendo adiuuat vt fiat. Hinc enim per prophetam dicitur. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas syon. Ut videlicet qui celesti predicatiōe vtitur, ima iam terrenorum operum deserens in rerum culmine stare videatur: tantoqz facilius subditos ad meliora pertrahat: quanto per vite meritum de supnis clamat. Hinc diuina lege armū sacerdos dextrū in sacrificium accipit et separatum: vt nō solum sit eius operatio vtilis: sed etiam singularis. Nec inter malos tantūmodo que recta sunt faciat: sed bene quoqz operātes subditos: sicut honore ordinis superat: ita etiam

Margin: Esa. xl. — Exodi. xxix.

morum virtute transcendat. Cui in esu quoque pectusculum [A] cum armo tribuitur: ut quod de sacrificio percipere sumere: hoc de semetipso auctori discat immolare. Et non solum pectore quae recta sunt cogitet: sed spectatores suos ad sublimia armo operis invitet: nulla prospera praesentis vitae appetat: nulla adversa pertimescat. Blandimenta enim mundi respecto intimo terrore despiciat: terrores autem considerato internae dulcedinis blandimento contemnat. Unde superne quoque vocis imperio utroque humero sacerdos velamine superhumeralis astringitur: ut contra adversa ac prospera virtutum semper ornamento muniatur: quatenus iuxta vocem Pauli. [ij. Cor. vi.] Per arma iustitiae a dextris sinistrisque gradiens: cum ad sola quae anteriora sunt nititur: a nullo delectationis infimae latere flectatur. Non hunc prospera elevent: non adversa perturbent: non blanda usque ad voluptatem demulceant: non aspera ad desperationem premant: ut dum nullis passionibus intentionem mentis humiliat: quanta in utroque humero superhumeralis pulchritudine tegatur ostendat. Quod recte superhumerale ex auro hyacintho: purpura: bis tincto cocco: et torta fieri bysso praecipitur: ut quanta sacerdos clarescere virtutum diversitate debeat demonstretur. ¶ In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget: ut in eo intellectus sapientiae principaliter emicet. Cui hyacinthus (qui aereo colore resplendet) adiungitur: ut per omne quod intelligendo penetrat: non ad favores infimos: sed ad amorem caelestium surgat: ne dum incautus suis laudibus capitur: ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque et hyacintho purpura permiscetur: ut videlicet sacerdotale cor cum summa quae praedicat sperat: in semetipso suggestiones vitiorum reprimat: eisque [B] velut ex regia potestate contradicat: quatenus nobilitatem semper intimae regenerationis aspiciat: et caelestis regni sibi habitum moribus defendat. De hac quippe nobilitate spiritus per Petrum dicitur. [j. Pe. ij.] Vos autem genus electum: regale sacerdotium. De hac etiam potestate qua vitia subigimus: Ioannis voce roboramur qui ait. [Joan. j.] Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri. Hanc dignitatem fortitudinis psalmista considerat dicens. [Psal. cxxxviij.] Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Quia nimirum sanctorum mens principaliter in summis erigitur: cum exterius perpeti abiecta cernuntur. Auro autem hyacintho ac purpurae bis tinctus coccus adiungitur: ut ante interni iudicis oculos omnia virtutum bona ex charitate decorentur: et cuncta quae coram hominibus rutilant: haec in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendat. Quae scilicet charitas quia deum simul et proximum diligit: quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat ut proximorum curam negligat: vel sic proximorum curam exequitur: ut a divino amore torpescat: quia unum horum quodlibet negligit: in superhumeralis ornamento habere coccum bis tinctum nescit. Sed cum mens ad praecepta charitatis tenditur: restat procul dubio ut per abstinentiam caro maceretur. Unde et bis tincto cocco torta byssus adiungitur. De terra etenim byssus nitenti specie oritur. Et quid per byssum nisi candens decore munditiae [C] corporalis castitas designatur? Quae videlicet byssus torta pulchritudini superhumeralis innectitur: quia tunc castimonia ad perfectum munditiae candorem ducitur: cum per abstinentiam caro fatigatur. Cumque inter virtutes ceteras etiam afflictae carnis meritum proficit: quasi in diversa superhumeralis specie byssus torta candescit.

¶ IV. Ut sit rector discretus in silentio: utilis in verbo. Capitulum IIII.

Sit rector discretus in silentio: utilis in verbo: ne aut tacenda proferat: aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita indiscretum silentium hos qui erudiri poterant: in errore derelinquit. Saepe namque rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes: loqui libere recta pertimescunt: et iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiae pastorum studio: sed mercenariorum vice deserviunt: quia veniente lupo fugiunt: dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam dominus increpat dicens. [Esa. lvi.] Canes muti non valentes latrare. Hinc rursum queritur dicens. [Eze. xiij.] Non ascendistis ex adverso: nec opposuistis murum pro domo Israel: ut staretis in proelio in die domini. Ex adverso quippe ascendere: est pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die domini in proelio stare: est pravis decertantibus ex iustitiae amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere: quid est aliud quam tacendo terga praebuisse? Qui nimirum si pro grege se obiicit: murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursum delinquenti populo dicitur.

[D] [Eze. xiij.] Prophetae tui viderunt tibi falsa et stulta: nec aperuerunt iniquitatem tuam ut te ad poenitentiam provocarent. Prophetae quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur: qui dum fugitiva esse praesentia indicant: quae sunt ventura manifestant. Quos divinus sermo falsa videre redarguit: quia dum corripere culpas metuunt: incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticescunt. Clavis quippe apertionis: sermo correptionis est: quia increpatio culpam detegit: quam saepe nescit ipse etiam qui perpetravit. Hinc Paulus ait. [j Ti. iij.] Ut potens sit exhortari in doctrina sana: et eos qui contradicunt redarguere. Hinc per Malachiam dicitur. [Mala. ij.] Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Hinc per Esaiam dominus admonet dicens. [Esa. l.] Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Praeconis quippe officium suscipit: quisquis ad sacerdotium accedit: ut ante adventum iudicis qui terribiliter sequitur: ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si praedicationis est nescius: quam clamoris vocem daturus est praeco mutus? Hinc est enim quod super pastores primos [Act. ij.] in linguarum specie spiritus sanctus insedit: quia nimirum quos repleverit: de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi praecipitur ut tabernaculum sacerdos ingrediens [Exodi. xxviij.] tintinnabulis ambiatur: ut videlicet voces praedicationis habeat: ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est. [Ibidem.] Audiatur sonitus quando ingreditur vel egreditur sanctuarium in conspectu domini: et non moriatur. Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur: si de eo sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti iudicis exigit: si sine sonitu praedicationis incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere? propheta attestante qui ait. [E] [Ps. cxxxj.] Sacerdotes tui induantur iustitiam. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhaerent: ut vitae viam cum linguae sonitu ipsa quoque bona opera clament sacerdotis. Sed cum rector se ad loquendum praeparat: sub quanto cautelae studio loquatur attendat: ne si inordinate ad loquendum rapitur: erroris vulnere audientium corda feriantur. Et cum fortasse sapiens videri desiderat: unitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque veritas dicit. [Mar. ix.] Habete sal in vobis: et pacem habete inter vos. Per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui loqui igitur sapienter nititur: magnopere metuat ne eius eloquio audientium unitas confundatur. Hinc Paulus ait. [Rom. xij.] Non plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Hinc in [Exodi. xxviij.] sacerdotis veste iuxta divinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica nisi unitas fidei designatur? Nam sicut in malo punico uno exterius cortice multa interius grana muniuntur: sic innumeros sanctae ecclesiae populos unitas fidei contegit: quos intus diversitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat: hoc quod iam praemisimus: semetipsam veritas discipulis clamat. [Mar. ix.] Habete sal in vobis: et pacem habete inter vos. [F] Ac si figurate per habitum sacerdotis dicat. Mala punica tintinnabulis iungite: ut per omne quod dicitis: unitatem fidei cauta observatione teneatis. Providendum quoque est sollicita intentione rectoribus ut ab eis non solum prava nullo modo: sed ne recta quidem nimie et inordinate proferantur: quia saepe dictorum virtus perditur: cum apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate levigatur. Et auctorem suum haec eadem loquacitas inquinat: quae servire auditoribus ad usum profectus ignorat. Unde bene per Moysen dicitur. [Levi. xv.] Vir qui fluxum seminis patitur: immundus erit. In mente quippe audientium semen secuturae cogitationis est qualitas auditae locutionis: quia dum per aurem sermo concipitur: cogitatio in mente generatur. Unde et huius mundi praedicator egregius seminiverbius est vocatus. Qui ergo fluxum seminis patitur: immundus asseritur: quia multiloquio subditus ex eo se inquinat: quod si ordinate promeret: prolem rectae cogitationis edere in audientium corda potuisset: dumque incautus per loquacitatem defluit: non ad usum generis: sed ad immunditiam semen fundit. Unde Paulus quoque cum discipulum de instantia praedicationis admoneret: dicit. [ij. Ti. iiij.] Testificor coram deo et Christo Iesu qui iudicaturus est vivos et mortuos: et adventum ipsius et regnum eius: praedica verbum: insta opportune importune. Dicturus importune praemisit opportune: quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vilitate se destruit: si habere importunitas opportunitatem nescit.

G

¶ S. Ut rector sit singulis cōpassione ꝓximus: pre cunctis contemplatione suspensus. Capitu. v.

Sit rector singulis cōpassione ꝓximus: pre cūctis cōtēplatione suspēsus: vt ꝑ pietatis viscera in se infirmitatē ceterorū transferat: et ꝑ speculationis altitudinē semetipsū quoq; inuisibilia appetēdo trāscēdat: ne aut alta petēs ꝓximorū infirma despiciat: aut infirmis ꝓximorū ꝯgruēs/ appetere alta derelinquat. Hic est nāq; q̄ Paulus in paradisū ducit: celiq; tertij secreta rimat: et tn̄ ille inuisibiliū contēplatione suspēsus/ ad cubile carnaliū aciem mētis reuocat: atq; in occultis suis qualr̄ debeant ꝯuersari dispēsat dicēs. Propter fornicationē autē vnusquisq; suā vxorē habeat: et vnaquæq; suū virū habeat. Uxori vir debitū reddat: similiter aūt et vxor viro. Et paulopost. Nolite fraudare inuicē: nisi forte ex ꝯsensu ad tp̄s: vt vacetis orōni. Et iterū. Reuertimini in idipm̄: ne tēptet vos sathanas. Ecce iā celestibus secretis inserit: et tn̄ ꝑ ꝯdescēsionis viscera carnaliū cubile perscrutat: et quē subleuat ad inuisibilia erigit: hūc miserat ad secreta infirmantiū oculū cordis flectit. Celum cōtemplatiōe transcēdit: nec tn̄ statū carnaliū sollicitudine deserit: q̄ cōpage charitatis summis simul et infimis iūctus/ et in semetipso virtute spirit ad alta valēter rapit: et pietate in alijs equanimiter infirmat. Hinc etenī dicit. Quis infirmat et ego nō infirmor? Quis scandalizat: et ego nō vror? Hic rursus ait. Fact sum iudeis tanq̄ iudeus. Quod videlicet exhibebat non amittēdo fidē: sed ostendēdo pietatē: vt in se ꝑsonā infideliū transfigurans ex semetipso disceret qualiter alijs misereri debuisset: quatenus hoc illis impenderet quod sibipsi si ita esset/ ipendi recte voluisset. Hinc iterū dicit. Siue mēte excedim deo: siue sobrij sumus vobis. q̄ et semetipsum nouerat cōtemplādo trāscēdere: et eundē se auditorib condescendendo tēperare. Hinc Jacob dn̄o desup innitente et vncto deorsum lapide ascēdētes angelos ac descendentes vidit. q̄ s. predicatores sancti non solū sursum sanctum caput ecclesie/ videlicet dn̄m contēplādo appetunt: sed deorsum quoq; ad mēbra illius miserādo descendunt. Hinc Moyses crebro tabernaculū intrat et exit: et qui int in cōtēplationē rapitur: foris infirmātiū negocijs vrget. Intus dei arcana considerat: foris onera carnaliū portat. Qui de rebus quoq; dubijs semp ad tabernaculū recurrit: corā testamenti arca dn̄m consulit: exēplum ꝓcul dubio rectorib prebens/ vt cū foris ambigunt qd̄ disponāt/ ad mētem semp q̄si ad tabernaculū redeant: et velut corā testamēti arca dn̄m consulāt/ si de his in quib dubitāt/ apud semetipsos int sacri eloquij paginas requirant. Hinc ipsa veritas ꝑ susceptionē nostre humanitatis ostensa nobis/ in monte orationi inheret: miracula in vrbib exercet: imitationis videlicet viā bonis rectorib sterneīs: vt etsi iam summa contemplando appetunt: necessitatib tamen infirmantiū compatiēdo misceant: q̄ tunc ad alta charitas mirabiliter surgit: cū ad ima ꝓximorū se misericorditer attrahit: et cum benigne descendit ad infima: valenter recurrit ad sūma. Tales autē sese qui psunt exhibeant: quibus subiecti occulta quoq; sua ꝓdere non erubescāt: vt cum tentationum fluct paruuli tolerant: ad pastoris mentē quasi ad matris sinū recurrant: et hoc qd̄ se inquinari pulsantis culpe sordib ꝓuidēt/ exhortatiōis ei solatio ac lachrymis orationis lauent. Uñ et ante fores tēpli ad abluēdas ingredientiū man mare eneum. i. luterem duodecim boues portant: q̄ quidē facie exteri eminēt: sed ex posteriorib latēt. Quid nāq; duodecim bob nisi vniuersus pastorū ordo designat? De quib paulo differēte lex dicit. Nō obturabis os boui trituranti. Quorū quidē nos aperta opera cernim: sed apud districtum iudicē q̄ illos posterius maneāt in occulta retributione nescim. Qui tn̄ cum condescensionis sue patientiā diluendis ꝓximorū cōfessionibus ꝑparāt: velut ante fores tēpli luterem portant: vt quisquis intrare eternitatis ianuā nitit: tentationes suas mēti pastoris indicet: et q̄si in boum lutere cogitationis vel operis man lauet. Et fit plerūq; vt dū rectoris animus aliena tentamēta cōdescendendo cognoscit/ audiendis tētationib etiā ipse pulsef: q̄ et hec eadē ꝑ quā populi multitudo diluit: aqua ꝓcul dubio luteris inquinat: nā dum sordes diluētiū suscipit: quasi sue mūditie serenitatē perdit. Sed hec nequaq̄ pastori timenda sunt: q̄ deo subtiliter cūcta dispēsante/ tāto facilius a sua eripit: q̄to misericordius ex aliena tentatiōe fatigat.

H

¶ S. Ut sit rector bn̄ agentib ꝑ humilitatē soci: ꝯ delinquentiū vitia ꝑ zelū iustitie erectus. Capitu. vj.

Sit rector bn̄ agentib ꝑ humilitatē soci: ꝯtra delinquentiū vitia ꝑ zelum iustitie erect: vt et bonis in nullo se pferat: et cum prauorū culpa exigit/ potestatē ꝓtin sui prioratus agnoscat: quaten et honore suppresso equalē se subditis bene viuētibus putet: et erga peruersos iura rectitudinis exercere nō formidet. Nā sicut in libris moralibus dixisse me memini: liquet q̄ oēs hoīes natura equales genuit: sed variāte meritorum ordine alios alijs culpa postponit. Ipsa aūt diuersitas q̄ accessit ex vitio/ diuino iudicio dispensat: vt q̄ ois hō eque stare nō valet: alter regat ab altero. Unde cunctis q̄ psunt/ nō in se potestatē debēt ordinis: sꝫ equalitatē pensare conditionis: nec pesse se hoib gaudeāt: sꝫ ꝓdesse. Antiq̄ etenī patres nostri non reges hoim/ sed pastores pecorū fuisse memorant. Et cū noe dn̄s filijsq; ei̇ benediceret dicēs. Crescite et multiplicamini et replete terrā: ꝓtinus adiunxit. Et terror vester ac tremor sit sup cūcta aīantia terre. Quorū videlicet terror ac tremor q̄ esse sup animantia terre precipit: ꝓfecto esse sup hoīes ꝓhibet. Homo quippe brutis aīalib: nō autē hominib ceteris natura prelat est: et idcirco ei dr̄: vt ab animalib et nō ab hominib timeat: q̄ contra naturā supbire est ab equali velle timeri. Et tn̄ necesse est vt rectores a subditis timeant: qn̄ ab eis deū minime timeri deprehendunt: vt humana saltē formidine peccare metuāt q̄ diuina iudicia nō formidant. Nequaq̄ nāq; prepositi ex hoc q̄sito timore superbiūt/ in quo nō suam gloriā: sed subditorum iustitiā querūt. In eo enī q̄ metū sibi a peruerse viuētib exigūt/ quasi non hominibus: sed aīalibus dominātur: q̄ videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi: ex ea debēt etiā formidini iacere substrati. Sed plerunq; rector eo ipso quo ceteris preeminet: elatione cogitationis intumescit. Et dum ad vsum cetera subiacēt: dum ad votum velociter iussa complentur: dum omnes subditi si qua bene gesta sunt laudibus efferūt: male gestis autem nulla auctoritate cōtradicūt: dum plerūq; laudant etiā quod reprobare debuerant: seduct ab his que infra suppetunt sup se anim tollitur: et dū foris immēso fauore circūdatur: int veritate vacuat: atq; oblit sui in voces se spargit alienas: talemq; se credit: qualem se foris audit: non qualē int discernere debuit. Subiectos despicit: eosq; equales sibi nature origine nō agnoscit: et quos sorte potestatis excesserit: trāscēdisse se etiā vite meritis credit. Cunctis se estimat amplius sapere: quibus se videt amplius posse. In quodā quippe se constituit culmine apud semetipsum: et qui equa ceteris nature cōditione constringitur: ex equo respicere ceteros dedignat. Sicq; ad ei similitudinē ducitur: de quo scriptū est. Omne sublime videt: et ipse est rex sup vniuersos filios supbie. Qui singulare culmen appetens: et socialē angelorum vitam despiciens ait. Ponā sedem meam ad aquilonē: et ero similis altissimo. Miro ergo iudicio intus foueā deiectiōis inuenit: dum foris se in culmine potestatis extollit. Apostate quippe angelo similis efficit/ dū homo hominibus esse similis dedignatur. Sic saul post humilitatis meritū in tumorē supbie in culmine potestatis excreuit. per humilitatē quippe prelat est: per superbiā reprobatus/ dn̄o attestāte q̄ ait. Nōne cū esses paruul in oculis tuis caput te ꝯstitui in tribub israel? Paruulū se in suis prius oculis viderat: sed fult tēporali potētia/ iā se paruulū nō videbat. Ceterorū nāq; cōparatione se pferēs: q̄ plus cūctis poterat: magnū se pre oīb estimabat. Miro aūt modo cū apud se paruul/ apud deū magn: cū vero apud se magn apparuit/ apud deū paruul fuit. ¶ Plerūq; ergo dū ex subiectorū affluētia anim inflat: in luxū superbie ipso potentie fastigio lenocinante corrūpit. Quā videlꝫ potētiā bn̄ regit q̄ et tenere illā nouerit et ipugnare. Bn̄ hanc regit q̄ scit ꝑ illā sup culpas erigi: et scit cū illa ceteris equitate ꝯponi. Humana etenī mēs plerūq; extollit etiā cū nulla ptāte fulcit: q̄to magis in altū se erigit: cū se ei etiā ptās adiūgit? Quā tn̄ ptātē recte dispēsat q̄ sollicite nouerit et assumere ex illa qd̄ adiuuat: et expugnare qd̄ tētat: et equalē se cū illa ceteris cernere: et tn̄ se peccantibus zelo vltionis anteferre. Sed huic discretionē

ij. Cor. x.
j. Cor. vij.
Ibidem.
ij. Cor. xj.
j. Cor. ix.
ij. Cor. v.
Ge. xxviij.
Lu. vj.
j. Cor. ix.
j. Ti. v.
Gen. ix.
Job. xl.
Esa. xiiij.
j. Reg. xv.

I K L M

plenius agnoscim⁹: si pastoris primi exépla cernamus.
A Petrus naq₃ auctore deo sancte ecclesie principatū te-
nens: a bene agente cornelio/ et sese ei humiliter psternē-
te: immoderatius venerari recusauit: seq₃ ei similē reco-
Act.x. gnouit: dicēs. Surge ne feceris: et ipse ego homo sū. Sed
Act.v. cum ananie et saphire culpā reperit: mox quāta potētia
sup eos excreuisset ostēdit. Verbo nāq₃ eorū vitā percu-
lit: quā spiritu perscrutante deprehendit: et summū se in-
tra ecclesiam ptra peccata recoluit: qd honore sibi vehe-
menter impulso: corā bene agētibus fratribus nō agno-
uit. Illic cōmunionē equalitatis meruit sctitas actio-
nis: hic zelus vltionis ius aperuit potestatis. Paulus
ij.Cor.j. bene agētib⁹ frib⁹ prelatū se eē nesciebat cū diceret. Nō
qz dñamur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudij ve-
stri. Atq₃ illico adiunxit. Fide enī statis. Ac si id qd pro-
tulerat aperiret dicēs. Ideo nō dñamur fidei vestre: qz
fide statis: equales enī vobis sumus in quo vos stare co-
gnoscimus. Quasi prelatū se fratribus esse nesciebat: cū
j.Thes.ij. diceret. Facti sumus sicut paruuli in medio vestrū. Et
ij.Co.iiij. rursū. Nos aūt serui vestri p christū. Sz cū culpā q cor-
rigi debuisset inuenit: illico magistrū se esse recoluit dicēs
j.Co.iiij. Quid vultis: in virga veniā ad vos? Sūmus itaq₃ loc⁹
bñ regit: cū is q preest/ vitijs potius q fratribus dñat.
Sed cum delinquētes subditos ppositi corrigūt: restat
necesse est vt sollicite attendāt quatenus p disciplinę de-
bitū culpas quidē iure potestatis feriāt: sz p humilitatē
custodiā equales se ipsis fratrib⁹ q corrigunt agnoscāt.
Quis plerūq₃ etiam dignū est: vt eosdē quos corrigim⁹
tacita nobis cogitatiōe preferam⁹. Illorū nāq₃ p nos
vitia disciplinę vigore feriunt: i his vo q ipsi cōmittim⁹
ne verbi quidē ab aliquo inuectione laceramur. Tanto
ergo apud dñm obligatiores sum⁹ qto apd hoies inul-
B te peccamus. Disciplina aūt nostra subditos diuino iu-
dicio tāto liberiores reddit: quāto hic eorū culpas sine
vindicta nō deserit. Seruāda itaq₃ est et i corde humili-
tas: et in opere disciplina. Atq₃ inter hec solerter intuen-
dum est: ne dū imoderati⁹ custodit virt⁹ humilitatis/ sol-
uantur iura regiminis: et dum prelatus quisq₃ plus se q̄
decet deijcit: subditorū vitā distringere sub disciplię vicu-
lo nō possit. Teneant ergo rectores exterius qd pro alio-
rum vtilitate susceperūt: seruēt interius qd de sua estima-
tione pertimescūt. Sed tamē quibusdā signis decenter
erūpentib⁹ eos apud se esse humiles etiā subiecti depre-
hendant: quatenus et in auctoritate eorū qd formidēt vi-
deāt: et de humilitate qd imitēt agnoscāt. Studeāt igit
sine intermissiōe q presunt: vt eorū potētia quāto magna
exteri⁹ cernit: tāto apud eos interius deprimat: ne cogi-
tationē vicat/ ne i delectationē sui aīm rapiat/ ne iā sub
se mens eā regere nō possit: cui se libidine dominādi sup-
ponit. Ne enim presidentis animus ad elationē potesta-
tis sue delectatiōe rapiat: recte per quendā sapiētē dici-
eccle.xxxij tur. Ducē te constituerunt: noli extolli: sed esto i illis q̄si
j.Pe.v. vnus ex illis. Hinc etiā petrus ait. Nō dominātes i cle-
C ro: sed forma facti gregis. Hinc p semetipsū veritas ad
Mat.x. altiora nos virtutū merita puocans dicit. Scitis quia
principes gentiū dñant eorū: et q maiores sunt/ potestatē
exercēt in eos. nō ita erit inter vos: sed quicūq₃ voluerit
inter vos maior fieri: sit sicut minister: et q voluerit in-
ter vos prim⁹ esse: erit vester seru⁹: sicut fili⁹ hois nō ve-
nit ministrari: sed ministrare. Hinc est q seruū ex susce-
pto regimine elatū: q post supplicia maneant indicat di-
mat.xxiiij cens. Qz si dixerit malus ille seru⁹ in corde suo: morā fa-
cit dñs meus venire: et ceperit pcutere pseruos suos: mā-
Ibidem. ducet aūt et bibat cū ebrietate: veniet dñs serui illius in
die qua non sperat: et hora qua ignorat: et diuidet eū: par-
temq₃ eius ponet cū hypocritis. Inter hypocritas enī iu-
re deputat: q ex simulatiōe disciplinę ministeriū regimi-
nis vertit in vsū dñatiōis. et tñ nōnunq₃ grauius delinquit
si iter pueros plus equalitas q̄ disciplina custodit. Qz
j.Reg.ij. enī falsa pietate superat⁹ ferire hely delinquētes filios no-
luit: apd districtū iudicē semetipm cū filijs crudeli dā-
Ibidem. natiōe pcussit. Hinc nāq₃ diuina voce ei dr. Honorasti fi-
lios tuos magis q̄ me. Hinc pastores increpat p pphe-
Ezech. tam dicens. Quod fractum est nō alligastis/ et quod ab-
xxxiiij. iectum fuerat non reduxistis. Abiectus enim reducitur
cum quisq₃ in culpa lapsus/ ad statum iustitie ex pasto-
ralis sollicitudinis vigore reuocat. Fracturā vero liga-
mē astringit: cū culpā disciplina deprimit: ne plaga vsq₃ ad
interitum defluat: si hāc districtionis seueritas nō coar- D
ctat. Sed sepe deterius frāgit: cū fractura incaute colli-
gat: ita vt grauius scissurā sentiat: si hāc imoderati⁹ liga-
mēta pstrigāt. Vn necesse est vt cū peti vulnus in subdi-
tis corrigendo restringit: magna se sollicitudine etiā di-
strictor ipse moderetur: quaten⁹ sic iura disciplinę con-
tra delinquentes exerceat: vt pietatis viscera non amit-
tat. Curandū quippe est vt rector subditis/ et matrē pie-
tatis/ et patrem exhibeat disciplinę. Atq₃ inter hec solli-
cita circūspectione prouidēdū: ne aut districtio rigida/
aut pietas sit remissa. Nā sicut i libris moralib⁹ iā dixi-
mus/ disciplina vel misericordia multū destituit: si vna si-
ne altera teneat. Sed erga subditos suos inesse rectori-
bus debet et iuste psolās misericordia: et pie seuiēs disci-
Luc.x. plina. Hinc nāq₃ est q docēte veritate per samaritani
studiū semiuiu⁹ in stabulum ducitur: et vinū atq₃ oleum
eius vulnerib⁹ adhibet: vt per vinū scz mordeātur vul-
nera: per oleum foueant. Necesse quippe est vt quisquis
sanandis vulnerib⁹ preest: in vino morsū doloris adhi-
beat: in oleo mollitiem pietatis: quaten⁹ per vinum mū-
dētur putrida: per oleum foueantur sananda. Miscēda
ergo est lenitas cum seueritate: faciendū quoddam tem-
peramentum ex vtroq₃: vt neq₃ multa asperitate exulce-
rentur subditi: neq₃ nimia benignitate soluātur. Quod
iuxta Pauli vocē bene illa tabernaculi arca significat:
in qua cū tabulis virga simul et māna est: qz cum scriptu-
re sacre scientia in boni rectoris pectore si est virga di-
Ps.xxij. strictionis: sit et māna dulcedinis. Hinc Dauid ait. Vir-
ga tua et baculus tuus: ipsa me cōsolata sunt. Virga enī
E percutimur: baculo sustentamur. Si ergo est districtio
virge que feriat: sit et consolatio baculi qui sustētet. Sit
itaq₃ amor: sed non emolliens: sit rigor: sed non exaspe-
rans: sit zelus: sed nō immoderate seuiens: sit pietas/ sed
non plus q̄ expediat parcens: vt dum se in arce regimi-
nis iustitia clementiaq₃ permisceant: is qui preest/ corda
subditorum et terrendo demulceat: et tamen terroris re-
uerentiam demulcendo constringat.

¶ S. Vt sit rector interiorum curam in exteriorum oc-
cupatione non minuens: prouidentiā in interiorum sol-
licitudine non relinquens. Capitm vij.

SIt rector interiorū curam in exteriorū occu-
patione nō minuens: exteriorū prouidentiā in
interiorū occupatione non relinquens: ne aut
exterioribus deditus ab intimis corruat: aut solis inte-
rioribus occupatus/ que foris debet proximis nō impē-
dat. Sepe namq₃ nonnulli velut obliti q fratribus ani-
marum causa prelati sunt: toto cordis adnisu secularī-
bus curis inseruiūt: has (cū assunt) se agere exultāt: ad
has etiam cum desunt/ diebus ac noctibus cogitatiōis
turbide estibus anhelant. Cūq₃ ab his cessante fortassis
opportunitate q̄eti fuerit: ipsa deteri⁹ sua q̄ete fatigātur.
Voluptatē nāq₃ cēsent si actionibus deprimūtur: labo-
rem deputant si in terrenis negocijs nō laborant. Sicq₃ F
fit vt dū vrgeri se mundanis tumultibus gaudēt: inter-
na que alios docere debuerant ignorēt. Vnde subiecto-
rum quoq₃ procul dubio vita torpescit: quia cum pfice-
re spiritualiter appetit: in exēplo ei⁹ qui sibi prelat⁹ est
quasi in obstaculo itineris offendit. Languente enī ca-
pite: incassum mēbra vigent: et in exploratione hostium
frustra exercitus velociter sequitur: si ab ipso duce itine-
ris erratur. Nulla subditorum mentes exhortatio sub-
leuat: eorumq₃ culpas increpatio nulla castigat: qz dum
per animarū presulē terreni exercetur officiū iudicis: a
gregis custodia vacat cura pastoris: et subiecti veritatis
lumen apprehēdere nequeūt: quia dum pastoris sensus
terrena studia occupāt: vēto tētationis impulsus eccle-
sie oculos puluis cecat. Quo contra recte humani gene-
ris redemptor cum nos a vētris voracitate cōpesceret:
Luc.xxi. dicēs. Attendite aūt vobis vt nō grauent corda vestra
in crapula et ebrietate: illico adiūxit: et in curis huius vite.
Vbi pauorem quoq₃ protinus interne adijciens: ne for-
te superueniat in vos repentina dies illa. Cuius aduen-
tus etiam qualitatem denūciat dicens. Tanq₃ laqueus
enim superueniet in omnes qui sedent super faciem om-
Luc.xvj. terre. Hinc iterum dicit. Nemo potest duob⁹ dominis
seruire. ¶ Hinc paul⁹ religiosorū mētes a mūdi cōsor-
tio contestando: ac potius conuenienda suspēdit dicēs.
ij.Ti.ij. Nemo militans deo implicat se negocijs secularib⁹: vt

G

ei placeat cui se probauit. Hinc ecclesie rectoribus a vacandi studia precipit: et consulendi remedia ostendit dicens. Secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum: vt ipsi videlicet dispensationibus terrenis inseruiant / quos spiritalia nō exornant. Ac si apertius dicat. Quia penetrare intima nequeunt: saltem necessaria foris operentur.

j. Cor. vj.

Exodi. xviij.

¶ Hinc moyses qui cum deo loquitur: ietro alienigene reprehensione iudicatur: quod terrenis populorum negocijs stulto labore deseruiat. cui et consilium mox prebetur vt pro se alios ad iurgia dirimenda constituat: et ipse liberius ad erudiendos populos spiritalium arcana cognoscat. A subditis ergo inferiora gerenda sunt: a rectoribus summa cogitanda: vt scilicet oculum qui prouidendis gressibus preeminet: cura pulueris non obscuret. Caput namque subiectorum sunt cuncti qui presunt: et vt recta valeant pedes itinera carpere: procul dubio caput debet exalto prouidere / ne a profectus sui itinere pedes torpeant: cum curuata rectitudine corporis caput sese ad terram declinat. Qua autem mente animarum presul honore pastorali inter ceteros vtitur: si in terrenis negocijs que reprehendere in alijs debuit / et ipse versatur? Quod videlicet ex ira iuste retributionis per prophetam dominus minatur dicens.

Osee. iiij.

Et erit sicut populus / sic sacerdos. Sacerdos quippe est vt populus: quando ea agit is qui spiritali officio fungitur / que illi nimirum faciunt qui adhuc de studijs carnalibus iudicantur.

H

Quod cum magno dolore scilicet charitatis hieremias propheta conspiciens: quasi sub destructione templi deplorat dicens.

Thre. iiij.

Quomodo obscuratum est aurum: mutatus est color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Quid namque auro quod metallis ceteris preeminet nisi excellentia sanctitatis? Quid colore optimo: nisi cunctis amabilis reuerentia religionis exprimitur? Quid per sanctuarij lapides nisi sacrorum ordinum persone figurantur? Quid platearum nomine nisi presentis vite latitudo signatur? Ex enim greco eloquio platos latitudo dicitur: profecto a latitudine platee sunt vocate. Per semetipsam vero veritas dicit.

Mat. vij.

Lata et spatiosa via est que ducit ad perditionem. Aurum igitur obscuratur / cum terrenis actibus sanctitatis vita polluitur. Color optimus commutatur / cum quorundam qui degere religiose credebantur / estimatio anteacta minuitur. Nam cum quilibet post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit: quasi colore permutato ante humanos oculos eius reuerentia despecta pallescit. Sanctuarij quoque lapides in plateas dispergantur: cum causarum secularium foras lata itinera expetunt hi qui ad ornamentum ecclesie internis mysterijs quasi in secretis sanctuarij vacare debuerunt. Ad hoc quippe sanctuarij lapides fiebant: vt intra sancta sanctorum in vestimento summi sacerdotis apparerent. Cum vero ministri religionis a subditis honorem redemptoris sui ex merito vite non exigunt: sanctuarij lapides in ornamento pontificis non sunt.

I

Qui nimirum sanctuarij lapides dispersi per plateas iacent: cum persone sacrorum ordinum / voluptatum suarum latitudini dedite terrenis negocijs inherent. ¶ Et notandum quod non hos dispersos in plateis: sed in capite platearum dicit: quia et cum terrena agunt / summi videri appetunt: vt et lata itinera teneant ex voluptate delectationis: et tamen in platearum sint capite ex honore sanctitatis. Nihil quoque obstat si sanctuarij lapides eosdem ipsos quibus constructum sanctuarium existebat accipimus: qui dispersi in platearum capite iacent: quando sacrorum ordinum viri terrenis actibus ex desiderio inseruiunt: ex quorum prius officio sanctitatis gloria stare videbatur. Secularia itaque negocia aliquando ex compassione toleranda sunt: nunquam vero ex amore requirenda: ne cum mentem diligentis aggrauant: hanc suo victam pondere ad ima de celestibus immergant. At contra sunt nonnulli qui gregis quidem curam suscipiunt: sed sic sibi vacare ad spiritalia appetunt: vt rebus exterioribus nullatenus occupentur. Qui cum curare corporalia funditus negligunt: subditorum necessitatibus minime concurrunt. Quorum nimirum predicatio plerumque despicitur: quia dum delinquentium facta corripiunt: sed tamen eis necessaria vite presentis non tribuunt: nequaquam libenter audiuntur. Egentis etenim mentem doctrine sermo non penetrat: si hunc apud eius animum manus misericordie non commendat. Tunc autem verbi semen facile germinat: quando hoc in audientis pectore pietas predicantis rigat. Unde rectori necesse est: vt interiora possit infundere: cogitatione innoxia etiam exteriora prouidere. Sic itaque pastores erga interiora studia subditorum suorum ferueant: quatenus in eis exterioris quoque vite prouidentiam non relinquant. Nam quasi iure vt diximus / a percipienda predicatione gregis animus frangitur: si cura exterioris subsidij a pastore negligatur. Unde et primus pastor sollicite admonet dicens.

K

j. Pe. v.

Seniores qui in vobis sunt obsecro consenior et testis christi passionum / qui et eius que in futuro reuelanda est glorie communicator: pascite qui in vobis est gregem dei. Qui in hoc loco verum pastionem cordis an corporis suaderet aperuit: cum protinus subiunxit. Prouidentes non coacte: sed spontanee secundum deum: neque turpis lucri gratia sed voluntarie. Quibus profecto verbis pastoribus pie precauetur: ne dum subiectorum inopiam nimie satiant: se mucrone ambitionis occidant: ne cum per eos carnis subsidijs reficiuntur proximi: ipsi remaneant a iustitie pane ieiuni. Hanc pastorum sollicitudinem Paulus excitat dicens.

j. Ti. v.

Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet: fidem negauit: et est infideli deterior. Inter hec itaque metuendum semper est et vigilanter intuendum: ne dum cura ab eis exterior agitur: ab interna intentione mergantur. Plerumque enim vt prediximus: corda rectorum dum temporali sollicitudini incaute deseruiunt: ab intimo amore refrigescunt: et foras fusi obliuisci non metuunt quod animarum regimina susceperunt.

L

Sollicitudo ergo que subditis exterius impenditur: sub certa necesse est mensura teneatur. Unde bene ad ezechielem dicitur.

Eze. xliiij.

Sacerdotes caput suum non radant: neque comam nutriant: sed tondentes attondeant capita sua. Sacerdotes namque iure vocati sunt: qui vt sacrum ducatum prebeant fidelibus presunt. Capilli vero in capite exteriores sunt cogitationes in mente. Qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur: curas vite presentis exprimunt: que ex sensu negligenti / quia importune aliquando prodeunt / quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia igitur cuncti qui presunt: habere quidem sollicitudines exteriores debent: nec tamen vehementer eis incumbere: sacerdotes recte et caput prohibentur radere et comam nutrire: vt cogitationes carnis de vita subditorum nec a se funditus amputent: nec rursum ad crescendum nimis relaxent. Ubi et bene dicitur. Tondentes tondeant capita sua: vt videlicet cure temporalis sollicitudinis et quantum necesse est prouideant: et tamen resecentur citius ne immoderatius excrescant. Dum igitur et per administratam exteriorem prouidentiam corporum vita protegitur: et rursus per immoderatam carnis intentionem non impeditur: capilli in capite sacerdotis et seruantur vt cutem cooperiant: et resecantur ne oculos claudant.

M

¶ Ne placere rector suo studio hominibus appetat sed tamen ad quid placere debeat intendat. Capitulum. viij.

Inter hec quoque necesse est vt rector solerter inuigilet ne hunc cupido placendi hominibus pulset: ne cum studiose interiora penetrat / cum prouide exteriora subministrat / se magis a subditis diligi quam veritatem querat: ne cum bonis actibus fultus a mundo videtur alienus: hunc auctori reddat extraneum amor suus. Hostis namque redemptoris est / qui per recta opera que facit / eius vice ab ecclesia amari concupiscit: quia adulterine cogitationis est reus: si placere puer sponse oculis appetit per quem sponsus dona transmisit. Qui nimirum amor proprius cum rectoris mentem ceperit / aliquando hanc inordinate ad mollitiem: aliquando vero ad asperitatem rapit. Ex amore etenim suo mens rectoris in mollitiem vertitur: quia cum peccantes subditos respicit: ne erga hunc eorum dilectio torpeat: corripere non presumit. nonnunquam vero errata subditorum que increpare debuerat / adulatione demulcet. Unde bene per prophetam dicitur.

Eze. xiij.

Ue his qui consuunt puluillos sub omni cubito manus: et faciunt ceruicalia sub capite vniuerse etatis ad capiendas animas. Puluillos quippe sub omni cubito manus ponere / est cadentes a sua rectitudine animas: atque in huius mundi se dilectione reclinantes: blanda adulatione refouere. Quasi enim puluillo cubitus / vel ceruicalibus caput iacentis excipitur: cum correptionis duritia peccanti subtrahitur: eique mollities fauoris adhibetur: vt in errore molliter iaceat: quem nulla asperitas contradictionis pulsat. Sed hec rectores qui semetipsos diligunt: his procul dubio exhibent: a quibus se nocere posse in studio glorie tempo

A

ralis timent. Nam quos nil contra se valere conspiciunt: hos nimirum asperitate rigide semper inuectionis premunt: nunquam clementer admonent: sed pastoralis mansuetudinis obliti: iure dominationis terrent. Quos recte per prophetam diuina vox increpat dicens. Uos autem cum austeritate imperabatis eis et cum potentia.

Ezech. xxxiiij.

Plus enim se suo auctore diligentes: iactant erga subditos eriguntur: nec quid agere debeant: sed quid valeant attendunt. Nil de subsequenti iudicio metuunt: improbe de temporali potestate gloriantur. Libet vt licenter illicita faciant: et subditorum nemo contradicat. Qui ergo et praua studet agere: et tamen ad hec vult ceteros tacere: ipse sibimet testis est quia plus se veritate appetit diligi: quam contra se non vult defendi. Nemo quippe est qui ita viuat vt aliquatenus non delinquat. Ille ergo seipso amplius veritatem desiderat amari: qui sibi a nullo vult contra veritatem parci. Hinc etenim petrus increpationem pauli libenter accipit.

ij. Reg. v.

Hic dauid increpationem subditi humiliter audiuit: quia rectores boni dum priuato diligere amore se nesciunt: libere puritatis verbum a subditis obsequium humilitatis credunt. Sed inter hec necesse est vt cura regiminis tanti moderaminis arte temperetur: quatenus subditorum mens cum quedam recte sentire poterit / sic in vocis libertatem prodeat / vt tamen libertas in superbiam non erumpat: ne dum fortasse immoderatius lingue eis libertas conceditur: vite ab his humilitas amittatur. ¶ Sciendum quoque est quod oportet vt rectores boni placere hominibus appetant: sed vt sue estimationis dulcedine proximos in affectum veritatis trahant: non vt se amari desiderent: sed vt dilectionem suam quasi quandam viam faciant / per quam corda audientium ad amorem conditoris sui introducant. Difficile quippe est vt

B

quilibet recte denuncians predicator / qui non diligitur: libenter audiatur. Debet ergo qui preest / et studere se diligi: quatenus possit audiri / et tamen amorem suum pro seipso non querere: ne inueniatur ei cui seruire per officium cernitur: occulta cogitatione tyrannide resultare. Quod bene Paulus insinuat: cum sui nobis studii occulta manifestat dicens. Sicut et ego per omnia placeo omnibus. Qui tamen rursus dicit. Ego si adhuc hominibus placerem christi seruus non essem. Placet ergo paulus et non placet: quia in eo quod placere appetit: non se / sed per se hominibus placere veritatem querit.

j. Corin. x.

Ibidem.

¶ Quod scire sollicite rector debeat quod plerumque vitia virtutes se esse mentiuntur. Capitulum. ix.

Scire etiam rector debet quod plerumque vitia virtutes se esse mentiuntur. Nam sepe sub parsimonie nomine se tenacia palliat: contraque se effusio sub appellatione largitatis occultat. Sepe inordinata remissio pietas creditur: et effrenata ira spiritualis zeli virtus estimatur. Sepe precipitata actio velocitatis efficacia: atque agendi tarditas grauitatis consilium putatur. Unde necesse est vt rector animarum virtutes ac vitia vigilanti cura discernat: ne aut cor tenacia occupet: et parcum se videri in dispensationibus exultet: aut cum effuse quid impen-

C

ditur: largum se quasi miserando glorietur: aut remittendo quod ferire debuit / ad eterna supplicia subditos pertrahat: aut immaniter feriendo quod delinquitur: ipse grauius delinquat: aut hoc quod agi recte ac grauiter potuit: immature preueniens leuiget: aut bone actionis meritum differendo ad deteriora permutet.

¶ Qualis esse debet in rectore discretio correctionis: et dissimulationis feruoris / et mansuetudinis. Capitulum. x.

Sciendum quoque est quod aliquando subiectorum vitia prudenter dissimulanda sunt: sed quod dissimulantur / indicanda: aliquando et aperte cognita / mature toleranda: aliquando vero subtiliter et occulta perscrutanda: aliquando leniter arguenda: aliquando autem vehementer increpanda. ¶ Nonnulla quippe (vt diximus) prudenter dissimulanda sunt: sed quod dissimulantur / indicanda: vt cum delinquens et deprehendi se cognoscit / et perpeti hec que in se tacite tolerari considerat: augere culpas erubescat: seque iudice puniat: quem sibi apud se rectoris patientia clementer excusat. Qua scilicet dissimulatione bene iudeam dominus corripit: cum per prophetam dicit. Mentita es / et mei non es recordata: neque cogitasti in corde tuo / quia ego tacens et quasi non videns. Et dissimulauit ergo culpas et innotuit: quia et contra peccantem tacuit: et hoc ipsum quia tacuerit dixit. ¶ Nonnulla autem vel aperte cognita / mature toleranda sunt: cum videlicet rerum minime oppor-

Esa. lvij.

tunitas congruit vt aperte corrigantur. Nam secta immature vulnera deterius infervescunt: et nisi cum tempore medicamenta conueniant: constat procul dubio quod medendi officium amittant. Sed cum tempus subditis ad correptionem queritur: sub ipso culparum pondere patientia presulis exercetur. Unde bene per psalmistam dicitur. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. In dorso quippe onera sustinemus. Supra dorsum igitur suum fabricasse peccatores queritur: ac si aperte dicat. Quos corrigere nequeo: quasi superimpositum onus porto. ¶ Nonnulla autem et occulta subtiliter sunt perscrutanda: vt quibusdam signis erumpentibus rector in subditorum mente / omne quod clausum latet / inueniat: et interueniente correptionis articulo: ex minimis maiora cognoscat. Unde recte ad ezechielem dicitur. Fili hominis fode tibi parietem. Ubi mox idem propheta subiungit. Et cum fodissem parietem: apparuit ostium vnum. Et dixit ad me. Ingredere et vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi. Et ecce omnis similitudo reptilium / et animalium abominatio: et vniuersa idola domus israel depicta erant in pariete. Per ezechielem quippe prepositorum persona signatur: per parietem duritia subditorum. Et quid est parietem fodere: nisi acutis inquisitionibus duritiam cordis aperire? Quem cum fodisset apperuit ostium: quia cum cordis duritia vel studiosis percunctationibus / vel maturis correptionibus scinditur: quasi quedam ianua ostenditur: ex qua omnia in eo qui corripitur cogitationum interiora videantur. Unde et bene illic sequitur. Ingredere et vide abominationes pessimas: quas isti faciunt hic. Quasi ingredi est: et abominationes aspiciat: quod discussis quibusdam signis exterius apparentibus ita corda subditorum penetrat: vt cuncta ei que illicite cogitantur innotescant. Unde et subdidit. Et ingressus vidi. Et ecce omnis similitudo reptilium / et animalium abominatio. In reptilibus cogitationes omnino terrene signantur: in animalibus vero iam quidem aliquantulum a terra suspense: sed adhuc terrene mercedis premia requirentes. Nam reptilia toto ex corpore terre inherent: animalia autem magna parte corporis a terra suspensa sunt: appetitu tamen gule ad terram semper inclinantur. Reptilia itaque sunt intra parietem: quando cogitationes voluuntur in mente / que a terrenis desideriis nunquam leuantur. Animalia quoque sunt intra parietem: cum et si qua iam iusta: si qua honesta cogitantur: appetendis tamen lucris temporalibus honoribusque deseruiunt: et per semetipsa

Ps. cxxviij.

D

Eze. viij.

Ibidem.

E

quidem quasi a terra suspensa sunt: sed adhuc per ambitum quasi per gule desiderium sese ad ima submittunt. Unde et bene subditur. Et vniuersa idola domus israel depicta erant in pariete. Scriptum quippe est. Et auaritiam que est idolorum seruitus. Recte ergo post animalia idola describuntur: quia et si honesta actione nonnulli quasi a terra se erigunt: ambitione tamen inhonesta semetipsos ad terram deponunt. Bene autem dicitur depicta erant: quia dum exteriorum rerum intrinsecus species attrahuntur: quasi in corde depingitur quicquid fictis imaginibus deliberando cogitatur. ¶ Notandum itaque est quia prius foramen in pariete ac deinde ostium cernitur: et tunc demum occulta abominatio demonstratur: quia nimirum vniuscuiusque peccati prius signa forinsecus: deinde ianua aperte iniquitatis ostenditur: et tunc demum omne malum quod intus latet aperitur. Nonnulla autem sunt leniter arguenda: nam cum non malitia: sed sola ignorantia vel infirmitate delinquitur: profecto necesse est vt magno moderamine ipsa delicti correptio temperetur. Cuncti quippe quousque in hac mortali carne subsistimus: corruptionis nostre infirmitatibus subiacemus. In se ergo debet vnusquisque colligere qualiter aliene hinc oporteat imbecillitati misereri: ne contra infirmitatem proximi si ad increpationis vocem feruentius rapitur: oblitus sui esse videatur. Unde bene Paulus admonet dicens. Si quis preoccupatus fuerit in aliquo delicto: vos qui spirituales estis / instruite huiusmodi in spiritu lenitatis / considerans teipsum ne et tu tenteris. Ac si aperte dicat. Cum displicet ex aliena infirmitate quod conspicis: pensa quod es: vt increpationis zelo se spiritus temperet / dum sibi quoque quod increpat timet. Nonnulla autem sunt vehementer increpanda: vt cum culpa ab auctore non cognoscitur quanti sit ponderis: ab increpantis ore sentiatur. Et cum sibi quis malum quod perpetrauit leuigat: hoc contra

Colo. iij.

F

Gal. vj.

G

se grauiter ex correptiõis asperitate pertimescat. Debi-
tũ quippe rectoris est sup̄ne patrie gloriã per vocẽ pre-
dicationis ostẽdere: quanta in huius vite itinere tenta-
menta antiqui hostis lateant aperire: et subditoꝝ mala
que tolerari leniter non debẽt / cũ magna zeli asperitate
corrigere: ne si minus contra culpas accẽditur: culpaꝝ
omniũ reus ipse teneatur. Unde bene ad Ezechielẽ di-

Eze. iiij.

citur. Sume tibi laterẽ et pones eum corã te: et descri-
bes in eo ciuitatẽ hierusalẽ. Statimq; subiungitur. Et

Ibidem.

ordinabis aduersus eam obsidionẽ: et edificabis muni-
tiones: et cõportabis aggerẽ: et dabis cõtra eam castra:
et pones arietes in gyro. Eiq; ad munitionẽ suam ꝓti-
nus subiunxit. Et tu sume tibi sartaginẽ ferreã: et pones
eã murũ ferreũ inter te et ciuitatẽ. Cuius enim ezechiel pro-
pheta nisi magistroꝝ speciẽ tenet? Cui dicitur: sume ti-
bi laterẽ et pones eũ corã te: et describes in eo ciuitatẽ
hierusalẽ. Sic quippe sācti doctores sibi laterẽ sumũt /
qñ terrenũ auditorũ cor vt doceant apprehendũt. Quẽ
scz laterẽ corã se ponunt: qz tota mentis illud intẽtio-
ne custodiũt. In quo et ciuitatẽ hierusalẽ iubentur de-
scribere: quia predicãdo terrenis cordibꝰ curant sũmo-
pere que sit superne pacis visio demõstrare. Sed qz in-
cassum gloria patrie celestis agnoscitur: nisi et quanta
hic irruant hostis callidi tentamẽta noscatur: apte sub-
iũgitur. Et ordinabis aduersus eam obsidionẽ: et edifi-
cabis munitiones. Sācti quippe predicatores obsidio-
nẽ circa laterẽ in quo hierusalẽ ciuitas descripta est or-
dinant: qñ terrene menti / sed iam supernã patriã requi-
renti: quãta eam in huius vite tẽpore vitiorũ impugnet

H

aduersitas / demonstrãt. Nam cum vnũquodq; peccatũ
quõ proficiẽtibus insidietur ostendit: quasi obsidio cir-
ca ciuitatẽ hierusalẽ voce predicatoris ordinatur. Sed
quia non solum debent innotescere qualiter vitia impu-
gnent: verumetiã quõ custodite nos virtutes roborent:
recte subiũgitur. Et edificabis munitiones. Munitio-
nes quippe sanctus predicator edificat: qñ que virtutes
quibus resistant vitijs demõstrat. Et qz crescẽte virtu-
te plerũq; bella tẽtationis augẽtur: recte adhuc subdit.
Et cõportabis aggerẽ: et dabis contra eam castra: et po-
nes arietes in gyro. Aggerẽ nãq; cõportat / qñ predica-
tor quisq; molẽ crescentis tentationis enunciat. Et con-
tra hierusalẽ castra erigit / qñ recte intẽtioni audientiũ
hostis callidi incircũspectas et quasi incõprehensibiles
insidias predicit. Atq; arietes in gyro ponit: cũ tẽtatio-
nũ aculeos in hac vita nos vndiq; circũdantes et virtu-
tum murũ perforantes innotescit. Sed cuncta hec licet
subtiliter rector insinuet: nisi contra delicta singulorum
emulatiõis spũ ferueat / nullam sibi in perpetuũ absolu-
tionẽ parat. Unde illic adhuc recte subiungit. Et tu su-
me tibi sartaginẽ ferreã: et pones eam murũ ferreũ inter
te et ciuitatẽ. Per sartaginẽ quippe frixura mentis: per

I

ferrũ vero increpationis fortitudo signatur. Quid vero
acrius doctoris mẽtem q̃ zelus dei frigit et excruciat?
Unde Paulus huius sartaginis vrebatur frixura cũ

i. Cor. xi.

diceret. Quis infirmatur et ego non infirmor? Quis scã-
dalizatur et ego nõ vror? Et qz quisquis zelo dei accẽdi-
tur ne damnari ex negligẽtia debeat / forti in perpetuũ
custodia munitur: recte dicitur: pones eam murũ ferreũ
inter te et ciuitatẽ. Sartago enĩ ferrea murus ferreꝰ in-
ter prophetã et ciuitatẽ ponitur: quia cũ nunc fortẽ zelũ
rectores exhibent: eundẽ zelũ postmodũ inter se et audi-
tores suos fortem munitionẽ tenent: ne tũc ad vindictã
destituti sint / si nũc fuerint in correptiõe dissoluti. Sed
inter hec sciendũ est qz dũ ad increpationẽ se mens do-
ctoris exasperat / difficile valde est vt nõ aliquãdo et ad
aliquid qđ dicere non debet erũpat. Et plerũq; contin-
git vt dum culpe subditoꝝ cũ magna inuectione corri-
pitur: magistri lingua vsq; ad excessus verba pertraha-
tur. Cũq; increpatio immoderate accẽditur: corda de-
linquentiũ in desperatione deprimuntur. Unde necesse
est vt exasperatus rector cũ subditorũ mentẽ plus se q̃
debuit percussisse cõsiderat: apud se semper ad penitẽ-
tiã recurrat: vt per lamenta veniã in cõspectu veritatis

Deut. xix.

obtineat: ex eo etiã q per zeli eius studiũ peccat. Quod
figurate dñs p̄cepit per Moysen dicens. Si quis abie-
rit cũ amico simpliciter in siluã ad ligna cedenda: et li-
gnum securis effugerit manu / ferrũq; lapsum de manu-
brio / amicũ eius percusserit et occiderit: hic ad vnã su-
pradictarum vrbium fugiat / et viuet: ne forte proximus

K

eius cuiꝰ effusus est sanguis / doloris stimulo persequa-
tur: et apprehendat eũ et percutiat animã eius. Ad siluã
quippe cũ amico imus / quotiẽs ad intuenda subditoꝝ
delicta conuertimur. Et simpliciter ligna succidimus /
cũ delinquentiũ vitia pia intẽtione resecamus. Sed se-
curis manũ fugit / cum sese increpatio plusq̃ necesse est
in asperitatẽ pertrahit. Ferrũq; de manubrio ꝓsilit / cũ
de correptione sermo durior excedit. Et amicũ percutit
et occidit: quia auditorẽ suum pro lata cõtumelia a spũ
dilectionis interficit. Correpti namq; mens repente ad
odium prorũpit: si hanc immoderata increpatio plus q̃
debuit addicit. Sed is qui incaute ligna percutit et ꝓ-
ximũ extinguit: ad tres necesse est vrbes fugiat: vt in vna
earũ defensus viuat: quia si ad penitentie lamenta con-
uersus in vnitate sacramẽti sub spe fide et charitate ab-
sconditur: reus perpetrati homicidij nõ tenetur. Eũq;
extincti proximus cũ inuenerit nõ occidit: quia cum di-
strictus iudex venerit: qui sese nobis per nature nostre
consortiũ iunxit / ab eo ꝓcul dubio culpe reatũ nõ expe-
tit: quẽ sub eius venia fides / spes et charitas abscondit.

Quantum rector sacre legis meditatiõibus esse de-
beat intentus. Capitulum. xj.

Sed omĩe hoc rite a rectore agitur / si sup̄ne for-
midinis et dilectiõis spũ afflatꝰ / studiose quo-
tidie sacri eloquij p̄cepta meditet: vt in eo vim
sollicitudinis: et erga celestẽ vitã prouide circũspectio-
nis quã humane cõuersatiõis vsus indesinẽter destruit

L

diuine admonitionis tactꝰ restaurẽt. Et qui ad vetusta-
tem vite per societatẽ secularium ducit: ad amorẽ semꝑ
spiritalis patrie compunctionis aspiratione renouetur.
Ualde nãq; inter humana verba cor defluit. Cũq; indu-
bitanter constet q externis occupationũ tumultibꝰ im-
pulsum a semetipso corruat: studere incessabiliter debet
vt per eruditionis studiũ resurgat. Hinc est enĩ q prela-
tum gregi discipulũ Paulus admonet dicens. Dũ ve-

j. Ti. iiij.

nio attẽde lectioni. Hinc Dauid ait. Quomodo dilexi

Ps. cxviij.

legem tuã dñe: tota die meditatio mea est. Hinc Moy-

Exo. xxv.

si dominus de portanda arca precepit dicens. Facies
quattuor circulos aureos quos pones per quattuor ar-
ce angulos: faciesq; vectes de lignis sethim: et operies
auro: inducesq; per circulos qui sunt in arce lateribus /
vt portetur in eis: qui semper erunt in circulis: nec vnq̃
extrahentur ab eis. Quid per arcam nisi sancta ecclesia
figuratur? Cui quattuor circuli aurei per quattuor an-
gulos iubentur adiungi: quia in eo q ꝑ quattuor mun-
di partes dilatata tenditur: procul dubio quattuor san-
cti euangelij libris accincta predicatur. Uectesq; de li-

M

gnis sethim fiunt: qui eisdem ad portãdum circulis in-
seruntur: quia fortes perseuerantesq; doctores velut im-
putribilia ligna querẽdi sunt: q instructioni sacrorũ vo-
luminũ semper inherentes sancte ecclesie vnitatẽ denũ-
cient: et quasi intromissis circulis arcã portent. Uecti-
bus quippe arcã portare / est bonis doctoribus sanctã
ecclesiã ad rudes infideliũ mẽtes predicãdo deducere.
Qui auro quoq; iubẽtur operiri: vt dum sermone alijs
insonant: ipsi etiam vite splendore fulgescãt. De quibus
apte subdit: qui semper erunt in circulis: nec vnq̃ extra-
hẽtur ab eis. Quia nimirũ necesse est / vt qui ad officiũ
ꝑdicationis excubant: a sacre lectionis studio non rece-
dant. Ad hoc nãq; vectes esse in circulis semꝑ iubẽtur /
vt cũ portari arcã opportunitas exigit: de intromitten-
dis vectibus portãdi tarditas nulla generetur: qz vide-
licet cum spiritale aliquid a subditis pastor inquiritur
ignominiosum valde est si tũc querat discere / cũ questio-
nẽ debet enodare. Sed circulis vectes inhereãt: vt do-
ctores semper in suis cordibus eloquia sacra meditan-
tes: testamẽti arcam sine mora eleuẽt: quicqđ necesse est

j. Pe. iij.

protinus doceãt. Unde bene primus pastor ecclesie pa-
stores ceteros admonet dicẽs. Parati semꝑ ad satisfa-
ctionẽ omni poscenti vos rationem de ea que in vobis
est spe. Ac si aperte dicat / vt ad portandam arcam nulla
mora prepediat: vectes nunq̃ a circulis recedant.

Incipit prologꝰ partis ter-
tie: docens qualiter rector bene viuens debeat
docere et admonere subditos.

A Uia igr̃ qualis esse debeat pastor ostendimus: nūc qualiter doceat demōstremus. vt enī longe ante nos reuerende memorie Gregorius nazanzenus edocuit: non vna eademq; cunctis exhortatio congruit: quia nō cunctos par morū qualitas astringit. Sepe namq; alijs officiunt: que alijs prosunt. Quia et plerūq; herbe que hec animalia enutriunt: alia occidūt: et lenis sibilus equos mitigat: catulos instigat. Et medicamentū quod hūc morbū imminuit: alteri vires iungit: et panis qui vitā fortiū roborat: paruulorū necat. Pro qualitate igr̃ audientium formari debet sermo doctorū: vt et sua singulis congruat: et tñ a cōmunis edificationis arte nūq; recedat. Quid enim sunt intente mētes auditorū: nisi vt ita dixerim/ quedā in cithara tēsiones strate chordarū? quas tangendi artifex vt non sibimetipsis dissimile cāticū faciant: dissimiliter pulsat. Et idcirco chorde consonā modulationē reddūt: quia vno quidē plectro: sed nō vno impulsu feriūtur. Unde et doctorum quisq; vt in vna cunctos virtute charitatis edificet: ex vna doctrina/ non vna eademq; exhortatione corda tangere audientium debet.

B ¶ Qr aliter admonendi sunt viri: aliter femine &c. continens in se. xxxvj. admonitiones: et declarationes earundem. Capitulū. j.

A Liter nāq; admonendi sunt viri: atq; aliter femine. — j.

Aliter admonendi sunt iuuenes: atq; aliter senes. — ij.

Alit admonendi sunt inopes atq; aliter locupletes. — iij.

Aliter admonēdi sunt leti: at q; aliter tristes. — iiij.

- v. Aliter admonendi sunt subditi: aliter prelati.
- vj. Aliter admonendi sunt serui: aliter domini.
- vij. Aliter admonendi sunt sapientes: aliter hebetes.
- viij. Aliter admonendi sunt impudentes: aliter verecundi.
- ix. Aliter admonendi sunt proterui: aliter pusillanimes.
- x. Aliter admonendi sunt impatientes: aliter patientes.
- xj. Aliter admonendi sunt beniuoli: aliter inuidi.
- xij. Aliter admonendi sunt simplices: aliter impij.
- xiij. Aliter admonendi sunt incolumes: aliter egri.
- xiiij. Aliter admonendi sunt qui flagella metuunt/ et ideo innocenter viuunt: atq; aliter qui sic in iniquitatib⁹ duruerunt vt nec per flagella corrigantur. C
- xv. Aliter admonēdi sunt nimis taciti: aliter multiloquio vacantes.
- xvj. Aliter admonendi sunt pigri: aliter precipites.
- xvij. Aliter admonendi sunt mansueti: aliter iracundi.
- xviij. Aliter admonendi sunt humiles: aliter elati.
- xix. Aliter admonendi sunt pertinaces: aliter inconstantes.
- xx. Aliter admonendi sunt gule dediti: aliter abstinentes.
- xxj. Aliter admonendi sunt qui iā sua misericorditer tribuunt: atq; aliter qui adhuc et aliena rapere contendūt.
- xxij. Aliter admonendi sunt qui nec aliena appetūt/ nec sua largiūtur: atq; aliter qui et ea que habent tribuunt: et tamen aliena rapere non desistunt.
- xxiij. Aliter admonendi sunt pacati: aliter discordes.
- xxiiij. Aliter admonēdi sunt seminātes iurgia: aliter pacifici.
- xxv. Aliter admonendi sunt qui sacre legis verba non intelligunt recte: atq; aliter qui recte quidem intelligunt: sed hec humiliter non loquūtur.
- xxvj. Aliter admonendi sunt qui cū digne predicare valeant pre nimia humilitate formidant: aliter quos a predicatione imperfectio vel etas prohibet: et tamen precipitatio impellit.
- xxvij. Aliter admonendi sunt qui in hoc quod tēporaliter appetūt prosperantur: atq; aliter qui ea quidē que mundi sunt concupiscūt: sed tamen aduersitatis labore fatigantur.
- xxviij. Aliter admonendi sunt cōiugijs obligati: aliter coniugij nexibus liberi.
- xxix. Aliter admonendi sunt petōr carnis cōscij: alit ignari.
- xxx. Aliter admonendi sunt qui peccata deplorāt operum: aliter qui cogitationum. D
- xxxj. Aliter admonendi sunt qui admissa deplangunt/ nec tñ deserūt: atq; aliter qui deserūt/ nec tamen plangunt.
- xxxij. Aliter admonendi sunt qui illicita que faciunt etiā laudant: atq; aliter qui accusant praua/ nec tñ deuitant.
- xxxiij. Aliter admonendi sunt qui repentina concupiscētia superantur: atq; aliter qui in culpa ex consilio ligantur.
- xxxiiij. Aliter admonendi sunt qui licet minima: tamen illicita faciunt: atq; aliter qui se a paruis custodiunt: sed aliquando in grauioribus demergūtur.
- xxxv. Aliter admonendi sunt qui bona nec inchoāt: aliter qui inchoata minime consummant.
- xxxvj. Aliter admonendi sunt qui mala occulte agunt: et bona publice: atq; aliter qui bona que faciunt abscōdūt/ et tamen quibusdam factis publice male de se opinari permittunt.

¶ Sed qd vtilitatis est q cūcta hec collecta enumeratione transcurrimus: si nō etiā admonitionis modos per singula quanta possumus breuitate pandamus?

¶ De his igitur omnibus a principali sumentes exordio: latius ex ordine per singula disseramus.

¶ Admonitio prima.

A Liter igit admonendi sunt viri: atq; aliter femine: q: illis grauia: istis vero iniūgenda sunt leuiora: vt illos magna exercēdo: istas dolcuia demulcēdo cōuertant. ¶ Admonitio. ij. E

A Liter admonēdi sunt iuuenes: atq; aliter senes: quia illos plerūq; seueritas admonitionis ad profectū dirigit: istos vero ad meliora opera deprecatio blāda cōponit. Scriptū quippe est Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem. — j. Ti. v.

¶ Admonitio. iij.

A Liter admonendi sunt inopes: atq; aliter locupletes: illis nāq; offerre cōsolationis solatiū cōtra tribulationē: istis vo inferre metū contra elationē debem⁹. Inopi quippe a dño per prophetā dicitur. Noli timere: q: non cōfunderis. Cui non longe post blandiēs dicit. Paupercula tempestate conuulsa. Rursumq; hanc consolatur dicens. Elegi te in camino paupertatis. At contra Paulus discipulo de diuitibus dicit. Diuitibus huius seculi precipe nō superbe sapere: neq; sperare in incerto diuitiarū suarum. Ubi notandū valde est q humilitatis doctor memoria diuitū faciens nō ait roga: sed precipe: quia etsi impendēda est pietas infirmitati: honor tñ non debetur elationi. Talibus ergo rectū qd dicitur/ tanto rectius iubetur: quāto et in rebus transitorijs altitudine cogitationis intumescunt. De his in euāgelio dñs dicit. Ue vobis diuitib⁹ qui habetis consolationē vestrā. Quia enī que sunt eterna gaudia nesciūt: ex presentis vite abundantia consolantur. Offerēda est ergo eis cōsolatio quos caminus paupertatis excoquit: atq; illis inferēdus est timor: quos cōsolatio glorie tēporalis extollit: vt et illi discant q: diuitias quas nō conspiciunt possidebūt: et isti agnoscāt q: eas quas cōspiciūt nequaq; tenere possunt. Plerūq; tamen personarū ordinē permutat qualitas morū: vt sit diues humilis/ pauper elatus. Unde mox predicatoris lingua cū audientis debet vita cōponi: vt tāto districtius in paupere elationē feriat: quanto eū nec illata paupertas inclinat: et tanto leuius humilitatē diuitū mulceat: quāto eos nec abūdātia que sublevat exaltat. Nōnunq; etiam superbus diues exhortationis blandimento placandus est: q: et plerūq; dura vulnera per lenia fomenta mollescūt: et furor insanorū sepe ad salutē medico blandiente reducit. Cūq; eis in dulcedine cōdescēditur: languor insanie mitigatur. Neq; enī negligenter intuēdū est q cū saulē spūs aduersus inuaderet: apprehensa Dauid cithara: eius vesania sedabat ac temperabat. Quid enī per saulē nisi elatio potentū: et quid per Dauid innuitur nisi humilis vita sanctorū? Cum ergo saul ab immūdo spū arripitur: dauid canente eius vesania tēperatur. quia cū sensus potentū per elationē in furorē vertitur: dignū est vt ad salutē mētis quasi ad dulcedinē cithare locutionis nre trāquillitate reuocet. Aliquādo aūt cū huius seculi potentes arguūtur: prius per quasdā similitudines velut de alieno negocio requirēdi sunt. Et cū

Margin notes: Esa. liiij. — Ibidem. — Esa. xlviij. — j. Ti. vj. — Mar. xiiij. (sic, = Luc. vj.) — F

G

rectã sententiã quasi in alterũ protulerint: tunc modis congruẽtibus de proprio reatu feriendi sunt: vt mẽs tẽporali potẽtia tumida: cõtra corripientẽ nequaq̃ se erigat/que suo sibi iudicio superbie ceruicẽ calcat: ⁊ nulla sui defensiõe se exerceat: quẽ sententia proprij oris ligat. Hinc est enĩ q̃ Nathan propheta arguere regem venerat: et quasi de causa pauperis contra diuitẽ iudiciũ querebat: vt prius rex sentẽtiã diceret: et reatũ suũ postmodũ audiret: quatenus nequaq̃ iustitie ɔtradiceret/ quã in seipso protulisset. Uir itaq̃ sanctus et peccatorẽ considerãs: et regẽ miro ordine audacẽ: reum prius per ɔfessionẽ ligare studuit: et postmodũ per inuectionẽ secare. Celauit paululũ quod quesiuit: sed percussit repẽte quẽ tenuit. Pigrius enim fortasse incideret: si ab ipso sermonis exordio aperte culpam ferire voluisset: sed premissa similitudine eam quam occultabat exacuit increpationẽ. Ad egrũ medicus venerat: secandũ vulnus videbat: sed de patiẽtia egri dubitabat. Abscondit igitur ferrũ medicinale sub veste: quod eductũ subito fixit in vulnere: vt secantẽ gladiũ sentiret eger anteq̃ cerneret: ne si ante cerneret/sentire recusaret. ¶ Admonitio. iiij.

Aliter admonẽdi sunt leti: atq̃ aliter tristes. Letis videlicet inferenda sunt tristia que sequũtur ex supplicio: tristibus vero inferẽda sunt leta que promittuntur ex regno. Discãt leti ex minarũ asperitate quod timeãt: audiãt tristes premiorũ gaudia de quibus presumant. Illis quippe dicitur. Ue vobis qui ridetis nũc: q̃m flebitis. Isti vero eodem magistro dicente audiãt. Iterũ videbo vos/et gaudebit cor vestrum: et gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis. Nonnulli autẽ leti vel tristes non rebus fiunt: sed cõspersionibus existunt. Quibus profecto intimãdũ est q̃ quedã vitia quibusdã cõspersionibus iuxta sunt. Habent enĩ leti ex propinquo luxuriã: tristes irã. Unde necesse est vt nõ solũ quisq̃ consideret quod ex cõspersione sustinet: sed etiã quod ex vicino deterius purget: ne dũ nequaq̃ pugnat contra hoc q̃d tolerat: et quoq̃ a quo se liberũ existimat vitio succumbat. ¶ Admonitio. v.

Aliter admonẽdi sunt subditi: atq̃ aliter prelati. Illos ne subiectio cõterat: istos ne locus superior extollat. Illi ne minus que iubẽtur impleãt: isti ne plus iusto iubeãt que nõ cõpleantur. Illi vt humiliter subiaceant: isti quoq̃ vt tẽperanter presint. Nam (quod intelligi et figuraliter potest) illis dicitur. Filij obedite parẽtibus vestris in dño. Istis vero precipitur. Et patres nolite ad iracundiã prouocare filios vestros. Illi discant quõ ante occulti arbitri oculos sua interiora cõponant: isti quõ etiã cõmissis sibi exempla bene viuendi exterius prebeant. Scire etenĩ prelati debent/q: si peruersa unq̃ perpetrãt: tot mortibus digni sunt/ quot ad subditos perditionis exempla trãsmittũt. Unde necesse est vt tanto se cautius a culpa custodiant/quãto per praua que faciunt nõ soli moriũtur: sed aliorũ animarũ quas prauis exẽplis destruxerũt rei sunt. Unde admonendi sunt illi ne districtius puniantur si absoluti reperiri nequeũt saltẽ de se: isti ne de subditorũ erratibus iudicẽtur: etiã si se iam de se securos inueniunt. Illi vt tanto circa se sollicitius viuãt/quãto eos aliena cura non implicat: isti vero vt sic aliorũ curas expleant: quatenus et sua agere non desistãt: et sic in propria sollicitudine ferueant: vt a cõmissorũ custodia minime torpescãt. Illi enĩ sibimet vacanti dicitur. Uade ad formicã o piger et cõsidera vias eius ⁊ disce ab ea sapiẽtiã. Iste enĩ terribiliter admonetur cũ dicit. Fili mi si spõponderis pro amico tuo: defixisti apud extraneũ manũ tuã: et illaqueatus es verbis oris tui: et captus propriis sermonibus. Spondere nãq̃ pro amico est alienã animã in periculo sue conuersationis accipere. Unde et apud extraneũ manus defigitur: q: apud curã sollicitudinis que ante deerat mẽs ligat. Uerbis vero oris sui illaqueatus est: ac proprijs sermonibus captus: q: dum commissis sibi cogitur bona dicere: ipsum prius necesse est que dixerit custodire. Illaqueatur igitur verbis oris sui: dũ ratione exigẽte cõstringitur ne eius vita ad aliud q̃ admonet relaxetur. Unde apud districtũ iudicẽ cogitur tanta in opere exsoluere/ quanta cõstat eum alijs voce precepisse. Ubi ⁊ bene mox exhortatio subditur vt dicatur. Fac ergo q̃d dico fili mi: et temetipsum libera: q:

incidisti in manus proximi tui. Discurre/festina/suscita amicũ tuũ: ne dederis somnũ oculis tuis: nec dormitẽt palpebre tue. Quisquis enĩ ad viuẽdũ alijs in exemplũ preponitur: non solũ vt ipse vigilet: sed etiã vt amicũ suscitet admonetur. Ei nãq̃ vigilare bene viuẽdo nõ sufficit: si non et illũ cui preest/a peccati torpore disiungit. Bene autem dicitur: ne dederis somnũ oculis tuis: nec dormitent palpebre tue. Somnũ quippe oculis dare est intẽtione cessante subditorũ curã oĩno negligere. Palpebre vero dormitant: cũ cogitationes nostre ea que in subditis arguẽda cognoscũt: pigredine deprimẽte dissimulant. Plene enĩ dormire est cõmissorũ acta nec scire/ nec corrigere. Non autẽ dormire: sed dormitare/est que quidẽ reprehendẽda sunt cognoscere: sed tñ propter mẽtis tediũ dignis ea increpationibus non emẽdare. Dormitãdo vero oculus ad plenissimũ somnũ ducitur: quia dũ plerũq̃ qui preest: malũ quod cognoscit non resecat ad hoc q̃q̃ negligẽtie sue merito peruenit: vt q̃d a subiectis delinquitur/nec agnoscat. Admonẽdi sunt itaq̃ qui presunt: vt per circũspectionis studiũ oculos peruigiles intus et in circuitu habeãt: et celi alalia fieri attẽdant. Ostensa quippe celi alalia in circuitu ⁊ intus oculis plena habentur: ⁊ sic describũtur. Dignũ q̃ppe est vt cũcti qui presunt/intus atq̃ in circuitu oculos habeãt: quatenus ⁊ interno iudici in semetipsis placere studeant et exẽpla vite exterius prebẽtes/ea etiã que in alijs sunt corrigẽda dep̃hendant. Admonẽdi sunt subditi ne p̃positorũ suorũ vitã temere iudicent/si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vidẽt: ne vnde mala recte redarguũt inde per elationis impulsum in profundiora mergatur. Admonendi sunt ne cũ culpas prepositorũ considerant cõtra eos audaciores fiant: sed si qua valde sunt eorum praua: apud semetipsos diiudicent: vt tñ diuino timore cõstricti/ferre sub eis iugum reuerẽtie nõ recusent. Quod melius ostendimus si Dauid factũ ad mediũ deducamus. Saul quippe persecutor cũ ad purgandũ ventrẽ speluncam fuisset ingressus/illic cũ viris suis Dauid inerat: q̃ iam tam longo tẽpore p̃secutionis eius mala tolerabat. Cũq̃ eum viri sui ad feriendũ Saul accenderẽt: fregit eos responsionibus: q: manũ mittere in christũ dñi nõ deberet. Qui tñ occulte surrexit: ⁊ orã chlamydis eius abscidit. Quid enĩ per Saul nisi mali rectores: quid p Dauid nisi boni subditi designãtur? Saul igit ventrẽ purgare/est prauos p̃positos cõceptã in corde malitiã vsq̃ ad opera miseri odoris extẽdere: ⁊ cogitata apud semetipsos factis exterioribus exequẽdo mõstrare. Quẽ tñ Dauid ferire metuit: q: pie subditorũ mẽtes ab omni se peste obtrectationis abstinentes: prepositorũ vitã nullo lingue gladio percutiũt/etiã cũ de imperfectione reprehẽdũt. Qui ⁊ si q̃n pro infirmitate sese abstinere vix possunt vt extrema quedã atq̃ exteriora p̃positorũ mala: sed tamẽ humiliter loquant: quasi orã chlamydis silẽter incidunt: q: videlicet dũ prelate dignitati saltẽ innoxie ⁊ latenter derogãt: quasi regis suppositi vestẽ secant: sed tñ ad semetipsos redeũt: seq̃ vehemẽtissime vl' de tenuissima verbi laceratione reprehendũt. Unde bene et illic scriptũ est. Post hec Dauid percussit cor suũ eo q̃ abscidisset orã chlamydis Saul. Facta quippe p̃positorũ oris gladio ferienda nõ sunt: etiam cũ recte reprehendẽda iudicantur. Si q̃n vero cõtra eos vel in minimis lingua labitur: necesse est vt per afflictionẽ penitẽtie cor p̃matur quatenus ad semetipsum redeat: ⁊ cũ preposite potestati deliquerit: eius cõtra se iudiciũ a quo sibi prelata est perhorrescat. Nam cũ in prepositis delinquimus: eius ordinationi qui eos nobis pretulit obuiamus. Unde Moyses quoq̃ cũ contra se et Aaron cõqueri populũ cognouisset ait. Nos enĩ quid sumus? Nec cõtra nos est murmur vestrũ: sed contra dñm. ¶ Admonitio. vj.

Aliter admonendi sunt serui: atq̃ aliter dñi. Serui scz vt in se semper humilitatẽ cõditionis aspiciãt: dñi vero vt nature sue qua equaliter sunt cũ seruis cõditi/ memoriã nõ amittãt. Serui admonendi sunt ne dños despiciãt: ne deũ offendant si ordinationi illius superbiẽdo cõtradicant. Dñi quoq̃ admonẽdi sunt: q: cõtra deũ de munere eius superbiũt: si eos quos per conditionẽ tenent subditos/ equales sibi per nature consortiũ non cognoscũt. Isti admonẽdi sunt vt sciant se seruos esse dñorũ: illi admonẽdi sunt vt

Marginal notes: ij. Reg. xij — H — Luce. vj. — Ibidem. — Col. iij. — Ibidem. — I — Prouer. vj. — Ibidem. — Ibidem. — K — L — j Re. xxiiij — M

B cognoscāt se conseruos esse seruorū. Istis nāq3 dicitur. [Col. iij.] Serui obedite dn̄is carnalibus. Et rursum. Quicunq3 sunt sub iugo seruitutis: dn̄os suos oī honore dignos arbitrentur. Illis autē dicitur. Et vos dn̄i eadē facite illis: remittentes minas: scientes q2 et illorū et vester dn̄s est in celis.

Admonitio. vij.

Aliter admonendi sunt sapientes huius seculi: atq3 aliter hebetes. Sapientes quippe admonendi sunt: vt sciant amittere que sciūt. Hebetes q3 admonendi sunt vt appetāt scire que nesciunt. In illis hoc primū destruendū est q2 se sapientes arbitrantur: in istis iam edificandū est quicquid de superna sapientia cognoscitur: q2 dū minime superbiūt: quasi ad suscipiendum edificiū corda parauerūt. Cū illis laborandū est: vt sapiētius stulti fiant: stultā autē sapientiā deserant: et sapientē dei stultitiā discant: istis vero predicandū est: vt ab ea que putatur stultitia / ad veram sapientiā vicinius transeant. [i. Cor. iij.] Illis nāq3 dicitur. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo: stult9 fiat vt sit sapiēs. [i. Cor. i.] Istis vero dicitur. Non multi sapientes s̄m carnē. Et [Ibidem.] rursum. Que stulta sunt mundi elegit deus: vt confundat sapientes. Illos plerūq3 ratiocinationis argumenta: istos nōnunq3 melius exempla conuertunt. Illis nimirū prodest vt in suis allegationibus victi iaceant: istis vero aliqū sufficit vt laudabilia aliorū facta cogno[Rom. i.]scant. Unde et magister egregius sapiētibus et insipiētibus debitor / cū hebreorū quosdā sapientes: quosdā vero etiā tardiores admoneret / illis de cōpletiōe testamēti veteris loquens / eorū sapientiā argumento superauit [Heb. viij.] dicens. Quod enī antiquatur et senescit: prope interitū est. Cū vero solis exemplis quosdā trahendos ad se cer[Ibidem.]neret: in eadē epistola adiunxit. Sancti ludibria et verbera experti / insup et carceres: lapidati sunt: secti sunt / B temptati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Et rursum Mementote prepositorū vestrorū qui vobis locuti sunt v̄bū dei: quorū intuētes exitū cōuersationis: imitamini fidem. quatenus et illos victrix ratio frāgeret: et istos ad maiora conscendere imitatio blanda suaderet.

Admonitio. viij.

Aliter admonendi sunt impudentes: atq3 aliter verecundi. Illos nāq3 ab impudentie vitio nō nisi increpatio dura cōpescit: istos autē plerūq3 ad meli9 exhortatio modesta cōponit. Illi se delinquere nesciūt: nisi etiā a plurib9 increpent: istis plerūq3 ad conuersationē sufficit q2 eis doctor mala sua saltē leniter ad memoriā reducit. Illos meli9 corrigit qui inuehendo reprehēdit: istis autē maior profectus adducitur: si hoc quod in eis reprehēditur / quasi ex latere tāgitur. Impudentē quippe iudeorū plebē dn̄s aperte increpans ait. Frōs mulieris meretricis facta est tibi: noluisti [Hiere. iij.] erubescere. Et rursum verecūdantē refouet dicens. [Esa. liiij.] Confusionis adolescentie tue obliuisceris: et opprobrij viduitatis tue nō recordaberis: quia dn̄abitur tui q2 fecit te. Impudēter quoq3 delinquētes galathas aperte C paulus increpat dicens. O insensati galathe: quis vos [Gal. iij.] fascinauit? Et rursum. Sic stulti estis vt cū sp̄ū cepe[Ibidem.]ritis: nūc carne cōsummamini? Culpas vero verecūdantiū quasi cōpatiens reprehēdit dicēs. Gauisus sum in dn̄o [Ibidem.] vehementer: q2 tandē aliquādo refloruistis pro me sentire sicut et sentiebatis: occupati enī eratis. Ut et illorū culpas increpatio dura detegeret: et eorum negligentiā sermo mollior relevaret.

Admonitio. ix.

Aliter admonendi sunt proterui: atq3 aliter pusillanimes. Illi enī dum valde de se presumūt / exprobrādo ceteros dedignent: isti autem dū nimis infirmitatis sue sunt cōscij: plerūq3 in desperationē cadunt. Illi singulariter summa estimāt cūcta que agunt: isti vehemēter despecta putāt esse que faciunt: et idcirco in desperatione franguntur. Subtiliter itaq3 ab arguente discutienda sunt opera proteruorum: vt in quo sibi placēt / ostendātur quia deo displicēt. Tūc enī proteruos melius corrigimus: cum ea que bene egisse se credūt: male acta monstramus: vt vnde adepta credit gloria: inde vtilis subsequatur confusio. Nōnunq3 vero cū scelitū proteruie minime perpetrare cognoscunt: cōpendiosius ad correctionē veniūt: si alterius culpe manifestioris et ex latere requisite improperio confundant: vt ex eo quod defēdere nequeūt / cognoscāt se tenere improbe quod defendūt. Unde cū proteruos Paul9 corin[D]thios aduersum seinuicē videret inflatos / vt alius pauli: alius apollo: alius cephe: alius xp̄i esse se diceret: incestū culpā in mediū eduxit: que apud eos et perpetrata fuerat: et incorrecta remanebat: dicēs. Audit' inter vos [i. Cor. v.] fornicatio: et talis fornicatio qualis nec inter gētes: ita vt vxorē patris quis habeat. Et vos inflati estis: et non magis luctū habuistis vt tolleretur de medio vestrū q hoc opus fecit. Ac si aperte dicat. Quid vos per proteruiam huius vel illius dicitis: qui per dissolutionē negligentie nullius vos esse monstratis? At contra pusillanimes aptius ad iter bene agēdi reducimus: si quedā bona illorū ex latere requiramus: vt dū in eis alia reprehēdendo corripimus / alia amplectēdo laudemus: quatenus eorum teneritudinē lauo audita nutriat: quā culpa increpata castigat. Plerūq3 autē vtilius apud illos pficimus: si et eorū bene gesta memoramus. Et si qua ab eis inordinate gesta sunt: nō iam tanq3 perpetrata corripimus: sed quasi adhuc ne perpetrari debeant prohibemus: vt et illa que approbamus / illatus fauor augeat: et cōtra ea que reprehēdimus / magis apud pusillanimes exhortatio verecūda cōualescat. Unde idem Paulus cū thessalonicēses in accepte p̄dicatione perdurantes: quasi de vicino mūdi termino quadā cognosceret pusillanimitate turbatos: prius in eis que fortia p̄spicit laudat / et caute monendo postmodū que infirma sunt roborat. Ait enī. Gratias agere debemus deo semper pro vo[ij. Thes. i.]bis fratres: ita vt dignū est: q2 supercrescit fides vestra et abūdat charitas vniuscuiusq3 vestrū inuicē: ita vt et nosipsi in vobis gloriemur in ecclesijs dei pro patientia [E] vestra et fide. Qui cū blanda hec vite eorū p̄conia premisisset: paulopost subdidit dicens. Rogamus autem vos [Ibidem.] fratres per aduentū dn̄i nostri Jesu xp̄i / et nostre cōgregationis in idipsum: vt nō cito moueamini a vestro sensu neq3 terreamini: neq3 per spiritū: neq3 per sermonem: neq3 per epistolā tanq3 per nos missam: quasi instet dies dn̄i. Egit enī verus doctor / vt prius audirent laudati quod recognoscerēt: et postmodū qd̄ exhortati sequerētur: quatenus eorū mentē ne cōmotio subiuncta concuteret: laus premissa solidaret: et qui cōmotos eos vicini finis suspitione cognouerat: nō iam redarguebat motos sed quasi transacta nesciēs adhuc cōmoueri prohibeat vt dū ipsa leuitate motionis predicatori suo se incognitos crederēt / tanto reprehēsibiliores fieri / quanto et cognosci ab illo formidarent.

Admonitio. x.

Aliter admonēdi sunt impatientes: atq3 aliter patiētes. Dicendū nāq3 est impatiētibus quia dū refrenare spiritū neglegūt / per multa etiā que nō appetūt iniquitatū abrupta rapiūtur: q2 videlicet mentē impellit furor quo nō trahit desideriū: et agit commota velut nesciens vnde post doleat sciēs. Dicendū quoq3 est impatientib9: q2 dū motionis impulsu precipites / quedā velut alienati peragunt: vix mala sua postq3 fuerint perpetrata cognoscunt. Qui dū pertur[F]bationi sue minime obsistūt: etiā si qua a se trāquilla mēte fuerāt bene gesta cōfundunt: et improuiso depulsu destruūt quicqd forsitan diu labore prouido construxerunt Ipsa nāq3 que mater est omniū custosq3 virtutū / per impatientie vitiū virtus amittitur charitatis. Scriptum [i. Cor. xiij.] quippe est. Charitas patiens est. Igitur cū minime est patiens: charitas non est. Per hoc quoq3 impatiētie vitium ipsa virtutū nutrix doctrina dissipatur. Scriptū [Prouer. xij.] nāq3 est. Doctrina viri per patientiā noscitur. Tanto ergo quisq3 minus ostenditur doctus: quanto minus conuincitur patiēs. Neq3 enī potest veraciter bona docēdo impendere: si viuēdo nescit equanimiter aliena mala tolerare. Per hoc quoq3 impatientie vitiū plerūq3 mentē arrogantie culpa transfigit / quia dum despici in mundo hoc quisq3 non patitur: bona si qua sibi occulta sunt: ostentare conatur: atq3 sic per impatientiā vsq3 ad arrogantiā ducitur. Dūq3 ferre despectionē nō pōt: detegendo semetipsum in ostentatione gloriatur. Unde scriptū [Eccl. vij.] est. Melior est patiens arrogante. Quia videlicet eligit patiēs quelibet mala perpeti q3 per ostentationis vitiū bona sua occulta cognosci. At cōtra eligit arrogans bone de se vel falso iactari: ne mala possit vel minima perpeti. Quia igit' cū patiētia relinquitur: etiā bona reliqua que iam gesta sunt destruunt: recte ad ezechielē in alta=

G

ri dei fieri fossa precipit: vt in ea videlicet supposita holocausta seruētur. Si enī in altari fossa nō esset: omē qđ in eo sacrificiū reperiret superueniēs aura dispergeret. Quid vero accipimus altare dei nisi animā iusti: q̄ quot bona egerit/ tot super se ante eius oculos sacrificia imponit: Quid enī est altaris fossa / nisi bonorū patientia: que dū mentē ad aduersa tolerāda humiliat: quasi more fosse hāc in imo positā demōstrat: Fossa ergo in altari fiat: ne superpositū sacrificiū aura dispgat: id est electorū mens patientiā custodiat: ne cōmota vento impatientie: et hoc qđ bene operata est amittat. Bene autem hec eadē fossa vni⁹ cubiti esse memoratur: quia nimirū si patiētia non deseritur/ vnitatis mēsura seruatur. Un-

Gal. v.

de et Paulus ait. Inuicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legē xpi. Lex quippe christi est charitas vnitatis: quā soli perficiūt / qui nec cum grauātur excedūt. Audiāt impatiētes quod scriptū est in prouerbijs.

Prouer. xvj.

Melior est vir patiens viro forti: et q̄ dn̄atur animo suo expugnatore vrbiū. Minor enī est victoria vrbiū: q̄ extra sunt que subiugātur. Ualde autē maius est quod p patientiā vincitur: quia ipse a se animus superatur. et se semetipm̄ sibimetipsi subijcit: quādo eū patientia intra se frenari cōpellit. Audiāt patiētes quid electis suis ve-

Luce. xxj.

ritas dicit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sic enim conditi mirabiliter sumus: vt ratio animam: et aīa possideat corpus. Ius vero anime a corporis possessione repellitur: si non prius anima a ratione possi-

H

detur. Custodē igitur cōditionis nostre patientiā dn̄s esse monstrauit: q̄ in ipsa nos possidere nosmetipsos docuit. Quanta ergo sit impatiētie culpa cognoscitur: per quā et hoc ipsum amittimus possidere qđ sumus. Audi-

Prouer. xxix.

ant impatiētes qđ per Salomonē rursum dicitur. Totū spiritū suū profert stultus: sapiens autē differt et reseruat in posterū. Impatiētia quippe impellēte agitur vt totus foras spūs proferatur. quē idcirco perturbatio citius eijcit: quia nulla interius disciplina sapientie circūcludit. Sapiēs autē differt et reseruat in posterū. Lesus enim in presenti se vlcisci nō desiderat: qui etiā tolerane parci optat: sed tn̄ iuste vindicari oīa extremo iudicio nō ignorat. At contra admonēdi sunt patiētes: ne in eo qđ exterius portant interius doleant: ne tante virtutis sacrificiū quod integrū foras immolāt: intus malitie peste corrūpant: et cum ab hoībus non agnoscitur sed tn̄ sub diuina examinatione peccatur: tāto deterior culpa doloris fiat: quāto sibi ante hoīes virtutis speciē vēdicat. Dicendū itaq̄ est patiētib⁹ vt studeāt diligere quos sibi necesse est tolerare: ne si patientiā dilectio nō sequatur: in deteriorē culpā odij virtus ostēsa vertatur.

.j. cor. xiij.

Unde Paulus cū diceret. Charitas patiens est: illico adiungit. benigna est. videlicet ostēdēs/ q̄ quos ex patiētia tolerat: amare etiā ex benignitate nō cessat. Un-

Ephe. iiij.

de idem doctor egregius cū patientiā discipulis suaderet dicens. Ois amaritudo/ et ira/ et indignatio/ et clamor et blasphemia auferatur a vobis cū omni malitia.

Ibidem.

quasi cūctis exterius iam bene cōpositis/ ad interiora cōuertitur: dū subiungit. Cū omni malitia. Quia nimirū frustra indignatio clamor et blasphemia ab exterioribus tollitur / si in interiorib⁹ vitiorū mater malitia dn̄atur. Et incassum foras nequitia ex ramis inciditur: si surreptura multiplicius intus in radice seruatur. Unde et

Matth. v.

per semetipsam veritas quoq̄ dicit. Diligite inimicos vestros: et benefacite his qui oderūt vos: et orate p persequentibus et calūniantibus vos. Uirtus itaq̄ est coram hoībus aduersarios tolerare: sed virtus corā deo diligere: quia hoc solū deus sacrificiū accipit: qđ quidē ante eius oculos in altari boni operis flāma charitatis incendit. Hinc est qđ rursum quibusdā patiētibus nec

Mat. vij. et Luce. vj.

tn̄ diligentib⁹ dicit. Quid autem vides festucā in oculo fratris tui: et trabē in oculo tuo nō vides: Perturbatio quippe impatiētie festuca est: malitia vero in corde: trabes in oculo. Illā nāq̄ aura temptationis agitat: hāc autē consummata nequitia pene immobiliter portat. Recte

Ibidem.

vero illic subiūgit. hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo: et tūc videbis eijcere festucā de oculo fratris tui Ac si dicatur menti inique interius dolenti: et sanctā se exterius per patientiā demonstrāti. prius a te molē malitie excute: et tunc alios de impatiētie leuitate reprehēdere. qđ nō studes simulationē vincere/ peius tibi sit et aliena praua tolerare. Euenire etiā plerūq̄ patiētibus

K

solet/ vt eo quidē tēpore quo vel aduersa patiuntur: vel cōtumelias audiunt: nullo dolore pulsentur: et sic patiētiam exhibeant: vt custodire etiā cordis innocētiam nō omittant: sed cū post paululū hec ipsa que pertulerunt ad memoriā reuocāt: igne se doloris inflāmant: argumēta vltionis inquirūt: et mansuetudinē quā tolerātes habuerūt: retractantes in malitiā vertunt. Qui hus citius a pdicatione succurritur: si que sit hujus pmutationis causa pādatur. Callidus nāq̄ aduersarius bellū cōtra duos mouet: vnū videlicet inflāmās vt cōtumelias prior inferat: alterū prouocās vt cōtumelias lesus reddat. Sed plerūq̄ dū iam hujus victor est qui iniuriā persua-sus irrogat: ab illo vincitur qui illatam contumeliā sibi equanimiter portat. Unius ergo victor quē cōmouēdo subiugauit/ tota contra alterū virtute se erigit: eūq̄ obsistentē fortiter et vincentē dolet. quē quia cōmouere in ipsa contumeliarū iaculatione nō potuit: ab aperto certamine interim quiescens: et secreta suggestione cogitationē lacessens: aptū tēpus deceptionis inquirit. Quia enī publico bello victoriā perdidit: ad exercēdas occultas insidias exardescit. Quietis nāq̄ tempore iam ad victoris animū rediit: et vel rerū damna aut iniuriarū iacula ad memoriā reducit. cūctaq̄ que sibi illata sunt vehementer exaggerans intolerabilia ostēdit. Tātoq̄ mentē merore cōturbat vt plerūq̄ vir patiens illa se equanimiter tolerasse post victoriā captiuus erubescat: seq̄ nō reddidisse ptumelias doleat: et deteriora rependere si occasio prebeatur querat. Quib⁹ ergo isti similes sunt: nisi

L

his qui per fortitudinē in campo victores sunt: sed per negligentiā postmodū intra vrbis claustra capiuntur: Quib⁹ sunt similes: nisi iis quos irruēs grauis lāguor a vita nō subtrahit: sed leuiter veniēs recidiua febris occidit: Admonendi sunt igitur patientes: vt corpus victoria muniant: vt hostē publico bello superatū insidiari menibus mentis intendāt: et lāguorē plus reserpentē timeant: ne hostis callidus eo in deceptione postmodū maiori exultatione gaudeat: quo illa dudū cōtra se rigida colla victorū calcat. ¶ Admonitio. xj.

Aliter admonēdi sunt beniuoli: atq̄ aliter inuidi. Admonēdi namq̄ sunt beniuoli: vt sic alienis bonis congaudeant: quaten⁹ habere et ppria cōcupiscāt. Sic proximorū facta diligēdo laudēt: vt ea etiā imitādo multiplicēt: ne si hoc presentis vite stadio ad certamē alienū deuoti fautores sz pigri spectatores assistūt/ eo post certamē sine brauio remaneāt: quo nūc in certamine nō laborāt: et tūc eoꝝ palmas afflicti respiciāt: in quoꝝ nūc laborib⁹ ociosi perdurāt. Ualde quippe peccamus si aliena bene gesta nō diligimus. Sed nihil mercedis agimus: si ea que diligimus/ inq̄tum possumus nō imitamur. Dicendū itaq̄ est beniuo-

M

lis: quia si imitari bona minime festināt que laudantes approbāt: sic eis virtutū sanctitas sicut stultis spectatoribus ludicrarū artium vanitas placet. Illi nāq̄ aurigarum et histrionū gesta fauoribus efferūt: nec tn̄ tales esse desiderāt: quales illos conspiciūt esse quos laudāt. mirātur eos placita egisse: sed tn̄ deuitant similiter placere. Dicendū est beniuolis vt cū proximorū facta cōspiciunt: ad suū cor redeant: et de alienis actibus nō presumant: ne bona laudent et agere recusent. Grauius quippe extrema vltione feriendi sunt: quibus placuit qđ imitari noluerūt. Admonēdi sunt inuidi vt perpendāt q̄te cecitatis sunt: qui alieno profectu deficiunt: aliena exultatione contabescūt. Quante infelicitatis sunt q̄ melioratione proximi deteriores fiunt: dūq̄ augmēta aliene psperitatis aspiciūt: apud semetipsos anxij afflicti cordis sui peste moriuntur: Quid istis infelicius: quos dū cōspecta felicitas efficit: pena nequiores reddit: Alioꝝ vero bona que habere non possunt: si diligerēt/ sua fecissent. Sic quippe sunt vniuersi consistentes in fide sicut multa mēbra vno continētur in corpore: que per officiū quidē diuersa sunt: sed quo sibi vicissim congruūt/ vnū sunt. Unde fit vt pes per oculū videat: et per pedes oculi gradiantur: vt auditus aurū seruiat: et ad vsum suū auribus oris lingua cōcurrat: suffragetur venter manibus: ventri operētur man⁹. In ipsa igitur corporis positione accipim⁹/ qđ in actione seruemus. Nimis itaq̄ turpe est non imitari quod sumus. Nostra sunt nimirū/

A

que etsi imitari nō possum⁹/amamus in alijs: etiā amā tū fiunt quecūq; amantur in nobis. Hinc ergo pēsent inuidi charitas quante virtutis est: que aliena quoq; laboris opera nostra facit sine labore. Dicendū itaq; est inuidis: q2 dū se a liuore minime custodiunt: in antiquā versuti hostis nequitiā dimergūtur. De illo namq; scriptū est.

Sapi.ij.

Inuidia autē diaboli mors intrauit in orbē terrarū. Quia enī ipse malignus spūs aduersarius noster celū perdidit: cōdito ad hoc homini inuidit: et damnationē suā perditus adhuc alios perdendo cumulauit. Admonendi sunt inuidi: vt cognoscāt quātis lapsibus succrescentis ruine subiaceāt: quia dū liuorē a corde nō proijciunt: ad apertas operū nequitias deuoluūtur. Nisi enī cain inuidisset fratris acceptā hostiā: minime puenisset ad extinguēdā vitā. Unde scriptū est. Respexit dñs

Gen.iiij.

ad Abel et ad munera eius: ad cain vero et ad munera eius non respexit. Iratusq; est cain vehementer: et concidit vultus ei⁹. Liuor itaq; sacrificij fratricidij seminariū fuit. Nā quem meliorē se esse doluit: ne vtcūq; esset impugnauit. Dicendū est inuidis/quia dū se ista intrinsecus peste consumūt: etiā quicquid in se boni habere videtur interimūt. Unde scriptū est. Uita carniū sanitas

Ibidem.

Pro.xiiij.

cordis: putredo ossiū inuidia. Quid enī per carnes nisi infirma quedā ac tenera: et quid per ossa nisi fortia acta signantur? Et plerunq; cōtingit vt quidā cum cordis innocentia in nōnullis suis actibus infirmi videantur: quidā vero iam quedam ante humanos oculos robusta exerceāt: sed tamē erga aliorum bona intus inuidie pestilentia tabescant. Bene ergo dicitur. vita carniū sanitas cordis: quia si mentis innocentia custoditur: etiā si

B

qua foris infirma sunt quādoq; roborantur. Et recte illic subditur. putredo ossium inuidia: quia per liuoris vitium ante dei oculos pereunt etiā que humanis oculis fortia videnē. Ossa quippe per inuidiam putrescere/est quedā etiā robusta deperire. ¶ Admonitio.xij.

Aliter admonendi sunt simplices: atq; aliter impuri. Laudādi sunt simplices q2 studeant nunq; falsa dicere: sed admonendi sunt vt nouerint nōnunq; vera reticere. Sicut enī semper dicentē falsitas lesit: ita nōnunq; quibusdā audita veritas nocuit. Unde coram discipulis dñs locutionē suā silentio tēperans ait. Multa habeo vobis dicere: sed nūc nō potestis illa portare. Admonēdi sunt igitur simplices vt sicut fallaciā semper vtiliter vitant: ita veritatē semp vtiliter proferāt. Admonendi sunt/ vt simplicitatis bono prudentiā adiungant: quatenus sic securitatē de simplicitate possideāt/ vt circūspectionē prudentie non amittant. Hinc nāq; per doctorē gētium dicitur. Uolo vos sapientes esse in bono: simplices autē in malo. Hinc electos suos per semetipsam veritas admonet dicēs. Estote prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. Quia videlicet in electorū cordibus debet et simplicitatem colūbe astutia serpentis acuere: et serpētis astutiā columbe simplicitas tēperare: quatenus nec seduci p prudentiā calleant: nec ab intellectus studio ex simplicitate torpescāt. ¶ At contra admonēdi sunt impuri/ vt q̄ grauis sit quē cū culpa sustinent duplicitatis laborē agnoscant: dū enī deprehēdi metuūt: semper improbas defensiones querūt: semper pauidis suspitionibus agitant. Nihil autē est ad defendēdum puritate tutius: nihil ad dicendū veritate facilius. Nam dū fallaciā suā tueri cogitur: duro cor labore fatigatur. Hinc nāq; scriptū est. Labor labiorū suorū operiet eos. Qui enī nunc

Jo.xvj.

Ro.xvj.

Math.x.

C

Ps.cxxxix.

implet: tūc operiet: q2 cuius nunc animū per blandā inquietudinē exagerit: tūc per asperā retributionē premit.

Hiere.ix.

Hinc per hieremiā dicitur. Docuerūt linguā suā loqui mendaciū: vt inique agerēt laborauerūt. Ac si aperte diceretur. Quia amici esse veritatis potuerūt sine labore: vt peccent laborāt. cūq; viuere simpliciter renuūt: laboribus exigunt vt moriātur. Nā plerūq; in culpa deprehēsi/dum quales sint cognosci refugiūt: sese sub fallacie velamine abscondūt: et hoc qđ peccant: quodq; iam aperte cernitur/excusare moliūtur: ita vt sepe is qui eorū culpas corripere studet: aspersis falsitatis nebulis seductus/pene amisisse sese videat quod de eis iā certū tenebat. Unde recte sub iudee specie per prophetam contra peccantē animā excusantēq; se/dicitur. Ibi habuit fo-

Esa.xxxiiij.

uea hericius. Hericij quippe noīe impure mētis sesequ callide defendentis duplicitas designatur: q2 videlicet

D

hericius cū apprehēditur/ et caput eius cernitur: et pedes videntur: et corpus omne conspicitur. sed mox vt apprehensus fuerit: semetipsum in sphera colligit: et pedes introrsus subtrahit: caput abscōdit: et intra tenentis manus totus simul amittitur: qui totus simul ante videbatur. Sic nimirū sic impure mentes sunt: cū in suis excessibus cōprehēdūtur. Caput enī hericij cernitur: q2 quo initio ad culpā peccator accesserit videt. Pedes hericij conspiciūtur: quia quibus vestigijs nequitia sit ppetrata cognoscitur: et tñ adductis repente excusationib⁹ impura mens introrsus pedes colligit: quia cūcta iniquitatis sue vestigia abscondit. Caput subtrahit: q2 miris defensionibus nec inchoasse se malum aliquod ostēdit. Et quasi sphera in manu tenētis remanet. quia is q̄ corripit/ cūcta que iam cognouerat: subito amittens inuolutū intra conscientiā peccatorē tenet. et qui totū iā deprehēdē dō viderat: erga inuersatione praue defensionis illusus totū pariter ignorat. Fouēā ergo habet herici⁹ in reprobis: q2 malitiose mētis duplicitas sese intra se colligens abscondit in tenebris defensionis. Audiāt impuri quod scriptū est. Qui ambulat simpliciter: ambulat

Prouer.x.

confidenter. Fiducia quippe magne securitatis est simplicitas actionis. Audiāt quod sapiētis ore dicit. Spiritus sctūs discipline effugiet fictū. Audiāt qđ scriptu-

Sapi.j.

ra rursum testatur. Cū simplicibus sermocinatio eius.

Pro.iij.

Deo enī sermocinari est per illustrationē sue psentie humanis mentibus arcana reuelare. Cū simplicibus igitur sermocinari dicitur: q2 de supernis mysterijs illorū mentes radio sue visitationis illuminat: quos nulla vmbra duplicitatis obscurat. Est enī speciale duplicium malum: quia dū peruersa et duplici actione ceteros fallunt

E

quasi prestātius ceteris prudētes esse gloriantur. Et q2 districtionē retributionis nō considerāt: de damnis suis miseri exultent. Audiāt autē quā super illos propheta sophonias vim diuine animaduersionis intentat: dicens. Ecce dies dñi venit magnus et horribilis. dies ille dies ire: dies tenebrarū et caliginis: dies nebule et turbinis: dies tube et clangoris super oēs ciuitates munitas: et super oēs angulos excelsos. Quid enī per ciuitates munitas exprimit: nisi suspecte mētes et fallaci semper defensione circundate: que quotiens eaz culpa corripit/ veritatis ad se iacula nō admittunt? Et quid per excelsos angulos: nisi duplicitas impure mētis intelligitur? Duplex quippe semper est in angulis paries. Quid per angulos parietis nisi impura corda signātur? Que dū veritatis simplicitatē fugiūt: ad semetipsa quodāmodo duplicitatis peruersitate replicātur. Et qđ est deterius/apud cogitatiōes suas in fastu prudentie ex ipsa se culpe impuritatis extollūt. Dies igit dñi vindicte atq; aduersionis plena super ciuitates munitas/ et super excelsos angulos venit: quia ira extremi iudicij humana corda et defensionibus contra veritatē clausa destruit: et duplicitatibus inuoluta dissoluit. Tūc enī munite ciuitates cadūt: quia mentes deo suspecte damnabuntur. Tunc excelsi anguli corruūt: quia corda que se per impuritatis prudentiā erigunt: per iustitie sententiā prosternuntur. ¶ Admonitio.xiij.

Sopho.j.

F

Aliter admonēdi sunt incolumes: atq; aliter egri. Admonēdi sunt incolumes vt salutem corporis exerceāt ad salutē mentis: ne si accepte incolumitatis gratiā ad vsum nequitie inclināt: dono deteriores fiant: et eo postmodū supplicia grauiora mereantur: quo nūc largioribus bonis dei male vti nō metuūt. Admonēdi sunt incolumes ne opportunitatē salutis in perpetuū promerēde despiciāt. Scriptū nāq; est. Ecce nūc tēp⁹ acceptabile: ecce nūc dies salutis. Admonēdi sunt ne placere deo si cū possunt noluerint: cū voluerint sero non possint. Hinc est enim q2 eos post sapientia deserit: quos prius diu renuētes vocauit: dicens. Uocaui et renuistis: extendi manū meā/ et non fuit qui aspiceret Despexistis omne consiliū meū: et increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo: et subsannabo cū vobis qđ timebatis aduenerit. Et rursum. Tunc inuocabūt me: et nō exaudiā: mane consurgent: et non inuenient me. Salus itaq; corporis qñ ad bene operandū accepta despicit/ quanti sit muneris amissa sentitur. Et infructuose ad vltimū queritur que congruo cō

ij. Cor.vj

Prouer.j

Ibidem.

G
prouer.v.

cessa tempore vtiliter non habetur. Unde bene per Sa-
lomonem rursum dicitur. Ne des alienis honorē tuū:
et annos tuos crudeli/ ne forte impleantur extranei vi-
ribus tuis: et labores tui sint in domo aliena: et gemas
in nouissimis: qn̄ cōsumpseris carnē et corpus tuū. Qui
nāq; alieni a nobis sunt: nisi maligni spūs: qui a celestis
sunt patrie sorte separati? Quis vero honor noster est: ni-
si quia in luteis corporibus conditi: ad cōditoris tamē
nostri sumus imaginē ⁊ similitudinē creati? Uel quis
alius crudelis est: nisi ille angelus apostata/ qui ⁊ semet
ipsum pena mortis superbiendo perculit/ et inferre mortē
humano generi etiā perdit⁹ nō pepercit? Honorē itaq;
suū alienis dat/ qui ad dei imaginē et similitudinē cō-
ditus: vite sue tēpora malignorū spirituū voluptatib⁹
administrat. Annos etiā suos crudeli tradit: qui ad vo-
luntatē male dn̄antis aduersarij accepta viuēdi spatia

Ibidem

expendit. Ubi bene subditur. Ne forte impleant extra-
nei viribus tuis: ⁊ labores tui sint in domo aliena. Quis-
quis enī per acceptā valitudinē corporis/ per tributā si-
bi sapientiā mentis nō exercēdis virtutibus: sed perpe-
trandis vitijs elaborat: nequaq; suis viribus suam do-
mū: sed extraneorū habitacula id est immūdorū spirituū
facta multiplicat: nimirū vel luxuriādo/ vel superbiēdo
agens vt etiā se addito perditorū numerus crescat. Be-

Ibidem.

ne autē subditur. Et gemas in nouissimis qn̄ cōsumpse-
ris carnē et corpus tuū. Plerūq; accepta salus carnis

H

per vitia expēditur: sed cū repēte subtrahitur: cū mole-
stijs caro atteritur: cum iam egredi anima vrgetur: diu
male habita quasi ad bene viuendū salus amissa requi-
ritur. Et tūc gemūt hoīes q̄ deo seruire noluerūt: quā-
do damna negligētie sue recuperare seruiēdo nequaq;

ps.lxxvij.

possunt. Unde alias dicitur. Cū occideret eos: tūc requi-
rebant eū. At cōtra admonendi sunt egri: vt eo se filios
dei sentiāt quo illos discipline flagella castigant. Nisi
enī correctis hereditatē dare disponeret: erudire eos p
molestias nō curaret. Hinc nāq; ad Joannē dn̄s per an-

Apo.iij.
Hebre.xij

gelum dicit. Ego quos amo arguo ⁊ castigo. Hinc rur-
sum scriptū est. Fili mi noli negligere disciplinā dn̄i: ne-
q; fatigeris cū ab eo argueris. Quē enī diligit dn̄s casti-
gat. flagellat aūt oēm filiū quē recipit. Hinc psalmista

ps.xxxiij.
Job.x.

ait. Multe tribulationes iustorū: ⁊ de oībus his libera-
uit eos dn̄s. Hinc quoq; beatus Job in dolore exclamās
ait. Si iustus fuero nō leuabo caput: saturatus afflictio-
ne ⁊ miseria. Dicendū est egris: vt si celestē patriā suā es-
se credūt: necessario in hac labores velut in aliena patiā-
tur. Hinc est enī q̄ lapides extra tunsi sunt: vt in cōstru-
ctione templi dn̄i absq; mallei sonitu ponerētur: quia vi-
delicet nunc foris per flagella tūdimur vt intus in tem-
plum dei postmodū sine discipline percussione dispona-
mur: quaten⁹ quicqd in nobis est superfluū modo per-
cussio resecet: et tunc sola nos in edificio cōcordia chari-
tatis liget. Admonendi sunt egri: vt considerēt pro per-
cipiendis terrenis hereditatibus: quā dura carnales fi-

I

lios discipline flagella castigēt. Que ergo nobis diuine
correptionis pena grauis est: per quā et nunq; amitten-
da hereditas percipit: et semper mansura supplicia vi-

Hebre.xij

tantur. Hinc etenī Paulus ait. Patres quidē carnis
nostre habuimus eruditores: et reuerebamur eos: nōne
multo magis obtēperabimus patri spirituū et viuem⁹?
Et illi quidē in tēpore paucorū dierū sm̄ voluntatē suā
erudiebāt nos. Hic autē ad id quod vtile est in recipiē-
do sanctificationē eius. Admonēdi sunt egri: vt cōside-
rent quanta salus cordis sit molestia corporalis que ad
cognitionē sui mentē reuocat: et quā plerūq; salus obij-
cit: infirmitatis memoria reformat: vt anim⁹ qui extra
se in elationē ducitur: cui sit cōditioni subditus: ex per-
cussa quā sustinet carne memoretur. Quod recte per Ba-
laā: si tn̄ vocē dei subsequi obediēdo voluisset: in ipsa iti-
neris retardatione signat. Balaā nāq; vt perueniret ad
ꝓpositū tēdit: sed eius votū animal cui presedit ꝓpedit
prohibitione quippe immorata asina angelū videt: quē
humana mens non videt: qr plerūq; caro per molestias
tarda flagello suo menti dei indicat: quē mens ipsa car-
ni presidēs non videbat: ita vt anxietatis spūs profice-
re in hoc mūdo cupiētis: velut iter tendētis impediat:
donec ei inuisibilē qui sibi obuiat innotescat. Unde ⁊ be-

ij.Petr.ij.

ne per Petrū dicitur. Correptionē habuit sue vesanie
subiugale mutū: quod in hoīs voce loquens prohibuit

K

prophete insipientiā. Balaam quippe homo a subiuga-
li muto corripitur: qn̄ elata mens humilitatis bonū qd̄
tenere debeat ab afflicta carne memoratur. Sed huius
correptionis donum idcirco balaā nō obtinuit: quia ad
maledicendū pergens vocē non mentē mutauit. ¶ Ad-
monendi sunt egri: vt cōsiderēt quanti sit muneris mo-
lestia corporalis: que ⁊ admissa peccata diluit: ⁊ admit-
ti ea q̄ poterant cōpescit: que sumpta ab exteriorib⁹ pla-

prouer.xx

gis: cōcusse menti penitētie vulnera infligit. Unde scri-
ptū est. Liuor vulneris abstergit mala: et plage in secre-
tiorib⁹ ventris. Mala enim liuor vulneris abstergit: qr
flagellorū dolor vel cogitatas/ vel ꝑpetratas neqtias di-
luit. Solet vero ventris appellatione mens accipi: qr si-
cut venter cōsumit escas: ita mens pertractādo excoqt
curas. Quia eni venter mens dicitur: ea sentētia docet

prouer.xx

qua scriptū est. Lucerna dn̄i spiraculum hoīs: que inue-
stigat oīa secreta ventris. Ac si diceret. Diuine afflatus
sciētie cū in mentē hoīs venerit: eam sibimetipsi illumi-
nās ostēdit: que ante spūs sancti aduentū cogitationes
prauas ⁊ portare poterat/ et pēsare nesciebat. Liuor er-
go vulneris abstergit mala: et plaga in secretioribus vē-
tris. quia dū exterius percutimur: ad peccatorū nostro-
rū memoriā taciti afflictiq; reuocamur: atq; ante ocu-
los nostros cuncta que a nobis sunt male gesta reduci-
mus: et per hoc qd̄ foris patimur/ magis intus quod fe-
cimus dolemus: vnde fit vt inter aperta vulnera corpo-
ris amplius nos abluat plaga secreta ventris: qr sanat

L

nequitias praui operis occultū vulnus doloris. ¶ Ad-
monendi sunt egri: quatenus patiētie virtutē seruent vt
incessanter quanta redēptor noster ab his quos creaue-
rat pertulit mala considerent: q̄ tot obiecta conuitiorū
ꝓbra sustinuit: q̄ de manu antiqui hostis captiuorū ani-
mas quotidie rapiens insultantiū alapas accepit: q̄ aq̄
salutis nos diluens: a perfidorū sputis faciē nō abscō-
dit: q̄ vocatione sua nos ab eternis supplicijs liberans:
tacitus flagella tolerauit: q̄ inter angelorū choros per-
ennes nobis honores tribuens: colaphos pertulit: q̄ a
pctōrū nos pūctionibus saluans/ spinis caput suppone-
re nō recusauit: q̄ eterna nos dulcedine debriās: in siti
sua fellis amaritudinē accepit: q̄ ꝓ nobis patrē q̄uis
diuinitate esset equalis adorauit: sub irrisione adorat⁹
tacuit: q̄ vitā mortuis preparans: vsq; ad mortē ipse vi-
ta peruenit. ¶ Cur itaq; asperū creditur vt a deo homo
toleret flagella pro malis: si tanta deus ab hoībus per-
tulit mala pro bonis? Aut quis sana intelligētia de per-
cussione sua ingratus existit: si ipse hinc sine flagello nō
exijt: qui hic sine peccato vixit? ¶ Admonitio. xiiij.

Aliter admonēdi sunt q̄ flagella metuūt et
propterea innocēter viuūt: atq; aliter admo-
nēdi sunt q̄ sic in iniquitate duruerūt: vt neq; p
flagella corrigātur. Dicēdū nāq; est flagella timētibus:
vt ⁊ bona tpalia nequaq; ꝓ magno desiderēt que adesse

M

etiā prauis vidēt: si mala presentia nequaq; velut into-
lerabilia fugiāt. quib⁹ hic plerūq; etiā bonos affici non
ignorant. ¶ Admonendi sunt qui flagella metuūt: vt si
malis veraciter carere desiderāt: eterna supplicia ꝓhor-
rescāt: neq; in hoc suppliciorū timore permaneāt sed ad
amoris gratiā nutrimento charitatis excrescant. Scri-

j.Joā.iiij
Ro.viij.

ptū quippe est. Perfecta charitas foras mittit timorē.
Et rursum scriptum est. Non accepistis spm̄ seruitutis
iterum in timore: sed spm̄ adoptionis filiorū in quo cla-

ij.Cor.iij

mamus abba pater. Unde idem doctor iterū dicit. Ubi
spūs dn̄i ibi libertas. Si ergo adhuc a praua actiōe for-
midata pena prohibet: profecto formidātis animū nul-
la spūs libertas tenet. Nam si penā non metueret: culpā
procul dubio perpetraret. Ignorat itaq; mēs gratiā li-
bertatis: quā ligat seruit⁹ timoris. Bona enī pro seipsis
amanda sunt et nō penis cōpellentibus exequenda. Nā
qui propterea bonū facit quia tormentorū mala metuit
vult nō esse quod metuat/ vt audacter illicita cōmittat.
Unde luce clarius constat q̄ corā deo innocentia amit-
titur: ante cui⁹ oculos desiderio peccatur. ¶ At cōtra
hi quos ab iniquitatibus nec flagella cōpescunt/ tanto
acriori inuectione feriendi sunt: quāto maiore insensibi-
litate duruerūt. Plerūq; enim sine dedignatione dedi-
gnandi sunt: sine desperatione desperandi: ita dūtaxat
vt ostensa desperatio formidinē incutiat: ⁊ subiūcta ad-
monitio ad spem reducat. Districte itaq; cōtra illos di-

[A] uinc sententie proferende sunt: vt ad cognitionē sui con sīderata eterna aiaduersione reuocētur. Audiant enim in se impletū esse quod scriptū est. [Prouer. xxvij.] Si contuderis stultū in pila/quasi ptisanas feriente desuper pilo: non auferetur ab eo stultitia eius. Contra hos propheta dn̄o conqueritur dicens. [Hiere. v.] Attriuisti eos: et renuerūt accipere disciplinā. Hinc est quod dn̄s dicit. Interfeci et perdidi populū istū: et tamen a vijs suis non sunt reuersi. Hinc rursū ait. [Esa. ix.] Popul⁹ nō est reuersus ad percutientē se. Hinc voce flagellantiū ꝓpheta Hieremias cōqueritur dicēs. [Hiere. lj.] Curauimus babylonē/et non est sanata. Babylon quippe curatur: nec tamē ad sanitatē reducitur: quando mens in praua actione cōfusa verba correptiōis audit: flagella correptionis percipit: et tamen ad recta salutis itinera redire contēnit. Hinc captiuū populū israeliticū/nec tamē ab iniquitate cōuersum dn̄s exprobrat dicēs. [Eze. xxij.] Versa est mihi domus israel in scoriā: oēs isti facti sunt mihi es: et stannū/et ferrum/et plumbū in medio fornacis. Ac si aperte dicat. Purgare eos per ignē tribulationis volui: et argentū illos vel aurū fieri quesiui: sed in fornace mihi in es/stannū/et ferrū/et plumbū versi sunt: quia non ad virtutē: sed ad vitia etiam in tribulatione prorupit. Es quippe dū percutitur: amplius metallis ceteris sonitū reddit. Qui igitur in percussiōe positus/erūpit ad sonitū murmurationis: in es versus est in medio fornacis. Stānum vero cum ex arte cōponitur: argenti speciē mentitur. Qui vero simulationis vitio non caret in tribulatione: stannū factus est in fornace. Ferro autē vtitur: qui vite proximi insidiatur. Ferrū itaque in fornace est/qui nocēdi malitiā nō amittit in tribulatione. Plum[B]bū quoque ceteris metallis est grauius. In fornace ergo plumbū inuenitur: qui sic peccati sui pondere premitur vt etiā in tribulatione positus a terrenis desiderijs non leuetur. [Ezechiel xxiiij.] Hinc rursum scriptū est. Multo labore sudatū est: et nō exiuit de ea nimia rubigo eius neque per ignem. Ignē quippe nobis tribulationis admouet/vt a nobis rubiginē vitiorū purget: sed nec per ignē rubiginē amittimus: quādo et inter flagella vitio non caremus. Hinc [Hiere. vj.] propheta iterū dicit. Frustra conflauit cōflator: malitie eorū non sunt consumpte. Sciendū vero est ꝙ nōnunquam cum inter flagellorū duritiā remanent incorrecti: dulci sunt admonitione mulcendi. Quos enī cruciamēta non corrigunt: nōnunquam ab iniquis actionibus lenia blandimenta cōpescūt. Quia et plerūque egros quos fortis pigmētorum potio curare nō valuit: ad salutē pristinam tepēs aqua reuocauit: et nōnulla vulnera que curari incisione nequeunt: fomentis olei sanant. Et durus adamas incisionē ferri minime recipit/sed leui hircorum sanguine mollescit.

Admonitio. xv.

[C] Aliter admonendi sunt nimis taciti: atque aliter multiloquio vacātes. Insinuari namque nimis tacitis debet: quod dū quedā vitia incaute fugiūt: occulte deterioribus implicant. Nā sepe linguā quia immoderatius premūt/in corde grauius multiloquiū tolerāt: vt eo plus cogitatiōes in mente feruescant: quo illas violenta custodia indiscreti silentij angustat. Que plerūque tanto lati⁹ quoque diffluūt: quāto se esse securius estimant: quia foris a reprehēsoribus non videtur. Unde nōnunquam mens in superbiā tollit: et quos loquētes audit/quasi infirmos despicit. Cūque os corporis claudit: quātū se vitijs superbiedo aperiat non cognoscit. Linguā etenī premit: mētem eleuat. Et cū suā malitiā atque nequitiā minime cōsiderat: tanto apud se cunctos liberius: quāto et secretius accusat. Admonēdi sunt igitur nimis taciti: vt scire sollicite studeant non solū quales exterius ostendere: sed etiā quales se debeāt interi⁹ exhibere: vt plus ex cogitationibus occultū iudiciū dei: ꝙ ex sermonibus reprehensionē metuāt proximorū. Unde [Prouer. v.] p Salomonē quoque scriptū est. Fili mi attēde sapientiā et prudētie mee inclina aurem tuā: vt custodias cogitationes. Nihil quippe in nobis est corde fugacius: quod a nobis totiens recedit: quotiens per prauas cogitatiōnes defluit. [Psal. xxxix.] Hinc etenī psalmista ait. Cor meum dereliquit me. Hinc ad semetipsum rediens/ait. Inuenit seru⁹ tuus cor suū vt oret te. Cū ergo cogitatio per custodiā restringitur: cor quod fugere consueuit/inuenitur. Plerūque autē nimis taciti cum nonnulla iniusta patiantur eo in acriorē dolorē prodeunt: quo ea que sustinent non loquuntur. Nam si illatas molestias tranquille lingue [D] sermone dicerent: a conscientia dolor emanaret. Uulnera enī clausa plus cruciāt. Nam cū putredo que interi⁹ feruet ejicitur: ad salutem dolor aperitur. Scire igitur debent qui plusque expedit tacent: ne inter molesta que tolerant dum linguam tenent: vim doloris exaggerent. Admonendi sunt enī: vt si proximos sicut se diligūt minime illis taceāt vnde eos iuste reprehendāt. Uocis enī medicamine vtrorūque saluti cōcurritur: dū et ab illo qui infert/actio praua atque peruersa ꝯpescitur: et ab hoc qui sustinet/doloris feruor vulnere aperto temperatur. Qui enim proximorū mala respiciūt: et tamē in silentio linguā premunt: quasi conspectis vulneribus vsum medicaminis subtrahunt/et eo mortis auctores fiunt quo virus quod potuerūt curare noluerūt. Lingua itaque discrete frenāda est non insolubiliter obligāda. Scriptū [Eccl. xx.] namque est. Sapiens tacebit vsque ad tempus. vt nimirū cū opportunū cōsideret/postposita censura silentij: loquendo que cōgruūt/in vsum se vtilitatis impendat. Et rursum quoque scriptū est. [Eccles. iij.] Tempus tacendi: et tēpus loquendi. Discrete quippe vicissitudinū pensanda sunt tempora: ne aut cū restringi lingua debet: per verba inutiliter defluat: aut cū loqui vtiliter potest: semetipsam pigre restringat. Quod bene psalmista considerās dicit. [Psal. cxl.] Pone dn̄e custodiā ori meo: et ostium circūstantie labijs meis. Nō enim poni ori suo parietē: sed ostiū petit: quod videlicet aperitur et clauditur. Unde et nobis caute discendū est: quaten⁹ os discrete et cōgruo tēpore vox aperiat: et rursum congruo taciturnitas claudat. At contra admonendi sunt multiloquio vacantes: vt vigilanter aspi[E]ciant a quāto rectitudinis statu depereūt: dū per multiplicia verba dilabuntur. Humana etenī mens aque more et circunclusa ad superiora colligitur: quia illic repetit vnde descendit/et relaxata deperit: quia se per infima inutiliter spargit. Quot enim super se vacuis verbis a silentij sui censura dissipatur: quasi tot riuis extra se ducit. Unde et redire interius ad sui cognitionē nō sufficit: quia per multiloquiū sparsa/a secreto se intime consideratiōnis excludit. Totam vero se insidiantis hostis vulneribus detegit: quia nulla munitiōe custodie circūcludit. Unde scriptū est. [Prouer. xxv.] Sicut vrbs patēs et absque murorū ambitu: ita vir qui nō potest in loquēdo cohibere spiritum suū. Quia enī murū silentij nō habet: patet inimici iaculis ciuitas mentis. Et cū se per verba extra semetipsam ejicit: apertā se aduersario ostendit. Quā tanto ille sine labore superat: quāto et ipsa que vincitur/cōtra semetipsam per multiloquiū pugnat. Plerūque autē dum per quosdā gradus desidiosa mens in lapsum ex labe pellit. dū otiosa cauere verba negligimus: ad noxia quādoque peruenim⁹: vt prius loqui aliena libeat: et postmodū detractionibus eorum vitā de quibus loquitur mordeat: ad extremū vero vsque ad apertas lingua contumelias [F] erūpat. Hinc seminātur stimuli: oriūtur rixe: accendūtur faces odiorū: pax extinguitur cordiū. Unde bene p Salomonē dicit. [Prouer. xvij.] Qui dimittit aquā/caput est iurgiorū. Aquā quippe dimittere est linguā in fluxū eloquij relaxare. Quo ꝯtra in bona etiā parte iterū dicit. [Prouer. xviij.] Aqua profunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquā/caput est iurgiorū: quia qui linguā nō refrenat: ꝯcordiā dissipat. Unde e diuerso scriptū est. [Prouer. xxvj.] Qui imponit stulto silētiū: iras mitigat. Quia aūt multiloquio quisque seruiēs/linguā frenare nequiuerit: accidit vt rectitudinem iustitie tenere nequaquam possit: quod testat ꝓpheta qui ait. [Psalm. cxxxix.] Uir linguosus nō dirigetur sup terrā. Hinc quoque Salomon iterū dicit. [Prouer. x.] In multiloquio non deerit peccatū. Hinc Esaias ait. [Esa. xxxij.] Cultus iustitie/silentiū videlicet indicans. quia mens a iustitia desolatur: quē et ab imoderata locutione nō parcitur. Hinc Jacobus ait. [Jaco. j.] Si quis putat se religiosum esse nō refrenās linguā suā: sed seducēs cor suū/huius vana est religio. [Ibidem.] Hinc rursus ait. Sit ois homo velox ad audiendū: tardus autē ad loquendū. Hinc iterū adiūgit. [Jaco. iij.] Lingua inquietū malū: plena veneno mortifero. Hinc [Mat. xij.] p semetipsam nos veritas admonet dicēs. Omne verbū otiosum quod locuti fuerit homines: reddent de eo rationē in die iudicij. Otiosum quippe verbū est quod aut ratiōe iuste necessitatis: aut intētione pie vtilitatis caret. Si ergo de otioso sermone ratio exigit: pēsem⁹ que pena multiloquiū maneat: in quo etiā per noxia verba peccat.

Admonitio. xvj.

[D]

G

Aliter admonendi sunt pigri: atq; aliter precipites. Illi nāq; suadendi sunt ne agenda bona dū differūt amittant: isti vero admonendi sunt ne dū bonorū tēpus incaute festinando arripiunt: eorū merita immutent. Pigris itaq; intimandū est ꝙ sepe dū opportune agere ꝗ possum⁹ nolumus: paulopost cū volumus nō valem⁹. Ipsa quippe mētis desidia dū cōgruo feruore nō accēditur: a bonorū desiderio funditus cōualescente furtim torpore mactatur. Unde apte p Salomonē dr. Pigredo immittit soporē. Piger enī recte sētiendo quasi vigilat/quia nil operando torpescat. Sed pigredo soporē immittere dicit: qr paulisper etiā recte sentiēdo vigilātia amittitur: dū a bene operandi studio cessatur. Ubi recte subiungit. Et aīa dissoluta esuriet. Nā mens qr se ad superiora stringēdo non dirigit: neglectā se inferius p desideria expādit. Et dū studiorū sublimiū vigore nō constringit: cupiditatis infime fame sauciat: vt quo se p disciplinā ligare dissimulat: eo se esuriēs per voluptatū desideria spargat. Hinc ab eodē rursum Salomone scribit. In desiderijs est omnis ociosus. Hinc ipsa veritate predicāte/vno quidē exeūte spū mūda domus dicitur: sed multiplici⁹ redeunte dū vacat occupatur. Plerūq; piger dū necessaria agere negligit: quedā sibi difficilia opponit: quedā vero incaute formidat: et dū quasi inuenit qđ velut iuste metuat: ostēdit ꝙ in otio quasi iniuste torpescat. Cui recte p Salomonē dicitur. Propter frig⁹ piger arare noluit: mendicabit ergo estate: et nō dabitur ei. Propter frig⁹ quippe piger nō arat dū desidia et torpore cōstrictus/agere q debet bona cōsiderat/ꝛ dissimulat. Propter frigus quippe piger non arat: dū paruis ex aduerso mala metuit: et operari maxima pretermittit. Bene autē dicitur. Mendicabit estate et nō dabitur ei. Qui enī nunc in bonis operibus nō exsudat: cū sol iudicij feruentior apparuerit/quia frustra regni aditū postulat: nihil accipiens estate mendicat. Bene hinc p eundē Salomonē rursum dicitur. Qui obseruat ventū/nō seminat: ꝛ qui cōsiderat nubes/nunq; metit. Quid enī per ventū nisi malignorū spirituū temtatio exprimitur? Et quid p nubes que mouētur a vento: nisi aduersitates prauorū hominū designātur? A ventis quippe impellitur nubes: quia immundorū spirituū afflatu praui excitātur homīs. Qui ergo obseruat ventū/non seminat: ꝛ qui considerat nubes/nunq; metit: quia quisq; temtationē malignorū spirituū: quisq; persecutionē prauorū hominū metuit: nec nunc grana boni operis seminat: neq; tūc manipulos sancte retributionis secat. ¶ At cōtra admonendi sunt precipites: quia dū bonorū actuū preueniūt tēpus/meritū peruertūt: et sepe in malis corruunt: dū bona minime discernūt. Qui nequaq; qđ: quō vel quādo queq; agant inspiciunt: sed plerūq; acta quia ita non debuerūt agere cognoscunt. His sub auditoris specie recte p Salomonē dicitur. Fili sine consilio nihil facias: ꝛ post factū nō penitebis. Et rursum. Palpebre tue precedant gressus tuos. Palpebre quippe gressus precedunt: cū operationē nostrā consilia recta preueniunt. Qui enim negligit considerando preuidere quod facit: gressus tendit: oculos claudit: pergēdo iter conficit: sed preuidēdo sibimetipsi nō antecedit: atq; idcirco citius corruit: quia quo pedē operis ponere debeat: per palpebram consilij non attendit.

puer. xix. — Ibidem. — Mat. xij. — puer. xx. — H — Eccles. xj. — Ec. xxxvij. — puer. iiij. — I

¶ Admonitio. xvij.

Aliter admonendi sūt mansueti: atq; aliter iracundi. Nōnunq; vero mansueti cū presunt: vicinū et quasi iuxta positū torporē desidie patiuntur. Et plerūq; nimia resolutione lenitatis vltra q̄ necesse est vigorē districtionis emolliūt. At cōtra iracūdi cū regiminū loca percipiūt: quo impellente ira in mētis vesaniā deuoluūtur: eo etiā subditorū vitā dissipata quietis trāquillitate cōfundunt. Quos cū furor agit in precepes/ignorant quicqđ irati faciūt: ignorant quicqđ patiūtur irati a semetipsis. Nōnunq; vero quod est grauius/ire sue stimulū iustitie zelū putāt. Et cū vitiū virtus credit: sine metu culpa cumulat. Sepe ergo mansueti dissolutionis torpescūt tedio: sepe iracundi rectitudinis falluntur zelo. Illorū ire q virtuti vitiū latenter adiūgitur: his autē suū vitiū quasi virtus feruēs videt. Admonēdi sunt igitur illi/vt fugiant qđ iuxta ipsos est: isti qđ in ipsis. Attendāt illi quod nō habent: discernāt isti quod habent. Amplectātur mansueti sollicitudinē: damnent iracundi perturbationē. ¶ Admonendi sunt mansueti vt habere etiā emulationē iustitie studeāt. Admonendi sunt iracundi vt emulationi quā se habere existimant mansuetudinē subiungāt. Idcirco nāq; spūs sanctus in columba et in igne monstratur: qr videlicet oēs quos implet/ꝛ columbe simplicitate mansuetos: ꝛ igne zeli ardentes exhibet. Nequaq; ergo sancto spū plenus est: qui aut in trāquillitate mansuetudinis feruorē emulationis deserit: aut rursum in emulationis ardore virtutē mansuetudinis amittit. Quod forte melius ostēdimus si in mediū pauli magisteriū proferam⁹: qui duob⁹ discipulis et non diuersa charitate preditis: diuersa tamē adiutoria predicationis impendit. Timotheū nāq; admonēs ait. Argue: obsecra: increpa cū omni patiētia et doctrina. Titū q; admonet dicēs. Hec loquere ꝛ exhortare: et argue cū omni imperio. Quid est ꝙ doctrinā suā tanta arte dispensat: vt in exhibenda hac/alteri imperiū/atq; alteri patiētiam proponat: nisi ꝙ mansuetioris spiritus Titū: et paulo feruētioris vidit esse Timotheū? Illum per emulationis studiū inflāmat: hunc per lenitatem patiētie temperat. Illi quod deest ingerit: huic quod superest subtrahet. Illū stimulo impellere nititur: hunc freno moderatur. Magnus quippe suscepte ecclesie colon⁹ alios palmites vt crescere debeāt rigat: alios cum plus iusto crescere conspicit resecat: ne aut non crescēdo nō ferant fructus: aut immoderate crescendo quos protulerūt amittāt. Sed longe alia est ira que sub emulationis specie surripit: alia que turbatū cor et sine iustitie pretextu cōfundit. Illa enī in hoc quod debet inordinate extēditur: hec autē semper in his que non debet inordinate inflāmatur. Sciendū quippe est quia i hoc ab impatiētibus iracundi differūt: ꝙ illi ab alijs illata nō tolerant: isti autē etiā que tolerātur importāt. Nam iracundi sepe etiā se declināntes insequūtur: rixe occasionē cōmouent: labore cōtentionis gaudent: quos tamen melius corrigimus: si in ipsa ire sue cōmotione declinam⁹. Perturbati quippe quid audiant ignorant: sed ad se reducti tanto libētius exhortationis verba recipiūt: quanto se tranquillius toleratos erubescunt. Menti autē furore ebrie/omne rectum quod dicit/puersum videtur. Unde et Nabal ebrio culpā suā abigail laudabiliter tacuit: quā digesto vino laudabiliter dixit: ꝛ idcirco malū quod fecerat/cognoscere potuit: qr hoc ebrius nō audiuit. Cū vero ira iracundi alios impetūt vt declinari omnino nō possunt: non aperta exprobratione: sed sub quadā cautela reuerētie parcēdo feriēdi. Quod meli⁹ ostēdimus: si abner factū ad mediū deducamus. Hunc q; cū azahel vi incaute pcipitatiōis impeteret/scriptū est. Locutus est abner ad azahel dicens. Recede a me: noli me persequi: ne cōpellar cōfodere te in terrā. Qui audire cōtēpsit: ꝛ noluit declinare. Percussit ergo eū Abner auersa hasta in inguine: ꝛ trāsfodit eū: ꝛ mortu⁹ est. Cuius enī azahel typū tenuit: nisi eorū quos vehementer arripiēs furor i precepo ducit? Qui in eodē furoris impetu tāto caute declinādi sūt: quāto ꝛ insane rapiunt. Unde et abner (qui nostro sermone patris lucerna dicitur) fugit: qr doctorū lingua que supernū dei lumē indicat: cū p abrupta furoris mentē cuiuspiā ferri cōspicit: cūq; contra irascentē dissimulat verborū iacula reddere: q̄si persequentē non vult ferire. Sed cū iracūdi nulla cōsideratiōe se mitigāt: ꝛ q̄si azahel psequi ꝛ insanire nō cessant: necesse est vt hi q̄ furentes conantur reprimere: nequaq; in furore se erigāt: sed quicqđ est tranquillitatis ostendāt: quedā vero subtiliter proferāt: in qbus ex obliquo furētis animū pungāt. Unde et abner cū cōtra persequentē subsisteret: nō eum recta: sed auersa hasta trāsforauit. Ex mucrone quippe percutere/est impetu aperte increpationis obuiare. Auersa vero hasta persequentē ferire/est furentē tranquille ex quibusdā tangere/ꝛ quasi parcendo superare. Azahel autē protinus occubuit: quia cōmote mētes dum ei parci sibi sentiūt: ꝛ tamen responsionū ratione in intimis sub tranquillitate tangūtur: ab eo ꝙ se erexerāt/statim cadūt. Qui ergo a furoris sui impetu sub lenitatis percussione resiliunt: quasi sine ferro moriunt.

K — ij. Timo. iiij. — Ad titū ij. — L — j. reg. xxv. — ij. Reg. ij. — M

¶ Admonitio xviij.

Aliter admonendi sunt humiles: atq; aliter elati. Illis insinuandū est q̄ sit vera excellentia quā sperādo tenēt: istis vero intimādum

auiũ si ante pennarũ perfectionẽ volare appetant/vnde
ire in alta cupiũt: inde in ima merguntur. ¶ Admonẽdi K
sunt vt considerẽt q̃ structuris recẽtibus necdũ solida-
tis/si tignorũ pondus supponitur: non habitaculũ/sed
ruina fabricatur. ¶ Admonendi sunt vt cõsiderẽt q̃ cõ
ceptas soboles femine si pusqȝ plene formẽtur proferũt:
nequaqȝ domos/sed tumulos replent. Hinc est q̃ ipsa ve
ritas que repente quos vellet roborare potuisset: vt exẽ
plũ sequẽtibus daret: ne imperfecti predicare psumerent/
postqȝ discipulos de virtutis pdicatione instruxit: illico
Lu. xxiiij adiũxit. Uos autẽ sedete i ciuitate quoadusqȝ induami
ni virtute ex alto. In ciuitate quippe cõsedem⁹: si intra
mentiũ nostrarũ nos claustra constringimus: ne loquen
do exterius euagemur: vt cũ virtute diuina perfecte in-
duimur: tũc q̃si a nobismetipsis foras etiã alios instruẽ
Ecl. xxxij tes exeamus. Hinc p quendã sapiẽtẽ dicit. Adolescens
loquere in causa tua vix. Et si bis interrogatus fueris:
habeat initiũ responsio tua. Hinc est q̃ idẽ redẽptor no-
ster cũ in celis sit cõditor: ꝛ ostẽsione sue potẽtie semper
doctor angeloꝝ/ante trigẽnale tẽpus in terra magister
noluit fieri hominũ: vt videlicet pcipitib⁹ vim saluber-
rimi timoris infunderet: cum ipse etiã qui labi nõ posset
perfecte vite gratiã non nisi pfecta etate pdicaret. Scri
Luce. ij. ptũ quippe est. Cũ factus esset annorũ duodecim: remã-
sit puer Jesus in hierusalẽ. De quo a parentib⁹ requisito
Ibidem. paulopost subdit. Inuenerũt illũ in tẽplo sedentẽ in me
dio doctorũ: audientem illos et interrogantẽ. Uigilãti
itaqȝ cõsideratione pensandũ est: q̃ cũ Jesus annoꝝ duo-
L decim dicitur in medio doctorũ sedẽs: nõ docẽs: sed in-
terrogãs inuenit. Quo exẽplo scȝ ostẽdit ne infirmus
docere qs audeat/si ille puer doceri iterrogãdo voluit:
qui p diuinitatis potẽtiã verbũ sciẽtie ipsis suis docto-
ribus ministrauit. Hinc vero per paulũ discipulo dicit.
j. ad Ti- Precipe hec ꝛ doce: nemo adolescentiã tuam contẽnat.
mo. iiij. Sciẽdũ nãqȝ nobis est: qr in sacro eloqo aliqñ adolescẽ-
tia iuuẽtus vocat. Quod citius ostẽditur si salomonis
ad mediũ verba proferãtur/qui ait. Letare iuuenis in
Eccles. xj. adolescẽtia tua. Si enim vtrũqȝ vnũ esse nõ decerneret:
quem monebat in adolescentia iuuenem nõ vocaret.

¶ Admonitio. xxvij.

ALiter admonẽdi sunt/qui in hoc qđ tẽpora-
liter appetunt prosperant: atqȝ aliter qui ea
quidẽ q̃ mũdi sunt pcupiscũt: sed tñ aduersi-
tatis labore fatigant. ¶ Admonẽdi nãqȝ sunt q̃ in hoc
qđ tẽporaliter appetũt prosperãtur: ne cũ cũcta ad votũ
suppetũt: datẽ querere negligant: ne in his q̃ dãtur ani
mũ figãt: ne peregrinationẽ pro patria diligãt: ne subsi-
dia itineris in obstacula peruẽtionis vertant: ne noctur
no lune lumine delectati/claritatẽ solis videre fugiant.
¶ Admonendi itaqȝ sunt: vt queqȝ in hoc mundo conse
quuntur: calamitatis solatia/nõ autem premia retribu-
tionis credant: sed contra fauores mundi mentẽ erigãt
ne in eis ex tota cordis delectatione succũbant. Quisqs M
enim prosperitatẽ qua vtitur apud iudiciũ cordis me-
lioris vite amore nõ reprimit: fauorem vite trãseuntis in
mortis perpetue occasionem vertit. Hinc est enĩ q̃ sub
idumeorum specie/qui vincendos se psperitati sue relĩ-
querunt: in huius mundi successibus letãtes/increpant
cum dicitur. Dederunt terram sibi in hereditatem cum
gaudio: ꝛ toto corde ꝛ animo. Quibus verbis perpendi
tur q̃ non solum qr gaudeant: sed q̃ toto corde ꝛ ex ani-
Prouer. j mo gaudeant: districta reprehẽsione feriantur. Hinc sa-
lomon ait. Auersio paruuloꝝ interficiet eos: ꝛ prosperi-
tas stultorũ perdet illos. Hinc paulus admonet dicẽs.
j. Cor. vij. Qui emunt tanqȝ non possidentes: et q̃ vtunt hoc mũdo
tanqȝ non vtantur. Ut videlicet sic nobis que suppetũt
exterius seruiant: quatenus a superne delectationis stu
dio animũ nõ inflectant: ne etiam nobis interne peregrina-
tionis temperent ea que in exilium positis subsidiũ pre-
bent: ꝛ quasi felices in transitorijs nos gaudeamus/qui
ab eternis nos interim miseros cernim⁹. Hinc nãqȝ est
Canti. ij. q̃ electorum voce dicit ecclesia. Leua eius sub capite
meo: ꝛ dextera illius amplexabitur me. Sinistram dei
prosperitatem videlicet vite presentis quasi sub capite
posuit: quã intentione summi amoris premit. Dextera ve-
ro dei eam amplectitur: quia sub eterna eius beatitudi-
puer. iij. ne tota deuotione continetur. Hinc rursum p Salomo-
nem dicitur. Longitudo dierum in dextera eius: in sini

A stra vero eius diuitie et gloria. Diuitie itaqz et gloria quamlibet sint habenda docuit: que posita in sinistra memorauit. [Ps. cvij.] Hic psalmista ait. Saluũ me fac dextera tua. Neqz enim ait manu: sed dextera, ut videlicet cum dexterã diceret, quia eternam salutẽ quereret indicaret. Hic rursum [Ps. lxvij] scriptum est. Dextera manus tua dñe cõfregit inimicos. Hostes enim dei etsi in sinistra eius proficiunt: in dextera franguntur: quia plerunqz prauos vita presens eleuat: sed aduentus eterne beatitudinis damnat. ¶ Admonendi sunt qui in hoc mundo prosperantur: ut solerter considerent quia presentis vite prosperitas aliquando idcirco datur ut ad meliorem vitam prouocet: aliquãdo vero ut in eternum plenius damnet. Hic est enim quod plebi israelitice chanaan terra promittitur: ut quãdoqz ad eterna sperãda prouocetur. Neqz enim rudis populus ille promissionibus dei in longinquum crederet: si a promissore suo non etiã a vicino aliquid percepisset. Ut ergo ad eternorum fidem certius roboretur, nequaqz spe ad res: sed rebus quoqz ad spem trahitur. Quod liquido [Ps. ciiij.] psalmista testatur dicens. Dedit eis regiones gentiũ: et labores populorum possederunt. Ut custodiant iustificationes eius: et legem eius exquirant. Sed cum largientem deũ humana mens boni operis repensatione nõ sequitur: unde nutrita pie creditur, inde iustius damnat. [Ps. lxxj.] Hinc enim per psalmistam dicitur. Deiecisti eos dũ alleuarentur. Quia videlicet reprobi cum recta opera diuinis muneribus non rependunt: cum totos se hic deserunt, et affluentibus prosperitatibus dimittũt: unde exterius proficiunt: inde ab intimis cadunt. Hinc est quod in [Luce. xvj] inferno cruciato diuiti dicitur. Recepisti bona in vita tua. Idcirco etenim recepit bona in vita sua malus: ut illic plenius mala reciperet: quia hic fuerat nec per bona con-

B uersus. ¶ At contra admonendi sunt qui ea quidẽ que mundi sunt concupiscunt: sed tamen aduersitatis labore fatigantur: ut sollicita consideratione ppendant creator dispensatorqz cũctorum quãta super eos gratia vigilat, quos in sua desideria nõ relaxat. Egro quippe quẽ medicus desperat: concedit ut cũcta que cõcupiscit accipiat. Nam qui sanari posse creditur: a multis q appetit prohibetur. Et pueris nũmos subtrahimus: quibus tota simul patrimonia heredibus reseruamus. Hinc ergo de spe eterne hereditatis gaudium sumãt: quos aduersitas vite tẽporalis humiliat: quia nisi saluãdos eos in perpetuũ cerneret: erudiendos sub discipline regimine diuina dispensatio non frenaret. Admonẽdi itaqz sunt qui in his que temporaliter concupiscunt: aduersitatis labore fatigãtur: ut sollicite considerent quod plerũqz etiã [j. Reg. xxiiij.] iustos cum tẽporalis potentia sustollit: velut in laqueũ culpa cõprehendit. Nam sicut in priori huius voluminis parte iã diximus, deo dauid prius amabilis rectior [ij. Reg. xj] fuit in seruitio, quam cũ peruenit ad regnum. Seruus nãqz amore iustitie, deprehẽsum aduersarium ferire timuit: rex autem persuasione luxurie deuotum militem etiam sub studio fraudis extinxit. Quis ergo opes: quis po-

C testatem: quis gloriam querit innoxie, si et illi extiterũt noxia qui hec habuit non quesita? Quis inter hec sine magno discriminis labore saluabitur: si ille in his cul- [iij. reg. xj.] pa interueniente turbatus est: qui ad hec fuerat deo eligẽte preparatus? ¶ Admonẽdi sunt ut cõsiderẽt quia salomon qui post tantam sapiẽtiam usqz ad idolatriã cecidisse describitur: nihil in hoc mundo prius quam caderet aduersitatis habuisse memorat. Sed cõcessa sapientia funditus cor deseruit: quod nulla, vel minima tribulationis disciplina custodiuit. Admonitio .xxviij.

Aliter admonendi sunt coniugijs obligati: atqz aliter cõiugij nexibus liberi. Admonẽdi sunt nãqz cõiugijs obligati: ut cũ vicissim que sunt alterius cogitant: sic eorum quisqz placere studeat coniugi: ut non displiceat cõditori: sic ea que huius mũdi sunt agant: ut tamen appetere q dei sunt nõ omittant: sic de bonis presentibus gaudeant: ut tamẽ sollicita intentione mala eterna pertimescãt: sic de malis temporalibus lugeant: ut tamen consolatione integra spem in bonis perennibus figant: quatenus dum in trãsitu cognoscant omne quod agunt: in mansione sciãt quod appetũt: nec mala mundi cor confringant: cum spes bonorum celestium roborat: nec bona presentis vite decipiãt cum suspecta subsequẽtis iudicij mala cõtristãt. Itaqz

D animus christianorum coniugum et infirmus et fidelis: qui et plene cuncta temporalia despicere non valet: et tamen eternis se coniungere per desiderium valet: quis in delectatiõe carnis interim iaceat: superne spei refectione conualescat. Et si habet que mundi sunt in usu itineris: speret q dei sunt, in fructu peruentionis: nec totũ se ad hoc quod agit conferat: ne ab eo quod robuste sperare debuit, funditus cadat. Quod bene ac breuiter Paulus exprimit dicens. [j. Co. vij.] Qui habent uxores, tanqz non habentes sint: et qui flent: tanqz non flẽtes: et qui gaudẽt, tanqz non gaudentes. Uxorem quippe quasi non habendo habet, qui sic per illam carnali cõsolatione utitur, ut tamẽ nunqz ad praua opa a melioris intentionis rectitudine eius amore flectatur. Uxorem quasi non habendo habet, qui transitoria esse cuncta conspiciens, curã carnis ex necessitate tolerat: sed eterna gaudia spiritus ex desiderio expectat. Non flendo autem flere, est sic exteriora aduersa plangere: ut tamẽ nouerit eterne quoqz spei cõsolatione gaudere. Et rursum. Non gaudẽdo gaudere est sic de infimis animũ attollere, ut tamẽ nũqz desinat summa formidare. Ubi quoqz apte paulopost idẽ doctor ac predicator gentium subdit dicens. [Ibidem.] Preterit enim figura huius mundi. Ac si aperte diceret. Nolite constanter mundum diligere: quando et ipse non potest quẽ diligitis stare. Incassum cor quasi amãtes figitis: dum fugit

E ipse quem amatis. ¶ Admonẽdi sunt cõiuges ut ea in quibus sibi aliquando displicent: et patienter inuicẽ tolerent, et exhortantes inuicem saluent. Scriptum nanqz est. [Gal. v.] Inuicem onera vestra portate: et sic adimplebitis legem christi. Lex quippe christi charitas est: quia ille nobis et largiter sua bona cõtulit: et equanimiter mala nostra portauit. Tunc ergo legem christi et eius mandata imitando cõplemus, quando et nostra bona benigne cõferimus: et nostrorum mala pie sustinemus. ¶ Admonẽdi quoqz sunt et coniuges, ut eorum quisqz non tam que ab altero toleret: qz que ab ipso tolerentur attendat. Si enim sua que portantur cõsideret: ea que ab altero sustinet leuius portat. ¶ Admonendi sunt cõiuges ut suscipiende prolis se meminerint causa coniunctos: et cũ inmoderate admixtioni seruiẽtes: propagationis articulũ in usum trãsferũt voluptatis: perpẽdãt, quod licet extra nõ exeant: in ipso tñ cõiugio cõiugij iura trãscẽdũt. Unde necesse est ut crebris exhortationibus moneãtur ut deficiant quod pulchram copule speciem admixtis voluptatibus fedant. Hinc est enim quod peritus medicine celestis apostolus non tam sanos instituit qz infirmis medicamenta monstrauit: dicens. [j. Cor. vij] De quibus scripsistis mihi: bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisqz suam habeat uxorẽ: et unaquaqz suũ virũ habeat. Qui enim fornicationis metũ premisit: pfecto nõ stãtibus pceptũ ptulit: sz ne fortasse in terrã ruerẽt: lectũ cadẽtibus ostẽdit. Unde adhuc infirmantibus subdidit. [Ibidem.] Uxori vir debitũ reddat: similiter et uxor viro. Quibus dũ in magna honestate cõiugij aliqd de voluptate largiret: paulopost subdidit. Hoc autẽ dico sm indulgentiã: non sm imperiũ. [Ibidem.] Culpa quidẽ esse innuitur, qd indulgeri phibetur. Sed q tanto citius relaxet: quo non per hanc illicitũ qd agitur: sed hoc qd est licitũ, sub moderamine nõ tenet. Quod bene loth in semetipso exprimit: [Gen. xix.] qui ardẽtẽ sodomã fugit: sed tñ segor inueniẽs, nequaqz mox mõtana ascendit. Ardentẽ quippe sodomã fugere, ẽ illicita carnis incẽdia declinare. Altitudo vero mõtiũ est mũditia cõtinẽtiũ. Vel certe qsi in mõte sunt qui etiã carnali copule inherẽt: sed tñ extra suscipiẽde prolis admixtionẽ debitã, nulla carnis voluptate soluũtur. In mõte quippe stare qd est, nisi fructus ppaginis in carne nõ querere? In mõte stare est carni carnaliter nõ adherere. Sed quia multi sunt q scelera quidẽ carnis deserũt: nec tñ in cõiugio positi usu a solũmodo debiti iura cõseruãt, exijt quidẽ loth sodomã, sed tñ mox ad mõtana non peruenit: quia iã dãnabilis vita relinquit: sz adhuc celsitudo cõiugalis cõtinẽtie subtiliter nõ tenet. Est vero in mediũ segor ciuitas: que fugientẽ saluet infirmũ: quia videlz cũ sibi per incõtinẽtiã miscent̃ cõiuges: et lapsus scelerũ fugiunt: et tñ venia saluant̃. Quasi paruã quippe ciuitatẽ inueniũt in qua ab ignibus defendant̃: quia cõiugalis hec vita nõ quidẽ in virtutibus mira est: sed tñ a supplicijs secura. Unde idẽ loth ad angelũ dicit. [Gen. xix.] Est ciuitas hic iuxta ad quã possũ fugere

G parua: et saluabor in ea. Nunquid nō modica est: et viuet
aīa mea in ea? Iuxta ergo dicit: et tñ ad salutē sua per-
hibet: qr cōiugalis vita nec a mūdo longe diuisa est: nec
tamen a gaudio salutis aliena. Sed tūc in hac actiōe vi-
tā suā cōiuges quasi in parua ciuitate custodiunt: qñ p
se assiduis deprecationib⁹ intercedūt. Unde recte p an-
Ibidem. gelū ad eundē loth dicit. Ecce etiā i hoc suscepi preces
tuas: vt nō subuertā vrbē p qua locut⁹ es. Qa videlicet
cum deprecatio fundit deo: nequaq̄ coniugij vita dānat.
j. Cor. vij De qua deprecatiōe quoq̄ paulus admonet dicēs. Noli-
te fraudare inuicē: nisi forte ex ꝯsensu ad tēpus: vt vace-
tis oratiōi. ¶ At cōtra admonēdi sunt q̄ ligati ꝯiugijs
nō sunt / vt celestib⁹ p̄ceptis eo rectius seruiāt: quo eos
ad curas mūdi nequaq̄ iugū copule carnalis inclinat.
vt quos on⁹ liciti ꝯiugij nō grauat: nequaq̄ pond⁹ illi-
citū terrene sollicitudinis premat: sed tāto eos paratio-
res dies vltimis q̄nto expeditiores inueniat: ne quo me-
liora agere vacātes possūt / sed tñ negligūt: eo supplicia
deteriora mereant. Audiant q̄ apostolus cū quosdā ad
celibat⁹ gratiā instrueret / nō cōiugiū spernit: sed curas
Ibidem. mūdi nascentes ex ꝯiugio repulit: dicens. Hoc ad vtili-
tatem vestram dico: non vt laqueū vobis inijciā: sed ad
id qđ honestū est: et qđ facultatē prebeat sine ipedimēto
dñm obseruandi. Ex coniugijs q̄ppe terrene sollicitudi-
nes prodeūt: et idcirco magister gentiū auditores suos
ad meliora ꝑsuasit: ne sollicitudine terrena ligarentur.
H Quem ergo celibē curarū secularium ipedimētū ꝑpedit /
et ꝯiugio se nequaq̄ subdidit: et tñ cōiugij onera nō caru-
it. ¶ Admonendi sunt celibes ne sine dānationis iudi-
cio misceri se feminis vacātib⁹ putent. Cū enī paul⁹ for-
nicatiōis vitiū tot criminib⁹ execrādis inseruit: cui⁹ sit
j. Cor. vj. reat⁹ indicauit: dicēs. Neq̄ fornicatores: neq̄ seruiētes
idolis: neq̄ adulteri: neq̄ molles: neq̄ masculoꝝ ꝯcubi-
tores: neq̄ fures: neq̄ auari: neq̄ ebriosi: neq̄ maledici:
Hebr. xiij. neq̄ rapaces regnū dei possidebūt. Et rursū. Fornica-
tores aūt et adulteros iudicabit de⁹. Admonēdi sūt ita-
q̄: vt si tētationū ꝑcellas cū difficultate salutis tolerāt
j. Cor. vij. ꝯiugij portū petant. Scriptū nāq̄ est. Melius est nube-
re q̄ vri. Sine culpa q̄ppe ad ꝯiugiū veniūt / si tñ necdū
meliora vouerūt. Nam quisq̄s bonū maius subire ꝓpo-
suit: bonū min⁹ qđ licuit illicitū fecit. Scriptū q̄ppe est
Luce. ix. Nemo mittēs manū suā ad aratrum et respiciens retro:
apt⁹ est regno celoꝝ. Qui igit fortiori studio intēderat:
retro conuincit respicere / si relictis amplioribus bonis
ad minima retorquetur. Admonitio. xxix.

Aliter admonendi sunt petōꝝ carnis cōscij:
atq̄ alit ignari. Admonēdi nāq̄ sunt pecca-
ta carnis experti: vt mare saltē post naufragiū
metuāt: et ꝑditionis sue discrimina vel cognita perhorre-
scant: ne q̄ pie post ꝑpetrata mala seruati sunt: hec ipro-
J be repetēdo moriantur. Unde peccāti et nunq̄ a peccato
Hiere. iij. desinenti dicit. Frons mulieris meretricis facta est tibi
noluisti erubescere. Admonēdi sūt itaq̄ vt studeāt qua-
tenus si accepta nature bona integra seruare noluerunt
saltē scissa resarciant. Quib⁹ nimirū necesse est vt perpē-
dant in tā magno fideliū numero: q̄ multi et se illibatos
custodiant: et alios ab errore ꝯuertāt. Quid ergo isti di-
cturi sūt / si alijs i integritate stātib⁹ / ipsi nec post dāna re-
sipiscāt: Quid dicturi sunt: si cū multi et alios secū defe-
rūt ad regnū: hi expectāti dño nec semetipsos reducāt?
Admonēdi sunt vt p̄terita cōmissa cōsiderēt: et iminētia
deuitēt. Unde sub iudeę specie ꝑ ꝓphetā dño corrupti in
hoc mūdo mentib⁹: trāsactas ad memoriā culpas reuo-
Esa. xxiij cat: q̄ten⁹ polluti in futuris erubescāt: dicens. Fornicate
sunt in egypto in adolescētia sua: ibi subacta sunt vbera
earū: et fracte sūt māme pubertatis eaꝝ. In egypto quip-
pe vbera subiguntur: cū turpi hui⁹ mūdi desiderio huma-
ne mētis voluntas substernitur. In egypto pubertatis
māme frangūtur: quando naturales sensus adhuc in se-
metipsis integri / pulsantis cōcupiscētie corruptione vi-
tiant. ¶ Admonēdi sunt carnis petā experti: vt vigilāti
cura cōspiciāt / post delicta nobis ad se redeuntib⁹ deus
quāta beniuolētie sinū pietatis expandat: cū p ꝓphetā
Hiere. iij. dicit. Si dimiserit vir vxorē suā: et illa recedens duxerit
virū aliū: nunqđ reuertet ad eū vltra? Nunqđ nō pollu-
ta et ꝯtaminata erit mulier illa? Tu aūt fornicata es cū
amatoribus multis: tñ reuertere ad me: dicit dñs. Ecce
de fornicante et relicta muliere argumentū iustitie ꝓpo-

nitur: et tñ nobis redeuntib⁹ post lapsum nō iustitia: sꝫ pie- K
tas exhibet. Ut hinc vtiq̄ colligam⁹ si nobis delinquē-
tib⁹ tanta pietate parcit: a nobis nec post delictū redeū-
tib⁹ quāta iprobitate peccat: aut q̄ ab illo erit sup ipro-
bos venia / q̄ non cessat vocare post culpā. Que nimirū p
ꝓphetā post delictū misericordis vocatiōis exprimit
cum auerso homini dicit. Et erūt oculi tui videntes p̄ce- Esa. xxx.
ptorē tuū: et aures tue audiēt verbū post tergum monen-
tis. Humanū q̄ppe gen⁹ dñs in facie monuit: qñ in para-
diso ꝯdito homini atq̄ i libero arbitrio stāti: qđ facere:
quidve nō deberet indixit. Sꝫ hō in dei facie terga de-
dit / cū superbiens ei⁹ iussa cōtēpsit. Nec tñ superbientē de⁹
deseruit: q̄ ad reuocandū hoīem legē dedit: exhortātes
angelos misit: in carne nostre mortalitatꝭ ipse apparuit
Ergo post tergū stās nos admonuit: q̄ ad recuperatio-
nem nos gratie etiā contēpt⁹ vocauit. Qđ igit generaliter
simul potuit dici de cunctis: hoc necesse est specialit sen-
tiri de singulis. Quasi enī corā posit⁹ deo quisq̄ verba
monitionis ei⁹ percipit: cū p̄iusq̄ peccata ꝑpetret: volun-
tatis ei⁹ p̄cepta cognoscit. Adhuc enī ante faciē ei⁹ sta-
re / est necdū cum peccādo ꝯtemnere. Cū vero derelicto
bono innocētie iniq̄tatē eligēs appetit: iam terga in ei⁹
faciē mittit. Sed ecce adhuc et post tergum deus subse-
quens monet: q̄ etiā post culpam ad se redire persuadet
Auersum reuocat / cū ꝯmissa nō respicit: sed reuertēti si-
num pietatis expandit. Vocē ergo post tergū monētis
audim⁹: si ad inuitantē nos dñm saltē post petā reuerti-
mur. Debem⁹ ergo pietatē vocātis erubescere: si iustitiā
nolum⁹ formidare: q̄ tāto grauiori iprobitate contēnit
q̄nto et cōtēpt⁹ adhuc vocare nō dedignat. ¶ At contra
admonēdi sūt petā carnis ignorātes: vt tanto sollicit⁹
precipitē ruinā metuāt: q̄nto alti⁹ stant. ¶ Admonendi
sunt vt nouerint q̄ quo magis loco p̄eminēti ꝯsistūt: eo
crebriorib⁹ sagittis insidiatoris impetūtur. Qui tanto L
ardētius solet erigi: q̄nto robusti⁹ se ꝯspicit vinci: tātoq̄
intolerabili⁹ dedignatur vinci: q̄nto ꝯtra se videt pinte-
gra infirme carnis castra pugnari. Admonēdi sūt vt in-
cessanter p̄mia suspiciant: et libēter ꝓcul dubio tētatio-
nū quas tolerāt labores calcabunt. Si enī attendat feli-
citas q̄ sine transitu attingit: leue fit qđ trāseundo labo-
ratur. Audiāt qđ per ꝓphetā dicit. Hec dicit dominus Esa. lvj.
eunuchis. Qui custodierit sabbata mea: et elegerit q̄ vo-
luit: et sed⁹ meū tenuerint: dabo eis i domo mea et i muris
meis locū et nomē meli⁹ a filijs et filiab⁹. Eunuchi q̄ppe
sunt: q̄ cōpressis motib⁹ carnis / affectū in se praui operis
abscindūt. Quo autē apđ patrē loco habeātur ostendit
q̄ in domo patris / videlicet eterna mānsione etiam filijs
preferunt. Audiāt qđ p Ioannē dicit. Hi sunt q̄ cū mu- Apo. xiiij.
lieribus nō sunt coinquinati: virgines enī sunt: et sequunt
agnū quocūq̄ ierit. Et q̄ canticū cātāt qđ nemo pōt di-
cere: nisi illa centū quadraginta quattuor milia. Singu-
lariter quippe canticū agno cātare / est cū eo in ꝑpetuū M
pre cūctis fidelibus etiā de incorruptiōe carnis gaude-
re. Quod tñ electi ceteri cāticū audire possunt: licꝫ dice-
re nequeant: q̄ p charitatē quidē in illoꝝ celsitudine le-
ti sunt: q̄uis ad eoꝝ p̄mia non assurgāt. Audiāt petōꝝ
carnis ignari qđ p semetipsum de hac itegritate veritas
dicit. Nō oēs capiūt verbū hoc. Qđ eo intonuit summū Mat. xix.
quo deregauit omnibus: et dum p̄dicit q̄ difficile capit: au-
dientib⁹ innuit / ceptū cum qua cautela teneat. ¶ Admo-
nendi sunt itaq̄ petā carnis ignorantes: vt et p̄eminere
virginitatē ꝯiugio sciāt: et tñ se sup ꝯiuges nō extollant
quaten⁹ dū et virginitatē p̄ferunt et se postponunt: et illō
nō deserāt qđ meli⁹ esse estimāt: et se custodiāt quo se ina-
niter nō exaltent. Admonēdi sunt vt ꝯsiderēt q̄ plerūq̄
actione secularium vite ꝯtinentiū confundit: cū illi vltra
habitū assumunt opera: et isti iuxta ordinē ꝓpriū non ex-
citant corda. Unde bñ p ꝓphetā dicit. Erubesce sidon Esa. xxiij.
ait mare. Quasi enī p vocē maris ad verecundiā sidon
adducit: qñ per cōparationē vite secularium: atq̄ in hoc
mūdo fluctuantiū / eius qui munit⁹ et quasi stabilis cer-
nitur / vita reprobat. Sepe enī nōnulli ad dñm post pec-
cata carnis redeuntes: tanto ardentius se in bonis ope-
rib⁹ exhibent: q̄nto dānabiliores se de malis vident. Et
sepe quidā in carnis itegritate perdurantes: cum minus
se respiciunt habere qđ defleant: plene sibi sufficere vite
sue innocentiā putant: atq̄ ad feruorē sp̄is nullis se ar-
dorib⁹ stimulis inflammāt. Et fit plerunq̄ deo gratior

A
Luce.vij.

amore ardens vita post culpā: q̄ securitate torpens innocentia. Unde ⁊ voce iudicis dicit̃. Remittunt̃ ei peccata multa/ q̄r dilexit multū. et. Gaudiū erit in celo super vno peccatore penitentē: magis q̄ super nonagintanouem iustos: quibꝰ nō opus est penitētia. Qd̄ citiꝰ ex ipso visu colligimus: si nostre mentis iudicia pensemꝰ. Plꝰ nāq̄ terrā diligimus q̄ post spinas exarata fructus vberes producit: q̄ q̄ nullas spinas habuit: ſ; tamen exculta sterilē segetē gignit. ℭ Admonendi sūt pctā carnis ignorātes: ne superioris ordinis celsitudine se ceteris preferant: cū ab inferioribꝰ q̄ntū se meliꝰ agant ignorent. In examine nāq̄ recti iudicis mutat merita ordinum/ qualitas actionū. Quis enī cōsideratis rerū ipsis imaginibꝰ nesciat q̄ in natura gēmarū carbūculus pfert̃ hyacintho? Sed tñ cerulei coloris hyacinthꝰ prefert̃ pallenti carbūculo: q̄r et illi quod nature ordo subtrahit: species decoris adiungit: ⁊ hūc quem naturalis ordo pretulerat/ coloris qualitas fedat. Sic ergo in humano genere ⁊ quidam in meliori ordine deteriores sunt: ⁊ quidam in deteriori meliores: q̄r ⁊ isti sortem extremi habitꝰ bñ viuendo transcēdunt: ⁊ illi superioris loci meritum moribus non exequando diminuunt.

Admonitio.xxx.

A Liter admonendi sunt qui pctā deplorāt operum: atq̄ aliter q̄ cogitationū. Admonendi sunt q̄ peccata deplorāt operū: vt cōsummata mala perfecto diluant lamēto: ne plus astringant̃ in debito pperrati operis: ⁊ minꝰ soluāt in fletibꝰ satisfactionis. Scriptū q̄ppe est. Potū dedit nobis in lachrymis et in mēsura. vt videl; vniuscuiusq̄ mens tantū penitēdo cōpunctionis sue bibat lachrymas: quantū se a deo meminit aruisse p culpas. Admonendi sūt vt incessant admissa ante oculos reducāt: atq̄ viuēdo agant vt a districto iudice videri nō debeant. Unde dauid cum peteret dicens. Auerte oculos tuos a pctis meis paulo superius intulit: delictū meū corā me est sēp. Ac si diceret. Peccatū meū ne respicias postulo: q̄r hoc respicere ipse nō cesso. Unde et p pphetā dn̄s dicit. Et peccatorū tuorū memor nō ero: tu autē memor esto. ℭ Admonendi sunt vt singula queq̄ admissa cōsiderēt: ⁊ dū per vnūquodq̄ erroris sui inquinationē deflent: simul se ac totos lachrymis mundent. Unde bene p Hieremiā dicit̃: cū iudee singula delicta pensarent. Diuisiones aquarū deduxit oculus meꝰ. Diuisas q̄ppe ex oculis aquas deducimus: qñ pctis singulis dispertas lachrymas damꝰ. Neq̄ enī vno eodēq̄ tēpore eq̄ mens de oībus dolet: sed dū nūc huiꝰ nūc illiꝰ culpe memoria acrius tangit̃: simul de oībus in singulis cōmota purgat̃. Admonendi sunt: vt de misericordia quam postulāt psumant: ne vi immoderate afflictionis intereāt. Neq̄ enī plus dn̄s ante delinquentiū oculos flenda peccata opponeret: si per semetipsum ea districte ferire voluisset. Constat enī q̄ a suo iudicio abscōdere voluit: q̄s miserando preueniens sibimetipsis iudices fecit. Hic enī scriptū est. Preueniamus faciē dn̄i in cōfessiōe. Hinc p paulū dicit̃. Si nosmetipsos diiudicaremꝰ: nō vtiq̄ iudicaremur. Rursumq̄ admonendi sunt: vt sic de spe fiducia habeāt: vt nec tñ incauta securitate torpescant. Plerūq̄ enī hostis callidꝰ mentē quā peccato supplantat/ cū de ruina sua afflictā respicit: securitatis pestifere blanditijs seducit. Qd̄ figurate exprimit̃: cū factū dyne memoratur. Scriptū quippe est. Egressa est dyna vt videret mulieres regionis illiꝰ: quā cū vidisset sichem filiꝰ emor euei princeps terre illiꝰ: adamauit: ⁊ rapuit ⁊ dormiuit cū illa: vi opprimens virginē: ⁊ cōglutinata est aīa eiꝰ cū ea: tristēq̄ blanditijs deliniuit. Dyna q̄ppe vt mulieres videat extranee regiōis egredit̃: qñ vnaqueq̄ mens sua studia negligens/ actiones alienas curās extra habitū atq̄ extra ordinē pprium vagat̃. Quā sichem princeps terre illiꝰ opprimit: q̄r videlicet inuētā in curis exterioribꝰ diabolꝰ corrūpit. Et cōglutinata est aīa eiꝰ cū ea: quia vnitā sibi p iniq̄tatē respicit. Et q̄r cū mēs a culpa resipiscit/ ad se ducit: atq̄ admissū flere conat̃: corruptor aūt spes ⁊ securitates vacuas ante oculos vocat: q̄tenꝰ vtilitatē tristitie subtrahat: recte illic subdigitur. Tristēq̄ blanditijs deliniuit. Modo enī aliorū facta grauiora: modo nihil esse qd̄ pperratū est: modo misericordē deū loquit̃: modo adhuc tēpus subseq̄ns ad penitentiā pollicetur: vt dū per hec decepta mens ducit̃: ab intentione penitentie suspendat̃: quatenꝰ tunc bona nulla pcipiat

ps.lxxix.
B
Thre.ij.
ps.xxxij.
j.Cor.xi.
C
Gen.xxxiiij.

quā nūc mala cōtristant: ⁊ tunc plenꝰ obruat̃ supplicijs q̄ nūc etiā gaudet i delictis. ℭ At cōtra admonendi sūt q̄ peccata cogitationū deflēt: vt sollicite cōsiderēt intra mētis arcana: vtrū delectatiōe tm̄modo: an etiā cōsensu deliquerint. Plerūq̄ enī tētatū cor ⁊ ex carnis neq̄tia delectat̃: ⁊ tñ eidē neq̄tie ex ratiōe renitit̃: vt i secreto cogitatiōis ⁊ cōtristet qd̄ libet: ⁊ libeat qd̄ cōtristat. Nōnūq̄ vero ita mēs barathro tētatiōis absorbet̃: vt nullatenꝰ renitat̃. sed ex deliberatione sequit̃ hoc vnde ex delectatiōe pulsat̃: ⁊ si facultas exterior suppetat: rex mox effectibꝰ interiora vota consummat. Qd̄ videlicet si iusta aduersio districti iudicis respicit: nō est iam cogitatiōis culpa sed operis: q̄r etsi rerū tarditas foras peccatū distulit: intꝰ hoc cōsensiōis ope voluntas īpleuit. In pmo aūt parente didicimꝰ q̄r tribus modis oīs culpe neq̄tiā perpetramus: suggestiōe. s. delectatiōe/ ⁊ cōsensu. Primū itaq̄ per hostē: scdm̄ vero p carnē: tertiū p spiritū perpetrat̃. Insidiator enī praua suggerit: caro se delectatiōi subijcit: atq̄ ad extremū spūs victꝰ cōsentit. Unde ⁊ ille serpēs praua suggessit. Eua autē quasi caro se delectatiōi subdidit. Adā vero velut spiritꝰ suggestiōe ac delectatione superatꝰ cōsensit. Suggestione itaq̄ pctm̄ agnoscimꝰ: delectatiōe vincimur: cōsensu etiā ligamur. ℭ Admonendi sūt igit̃ q̄ neq̄tias cogitatiōis deflēt: vt sollicite cōsiderēt in qua peccati mēsura ceciderint: quatenꝰ iuxta ruine modum quā in semetipsis introrsus senserit: ⁊ lamētationis mēsura erigant̃: ne si cogitata mala intꝰ excruciāt: vsq̄ ad pperranda opera pducant̃. Sed inter hec ita terrendi sunt: vt tñ minime frangant̃. Sepe enī misericors deus eo citiꝰ pctā cordis abluit: quo exire ad opera non pmittit: ⁊ cogitata neq̄tia tanto citiꝰ soluit̃: q̄nto effectu operis districtiꝰ nō ligat̃. Unde recte p psalmistā dicit̃. Dixi. pnūciabo aduersum me iniustitias meas dn̄o. ⁊ tu remisisti impietatē cordis mei. Qui autē īpietatē cordis subdidit: q̄r cogitationū iniustitias pnunciare vellet indicauit. Moxq̄ ait: dixi pnunciabo: atq̄ illico adiunxit: ⁊ tu remisisti: q̄n in sup hec facilio venia ostendit. Et dum se adhuc petere pmittit: hoc qd̄ petere se pmittebat obtinuit: quatenꝰ q̄r vsq̄ ad opus non venerat culpa: vsq̄ ad cruciatū nō perueniret penitētia: sed cogitata afflictio mentē tergeret: quā nimirū tantūmodo cogitata iniquitas inquinasset.

Admonitio.xxxi.

A Liter admonendi sunt q̄ admissa plāgūt: nec tamē deserūt: atq̄ aliter q̄ deserunt nec tamē plangunt. ℭ Admonendi sunt enī q̄ admissa plangunt nec tñ deserūt: vt cōsiderare sollicite sciāt quia flēdo inaniter mundātur q̄ viuēdo se neq̄ter inq̄nāt: cū idcirco se lachrymis lauāt vt mūdi ad sordes redeāt. Hic enī scriptū est. Canis reuersus ad suū vomitū. et sus lota in volutabro luti. Canis q̄ppe cū vomit: pfecto cibū q̄ pectꝰ deprimebat pijcit: sed cū ad vomitū reuertitur vñ leuigatꝰ fuerat rursꝰ onerat̃. Et q̄ admissa plangunt profecto neq̄tiā de qua male saciati fuerāt: ⁊ q̄ mētis intima deprimebat cōfitēdo pijciūt/ quā post cōfessionē dū repetūt resumunt. Sus vero in volutabro luti cū lauat̃ sordidior reddit̃. Et q̄ admissā plāgit/ nec tñ deserit: pene grauiori culpe subiacet: q̄ ⁊ ipsā quā flēdo potuit īpetrare veniā cōtēnit. ⁊ q̄si in lutosa aq̄ semetipm̄ voluit: q̄r dū fletibꝰ suis vite mūditiā subtrahit: ante dei oculos sordidas ipsas etiā lachrymas facit. Hic rursū scriptū est. Ne iteres verbum in oratione tua. Uerbum nāq̄ in oratiōe iterare/ est post fletū cōmittere qd̄ rursum necesse sit flere. Hic p Esaiā di. Lauamini mūdi estote. Post lauacrū enī mūdꝰ eē negligit/ q̄sq̄s post lachrymas vite innocentiā non custodit. Lauant̃ ergo ⁊ neq̄q̄ mūdi sunt: q̄ cōmissa flere nō desinūt: sed rursus flēda cōmittūt. Hinc quoq̄ per quēdā sapiētē dicit̃. Qui si baptizatur a mortuo: ⁊ iterum tangit illū: quid pficit lauatio eius? Baptizat̃ quippe a mortuo q̄ mundat̃ fletibꝰ a peccato. Sed post baptismū mortuū tangit: q̄ culpā post lachrymas repetit. ℭ Admonendi sunt q̄ admissa plāgunt nec tñ deserunt: vt ante districti iudicis oculos eis se esse similes agnoscāt: q̄ venientes ad faciē quorūdā hoim magnates submissiōe blādiunt̃: recedētes aūt inimicitias ac dāna q̄ valēt atrociter inferūt. Quid est enī culpā flere nisi humilitatē deo sue deuotionis ostendere? Et qd̄ est p fletum praua agere: nisi supbiꝰ in eum quē rogauerant/ inimicitias exercere? Jacobo attestāte q̄ ait. Qui

D
E
ps.xxxi.
Prouer. xxvi. et .ij. pet.ij.
F
Eccli.vij
Esa.j.
Eccli. xxxiiij.
Jaco.iiij.

cunq̄ voluerit amicus esse seculi huius: inimic⁹ dei cō-
stituit. ¶ Admonēdi sunt q̄ admissa plangūt nec tñ de-
serunt: vt sollicite considerent q̄ ita plerūq; mali inuti-
liter cōpungunt ad iustitiā: sicut plerūq; boni innoxie tē-
tant ad culpā. Fit q̄ppe mira exigentib⁹ meritis dispo-
sitionis interne mensura: vt ⁊ illi dū de bono aliqd agūt
quod tamē nō pficiūt: supbe inter ipsa q̄ etiā plenissime
perpetrant mala cōfidāt. Et isti dum de malo tentant
cui nequaq̄ consentiūt/quo p debilitatē ac infirmitatē
titubāt: eo gress⁹ cordis ad iustitiā p patiētiā ⁊ humili-
tatem veri⁹ figāt. Balaā quippe tabernacula iustoꝝ re-
spiciēs ait. Moriat aīa mea morte iustoꝝ: ⁊ fiāt nouissi-
ma mea hoꝝ similia. Sz cū cōpunctiōis tēpus abscessit:
cōtra eoꝝ vitā quib⁹ se similē fieri etiā moriendo popo-
scerat: cōsiliū pbuit. Et cū occasionē de auaritia repit:
cito oblit⁹ est quicqd sibi de innocentia optauit. Hic ve-
ro doctor ⁊ pdicator gentiū paulus ait. Uideo aliā le-
gem in membris meis/repugnantē legi mētis mee: ⁊ ca-
ptiuū me ducētem in lege peccati q̄ est in mēbris meis.
Qui pfecto idcirco tentat: vt in bono robustius ex ipsa
infirmitatis sue cognitiōe solidet. Quid est ergo q̄ ille
cōpungit/⁊ tñ iustitie nō appropinquat: iste tentat/⁊ tñ
eū culpa nō inqnat: nisi hoc qđ aperte ostēdit q̄ nec ma-
los bona impfecta adiuuāt: nec bonos mala incōsūma-
ta condēnant. ¶ At contra admonendi quoq; sunt etiā
q̄ admissa deserunt: nec tñ plangunt: ne iā relaxatas esti-
ment culpas: quas etsi agendo nō multiplicāt: nullis tñ
fletibus mundant. Neq; enī scriptor si a scriptione cessa-
uerit/q̄ alia nō addidit: etiā illa que scripserat deleuit:
⁊ simili modo/nec q̄ ꝯtumelias irrogat/si solūmodo ta-
cuerit: satisfecit: cū pfecto necesse sit vt verba pmisse sup-
bie ꝟbis subiecte humilitatis īpugnet. nec debitor ab-
solut⁹ ē q̄ alia nō multiplicat: nisi ⁊ illa q̄ ligauerat sol-
uat. Ita ⁊ cum deo delinquim⁹ nequaq̄ satisfacimus si
ab iniq̄tate cessam⁹: nisi voluptates q̄s q̄s dileximus: ꝯ-
trario appositis lamentis insequimur. Si enī nulla nos i
hac vita opeꝝ culpa maculasset: neq̄ s̄ nobis hic adhuc
degentib⁹ ipa ad securitatē innocētia nr̄a sufficeret: q̄
illicita animū multa pulsarent. Qua ergo mente secur⁹
est/q̄ perpetratis iniquitatib⁹ ipse sibi testis est q̄ inno-
cens nō est: Neq; enī de⁹ nr̄is cruciatib⁹ pascit: sed deli-
ctoꝝ morbos medicamentis cōtrarijs medet: vt qui vo-
luptatib⁹ delectati discessim⁹: rursus fletib⁹ amaricati
redeam⁹. Et q̄ p illicita defluēdo cecidim⁹: etiā a licitis
nosmetipsos restringendo/surgam⁹. Et cor qđ vana le-
titia infuderat/salubris tristitia exurat: ⁊ qđ vulnerue-
rat elatio supbie: curet abiectio hūilis vite. Hic enī scri-
ptū est. Dixi iniquis/nolite iniq̄ agere: ⁊ delinquētib⁹ no-
lite exaltare cornu. Cornu quippe delinquētes exaltēt/
si nequaq̄ se ad penitētiam ex cognitione sue iniq̄tatis
hūiliant. Hic rursum dr̄. Cor ꝯtritū ⁊ humiliatū de⁹ nō
spernit. Quisq̄s enī pctā plangit nec tñ deserit/cor qui-
dē cōterit: sed humiliare contēnit. Qui vero pctā iā de-
serit nec tñ plangit: iam quidē humiliat: sz tñ cor cōtere-
re recusat. Hinc Paulus ait. Et hec quidē fuistis: sed
abluti estis: sz sctificati estis. Quia nimiꝝ illos emēda-
tior vita sanctificat: quos ⁊ per penitētiā abluens affli-
ctio fletuū mundat. Hic Petr⁹ cū quosdā territos ma-
loꝝ suoꝝ ꝯsideratiōe ꝯspiceret/admonuit dicēs. Peni-
tentiā agite: ⁊ baptizet vnusquisq; vestrū. Dicturus enī
baptisma/pmisit penitētie lamēta: vt prius se aq̄ sue af-
flictiōis infunderēt: ⁊ postmodū sacramēto baptisma-
tis lauarēt. Qua q̄ mente q̄ trāsactas culpas flere negli-
gunt/viuunt securi de venia: q̄ñ ipse summ⁹ pastor eccle-
sie huic etiā sacramento addēdā penitētiā credidit: qđ
pctā principaliter extinguit? ¶ Admonitio. xxxij.

Aliter admonēdi sunt q̄ illicita q̄ faciūt etiā
laudant: atq; aliter q̄ accusant praua: nec tñ
deuitant. ¶ Admonendi sunt enī qui illici-
ta q̄ faciūt etiā laudāt: vt ꝯsiderent q̄ plerūq; pl⁹ ore q̄
opere delinquant. Opere nāq; p semetipsos solos praua
perpetrāt. Ore aūt p tot psonas iniq̄tatē exhibēt/ quot
audientiū mentes iniq̄ laudātes docēt. ¶ Admonēdi
ergo sunt vt si eradicare mala dissimulāt: saltē seminare
pertimescant. ¶ Admonēdi sunt vt eis perditio priuata
sufficiat. Rursūq; admonēdi sūt: vt si esse mali non me-
tuūt: erubescāt saltē videri qđ sunt. Plerūq; enī culpa
dū abscondit effugat: q̄ dum mēs erubescit videri qđ
tñ esse nō metuit: erubescit quoq; esse qđ fugit videri. Cū
vero prauus q̄sq; ipudenter innotescit: quo liberi⁹ om-
ne facin⁹ ppetrat: eo etiā licitū putat: ⁊ qđ licitū suspica-
tur: in hoc pcul dubio multiplici⁹ mergit. Unī scriptum
est. Peccatū suū sicut sodoma pdicauerūt: nec abscōde-
runt. Pctm̄ enī suū abscōderet sodoma: si adhuc sub ti-
more peccaret. Sed funditus frena timoris amiserat: que
ad culpā nec tenebras reqrebat. Unī et rursū scriptū est.
Clamor sodomorū ⁊ gomorre multiplicat⁹ est. Pecca-
tū quippe cū voce est culpa cū actiōe. pctm̄ vero etiā cū
clamore ē/culpa cū libertate. ¶ At ꝯtra admonēdi sūt
q̄ accusant praua: nec tñ deuitant: vt puide ppendāt qđ
in districto dei iudicio p sua excusatiōe dicturi sunt: q̄
de reatu suoꝝ criminū etiā semetipsis iudicib⁹ nō excu-
sant. Hi itaq; qđ aliud q̄ pcones sunt sui: voces ꝯtra cul-
pas pferūt/⁊ semetipsos operib⁹ reos tradūt. ¶ Admo-
nēdi sunt vt videāt q̄ de occulta iā retributiōe iudicij
est q̄ eoꝝ mens malū qđ ppetrat illuminat vt videat: sz
nō conat vt vincat: vt quo meli⁹ videt/eo deteri⁹ pereat
q̄ ⁊ intelligētie lumē pcipit: ⁊ actionis praue tenebras
nō relinquit. Nā cū acceptā ad adiutoriū scientiā negli-
gūt: hāc ꝯtra se in testimoniū vertunt: ⁊ de lumine intel-
ligentie augēt supplicia: qđ pfecto acceperāt vt possent
delere pctā. Quoꝝ nimirū nequitia dum malū agit qđ
diiudicat: venturū iudiciū iā hic degustat: vt cū eternis
supplicijs seruat obnoxia: suo hic interim examine nō sit
absoluta. Tātoq; illic grauiora tormēta pcipiat: q̄to hic
malū nō deserit/etiā qđ ipa mēs ꝯdēnat. Hic enī ꝟitas
dicit. Seru⁹ qui cognouit voluntatē dn̄i sui ⁊ non fecit
fm̄ voluntatē ei⁹: plagis vapulabit multis. Hic psalmi-
sta ait. Descendāt in infernū viuentes. Uiui quippe que
circa illos agunt: sciunt ⁊ sentiūt: mortui aūt sentire ni-
hil possunt. Mortui autē in infernū descēderēt: si mala
nesciendo perpetrarent. Cū vero sciūt mala ⁊ tñ faciūt:
ad iniquitatis infernū viuentes miseri sentientesq; de-
scendunt. ¶ Admonitio. xxxiij.

Aliter admonendi sunt qui repentina ꝯcupi-
scentia superant: atq; aliter q̄ in culpa ex cō-
silio ligant. ¶ Admonendi itaq; sunt quos
repentina cōcupiscētia superat: vt in bello pñtis vite se
quotidie positos attendāt: ⁊ cor quod puidere vulnera
nō potest: scuto sollicitī timoris tegant / vt occulta insi-
diantis iacula hostis phorrescant: ⁊ in tā caliginoso cer-
tamine intētiōe cōtinua inter mētis castra se muniant.
Nam si a circūspectiōis sollicitudine cor destituit / vul-
nerib⁹ aperit: q̄ hostis callid⁹ tanto liberi⁹ pect⁹ percu-
tit: q̄to nudū a puidentie lorica dephēdit. ¶ Admonē-
di sunt qui repentina ꝯcupiscētia superant: vt curare ni-
mis terrena desuescant: q̄ intētionē suā dū reb⁹ transi-
torijs imoderati⁹ īplicāt: quib⁹ culpaꝝ iaculis trāsfigā-
tur ignorant. Unī p Salomonē vox pcussi et dormiētis
exprimit: q̄ ait. Uerberauerūt me sed nō dolui: trāsiere-
runt me/⁊ ego nō sensi. Qñ euigilabo/⁊ rursū vina repe-
riam? Mens quippe a cura sue sollicitudinis dormiēs
verberat ⁊ nō dolet: q̄ sicut iminentia mala nō ꝓspicit:
sic neq; q̄ ppetrauerit agnoscit. Trahit ⁊ nequaq̄ sētit
q̄ p illecebras vitioꝝ ducit: nec tñ ad sui custodiā suscita-
tur. Que quidē euigilare optat vt rursum vina repiat:
q̄ quāuis sōno torporis a sui custodia pmat: vigilare tñ
ad seculi curas nitit: vt semp voluptatib⁹ debriet/⁊ cū
ad illud dormiat i quo solerter euigilare debuerat: ad il-
lud vigilare appetit: ad qđ laudabilr dormire potuisset
Hinc superi⁹ scriptū est. Et eris quasi dormiēs i medio
mari: ⁊ q̄si sopitus gubernator amisso clauo. In medio
enim mari dormit/q̄ in hui⁹ mundi tētationib⁹ positus
prouidere mot⁹ irruentiū vitioꝝ quasi iminētes vndaꝝ
cumulos negligit. Et quasi clauū gubernator amittit:
q̄ñ mēs ad regēdā nauē corporis/studiū sollicitudinis
perdit. Clauū quippe in mari amittere/est intētionem
prouidā inter pcellas hui⁹ seculi nō tenere. Si enī gu-
bernator sollicite clauū stringit: modo in fluctib⁹ ex ad-
uerso nauē dirigit: modo ventoꝝ ipet⁹ p obliquū findit
Ita cum mens vigilanter aiam regit: modo alia supe-
rans calcat: modo alia puidens declinat: vt et pñentia
laborando subiciat/⁊ cōtra futura certamina ꝓspiciē-
do cōualescat. Hinc rursum dr̄ de fortib⁹ superne patrie
bellatoribus dr̄. Uniuscuiusq; ensis sup femur suum
propter timores nocturnos. Ensis enī sup femur ponit

Margin notes: G; Nūe. xxiij; nūe. xxiiij; Roñ. vij.; H; ps̄. lxxiiij.; Ps̄. l.; j. Co. vj.; I; Act. ij.; K; Esa. iij.; Geñ. xviij; Luce. xij.; Ps̄. liiij.; L; Prouer. xxiij.; M; Ibidem.; Canti. iij.

A qn̄ acumine sancte p̄dicationis praua suggestio carnis edomat̄. Per noctē vero cecitas nostre infirmitatis ac debilitatis exprimit̄: q2 quicq̄d aduersitatis in nocte imminet/ nō videt̄. Uniuscuiusq3 ergo ensis sup femur suū ponit̄ ppter tentationes siue timores nocturnos: q2 videlicet sancti et pfecti viri dum ea que nō vidēt metuūt: ad intentionē certaminis parati semp assistūt. Hinc rursū

Cant. vij.

spōse dicit̄. Nasus tu⁹ sicut turris q̄ ē in libano. Rē nāq3 quā oculis nō cernim⁹: plerūq3 odore preuidem⁹. Per nasum quoq3 odores/ fetoresq3 discernim⁹. Quid ergo p nasum ecclesie nisi sanctoꝝ puida discretio designat̄? Que etiā turri similis q̄ est i libano dicit̄/ q2 discreta eorum puidētia ita in alto posita est: vt tentationū certamina et priusq3 veniant videat: et contra ea dū venerint munita subsistat. Que eni futura puident̄: cū psentia fuerint/ minoris timoris sūt: q2 dum cōtra ictū quisq3 paratior reddit̄: hostis q̄ se inopinatū credidit: eo ipso quo preuisus est eneruat̄. At contra admonendi sunt qui in culpa ex consilio ligant̄: quaten⁹ puida consideratione perpendāt: q2 dum mala ex iudicio faciunt: districti⁹ cōtra se iudiciū accendūt: vt tanto eos durior sentētia feriat: q̄to illos in culpa arcti⁹ vincula deliberationis ligāt. Citi⁹ fortasse delicta penitendo abluerent: si in his sola p̄cipitatione recidissent. Nā tardi⁹ pctm̄ soluit̄: qd̄ p cōsiliū solidat̄. Nisi eni mens oi modo eterna despiceret: in culpa ex cōsilij iudicio nō periret. Hac ergo p̄cipitatione lapsi et p cōsiliū pereūtes differūt: q2 cū hi a statu iusticie peccādo cōcidunt plerūq3 simul et in laqueū de-

B

sperationis cadūt: et radice spei fundit⁹ euellunt̄. Hic est q per prophetā dn̄s nō tam p̄cipitationū praua: q̄ delictoꝝ studia reprehendit dicens. Ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea et succendat̄: et nō sit q̄ extinguat propter maliciā studioꝝ vestroꝝ. Hinc iterū irat⁹ dicit.

Hiere. iiij. — Hiere. xxj.

Uisitabo sup vos iuxta fructū studioꝝ vestroꝝ. Qz ergo a peccatis alijs differūt peccata q̄ p cōsiliū ppetrantur: nō tam praua facta dn̄s q̄ studia prauitatis insequit̄. In factis eni sepe infirmitate: sepe negligētia: i studijs vero maliciosa semp intentione peccat̄. Quo ptra recte

Ps. j.

beati viri expressiōe p pphetā dicit̄. Et in cathedra pestilentie nō sedit. Cathedra quippe iudicis esse vel presidētis solet. In cathedra autē pestilētie sedere/ est ex iudicio praua ꝑmittere. In cathedra pestilētie sedere/ est et ex ratiōe mala discernere: et tm̄ ex deliberatione perpetrare. Quasi i peruersi cōsilij cathedra sedet/ q̄ tāta iniqtatis elatione attollit̄: vt adiplere malū etiā p cōsiliū conet̄. Et sicut assistentib⁹ turbis plati sunt q̄ cathedre honore fulciunt̄: ita delicta eoꝝ q̄ p̄cipitatione corruūt: exquisita per studiū pctā transcendunt. Admonendi ergo sunt vt hinc colligāt q̄ in culpa etiā se p cōsiliū ligāt: qua quandoq3 vltione feriendi sunt q̄ nunc prauoꝝ nō socij: sed principes sunt. Admonitio. xxxiiij.

C

Aliter admonēdi sunt qui licet minima/ crebro tn̄ illicita faciunt: atq3 aliter qui se a paruis custodiūt: sed aliqn̄ in grauiorib⁹ demergūtur. Admonēdi sunt q̄ q̄uis in minimis: sed tamē frequēter excedūt: vt nequaq3 cōsiderēt qualia sed q̄ta cōmittūt. Facta eni sua si despiciunt timere dū pēsant: debēt formidare cū numerāt. Altos quippe gurgites fluminum parue sed innumere replent gutte pluuiarū. Et hoc agit sentina latenter excrescens: qd̄ patēter procella seuiens. Et minuta sunt q̄ erūpūt in mēbris per scabiem vulnera: sed cū multitudo eoꝝ innumerabiliter occupat: sic vitā corporis sicut vnū graue inflictū pectori vuln⁹ necat.

Eccl. xix.

Hinc videl3 scriptū est. Qui modica spernit: paulatī decidit. Qui eni peccata minima flere ac deuitare negligit: a statu iusticie nō q̄dē repente: sed partib⁹ tot⁹ cadit. Admonēdi sunt q̄ minimis frequēter excedūt: vt sollicite cōsiderēt q̄ nōnunq3 in paruis deterius q̄ i maiori culpa peccat̄. Maior eni q̄ citius qz sit culpa agnoscitur: eo etiā celeri⁹ emendat̄. Minor vero dū quasi nulla credit̄: eo peius quo et securius i vsu retinet̄. Unde fit plerūq3 vt mēs assueta malis leuib⁹ nec grauiora phorescat: atq3 ad quādā auctoritatē nequitie p culpas nutrita perueniat: et tanto in maiorib⁹ cōtēnat pertimescere: q̄to in minimis didicit nō timēdo peccare. At cōtra admonēdi sunt q̄ se a paruis custodiūt: sed aliqn̄ i grauib⁹ demergunt̄: vt sollicite seipsos dephendāt: q2 dū cor eorū de custoditis minimis extollit̄: ad ppetrāda grauio-

D

ra ipso elationis sue barathro deuorat̄: et dum foris sibi parua subijciūt: sed per inanē gloriā intumescūt: languore intrinsecus victā mētē etiā foras p mala maiora prosternūt. Admonendi sunt ergo qui se a paruis custodiūt: sed aliqn̄ in grauib⁹ demergūt̄: ne vbi se stare extrinsec⁹ estimāt: ibi intrinsec⁹ cadāt: et iuxta districtū districti iudicis retributionē elatio minoris iusticie/ via fiat ad foueā maioris culpe. Qui eni vane elati bona minima custodiā suis virib⁹ tribuūt/ iuste derelicti culpis maioribus obruūtur: et cadendo discunt nō fuisse ppriū q̄ steterunt: vt mala immensa eos reprimant: qd̄ minima bona exaltant. Admonendi sunt vt cōsiderēt q̄ et in culpis grauiorib⁹ alto reatu se obligant: et tn̄ plerūq3 in paruis q̄ custodiūt deterius peccāt: q2 et in illis iniq̄ faciūt: et in his se hoibus q̄ iniq̄ sunt tegunt. Unde fit vt cū maiora mala ppetrant: corā deo apte iniquitatis sint: cū parua bona custodiunt: corā hoibus simulate sanctitatis sint. Hinc est eni q̄ phariseis dr̄. Liquātes culicē: camelum

Mat. xxiij.

aūt glutientes. Ac si apte diceret̄. Minima mala discernitis: maiora deuoratis. Hic est eni q̄ rursum ore veritatis increpant̄ cū audiūt. Decimatis mētā/ et anetū/ et ciminū: et relinqtis q̄ grauiora sūt legis: iudiciū/ miaz: et fidē. Neq3 eni

Ibidem.

negligēter audiēdū ē: q̄ cū decimari minima diceret: extrema q̄dē de olerib⁹ maluit: sz tn̄ bn̄ olētia mēorari: vt pfecto ōnderet q2 simulatores cū parua custodiūt: odorē de se ostēdere sancte opinionis q̄rūt: et q̄uis iplere maxima p̄termittunt: ea tn̄ minime obseruāt q̄ hūano iudicio longe lateq3 redoleant. Admonitio. xxxv.

E

Aliter admonendi sunt q̄ bona nec inchoant atq3 aliter q̄ inchoata minime cōsumāt. Qui eni bona nec inchoāt: nō sunt eis prius edificāda q̄ salubriter diligāt: sed destruēda ea in q̄b⁹ semetipsos nequiter versant. Neq3 enim sequunt̄ q̄ inexperta audiūt: nisi priusq3 pniciosa sint ea q̄ illi sunt expta dephēdāt: q2 nec leuari appetit q̄ et hoc ipsū q2 cecidit nescit: et qui dolorē vulneris nō sentit: salutis remedia nō reqrit. Prius ergo ostendenda sunt q̄ sint vana q̄ diligunt: et tunc demū vigilanter intimanda q̄ sint vtilia q̄ p̄termittunt. Prius videant fugienda que amāt: et sine difficultate postmodū cognoscant amāda esse q̄ fugiūt. Meli⁹ enim incepta recipiūt: si de expertis quicquid disputationis audiunt veraciter cognoscunt. Tūc vero pleno voto discunt vera bona q̄rere: cū certo iudicio deprehenderint falsa se vacue tenuisse. Audiant ergo q̄ bona presentia et a delectatione citi⁹ transitura sunt: et tamen eorū causa ad vltionē sine transitu permansura: q2 et nūc quodlibet inuitis subtrahitur: et tunc quod dolet inuitis in supplicium reseruatur. Itaq3 eisdem rebus terreantur salubriter: quibus nocte delectātur: vt dum pcussa mens alta ruine sue damna cōspiciens: sese in precipitiū puenisse dephēdit: gressum post tergū reuocet

F

et pertimescens qd̄ amauerat: discat diligere qd̄ cōtēnebat. Hinc est eni q̄ Hieremie misso ad p̄dicationē dicit̄.

Hiere. j.

Ecce eni cōstitui te hodie sup gētes et sup regna: vt euellas/ et destruas/ et disperdas/ et dissipes/ et edifices/ et plātes. Qz nisi pri⁹ puersa destrueret: edificare vtilit̄ recta non posset: q2 nisi ab auditoꝝ suoꝝ cordibus spinas vani amoris euelleret: nimirū frustra in eis sctē p̄dicationis verba plantaret. Hinc est q̄ petrus prius euertit: vt postmodū cōstruat: cum nequaq3 iudeos monebat quid iam facerent: sed de his q̄ fecerant increpabat dicēs. Ie-

Act. ij.

sum nazarenū virū approbatū a deo in vobis in virtutibus/ et pdigijs/ et signis q̄ per illū fecit deus in medio vestri sicut vos scitis: hūc diffinito cōsilio et p̄sciētia dei traditū per manus iniquoꝝ affigētes interemistis: quē deus suscitauit solutis dolorib⁹ inferni. Ut videlicet crudelitatis sue cognitiōe destructi/ edificationē sancte p̄dicationis q̄to anxie quererent: tanto vtiliter audirēt. Unde et illico rñderūt. Quid ergo faciem⁹ viri fratres? Quib⁹ mox dr̄. Agite penitētiā: et bapt3et vnusq3q3 vestrū. Que edificationis vba pfecto ꝯtēnerēt nisi pri⁹ salubriter ruinā sue destructionis inuenissent. Hic ē q̄ Saul⁹ cū

Act. ix.

super eum celit⁹ lux emissa resplenduit/ nō iam quid recte deberet facere: sed quid praue fecisset audiuit. Nam cum prostrat⁹ requireret dicēs. Quis es dn̄e: respōdetur ptinus. Ego sum Iesus nazarenus: quē tu persequeris. Et cū repente subiūgeret. Dn̄e quid me iubes facere: illico adiūgit̄. Surge et ingredere ciuitatē: et ibi dice-

tur tibi qd te oportet facere. Ecce de celo dn̄s loquēs
persecutoris sui facta corripuit: nec tn̄ illico que essent fa
ciēda monstrauit. Ecce elationis eius fabrica iam tota
corruerat: et post ruinā suam humilis edificari require-
bat. z cum superbia destruitur: edificationis tamen ver-
ba retinent: vt videlicet persecutor immania diu destru
ctus iaceret: z tanto post in bonis solidior surgeret: q̄to
pri⁹ funditꝰ euersus a pristino errore cecidisset. Qui er-
go adhuc agere nulla bona ceperūt: a rigiditate antea sue
prauitatis/correctionis manu euertendi sunt: vt ad sta-
tum postmodū recte operationis erigantur. q: z iccirco
altum illuc lignū succidimus/ vt hoc in edificiū tegmi-
nis subleuemus: sed tamen non repente in fabrica poni-
tur: vt nimirum prius vitiosa eius viriditas exsiccetur
cuius quo plꝰ in infimis humor excoquitur: eo ad sum-
ma solidius leuetur. ❡ At contra admonendi sunt qui
inchoata bona minime consummant: vt cauta circūspe-
ctione considerent quia dū proposita non perficiūt: etiā
que fuerunt cepta conuellūt. Si eni quod videtur geren-
dum/sollicita intentione non crescit: etiam quod fuerat
bene gestum decrescit. In hoc quippe mundo humana
anima quasi more nauis est cōtra ictum fluminis cōde-
scendētis. vno in loco nequaq̄ stare permittit: quia ad
ima relabitur: nisi ad summa conetur. Si ergo inchoata
bona fortis operantis manus ad perfectionē non suble
uat: ipsa operandi remissio contra hoc quod operatum
est pugnat. Hinc est enim qd per Salomonem dicitur.
[Prouer. xviij.] Qui mollis z dissolutꝰ in opere suo fuerit: frater est sua
opera dissipantis. Quia videlicet qui cepta bona distri
cte non exequitur: dissolutione negligentie manum de-
[H] struentis imitatur. Hinc sardis ecclesie ab angelo dici-
[Apoc. iij.] tur. Esto vigilans: z confirma cetera q̄ moritura erant:
nō enim inuenio opera tua plena coram deo meo. Quia
ergo plena corā deo eius opera inuenta nō fuerant: mo-
ritura reliqua etiam que erāt gesta predicebat. Si eni
quod mortuum in nobis est/ad vitam nō accendit: hoc
etiam extinguitur quod quasi adhuc viuū tenet. ❡ Ad
monēdi sunt etiā vt ꝑpendāt q̄ tolerabiliꝰ esse potuisset
rectā viā non arripere: q̄ post arreptā post tergū redire
Nisi eni retro respicerēt: erga ceptū studiū nullo torpo-
[ij. Pet. ij.] re languerēt. Audiāt ergo quod scriptū est. Melius erat
eis nō cognoscere viam iustitie: q̄ post agnitionē retror-
[Apoc. iij.] sum conuerti. Audiāt quod scriptum est. Utinam frigi
dus esses aut calidus: sed quia tepidus es/nec frigidꝰ
nec calidus: incipiam te euomere ex ore meo. Calidus
quippe est qui bona studia z arripit z cōsummat. Frigi
dus vo est qui cōsummanda nec inchoat. Et sicut a fri-
gore per teporē transitur ad calorem: ita a calore quoq̄
per teporem reditur ad frigꝰ. Quisquis ergo amisso in-
fidelitatis frigore: sed nequaq̄ tepore superato exarde-
scit vt ferueat: ꝓcul dubio calore desperato dum noxio
in tepore demoratur: agit vt frigescat. Sed sicut ante te
porem frigus sub spe est: ita post frigus tepor in despera
tione. Qui eni adhuc in peccatis est: conuersionis fidu-
[I] ciam non amittit. Qui vero post conuersionem tepuit: z
spem que esse potuit de peccatore subtraxit. Aut calidꝰ
ergo quisq̄ esse aut frigidus queritur: ne tepidꝰ euome-
tur: vt videlicet aut necdum conuersus adhuc de se spem
conuersionis prebeat: aut iam conuersus in virtutibus
inardescat: ne euomat tepidus: quia calore quem ꝓpo-
suit/torpore ad noxiū frigus redit. Admonitio. xxxvj.

Aliter admonendi sunt q̄ mala occulte agūt
z bona publice: atq̄ aliter q̄ bona que faciūt
abscondunt: et tamen quibusdam factis pu-
blice male de se opinari ꝑmittunt. ❡ Admonendi sunt
qui mala occulte agūt z bona publice: vt pensent huma
na iudicia quanta velocitate euolant: diuina autē quā-
ta imobilitate perdurant. ❡ Admonendi sunt vt in fi-
ne rerum mentis oculos figant: q: et humane laudis at-
testatio preterit/z superna sententia q̄ et abscondita pe-
netrat/ad retributionem perpetuā conualescit. Dum er-
go occulta mala sua diuinis iudiciis/recta autē sua hu
manis oculis anteponunt: z sine teste est bonū quod pu-
blice faciunt: et nō sine eterno teste est quod latenter de-
linquunt. Culpas itaq̄ suas occultādo hominibꝰ/vir-
tutesq̄ pandendo/z vnde puniri debeant abscondentes
[Mat. xxiij] detegunt: z vnde remunerari poterāt detegentes absco
dunt. Quos recte sepulchra dealbata speciosa exterius
sed mortuorū ossibus plena interiꝰ veritas vocat: quia [K]
vitiorū mala intus contegunt: hūanis vero oculis quo-
rundam demonstratione operū de solo foris iustitie co-
lore blandiuntur. ❡ Admonendi itaq̄ sunt ne que agūt
recta despiciant: sed ea meritis melioris credant. Ualde
nāq̄ sua bona diiudicant/qui ad eorum mercedem suf-
ficere humanos fauores putant. Cum eni pro recto ope
re laus transitoria q̄ritur: eterna retributiōe res digna
vili precio venundatur. De quo videlicet precio perce-
[Mat. v.] pto veritas dicit. Amen dico vobis: receperūt mercedē
suam. ❡ Admonendi sunt vt cōsiderent: quia dum pra-
uos se in occultis exhibēt: sed tamē exempla de se publi
ce in bonis operibus prebēt: ostendunt sequēda que fu-
giunt: clamant amanda q̄ oderūt: viuūt postremo aliis
et sibi moriunt. ❡ At contra admonendi sunt qui bona
occulte faciunt: z tamen quibusdam factis publice de se
mala opinari permittunt: ne cum semetipsos actionis
recte virtute viuificant: in se alios per exemplum praue
estimationis occidant: ne minus q̄ se proximos diligāt
z cum ipsi salubrem potum vini sorbeant: intentis in sui
consideratione mentibus pestiferū veneni poculum fun
dant. Hi nimirum in vno proximoꝝ vitam minus adiu
uant: in altero multum grauant: dum studēt et recte oc-
culte agere: z quibusdam factis ad exemplum de se pra
ua seminare. Quisquis enim laudis concupiscentiā cal
care iam sufficit: edificationis fraudem perpetrat si bo-
na q̄ agit occultat: z quasi iactato semine germinādi ra
dices subtrahit: qui opus quod imitandum est non ostē
[Mat. v.] dit. Hinc nanq̄ in euāgelio veritas dicit. Uideant ope
ra vestra bona: et glorificēt patrē vestrū qui in celis est.
Ubi illa quoq̄ sententia promitur/que longe aliud pre
cepisse videtur dicens. Attendite ne iustitiam vestram
faciatis coram hominibꝰ vt videamini ab eis. Quid est
ergo q̄ opus nostrum z ita faciendum est ne videatur: z
tamē vt debeat videri precipitur: nisi q̄ ea que agimus
[L] et occultanda sunt ne ipsi laudemur: et tamen ostēdēda
sunt: vt laudē celestis patris augeamꝰ? Nam cum nos
iustitiam nostram coram hominibꝰ facere dn̄s prohibe-
ret: illico adiūxit: vt videamini ab eis. Et cum rursus vi
denda ab hominibus bona opera nostra preciperet: ꝓti
nus subdidit. Ut glorificent patrem vestrum qui in ce-
lis est. Qualiter igitur videnda essent/vel qualiter non
videnda/ex sententiaꝝ fine monstrauit: quatenꝰ operan
tis mēs opus suum z propter se videri nō quereret: z ta-
men hoc propter celestis patris gloriam nō celaret. Un
de fit plerūq̄ vt bonum opus z in occulto sit cum fit pu
blice: et rursus in publico cū agitur occulte. Qui enim
in publico bono opere non suam sed superni patris glo
riam querit: qd facit abscōdit: quia solum illum testem
habuit cui placere curauit. Et qui in secreto suo bono
opere deprehendi ac laudari concupiscit: z nullꝰ fortas-
[M] se vidit quod exhibuit: tamen hoc coram hominibus fe-
cit: quia tot testes in bono opere secum duxit: quot hūa
nas laudes in corde quesiuit. Cū vero praua estimatio
inquantum sine peccato valet ab intuentium mente nō
tergitur: cunctis mala credentibus per exemplū culpa
propinat. Unde z plerūq̄ contingit: vt qui negligenter
de se mala opinari permittūt: per semetipsos quidē nul
la iniqua faciunt: sed tamē per eos qui se imitati fuerit
multiplicius delinquūt. ❡ Hinc est q̄ paulus immunda
quedam sine pollutione comedentibus: sed in perfectis
tentationis scandalum sua hac comestatione mouenti-
[j. Co. viij.] bus dicit. Uidete ne forte hec licentia vestra offendicu-
lum fiat infirmis. Et rursum. Et peribit infirmꝰ in tua
[Ibidem.] conscientia frater ꝓpter quem christus mortuꝰ est. Sic
autem peccantes in fratres/z percutientes conscientiā
eorum infirmam/in christo peccatis. Hinc est q̄ Moy-
[Leui. xix.] ses cum diceret. Non maledices surdo: protinus adiun
xit: nec coram ceco pones offendiculū. Surdo q̄ppe ma
ledicere/est absenti z non audiēti derogare. Coram ce-
co vero offēdiculum ponere/est discretam quidem rem
agere: sed tamen ei qui lumē discretionis nō habet/scā-
dali occasionem prebere.

❡ Finit capitulum primū cum. xxxvj. admonitionibꝰ.

Sequitur capitulum secundum de exhortatiōe.

❡ De exhortatione multis adhibenda vt sic singulorū
virtutes adiuuet: quatenus per hanc contraria virtuti-
bus non excrescant. Capitulum. ij.

A Hec sunt que presul animarum in predicationis diuersitate custodiat: vt sollicitus congrua singulorum vulneribus medicamina apponat. Sed cum magni sit studij: vt exhortandis singulis seruiatur ad singula: cum valde laboriosum sit vnumquemque de proprijs sub dispensatione debite consideratiõis instruere: longe tamen laboriosius est auditores innumeros ac diuersis passionibus laborantes/vno eodemque tempore voce vnius et cõmunis exhortationis admonere. Ibi quippe tanta arte vox temperanda est: vt cum diuersa sint auditorum vitia/ singulis inueniatur congrua: et tamen sibimetipsi non sit diuersa: vt inter passiones medias vno quidē ductu transeat: sed more gladij bicipitis tumores cogitationum carnalium ex diuerso latere incidat: quatenus sic superbis predicetur humilitas: vt tamē timidis nõ augeatur metus: sic timidis infundatur auctoritas: vt tamē nõ crescat superbis effrenatio: sic ociosis ac torpentibus predicetur sollicitudo boni operis: vt tamen inquietis imoderate licentia nõ augeatur actiõis. Sic inquietis imponatur modus: vt tamen ociosis nõ fiat torpor securus. Sic ab impatientibus extinguatur ira: vt tamen remissis ac lenibus non crescat negligētia. Sic lenes accendantur ad zelum: vt tamen iracundis nõ addatur incendium. Sic tenacibus infundatur tribuēdi largitas: vt tamen prodigis effusionis frena minime laxentur. Sic prodigis predicetur parcitas: vt tamen tenacibus periturarum rerum custodia non augeatur. Sic incontinentibus laudetur coniugium: vt tamen iam cõtinentes nõ reuocentur ad luxum. Sic continentibus lau-

B detur virginitas corporis: vt tamen in cõiugibus despecta non fiat fecunditas carnis. Sic predicanda sunt bona: ne ex latere iuuentur mala. Sic laudanda sunt bona summa: ne despiciantur vltima. Sic nutrienda sunt vltima: ne dum sufficere credantur/ nequaquam tendatur ad summa.

¶ S. De exhortatione que viri adhibenda est contrarijs passionibus laborãti.

Et grauis quidem predicatori labor est: in cõmunis predicationis voce ad occultos singulorum motus causasque vigilare: et palestrarum more in diuersis lateris artes se vertere. multo tamē acriori labore fatigatur: quãdo vni ex contrarijs vitijs seruiēti predicare cõpellitur. Plerumque enim quis lete nimis conspersionis existit: sed tamen eum repēte tristitia oborta imaniter deprimit. Curandum est itaque predicatori quatenus sic tergat tristitiam que venit ex tpe: vt nõ augeatur letitia que supponitur ex cõspersione. Et sic denique letitia frenetur que ex conspersione est: vt tamen non crescat tristitia que venit ex tempore. Iste grauatur vsu imoderate precipitationis: et aliquãdo tamen ab eo quod festine agendum est: cum vis prepedit subito nate formidinis. Ille grauatur vsu imoderate formidinis: et aliquãdo tamē in eo quod appetit/ temeritate impellitur precipitatiõis. Sic itaque in isto reprimatur subito oborta formi-

C do: vt non crescat enutrita diu precipitatio. Sic in illo repente oborta precipitatio: vt tamen non conualescat impressa ex conspersione formido. Quid autem mirum si mentium medici ista custodiunt: dum medici corporum tanta discretionis arte se temperant: qui non corda sed corpora medentur? Plerumque enim debile corpus oppressit languor imanis: cui languori scilicet obuiari adiutorijs fortibus debet: sed tamen corpus debile adiutorium forte non sustinet. Studet igitur qui medetur: quatenus sic superexistentem morbum subtrahat: vt nequaquam supposita corporis debilitas crescat: ne fortasse languor cum vita deficiat. Tanta ergo adiutorium discretione cõponat: vt vno eodemque tēpore et languori obuiet et debilitati. Si ergo medicina corporis indiuise adhibita seruire diuisibiliter potest (tunc enim vera medicina est: quãdo sic per eam vitio superexistenti succurritur: vt etiam supposite conspersioni seruiatur) cur medicamentis vna eademque predicatiõe appositis: morum morbis diuerso ordine obuiare non valeat: que tanto subtilior agitur: quanto de inuisibilibus tractatur?

¶ S. Quod aliquando leuiora vitia relinquenda sunt: vt grauiora subtrahantur. Capitulum. iiij.

Sed quia plerumque dum duorum vitiorum languor irruit: hoc leuius: illud fortasse grauius premit: ei nimirum vitio recte sub celeritate subue-

nitur per quod festine ad interitum tendit. Et si hoc a

D vicina morte restringi nõ põt nisi illud etiã quod existit cõtrarium crescat: tolerandum est predicatori vt per exhortationem suam artificioso moderamine vnum patiatur crescere: quatenus possit aliud a vicina morte retinere. Quod cum agit non morbum exaggerat: sed vulnerati sui cui medicamentum adhibet vitam seruat: vt exquirēde salutis cõgruum tempus inueniat. Sepe enim quis a ciborum se ingluuie minime temperans: iamiamque pene superatis luxurie stimulis premitur: et huius pugne metu territus/ dum se per abstinentiam restringere nititur: inanis glorie temptatiõe fatigatur. In quo nimirum vnum vitium nullatenus extinguitur/ nisi aliud nutriatur. Que ergo pestis ardentius insequenda est: nisi que periculosius premit? Tolerandum namque est: vt per virtutem abstinentie interim arrogantia cõtra viuentem crescat: ne cum per ingluuiem vita funditus luxuria extinguat. Hinc est quod Paulus cum infirmum auditorem suum pspiceret aut praua adhuc velle agere: aut de actione recta humane laudis retributiõe gaudere: ait. Uis nõ timere potestatē? bonum fac: et ha-

Roma. xiij.

bebis laudē ex illa. Neque enim ideo bona agēda sunt: vt potestas huiusmodi nulla timeatur: aut vt per hec gloria transitorie laudis sumatur: sed cum infirmam mentem ad tantum robur ascendere non posse pensaret: vt et prauitatē vitaret simul et laudem: predicator egregius ei admonēdo aliquid obtulit: et aliquid tulit: concedendo enim leuia subtraxit acriora: vt quia ad deserenda cuncta simul non assurgeret/ dum in quodam suo animus familiariter

E relinquitur: a quodam suo sine labore tolleretur.

¶ S. Quod infirmis mentibus omnino non debent alta predicari. Capitulum. v.

Sciendum vero est predicatori/ vt auditoris sui animum vltra vires nõ trahat: ne (vt ita dicam) dum plusquam valet tenditur/ mentis chorda rumpatur. Alta etenim queque debent multis audientibus cōtegi: et vix paucis aperiri. Hinc namque per semetipsam veritas dicit. Quis putas est fidelis dispensator et prudēs

Luce. xij.

quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tēpore tritici mensuram? Per mensuram quippe tritici exprimitur modus verbi: ne cum angusto cordi incapabile aliquid tribuitur: extra fundatur. Hinc paulus ait. Nõ potui vobis loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnali-

i. Cor. iij.

bus. quasi paruulis in christo lac vobis potum dedi/ non escam. Hinc Moyses a secreto dei exiens/ coruscantem coram populo faciem velat: quia nimirum turbis claritatis intime arcana non indicat. Hinc per eum diuina

Exodi xxxiiij.

voce precipitur: vt is qui cisternam foderit: si operire neglexerit: corruente in ea boue vel asino: precium reddat. Quia ad alta scientie fluenta perueniens: cum hec apud bruta audientium corda non contegit: pene reus adducitur: si per verba eius in scandalum siue munda siue immunda mens capiatur. Hinc ad beatum Iob dicitur.

F

Quis dedit gallo intelligentiam? Predicator etenim sanctus dum caliginoso hoc clamat in tempore: quasi gallus cantat in nocte: dum dicit. Hora est iam nos de somno surgere. Et rursum. Euigilate iusti: et nolite peccare.

Iob. xxxviij.

Ro. xiij.

Gallus autē profundioribus horis noctis altos edere cantus solet. Cum vero matutinum iam tempus in proximo est: minutas ac tenues voces format. quia nimirum qui recte predicat/ obscuris adhuc cordibus aperta clamat: nihil de occultis mysterijs indicat: vt tunc subtiliora queque de celestibus audiant: cum luci veritatis appropinquant.

¶ S. De opere predicationis et voce. Capitulum. vj.

Sed inter hec ad ea que iam superius diximus charitatis studio retorquemur: vt predicator quisque plus actibus quam vocibus insonet: et bene viuendo vestigia sequacibus imprimat: vt potius agendo quam loquendo quo gradiatur ostendat. Quia et gallus iste quem pro exprimenda boni predicatoris specie in locutione sua dominus assumit: cum iam edere cantus parat/ prius alas excutit: et semetipsum feriens vigilantiorem reddit. Quia nimirum necesse est vt hi qui verba sancte predicationis mouent: prius studio bone actionis euigilent: ne in semetipsis torpentes opere/ alios excitent voce. Prius se per sublimia facta excutiant: et tunc ad bene viuendum alios sollicitos reddant. Prius cogitationum alis semetipsos feriant: quicquid in se inutiliter torpet: sollicita inuestigatione deprehendant: districta animaduersio-

G ne corrigant: et tunc demum aliorum vitam loquendo cõponant. Prius punire proprijs fletibus curent: et tunc q̃ aliorum punienda sunt denũcient: et antequã verba exhortationis insonent: omne qđ locuturi sunt/operib⁹ clamẽt.

Incipit quarta pars tractans

qualiter predicator omnibus rite peractis ad semetipsum redeat. Capitulum .j.

Ed quia sepe dũ predicatio modis congruentibus vbertim funditur: apud semetipsum de ostensione sui occulta letitia loquẽtis aĩm subleuat: magna cura necesse est vt timoris laceratione se mordeat ne qui aliorum vulnera medendo ad salutẽ reuocat: ipse p negligentiã sue salutis intumescat: ne proximos iuuando se deserat: ne alios erigẽs cadat. Nã quibusdã sepe magnitudo virtutis occasio pditionis fuit: vt cũ de cõfidentia viriũ inordinate securi sunt: inopinate p negligẽtiã moriant. Virtus nãq; cum vitijs renititur: quadã delectatione eius sibimetipsi animus blanditur. Fitq; vt bene agẽtis mens metũ sue circũspectionis abijciat: atq; in H sui confidentia secura requiescat: cui iam torpenti seductor callidus omne quod bene gessit enumerat: eũq; quasi pre ceteris prepollentem in tumore cogitationis exaltat. Unde agitur: vt ãte iusti iudicis oculos fouea mẽtis sit memoria virtutis: quia reminiscendo quod gessit dum se apud se erigit: apud humilitatis auctorẽ cadit. Eze.xxxij. Hinc namq; superbiẽti anime dicitur. Quo pulchrior es: descende et dormi cum incircuncisis. Ac si aperte diceretur. Quia ex virtutum decore te eleuas: ipsa tua pulchritudine impelleris vt cadas. Hinc sub hierusalẽ specie virtute superbiens anima reprobatur: cum dicitur. Eze.xvj. Perfecta eras i decore tuo quem posueram super te dicit dñs: et habens fiduciam in pulchritudine tua: fornicata es in nomine tuo. Fiducia quippe sue pulchritudinis animus attollitur: cum de virtutũ meritis leta apud se securitate gloriatur. Sed per hãc eandem fiduciam ad fornicationem ducitur: quia interceptam mentẽ cogitationes sue decipiũt: hanc maligni spiritus per innumera vitia seducendo corrũpunt. Notãdum vero q dicitur: fornicata es in nomine tuo: quia cum respectũ mẽs superni rectoris deserit: laudem protin⁹ priuatam querit: et sibi arrogare incipit omne bonũ quod vt largitoI ris preconio seruiret accepit: opinionis sue gloriam dilatare desiderat: satagit vt mirabilis cũctis innotescat. K In suo ergo nomine fornicat: quia legalis thori connubium deserens: corruptori spiritui in laudis appetitu substernitur. Hinc Dauid ait. Tradidit in captiuitatẽ Ps.lxxvij. virtutem eorum: et pulchritudinem eorum in man⁹ inimici. In captiuitatem etem̃ virtus et pulchritudo in manus inimici traditur: cũ decepte mẽti antiquus hostis ex boni operis elatione dñatur: que tamen virtutis elatio q̃uis plene nõ supat: vtcũq; tñ et electorum aĩm sepe tẽtat: q̃ in eleuat⁹ destituit: et destitutus ad formidinẽ reuocatur. Hinc etem̃ Dauid iterum ait. Ego dixi in abũ Ps.xxix. dantia mea: non mouebor ineternũ. Sed qr de cõfidentia virtutis intumuit: paulopost quod pertulit adiũxit Auertisti faciem tuam a me: et factus sum cõturbatus. Ac si aperte dicat. Fortem me inter virtutes credidi: sed quante infirmitatis sim derelictus agnoui. Hinc rursum quoq; dicit. Iuraui et statui custodire iudicia iustitie tue. Sed quia eius virium non erat manere in cu- Ps.cxviij. stodia quã iurabat: debilitatẽ suã protin⁹ turbat⁹ inuenit. Unde et ad precis opem repente se contulit dicens. Hu- Ibidem. miliatus sum vsq;quaq; dñe: viuifice me sm verbũ tuũ. Nonnunq̃ vero superna moderatio priusq̃ p munera puehat: infirmitatis memoriam ad mentẽ reuocat: ne de acceptis virtutibus intumescant. Unde Ezechiel propheta quotiens ad contẽplanda celestia ducitur/prius filius hominis vocat. Ac si hunc aperte dñs admoneat dicens. Ne de his que vides elatione cor subleues/caute perpende quid es: vt cũ summa penetras: esse te hominem recognoscas: quatenus dum vltra te raperis: ad temetipsum sollicitus infirmitatis tue freno reuoceris. Unde necesse est: vt cum virtutum nobis copia blanditur: ad infirma sua mentis oculus redeat: seseq; salubriter deorsum premat: ne recta que agit/sed que agere negligit aspiciat: vt dum cor ex memoria infirmitatis atteritur: apud humilitatis auctorem robustius in virtute solidetur. Quia et plerũq; omnipotens deus idcirco rectorum mentes q̃uis ex magna parte perficit/imperfectas tamen ex parua aliqua parte derelinquit: vt cum miris virtutibus rutilant: imperfectionis sue tedio tabescant: et nequaq̃ se de magnis erigant dum adhuc cõtra minima innitentes laborant: sed quia extrema nõ valẽt vincere: de precipuis actibus nõ audeãt superbire. Ecce bone vir reprehensionis mee necessitate cõpulsus: dũ mõstrare qualis esse debeat pastor/inuigilo: pulchrum depingẽ hominem pictor fedus: aliosq; ad perfectionis littus dirigo qui adhuc in delictorum fluctibus versor. Sed in huius quesovite naufragio orationis tue me tabula sustine: vt quia pondus propium me deprimit: tui M me meriti manus leuet. LAUS DEO.

Tabula Summariorum.

¶ Incipit tabula capitulorum libri pastoralis beati Gregorij pape. Et primo Sũmaria prime partis.

Incipit dialogus beati Gregorij pape eiusq; diaconi Petri in quattuor libros diuisus. De vita et miraculis patrū italicorum: et de eternitate animarum.

A

Quadā die nimijs quorundā secularium tumultibus depressus: quib⁹ in suis negocijs plerūq; cogimur soluere etiā qđ nos certū est nō debere: secretū locū petij amicū merori: vbi omne qđ de mea mihi occupatiōe displicebat se patēter ostēderet: ⁊ cūcta q̄ infligere dolorē cōsueuerāt: cōgesta ante oculos licēter venirēt. Ibi itaq; cū afflict⁹ valde ⁊ diu tacit⁹ sederē: dilectissimus fili⁹ meus Petrus diaconus affuit: qui mihi a primeuo iuuētutis flore in amicitijs familiariter obstrict⁹ est: atq; ad sacri verbi īdagationē socius. Qui graui excoqui cordis languore me intuens ait. Nunquid noui tibi aliqđ accidit q̄ pl⁹ te solito meror tenet? Cui iquā. Meror petre: quē quotidie patior/et semp mihi p vsum vetus est: ⁊ semp per augmētum nouus. Infelix quippe animus meus occupationis sue pulsat⁹ vulnere: meminit qualis aliqū ī monasterio fuit: quomō ei labētia cūcta subtererant: quātum rebus omnibus que voluūtur eminebat: q̄ nulla nisi celestia cogitare cōsueuerat: q̄ etiā retent⁹ corpore: ipsa iam carnis claustra contēplatione transibat: q̄ mortem quoq; que pene/cunctis pena est: videlicet vt ingressum vite/⁊ laboris sui premiū amabat.

Anim⁹ in vita monastica qūt⁹.

B

At nunc ex occasione cure pastoralis seculariū hominū negocia patit: ⁊ post tam pulchram quietis sue speciem terreni actus puluere fedatur. Cumq; se pro condescensione multorum ad exteriora sparserit: etiā cū interiora appetit: adhuc pcul dubio minor redit. Perpēdo itaq; quid tolero: perpendo quid amisi. Dumq; intueor illud quod perdidi: fit hoc grauī⁹ quod porto. Ecce etenim nunc magni maris fluctib⁹ quatior: atq; ī naui mētis tēpestatis valide pcellis illidor. Et cū prioris vite recolo quasi post tergū ductis oculis viso littore suspiro. Quodq; adhuc grauius est: dum immēsis fluctibus turbatus feror: vix iam portū videre valeo quē reliqui: qr ⁊ ita sunt casus mentis: vt prius quidē perdat bonū quod tenuit: si tñ se perdidisse meminerit. Cūq; lōgius recesserit: etiā boni ipsius qđ perdiderat obliuiscitur: itaq; vt post neq; per memoriam quidē videat: quod prius per actionem tenebat. Unde hoc agit qđ premisi: qr cum nauigamus lōgius/ tam nec portum quiete quē reliquim⁹/videm⁹. Nonnunq; vero ad augmētum mei doloris adiūgitur: q̄ quorūdam vita (qui presens seculum tota mēte reliquerunt) mihi ad memoriam reuocatur. Quorum dum culmen aspicio: quātum ipse in infimis iaceā agnosco: quorum plurimi conditori suo in secretiori vita placuerūt: qui ne per humanos actus a nouitate mentis veterascerēt/eos omnipotēs deus huius mundi laborib⁹ noluit occupari. Sed que iam prolata sunt melius insinuo: si ea q̄ per inquisitionē ac responsionē dicēda sunt: solis nominum prenotatione distinguo. Petrus.

Animi inquietudo secularib⁹ negocijs occupati.

C

Non valde in Italia quorūdam vitam virtutibus fulsisse cognoui: ex quorū igit̄ cōparatione accēderis ignoro. Equidē bonos viros in hac terra fuisse nō dubito: signa tamē atq; virtutes aut ab eis nequaq̄ facta existimo: aut ita sunt hactenus silētio suppressa vt vtrū ne sint facta nesciamus. Grego.

Si solis petre referā que de perfectis probatisq; viris vnus ego homūcio: vel bonis ac fidelib⁹ viris attestātibus agnoui: vel p memetipsum didici: dies (vt opinor) antea; sermo cessabit. Petrus.

Uellem quercēti mihi de eis aliqua narrares. Neq; hac pro re interrūpere expositiōis studium graue videatur: quia non dispar edificatio oritur ex memoria virtutum. In expositione quippe q̄liter inueniendi atq; tenenda sit virtus agnoscim⁹ in narratione vero signorum cognoscimus inuēta ac retēta qualiter declaratur. Et sunt nōnulli quos ad amorem patrie celestis plus exempla q̄ predicamenta succēdunt. Fit vero plerūq; in audientis animo duplex adiutorium in exemplis patrum: quia et ad amorem venture vite ex precedentium cōparatione accenditur: etiam si se esse aliquid existimat/dū meliora de alijs cognouerit/humiliatur. Gregorius.

Attende.

D

Ea que mihi sunt virorum venerabiliū narratione comperta: incunctanter narro sancte auctoritatis exemplo: cū mihi luce clarius constet: q̄ Lucas ⁊ Marcus euangelium quod scripserunt non visu sed auditu didicerit. Sed vt dubitationis occasionem legentibus subtraham: per singula que describo: quibus hec narrantibus mihi comperta sint manifestabo. Hoc vero scire te cupio: quia in quibusdā sensum solūmodo: in quibusdam vero ⁊ verba cum sensu teneo: quia si de personis omnibus ipsa specialiter verba tenere voluissem: hoc rusticano vsu prolata stilus scribentis non apte susciperet. Seniorum valde venerabilium didici relatione quod narro.

De Honorato abbate monasterij Fundēsis. Cap. j.

Uenancij quondam patricij in samnij partibus villa fuit in qua colonus ei⁹ filium Honoratum nomine habuit. Qui ab annis puerilibus ad amorem celestis patrie per abstinentiā exarsit. Cūq; tam magna cōuersatione polleret: seq; iam ab otioso quoq; sermone restringeret: multūq; (vt prefatus sum) per abstinētiam carnem domaret: die quadam parentes eius vicinis suis conuiuium fecerunt: in quo ad vescendum carnes parate sunt: quas dum ille ad esum contingere per abstinentie amorem recusaret: ceperunt eum parentes eius irridere: ac dicere. Comede: nunquid piscem in his montibus tibi allaturi sumus? Illo vero in loco pisces audiri consueuerant: nō videri. Sed cum his sermonibus Honoratus irrideretur: repente in cōuiuio aqua ad ministerium defuit: et cū situla lignea (sicut illic moris est) mancipium ad fontē perrexit. Dūq; hauriret aquā: piscis situlam intrauit. Reuersumq; mancipium ante ora discumbētium piscem cum aqua fudit: qui ad totius diei victum potuisset honorato sufficere. Mirati sūt oēs: totaq; illa parētū irrisio cessauit. Ceperuntq; in Honorato venerari abstinētiā: quā ante deridebāt: sicq; a dei hoie irrisiōis detersit opprobria piscis allatus de fonte. Qui cum magnis virtutibus cresceret a predicto dño suo libertate donatus est: atq; in eo loco qui Fūdis ✝ dicitur/monasteriū cōstruxit: in quo ducētorum ferme monachorū pater extitit: sibiq; vita illi⁹ circūquaq; exempla eximie conuersationis dedit. Nā quodam die ex eo monte qui eius monasterio in excelso preminet: ingētis saxi moles eruta est: que per decursū montis latus veniēs totius ruinam celle: omniūq; fratrum interitum minabatur. Quā cum venientē desup vir sanctus vidisset: frequenti voce nomen christi inuocans/extensa mox dextera signū ei crucis opposuit: eāq; in ipso decliui montis latere cadētem fixit: sicut religiosus vir Laurentius perhibet. Et quia locus ei non fuerat quo inhereret potuisset: aspicitur ita/ vt nunc vsq; montē cernentibus: casura pendere videatur. Petrus.

Honorati abstinētia.

E

Piscis monitu⁹ honorati.

Fūdis ✝ Fundis monasterium.

Laurēti⁹

F

Putamus hoc: iam egregius vir vt post magister discipulorū fieret: prius habuit magistrū. Grego.

Non quē hunc fuisse cuiusq; discipulum audiui: sed lege non constringitur sancti spirit⁹ donum. Usus quidē recte conuersationis est: vt preesse nō audeat/qui subesse non didicerit: nec obedientiam subiectis imperet: quā prelatis nō nouit exhibere. Sed tñ sunt nōnulli qui ita p magisteriū spirit⁹ intrinsecus docentur/vt etsi eis exterius humani magisterij disciplina desit: magisterij interni censura nō desit. Quorum tamē libertas vite ab infirmis in exēplū nō est trahēda: ne dū se quisq; similiter sancto spiritu impletū presumit: discipulus hois esse despiciat: ⁊ magister erroris fiat. Mens aūt q̄ diuino spiritu implet/ habet euidētissima signa sua. virtutes. s. ⁊ humilitatē: que si vtraq; pfecte in vna mēte cōueniūt: liquet q̄ de p̄sentia sancti spūs testimoniū ferat. Sic quippe etiā Joannes baptista magistrū habuisse nō legitur: neq; ipsa veritas que corporali presentia apostolos docuit/eū corporaliter inter discipulos aggregauit. Sed quē intrinsecus docebat: extrinsecus quasi in sua libertate reliquerat. Sic Moyses in eremo edoctus mandatum ab angelo didicit: quod per

Magisterium spirit⁹ quid hēt.

Magistri necessarij sunt infirmis.

Joannes baptista magrm nō habuit.

Moyses caruit magistro.

G

hominẽ non cognouit: sed hec (vt predirimus) infirmis
veneranda sunt/ non imitanda. Petrus.

PLacet quod dicis: sed peto vt mihi dicas: si tãtus
hic pater aliquẽ sui imitatorẽ discipulũ reliquit.

¶ De Libertino pposito eiusdẽ mõasterij. Ca. ij. Greg.

VIr reuerẽtissim⁹ Libertin⁹ qui tẽpore To-
tile regis gothoꝝ eiusdẽ fũdãcis monasterij
prepositꝰ fuit: discipulatu illiꝰ puersat⁹ atq3
erudit⁹ est. De quo q̃uis ãtutes multas plurimoꝝ nar
ratio certa vulgauerit/ predict⁹ tamẽ Laurẽti⁹ religio-
sus vir qui nunc supest: et ipso in tẽpore familiarissim⁹
fuit: multa mihi dicere de illo cõsueuit: ex quib⁹ ea que
recolo paucis narrabo.

IN eadẽ pulcia sãnnij (quã supra memoraui)
idẽ vir pro vtilitate monasterij carpebat iter.
Dũ darida gothoꝝ dux cũ exercitu in loco eo-
dẽ venisset: dei seru⁹ ex caballo quo sedebat ab hoib⁹ ei⁹
proiectus est. Qui iumenti perditi dãna libenter ferẽs/
etiã flagellũ quod tenebat diripientib⁹ obtulit dicens.
Tollite vt habeatis qualit hoc iumẽtũ minare valeatis.
Quibus dictis ptinus se in oratione dedit. Cursu autẽ
rapido pdicti ducis exercit⁹ puenit ad fluuiũ qui voca
tur vulteran⁹: ibiq3 eq̃s suos ceperunt singuli hastis tũ-
dere: et calcarib⁹ cruentare: sed tñ eq̃ verberib⁹ cesi: calcar-
rib⁹ cruẽtati fatigari poterãt: moueri nõ poterant: sicq3
aquã fluminis tãgere qsi mortale pcipitiũ ptimescebãt.
Cũq3 diu cedẽdo sessores singuli fatigarent: vnus eoꝝ
intulit/ q3 ex culpa quã seruo dei in via fecerant/ illa sui
itineris dispendia tolerabãt. Qui statim reuersi post se
libertinũ repererunt in oratione pstratũ. Cui cũ dicerẽt:
surge tolle caballũ tuũ: ille respõdit. Ite cum bono/ ego
caballi opus nõ habeo. Descẽdẽtes vero inuitũ eũ in ca-
ballũ de quo deposuerãt leuauerunt: et ptinus abscesse-
rũt. Quoꝝ equi tãto cursu illõ qd pri⁹ nõ poterãt trãsire
flumẽ transierũt: ac si ille fluminis alueus aquã minime
haberet. Sicq3 factũ est: vt cũ seruo dei vnus caballus
redditur: omnes a singulis reciperentur.

Liberti-
ni patien-
tia.

Caballus
libertino
restituit.

EOdem vero tpe in cãpanie partib⁹ bucellin⁹
cũ francis venit. De monasterio vero pfati vi-
ri famuli dei rumor exierat q3 pecunias multas
haberet. Ingressi oratoriũ franci ceperũt seuiẽtes liber
tinũ q̃rere: libertinũ clamare: vbi in oratiõe ille prostra-
tus iacebat. Mira valde res: querẽtes seuientesq3 fraci
ingredientes in ipso ipingebãt/ et ipm videre nõ poterãt/
sicq3 sua cecitate frustrati a mõasterio sũt vacui reuersi.

Liberti-
nus fran-
cis inui-
sibilis.

ALio quoq3 tẽpore p causa monasterij abba-
tis iussu qui Honorato ei⁹ magistro successe-
rat: rauẽnã pgebat. Pro amore vero eiusdẽ
venerabilis honorati quoꝰuq3 libertin⁹ ibat: ei⁹ semper
caligulã i sinu portare psueuerat. Itaq3 dũ pergeret ac-
cidit vt quedã mulier extincti filij corpusculum ferret.
Que dum seruũ dei fuisset intuita/ amore filij succẽsa iu-
mentũ suũ per frenũ tenuit: atq3 cũ iuramẽto dixit. Nul
laten⁹ recedes nisi filiũ meũ suscitaueris. At ille inusita
tũ habẽs tale miraculũ expauit petitionẽ illi⁹: iuramen
ta declinare mulieris voluit: sed nequaq̃ pualẽs dubita-
uit. Cõsiderare libet qle quãtũq3 in ei⁹ pectore certamen
fuerit. Ibi quippe pugnabat inter se humilitas puersa-
tiõis/ ac pietas matris: timor ne inusitata psumeret: do
lor ne orbate matri nõ subueniret: sed ad maiorẽ dei glo
riam vicit pietas illud pectus virtutis: qd ideo fuit va
lidũ q2 victũ: virtutis eni pectus non esset: si hoc pietas
nõ vicisset. Itaq3 descẽdit: genua flexit: ad celũ manus
terẽdit: caligulam de sinu ptulit: et super extincti pueri
corpus posuit. Quo orante aia pueri ad corpus rediit
quem manu comprehendit: ac flenti matri viuẽtem red
didit: atq3 iter quod ceperat peregit. Petrus.

I

Liberti-
n⁹ caligu-
la honora
ti puerum
mortuum
resuscitat

QUidnã hoc esse dicim⁹: virtutẽ tãti miraculi Ho-
norati egit meritũ: an petitio Libertini. Grego.

IN ostensione tam admirabilis signi cũ fide fe-
mine virtus puenit vtrorũq3: ideo libertinum
existimo ista potuisse: q2 plus didicerat de ma
gistri q̃ de sua virtute pfidere. Cui⁹ eni caligulã i pect⁹
extincti corpusculi posuit: eiꝰ nimirũ animã obtinere qd
petebat estimauit. Nã helis[e]us quoq3 magistri palliũ fe-
rens: atq3 ad iordanẽ veniens: pcussit semel: et aquã mini
me diuisit. Sed cũ repẽte diceret: vbi est deus helie etiã
nũc: pcussit fluuiũ magistri pallio: ac iter inter aquas fe-

iiij. Reg. ij.

cit. Perpẽdis petre quãtũ i exhibẽdis virtutib⁹ humi
litas valet: Tunc exhibere magistri meritum virtutem
potuit: quando magistri nomen ad memoriam reduxit.
Quia enim ad humilitatem sub magistro rediit: qd ma
gister fecerat/ et ipse fecit. Petrus.

R

IUbet quod dicis: sed queso te est ne aliquid aliud
quod adhuc de ipso ad nostram edificationẽ nar-
rare. Gregorius.

EST plane: sed si sit q̃ velit imitari. Ego eni vir
tutem patientie tanti patris signis et miracu
lis maiorẽ credo. Quadã nãq3 die is qui post
venerabilis Honorati exitũ/ monasterij regimen tene-
bat/ contra eundẽ venerabilẽ Libertinũ in grauẽ iracũ
dia exarsit: ita vt eũ manibus cederet. Et q2 virgã qua
eũ ferire posset minime inuenit: cõprehenso scabello sup
pedaneo faciẽ ei ac caput tutudit: totũq3 illius vultum
tumentẽ ac liuidũ reddidit. Qui vehementer cesus ad
stratũ pprium tacitus recessit. Die vero altera erat pro
vtilitate monasterij causa pstituta. Expletis igit hym-
nis matutinalibus libertinus ad lectum abbatis venit:
oronẽ sibi humilit petiit. Sciẽs vero ille quãtũ a cũctis
honoraret: quãtũq3 diligeret: pro iniuria quã ei ingesse-
rat: recedere eum a monasterio velle putabat: atq3 requi-
uit dicens. Ubi vis ire? Cui ille rñdit. Monasterij cau-
sa cõstituta est pater: quã declinare nequeo: quia hesterno
die me hodie iturũ pmisi: illuc ire disposui. Tunc ille a
fundo cordis cõsiderãs asperitatẽ et duritiã suã: humili
tatem ac mansuetudinẽ libertini: ex lecto psiliit: pedes
libertini tenuit: se peccasse: seq3 reũ esse testat⁹ est: q̃ tãto
taliq3 viro tam crudelẽ facere ptumeliã presũpsisset. At
contra libertinus sese in terrã psternẽs: eiusq3 pedibus
prouolutus: sue culpe non illius seuitie fuisse referebat
qd pertulerat. Sicq3 actũ est vt ad magnã mansuetudi-
nem duceret pater: et humilitas discipli magistra fieret
magistri. Cumq3 pro vtilitate monasterij ad cõstitutio-
nem cause egressus fuisset: multi viri noti ac nobiles qui
eũ valde honorabãt/ vehemẽter admirati: solliciti req̃-
rebant quidnã hoc esset q3 tam tumẽtem ac liuidã habe
ret faciẽ. Quib⁹ ille dicebat: hesterno die sero peccatis
meis exigentib⁹ in scabello suppedaneo ipegi: atq3 hoc
pertuli. Sicq3 vir sanctus seruans in pectore honorẽ ve-
ritatis et magistri: nec patris prodebat vitiũ: nec falsita-
tis incurrit peccatum. Petrus.

Liberti-
ni mira pa
tientia.

L

Liberti-
ni mode-
stũ rñsum.

PUtasne vir iste venerabilis libertin⁹ (de quo
tot signa et miracula retulisti) in tam ampla
cõgregatione imitatores suos in virtutibus
non reliquit?

¶ De hortulano mõacho mõasterij eiusdẽ. Ca. iij. Gre.

FElix qui appellabatur curuus: quẽ ipse bene
nosti: qui eiusdẽ monasterij nup prepositus
fuerat: multa mihi de fratribus eiusdẽ mona-
sterij admiranda narrabat. Ex qbus aliqua que ad me
moriã veniunt suppono: q2 ad alia festino. Sed vnũ dicã
qd ab eo narratũ preterrundũ nullo modo estimo.

IN eodẽ monasterio quidã magne vite mona-
chus erat hortulanus. Fur vero venire cõsue-
uerat: et p sepẽ ascendere/ et occulte olera aufer
re. Cũq3 ille multa plantaret q̃ minus inueniret: et alia pe-
dibus cõculcata: alia direpta cõspiceret: totũ hortũ cir-
cuiens: inuenit iter vnde fur venire cõsueuerat. Qui in
eodẽ horto deambulans: reperit etiã serpẽtem: cui pcipi-
ens dixit. Sequere me: atq3 ad aditũ furis perueniẽs
imperauit serpenti dicẽs. In noĩe Iesu precipio tibi vt
aditũ istũ custodias: ac furẽ huc ingredi nõ permittas.
Protinus serpens totũ se in itinere in trãsuersum teten
dit: et ad cellã monach⁹ rediit. Cũq3 meridiano tẽpore
cuncti fratres quiescerẽt/ more solito fur aduenit: ascen
dit sepem. Et cũ in hortũ pedẽ poneret: vidit subito q3
extẽsus serpẽs clausisset viã: et tremefact⁹ post semetipm
cecidit: eiusq3 pes per calciamentũ in sude sepis inhesit
sicq3 dũ hortulan⁹ rediret: deorsum capite pependit. Cõ
sueta hora venit hortulanus: pendentẽ in sepe furem re-
perit: et serpẽti dixit. Gratias deo: ipleti qd iussi: recede
modo. Qui stati abscessit. Ad furem vero perueniens ait.
Quid est frater? tradidit te mihi deus: quare in labore
monachoꝝ furtũ totiens facere presũpsisti? Qui hec di-
cẽs pedẽ illi⁹ a sepe in q̃ inheserat soluit/ eũq3 sine lesiõe
deposuit. Cui dixit. Seq̃re me. Quẽ sequẽtem duxit ad

D

Serpens
horti cu-
stos.

Fur mira
culose de-
prehẽsus.

A

horti aditū: et olera q̄ furto appetebat auferre ei cū ma-
gna dulcedine ꝓhibuit dicēs. Uade: et post hoc furtū nō fa
cias: sed cū necesse habes huc ad me ingredere: et q̄ tu cū
pctō laborabas tollere: ego tibi deuotꝰ dabo. Petrus.

Nunc vsq̄ vt inuenio: incassū ego non fuisse patres in italia/qui signa facerent: estimabam.

¶ De equitio abbate ꝓuincie valerie. Ca. iiij. Grego.

Balneum ciceronis monasteriū.

Fortunati viri venerabilis abbatis monasterij/qđ appellat̄ balneum ciceronis: aliorūq̄ etiā viroꝝ venerabiliū didici relatiōe quod narro. Uir sanctissimus equitiꝰ nōie in valerie ꝓuincie partibꝰ ꝓ vite sue merito apud oēs illic magne admirationis habebat̄: cui fortunatꝰ idē familiariter notꝰ fuit. Qui nimirū equitiꝰ pro sue magnitudine sctītatis multoꝝ in eadē ꝓuincia monasterioꝝ pater extitit. Hunc cū iuuentutis sue tēpore acri certamine carnis incētiua fatigarēt: ipse sue tentatiōis angustie eū ad orationis studiū solertiorē fecerunt. Cūq̄ hac in re ab oīpotenti deo

Uisio de eunuchizatiōe eqtij.

remediū ꝑtinuis ꝓcibꝰ q̄reret: nocte quadā assistente angelo eunuchisari se vidit: eiusq̄ visioni apparuit q̄ oēm motū ex genitalibus eius mēbris abscideret: atq̄ ex eo tēpore ita alienꝰ extitit a tentatione: ac si sexū non haberet in corpore. Qua virtute fretus ex oīpotētis dei auxilio vt viris ante preerat/ita cepit postmodū etiam feminis preesse: nec tamē discipulos suos admonere cessabat/ne se eius exēplo in hac re facile crederent: et casuri non tentarent donum quod non accepissent.

De basilio magico.

Eo autē tēpore quo malefici in hac sūt Romana vrbe dephēsi: basilius (q̄ in magicis opibꝰ primus fuit) in monachico habitu valeriā fugiēs petijt. Qui ad virū reuerētissimū castoriū amiterne ciuitatis epm pergēs: petijt ab eo vt eū eqtio abbati cōmitteret: ac sanandū monasterio illius commēdaret. Tunc ad monasteriū venit eps: secūq̄ basiliū monachū deduxit: et eqtiū dei famulū rogauit vt eundē monachū in ꝯgregatiōnē susciperet. Quē statī vir sanctꝰ intuens

B

Basilius sub habitu monachi diabolus esse ab eqtio cernitur.

ait. Hunc quē mihi cōmendas pater: ego non video monachū esse: s; diabolū. Cui ille rñdit. Occasionē q̄rere nō debeas ꝓstare qđ peto. Ad quē mox dei famulus dixit. Ego quidē hoc eū esse denūcio qđ video: ne tū nolle me obedire existimes: facio qđ iubes. Susceptꝰ itaq̄ in monasterio est. Post nō multos vero dies idē dei famulus pro exhortādis ad desideria superna fidelibꝰ paulo longiꝰ a cella digressꝰ est. Quo discedēte ꝯtigit vt i mōasterio virginū i quo eiusdē patris cura vigilabat: vna ex his q̄ iuxta carnis huiꝰ putredinē speciosa videbat̄ febricitare inciperet: et vehementer anxiari: magnisq̄ vocibꝰ cū stridore clamare. Modo moritura sū nisi basiliꝰ monachus veniat: et ipse mihi ꝑ sue curationis studiū salutem reddat. Sed in tāti pr̄is absentia accedere quispiā monachoꝝ i ꝯgregatiōnē virginū nō audebat: quāto minꝰ ille q̄ nouus aduenerat: eiusq̄ adhuc vitā ꝯgregatio fratrū nesciebat. Missū repente est: et dei famulo eqtio nunciatū: q̄ sanctimonialis illa immensis febribus estuaret: et Basilij monachi visitationē anxie q̄reret: q̄ audito vir sanctꝰ dedignando subrisit: atq̄ ait. Nunquid nā dixi q̄ diabolꝰ est iste nō monachus: ite et eū de cella expellite.

C

Uirgo febricitans sine remedio curata.

De ancilla aūt dei q̄ anxietate febriū vrget̄/nolite eē solliciti: q̄ ex hac hora neq̄ febribꝰ laboratura est: neq̄ basiliū q̄situra. Regressus est monachꝰ: et ea hora saluti restitutā dei virginē agnouit/qua eandē salutē illiꝰ dei famulus eqtius longe positus nūciauit: in virtute. Imitaculi: exēpliū tenēs magistri/q̄ inuitatꝰ ad filiū reguli eū solo vbo restituit saluti: vt reuertēs pat̄ hora filiū restitutū vite cognosceret: qua vitā illiꝰ ex ore veritatis audisset. Oēs aūt monachi iussionē pr̄is sui iplentes eūdē Basiliū ex monasterij habitatiōe repulerūt. Qui repulsus dixit frequēter se cellā eqtij magicis artibus i aera suspendisse: nec tamē eius quēpiam ledere potuisse. Qui nō post longum tēpus in hac Romana vrbe exardescente zelo christiani populi/igne crematus est.

Basilius rome crematus est.

Quadā vero die vna dei famula ex eodē monasterio virginū hortū ingressa est: q̄ lactucā cōspiciēs cōcupiuit: eāq̄ signo crucis bñdicere oblita: auide momordit: s; arrepta a diabolo ꝓtinꝰ cecidit. Cūq̄ vexaret̄: eidē pr̄i eqtio sub celeritate nūciatū

Monialis obsessa ꝑ

est vt veniret cōcitꝰ: et orādo succurreret. Moxq̄ hortū idē pat̄ vt ingressus est: cepit ex eiꝰ ore q̄si satisfaciēs ipse qui hāc arripuerat diabolꝰ clamare dicēs. Ego quid feci: ego quid feci? Sedebam ibi sup lactucā: venit illa/et momordit me. Cui cū indignatiōe vir dei ꝓcepit vt discederet: et locū in oīpotētis dei famula nō haberet. Qui protinus abscessit: nec eam vltra cōtingere preualuit.

equitium liberatur.

D

Quidā vero Felix nōie mirsie ꝓuincie nobilis: pat̄ huiꝰ castorij q̄ nunc nobiscū in Romana vrbe demorat̄: cū eundē venerabilē virū Eqtiū sacrū ordinē nō habere cōspiceret: et ꝑ singula discurrere/atq̄ studiose ꝓdicare: eū quadā die familiaritatis ausu adijt dicens. Qui sacrū ordinē nō habes: atq̄ a romano pontifice sub quo degis ꝓdicationis licentiā non accepisti/ꝓdicare quomō ꝓsumis? q̄ eiꝰ inq̄sitiōe cōpulsus vir sanctꝰ indicauit ꝓdicationis licentiā q̄liter accepit: dicēs. Ea q̄ mihi loq̄ris: ego quoq̄ tecū ipse pertracto. Sed quadā nocte speciosus mihi per visionē iuuenis astitit: atq̄ in lingua mea medicinale ferramentū. i. flebotomiū posuit dicens. Ecce posui verba mea in ore tuo: egredere ad predicādum. Atq̄ ex illo die etiā cum voluero: de deo tacere non possum. Petrus.

Licentia ꝓdicandi equitij sine sacris ordinibꝰ.

Uellem etiam patris huius opus agnoscere: q̄ fertur talia dona a deo percepisse. Gregorius.

Opus petre ex dono est: nō donū ex opere: alioquin gratia iā nō est gratia. Omne quippe opꝰ dona preuenit/q̄uis ex subsequēti opere ipsa etiā dona succrescāt. Ne tñ vite eius cognitione fraude ris: bene hanc reuerentissimꝰ vir albinꝰ reatine antistes ecclie cognouit: et adhuc supsūt multi q̄ scire potuerūt. Sed qđ plus q̄ris operis: q̄ cōcordabat vite mūdities cū studio ꝓdicationis? Tantus q̄ppe illū feruor ad colligendas deo aīas accenderat: vt sic monasterijs preesset/quatenꝰ per ecclesias: per castra: per vicos: per singuloꝝ quoq̄ fideliū domos circūquaq̄ discurreret: et corda audiētiū ad amorem patrie celestis excitaret.

Equitij vita.

E

Equitiꝰ viles ferebat vestes.

Erat vero valde vilis in vestibꝰ: atq̄ ita despectꝰ vt si quis illū fortasse nesciret: salutatus etiam resalutare despiceret: et quotiens alia tendebat ad loca/iumēto sedere cōsueuerat: qđ esse despectabilius omnibus iumētis in sella posuisset: in quo etiā capistro ꝓ freno: et veruecū pellibus pro sella vtebat̄. Per semetipsm sacros codices in pelliceis sacculis missos dextro leuoq̄ portabat latere: vt q̄cūq̄ peruenisset: scripturarū aperiebat fontē/et rigabat prata mentiū.

Eqtij eqtādi modus.

Huiꝰ quoq̄ opinio predicationis ad Romane vrbis notitiā peruenit: atq̄ vt est lingua adulantium auditoris sui animū amplectendū necans: eo tempore clerici huiꝰ apostolice sedis antistiti adulādo questi sunt dicentes. Quis est iste vir rusticus/qui auctoritatem sibi predicatiōis arripuit: et officiū apostolici nostri dn̄i sibimet indoctus vsurpare presumit? Mittatur ergo si placet qui huc eū exhibeat: vt qđ sit ecclesiasticꝰ rigor agnoscat.

Equitiū adulatores accusant.

Sicut aūt moris est vt occupato in multis aīo adulatio valde subrepat si ab ipso cordis ostio nequaq̄ fuerit citius repulsa: suadentibus clericis consensum pontifex prebuit vt ad Romanā vrbem duci debuisset: et quenā sua esset mensura cognosceret. Julianū tamen tunc defensorem mittens qui Sabinensi ecclesie postmodū in episcopatu prefuit; hoc precepit: vt eū magno cū honore deduceret: ne quicq̄ dei famulus ex ꝑuētione eadem iniuriam sentiret.

F

Qui parere de eo clericorum votis cōcitus volens festine ad eius monasterium cucurrit: ibiq̄ absente illo antiquarios scribentes reperit: vbi abbas esset requisiuit. Qui dixerūt. In valle hac q̄ monasterio subiacet/fenū secat. Idem vero Julianꝰ superbum valde atq̄ contumacē puerū habuit: cui vix poterat vel ipse dn̄ari. Hunc ergo misit vt ipsum ad se sub celeritate perduceret.

Equitius fenū secabat.

Perrexit puer: et ꝓtervo spiritu pratum velociter ingressus: homines q̄ illic inueniens fenū secantes: requisiuit quisnam esset Equitius. Moxq̄ vt audiuit quis esset: eum adhuc longe positus aspexit et immenso timore correptus cepit timere/lacescere: seq̄ ipsum nutāti gressu vix portare posse: qui tremēs ad dei hominē peruenit: atq̄ geniis humiliter submissus eius genua deosculans strinxit: suūq̄ dñm ei occurrisse nunciauit. Cui resalutato dei famulꝰ ꝓcepit dicēs. Leua fenū viride: porta pabulum iumentis in quibꝰ venistis. ecce ego (quia parum superest) opere expleto te subsequor. Is autem qui missus fuerat Julianus defensor mirabātur valde quidnā esset q̄ redire morarentur puer. Cumq̄

G

reuertentē puerū cōspicit: atq̄ in collo fenū ex prato deferentē: vehementer iratus cepit clamare dicēs. Quid est hoc: ego te misi hoīem deducere non fenū portare. Cui puer rn̄dit. Quē q̄ris: ecce subsequit. Et ecce vir dei clauatis calciat⁹ caligis falcem fenariam in collo deferēs veniebat. Quē adhuc longe positū puer suo dn̄o q̄ ipse esset quē q̄reret / indicauit. Idē vero Iulian⁹ repente vt vidit dei famulū / ex ipso habitu despexit: eiq̄ qualiter deberet alloq̄ ꝓteruia mente ꝑparabat. Mox vero vt seru⁹ dei comin⁹ affuit: eiusdē Iuliani animū itolerabilis pauor iuasit / ita vt tremeret: atq̄ ad isinuandū hoc ipm ꝑ quo venerat: vix sufficere ligua potuisset. Qui humiliato mox spū ad ei⁹ genua cucurrit: oratione ꝑ se fieri petijt: q̄ pat ei⁹ apostolic⁹ pōtifex eū videre vellet idicauit. Uir aūt venerādus Eqti⁹ cepit imēsas grās olpotenti deo agere: asserēs q̄ se ꝑ sūmū pontificē gr̄a supna visitasset. Illico vocauit fratres: ꝑcepit hora eadē iumēta ꝑparari: atq̄ executorē suū cepit vehement vrgere vt cito abire debuisset. Cui Iulian⁹ ait. Hoc fieri nullatenus pōt: q̄ lassat⁹ ex itinere hodie nō valeo abire. Tunc ille rn̄dit. Cōtristas me fili: q̄ si hodierna die nō egredimur: iā crastina nō exiem⁹. Dei itaq̄ famul⁹ executoris sui lassitudine coact⁹ i monasterio suo eadē nocte demorat⁹ est. Sequēti vero die sub ipo lucis crepusculo vehement equo in cursu fatigato ad Iulianū puer cū epistola ꝑuenit: in qua ꝑceptū est ei ne seruū dei cōtingere vel mouere de monasterio auderet. Quē cū ille reqreret cur sentētia esset mutata: cognouit q̄ nocte eadē i qua ipse executor illuc missus ē / ꝑ visū pōtifex fuerat vehemēter exterrit⁹: cur ad exhibēdū dei hoiem mittere ꝑsūpsisset. Qui ꝓtin⁹ surrexit: seq̄ venerādi viri cōmēdās orationib⁹ ait. Rogat pater nr̄ ne fatigari debeatis. Cūq̄ hoc dei famul⁹ audiret: ꝯtristat⁹ ait. Nunq̄d nō die hesterno dixi tibi: q̄si statī nō ꝑgerem⁹: iā ꝑgere minime liceret. Tūc ꝑ charitat̄ exhibitiōe aliquātulū executorē suū in cella detinuit: ei q̄ ꝓ labore sui cōmodū coacto renitēti q̄ dedit. Cognosce igit Petre i quāta dei custodia sunt q̄ in hac vita seipsos despicere nouerūt: cū quib⁹ int⁹ ciuibus in honore numerant / q̄ despecti foris hoib⁹ esse non erubescūt: q̄ ꝯ cōtra in dei oculis nō iacēt / q̄ apud suos ꝯ ꝓximorū oculos ꝑ inanis glie appetitū tumēt. Unde ꝯ quibusdā veritas dicit. Uos estis q̄ iustificati vos corā hoib⁹: deus autē nouit corda vestra: q̄ q̄d hoib⁹ altū est / abominabile est ante deum.

Clauatis calciatus erat caligis.

B

Luce. xvj

Petrus.

Miror valde q̄ de tali viro surripi pontifici tanto potuerit.

Gregorius.

Fateor placet quod dicis: sed quia prolati testimonij clausa reserasti: queso vt de vita iusti debeas ea que sunt inchoata percurrere.

De vitro fracto per signū crucis. Cap. iij. Gregori⁹.

Recedēte igitur tētatiōne vir dei quasi spinis erutis exculta terra de virtutū segete feraci⁹ fructus dedit, p̄conio itaq̄ eximie p̄uersatiōnis celebre nomen eius habebat. Non longe autē monasteriū fuit: cuius cōgregationis pater defunct⁹ est: omisq̄ ex illo cōgregatio ad eundē venerabilē Benedictū venit: et magnis precibus vt eis p̄esse deberet petijt. Qui diu negādo distulit: suis illorūq̄ fratrū morib⁹ se cōuenire nō posse predixit: sed victus quādoq̄ precib⁹ assensum dedit. Cūq̄ in eodē monasterio regularis vite custodiā teneret: nullisq̄ vt prius per actus illicitos in dexterā leuāq̄ partē deflectere a cōuersationis itinere liceret: suscepti fratres insane seuiētes semetipsos prius accusare ceperūt: q̄ hunc sibi preesse poposcerāt: quorū scilicet tortitudo i norma ei⁹ rectitudinis offendebat. Cūq̄ sibi sub eo conspicerēt illicita nō licere: et se dolerent vsitata relinquere: durūq̄ esset q̄ in mente veteri cogebantur noua meditari: et quia grauis est semp prauis moribus vita bonorū: tractare de eius morte aliqui conati sunt: qui inito consilio venenū vino miscuerūt. Et cum vas vitreū in quo ille pestifer potus habebatur: recūbēte patre ex more monasterij ad benedicendū fuisset allatū / extēsa manu Benedictus signū crucis edidit: et vas qd longius tenebatur eodē signo rupit: sicq̄ confractū est ac si in illo vase mortis / p̄ cruce lapidē dedisset. Intellexit protinus vir dei quia potū mortis habuerat: qd portare non potuit signū vite: atq̄ illico surgens mente trāquilla cōuocatis fratribus / allocutus est eos dicens. Misereatur vestri fratres oīpotēs deus: quare in me facere ista voluistis? Nūquid non prius dixi vobis: q̄ vestris ac meis moribus minime conueniret? Ite et iuxta vestros mores patrē vobis querite: q̄ posthac me habere minime potestis. Tuncq̄ ad locū dilecte solitudinis redijt: et solus in superni spectatoris oculis habitauit secum.

Bñdict⁹ abbas effectus.

b

Bñdict⁹ vitrū venenatum signo crucis fregit.

Bñdict⁹ relicta abbatia solitudinē repetijt.

Petrus.

Minus patenter intelligo: quidnam sic habitauit secum. Gregorius.

Si sanctus vir cōtra se vnanimiter conspirantes: suaeq̄ cōuersationi longe dissimiles: coact⁹ diu sub se tenere voluisset: fortasse sui vigoris vsum / et modū tranquillitatis abscinderet: atq̄ a contēplatiōis lumine sue mētis oculū declinasset. Dūq̄ quotidie illorū correptione fatigatus minus curaret sua: et se fortassan relinqueret / et illos nō inueniret. Nam quotiens p cogitationis motū nimiū extra nos ducimur: et nos sumus / et nobiscū non sumus: q̄ nosmetipsos minime videntes per alia vagamur. An illū secū fuisse dicim⁹ qui in longinquā regionē abijt: portionē quā acceperat consumpsit: vni in ea ciuiū adhesit: porcos pauit: quos cū manducare videret siliquas et esuriret: tū cū postmodū cepit cogitare que perdidit: scriptum de illo est: in se reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abūdāt panibus? Si igitur secū fuit: vnde ad se redijt? Hunc ergo venerabilē virum secū habitasse dixerim: q̄ in sua semper custodia circūspect⁹ ante oculos cōditoris semper aspiciens: se semper examinans: extra se mentis sue oculum non diuulgauit. Petrus.

I

Luce. xv.

Quid ergo quod de aplo Petro scriptū est qui de carcere ab āgelo eductus fuisset: qui ad se reuersus dixit. Nūc scio vere: quia misit dn̄s angelū suū: et eripuit me de manu herodis / et de oīi expectatione plebis iudeorum? Gregorius.

Act. xij.

Duobus modis petre extra nos ducimur: qui aut per cogitationis lapsum sub nosmetipsos recedimus: aut per contēplationis gratiā super nosmetipsos leuamur. Ille itaq̄ qui porcos pauit: vagatione mentis et imunditie sub semetipsum cecidit. Iste vero quē angelus soluit eius mentē in extasim rapuit: extra se quidē: sed sup semetipsum fuit. Vterq̄ ergo ad se redijt: qm̄ et ille ab errore operis se collegit ad cor: et iste a cōtēplationis culmine ad hoc redijt / quod in intellectu cōi vt prius fuit. Venerabilis igitur Bñdictus in illa solitudine habitabat secū / inquātū se intra cogitationis claustra custodiuit: nā quotiensc̄unq̄ hūc cōtemplationis ardor in altum rapuit: se procul dubio sub se reliquit.

Duobus modis extra nos ducimur.

K

Petrus.

Placet quod dicis: sed queso respōdeas si deserere fratres debuit quos semel suscepit? Gregorius.

Vt ego petre existimo: ibi adunati equanimiter portādi sunt mali / vbi inueniūtur aliqui q̄ adiuuētur boni. Nā vbi oīmodo de bonis fructus deest: fit aliqñ de malis labor vacuus: maxime si e vicino cause suppetāt que fructū deo ferre valeant meliorē. Vir itaq̄ sctūs propter quē custodiendū staret: q̄ oēs vnanimiter se persequētes cerneret? Et sepe agitur in animo perfectoꝝ (qd silentio p̄tereundū nō est) vt cū laborē suū sine fructu esse considerēt: in locū aliū ad laborē cū fructu migrent. Vnde ille quoq̄ egregius p̄dicator qui dissolui cupit / et cū xp̄o esse: cui viuere xp̄s est et mori lucrū: qui passionū certamina nō solū ipse appetijt: sed ad tolerāda hec et alios accēdit: Damasci persecutionē passus vt posset euadere murū: funem sportāq̄ quesiuit: seq̄ latenter deponi voluit. Nūquid nō paulū mortē dicimus timuisse: quā se ipse p amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodē loco minorē sibi fructū adesse p̄spiceret: et graui labore ad laborē se alibi cū fructu seruauit. Fortis etenī p̄eliator dei teneri intra claustra noluit: certaminis cāpū quesiuit. Vnde idē quoq̄ venerabilis Benedictus si libenter audis citius agnoscis: quia non tantos ipse indociles deseruit: quantos in locis alijs a morte anime suscitauit. Petrus.

Bñdict⁹ an susceptū monasterium relinquere debuit.

Pauli fuga.

L

Ita est vt doces: et manifesta ratio prolatū cōgruū testimoniū declarat. Sed queso vt de vita tanti patris ad narrationis ordinē redeas. Gregorius.

Cum sanctus vir diu in eadē solitudine virtutibus / signisq̄ succresceret: multi ab eo in eodē loco ad oīpotentis dei sunt seruitiū congregati: ita vt illic duodecim monasteria cū oīpotentis Iesu christi dn̄i opitulatione cōstrueret: in q̄bus statutis patribus duodenos monachos deputauit: paucos vero secū retinuit: quos adhuc in sua presentia ab eis erudire iudicauit. Cepere etiā tūc ad eū romane vrbis nobiles et religiosi concurrere: suosq̄ ei filios oīpotenti deo nutriēdos dare. Tūc quo pro bone spei suas soboles. Euticiū / Maurū / Tertulli⁹ vero patricius Placidū tradidit: e quibus Maurus iunior cū bonis polleret moribus / magistri adiutor cepit existere. Placid⁹ vero puerilis adhuc indolis gerebat annos.

Bñdict⁹ xij. monasteria construxit.

Maur⁹ et Placid⁹ discipuli fuerūt benedicti.

De castigatione monachi vagi. Caplm. iiij.

In vno aūt ex eis monasterijs que circūquaq̄ cōstruxerat / quidā monachus erat: qui ad orationē stare nō poterat: sed mox vt se fratres ad studiū orationis inclinabāt / ipse egrediebatur foras: et mente vagā terrena aliqua et transitoria gerebat. Cūq̄ ab abbate suo sepius fuisset admonitus: ad virū dei ductus est: qui ipse quoq̄ stultitiā eius vehementer increpauit: et ad monasteriū reuersus vix duobus diebus viri dei admonitionē tenuit. Nā die tertia ad vsum propriū reuersus vagari tēpore oratiōis cepit. Quod cū seruo dei ab eodē monasterij patre quē cōstituerat / nunciatū fuisset: dixit. Ego venio: eūq̄ per memetipsum emēdo. Cūq̄ vir dei venisset ad monasteriū: et constituta hora expleta psalmodia sese fratres i oratione dedissent: aspexit q̄ eundē monachū qui in oratione manere nō poterat quidā niger puerulus per vestimenti fimbriā foras trahebat. Tunc eidē patri monasterij Pōpegiano nomine et Mauro dei famulo secrete dixit. Nunqd nō aspicitis quis est qui istū monachū foras trahit? Qui respondentes dixerūt nō. Quibus ait. Oremus vt vos etiā videatis quē iste monachus sequitur. Cūq̄ per biduum esset oratū: Maurus monachus vidit. Pompegianus vero eiusdē monasterij pater videre nō potuit. Die igit alia expleta oratione vir dei oratoriū egressus: stātem foris monachū reperit: quē pro cecitate cordis sui virga per-

M

Pōpegianus abbas.

Bñdict⁹ vagū monachū castigauit.

B cussit: qui ex illo die nullᵒ persuasionis vlterius a nigro illo puerulo ptulit: sed ad orationis studiū immobilis permansit: sicq; antiquus hostis dñari nō ausus est in eius cogitatione ac si ipse percussus fuisset ex verbere.

¶ De fonte in vertice mōtis viri dei oratiōe pducto. Ca. v.

Ex his autē monasterijs que in eodē loco construxerat: tria sursum in rupibus montis erāt: et valde erat fratribus laboriosum q semp ad lacū oportebat descēdere vt aquā haurire debuissēt: maxime qz e diuerso montis latere erat graue descendētibus in timore periculū. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasterijs ad dei famulū Benedictū venerūt dicētes. Laboriosum nobis est propter aquā quotidie vsq; ad lacū descendere: et idcirco necesse est ex eodē loco monasteria mutari. Quos blande cōsolatus dimisit: et nocte eadē cū paruo puerulo noīe Placido (cuius superius memoriā feci) eiusdē mōtis rupē ascendit: ibiq; diutius orauit. Et oratiōe completa tres petras in loco eodē pro signo posuit: atq; ad suū (cūctis illis nesciētibᵒ) monasteriū rediit. Cūq; die alia ad eū p necessitate aque predicti fratres redijssent dixit. Ite: et rupē illā in qua tres suprinuicē positas petras inueneritis / in modicū cauate: valet enī oīpotēs deus etiā in illo montis cacumine aquam producere vt vobis laborē tanti itineris dignetur auferre. Qui eūtes rupē mōtis quā Benedictus predixerat iam sudantē inuenerūt. Cumq; in ea concauum locum fecissent: statim aqua repletus est: que tam sufficiēter emanauit: vt nunc vsq; vbertim defluat: atq; ab illo mōtis cacumine vsq; ad inferiora deriuetur.

Fons bñdicti oratiōne factus.

B ¶ De relunctione ferri cū manubrio. Capitu. vi.

Alio quoq; tēpore gothus quidā pauper spū ad conuersionē venit: quē dei vir Bñdictus libētissime suscepit. Quadā vero die ei dare ferramentū iussit: quod ad falcis similitudinē falcastrū vocatur: vt de loco quodā vepres abscinderet: quatenᵘ illic hortᵘ fieri deberet. Locus autē ipse quē mūdandū gothus susceperat: super ipam laci ripā iacebat. Cūq; gothus idē densitatē vepriū totius virtutis annisu succideret: ferrū de manubrio prosiliēs in lacū cecidit: vbi tanta erat aquarū profunditas vt spes requirēdi ferramenti nulla iam esset. Itaq; ferro perdito tremebūdus ad Maurū monachū cucurrit gothus: dānum quod fecerat nūciauit: et reatus sui egit penitentiā. Quod maurus quoq; monachus mox Benedicto famulo dei curauit indicare. Vir igitur dñi Bñdictus hec audiens accessit ad lacū: tulit de manu gothi manubriū et misit in lacū: et mox ferrū de profundo rediit: atq; in manubriū intrauit. Qui statim ferramentū gotho reddidit: dicēs. Ecce labora: et noli contristari.

Bñdictᵘ falcastri ferrū ad manubriū reuūxit.

¶ De ambulatione Mauri super aquā. Capi. vii.

Quadā vero die dū idē venerabilis Benedictus in cella consisteret: pdictus placidus puer sancti viri monachus ad hauriendū de lacu aquā egressus est: qui vas qđ tenuerat in aquā incaute submittens: ipse quoq; cadēdo secutus est. Quem mox vnda rapuit: et pene ad vnius sagitte cursum eū a terra introrsus traxit. Vir autem dei intra cellā positus hoc protinᵘ agnouit: et Maurū festine vocauit: dicens. Frater Maure: curre: qz puer ille qui ad hauriēdā aquā perrexerat in lacū cecidit: iamq; eum longius vnda trahit. Res mira: et post Petrū apłm inusitata. Benedictiōe etenī postulata atq; percepta: ad patris sui imperiū concitus perrexit. Maurᵘ itaq; ad eum locū quo ab vnda deducebat puer: per terrā se ire existimans sup aquā cucurrit: eūq; per capillos tenēs cursu rapido rediit. Qui mox vt terrā tetigit: ad se reuersus post tergum respexit et qz super aquas cucurrisset agnouit: et qđ presumere nō potuisset vt fieret / miratus extremuit factū. Reuersus itaq; ad patrē rem gestā retulit. Vir autem venerabilis Bñdictus hoc nō suis meritis: sed illius obediētie deputare cepit. At ecōtra Maurus pro solo eius imperio factū dicebat: seq; conscium in illa virtute nō esse quā nescius fecisset. In hoc itaq; mutua humilitatis et amica contentione accessit arbiter puer qui ereptus est: qui et dicebat. Ego cum ex aqua traherer / super caput meum melotem abbatis videbam: atq; ipsum me ex aquis educere considerabam. Petrus.

Maurus sup aquā currens puerū eripuit.

C

Magna sunt valde que narras: et multorū edificationi profutura: ego autem boni viri miracula quo plus bibero plus sitio.

D

¶ De infecto per venenū pane per coruū longius proiecto. Capitulū. viij. Gregorius.

Cum iam loca eadē in amorē dei dñi nostri Iesu xpi / longe lateq; feruescerēt: et secularē vitā multi relinquerēt: et sub leni redēptoris iugo ceruicē cordis edomarēt: sicut mos prauorū est inuidere alijs virtutis bonū qđ ipsi habere non appetunt: vicine ecclesie pſbyter Florētius noīe huius nostri subdiaconi Florētij auus: antiqui hostis malitia pcussus: sancti viri studijs cepit emulari: eiusq; conuersationi derogare: quousq; etiā posset ab illius visitatione cōpescere. Cūq; iam se cōspiceret eius pfectibus obuiare non posse: et cōuersationis illiᵘ opinionē crescere / atq; multos ad statū vite melioris ipso quoq; opinionis eius preconio indesinēter vacare: inuidie facibus magis magisq; succēsus deterior fiebat: qz cōuersationis illius appetebat habere laudē: sed habere laudabilē vitam nolebat. Qui eiusdē inuidie tenebris cecatus ad hoc vsq; perductus est / vt seruo oīpotentis dei infectū veneno panem quasi pro bñdictione trāsmitteret. Quem vir dei cū gratiarū actione suscepit: sed eū que pestis lateret in pane / non latuit. Ad horā vero refectionis illius ex vicino silua coruus venire cōsueuerat: et panē de manu eius accipere. Qui cum more solito venisset: panē quē presbyter trāsmiserat vir dei ante coruū proiecit: eiq; precepit dicens. In noīe Iesu christi dñi nostri tolle hunc panē: et tali eū in loco proijce: vbi a nullo hominū possit inueniri. Tunc coruus aperto ore / expāsis alis circa eundem panem cepit discurrere / crocitare: ac si aperte diceret et obedire se velle: et tñ iussa implere nō posse. Cui vir dñi precipiebat iterū atq; iterū dicens. Leua / leua securus atq; ibi proijce vbi inueniri non possit. Quē diu coruus demoratus: quādoq; coruus momordit: leuauit: et recessit. Post trium vero horarū spatiū abiecto pane rediit / et de manu hoīs dei annonā quā cōsueuerat accepit. Venerabilis autē pater cōtra vitā suā inardescere sacerdotis animū vidēs: illi magis q sibi doluit. Sed predictus florentius qz magistri corpus necare nō potuit: se ad extinguendas discipulorū alias accendit: ita vt in horto celle cui Bñdictᵘ inerat / ante eorū oculos nudas septē puellas mitteret: que coram eis sibi inuicē manᵘ tendētes et diutiᵘ ludentes: illorū mētes ad peruersitatē libidinis inflāmarent. Quod vir sctūs de cella cōspiciēs lapsumq; adhuc tenerioribus discipulis ptimescēs: idq; p suo solius psecutiōe fieri pertractās: inuidie locū dedit: atq; oratoria et cūcta que cōstruxerat / substitutis prepositis adiūctis fratribus ordinauit: et paucis secū monachis ablatis habitationē mutauit loci. Sicq; vir dei eiᵘ odia humiliter declinauit: quē oīpotens deᵘ terribiliter percussit. Nam cū predictᵘ pſbyter stans in solario Benedictū discessisse cognosceret et exultaret: perdurāte immobiliter tota domus fabrica hoc ipm tñ in quo stabat solariū cecidit / et Bñdicti hostē cōterēs extinxit. Quod vir dei discipulus Maurus venerabili patri Bñdicto qui adhuc a loco eodē vix decē milliaribus aberat / estimauit esse nūciandū: dicēs. Reuertere: qz presbyter qui te psequebatur extinctus est. Quod vir dei Bñdictᵘ audiēs / sese in grauibus lamentationibus dedit: vel quia inimicus occubuit: vel qz de inimici morte discipulᵘ exultauit. Qua de re factū est vt eidē quoq; discipulo penitentiā indiceret q taliter gaudere de inimici interitu presumpsisset. Petrus.

Florentiᵘ benedicti suoq; emulus.

Coruū suo precepit vt venenatū panē florētij deferret.

E

Florentiᵘ septē puellas nudas fratribus obiecit.

Florentij supplicium et ruina.

F

Mira sunt et multū stupenda que dicis. Nā in aqua ex petra producta Moysen: in ferro vero quod ex pfundo aque rediit heliseū: in aque itinere petrū: in corui obediētia heliā: in luctu autē mortis inimici Dauid video: vt perpendo vir iste spiritu iustorū omnium plenus fuit. Gregorius.

Bñdictᵘ confertur ad moysē heliseū et c.

Vir dei Bñdictus petre vnius dei spiritū habuit: qui pro cōcesse redēptionis gratiā electorū corda omnium impleuit: de quo Iohānes dicit. Erat lux vera que illuminat omnē hominē venientem in hunc mundū. De quo rursus scriptū est. De plenitudine eius nos oēs accepimus. Nam sancti dei hoīes potuerūt a dño virtutes habere: non etiā alijs tradere. Ille autem signa virtutis dedit subditis: qui se daturū

Ioan. i.
Ibidem.

G

Jone.j.

signa Jone promisit inimicis: vt corā superbis mori di-
gnaretur: corā humilib⁹ resurgere: quatenus et illi vide-
rent qđ contēnerent / et isti quod venerantes amare de-
buissent. Ex quo mysterio actū est vt dum superbi aspi-
ciunt despectum mortis: humiles contra mortē acciper-
rent gloriam potestatis. Petrus.

Q Ueso te post hec: ad que loca vir sanctus mi-
grauerit: vel si aliquas i eis virtutes postmo-
dum ostenderit / innotesce. Gregorius.

S Anctus vir ad alia demigrans loca non hostē
mutauit. Nā tanto post grauiora prelia pertu-
lit: q̄ntū contra se aperte pugnantē ipsum ma-
litie magistrū inuenit. Castrū nāq; qđ cassinum dicitur
in excelsi mōtis latere situ ē est: qui videlicet mons disten
so sinu hoc idem castrū recipit: sed p tria milliaria i altū
se subrigēs velut ad aera cacumen tendit: vbi vetustis-
simū fanū fuit: in quo ex antiquorū more gentiliū a stul-
to rusticoꝝ populo apollo colebat. Circumquaq; etiā in
cultu demonū luci succreuerant: in quibus adhuc eodē
tempore infidelium insana multitudo sacrificijs sacrile-
gis insudabat. Illuc itaq; vir dei veniens cōtriuit ido-
lū: subuertit arā: succēdit lucos: atq; in ipso tēplo apolli-
nis / oraculū beati martini: vbi vero ara eiusdē appolli-
nis fuit / oraculū sancti Joannis cōstruxit: et cōmorantē
circūquaq; multitudinē pdicatione cōtinua ad fidē vo
cabat. Sed hec antiquus hostis tacite nō ferens / nō oc-
culte: vel per somniū: sed aperta visione eiusdem patris
oculis sese ingerebat: et magnis clamoribus vim se ppe-
ti cōquerebatur: ita vt voces illius etiā fratres audirēt
q̄uis imaginē minime cernerēt. Ut eni discipulis suis
venerabilis pater dicebat / corporalib⁹ eius oculis idē
antiquus hostis teterrimus et succēsus apparebat: q in
eū ore oculisq; flāmantibus seuire videbatur. Jā vero
que diceret audiebāt oēs: prius eni hunc vocabat ex no
mine. Cui cū vir dei minime respōderet: ad ei⁹ mox cō-
tumelias erūpebat. Nā cum clamaret dicens. Bndicte
benedicte: et cū sibi nullo modo respōdere conspiceret:
protinus adiūgebat: maledicte nō bndicte: qđ mecū ha-
bes: qui d me persequeris: Sed iā nunc expectāda sunt
cōtra dei famulum antiqui hostis noua certamina: cui
pugnam quidem volens intulit: sed occasiones victorie
ministrauit inuitus.

Fanum a-
pollinis.

Bndict⁹
edē apolli
nis in scti
martini
templū cō
mutauit.

H

Diabol⁹
bndictū
maledi-
ctū voca-
bat.

De ingenti saxo per viri dei orationē leuato. Ca.ix.

Q Uadā die dū fratres habitacula eiusdē celle
cōstruerēt: lapis in medio iacebat quē in edi-
ficium leuare decreuerūt. Cūq; eum duo vel
tres mouere nō possent: plures adiuncti sunt: sed ita im-
mobilis mālit ac si radicitus in terra teneret: vt palam
daret intelligi q sup eū ipse p se antiquus hostis sede-
ret: quem tantoꝝ viroꝝ manus mouere nō possent. Diffi
cultate igitur facta ad virū dei missum est vt veniret: et
orando hostem repelleret vt lapidē leuare possent. Qui
mox venit / et orationē faciēs bndictionē dedit: et tanta
lapis celeritate leuatꝰ ē: ac si nullū pri⁹ pōdus habuisset.

Bndict⁹
lapidē di-
abolo gra
uatū ora-
tione leuē
fecit.

De fantastico coquine incendio. Capitm.x.

T Unc in pspectu viri dei placuit vt in eodem
loco terrā foderent. Quā dū fodiendo altius
penetrarēt: ereū illic idolū fratres iuenerūt.
Quo ad horā casu in coquinā proiecto exire ignis repē-
te visus est: atq; in cunctoꝝ monachoꝝ oculis quia om-
ne eiusdē coquine edificiū cōsumeret ostendit. Cūq; ia-
ciēdo fratres aquā ad ignē quasi extinguēdo perstrepe
rent: pulsatus eodē tumultu vir dei aduenit. Qui eūdē
ignē in oculis fratrū esse / in suis vero nō esse considerās
caput primus ad orationē flexit: et eos quos fantastico
reperit igne deludi vocauit: fratres monuit vt oculos
suos signarēt: et sanū illud coquine edificiū assistere cer-
nerēt: et flāmas quas antiqu⁹ hostis finxerat nō viderēt

J

Fantasti-
cus idoli
ignis ora-
tiōe restin
ctus.

De puero contracto a pariete / sanato. Capitulū.xj.

R Ursus dū fratres parietē (quia res ita exige-
bat) paulo altius erigerēt: vir dei in oratiōis
studio intra celle sue claustra morabat. Cui
antiquus hostis insultās apparuit: et q ad laborātes
fratres pergeret indicauit. Quod vir dei per nunciū ce
lerrime fratribus indicauit dicens. Fratres caute vos
agite: qi ad vos hac hora malign⁹ spūs venit. Is q mā-
datū detulit vix verba cōpleuerat: et malign⁹ spūs eun-
dem parietē qui edificabat euertit: atq; vnum puerulū
monachū cuiusdā curialis filiū oppimēs ruina contri
uit. Contristati oēs: ac vehemēter afflicti damnū parie
tis: sed contritionē fratris venerabili patri Benedicto
celeriter cū graui luctu nunciarūt. Tunc idē pater Bn-
dictus dilaceratū puerū ad se deferri iubet. Quē porta-
re non nisi in sacco potuerunt: q collapsi saxa parietis /
nō solū eius membra: sed etiam ossa contriuerāt. Prece
pitq; vir dei statim eum in cella sua i psyaco quo orare
cōsueuerat pijci: missisq; foras fratribus cellā clausit:
qui orationi instātius q̄ solebat incubuit. Mira res: ea-
dem hora hunc incolumem: atq; vt prius valentem ad
eundem iterum laborem misit: vt ipse quoq; parietē cū
fratribus perficeret: de cuius interitu antiquus hostis
Benedicto insultare credidisset.

Diabol⁹
mur euer
tēdo pue-
rū piriuit

K

Bndict⁹
dilacera-
tū puerū
orōne re-
suscitauit.

De monachis qui extra cellā comederant. Capi.xij.

C Epit vero inter ista vir dei prophetie etiā spū
pollere: vētura predicere: presentibus etiā ab-
sentia nunciare. Mos eteni celle fuit: vt quo-
tiens ad respōsū aliqđ egrederent fratres / cibū potūq;
extra cellā minime sumerēt. Cūq; hoc de vsu regule sol-
licite seruaretur: quadā die ad respōsum fratres egressi
sunt / et in eo tardiori compulsi sunt hora demorari. Qui
manere iuxta religiosam feminā nouerant: cui⁹ ingressi
habitaculū sumpserunt cibū. Cūq; iā tardi⁹ ad cellā re-
dissent / benedictionē patris ex more pecierūt. Quos il
le protin⁹ percunctatus est dicens. Ubi comedistis: Qui
respōderūt. Nusq;. Quibus ille ait. Quare ita mētimi-
ni: Nunqđ illius talis femine habitaculū nō intrastis:
Nūqđ hos atq; illos cibos nō accepistis: Nūquid tot
calices non bibistis: Cūq; eis venerabilis pater et ho-
spitiū mulieris: et genera ciboꝝ: et numerū potionū dice
ret: recognoscētes cuncta que egerāt: ad eius pedes tre-
mefacti ceciderūt: se deliquisse pfessi sunt. Ipse aūt pro-
tinus culpe penitentiā pcepit: ppendens q in ei⁹ absen-
tia vltra non facerent quē presentē sibi esse in spū sciret.

Bndict⁹
absentia i
spū vidit.

L

De fratre valentiniani monachi quem vir dei in via
comedisse carpsit. Capitulum.xiij.

F Rater quoq; valentiniani ei⁹ monachi: cui⁹
superi⁹ memoriā feci: vir erat laic⁹: sz religio-
sus. Qui vt serui dei orationē pciperet: et ger-
manū fratrē videret: annis singulis de loco suo ad cellā
ieiun⁹ venire psueuerat. Quadā igr̄ die dū iter ad mona
steriū faceret: sese illi alter viator adiūxit: q sumēdos ci
bos i itinere portabat. Cūq; iam hora tardior excreuis-
set: dixit. Ueni frater: sumamus cibū ne lassemur in via.
Cui ille respōdit. Absit frater / hoc non faciā: q ad vene-
rabilē patrē Benedictū ieiunus semp venire consueui.
Quo respōso percepto ad horā cōuiator tacuit. Sed cū
post hoc aliquantulū itineris spatiū egissent: rursus ad-
monuit vt manducarēt. Noluit cōsentire qui ieiun⁹ ve-
nire decreuerat. Tacuit quidē qui ad manducandū in-
uitauerat: et cū eo ieiun⁹ adhuc modicū consensit. Cūq;
iter longius agerēt: et eos tardior hora fatigaret ambu-
lantes: inuenerūt in itinere pratū et fontē: et queq pote-
rant ad reficiendū corpus delectabilia videri. Tunc cō-
uiator ait. Ecce aqua: ecce pratū: ecce amenus locus in
quo possumus refici et parū quiescere: et valeamus iter
nostrū postmodū incolumes explere. Cū igitur et verba
auribus et loca oculis blandirētur: tertia admonitione
psuasus consensit et comedit: vespertina vero hora per-
uit ad cellā. Presentatus aūt venerabili benedicto sibi
orationē petijt. sed mox ei vir sanctus hoc quod in via
egerat improperauit dicēs. Quid est frater q malign⁹
hostis qui tibi per cōuiatorē tuū locutus est / semel tibi
persuadere non potuit: scđo nō potuit: tertio vero psua-
sit: et te ad hoc qđ voluit superauit: Tunc ille reatū infir
me sue mētis agnoscēs: eius pedibus prouolutus tāto
magis cepit culpā deflere et erubescere: q̄to se cognouit
etiā absentē in Bndicti patris oculis deliquisse. Petrus

M

Bndict⁹
i spū vidit
absētē co-
medere.

E Go sancti viri precordijs helisei spiritū video in-
esse: qui absenti discipulo presens extitit.

De simulatione regis totile dephensa. Capitu.xiiij.

Gregorius.

O Portet petre vt interim sileas: quaten⁹ adhuc
maiora cognoscas. Gothoꝝ nāq; tēporibus cū
rex eoꝝ totila sanctū virū prophetie habere spi
ritū audisset: ad eius monasteriū pergens / paulo lōgi-
gi⁹ substitit: eiq; se venturū esse nunciauit. Cui dū pri

Fraus to-
tile regis
gothorū.

A

nus mandatū de monasterio fuisset vt veniret: ipse (sicut perfide mentis fuit) an vir dei prophetie spiritū haberet/ explorare conatus est. Quidā vero ei⁹ spatari⁹ Riggo dicebatur: cui calciamenta ei⁹ prebuit: eūq; indui vestibus regalibus fecit: quē quasi in persona sua pergere ad dei hoīem precepit. In cuius obsequio tres qui sibi pre ceteris adherere consueuerāt comites misit: scz vulterricū: ruderricū: et blindinū: vt ante serui dei oculos ipsum regē totilā esse simulātes: eius lateri obābularent: cui alia quoq; obsequia quasi spatarij preberēt: vt tam ex eisdem obsequijs q̄ ex purpureis vestibus rex esse putaretur. Cūq; idem riggo decoratis vestibus obsequentū frequētia comitatus monasteriū fuisset ingressus: vir dei eminus sedebat. Quem venientē conspiciēs cū iam ab eo audiri potuisset: clamauit dicens. Pone fili pone hoc qd̄ portas: non est tuū. Qui riggo protinus in terrā cecidit. Et quia tanto viro illudere p̄sumpsisset/ expauit: oēsq; qui cū eo ad hominē dei veniebāt/ terre cōsternati sunt. Surgētes autē ad eū propinquare minime p̄sumpserunt: sed ad suum regem reuersi nunciauerunt trepidi in quanta velocitate fuerant depꝛehensi.

¶ De ꝓphetia regi Totile/ ꝛ Camisine antistiti facta. Capitulum. xv.

Tunc per se idē Totila ad dei hominē accessit: quē cū longe sedentē cerneret: non ausus accedere sese i terrā dedit. Cui cū vir dei bis terve diceret: surge/ s; de t͠ra erigere se nō auderet: Bñdict⁹ xp̄i Iesu famul⁹ p semetipm̄ dignat⁹ est accedere ad regē p̄stratūq; de terra leuauit/ et de suis actibus increpauit: atq; in paucis sermonibus cūcta q̄ illi erāt ventura p̄nunciauit: dicens. Multa mala facis: multa mala fecisti: iam aliqñ ab iniquitate cōpesce. Equidem romam ingressurus es: mare trāsiturus: nouē annis regnans: decimo morieris. Quibus auditis rex vehementer territus: oratione petita recessit: atq; ex illo iam tpe minus crudelis fuit. Et nō multo post q̄ romā adijt ad siciliā perrexit. Anno autē regni sui decimo: oīpotentis dei iudicio regnū cū vita perdidit. Preterea camisine antistes ecclesie ad eundē dei famulū venire cōsueuerat quē vir dei ꝓ vite sue merito valde diligebat. Is itaq; dum cū illo de ingressu regis totile ꝛ romane vrbis ꝑditione colloquiū haberet: dixit. Per hūc regem ciuitas ista destruetur: vt iam amplius nō inhabitetur. Cui vir dñi respondit. Roma a gētibus nō exterminabitur: sed tēpestatibus: coruscis: turbinibus: ac terremotu fatigata: marcescet in semetipsa. Cuius ꝓphetie mysteria nobis iam facta sunt luce clariora: qui in hac vrbe dissoluta menia: euersas domus: destructas ecclesias turbine cernim⁹: eiusq; edificia longo senio lassata: qꝫ ruinis crebrescētib⁹ p̄sternātur videmus: Quis hoc Honorat⁹ eius discipulus/ cuius mihi relatione compertū est/ nequaq̄ ex ore illius audisse se perhibet. Sed quia hoc dixerit: dictum sibi a fratribus fuisse testatur.

Bñdict⁹ regē totilam increpat sibi p̄dicens futura.

B

Prophetia de Romane vrbis interitu.

C

¶ De clerico a demone liberato vsq; ad tps. Capi. xvi.

Eodem quoq; tēpore quidā aquinēsis ecclesie cleric⁹ demonio vexabat: qui a venerabili viro cōstātio eiusdē ecclesie antistite per multa fuerat martyrū loca trāsmissus vt sanari potuisset. Sed sancti dei martyres noluerunt ei sanitatis donū tribuere: vt quāta esset in Benedicto gratia demōstrarēt. Ductus itaq; est ad oīpotentis dei famulū Benedictū: qui Iesu xp̄o dño preces fundens: antiquū hostē de obsesso hoīe protinus expulit. Cui sanato precepit dicens. Vade et posthac carnē non comedas: ad sacrū ordinē nūq̄ accedere p̄sumas: quacūq; aūt die ad sacrū ordinē accedere p̄sumpseris: statim iuri diaboli iterū mācipaberis. Discessit igitur clericus sanus: et sicut terrere solet animū pena recēs/ ea que vir dei preceperat/ interim custodiuit. Cū vero post annos multos oēs priores illius de hac luce migrassent: et minores suos sibimet supponi in sacris ordinibus cerneret: verba viri dei quasi ex longo tēpore oblitus postposuit: atq; ad sacrū ordinē accessit: quē mox is qui reliquerat diabolus tenuit: eūq; vexare quousq; animā eius excuteret nō cessauit. Petrus.

Preces ꝓpter benedicti datū obsesso.

Cleric⁹ ordine suscepto iterū obsessus ē

Iste vir dei diuinitatis (vt video) etiā secreta penetrauit: quia perspexit hunc clericū idcirco diabolo traditū: ne ad sacrum ordinē audere accedere. Gregorius.

Quare diuinitatis secreta non nosset/ qui diuinitatis precepta seruaret: cū scriptū sit: Qui adheret dño/ vnus spiritus est cum eo? Petrus.

D

j. Cor. vj.

Si vnus fit cū dño sp̄us qui dño adheret: quid est q̄ iterū idē egregius p̄dicator dicit. Quis cognouit sensum dñi: aut quis cōsiliarius ei⁹ fuit? Valde enim esse incōueniens videtur eius sensum cum quo vnus vnū factus fuerit: ignorare. Gregorius.

Rom. xj.

Sancti viri inquantū cum deo vnum sunt: sensum dñi non ignorāt. Nam idem quoq; aplus dicit. Quis eni scit hominū que hoīs sunt: nisi sp̄us hominis q̄ est in ipso? Ita et que dei sunt nemo cognouit: nisi sp̄us dei. qui vt se ostēderet nosse q̄ dei sūt/ adiunxit. Nos aūt nō spiritū huius mūdi accipimus: sed spiritū qui ex deo est. Hinc iterum dicit q̄ oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit que preparauit deus diligētibus se: nobis autem reuelauit per spiritum suum. Petrus.

j. Cor. ij.

Ibidem.

Ibidem.

Si ergo eidem apostolo ea que dei sunt per dei sp̄m sunt reuelata: quō super hoc quod proposuit premisit dicēs. O altitudo diuitiaꝝ sapiētie et scientie dei: q̄ incōprehensibilia sunt opera eius: ꝛ inuestigabiles vie eius? ¶ Sed rursum mihi hic dicenti alia suboritur questio. Nam Dauid propheta dño loquitur dicens. In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et cū minus sit nosse q̄ etiam pronūciare: quid est q̄ paulus incōprehēsibilia esse dei iudicia asserit: Dauid autem hec se omnia nō solum nosse: sed in labijs pronūciasse testatur? Gregorius.

Rom. xj.

Questio.

Ps. cxviij.

E

Ad vtraq; hec tibi superi⁹ sub breuitate respōdi/ dicens q̄ sancti viri inq̄tū cum dño sunt: sensum dñi non ignorāt. Oēs eni qui deuote dñm sequuntur: etiā deuotione cū deo sunt: et adhuc carnis corruptibilis grauati pōdere/ cū deo nō sunt: occulta aūt dei iudicia inq̄tū piuncti sunt/ sciūt: inq̄tū disiuncti sunt/ nesciunt: qꝛ eni secreta eius adhuc perfecte non penetrant: incōprehensibilia eius iudicia esse testantur. Qui vero mente ei inherēt: atq; inherēdo vel sacris scripture eloquijs/ vel occultis reuelationibus inq̄tū accipiunt agnoscūt: et nouerunt hoc et pronunciāt: iudicia eni que de⁹ tacet/ nesciūt: que deus loquitur/ sciūt. Unde ꝛ Dauid propheta cū dixisset. In labijs meis pronūciaui omnia iudicia: protinus addidit oris tui: ac si ap̄te dicat. Ego iudicia et nosse et pronunciasse potui: que te dixisse cognoui. Nam ea que ipse non loqueris/ a nostra procul dubio cognitione abscōdis. Concordat ergo prophetis aplica sententia: qꝛ ꝛ incōprehensibilia sunt dei iudicia: et tñ que de ore eius prolata fuerint: humanis labijs p̄nunciātur: qm̄ sciri ab oībus ꝛ prolata proferri possunt: et occultari non possunt. Petrus.

Respōsio ad q̄stionem.

Quō idē dei iudicia sciunt et nesciūt.

Ps. cxviij.

In obiectione mee questiūcule patuit causa rationis. Sed queso te si qua sunt adhuc de viri huius virtute subiunge.

F

¶ De destructione monasterij viri dei ab ipso predicta Capitulum. xvij. Gregorius.

Vir quidā nobilis Theoprobus nomie: eiusdem Bñdicti patris fuerat admonitione cōuersus: qui pro vite sue merito magnā apud eū familiaritatis fiduciā habebat. Hic cū quadā die ei⁹ cellā fuisset ingressus: hunc amarissime flentem reperit. Cūq; diu subsisteret: eiusq; nō finiri lachrimas videret nec tñ vir dei cōsueuerat orando plāgere: sed merendo/ quenam causa tanti luctus existeret inquisiuit. Cui vir dei illico respondit. Omne hoc monasteriū qd̄ construxi et cuncta que fratribus preparaui/ oīpotentis dei iudicio gētib⁹ tradita sunt. Vix autē obtinere potui vt mihi ex hoc loco aīe concederent. Cuius vocē tunc theoprobus audiuit: nos autē cernimus/ qui destructū modo a longobardorū gente eius monasteriū scimus. Nocturno eni tēpore et quiescētibus fratribus nuper illic longobardi ingressi sunt: qui diripiētes oīa/ ne vnū quidem hominē illic tenere potuerūt: sed impleuit oīpotēs deus quod fideli famulo Bñdicto promiserat: vt si res gētib⁹ traderet: aīas custodiret. Qua in re Pauli vicē video tenuisse Benedictū: cuius dū nauis rerū omniū iacturam pertulit: ipse in consolatione vitam omnium qui cum eo comitabantur accepit.

Bñdict⁹ predixit monasterium suū propediē interitur⁹.

Bñdict⁹ ad paulū confertur

¶ De absconsione flasconis a beato Benedicto cognita

G

Quodā quoq; tēpore Exhi- Capitulū .xviij. laratus noster (quē ipse cōuersum nosti) trāsmissus a dño suo fuerat: vt dei viro i monasteriū vino plena duo lignea vascula que vulgo flascones vocātur deferret/ qui vnū detulit: alteꝝ vero pergens in itinere abscondit. Uir autē dñi quē facta absentia latere non poterāt: vnū cū gratiaꝝ actione suscepit: et discedentē puerū monuit dicēs. Uide fili ne de illo flascone quē abscōdisti bibas: sed inclina illū caute/ et inuenies qd intus habet. Qui cōfusus valde a dei hoīe exiuit. Et reuersus volens adhuc probare quod audierat/ cū flasconē inclinasset: de eo protinus serpens egressus est. Tūc predictus Exhilarat⁹ puer: per hoc quod in vino reperit/ expauit malum quod fecit.

Uinū abscōditū in serpētem versum.

De mappularū receptiōe a viro dei cognita. Ca. xix.

Non longe autem a monasterio vicus erat in quo nō minima multitudo hominū ad fidem dei ab idolorū cultu bñdicti fuerat exhortatione cōuersa. Ibi quoq; quedā sanctimoniales femine inerant: et crebro illuc pro exhortandis aīabus fratres suos mittere Bñdictus dei famul⁹ curabat. Quadā vero die misit ex more: sed is qui missus fuerat monachus post admonitionē factā a sanctimonialibus feminis rogat⁹ mappulas accepit: sibiq; eas abscōdit in sinu. Qui mox vt reuersus est/ cū vir dei vehemētissima amaritudine cepit increpare: dicēs. Quō ingressa est iniqtas in sinu tuo? At ille obstupuit: et quod egisset oblitus: vnde corripiebatur ignorabat. Nunquid ego illic presens nō erā qñ ab ancillis dei mappulas accepisti: tibiq; eas in sinu misisti? Qui mox ei⁹ vestigijs ꝓuolut⁹ stulte se egisse penituit: et eas quas i sinu abscōderat mappulas abiecit.

De mappulis a monacho acceptis.

D

De cogitatiōe monachi superbi a dei viro cognita.

Quadā quoq; die dū venerabilis Capi. xx. pater vespertina iam hora corporis alimenta perciperet: ei⁹ monachus cuiusdā defensoris filius fuerat/ qui ei ante mensam lucernā tenebat. Cūq; vir dei ederet: ipse autē cū lucerne ministerio astaret: cepit per superbie spm̄ in mente sua tacitus voluere: et per cogitationē dicere. Quis est hic cui ego manducāti assisto: lucernā teneo: seruitiū impendo? Quis sum ego vt isti seruiā? Ad quē vir dei statim cōuersus vehemēter cepit increpare dicēs. Signa cor tuū frater: quid ē qd loqueris? signa cor tuū. Uocatisq; statim fratribus precepit ei lucernā de manibus tolli: ipsum vero iussit a ministerio recedere: et sibi hora eadē quietū sedere. Qui requisitus a fratribus quid habuerit in corde: per ordinē narrauit quāto superbie spū intumuerat: et que cōtra virū dei verba p cogitationē tacitus dicebat. Tunc liquido oībus patuit q venerabilē bñdictū latere nil posset: cuius auribus tacite etiā cogitationis verba sonuissent.

Bñdict⁹ cognouit cogitationes superbi

De ducentis modijs farine ante viri dei cellam inuētis. Capitulum. xxj.

Alio quoq; tēpore in eadē campanie regione fames incubuerat: magnaq; oēs alimentoꝝ indigētia coangustabat. Iāq; in benedicti monasterio triticū deerat. Panes vero oēs consumpti fuerant: vt non plusq; quinq; ad refectionis horā fratribus inueniri potuissent. Cūq; eos venerabilis pater cōtristatos cerneret: eoꝝ pusillanimitatē studuit modesta increpatione corrigere: et rursum ꝓmissione subleuare dicens. Quare de panis inopia vester animus cōtristatur? hodie quidē minus est: sed die crastina abundāter habebitis. Sequenti autē die ducenti farine modij ante fores celle in saccis inuenti sunt: quos oīpotēs deus quibus deferētibus trāsmisisset: nūc vsq; manet incognitū. Quod cū fratres cernerēt: dño grās referentes didicerūt iā de abundātia nec in egestate dubitare.

I

Ducēti farine modij diuinitus ad benedictum missi.

Petr⁹. Dic queso te. Nunquid non credendū est huic dei famulo semp prophetie spiritū adesse potuisse: an ꝑ interualla tēpoꝝ eius mentē ꝓphetie spūs implebat?

Gregori⁹. Prophetie spūs petre prophetarū mentes nō semp irradiat: qꝛ sicut de sancto spū scriptum est. Ubi vult spirat: ita sciendum est: quia et qñ vult aspirat. Hinc est q nathan a rege requisitus si ꝯstruere templū posset/ prius consensit: et postmodū prohibuit. Hinc est q Heliseus cum flentē mulierē cerneret: causamq; nesciisset ad prohibentē hāc puerū dicit. Dimitte eam: quia aīa eius in amaritudine est: et dñs celauit a me: et non indicauit mihi. Quod oīpotens deus ex magne pietatis dispensatione disponit: qꝛ dū prophetie spm̄ aliquādo dat/ et aliquādo subtrahit: prophetantiū mentes et eleuat in celsitudine: et custodit in humilitate: vt accipiētes spiritum inueniāt quid de deo sint: et rursum prophetie spiritū non habētes cognoscant quid sint de semetipsis.

Reg. iij. d

iiij. re. iiij.

B

Petrus. Ita hoc esse vt asseris magna ratio clamat. Sz queso de venerabili patre Benedicto quicquid adhuc animo occurrit exequere.

De dispositione monasterij per visionem habita. Capitulum. xxij.

Gregorius. Alio quoq; tēpore a quodā fideli viro fuerat rogatus vt in eius predio iuxta tarracenensem vrbē missis discipulis suis cōstruere monasteriū debuisset. Qui roganti consentiens deputatis fratribus patrē cōstituit: et quis ei secund⁹ esset ordinauit. Quib⁹ euntib⁹ spopondit dicens. Ite: et die illo ego venio et ostendo vobis in quo loco oratoriū: in quo refectoriū fratrū: in quo susceptionē hospitū: vel queq; sunt necessaria edificare debeatis. Qui bñdictione percepta illico perrexerūt: et constitutū diem magnopere prestolātes/ parauerunt oīa que his qui cū tāto patre venire potuissent/ videbantur esse necessaria. Nocte vero eadem qua promissus illucescebat dies/ eidem seruo dei quē illic patrē cōstituerat: atq; eius preposito/ vir dñi in somnis apparuit: et loca singula vbi quid edificare debuissent: subtilit designauit. Cūq; vtriq; a somno surgerēt: sibi inuicē quid viderant retulerunt. Non tñ visioni illi oīmodo fidem dantes: virū dei sicut se venire ꝓmiserat expectabant. Cūq; vir dei cōstituto die minime venisset ad eū cum merore reuersi sunt: dicētes. Expectauimus pr̄ vt venires sicut ꝓmiseras: et nobis ostēderes vbi edificare deberemus: et nō venisti. Quibus ipse ait. Quare fratres: quare ista dicitis? Nunqd sicut promisi non veni? Cui cum ipsi dicerēt. qñ venisti? respōdit. Nunquid vtrisq; vobis dormiētibus non apparui: et loca singula designaui? ite et sicut per visionē vidistis/ omne habitaculū monasterij ita cōstruite. Qui hec audientes vehemēter admirati ad predictū prediū sunt reuersi: et cūcta habitacula sicut ex reuelatione didicerāt/ cōstruxerūt.

Bñdict⁹ apparuit quibusdā in somnis

L

Petrus. Doceri velim quo fieri ordine potuit: vt longe respōsum dormiētib⁹ diceret quod ipsi per visionē audierāt recognoscerēt.

Gregorius. Quid est qd perscrutaris: rei geste ordinē ambigis petre? Liquet ꝓfecto quia nobilioris nature est spūs q̄ corpus. Et certe scriptura teste nouimus q propheta ex iudea sublimatus repente est cū prādio in chaldea depositus: quo videlicet prādio prophetā refecit: seq; repente in iudea iteꝝ inuenit. Si igitur tam longe abacuc potuit sub momēto corporaliter ire et prandiū deferre: quid mirū si bñdictus pater obtinuit: quatinus iret per spm̄/ et fratrū quiescētiū spiritibus necessaria narraret: vt sicut ille ad cibū corporis corporaliter perrexit: ita iste ad institutionē spiritalis vite spiritaliter pergeret.

Abacuc et benedictus conferantur.

Petrus. Manus tue locutiōis tersit mee fateor dubietatem mentis: sed velim nosse in cōmuni locutione qualis iste vir fuit.

M

De sanctimonialibus feminis post mortē absolutis. Capitulum. xxiij.

Gregorius. Uix ipsa petre cōmunis eius locutio a virtutis erat pōdere vacua: quia cuius cor sese in alta suspēderat/ nequaq; verba de ore illi⁹ in cassum cadebāt. Si quid vero vmq̄ nō iam decernendo sed minādo diceret: tantas vires sermo illius habebat: ac si hoc non dubie atq; suspense: sed iam per sententiam protulisset. Nā nō longe ab eius monasterio due quedā sanctimoniales femine nobiliori genere exorte: in loco proprio cōuersabantur: quibus quidā religiosus vir ad exterioris vite vsum prebebat obsequiū. Sed sicut nōnullis solet nobilitas generis parare ignobilitatē mentis: vt minus se in hoc mundo despiciant: qui plus se ceteris aliqd fuisse meminerūt: necdū predicte sanctimoniales femine perfecte linguā suā sub habitus sui frenis restrinxerāt: et eundē religiosum virū qui ad exteriora necessaria eis obsequiū prebebat/ incautis sepe sermonibus ad iracundiā prouocabant. Qui dū diu ista tolera-

N

A

ret peruenit ad dei hominē: quātasq3 pateretur verborū cōtumelias enerrauit. Vir autē dei hec de illis audiēs eis protinus mādauit dicens. Corrigite linguā vestrā: qr si nō emēdaueritis/ excōico vos. Quā videlicet excōicationis sententiā non proferendo intulit sed minando.

Bīdict⁹ excōmunicauit minando.

Ille autem a pristinis morib⁹ nihil mutare/ intra paucos dies defuncte sunt: atq3 in ecclesia sepulte. Cūq3 in eadē ecclesia missarū solēnia celebrarētur: atq3 ex more diaconus clamaret: si quis nō cōicat: det locum: nutrix earū que pro eis oblationē dño offerre consueuerat: eas de sepulchris suis progredi et exire videbat. Quod dū sepius cerneret: quia ad vocē diaconi clamātis exibāt foras: atq3 intra ecclesiā permanere nō poterāt: ad memoriā reduxit que vir dei illis adhuc viuentib⁹ mandauit. Eas quippe se cōione priuare dixerat: nisi mores suos et verba corrigerēt. Tunc seruo dei cū graui merore indicatū est: qui manu sua protinus oblationē dedit dicēs. Ite et hanc oblationē pro eis offerri dño facite: et vlterius excōicate nō erunt. Que dū oblatio pro eis fuisset immolata: et a diacone iuxta morē clamatū est: vt non cōicantes ab ecclesia exirent: ille exire ab ecclesia vlterius vise non sunt. Qua ex re indubitanter patuit: quia dum inter eos qui a cōmunione priuati sunt a domino per seruum/ minime recederēt: cōmunionem a domino per seruum domini recepissent. Petrus.

Absolutio monialium.

Mirum valde quod dicis: quāuis venerabilē et sanctissimū virū (adhuc tamen in hac carne corruptibili degentē) potuisse animas soluere in illo iā inuisibili iudicio cōstitutas. Gregorius.

Nunquid num petre in hac adhuc carne non erat qui audiebat. Quodcunq3 ligaueris super terrā/ erit ligatū et in celis: et que solueris super terrā/ soluta erunt et in celis? Cuius nunc vicē ligando et soluendo obtinēt qui locū sancti regiminis fide et moribus tenent. Sed vt tanta valeat homo de terra: celi et terre conditor in terrā venit e celo: atq3 vt iudicare caro etiā de spiritualibus possit: hoc ei largiri dignatus est factus pro hoibus deus caro: qr inde surrexit vltra se infirmitas nr̄a: vn̄ sub se infirmata est firmitas dei. Petr⁹.

Mat. xvi.

B

Joan. i.

Cum virtute signorum concorditer loquitur ratio verborum.

De puero post sepulturā a fra proiecto. Ca. xxiiii. Gre.

Quadā quoq3 die dū quidā eius puerul⁹ monach⁹ parētes suos vltra q̄3 deberet diligens atq3 ad eorū habitaculū tēdēs sine bñdictione de monasterio exijsset: eodē die mox vt ad eos peruenit defunctus est. Cumq3 esset sepult⁹/ die altero proiectum foras corpus eius inuentū est: quod rursus tradere sepulture curauerūt. Sed sequenti die iterū proiectū exterius/ atq3 inhumatū sicut prius inuenerūt. Tūc cōcite ad benedicti patris vestigia currētes/ cū magno fletu petierunt vt ei suā gratiā largiri dignaret. Quibus vir dei manu sua protinus cōmunionē dñici corporis dedit dicēs. Ite atq3 hoc dñicum corpus super pectus ei⁹ ponite: et sic sepulture eum tradite. Quod dum factum fuisset: susceptū corpus eius terra tenuit: nec vltra proiecit. Perpendis petre apud Jesum christū dñm: cuius meriti iste vir fuerit: vt ei⁹ corpus etiam terra proiceret/ qui Benedicti gratiā non haberet. Petrus.

Sepult⁹ i terra nō manere potuit.

Perpendo plane: et vehementer stupeo.

De monacho qui de monasterio discedens draconē in itinere inuenit. Capitulū. xxv. Gregorius.

Quidam autē eius monachus mobilitati mētis dedit⁹ erat: et pmanere in monasterio nolebat. Cumq3 eū vir dei assidue corriperet et frequēter admoneret: ipse vero nullo modo consentiret in cōgregatione persistere: atq3 importunis precibus vt relaxaretur insisteret: quadam die idem venerabilis pater nimietatis eius tedio affectus: iratus iussit vt discederet. Qui mox vt monasteriū exijt cōtra se assistere aperto ore draconem in itinere inuenit. Cūq3 eum idem draco qui apparuerat deuorare vellet: cepit ipse tremens et palpitans magnis vocibus clamare dicens. Currite currite: quia draco iste me deuorare vult. Currentes autem fratres draconē minime viderunt: sed trementem atq3 palpitantē monachū ad monasteriū reduxerūt. Qui statim promisit nunq̄3 se esse a monasterio recessurū: atq3 ex hora eadem in sua promissione permansit. Quippe q̄ sancti viri orationibus contra se assistere draconē viderat/ quem prius non videndo sequebatur.

C

Draco monacho vago apparuit.

D

De puero ab elephantino morbo curato. Capi. xxvi.

Sed neq3 hoc silēdum puto qd̄ illustri viro antonio narrante cognoui: qui aiebat patris sui puerū morbo elephātino fuisse correptū: ita vt iam pilis cadentibus cutis intumesceret: atq3 increscētem saniem occultare non posset. Qui ad virū dei ab eodem patre eius missus est: et saluti pristine sub omni celeritate restitutus.

Puer curatus a morbo elephantino.

De solidis p miraculū p̄sbytero redditis. Ca. xxvii.

Neq3 illud taceo: qd̄ eius discipulus Peregrinus noīe narrare consueuerat: qr die quadam fidelis vir q̄dam necessitate debiti cōpulsus: vnū sibi fore remediū credidit si ad dei virū pergeret: et que eū vrgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaq3 ad monasteriū: omnipotētis dei famulū reperit: qr a creditore suo p. xii. solidis grauiter affligeretur insinuauit. Cui venerabilis pater nequaq̄3 se habere. xii. solidos respōdit: sed tū eius inopiā blanda locutione consolatus est. Vade et post biduū reuertere: qr deest hodie qd̄ tibi debeā dare. In ipso autem biduo more suo in oratione fuit occupat⁹. Cūq3 die tertio is q̄ necessitate debiti affligebatur rediijt: super arcam monasterij/ que erat frumēto plena/ subito. xiij. solidi sunt inuēti. Quos vir dei deferri iussit et afflicto petitori tribuit dicēs, vt. xii. redderet/ et vnum in expensis proprijs haberet. Sed ad ea nūc redeam que eius discipulis in libri huius exordio predictis referētibus agnoui. Quidam vir grauissima aduersarij sui emulatione laborabat: cuius ad hoc vsq3 odium prorupit: vt nescienti in potu venenū daret. Quod quāuis vitam eius extīguere nō valuit: cutis tamen colorem mutauit: ita vt diffusa in corpore eius varietas lepre morē imitari videretur. Sed ad dei hominem deductus salutem pristinam citius recepit: nam mox vt eum tetigit: omnem cutis illius varietatem fugauit.

Bīdict⁹ xiij. s3 diuinit⁹ accepit.

De ampulla vitrea i saxis piecta a nō fracta. Ca. xxviii.

Eo quoq3 tēpore quo alimentorū inopia cāpaniam grauiter affligebat: vir dei diuersis indigentibus monasterij sui cūcta tribuerat: vt pene nihil in cellario nisi parū quid olei in vitreo vase remaneret. Tunc quidā subdiaconus Agapitus noīe aduenit magnopere postulās vt sibi aliquātulū olei dari debuisset. Vir autem dñi qui cūcta decreuerat in terra tribuere: vt in celo oīa reseruaret: hoc ipm parū quod remanserat olei iussit petenti dari. Monachus vero q̄ cellariū tenebat/ audiuit quidē iubētis verba: sed implere distulit. Cūq3 post paululū si id quod iusserat datū esset inquireret: respōdit monachus se minime dedisse: quia si illud ei tribueret: oino nihil fratrib⁹ remaneret. Tūc iratus/ alijs precepit vt hoc ipsum vas vitreū in quo parum olei remāsisse videbatur/ per fenestram projicerēt: ne in cella aliquid p inobediētiam remaneret. Factūq3 est. Sub fenestra autē eadem ingens precipitiū patebat saxorum molibus asperū. Proiectū itaq3 vas vitreū venit in saxis: sed sic mansit incolume: ac si proiectum minime fuisset: ita vt neq3 frangi: neq3 oleū effundi potuisset. Quod vir dñi precepit leuari: atq3 vt erat integrū petēti tribui. Tūc collectis fratrib⁹ inobedientē monachū de infidelitate et superbia coram omnibus increpauit.

E

tie sue tempore constitutis connuptijs in ecclesiā fugis
set: et sanctimonialis vite conuersationē q̄reret: ab eodē
viro defēsa: atq3 ad eū quē desiderabat habitū dño ptē
gente perducta est. Que quia sponsum fugit in terra: ha
bere sponsum meruit in celo. Multa autē de eodē viro
narrante venerabili patre eleutherio agnoui: qui ⁊ hūc
familiariter nouerat: et eius verbis vita fidē prebebat.
Hic itaq3 venerabilis Isaac ortus ex italia nō fuit: sed
ea illius narro miracula que cōuersatus in italia fecit.
Cū primū de syrie partibus ad spoletanā vrbē venisset:
ingressus ecclesiā a custodibus petijt vt sibi quantū vel
let licentia cōcederetur orandi: eūq3 horis secretiorib⁹
egredi non vrgerēt. Qui mox ad orandū stetit: diēq3 to
tū peregit in oratione: cui sequentē cōtinuauit ac noctē.
Secūdo etiā die cū nocte subsequēti indefessus in preci
bus persistit: diem quoq3 tertium in oratiōe coniunxit.
Cūq3 hoc vnus ex custodibus superbie spū inflatus cer
neret: vnde proficere debuit: inde ad defectus dāna per
uenit. Nam hunc simulatorē dicere/et verbo rustico ce
pit impostorē clamare: qui se tribus diebus ⁊ noctibus
orare ante oculos hominū demōstraret. Qui protinus
currens virū dei alapa percussit: vt quasi religiose vite
simulator eēt/de eccl̄ia cū cōtumelia exiret. Sed hūc re
pēte vltor spūs inuasit: et ad viri dei vestigia strauit: ac
per os illi⁹ clamare cepit. Isaac me eijcit. Isaac me eij
cit. Uir quippe peregrinus quo cēseretur noie nescieba
tur: sed eius nomē ille spūs prodidit: qui se ab illo posse
eijci clamauit. Mox autē sup vexati corpus vir dei in
cubuit: ⁊ malign⁹ spūs qui eū inuaserat abscessit. In tota
vrbe tunc statim quid in ecclesia factū fuisset innotuit.
Currere viri ⁊ femine nobiles atq3 ignobiles pariter ce
perunt: certatimq3 eū in suis rapere domibus conaban
tur. Alij ad cōstruendū monasteriū predia: alij pecunias
alij subsidia queq3 poterant offerre viro dei suppliciter
volebant. Sed seruus oipotentis dñi horum nihil acci
piēs: egressus vrbē non longe desertū locū reperit: ibiq3
sibi humile habitaculū cōstruxit. Ad quē dū multi per
gunt: exēplo illius eterne vite accendi desiderio ceperūt
atq3 sub eius magisterio in oipotentis se dñi seruitiū de
derunt. Cūq3 eū crebro discipuli humiliter admonerēt:
vt pro vsu monasterij possessiones que offerebātur acci
peret: ille sollicitus sue paupertatis custos fortē senten
tiā tenebat: dicēs. Monachus qui in terra possessiones
querit: monachus nō est. Sic quippe metuebat pauperta
tis sue securitatē perdere: sicut auari diuites solent peri
turas diuitias custodire. Ibi itaq3 pphetie spiritu ma
gnisq3 miraculis cūctis longe lateq3 habitantibus vita
eius inclaruit. Nam die quadā ad vesperū in horto mo
nasterij fecit iactari ferramēta que vsitato nos noie vā
gas vocamus. Dixit itaq3 discipulis suis. Tot vāgas i
horto proijcite: et citius redite. Nocte vero eadē dū ex
more cū fratribus ad exhibendas laudes dño surrexis
set: precepit dicens. Ite et operarijs nostris pulmētum
coquite: vt mane primo paratū sit. Facto autē mane fe
cit deferri pulmentū quod parari iusserat: atq3 hortū cū
fratribus ingressus quot vāgas iactari preceperat: tot
in eo laborantes operarios inuenit. Ingressi quippe fu
res fuerant: sed mutata mēte per spiritū apprehēderūt
vangas quas inuenerunt: et ab ea hora qua ingressi sunt
quousq3 vir dñi ad eos veniret: cūcta horti illius spatia
que inculta fuerāt coluerūt. Quibus vir dñi mox vt in
gressus est/ait. Gaudete fres: multū laborastis: iā desci
te. Quibus ilico alimēta q̄ detulerat pbuit: eosq3 post tā
ti labori fatigationē refecit. Sufficiēter aūt refectis ait.

Gregoria sanctimonialis effecta,

Isaac tribus dieb⁹ noctibusq3 cōtinue orauit.

E

Isaac eiecit diabolum ab obsesso.

F

Fures sūt facti i operarios.

G

Nolite malũ facere: quotiens de horto aliquid vultis: ad horti aditũ venite: trãquille petite: cũ benedictione percipite: et a furti prauitate cessate. Quos statim colle: ctis holeribus onustari fecit. Actũq; est vt qui ad hortũ nocituri venerant: cum laboris sui premio et repleti ab eo et innocui redirent.

Alio quoq; tẽpore accesserũt ad eũ peregrini quidã misericordiã postulãtes: scissis pãnis obsiti: ita vt pene nudi viderentur. Cumq; ab eo vestimenta peterent: eorũ verba vir dñi tacitus audi uit: qui vnũ ex discipulis suis protinus silenter vocauit eiq; pcepit dicẽs. Uade atq; in illa silua in loco tali ca: uam arborẽ require: et vestimẽta que in ea inueneris/ de: fer. Cũq; discipulus abijsset: arborẽ sicut iussus fuerat requisiuit: vestimẽta reperit: et latenter detulit magistro. Que vir dei suscipiẽs/ peregrinis nudis atq; petẽtibus ostendit et prebuit dicens. Uenite quia nudi estis: ecce tollite et vestite vos. Hec illi intuentes recognouerũt q̃ posuerant: magnoq; pudore cõsternati sunt: et qui frau: dulẽter vestimẽta querebãt aliena/ cõfusi receperũt sua.

Ysaac fraudem pegrinoꝝ in spiritu agnouit.

Alio quoq; tẽpore quidã scelus oratiõibus cõmendans: sportas duas plenas alimentis ei per puerũ trãsmisit: quarũ vnam idẽ puer surripuit: atq; in itinere abscondit: vnã vero ad dei ho: minem detulit: et petitionẽ illius qui se ei per eũ cõ mendauerat enarrauit. Quã vir dñi benigne suscipiens eundẽ puerũ admonuit dicens. Gratias agimus: sed vi de sportã quã in itinere posuisti: ne incautus tãgere pre: sumas: quia in eã serpẽs ingressus est. Esto ergo sollicĩ tus ne si tollere incautus volueris: a serpente feriaris. Quibus verbis puer valde cõfusus: exultauit quidẽ q̃ euasit mortẽ: sed tristis ad modicũ fact⁹ est: quia q̃uis salubrẽ penam euaserit: tamen pertulit verecundiã suã. Qui reuersus ad sportam: caute ac sollicite attẽdit: sed eã iam sicut vir dei pdixerat/ serpens tenebat. Hic itaq; cũ virtute abstinentie: contẽptu rerũ transeuntiũ: ꝓphe tie spiritu: orationis intẽtione esset incõparabiliter pre: ditus: vnũ erat quod in eo reprehẽsibile esse videbatur: q: nõnunq̃ tanta ei letitia inerat: vt illis tot virtutibus nisi sciretur esse plenus/ nullo modo crederet. Petrus.

Ysaac in spũ furtũ vidit.

H

Queso te: quidnã hoc esse dicimus: sponte sibi leti: tie frena laxabat: an tot virtutib⁹ pollens/ aliquã do ad presens gaudiũ etiam renitens eius animus tra: hebatur? Gregorius.

Magna est Petre omnipotẽtis dei dispẽsatio: et plerũq; cõtingit vt qb⁹ maiora bona pstat: quedã minora nõ tribuat: vt semp eorum ani mus habeat vnde se ipse reprehẽdat: q̃tenus dũ appetũt perfecti esse/ nec possunt: et laborant in hoc quod non ac: ceperunt: nec tamẽ elaborando preualent: in his que ac cepta habẽt / se minime extollant: sed discant quia ex se: metipsis maiora bona non habẽt/ qui in semetipsis vin: cere parua vitia atq; extrema non possunt. Hinc est enĩ q̃ pducto dñs ad terrã repromissionis populo: cunctos fortes atq; prepotẽtes aduersarios eius extinguẽs/ phi listeos atq; cananeos diuti⁹ reseruauit: vt sicut scriptũ est. In eis experiret israel: q: nõnũq̃ (vt dictũ est) eis etiã quibus magna bona tribuit: parua quedã reprehensibi lia relinquit: vt semper habeant cõtra quod bellũ gerãt et deuictis magnis hostibus mentẽ non erigant: quãdo eos adhuc aduersarij etiã minimi fatigant. Fit itaq; vt miro modo vna eadẽq; mens et virtute polleat: et ex in: firmitate lassescat: quatenus et ex parte constructa sit: et ex parte se conspiciat esse destructã: vt per bonũ qđ que: rit et habere non valet: illud seruet humiliter quod ha: bet. Sed quid mirũ q̃ hoc de homine dicimus/ quãdo illa superna regio in ciuibus suis ex parte damna pertu lit: et ex parte fortiter stetit: vt electi angeloꝝ spirit⁹ dũ alios per superbiã cecidisse conspicerẽt: ipsi tanto robu: stius: quãto humili⁹ starent? Illi ergo regionis sue etiã detrimenta profecerunt: que ad eternitatis statũ ex par: te sue destructionis est solidius instructa. Sic ergo et in vnaquaq; aĩa agit: vt in humilitatis custodiã aliquãdo ad lucra maxima ex minimo dãno seruetur. Petrus. Placet quod dicis.

I Iudicũ iij.b.

Damna parua qñ: q: magni lucri cau: sa fiunt.

De eutbicio et Florẽtio seruis dei. Ca. xv. Gregori⁹.

Nec hoc sileam quod ex regione eadem venerabi lis viri Sanctuli presbyteri narratione cognoui de cuius verbis ipse non dubitas: quia eius vitã fideq; minime ignoras.

K

Eodem quoq; tẽpore in Ursine partibus pro: uincie duo viri in vita atq; habitu sancte con uersationis habitabãt: quorum vnus Euthi: cius: alter vero Florẽtius dicebatur. Sed idem Euthi cius in spiritali zelo atq; in feruore virtutis se exercue: rat: multorumq; animas ad deum perducere exhortan: do satagebat. Florentius vero simplicitati atq; oratio: ni deditã ducebat vitam. Non longe autem erat mona: sterium quod rectoris sui morte erat destitutũ: ex quo sibi monachi eundẽ Euthiciũ preesse voluerunt. Qui eorum precibus acquiescẽs/ multis annis monasterium rexit discipulorũq; animas in studio sancte cõuersatiõis exer: cuit. Ac ne oratoriũ in quo prius habitauerat/ solũ rema: re potuisset: illic venerabilẽ virũ Florentiũ reliquit. In quo dum solus habitaret: die quadã sese in oratione de: dit: atq; ab omnipotenti dño petijt: vt ei illic ad habitã: dũ aliquod solatiũ donare dignaretur. Qui mox vt im: pleuit orationẽ: oratoriũ egressus/ ante fores vrsum re: perit stãtem. Qui dũ ad terrã caput deprimeret: nihilq; feritatis in suis motibus demõstraret: aperte dabat in: telligi q̃ ad viri dei obsequium venisset: quod vir quoq; dñi protinus agnouit. Et quia in eadem cella quattuor vel quinq; pecudes remanserãt quibus dino deerat qui pasceret et custodiret: eidem vrso pcepit dicens. Uade atq; oues has ad pastũ ejice: ad horam vero sextã reuer: tere. Cepit itaq; hoc indesinẽter agere. Iniũgebatur vr so cura pastoris: et quas manducare consueuerat: pasce bat oues bestia ieiuna. Cum vir dñi ieiunare volebat ad nonã/ precipiebat vrso eadẽ hora cum ouibus reuer: ti: cũ vero noluisset: ad sextam. In oĩbus itaq; mãdatis viri dei obtemperabat vrsus: vt neq; ad sextã iussus re: dire veniret ad nonã: neq; ad nonã iussus redire veniret ad sextam. Cũq; diu hoc ageretur: cepit in loco eodẽ tã: te virtutis fama lõge lateq; crescere. Sed quia antiqu⁹ hostis vnde bonos cernit eniteſcere ad gloriã: inde per: uersos per inuidiã rapit ad penam: quattuor viri ex di: scipulis venerabilis Euthicij vehementer inuidentes q̃ eorũ magister signa non faceret: et is qui solus ab eo relictus fuerat/ tanto hoc miraculo clar⁹ appareret: eun dem vrsum insidiãtes occiderũt. Cũq; hora qua iussus fuerat non rediret: vir dei Florẽtius suspicatus est eum rediturũ/ et vsq; ad horam vesperã expectans: affligi ce pit q̃ idem quẽ ex simplicitate multa fratrẽ vocare con: sueuerat: vrsus minime reuerteret. Die vero altera per: rexit ad agrum: vrsum pariter ouesq; quesitur⁹: quẽ oc: cisum reperit. Sed sollicite inquirens: citius a quibus fuerat occisus inuenit. Tunc se se in lamentũ dedit: fra: trum malitiã magis q̃ vrsi mortẽ deplorans. Quẽ vene randus vir Euthicius ad se deductũ cõsolari studuit: sed idem vir dñi coram eo doloris magni stimulis accẽ sus imprecatus est: dicens. Spero in omnipotenti deo: quia in hac vita ante oculos omniũ ex sua malitia vin: dictã recipiant: qui nihil se ledentẽ vrsum meum occide runt. Cuius vocẽ protinus vltio diuina secuta est. Nã quattuor monachi qui vrsum occiderũt / statim elephã tino morbo percussi sunt: vt mẽbris putrescẽtib⁹ inter: irent. Quod factũ vir dei Florentius vehementer expa: uit: seq; ita fratrib⁹ maledixisse pertimuit. Omni enim vite sue tẽpore flebat: quia exauditus fuerat: se crudelẽ: se in eorũ morte clamauit homicidã. Quod idcirco om: nipotentẽ dñm fecisse credimus: ne vir mire simplicita: tis quantolibet dolore cõmotus/ intorquere vltra presu meret iaculum maledictionis. Petrus.

Euthici⁹ monaste: riũ rexit.

Ursus pa stor ouiũ effect⁹ est.

L

Diabolus bonis inui dos subor nat.

Euthici⁹. Ursũ fra: trem vo: cabat.

M Elephãti nus mor: bus.

Nunquidnam valde graue esse credim⁹: si for: tasse cuilibet exagitãte iracundia maledica: mus? Gregorius.

De hoc peccato cur me percũctaris an graue sit: cũ Paulus dicat. Neq; maledici regnum dei possidebunt? Pensa itaq; q̃ grauis cul: pa est que separat a regno celestis vite. Petrus.

j. Cor. vj.

Quid si homo nõ fortasse ex malitia: sed ex lin: gue incuria maledictiõis verbum iaculatur in proximum? Gregorius.

Si apud districtũ iudicẽ petre otiosus sermo repre hẽdit: quãto magis noxius? Pensa ergo quantũ sit dãnabilis qui a malitia non vacat: si et ille sermo pe:

A nalis est/qui a bonitate vtilitatis vacat. Petrus.
Assentio. Gregorius.

Idem vir dei egit aliud: quod silere non debeo. Cũ enim magna eius opinio longe lateq; crebresceret: quidam diaconus longe positus ad eũ pergere studuit: vt eius se orationibus comendaret. Qui ad eius cellulã veniens/omnẽ locũ per circuitũ inuenit innumeris serpentibus plenum. Cũq; vehementer expauesceret: clamauit dicens. Serue dei ora. Erat autem tunc mira serenitas. Egressus vero Florentius: ad celũ oculos et palmas tetendit: vt illam pestem sicut sciret dñs auferret. Ad cuius vocẽ subito celum intonuit: atq; idem tonitrus oẽs illos qui eundẽ locum occupauerant serpentes interemit. Quos cũ vir dei Florẽtius interẽptos aspiceret: dixit. Ecce illos occidisti dñe: quis eos hinc leuabit? Mox q; ad eius vocẽ tante aues venerũt quanti serpẽtes occisi fuerãt: que asportantes singulos/et longius proijciẽtes: locum habitationis illi⁹ mũdum a serpẽtibus oĩmodo reddiderũt. Petrus.

Florenti⁹ orãdo serpentes expulit.

Aues serpentes extulerunt.

Quid virtutis: quid fuisse meriti dicimus: q̃ eius ori tantũ factus est deus proximus? Gregorius.

Apud oĩpotentis dei singularem munditiã/ atq; eius simplicẽ naturã multum Petre humani cordis mũditia atq; simplicitas valet. Hoc ipsum nãq; quod eius famuli a terrenis actionib⁹ segregati/otiosa loqui nesciunt: ⁊ mentẽ per verba spargere/atq; inquinare deuitãt: auctoris sui pre ceteris exauditionẽ impetrant. Cui inquantũ est possibile/ipsa puritate ac simplicitate cogitationis/ quasi ex quadã iam similitudine concordãt. Nos autẽ turbis popularibus admixti/dũ frequẽter otiosa:nõnunq; vero etiam (quod est grauius) noxia loquimur: os nostrũ omnipotẽti deo tanto longinquũ fit/quãto huic mundo proximũ. Multum quippe deorsum ducimur: dũ locutione cõtinua secularibus admiscemur. Quod bene Esaias postq̃ regẽ dñm exercituũ vidit: in semetipso reprehẽdit/⁊ penituit dicens. Ve mihi quia tacui: q: vir pollutus labijs ego sum. Qui cur polluta labia haberet: ostẽdit cum subiunxit. In medio populi polluta labia habẽtis ego habito. Pollutionem nãq; labiorum habere se doluit: sed vnde hanc contraxerit indicauit: cũ in medio populi polluta labia habentis se habitare perhibuit. Valde enĩ difficile est vt lingua secularium mentẽ non inquinet quã tãgit: quia dum plerũq; eis ad quedã loquenda condescendimus: paulisper assueti/hanc ipsam locutionẽ que nobis indigna est: etiã delectabiliter tenemus: vt ex ea iam redire non libeat: ad quã velut ex condescensione deducti venimus inuiti. Sicq; fit vt ab otiosis ad noxia: a leuioribus ad grauiora verba veniamus: et os nostrũ ab omnipotẽti dño tanto iam minus exauditur in prece: quanto amplius inquinatur stulta locutione: quia sicut scriptũ est. Qui auertit aurẽ suam ne audiat legem: oratio ei⁹ erit execrabilis. Quid ergo mirũ si postulantes tarde a dño audimur: qui precipiẽtem dñm/aut tarde/aut nullo modo audimus? Et quid mirum si Florentius in prece sua citius est auditus: qui in preceptis suis domini citius audiuit? Petrus.

B

Otiosa nõ sunt loquẽda.

Esa. vi.

Ibidem.

Prouer. xxviij.

C

Nihil est qđ respõderi valeat aperte rationi. Gregori⁹

Euthicius vero qui predicti Florentij in via dñi socius fuerat: magis post mortẽ claruit in virtute signorũ. Nam cũ multa ciues vrbis illius de eo soleãt narrare miracula: illud tamen est precipuũ qđ vsq; ad hec longobardorũ tẽpora oĩpotens deus per vestimẽtũ illius assidue dignabatur operari. Nam quotiẽs pluuia deerat/⁊ estu nimio terrã longa siccitas exurebat: collecti in vnum ciues vrbis illius: eius tunicam leuarẽ: atq; in conspectu dñi cũ precibus offerre cõsueuerant. Cum qua dum per agros pergerent exorãtes repente pluuia tribuebatur: que plene terrã satiare potuisset. Ex qua re patuit/eius anima quid virtutis int⁹. quid meriti haberet: cuius foris ostensa vestis iram cõditoris auerteret.

Euthicij tunica elata/aut pluuiam aut solẽ adducebat.

De Marcio monacho de mõte marsico. Capitm. xvi.

Nuper quoq; in parte Campanie vir valde venerabilis Marci⁹ † nomine in mõte marsico solitariã vitam duxit: multisq; annis in specu angustissimo iclusus fuit: quẽ multi ex nostris nouerũt eiusq; actibus presentes extiterũt. De quo multa ipse ⁊

† al. Martinus.

beate memorie papa pelagio predecessore meo: ⁊ alijs religiosissimis viris narrãtib⁹ agnoui. Cui⁹ hoc miraculum primũ fuit: q; mox vt se in predicti montis foramine contulit: ex petra eadem que in semetipsa concaua angustum specũ fecerat/aque stilla prorupit: que Marcio dei famulo i vsũ quotidiano sufficeret: ⁊ nec pl⁹ adesset: nec necessitati deesset. Qua in re ostendit omnipotens deus quantã sui famuli curã gereret: cui vetusto miraculo potum i solitudine ex petre duritia ministraret. Sed antiquus hostis humani generis inimicus/eius virtutibus inuidens: hunc vsitata arte pellere ex eo specu molitus est. Nam amicã sibi bestiam: serpentẽ scz ingressus: hũc ab eadem habitatione eijcere facto terrore conatus est. Cepit etenim serpens in speluncã venire solus cum solo eoq; orante se ante illum sternere: et cũ cubante pariter cubare. Sed vir sanctus omnino imperterrit⁹ eius ori manũ vel pedem extendebat: dicẽs. Si licentiã accepisti vt ferias: ego non prohibeo. Cũq; hoc continue p triẽniũ gereretur: die quadã antiquus hostis tãta hac eius fortitudine victus infremuit: seq; per deuexũ montis latus in precipitiũ serpens dedit: omniaq; arbusta loci illius flãma ex se exeunte concremauit. Qui in eo qđ montis latus omne cõbussit/ cogẽte oĩpotente deo monstrare cõpulsus est/quãte virtutis fuerat/ qui victus abscedebat. Perpẽde queso: iste vir dñi in quo mõtis vertice stetit: qui cũ serpente p trienniũ iacuit secur⁹. Petrus.

D

Marcij miraculũ.

Diabol⁹ in specie serpentis Marciũ molestat.

Triennio peracto hostis victus est.

Audito paueo. Gregorius.

Vir iste venerabilis inclusionis sue tẽpore primo decreuerat vt vltra mulierẽ non videret: nõ quia aspernabatur sexũ: sed ex cõtemplata specie/tẽtationis incurrere metuebat vitium. Quod quedã mulier audiẽs/audacter ascendit montẽ: atq; ad eius specũ impudẽter prorupit. At ille paulo lõgius intuens: et venientis ad se muliebria indumẽta cõspiciẽs sese in oratione dedit: in terram faciẽ depressit: ⁊ eousq; prostratus iacuit: quo impudens mulier a fenestra cellule illi⁹ fatigata recederet. Que die eodẽ mox vt de mõte descendit: vitã finiuit: vt ex mortis eius sententia daretur intelligi: quia valde oĩpotenti deo displicuit q̃ eius famulum ausu improbo contristauit.

E

Marcius statuit nullã mulierẽ videre.

Alio quoq; tẽpore dũ multi ad hũc religiosa deuotione concurrerẽt: atq; arcta esset semita que in deuexo montis latere ad eius cellulã properãtes ducebat: puer paruulus incaute gradiẽs: ex eodem monte cecidit: et vsq; ad vallem corruit: que sub monte eodem sita quasi in profundo cõspicitur. In loco quippe eodem tãta mons ipse altitudine excreuit: vt arbusta ingentia que ex eadem valle prodeũt: ex mõte aspicientibus quasi fruteta esse videãtur. Perturbati itaq; sunt cuncti qui veniebant: summaq; cura quesitũ est sicubi corp⁹ elapsi pueri potuisset inueniri. Quis enim aliud nisi extinctũ crederet: quis vel corp⁹ ad terram integrũ peruenisse suspicaret: dũ interpositis vbiq; scopulis i partes discerpi potuisset? Sed requisit⁹ puer in valle inuẽtus est non solũ viuus/sed etiã incolumis. Tunc cũctis patẽter innotuit q̃ ideo ledi non potuit: q: hũc in casu suo Marcij oño portauit. In specu vero illius magna desuper rupes eminebat: que cũ ex parte exigua monti videretur affixa: Marcij celle pminẽs casum suum quotidie: et illius interitũ ruitura minabatur. Ad hunc Mascarus illustris vir Armentarij nepos cũ magna rusticorũ multitudine veniens: precabatur vt vir dei de specu eodem dignaretur exire: quatenus ipse ruiturã rupem ex monte potuisset euellere: atq; in specu suo dei famulus iã securus habitaret. Cũq; hoc vir dei nequaq̃ acquiesceret: et quod posset vt faceret precepit: ⁊ ipse in celle sue remotiori se parte contulit. Si tamẽ moles rueret/dubium non erat q̃ simul et specũ destrueret: et Marciũ necaret. Itaq; dũ ea que venerat multitudo conaretur si posset sine periculo viri dei ingens illud qđ desuper incubuerat saxũ leuare: cunctis videntibus repente res valde admirabilis contigit: quia moles ipsa quã conabãtur euellere/subito ab eisdem laborantibus euulsa: ne speluncã Marcij tectũ tãgeret/saltũ dedit: ⁊ q̃si serui dei lesionẽ fugiens/ lõgius cecidit. Qđ ad iussum oĩpotẽtis dei angelico ministerio actũ intelligit: q oĩa na pudẽtia oĩpoñi oĩa fidelit credit. Hic cũ pmũ se in eũdẽ mõtẽ ptulit: necdũ clauso specu habitãs: cathẽs ii

Puer lapsus i profunda valle repert⁹ est incolumis.

F

Rupes euulsa per saltum miraculosũ longius cecidit.

G

bi ferrea pedem ligauit: eamq; saxo ex parte altera affixit: ne ei vltra liceret progredi q̃ cathene eiusdẽ quantitas tendebatur. Quod vir vite venerabilis Benedict⁹ audiens (cuius superius memoriã feci) ei per discipulũ suũ mandare curauit. Si seruus dei es/ non teneat te cathena ferri: sed cathena christi. Ad quã vocem Marci⁹ protinus eundẽ compedẽ soluit: sed nunq̃ postmodũ solutũ tetendit pedem vltra locũ qui hũc tenere ligatũ cõsueuerat: atq; in tanto se spatio sine cathena coercuit: in quanto et antea ligatus mansit. Qui dũ se postmodũ in eiusdẽ loci specu cõclusisset: cepit etiã discipulos habere: qui ab eius specu seorsum habitãtes: ad vsum vite aquã de puteo haurire consueuerant. Sed funis in quo ad hauriendũ aquã situla dependebat/ crebro rũpebat. Unde factũ est vt eãdem cathenam quã ex pede suo vir dñi soluerat/ eius discipuli peterent: eãq; funi adiungerent: atq; in illã situlã ligarẽt. Ex quo iã tpe cõtigit: vt idẽ funis et q̃tidie tingeret aqua/ et nunq̃ rũperet. Quia enim cathenã viri dei funis ille cõtigit: ipse quoq; ad tolerandã aquã/ ferri in se fortitudinẽ traxit. Petrus.

Benedict⁹ Marciũ a cathena liberauit.

Benedicti funis ex cathene eius cõtactu i ferrũ solidatur.

Facta hec placent: quia mira sunt et multũ recentia.

De monacho ex monte Argentario qui mortuũ suscitauit. Capitulum. xvij. Gregorius.

Nostris modo tẽporib⁹ quidã vir Quadragesimus noĩe/ Buxentine ecclesie subdiaconus fuit: qui ouiũ suarũ gregẽ pascere in eiusdem Aurelie partibus solebat. Cui⁹ valde veracis viri narratione res mira innotuit/ que secreto fuerat gesta. Is nãq; (vt prediximus) dũ gregis sui in aurelia curã gereret: in diebus eiusdẽ vir fuit e monte qui Argentarius vocatur/ venerabilis vite: qui habitũ monachi quẽ pretẽdebat/ speciemoribus explebat. Hic itaq; ad ecclesiã beati Petri apostoloꝝ principis ab eodẽ monte Argentario annis singulis venire ꝯsueuerat: atq; ad huc (quẽ prediximus) Quadragesimũ subdiaconum (sicut ipse narrauit) hospitalitatis gratia declinabat. Quadã vero die dum eius hospitiũ (quod non longe ab ecclesia aberat) intrasset: cuiusdã paupercule maritus iuxta defunctus est: quẽ ex more lotũ/ vestimentis indutũ/ et sabano constrictũ superueniente vespere sepelire nequiuerũt. Igitur iuxta defuncti corpus viduata mulier sedit: q̃ i magnis fletibus noctẽ ducens: cõtinuis lamẽtorum vocibus satisfaciebat dolori. Cumq; hoc diutius fieret: et flere mulier nullo modo cessaret: vir dei q̃ receptus hospitio fuerat/ Quadragesimo subdiacono cõpunctus ait. Dolori huius mulieris anima mea cõpatitur: rogo surge et oremus. Perrexerũt igit̃ vterq; ad vicinã ecclesiã: seseq; pariter in oratione dederunt. Cũq; diutius orassent: cõplere orationẽ Quadragesimũ subdiaconũ seru⁹ dei petijt. Qua cõpleta ab altaris crepidine puluerẽ collegit: atq; cũ eodẽ Quadragesimo ad defuncti corp⁹ accessit: seq; ibidem in orationẽ dedit. Cũq; diutius orasset: iã nõ sicut prius fecerat/ orationẽ cõpleri p subdiaconũ voluit: sed ipse benedictionẽ dedit: statimq; surrexit. Et qi manu dextera collectũ puluerẽ gestabat: sinistra palliũ q̃ faciem defuncti velabat/ abstulit. Qđ cũ mulier fieri cerneret: cõtradicere vehemẽter cepit: et mirari quid vellet facere. Ablato itaq; pallio/ diu eo quem collegerat puluere defuncti faciẽ fricauit. Qui cũ diuti⁹ fricaretur/ recepit animã: oscitauit: oculos aperuit: seseq; eleuans resedit: quid erga se ageretur mirat⁹ est: ac si de grauissimo somno fuisset excitatus. Quod cum mulier lamẽtis fatigata conspiceret: cepit ex gaudio magis flere/ et voces amplius edere. Quã vir dñi modesta prohibitione cõpescuit: dicens. Tace/ tace: sed si quis te requisiuerit qualiter factum sit hoc: solummodo dic: quia dñs Jesus xps opera sua fecit. Dixit hoc: atq; ab eius hospitio exiuit. Quadragesimũ subdiaconũ protinus reliquit: et in loco eodẽ vltra non cõparuit. Temporalẽ nãq; honorẽ fugiens: egit vt ab his a quib⁹ visus in tanta virtute fuerat: nunq; iam in hac vita videretur. Petrus.

Quadragesimus subdiaconus.

Vir q̃dã monach⁹ cum Quadragesimo mortuũ resuscitauit.

Quid alii sentiant ignoro. Ego autẽ pre cũctis miraculis hoc potius existimo esse miraculum: q̃ ad vitam mortui redeunt: eorumq; anime ad carnem ex occulto reuocantur. Gregorius.

Si visibilia attẽdimus: ita necesse est vt credamus. Si vero inuisibilia pensamus: nimirũ cõstat quia maius est miraculũ pdicationis verbo/ atq; orationis solatio peccatorẽ cõuertere: q̃ carne mortuũ suscitare. In isto enĩ resuscitat caro iterũ moritura: in illo vero anima in eternum victura. Cum enim propono duos: in quo horum existimas maius factum virtute miraculũ: Lazarũ quippe quẽ iam fidelẽ credimus fuisse: carne dñs suscitauit: Saulũ vero resuscitauit ĩ mẽte. Et quidẽ post resurrectionẽ carnis de Lazari virtutibus tacetur. Nam post resurrectionẽ eius/ capere nostra infirmitas non valet: quanta in sacro eloquio de Pauli virtutibus dicuntur. Qz illi⁹ crudelissime cogitatiões ad pietatĩ mollia cõuerse sunt viscera. Qz mori cupit pro fratribus: in quorũ prius morte gaudebat. Qz plen⁹ omnia scripture scientia nil se scire iudicat: nisi xpm Jesum/ et hunc crucifixũ. Qz pro xpo virgis libẽter ceditur/ quẽ gladijs insequebatur. Qz apostolatus honore sublimis est: sed tñ sponte fit paruulus in medio discipuloꝝ. Qz ad celi tertij secreta ducitur: et tñ mẽtis oculũ per compassionẽ reflectit ad dispensandũ cubile cõiugatorũ: dicẽs. Uxori vir debitũ reddat/ et vxor viro. Qz admiscetur in contẽplatione cetibus angeloꝝ: et tamen non aspernatur cogitare atq; disponere facta carnaliũ. Qz gaudet in infirmitatibus: sibiq; in ꝯtumelijs placet. Qz ei viuere xpus est: et mori lucrũ. Qz totũ iam extra carnẽ est hoc ipsum qđ viuit in carne. Ecce qualiter viuit: qui ab inferno mente ad vitam pietatis redijt. Minus est ergo quẽpiam ĩ carne suscitari: nisi forte per viuificationẽ carnis ad vitam reducatur mentis: vt et hoc agatur per exterius miraculũ: quatenus cõuersus interius viuificetur. Petrus.

K

j. Cor. vij.

L

Valde infra credidi hoc: quod modo q̃ sit incõparabiliter superius agnoui: sed queso cepta ꝓsequere: vt dũ tẽpus vacat/ sine edificatione hora non trãseat.

De Benedicto monacho. Capitu. xviij. Gregorius.

Frater quidã mecũ est in monasterio conuersatus/ ĩ scriptura sacra studiosissim⁹: qui me etate preibat. hic ex multis q̃ nesciebã/ me edificare cõsueuerat. Huius itaq; narratione didici: q fuit quidã in Cãpanie partibus intra quadragesimũ romane vrbis milliariũ: noĩe Benedictus: equidem etate iuuenis/ sed moribus grãdeuus: et in sancte ꝯuersationis regula se fortiter strĩgens. Quẽ Totile regis tẽpore cũ Gothi reperissent: hũc incendere cũ sua cella moliti sũt. Ignẽ nãq; posuerunt: sed in circuitu arserunt oĩa: cella vero illius igne cõburi non potuit. Quod videntes Gothi magisq; seuiẽtes/ atq; hunc ex suo habitaculo trahẽtes/ nõ longe aspexerũt succẽsum clibanũ qui coquẽdis panibus parabatur: eumq; in illo proiecerũt: clibanũq; clauserũt. Sed die altero ita illesus inuentus est: vt non solum eius caro ab ignibus/ sed neq; extrema vllo modo vestimenta cremarentur. Petrus.

Miraculum ignis in cella benedicti.

Benedictũ Gothi in clibanũ i posuerũt.

Antiquũ trium pueroꝝ miraculũ audio: qui proiecti in ignibus lesi non sunt. Gregorius.

Aliud vt opinor miraculũ ex parte aliqua dissimiliter gestũ est. Tũc quippe tres pueri ligatis pedib⁹ ac manib⁹ in ignẽ proiecti sunt: quos die altera rex requirẽs/ in camino illesis vestibus deambulantes reperit. Ex qua re colligitur: quia ignis ĩ quo iactati fuerant qui eoꝝ vestimẽta nõ cõtigit/ eoꝝ vincula ꝯsũpsit: vt vno eodẽq; tpe in obsequio iustoꝝ et haberet flãma virtutẽ suã ad solatiũ: et nõ haberet ad tormẽtũ.

M

Eodẽ momento habuit flãmã virtutem et non habuit.

De ecclesia beati Zenonis martyris: in qua aque vltra portam apertam inundantes minime intrauerunt. Capitulum. xix.

Huic tã antiquo miraculo dieb⁹ nr̃is res similis ex aliquo eueniĩt elemẽto. Nã nup Joãnes tribunus relatiõe sua me docuit: q pnul suo comes cũ illic adesset: se cũ rege antharico eo tẽpore in loco eodẽ vbi mira res cõtigit/ affuisse: eamq; cognouisse testatus est. Predict⁹ etenĩ tribun⁹ narrauit: dicens q ante hoc fere quinquenniũ quãdo apud hanc romanã vrbem alueũ suũ tiberis egressus est: tñ crescens vt eius vnda sup muros vrbis influeret: atq; inde iã maximas regiones occuparet: apud veronensem vrbem fluuius athesis excrescens: ad beati Zenonis martyris atq; pontificis ecclesiam venit. Cuius ecclesie dũ essent ianue aperte: aqua in eam minime intrauit. Que paulisper crescẽs vsq; ad fenestras ecclesie que erant tectis proxime/ peruenit: sicq; stans aqua ecclesie ianuam clausit: ac si illud

Athesis fluuij ingẽs miraculum.

A

elemētum liquidū in soliditatem parietis fuisset muta-
tum. Cumq; essent multi interius inuēti: sed a quarum
multitudine omni ecclesia circundata: qua possent egre
di nō haberent: ibiq; se siti ac fame deficere formidarēt
ad ecclesie ianuā veniebant: ad bibēdū hauriebāt aquā
que vt prediri/ vsq; ad fenestras excreuerat: ⁊ tamen in
tra ecclesiā nullo modo diffluebat. Hauriri itaq; vt aq̄
poterat: sed diffluere vt aqua non poterat. Stans aute
ante ianuā ad ostendendū cunctis meritum martyris ⁊
aqua erat ad adiutoriū: ⁊ quasi aq̄ non erat ad inuaden
dum locum. Quod ego antiquo antedicti ignis miracu-
lo vere predixi non fuisse dissimile/ qui trium puerorum
et vestimenta nō cōtigit: ⁊ vincula incendit. Petrus.

Aq̄ hauri
ri poterat
diffluere
non pote-
rat.

Mira sunt valde sanctorū facta que narras: et
presenti infirmitati hominū vehementer stu
pēda. Sed quia tantos nuper in Italia fuis
se audio admirādc virtutis viros: nosse velim si nullas
eos contigit antiqui hostis insidias pertulisse: an ex in
sidiis profecisse. Gregorius.

Sine labore certaminis non est palma victorie
Unde ergo victores sunt: nisi q; cōtra antiqui
hostis insidias decertauerunt: Malign⁹ quip
pe spiritus cogitationi/ locutioni/ atq; operi nostro sem
per insistit: si fortasse quid inueniat vnde apud examen
eterni iudicis accusator existat. Uis etenim nosse quo-
modo ad decipiendum semper assistat?

Uera sen-
tentia.

¶ De Stephano presbytero prouincie valerie: cui diabo
lus caligas e tibijs traxit. Capitulum. xx.

Quidam qui nunc nobiscū sunt/ rē quam nar
ro testant. Uir vite venerabilis Stephan⁹ no
mine/ valerie prouincie presbyter fuit: huius
nostri bonifacij diaconi atq; dispēsatoris ecclesie agna-
tione proximus. Qui quadam die de itinere domum re
gressus/ mancipio suo negligenter loquens precepit di-
cens: Ueni diabole/ discalcia me. Ad cuius vocem mox
ceperunt se caligarum corrigie in summa velocitate dis-
soluere: vt aperte constaret q; ei ipse qui nominatus fue-
rat: ad extrahendas caligas diabolus obedisset. Quod
mox vt p̄sbyter vidit/ vehemēter expauit: magnisq; vo-
cibus clamare cepit dicēs. Recede miser: recede: nō em
tibi: sed mancipio meo locutus sum. Ad cuius vocē pti
nus recessit: ita vt inuente sunt magna iā ex parte disso-
lute corrigie. Qua i re colligi potest/ antiquus hostis q;
tam presto est factis corporalibus/ q̄ nimis insidijs no-
stris cogitationibus insistat. Petrus.

B

Diabolus
discalcia-
uit stepha
num.

Laboriosum est valde atq; terribile contra inimici
insidias semper intendere: et continue quasi i acie
stare. Gregorius.

Laboriosum non erit si custodiam nostrā non
nobis: sed gratie superne tribuim⁹: ita tamē
vt et ipsi q̄tum possumus: sub protectiōe dei
vigilemus. Si autem antiquus hostis a mente ceperit
expelli: ex diuina largitate plerūq; agit: vt non solum iā
timeri nō debeat: sed ipse etiā bn̄ viuētiū v̄tute terreat.

¶ De puella cōuersa cuius solo imperio homo est a de-
monio liberatus. Capitulum. xxi.

Ei nāq; quam narro/ vir sanctissim⁹ Eleuthe
rius senex pater/ cuius memoriam superi⁹ fe-
ci/ testis extitit: mihiq; hoc intimare curauit:
q; in spoletana vrbe puella quedā tā nobilis eiusdē pa-
tricij filia/ celestis vite desiderio exarsit: cui q; pr̄ ed vis
vt te resistere conatus est: sed contēpto patre/ cōuersatio-
nis scē habitū suscepit. Qua ex re factū est vt eā pr̄ sue
substantie exheredem faceret: nihilq; ei aliud nisi sex vn
cias vnius possessiūcule largiretur. Eius vero exēplo
prouocate ceperūt apud eam multe nobilioris generis
puelle conuerti: atq; oīpotenti domino dedicata virgi-
nitate seruire. Quadam vero die idem eleutherius ab-
bas vir vite venerabilis ad eā gratia exhortatiōis atq;
edificationis accesserat: ⁊ cū ea de verbo dei colloquens
sedebat: cum repēte ex eodē fundo quem in sex vncijs a
patre perceperat/ cum xenio rusticus venit. Qui dū an-
te eos assisteret: maligno spiritu correptus cecidit: fati-
garique nimis stridorib⁹ atq; balatibus cepit. Tūc san
ctimonialis femina surrexit: atq; irato vultu magnis cla
moribus iperauit: dicens. Exi ab eo miser: exi ab eo mi
ser. Ad cuius vocem mox per os vexati diabolus respō-
dit dicens. Et si de isto exeo: in quē intrabo? Casu autē

Eleuthe-
rius.

C

Uirgo so-
lo iperio
diabolum
eiecit.

iuxta porcus paruulus pascebatur. Tunc sanctimonia
lis femina precepit dicens. Exi ab eo: ⁊ in hunc porcum
ingredere. Qui statim de homine exiuit: porcū quē iuš
sus fuerat inuasit: occidit ⁊ recessit. Petrus.

D

Uelim nosse si saltem porcū concedere spiritui im-
mundo debuit. Gregorius.

Propositā regule nostre actiōis/ sunt facta ve
ritatis. Ipsi etenī redemptori nostro a legio
ne que hominem tenebat dictum ē. Si eijcis
nos: mitte nos in gregem porcorū. Qui hanc ⁊ ab homi
ne expulit: ⁊ in porcos ire: eosq; in abyssum mittere con-
cessit. Ex qua re etiā hoc colligitur q; absq; concessione
omnipotentis dei nullā malignus spiritus cōtra homi-
nem potestatē habeat: qui in porcos intrare non potuit
nisi permissus. Illi ergo nos necesse est spōte subdi: cui
et aduersa vis subijciunt in vita: vt tāto nostris hostib⁹
potentiores simus: q̄to cum auctore omniū vnum effi-
cimur per humilitatem. Quid autē mirum si electi q;
in carne positi multa facere mirabiliter possunt: quorū
ipsa q;q; ossa mortua plerūq; i multis miraculis viuūt?

Mat. viij
Diabol⁹
nullā con-
tra hoiem
ptātem hꝫ
nisi de⁹ p̄
mittat.

¶ De presbytero prouincie valerie: qui furem ad sepul-
chrum suum tenuit. Capitulū. xxij.

In valeria nāq; prouincia res est hec gesta quā
narro: mihiq; hec memorie abbatis mei valen-
tionis relatione cognita. Ibi etenim quidam
venerabilis sacerdos erat: qui cum clericis suis dei lau
dibus bonisq; operibus intentus/ sancte cōuersationis
vitam ducebat. Superueniente autē vocationis die de-
functus est: atq; ante ecclesiam sepultus. Eidē vero ec-
clesie caule inherebant ouiū: atq; idem locus in quo se-
pultus est/ ad easdem oues tendentibus peruius erat.
Quadā autem nocte cum clericis intra ecclesiam psal-
lentibus fur venisset: vt ingressus caulas furtum faceret
veruecē tulit: ⁊ concitus exijt. Cum vero peruenisset ad
locum vbi vir domini sepultus erat: repēte hesit: ⁊ gres-
sum mouere nō potuit. Ueruecē quidem de collo depo
suit: eumq; dimittere voluit: sed manum laxare non va-
luit. Cepit igitur stare miser cū preda sua reus ⁊ ligat⁹
Uolebat veruecē dimittere: nec valebat. Uolebat egre
di cum veruece: nec poterat. Miro itaq; modo fur qui
a viuis videri timuerat: hunc mortu⁹ tenebat. Cū itaq;
gressus manusq; illi⁹ fuissent obstricta: imobilis persti-
tit. Facto aūt mane/ expletis laudibus dei/ ab ecclesia
egressi sunt clerici: ⁊ inuenerunt ignotū hominem verue
cem tenentem manu. Res venit in dubium: vtrum ver-
uecem tolleret: an offerret: sed culpe reus citius indica-
uit penā. Mirati omēs: q; ingressus fur viri dei merito
ad predam suā stabat ligat⁹. Qui se pro eo protinus in
orationem dederunt: suisq; precibus vix obtinere value
runt: vt qui res eorū venerat rapere: saltem vacuus exi-
re mereret. Itaq; fur qui diu steterat cū preda captiu⁹:
quandoq; exijt vacuus ⁊ liber. Petrus.

Sacer-
dos sepul
t⁹ eū cau-
las ingres
furem reti
nuit.

E

Ambiguū

Apparet quante sit super nos dulcedinis omnipo
tens deus/ cui⁹ erga nos sunt tā iocūda miracula.

¶ De abbate prenestini montis: eiusq; pbr̄o.
Gregorius. Capitulum. xxiij.

Prenestine vrbi mons preeminet: in quo bea
ti Petri apostoli monasteriū situm est/ viro-
rum dei: quorum relatione adhuc in monaste
rio positus audisse me contigit magnū hoc quod narro
miraculum: qd̄ eiusdem monasterij monachi nosse se te-
stabātur. In eo namq; monasterio fuit pater vite vene-
rabilis/ qui quendam monachū nutriens/ vsq; ad reue-
rendos prouexit mores. Cumq; eum in timore domini
videret excreuisse: in eodē sibi monasterio tūc p̄sbyterū
fecit ordinari. Cui post ordinationē suam (quia nō lon-
ge abesset) eius exitus per reuelationem indicatus est.
A predicto autem patre monasterij petijt quaten⁹ ei cō-
cederet vt sibi sepulchrum pararet. Cui ille respondit.
Ante te quidem ego moritur⁹ sum: sed tamen vade et si-
cut vis prepara sepulchrum tuum. Recessit igitur ⁊ pre
parauit. Cū non post multos dies senex pater febre pre-
uentus ad extrema peruenit: atq; assistēti presbytero ius
sit dicēs. In tuo sepulchro pone me. Cumq; ille diceret
Scis q; ego modo te secutur⁹ sum: vtrosq; capere nō po
test. abbas protinus respondit. Ita fac vt dixi: q; sepul-
chrum tuum ambos nos capit. Defunctus itaq; ē: atq;
in sepulchro eodem quod sibi presbyter parauerat posi-

F

G

tus. Mox quoq; ⁊ presbyter corporis languor secutus est: quo languore crescente citi⁹ presbyter vitam finiuit. Cumq; ad sepulchrū quod sibiipsi parauerat corp⁹ illi⁹ fuisset a fratribus deportatū: aperto eodē sepulchro viderunt omnes qui aderant/ locū nō esse vbi poni potuisset: q2 corpus patris monasterij quod illic ante positum fuerat/ omne illud sepulchrum tenebat. Cumq; fratres qui presbyteri corpus detulerant/ factam sibi sepeliēdi difficultatem viderent: vnus eorū exclamauit dicēs. O pater vbi est quod dixisti: quia sepulchrū istud ambos vos caperet? Ad cuius vocem subito cunctis videntib⁹ abbatis corpus quod illic ante positū fuerat: ⁊ supinum iacebat/ se vertit in latere: ⁊ vacantē sepulchri locum ad sepeliendum presbyteri corpus prebuit: et quia vtrosq; ille locus caperet: sicut viuus promiserat/ mortuus impleuit. Sed quia hoc quod ꝓdixi/ apud prenestinā vrbem in beati Petri apostoli monasterio gestū est: vis ne aliquid etiam in hac vrbe de eius ecclesie custodibus vbi sacratissimū corpus illius est positū audire? Petrus.

Abbas mortu⁹ in sepulchro se vertit.

Uolo: atq; id vt fiat magnopere deprecor.

¶ De theodoro mansionario ecclesie beati petri apostoli vrbis Rome. Capitulum. xxiiij. Grego.

Adhuc supersunt aliqui qui theodorum eius ecclesie custodem nouerunt: cuius narratione innotuit res que ei contigit valde memorabilis. Ex quadam nocte dū citius ad meliorāda iuxta ianuam lumina surrexisset: ex more ligneis gradib⁹ sub lampade positis stabat: ⁊ lāpadis refouebat lumen. Tunc repente beatus Petrus apostolus in stola candida deorsum in pauimento constitit: eiq; dixit. Colliberte q̃re tā citi⁹ surrexisti? Quo dicto ab oculis aspiciētis euanuit: sed tātus in eū pauor irruit: vt tota in illo corporis virtus deficeret: et per dies multos de stratu suo surgere non valeret. Quia in re quid idē beatus apostolus seruientibus sibi voluit: nisi presentia sui respectus ostendere quia quicquid pro eius veneratione agerent: ipse hoc pro mercede retributionis sine intermissione semper videret? Petrus.

Theodoro beatus petrus apparuit.

H

Mihi hoc non tam apparet mirum quia visus est: sed q2 is qui eū vidit: cum sanus esset/ egrotauit.

Gregorius

Quid sup hac re miraris petre? Nūquidnam mēti excidit: q2 cum Daniel ꝓpheta magnā illam ac terribilem visionē vidit: ex qua etiā visione contremuit: ꝓtin⁹ adiungit. Et ego elangui et egrotaui per dies plurimos. Caro enim ea que sunt spiritus/ capere non valet: ⁊ idcirco nōnunq̃ cum mens humana vltra se ad videndū ducitur: necesse est vt hoc carneum vasculum quod ferre talenti pondus non valet/ infirmetur. Petrus.

Dan. viij.

Scrupulum cogitationis mee aperta ratio dissoluit.

¶ De abūdio mansiōario eccl'ie bti petri. Ca. xxv. Gre.

I

Alius illic non ante longa tempora (sicut nostri seniores referūt) custos eccl'ie Abūdi⁹ ꝑdictus est: magne humilitatis atq; grauitatis vir: ita omnipotenti deo fideliter seruiēs: vt idē beatus Petrus apostolus signis ostenderet quā de illo haberet estimationem. Nam cū quedā puella paralytica in eius ecclesia ꝑmanens/ manibus reperet: ⁊ dissolutis renibus corpus per terram traheret: diuq; ab eodem petro apostolo peteret vt sanari mereret: nocte quadā ei ꝑ visionem astitit: ⁊ dixit. Uade ad abundium mansionarium ⁊ roga illū: atq; ipse tibi salutem restituet. Cūq; illa de tanta visione certa esset: sed quis esset abūdi⁹ ignoraret: cepit huc illucq; per eccl'ie loca se trahere: vt quis esset Abūdius inuestigaret. Cui repente ipse factus est obuiam quem q̃sluit: eiq; dixit. Rogo te pater idica mihi quis est abundi⁹ custos? Cui ille respōdit. Ego sum. At illa inq̃t. Pastor et nutritor noster beatus Petrus apostolus ad te me misit: vt ab infirmitate ista liberare me debeas. Cui ille respondit. Si ab ipso missa es/ surge. Manūq; eius tenuit: et eam in statum suū protinus erexit. Sicq; ex illa hora omnes in ei⁹ corpore nerui ac mēbra solidata sunt: vt solutionis illius signa vlteri⁹ nulla remanerēt. Sed si cūcta que in ei⁹ ecclesia gesta cognouimus/ euoluere conamur: ab omnib⁹ iam procul dubio narratione cōticescimus. Unde necesse est vt ad modernos ꝓ patres quorū vita per Italie prouincias claruit narratio se nostra retorqueat.

ꝓal. Acontius.

Abūdius custos aucroritate petri paralyticā curauit.

ꝓal. modestos.

K

¶ De monacho solitario. Capitulū. xxvj.

Nuper in samnij prouincia quidam venerabilis vir menas nomine/ solitariā vitam ducebat: qui nostrorum multis cognit⁹/ ante hoc ferme est decēniū defunctus. De cuius operis narratione vnū auctorem non infero: quia pene tot mihi in eius vita testes sunt: quot samnij prouinciam nouerūt. Hic itaq; nihil ad vsum suum aliud: nisi pauca apium vascula possidebat. Huic cum longobardus quidam in eisdē apibus rapinam voluisset ingerere: prius ab eodem viro verbo correptus est: ⁊ mox per malignū spiritum ante eius vestigia vexat⁹. Qua ex re factū est: vt sicut apud omnes incolas/ ita etiam apud eandem barbaram gentem eius celebre nomē haberetur: nullusq; vltra ꝓsumeret eius cellulam: nisi humilis intrare. Sepe vero ex vicina silua venientes vrsi apes eius comedere conabantur. Quos ille deprehensos: ferula quam portare manu consueuerat cedebat. Ante cuius verbera immanissime bestie rugiebant et fugiebant. Et que gladios formidare vix poterant: ex ei⁹ manu ictus ferule pertimescebant. Huius studium fuit/ nihil in hoc mūdo habere: nihil q̃rere: omnes qui ad se charitatis causa veniebāt/ ad eterne vite desideria accendere. Siqñ autem quorumlibet culpas agnosceret: nunq̃ ab increpatione parceret: sed amoris igne succensus/ studebat in eis vehementer per linguam seuire. Consuetudinē vero vicini vel longe positi eiusdē loci accole fecerāt: vt diebus certis ꝑ hebdomadam vnusquisq; ei oblationes suas transmitteret: vt esset quod ipse ad se venientibus offerre potuisset. Quodam vero tempore possessor quidam carterius nomine immundo desiderio deuict⁹: quandam sanctimonialem feminā rapuit: sibiq; illicito matrimonio cōiunxit. Quod mox vt vir domini cognouit: ei per quos potuit que fuerat dignus audire mandauit. Cūq; ille sceleris sui cōscius timeret: atq; ad virum dei nequaq̃ accedere presumeret: ne forte hunc a spere vt delinquentes solebat increparet: fecit oblatiōes suas: easq; inter oblatiōes aliorum misit: vt eius munera saltem nesciendo susciperet. Sed cū coram eo fuissent oblationes omnium deportate/ vir dei tacitus sedit: sigillatim omnes cōsiderare studuit: ⁊ omnes alias eligens atq; seorsum ponens: oblationes quas idē carterius transmiserat/ cognouit ꝑ spiritum: spreuit atq; abiecit dicens. Ite ⁊ dicite ei. Oblationem suā omnipotēti deo abstulisti: ⁊ mihi tuas oblationes transmittis? ego oblationem tuam non accipio: quia suam abstulisti deo. Qua ex re factum est: vt presentes quosq; magnus timor inuaderet: cum vir dñi tā sciēter de absentibus iudicaret. Petrus.

Menas vrsos ferula ꝺ apib⁹ suis fugauit.

L

Menas oblationē carterij in spiritu cognouit.

Multos bonum suspicor martyriū subire potuisse si eos tempus persecutionis inuenisset. Grego.

Duo sunt petre martyrij genera: vnū in occulto: alterum quoq; in publico. Nam etsi persecutio deest exterius: martyrij meritum in occulto est: cum virtus ad passionem prompta flagrat in animo. Quis enim esse possit et sine aperta passiōe martyrium: testatur in euangelio dñs: qui zebedei filijs adhuc pro infirmitate mentis maiora sessionis loca querētibus dicit. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Cui videlicet cum responderent: possum⁹: ait vtrisq;. Calicem quidem meum bibetis: sedere autē ad dexteram meam vel sinistram/ nō est meum dare vobis. Quid autem calicis nomen: nisi passionis poculū significat? Et cum nimirum constet quia Jacobus in passione occubuit: Joannes vero in pace ecclesie quieuit: incunctanter colligitur esse et sine aperta passione martyrium/ quādo et ille calicem dñi bibere dictus est: qui ex persecutione mortuus non est. De his autem talibus talibusq; viris quorum superius memoriā feci/ cur dicam⁹ quia si persecutionis temp⁹ extitisset/ martyres esse potuissent: qui occulte antiqui hostis insidias tolerantes: suosq; in hoc mundo aduersarios diligētes: cūctis carnalibus desiderijs resistentes: per hoc q2 se omnipotenti deo in corde mactauerunt: etiam pacis tempore martyres fuerunt: dum nostris modo temporibus viles q̃q; et secularis vite personas: de quibus nil celestis glorie presumi posse videbatur: oborta occasione contigit ad martyrij coronas peruenisse?

martyrij duo gña.

M

Mat. xx.

Ibidem.

Martyres pacis tempore.

¶ De .xl. rusticis qui pro eo q carnes comedere imolatitias noluerunt: a longobardis occisi sunt. Ca.xxvij.

A

xl. rustici a lōgobardis occisi.

Nam ante hos ferme annos .xv. sicut hi testantur q interesse potuerūt .xl. rustici a longobardis capti / carnes immolatitias cōedere cōpellebant. Qui cū valde resisterent: ꝛ contingere cibum sacrilegum nollent: ceperūt longobardi qui eos tenuerāt nisi imolata comederent / mortē eis minari. At illi eternam potius vitam ꝙ presentem ac transitoriā diligētes firmiter persisterunt: atq; in sua cōstantia simul omnes occisi sunt. Quid itaq; isti: nisi veritatis martyres fuerunt: qui ne vetitum comedēdo / cōditorem suum offenderent / elegerunt gladijs vitam finire?

¶ De multitudine captiuorū qui pro eo q caput capre adorare noluerunt / occisi sunt. Capitu.xxviij.

tal. quadrigētos.

Eodem quoq; tēpore dū fere quadraginta ꝛ captiuos alios longobardi tenuissent: more suo immolauerunt caput capre diabolo: hoc ei p circuitū currentes: et carmine nefando dedicātes. Cumq; illud ipsi pri⁹ submissis ceruicib⁹ adorarent: eos quoq; quos ceperant / hoc adorare pariter compellebāt. Sed ex eisdē captiuis maxima multitudo magis eligēs moriendo ad vitam imortalem tendere / ꝙ adorando vitā mortalem tenere: obtēperare iussis sacrilegis noluit: et ceruicem quā semper creatori flexerat: creature iclinare contempsit. Unde factū est: vt hostes q eos ceperant graui iracundia accensi: cunctos gladijs interficerent quos in errore suo participes nō haberent. Quid ergo mirum si erūpente persecutionis tempore illi martyres esse potuissent: qui in ipsa quoq; pace ecclesie semetipsos semper affligentes / angustam martyrij tenuerūt viam: quando ingruēte persecutionis articulo hi etiā meruerunt martyrij palmas accipere / qui i pace ecclesie latas huius seculi vias sequi videbantur? Nec tamen hoc quod de eisdem electis dicim⁹ viris: de cunctis iā quasi in regula tenemus. Nam cum persecutionis aperte tempus irruit: sicut plerīq; martyrium subire possunt: qui esse in pace ecclie despicabiles videntᷣ: ita nōnunq; in debilitatis formidinem corruūt qui in pace ecclesie pri⁹ fortiter stare videbant. Sed eos de quibus prediximᵘˢ fieri martyres potuisse fidenter fatemur: quia hoc iam ex eorū fine colligimus. Cadere enim nec in aperta persecutione poterant hi de quibus cōstat q: et vsq; ad finem vite in occulta animi virtute persisterunt.

Xpicolarū multitudo a paganis occisa.

B

Petrus.

Ut asseris ita est: sed sup indignos nos diuine misericordie dispensationem miror: quia lōgobardorū seuitiam ita moderatur: vt eorum sacerdotes sacrilegos qui esse se fidelium quasi victores vident / orthodoxorum fidem persequi minime permittat.

¶ De arriano epo cecato. Ca.xxix. Gregorius.

in me infirmantiū personā suscipiēs de inuisibilibus du
bitabā. Itaq̄ placent cuncta que dicis: sed tamen sicut
vitā aīe in corpore manentis ex motu corporis agnosco
ita vitam anime post corpus apertis quibusdam rebus
attestantibus cognoscere cupio.

¶ Qz vita anime manētis in corpore sicut deprehēdit̄
ex motu mēbrorū: sic vita aīe post corp⁹ in sanctis pēsan
da est ex virtute miraculoꝝ. Caplm.vj. Gregorius.

Hac in re si cor paratū tue dilectionis inuenio
in allegatione minime laboro. Nunqḋnā san
cti apostoli ꝛ martyres christi presentē vitam
despicerēt: ꝛ in mortē carnis aīas ponerēt: nisi certiorē
animarū vitā subsequi scirent? Tu vero ipse inquies: q̄
vitam anime in corpore manentis ex motibus corporis
agnoscis: ꝛ ecce hi q̄ aīas in mortem posuerunt: atq̄ ani
marū vitā post mortē carnis esse crediderunt: quotidia

C

nis miraculis coruscant. Ad extincta nāq̄ eorū corpo-
ra viuentes egri veniunt ꝛ sanant̄: periuri veniunt ꝛ de-
monio vexātur: demoniaci veniūt et liberant̄: leprosi ve
niunt ꝛ mundātur: deferūtur mortui ꝛ suscitant̄. Pensa
itaq̄ eorū anime qualiter viuūt illic vbi viuunt: quorū
hic mortua corpora in tot miraculis viuunt. Si igit̄ vi-
tam anime permanētis in corpore deprehēdis ex motu
mēbrorū: cur nō perpēdis vitā anime post corpus etiā p
ossa mortua in virtute miraculorū? Petrus.

Per miracula sanctoꝝ probat aīam imortalē.

Nulla vt opinor huic allegatiōi ratio obsistit: in q̄
ex reb⁹ visibilib⁹ cogimur credere qḋ nō videm⁹.

¶ De egressibus animarū. Caplm.vij. Gregorius.

Paulo superius questus es morientis cuiusdā
egredientem te animā nō vidisse: sed hoc ipsū
iam culpe fuit q̄ corporeis oculis rem videre
inuisibilē quesisti. Nam multi nostrorū mentis oculum
fide pura ꝛ vberi oratione mūdantes / egredientes e car
ne animas frequenter viderunt. Unde nunc mihi neces-
se est vel qualiter egredientes anime vise sint: vel quāta

D

ipse dum egrederentur viderint enarrare: quatenus flu
ctuanti aio qḋ plene ratio nō valet / exēpla suadeāt. In
secūdo nāq̄ huius operis libro iam prefatus sum q̄ vir
venerabilis benedictus sicut a fidelib⁹ eius discipulis
cognoui / lōge a capuana vrbe positus / germani eiusdem
vrbis episcopi animā nocte media in globo igneo ad ce-
lum ferri ab angelis aspexit. Qui eandē quoq̄ ascendē-
tē animā intuens / mētis lagato sinu quasi sub vno solis
radio cunctū in suis oculis collectū mundum vidit.

Bñdict⁹ aiam germani vidit.

¶ De egressu aie Speciosi monachi. Caplm.viij.

Eisdem quoq̄ discipulis illius narrātibus di
dici quia duo nobiles viri atq̄ exterioribus stu
dijs eruditi germani fratres: quorū vn⁹ Spe-
ciosus: alter Gregorius dicebat̄: eius se regule i sancta
conuersatione tradiderūt. Quos idem pater venerabi-
lis in monasterio quod iuxta terraconensem † vrbē con
struxerat: fecit habitare. Qui multas quidem pecunias
in hoc mundo possederant: sed cuncta pauperibus pro
animarum suarum redēptione largiti sunt: et in eodem
monasterio permanserūt. Quorum vnus (scilicet Specio
sus) dum pro vtilitate monasterij iuxta capuanam vrbē
missus fuisset: die quadam frater eius Gregorius cū fra
tribus ad mensam sedens atq̄ cōuescens / per spiritum
subleuat⁹ aspexit: ꝛ vidit speciosi germani sui animam
tam longe a se positi de corpore exire: quod mox fratri-
bus indicauit et cucurrit: iamq̄ eundem fratrem suum
sepultum reperit: quē tamen hora ea qua viderat exisse
de corpore inuenit.

Fal. terra: conēsem.

Frat morientis fratris aiam vidit.

¶ De anima cuiusdam inclusi. Caplm.ix.

Quidā religiosus atq̄ fidelissimus vir adhuc
mihi in monasterio posito narrauit q̄ aliq̄ de
sicilie partib⁹ nauigio Romā petētes in ma-
ri medio positi cuiusdam serui dei qui in samnio fuerat
inclusus / ad celum ferri animam viderunt. Qui descen-
dentes ad terram: causamq̄ an ita esset acta perscrutan
tes: illo die inuenerūt obijsse dei famulum: quo eum ad
celestia regna ascendisse cognouerunt.

E

¶ De egressu anime Spei abbatis. Caplm.x.

Adhuc in monasterio posit⁹ cuiusdam valde
venerabilis viri relatione cognoui quod di-
co. Aiebat enim: quia venerabilis pater noie
Spes / monasterium construxit: in loco cui vocabulum
cāpleo est: qui sexti ferme miliarij interiacēte spatio a ve-
tusta nursie vrbe disiungitur. Hunc omnipotens ꝛ mise
ricors deus ab eterno verbere flagellando protexit: eiq̄
dispēsationis sue maximam securitatem seruauit ꝛ gra
tiam: quantumq̄ eum prius flagellando diligeret: post-
modum perfecte sanando monstrauit. Eius namq̄ ocu
los per.xl. annorum spatium cōtinue cecitatis tenebris
pressit: nullū ei lumē vel extreme visionis aperiēs. Sed
q̄ nemo in verbere illius gratia se destituente subsistit:
ꝛ nisi idem misericors pater qui penam irrogat / patien-
tiam prestet: mox per impatientiā peccatum nobis ipsa
auget correptio peccatorum: sicq̄ modo miserabili vt
culpa nostra vnde sperare debuit terminū: inde sumat
augmentum: idcirco nostra deus infirma conspiciens
flagellis suis custodiam permiscet: atq̄ in percussione

F

sua electis filijs nūc misericorditer iustus est: vt sint qui
bus postea debeat iuste misereri. Eū venerabilē senē dū
exterioribus tenebris premeret: interna nunq̄ luce desti-
tuit. Qui cum flagello fatigaretur corporis: habebat p
sancti spiritus custodiam consolationem cordis. Cum
vero iam anni quadragesimi fuisset in cecitate tēpus ex
pletum: ei dominus lumen reddidit: et vicinū suū obitū
denunciauit: atq̄ vt monasterijs circūquaq̄ cōstructis
verbum vite predicaret / admonuit: quatenus corporis
recepto lumine: visitatis in circuitu fratribus cordis lu
men aperiret. Qui statim iussis obtēperans / fratrum ce
nobia circuiuit: mandata vite que agēdo didicerat pre-
dicauit. Quintodecimo igitur die ad monasteriū suum
peracta predicatione reuersus est: ibiq̄ fratribus cōuo-
catis astans in medio sacramentum dominici corporis
et sanguinis sumpsit: moxq̄ cum eis mysticos psalmorū
cantus exorsus est. Qui illis psallentibus orationi inte-
tus animā reddidit. Omnes vero fratres qui aderāt / ex
ore eius exisse colūbam viderūt: que mox aperto tecto
oratorij egressa aspicientibus fratribus penetrauit ce-
lum. Cuius idcirco animā in colūbe specie apparuisse

Spes abbas cecus xl. ānio curatus est.

Spei aīa visa i specie colūbe

G credendum est: vt omnipotens deus ex hac ipsa specie ostenderet q̄ simplici corde et vir ille seruisset.

¶ De egressu anime Ursini presbyteri. Capitulum .xi.

Sed neq̄ hoc silcā q̄d vir venerabilis abbas Stephanus qui non longe ante hoc in hac vrbe defunct⁹ est (quē ipse etiā bene nosti) in eadē prouincia Nursie cōtigisse referebat. Agebat enī q̄ illic p̄sbyter q̄dā cōmissam sibi cū magno timore dn̄i regebat ecclesiam. Qui ex tēpore ordinationis accepte presbyterā suam vt sororē diligēs: sed quasi hostē cauēs / ad se propius accedere nūq̄ sinebat: eāq̄ sibimet ꝓpinquare nulla occasione permittēs: ab ea sibi cōmunionē funditus familiaritatis absciderat. Habent quippe sancti viri hoc proprium: nā vt semꝑ ab illicitis lōge sint: a se plerūq̄ etiā licita abscindūt. Unde idē vir ne vnq̄ per eā incurreret culpam / sibi etiā per illam ministrari recusabat necessaria. Hic ergo venerabilis p̄sbyter cū longā vite implesset etatē: anno .xl. ordinationis sue inardescēte grauiter febre correptus ad extreme deduct⁹ est. Sed cū eū presbytera sua ꝓspiceret solutis iā mēbris quasi in morte distentum: siq̄d adhuc ei vitale spiramē adesset: naribus eius apposita curauit aure dignoscere. Quod ille sentiens / cui tenuissim⁹ inerat flat⁹: quantulo nisu valuit vt loqui potuisset / infeͬruescēte spiritu collegit vocē atq̄ erupit: dicens. Recede a me mulier: adhuc igniculus viuit: paleā tolle. Illa igitur recedēte crescente virtute corporis cū magna cepit letitia clamare: dicens. Bene veniant dn̄i mei: bene veniāt dn̄i mei: quid ad tātillū seruulū vestrū estis dignati conuenire? Uenio / venio: grās ago / grās

H ago. Cūq̄ h̄ iterata crebro voce repeteret: qb⁹ hoc diceret / noti sui qui illū circūsteterant requirebāt. Quib⁹ ille admirādo r̄ndit: dicēs. Nūq̄d hic ꝯuenisse sctōs apostolos nō videtis: beatū Petrū ꝛ Paulū ꝑmos apl̄osnon aspicitis? Ad quos iterū ꝯuersus dicebat. Ecce venio: ecce venio. atq̄ inter hec v̄ba alam reddidit. Et q̄ veraciter sanctos apostolos viderit: eos etiā sequendo testatus est. Quod plerūq̄ ꝯtingit iustis vt in morte sua sanctorū precedētium visiones aspiciāt: ne ipsam mortis sue penalē sententiam ꝑtimescāt: sed dū eorū menti eternorū ciuium societas ostenditur: a carnis sue copula sine doloris ꝛ formidinis fatigatione soluantur.

Ursinus aplos vidit.

¶ De animo Probi reatine vrbis episcopi. Cap. xij.

Quia de re neq̄ hoc sileā q̄d probus oīpotētis dei famulus: qui nūc in hac vrbe monasterio p̄sto ē q̄d appellat̄ Reatū / de Probo patruo suo reatine ciuitatis ep̄o mihi narrare ꝯsueuit: dicēs. Qui appropinquāte vite ei⁹ termino eū grauissima depressit egritudo. Cui⁹ pater noīe Maxim⁹ pueris circūquaq̄ transmissis colligere medicos studuit: si fortasse ei⁹ molestie subueniri potuisset. Sed congregati ex vicinis locis vndiq̄ medici / ad tactū vene denūciauerunt ei⁹ exitum citius affuturū. Sed cū iam tēpus refectiōis incūberet: atq̄ diei hora tardior excreuisset: venerādus epi-

I scopus de illorū potius q̄ de sua salute sollicit⁹ eos qui aderant admonuit cum sene patre in superiora episcopij sui partes ascēdere: seq̄ post laborem reficiēdo reparare. Omnes igit̄ ascenderunt domū: vnus ei tantūmodo paruulus relictus est puer: quē nūc quoq̄ predictus probus asserit superesse. Qui dū lecto iacentis assisteret subito aspexit intrantes ad virum dei quosdā viros stolis candidis amictos: qui eidem quoq̄ candorē vestiū vultuum suorum luce vincebant. Qua splēdoris etiam claritate percussus: quinam illi essent / emissa cepit voce clamare. Qua voce etiam probus episcop⁹ cōmotus: intrantes eos aspexit et agnouit: atq̄ eundem stridentem vagientemq̄ puerum consolari cepit: dicēs. Noli timere: quia ad me sanct⁹ Iuuenalis / ꝛ sanctus Eleutheri⁹ martyres venerunt. Ille autem tante visionis nouitatē non ferens: cursu cōcito extra fores fugit: atq̄ eos quos viderat / patri ac medicis nunciauit. Qui cōcite descenderunt: sed egrū quem reliquerāt / iam defunctū inuenerunt: quia illi eum secum tulerant: quorū visionem puer ferre non potuit qui hic remansit.

Puer sanctos vidit

¶ De transitu galle ancille dei. Capitulum. xiij.

Preterea neq̄ hoc silendū arbitror q̄d mihi personarū grauiū atq̄ fideliū est relatiōe cōpertū. Gothoꝝ nāq̄ tpibus Galla hui⁹ vrbis nobilissima puella Simachi cōsulis ac patricij filia: intra adolescentie tēpora marito tradita: in vnius anni spatio eius

K est morte viduata. Quā dum feruente mundi copia ad iterandum thalamū et opes ꝛ etas vocerent: elegit magis spiritalibus nuptijs copulari deo / i quib⁹a luctu incipit: sed ad gaudia eterna peruenitur: q̄ carnalib⁹ nuptijs subijci: que a letitia semper incipiūt / ꝛ ad finem cū luctu tendunt. Huic autē cū valde ignea conspersio corporis inesset: ceperūt medici dicere: q̄ nisi ad amplexus viriles rediret / calore nimio cōtra naturā barbas esset habitura: q̄d ita quoq̄ post factū est. Sed sancta mulier nihil exterius deformitatis timuit / q̄ interi⁹ sponsi celestis speciē amauit: nec verita est si hoc in illa fedaret: q̄d a celesti sponso in ea nō amaret. Mox ergo vt eius maritus defunctus est / abiecto seculari habitu ad oīpotētis dei seruitiū sese apud beati Petri apostoli ecclesiā monasterio tradidit: ibiq̄ multis annis simplicitati cordis atq̄ orōni dedita: larga indigētib⁹ elemosynarū opera impendit. Cumq̄ omnipotēs deus perennem iam mercedem reddere eius laboribus decreuisset: cancri vicere in mamilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum eius duo candelabra lucere cōsueuerāt: quia videlicet amica lucis / non solū spiritales: sed etiam corporales tenebras odio habebat. Que dum nocte quadam ex hac iaceret infirmitate fatigata: vidit beatū Petrū apostolum inter vtraq̄ candelabra: ante suū lectū cōstitisse: nec perterrita timuit: sed ex amore sumēs audaciā exultauit: eiq̄ dixit. Quid est dn̄e mi: dimissa sunt mihi peccata mea? Cui ille (benignissimi vt est vultus) inclinato capite annuit: dicens. Dimissa. veni. Sed quia quādam sanctimonialē feminam in eodem monasterio pre

Galla ad sanctū petrum.

L ceteris diligebat: illico Galla subiunxit. Rogo vt soror Benedicta mecum veniat. Cui ille respondit. Non: sed illa talis veniat tecū. Hec vero quā petis: die te erit tricesimo secutura. His itaq̄ expletis viso apostoli assistentia ꝛ colloquentis ei ablata est. At illa protinus cuncte ꝯgregationis accivit matrē: eiq̄ quid viderit: q̄d'que audierit indicauit. Tertio autē die cū ea que iussa fuerat sorore defuncta est. Illa vero quam ipsa poposcerat die est tricesimo subsecuta. Quod factum nunc vsq̄ in eodem monasterio manet memorabile: sicq̄ hoc a precedētibus matribus traditum / narrare illic solēt subtiliter iuniores que nunc sunt sanctimoniales virgines: ac si illo in tempore huic tam grādi miraculo ꝛ ipse affuissent.

¶ De transitu Seruuli paralytici. Capitulum. xiiij.

Sed inter hec sciendum est: quis sepe animab⁹ exeuntibus electorum dulces solēt laudes celestes erumpere: vt dum illam libēter audiūt: dissolutionē carnis ab anima sentire minime permittātur. Unde in homelijs quoq̄ euangelij iam narrasse me

M memini: q̄ in ea porticu que euntibus ad ecclesiam beati Clemētis est peruia: fuit quidam Seruulus nomine: cuius te quoq̄ non ambigo meminisse: qui quidem pauper rebus: sed meritis diues erat: quem longa egritudo dissoluerat. Nam ex quo illum scire potuimus: vsq̄ ad finem vite paralyticus iacebat. Quid dicam quia stare non poterat qui nunq̄ in lecto surgere vel ad sedēdum valebat: nunq̄ manum suam ad os ducere: nunq̄ se potuit in latus aliud declinare? Huic ad seruiendum mater cum fratre aderant: ꝛ quicquid ex elemosyna potuisset accipere: hoc eorum manibus pauperib⁹ erogabat. Nequaq̄ litteras nouerat: s̄z scripture sacre sibimet codices emerat: ꝛ religiosos quosq̄ in hospitalitatē suscipiēs / hos corā se studiose legere faciebat. Factūq̄ est vt iuxta modum suum plene sacram scripturā disceret: cū (sicut dixi) litteras fundit⁹ ignoraret. Studebat semꝑ in dolore grās agere: hymnis deo ꝛ laudib⁹ dieb⁹ac noctibus vacare. Sed cū iam tēpus esset vt tanta eius patiētia remunerari debuisset: mēbrorum dolor ad vitalia redijt. Cūq̄ iam se morti proximū agnouisset: peregrinos viros / atq̄ in hospitalitatē susceptos admonuit vt surgerent / et cum eo psalmos pro expectatione sui exit⁹ decantarent. Cūq̄ cum eis ꝛ ipse moriens psalleret: voces psallentium repente compescuit cum terrore magni clamoris: dicens. Tacete. Nunquid non auditis quante resonent laudes in celo? Et dum ad easdem laudes quas intus audieret: aurem cordis intenderet: sancta illa anima carne soluta est. Qua scilicet exeunte / tanta illic fragrantia odoris aspersa est: vt omnes qui illic

Seruul⁹ i exitu angelos cātare audiuit.

B

aderāt:inestimabili suauitate replerētur:ita vt per hoc patenter cognoscerēt: q̄ eas laudes in celo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit: qui nunc vsq̄ viuit: ⁊ cū magno fletu attestari solet: q̄ quousq̄ corp⁹ eius sepulture traderent: ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit.

¶ De transitu Romule ancille dei. Capitulū.xv.

IN eisdē quoq̄ homelijs rē narrasse me recolo quā Speciosus p̄sbyter me⁹ q̄ hāc nouerat me narrāte attestat⁹ est. Eo nāq̄ t̄pe quo monasteriū petij:anus q̄dā Redēpta noie/i sancti moniali habitu p̄stituta in vrbe hac iuxta beate Marie v̄ginis ecclesiā manebat. Hec illi⁹ herūdinis discipula fuerat:q̄ magnis virtutib⁹ pollēs/ sup p̄enestinos montes vitā eremiticā duxisse ferebat. Huic autē redēpte due in eodē habitu discipule fuerāt: vna noie Romula/⁊ altera que nūc adhuc supest:quā q̄dē facie scio:s; noie nescio. Tres itaq̄ he in vno habitaculo cōmanentes: morū quidē diuitijs plenā:sed tamē pauperē rebus vitā ducebāt. Hec

Romule laudes.

aūt quā p̄fat⁹ sum Romula/aliā quā p̄dixi condiscipulā suā magnis vite meritis antcibat. Erat quippe mire patientie/sūme obedientie/custos oris sui ad silentiū studiosa valde ad cōtinue oratiōis vsū. Sed q̄ plerūq̄ hi quos iam hoies p̄fectos estimāt:adhuc i oculis summi opificis aliq̄d imperfectionis habēt (sicut sepe imperiti hoies necdū perfecte sculpta sigilla conspicim⁹:⁊ iā quasi p̄fecta laudamus: q̄ tamē adhuc artifex cōsiderat ⁊ limat:laudari iā audit:et tamē ea tūdere meliorando nō desinit) hec (quā p̄diximus) Romula/ ea quā greco vocabulo medici paralysim vocāt / molestia corpalis percussa est:multisq̄ ānis in lectulo decubās:pene oi iacebat mēbrorum officio destituta. Nec tamē hec eadem

P.

eius mētem ad impatientiā flagella perduxerant. Nam

B

ipsa ei detrimenta mēbrorum:facta fuerant incrementa virtutū:quia tanto sollicitius ad vsū orationis excreuerat:quāto ⁊ aliud quodlibet agere nequaq̄ valebat. Nocte igit̄ quadā eandē redēptā (quā p̄fat⁹ sum) q̄ vtrasq̄ discipulas suas filiarū loco nutriebat/vocauit: dicēs. Mater veni:mater veni. Que mox cū alia ei⁹ cōdiscipula surrexit:sicut vtrisq̄ referētib⁹ ⁊ multis eadē res claruit:⁊ ego quoq̄ i eodē tēpore agnoui. Cūq̄ noctis medio lectulo iacentis assisterent:subito celitus lux emissa omne illius cellule spatiū impleuit:⁊ splēdor tante claritatis emicuit:vt corda assistētiū inestimabili pauore p̄stringeret:atq̄ (vt post ipse referebāt) omne in eis corp⁹ obrigesceret:vt ⁊ in subito stupore manerēt. Cepit nāq̄ quasi cuiusdā magne multitudinis ingredientis sonit⁹ audiri:ostiūq̄ cellule p̄cuti: ac si ingredientiū turba p̄meretur:atq̄ vt dicebāt/intrantiū multitudinem sentiebant:sed nimietate timoris et luminis videre non poterant:q̄ earū oculos ⁊ pauor depresserat:⁊ ipsa tāti luminis claritas reuerberabat. Quā lucē p̄tin⁹ est miri odoris fragrātia subsecuta:ita vt earū aim/q̄ lux emissa terruerat:odoris suauitas refoueret. Sed cum vim claritatis illius ferre nō possent:cepit eadē Romula assistentē

C

⁊ trementē redēptā suor morū magistrā blādis voce cōsolari:dicēs. Noli timere mater:nō morior modo. Cūq̄ hoc crebro diceret:paulatim lux q̄ fuerat emissa/subtracta est:s; is q̄ subsecut⁹ est odor remāsit. Sicq̄ dies secūdus ⁊ tertius transijt:vt aspersa odoris fragrantia maneret. Nocte igit̄ quarta eandē magistrā suam iterū vocauit:qua veniente viaticū petijt:⁊ accepit. Necdum vero eadē redēpta: vel illa alia ei⁹ discipula a lectulo iacētis abscesserāt: et ecce subito i platea ante eiusdē cellule ostiū duo chori psallentium cōstiterāt:⁊ sicut se dicebāt sexus ex vocib⁹ discreuisse/psalmodie cātus dicebāt viri:⁊ femine respōdebāt. Cūq̄ ante fores cellule exhiberētur celestes exequie:sancta illa aia carne soluta est. Que

Celestes exequie.

ad celū ducta / quāto chori psallētiū altius ascendebāt: tāto cepit psalmodia lenius audiri:quousq̄ et eiusdem psalmodie sonitus/⁊ odoris suauitas elōgata finiret.

¶ De transitu Tarsille virginis. Capitulū.xvi.

NOnnunq̄ vero in cōsolatione egredientis anime: ipse apparere solet auctor ac retributor vite. Unde et hoc q̄d de Tarsilla amica mea in homelijs euāgelij dixisse me recolo:replicabo: que inter duas alias sorores suas virtute cōtinue orationis:grauitate vite:singularitate abstinētie:ad culmen sanctitatis excreuerat. Huic per visionem Felix atauus meus

D

huius Romane ecclesie antistes apparuit:eiq̄ mansionem perpetue claritatis ostendit:dicens. Ueni:quia in hac te lucis mansione suscipiā. Que subsequente mox febre correpta/ad diem puenit extremū. Et sicut nobilibus feminis virisq̄ morientibus multi conueniunt:qui eorum proximos cōsolent:eadem hora exitus ipsi⁹ multi viri ac femine eius lectulū circūstete runt. Tūc subito

Tarsilla Jesum vidit.

illa sursum respiciens Jesum venientē vidit:⁊ cum magna vocis aiaduersione cepit circunstantibus clamare: dicens. Recedite:recedite:quia Jesus venit. Cumq̄ in eū intenderet quem videbat/ sācta illa aia a corpore est egressa. Tātaq̄ subito fragrātia miri odoris aspersa est vt ipsa quoq̄ suauitas cunctis ostenderet illic auctorē suauitatis venisse. Cumq̄ corpus eius ex more mortuorum ad lauandum esset nudatū :longe orationis vsu/in cubitis eius ⁊ genib⁹ camelorū more inuenta est obdurata cutis excreuisse. Et quid viuens eius spiritus semper egisset:caro mortua testabatur.

¶ De transitu Muse puelle. Capitulum.xvij.

SEd neq̄ hoc sileam quod p̄dict⁹ p̄robus dei famul⁹ de sorore sua noie Musa puella parua narrare consueuit: dicens q̄ quadam nocte ei per visionem sancta dei genitrix virgo maria apparuit: atq̄ coeuas ei in albis vestibus puellas ostēdit. Quib⁹ illa cum admisceri appetisset:sed se eis iungere nō auderet: beate Marie virginis est voce requisita an vellet cū

E

eis esse:atq̄ in ei⁹ obsequio viuere. Cui cū puella eadē diceret:volo:ab ea protinus mādatum accepit:vt nihil vltra leue aut puellare ageret: ⁊ a risu ⁊ iocis se abstineret: sciēs per omnia q̄ inter easdem virgines quas viderat/ad eius obsequium die tricesimo veniret. Quib⁹ visis in cunctis suis moribus puella mutata est: oēsq̄ a se leuitates puellarū vite magna grauitatē detersit manu. Cumq̄ eam parentes eius mutatam esse mirarentur:requisita rem retulit:quid sibi beata dei genitrix iussit: vel quo die itura esset ad obsequiū ei⁹ / indicauit. Tūc post vicesimūquintum diem febre correpta est. Die autē tricesimo cum hora eius exitus propinquasset: eandem beatam genitricem dei cum puellis quas per visionem viderat/ad se venire cōspexit. Cui se etiā vocāti respondere cepit:⁊ depressis reuerenter oculis aperta voce clamare. Ecce dn̄a venio. Ecce dn̄a venio. In qua etiā voce spiritū tradidit:⁊ ex virgineo corpore habitatura cū sanctis virginibus exiuit.

Musa beatam virginē vidit.

Petrus.

CUm humanum genus multis atq̄ innumeris vitijs sit subiectum/hierusalem celestis patrie maximam partem ex paruulis vel infantibus arbitror posse compleri.

¶ De quibusdā paruulis regni celestis aditus a parētibus clauditur:cum ab eis male nutriuntur: et de puero blasphemo ostenditur/et postmodum declaratur.

Capitulum.xviij. Gregorius.

F

ETsi omnes baptizatos infantes/atq̄ in eadē infantia morientes ingredi regnum celeste credēdum est: omnes tamē paruulos qui scilicet iam loqui possunt/regna celestia igredi credēdū nō est: quia nonnullis paruulis eiusdem regni celestis aditus a parentibus clauditur si male nutriantur. Nam quidā vir cunctis in hac vrbe notissim⁹ ante trienniū filiū habuit annorū (sicut arbitror) quinq̄:quem nimis carnaliter diligēs remisse nutriebat:atq̄ idē paruulus (quod dictu graue est) mox vt ei⁹ animo aliq̄d obstitisset:maiestatē dei blasphemare cōsueuerat:qui in hac ante triēnium mortalitate percussus venit ad mortē. Cūq̄ eum suus pater in sinu teneret (sicut hi testati sūt qui presentes fuerunt) malignos ad se venisse spiritus trementib⁹ oculis puer aspiciens cepit clamare. Obsta pater:obsta pater. Qui clamās declinauit faciē: vt se ab eis i sinu patris absconderet. Quem cum ille trementem requireret quid videret:puer adiunxit:dicēs. Mauri homines venerunt:qui me tollere volunt. Qui cum hoc dixisset:maiestatis nomē blasphemauit/et animā reddidit. Ut enī omnipotens deus ostēderet pro quo reatu talibus fuisset traditus executoribus : vnde viuentem pater suus noluit corrigere:hoc morientem permisit iterare:vt qui diu p diuinitatis patientiā blasphem⁹ vixerat:quādoq̄ per diuinitatis iudiciū blasphemaret ⁊ moreret̄:quare

Paruulis a parentibus regnū celeste nōnūq̄ clauditur.

G

nos reatum suum pater agnosceret: qui paruuli filij animam negligens/non paruulum peccatorē gehenne ignibus nutriuit. Sed interim hoc triste seponentes: ad ea que narrare ceperamus leta redeamus.

¶ De transitu Stephani viri dei. Capitulum .xix.

Predicto etenim probo alijsq religiosis narrantibus viris agnoui: q indicare audientibus de venerabili patre Stephano i homelijs euangelij curaui. Fuit etenim vir (sicut idē probus et multi alij testant) nihil in hoc mūdo possidēs: nihil requirēs: solā cū deo paupertatē diligēter: aduersa semp patiētiā amplectens: cōuētus secularium fugiēs: vacare semp orationi cōcupiscēs. De quo vnū bonū virtutis refero: vt ex hoc vno valeant multa eius bona pensari. Is nanq cū quadā die messem quā sua manu secuerat decisam ad areā deduxisset: nihilq aliud cū discipulis suis ad totius anni stipendiū haberet: quidā peruerse voluntatis vir antiqui hostis stimulis instigatus: eandē messem igne supposito ita vt erat in area incēdit. Quod factū dū alter cōspiceret/eidem dei famulo cucurrit et nūciauit. Qui postq indicauit adiunxit dicēs. Ve ve pater Stephane: qd tibi contigit: cui statim vultu ac mēte placida ille respōdit. Ve qd illi cōtigit qui mihi hoc fecit: nā mihi qd cōtigit? In quibus eius verbis ostendit in quo virtutis culmine sedebat qui vnū qd in sumptū mūdi habuerat: tā secura pdebat mēte: magisq illi cōdolebat q peccatū cōmiserat q sibi q peccati illius damna tolerabat: nec pensabat qd ipse exterius: sed culpe reus quātū perdebat intus. Hūc itaq cū dies mortis egredi de corpore vrgeret/cōuenerūt multi vt tā sancte anime de hoc seculo recedēti suas alās cōmēdarēt. Cūq lecto hi q cōuenerāt oēs assisterēt: alij ingredientes angelos viderūt: s3 dicere aliqd nullo modo potuerūt: alij oīno nil viderūt. Sed oēs q aderāt/ita vehemētissimus timor perculit: vt nullus egrediēte illa sancta aīa illic stare potuisset. Et hi ergo q viderāt et hi qui oīno nil viderant: vno oēs timore pculsi et territi fugerūt: vt palā daret intelligi que et quāta vis esset que illā egredientē animā suscepere: cuius egressum nemo mortaliū ferre potuisset.

Stephani laus.

Stephani virtus eximia.

H

¶ Qz aliquādo anime meritū non in ipso suo ingressu: sed post mortē verius declaratur. Capitulum .xx.

Sed inter hec sciendum est: quia aliquādo anime meritum non in ipso suo egressu ostēditur: post mortem vero certius declaratur. Unde et sancti martyres ab infidelibus crudelia multa perpessi sunt: qui tamē (vt prediximus) ad ossa sua mortua signis quotidie et miraculis clarescunt.

¶ De duobus monachis Ualentij abbatis. Cap. xxi.

Uir etenim venerabilis Ualentius qui post in hac Romana vrbe mihi sicut nosti/meo quoq monasterio prefuit: prius in valerie prouincia suū monasterium rexit. In quo dum longobardi seuientes venissent/sicut eius narratiōe didici: duos eius monachos in ramis vnius arboris suspenderunt: qui suspensi eodem die defuncti sunt. Facto autem vespere vtrorūq eorum spiritus claris illic apertisq vocibus psallere ceperunt: ita vt ipsi quoq qui eos occiderant/cum voces psallentium audirent/nimiū mirati terrerentur. Quas videlicet voces captiui quoq omnes qui illic aderant audierūt: atq eorum psalmodie postmodum testes extiterūt. Sed has voces spirituum omnipotēs deus idcirco pertingere voluit ad aures corporum: vt viuentes quiq in carne discerent: quia si deo seruire studeāt/post carnis mortem verius viuant.

Monachi suspēsi ad arborē canebant.

I

¶ De transitu Surani abbatis. Capitulū .xxij.

Quibusdam religiosis quoq viris attestantibus adhuc in monasterio positus agnoui: q hoc longobardorum tēpore iuxta in hac prouincia que Sura nominatur: quidā monasterij pater vite venerabilis Suranus nomine fuerit: qui captiuis aduenientibus/atq a longobardorum depredatiōe fugientibus/cuncta que in monasterio videbatur habere/largitus est. Cūq in elemosynis vestimenta sua/ac fratrum oia/et cellarium consumpsisset: quicqd habere in horto potuit expendit. Expensis vero rebus omnibus lōgobardi ad eum subito venerunt: eūq tenuerunt/et aurum ab eo petere ceperūt. Quibus cum ille diceret se oīno nihil habere: in vicino mōte ab eis ductus est: in quo silua immēsis magnitudinis stabat. Ibi captiuus quidā fugiēs in caua arbore latebat: vbi vnus ex lōgobardis educto gladio pdictū venerabilē occidit virū. Cuius corpore in terrā cadēte mōs oīs protinus/et silua cōcussa est: ac si se ferre nō posse pondus scitatis eius diceret terra/q tremuisset.

K

Miraculum.

¶ De transitu diaconi ecclesie Marsorū. Cap. xxiij.

Alius quoq in Marsorū prouincia vite valde venerabilis diaconus fuit: quem inuentū longobardi tenuerūt: quorum vnus educto gladio caput eius amputauit. Sed cum corpus eius in terram caderet: ipse qui hūc capite truncauerat/immūdo spiritu correptus: ad pedes eius corruit: et q amicum dei occiderit inimico dei traditus ostendit. Petrus.

Quid est hoc queso te q omnipotens deus sic pmittit mori: quos tamen post mortem cuius sanctitatis fuerint non patitur celari?

¶ De morte viri dei qui missus bethel fuerat. Capitulum .xxiiij. Gregorius.

Cum scriptū sit. Iustus quacūq morte preuentus fuerit/iustitia eius nō auferetur ab eo: electi qui procul dubio ad perpetuam vitam tendūt: quid eis obest si ad modicū dure moriūtur? Et est fortasse nōnunq eorum culpa: licz minima: que in eadē debeat morte resecari. Unde fit vt reprobi potestatē quidem contra viuentes accipiant: sed illis morientibus hoc in celis grauius vindicetur: q contra bonos potestatem sue crudelitatis acceperūt: sicut idem carnifex qui eundē venerabilē diaconum viuentem ferire permissus est: gaudere super mortuum permissus nō est. Quod sacra quoq testantur eloquia. Nam vir dei cōtra samariā missus: quia per inobedientiam in itinere comedit: hūc leo in eodē itinere occidit. Sed statim illic scriptum est quia stetit leo iuxta asinum: et non comedit leo de cadauere. Ex qua re ostenditur q peccatum inobedientie in ipsa fuerit morte laxatum: qz idem leo quē viuentē presumpsit occidere: contingere non presumpsit occisum. Qui enim occidendi ausum habuit: de occisi cadauere comedendi licentiam non accepit: quia is qui culpabilis in vita fuerat/punita inobediētia erat iam iustus ex morte. Leo ergo qui prius peccatoris vitam necauerat custodiuit postmodum cadauer iusti. Petrus.

L

iij. Reg. xiij.

Leo custodiuit cadauer iusti.

Placet quod dicis: sed nosse vellem si nunc ante restitutionem corporum in celo recipi valeāt anime iustorum.

¶ Si ante restitutionem corporis recipiantur in celo anime iustorum. Capitulum .xxv. Gregorius.

Hoc neq de omnibus iustis fateri possumus: neq de omnibus negare. Nam sunt quorūdā iustorum anime que a celesti regno quibusdā adhuc mansionibus differuntur. In quo dilationis dāno quid aliud innuitur: nisi q de perfecta iustitia aliquid minus habuerūt? Et tamē luce clarius constat: q perfectorū anime mox vt huius carnis claustra exeunt: in celestis regni sedibus recipiuntur: quod et ipsa per se veritas attestatur dicens. Ubicūq fuerit corpus: illuc cōgregabuntur et aquile. Quia vbi ipse redēptor noster est corpore: illuc procul dubio colliguntur iustorum anime. Et Paulus. Cupio dissolui: et esse cum christo. Qui ergo christum in celo esse nō dubitat: nec pauli animam esse in celo negat. Qui etiā de dissolutione sui corporis/atq de inhabitatiōe celestis patrie dicit. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitatiōis dissoluatur: q edificationem habemus ex deo/domum nō manu factam/sed eternam in celis. Petrus.

Luc. xvij.

M

Phil. i.

ij. Cor. v.

Si igitur nūc sunt i celo aīe iustorū: quid est qd in die iudicij pro iustitie sue retributione recipiēt? Grego.

Hoc eis nimirum crescit in iudicio/q nūc animarum sola: postmodum vero etiam corporū beatitudine perfruūtur: vt i ipsa quoq carne gaudeāt: in qua dolores pro domino cruciatusq pertulerunt. Pro hac quippe geminata eorum gloria scriptū est. In terra sua duplicia possidebunt. Hinc etiam ante resurrectiōis diem de sanctorū animabus scriptum est. Date sunt illis singule stole albe: et dictum est illis vt requiescerent tempus adhuc modicum: donec impleretur numerus conseruorum et fratrum eorum. Qui itaq nunc singulas acceperunt/binas in iudicio stolas habituri sunt: quia modo animarū tantūmodo: tunc autem animarū simul et corporum gloria letabūtur. Petrus.

Esa. lxi.

Apoca. vi.

A

Assentio. Sed vellem scire quonam modo agitur: q plerunq morientes multa predicunt.

Quibus modis morientes aliqua predicunt. Et de morte cuiusdam aduocati. Et de reuelatione Gerontij ac Melliti monachorũ: et de morte pueri Armentarij: et de diuersitate linguarũ. Capitulum.xxvj. Gregorius.

Ipsa aliqñ animarũ vis subtilitate sua aliqd preuidet. Aliqñ autẽ exiture de corpore anime p reuelationem ventura cognoscũt. Aliqñ vero dũ iam iuxta sit vt corpus deserant/diuinitus afflate in secreta celestia incorporeũ mentis oculum mittunt. Nam q vis anime aliquãdo subtilitate sua ea que sunt ventura cognoscit/patet ex eo q quidã aduocatus qui in hac vrbe ante biduũ lateris dolore defunctus est: ante pauculum q̃ moreret: vocauit puerum suum: preparari sibi vestimenta ad procedendũ iussit. Quẽ dum puer quasi insanire cerneret: eiusq preceptis minime obediret: surrexit: vestimento se induit: et per viã appiã ad beati Sixti ecclesiam se esse pcessurũ dixit. Cũq post modicũ ingrauescẽte molestia esset defũctus: deliberatũ fuerat: vt apud beatũ Januariũ martyrẽ pnestina via ei9 corpus poni debuisset. Sz qz lõgũ hoc his q̃ funꝰ eiꝰ curauerãt visum est/repente orto cõsilio exeuntes cũ eius funere p viã appiã/nescientes q̃ ille dixerat: in ipsa eũ ecclesia quã pdixerat posuerũt. Et cũ eundẽ virũ curis secularibus obligatũ: lucrisq terrenis inhiantẽ fuisse nouerimꝰ: vñ hoc pdicere potuit: nisi qz id qd futurũ erat/eiꝰ corporis ipsa vis aie ac subtilitas puidebat: Qd autẽ sepe etiã reuelationibus agiꝰ vt a morituris futura pscianꝰ: ex his colligere possumꝰ q̃ apud nos gesta in monasterijs scimus. In monasterio etenĩ meo qdã frater ãte decẽniũ Gerontius dicebat. Qui cum graui molestia corporis fuisset depressus/in visione nocturna albatos viros et clari oĩmodo habitꝰ in hoc ipm monasteriũ descendere de superioribꝰ aspexit. Qui dũ corã lecto iacentis assisterent: vnus corũ dixit. Ad hoc venimus vt de monasterio Gregorij quosdã fratres in militiã mittamꝰ: atq alteri precipiẽs adiunxit. Scribe Marcellũ/Valẽtianũ/Agnellum: atq alios quorũ nunc minime recordor. Quibꝰ expletis addidit: dicens. Scribe et hunc ipm q̃ nos aspicit. Ex qua visione certus redditꝰ predictꝰ frater: facto mane innotuit fratribus q̃ et qui essent in breui ex eadẽ cella morituri: post quos se etiã denunciauit esse secuturũ: cum die alio pdicti fratres mori ceperũt: atq sub eodẽ ordine se i morte secuti sunt/quo fuerãt in descriptione notati. Ad extremũ vero et ipse obijt: q̃ eosdẽ fratres morituros preuidit. In ea quoq mortalitate q̃ ante triennium hãc vrbẽ vehementissima clade vastauit: in Portuensis ciuitatis monasterio Mellitꝰ dictꝰ est monachꝰ adhuc in annis iuuenilibus cõstitutꝰ: sed mire simplicitatis atq humilitatis vir: qui appropinquãte vocationis die/eadem clade percussus ad extrema deductꝰ est. Quod vir vite venerabilis Felix eiusdẽ ciuitatis eps audiens: cuius et hec relatione cognoui/ad eum accedere studuit: et ne mortẽ timere debuisset/ verbis hũc persuasorijs confortare: cui etiã adhuc de diuina mia lõgiora vite spatia polliceri cepit. Sed ad hec ille respõdit: cursus sui tẽpora esse completa: dicens apparuisse sibi iuuenem/atq epistolas detulisse: dicentẽ. Aperi et lege. Quibus apertis asseruit: quia se et oẽs q̃ eodẽ tẽpore a predicto epo in paschali festiuitate fuerãt baptizati: scriptos in eisdẽ epistolis lr̃is aureis inuenisset. Primũ quidẽ (vt dicebat) suum nomen reperit: ac inde omniũ illo in tempore baptizatorum. Qua de re certũ tenuit: et se et illos de hac vita eẽ sub celeritate migraturos. Factũq est vt die eadẽ ipse moreret: atq post eũ cuncti illi q̃ baptizati fuerãt ita secuti sunt: vt intra paucos dies nullus eorũ in hac vita remaneret. De quibus nimirũ cõstat q eos predictus dei famulꝰ idcirco auro scriptos viderat: qz eorũ noia apd se fixa eterna claritas habebat. Sicut itaq hi reuelationibus potuerũt ventura cognoscere: ita nõnũq̃ egressure aie possũt etiã mysteria celestia nõ per somniũ sed vigilãdo prelibare. Amoniũ nãq monasterij mei monachũ bene nosti: qui dũ esset in seculari habitu cõstitutus: Valeriani huius vrbis aduocati naturalẽ filiam in coniugio sortitꝰ: eiꝰ obsequijs sedule atq incessanter adherebat: et q̃q in eiusdẽ domo agebanꝰ nouerat. Qui mihi iam in monasterio positus narrauit q in ea mortalitate q̃ patricij narse tẽporibꝰ hãc vrbẽ vehementer afflixit: in domo predicti Valeriani puer armentariꝰ fuit pcipue simplicitatis et humilitatis. Cũ ᵭo eiusdẽ aduocati domꝰ eadẽ clade vastaret: idem puer percussus est et vsq ad mortẽ deductꝰ. Qui subito sublatus a presentibus redijt: sibiq dñm suũ vocari fecit. Cui ait. Ego in celo fui: et qui de hac domo morituri sunt agnoui. Ille/ille atq ille morituri sũt: tu vero ne timeas: qz hoc tempore moriturus non es. Ut vero scias q me in celo fuisse veraciter fateor: ecce accepi illic vt linguis oĩm loquar. Nunquid tibi incognitũ fuit grecã me linguã oĩno non nosse/et tñ grece loquar: vt cognoscas an verũ sit q me omnes linguas accepisse testificor. Cui tũc grece dñs suus locutꝰ est: atq ita illi in eadẽ lingua rñdit: vt cuncti qui aderãt mirarenꝰ. In ea quoq domo pdicti narse spatariꝰ vulgaris manebat. Qui festine ad egrũ deductꝰ ei vulgarica lingua locutꝰ est: sed ita puer ille in Italia natꝰ et nutritꝰ in eadẽ barbara locutione respõdit: ac si ex eadem fuisset gente generatꝰ. Mirati sunt oẽs q̃ audiebãt: atq ex duarũ linguarũ experimẽto quas eum antea nescisse nouerãt: crediderũt de omnibꝰ quas pbare minime valebant. Tũc per biduũ mors eius dilata est: sed die tertio q̃ occulto iudicio nescitꝰ: manꝰ ac brachia lacertosq suos dentibꝰ laniauit: atq ita de corpe exiuit. Quo mortuo oẽs illi quos predixerat/ex hac pximus luce subtracti sunt: nullusq in illa domo eadẽ tẽpestate defunctus est: qui voce illius denunciatus non est. Petrus.

Ualde terribile est: vt q̃ tale donũ pcipere meruit: tali etiã post hoc pena plecteretur. Gregoriꝰ.

Quis occulta dei iudicia sciat? Ea q̃ i diuino examine cõprehendere nõ possumus: timere magis q̃ discutere debemus.

De morte Theophanij comitis. Capitu.xxvij.

Uel aũt de egredientibus animabꝰ que multa precnoscunt ea que cepimus exequamur: neq hoc silendum est quod de Theophanio centumcelensis vrbis comite in eadem vrbe positus multis attestantibus agnoui. Fuit nãq vir misericordie actibus deditꝰ: bonis operibꝰ intentus: hospitalitati pcipue studens. Exercendis quidem comitatus curis occupatꝰ: agebat terrena et tẽporalia: sed vt post in fine claruit/magis ex debito q̃ ex intentione. Nam dum appropinquãte mortis eius tẽpore grauissima aeris tempestas obsisteret ne ad sepeliendum duci potuisset: eumq vxor sua cũ fletu vehementissimo inquireret dicẽs. Quid faciã: quomodo te ad sepeliendũ ejciã: qz ostium domus huius egredi pre nimia tẽpestate non possumus. Tunc ille respõdit. Noli mulier flere: qz mox vt ego defunctꝰ fuero/aeris serenitas redibit. Cuiꝰ protinus vocẽ mors/et mortẽ serenitas secuta est. Qd signũ etiã alia signa sunt comitata. Nam manus eius et pedes podagre humore tumescentes versi in vulneribus fuerant: et profluẽte sanie putebant. Sed dum corpus eius ex more ad lauandum fuisset nudatum: ita manus pedesq eius sani inuẽti sunt: ac si vnq̃ vulneris nil habuissent. Ductꝰ itaq ac sepultus est: eiusq coniugi visum est vt quarto die in sepulchro illius marmor quod superpositũ fuerat/mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori eius superpositum dum fuisset ablatum: tanta ex corpore ipsiꝰ fragrãtia odoris emanauit: ac si ex putrescẽte carne illiꝰ p vermibus aromata ferbuissent. Quod factum dum narrãte me in homelijs isẽrmis quibusdã venisset in dubiũ: die quodam sedente me in conuentu nobilium: ipsi artifices qui in sepulchro illiꝰ marmor mutauerant/affuerunt/aliquid me de propria causa rogaturi. Quos ego de eodem miraculo coram clero nobili ac plebe requisiui: qui eadem odoris fragantia miro modo se repletos fuisse testati sunt. Et quedam alia in augmento miraculi: que nunc narrare longum estimo: de eodem sepulchro eius addiderunt. Petrus.

Inquisitioni mee sufficiẽter iam video satisfactum: sed hoc est adhuc quod questione animũ pulsat: quia cum superius dictum sit: esse iam sanctorum animas in celo: restat pcul dubio vt iniquorum quoq anime esse non nisi in inferno credantur. Et quid hac de re veritas habeat/ignoro. Nã humana estimatio non habet peccatorum animas ante iudiciũ posse cruciari.

Aduocatus futura pdixit.

Nota rẽ miram.

Mors terribilis pueri.

Theophanius comes futura predixit.

B

C

D

E

F

G

¶ Qz sicut perfectorū anime in celo: ita post dissolutio
nem corporum iniquorum anime in inferno esse creden
de sunt. Capitulum.xxviij. Gregorius.

Si esse sanctorū animas in celo sacri eloquij sa
tisfactiōe credidisti/ oportet vt per omnia esse
credas ⁊ iniquorū animas in inferno: qz ex re
tributione eterne iustitie ex qua iusti iam gloriātur/ ne
cesse est per omnia vt ⁊ iniusti crucientur. Nam sicut ele
ctos beatitudo letificat/ ita credi necesse est qȝ a die exi
tus sui ignis reprobos exurat. Petrus.

Et qua ratione credendū est: quia rem incorporeā
tenere ignis corporeus possit?

¶ Qua ratione credēdum sit vt incorporeos spūs tene
re ignis corporeus possit. Capitm.xxix. Gregorius.

Si viuentis hominis incorporeus spiritus te
netur in corpore: cur nō post mortem: cū incor
poreus sit spūs/ etiā corpeo igne teneat? Pe.

In viuente quolibet idcirco incorporeus spūs tene
tur in corpore: quia viuificat corpus. Gregorius.

Si incorporeus spūs petre in hoc teneri potest
quod viuificat: quare nō penaliter ⁊ ibi teneat
vbi mortificatur? Teneri aūt spiritū per ignē
dicimus: vt in tormento ignis/ videndo atqz sentiendo
puniatur. Ignem nāqz eo ipso patitur qȝ videt: et qz cre
mari se aspicit/ crematur. Sicqz fit vt res corporea inco
poream exurat: dum ex igne visibili ardor ac dolor in
uisibilis trahitur: vt per ignem corporeum mens incor
porea etiam incorporea flāma crucietur: Quis colligere
ex dictis euangelicis possumus: quia incēdium anima
non solum videndo/ sed etiam experiendo patiatur. Ve
ritatis etenī voce diues mortu⁹ in inferno dicitur sepul
tus. Cui⁹ aīa qz igne teneatur: insinuat voce diuitis qui
Abraham deprecatur: dicēs. Mitte lazarū vt intingat
extremū digiti sui in aquā: ⁊ refrigeret linguam meā: qz
crucior in hac flāma. Dum ergo peccatorē diuitē dāna
tum veritas in igne perhibet: quisnā sapiens reproborū
animas teneri ignibus neget? Petrus.

Corpore⁹ ignis i spi
ritū pcto
ris agit.

Luc.xvj.

H

Ecce ratiōe ac testimonio ad credulitatem fle
ctitur animus: sed dimissus iterum ad rigorē
redit. Quomodo enim res corporea rem incor
poream teneat: atqz affligere possit ignoro. Gregorius.

Dic queso an apostatas spiritus a celesti gloria de
iectos/ esse corporeos: an incorpeos suspicaris? Pe.

Quis sanū sapiens/ esse spūs corporeos dixerit? Greg.
Gehenne ignem esse corporeum fateris? Petrus.

Ignem gehenne corporeum esse nō ambigo: in quo
certum est corpora cruciari. Gregorius.

Mat.xxv

Certe reprobis veritas in fine dictura est. Ite
in ignem eternum: qui parat⁹ est diabolo et an
gelis ei⁹. Si igitur diabolus eiusqz angeli cū
sint incorporei: corporeo sunt igne cruciandi: quid mi
rum si anime/ et antequā recipiant corpora/ possint corpo
rea sentire tormenta? Petrus.

Patet ratio: nec debet animus de hac vlterius que
stione dubitare.

¶ De morte Theodorici regis arriani. Ca.xxx. Greg.

Postqz laboriose credidisti: opere precium cre
do si ea que mihi a viris fidelibus sūt dīgesta
narrauero. Iulianus nāqz hui⁹ Romane ec
clesie (cui deo auctore deseruio) secundus defensor: q an
te septem ferme annos defunctus est: ad me adhuc i mo
nasterio positū crebro veniebat: ⁊ mecū colloqui de aīe
me vtilitate cōsueuerat. Hic itaqz mihi quadā die narra
uit: dicens. Theodorici regis tēporib⁹ pater soceri mei
in sicilia exactionem canonis egerat: atqz iā ad Italiā
rediebat. Cui⁹ nauis appulsa est ad insulā que liparis
appellatur. Et quia illic vir quidam solitarius magne
virtutis habitabat: dū naute nauis armamēta repara
rent: visum est predicto patri soceri mei ad eūdē virum
dei pergere: seqz eius orationibus cōmēdare. Quos vir
domini cum vidisset/ eis inter alia colloquēs dixit. Sci
tis quia rex Theodoricus mortuus est? Cui illi protin⁹
responderūt. Absit: nos eum viuentē dimisimus: ⁊ nihil
tale ad nos de eo nūciusqz perlatū est. Quibus dei famu
lus addidit dicens. Etiam mortuus est: nam hesterno
die hora nona inter Iohānem papam ⁊ simachum patri
cium discinctus atqz discalciatus: et vinctis manibus
deductus/ in hanc vicinam vulcani ollam iactatus est.

I

K

Quod illi audientes sollicite conscripserunt diem: atqz
in Italiam reuersi/ eo die theodoricū regem inuenerūt
fuisse mortuū: quo eius exitus atqz supplicium dei famu
lo fuerat ostensum. Et qz Iohannem papam affligēdo in
custodia occidit: simachum quoqz patriciū ferro trucī
dauit: ab illis iuste in ignem mitti apparuit: quos i hac
vita iniuste iudicauit.

¶ De morte Reparati. Capitulum.xxxj.

Eodem quoqz tēpore quo primum remote vite
desiderio anhelabam: quidam honestus senex
deusdedit noīe valde hui⁹ vrbis nobilib⁹ ami
cus/ mihi quoqz i amicitijs sedule iūgebatur: qui mihi
narrabat: dicēs. Gothorū tēpore quidā spectabilis vir
Reparatus noīe venit ad mortē. Qui dum diu iam com
mutatus ac rigidus iaceret: visum est qȝ ab eo funditus
flatus vitalis exisset: atqz exanime remansisset corpus.
Cumqz ⁊ multi qui cōuenerant: et cū iā mortuū familia
lugeret/ subito redijt: ⁊ cūctorū plāgētiū in stuporē verse
sunt lachryme. Qui reuersus ait. Ciri⁹ ad ecclesiā beati
Laurentij martyris q ex noīe conditoris damasi voca
tur/ puerū mittite: ⁊ quid de tyburtio p̄sbytero agat vi
deat: ⁊ renūciare festinet. Qui videlicet tūc tyburti⁹ car
nalibus desiderijs subiacere ferebatur. Cui⁹ adhuc vi
te moresqz bene quoqz florentius eius nūc ecclie presby
ter meminit. Cum vero puer pergeret: narrauit idem re
paratus q ad se reuersus fuerat/ quid de illo vbi ductus
fuerat agnouit: dicens. Paratus fuerat rogus ingens:
deductus autem tyburtius p̄sbyter in eo est superposi
tus: atqz supposito igne cōcrematus. Ali⁹ autē parabat
rogus: cuius a terra in celū cacumen tendi videbatur.
Cui emissa voce clamatū est cuius esset. His dictis sta
tim reparat⁹ defunct⁹ est: puer vero qui transmissus fue
rat ad tyburtiū/ iam eum mortuū inuenit. Qui videlicet
reparat⁹ duct⁹ ad loca penarū dū vidit: rediſt: narrauit:
⁊ obijt: aperte monstratur qz nobis illa/ nō sibi viderit:
quibus dū adhuc concessum est viuere: licet etiam a ma
lis operibus emendare. Rogum vero construi reparat⁹
vidit: non qȝ apud infernum ligna ardeant vt ignis fiat:
sed narraturus hec viuentibus: illa de incendio prauo
rum vidit: ex quibus nutriri apud viuentes corporeus
ignis solet: vt per hec assueta viuentes discerēt quid de
insueta timere debuissent.

Repara
tus loca
penarum
vidit.

L

¶ De morte curialis cui⁹ sepultura incēsa est. Ca.xxxij.

Terribile etiam quiddam i valerie prouincia
contigisse vir vite venerabilis maximianus
syracusanus epūs: qui diu i hac vrbe meo mo
nasterio prefuit/ narrare consueuit: dicens. Quidam cu
rialis illic sacratissimo paschali sabbato iuuenculam
cuiusdam filiam in baptismate suscepit. Qui post ieiu
nium domū reuersus: multoqz vino ebriat⁹/ eandē filiā
suam secū manere petijt: eāqz nocte illa (qd dictu nefas
est) perdidit. Cūqz mane facto surrexisset: reus cogitare
cepit vt ad balneū pgeret: ac si aq balnei lauaret maculā
peccati. Perrexit igit: lauit: cepitqz trepidare an eccle
siam ingredi vellet. Sed si tāto die nō iret ad ecclesiam
erubescebat homines: sin vero iret: ptimescebat iudiciū
dei. Vicit itaqz humana verecūdia: perrexit ad ecclesiā:
sed tremebundus ac pauens stare cepit: atqz per singula
momenta suspect⁹ qua hora immūdo spiritui traderet:
⁊ corā omni populo vexaretur. Cūqz vehementer time
ret: et in illa missarū celebritate quasi aduersi nihil cōti
git. Qui letus exijt: ⁊ die altero ecclesiā iā securus intra
uit. Factumqz est vt per sex continuos dies letus ac se
curus procederet: estimans qȝ eius scelus dñs aut non
vidisset: aut visum misericorditer auertisset. Die autem
septimo subita morte defunctus est. Cūqz sepulture tra
ditus fuisset: per longū tempus cunctis videntib⁹ de se
pulchro illius flāma exijt: ⁊ tā diu ossa eius cōcremauit:
quousqz omne sepulchrū cōsumeret: ⁊ terra que in tumu
lum collecta fuerat/ defossa videret. Qd videlicet oipo
tens de⁹ faciēs ostēdit qd ei⁹ aīa in occulto ptulit: cui⁹
etiā corp⁹ ante humanos oculos flāma cōsumpsit. Qua
in re nobis quoqz hec audiētibus exēplum formidinis
dare dignat⁹ est: quaten⁹ ex hac cōsideratiōe colligem⁹
qd aīa viuēs ac sentiēs pro reatu suo patit/ si tanto ignis
supplicio etiā insensibilia ossa cōcremantur. Petrus.

Ossa cu
rialis i se
pulchro
arsa.

M

Nosse velim: si vel boni bonos in regno: vl mali ma
los in supplicio agnoscant.

B

¶ Si boni bonos in regno: et mali malos in supplicio agnoscunt. Capitulū.xxxiij. Gregorius.

Luc.xvj.

Huius rei sentētia in verbis est dominicis: quā iam superius ꝓtulimus/luce clarius demonstrata. In quibus cum dictū esset. Homo quidam erat diues: ⁊ induebatur purpura et bysso: ⁊ epulabatur quotidie splēdide: ⁊ erat quidā mēdicus nomine lazarus: qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus: cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis: ⁊ nemo illi dabat: sed ⁊ canes veniebant et lingebant vlcera eius. Subiunctū est ꝙ mortuus lazarus portatus est ab angelis in sinum abrahe: et mortuus diues/sepultus est in inferno. Qui eleuans oculos suos cum esset in tormētis: vidit abrahā a longe/ ⁊ lazarū in sinu eius: ⁊ ipse clamauit dicēs. Pater abrahā miserere mei: ⁊ mitte lazarū vt intingat extremū digiti sui i aquā: ⁊ refrigeret linguā meā: quia crucior i hac flāma. Cui abrahā dixit: Fili recordare ꝙ recepisti bona in vita tua: ⁊ lazarus similiter mala. Diues aūt iā spem salutis de seipso nō habens/ad promerēdam suorum salutem conuertit/dicens. Rogo te pater vt mittas eum in domū patris mei habeo eīn quinq̃ fratres: vt testetur illis: ne ⁊ ipsi veniāt in locum hunc tormētorū. Quibus verbis aperte declaratur: quia ⁊ boni bonos: et mali malos cognoscunt. Si enī abrahā lazarū minime recognouisset: nequaq̃ ad diuitem in tormētis positū/de transacta eius contritione loqueretur: dicens ꝙ mala receperit in vita sua. Et si mali malos nō recognoscerent: nequaq̃ diues in tormētis posit⁹/fratrum suorum etiā absentium meminisset. Quomodo enim presentes nō posset agnoscere: qui etiā pro absentiū memoria curauit exorare? Qua in re illud quoq̃ ostēditur quod nequaq̃ ipse requisisti: quia et boni malos: ⁊ mali cognoscūt bonos. Nam diues ab abraham cognoscitur: cui dictum est. Recepisti bona in vita tua. Et electus lazarus a reprobo est diuite cognit⁹ quē mitti precatur ex nomine: dicens. Mitte lazarū vt intingat extremum digiti sui in aquam: ⁊ refrigeret linguam meā. In qua videlicet cognitiōe vtriusq̃ partis/cumulus retributionis excrescit: vt ⁊ boni amplius gaudeāt qui secum eos letari conspiciunt quos amauerunt: ⁊ mali dum cū eis torquētur quos in hoc mūdo despecto deo dilexerunt: eos nō solum sua: sed etiam eorum pena consumat. Fit autem in electis quiddam mirabilius: quia non solum eos agnoscunt quos in hoc mundo nouerāt: sꝫ velut viros visos ac cognitos recognoscūt bonos q̃s nunq̃ viderunt. Nam cum antiquos patres in illa eterne hereditate viderint: eis incogniti per visionem non erunt/quos in opere semp nouerūt. Quia enim illic omnes communi claritate deum conspiciūt: quid est qđ ibi nesciant: vbi scientem omnia sciunt?

Boni malos et bonos mali recognoscēt post mortem.

B

¶ De religioso moriēte qui ꝓphetas vidit. Ca.xxxiiij.

Moriens ꝓphetas vidit.

C

Nam quidā noster religiosus vir et vite valde laudabilis: cum ante quadriennium moreretur sicut religiosi alij qui presentes fuerunt testati sunt: in hora exitus sui Jonam prophetam: Ezechielem quoq̃ ⁊ Danielē cepit aspicere: eosq̃ dominos suos ex nomine clamare. Quos dum ad se venisse diceret: et depressis luminibus eis reuerētie obsequium preberet: ex carne educt⁹ est. Qua in re aperte datur intelligi que erit in illa incorruptibili vita notitia/si vir iste adhuc in carne corruptibili positus: prophetas sanctos quos nimirum nunq̃ viderat/agnouit.

¶ Qꝫ se etiā ignote anime nōnunq̃ exiture cognoscūt: que vel pro culpis tormenta: vel pro bonis actibus similia sunt p̄mia recepture: ⁊ de morte Joannis et visi atq̃ emorii ⁊ Stephani. Capitulum.xxxv.

Olet autē plerūq̃ contingere vt egressura anima eos etiam recognoscat cū quibus pro equalitate culparum vel etiam premiorum in vna est mansione deputanda. Nam vir vite venerabilis Eleutherius senex (de quo precedente libro multa narraui) in monasterio suo germanum fratrē noīe Joannē se habuisse perhibuit: qui ante dies.xiiij. suum fratribus exitum predixit. Cumq̃ decrescentes quotidie cōputaret dies: ante triduum q̃ vocaretur ex corpore/febre correptus est. Ad horam vero mortis veniens/mysterium dominici corporis et sanguinis accepit. Vocatisq̃ fratribus coram se psallere precepit: quibus tamē antiphonā ipse per semetipsum de semetipso imposuit: dicens. Aperite mihi portas iustitie: ⁊ ingressus in eas cōfitebor domino: hec porta dñi: iusti intrabunt per eam. Cumq̃ coram eo assistentes fratres psallerēt: emissa subito et producta voce clamauit: dicens. Urse veni. Quod mox vt dixit/eductus de corpore mortalē vitam finiuit. Mirati sunt fratres: quia hoc qđ moriens frater clamauerat ignorabant. Quo defuncto in monasterio facta est magna tristitia. Quarto autem die quiddā fratrib⁹ necessarium fuit vt ad monasterium aliud lōge positum trāsmitterēt. Illuc ergo euntes fratres/omnes eiusdem monasterij monachos tristes vehementer inuenerunt. Quibus cum dicerent: quid habetis quod vos in tanto merore deprimitis? Responderunt dicentes. Loci huius desolationem gemimus: quia vnus frater cuius nos vita in hoc monasterio continebat: hodie quartus est dies ꝙ ex hac luce subtract⁹ est. Cumq̃ fratres qui venerant studiose inquirerent qualiter dictus fuisset: respōderūt Ursus. Qui vocationis eius horam subtiliter inquirētes/ipso eo momēto cognouerunt exisse de corpore: quo per Joannem qui apud eos defunctus est/fuerat vocatus. Qua ex re colligitur quia vtrorumq̃ par fuerat meritū: eisq̃ datū est vt in vna mansione socialiter viuerēt quibus e corpore contigit socialiter exire. ¶ Sed neq̃ hoc sileam quod dum adhuc laicus viuerem: atq̃ in domo mea que mihi in hac vrbe ex iure patris obuenerat manerem/de quibusdam vicinis meis me cōtigit agnouisse. Quedam nanq̃ iuxta me vidua Galla dicebatur. Hec emorphium nomine iuuenē filium habebat: a quo non longe quidā Stephanus qui alio nomine Optio dictus fuit/habitabat. Sed idem emorphius ad extrema vite veniens vocauit puerū suum: eiq̃ precepit: dicens. Uade ⁊ dic Stephano optioni vt cōcitus veniat: q: ecce nauis parata est: vt ad siciliā duci debeam. Cūq̃ hūc puer insanire crederet/⁊ obedire recusaret: cepit ille vehemēter imminere: dicēs. Uade et nuncia illi qđ dico: q: nō insanio. Egressus est puer vt ad Stephanū pergeret. Cūq̃ in mediū iter venisset: ei alius quidā obuius factus est: qui hunc requisiuit: dicens. Quo vadis? Cui respōdit. Ad Stephanū optionē a dño meo missus sum. Atq̃ ille protin⁹ dixit. Ab eo venio: sed ante me hac hora defunct⁹ est. Reuersus vero est puer ad emorphium dominū suum: sed iam eum mortuum inuenit. Sicq̃ factum est vt dum alter obuiam venisset ex medio itinere puer reuersus est: ex mensura spatij potuisset colligi ꝙ vno momento vtriq̃ fuerant vocati. Petrus.

Antiphona Joānis.

D

Nota de stephano et emorphio.

E

Terribile est valde quod dicitur: sed queso te/cur egredienti anime nauis apparuit: vel cur se ad siciliam duci moriturus predixit? Gregorius.

Anima vehiculo non eget: sed mirum nō est si adhuc homini in corpore posito/illud apparuit qđ per corpus assueuerat videre: vt per hoc intelligi daretur quo ei⁹ anima spiritaliter duci potuisset. Qꝫ vero se ad siciliā duci testatus est/quid sentiri aliud potest/nisi ꝙ pre ceteris locis in ei⁹ terre insulis eructāte igne tormētorum olle patuerūt? Que (vt solēt narrare qui nouerūt) in stratis quotidie sinib⁹ excrescūt vt mundi termino appropinquante/quāto certum est illuc amplius exurendos colligi: tanto ⁊ eadem tormētorum loca amplius videātur aperiri. Quod omnipotēs deus ad correptionem viuentium in hoc mundo voluit ostendi: vt mentes infideliū: que inferni tormēta esse nō credunt: tormentorum loca videant: que audita credere recusant. Qꝫ vero siue electi: siue reprobi quorū communis causa in opere fuerit: i loca etiā cōia deducant/veritatis nobis verba satisfacerent: si etiā exempla deessent. Ipsa quippe ꝓpter electos in euangelio dicit. In domo pris mei mā̄siones multe sūt. Si enī dispar retributio in illa eterna beatitudine nō esset: vna potius mansio q̃ multe essent. Multe ergo mansiones sunt: in quib⁹ distincti bonorum ordines/et ꝓpter meritorū cōsortia cōmuniter letant: ⁊ tñ vnū denariū oēs laborātes accipiūt. Qui multis mā̄sionib⁹ distiguunt: quia ⁊ vna est beatitudo quā illic percipiūt: ⁊ dispar retributionis q̃litas quā p opa diuersa consequitur. Que nimirum veritas iudicij sui diem denūciās/ait. Tūc dicā messorib⁹. Colligite zizaniam: ⁊ ligate eam in fasciculos ad comburēdum. Messores quippe angeli zizaniam ad comburēdum in fasci-

F

Joā.xiiij.

Mat.xiij.

G culos ligant: cum pares paribus in tormētis similibus sociant: vt superbi cum superbis: luxuriosi cum luxuriosis: auari cū auaris: fallaces cum fallacibꝰ: inuidi cum inuidis: infideles cū infidelibus ardeant. Cū ergo similes in culpa/ad tormenta similia deducunt: qꝛ eos in locis penalibus angeli deputant: quasi ȝizaniorū fasciculos ad comburendum ligant. Petrus.

Ad inquisitionem meam responsionis satisfactione patuit causa rōnis. Sed qđnā est queso te ꝙ nōnulli quasi per errorē extrahūtur e corpore: ita vt facti exanimes redeant: ꝛ eorū dꝫ audisse se dicet quis ipse non fuerit qui erat iussus deduci?

¶ De his qui quasi per errorē educi videnꝰ e corpore: ꝛ de vocatione ꝛ reuocatione Petri monachi: ꝛ de morte ꝛ resuscitatione Stephani: ac de visione cuiusdā militis.

Capitulum. xxxvj. Gregorius.

Hoc cum fit Petre si bene perpendit/nō error: sed admonitio est. Superna enī pietas ex magna mie sue largitate disponit/vt nōnulli etiā post exitū repēte ad corpus redeāt: vt tormēta inferni q̄ audita non crediderant/saltem visa pertimescant. Nam quidam illyricianus monachus qui i hac vrbe in monasterio mecum viuebat/mihi narrare cōsueuerat: ꝙ quodam tēpore cum adhuc in eremo moraretur/agnouerit ꝙ Petrꝰ qđā monachus ex regione ortꝰ hiberie/q̄ ei in loco vaste solitudinis cui Euasa nomē est/inherebat (sicut ipso narrante didicerat) priusꝗ eremū peteret/molestia corporis interueniente defunctus est: sed protinꝰ corpori restitutus/inferni se supplicia atqꝫ innumera loca flāmarū vidisse testabat. Qui etiam quosdā huius seculi potētes in eisdem flāmis suspensos se vidisse narra:

H bat. Qui cum iam ductus esset vt i illas ꝛ ipse mergeretur: subito angelū corusci habitus apparuisse fatebat: qui eum in ignem mergi prohiberet. Cui etiā dixit. Regredere: et qualiter tibi posthac viuendū sit/cautissime attende. Post quā vocē paulatim recalescētibꝰ mēbris ab eterne mortis somno euigilās/cuncta que circa illū fuerant gesta narrauit. Tātisꝗ se postmodū ieiunijs vigilijsꝗ cōstrinxit/vt inferni eū vidisse ꝛ pertimuisse tormenta (etiam si taceret lingua) cōuersatio loq̄ret. Quippe cui omnipotentis dei mira largitate in morte actum est ne mori debuisset. Sed quia humanū cor grauis valde duritie esse solet: ita ipa quoqꝫ penarum ostensio non eque omnibus vtilis est. Nam illustris vir Stephanus (quē bene nosti) de semetipso mihi narrare consueuerat: qꝛ in cōstātinopolitana vrbe pro quadā causa demoratus/molestia corporis superueniēte defūctꝰ est. Cūqꝫ medicus atqꝫ pigmētarius ad aperiendū eum atqꝫ condiendum esset quesitus: ꝛ die eodē minime inuentꝰ: subsequēte nocte corpus iacuit inhumatū. Qui ductꝰ ad inferni loca: vidit multa que prius audita nō crediderat. Sed cū presidēti illic iudici presentatꝰ fuisset: ab eo receptꝰ non est: ita vt diceret. Nō hūc adduci: ſꝫ Stephanū ferrariū iussi. Qui statim reductꝰ in corpore est: ꝛ Stephanꝰ ferrarius qui iuxta eum habitabat: eadem hora defunctꝰ est. Sicqꝫ probatum est vera fuisse verba que audierat: dū hec effectꝰ mortis Stephani demōstrauit. ¶ Ante triennium quoqꝫ in hac pestilentia que hanc vrbem clade vehementissima depopulauit: in qua etiam corporali visu sagitte celitꝰ venire: ꝛ singulos quosqꝫ ferire videbātur

I sicut nosti: Stephanꝰ idē defunctus est. ¶ Quidā vero miles in hac eadē vrbe nostra pcussus: ad extrema peruenit. Qui eductꝰ e corpore exanimis iacuit: sed citius rediit: ꝛ que cum eo fuerāt gesta/narrauit. Aiebat enim (sicut tunc res eadē etiam multis innotuit) quia pons erat: sub quo niger atqꝫ caliginosus fetoris itolerabilis nebulā exhalās fluuius decurrebat. Trāsacto autē ponte/amena erant prata atqꝫ virentia: odoriferis herbarū floribus exornata: in quibus albatorū hominū conuenticula esse videbantur. Tantusqꝫ in eodē loco odor suauitatis inerat: vt ipsa suauitatis fragrantia illic deambulātes: habitātesqꝫ satiaret. Ibi mansiones erāt diuersorum: singule/magnitudine lucis plene. Ibi quedā mire potentie edificabatur domus: que aureis videbaꝰ laterculis construi: sed cuiꝰ esset nō potuit agnosci. Erāt vero super ripā predicti fluminis nōnulla habitacula: sed alia exurgentis fetoris nebula tangebat: alia autem exurgēs fetor a flumine minime tāgebat. Hec vero erat

Stephanus quiddā penas inferni vidit.

Miles quidam acheronta ꝛ elysios campos vidit.

in predicto pōte probatio: vt quisꝗs per eū vellet iniustꝰ

K transire: in tenebrosum fetētē fluuiū laberet. Iusti vero quibus culpa non obsisteret: securo per eum gressu ac libero ad loca amena peruenirent. Ibi se etiam Petrū ecclesiastice familie maiorem: qui ante quadriēnium est defunctus/deorsū positū in locis teterrimis magno ferri pondere ligatū ac depressum vidisse cōfessus est. Qui dum requireret cur ita esset: ea se dixit audisse q̄ nos qui eum in ecclesiastica domo nouimus: scientes eius acta recolimus. Dictū namqꝫ est. Hec idcirco pateretur quia siquid ei pro faciēda vindicta videbaꝰ/ad inferēdas plagas plꝰ ex crudelitatis desiderio q̄ obediētie seruiebat. Quod sic fuisse/nullus qui illum nouit/ignorat. Ibi se etiam quendā peregrinū presbyterū vidisse fatebaꝰ: qui ad predictum pontem veniens/tanta per eum auctoritate trāsijt: quāta ꝛ hic syncerirate vixit. In eodem quoqꝫ ponte hūc quem prediximus Stephanū se recognouisse testatus est. Qui dum transire voluisset: eius pes lapsus est: ꝛ ex medio corpore iam extra pōtem delectus/a quibusdam teterrimis viris ex flumine surgentibus per coxam deorsum: atqꝫ a qbusdā albatibꝰ ꝛ speciosissimis viris cepit p brachia sursum trahi. Cūqꝫ hoc luctamen esset/vt hūc boni spiritus sursum/mali deorsū traherēt ipse qui hec videbaꝰ/ad corpꝰ reuersus est: et quid de eo plenius gestum sit: minime cognouit. Qua in re de eiusdem Stephani vita datur intelligi: quia in eo mala carnis cum elemosynarū operatiōe certabāt. Qui enim per

L coxas deorsum/per brachia trahebaꝰ sursum/patet nimirum qꝛ ꝛ elemosynas amauerat: ꝛ carnis vitijs perfecte non restiterat: que eū deorsum trahebāt. Sed in illo occulto arbitri examine quid in eo vicerit/ꝛ nos ꝛ eum qui vidit ꝛ reuocatus est/latet. Constat tamen qꝛ idē Stephanus postꝗ (sicut superiꝰ narraui) ꝛ infera loca vidit: et ad corpus rediit: perfecte vitam minime correxit: qui post multos annos de corpore adhuc in certamine vite ꝛ mortis exijt. Qua de re colligiꝰ: quia ipsa quoqꝫ inferni supplicia cū demōstrātur/alijs hoc i adiutoriū: alijs vero in testimoniū fiat: vt isti videant mala que caueāt: illi vero eo amplius puniātur: qꝛ inferni supplicia nec visa ꝛ cognita vitare voluerunt. Petrus.

Quid est hoc queso te ꝙ in amenis locis cuiusdam domus laterculis aureis edificari videbatur? Ridiculum est valde si credimus ꝙ in illa vita adhuc metallis talibus egeamus.

¶ Quid sibi vult i amenis locis domꝰ instructio: et de Deusdedit/cuiꝰ domꝰ sabbato videbaꝰ edificari. Greg.

Quia hoc si sanū sapit itelligat: ſꝫ p hoc qđ illic ostensum est/quisqꝫ ille est cui mansio ista cōstruebatur: aperte datur intelligi quid est quod hic operatur. Nā qui premia eterne lucis elemosynarū largitate promerebit: nimirum constat: quia auro edificat māsionē suā. Quod enim superius memorare fugit vt dicerem: idem miles qui hec viderat/narrabat ꝙ eosdem laterculos aureos ad edificationem domꝰ senes ac iuuenes puelle ꝛ pueri ferebāt. Qua ex re colligitur quia hi quibus hec pietas facta est: ipsi illic operatores esse videatur. ¶ Sic etiam quidam iuxta nos Deusdedit nomine/religiosus habitabat: q calciamenta solebat operari: de quo alter per reuelationem vidit ꝙ eius domus edificabatur: sed in ea constructores sui solo die sabbati videbanꝰ operari. Qui eiusdem viri postmodū subtiliter vitā requirēs: inuenit qꝛ ex his q̄ diebꝰ singulis laborabat: quicqđ ex victu atqꝫ vestitu superesse potuisset: die sabbato ad beati Petri ecclesiā deferre solebat: atqꝫ indigētibꝰ erogare. Qua ex re perpēde: quia nō inmerito domꝰ ipsiꝰ fabrica sabbato crescebat. Petrꝰ

Deusdedit suā domū sabbato tātum edificabat.

M Ac re mihi idonee video satisfactum: sed queso te: quid esse dicimus ꝙ quorundam habitacula fetoris nebula tangebantur: quorūdam vero tangi nō poterant: vel qđ ꝙ pōtem quidē ꝛ fluuiū vidit? Gregorius.

Ex rerum Petre imaginibus pēsantur merita causarum. Per pōtem quippe ad amena loca transire iustos aspexit: quia angusta valde est semita que ducit ad vitam. Et fetentem fluuium decurrentem vidit: quia ad ima defluit quotidie carnaliū hic putredo vitiorum. Et quorundā habitacula fetoris nebula tangebat: quorundam vero ab ea tangi non poterāt: qꝛ sunt plerisqꝫ qui multa iam bona opera fecerūt: sed

Mat. vij.

B tamen adhuc carnalibus vitiis in cogitationis delectatione tangitur. Et iustum valde est ut illic nebula fetoris assideat, quos hic adhuc carnis fetor delectat. Unde et eandem delectationem carnis esse beatus Job in fetore conspiciens, de luxurioso ac lubrico sententiam protulit dicens. Dulcedo illius vermes. Qui autem perfecte cor ab omni delectatione carnis excusserunt: constat nimirum quia eorum habitacula fetoris nebula non tanguntur. ¶ Et notandum quod idem fetor esse et nebula visa sit: quia nimirum carnalis delectatio mentem quam inficit obscurat: ut veri luminis claritatem non videat: sed unde delectatur inferius: inde caliginem supernam patiatur. Petrus.

Job. xxiiij.

Talad superna.

Petrus.

Putamus ne hoc auctoritate sacri eloquij posse monstrari: ut culpe carnalium fetoris pena puniantur?

¶ De pena sodomorum. Gregorius.

Gen. xix.

Potest. Nam libro geneseos attestante didicimus quod super sodomitas dominus ignem et sulphur pluit: ut eos et ignis incenderet: et fetor sulphuris necaret. Quia enim amore illicito corruptibilis carnis exarserant: simul incendio et fetore perierunt: quatenus in pena sua cognoscerent: quia eterne morti fetoris sui se delectatione tradidissent. Petrus.

De his in quibus dubius fui: nihil mihi fateor questionis remansisse.

¶ De quorundam anima adhuc in corpore posite penale aliquid de spiritualibus videt. Et de theodoro puero. Ca. xxxvij.

B Sciendum quoque est: quia nonnunquam anime adhuc in suis corporibus posite penale aliquid de spiritualibus vident: quod tamen quibusdam ad edificationem suam: quibusdam vero contingere ad edificationem audientium solet. Nam is de quo in homelijs coram populo me narrasse iam memini, inquietus valde Theodorus nomine puer fuit: qui in monasterium meum fratrem suum necessitate magis quam voluntate secutus est. Cui nimirum grauis erat si quis pro salute sua aliquid loqueretur. Bona enim non solum facere: sed etiam audire non poterat. Nunquam se ad sancte conuersationis habitum venire iurando: irascendo: deridendo testabatur. In hac autem pestilentia que nuper huius urbis populum magna ex parte consumpsit: percussus in inguine est perductus ad mortem. Cumque extremum spiritum ageret: conuenerunt fratres ut egressum illius orando protegerent. Iam corpus eius ab extrema parte erat premortuum: in solo tantum pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti autem fratres tanto pro eo ceperunt enixius orare: quanto eum iam videbant sub celeritate discedere. Tunc repente cepit eisdem fratribus assistentibus clamare: et cum magnis vocibus orationes eorum interrumpere: dicens. Recedite, recedite. Ecce draconi ad deuorandum datus sum: qui propter vestram presentiam deuorare me non potest. Caput meum iam suo ore absorbuit: date locum ut non me amplius cruciet: sed faciat quod facturus est. Si ei ad deuorandum datus sum: quare propter vos moras patior? Tunc fratres ceperunt ei dicere. Quid est quod loqueris frater? signum tibi sancte crucis imprime. Respondit ille dicens. Volo me signare, sed non possum: quia squamis huius draconis premor. Cumque hoc fratres audirent: prostrati in terram cum lachrymis ceperunt pro ereptione illius vehementius orare. Et ecce subito cepit eger clamare dicens. Gratias deo: ecce draco qui me ad deuorandum acceperat fugit: orationibus vestris expulsus stare non potuit. Pro peccatis meis modo intercedite: quia conuerti paratus sum, et secularem vitam funditus relinquere. Homo ergo qui sicut iam dictum est, ab extrema corporis parte fuerat premortuus, reseruatus ad vitam: toto corde ad deum conuersus est. Et postquam mutatus mente diu est flagellis afflictus, tunc eius anima carne soluta est.

Theodorus puer prauus.

C

Theodori puerio.

¶ De morte crisorij et monachi cuiusdam iconie. C. xxxviij.

Crisorius vitiosus homo.

At contra Crisorius, sicut probus propinquus illius (cuius iam superius memoriam feci) narrare consueuit: vir in hoc mundo valde idoneus fuit: sed tantum plenus vitijs. Fastu rebus: superbia tumidus: carnis sue voluptatibus subditus: in acquirendis rebus auaritie facibus accensus. Sed cum tot malis dominus finem ponere decreuisset: corporali hunc molestia percussit. Qui ad extremum veniens, eadem hora qua iam de corpore erat exiturus: apertis oculis vidit teterrimos viros et nigerrimos spiritus coram se assistere: et vehementer imminere, ut ad inferni claustra eum raperent. Cepit tremere: pallescere, sudare: et magnis vocibus inducias petere: filiumque suum nomine Maximum quem ipse iam monachus monachum vidi: nimijs et turbatis vocibus vocare dicens. Maxime curre. Nunquam tibi mali aliquid feci: in fide tua me suscipe. Turbatus mox maximus affuit: lugens ac perstrepens familia conuenit. Eos autem quos ille insistentes sibi grauiter tolerabat: ipsi malignos spiritus videre non poterant: sed eorum presentiam, in confusione et pallore et tremore illius qui trahebatur videbant. Pauore autem teterre eorum imaginis huc illucque vertebatur in lectulo: iacebat in sinistro latere, aspectum eorum ferre non poterat: vertebatur ad parietem, ibique aderant. Cumque constrictus nimis relaxari se iam posse desperaret: cepit magnis vocibus clamare. Inducias vel usque mane: inducias vel usque mane. Sed cum hec clamaret: in ipsis vocibus de habitaculo sue carnis euulsus est. De quo nimirum constat: quia pro nobis ista non pro se viderit: ut eius visio nobis proficiat quos adhuc diuina patientia longanimiter expectat. Nam illi teteros spiritus ante mortem vidisse, et inducias petisse quid profuit: qui easdem inducias quas petijt non accepit? ¶ Est etiam nunc apud nos Athanasius ex Isauria presbyter: qui in diebus suis Iconij rem terribilem narrat euenisse. Ibi namque (ut ait) quoddam monasterium Thongoleon dicitur: in quo quidam monachus magne estimationis habebatur. Bonis quippe certe hic tenus moribus: atque in omni sua actione compositus: sed sicut ex fine res patuit: longe aliter quam apparebat fuit. Nam cum ieiunare se cum fratribus demonstraret: occulte manducare consueuerat. Quod eius vitium fratres omnino nesciebant. Sed corporis superueniente molestia, ad vite extrema perductus est. Qui cum iam esset in fine: fratres ad se omnes qui monasterio inerant, congregari fecit. At illi tali (ut putabant) viro morienti, magnum quid ac delectabile se ab eo audire crediderant. Quibus ipse afflictus et tremens compulsus est prodere cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit. Quando me vobiscum credebatis ieiunare: occulte comedebam: et ecce nunc ad deuorandum draconi traditus sum: qui cauda sua mea genua pedesque colligauit: caput vero suum intra meum os mittens: spiritum meum ebibens extrahit. Quibus dictis statim defunctus est: atque ut penitendo se liberare potuisset: a dracone quem viderat, expectatus non est. Quod nimirum constat quia ad solam utilitatem audientium viderit: qui eum hostem cui traditus fuerat: et innotuit, et non euasit. Petrus.

D

E

Doceri vellem: si post mortem purgatorius ignis esse credendus est.

¶ An post mortem purgatorius ignis sit. Ca. xxxix. Greg.

In euangelio dicit dominus. Ambulate dum lucem habetis. Per prophetam quoque ait. Tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Quod paulus apostolus exponens dicit. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Salomon quoque ait. Quodcunque potest manus tua facere: instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos quo tu properas. David quoque ait. Quoniam in seculum misericordia eius. Ex quibus nimirum sententijs constat: quia qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio presentatur. Sed tamen de quibusdam leuibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est: pro eo quod veritas dicit. Quia si quis in sancto spiritu blasphemiam dixerit: neque in hoc seculo remittetur ei: neque in futuro. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo: quasdam vero in futuro posse laxari. Quod enim de vno negatur: consequens intellectus patet quia de quibusdam conceditur. Sed tamen (ut predixi) hoc de paruis, minimisque peccatis fieri posse credendum est: sicut est assidue ociosus sermo: immoderatus risus: vel peccatum cure rei familiaris (que vix sine culpa: vel ab ipsis agitur qui culpam qualiter declinare debeant sciunt) aut in non grauibus rebus error ignorantie: que cuncta etiam post mortem grauant: si adhuc in hac vita positis minime fuerint relaxata. Nam cum Paulus dicat Christum esse fundamentum, atque subiungat. Si quis superedificauerit super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam: uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit: si cuius opus manserit quod superedificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Quis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita ad-

Joan. xij.

Esa. xlix.

ij. Cor. vj.

Eccl. ix.

Psalm. cxxxvij.

F

Mat. xij.

j. Cor. iij.

G

bibito possit intelligi: tñ si q̃s hoc de igne future purgationis accipiat/ pensandũ sollicite est: q2 illũ per ignẽ dixit posse saluari: non qui super hoc fundamentũ ferrum: es/ vel plumbũ edificat. i. peccata maiora: et idcirco duriora: atq3 tunc iam insolubilia: sed lignũ/ fenum/ stipulam. i. peccata minuta atq3 leuissima: que ignis facile cõsumat. Hoc tñ sciendũ est: q2 illic saltẽ † de minimis nihil q̃sq3 purgationis obtinebit: nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita posit᷒ vt illic obtineat promereatur.

† al. saltẽ.

De anima Pascasij diaconi. Capitulũ. xl.

Pascasij laus.

Nam cũ adhuc essem iuuenculus: atq3 in laico habitu cõstitutus: narrari a maioribus atq3 scientibus audiui: q2 Pascasius huius apl̃ice sedis diacon᷒: cuius apud nos rectissimi et luculenti de sancto spũ libri extãt/ mire sanctitatis vir fuerit: elemosynarũ maxime operibus vacans: cultor pauperũ: et contẽptor sui. Sed hic in ea cõtentiõe que inardescẽte zelo fideliũ inter simachũ atq3 laurentiũ facta est: ad pontificatus ordinẽ laurentiũ elegit: et omniũ post vnanimitate superatus: in sua tñ sententia vsq3 ad diem sui exitus perstitit: illũ amando atq3 preferẽdo quẽ eporũ iudicio pesse sibi ecclesia refutauit. Hic itaq3 cũ tẽporibus Simachi apl̃ice sedis presulis esset defunctus: eius dalmaticã feretro superpositã demoniacus tetigit: statimq3 sanatus est. Post multũ vero tempus germano capuano epõ (cuius superius memoriã feci) medici pro corporis salute dictauerãt: vt in angularib᷒ ‡ thermis lauari debuisset. Qui ingressus easdẽ thermas/ pdictũ Pascasiũ diaconũ stantẽ et obsequentẽ in caloribus inuenit. Quo viso vehemẽter extimuit: et quid illic tantus vir faceret inquisiuit. Cui respõdit. Pro nulla alia causa i hoc penali loco deputatus sum: nisi q2 in parte laurentij cõtra simachũ sensi. Sed queso te: p me dñm deprecare. Atq3 in hoc cognosces q2 exauditus sis: si huc rediens me nõ inueneris. Qua de re vir dñi Germanus se in precibus strinxit: et post paucos dies rediit: sed iam dictũ pascasium in loco eodẽ minime inuenit. Quia enĩ nõ malitie sed ignorantie errore peccauerat: purgari post mortẽ a petõ potuit. Quod tamen credendũ est quia ex illis elemosynarũ suarum largitate hoc obtinuit: vt tunc posset promereri veniã cũ iam nil posset operari. Petrus.

Demoniacus sanatus.

‡ al. angulanis.

Pascasij error.

Quid hoc est queso te q2 in his extremis tẽporibus tam multa de animabus clarescũt que ante latuerũt: ita vt apertis reuelationib᷒ atq3 ostensionibus venturum seculum inferre se nobis atq3 aperire videatur?

Cur in extremis tẽporibus tã multa de aĩabus clarescunt que antea latuerunt. Capitulũ. xlj. Gregorius.

Ita est: nam q̃ntum presens seculũ propinquat ad finẽ: tantũ futurũ seculũ ipsa iam quasi propinquitate tãgitur: et ex signis manifestiorib᷒ aperitur. Quia enĩ in hoc cogitatiões nostras vicissim minime videmus: in illo autẽ nostra in alterutrũ corda conspicimus: quid hoc seculũ nisi noctẽ: et quid futurũ nisi diem dixerim? Sed quẽadmodũ cũ nox finiri et dies incipit oriri/ ante solis ortũ simul aliquo modo tenebre cum luce cõmixte sunt: quousq3 discedẽtis noctis reliquie in luce diei subsequentis perfecte vertantur: ita huius mũdi finis iam cum futuri seculi exordio permiscetur: atq3 ipse reliquiarũ eius tenebre quadã iã rerum spiritalium permixtione translucent. Et que illius mũdi sunt/ multa iam cernimus: sed necdum perfecte cognoscimus: quia quasi in quodã mentis crepusculo hec velut ante solem videmus. Petrus.

Placet qđ dicis. Sꝫ de tãto viro pascasio hoc animum ad inquisitionem mouet q2 post mortẽ ad penalem locũ ductus est: cuius feretri vestis tangi potuit: et malignos spũs ab obsesso hoĩe fugari. Gregorius.

Pascasi᷒ quõ miraculum fecerit.

Hac in re magna debet oĩpotentis dei dispẽsatio/ q̃ sit multiplex agnosci. Cuius iudicio actũ est: vt idem vir Pascasi᷒ ipse intus aliquanto tempore reciperet qđ peccasset: et tamen ante humanos oculos mira per corpus suũ post mortẽ faceret: qui ante mortem eis quoq3 cognoscẽtibus pia opera fecisset: vt neq3 hi qui bona eius viderãt/ de elemosynarũ illius estimatione fallerentur: neq3 ipsa sine vitione laxaretur culpa: quam nec esse culpã crediderat: et idcirco hãc fletibus non extinxit. Petrus.

Perpendo que dicis: veritamẽ hac ratione cõstrictus/ nõ solũ que intelligo: sed etiam ipsa que in me nõ intelligo/ cogor iam peccata formidare. Sꝫ queso te: quia paulo superi᷒ sermo de locis penalibus inferni versabatur: vbinam esse infernũ putamus. Sup hãc terrã/ an sub hac terra esse credend᷒ est?

Ubi esse infernus credẽdus sit. Ca. xlij. Gregorius.

Hac dere temere diffinire non audeo. Nõnulli nãq3 in quadã terrarũ pte infernũ esse putauerunt. Alij vero hũc sub terra esse estimãt. Sed tamen hoc animũ pulsat: quia si idcirco infernũ dicim᷒ quia inferius iacet: quod terra a celo est: hoc esse debet infernus a terra. Unde et fortasse p psalmistã dicit. Liberasti animã meã ex inferno inferiori. Ut infern᷒ superior in terra: infern᷒ vero inferior sub terre esse videat. Et Joannis vox in estimatione ista cõcordat: qui cum signatũ librũ septẽ sigillis vidisse se diceret: quia nemo inuentus est dignus neq3 in celo/ neq3 in terra/ neq3 subtus terrã aperire librũ et soluere signacula eius: adiunxit. Et ego flebã multũ. Quem tamẽ librum postea per leonem de tribu iuda dicit aperiri. Quo videlicet libro quid aliud q̃ sacra scriptura signatur? Quã solus redẽptor noster aperuit: qui homo factus moriẽdo: resurgendo: ascẽdẽdo: cũcta mysteria que in eo fuerãt clausa patefecit. Et nullus in celo: quia neq3 angelus: nullus in terra: quia neq3 homo viuens in corpore: nullus subtus terrã dignus inuentus est: quia neq3 anime corpore exute aperire nobis preter dñm sacri eloquij secreta potuerunt. Cum ergo ad aperiendũ librũ nullus sub terra inuentus dignus dicitur: quid obstet non video vt sub terra infernus esse credatur. Petrus.

R.

ps. lxxxv.

Apoca. v.

L

Infernus sub terra esse credit.

Queso te. Unus esse gehenne ignis credendus est: an quanta peccatorũ diuersitas fuerit: tãta quoq3 estimanda sunt et ipsa incendia esse preparata?

Utrũ vn᷒ gehẽne ignis sit an diuersi. Ca. xliij. Greg.

Unus quidẽ est gehenne ignis: sed nõ vno modo omnes cruciat peccatores. Uniuscuiusq3 etenĩ q̃ntũ exigit culpa: tãta illic sentitur pena. Nã sicut in hoc mundo sub vno sole multi consistunt: nec tamẽ eiusdẽ solis ardorẽ equaliter sentiũt: quia ali᷒ plus estuat: atq3 alius minus: ita illic in vno igne nõ vn᷒ est modus incẽdij: quia qđ hic diuersitas corporũ/ hoc illic agit diuersitas petõrum: vt et ignẽ non dissimilẽ habeãt: et tñ eosdẽ singulos dissimiliter exurat. Petrus.

Un᷒ ignis est eterne pene.

Nunquidnã queso te: dicimus eos qui semel illic mersi fuerint/ semper arsuros?

Si semper ardeant qui gehenne incendijs deputantur. Capitulum. xliiij. Gregorius.

Constat nimirũ et indubitanter verũ est: quia sicut finis nõ est gaudio bonorũ: ita finis nõ erit tormento malorũ. Nam cũ veritas dicat. Ibũt impij in supplicium eternũ: iusti autem in vitam eternam: quia verum est quod promisit: falsum procul dubio non erit quod minatus est deus. Petrus.

Mat. xxv

D

Quid si quis dicat. Idcirco peccantibus eternã penam minatus est: vt eos a peccatorũ perpetratione compesceret? Gregorius.

Si falsum est quod minatus est vt ab iniustitia corrigeret: etiam falsa est pollicit᷒: vt ad iustitiam puocaret. Sed quis hoc dicere vel insanus presumat? Et si minatus est quod nõ erat impleturus: dũ asserere eum misericordẽ volumus: fallacẽ (qđ dici nephas est) predicare cõpellimur. Petrus.

Scire velim quomodo iustũ sit vt culpa que cũ fine perpetrata est: sine fine puniatur. Gregorius.

Hoc recte diceretur/ si districtus iudex nõ corda hominum: sed facta pẽsaret. Iniqui enim ideo cũ fine deliquerũt/ quia cũ fine vixerunt. Nam voluissent vtiq3 si potuissent sine fine viuere: vt potuissent sine fine peccare. Ostendũt enĩ quia in peccato semper viuere cupiunt: qui nunq̃ desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicãtis pertinet: vt nunq̃ careant supplicio/ qui in hac vita nunq̃ voluerunt carere peccato. Petrus.

Sed nullus iustus crudelitate pascitur: et delinquẽs seruus a iusto dño idcirco cedi precipit vt a nequitia corrigatur. Ad hoc ergo vapulat vt emẽdari debeat. Iniqui autẽ gehẽne ignibus tradi:

A

ti si ad correctionem nō perueniunt/ quo fine semper ardebunt? Gregorius.

Omnipotēs deus quia pius est: miserorū cruciatu nō pascitur: quia vero iustus est: ab iniquorū vltiōe in perpetuū nō sedatur. Sed iniqui oēs eterno supplicio deputati/ sua quidē iniquitate puniunt: et tñ ad aliqd ardebūt: scz vt iusti oēs et in deo videant gaudia q̄ percipiūt: et in illis respiciant supplicia q̄ euaserunt: quatenus tāto magis in eternū gratie diuine debitores se esse cognoscāt: quanto in eternū mala puniri cōspiciunt que eius adiutorio vicerunt. Petrus.

Cur mali eternaliter puniātur.

Et vbi est q̄ sancti sunt si p inimicis suis q̄s tūc ardere vident non orabūt: quibus vtiq3 dictū est. Pro inimicis vestris orate? Gregorius.

Pro inimicis suis orāt eo tēpore quo possunt ad fructuosam penitentiā eorū corda cōuertere: atq3 ipsa cōuersatione † saluare. Quid eni aliud p inimicis orandum est: nisi hoc qd̄ apls ait. Ut det illis deus penitentiā ad cognoscēdū veritatē: et resipiscant a diaboli laqueis: a quo capti tenētur ad ipsius voluntatem? Petrus.

Jal. cōuersione.

Et quō p illis tūc orabūt q̄ iam nullatenus possūt ad iustitie opa ab iniquitate cōmutari? Gregori⁹.

Eadem itaq3 causa est cur non orēt tūc p hoib⁹ igni eterno dānatis: q̄ nūc etiā causa est vt non orēt p diabolo angelisq3 eius eterno supplicio deputatis. Que nūc etiā causa est vt nō orēt sctī hoies p infidelib⁹/ impijsq3 defunctis: qr pro eis vtiq3 quos eterno deputatos supplicio iam nouerunt: ante illū iudicio iusti conspectū orationis sue meritū cassari refugiunt. Quod si nunc quoq3 viuentes iusti mortuis dānatis iniustis minime cōpatiuntur: quādo adhuc aliquid iudicabile de sua carne † se perpeti etiā ipsi nouerunt: quāto districtius tunc iniquorū tormenta respiciunt: quando ab omni vitio corruptiōis exuti/ ipsi iam iustitie vicinius atq3 arctius inherebūt? Sic quippe eorū mentes p hoc quod iustissimo iudici inherēt: vis districtiōis absorbet: vt omnino eis nō libeat: quicquid ab illius eterne regule subtilitate discordat. Petrus.

Sācti cur pro dānatis non orent.

B

Jal. causa

Non est iam qd̄ respōdere debeā aperte rationi. Sed hec nūc questio mentē mouet: quomodo anima immortalis dicitur/ dum constet q̄ in perpetuo igne moriatur?

¶ Quomodo anima imortalis dicitur si cōstat q̄ mortis dānatione puniatur. Capl'm. xiv. Gregorius.

Uita duobus modis vita dicitur: duob⁹ etiā modis mors debet intelligi. Aliud nāq3 est q̄ in deo viuimus: aliud vero q̄ in hoc q̄ conditi vel creati sum⁹. Itē aliud est beate viuere: atq3 aliud essentialiter. Aia itaq3 † mortalis esse intelligit: † immortalis. Mortalis quippe: quia beate viuere amittit. Immortalis autē: quia essentialiter viuere nunq3 desinit: † nature sue vitā perdere nō valet nec cū in perpetua fuerit morte dānata. Illic eni posita beata esse pdit/ et esse non perdit. Qua ex re cogitur semper vt et mortem sine morte: et defectū sine defectu: et finem sine fine patiatur. Quatenus ei et mors immortalis sit: et defectus indeficiens: et finis infinitus. Petrus.

Aia † mortalis † immortalis est.

Quis hanc tam inexplicabilē dānationis sententiā (cuiuslibet sit operis) ad exitū veniēs non pertimescat: quando etsi iam nouit quid egit: adhuc tñ facta illi⁹ q̄ subtiliter iudicent ignorat?

C

¶ De quodā sancto viro qui veniens ad mortem expauit. Capitulum. xlvj. Gregorius.

Ut asseris ita est petre. Sed plerumq3 de culpis minimis ipse solus pauor egredientes animas iustorum purgat: sicut narrari de quodā sancto viro mecū frequenter audisti. Qui ad mortē veniens vehementer timuit: sed post mortem discipulis in stola cādida apparuit: et q̄ preclare sit susceptus indicauit.

¶ De qdā ne in morte timeāt reuelatiōe roborant. Et de Antonio † Merulo/ et Johē monachis. Ca. xlvij.

Nonnullorum vero oīpotens deus trepidantiū mētes quibusdā prius reuelationibus roborat: vt in morte minime pertimescāt. Nam quidā mecū in monasterio frater Antonius noīe viuebat: qui multis quotidianis lachrymis ad gaudia patrie celestis inhiabat. Cūq3 studiosissime/ et magno feruoris desiderio sacra eloquia meditaretur: nō in eis verba scientie sed fletum compunctionis inquirebat. Quatenus per hec excitata mens ei⁹ inardesceret: † ima deserens ad regionem celestis patrie per contemplationem volaret. Huic per visionem nocturnam dictum est. Parat⁹ esto: quia domin⁹ iussit migrare te. Cūq3 ille nō habere se sumpt⁹ ad migrandum diceret: respōsum protinus audiuit dicens. Si de peccatis tuis agit/ dimissa sunt. Quod cum semel audisset/ et magno adhuc metu trepidaret: nocte quoq3 alia eisdem verbis est admonitus. Tunc post quinq3 dies febre correptus: cunctis fratribus orantibus flentibusq3 defunctus est.

D

Antonij visio.

Alius etiā frater in eodē monasterio Merulus dicebat: vehementer lachrymis atq3 elemosynis intētus. Psalmodia vero ex ore illius pene nullo tēpore cessare cōsueuerat: excepto cū aut alimentū corpori/ aut membra dedisset sopori. Huic nocturna visione apparuit q̄ ex albis floribus corona de celo in caput illi⁹ descēdebat. ¶ Qui mox molestia corporis occupatus/ cū magna securitate animi atq3 hilaritate defunctus est. Ad cuius sepulchrū dñs Petrus q̄ nūc monasterio meo preest/ sibi sepulturā facere post annos q̄tuordecim voluisset: tanta (vt asserit) de eodē sepulchro illius fragrātia suauitatis emanauit: ac si illuc florū oīm fuissent odoramēta cōgregata. Qua ex re manifeste patuit q̄ verū fuit qd̄ per nocturnā visionē vidit.

Meruli visio nocturna.

In eodē quoq3 monasterio alius quidā Joannes dictus est: magne indolis adolescens: qui etatē suā intellectu † humilitate/ dulcedine et grauitate transigebat. Huic egrotanti atq3 ad extremū deducto: per nocturnā visionē quidam senex apparuit: et hūc virga tetigit eiq3 dixit. Surge. Ex hac enī molestia modo minime morieris: sed paratus esto: quia longum tēpus hic facturus non eris. Qui dum iam esset a medicis desperatus: repente sanatus est atq3 cōualuit. Rē quā viderat narrauit: seq3 per biennium in dei seruitio (sicut predixi) vltra etatis sue ānos exhibuit. Ante hoc autē trienniū cū quidā frater fuisset mortuus: atq3 in eiusdē monasterij cimiterio a nobis sepult⁹: cūctis nobis ab eodem cimiterio exeuntibus idem Joannes (sicut postmodū pallidus † tremens idicauit) illic nobis discedentibus inuētus: ab eodē fratre qui mortuus fuerat/ de sepulchro vocat⁹ est. Quod mox etiā subsequēs finis edocuit. Nam post dies decem inuasis febribus: carne solutus est. Petrus.

E

Joānis visio.

Doceri vellem si hoc quod per nocturnas visiones ostenditur/ debeat obseruari.

¶ An obseruanda sint somnia: et quot sunt modi somniorum. Capitulū. xlviij. Gregorius.

In hoc petre sciendū est: qr sex modis tangunt animū imagines somniorū. Aliqū nāq3 somnia ventris plenitudine vel inanitate: aliquādo vero illusione: aliquādo cogitatione simul et illusione: aliquādo reuelatione: aliqū autē cogitatione simul † reuelatione generant. Sed duo que primo diximus/ omnes experimento cognoscimus: subiuncta autē quattuor in sacre scripture paginis reperimus. Sōnia enī nisi plerūq3 ab occulto hoste per illusionē fierent/ nequaq̄ hoc vir sapiens indicaret dicēs. Multos enī errare fecerūt somnia: et exciderūt sperantes in illis. Et iterū. Non augurabimini: nec obseruabitis somnia. Quibus pfecto verbis cuius sint detestationis ostēditur que augurijs coniūgitur. Rursus. Nisi aliqū ex cogitatione simul † illusione pcederēt: vir sapiens minime dixisset. Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliqū somnia ex mysterio reuelationis orirētur: nec Joseph preferendū se fratrib⁹ somnio videret: nec sponsum Marie vt ablato puero in egyptū fugeret/ p somniū angel⁹ admoneret. Rursum nisi aliqū ex cogitatione simul et reuelatiōe procederēt nequaq̄ Daniel propheta nabuchodonosor visionē disserens/ a radice cogitationis inchoasset: dicēs. Tu rex cepisti cogitare in strato tuo quid esset futurū post hoc. et qui reuelat mysteria/ ostendit tibi que vētura sunt: et paulopost videbas: et ecce quasi statua vna grādis: statua illa magna † statura sublimis stabat cōtra te †c. Daniel itaq3 qr somniū adimplendū reuerēter insinuat: et ex qua ortū sit cogitatione manifestat/ patenter ostenditur: qr hoc plerūq3 ex cogitatiōe simul † reuelatiōe gene

Somniorū sex modi.

F

Eccli. xxxiiij.

Leui. xix.

Eccles. v.

G

retur. Sed nimirū/cum somnijs tot rerū qualitatibus al
ternétur: tanto eis credi difficilius debet/ quāto et quo
impulsu veniant facilius nō elucet. Sancti autē viri in
ter illusiones atq3 reuelationes ipsas visionū voces aut
imagines quodā intimo sapore discernunt: vt sciant vel
quid a bono spū percipiāt: vel quid ab illusione patian
tur. Nam si erga hec mens cauta nō fuerit: per decepto
rem spiritum multis se vanitatibus immergit: qui non
nunq3 solet multa vera predicere: vt ad extremū valeat
animam ex vna aliqua falsitate laqueare.

¶ De quodā cui per somniū longa vite spatia promissa
sunt: & in breui tempore morte rececata. Capitulū. xlix.

Quidam somnio deceptus.

NUper nāq3 nostrorū cuidam certū est cōtigis
se: qui dū somnijs vehementer attenderet: et p
somniū lōga spatia huius vite promissa sunt.
Cūq3 multas pecunias pro longioris vite stipēdijs col
legisset: ita repēte defunct° est vt intactas oēs relinqret
et ipse secū nihil ex bono opere portaret. Petrus.

QUis ille sit memini: sed quese te ea que cepim° exe
quamur. Putamusne alabus aliquid prodesse si
mortuorū corpora fuerint in ecclesijs sepulta?

¶ An prosit animabus si mortuorum corpora in eccle
sia fuerint sepulta. Capitulum. l.

Sepeliri i ecclesia q̄bus mortuis psit.

QUos grauia peccata nō deprimūt: hoc pdest
mortuis si in ecclesia sepeliātur: q: eorū proxi
mi quotiens ad eadem sacra loca conueniūt
suorum quorum sepulchra conspiciunt recordantur: et
pro eis domino preces fundūt. Nam quos peccata gra
uia deprimunt: nō ad absolutionē potius q̄3 ad maiorē
dānationis cumulum eorum corpora in ecclesijs ponū
tur. Quod melius ostēdere poterimus si ea que diebus
nostris gesta sunt/ breuiter enarremus.

¶ De quadā sanctimoniali femina in ecclesia scti Lau
rentij sepulta que dimidia apparuit incensa. Capitu. lj.

H

VIr namq3 vite venerabilis Felix portuensis
eps in sabinēsi prouincia ort° atq3 nutrit° est
Qui quandā sanctimonialē feminam in eco
codē fuisse testatur: que carnis quidem continentiā ha
buit: sed lingue procacitatē atq3 stultiloquiū non decli
nauit. Hec igit defuncta atq3 in ecclesia sepulta est. Ea

Mōialis semiusta.

dem autē nocte custos eiusdem ecclesie per reuelationē
vidit: quia deducta ante sacrū altare per mediū secaba
tur: & pars vna illius igne cremabatur: & pars altera in
tacta remanebat. Cūq3 hoc surgens mane fratrib° nar
rasset: et locū ostenderet in quo fuerat igne consumpta:
ipsa flamme cōbustio ita ante altare in marmoribus ap
paruit: ac si illic eadē femina igne corporeo fuisset cōcre
mata. Qua ex re aperte datur intelligi: quia hi quibus
peccata dimissa non fuerint: ad euitandū iudiciū sacris
locis post mortē non valeant adiuuari.

¶ De valeriani patricij sepultura. Capitulū. lij.

De valeriano patricio.

IOannes quoq3 vir magnificus in hac vrbe lo
cum prefectorū seruans: cuius grauitatis atq3
veritatis fit nouimus: qui mihi testatus est va
lerianū patriciū in ciuitate q̄ brixa dicitur fuisse defun
ctum. Cui eiusdem ciuitatis eps accepto precio locū in
ecclesia prebuit: in quo sepeliri potuisset. Qui videlicet
valerianus vsq3 ad etatē decrepitā leuis ac lubricus ex
titit: modūq3 suis prauitatibus ponere cōtempsit. Ea

I

dem vero nocte qua sepultus est/ beatus Faustin° mar
tyr: in cuius ecclesia corpus illius fuerat humatū/ custo
di suo apparuit dicēs. Vade & dic epō vt proijciat hinc
fetentes carnes quas hic posuit: quod si non fecerit: die
tricesimo ipse morietur. Quam visionem custos episco
po timuit confiteri: et rursus admonit° declinauit. Die
autem tricesimo eiusdem ciuitatis episcopus cū vesper
tina hora san° atq3 incolumis ad lectum redijsset: subi
ta et inopinata morte defunctus est.

¶ De corpe valētini ab ecclīa post mortē piecto. Ca. liij.

ADest quoq3 in presenti venerabilis frater ve
nācius lunensis eps: et magnificus liberius
vir nobilissimus atq3 veracissimus: q̄ se scire
suosq3 homines interfuisse testantur ei rei quā narrant nup
in genuensi vrbe cōtigisse. Ibi nāq3 vt dicūt/ valētinus
nole ecclesie mediolanēsis defensor defunct° est: vir val
de lubricus & cūctis leuitatibus occupat°: cuius corp°
in ecclesia beati martyris Syri sepultū est. Nocte autē
media in eadem ecclesia facte sunt voces ac si quis vio

K

lēter ex ea repelleretur: atq3 traheretur foras. Ad quas
nimirum voces cucurrerūt custodes: et viderunt duos
quosdā teterrimos spūs: qui eiusdem valentini pedes
quadā ligatura strinxerāt: et eū ab ecclesia clamantē ac
nimiū vociferantē foras trahebāt: qui videlicet exterri
ti ad sua strata reuersi sunt. Mane autē facto aperiētes
sepulchrū in quo idem valētinus positus fuerat: ei° cor
pus non inuenerūt. Cumq3 extra ecclesiā quererent vbi
proiectū esset: inuenerūt hoc in sepulchro alio positū/ li
gatis adhuc pedibus/ sicut ab ecclesia fuerat abstractū

Corp° valentini extra ecclesiam a diabolis extractum.

Ex qua re petre collige q: hi quos peccata grauia de
primūt: si in sacro loco sepeliri se faciāt: restat vt etiam
de sua presumptione iudicentur: quatenus eos sacra lo
ca non liberent: sed etiā culpa temeritatis accuset.

¶ De tinctoris corpore in ecclesia sepulto post non in
uento. Capitulum. liiij.

NAm quid quoq3 in hac vrbe cōtigerit: tincto
rū q̄ hic habitant multitudo testat: q: quidā ar
tis eorū primº cū defunct° fuisset: in ecclīa bea
ti Januarij martyris iuxta portā sancti Laurētij a cō
iuge sua sepultus est. Sequēti autē nocte ex eadē sepul
tura audiente custode ei° spūs cepit clamare. Ardeo: ar
deo. Cū vero diu has duas voces emisisset: custos hoc
eius vxori nunciauit. Uxor vero illi° eos qui diligenter
inspicerēt artis eiusdē viros transmisit ad ecclesiā: vo
lens cognoscere qualiter eius corpus esset in sepulchro
de quo talis clamaret. Qui aperientes sepulchrū vesti

Uictoris corp° in sepulchro cōbustum.

menta quidē intacta repererunt (que nunc vsq3 in eadē
ecclesia pro eiusdē cause testimonio seruātur) corp° ve
ro illius omnino non inuenerūt: ac si in sepulchro eodē posi
tū non fuisset. Qua ex re colligendū est qua vltione ani
ma eius dānata sit: cuius & caro est ab ecclesia proiecta.
Quid igitur sacra loca sepultis prosunt: qñ hi qui digni
sunt/ ab eisdē sacris locis diuinitus proijciunt? Petr°

QUidnam ergo esse poterit quod mortuorū valeat
animabus prodesse?

¶ Quid sit quod post mortē valeat ad absolutionē ani
mas adiuuare: & de centūcellensi presbytero qui a cuius
dā spū petitus est: vt p sacrā hostiā post mortē potuisset
adiuuari: & de animo iusti monachi. Ca. lv. Gregorius.

L

SI culpe post mortē insolubiles nō sunt: multū
solet alās etiā post mortē sacra oblatio hostie
salutaris adiuuare: ita vt hanc nonnunq̄3 ipse
defunctorū aīe expetere videant. Nam predictus Felix
epūs a quodā vite venerabilis presbytero: qui vsq3 ante
bienniū vixit: et in diocesi centūcellensis vrbis habita
bat: atq3 ecclesie beati Joannis (que in loco qui dicitur
taurīana sita est) preerat: cognouisse se asserit q̄dē psby
ter in eodē loco in quo aque calide vapores nimios fa
ciūt: quotiēs corporis necessitas exigebat lauari cōsue
uerat. Ubi dū die quadā fuisset ingressus: inuenit quen
dam incognitū virū ad suū obsequiū preparatū: qui si
bi de pedibus calceamēta abstraheret: vestimenta susci
peret: et exeūti de caloribus sabana preberet: atq3 omne
ministeriū cū magno famulatu peragerēt. Cūq3 hoc se

Mortu° balneanti famulabatur.

M

pius fieret: idem presbyter die quadā ad balnea iturus
intra semetipm cogitans/ dixit. Uiro illi qui mihi solet
tam deuotissime ad lauandū obsequi/ ingratus appare
re non debeo: sed aliquid me necesse est ei pro munere
portare. Tūc duas secū oblationū coronas detulit. Qui
mox vt peruenit ad locū/ hominē inuenit: atq3 ex more
eius obsequio in oībus vsus est. Lauit itaq3: et cū iam
vestitus voluisset egredi: hoc quod secū detulerat/ obse
quenti sibi viro pro benedictione obtulit: petēs vt benī
gne susciperet quod ei gratia charitatis offerret. Cui il
le merens afflictusq3 respōdit. Mihi ista quare das pa
ter? Iste panis sanctus est: ego hunc manducare nō pos

Oblatio hostiarū mortuis ē vtilis.

sum. Ego etenim quē vides/ hui° loci dñs aliqñ fui: sed
pro culpis meis hic post mortē deputatus sum. Si aūt
mihi pstare vis: oīpotēti deo p me offer hūc panē: vt pro
pctis meis interueniās. Et tunc exauditū te esse cogno
sce: cum huc ad lauandū veneris: et me minime reperes
ris. In quibus verbis disparuit: et is qui homo esse vi
debatur: euanescēdo innotuit quia spūs fuit. Idem ve
ro presbyter hebdomada cōtinua se pro eo in lachrymis
afflixit: salutarē hostiā quotidie obtulit: & reuersus post
ad balneū eū iam minime inuenit. Qua ex re q̄ntum pro
sit aīabus imolatio sacre oblationis ostēditur: quando

A

hanc et ipsi mortuorū spūs a viuentibus petūt: et signa indicant quibus per eam absoluti videantur.

NEq hoc silendū puto quod actū in meo monasterio ante hoc trienniū reminiscor. Quidā nāq monachus Iust⁹ noīe: medicinali arte fuerat imbutus: qui mihi in eodē monasterio cōstituto sedule obsequi: atq in assiduis egritudinib⁹ meis excubare cōsueuerat. Hic itaq languore corporis preuētus ad extremū deductus est. Cui in ipa sua molestia frater german⁹ noīe Copiosus seruiebat: qui ipse quoq nunc in hac vrbe per eandē medicine artem tēporalis vite stipēdia sectatur. Sed predictus Iustus cū iam se ad extremū peruenisse cognouisset: eidem Copioso fratri suo quia occultatos tres aureos haberet innotuit. Quod nimirū fratribus nō potuit celari: sed subtiliter indagantes: atq illius oīa medicamenta perscrutantes: eosdem tres aureos inuenerūt abscōsos in medicamine. Quod mox vt mihi nunciatū est tm̄ malum de fratre qui nobiscū communiter vixerat: equanimiter ferre nō valui: quippe quia eiusdē mei monasterij semper regula fuerat: vt cūcti frēs ita communiter viuerēt: quatenus eis singulis nulla habere ꝓpria liceret. Tūc nimio merore pcussus cogitare cepi: vel quid ad purgationē morientis facerē: vel quid ad exemplū viuētibus fratribus prouiderem. Precioso igitur eiusdē monasterij preposito ad me accersito dixi. Vide vt nullus ex fratribus se ad eum morientē iungat: nec sermonē cōsolationis ex cuiuslibet eorum ore percipiat: sed cū in morte constitut⁹ fratres exquisierit: ei su⁹ carnalis frater dicat: quia ꝓpter aureos quos occultatos habuit: a cūctis fratrib⁹ abominatus sit: vt saltē in morte de culpa sua mentē ipsius amaritudo transuerberet: atq a pctō quod perpetrauit/purget. Cū vero mortuus fuerit: corpus illius cū fratrū corporibus nō ponatur: sed quolibet in sterquilinio fossam facite: et in ea corpus eius proijcite: ibiq super eū tres aureos quos reliqt iactate: oēs simul clamātes. Pecunia tua tecū sit in perditione: et sic eū terra operite. In quibus vtrisq rebus/vnam morientibus: alterā vero volui prodesse fratribus viuentibus: vt et illum amaritudo mortis a culpa solubilem faceret: et istos auaritie tanta damnatio terreret: atq a culpa prohiberet: quod ita factum est. Nam cū idem monachus peruenisset ad mortē: atq anxie se quereret commendare fratribus: et nullus a fratribus applicaret/et loqui dignaret: ei carnalis frater cur ab omnibus fratribus esset abominatus/indicauit. Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit: atq in ipsa sua tristitia e corpore exiuit: qui ita est sepultus vt dixeram. Sed fratres oēs ex eadē ei⁹ sententia cōturbati: ceperunt singuli extrema queq et vilia: et que eis habere regulariter semp licuerat/ad mediū proferre/vehementerq formidare ne quid apud eos esset vnde reprehēdi potuissent. Cū vero post mortē eius triginta iam essent dies euoluti: cepit animus meus defuncto fratri cōpati: eiusq cum dolore graui supplicia pēsare: et si quod esset ereptionis ei⁹ remediū q̄rere. Tūc vocato ad me eodē Precioso monasterij mei ꝓposito tristis dixi. Diu est q̄ frater ille qui defunctus est/in igne cruciatur: debemus ei aliquid charitatis impēdere: et eū inquantū possumus vt eripiat adiuuare. Vade itaq: et ab hodierna die diebus triginta cōtinuis offerre pro eo sacrificiū stude: vt nullus omnino pretermittatur dies: quo pro absolutione illius hostia salutaris nō offerat. Qui protinus abscessit et paruit. Nobis autē alia curātib⁹ atq dies euolutos non numerātibus/idem frater qui defunctus fuerat/nocte quadā fratri suo germano copioso p visionē apparuit. Quē ille cū vidisset inquisiuit dicēs. Quid est frater: quō es? Cui respondit. Nunc vsq male fui: sed iā modo bene sum: q: hodie cōmunionē recepi. Quod idē copiosus pergēs protinus indicauit fratribus in monasterio. Fratres vero sollicite cōputauerunt dies: et ipse dies extiterat quo pro eo tricesima oblatio fuerat impleta. Cumq et copiosus nesciret quid pro eo fratres agerēt: et fratres ignorassent quid de illo copiosus vidisset: vno eodemq tempore dū cognoscerent ille quid isti egerant: atq isti cognoscerent quid ille viderat: cōcordante simul visione et sacrificio/res aperte claruit: quia frater qui defunctus fuerat: per salubrem hostiam euasit supplicium. Petrus.

[Margin:] Atēde prudē Gregorij factum. — B — C — Per oblationem hostie iustus a penis liberat⁹ est.

Mira sunt valde que dicis/et non mediocriter leta. D

De vita et transitu Cassij epi. Capitu. lvj. Gregori⁹.

NE nobis in dubiū veniāt verba mortuorū: cōfirment hec facta viuentiū. Nam vir vite venerabilis Cassius narniēsis epūs: q quotidianū offerre consueuerat deo sacrificiū: seq in lachrymis inter ipsa sacrificiorū arcana mactabat: mandatū dn̄i p cuiusdam sui visionem presbyteri suscepit: dicens. Age quod agis: opare quod operaris: nō cesset pes tuus: non cesset manus tua: natali apostolorū venies ad me: et retribuā tibi mercedē tuā. Qui post annos septē ipso natalitio apostolorū die cum missarū solennia peregisset: et mysteria sacre communionis accepisset: e corpore exiuit.

[Margin:] Cassij epi visio.

De quodā ab hostibus capto: cuius vincula oblationis hora soluebātur. Et de Barcanauta per salutarē hostiam a naufragio liberato. Capitulū. lvij.

HOc quoq quod audiuimus/quēdā apud hostes in captiuitate positū: et in vinculis religatū fuisse: pro quo sua cōiunx diebus certis sacrificiū offerre consueuerat: qui longo post tempore ad coniugē reuersus: quibus diebus eius vincula soluerentur innotuit: eiusq cōiux illos fuisse dies quibus pro eo sacrificiū offerebat/recognouit.

[Margin:] Captiu⁹ liberatus.

EX alia etiā re que nobis ante annos septē gesta est: certissime cōfirmatur. Agatus enim panormitanus epūs (sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt atq testātur) cū beate memorie antecessoris mei tēpore iussus esset vt romā veniret: vim nimie tēpestatis pertulit: ita vt se ex tanto vndarū periculo euadere posse diffideret. Nauta vero illius Baraca noīe/qui nunc eiusdē ecclesie clericatus officio fungitur: post nauē carabū regebat: ruptoq fune cū eodē carabo quē regebat/inter vndarū cumulos repente disparuit. Nauis aūt cui epūs preerat/tādē post multa pericula ad osticā insulā fluctibus quassata peruenit. Cūq die tertio epūs nautā qui ab eo abreptus in carabo fuerat: in nulla maris parte videret apparere: vehementer afflictus mortuū credidit: sed per obsequiū charitatis viuo vnū quod mortuo debebat impendit: et oīpotenti deo pro absolutione eius ante offerre sacrificiū victime salutaris iubet. Quo oblato restaurata naue perrexit ad italiā. Cūq ad romanū portū venisset: illic nautā reperit quē mortuū putabat. Tūc inopinata exultatiōe gauisus est: et eū qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo viuere potuisset: inquisiuit. Qui videlicet indicauit quotiēs in illius tēpestatis fluctibus cū eodē quem regebat fuisset carabo versatus: qualiter cum illo vndis pleno natauerat: et quotiens eo a superiori parte deorsum verso ipse carine eius supersederet: ad iungēs cū diebus ac noctibus hoc incessanter faceret: iamq eius virtus funditus ex fame simul et labore cecidisset: quo eū ordine diuina mia seruauerit indicauit. Et ecni quod etiam nunc vsq testatur dicens. Laborans in fluctibus atq deficiēs/subito mētis pōdere sum grauatus: ita vt neq vigilare me crederē: neq depressus somno essem: et ecce in eodem medio mari me posito quidā apparuit qui mihi panem ad refectionē detulit. Quē mox vt comedi/vires recepi: nec longe post nauis transiens affuit que me ab illo vndarū periculo suscepit: atq ad terrā deduxit. Quod scz epūs audiens requisiuit diē: atq illū fuisse diē reperit/quo pro eo presbyter in ostica insula deo oīpotenti hostiā sacre oblationis immolauit. Petrus.

[Margin:] Agathus epūs. — E — F

Ea q̄ narras/ipse quoq in sicilia posit⁹ agnoui. Greg.

IDcirco credo quia hoc tam aperte cū viuentibus ac nescientibus agitur: vt cūctis hec agentibus ac scientibus ostendatur: quia si insolubiles culpe nō fuerint: ad absolutionē pdesse etiam mortuis victima sacre oblationis posse. Sed sciēdū est q̄ illis sacre victime mortuis prosunt: qui hic viuendo obtinuerūt: vt eos etiam post mortem bona adiuuent que hic pro ipsis ab alijs fiunt.

De virtute ac mysterio victime salutaris. Ca. lviij.

INter hec autē pēsandum est q̄ tutior sit via vt bonū quod quisq post mortē suā sperat agi p alios/agat ipse dū viuit per se. Beati⁹ quippe est liberū exire: q̄ post vincula libertatē querere. Debemus itaq presens seculū vel quia iam conspicimus defluxisset/ota mēte contēnere: quotidiana deo lachryma:

[Margin:] Nota diligenter.

G

rum sacrificia/ quotidianas carnis ei⁹ et sanguinis hostias immolare. Hec nãq singulariter victima ab eterno interitu animã saluat: que illã nobis mortẽ vnigeniti per mysteriũ reparat: qui licet resurgẽs a mortuis iã non moritur: et mors ei vltra nõ dñabitur: tamẽ in seipso immortaliter atq incorruptibiliter viuẽs/ pro nobis iterum in hoc mysterio sacre oblatiõis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur: eius caro in populi salutem partitur: eius sanguis non iam in manus infideliũ/ sed in ora fideliũ funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacrificiũ qđ pro absolutione nostra passionẽ vnigeniti filij semper imitatur. Quis eñi fideliũ habere dubiũ possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocẽ celos aperiri: in illo Jesu xp̄i mysterio angelorũ choros adesse: summis ima sociari: terrena celestibus iungi: vnũ quoq ex visibilibus atq inuisibilibus fieri?

Roma. s. b.

De immolatiõe xp̄i

☞

De affligendo corde inter sacra mysteria: et de mentis custodia post cõpunctionẽ. Capitulum. lix.

Sacerdos inter celebrãdũ qđ agere debeat.

Sed necesse est vt cũ hec agimus/ nosmetipsos deo in cordis cõtritione mactemus: quia q passionis dñice mysteria celebramus: debem⁹ imitari quod agimus. Tũc ergo vere pro nobis hostia erit deo: cũ nosipsos hostiã fecerimus. Sed studendũ nobis est vt etiã post orationis tẽpora inquantũ deo largiente possumus/ in ipso animũ suo pondere ⁊ vigore seruem⁹: ne post cogitatio fluxa dissoluat: ne vana menti letitia surrepat: et lucrũ cõpunctionis anima per incuriã fluxe cogitationis perdat. Sic quippe qđ popo[sc]erat Anna obtinere meruit: quia se post lachrymas in eodẽ mẽtis vigore seruauit. De qua nimirum scriptũ est. Vultusq eius nõ sunt amplius in diuersa mutati. Que igitur nõ est oblita quod petijt: non est priuata munere qđ poposcit.

De relaxãdis culpis alienis vt nr̄e relaxẽtur. Ca. lx.

H

Sed inter hec sciendũ est: quia ille recte delicti veniã postulat/ qui prius hoc quod in ipso delinquitur/ relaxat. Munus eñi non accipitur: nisi ante discordia ab animo pellatur: dicente veritate. Si offers munus tuũ ante altare: et recordatus fueris q frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuũ. Qua in re pẽsandũ est cũ omnis culpa munere soluatur: q̃ grauis est culpa discordie: pro qua nec munus accipitur. Debem⁹ itaq ad proximũ (q̃uis lõge positũ: longeq disiunctũ) mente ire: eiq animũ subdere: humilitate illũ ac beniuolentia placare: vt scilicet conditor noster dum tale placitũ nostre mẽtis aspexerit/ a peccato nos soluat: qui munus pro culpa sumit. Veritatis autẽ voce attestante didicimus: quia seruus qui decẽ milia talẽta debebat: cum pniam ageret/ absolutionem debiti a dño accepit. Sed q conseruo suo centum sibi denarios debenti/ debitum non dimisit: et hoc est iussus exigi quod ei fuerat iam dimissum. Ex quibus videlicet dictis constat: quia si hoc qđ in nos delinquitur: ex corde nõ dimittimus: et illud rursus exigitur qđ nobis iam per penitentiã dimissum fuisse gaudebam⁹. Igitur dũ per indulti tẽporis spatiũ licet dũ iudex sustinet: dũ conuersionẽ nostrã is qui culpas examinat expectat: cõteramus in lachrymis duritiã mẽtis: formemus in proximis gratiã benignitatis. Et audẽter dico: quia salutari hostia post mortẽ nõ indigebimus: si ante mortem deo ipsi hostia fuerimus.

Matth. v.

mat. xviij.

Deo gratias.

Finit Dialogus beati Gregorij pape.

Tabula materiarũ singulariũ: in diui Gregorij Dialogum

Tabula capitulorũ Dialogi.

¶ Finis tabule.

¶ Incipit tabula capitulorũ super Dialogũ beati Gregorij pape. Et primo capitula primi libri. Capitulum primũ

Tabula capituloꝝ Dialogi beati Gregorij

Finis tabule. Laus deo.

Diui Gregorij Prologus super cātica canticoꝝ

Prefatio seu Prologus beati Gregorij pape super cantica canticorum.

Quia si ceco si lōge a deo posito cordi sermo diuinus voce ppria: ac voce diuina loqueretur nō ca peret: per quedā enigmata misericor diter monet et reuocat: et per ten no tas latēter ei amorē verū non notarū insinuat. Per hoc enī q̄ nō nouit co gnitū: intelligit quod est incognitū. Reb⁹ notis allego rie conficiūtur: et in sentētias diuinas vertitur: vt dum recognoscimus sensu exteriora: intellectu perueniamus ad interiora. Hinc est q̄ in libro hoc qui canticū cātico rum inscribit: amoris quasi corporei verba ponuntur: vt a torpore suo aīa per sermones cōsuetos discussa recale scat: et p verba amoris q̄ infra est: excitetur ad amorē q̄ supra est. Nominātur enī hic oscula: vbera: gene: femora. Ubi nō irridenda est sacra descriptio: sed considerāda mīa dei. In hoc etiā amplior: quia dum mēbra corporis nominat/sic ad amorē nos vocat. Notem⁹ quid ē q̄m mi rabiliter: q̄ misericorditer nobiscū operatur: qui vt nos ad amplexus sacri amoris accēdat: vsq̄ ad turpis amo ris nostri vbera se inclinat. Sed vnde se loquēdo humi liat: inde nos intellectu exaltat: q̄ ex sermonib⁹ huius amoris discimus / qua virtute in diuinitatis amore fer ueamus. Hic etiā solerter intuendū est/ne cum exterio ra audimus: ad exteriora sentiendo remaneamus: ꝛ ma chīna que ponitur vt leuet/ipsa magis opprimat et ag grauet. Debemus in verbis exteriorib⁹ corporeis q̄cq̄d interius est querere: et loquētes de his extra corpus fie ri. Debemus ad nuptias spōsi et spōse cū intellectu cha ritatis: id est cū veste nuptiali venire/ne si ista caream⁹ ab hoc conuiuio in exteriores tenebras. i. in cecitatē igno rantie repellamur. Debemus p verba passionis transire ad virtutē impassibilitatis. Littera enī occidit: spūs vi uificat. Sicut enī palea frumētū/sic et littera tegit spūm. Sed q̄ iumentoꝝ est paleis/hoīm frumentis vesci: qui humana ratione vtitur/paleas abijciat: frumenta spūs edere disponat. Humane conuersationis verba audien tes/quasi extra humanitatē esse debemus: ne si humani ter que audiuim⁹ capiamus: nihil diuiniter de his senti re possim⁹. Qui enī deum sequitur/imitari debet quoti die resurrectionē suā: vt sicut tūc nihil passibile habuit in corde: vt sm̄ interiorē hominē iam noua creatura sit sic iam quicquid vetustū sonuerit calcet: et in verbis ve teribus solā vim nouitatis inquirat. Attendendū est q̄ liber hic nō Canticū: sed canticorū canticū dicitur. Cā to est enī oībus cātici sublimior: quāto i nuptijs subli mioris festiuitatis offertur. Hic notandū est: quia quā do vult timeri/dn̄m: quādo vult honorari/patrē: quādo amari/spōsū se noīat dn̄s. Attēde ordinē. Ex timore enī honor: et honore solet procedere amor. Nec vacat a myste rio/q̄ liber hic tertius ponit̄ i operib⁹ salomonis. Post prouerbia enim ecclesiastē: post ecclesiastē canticū cāti coꝝ/non casu: sed plena ratione posuit. In prouerbijs moralis vita exprimitur/cū dicitur. Audi fili mi sapien tiā. In ecclesiaste naturalis: vbi finis oīm cōsiderat/cū dicitur. Uanitas vanitatū ꝛ oīa vanitas. In cātico ve ro canticorū contēplatiua vita exprimit̄: dū in eo ipsius dn̄i aduentus et aspectus desideratur/cum sponse voce dicitur. Osculetur me osculo oris sui. Quia ergo natu ralis ad considerationē nō perducit: nisi prius moralitas teneatur: recte post prouerbia ecclesiastes ponitur. Et quia superna cōtemplatio non cōspicitur: nisi prius hec infra labentia despiciantur / recte post ecclesiasten canticū canticorū ponitur. Prius quippe est mores cō ponere: postmodū oīa que sunt tanq̄ non sint considera re. Postea munda acie superna et interna conspicere. Hos ergo libroꝝ gradus quasi quandā ad contēplatio nem dei scalā fecit: vt dū primū in seculo bene gerantur honesta/postmodū etiā honesta seculi despiciantur: ad extremū vero dei intima conspiciantur. Sic autē gene raliter ex voce sancte ecclesie aduentus dn̄i in hoc ope re prestolatur: vt etiam specialiter vnaqueq̄ anima in gressum dei ad cor suum tanq̄ aditum sponsi in thala mū aspiciat. Itaq̄ sancta ecclesia diu prestolans aduē tum dn̄i/diu sitiens fontē vite: quomodo oportet vide re presentiam sponsi sui: quomodo desideret: dicat.

A

¶ Expositio btī Gregorij pape sup cātica canticorū feliciter incipit. Cap. j.

Osculet me osculo oris sui

¶ Os spōsi inspiratio christi. Osculū oris dulcis amor īspirationis. Dicit ergo spōsa desiderio estuās ⁊ in amplexū spōsi sui inardescens. Osculet me osculo oris sui. Ac si diceret. Ille quē super oīa/immo solū diligo/veniat: ꝗ dulcedine sue īspiratiōis me tāgat: qꝛ cū ei⁹ osculū sentio: subita mutatiōe me derelinquo: ⁊ i ei⁹ similitudinē illico liquefacta trāsformor. Fastidit quippe sancta mēs oīa q̄ p corp⁹ sentit: et i illa spūalia tota trāsmutari ꝯcupiscit: ⁊ dū ista obstrepūt in illa fugit: seqꝫ abscōdere ne hec sentiat appetit. Ideoqꝫ osculū spōsi querit: qꝛ si ille gratissimi amoris vinculo hāc nō trahit: hec vi sue molestissime grauedinis detēta: quō se ad illū conferat oīno nō inuenit. Sed pius spōsus anxietatē ei⁹ sētiēs amorē diligēs: votū exaudiēs: osculū porrigit: et ne desiderio lassescat/gustu sue suauitat̄ lenit: et dū suā presentiā exhibet: eam ad maius dilectionis osculū accendit. Unde hec illū sentiens ad eū se conuertit: et quē presentem habet/mox gaudens voce mutata alloquit̄ et dicit.

Aia fastidit omnia q̄ p corp⁹ sentit.

¶ Quia meliora sunt vbera tua vino: fragrantia vnguentis optimis.

B

¶ Ubera spōsi/dilectio dei et ꝓximi. Ex his vberibus spōsā suā lacte pietatis nutrit: ⁊ iter tētationū turbines his etiā fouet et nutrit: et vt ꝓsiliat reficit. Quid autē p vinū: nisi cura tp̄alis exp̄mit̄: a qua mēs secularī cuiuslibet inebriat̄: vt ad inuisibilia cognoscenda aut ex toto/aut pene isensibilis reddat̄. Sed vbera spōsi vino meliora existūt: qꝛ illud necat/hec nutriūt. Illō oculos mētis turbat: hec acuūt. Illud apostatare facit etiam sapientes: hec ipsos idiotas vtiqꝫ sapientissimos faciunt. Que quot vicib⁹ spōsa cū dilectiōis vbertate sugit/tot sentētias sapiētie sibi in vētrē memorie trahit. Charitas enī sancta cor pacificat: mētē in tētationib⁹ roborat: ⁊ vt sedes sapiētie sit aīa iusti/quietē tribuit/⁊ locū preparat. Hec itaqꝫ vbera vnguētis optimis fragrāt: qꝛ odorem suauitatis p sapiētie v̄ba ⁊ sctītatis exēpla secū portāt. Quicūqꝫ enim sancta charitate p gratiam dei se reficit: is spūalium donorū ⁊ odorē ⁊ suauitatē sentit. Quorū bonoꝝ vbertate ꝓximos q̄qꝫ ad iteriora gustāda secū trahit: et vt in amorē diuinū ꝓualescāt/istis vberib⁹ nutrit.

Uinū necat et vbera nutriūt.

¶ Oleum effusum nomen tuum.

¶ Nomē sponsi xp̄s est. Sed nomē sponsi q̄si oleū effunditur: qꝛ quicūqꝫ noīe xp̄iano in veritate cēsentur/charitate sancta affluūt: qua molliūtur: ⁊ vt flāmas exēploꝝ emittāt/eadē charitate ꝯtinue suffūdūt̄. Hac charitate i amorē ipsi⁹ xp̄i vehemēti⁹ accēdunt̄: ⁊ ab ipso accipiūt quo ei ampli⁹ inhereāt/q̄ ꝓfundunt̄. Hinc est qō sequit̄.

C

¶ Ideo adolescentule dilexerunt te.

¶ Quid enī p adolescētulas/nisi sancte aīe designātur que baptismatis aqua p spm̄ sanctū regenerātur: ⁊ in nouam vitā p nouū testamentū transformantur: Que propter olei effusionē xp̄m diligūt: qꝛ ad gratiā vocate: eo suauitatē vite ꝑpetue inueniūt. Pro cui⁹ suauitatis dilectione oēs mūdi fastus et diuitias respuūt. Sūt enim nōnulli qui ita deū diligūt/vt seipsos contēnant: in interiore se rapiūt: vt deū inueniāt. Et qꝛ deus in superficie nō iacet/meditationib⁹ laborāt: subtilissime cogitationes suas examināt: lectionibus vacāt: et quō deus inueniatur/oībus modis perquirere non cessant. Hi ꝑfecto odorē vnguentorū sentiūt/et olei infusione se inungunt: quia dum omnē putredinē vitiorū abijciunt: flores sibi inueniūt: quorū cōpositiōe suaue olētia vnguēta deo faciēte ꝑficiūt. Qui eiusmodi est/desiderio estuat: ⁊ quasi nihil habeat/semper maiora exoptat: ⁊ quia sibi virtus non suppetit/in deū inhians trahi se postulat: dicens.

De⁹ i superficie non iacet.

¶ Trahe me post te: curremus in odore vnguentorum tuorum.

¶ Nō currit qui nō trahitur: qꝛ quem diuina gratia nō adiuuat: molestia sue corruptiōis grauat̄. Gratia quippe diuina nos preuenit: et internorum dulcedinē nobis ostēdēs/de exterioribus nos compungit: moxqꝫ in illa transiēs animus: ꝓpter eorū dilectione tp̄alia vilipendit. Iste ergo qui trahitur currit: quia vinculum amoris libenter sequēs: gratie roboratus amore/sine grauedine obstacula oīa transit. Nec mirū/cū vnguentoꝝ odorem sequantur: qꝛ cum spiritualiū donoꝝ suauitas sentitur: quid est in hac tp̄alitate cuius desiderio aīa sancta spōsa xp̄i/ne in illa properet teneatur? Ibi quippe lenitate vnguentorū gaudet: et dū naribus discretionis spirat: charitas sibi suauiter olet. Hinc est ꝙ a singulari numero ad plurale trāsit: qꝛ in dilectiōe dei/etiā preceptū qō de ꝓximi dilectione nos admonet/inuenit: quo instructa eructat nobis foras/qō gustauit suauiter intus: dicens.

D

¶ Introduxit me rex in cellaria sua.

¶ Quid p hui⁹ sponsi (qui rex est) cellaria intelligim⁹ nisi sctē scripture arcana que rimamur: nisi sancte contēplationis mysteria: quoꝝ delicijs si reficimur/mox cōualescim⁹? In illa procul dubio q̄uis introducitur: oīa tp̄alia mox contēnit: quia eternis ditat̄. Ideo sequitur.

¶ Exultabimus et letabimur in te: memores vberum tuorum super vinum.

E

¶ Sancta aīa sponsa xp̄i in sponsi sui delicijs exultat/dum corporalia respuit: ⁊ in spūalibus se occultat. Eūdēqꝫ spōsum delicias suas facit: in cuius respectu mundana oīa non curat. Sed hec in memoria vberū agit: qꝛ dū recolit quāta charitate xp̄us eā dilexerit: qui sanguine suo eā moriēs in cruce redemit: et quotidie eam in sinu ecclesie matris eiusdē sanguinis lacte nutrit: procul dubio magis ac magis in ei⁹ dilectionē incēdit. Qō lac bene super vinū dulce esse dicitur: qꝛ p sanguinē xp̄i misericorditer educamur/qui p legis litterā seuere pri⁹ cōstringebamur. Per quā dilectionē adimplet̄ qō dicit̄.

Sanguis xp̄i aiam redemit ⁊ eā quotidie nutrit

¶ Recti diligunt te.

¶ Soli vtiqꝫ recti xp̄m diligunt: qꝛ quicūqꝫ adhuc per distorta vitioꝝ ex desiderio currūt/dū i rectitudinis lineā semper offendūt/ipm iustitie auctorē christū omnino diligere non possunt. Tunc vero homo per viam veritatis incedit/cum ⁊ opera virtutū exequitur: et tamē peccata sua semper agnoscit. Ideoqꝫ sequitur et dicit.

¶ Nigra sum sed formosa: filie hierusalē: quasi tabernacula cedar: sicut pelles salomonis.

¶ Nigram quippe ⁊ formosam sancta aīa se bene dicit: qꝛ semꝑ ⁊ turpitudinē pctōꝝ suoꝝ ꝓspicit: ⁊ tñ illi⁹ iustitie quā in intimis videt/i exteriorib⁹ actibus secū solerter formā gerit. Que bene sicut tabernacl'a cedar nigra: et sicut pelles salomonis formosa dicit̄: qꝛ inquātū tenebras mortalitatis portat/nigredie corruptiōis fordidatur. Cedar enī tenebre interp̄tat̄. Salomon vero q̄ xp̄m significat/pacific⁹ dicit̄. Formosam ergo se sicut pelles salomonis dicit: qꝛ dū sanctos quosqꝫ q̄ ad imitationē xp̄i se mortificāt/imitari nō negligit: eoꝝ vtiqꝫ pulchritudini p similitudinē se iungit. Ne vero ꝓximi in ei⁹ nigredinē intēdentes minus exēpla bonoꝝ ei⁹ ad imitationē diligāt/turpitudinis causam satisfaciēs ostēdit: vt ab admiratione sua filias hierusalē repellit: dicens.

F

¶ Nolite me considerare ꝙ fusca sim: quia decolorauit me sol.

¶ Per solem xp̄us significatur. Sol ergo eam decolorauit: quia quātūlibet fulgeat aīa/in cōparatiōe christi fulgorē amittit. Sunt quippe nōnulli: qui in hac nocte mūdi velut stelle hoib⁹ fulgēt: luminaria ꝓximis apparent: sed mox vt iustitie xp̄i se cōparāt: q̄si sine luce sūt: q̄ bene incōparabiliter pri⁹ hoib⁹ lucebāt. Qualiter vero ad h̄ puenerit vt aliquātulū luceret ostēdit/cū subiūgit.

Aia qualiter a sole decolorat̄

¶ Filij matris mee pugnauerunt contra me: posuerunt me custodem in vineis.

¶ Mater spōse sctā ecclesia: filij matris sancti apl'i extiterūt. Ante apostolorū quippe p̄dicationē pene tot⁹ mundus rebellis extitit: dū pene aīa idoloꝝ se cultibus fordidauit: et cupiditates sceleratas accumulauit. Apl'oꝝ vero p̄dicatio superueniens: cōtra oēs verbo pugnauit: in multis regnū demonū expugnauit: et regnū xp̄i/id est sanctā ecclesiā ampliauit. Iunctā ergo xp̄o ⁊ sanctificatā congregationē apl'i custodē in vineis posuerūt: quia

F

primos credētes ī ecclesias ꝓ mūdū vt eas ꝯgregarēt ⁊ custodirēt: dispsserūt. Cui⁹ dispsionis cām ondit: dicēs.

¶ Uineam meam non custodiui.

¶ Quid ꝑ vineā singulariter: nisi iudea designat: que a se fideles expulit: qꝛ custodiri a spōsa nō patiebaᵗ. Predicatione quippe expugnata: et sponsa xp̄i facta aīa dilectione ardet et inq̄rendo eū quē diligit/in intimis se exercet: dicens.

¶ Indica mihi quem diligit aīa mea: vbi pascas: vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam per greges sodalium tuorum.

¶ In meridie xp̄s sub vmbra pascit ⁊ cubat: qꝛ in refrigeratione spūssancti sibi quasi requiem ⁊ pastum parat.

Meridies viciorū ardorem notat.

Per meridiē quippe ardor viciorū exp̄mitur. Per vmbrā vero spūalis gratie flatus designaᵗ. Meridie ergo feruente in vmbra xp̄s requiescit: qꝛ dum in reprobis estus viciorū flagrat: ipse sponse sue spm̄ refrigerij tribuit: et in ea sibi delectabilē locū quietis efficit. Sed hoc sibi sponsa indicari deposcit: quod nulli vnq̄ꝫ declaraᵗ: nisi ei quidem † sanctificatricis gratie mun⁹ percipit. Quare vero ad hec percipienda estuet/manifestaᵗ cū subditur.

† al. eius: dem.

¶ Ne vagari incipiā ꝑ greges sodaliū tuoꝝ.

G

¶ Uere in quo xp̄s non cubat/vagaᵗ: qꝛ mens quā ille suauis et pōderosus xp̄i spūs nō implet: multis cogitationib⁹ dissoluta circūfertur. Sed qui sunt sodales xp̄i: per quoꝝ greges sponsa vagari pertimescit/nisi falsi xp̄iani? Qui aut ob nois soli⁹/aut ēt sacramētoꝝ cōionē fratres xp̄i vocanᵗ: qꝛ electis q̄s ipse fr̄es vocauit: in ecclesia cohabitādo sociaᵗ. Quoꝝ multitudies bn̄ ꝑ exprobrationē greges appellaᵗ: qꝛ velut q̄si irrationabilia aīalia sine ordine viuūt/seductorib⁹ spiritib⁹ ad deuorādū traditur. Per hmōi greges vagaᵗ quisq̄s ab itimo dei desiderio expulsus/reproboꝝ stultitiā ꝑ suas cupiditates imitaᵗ. Hos quippe electi cū moleste patiātur/ꝑ eoꝝ persecutionē probati: mūdiores ad eterna bona ꝑducūtur. Unde admoneᵗ spōsa/cum sibi per increpationem dicitur.

H

¶ Si ignoras te o pulchra iter mulieres: egredere et abi post vestigia gregum.

¶ Si ignorat se spōsa/egrediaᵗ et abeat: qꝛ q̄sq̄s nescit se in hoc positum/vt temtationes ꝑ sufferētiam vincat: a familiaritate xp̄i recedit: qꝛ in bello positus: cū dn̄o suo pugnare recusat. Sciendū est enī oīb⁹ ꝙ cū i tētatiōib⁹ sumus/cōtra aereas ptātes pugnare precipimur: qꝛ sine victoria coronari non possumus. Et si aduersari⁹ deest: nec est quē vicam⁹: ideoq̄ꝫ corona deerit/quā nō nisi vincētes capiemus. Hoc q̄ ignorat/in bello est: et quasi ī pace exultat: et eo frequētius vulneraᵗ/quo securior est: qꝛ nescit videre quē caueat. Digne ḡ a pugnatorib⁹ secernitur‡ vt vestigia gregū sequatur: quia dum prudētes quosq̄ꝫ imitari negligit: necessario reprobos sequitur/quos stultitia brutis animalibus fecit similes.

Corona non datur sine victoria.

‡ al. excipitur.

I

Et pasce hedos tuos iuxta tabernacla pastoꝝ.

¶ Per hedos immūde cogitationes designantur/ꝑ tabernacula pastoꝝ cōuenticula hereticorū † exp̄imunᵗ. Qui ergo pugnare nescit/iuxta tabernacula pastorū hedos pascit: qꝛ quisquis obsistētibus tentationū gladijs viriliter nō resistit: imundas cogitationes quasi hedos lasciuos ī corde nutrit: et efficiᵗ et etiā similis qui a fide recedit. Aīa vero que spōsa xp̄i effici ꝯcupiscit/q̄liter se habeat/xp̄s eā docet/cū ei ꝑ cōparationē ꝓximus dicit.

† al. malorum.

¶ Equitatui meo in curribus pharaonis: assimilaui te amica mea.

¶ Scimus qꝛ equitat⁹ israeliticus curr⁹ pharaonis fugiēs ī mari demersos reliquit: nec tn̄ statim terrā repromissionis itrauit: sed p⁹ multas tētatiōes in eremo. xl. annis sustinuit: multos reges multis laborib⁹ expugnauit: et sic tandē qd̄ ꝓmissū sibi fuerat/laboriose acquisitū suscepit. Huic sancta aīa spōsa amica similis efficiᵗ: q̄ p⁹ ī baptismo oīa pctā sua extincta: q̄si pharaonis exercitū reliq̄t. Et post dū inter hui⁹ mūdi habitatores (malignos videlicet spūs) viuit: imminētia vitia q̄si reges alienos ꝓsternit/⁊ sic tādē ad beatā terrā ī qua cū sposo delectetur peruenit. Cui bene dicitur quod subditur.

¶ Pulchre sunt gene tue sicut turturis.

¶ Turtur postq̄ꝫ parē suū ꝑdiderit semel: nūq̄ꝫ alteri se iūgit: s; semꝑ solitarie habitās ī gemitu ꝑseuerat: qꝛ quē diligebat nō inuenit q̄rit. Sic scā aīa q̄ꝫ dū a sponso suo absēs ē/ab ei⁹ amore nō recedit: s; ī ei⁹ desiderio sēp anhelat ⁊ gemit: ⁊ dū illū quē valde diligit/nō inuenit: qꝛ ab oī alieno amore se retrahit: q̄si ī genarū verecūdia castitatē cordis ipo habitu ⁊ actu exteriori ostēdit. Seqᵗ.

Turturis pulchra cōditio.

K

¶ Collum tuum sicut monilia.

¶ Per colliū spōse predicatores sācte ecclesie designanᵗ. Monilib⁹ ꝓdicatores cōparanᵗ/vel qꝛ ecclesie sunt ornamētū: vᵗ qꝛ ecclesiā muniūt/vt pect⁹ monile: vel a rotūditate. ī ꝑfectione. In monilib⁹ gēme ī auro ponunᵗ. Per aurū quippe sapientia: ꝑ lapides opa exprimūtur. Collū ergo sponse sicut monilia existit: qꝛ q̄libet rect⁹ ecclesie ꝓdicator et sapiētia interius se induit: ⁊ opera exterius exercet: que in sapientia videt. Cui et adhuc subditur.

¶ Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.

¶ Murena piscis ē/q̄ capt⁹ [illegible] ī circuli: ad cui⁹ exēplar sit inauris/q̄ murenula dr̄: qua designaᵗ ꝓdicatio: q̄ aurib⁹ liberet ⁊ eas penetrat. Murenulis monilia collo ligātur: qꝛ ⁊ sapiētia ⁊ religio a scripturis sctis ꝓdicatorib⁹ adiūgiᵗ. Per murenulas enī sctā scriptura intelligiᵗ. Que bn̄ auro ⁊ argēto vermiculate dicūᵗ: qꝛ ⁊ sapiētia sancta scriptura fulget: ⁊ sonora ꝓdicatiōe ꝑ vniuersum mundū audiᵗ. Sicut enī per aurū sapiētia: sic ꝑ argentū sancta predicatio demonstraᵗ. His verbis sponsi sponsa respōdet: et ꝑ corporea s rerū species amorem intimat: quo spiritualiter intus ardet: dicens.

Aurum sapientiam: argētū predicationē demōstrat

¶ Dum esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suum.

¶ Nardus ē herba humilis/q̄ gustata frig⁹ expellit: ⁊ calefacit mēbra. Accubitū suū rex tūc intrauit/q̄n dn̄s nr̄ Jesus xp̄s corpaliter celi iteriora penetrauit. Quo ibi residēte/nard⁹ spōse odorē suū dedit: qꝛ virtus sctē ecclesie suauē famā bonitatis lōge lateq̄ꝫ sparsit. Ad celos enī dn̄s ascendit: et spm̄ sanctū suū sup discipulos misit. Quo impleti verba salutis mūdo predicarēt: ⁊ ꝑ scā opera boni odoris famā circūquaq̄ꝫ diffunderēt. Hūc quippe spiritū in baptismo vnaqueq̄ꝫ fidelis aīa recipit: vt ꝑ eū sibi ex virtutū cōfectiōe vnguēta cōponat: et ꝓximos exēpli exhibitione q̄si vnguēti odore reficiat. Seqᵗ.

L

¶ Fasciculus myrrhe dilect⁹ meus mihi: inter vbera mea commorabitur.

¶ Mortuoꝝ corpora myrrha cōdiri solēt ne putrescāt. Myrrhā quippe corporib⁹ ne putrescāt adhibem⁹: dū mēbra nr̄a in xp̄i exēplū: ꝑ eorū dē mortificationē a putredine luxurie restrigim⁹: ne dū ea sine ꝓdimēto dimiserim⁹ dissoluta putredine escā vmib⁹ eternis faciam⁹. Sꝫ q̄d est ꝙ dilectū suum spōsa nō myrrhā: s; fasciculū myrrhe noiat: nisi ꝙ dū sctā mēs xp̄i vitā ex oī parte cōsiderat: ꝯ oīa vitia ex ei⁹ imitatione repugnātes virtutes cōgregat ex q̄b⁹ sibi fasciculū myrrhe aptat: q̄ carnis sue putredinē sēpiternā abstergat? Qui īter vbera cōmemorari dr̄: qꝛ in dilectione dei et ꝓximi habitatio xp̄i edificaᵗ. Scā quippe aīa dū deū sic diligit vt ꝓximū nō contēnat: et ꝓximi amorē sic exequiᵗ vt diuinū nō minuat: procul dubio vbera in pectore sibi locat: quib⁹ xp̄m amplectēs ipm̄ nutriat. Quasi enī vberib⁹ christus nutritus roboratur: dū hac gemina dilectione vt fortius inhereat: delectatur. De quo et adhuc dicitur.

Myrrhā adhibere membris nostris debemus.

M

Botr⁹ cypri dilect⁹ me⁹ mihi: ī vineis engaddi.

¶ Cypr⁹ insula est: ī qua vberiores vinee q̄ꝫ alibi nascūtur. Per cyprū ergo ecclesia vniuersalis designaᵗ: q̄ multas vineas nutrit/dū in multas ecclesias diuisa/vinū qd̄ letificat cor hois: gignit. Engaddi interp̄taᵗ fons hedi. Hedus autē antiquus ꝓ pctis imolabaᵗ. Quid ergo ꝑ fontē hedi: nisi baptism⁹ xp̄i figuratur? In quo dū corpus mergitur/aīa abluitur: et per illius fidē qui pro peccatoribus mortē pertulit/aīa humana a peccatis omnibus mundari se credit. Cui mox dilectus respondet.

¶ Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui columbarum.

¶ Bis pulchrā spōsam suam vocat: qꝛ cui dilectionem dei ⁊ ꝓximi donat: geminā pulchritudinē et inserit: qua delectaᵗ/et quā laudat. Cui⁹ oculi bene colūbarum esse perhibētur: qꝛ dū in tēporalibus gemit: ⁊ ad eterna desideria rapiᵗ: in simplicitate sensus suos custodit: ⁊ carnales ꝯcupiscētias detestaᵗ. Colūba quippe in amore pro

Pulchritudinē duplicem habet/q̄ deū et ꝓximū diligit.

A

ctu gemit. Et bene sancta aia colũbe cõparatur: quia dũ reprobi quiqȝ in amore mũdi garriũt ⁊ letãtur / mẽs electa in celesti desiderio atteritur: qȝ timet ne amittat quod diligit / dũ differt. Possunt etiã p oculos colũbarum / ecclesiarũ pdicatores intelligi: q̄ simplicitatẽ quã predicãt / seruant: et visibilia contẽnẽtes: ad eterna cum magnis gemitib⁹ anhelant. Sequit vox sponse dicẽtis.

¶ Ecce tu pulcher es dilecte mi / et decorus.

¶ Pulcher ⁊ decorus dilectus dicitur: qȝ in diuinitate et in humanitate omni amãti se menti sine macula reprehẽsionis aspicitur. Quẽ dũ spõsa pleno desiderio sequit / olm mundi perturbationũ obliuiscitur: ⁊ dũ in eius pace quiescit / magis ac magis decoratur. Inde sequitur.

¶ Lectulus noster floridus.

¶ Quid p lectulũ sponse nisi oti; quietẽ intelligimus? Mens enĩ que spõsum suum xp̃m singulariter amat / in quãtũ põt / ab oĩbus sollicitudinibus mũdi vacat: virtutes q̄bus sponso suo placeat / intus accumulat. Que dũ oĩa que tẽporalia sunt cõtẽnit / lectulũ sibi cum spõso in pace victorie facit: vbi quo quieti⁹ pausat / eo amplĩ⁹ flores inuenit quibus se decorã sponso ostẽdat. Sequitur.

Ligna domoꝝ nr̃aꝝ cedrina: laq̄aria cypssina.

¶ Cedrus q̄ spẽtes repmit ⁊ fugat / sublimiores significãt: cypssus simpliciores. Per ligna etiã dilectionẽ dei possum⁹ itelligere: p laq̄aria dilectionẽ pximi. q̄ sũt partes virtutis eminẽtiores in cordib⁹ sctõꝝ: q̄ sunt domus dei. Cedrina vero ⁊ cypressina ideo dicunt: qȝ sicut hec ligna incorruptibilia sunt: ita charitas nunq̄ excidit. Per domos plures ecclesias intelligimus / p ligna cedrina pdicatores designamus / per laquearia cypressina ipsos populos figuram⁹. Ligna enĩ tectũ sustentant

B

laquearia vero domũ implẽt et ornant. Sic in sancta ecclesia predicatores boni scripturã diuinã in corde ⁊ ore portãt / quã fidelib⁹ q̄si tectũ expãdẽtes pdicãt: vt dũ ecclesia predicatiõe celesti instruit / munimẽ accipiat: quo ab imbribus tentationũ protegatur. Cedrus autẽ et cypressus imputribilia ligna esse perhibent. Quibus bene omnes electi figurantur: quia dũ temporalia nullo desiderio sectantur / eterni fiunt: eo q̄ mente in eterna figuntur. Respõdet sponsus et dicit. Ca.ij.

Ego flos campi: et lilium conuallium.

Xp̃s quare dicitur flos.

¶ Bene florẽ xp̃s se noiat / q̄ dũ spinas pctõꝝ exterminat: mẽtẽ spõse et pulchritudine sue iustitie exornat: ⁊ narib⁹ cordis dũ celeste desideriũ applicat / interiora aie quasi odore refocillat. Qui sequit adhuc et dicit.

Sicut liliũ inť spinas: sic amica mea inť filias.

¶ Bene sicut liliũ iter spinas: spõsa iter filias esse phibet: qȝ cũ multi sint in ecclia / q̄ solis vbis xp̃m ostẽtur / opib⁹ vo nihil nisi hũanas sollicitudines sectãt: sola aia in lilij dignitate cõputat: q̄ dũ a mortalitatis radice ad celestẽ pulchritudinẽ assurgit / ⁊ mũditie candorẽ corde et corpe sibiipsi custodit: ⁊ pximos q̄ꝗ bone opinionis odore reficit. Sȝ qȝ spõsus spõsã suã laude dignã habuit / ipa iã ex debito laudat a q̄ se laudari pspicit: et dicit.

¶ Sicut malus inter ligna siluarum: sic dilectus meus inter filios.

C

¶ Ligna siluestria esui hoĩm habiles fruct⁹ nõ gignũt. Malus vero qȝ gignit: gratie et salubriter holes edunt. Merito ergo p malũ xp̃s: per siluestria vero ligna ceteri holes figurãtur: qȝ in solo xp̃o cibum salutis quoties querim⁹ inuenimus: et in ei⁹ verbis ⁊ exẽplis aias nr̃as fructu suaui et salubri reficimus. Ipse est quippe lignũ vite: quã nobis tribuit. Ipse est qui dũ nobis semetipm inspirat: animã pascit. In ceteris vero siqd refocillationis inuenimus: non quod illoꝝ / sed quod xp̃i est / ab illis sumimus: quia quicquid in eis preter deum est / mortiferum nobis procul dubio inuenimus.

Salutis verbũ in solo xp̃o inuenit.

¶ Sub vmbra illius quem desiderabam sedi.

¶ Umbra christi ptectio est spũssctĩ. Spirit⁹ q̄ppe sanctus mẽtẽ quã replet obũbrat: qȝ omnẽ tẽtationũ feruorẽ tẽperat: et dũ aura sue inspirationis suauiter mẽtẽ tãgit / q̄cq̄d noxij caloris sustinebat expellit: ⁊ quã iã fossitan nimi⁹ vitioꝝ estus marcidã fecerat: vmbra scti spũs ptegens recreat: vt dũ in ei⁹ inspiratione sedens pausat / vires colligat q̄b⁹ ad eternã vitã robusti⁹ currat. Seq̄t.

¶ Et fructus eius dulcis gutturi meo.

D

¶ Arbor q̄ppe fructifera ipse xp̃s in corde nr̃o plantat⁹ p fidẽ existit. Quẽ si mens digne et instanter excolit: fructus nimirũ interi⁹ pulchros et vtiles gignit. Quos dũ mens capiẽs auide comedit / oẽs mũdi voluptates pre ei⁹ dulcedine postponit. Dulce enĩ est valde sibi celestia cogitare: i eternitate oculũ intimũ figere: vt aliqñ i celestibus etiã mens accẽsa cõpugatur: et inter lachrymas subleuata / angeloꝝ cibo ipsa videlicet spõsa quãto dulcius: tãto auidius pascatur. Inde est quod sequitur.

¶ Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem.

¶ Quid enĩ p cellã vinariã cõgruentius: q̄ ipsam arcana eternitatis cõtẽplationẽ accipim⁹? In hac eternitate angeli scti vino sapiẽtie inebriant / dũ ipm deũ facie ad faciẽ videntes oĩ voluptate spũali satiant. Hac sctã mẽs si a spõso introducat / postpositis oĩb⁹ tpalib⁹ itrat: in qua ex illis angelicis delicijs quãtũ sibi cõcedit gustat. Et si adhuc qȝ i corpore corruptibili detinet: se perfecte nõ satiat / tñ ex illo minimo qȝ cursim sumit / ꝯsiderat q̃tũ debeat amare qȝ amat. Põt tñ p cellã vinariã scriptura diuina figurari. Per hãc q̄ppe in spõsa charitas ordinat: qȝ in ei⁹ doctrina manifeste dicit q̃lit de⁹ ⁊ primus ordinate diligant. Hac charitate pcussa sequit et dicit.

Eternitatis contẽplatio cella vinaria dicitur.

¶ Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo.

¶ Per flores teneri q̄q̄ et incipiẽtes: p mala vero pfecti fideles designant. Sponsa quippe qȝ amore languet fulciri se florib⁹ ⁊ stipari malis appetit: qȝ dũ se eternitatis desiderio afficit: dum qualiter illuc pueniat / tota an pietate pquirit: eo q̄ perfectionẽ dũ in carne viuit / oĩno nõ inuenit: fatigata in desiderio suo reficit. Et in hoc solo gaudet / si circa se respicit vĩ q̄bus ipsa pficiat: vt in quoꝝ profectione consolationẽ de languore suo recipere possit. Quibus de sponso suo subsequenter hec dicit.

E

¶ Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me.

¶ Per leuam spõsi vita presens: per dexterã vero vita eterna designatur. Per caput autẽ spõse / mens que ate principal assumit. Sed leua spõsi sub capite sponse esse dicit: et dextera ei⁹ amplexat eã: qȝ vitã tpalẽ sub mente sua semp ponit: vitã vero eternã vt oĩmodo amplectatur ꝯcupiscit. Hec q̄ppe q̄ videt / magnanimit mẽte sublimi pculcat / officijs celestib⁹ se occupat. Hec necessitate tolerat: ad illa summo desiderio quasi brachio dextero spõsi astricta suspirat. In que cũ aliquãtulũ itrat / delectabiliter quiescit: ⁊ cui⁹ quietis dilectione mũdanos tumult⁹ oĩno fastidit. Sic quiescẽtẽ vtiq̄ sponsus amplius diligit: et ab eius excitatione iprobos q̄q̄ repellit: dicens.

¶ Adiuro vos filie hierusalẽ per capreas / ceruosq̄ camporũ: ne suscitetis neq̄ euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.

¶ Cerui ⁊ capree mũda aialia i lege esse phibent. Quid ergo per ceruos ⁊ capreas / nisi fidẽ / spem / et charitatem accipim⁹? Quas dũ nobis mũdas seruam⁹: per easdẽ altos mõtes cõtẽplationis ascẽdim⁹. Sctã autẽ aia sponsa xp̃i a cũctis mundi pturbationib⁹ desiscere appetit: in sinu spõsi sopitis terrenis cupiditatib⁹ dormire sancto otio cõcupiscit: ita vt etiã necessaria colloq̄a aliqñ fastidiat / solũsq̄ spõsi collocutiõe quãto q̄eti⁹ tanto sereni⁹ hilarescat. Sed hãc dormiẽtẽ carnales q̄ sunt in ecclia nõnũq̄ iportune excitãt: negocijs mũdi eã iplicare desiderãt: qȝ eius vitã inutilẽ existimãt / dũ ab eoꝝ curis eã se abstinentẽ cõsiderãt. Hi tales satis cõgrue nõ filij sed filie noĩantur: qȝ dum effeminatos mores nutriunt virili dignitate amissa / quales interius habentur: exterius nomine feminco designant. Hi dilectã suscitare sub adiurationis põdere phibentur / ne videliȝ mẽtem que ad vacandũ deo se accingit / et solis spũalibus studijs inherere ꝯcupiscit / iportunis sollicitudinib⁹ inquietẽt: et tenebris curarũ terrenarũ oculũ cordis ei⁹ obnubilẽt. Et tñ nõ ei oĩs cura proximi interdicit: sed qñ suscitari debeat / ei⁹ volũtati relinquit: qȝ pfecto oĩi pfecte aie discernẽdũ est ⁊ qñ celesti cõtẽplationi studeat: ⁊ qñ proximoꝝ vtilitatib⁹ inseruiat. Hac vacãdi deo licẽtiã libẽtissime spõsa suscipit: statiq̄ vbũ spõsi amplectit ⁊ dicit.

Uirtutes theologales per ceruos et capreas significant.

F

¶ Uox dilecti mei.

G

¶ Ac si diceret. Hanc vocē dilecti mei sponsi esse recognosco: hāc ab eius ore semꝑ audire desidero: q2 in hoc video quātū me diligat: cū me ab amplexibus eius desiderabilib⁹ impediri ꝓhibeat. Ad hos amplexus qualiter peruenerit: subito narrat: dicens.

¶ Ecce iste venit saliens in montibus: transiliens colles.

Christus ꝓpter miracula dicit venisse q̄si saliēs in mōtib⁹

¶ Ad amplexus sponse sue x̄ps venire disponēs / humanitatē nostrā dignāter assumpsit. Ad qḋ mysteriū peragendū / quasi saliens in montibus venit: q2 quedā opera inter homines ostendit: que valde sublimia et super homines esse perspiciēs humanū genus admirari potuit: sed attingere nequit. Q2 eni de virgine nat⁹ est: q2 ad vagientē adorandum ire pastores angelus admonuit: magos stella perduxit: q2 pendēs in cruce / qua hora voluit sp̄m emisit: q2 mortu⁹ tertia die seipsum suscitauit: q2 celū ingressus spiritū sanctū quibus sibi placuit donauit: q2 fidei sue p piscatores et idiotas mūdum subiugauit: hec faciens quasi in montibus ambulauit: quo eum nulla creatura assequi valuit. In his nimirū operibus colles trāsiliuit: q2 sanctos omnes quātūcūq3 excreuerint: potētia sue operationis transcēdit. De quo et sequit.

¶ Similis est dilectus me⁹ capree hinnuloq3 ceruorum.

¶ Similis capree bene esse dicit: q2 ex synagoga carnē traxit: que per capreā ostenditur. Et quia ex antiquorū sanctorum stirpe progenit⁹ est / quasi hinnulus ceruorū: recte esse perhibetur. Sequitur.

¶ En ipse stat post parietem nostrum: aspiciēs per fenestras: prospiciens per cancellos.

H

Christus qualiter p fenestras ꝛ cācellos prospicere dicit.

¶ Quasi post parietē n̄rm x̄ps incarnat⁹ stetit: q2 in humanitate assūpta diuinitas latuit. Et q2 et⁹ imensitatē si ostēderet / infirmitas hūana ferre nō posset: carnis obstaculū obiecit. Et qḋ magni iter homines opat⁹ est / q̄si post parietē lati tās fecit. Per fenestras autē ꝛ cācellos qui aspicit / partim videt / partim vero se abscōdit. Sic ꝛ dn̄s Jesus x̄ps dū ꝛ miracula p diuinitatis potentiā fecit: ꝛ objecta p carnis infirmitatē ꝑtulit / quasi per fenestrā ꝛ cācellos ꝓspexit: q2 in alto latēs / in alio quis esset apparuit. Incarnat⁹ itaq3 ecclesie sue vel vniuscuiusq3 perfecte anime loquit / et ad eternā exhortat patriā: dicens.

¶ Surge propera amica mea: columba mea: formosa mea: et veni.

Aia deuota colūbe ꝯparatur.

¶ Propter fidē x̄ps sponsam suā amicā vocat: colūbā ꝓpter simplicitatē: formosam ꝓpter opationē. Q2 eni sine fide deo placere nō possumus: bene p fidē amici vocamur: q2 dū fide celestia appetim⁹ / abiectis terrenis deo adherem⁹. Colūba vero bene aia ꝓpt simplicitatē dicit: q2 aia deuota dū simplicē deū cordis simplicitate perscrutat: nequaq3 mūdi ineptā letitiā dissoluta sectat: sed semꝑ ad eterna festināns: colūbe gemitū ꝓ cātu diligēdo imitat. Propter opationē aia formosa recte appellat / q2 dū ꝑterite vite pctā p bona opa redimit / q̄si antiquā turpitudinē assumpta forma meliori ante sponsi oculos abscōdit. Hāc itaq3 hortat spōsus vt surgat ꝛ veniat: q2 dignū est vt quicq̄3 ad amorē x̄pi ꝓperat / carnis torporem quātū pōt abijciat: ꝛ se ad eterna cōsequēda celeriter accingat. Sed q2 vt ad celestia festinem⁹ per exhibitionē noui testamēti a deo accepim⁹: ideo recte sequit.

¶ Jā eni hyems trāsijt: imber abijt et recessit.

I

Lex moysi cōparat hyemi.

¶ Quid p hyemē: nisi legis austeritas intelligēda est: Que dū i carnalib⁹ sacrificijs populū antiquū detinuit ad appetēda spiritualia ꝛ celestia obseruatores suos nō adiuuit. Possum⁹ etiā p hyemē vitā presentē intelligere / que dū nos assiduis tētatōibus impetit: q̄si imbrib⁹ importunis ad sequēdū x̄pm torpere cōpellit. Sed iam spōsa surgat / q2 hyems transijt: qm̄ quanto magis dies vltimus instat / p̄sens vita recedit: ꝛ quo amplius tēpus ad terminū ducit / eo citi⁹ currēdū est: ne electa aia oblatis sibi munerib⁹ eternis priuet. Trāsijt eni dicitur: q2 in proximo transitura esse non dubitatur. Sequitur.

¶ Flores apparuerūt in terra nostra: tempus putationis aduenit.

¶ Flores apparuisse in terra dicitur: q2 sancte aie cū a corporibus recedūt / in celo recipiunt. Et q2 in hac vita quis hyems fuerit / a bono opere nō torpuerunt: mox vt recesserit / in terra viuentiū gloriose floruerunt. Bene ꝗ sequit qḋ dicit. Tempus putationis aduenit: quia quo amplior electorum numerus in celo cōgregatur: eo celerius reprobi ab ecclesia tanq3 sarmēta inutilia amputātur: vt mundus citius finiatur. Sequitur.

K

¶ Uox turturis audita est in terra nostra.

¶ Quid p turturē: nisi ecclesia: quid p terram sponsi: nisi vita illa beata designat: Sed vox turturis i terra spōsi audita esse dicitur: quia dum pro desiderio suo sancta ecclesia deprecat / a christo in celo clementissime exauditur. De quo recte subditur.

¶ Ficus protulit grossos suos: vinee florentes odorem dederunt.

¶ Ficus quippe grossos suos ꝓtulit: q2 sancta ecclesia martyres suos ad eternā patriā premisit. Post quos vinee florētes odorē dederūt: q2 per vniuersum mūdū exēpla bonoꝝ operū exercuerūt. Uinee vtiq3 flores producūt / cū singule ecclesie aīas infideles ad fidei nouitatē per baptismū educūt. Sed flores ipsi odorē proferūt / cū credētes aie / exēpla bona p suauē opinionē sibinuicē et alijs aspergūt. Sed q2 x̄ps vtroq3 modo exhortationis nos trahit: vt videlicet et precepti nos admoneat: ꝛ exēplis sanctorū nos erigat: idcirco sponse sue prius vt surgeret admonendo precepit: et deinde exempla sanctorū ad cognitionē adduxit: ꝛ post exemplorū exhibitionem iterū se ad precepti cōmonitionē conuerti t: dicens.

X̄pus dupliciť nos exhortat.

¶ Surge amica mea: soror mea: et veni columba mea in foraminib⁹ petre: i cauerna macerie.

Aia surgit et vadit.

L

¶ Surgit aia / cū a peccati ꝑpetratiōe se erigit. Uenit cū p bona opa desiderij sctī passib⁹ ad celestia tēdit. Sancta eteni mēs cū ꝑterite vite turpitudines ꝯspicit: cum pctā sua enumerat q̄ fecit / mox sceū i ꝯsciētia erubescit: ꝛ q̄cūq3 in mūdo dilexerat / ad odiū sibi trāsferēs fletib⁹ se punit: ꝛ ipsa p̄nia facta robustior / ab oī inq̄natiōe etiā cogitatiōis exilit: ꝛ ab oī torpore negligētie se excutit: vt iā in infimis cogitatiōib⁹ nō iaceat: sed ad appetēda inuisibilia p sancta desideria se extēdat. Hec itaq3 mēs surgit ꝛ venit: q2 a torporis infirmitate p cōpunctionē se erigit: ꝛ in sanctis studijs se exercēs ad eterna pedib⁹ amoris currit. Per foramia aūt petre / vulnera manuū ꝛ pedū x̄pi i cruce pēdētis libēter itellexeri. Cauernā vero macerie / vuln⁹ lateri qḋ lācea factū est / eodē sensu dixerim. Et bene colūba i foraminib⁹ petre ꝛ in cauerna macerie esse dicit: q2 dū in crucis recordatiōe patiētiā x̄pi imitat: dū ipsa vulnera ꝓpter exēplū ad memoriā reducit: quasi colūba in foraminib⁹ / sic simplex anima in vulneribus nutrimētū quo cōualescat / inuenit. Possunt in per foramina petre / icarnatiōis christi sacramēta signari: ꝛ p cauernā macerie / ipa ꝓtectio angelice custodie figurari. In q̄ custodia cū aia ponit / bn̄ ei a spōso dicit.

Petre foramina dicūtur x̄pi vulnera.

¶ Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis.

M

¶ Quid eni p faciē: nisi fidē qua a deo cognoscimur / accipimus: Et qḋ per vocē: nisi ꝑdicationē intelligimus: Sed p̄cipit sponsus vt ei spōsa faciē suā ostēdat: q2 quicunq3 se fidē dicit habere / necesse est vt i bonis opib⁹ se exerceat: vt in operib⁹ exteriorib⁹ fides interior innotescat. Sed ꝛ opa necesse est vt vox ꝑdicationis sequatur: quia quicūq3 in sanctis operibus perfecte se dilatat / cōsequens est vt ad eadem facienda proximos quoq3 exhortetur. Ideo sequitur.

¶ Uox enim tua dulcis: et facies tua decora.

¶ Tūc eni eius vox placet: et facies decorat: q̄n ꝛ opa ꝑdicatio sequit: et rursum ꝑdicationē bona opera comitantur. Huiusmodi predicatoribus cōsequēter dicitur.

¶ Capite nobis vulpes paruulas: que demoliuntur vineas.

Heretici dicuntur vulpes ecclesiam demoliētes.

¶ Per vulpes heretici: per vineas singule ecclesie designantur. Sed vulpes vineas demoliūtur: q2 per hereticos ecclesie a recte fidei viriditate exsiccant. Que bene paruule dicūtur: q2 q̄uis ꝯtra veritatē intus superbiāt: exterius tn̄ in verbis humilitatē per simulationē sectantur. Que tūc a sanctis ꝑdicatoribus capiūtur / q̄n instāte altercatione sentētijs veritatis cōuincuntur. Predi:

A

doctores quippe sancti aliquãdo canes per similitudinẽ dicunt: q: predicationibus assiduis quasi latratibus im=portunis aduersarios quosq; a grege ouiũ arcere nitũ=tur. Isti canes vulpes xpo capiũt: quia ducẽ suũ dũ fide=liter diligũt / pro ei⁹ amore laborãtes / tergiuersantes he=reticos ab inuolutionibus questionũ quasi a tenebrosis cauerıs ad lucẽ veritatis educũt. Qualiter vero vulpiũ demolitio timeatur / manifestat cum dicitur.

¶ Nam vinea nostra floruit.

¶ Vinea quippe floruit: q: sacta ecclesia per baptismũ filios ad fidei nouã cõuersationẽ perducit. Quib⁹ timẽ=dum est ne ab hereticis deprauentur: quia dũ quisq; fide=les in nouitatẽ christi regenerãtur / quo quisq; tenerior est: eo citius ad prauitatẽ seducit. Floribus oĩno timẽ=dũ est ne percãt: quia dũ adhuc quisq; ad perfectionem per exercitiũ diuturnũ nõ cõualuit: facile si a dẽte vene=noso mordet: ab hoc qđ nact⁹ † fuerat / euanescit. Perfe=cta enim queq; aĩa in quo se iam diu exercuit / facile non amittit: quia quo frequẽtius palato intimo ꝯ dulcis sit d hõ gustauit: eo cõstantius sponsi rectitudinem tenet: ꝛ distorta fastidit. Que prosequitur cõuenienter et dicit.

† tal. ad qđ natus.

¶ Dilectus meus mihi: et ego illi.

¶ Ac si diceret. Dilecti mei amicitiã constãter teneo: q: ei⁹ cõstãtẽ beniuolẽtiã erga me sentio. Q: dũ ei⁹ fami=liaritatẽ benignã habeo: durũ mihi est qcqd ei aduersũ inimicos latrãtes audio. Et dũ in ei⁹ assiduitate qualis sit video: siqđ erroris ꝓferunt aduersarij: a veritate quã in ei⁹ visione cognoui / nõ recedo. De quo bene sequitur.

¶ Qui pascitur inter lilia: donec aspiret dies: et inclinentur vmbre.

B

Sponsus animarũ castitate delectat.

¶ Quid per lilia: nisi munde aĩe designãtur? Que dum castitatis candorẽ retinent: per bone fame opinionẽ pro=ximis quibusq; suauiter olent. Inter lilia sponsus ergo pascitur: q: procul dubio animarũ castitate delectatur: que ꝛ in se munditiã carnis conseruãt: et p nitidas cogi=tationes corã eo placẽt: ꝛ exẽpla proximis quasi odoris suauitatẽ donãt. Dies ho tũc aspirabit: ꝛ vmbre inclina=būtur / qñ vita eterna apparebit: et presens vita finietur Hic quippe nox est: ibi dies erit: q: hic in visione verita=tis caligamus: ibi deus ipse tota veritas mẽtibus eluce=bit. Ad hanc pro suo diem sancte anime enitũtur vt per=ueniãt: propter hãc iustitiã illibatã inquãtũ possunt cõ=seruãt: et q: sine xpo nihil possunt / eius auxiliũ inuocãt: eius familiaritatẽ desiderãt. Quarũ dũ mentẽ ꝯsiderat prope est benign⁹ et adiuuat: ꝛ quo amplius proficiunt / eo familiari⁹ semper amat: donec finitis tenebris mũdi ad vite eterne lucẽ perfectas educat. Quã lucẽ quia vi=de desiderant: tamq; cũ dominus ad iudiciũ venerit / vi=dendã esse putant: idcirco cũ summo desiderio dicunt.

¶ Reuertere: similis esto dilecte mi capree hin=nuloq; ceruorum super montes bethel.

¶ A nobis dilect⁹ corporaliter tunc abijt: qñ post resur=rectionẽ in celũ ascendit. Tunc aũt reuertetur / qñ in fi=ne mundi resuscitatis corporibus hoim / oib⁹ in iudicio manifestabit. Qui vere similis capree ꝛ hinnulo ceruoꝝ apparebit: q: in carne nostra veniẽs ad iudiciũ oibus se mõstrabit. Per capreã em̃ que mũdum est aĩal: ecclesia designat: que dũ in celestibus mẽte habitat: qñ in mõti=bus pascitur. Per ceruos autẽ qđ aliud ꝙ patres anti=qui designãtur: ex quoꝝ carne xpus natus: quasi hinnu=lus ceruorũ mũdo est ꝑsentatus. Bethel autẽ dom⁹ dei interpretat. Que bene ecclesia dei dicit: q: in ea dñs ha=bitat / dũ per fidẽ corda nostra mundãtur. Sup montes ergo bethel similis capree hinnuloq; ceruorũ apparebit quia in ea humanitatis forma ad iudiciũ veniet / quã ab ecclesia sumpsit qñ in hoc mũdo ex patrũ ꝓgenie quasi hinnul⁹ ex ceruis natus fuit. Qui vere et similis capree et sup mõtes apparebit: q: ꝛ ex hũanitate quidẽ similis ecclesie erit: et tñ super ipsos summos: qui qñ mõtes ex=cellũt in ecclesia sublimior eminebit. Qui dũ venire mo=ratur: quia cum semper sancta anima ꝗquirere nititur: ideo sequitur.

C

Caprea ec=clesiã desi=gnat ꝛ cer=ui patres antiquos.

Capitulum.iij.

In lectulo meo per noctes quesiui quem diligit anima mea.

¶ Lectulũ sibi sancta aĩa in nocte facit: dũ oẽs ꝑturba=tiones mũdi fugiens / secretũ cõparat in quo requiescit. In hoc lectulo quẽ diligit querit: q: dum ab oibus solli=citudinibus mũdi vacat: in eius inquisitiõe quomodo ad illũ perueniat nõ quiescit. Notandũ est autẽ q: p no=ctes querit / qui modo in hoc mũdo viuit: et ꝑfecte tene=bras rẽporalitatis a se nõ excutit. Quas quo grauiores patitur: eo feruentius querit eũ: quo inuento tenebras amplius non patitur. Sed quia quẽ querit: nunq; perfe=cte in hoc mundo inuenit: ideo subiungit.

D

¶ Quesiui illum: et non inueni.

¶ Quia vero maximo desiderio estuat / et quicquid te=net / ei non sufficit donec dilectũ inueniat: ideo constan=tiam inquisitionis subiungit: dicens.

¶ Surgam / et circuibo ciuitatem: per vicos et plateas queram quem diligit anima mea.

¶ Quid p ciuitatẽ in hoc loco nisi ecclesiã: quid per vi=cos ciuitatis: nisi spũales quosq; accipimus? Qui dum ad celestia toto corde gradiũtur / angustã viã tenẽt / qua ad vitã perducãtur. Per plateas autem seculares desi=gnãtur / qui dũ voluptates suas multas sequũtur: latas vias gradiũtur. Surgit ergo sponsa et ciuitatẽ circuit: quia perfecta aĩa que visibilia fastidit / oẽs sanctos qui sunt vel fuerũt in ecclesia / mente cõspicit: siquid forte in eoꝝ actibus reperire poterit: qđ imitando / ad sponsi in=uentionẽ aliqñ venire possit. Per vicos autẽ et plateas querit: quia dũ per bonoꝝ imitationẽ ad dilecti familia=res amplexus ꝑuenire satagit: nõ solũ in spũalibus / sed ꝛ in ipsis etiã carnalib⁹ aliquãdo inuenit qđ imitari di=gne possit. Sed postq; laborẽ geminatũ inquisitiõis in=sinuauit: iterũ difficultatẽ inuentionis subdit: dicens.

Celũ per viã angu=stam que=rendũ est.

¶ Quesiui illum: et non inueni.

E

¶ Sed dum querit et non inuenit / ipsa etiam queritur et inuenitur: ꝛ ideo subditur.

¶ Inuenerũt me vigiles q̃ custodiũt ciuitatẽ.

¶ Quid per vigiles / nisi doctores ecclesie designãtur? Qui dũ lucrandis aĩabus et scriptis ꝛ dictis inuigilãt: vbi sctĩ desiderij aliquãtũ sentiũt: augmẽtare ad meli⁹ nũq; cessant. Hi spõsã q̃rentẽ inueniũt: q: piã aĩam xpm inuenire satagentẽ excipiũt: ꝛ vt eũ ei⁹ inueniat / ꝑceptis instruunt: exẽplis accẽdũt. Quos illa interrogãs dicit.

Doctores dicuntur vigiles.

¶ Num quem diligit anima mea vidistis?

¶ Bene eos spõsa interrogare dicit: q: dũ eorũ scripta vel verba vigilãti studio ꝑscrutat: tanq; ꝑsentibus etiã absentibus animi intẽtione loquens / quid de xpo sense=rint / sciscitatur. Quia vero dũ in eos oĩno intẽdit / nũq; sponsum inuenit: consequenter subiungit.

¶ Paululum cum pertransissem eos / inueni quem diligit anima mea.

¶ Paululũ vigiles transit / ꝛ dilectũ inuenit: q: dũ eos puros hoies esse cogitat / ad deitatẽ mẽtem erigit: ibiq; sponsum suũ supra hoies patri equalẽ cognoscit. Quem tũc inuenisse se dicit / cũ sanctis laboribus adiuta in ei⁹ deitatis claritatẽ oculũ fidei tenuẽ p speculũ contẽplan=do aliquãtulum figit. Quod tantillum quãta auiditate mentis suscipiat: ostendit dicens.

F

¶ Tenui illum / nec dimittam: donec introdu=cam illum in domum matris mee: et in cubicu=lum genitricis mee.

¶ Mater ecclesie synagoga extitit: q: ex ipsa predicato=res habuit / a quibus verbũ veritatis suscepit: per qđ in fide regenerata fuit. Tenet ergo spõsum ecclesia donec in domũ matris eũ introducat: q: vsq; in finẽ mundi ab eius fidei amore nõ recedit donec ad fidẽ iudeos addu=cat. Non q: postea recedat: quippe quẽ in exilio diligit / in patria videns amplius amabit. Sed de illo tpe dici de=buit: de quo a quibuslibet ꝓpter obsistẽtes tentationes du=bitari potuit. In domũ ergo matris dilectũ introducet qñ in fine mundi ecclesia p predicationẽ in plebẽ iudai=cam xpiana sacramẽta immittet. In cubiculũ autẽ quasi in secretiorẽ partẽ domus eũ introducet: q: ex eadẽ ple=be ita plurimos cõuertet: vt omnes mũdi sarcinas abij=ciant: ꝛ in intimis cogitationibus soli deo placere cõcu=piscãt. Huiuscemodi hoies cubiculũ faciẽt spõso: q: dũ a se oẽs sordes cupiditatũ abijciẽt: quasi secretũ locũ in mẽte in quo delectet cõponẽt. A quoꝝ inquietatione ꝛ eis delectabilit pausans spõsus ꝑprobos ꝓhibet itez dicẽs

Iudei tã=dẽ ad fidẽ adducent.

G

❡ Adiuro vos filie hierusalē per capreas ceruosqꝫ camporū, ne suscitetis neqꝫ euigilare faciatis dilectam:donec ipsa velit.

❡ In hoc etiā ostendit:q eiusdem perfectionis quosdam de synagoga post conuersionem inueniet:cuius de ecclesia q plurimos inuenit/ dū in eorū quiete similiter delectatus/ ab eis inquietatores ꝓhibet/sicut ab ecclesia prohibuit. Introducta ergo ad fidem synagoga ecclesie mentem per opera que videt conspicit: ⁊ sublimitatem eius valde admirans dicit.

❡ Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris: et vniuersi pulueris pigmentarij?

Ais qñ dicitur i deserto viuere.

❡ In deserto vtiqꝫ in hoc mundo ecclesia siue sancta queqꝫ anima viuit/dū a regno exul inter bestias/ demones videlicet degit. Hic em eīi non oīno a sponso deserit̄:tamē dum in carne eſt/nondū ad certā ei⁹ visionem admittitur:dū ab eo per exilia ⁊ tētationes peregrinat̄: q dū adhuc cū eo nō regnat:deseri ab eo sibi videt̄. Ob hoc semꝑ laborat vt ascendat/vt quē valde diligit: magis ac magis sentiat:quatenus qm perfecte eū in deserto nō tenet:vel ipso eius desiderio se reficiat:vt sic in via roborata/ qnqꝫ ad hoc quod diu ꝯcupiuit ꝑueniat. Sūt quippe nōnulli qui dum omnia visibilia fastidiunt: mētem in celestia erigunt:et q in infimis nihil qđ eis dulcescat conspiciūt:totū cor ad superna amāda cōuertūt.

Sal. sensū. Hi ab oīb⁹ malis moribus secernunt:censum ⁊ mūdi cū cupiditatibus cōtēnunt:spe ad inuisibilia tēdunt:⁊ quo

H

ampliori desiderio illis inherēt:eo magis ac magis molestē corruptionē ferunt quam habent. Hi nimirum per desertum ascēdunt: q dū in hoc mūdo inter tētationes viuūt/ quo ampli⁹ dū hic morant̄ deseri metuūt:eo qđ fortius ista deserūt:⁊ feruēti⁹ ad illa gradiunt̄:in qb⁹ cū fuerint:nihil ampli⁹ qđ eos amoueat/ iā timebunt. Bene aūt sicut virgula fumi ascēdere dicunt̄: q ⁊ odorē bone fame/⁊ subtilitatē mētis habere dicunt̄. Nō aūt quarūlibet rerū fumus iste dicit̄:sed ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuris et vniuersi pulueris pigmentarij existere declaratur.

Myrrha ⁊ thus qđ designāt.

Myrrha quippe mortuoꝝ corpora ꝯdiunt̄ ne putrescant:thura vero accendunt̄/vt redoleant. Per myrrham ergo carnis mortificatio designat̄: per thus vero orationū mūditia intelligit̄. Sancta igit̄ anima dū carnem suā a putredine vitiorū mortificat:dū oēs mūdi voluptates ꝑ continētiam abnegat:quasi myrrhā mortuo corpori adhibet:vt post iudiciū a corruptione eterna sanum ꝑmaneat. Cū vero se ad celestia maiori desiderio accēdit:⁊ a cordis cubiculo oēs superfluas cogitationes ferventer abijcit:quasi thuribulū cor suū corā deo facit. In quo dū per dilectionē virtutes congregat:quasi carbones in thuribulo coaptat:in quo seipsam mens in cōspectu dei igne charitatis accēdat. Dūqꝫ feruētes ⁊ mū-

I

das orationes ad deū emittit: qsi fumū aromatū ex thuribulo educit:vt corā dilecto suaue redoleat:⁊ ꝓximos quosqꝫ ad ei⁹ amorē ꝑ bona exēpla concitare nō desinat. Sed notandū q non ait vniuersi pigmenti:sed vniuersi pulueris pigmentarij. Pigmēta quippe facimus/quando virtutes congregamus in corde. Quādo vero ipsas nostras virtutes per singula queqꝫ opera diligentius retractamus:ne qđ in operib⁹ nostris incultū remaneat: ne inter virtutes vitiū lateat:tūc procul dubio vnguēta virtutū quasi in puluerē tūdim⁹:vt eo mūdiora sint opera nostra/quo subtilius ea ab omni subreptione vitiorū discernere non cessamus. Huiuscemodi mentes dilecto suo delectabiles se ꝑ ei⁹ gratiā faciūt:⁊ dū ab omni mūdano strepitu se diuidūt / locū in quo spōsus requiescat in seipsis componunt. De qua requie subditur.

❡ En lectū salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel.

Ephe. ij. Lectulū facere salomoni quid est?

❡ Salomon qppe pacificus interpretat̄. Quid ergo ꝑ salomonē nisi xp̄s intelligitur / de quo scriptū est. Ipse est pax nostra:q fecit vtraqꝫ vnū? Salomoni ergo lectulum facimus/quādo a mūdi sollicitudinibus oīno cessamus:dū in solo desiderio xp̄i libenter pausamus:eiqꝫ vt nobiscū pauset/cor ab omni terrena cupiditate mundamus. Denarius autē numer⁹ si ꝑ senariū numerū multiplicetur:nimirū sexaginta cōplētur. Per denariū itaqꝫ decalogū legis accipimus. Per senariū aūt totum hoc tēpus intelligimus/qđ sex diebus operatorijs volui videmus. Per sexaginta igit̄ fortes oēs perfectos qui fuerūt ante nos in ecclesia / intelligimus:qui dū decē precepta legis quo spūalius eo forti⁹ in sex dieb⁹ cōpleuerūt: quasi sexagenariū numerū ꝑfecerūt. Hi lectulū salomonis ambiūt: q mentē sanctā in qua xp̄s pausat/ verbis et exēplis muniūt; qb⁹ ab aditu mētis veniētes hostes repellūt:dū ipsam mētē exēplis sustinēt:scriptis erudiūt.

K

❡ Hi tenent gladios:⁊ ad bella doctissimi existunt.

❡ Quia dū verbū dei opere cōplent qđ corde sciūt: magis ac magis semꝑ docti / hostē suū demonē scꝫ/sapiētia et fortitudine vincunt. Per gladiū enim verbū dei designatur. Per manus autem quibus gladios tenent/ipsa opera figurantur. De quibus bene subditur.

❡ Vniuscuiusqꝫ ensis sup femur suū: propter timores nocturnos.

❡ Quid ꝑ ensem:nisi rigorē conuersationis: ⁊ quid per femur:nisi carnis appetitū accipimus? Electi ergo qꝫ qui iam ad ꝑfectionē vite prouecti sunt: semꝑ ensem super femur suū ferunt: q rigore conuersationis appetitū carnis assidue frāgunt: ne hostis quē in nocte hui⁹ mundi timent:repēte veniens/ mollē aditum inueniat:⁊ per voluptatis mollitiē eo facilius quo voluptuosiores inuenerit/ad grauiora peccata perducat. De laude itaqꝫ salomonis adhuc subditur cum dicitur.

L

❡ Ferculū fecit sibi rex salomon de lignis libani. Colūnas eius fecit argēteas:reclinatorium aureum:ascensum purpureum:media charitate constrauit propter filias hierusalem.

❡ Ligna libani iputribilia esse asserūtur. Ferculū q̄ fecit sibi rex Salomon de lignis libani:quia ꝑm prescientie sue gratiam/christus sanctam ecclesiā de in eternū permansuris sanctis construxit.

❡ Columnas eius fecit argenteas.

Predicatores sunt tanqꝫ columne.

❡ Quia eidē ecclesie predicatores dedit:qui eā vt eam exemplis sustentarent:magna iustitie rectitudine roborauit:⁊ vt predicationibus erudirent:altore eloquij quasi splendore argenti decorauit.

❡ Reclinatorium aureum fecit.

❡ Quia dū in cordibus perfectorū resplēduit:eis diuinitatis sue potentiā ꝑ contēplationē ostēdit. In qua cōtēplatione dū eis pulchritudinē celestiū gaudiorū monstrauit/quasi reclinatoriū ex auro eis cōposuit: q locū in quo se refocillantes requiescāt:apposuit. Quod reclinatoriū bene aureum esse dicitur: quia melior est sapientia cūctis opibus:et oīa que desiderātur /ei non possunt

Prouer. viij.

cōparari. Ad hoc reclinatoriū multis laboribus peruenitur:multis tribulationibus ascenditur: ita vt si necesse fuerit/etiā sanguis effundi ꝑmittatur. Ideo ascensus recte purpure⁹ esse dicit̄. Dū em sancti quiqꝫ martyres

M

ꝓpter vitā eternā corpora sua ad supplicia tradiderūt: dū flagella/aculeos/ignes/gladios/⁊ alia innūerabilia tormēta patiēter pertulerūt:nōne ad reclinatoriū illud ad beatā scꝫ vitā/ꝑ ascensum purpureū ascēderūt? Sed nos miseri qd agimus/q in hoc ferculo colūne argentee nō sumus: q sanctā ecclesiā nec exēplis sustētamus: nec ꝑdicatione docem⁹? In ea reclinatoriū aureū nō habemus:q terrenis cogitationibus inuoluti/ad splendorē sapiētie ꝑ contēplationē nō assurgimus. Ascensum purpureū nec etiā cognoscim⁹:q voluptatib⁹ vacātes/labores ⁊ ꝑsecutiones ꝓ eterna beatitudine ferre recusam⁹. Cōsolatur nos aliquātulū qđ de hoc ferculo subditur.

❡ Media charitate ꝯstrauit:ꝑpt̄ filias hierl̄m

❡ Quid enim ꝑ filias hierusalē/ cū non filios sed filias dixerit/intelligimus:nisi nos debiles/q in ecclesia nō viri:sed femine sum⁹:q ꝯtra vitia fortiter nō reluctamur: viriliter nō resistim⁹: muliebriter subiacem⁹? Hierusalē em visio pacis interpretat̄:per quā ecclesia que est mater nostra/designatur:eo q assidue pacē perpetuā contēplatur. Si ergo nos in ferculo regis colūne argentee nō sumus:reclinatoriū aureum nō habemus:per ascensum purpureū ascēdere nō valemus/saltē charitatē que cōmunis omnibus electis quasi in medio posita est/tenea-

Femine sunt et nō viri qui vitijs nō reluctātur.

A mus. Per hūc q̄ppe rex Salomon nos i ferculo suo esse cognoscit: quia in eo cum colūnis argenteis: cum recli: natorio aureo: cum ascensu purpureo: propter filias hie rusalem etiam media charitate constrauit: quia cum ec clesie membris ad eandem sponsi beatitudinē perueni: mus: si charitatē indefessam obseruamus. Sequitur.

¶ Egredimini filie syon: ⁊ videte regem salo: monem in diademate: quo coronauit eum ma: ter sua in die desponsationis illius: et in die le: titie cordis eius.

Maria xp̄m dia: demate co ronauit.

¶ Mater christi beata maria esse creditur: q̄ coronauit eum diademate: q̄z humanitatē nostrā ex ea ipse assum: psit / sicut in euangelio recitatur. Et hoc in die despōsa: tionis eius: ⁊ in die letitie cordis eius factum esse dicit: quia quando vnigenitus filius dei deitatem suā huma nitati nostre copulare voluit: quando per bonam volun tatē suā tpe opportuno ecclesiā sponsā suā sibi assumere placuit / tūc cū charitati; exultatiōe carnē nr̄am ex ma tre virgine suscipere voluit. In q̄ cū doloribꝰ ꝑ tpe viuens de redēptiōe nr̄a vehementer exultauit. Sz cū diadema ꝓ glīa assumat / in hūanitatis autē susceptiōe nō gloria verbi dei: sed humilitas esse cognoscit: quomō in huma nitate nostra quasi diademate coronatus fuisse dicitur? Sed cum ipsa eius incarnatio vere gloria nostra fuerit q̄z membra eius sumꝰ propter cōmunionē corporis: dia: dema membrorum bene capitis scriptura predixit. Hic itaq̄z q̄z a spōsa laudatur: ⁊ ipse vicissim sponsam lauda: re dignatur: dicens. Capitulum. iiij.

B Q Uā pulchra es amica mea: q̄ pulchra es ⁊ decora: oculi tui columbarū: absq̄z eo quod intrinsecus latet.

¶ Quia hec superius exposuimus vt potuimus / nunc eadem repetere propter breuitatem seruandam deuita mus. Sed q̄z hic additū est absq̄z eo quod intrinsecus latet: breuiter videdū est quomodo superioribus coniun gatur. Pulchra est ergo spōsa / et oculi eius colūbarum absq̄z eo quod intrinsecus latet: q̄ valde honestum est quicquid in exterioribus operatur: q̄ simpliciter inter homines conuersatur: q̄ ea que videt temporaliter con: cupiscere dedignatur: et siquid tamē in hoc mundo pla cet / post concupiscentias suas ire detestatur. Sed vehe: menter pulchrius et honestius est q̄ cordis desideriū il libatū retinere conatur: q̄ eterne beatitudinis clarita: tem in mente retinet erecta contemplatur: q̄ in his que interius videt: suauiter requiescit / ⁊ mundat. Seqtur.

¶ Capilli tui sicut greges caprarum: que ascē derunt de monte galaad.

C ¶ Si per oculos predicatores ecclesie designant quia ceteris viā ostendūt / bene p capillos populi figurantur quia eidem ecclesie ornatū tribuunt. Capilli ergo spōse sicut grex caprarum esse dicuntur: q̄z populi ecclesie dū precepta legis ruminantes celestia fide contemplantur munda sunt animalia ⁊ in altis pascunt. Galaad autem aceruus testimonij interpretatur. Quid autē per aceruū testimonij: nisi multitudinē martyrū intelligimꝰ? Qui dum fidem christi insuperabiliter tenuerūt: eos testimo nium veritati etiam per mortē suam perhibuisse scimꝰ. Grex itaq̄z iste caprarum de monte galaad ascendit: q̄z populus ecclesie eo magis fide se ad eterna suspendit: quo fortius sanctos martyres eidem fidei testimonium perhibuisse sciuit. Sequitur.

Martyrū multitudo p galaad designat.

¶ Dentes tui sicut greges tonsarum: que ascē derunt de lauacro.

¶ Sicut per oculos predicatores intelligitur: quia p eos ecclesia illuminatur: similiter ⁊ dentes eiusdem pos sunt dici: quia per eos infideles consumuntur: ⁊ paruu: li nutriuntur. Dentes quippe sancti predicatores vocā: tur: quia dum sanctam scripturam expōnēdo minoribꝰ fratribus elucidant: quasi panē paruulis / tanq̄ matres filijs cōmasticant: quo infirmi ad fortiora cōualescant. Hi nimirū bene sicut grex tonsarum que ascenderūt de lauacro esse dicunt: quia dum se a peccatis omnibus in baptismo ablutos esse recordantur: libenter onera mun di deponunt: vt ad celestia consequenda ⁊ predicanda quo liberius / eo facilius gradiantur. De quo subditur.

¶ Omnes gemellis fetibus: et sterilis non est inter illas. D

¶ Gemellos fetus omnes sancti predicatores habent: quia dū in duobus preceptis charitatis ceteros homi: nes supereminēt / geminam dilectionem predicant: ⁊ in eis duos populos iudaicum ⁊ gentilem gignere non ces: sant. Inter quos nullus est sterilis: quia profecto predi cator non est dicendus: si filios spirituales gignere con: temnit. De quibus adhuc subditur.

Predica: tores scri gemellos dicit hr̄e.

¶ Sicut vitta coccinea labia tua: et eloquium tuum dulce.

¶ Iidem predicatores labia ecclesie dicuntur: q̄z nimi rum per eos populis p̄cepta vite loquitur. Qui bene si: cut vitta dicunt: quia dum fluxas cogitatiōes in cordi bus hominum suis predicationibus restringunt: quasi sparsos crines ne imoderate diffluant reprimunt. Sed quid est q̄ non tantū vitte: sed coccinee cōparantur: nisi quia per coccum flāma charitatis intelligitur: qua illi ardēt: ⁊ p eos alij accendunt? Per quos eloquium san: cte ecclesie dulcoratur: quia dum que dicunt faciūt / pre dicationes suas hominibus quasi sapidas escas appo: nunt. Sequitur.

¶ Sicut fragmē mali punici: ita gene tue: abs: q̄z eo quod intrinsecus latet.

¶ Quid per genas ecclesie nisi ipsos predicatores itel ligimus: qui dum in populis vt eis proficiant eminent: quasi in facie ecclesie manifesti apparent? Per maliū au tem punicū ipsa ecclesia designat: quia dum multos po: pulos i vnitate fidei nutrit: quasi multa grana sub vno cortice stringit. Fragmē ergo mali punici sci predica: tores existūt: quia dum se in diuino seruitio ceteris for: tius affligunt: dum omnia mundana contemnunt: dum voluntates suas abnegant / et vitia sua omnino mortifi: cāt: dū seipsos hūiliāt / ⁊ ceteros extollūt: et dū p exēpla sua ceteros nutriūt: q̄si fracti ⁊ apti se cibos offerūt. Sz q̄uis magna sint q̄ extrinsecus apparent: maiora tn̄ in occulto retinent: que diuini oculi soli vident. Ideo sub: iunctum est. Absq̄z eo q̄d intrinsecus latet. Sequitur. E

¶ Sicut turris dauid collum tuum: que edifi: catur cum propugnaculis.

¶ Collū quippe extendimus: quādo longius prospice: re volumus. Propter aliud ergo sancti p̄dicatores ocu li: ꝑpter aliud dētes / ꝑpter aliud sūt gene: ⁊ collū pro: pter aliud conuenienter vocātur. Bene igitur sicut tur ris dauid / collum sancte ecclesie dicitur: quia sancti pre dicatores procul venientes hostes sancte ecclesie specu lant: ⁊ fortiter resistūt si q̄d in ecclesia ledere conant: ⁊ li: bere terrena despicientes / celestia contemplantur. Col: lum ergo propter hostium speculationem: turris vero dicuntur ꝑpter fortitudinem et ꝑpter excelsam celestiū gaudiorum contemplationem. Que turris recte dauid esse dicitur: quia dauid manu fortis interpretat: per q̄d christus significatur: cuius est quicquid forte et excel: sum operātur. De quis subditur. F

Predica: tores ec: clesie col lo cōpara: ti ꝑcul vi: dent.

¶ Que edificatur cum propugnaculis. Mille clypei pendēt ex ea: ois armatura fortium.

¶ Cum ꝓpugnaculis turris Dauid edificata dicitur: quia sancti predicatores cōtra aduersarios homines si necesse sit: miraculis armantur. Contra vitia autem se clypeis muniunt: q̄ ne spiritualibus hostibus succūbāt virtutibus se defendunt. In quibꝰ ois armatura fortiū pendet: quia quisquis hostium cuneis fortiter resistere vult / in eis exempla videt quibus armatus hostes stre: nue valet superare. Mille autem hic pro perfectione po nitur: quia i millenario numero omnes numeri perfecti complentur. Sequitur.

Numerꝰ millenari: us oēs nu meros ꝑfe cte conti: net.

¶ Duo vbera tua sicut duo hinnuli capree ge: melli: qui pascuntur in lilijs donec aspiret dies et inclinentur vmbre.

¶ Per duo vbera / duo predicatorum ordines: vnus in circuncisione: alius in preputio designātur. Qui bene si: cut duo hinnuli capree dicuntur: quia et filij synagoge existunt: ⁊ in montibus contemplationum pascunt. Ge melli hoc ideo dicti sunt: q̄z ꝯcordit p̄dicāt ⁊ ꝯcordit sa: piūt. In lilijs vero pascuntur / donec aspiret dies ⁊ inli:

G nentur vmbre: quia munditiam infatigabiliter sectātur donec in die iudicij premia recipiant: q in labore noctis assidue contemplantur. Sequitur sponsus dicens.

¶ Vadā ad montē myrrhe: ⁊ ad collē thuris.

Myrrha mortificatione: thu⁊ ro orōnē denotat.

¶ Quid per montē myrrhe: nisi fortem altitudinē mortificationis in opere: et quid per collem thuris intelligimus: nisi altam humilitatem in oratione? Ad mōtem ergo myrrhe et ad collem thuris sponsus vadit: quia eos familiariter visitat / quos per mortificationē vitiorum ad alta proficere: et per mūdas ⁊ humiles oratiōes suauiter redolere ꝓspicit. His quippe virtutib⁹ sancta ecclesia vel vnaqueq3 anima munda efficitur: q2 dum per voluptatū mortificationē vitijs reluctat: ⁊ per sanctas oratiōes freqnter lachrymis abluit: sordes lauat vt spōso placeat: cui pulchra apparere conatur. Cuius conatum ad effectum sponsus per gratiā suam ducit: opusq3 suū in sponsa benigne laudat ⁊ dicit.

¶ Tota pulchra es amica mea: et macula non est in te.

Penitentia mūditiā facit ⁊ cōseruat.
Iob. xxv.
Iaco. iij.
I. Io. i.
Ibidem

¶ Cum scriptū sit. Nemo viuit sine peccato: nec infans cuius vita est vnius diei super terram: quid est q sponsa tota pulchra esse dicitur / in qua macula nō habetur? Alibi quippe scriptū est. Stelle non sunt munde in conspectu eius. Et alibi. In multis offendim⁹ omnes. Et Ioannes apostolus ait. Si dixerimus quia peccatum non habemus: veritas in nobis non est. Et idem. Si dixerimus quia peccatum non habemus / mentimur / ⁊ veritatem non facimus. Sed dum sancta anima a peccatis quotidianis se per penitentiam mundat: dum quotidie peccata minuta cū lachrymis abluit: ⁊ a maioribus

H

se obseruat / quis frequenter peccet: per assiduam tamē penitētiā munditiam suam assidue seruat. Hinc enī alibi precipit. Sēper sint vestimenta tua candida. Et illō

Eccl9. ix.
Ro. i.

Iustus autē ex fide viuit. Quāuis enim mox vt peccat: a iustitia deuiet: tamē dum semper credit in eum qui iustificat impium: ⁊ assidue sub ei⁹ fide peccata sua deflet: per assiduas ablutiones iustitiam suam retinet. Se igitur ita mundanti sponse consequenter dicitur.

¶ Veni de libano sponsa mea: veni de libano: veni: coronaberis.

¶ Libanus quippe dealbatio interpretat. Quid ergo per libanū nisi baptisma itelligitur: in quo sancta ecclesia aqua abluit: ⁊ a peccatoꝝ nigredine per spiritū sanctum quē recipit ⁊ per christi fidem dealbatur? Vñ scriptum est. Asperges me domine hisopo et emūdabor ⁊c.

Ps. l.

De libano ergo sancta ecclesia ad coronā venit: quia in christi baptismo fidem percipit: sub qua cū christi gratia meretur vt premium percipere possit. Sed quid est q dicitur. Veni: nisi q2 in fide ⁊ in spe ⁊ i charitate quicquid operatur / subsistit: vt his tribus munita virtutibus robur habeat: pq3 inuia nō lassescat? De fide enī dicitur. Fide mundans corda eoꝝ. Et iterum. Sine fide impossibile est placere deo. De spe autem dicitur. Non confundētur oēs qui sperant in te domine. Cui iterum dicit. Quis est in te sperans: ⁊ derelict⁹ est? De charitate autē dicitur. Charitas operit multitudinē peccatorum. Et iterū. Si distribuero oēs facultates meas in cibos pauperum: ⁊ si tradidero corpus meum ita vt ardeam / charitatem non habuero / nihil sum. Et Ioānes apostol⁹. Deus charitas est. Potest tamē et aliter intelligi q ter dr. Veni. Venit enī spōsa scā ad christum dū in hoc mūdo viuēs bona q pōt operatur. Venit quādo in bona mortis aīa ipa videlicet sponsa a carne exuitur. Venit tertio quādo in die iudicij vltimi carnē resumit: et cum christo thalamum celestē ingredit. Ibi quippe omnium laborum suorum premia consequitur. Ibi iam omnino prostratis ⁊ exclusis hostibus gloriose coronat. Ideo ⁊ hic per promissionem sequitur.

Ecclesia trib⁹ virtutib⁹ cardinalib⁹ dz eē munita
Act. xv.
Heb. xi.
I. Pe. iiij.
I. Cor. xiij
I

¶ Coronaberis de capite amana / de vertice sanir et hermon: de cubilibus leonum: de montibus pardorum.

¶ Quid per amana / sanir / ⁊ hermon / nomina videlicet montium: nisi potentes huius seculi intelliguntur? Qui quanto ditiores / tanto excelsiores ⁊ firmiores apud homines esse vidētur. Sed de his montibus sancta ecclesia coronatur: quia dū regnum predicat eternum: dum ꝑo suo omnia q mundi sunt / vilia esse demonstrat: ipos etiam potentes ad penitētiā inclinat: et sibiipsi pro eoꝝ acquisitione coronam in celestib⁹ parat. Sic quippe fit vt humiles superbos prosternant: ⁊ infirmi excelsos inclinent. Ideo scriptum est. Omnis vallis implebitur: ⁊ omnis mons et collis humiliabitur. Sed quid est q nō solum de montibus: sed etiam de capitibus montiū coronanda esse dicitur: nisi q impletum videmus q2 iam ipse excelsiores persone in christum credunt: ⁊ eius preceptis per ecclesie predicationē obediunt? Reges enī ⁊ imperatores christo seruiunt: coronas deponunt: et per penitentiam in ecclesia veniam petunt. Si itaq3 per capita mōtium summas personas intelligimus: bene per cubilia leonū ⁊ montes pardorum: pricipes quiq3 et ministri designantur: qui crudelitati inseruiūt: ⁊ dolositatibus suis quos vi non possunt ledere decipiunt. Pardi quippe maculas in cute semp portāt. Per quos qui alij q hypocrite vel discordes significantur? In illis quippe qui crudelitatem sectantur: demones tanq3 leones cubant. In illis vero quasi pardi montes edificant: quos dum vitijs suis aliquas virtutes admiscere cōsentiunt: pro omnibus bonis suis laudis gloriam affectare cōpellunt. Hi itaq3 vere pardorum varietatē imitantur: qui dum cū virtutibus etiam vitia sectant: quasi in vario corio coloris dissimilitudine diuiduntur. Sed de cubilibus leonum ⁊ de montibus pardorum ecclesia coronatur: quia dum per eius ꝓdicationem ⁊ crudeles ad pietatem: ⁊ hypocrite ad vite humilis vnitatem conuertuntur: pro his omnibus premium percipiet quod meretur. Cui iterum dicitur.

K

E sai. xl.

Leonib⁹ principes crudelitati deseruientes / et pardis hypocrite cōparantur.

¶ Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum: et in vno crine colli tui.

¶ Per oculos spōse sancte ecclesie predicatores sicut dictū est designant. Per crines ꝟo ppli multitudo figurat. Per collum autem sancti capitis et corporis coniunctio demonstratur: que fides ecclesie intelligitur. Per hanc enim caput ⁊ corpus coniunguntur: dum christo quisq3 eo tenacius inheret / quo fidelior i bona cōuersatione habetur. In vno ergo oculorum et in vno crine colli sponse spōsus vulnerat: quia profecto vsq3 ad mortē crucis afficitur: vt vnitas predicatorum ⁊ plebis i ecclesia confirmetur. De cuius dilectione erga sponsam iterū subdit sponsus.

L

¶ Q pulchre sunt māme tue soror mea spōsa

¶ Quid per māmas conuenientius in hoc loco q ipa dilectio dei ⁊ proximi / de qua superi⁹ diximus / intelligitur? Per quas mens sancta omes sensus suos i sua dilectione nutrit / dum deo suo charitatis tenacitate ꝯglutinatur / ⁊ proximis siquid vtilitatis habet / quomodolibet ꝟ libenter impēdit. Has māmas sponse quantū spōsus diligat / in repetitione laudis apte manifestat dicēs.

Dilectio dei ⁊ proximi ꝑ māmas significatur. Tal. qā licet.

¶ Pulchriora sunt vbera tua vino

¶ Quod superius de sponsi vberibus diximus: hoc et hic cum de sponsa loquitur / intelligi posse estimamus.

¶ Et odor vnguētorū tuorū sup oia aromata.

¶ Per vnguenta quippe ipse virtutes que ex charitate oriuntur intelliguntur. Habent quippe etiam reprobi aliquādo aromata quibus redolent: quia virtutes quasdam possident: ⁊ bona opera perpetrant. Sed quia sine charitate viuunt: in conspectu dei nulla que faciūt placent. Unde in iudicio cum dicent. Domine in nomine tuo prophetauimus: ⁊ i nomine tuo virtutes multas fecimus: respondebitur eis. Nunq3 noui vos: discedite a me omnes operarij iniquitatis. Bene ergo vnguenta ecclesie super omnia aromata redolere dicunt: quia etsi opera reproborum aliquando hominibus placent: hec que sancta ecclesia ex charitate conficit: in diuinis naribus sine cessatione redolent. Sequitur.

M

¶ Fauus distillans labia tua sponsa.

¶ Predicatores ecclesie bene labia sponse dicūtur: q2 per eos populis loquitur: et per eos ad fidē paruuli quiq3 erudiūtur: dum per eos occulta scripture quasi cordis latentis manifestantur. In fauo autem mel latet / ⁊ cera videt. Recte ergo labia sponse fauus vocant: q2 dū i carnis fragilitate sapientia magna habetur: quasi mel i cera absconditur. Quando vero electus quisq3 predicat:

B

quā celestia gaudia nesciētib⁹ reuelat/tunc fau⁹ distillat: qr quanta dulcedo sapiētie i corde lateat: p oris fragilitate audientibus manifestat. vnde scriptū est. Habem⁹ thesaurum istum in vasis fictilibus. Ideo subditur.

ij.cor.iiij.

¶ Mel ⁊ lac sub lingua tua.

¶ Nimirū falsi predicatores mel in lingua portant: qd sub lingua non habent; qr celestia gaudia aliquādo predicāt tanq̄ veri sint: cū ipsi terrestria bona toti desiderijs appetant. Sancta vero mens mel in lingua pretēdit: qr sapientie dulcedinē loquēdo ostēdit: quā veraciter sētiēdo/audiētes tanq̄ mellis dulcedine reficit. Lac gerit: quia congruenti sibi doctrina paruulos quosq̄ in ecclesia nutrit. Sub lingua autem hec oīa sibi ipsi reseruat: qr in eternā dulcedinem assidue secum portat. Dum enim terrena abijcit: dum vitiorum amaritudinem respuit: in interioribus sensibus sapientie dulcedine se pascit: qua robur colligit: vt ad eterna gradiens/in labore vie lassescere non possit. Cui bene dicitur.

Predicatores falsi mel non sub lingua sz i lingua portant.

¶ Et odor vestimētoꝝ tuoꝝ sicut odor thuris.

¶ Quid per vestimēta bec nisi sancta opera designant: quibus precedētium malorum turpitudo operitur: ne videatur: Hinc enim scriptū est. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet: et videatur turpitudo eius. Thus vero per significationē pro oratione ponitur: sicut scriptum est. Ascēdat oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Sācta itaq̄ anima in hoc mundo quando potest bona opera operatur: ⁊ bene operans/desiderio ⁊ intentione sancta ad eterna se extēdit: nihilq̄ boni agit: nisi ea intētione vt ad celestia que diligit: quandoq̄ peruenire possit. Bene igitur odor vestimentorum eius sicut thuris esse perhibetur: quia in omnibus operibus suis orat: dum perueniēdi intentiōe ea que pōt bona operatur. Sequitur.

Apoc.xvi.

Thus p orōne ponitur.

B

¶ Hort⁹ cōclusus soror mea: hortus cōclusus fons signatus.

¶ Hort⁹ sctā eccl'ia existit: qr dū pplos multos i fide gignit: qsi flores pulchros bona terra emittit. Qui hort⁹ cōclusus bene esse dicit: qr charitatis vallo circūquaq̄ munitur: ne inter numerū electorum reprob⁹ aliquis ingrediat. Vnaqueq̄ aīa sctā etiā hort⁹ cōclusus esse itelligit: qr dū virtutes nutrit/flores gignit: ⁊ dum virtutū exhilaratiōe se reficit/fruct⁹ quos genuerat/eadē custodit. Cōclusus eni hort⁹ esse dr: qr dū bona sua intētione vite eterne abscondit: dum humanas laudes oīno cōtēnit: ipsa bona intentione se circūsepit: ne ad interiora rapienda hostis antiquus irrūpere possit. Fons etiam dicitur: qr dum celestia assidue cogitat: dum scientiā scripturarū semper in ventrē memorie cōgregat: quasi aq̄s viuentes sancta mens in se gignere nō cessat; quas sitientibus proximis prebere vt reficiātur valeat. Unde scriptum est dicente domino. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei: non sitiet ineternū. Sed aqua quā ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Et alibi Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina aque viue fluent de ventre eius. Sed cur dicitur fons ille signatus: nisi quia sensus spiritualis mentibus indignis abscōditur: Infideli enim homini a domino dicit. Spiritus vbi vult spirat/et vocem eius audis: et nescis vnde veniat/aut quo vadat. Et iterum scriptum est. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Quod enim ibi lumen signatum: hoc hic procul dubio fons signatus esse perhibetur. Sanctus enim spiritus mētem quam replet/⁊ illuminans irrorat: et irrorās illuminat: vt et de luce eius videat quid appetat: et de rore eius se refrigeret: ne calescat †. Sequitur.

Aqua xpi sitim totaliter extinguit.

Joā.vij.

C

Joā.iij.

ps.iiij.

†al' lassescat.

¶ Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.

¶ Quid emittit sancta/ecclesia nisi cū sanctis operib⁹ sancta verba: quibus filios gignit ⁊ nutrit: Quoꝝ dum alios vsq̄ ad martyrium perducit: alios in sancta conuersatione erudit: hos sanguine martyrij rubentes ad eternam patriam transmittit: illos vero in sanctis operibus viuētes/proximis in exēplum sanctitatis tradit: quid aliud q̄ mala punica et pomorum fruct⁹ emittit: Mala punica enim sub rubeo cortice multitudinē granorum cōtinent. Fructus vero pomoꝝ in se refectionis dulcedinē hñt. Sic martyres dū sub igne tribulatiōis laborant/dū pro christo sanguinē exterius fundere non dubitant/multitudinē virtutum interius sibi cōgregāt in mente. Sancti etiam quiq̄ qui in pace ecclesie viuūt: fructus pomorum gerunt: qr dum sancta opera faciunt: proximis exempla tribuunt: quorum exhibitione se qui volunt reficiunt. Quotquot enim sunt in ecclesia sancti siue igne passionis ardeant: siue in pace ecclesie quiescētes succrescant: sanctarum virtutū odorem tanq̄ paradisum suauitatis et deliciarum construere in se dum viuunt non cessant. Cuius paradisi vbertatem scriptura demōstrat/dum sub voce spōsi per arbustorum nomina quasq̄ virtutes designat dicens.

Martyres et alij sancti fruct⁹ pomorū gerere dicunt.

D

¶ Cipri cum nardo: nardus et crocus: fistula et cinamomū cū vniuersis lignis libani: myrrha et aloe cum omnibus primis vnguentis.

¶ Quid enim per has diuersas aromatum species designatur: nisi sanctarū virtutum odor et profectus qui in sanctis habet: Ex his quippe speciebus regalia vnguēta conficiuntur: ex his corporum sanitates inueniuntur. Bene igitur virtutes animarum designant; quibus cōgregatis ⁊ confectis: ⁊ bonus odor opiniōis egreditur/ et egris animabus competens sanitas reparatur. Sed adhuc laus ecclesie a sponso repetitur: cum subdit.

¶ Fons hortorum: puteus aquarum viuētiū: que fluunt impetu de libano.

¶ Recte in emissionibus ecclesie/fons hortorū/⁊ pute⁹ aquarum viuentium describit. Quid enim per fontem et puteū: nisi sancta scriptura designatur: que sic aquā sapientie generat: vt ⁊ potantes semp reficiat: et tamen manare nō desistat. Que bene hortorum esse perhibet: qr illoꝝ specialiter est sancta scriptura/in quoꝝ mentibus virtutū semina oriunt. Sed querendū nobis est: quare fons ⁊ puteus vtrumq̄ simul scriptura dicat: cum fons in superficie appareat: puteus vero in imis latēs/omes se querentes maiori labore exerceat. Sed sciēdum est q̄ diuina scriptura in quibusdam manifesta existēs: i quibusdam vero locis obscuram se prebens: aliquando leuiter sicut inueniē/tanq̄ fōs potat: ⁊ aliq̄n magna inquisitiōe eget tanq̄ pute⁹: vt inuēta sumat. Qr vero sancte scripture intellect⁹ p aquā designet: ostēdit alibi cū diuina voce de reprobis di. Mittā eis sitim aque/et famē panis. Et per Esaiā dicit. Auferet dñs ab hierusalē et iuda omne robur panis: ⁊ omne robur aque. Ubi notandum q̄ robur panis prius/et postea robur aque auferē. Dum enim grauia dicta scripture non perquiruntur vt mandentur/paulatim a scientia decidit mens: vt aliq̄n non leuia etiam intellectu capiantur. Sed aque iste bene de libano fluere cum impetu dicuntur. Liban⁹ enim (vt dictum est) dealbatio interpretaē. In baptismo quippe dealbamur: dum amissa nigredine peccatorū ad munditiam noue vite reformamur. De libano ergo aque putei fluūt: quia in baptismo electi quiq̄ donū spiritussancti accipiunt: quo illuminati scripture sacre sensum intelligunt. Que scripture scientia tanto fluit impetu: vt electos dū tangit: ab hui⁹ vite amore submoueat: ⁊ ad eterna gaudia impetu sui quosq̄ adherentes traijciat. Hic est enim qd in psalmo scriptum est. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei. Impetus eni fluminis ciuitatē dei letificat: cum per donū sancti spiritus fortiter infūdans scripture sapientia sanctam ecclesiam vel cuiuslibet sapientis mentem infusione sua exhilarat. Ad cuius spiritus aduentum malignus spiritus increpatur: cum hic in subsequentibus dicitur.

E

Fōs ⁊ puteus differunt: ⁊ per vtrumq̄ scriptura sacra designatur.

Esa.iij.

F

ps.xlv.

¶ Surge aquilo: et veni auster: pfla hortū meū et fluent aromata illius.

¶ Quid enim per aquilonem qui in frigore cōstringit: ⁊ torpentes facit: nisi immundus spiritus designatur: qui reprobos omes dū possidet/a bono opere torpere facit? Per austrum vero/calidum scz ventū/ spiritussanctus figuratur: qui dum mentes electorum tangit: ab omni torpore relaxat: ⁊ feruentes facit: vt bona que desiderāt operentur. Hinc enim dicitur. Conuerte domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro. Surgat ergo aquilo/⁊ veniat auster: ⁊ perflet hortū spōsi: ⁊ fluāt aromata illius: vt videlicet spūs malign⁹ ab ecclesia vel ab

Aqlo malignū spiritum: auster do spiritum sanctū representat.

ps.cxxv.

G

vnaquęq; electa anima discedat: ⁊ spiritussanct⁹ aduenisset. Qui veniēs charitatis ignem cogitationib⁹ infundaret: a torpore negligētie dum se infuderit soluet. Qđ dum agit/aromata fluunt: quia dum adueniente sancto spiritu cor qđ prius torpuerat/ad opera se excitat/mox sancte operatiōis opiniones per proximos quosq; suauiter discurrūt: vt quiq; audiētes ad eadem se accēdāt ⁊ austro flante.i. spiritu sancto se infundēte virtutū odores emittant: vt vbiq; sanctus hortus floreat: ⁊ post florē fructus redolētes ⁊ reficientes producat. In quem hortum sponsa dilectum inuitat cum subdit. Capi.v.

Veniat dilectus meus in hortū suum: et comedat fructum pomorum suorum.

¶ In hortū dilectus venit et fructum comedit: quādo christus mentes visitat: ⁊ bonorum operum delectatione se satiat. Unde ⁊ idem subijciens dicit.

¶ Ueni in hortum meū soror mea sponsa: messui myrrham meam cum aromatib⁹ meis. Comedi fauum cum melle meo: bibi vinum meū cum lacte meo.

¶ Myrrham dilectus cum aromatibus metit: quādo christus mortificatione vite ad perfectionem perducta: electum suum ab hac vita succidens: ad celeste horreū cum sancta opinione inducit. Fauum cum melle comedit: quādo desiderium sanctum in sanctis operibus latens perficit: ⁊ ad sanctorū cōuiuium sanctam animam

H

sua delectatione impinguandam transfigit. Uinum vero suum cum lacte bibit: quando et perfectione quorūdam se reficit: ⁊ innocentiam alioꝝ cum pietate diligēs vtrosq; ad eternum cōuiuiū ingerit. Ad quorum exemplum quosq; remanentes inuitat cum subiungit.

¶ Comedite amici mei: bibite et inebriamini charissimi.

¶ Notandum in primis est: quia q comedūt/amici: qui vero bibunt ⁊ inebriant: charissimi esse perhibentur. In quibus verbis intelligi datur: q in hoc loco comedere bonum est: sed bibere ⁊ inebriari amplius bonū est. Sūt nimirū quidā in sancta ecclesia qui sic diuina audiūt: vt celestia plusq; terrena amare discant: pro eorum desiderio multa pauperibus tribuant: a prauis operib⁹ se custodiant: nulli alicui violenter rapiant: ecclesie predicationem libenter audiant: in fide se instruant: quā ⁊ operibus sanctis exerceant: et tamen vxores habent/pignora nutriunt/res suas diligunt: Quia his omnibus christum preponūt. Hi profecto comedūt et amici sunt: quia sanctam scripturam audiētes/talem sibi refectionē assumūt: vt etsi ad summam perfectionem adhuc nō assurgunt: tamen secundū modū suum perfecti/in preceptis diuinis sine crimine viuunt. Quod dum beati Joannis parētes: zacharias vꝫ et elizabeth pfecerunt studuerūt: p reuelationē angelicam in senectute sua filiū accipere meruerunt: quo maior inter natos mulierum non fuerit: ⁊ ipsum saluatorem mūdi digito ostēdere ⁊ baptisare meruit. De cuius parentibus dicitur. Erant autem iusti ambo ante deū: incedentes in omnibus mandatis ⁊ iustificationibus dñi sine querela. Sunt vero alij qui tanta auiditate diuinā scripturā audiūt vel legūt: vt penitus cūctis terrenis opib⁹ abdicatis sola celestia ambiāt: parētes vxores/domos/filios etiā et omnia transitoria abijciāt: solūmodo christū sequi ⁊ amplecti cōcupiscāt. Eius desiderio se affligūt ieiunijs: afficiūt lachrymis: exercent meditationib⁹ diuinis: sola que sunt eterna cogitant: contemplationibus vacant: ad hoc laborantes: vt ea que retro sunt obliuiscentes/in āteriora magis ac magis se extendāt. Quid profecto isti/quid aliud agūt nisi bibentes inebriantur: vt dum omnium terrenorum per desiderium obliuiscuntur: iure a sponso celesti nō tātum amici: sed et charissimi vocari mereātur: De quib⁹ idem sponsus sequitur et dicit.

Justorū honesta occupatio.

Joannes baptista nat⁹ est ex parentib⁹ antiquis.

I

Luce.j.

¶ Ego dormio: et cor meum vigilat.

¶ Huiusmodi quippe electi cor sponsi bene vocari possunt: qui quo amplius exteriora que sunt in mundo fugiūt/eo secreti⁹ ea que sunt interiora sponsi cognoscūt. De quib⁹ procul dubio idem sponsus alibi dicit. Qui diligit me: diligetur a patre meo: ⁊ ego diligam eum: ⁊ manifestabo ei meipsum. Dormit ergo sponsus: ⁊ cor ei⁹ vigilat: quia dum christus iam glorificatus in beatitudine quiescit: quicūq; eum perfecte diligit: vt ad ipsum perueniat laborat. De qua vigilantia sponsa superius dixit. Cū esset rex in accubitu suo nard⁹ mea dedit odorē suū. Si enim illud quiescere dormire dicat: id manifestat quod alibi legitur. In pace in idipsum dormiā ⁊ requiescā. Quod tamen ipsum ⁊ ipsa sponsa de se dicere potest. Dicat ergo. Ego dormio: ⁊ cor meū vigilat. Aci aperte mens sancta loqueretur dicens. Dū a mundanis tumultibus exterius dormio: interiori cogitatione que sint celestia vigilans penso. Sancti etenim viri dū terrena omnia despiciunt: dum tumultus mundi omnino fugiunt: dū ocium in via dei assumūt: nequaq; vt torpori vacent/ea dimittūt: sed interius laborātes/que sint illa ad que facti sunt/in corde aspicere pcedūt. Neq; enī vt torpeāt dormiunt: sed vt liberius eterna contemplentur/a trāsitorijs rebus requiescunt. Quos tamen aliquando sponsus ad profectū proximorum excitat: vt eis cū quibus viuunt proficiant/ab ocio qđ diligunt reuocat. Cuius vocem audiens etiam cum dormit sponsa dicit.

Jos. xiiij

K

Canti.j.

Ps.iiij.

Uiri scti terrenis spretis ea ad que facti sunt cōtēplantur

¶ Uox dilecti mei pulsantis.

¶ Quid enim pulsans dicat subiungit.

¶ Aperi mihi sponsa mea: amica mea: columba mea: immaculata mea.

¶ Causam etiam clamoris annectit dicens.

L

¶ Quia caput meū plenum est rore: et cincinni mei guttis noctium.

¶ Dum sponsa dormit/dilectus vt aperiatur ei pulsat: quia dum sancta mens sibiipsi per ocium intendit: christus multa peccatoꝝ opera in hoc mundo tolerat: q nisi spirituales viri ad doctrinā se accingant: nūq; p se ipsos carnales vel agnoscunt: vel corrigere curant. Quiter: go spōsus vt aliquādo ocium dimittat: ⁊ ad edificationem proximorū spirituales quiq; sollicitētur. Quia dū pfecti viri sibi solis per interiorē quietē intendūt: dolet spōsus q seculares ad peiora magis ac magis corruūt: dū eum ppter silentium spiritualium semper minus ac minus cognoscunt: quod ipse manifestat cū dicit.

Sponsa dormiēte pulsat dilect⁹ vt ei apiatur.

¶ Quia caput meum plenum est rore: ⁊ cincinni mei guttis noctium.

¶ Quid per caput sponsi nisi deus: et quid per rorem in hoc loco (vbi lamentando dicitur) nisi frigora mentium carnalium accipiuntur: Scriptum est enim. Caput christi de⁹. Et de frigore cuiuslibet carnalis mētis iterum scriptum est. Sicut frigidam facit cisterna aquam: sic frigidam fecit malitiam suā. Caput ergo christi plenū est rore: quia multi in ecclesia positi: ⁊ deū esse credunt et tamen frigidi persistentes ad ardorem charitatis nō accēdunt. Per cincinnos aūt eius sctē/ppl̄os intelligim⁹ quos in fide diuinitatis quasi in capite christi pendentes ⁊ opprimentes scimus. Sed cincinni pleni esse dicūtur guttis noctiū: quia dum in torpore ꝑ huius tenebrose temporalitatis se suspendunt/magis ac magis stillationib⁹ iniquitatis fluunt. Ad hos excitādos sponsa excitatur/dum spiritualis quilibet pro edificatiōe plurimorū/ab ocio ad prelationem ecclesie vocat. Sed qm̄ metuit ne si ad prelationē venerit: sollicitudinibus mūdi occupari necesse sit: sicq; dum per occasionem edificationis plurimorum/temporalibus se inclinauerit: quietem amittat: ⁊ amaq; sordibus peccatorum inficiat: ideo clamanti sponso respondet dicens.

j.Cor.xj.

Hiere.vj.

M

tēl.tpe.

¶ Expoliaui me tunica mea: quō iterū induar illa? Laui pedes meos: quomodo iterū inquinabo illos?

¶ Tunica sua spōsa se expoliauit: qi oīa exteriora qb⁹ honorabat et onerabat abiecit. De qua dicit. Nūc aūt q habet tunicā vendat eā: ⁊ emat gladiū. Gladiū quippe vēdita tunica emit/qui pro eternis temporalia abdicat: ⁊ in sancta conuersatione viuens/verbum predicationis acquirit. De quo dicitur. Et gladium spirit⁹/quod est verbū dei. Pedes autem suos sponsa lauit: quia dum in scto ocio sctā aīa viuit/opera sua studiose ad memoriā reducit: ⁊ quicquid in eis sordidum examinādo deprehendit/lachrymis quotidianis et gemitibus plangit. Pedes itaq; lauit: quia preterita opa quibus per hunc

Luc.xxij.

Tunicā vēdere vt idē gladi⁹ emat quid dicatur.

B

mũdũ dissolute ambulauerat planxit. Pedes lauit: q peccata abluens lachrymis / munda in cõspectu dilecti sui apparere concupiuit. Hos pedes iterum inquinare metuit: quia valde sollicita est / ne si in prelatione ponatur / per terrena ambulãs / iterum suscipiat quod dimisit. Idcirco ab ocio multa recedit: quia dum a marinis fluctibus aliena est / quasi in littore posita securius viuit. Sed dilectus nõ leuiter mortem proximorum tolerat. Ideoq̃ propius accedens per seipsum eam excitare nõ dubitat: vbi dicitur.

¶ Dilectus meus misit manum suam per foramen: et venter meus intremuit ad tactũ illius

¶ Manum dilectus ad sponsam mittit per foramen vt surgat: quando per subtilem intellectũ quanta sit operationis diuine virtus / ei inspirando manifestat: q videlicet et inter pericula saluare possit: q etiam in pace nisi per eum saluus sit nemo / q in tumultu certaminis sperantes in se non derelinquit. Ad cuius tactũ venter sponse intremiscit: quia sancta anima quo amplius diuinam potentiam per interiorem visitationem presentialiter sentit / eo districtius iudicat quicquid in se carnale deprehẽdit. Quo enim maiori charitate in eũ ardet quem mente concupiscit / eo timidius se ei subijcit: et amplius veretur ne sponsus in ea aliquid inueniat / propter quod eam a se dimittere velit. Idcirco sponso obediens ad laborẽ se preparat: vt sicut in quiete familiaris sponso sic et in labore deuote seruiens appareat. Ideo subdit dicens.

Venter spõse q̃re ad tactũ sponsi tremere dr.

¶ Surrexi vt aperirem dilecto meo.

¶ Tacta surgit vt aperiat: quia dũ spiritũ dilectionis amplius solito accipit / mox de edificatione proximi cogitat: et predicando agit / vt apertis cordibus sponsus ad inhabitandos proximos veniens aditum intrandi inueniat. Que etiam cum predicatiõe exempla operũ auditoribus demonstrat dicens.

B

¶ Manus mee stillauerunt myrrham.

¶ Quid per manus nisi operatiões: quid per myrrhã nisi mortificatio carnis accipitur? Manus ergo sponse predicantis myrrham stillãt: quia quicũq̃ alijs pdicãt necesse est (si multis pficere velint) vt in omni opere suo carnalem vitam mortificare contẽdant. Sed vt hoc cũ magna discretione fiat: manifestat cũ subiungit dicens.

¶ Digiti mei pleni sunt myrrha probatissima

¶ Sicut enim ab vna manu plures digiti diuiduntur: sic in vna sancta conuersatione per discretionẽ diuerse virtutes inueniuntur. Alia enĩ est virtus largitatis: alia virtus parcitatis. Aliud opus humilitatis: aliud libere increpatiõis. Aliud vero agimus quando nos sub silẽtio continemus propter edificationem propriã: aliud qñ proximis loquimur propter vtilitatẽ suam. Sed digiti myrrha probatissima pleni esse perhibentur: q in omni quod agitur / semper necesse est vt mortificatio carnalitatis teneatur. Que tunc pbatissima esse iure dicitur: quãdo in omni suggestione que ab hoste ingeritur / sine cessatiõe voluptas carnalis cauetur ne suscipiatur. Quod quando fit: omnis duritia mentis dissoluitur: et vt sponsus intret ad cor aditus preparatur. Hinc est qđ sequitur.

C

¶ Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.

¶ Pessulum ostio facimus / quãdo per voluptates carnis / aditum cordis cõtra sponsum obseramus. Pessulũ vero aperimus / quãdo remotis voluptatibus fluxis / cor nostrum in amorem christi (quod prius durũ fuerat) soluimus: et sponso pulsanti ad ostium introitum liberũ facimus. Quod dum in hac carne viuimus: quia repente fieri nõ potest / restat vt magis ac magis quotidie faciamus. Nemo enim (sicut scriptum est) repente fit summus. Aliquando enim dum in hac corruptione positi dominum nostrum querimus: magis nobis elongari q̃ appropiare videtur. Ideoq̃ sequitur.

Pessulũ claudere et aperire qđ signãt.

¶ At ille declinauerat: atq̃ transierat.

¶ Modo sponsus dilectam tãgit / modo declinat: quia quando nos torpentes conspicit: ad amorem incitat: qñ vero laborantibus nobis posse apprehendi videtur / tũc ne apprehẽdatur transit et declinat. Quod maxima in nobis eius gratia agitur: vt videlicet nec in torpore nostro iacentes: omnino eum amittamus / nec de plena eius (vt nobis videtur) apprehensione superbiamus. Qui mox tamen vt recesserit / redit: et ne diutius anima sancta a dilecto suo alienetur / verbo inspirationis sue desiderãti anime se infundit: et eam liquefacit. Vnde exultat sponsa dicens.

D

¶ Anima mea liquefacta est: vt dilectus locutus est.

¶ Ad verbum sponsi liquefactam se dicit: quia dũ christus se per spiritũ suum aĩe desiderãti infundit / omnem duritiam cordis mox dissoluit: et aliquãdo mentẽ in tantas lachrymas liquefacit: vt vix capere possit hoc quod se capere intra se exultat: et intus miretur quid fuerit: et qđ factam subito seipsam videat. Que liquorem dũ sentit / perfectius apprehendere concupiscit: et aliquando dum hoc ipsum cogitat: hoc quod modo sentiebat / iam nõ sentit. Vnde sollicitatur ad querendũ vt hoc idẽ inueniat: sed aliquando cum etiã diu fatigatur: nõ inuenit quod modo tam presens tenebat. Ideo sequitur.

¶ Quesiui, et non inueni illum: vocaui, et non respondit mihi.

¶ Querit spõsa dilectum: sed nõ inuenit: quia a deo inspirata mẽte assidua suauitate illa intima pfrui cõcupiscit: sed corruptio phibet: quã in hac vita gerit. Vocat ergo et nõ respõdet ei: q et orationibus et operationibus suis dulcedine illius psentie satiari appetit: sed ad votũ suũ hoc quod inuocat nõ occurrit. Restat ergo vt in se reuertẽs se cognoscat: et p scripturas sctãs dilectũ suũ magis ac magis illo gustu adiuta perquirat. Et hoc est qđ sequitur.

Sponsus qrit inter dũ nõ inuenitur.

¶ Inuenerunt me custodes: qui custodiunt ciuitatem.

¶ Dum inquisitione dilecti spõsa sollicitatur: in custodes ciuitatis incidit: quia dũ sancta mẽs desiderio sponsi sui christi se affligit / predicatorum verba i scripturis diuinis suscipit: et eis q̃diu a christo exulat / eiusdẽ quẽ querebat amore intendit. In quibus quid exercitationis inueniat / subiungit.

E

¶ Percusserunt me, et vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum custodes murorum.

¶ Custodes percutiunt sponsam et vulnerant: quia predicatores sancti dũ celestia loquũtur / amantẽ animam efficiunt / et maiori amore sagittãt. Pallium tollunt: q si quid pompe secularis residuũ erat in corde: exhortationibus suis ab animo auferunt. Palliũ tollunt / quia aliquando ante verba predicatorum nos non cognoscebamus / ipsiq̃ omne quod interius latebat dum loquuntur detegunt. Quod dum fit / amplius diligendi sunt: et vt pro nobis dilecto loquant: deuotius exorãdi. Quod agit sponsa dum subiungit.

Pallium auferre dicitur pdicatores.

¶ Adiuro vos filie hierusalem: si inueneritis dilectũ meũ / vt nũcietis ei quia amore langueo

¶ Dum enim sanctis viris cogitatiões nostras reseramus / dũ eis siue viuentibus nobiscũ: siue iam vitã eternam ingressis desideriũ nostrum expandimus / et p deũ oramus / vt dño christo pro nobis orando offerant desiderium quo afficimur: quid aliud agimus q̃ filias hierusalem adiuramus: vt dilecto cui nobis proximiores sunt nuncient quia amore languemus? Sed et ipsi sancti si adhuc nobiscum sunt / et oratores suos orant: et qui vt nunciẽt orant: pre humilitate tanq̃ ignari interrogãt dicẽtes.

F

¶ Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum?

¶ Sed quia quo ardẽtius diligunt / eo dulcius verba de eo repetunt: idem ipsum iterum dicunt.

¶ Qualis est dilectus tuus ex dilecto: quia sic adiurasti nos?

¶ Dilectus ex dilecto sponsus dicitur: vt videlicet per repetitionem dilectiõis maximus amor loquẽtis ostẽdatur. Vel dilectus ex dilecto bene christus vocatur: q si filiũ diligimus et patrem ex quo est / consequenter amamus. Respondet sponsa subsequendo dicens.

¶ Dilectus meus candidus est et rubicundus electus ex milibus.

¶ Candidus et rubicũdus christus esse perhibetur / quia nullum omnino peccatum faciẽs / iustitie pulchritudinem ex integro tenuit / et tamen tanq̃ peccator esset / ad mortis passionẽ accessit. Cui per prophetã dicitur. Quare ergo

Xps dicit candidus et rubicũdus. Esa. lxiij.

G

rubrum est indumētum tuum. Electus vero ē ex millib⁹ quia ex totius generis humani massa, nullus sine pecca to reperitur: ipse vero non solū sine peccato fuit, sed etiā petōres sua iustitia ⁊ sanguine redemit. Sequitur.

¶ **Caput eius aurum optimum.**

¶ Caput christi deus. Quod caput bene aurum dicit, quia ad comparationem creatoris omnis creatura res vilissima esse perpenditur.

¶ **Come eius elate palmaꝝ: nigre sicut coru⁹.**

¶ Quid per comas xp̄i nisi fideles quosq; intelligim⁹? Qui dum fidem trinitatis in mente custodiūt: ⁊ deo adherētes quod credunt faciūt, quasi in capite pēdentes honorem portanti conferunt. Palma autem in altum valde crescēdo proficit: et victoriā significatiōe sua pretendit. Come ergo sicut elate palmarū sunt: quia electi quiq; dum semper ad alta virtutū se efferūt: per dei gratiam quandoq; ad victoriā se perducunt. Nigre autem sicut coruus existunt: quia q̄uis virtutibus in celum se erigāt: semper tū peccatores se esse cognoscūt. Seq̄tur.

¶ **Oculi eius sicut colūbe super riuulos aquarum: que lacte sunt lote: et resident iuxta fluenta plenissima.**

¶ Oculi sponsi sicut columbe sunt: quia predicatores christi qui viam nobis ostendunt, in simplicitate viuūt. Super riuulos autem aquarū esse perhibentur: qr semper in refectione diuinarum scripturarū conuersantur. Lacte vero sunt lote: quia grā creatricis sapientie tāq; H lacte matris a peccatis per baptismum sunt mundate. Quid autē per fluenta plenissima iuxta que resident intelligimus: nisi sacre scripture profunda ⁊ arcana dicta que descripsimus: quibus nos reficimus: dum ea legendo vel audiēdo haurimus? Ad hoc etiam colūbe iuxta fluenta residere solent: vt volantium auium vmbram in aqua videant: super quam se proijcientes vngues rapacium sic effugiant. Sic sancti viri in scriptura sctā fraudes demonum prospiciunt: et ex descriptione quā vidēt q̄si ex vmbra hostem cognoscunt. Huiq; se consilijs scripture ex toto addicunt: vt videlicet nihil agant nisi qd̄ ex responso scripturarum audiunt: quasi in aquā se proijcientes, hosti illudunt. Que ēfluēta plenissima dicunt: quia de quibuscūq; scrupulis in scripturis cōsiliū queritur: sine minoratione de oīb⁹ ad plenū inuenitur.

Columbe quare resi dēt iuxta aquas.

¶ **Gene eius sicut areole aromatum: consite a pigmentarijs.**

¶ Si per oculos predicatores intelliguntur: bene p genas ipsi in ecclesia figurātur: qui martyrio vitam finisse perhibentur. Dum enim pro fide christi sanguinem suū fundere non dubitant: quasi gene in facie christi rubēt. Per eos quippe pulchritudo fidei christiane publicat: quia ad quātū fidei premiū tendant: ostēdunt dum pro ea moriūtur. Que gene bene sicut areole aromatum esse I dicūtur: quia dū in cōstantia fidei, martyrio electi exercentur: per cultum virtutum sancte opinionis fama q̄si aromata dilatant. Sed areole a pigmētarijs conserunt: quia martyres sancti: ⁊ a precedētibus predicatoribus ad confessionem roborantur: ⁊ a subsequentib⁹ ad imitationis exemplum populis adducūtur. Ab illis qui precesserunt, pigmēta virtutum coluntur: ab his vero qui sequunt, pigmēta exemplorū sumūtur. vnde ⁊ sequitur.

¶ **Labia illius lilia stillātia myrrham primā.**

¶ Quid enim per labia sponsi nisi ipsos quos diximus predicatores christi intelligim⁹? Qui dum mortes martyrum populis predicant: quasi myrrham mortificādis carnibus ad condimētum distillant. Que myrrha bene prima esse dicitur: quia nullus sic mortificatur: quomodo ille q̄ pro christo martyrio finit. Primā enī dixit nō pro tempore: sed pro dignitate. Quid est q̄ labia sponsi lilia esse dicūtur: nisi q̄ illi per quos christus loquit, necesse est vt mūdi sint: ⁊ per eos bonus odor aspergatur? De quibus erat apostolus paulus: qui dicebat. Bonus odor sum⁹ deo in oīni loco: ⁊ in his q̄ pereūt: ⁊ in his q̄ salui fiunt. Sed notandum est q̄ oīne quicquid in ecclesia iustitie ⁊ fortitudinis habetur: ab ipso christo per exempla operum illius trahitur. Ideo sequitur.

Predicatores p labia sponsi designati debēt esse mundi.

¶ **Manus illius tornatiles, auree, plene hyacinthis.**

¶ Quid enim per manus christi designatur: nisi opera K que in mūdo gessit: ⁊ que nobis imitanda proponūtur? Ipse enī ait. Qui me diligit, me sequat. Et apostol⁹. Qui dicit se in christo manere: sicut ille ambulauit, ⁊ ipse ambulare debet. Manus vero tornatiles esse perhibent: qr sancta opera eius sine impositione iniquitatis ex omni parte in iustitia gradiebant. Quod enī tornatur, in rotunditate sui sine obstaculo voluitur. Sic christi opera in rectitudinis rotunditate voluebātur: quia nulla culpa ei adherebat qua minus iustitia eius in rotundū duceret. Auree etiā man⁹ esse dicunt: qr quicq̄d exteri⁹ inter hoies operabat: interi⁹ in diuinitatis pulchritudine disponebat. Quid vero p hyacinthū, q̄ valde preciosus lapis est, nisi mun⁹ retributionis eterne designat? Man⁹ ergo spōsi plene hyacinthis esse dicunt: qr quicūq; illi⁹ opa pio corde imitant: felicitatis eterne munerib⁹ i retributione ditātur. vn̄ ⁊ idē redēptor. Qui mihi ministrat me sequat: ⁊ vbi ego sū ibi et minister me⁹ erit. Sequit.

j. Joā. ij.

Joan. xij.

¶ **Venter eius eburneus: distinct⁹ sapphiris.**

¶ Quid per ventrē nisi mortalitas? Et quid per ebur: nisi incorruptio designat? Ebur quippe valde durabile os habet: ⁊ in ornamēta regum assumitur. Venter ergo christi recte eburne⁹ esse dicitur: qr mortalitas christi ad immortalitatem perducitur: dū per resurrectionē ad gloriam patris sui regis videlicet eterni: in vita eterna collocat. De quo dicitur. Christus resurgēs ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra nō dominabitur. Qui vere in ornamēto regum assumitur: quia qui sq̄uis carnis sue rex ⁊ domin⁹ esse pbatur: ipsius christi mortalitate ⁊ resurrectione, amore cognitiōis ⁊ spe immortalitatis ornatur. Unde alibi dicitur. Qui gloriat, i domino glorietur. Sed venter distinct⁹ sapphiris esse perhibetur: quia in nostra corruptione quā portauit: celestia opera per miracula que faciebat, passionib⁹ nostris inseruit. Sapphir⁹ enim qui aereū colorē portat, bene celestia facta que in miraculis ostēdebant designat. Venter vero christi sapphiris distinguitur: quia dū inter passiones carnis diuina miracula operabatur: quasi incorruptione corruptio variabat. Qua dispēsatione apostoli in fide eruditi sūt: et ad passiones tolerandas robusti extiterunt. Ideo sequitur.

Venter mortalitatem xp̄i et ebur eius incorruptionē designat.

j. Cor. j.

L

¶ **Crura illius columne marmoree: que fundate sunt super bases aureas.**

¶ Per crura apostolos intelligimus, per quos vniuersum mundū circuiuit: ⁊ fidem eis predicantibus populis audientibus sparsit. Quib⁹ ipse in euāgelio ait. Ite in orbem vniuersum: ⁊ predicate euangelium omni creature. Sed crura colūne marmoree esse perhibētur: quia ecclesiam inflexibiliter sustinent: dum cōtra omnes aduersarios eorum predicationibus ⁊ exēplis roboratur. Super bases autem aureas colūne fundate sunt: quia a prophetarum dictis, vt fortes persisterent, fidem integram acceperunt. Unde ipse primus apostolorum ait. Habemus firmiorem ppheticum sermonem: cui bene facitis attendentes tanq̄ lucerne ardēti in caliginoso loco. Ideo enim auree dicuntur: quia luce sapientie resplendescere sciunt. Sequitur.

Apli per crura spōsi designātur.

Mar. vj.

ij. Pet. j.

¶ **Species eius vt libani: electus vt cedri.**

¶ Liban⁹ quippe mōs est i quo sublimes valde ⁊ odoriferę arbores habentur. Interpretatur autem libanus dealbatio siue candidatio. Et de christo dicit apostol⁹ Paulus. Iste factus est nobis a deo sapientia ⁊ sanctificatio ⁊ iustitia. Bene ergo species ei⁹ vt libani existit: quia per eum credentes dealbamur: cui si adherem⁹ radicitus, sublimes efficimur. A cui⁹ gratia etiam bone opinionis odorē si quē habem⁹ accipim⁹. Elect⁹ etiā vt cedri esse dicitur: quia de eo pater loquitur. Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus: complacuit sibi in illo aīa mea. Cedr⁹ autē excelsa est arbor: ⁊ odora ⁊ imputribilis. Christus autē excelsior cedris existit: quia q̄uis homo sit, tamen deus esse nō desistit. De quo per Esaiā dr̄. Et sublimis erit valde. Odorus etiā sup oēs est xp̄s qr ipse de seipso ait. Ego flos campi ⁊ lilium conuallium. Et per spōsam ei dicitur. Curremus in odore vnguētorum tuorum. De quo hic bene sequitur.

M

j. Cor. j.

Cedr⁹ excelsior est christus.

Esa. lij.

Cant. ij.

Cant. j.

¶ **Guttur illius suauissimum: ⁊ totus desiderabilis.**

A ¶ Per guttur quippe voces transferuntur: et sapores in ventrē hauriunt. Quid ergo per guttur sponsi nisi testamentum christi intelligitur: per quod christus nobis loquitur: et in quo ꝙ suauis sit oīs: a fidelibus gustatur? Totus ergo desiderabilis existit: quia per hoc ꝙ de eo bona oīa aīa sācta audit / magis ac magis semper eum videre concupiscit. Cuius tot bonis enarratis cōsequēter concludit spōsa dicens.

¶ Talis est dilectus meus: et ipse est amicus meus filie hierusalem.

¶ Sed enumeratis tot laudibus: ostensis tot muneribus / quis audiens nō concupiscit: quis intendens non inardescit? Fidelis quippe anima queqꝫ quo dulciora et ampliora de redemptore suo audit: eo ardētius inhiat et manifestiora de eo cognoscere appetit: dicens.

¶ Quo abijt dilect⁹ tuus o pulcherrima mulierum? Quo declinauit dilectus tu⁹? et queremus eum tecum.

¶ Cum enim proximus proximo de christo loquit / cū alter ab altero qualiter inueniatur sciscitatur: qd aliud ꝙ quomodo queri debeat perscrutat? Quāuis hoc de synagoga intelligi valeat: vt aliquando conuersa ecclesiā interroget: cui protinus ecclesia rñdet. Cap. vj.

Dilectus meus descēdit in hortum suū ad areolam aromatum: vt pascatur in hortis: et lilia colligat.

¶ Dilectus in hortum suū ad areolam aromatū descēdit: quia ecclesiam visitans / ad eos maiori gratia venit: quos sanctis operibus ꝛ virtutum exemplis bone fame odorem ex se primis emittere cognoscit. In hortis pascitur / cum multarum animarū virtutibus delectatur. Lilia colligit / quādo perfectos quosqꝫ ab hac vita succidit. Sed quia sancta ecclesia in filijs suis fide christo ita cōiungitur: spe suspenditur: charitate conglutinat: vt nihil extra christum diligat: et cum sibi familiariter fide ꝛ amore inseparabilem teneat: ideo subiungit.

B
Lilia colligit xp̄s: cū bonos ad se trahit.

¶ Ego dilecto meo: et dilectus meus mihi: ꝗ pascitur inter lilia.

¶ Notandum quippe ꝙ synagoga per predicationem ecclesie / ad fidem quandoqꝫ conuertetur: vt se abnegās christum solum sequatur: et eodē desiderio diligat christum: quo eum ecclesia diligit: quem ceteris postpositis solum amat. Quam iam amicā factam: iam spōsam sibi coniunctam sponsus alloquitur cōgratulans ꝛ dicens.

¶ Pulchra es amica mea: suauis et decora sicut hierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata.

¶ Pulchra ꝛ amica / suauis et decora sicut hierusalem synagoge esse perhibetur: quia sancta. iiij. euangelia aliquando conuersa sicut ecclesia sectabitur. Hierusalem quippe visio pacis interpretat. Per quā bene sancta ecclesia figuratur: quia dū in mūdo semper pressuram patitur viam fastidiens: que sit pax patrie celestis currendo contemplatur: confidens in eo qui discipulis suis dicebat. In mundo quidem pressuram habebitis: sed confidite: ego vici mundum. Digne autem synagoga cōuersa / sicut hierusalē pulchra ꝛ amica ꝛ suauis ꝛ decora dr: qꝛ dū sctām ecclīam imitat / ꝗ̄tuor euāgelior precepta opat: a qb⁹ pulchritudinē morū accipit vt placeat: exercitiū sctē opatiōis colligit vt i amicitia hereat: suauitatē māsuetudinis discit vt pmaneat: decorē puersatiōis ostendit vt per exēplū trahat. De qua consequēter dicit.

C
Joā. xvj.

¶ Terribilis vt castrorum acies ordinata.

¶ Notū expertis est ꝙ milites cū in pcinctu cōtra hostes vadunt / stricti ꝛ concorditer gradiunt: ab hostibus contra venientibus timētur: quia dum in eis aditū perscissuram non aspiciunt: qualiter eos penetrent / hesitantes nō inueniūt. Illisqꝫ hoc impenetrabile munimē efficit: ꝙ concorditer ordinati scipsis semetipsos tuent. Dū enī de seipsis sibi vallum efficiunt: intrandi ad se aditū hostib⁹ non derelinquunt: et vt occidant appetiti / ipsi facilius occidunt. Sic in multitudine fidelium cōtingit: que dum contra malignos spiritus pugnare nō desinit: necesse est vt pace charitatis constringatur: quo salua sit. Si enim pacē tenet: terribilis hostib⁹ apparet. Si p discordiā scidit: vndiqꝫ ab hostib⁹ leuiter penetrat. Pace se itaqꝫ muniat: vnitate se vinciat: charitate se vniat: vt dum in seipsa per scissuram dānū non patitur: ducem suum semper exultans sine confusione sequatur. In pace quippe oculus mentis mūdatur: vt in ipsam beatitudinis visionem intēdatur. Quā nemo sicut est / in hac vita conspicit: quia impossibile est patriam tenere dum in exilio vnusquisqꝫ nostrū gemit. Ideo sancte anime inardescenti / inhianti / propinquāti sponsus rñdet: dicens.

D
Fideles pacē tenētes hostibus apparent terribiles.

¶ Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me auolare fecerunt.

¶ Oculos ad sponsum tendimus: dum intuitū mentis ad videndam christi beatitudinem aliquantulum apperimus. Sed oculos auertere precipimur / ne videlicet aspicere eam sicuti est (quātūcūqꝫ videam⁹) arbitremur. Ipsi enim oculi eum auolare fecerunt: qꝛ quo ampli⁹ videtur / eo magis inuisibilis esse cognoscitur. Et a nobis auolat: quia quantuliscūqꝫ ictu mentis apprehēsus / incōprehensibiliter super omnem conatum nostrū se exaltatum esse manifestat. Oculi quippe mentis quasi hoc efficiunt vt auolet: quia per hoc rātillum quo videtur / valde longinquus ꝛ auolans a nobis (sicut dictum est) apparet. Sequitur.

Oclos ad spōsum tēdere quando dicimur.

¶ Capilli tui sicut grex caprarum que apparuerūt de monte galaad. Dentes tui sicut greges ouium que ascenderunt de lauachro. Oēs gemellis fetibus: et sterilis nō est in eis. Sicut cortex mali punici, sic gene tue: absqꝫ eo quod intrinsecus latet.

¶ Hec omnia dicta de ecclesia superius vt potuim⁹ exposuimus. Ideo nunc de synagoga eadem replicare deuitam⁹. Unum est tamen quod non similiter repetitur: quia ibi sicut fragmēta mali punici: hic autem sicut cortex mali punici dicitur. Quo nihil aliud designari puto nisi sanguinē martyrū ꝗ sub antichristo morientur: ꝛ vilitatem fidei: sub qua multi iudeorum stringētur. Intus constantia dum sanguinis effusionē patientur: fidei tribulatiōe quasi corticis rubore decorabunt. Sequit.

¶ Sexaginta sunt regine: et octoginta cōcubine: et adolescentularum non est numerus.

¶ Quid per reginas: nisi sanctorum anime designant: que dum corpora sua prudenter regunt: ꝛ alijs presunt / regnum sibi eternum acquirunt? Sunt enim nōnulli in sancta ecclesia qui carnem suam macerāt: ꝛ propter deū affligunt / vitia vincūt / demōes velut tyrānos sibi subijciunt: omnes motus suos vt ordinate currāt / sapienter regunt: alijs predicant hoc quod ipsi faciunt: multos a faucibus demonū gladio verbi pugnantes abstrahunt. Quid hmōi anime nisi regine existunt: que dum regem christum sponsum suū valde diligunt: amore cōmixtiōne et libidis execratiōe regios filios. i. fideles populos gignunt? Quibus omnib⁹ beatus petrus dicebat. Uos aūt estis genus electū / regale sacerdotium / gēs sancta / populus acquisitionis. Sed regine. lx. esse perhibētur. Denarius quippe numerus per senarium multiplicat⁹ in. lx. completur. Et quid per denarium nisi decem precepta legis: et quid per senarium nisi labor huius vite figuratur? Sex enim diebus quod necessarium est operamur: ꝛ in septimo quiescere per legē iubemur. Bene ergo. lx. regine dicuntur: quia dum decem precepta in hoc seculo operātur / seculum autem hoc sex diebus operatoijs euoluit / in eis ꝗ̄si p senariū numeꝝ denari⁹ nūer⁹ replicat. Predicāt ei pfecti ꝗꝗ. x. pcepta legis / i quoꝝ operatione se exercent in temporalitate hui⁹ corruptiōnis. Sex igitur decies vel. x. sexies multiplicantes vniuersale hoc tempus in explenda. x. precepta legis spiritualiter esse transigendum operibus suis manifestant: et verbo predicant. Quorum laudem in hoc mundo alij ꝗ̄si reprobi aspiciūt. Et vt similiter laudēt vel vt aliqđ cōmodum in hac vita quōcūqꝫ adipiscantur: ꝛ ipsi p semetipsos pdicatores fiunt. De quibus bene subditur.

Anime sctōrū sunt regine.

I. Pet. ij.

F

¶ Et octoginta concubine.

¶ Concubine quippe non vere sed ficte viros diligūt: ꝛ ab eis nō posteritatem filiorū: sed presentiā cōmodoꝝ

G expetunt/nec continentiam exercent: sed libidinē exple re concupiscunt. Sic falsi predicatores in ecclesia xp̄i: sūt: quia dum nō christum/ sed lucrū vel laudē diligūt: non spiritualiter et caste: sed carnaliter et libidinose christo se iungunt. Bene ergo concubine vocātur: quia christum quem predicant/non spiritu: sed carne sectant. De quibus apostolus Paulus dicebat. Multi enim ambu lant quos sepe dicebam vobis/ nunc autem et flens dico inimicos crucis christi: quoꝝ finis interitus/ quoꝝ deꝰ venter est. De quibus ipse idem ait. Hmōi non seruiunt dn̄o Jesu: sed suo ventri. Que tamē cōcubine bene. lxxx esse dicuntur: quia etsi toto corde terrena diligunt: cele stia tamen loquūtur. Octonarium quippe numeꝝ p de narium ducimus: et ad octoginta venimus. Per decem autem decalogus sicut dictū est significatur. Per octo vero resurrectio: qꝛ octauo die redemptor noster resur rexisse probatur. Predicatores vero etsi falsi sunt p de siderium: scripturam tamen diuinam et resurrectionem quā credimus/manifestant per verbū. Si enī aliud pre dicarēt predicatores/inter christianos nō essent: de qbꝰ in euāgelio veritas ait. Sup cathedrā moysi sederūt scri be et pharisei. Que dicūt facite: que autem faciūt/facere nolite. Sed qꝛ et falsoꝝ et veroꝝ predicatorum exhor tatiōe plurimi ad fidem veniūt: et cum electis multi in trant/ q ad sortē electoꝝ non pertingunt: ideo subdit.

Predicatores falsi ꝯcubinis cōparant. — Phil. iij. — Ro. xvj. — mat. xxiij.

Et adolescentularum non est numerus.

Cum enim scriptum sit: adolescentia et iuuentꝰ vana sunt. quid per adolescentulas has nisi vagas aīas intel ligimus: que dum vana huius mundi sectātur que dili gunt: numerum electorū excedunt. De quibꝰ per psalmi stam dicitur. Annūciaui et locutꝰ sum: multiplicati sunt super numerum. Quia enim electorū numerus apud deū sit constitutus: manifestat apostolꝰ Paulus qui ait. No uit dn̄s qui sunt eiꝰ. Et p semetipsum dominꝰ ait. Ego scio quos elegerim. Quos quis nō imperfecte scit sed p fecte nouit/ procul dubio et numeꝝ i quo eligunt cogno scit. De quibus per Paulum dicitur. Quos enim presci uit/ et predestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Be ne ergo adolescentularum non est numerus: quia dū per vanitatem quā diligūt/ in numerum electorum nō cur runt: extra remanentes quasi in cognitionē diuinam nō veniunt. Quibus ipsa veritas in futuro iudicio dictura est. Nescio vos: discedite a me om̄es qui operamini ini quitatē. Sed dum reprobi mundana querunt/ et p multi plices cupiditates animū diuidūt/ sancta quelibet ani ma in numerū electorum se stringit: multa que videt fa stidiens/ vnum quod non videt/ ardenter appetit: quod qdiu non tenet/ in fide se nutrit: in charitate se vnit. Et dum id quod vnum et idipsum est sequitur: de hmōi mul tis vna ecclesia cōficitur: de qua per sponsum dicitur.

H — ps. xxxix. — ij. Timo. ij. — Joā. xiij. — Ro. viij. — Mat. xxv. et ps. vj.

Una est columba mea: perfecta mea: vna est matri sue: electa genitrici sue.

Mater nr̄a est regeneratrix gratia: apd quā vna colū ba eligit: qꝛ illos solos colligit/ qui i simplicitate pma net: et ab vnitate nō scidunt. Multi qppe fideles dū i id ipsum intendūt: dū vno desiderio xp̄i se inuicē nutriūt: dum habētes cor vnū et animā vnā in charitate se vniūt: ex multis membris vnū corpus efficiūt. Qꝛq3 in vnita tis simplicitate viuētes/ vna colūba existūt. Que sola p fecta et electa genitrici sue dicit: qꝛ extra hāc quam dici mus ecclesiā/ nemo ad pfectionē/ nemo ad vitā nisi per hāc solam gratia fouēte nutritur. de qua bene subditur.

I Fideles multi dū viuētes et i simplicitate vna colūba dici possunt

Uiderunt eam filie syon: et beatissimam pre dicauerunt: regine et cōcubine laudauerūt eā.

Syon filie/ sunt ecclesie: que dum vitam eternā i hac carne cōtēplant/ a peregrināte ecclesia ad regnantē ec clesiam erigūtur. Uident filie syon columbam/ et beatis simam predicant: quia sancte anime dum virtutes eccle sie spectāt/ i laudē pzupūt: et ad eius btitudinē inhiant. Sctā qppe ecclesia gr̄a genitrice nutrit: de fide erudit carne sui sponsi pascitur: sanguine lauatur: scriptura di uina saginatur. Hmōi robusta nutrimētis: demones ex pugnat/ vitia suffocat/ carnem domat/ spiritū roborat/ vitā expectat. Hec oīa dū qs aspicit/ recte in admiratio nē ptinꝰ assurgit: et beatissimā pnūciat: qꝛ videt ad quā tā gloriā p tot virtutes exurgat. Cū reginis cā et pcubi ne laudāt: qꝛ etsi opibꝰ falsi pdicatores ꝯdicūt: sermoni bus tn̄ eadem q et veri populis ostendūt. De qbus ipsa veritas dicit. Populus hic labijs me honorat: cor autē eoꝝ longe est a me. quod aperte manifestat dum iterum dicit. Dicūt/ et nō faciunt. De qbus et p apl̄m dr̄. Dictis confitentur se nosse deum: factis autem negant. Sancti enim viri dictis et factis deum confitentur: qꝛ quod cre dūt faciūt: et ad bona q faciūt/ etiā alios sermonibꝰ et exē plis trahūt. Quoꝝ virtutibꝰ aduersarij ad fidē excitan tur/ dū in eis et puritatē et fidei et ꝯstātiā operis admirā tur. Unde et synagoga ad fidē erigitur/ cum in ecclesia que sint merita fidei admirans contemplatur: dicens

Predicatores falsi eadē que et veri predicant. — K — Sy nagoga ad fidē excitat per ecclesie pietatem.

Que est ista que progreditur quasi aurora?

Ecclesia sancta quasi aurora consurgens in iudicio vltimo progreditur: quia relictis tenebris corruptiōis incorruptionis claritate innouatur. Que bene vt sol ele cta dicit: quia ad eādem gloriam perducitur/ ad quam caput eius christus: qui sol iustitie esse perhibet. Unde est quod idem sol ait. Uolo pater vt vbi ego sum/ illic et minister meus sit. Quod tamē et de membris eiusdē ec clesie adhuc in hac carne viuentibus intelligi pōt. Sūt enim nōnulli qui magna intentione que sint tormēta re proborū aspiciūt: et q sunt facta sua sine palpatione exa minare ptendunt. Dūq3 se peccasse cognoscūt: et per hoc ire ad reproborū tormēta pertimescūt: subito tenebras iniqtatis derelinquūt: et luci iustitie accēdi cōcupiscūt. Mox ad sanctā opationē cōsurgūt/ et p bona q faciunt clarere quibusq3 primis incipiūt. Hi pcul dubio velut aurora cōsurgentes pgrediunt: qꝛ subito noctē pctī cum custēs/ ad lucē magis ac magis dilatant. Sic aīa q priꝰ erat in tenebris/ nūc splēdens apparet: et que etiā in se metipsa obscurabatur/ nunc alijs lumine sancte opera tionis resplendet. de qua bene subditur.

Joā. xij.

Pulchra vt luna: electa vt sol.

Luna quippe dum noctem illuminat/ caligantibus oculis iter per quod homo gradiatur demonstrat. Sic nimirū queq3 anima que tenebras dimittit/ et in sanctā operationem se extendit: dum exemplum bene operan di tribuit proximis: quasi lucem tenebrescentibꝰ oculis spargit. Dum enim peccantes quiq3 bonum opus aspi ciunt/ et ad idē faciendum se cōuertunt/ quasi errantes in nocte/ per lumen lune ad viam redeūt. Hec itaq3 ani ma dum peccantibus bona exempla prebet: quasi luna in nocte lucet. Dum vero magis ac magis crescit/ et de die in diē per cōsuetudinē opis lumē iustitie tā perfecte accipit/ vt etiā bonis exēpla imitatiōis pbeat: q prius solis pctōribꝰ imitāda apparebat/ pfecto iā luna sol ef ficitur: qꝛ que in nocte errātibus nunc lucebat: modo in die ambulātibus lumen veritatis manifestat. Hinc est quod sequitur. Electa vt sol. de qua bene sequitur.

L Aia queq3 lune cōpa rari pōt.

Terribilis vt castrorum acies ordinata.

Hoc quia iam dictum est/ iterum nō necesse est expo ni/ ne sic videatur fastidiū generari. Sequitur ergo spō sus et causam dicit vnde tanta virtꝰ in ecclesia excresce re possit. Uisitatiōe qppe xp̄i renouatur: et qd in ea tene brosum ē respectiōe eiꝰ illuminat. Et hic ē qd subdēs ait

Descēdi in hortum nucum: vt viderē poma conuallium.

M

Quid per nuces: nisi perfectos quosq3 intelligimꝰ: q dum diuinam sapiētiam intra corpora sua retinent/ qsi nucleum in fragili testa portāt? Sunt enim quā plures in ecclesia qui assidue diuine scripture intendunt: qꝛ sua uis sit dn̄s gustātes/ amplꝰ gustare ꝯcupiscūt: sctā gau dia in corde rumināt: et tanto magis ac magis con ualescūt: et tn̄ foris nesciētibꝰ eos/ viles apparēt: qꝛ igno rat q dulcē in suis interioribꝰ cibū portēt. Quid isti nisi nuces existūt: qui nuclei dulcedinē intus ferunt: exte riꝰ vero carnis vilitatē pretendūt? De qbꝰ fuit apl̄s: qui dicebat. Habemus thesaurū istū in vasis fictilibꝰ. Hor tus igitur nucum: corda sunt sanctoꝝ: qui dū deū valde diligunt: celestem dulcedinem in intimis gerunt. vnde in psalmo scriptum est. Q3 magna multitudo dulcedis tue dn̄e: quam abscondisti timētibus te. Sed quid est q in hortum nucum sponsus descendit vt poma videat: cū potius nuces videre debeat? Uerūtamen sciendum est q maxime corda perfectorum visitat: eisq3 benignitatis sue suauitatē manifestat/ vt per eos ad infirmiores poss

Nuces perfectos designant. — ij. Coꝛ. iiij. — ps. xxx.

A modū veniat: quāti in augmētū iusticie pfecerint/p illos cognoscat. vn̄ scriptū est: Dn̄s de celo pspexit sup filios hoim/vt videat si est intelligēs/aut reqrēs deū. Dn̄ enī diuina bonitas corda pctorū illustrat/cosq̄ ad curā primor̄ p charitatis sollicitudinē instigat: qd hoc est aliud nisi q̄ ad ortū veniēs/poma cōuallis p illos qbus presidet pspectat? Tūc enī dn̄s videre vl̄ cognoscere dr/cū sctōs suos quos illustrat/ad vidēdū exhortat. Sed qd est q̄ nō poma mōtis: sed poma cōuallis vt videat descēdit/nisi q̄ illis respectū sue miserationis tribuit: quos in humilitate psistere cognoscit? De quo p psalmistā dr: Qm̄ excelsus dn̄s/z humilia respicit/et alta a lōge cognoscit. Et ipse dn̄s p semetipm̄ ex voce pphete dicit: Sup quē requiescet spūs meus: nisi super humilē z quietū et trementē sermones meos? Sequit autē sponsus z dicit:

Et inspicerem si floruissent vinee/et germinassent mala punica.

Vinee florent/qn̄ in ecclesia filij recenter in fidē generant/z ad sanctā couersationē quasi ad fruct⁹ soliditatē pparant. Mala punica germinant/qn̄ pfecti quiq̄ p exēpla sua primos edificāt/z in nouitatē sctē ouersationis per pdicationē z bonor̄ operū ostēsionē inuitāt. Illud qppe malū punicū/videlz aplūs Paulus/germinauerat/ qui dicebat: Filioli mei/quos iterū parturio/donec formet xp̄s i vobis. Sic etenī in sctā ecclia agit: vt p bonos mali ouertant: p pfectos impfecti nutriant: donec z ipsi ad pfectionē veniat: z infirmos q̄sq̄/sicut ipi pducti sūt/ ad meliora pducāt. Hos xp̄s eccle sponsus visitādo perspicit: respiciēdo corpus sctm̄ cōiungit: qr ideo corp⁹ infirmitatis assumpsisse cognoscit: vt in corpus sue claritatis tota simul ecclia trāsformet. vn̄ btūs Paul⁹ ait: Qui reformabit corpus humilitatis nr̄e/cōfiguratū corpori claritatis sue. Hec oia in fine mūdi synagoga tandē excitata pcipiet: et se tamdiu ignorasse reprehendet/dicens:

> *Marginal note:* Mala punica qn̄ dicunt i xp̄i ecclia germinare.

B

Nesciui. Anima mea conturbauit me/propter quadrigas Aminadab.

Ac si diceret: Tot virtutes in sctā ecclia fieri videns quare in tāto tp̄e nō pcepi: quare incredula pstiti: cur tādiu p infidelitatē meā in tenebris ignorātie remāsi? Sz ppter quadrigas Aminadab oturbat: q̄ q̄nq̄ p xp̄i predicationē ad fidē suscipiēdā excitat. Aminadab enī spōtane⁹ ppli mei interpretat. Et bn̄ pcuidubio xp̄s Jesus a patre spōtane⁹ ppli mei dr: qr cū spōtanea charitate ad pplm̄ saluandū descēdit: et vt nos a morte releuaret/pia volūtate et benigna gratia mortē in cruce suscepit. vn̄ et ipse ad patrē ait: Voluntarie sacrificabo tibi. Et vn⁹ ex redemptis ad xp̄m loquens aiebat: Exaudi me dn̄e/qm̄ benigna est mīa tua. Propter quadrigas ergo Aminadab synagoga cōturbat: qr qn̄ tandē quattuor xp̄i euāgelia in mūdo currētia/in cordib⁹ hoim̄ feruētia per fidem contēplat/mox de infidelitatis sue tenebris cōfundit/et oborta cōfusione salubri/ad penitentiā cōmouetur. Cui ecclesia benigne loquitur dicens:

C

Reuertere reuertere Sunamitis/reuertere reuertere/vt intueamur te.

Sunamitis quippe captiua interpretat. Sunamitis ergo vt reuertat vocat: qr synagoge in fine mundi fides ab ecclia offeret/ vt dignitatē pristinā recipiat/que sub infidelitatis iugo a demonib⁹ captiuatur. Et bene quater reuerti admonet: qr in quattuor mūdi partes Judei dispersi sunt: qui vbicūq̄ fuerint (vt dictū est) in fine conuertent: sicut predictū est per pphetā: Si fuerit numer⁹ filior̄ Israel velut arena maris/reliquie salue fient. Reuertat ergo sunamitis/ vt eā intueamur. i. synagoga ad fidē couertat/vt in penitētia sua oib⁹ ostēdat q̄tū malū fecerit. qn̄ deū suū in cruce cōfigebat. Sed prius cū ecclesia fidē synagoge intueri appetit: spōsus cōgratulādo quasi interrogans respōdet/et dicit: Capitulum. vij.

> *Marginal note:* Synagoga tādem xp̄i fidem suscipiet.

QUid videbis in Sunamite: nisi choros castrorum?

Castra quippe/militantiū sunt. Castra ergo in sunamite videbuntur: qr pro fide quā modo impugnat/ tunc robuste cōtra infideles † preliabitur. Sed quia hoc per sanctā ecclesiā fiet/vt synagoga couertatur: qr sermonibus et exemplis predicator̄ ad fidē couertetur: ideo recte ad laudem sponse sponsus se conuertit/dicens.

> *Marginal note:* † alias per fidos.

Quā pulchri sunt gressus tui in calciamētis filia principis? D

Filia principis sancta ecclia dr: qr pdicatione xp̄i in vitā nouā regenerat: q p diuinitatis potētiā/omi creature quā cōdidit principat. Quid aūt sunt calciamenta ecclesie/nisi exēpla precedētiū patrū/qb⁹ in via mūdi hui⁹ munit: vt p oēs tribulationes que exurgūt/pfidēter calciata gradiat? Qm̄ alibi pdicatorib⁹ Paulus dicit: Calciati pedes: i pparatiōe euāgelij pacis. Calciamēta qppe de mortuis aialib⁹ fiūt. Et nos pedes spūaliter calciamus/qn̄ a patrib⁹ sanctis carne mortuis exēpla sumim⁹: vt ad cor̄ similitudinē mundi hui⁹ tētationes expugnemus. Potest tn̄ intelligi q̄ ecclia calciat/qn̄ in pdicatione sua ad pferēda insurgētia mala morte xp̄i munitur. Pulchri ergo sunt spōse gressus calciate/ q̄ filia est principis: qr corā diuinis oculis placet officiū cuiuslibet clerici ſm̄ exemplo patrum predicantis. sequitur:

> *Marginal note:* Pedes calciare quādo dicimur?

Junctura femorum tuorum sicut monilia.

Per duo femora sponse/duo populi ecclesie: per iuncturā femorum/cōcordia designat predicator̄: quib⁹ populi vniuntur: dum ad fidē catholicā circūcisio z preputium per eos erudiunt. Qui vt monilia existunt: qr dum in sapientia qua refulgent/sancta opera faciunt/ quasi in auro lapides gerunt. De quibus sequitur:

Que fabricata sunt manu artificis.

Manu artificis monilia fabricantur: quia opera christi predicatores pulchri z vtiles efficiuntur. sequitur.

Vmbilicus tuus crater tornatilis/ nunq̄ indigens poculis.

Vmbilicus etiā sanctor̄ predicator̄ ordo est: qui bn̄ crater esse dicit: quia dum per eos populus eruditur/ vino spūali ipsorū officio inebriat. Qui bene tornatilis nūcupatur/ qr iuxta mores hominū vniuersos/necesse est vt lingua predicatoris voluat. Qui poculis non indiget/qr quod alijs ppinat/necesse est vt abundantius ceteris bibat: et plenius quod dat/contineat. sequitur:

E

Vēter tu⁹ sicut aceru⁹ tritici/ vallat⁹ lilijs.

Per ventrē/populi latitudo designat: qui bene sicut aceruus tritici lilijs vallatur: qr dum operibus sctis intendens/in celeste horreū preparat: exēplis sanctorū vt perseueret/vndiq̄ munitur. de quibus iterum dicitur:

Duo vbera tua sicut duo hinnuli capree gemelli.

Duo vbera/duo ppli existūt: qr dum in amore fraterno semp viuunt/se inuicē lacte pietatis in charitate nutriūt. Qui bene duo hinnuli capree gemelli noiant: qr dū per predicationē synagoge in fide geniti/ ei⁹ scripturis nutriunt/ in spe eternitatis intēdentes/quasi in mōtib⁹ cōcordes pascitur. De quibus predicatoribus sequitur

> *Marginal note:* Populi duo per duo vbera designātur.

Collum tuum sicut turris eburnea.

Collum sponse sicut turris eburnea dicitur: qr predicatores ecclesie/z alti p contēplationē/et fortes per sanctorum operū exercitationē/et preciosi per diuinā sapiētiam habentur. De quibus iterum dicitur: F

Oculi tui sicut piscine in esebon: que sunt in porta filie multitudinis.

Esebon cingulū meroris interpretat. Oculi ergo spōse sicut piscine in esebon dicunt: qr dum de peregrinatione sua cōtristātur: z merore corroborati/contra spiritales hostes accingunt/lachrymis se lauant: vt per eos populi couenienter corā deo mundent. In porta autē filie multitudinis sunt: qr in fide stant/per quam ecclesie multitudinem ad celestia introducunt. sequitur:

Nasus tuus sicut turris libani: que respicit contra damascum.

In naso odoris discretio habet. Per nasum ḡ discretio pdicator̄ designat: qr p eos nobis virtutū odores/z vitior̄ fetores demōstrant. Sed nasus sicut turris libani existit: qr dū semel pdicatores aqua baptismatis lauātur: z q̄tidie lachrymis a pctis q̄ž deū cōmiserūt/dealbātur/digni sunt vt ad altiora magis ac magis p fortitudinem erigant. Sed turris otra damascū respicit: qr pctōribus semp sctūs quilibet pdicator otradicit. Damascus quippe sanguineus interpretatur: z peccatrici gēti dicit:

> *Marginal note:* Nasus pdicatores representat.

G

Mamus tue plene sunt sanguine. Sed qꝛ de membris dixit, dignum est vt de capite loquatur. Ideo subditur:

¶ Caput tuũ vt carmelus: ꝛ come capitis tui vt purpura regis iuncta canalibus.

¶ Caput ecclesie xp̄s: qui bene vt carmelus dicitur, qꝛ ipse per passionem quã sustinuit, ad gloriã patris est exaltatus. De quo scriptũ est: Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus dñi in vertice montiũ. In carmelo quippe Helias orans obtinuit pluuiam: quia nos in carmelo orantes, pluuiam impetramus, qñ in xp̄m credẽtes, xp̄m desideramus, et a patre irrigationem gratie suscipimus quam rogamus. Moraliter autẽ caput sponse mens vocatur: quia sicut a capite membra, sic a mẽte oẽs cogitatus nostri disponũtur. Carmelus aũt scientia circuncisionis interpretatur. Caput ergo sponse vt carmelus esse perhibetur: quia quelibet sancta mẽs nouit qualiter digne circuncidatur: nouit qꝛ nihil est qđ in corpore agitur, si mens immũda fuerit. q̃ tẽplũ xp̄i sí efficit: ab ipso inhabitatur. Quod quia pharisei non agebant, ideo dicebat beatus Stephanus eis q̃ eũ occidebãt: Dura ceruice, ꝛ incircuncisi cordibus ꝛ auribus, semper restitistis spiritui sancto. Come aũt capitis eius vt purpura regis iuncta canalibus esse memorantur. Purpura quippe per fasciculos in canalibus ligatur, sup quos dum aqua pĳcitur, per canales ad vestem que supposita est currit, vt vestis tingatur. et inde nomen accepit, vt tincta colore purpureo purpura vocetur. que omnia sancte menti congruunt si intelligantur. Come quippe capitis sunt cogitationes mentis: que in canalibus ligantur: qꝛ in scripturis diuinis ne inutiliter fluant, stringunt. Sup quas aqua pĳcitur, que vestẽ regiã currens tingit: qꝛ dũ in cogitationibus sancte mẽtis, gratia celestis suscipitur, totã animã in celeste ornamẽtũ cõponit: ita vt iam tota aĩa in vitam eternã inardescat: ꝛ ad eternũ spõsum etiã per sanguinẽ martyrij pergere concupiscat. De tota q̄ppe ecclesia, Paulus dicit: Qui exhibuit sibi ecclesiã vestem sine macula ꝛ ruga. Et de singulis ecclesie fidelibus dicitur: His oĩbus velut ornamẽto vestieris. Sic tincte ergo, sic pulchre, sic purpuree facte spõse congaudẽs spõsus loquitur: dicens.

H

¶ Q̃ pulchra es ꝛ q̃ decora charissima ĩ delicijs

Habenti dabitur ꝛc. qualiter exponitur.

¶ Notandũ q̃ charissima est in delicijs, qꝛ ad charitatẽ et familiaritatem xp̄i non peruenit, quisquis scripture sãcte delicijs abundare non contendit. Unde enim dicitur: Omni habenti dabitur, et abundabit: ei autem qui non habet, ꝛ quod videtur habere, auferetur ab eo. His enĩ delicijs qui abundat, reficitur: his refectus, assidue ad maiora percipienda preparatur. Unde et huic spõse charissime dicitur:

¶ Statura tua assimilata est palme, et vbera tua botris.

Aĩa palme decẽter cõparatur.

I

¶ Palma quippe dum crescit, deorsum stringitur, et sursum dilatatur. Sic sancta anima ab imis ad minima incipit: et paulatim ad maiora crescendo, vsq3 ad amplitudinem perfecte charitatis peruenit. Nemo enim (sicut scriptum est) repente fit summus. In psalmo autem de iusto homine dicitur: Iustus vt palma florebit. Ubera autem sponse duo precepta charitatis existunt: que animã quam possident, vino celesti inebriant et nutriunt. Potest tñ p palmam crux xp̄i intelligi. Palma enim in sublime valde crescẽs, dulcissimos fructus gignit: ꝛ crux xp̄i celestẽ cibum nobis preparauit. Cui statura sponse assimilatur: quia pro xp̄o mori non dubitat, quisquis xp̄m valde diligens digne imitatur. De palma sequitur spõsus dicens.

¶ Dixi: ascendam in palmam: ꝛ apprehẽdam fructus eius.

¶ Dixit vere ꝛ ascendit: qꝛ sicut ante secula p morte nostra mori disposuit: sic ĩ fine mũdi ꝓpitius ꝛ verax adimpleuit. In palmã ergo ascendit, ꝛ fructus eius apprehẽdit: qꝛ in cruce suspensus, fructũ vite inuenit ac apprehendit, et nobis tribuit. Unde adimpletũ est quod sequitur

¶ Et erunt vbera tua sicut botri vinee.

¶ Uere p crucem vbera spõse sicut botri vinee existunt: qꝛ in morte xp̄i duo p̄cepta charitatis sensus aĩe susceperũt, quibus pasta aĩa debilitatur, debilitata posteriora obliuiscitur, ꝛ in anteriora extẽditur. His vberibus etiã ꝓximos quosq3 nutrit: ac robustos secũ ad ea que cõcupiscit perducit. vnde scriptũ est: Qui audit, dicat veni. Sequitur:

K

¶ Et odor oris tui sicut malorum.

¶ Mala punica de quibus superius tam sepe dictum est, hic rememorantur: quorũ odori odor oris spõse satis assimilatur. Per mala aũt punica martyres designari supius diximus. Per os autẽ spõse hic debere intelligi eius predicationẽ putamus. Que dum virtutes martyrũ predicat: dum ad eorum similitudinem animos audientium instigat, dũ in vnitus predicatione fidei multas virtutes esse manifestat: quid aliud q̃ malorum odorẽ in ore portat ꝛ quia et ruborẽ corticis in martyrio ostẽdit, qđ predicat: et in virtutibus multitudinẽ granorum sub eadem fide quasi sub eodem cortice demonstrat. de quo et subditur:

¶ Guttur tuum quasi vinum optimum.

Gutturis appellatione pdicatio designatur.

¶ In gutture quippe vox est. Per guttur ergo ipsa predicatio itez designatur. q̃ quasi vinũ optimũ esse dr: quia mẽtes hoĩm inebriat, vt preteritorũ (sicut dictũ est) obliuiscantur: ꝛ in anteriora currentes non lassentur. De quo spõsa verbum de ore sponsi suscipiens, adiungit:

¶ Dignum dilecto meo ad potandũ: labijsq3 et dentibus illius ad ruminandum.

¶ Tale est sponse vinũ, vt dignũ sit dilecto ad potandũ: qꝛ dũ sancta ecclesia fidẽ verã predicat: dũ auditores suos ad sãcta opera excitat: dũ solũ xp̄m diligere, imitari, amplecti, bonũ esse v̄bis et operibus demonstrat: qđ aliud q̃ vinũ suũ dignũ facit vt in ore sponsi dulce sapiat? qđ dũ xp̄s potare dr: qꝛ a corpe suo. i. a populis fidelibus amabiliter potatur. De quo notandũ est q̃ oẽs potant: sed labia sola et soli dẽtes ruminãt: qꝛ dũ ecclesia p sctõs suos predicat: oẽs quidẽ audiunt, sed nõ oẽs quãta sit virtus sententiarũ q̃ dicitur discernũt. Labia vero ꝛ dẽtes ruminãt: qꝛ dũ p̄fectiores q̃q3 post auditũ verba ad memoriã reuocãt: dũ audita queq3 exercitatione assidua cogitãt: quasi ad os reuocãtes qđ sumpserũt, quãta sit virtus cibi quẽ comederũt sentiũt. Idcirco in lege scribitur, qꝛ aĩal qđ nõ ruminat, immũdũ habetur: qꝛ q̃dã bona q̃ audit siue legit, nõ recogitat, vacãs a sãctis cogitationibus necessario immũdas congregat. Sequitur sponsa et dicit:

L

¶ Ego dilecto meo, et ad me conuersio eius.

¶ Ac si diceret: Qm̃ fide ac dilectione soli xp̄o adhereo: solum sequor: solũ cũ patre ꝛ spiritu sancto vnum deum videre cõcupisco, respectionis eius suauitatem, visitationis benignitatem, cõuersationis dulcedinem, gaudenter experior, experiens proclamo:

¶ Ueni dilecte mi: egrediamur in agrum: cõmoremur in villis: mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea: si flores fructus parturiunt: si floruerunt mala punica.

Sponsus pfecte diligi nõ potest nisi et primus diligatur.

M

¶ Dũ spõsa spõsi dulcedinẽ experta se reficit: de ꝓximo etiam cogitat, quem ipsius spõsi precepto sicut se diligit: ꝛ qꝛ sponsi p̄cepta intelligit, etiã vt alij intelligant, concupiscit: dicẽs. Ueni dilecte mi, egrediamur ĩ agrum. Ager quippe, teste veritate, est hic mũdus. In agrũ vero cum sponsa spõsus egreditur: qñ verbũ dei carne suscepta, in thalamo virginis ĩ mũdo mõstratur. In villis cõmoratur qñ gẽtes p fidẽ visitat, quas recipiẽtibus largit. Mane ad vineas surgit: qꝛ post resurrectionẽ suam ĩ gloria patris sedens, ecclesias quas cõstruit, etiã defendit. Si floruit vinea conspicit: qꝛ oẽm ꝓfectũ ecclesie districto examine p̄pẽdit. Uidet si flores fructus parturiũt: qꝛ conspicit ad quẽ profectũ teneri quiq3 ꝛ imperfecti excrescunt. Uidet etiam si floruerunt mala punica: qꝛ perfectos quosq3 respicit et quid vtilitatis in proximis habeant: quasi in floribus fructum arborũ cognoscit. de quibus bene sequit:

¶ Ibi dabo tibi vbera mea.

¶ In malis punicis dat sponso sponsa vbera: qꝛ in perfectis viuit charitas gemina, ex qua dũ infirma mẽbra in ecclesia nutriunt: quasi xp̄m lactant, quẽ in minimis suis esse presentem cognoscunt. De quibus bene subditur:

¶ Mãdragore dederũt odorẽ suũ ĩ portis n̄ris.

Mandragore virtutes pfectorum representant.

¶ Quid p mãdragoras herbã. s. medicinalẽ ꝛ odoriferã nisi virtus perfectorũ intelligitur: per quã pfecti quiq3 dum imperfectorũ infirmitatibus medẽtur ĩ fide quam predicãt: in portis ecclesie veri medici esse comprobãtur

A Qui dum exempla bonorū operum circūquaq; per sanctam famā tribuūt: quasi odorem quo egroti sanentur/ aspergunt. Sequitur.

Omnia poma noua et vetera dilecte mi seruaui tibi.

Hic p poma sensus scripturarū sanctarū intelligūt: q̄ vel ex patribus sanctis ad nos vsq; peruenerūt et creduntur/ quasi ex arboribus poma exurgūt/ quib⁹ anime delectātur. Oia ergo poma noua et vetera dilecto suo sponsa seruat: qꝛ sic nouū testamētū ecclesia catholica recipit/ vt vetus nō abijciat: sic vetus veneraē/ vt nouū semp in ipsis sacrificijs carnalibus per spiritum intelligat: in nouo scꝫ christum venisse congaudens: in veteri autem semp venturum expectans: et dicens: Capl'm. viij.

Quis mihi det te fratrem meū sugētem vbera matris mee: vt inueniam te solū foris, et deosculer: et iam me nemo despiciat?

In veteri lege ecclesia posita christum exoptabat: et in secreto patris manentem/ foras venire per carnem ad humanos oculos non mediocriter cupiebat. Unde et Dauid desiderans dicebat: Exurge/ et ne repellas in finem. Et alibi: Inclina celos tuos/ et descende. Et esaias valde cupiēs eum videre dicebat: Utinā disrūperes celos/ et descēderes. Uult ergo sponsum foris sponsa inuenire et deosculari: quia concupiscit sub lege posita/ vt per carnem appareat: vt ei per amorem seruiat/ cui prius non accepta gratia/ plus timore q̄ amore seruiebat. Post cui⁹ osculū a nemine despicitur: quia postq̄ Christus venit/ et fidelib⁹ suis spiritū libertatis infudit, ab ipsis etiā angelis ecclīa honoraē. Hic est q̄ Josue angelū adorauit/ Joanni vero volēti se adorare dixit: Uide ne feceris/ cōseruus tuus sum: et vnus fratrū tuorum/ habētium testimonium Jesu. Sed quia venientem ecclesia suscepit: synagoga repulit/ que iterum eum in fine mundi suscipiet et amabit: ideo subsequitur ecclesia/ et dicit:

B — Angeli post incarnationem christi nō pmiserunt se adorari

Apprehendam te et ducam in domum matris mee: et in cubiculū genitricis mee. Ibi me docebis, et dabo tibi poculū ex vino conditum/ et mustum malorū granatorum meorum.

Apprehēsum in domum matris sue ducit: quia synagoge in fine mundi Christum in quē credit/ predicabit: dumq; per predicationem ecclesie susceptus fuerit / ibi ecclesiam docebit: qꝛ se doceri gaudebit/ quādo synagogam iam idem corpus factam erudiri secū videbit. Poculum ex vino conditum ecclesia dabit: qꝛ ipsi synagoge nouum testamentum cum veteri predicabit: et quasi vino poculum condiet: quia dulcedinem euāgelij testimonijs legis/ que aspera est/ vt robustius teneatur/ cinget. Mustum vero malorum granatorum suorum tribuet: qꝛ fortium virorum qui vnitatem ecclesie etiam in martyrio tenuerunt/ exempla apponet: vt ad eorum similitudinem synagoga inardescat: et antichristi persecutiōibus/ martyrū precedentiū exemplis roborata nō succumbat. Cum enim fortium pugnatorum victorias audierit/ ad eorum imitationē pugnam subire non dubitabit. Quod aperte manifestat cum subiunget:

C

Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me.

Leua Christi vita psens/ dextera vero vita beata habetur. Caput autem nostrū spiritualiter mens esse perhibetur. Dicit ergo synagoga predicatiōibus ecclesie iam conuersa/ exemplis roborata/ imitatione subleuata: Leua eius sub capite meo: et dextera illi⁹ amplexabitur me. ac si diceret: Quoniā nūc tandē Christi fidē teneo: eius ineffabilē gratiā experior ꝯcupiscibilē: et quā desiderare nesciebā dulcedinē sentio: et iā terrena oīa postpono: et iam ipsam vitam carnis procul ab amore contēno: et ad ei⁹ beatitudinē videndam totis desiderijs anhelo. Hoc quippe qd̄ rem aliquā amplectiē/ ipsam quā amplectiē rē ex omni parte intra se habere nō ignoraē. Leua ergo sub capite est/ et dextera amplexaē: quādo sancta aīa mēti ea q̄ videt supponit: et ea que nō videt/ omni conatu et vniuersis cogitationib⁹ appetit. Sūt q̄ppe modo nōnulli q̄ tāto desiderio celestia sectanē/ vt oīa visibilia ꝓ nihilo reputēt: mentē suā celestibus studijs sine intermissione occupēt:

Uita presēs p leuā christi: vita vo beatā p ipsi⁹ dexterā significatur.

vt nihil aliud agere libeat. quicq̄d extra spūalē actionē est/ anim⁹ fastidiat: hāc solā diligat: cetera contēnat/ nisi forte ea sibi necessaria esse cognoscat. Isti vero sub capite leuā habēt: qui mente erecta ad beatitudinē Christi currentes/ vitam presentem sub se vidēt. Et dextera Christi eos amplexaē: qꝛ ex omni parte eos dilectio celestis intra se retinēs tuetur. Huiōi quippe viri sancto otio delectātur: in quo vite beate delectatione cōcupiscibiliter p contemplationē perfruuntur. In qua cōtemplatione oculum cordis mūdāt/ vt deū adhuc etiā i hac carne positi (q̄tū humane infirmitati datū est) videāt: cuius visione se illuminent: suauitate reficiant. Isti illā beatitudinē iam aliquātulum experiunē/ de qua in euangelio veritatis voce dicié: Beati mundo corde/ qm̄ ipi deū videbūt. Qd̄ eni futurū est/ iā in eis incipit ꝯpleri: qꝛ etsi in hoc mūdo adhuc i carne viuūt: iā tn̄ p hoc qd̄ maius est i eis/ extra carnem sunt. Ab his impleē quod per psalmistā diuina voce precipitur: Uacate et videte/ qm̄ ego sum deus. Hi enim quo sine mundi strepitu viuūt/ eo mētem in dei visionem per desideriū et cōtemplationē figūt. Et qm̄ tales multi ex synagoga in fine mundi (vt credimus) per conuersionē erūt: bene ad huiusmodi dictū intelligié: Leua ei⁹ sub capite meo: et dextera illius amplexabiē me. De quibus et pro quibus sponsus loquitur consequenter:

D

Adiuro vos filie hierusalē: ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.

Sed quia iam illud superius exposuimus/ iterum exponere recusamus. Sed de eadē synagoga iam facta ecclesia/ filie hierusalem admirātes interrogant et dicunt.

Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens, innixa super dilectum suum?

Sancta ecclesia vel q̄libet sancta aīa de deserto ascendit: qꝛ in exilio huius peregrinationis posita/ ad celestia gaudia mente et cogitationibus tendit. Unde et Paul⁹ dicebat: Nostra conuersatio in celis est. Delicijs affluit: quia sancte scripture meditationibus intendens/ celesti pabulo assidue mentem pascit. Super dilectū innititur: quia in solius Christi auxilio confidens/ eo largiente ab exilio ad patriā trāsfertur. Ipsa quippe veritas omnib⁹ fidelibus ait: Sine me nihil potestis facere. Unde vero acceperit vt ab infimis ad superiora/ a deserto ad regnū ascendere possit/ manifestat dilectus cum subdit:

Eccl'ia vel sancta aīa de deserto ascendere dicitur.

E

Sub arbore malo suscitaui te.

Quid per arborem malum: nisi sancta crux designaē? que malum illud sustinuit/ de quo eadē spōsa in superioribus dicit: Sicut malum inter ligna siluarū: sic dilect⁹ meus inter filios. Sed sponsam suam Christus sub arbore malo suscitauit: quia in cruce positus/ subditam sibi ecclesiam ad vitam vocauit/ vt a somno mortis resurgeret: et cum illo se crucifigēs/ ad nouā resurrectionē properaret. Unde et apostol⁹ cuiuis anime mortue dicit: Surge qui dormis/ et exurge a mortuis: et illuminabit te Christus. Et quibusdā qui iam surrexerāt/ alibi dicit: Si cōsurrexistis cū Christo/ que sursum sunt querite. Sed qꝛ infidelitas synagoge Christū crucifixit: ideo sequitur:

Crux per arborē malum designatur.

F

Ibi corrupta est mater tua.

Sub arbore malo mater ecclesie corrupta esse dicié: quia quādo saluatorem suum in ligno fixit/ nefando scelere se corrupit. Cuius sceleris magnitudinē inculpat/ cum idem replicat dicens:

Ibi violata est genitrix tua.

Sed quoniā ad hoc cecitas in israel facta est/ vt plenitudo gentium intraret: ideo intranti ecclesie dicitur:

Pone me vt signaculum super cor tuum: vt signaculum super brachium tuum:

In corde sunt cogitationes: et in brachio operatiōes. Sup cor ergo et sup brachiū spōse dilect⁹ vt signaculū ponié: qꝛ in sācta aīa q̄tū ab eo diligaē/ et volūtate et actione designaē. Signū q̄ppe sācta mēs interi⁹ et exteri⁹ xp̄m portat: qꝛ dū in ei⁹ meditationib⁹ assidue laborat: i exteriori actiōe eū imitari nō cessat: q̄ ei⁹ dilecta esse dubitari nō debeat. De quo signo ipse spōsus discipulis suis aiebat: In hoc cognoscent oēs qꝛ vere mei discipuli estis: si dilectionem habueritis adinuicē. De qua dilectiōe mox subdié:

Dilectio est signū q̄ cognoscūtur veri catholici.

Quia fortis est vt mors dilectio.

G

¶ Bene procul dubio fortis vt mors dilectio esse perhibetur: quia dum per dilectionem a vitijs mortificamur/ quod mors agit in sensib⁹ corporis: hoc agit dilectio in cupiditatibus mentis. Sunt enim nonnulli qui sic diligunt deum/ vt omnia visibilia negligant: et dum in eterna mente tendunt/ ad omnia temporalia pene insensibiles fiunt. In his nimirũ vt mors dilectio fortis existit: quia sicut mors exteriores corporis sensus ab omni proprio et naturali appetitu interficit: sic dilectio in talibus viris omnia terrena desideria contemnere mẽtem alias intentam compellit. Huiusmodi mortuis et viuis dicebat apostolus: Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cũ Christo in deo. Hi procul dubio vitam suam cum Christo abscondũt: quia dum omnia que videmus postponunt: in his que non videmus/ in beatitudine scilicet Christi veraciter et secrete viuũt. Quia enĩ falsam vitam despiciũt/ que visibiliter apperet: in vera vita se abscondunt/ que nõ nisi inuisibilibus oculis se manifestat. Potest tamẽ intelligi vt hic de seipso Christus dicat inquiens: Pone me vt signaculũ super cor tuum: vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio. Ac si diceret: Dignum est vt in mente et actione signum dilectionis mee meipsum tecum feras: quia in fortitudine dilectionis tue mortem subij: vt tu que mortua in infidelitate eras: mecum resurgens/ in fidei nouitate spiritualiter viuas. Sed quia in cruce suspẽsus nequaq̃ fuisset, nisi ad magnam inuidiam cor synagoge exarsisset: ideo subditur:

¶ Dura vt infernus emulatio.

H

Emulatio in bonũ et in malum accipitur.

¶ Emulatio quippe et in bonũ et in malum accipit. In bonum enim accipitur/ sicut per apostolũ dicitur: Emulamini carismata meliora. In malum autem assumit: vbi per Samuelẽ Sauli dicitur: Auferetur a te regnũ: et dabitur emulo tuo. Emul⁹ quippe eius Dauid dicitur: cui Saul inuidere nõ ignorat. Dura est ergo vt infern⁹ emulatio: quia synagoga Christum ad inferos posse trãsmittere sepeliuit: eiq̃ vsq̃ ad mortẽ corde immisericordi inuidit. Ut infernus emulatio dura extitit: q: sicut infernus sine misericordia quos tenet cruciat: sic Iudaica plebs Christum apprehendens/ sine respectu pietatis ad mortem trahebat. De qua bene subditur:

¶ Lãpades eius lãpades ignis atq̃ flãmarũ.

¶ Sicut enim ignis que incendit/ ꝯsumit/ sic iudeos ab omni fidei virtute inuidia sua destruxit. de quibus bene alibi dicitur: Et nunc ignis aduersarios consumit. Ac si diceret: Anteq̃ ad eternum ignem veniant: in presenti cõsumuntur: quia in se ipsi ignem inuidie portant: qui sine portantis combustione non portatur. Hic ignis inuidie flãmas protulit/ quando per exempla in quib⁹ accensus est: etiam in gẽtibus vsq̃ ad christianorum martyria per mũdum vniuersum excreuit. Sed quia hinc ignis inuidie/ hinc ignis charitatis se extulit: ideo subditur:

I

¶ Aque multe non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam.

¶ Charitate quippe martyres sancti viuaciter ardebant: q: in dei et proximi dilectione mirabiliter flagrabant. Hanc charitatem aque multe extinguere non poterant: quia quantecũq̃ tribulationes eis ferentur: ad odiũ eos transmittere non valebant. Hoc nimirum esset charitatem extinguere/ si in tribulationibus quas ingerebãt/ ad dei aut proximi odium eos humiliare potuissent. Sed cum aque dicte sint: quid rursum per flumina/ nisi aquarum ipsarum incrementa et viuacitas intelligitur? Flumina quippe viuas aquas solere dici cognoscimus. Flumina ergo maximas tribulationes accipimus: que dum per totum orbem super martyres ebullierunt: ad extinguendum charitatis ignem grandi impetu confluxerũt. Sed quia inter flumina adeo charitatis vigor vixit: vt potius flumina cõsumeret/ q̃ se ab illis extingui permitteret: ideo multi etiam persecutorũ ad eandem charitatem se cõuertebant: ita vt dimitterent quicquid in mũdo possidebant/ et seipsos morti darent/ quã prius patiẽtibus crudeliter inferebant. Unde et subditur:

Tribulationes p flumina significantur.

¶ Si dederit homo omnem substantiã dom⁹ sue pro dilectione quasi nihil despiciet eam.

¶ Cum terrene substantie cupiditate deus non diligit: quia terrenus amor oculum cordis sordidat/ ne diuina claritas videatur. Contra quod in euangelio dicitur: Beati mundo corde/ quoniã ipsi deum videbũt. Et Ioannes apostolus ait: Si quis diligit mundũ/ non est charitas patris in eo. Nec mirum. quomodo enim eum diligere potest quem nescit? Aut quomodo eum scit: ad quẽ sciendum oculum cordis claudit? Sed homo omnem substantiam domus sue pro dilectione tribuit/ quando quicquid in mundo possidet/ pro Christo distribuit: vt abijciens quod impedit/ deũ diligat: et terso puluere sollicitudinum/ oculos aperiat/ vt deum videat. Et cum omnem substantiã dederit: quasi nihil eam despicit: quia postq̃ oculum tersit: et deum conspexit: in illius visione quicquid possederat/ nihil ipẽdit. Hoc apostoli fecerũt: qui non solum possessa/ sed etiam capita/ vt Christum sequerẽtur/ dimiserũt. Quib⁹ ipse Christus (pro quo omnia dimiserant) dicebat: Cum feceritis omnia que precepta sunt vobis/ dicite: Serui inutiles sum⁹: quod debuimus facere/ fecimus. Sed quoniam abiecta terrena substantia non statim ad perfectionem ascenditur/ quia rebus exterioribus abnegatis/ restat etiam labor vt idem ipse homo a semetipso abneget/ quatenus gradatim ꝓficiat/ et quãdoq̃ perfectus nõ solum se/ sed et alios secum ad vitam trahat: ideo de noua et tenera adhuc ecclesia vel vnaquaq̃ anima consequenter dicitur:

K

¶ Soror nostra paruula est: et vbera nõ habet.

Eccla soror xpi vocatur.

¶ Sororẽ Christi ecclesiam vocat: quia de ipsis apostolis dicebat: Ite/ dicite fratribus meis. Soror autem paruula/ vbera nõ habebat: quãdo in solis apostolis ecclesia erat: in quib⁹ seipsam vel alios nutrire lacte predicationis non poterat. Quid enim Petrus alijs predicaret: cũ seipsum discipulum Christi in vnius ancille voce detestando et iurando negaret? Prima et ergo ecclesia vbera non habebat: quia post resurrectionẽ in vna domo inclusa: inter persecutores suos non dico predicare/ sed et videri timebat. Consequenter ergo dicitur:

L

et tal paruus

¶ Quid faciemus sorori nostre in die quando alloquenda est?

¶ Allocutus est Christus sororem suam/ quando spiritum sanctum super apostolos misit/ et eis in interioribus loquẽs/ illos oẽs mundi loquelas multiplici distributione docuit. Sed a quibus hoc querere intelligẽdus est qui omnia nouit/ nisi a sanctis patrib⁹ antiquis: quos ad querendum spiritu sancto instigauit? Quibus eodem spiritu quo in questionem eos induxit: respondet protinus conuenienter/ et ait:

¶ Si murus est/ edificemus super eum propugnacula argentea.

¶ Dato spiritu sancto/ murus sancta ecclesia efficitur: quia que prius timida erat/ instruente eodem spiritu omnipotente/ ad resistendum aduersarijs impenetrabiliter roboratur. Quod manifestat idem Petrus sub ancilla timidus/ mox contra principes rigidus: quibus dicebat: Obedire oportet deo magis q̃ hominibus. Et iterum: Si iustum est vos potius audire q̃ deum/ iudicate. Nos enim nõ possumus que vidimus et audiuimus/ nõ loqui. Et de ceteris discipulis scriptũ est: Ibãt discipuli gaudentes a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati. Ecce qualis murus facta est ecclesia/ que modo tenerrima/ nec pedẽ cuiuslibet gradientis sine sui lesione gerit: modo vero accepto mirabili artifice spiritu sancto/ vniuersi exercitus assultus illesa contemnit. Super quã propugnacula edificantur: quia vt non tantũmodo se defendat: sed vt et impugnantes resistendo prosternat/ miracula et facere conceditur: que cum hostes viderint: ab eius aggressione iacula timentes terreantur. Que propugnacula bene argẽtea esse perhibentur: quia ipsa miracula cum verbi predicatione donãtur. Et quia argentum valde sonorum est metallum: argentea propugnacula existunt: quia per miracula factum est vt eorum verba per vniuersum mundũ conualescerẽt/ et fidei predicationem inflexibiliter circũquaq̃ diffunderẽt. quod manifestat psalmista dicens: In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Sequitur:

Eccla sancta mur⁹ dici põt.

M

¶ Si ostiũ est/ ꝯpigam⁹ illũ tabulis cedrinis.

A ¶ Ostium etiam bene esse ecclesiam dicimus: quam ab ipso Christo potestatem aperiendi & claudendi accepisse scimus. Ostium procul dubio in sctis predicatoribus existit: quia per eos aditus ad vitam se nobis aperit. Unde et ipsi primo pastori ecclesie dicitur: Quodcunque ligaueris super terram/erit ligatum & in celis: et quodcunque solueris super terram/erit solutum et in celis. Uel ostiū in ipso capite suo existit: quia ipse de se veraciter dicit: Ego sum ostium. Ostium vero tabulis cedrinis compingitur: quia sancta ecclesia fidem predicās/multitudinibus populorum decoratur: & dum populi varijs virtutibus asperguntur: vt videlicet alius de rebus quas possidet/indigētibus necessaria tribuat: alius omnia abijciens/etiam a legitimo connubio se abstineat: alius vero tātum proficiat/vt aliorum etiam predicator fiat: tanquam pictura multis coloribus/sic ecclesia multis distinctionibus honestatur: que sancto spiritu conualescens: hilariter respondet/dicens:

Uirtutes diuerse diuersis congruunt populis.

¶ **Ego murus: & vbera mea sicut turris: ex quo facta sum corā eo quasi pacem reperiens.**

¶ Ubera sua sicut turrim habuit: ex quo pacem coram sponso reperit: quia postquam sub ipso spiritum pacis accepit/predicatores contemplatione altos/& robore inflexibiles nutriuit. Sed quid est quod non ait pacē: sed quasi pacem reperiēs: nisi quia dū in hoc mundo sumus/a peccatis omnimodis nō desistimus: & quādiu cum peccato viuimus/pacem perfectam cum illo qui sine peccato in carne vixit/non habemus? Sed quoniam tantillam pacem quam habemus/per ipsum mediatorem dei et hominum tenemus: ideo subditur:

¶ **Uinea fuit pacifico in ea q̄ habet populos: tradidit eam custodibus.**

B ¶ Ipse vero pacificus noster esse dicitur: quia per ipsum deo omne genus humanū recōciliatum est. Huic pacifico vinea fuit: quia in labore preceptorum carnalium synagogam plātauit: de qua dicitur. Uinea domini sabaoth domus israel. Que vinea in ea que habet populos extitit: quia in lege posita est/que multos populos ad se colligit. De quibus populis dicitur: Populi meditati sunt inania. Hanc vineam custodibus tradidit: quia synagogam Moysi et ceteris patribus custodiendam subiecit. De qua bene subditur:

¶ **Uir affert pro fructu eius mille argenteos.**

¶ Hec vinea fructum protulit: quia ex synagoga botrus ille magnus/qui de terra promissionis allatus est/Christus videlicet Jesus/per humanitatem processit. De quo fructu pater ad Dauid ait: De fructu ventris tui ponā super sedem tuam. Unde & apostolus scribit: Quorum patres sunt/& ex quibus Christus. Per argēteos vero in hoc loco omnē terrenā substātiam intelligimus: de qua Petrus elemosynā petenti dando dicebat: Argentū et aurum nō est mihi. Pro fructu ergo vinee vir mille argenteos affert: quia quisquis viriliter in fide quā suscepit se habet/libenti mente et perfecte omnia terrena dimittit/ vt

Xps botro comparatus ex synagoga processit.

C Christum veraciter habeat. Millenarius enim perfectus est numerus. ideo per eum perfectio rei cuiuslibet demōstratur. Hos argenteos in primitiua ecclesia illi offerebant/de quibus in actibus apostolorū scriptū est: Quotquot autem possessores agrorum aut domorū erant/vendebant: et afferentes ponebāt ad pedes apostolorum precia eorum que vendebant. Isti cōgregati aliam vineam videlicet sanctam ecclesiam ex seipsis construxerunt: & vt boni agricole/sanguine suo propagauerūt: & predicationibus vsque ad fines terre dilatauerunt: vt iam mundum pene vniuersum impleat: et fructū gratum locata agricolis suis temporibus reddat. Unde in euāgelio dicitur: Malos male perdet: & vineam suam locabit alijs agricolis: qui reddant ei fructum temporibus suis. De qua vinea iam bonis locata ipse pacificus dicit:

¶ **Uinea mea coram me est.**

¶ Coram ipso vinea sua existit: quia perditis malis agricolis/sanctam ecclesiā per bonos doctores respectu benigno erudit. Cui dicit:

¶ **Mille tui pacifici: & ducenti ijs qui custodiunt fructus eius.**

¶ Qui sunt isti pacifici/qui mille dicitur esse et ducēti: nisi illi superiores argētei: quos perfecte dimittimus: pacem per eorum distributionē cū sanctis nobisipsis acquirimus? Unde et in euangelio dominus precipit: Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cum defeceritis/recipiant vos in eterna tabernacula. Sed quid per ducētos intelligimus/nisi duplicem retributionem quam acquirimus/dū in hoc mundo perfecte pro Christo omnia terrena contemnimus? Mille ergo et ducenti ecclesie attentici existunt: quia dum fideles quique omnia que possident/ex toto relinquūt: et pacem sibi cum sanctis faciūt: et presentis vite remunerationē cum celestis percipiūt. Et hoc est qd dominus in euangelio ait: Amen amen dico vobis: nemo est qui reliquerit domum/aut fratres/aut sorores/aut patrem/aut matrē/aut filios/aut agros propter me et propter euangelium/qui non accipiet centies tantum: nunc in tēpore hoc domos et fratres: et sorores: et matres: et filios: et agros cum persecutionibus: et in seculo futuro vitam eternam. Sed quibus ista remuneratio sic duplicatur: nisi his qui custodiūt fructus eius? Qui sunt autem qui fructus vinee custodiunt: nisi illi qui in sancto opere qd inceperunt/perseuerantes existunt? Opus enim quod sancto desiderio incipitur/si cōstantia mentis vsque ad finem non tenetur: sine fructu habetur: quia immature ab hoc vnde processerat vacuatur. Ideoque dñs in euangelio ait: Qui pseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit. Sequitur sponsus & dicit:

D

Bona temporalia propter deum relinquentes inestimabilē recipiunt retributionē.

E ¶ **Que habitas in hortis, amici auscultant te: fac me audire vocem tuam.**

¶ Sponsa in hortis habitat: quia scta ecclesia vel quelibet sancta anima in fructificatiōe virtutum mentē versat. Cuius vocem sponsus audire desiderat: quia in hoc summopere Christo placet: vt perfectus quilibet vir infirmos quosque verbo sancte pdicationis admoneat. Amici enim auscultāt: quia fideles in ecclesia vt amicus sponsi loquatur/pio desiderio expectant. Et notādum qd amicus est qui auscultat: quia qui deum mente integra diligit: predicantem quem diligit/libenter audit. Unde in euangelio dicitur: Qui est ex deo: verba dei audit. Sed quia dum ecclesia veritatem predicat/multi non intelligunt: multi qd percipiunt/prauo intellectu subuertunt: ideo admonenti vt predicet/respondet sponsa/& dicit:

Predicator amatus libēter auditur.

¶ **Fuge dilecte mi: & assimilare capree hinnuloque ceruorum super montes aromatum.**

F ¶ Dilectus fugit: quia a reprobis cordibus se ne intelligatur/abscondit. Dum enim reprobe mentes ad audienda vel legenda verba dei/peruersa intentione accedunt/digno iudicio veritatem non inueniunt: quā indigno appetitu requirunt. Unde et ipsa dei sapientia dicit: Querent me mali/& non inuenient. Sed fugiens reprobos dilectus mōtes aromatum petit: quia peruersos dimittēs/sanctas animas visitare non desinit: que & per cōtemplationem excelse fiunt: et per confectiones virtutum odorifera vnguenta secum ferunt. Super hos montes dilectus capree et hinnulo ceruorum assimilatur: quia in cordibus sanctorum virorum manifestatur quod pia charitate humanitatem pro nobis assumpsit. Qui dum ex patribus antiquis natus fuit/quasi ex ceruis hinnulus (sicut dictum est superius) venit. Qui dum esset diues/pauperem se vt nos ditaremur fecit: et dum esset sup omnia excelsus: humilitatem nostram ineffabili dignatiōe suscepit. Cui immensas gratias quoadusque viuimus reddamus/cui pro nobis in mortem tradito/& resurgenti in immortalitatē/nosipsos et spiritum & corpus debemus: Qui viuit et regnat cū deo patre in vnitate spiritussancti deus: per infinita secula seculorum. Amen.

Xps peruersos dimittit & sanctos visitat.

¶ **Expositio beati Gregorij pape super Cantica canticorum feliciter explicat.**

Tabella annotationum.

¶ Tabella paucarū annotationum in expositione diui Gregorij sup cantica canticorum repertarū. Quod quidē diuinū opusculū octo capitella dumtaxat complectitur.

¶ Finis huius tabule.

A

¶ Incipit prefatio Gregorij pape in Homilias super Ezechielem prophetam.

Dilectissimo fratri mariano ep̄o Gregorius seruus seruorū dei. Homelias q̄ in beato Ezechiele ꝓpheta vt coram populo loq̄bar/excepte sūt:multis curis irruentib⁹ in abolitione reliquerā. Sed post annos octo petentib⁹ fratrib⁹ notariorū schedulas requirere studui:easq̄ fauente dn̄o trāscurrens/inquantū ab angustijs tribulationū licuit/emēdaui. Tua itaq̄ dilectio has sibi ad legēdū mitti poposcerat:sed valde incōgruū credidi/vt aquā despicabilem hauriret/quē cōstat de beatorū patrū Ambrosij atq̄ Augustini torrētib⁹ ꝓfunda ac ꝑspicua fluēta assidue bibere. Sed rursum dū cogito q̄ sepe iter quotidianas delicias etiā viliores cibi suauiter sapiūt:trāsmisi minima legenti potiora:vt dū cibus grossior velut pro fastidioso sumitur:ad subtiliores epulas auidius redeatur. Finis.

Homilia prima.

Dei omnipotētis aspiratiōe de Ezechiele ꝓpheta locutur⁹/pri⁹ debeo tēpora t modos aperire prophetie:vt dū accessus ei⁹ ostendit:virt⁹ meli⁹ cognoscat. Prophetie tēpora tria sunt.s.preteritū/p̄sens/t futurū. Sed sciēdum est q̄ in duob⁹ tēporib⁹ ꝓphetia ethymologiā pdit. Nā cū ideo ꝓphetia dicta sit/q̄ futura predicat:qñ de preterito vel p̄senti loquit/rationē sui nois amittit:quoniā nō prodit qd̄ venturum est:sed vel ea memorat que trāsacta sunt/vl̄ ea que sunt. Que tamē tria ꝓphetie tēpora verius loquimur:si ex sacre scripture testimonijs ostēdamus. Prophetia de futuro est:Ecce virgo concipiet/t pariet filiū. Prophetia de preterito:In principio creauit deus celū t terrā. De illo em̄ tēpore dixit homo/quo non erat homo. Prophetia de p̄senti est:qñ paulus apl̄s dicit:Si aūt oēs ꝓphetēt:intret aūt qs infidelis vl̄ idiota:cōuincit ab oībus:diiudicat ab oībus.occulta em̄ cordis ei⁹ manifesta fiūt:et ita cadens in faciē adorabit dn̄m:pronūcians q̄ vere deus in vobis sit. Cū igit dicit: Occulta cordis ei⁹ manifesta fiūt/profecto mōstratur q̄ per hunc modū prophetie spiritus non predicit qd̄ futurum est:sed ostendit qd̄ est. Quo autē pacto prophetie dicatur spirit⁹/qui nihil futuri indicat:sed p̄sens narrat? Qua in re sciā aduertendū est q̄ recte ꝓphetia dicit/nō q̄ predicit ventura:sed q̄ prodit occulta. Rem quippe quālibet sicut ab oculis nostris in futuro subtrahūt tēpora: ita ab oculis nostris in presenti subtrahit causa. Ventura etenim res occultat in futuro tēpore:presens autē cogitatio abscōditur in latenti corde. Est etiam ꝓphetia presens/cum res quelibet non per animū:sed per absentē locum tegitur:que tamē per spiritū denudat. Et ibi fit presens prophetātis animus:vbi per presentiā nō est corp⁹. Nam Giezi longe a ꝓpheta recesserat:cū Naamā syri munera percipiebat:cui tamen idē ꝓpheta dicit:Nonne cor meū in presenti erat/quādo reuersus est homo de curru suo in occursum tibi? ¶ Sciēdum quoq̄ est q̄ ꝓphetie tēpora inuicem sibi concinunt ad probationē:vt aliquādo ex futuris preterita:aliquādo vero ex preteritis probentur futura. Dixerat enim Moyses:In principio creauit deus celum et terram. Sed quis crederet quia verū de preterito diceret/si de futuro etiam aliquid nō dixisset? In ipsius etenim libri fine/in cuius exordio illa de preterito dixerat:aliquid prophetie per Jacob vocem de venturis permiscuit/dicēs:Non auferetur sceptrum de Juda/t dux de femorib⁹ ei⁹:donec veniat qui mittēdus est:et ipse erit expectatio gentium. Qui etiam per semetipsum eūdem qui mittendus erat:et quē ducebat populo prophetauit/dicens:Prophetā suscitabit vobis dn̄s deus vester de fratribus vestris.tanq̄ me/ipsm audietis. Erit autem/quicūq̄ nō audierit prophetā illū:exterminabitur de populo suo. Cur ergo preteritis ventura permiscuit:nisi vt dum implentur ea que de futuro prediceret/ostenderet etiā quia de preterito vera dixisset? Quia itaq̄ docuimus qualiter ex futuro prophetie probentur preterita:restat nunc vt adhuc de sacris eloquijs ostēdamus quomodo in ipso ꝓphetie spiritu ex preteritis probentur futura. Certe rex Babylonicus cum somnium vidisset:misit ad magos t hariolos:omnesq̄ sapientes Babylonie cōuocauit:nec ab eis solūmodo interpretationē somnij/sed etiam somniū quesiuit:vt nimirū ex preterito colligeret/si quid in eorum respōsionibus de venturo certū teneret. Qui cū dicere nulla potuissent:Daniel deductus ad mediū est:q de interpretatiōe somnij t de narratione requisitus/non solū hoc respondit qd̄ interrogatus est:sed ipam somnij originem replicauit/dicens:Tu rex cepisti cogitare in stratu tuo qd̄ esset futurū post hec Et paulopost:Tu rex videbas/et ecce quasi statua vna grandis rc̄. Cumq̄ videlicet somnij mox vt ordinē dixit: quicquid ex eodem venturū sequebatur/aperuit. Pensemus ergo ordinem prophetie. A cogitatiōibus venit ad somniū:a somnio peruenit ad futura. Qui ergo ipam(vt ita dicam)radicem somnij protulit:profecto ex preterito probauit q̄ vera essent que de futuris diceret. Prophetia autē presentis temporis:nec preteriti attestatione indiget/nec futuri:quia cū res occulta per ꝓphetie verba detegitur:veritati illius res ipsa que ostēditur attestat. Igitur quia de temporibus prophetie tractauimus:restat vt de modis eius ac qualitatib⁹ aliqua disseramus. Spirit⁹ quippe ꝓphetie nec semp/nec eodē modo ꝓphete animū tāgit. Aliquādo enim sp̄us ꝓphetie ex p̄senti tāgit animū prophetantis:t ex futuro neq̄q̄ tangit. aliquādo ex futuro tāgit/t ex presenti nō tangit. Aliquādo vero ex presenti t ex futuro tangit:aliquādo autē ex preterito t ex presenti atq̄ ex futuro pariter tangitur anim⁹ prophetantis. Aliquādo tangit ex preterito ꝓphetie spiritus:nec tangit ex futuro.aliquādo autem tangit ex futuro:nec tangit ex preterito. Aliquando vero in presenti ex parte tangit/et ex parte non tangit:aliquando in futuro ex parte tangit:et ex parte non tangit. Sed hec ipsa si possum⁹ eo ordine quo premissa sunt:sacre scripture testimonijs ostendamus. Ex presenti enim prophetie spirit⁹ prophetantis animū tangit:atq̄ ex futuro non tangit:sicut Joannes baptista venientem dominum videns ait: Ecce agnus dei:ecce qui tollit peccata mundi. Sed cum iam moriturus esset:missis discipulis requirebat dicēs: Tu es qui venturus es:an alium expectamus? In quibus verbis ostenditur quia in terris quidem venisse redemptorem nouerat:sed an per semetipsum ad aperienda inferni claustra descenderet/dubitabat. Ex presenti enim prophetie spiritu tact⁹ fuerat:qui humanitatē mediatoris videns/et diuinitatē eius intelligens/cōfitebatur agnum qui peccata mundi tolleret. Sed tactus ex futuro nō fuerat:q̄ aduentū illius in inferno nesciebat. Aliquando vero prophetie spiritus animum prophetantis ex futuro tangit:atq̄ ex presenti non tangit:sicut aperte libri Geneseos historia testatur/cum Isaac Esau filium suum ad venandum misit:cui minorem filium Rebecca ad benedicendum supposuit:qui hedinis pellibus indutus/paterno palpatui corpus fraternum finxit. Cui ille minori filio tanq̄ maiori benedictionem dedit:que q̄ ei essent longe futura/nunciauit:sed quis esset qui coram se assisteret:scire nō potuit. Prophetie ergo spiritus ex futuro animū prophetantis tetigit:atq̄ ex presenti non tetigit:quando caligantibus oculis pater t ventura predicebat:et presentem filium nesciebat. Aliquando prophetantis animum ex presenti pariter et ex futuro tangit:qd̄ ex eodē libro Geneseos liquido docemur. In illo quippe scriptum est/quia cum ad vite iam terminum propinquaret Jacob:et duos filios suos Joseph fecisset assistere ante eum/vt ex benedictione illius possent longe post futura promereri:cui maiorē ad dexteram:minorem vero posuit ad sinistram. Cūq̄ ille oculis senectute caligantibus/nepotes suos/quis prior/quisue esset minor/humano visu discernere nequaq̄ posset:ductis in obliquū brachijs/dexteram manum minori/sinistram maiori imposuit. Quod dum corrigere filius vellet/ait:Non ita cōuenit pater:quia hic est primogenitus. Audiuit:Scio fili mi:scio. Et iste quidem erit in populos t multiplicabitur:sed frater eius iunior maior illo erit. Prophetie ergo spiritus ex presenti pariter et ex futuro prophetantis

Margin: B; Prophetia vn̄ dr̄.; Esa. vij.; Gen. j.; j. Co. xiiij.; C; iiij. reg. v.; Gen. j.; Gen. xlix.; Deu. xviij.; D; Dan. ij.; E; Jo. j.; F; Gen. xxvij.; Gen. xlviij.

G

animū tetigit: dū Jacob et vētura nūciabat: et eos quos
corporeis oculis videre non poterat/ante se positos/per
spiritum discernebat. Sic Ahie prophete animū prophe
tie spūs et ex presenti/atq; ex futuro tetigerat: cū caligā
tibus oculis eam que se esse aliā simulabat: ꝛ vxorē hiero
boam esse cognouit: ꝛ quicqd ei futurum esset/aperuit/di

iij. re. xiiij.

cens: Ingredere vxor Hieroboā: quare aliā te esse simu
las: Ego autē missus sum ad te/durus nūcius. Vade ꝛ
dic Hieroboā: hec dicit dn̄s deus israel: Quia operatus
es male super oēs qui fuerunt ante te: et fecisti tibi deos
alienos et conflatiles/ vt me ad iracūdiam prouocares:
me autē proiecisti post corpus tuū: idcirco ego inducam
mala super domū Hieroboā. Ex presenti ergo atq; ex fu
turo pariter prophetantis animus tactus fuerat: qui et
ingredientē deprehendere potuit: ꝛ ei ventura nunciare.
Aliquādo autē ex preterito/et ex presenti/atq; ex futuro
pariter animus tangit̄ prophetātis/sicut Elizabeth ve
nire ad se Mariā cōspiciens/quia incarnatū verbum ge
staret in vtero/agnouit: eāq; iam dn̄i sui matrē vocauit/

Luce. j.

dicens: Unde hoc mihi: vt veniat mater dn̄i mei ad me?
De cuius cōceptione per angelū quoq; ad Joseph dicit̄:

Mat. j.

Qđ enim in ea natū est: de spiritu sācto est. Que videlicet

Luce. j.

Elizabeth dicit: Beata que credidisti: qm̄ perficientur
ea que dicta sunt tibi a dn̄o. Dicens enī/Beata que credi
disti/aperte indicat quia verba angeli que dicta ad ma
riā fuerāt: p spiritū agnouit. atq; subiūgens/Perficient̄
ea q̄ sunt dicta tibi a dn̄o: que eā in futuro sequerent̄/ꝑui
dit. Simul ergo de preterito ꝛ p̄senti atq; ex futuro p pro
phetie spiritū tacta est/que ꝛ eā promissionib⁹ angeli cre
didisse cognouit: et matrē nominās/qꝛ redēptorē huma

H

ni generis in vtero portaret/intellexit. Et cū oīa pficien
da prediceret: quid etiā de futuro sequeret̄/aperuit. Ali
quando vero prophetie spiritus ex preterito tangit ani
mum/nec tangit ex futuro: sicut in Paulo apostolo aper

Gal. j.

te ostenditur: qui discipulis dicit: Notū vobis facio fra
tres euangelium qđ euangelizatum est a me: quia nō est
ſm hominē. neq; enim ego ab homine accepi illud/neq;

Ephe. iij.

didici: sed p reuelationē Jesu Christi. Unde alijs quoq;
discipulis dicit: Secūdum reuelationem notum factum
est mihi sacramētum. Qui tamen hoc ipsum euangelium
qđ per reuelationem cognouerat/cum hierosolymā pre

Act. xx.

dicaturus ascenderet/ait: Ecce ego alligatus spiritu va
do in hierusalē: q̄ in ea ventura sunt mihi/ignorās. Hoc
quippe euangelij sacramētum est: quia vnigenit⁹ patris
incarnatus atq; pfectus homo fact⁹ est: qui crucifixus/
mortuus et sepultus/die tertia surrexit: die quoq; qua
dragesima ascēdit in celum: atq; in dextera patris sedet.
Qui ergo per reuelationem euāgelium agnouit: prophe
tie spiritu de preterito tactus est: sed quia quid pro eodē
euangelio passurus esset/ignorabat: de futuro procul du

Act. xx.

bio tactus non est. Nam sic dicit: Nisi q; spiritus sanctus
per omnes ciuitates protestatur mihi dicens: Quoniam
vincula ꝛ tribulationes hierosolymis me manent. Aper
te ostenditur: quia ea que ipsi futura essent/alijs de ipso

I

Act. xxj.

reuelata erant: non autem ipsi de se: sicut de illo per Aga
bum dicitur: Uerum cui⁹ hec zona est: ita alligari opor
tet in hierusalem. Aliquando autem prophetie spiritus
tangit ex futuro/nec tangit ex preterito: sicut in Helisei
facto scriptum est: quia cum vnus ex filijs prophetarum
materiam succideret: huic ferrum securis in aquam ceci

iiij. Re. v.

dit: qui exclamauit: Heu heu domine mi: et hoc ipsum mu
tuo acceperam. Dixit autem homo dei: Ubi cecidit? At il
le monstrauit ei locum. Precidit ergo lignum/et misit il
luc: natauitq; ferrū. In quo videlicet prophete facto co
gnoscitur qꝛ qui requirit vbi ceciderat: quid esset factu

iiij. re. xiij.

rus nouerat: sed tamen cum requirit/constat quia vbi fer
rum cecidisset/ignorabat. Prophetie ergo spiritus He
lisei mentem ex futuro tetigerat: sed ex preterito non tan
gebat: qui ꝛ ferrum ex profundis dimersum quia reuoca
turus esset ad superficiem/scire potuit: sed vbi ceciderat:
omnino nesciuit. Aliquando vero prophetie spiritus in
presenti ex parte tangit: et ex parte nō tangit. Quod Pe
tri apostoli historia testatur: cum missi ad eum a cornelio
milites/ei sunt per spiritum nunciati. Scriptum quippe

Act. x.

est: Et dixit spirit⁹ ei: Ecce viri tres querūt te. Ad quos
ille descendit: ꝛ requirēs dixit: Que causa est ꝑpter quā
venistis: In cuius verbis ostenditur quia eandem cau
sam per spiritum non audierat/quā a militib⁹ requirebat.

In presenti ergo mentē Petri spirit⁹ ex parte tetigerat/

K

et ex parte nō tetigerat/qui adesse milites dixit: ꝛ ꝑ qua
causa venerāt/tacuit. Aliquādo spiritus ꝑphetie in futu
ro ex parte tāgit/ꝛ ex parte nō tāgit: sicut ꝑphetarū filij

iiij. Re. ij.

de auferēdo Helia ad Heliseū dicūt: Nunquid nosti qꝛ
hodie dominus tollat dominū tuū a te? Quo tamen subla
to/sese per diuersa dispergunt: eumq; in rupibus et valli
bus querunt. In futuro ergo eorum mentem prophetie
spiritus ex parte tetigerat/ꝛ ex parte non tangebat: quā
do eum quem tollendum nouerant: non inueniendū que
rebant. Ex parte itaq; tacti sunt/atq; ex parte non tacti:
quia sciebant qꝛ tolli posset: et nesciebant qꝛ inueniri non
posset. Idem quoq; Heliseus per prophetie spiritum de
futuro ex parte tactus est: et ex parte non tactus: cum re

iiij. Re. iij.

gi Israel diceret: Percute iaculo terram. Et cum per
cussisset tribus vicibus/et stetisset: iratus est contra eum
vir dei/et ait. Si percussisses quinquies aut sexies siue
septies: percussisses syriam vsq; ad consumptionem: nūc
autem tribus vicibus percuties eam. Qui itaq; nouerat
quia totiens percuteret Syriam/quotiēs percussisset ter
ram: sed cum ei diceret/Percute terram: quotiens eam
percussurus esset/ignorabat: quippe ꝛ indignatus est ter
ram tertio fuisse percussam: profecto constat quia de fu
turo ex parte tactus fuerat/ꝛ ex parte nō tactus: qui Sy

L

riam percuti predixit: sed terram amplius percuti vo
luit. Sic Samuel cū ad vngēdum Dauid a domino mit

j. Re. xv.

teretur/respondit: Quomodo vadā? Audiet enī Saul: ꝛ
interficiet me. Qui et Dauid vnxit: nec tamē a Saule oc
cisus est. Ex parte ergo de futuro tactus prophete ani
mus fuerāt/et ex parte non tactus: qui ꝛ vngendum Da
uid in regno nouerat: ꝛ quia a Saule nō esset occidēdus
ignorabat. Sciendū quoq; est qꝛ prophete quidam e pro
ximo tanguntur: atq; e longinquo minime tanguntur.
Alij vero e longinquo: et non tanguntur e proximo. Alij
autem et e longinquo et e proximo prophetie spiritu tan

j. Reg. x.

guntur. Nam quidam tanguntur e proximo/ꝛ non e lon
ginquo: sicut Samuel perisse asinas nouerat/easq; inuen
tas esse nūciabat. Saul regem futurum predicit: Dauid

j. Reg. xv.

quoq; quia in eius regno succederet/nūciat: sed quia pa

j. Reg. ix.

ter regis eterni futurus sit/non predicit. Quidam vero
tanguntur e longinquo/et non tanguntur e proximo: si
cut idem Dauid incarnandum dei vnigenitum nouerat/

Psal. lxxxvj.

de Judea dicens: Homo factus est in ea: ꝛ ipse fundauit
eam altissimus. Atq; hunc ad celos ascēsurum/et ad pa

Psal. cix.

tris dexteram sessurum intelligit/dicēs. Dixit dominus
domino meo: sede a dextris meis. Et tamen multa que

ij. reg. xv.

e vicino acta sunt/minime preuidit. Ut enim pauca de
multis loquar: seruum Miphiboseth liberum cōtra suum

ij. reg. xvj.

dominum mentientem non intellexit: et Amase promit

ij. Re. xix.

tens dixit: Hec faciat mihi deus/et addat: si nō magister
militie fueris coram me omni tempore pro Joab. videli
cet quid sequeretur/ignorans: quia Amasa idem non so
lum principatum militie pro Joab nō susciperet: sed etiā

iij. reg. vij.

per Joab post paululum vitam finiret. Et cum templū
deo construere voluit: quid e vicino sequeretur/nesciēs/
prophetam alterum requisiuit. Quidā vero e longinquo

M

tanguntur/et e proximo: sicut Esaias longe post futura

Esaie. vij.

prenunciat/dicens: Ecce virgo concipiet/et pariet filiū:
et vocabitur nomen eius Emanuel. De quo rursus ait:

Esaie. ix.

Paruulus natus est nobis: et filius datus est nobis: et
factus est principatus super humerum eius: ꝛ vocabitur
nomen eius admirabilis consiliarius/deus fortis/pater

Esaie xxxviij.

futuri seculi/princeps pacis. Multiplicabitur eius im
perium/et pacis non erit finis. Qui etiam de Ezechia re
ge prophetie spiritu tactus e vicino/quia de infirmita
te sua surgeret/predixit: et quot annis post infirmitatem
viueret/nunciauit. Aliquando enim prophetie spiritus
prophetis deest: nec semper eorum mentibus presto est:
quatenus cum hunc non habent/se hunc agnoscant ex

iiij. re. iiij.

dono habere cum habent. Unde Heliseus cum flentem
sunamitem mulierem a suis pedibus per Giezi puerum
auelli prohiberet/dixit: Dimitte illam: anima enim eius
in amaritudine est/et dominus celauit a me: et non indi

iiij. reg. iij.

cauit mihi. Sic quoq; cum eum Josaphat de futuris re
quireret/et ꝑphetie ei spiritus deesset: psaltem fecit ap
plicari: vt prophetie ad hunc spiritus per laudem psal
modie descenderet: atq; eius animum de venturis reple
ret. Uox etenim psalmodie cum per intentionem cordis

A agitur: per hanc omnipotēti domino ad cor iter paratur: vt intentę menti / vel prophetię mysteria / vel compunctionis gratiam infundat. Unde scriptum est: Sacrificium laudis honorificabit me: et illic iter est quo ostendam illi salutare dei. Quod enim latine salutare / hoc hebraice Jesus dicitur. In sacrificio igitur laudis fit Jesu iter ostensionis: quia dum per psalmodiam compunctio effunditur: via nobis in corde fit / per quam ad Jesum in fine peruenitur: sicut ipse de sua ostensione loquitur dicens: Qui diligit me / diligetur a patre meo: et ego diligam eū / et manifestabo ei meipsum. Hinc quoq; scriptum est: Cantate domino / psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomen est ei. Ipse etenim super occasum ascendit / qui mortem resurgendo calcauit. Cui dum cantamus / iter facimus / vt ad nostrū cor veniat: et sui nos amoris gratia accendat. Quia autem prophetis prophetię spiritus non semper adest / etiā vir dei indicat: qui contra samariam missus / mala que ei erant ventura / nunciauit: qui tñ prohibitus a dño in via comedere: prophetę falsa persuasiōe deceptus est: quē fallax sermo nō deciperet / si pphetię spm̄ presentē habuisset. Sciendū quoq; est q aliqñ prophetę sancti dū consuluntur: ex magno vsu prophetandi quedā ex suo spū proferunt / et se hec ex prophetię spū dicere suspicantur: sed qr sancti sunt: per sanctū spiritum citius correcti / ab eo que vera sunt audiūt / et semetipsos qr falsa dixerint: reprehendunt. Nathā etenī prophetā sanctū virū fuisse quis nescit: qui Dauid regē et de culpa aperte reprehendit: et que ei pro culpa eadē essent ventura / nunciauit: quē tamē dū idem dauid qñ templū deo vellet cōstruere / requisisset: illico respondit: Omne quod est in corde tuo / vade et fac: qr dñs tecū est. De quo illic statim subditur: Factū est autē in nocte illa: et ecce sermo dñi ad Nathan dicēs. Uade et loquere ad seruū meū dauid. Hec dicit dñs de⁹. Nunquid tu edificabis mihi domū ad habitandū? Neq; enim habitaui in domo ex die qua eduxi filios israel de terra Egypti vsq; in diē hanc. Et paulopost. Cum cōpleti fuerint dies tui: et dormieris cū patribus tuis / suscitabo semen tuū post te: qd̄ egredietur de vtero tuo: et firmabo regnū eius. Ipse edificabit domū nomini meo. Ecce Nathan pphetā qui pri⁹ regi dixerat / Uade et fac: ipse postmodū prophetię spū edoctus / hoc fieri non posse denuncians / et regis cōsilijs et suis sermonibus cōtradixit: qr quod ex suo spū dixerat / falsum fuisse reprehendit. Quā tū re inter prophetas veros ac falsos ista distantia est: qr prophetę veri si quid aliquando per suū spiritus dicunt: hoc ab auditorū mētibus per spiritū sanctū eruditi citius corrigūt. Prophetę autē falsi et falsa denunciant: et alieni a scō spū / in sua falsitate perdurāt. Considerātis igitur prophetię tēporibus et modis: intueri libet qualiter oīpotens deus ad profectū hominū ire sue moderamina dispensat. Israeliticus quippe populus cōditori suo deliquerat / et idcirco regi Babylonio in captiuitate seruiebat: cū quo tamen Ezechiel propheta in captiuitatē missus est: quē diuina gratia ita sibi placabilē fecerat / vt per eū ventura queq; pdiceret: et afflicti populi mentē consolari dignaretur. Consideremus ergo (si possumus) q̄ta est dispēsatio superne pietatis: quia sic iratus est populo suo dñs: vt tamen omni modo non irasceretur. Nam si irat⁹ non esset: in captiuitatem populum minime tradidisset: et si omni modo iratus esset / electos suos in captiuitatē cum illo non mitteret. Sed agit hec diuina mīa: vt ex vna eadēq; re et quā carnalibus dat flagellū / et ea spiritalibus virtutis prestet incrementū. Cumq; illos per tribulationem purgat: istos et societate tribulantiū ad maiora promerenda excitat. Et sic iustis irascitur / vt tamen eorū corda per iustorū consortiū consoletur: ne si omnimodo deserat: nullus post culpas ad veniam redeat. Tenendo igitur repellit / et repellendo tenet: qñ cū his quos diiudicat / simul in tribulatione mittit quos amat. Quis ista tante pietatis viscera pensare sufficiat: q et culpas populi dñs sine vindicta nō deserit: et tñ delinquentē populū a se funditus nō repellit. Sic cū Moyses ad repromissionis terrā exploratores duodecim misisset: et qbus cū decē postmodū desperationem populo facerent: idem popul⁹ in ira murmurationis accensus / seductū se a dño esse conquestus est: vt eius cadauera iacerent in deserto. Cui oīpotens deus iratus dixit q nullus eorum in terrā

Ps. xlix. — Jo. xiiij. — Ps. lxvij. — iij. re. xiij. — B — ij. Re. vij. — Ezech. iij. — C — Nūe. xiij. et. xiiij.

repromissionis intraret. Quo terrore cōpuncti / praue se egisse cognouerūt: sese in lachrymis afflixerūt: et accincti armis / protinus ceperunt contra hostes ascendere: vt repromissionis terram post lachrymas intrare potuissent. Quibus per Moysen dñs dixit: Dic eis: nolite ascendere / neq; pugnetis. non enī sum vobiscū: ne cadatis corā inimicis vestris. Qua in re pēsandū est / si cū ipsis nō erat / cur eos ne caderent / ascēdere prohibebat: Si autē cum ipsis erat: quid est qd̄ ait: Non enī sum vobiscū? Sed mira dispēsatione disciplinę ac mīe / et cū ipsis erat: et cum ipsis non erat. Cū ipsis non erat vt vincerent: sed tñ cum ipsis erat / ne ab hostibus perirent. O ineffabilis pietatis viscera. Culpas insequitur: et tñ peccātes protegit. Iratū se indicat: et tñ ab hostibus defendit. Sic plerūq; paruulo filio delinquēti irascitur mater / reprehendit / increpat / verberat: sed si hunc in preceps ire conspexerit / vbi in mortis periculū ruat / manū tendit et retinet: et que sic irata verberauerat / ac si non diligeret: sic diligenter retinet / ac si irata nō verberasset. Hec in sola prefatione colloquētes / nauigij nostri quasi intra portū exercitiū fecimus: vt ad indaganda prophetię mysteria velut in immensitate pelagi post vela pādamus. Quod tñ non in nostra virtute presumimus / sed in eo qui linguas infantiū facit disertas. Quia spūs dñi repleuit orbem terrarum: et hoc quod cōtinet oīa / scientiā habet vocis. Oīpotens enī deus sermo patris oīpotētis est. Et qui de illo loqui cōcupiscimus / muti in illo nullo modo erimus. Dabit enim verba vtilia oīpotens verbū / quod pro nobis incarnatū viuit et regnat cū patre in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

D — Nūe. xiiij

¶ Homilia secunda.

Et factū est in tricesimo āno / in quarto / in quinta mēse: cū essē in medio captiuorū iuxta fluuiū Chobar / aperti sunt celi / et vidi visiones dei. In quinta mēsis: (ipse est ānus qntus trāsmigrationis regis Joachim) factū est verbum dñi ad Ezechielē filiū Buzi / sacerdotē i trā Chaldeorū secus fluminē chobar. Et facta est super eū ibi manus dñi. Et vidi / et ecce vētus turbinis veniebat ab aqlone: et nubes magna / et ignis inuoluēs: et splendor i circuitu eius: et de medio eius qsi species electri. i. de medio ignis. Et in medio eius similitudo quatuor aialium: et hic aspectus eorū: similitudo hominis in eis.

E

Usus prophetice locutionis est / vt prius psonam / tēpus locūq; describat: et postmodū dicere mysteria pphetię incipiat: quatenus ad veritatē solidius ostendendā ante historię radicē figat: et post fructus spūs per signa et allegorias pferat. Ezechiel itaq; etatis sue tēpus indicat / dicēs: [Et factū est in tricesimo anno: in quarto mē(se) in quinta mensis.] Locum quoq; describens adiūgit: [Cū essem in medio captiuorū iuxta flumen chobar / apti sunt celi: et vidi visiones dei.] Tps etiā insinuat: subdēs: [In quinta mensis / ipse est annus quintus trāsmigrationis regis Joachim.] Qui vt bene psonā indicet / etiā genus narrat cū subdit. [Et factū est verbū dñi ad Ezechielē filiū Buzi sacerdotē.] Sed prima questio nobis oritur: cur is qui nihil adhuc dixerat / ita exorsus est dicens: [Et factū est in tricesimo āno?] Et nāq; sermo coniunctionis est: et scim⁹ quia nō coniūgitur sermo subsequēs: nisi in sermone precedēti. Qui igit nihil dixerat / cur dicit: [Et factū est] cū nō sit sermo cui hoc qd̄ incipit subiungat? Qua in re intuendū est: qr sicut nos corporalia: sic prophetę sensu spiritalia aspiciūt: eisq; et illa sunt presentia / que nostre ignorātię absentia videntur. Unde fit vt in mente prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interiora: quatenus simul vtraq; videant: simulq; in eis fiat et intus verbū qd̄ audiūt / et foris qd̄ dicunt. Patet igit causa cur qui nihil dixerat / sic exorsus est dicens. [Et factū est i tricesimo anno] quia hoc verbū quod foris protulit: illi verbo quod in-

Ezech. i. — F

G tus audierat/coniunxit. Cōtinuauit ergo verba que pro-
tulit/visioni intime: et idcirco incipit dicens: [Et factū
est.] Subiunxit enī hoc quod exterius loqui inchoat: ac
si et illud foris sit/quod intus vidit. Hoc autē quod dici
tur: quia tricesimo anno spiritum prophetie acceperit: in-
dicat aliquid nobis considerandū: videlicet quia iuxta
rationis vsum doctrine sermo non suppetit: nisi in etate
[Luce.ij.] perfecta. Unde et ipse dn̄s anno duodecimo etatis sue in
medio doctorum in templo sedens/non docens: sed inter
rogans voluit inueniri. Ut enim non auderent hoīes in
infirma etate p̄dicare: ille anno duodecimo etatis sue in-
terrogare hoīes est dignatus in terra/ qui per diuinita-
tē suā semper angelos docet in celo. Quia enī ipse est dei
sapientia: de ipso angeli videndo viuunt/ hoc q̄ beatitu-
dine eterna satiant. Qd̄ moyses quoq̄ sub allegorie my
[Deut.xv.] sterio admonet dicens. Non arabis in p̄mogenito bo-
uis. Primogenitū enī bouis accipimus ī infirma etate
p̄mi nostri tēporis bonā operationē. In qua tamē aran
dum non est: quia cū prima sunt adolescētie vel iuuentu
tis nostre tempora/nobis adhuc a predicatione cessandū
est/vt vomer lingue nostre proscindere non audeat terrā
cordis alieni. Quousq̄ etenī infirmi sumus: cōtinere
nos intra nosmetipsos debemus: ne dū tenera bona cūt-
us ostendimus/amittamus: quia et arbusta plantata si
prius in terra radicata non fuerit: manu tacta citius are-
scunt: at si semel radicem fixerint: manus tangit/et tñ ni-
hil officit: venti impellunt/nec tamē impellentes ledunt.
Et constructi parietes si impellantur/ eruūtur: nisi a suo
[D] prius fuerint humore siccati. Mens itaq̄ quousq̄ ab hu-
more prauitatis sue perfecte non fuerit exsiccata / aliene
lingue manu tangi non debet: ne priusq̄ plene percipiat/
perdat soliditatem suam: ne impulsa ruat: ne velut arbu-
stum sine radicibus dū plus q̄ tolerare valet cōcutitur/
arescat. Ad exemplū ergo non sunt ostendenda: nisi que
firma sunt. Prius etenī cōualescere debet mens: atq̄ ad
vtilitatē proximorū postmodū demonstrari: cum iam nec
per laudē eleuata corruat: nec per vituperationē percus-
[j. Timo.iiij] sa cōtabescat. Nam etsi timotheo dicitur: Precipe hec
et doce: nemo adolescentiā tuā contēnat: sciendum est q̄
in sacro eloquio nōnunq̄ adolescentia iuuentus vocat.
[Eccle.xj.] Unde scriptum est: Letare iuuenis in adolescentia tua.
Profecto igitur vt ostendatur cuius auctoritatis sit in
p̄dicatione/etatis solide esse describitur: quatenus et cū
vita et spū oīa que ad predicandū congruunt/cōcordare
videantur. Nec contra hec quempiam mouere debet q̄
[Hiere.j.] Hieremias atq̄ Daniel p̄phetie spm̄ pueri perceperūt:
[Dan.xiij.] qm̄ miracula in exēplo operationis non sunt trahenda.
Omnipotens enim deus et linguas infantiū fecit disertas:
[Ps.viij.] et ex ore infantium atq̄ lactentiū perficit laudē. Sed ali
ud est qd̄ nos de doctrine vsu atq̄ discipline dicimus:
aliud qd̄ de miraculo scimus. Jam vero si queritur vt
in ipsa quoq̄ etatis illius expressione mysticū aliqd̄ de-
signetur: absurdū non est q̄ propheta dn̄m quem verbis
denunciat: ipso quoq̄ etatis sue tempore ostendat. Anno
[Ezech.j.] tricesimo Ezechielis prophete celi aperti sunt: et vidit
visiones dn̄i iuxta fluuium Chobar: q̄ et quasi tricesimo
etatis sue anno dn̄s ad fluuiū Jordanis venit. Ibi itaq̄
celi aperti sunt: quia spūs in colūba descēdit: vox quoq̄
[Mat.xvij.] de celo sonuit/dicēs. Hic est filius meus dilectus: in quo
mihi complacui. Sed et ipsa hebrea verba multū nobis
ad mysteriū interpretandum valent. Nam chobar inter-
pretat̄ grauitudo vel grauitas: ezechiel fortitudo dei: Buzi
[J] despectus vel cōtēptus: chaldei captiuantes/vel q̄si de-
mones. Uenit ergo Ezechiel iuxta fluuiū chobar: quia
enī chobar grauitudo vel grauitas dicitur: quid p̄ cho-
bar fluuiū/nisi humanū genus congrue designatur: qd̄
ab ortu defluit ad mortē: et graue sibi est ex peccatis que
[Zacha.v.] et perpetrat et portat: quia sicut scriptum est: Iniquitas
in talentū plumbi sedet. Omne enī peccatū graue est: quia
non permittit aīmā ab sublimia leuari. Unde et p̄ psal-
[Ps.iiij.] mistā dicitur: Filij hominū/vsq̄quo graui corde? Scri-
[j.Corin.j.] ptū quippe de dn̄o est: quia ipse est dei virtus/et dei sapi-
entia. Uenit ergo Ezechiel iuxta fluuiū chobar: quia for
titudo dei per incarnationis sue mysteriū propinquare
dignata est peccatorū suorū pondera portāti generi hu-
mano: quod ab ortu suo quotidie defluit ad mortem: si-
[Ps.j.] cut de illo per psalmistam dicitur: Et erit tanq̄ lignū qd̄
plantatū est secus decursus aquarum. Juxta decursus

[K] quippe aquarū plantatus est: q̄ iuxta lapsus incarnatus
est defluentiū populorū. Ezechielē autē fortitudinē dei/
Buzi vero despectū interpretari diximus. Sed Ezechi-
el filius est Buzi: quia ex illo populo vnigenitus dei icar
nari dignatus est: quē propter culpā perfidie dn̄s despe-
xit. Fortitudo ergo dei ex contēptu vel despectu nascit̄:
quia redemptor noster humanitatē assumere ex populo
p̄fido et contēpto dignatus est. Uenit ergo in terram
chaldeorū. Chaldei interpretātur (vt diximus) captiuā-
tes/vel quasi demones. Iniqui enī quia et ipsi iniquita-
tes perpetrant/et ad iniquitatē alios persuadendo tra-
hunt: nimirū captiuantes sunt. Qui recte quoq̄ et quasi
demones interpretantur: quia et hi qui alios ad iniqui-
tatē suadendo pertrahūt: in semetipsos ministerium de-
monū ad iniquitatē suscipiunt: q̄uis demones per natu-
ram non sint. Uenit ergo fortitudo dei ī terra chaldeorū:
q̄ inter eos vnigenit⁹ patris apparuit/q̄ et p̄ semetipsos
ad peccatū defluxerant: et ad peccata alios captiuantes
trahebāt. Sed expositionis sermo ad prophete nūc p̄so-
nā redeat. [Et facta est super eū ibi manus dn̄i.] Man⁹
[Joan.j.] vel brachiū dn̄i filius dicitur: quia per ipsum oīa facta
[Ps.cxviij.] sunt. De quo etiā psalmista ait: Fiat manus tua/vt saluū
me faciat. Manus quippe dei que per diuinitatē non est
facta/sed genita/per humanitatē facta est/vt humani ge
neris vulnera sanaret. Ibi ergo propheta incarnationē
vnigeniti agnouit: vbi super se manum dn̄i factam vidit.
[Capi.j.] Quod vero hic subditur: [Et vidi: et ecce ventus turbi-
nis veniebat ab aquilone:] intuendū nobis est quis sit in
prophete verbis ordo locutionis. Qui enim superius de
[L] seipso dixerat: Aperti sunt celi/et vidi visiones dei: post-
[Ibidem.] ea tanq̄ si de alio narret/adiūgit. [Et facta est super eū
ibi manus dei.] Ac deinde quasi ad se reuertitur/et dicit:
[N] [Et vidi: et ecce vētus turbinis veniebat ab aquilone.]
Quid est hoc q̄ modo Ezechiel loquitur/modo de eze-
chiele? Si per totū diceret de se: questio non esset. Si per
totū diceret quasi de alio: nihilominus questio non fuis-
set. Quid est ergo hoc q̄ sic variatur sermo propheticus/
vt modo propheta de se loquatur: modo aūt de ipso q̄si
alius loqui videatur? Sed sciendū est quia hi qui p̄phe-
tie spū replentur: per hoc qd̄ aperte nōnunq̄ loquuntur
de se: et nōnunq̄ sic de se verba tanq̄ de alijs proferunt/
indicant quia nō propheta/sed spūs sanctus loquitur p̄
prophetā. Pro eo enim q̄ per ipsos sermo fit: ipsi loqui
tur de se: et pro eo q̄ aspirante spiritu sancto loquuntur/
idem spūs sanctus per ipsos loquitur de ipsis: veritate
[Matth.x.] attestante/que dicit: Non enim vos estis qui loquimini:
sed spūs patris vestri/qui loquitur in vobis. Hinc etiam
[Nume.xij] moyses ait: Erat Moyses vir mitissimus super oēs ho-
mines qui morabantur in terra. Qui enī non dicit eram:
sed erat: profecto aperte indicat/quia is qui per illum de
[Joan.xix.] illo loquebatur/alius erat. Hinc Johānes ait: Uidit illū
discipulū quē diligebat Jesus. Unde et paulus vt nō se
[ij.Co.xiij.] esse qui loquebatur ostenderet: dixit: An experimentū que
ritis eius qui in me loquitur xp̄us? Quia igitur in locu-
tione prophetica alter est qui presidet: alter qui obsequi-
tur: cum de seipso propheta loquitur/ persone obsequen-
tis est: cum vero per prophetā spūs loquitur/sublimitas
presidētis ostendit̄. Recte ergo et tanq̄ de alio dicitur.
[Facta est super eum ibi manus dn̄i.] Et de se protinus
adiungit. [Et vidi: et ecce ventus turbinis veniebat ab
[M] aquilone.] Nunc itaq̄ discutiendū nobis est quid sit qd̄
dicit. [Et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: et
nubes magna.] Pro eo q̄ ventus aquilo constringit in
frigore: non incōgrue aquilonis noīe torpor maligni spi-
ritus designatur. Quod Esaias quoq̄ propheta testatur
[Esa.xiiij.] qui dixisse diabolum denunciat/dicens. Sedebo in mō-
te testamenti: in lateribus aquilonis. Malignus enī spi-
ritus montē testamēti tenuit: q̄ Judaicū populū qui le-
gem acceperat/sibi in perfidiā subiugauit. Quando enim
corda doctorū tenet: monti testamēti diabolus presidet.
Qui etiā in lateribus aquilonis sedet: quia mentes ho-
minum frigidas possidet. Unde et sponsi voce in cantico
[Can.iiij.] canticorū dicit̄: Surge aquilo / et veni auster: perfla hor-
tū meum: et fluant aromata illius. Cum enī iubente dn̄o
frigidus spūs recedit: calidus spūs mentem fideliū occu
pat: qui hortum dei .i. sanctā ecclesiā perflat: vt opiniones
virtutū eius/ad multorū notitiā velut aromata defluāt.
Recedente etenī aquilone .i. maligno spū: sanctus spūs

A

mentem quasi auster replet. Qui dū calefaciendo flaue-
rit:statim de fideliū cordibus aromata virtutū fluunt.
Propheta ergo ea que essent in finem ventura / conspi-
ciens: venire ab aquilone ventum turbinis vidit: quia in
extremo seculi mentes hominū torporis sui frigore ma-

Apoc. xij.

lignus spūs grauius occupat. Unde scriptū est: Ue ter-
re et mari: qꝛ descēdit diabolus ad vos / habens irā ma-
gnā: sciens qꝛ modicū tps habet. Antiquꝰ quippe aduer
sarius insidiarū suarū molimina in humanis mentibus
grauiꝰ exaggerauit. Contra cuius excrescentē superbiā
incarnati manifestata est humilitas deitatis vt humanum
genus a suo languore sanaret / tūc magna apparuit potē
tia medici / cū languor creuit egroti. Bene autē maligni
spiritus immissio ventus turbinis appellat. Turbo quippe
edificiū quod tāgit / concutiendo subruit. Et omnis an-
tiqui hostis temtatio que agitur in mente / ventus est tur-
binis: quia hanc concutiendo per desideria / a statu sue re-
ctitudinis euellit. Sed nos ista reticentes que humano
generi erunt ab hoste callido in finem ventura: ad solam
Iudeam ex qua propheta fuit: et cuius perditionem pro
phetando conspicit: verba vertamus. Que incarnato dño
tanto grauius ab aquilone ventum turbinis pertulit /
quanto a sua rectitudine concussa cadens / per torporem
mentis in perfidia frigida remansit. Uentus ergo turbi-
nis ab aquilone venit: cum vitam Iudaici populi mali-
gnus spūs in tentatione concussit. Ubi et recte additur:
[Et nubes magna.] Quia quanto plus quisqꝫ exarsit in

B

crudelitate / tanto amplius obcecari meruit in ignoran-
tie sue caligine. Redemptorem quippe humani generis
quē in lege ac prophetis intelligentes expectauerant: vi-
dentes negabant. Unde actū est / vt eorum mens magna
ignorantie sue nube tegeretur: ne hunc post inquirentes
agnoscerent: quē prius et denunciari poterant / et amare
renuebāt. Nam cū modo eius virtutes et miracula / mo-
do autē passiones conspicerēt: in infideliū cordibus nu-
bes magna ab aquilone venerat: quia ex peccati sui frigo
re propter infirmitatem passionis illius et inter signa ca-
ligabant. Quid vero ex illa nube magna et caligine sit se-
cutū / subiungitur / cum protinꝰ dicit: Et ignis inuoluēs.
Ignis enī nōc cū per significationē dicitur / aliqñ spūs
sctūs: aliquādo autē mentis malitia designatur. De bo-

Luce. xij.

no enī igne scriptū est: Ignem veni mittere in terrā: ⁊ qd
volo nisi vt accēdatur? Ignis quippe in terrā mittitur /
cū per ardorē sancti spūs afflata terrena mens a carnali-
bus suis desiderijs cōcremat. De malo autem igne di-

Hebre. x.

citur: Et nunc ignis aduersarios consumit. quia cor pes-
simum ex sua malitia tabescit. Sicut autem ignis amo-
ris / mentē erigit: ita ignis malitie inuoluit: quia et spūs
sanctus cor qđ replet eleuat: et ardor malitie ad inferio-
ra semper incuruat. Iudea igitur nube sue ignorantie ce-
cata / qꝛ mox ad persecutionis nequitiā erupit: igne suo
conuoluta est: que in obligatione se nequitie per eandem
ipsam crudelitatē qua arsit implicauit. Uentus autem

C

turbinis veniebat ab aquilone: et nubes magna / et ignis
inuoluens: qꝛ ex torporis sui frigore ad ignorantie caligi
nem perducta / vsqꝫ ad malitiā psecutionis erupit. Unde

Hiere. j.

ad aliū quoqꝫ prophetā dicitur: Quid tu vides? Qui illi-
co respondit. Ollā succensam ego video: et faciem eius a
facie aquilonis. Iudeorū quippe mens in persecutione
feruens / atqꝫ in crudelitate malitie vndas cogitationum
voluens / quid aliud qꝫ olla succensa fuit? Cuius facies
a facie aquilonis esse dicitur: quia si se aduerso spiritui p
torporem mentis non subderet / contra bonos in tanta
malitia non exarsisset. Nubē itaqꝫ sequitur ignis inuol-
uens: quia in eius cecitatē mentis secuta est crudelitas

j. Cor. ij.

persecutionis. Si enī cognouissent / nūqꝫ dñm glorie cru

Ezech. j.

cifixissent. Sed iste ignis alibi arsit / atqꝫ alibi splenduit.
Nā subditur. Et splēdor in circuitu eius. Dum enī per-
secutio in Iudea agitur: sancta aplor̄ predicatio in vni-

Act. xj.

uerso mundo dispersa est: sicut ipsi dicunt. Uobis mis-
sum fuerat verbū dei: sed quia indignos vos iudicastis /
ecce imus ad gētes. De crudelitate ergo malitie que mē
tem Iudee concremauit: omnipotens deꝰ lucem gētibꝰ
sparsit: quia per hoc quod illa redemptorē suū ac mem-
bra eius persecuta est: sanctis aplis per diuersa dispsis:
nos qui in Iudee circuitu positi in tenebris fuimꝰ: dono
celestis gratie splendorē veri luminis vidimus. Unde

Esa. ix.

scriptū est: Sedentibus in tenebris et vmbra mortis: lux

D

orta est eis. Iste itaqꝫ ignis malitie qui a Iudeorum cor
dibus arsit in persecutione / prius qꝫ sanctos aplos secuē-
do affligeret: in ipso se exercuit auctore ac redemptore
generis humani. Unde et subditur [Et de medio eius

Ezech. j.

quasi species electri .i. de medio ignis.] Quid electri spe-
cie nisi xps Iesus / mediator dei et hominū designatur?
Electrū quippe ex auro et argento est. In electro dum
aurū argentūqꝫ miscetur: argentū ad claritatem crescit:
aurum vero a suo fulgore pallescit. Illud ad claritatem
proficit: hoc a claritate temperatur. Quia igitur in vni-
genito dei filio / nature diuinitati vnita est natura nostra:
in qua adunatione humanitas in maiestatis gloriam ex-
creuit: diuinitas vero a sui fulgoris potentia humanis
se oculis temperauit: per hoc quod humana natura cla-
rior facta est: quasi per aurum creuit argentum. Et qꝛ di-
uinitas a fulgore suo nostris est aspectibus tēperata: qꝰsi
aurū nobis palluit p argentum. Illa enī natura inmutabi
lis / qꝛ in se manens innouat oīa / ita vt est / nobis apparere
voluisset / fulgore suo nos incenderet potiꝰ qꝫ renouaret:
sed claritatem sue magnitudinis tēperauit nr̄is oculis
deus: vt dū nobis eiꝰ claritas tēperatur: etiā nostra infir
mitas per eius similitudinē in eius luce clarescerct: ⁊ per
acceptā gratiā (vt ita dicā) sue habitudinis colorē mu-
taret. Quasi electrū ergo in igne est deus factꝰ homo in
psecutione. Sequitur. [Et in medio eius similitudo quat

Ezech. j.

tuor aīalium.] Qđ in medio eius dicitur / siue electri siue
ignis / nil obstat itelligi: qꝛ quattuor hec aīalia / sancti sꝫ
euangeliste: et ex eiusdē dñi incarnatione ad fidei virtu-
tem solidati sunt: et in igne persecutiōis multis tribula
tionibus afflicti. Qꝫ si quis hec que de primo dñi aduen-
tu diximus / etiam de secundo velit accipere: eidem assen

E

su sequendus est: qꝛ sepe prophetie spūs minimum quid
loquitur / multa simul intuetur. Uentus etenim turbinis
ab aquilone venit: qꝛ nimirū causa peccatorum exigit / vt
districti iudicij concussio oīa simul elementa perturbet.
Terror enī perturbationis vltime inde venire dicitur /
vnde generatur. Nam quia ad feriendas frigidas pecca
torū mentes iudiciū perturbationis vltime agitur: recte
ab aquilone ventus turbinis venire perhibetur. Que vi-
delicet cōcussio apte ventus turbinis dicitur: quia in il-
lo die cunctorū qui tunc in carne mortali inuenti fuerint /
in pauore nimio corda cōmouentur. Cum enī ceperit im-

Matth. xxiiij.

pleri quod scriptū est: Sol obscurabitur: et luna non da-
bit lumen suū: et stelle cadent de celo: et virtutes celorū
cōmouebunt: que mens erit hominis / eterni iudicis sen-
tentiā non formidantis? Ibi enī tunc cuncta simul pecca
ta ante oculos redeunt: ibi oīa que cū delectatione acta
sunt / ad memoriā cū pauore reuocantur: ibi caligo cogi-
tationis misere ex pena proxime damnationis. Unde et
subditur. [Et nubes magna.] Tunc quippe ex peccato-
rum memoria sensum mentis deprimit caligo cecitatis /
cum vnigenitū dei filiū in forma diuinitatis conspicere

Zach. xij.

reprobi non permittūtur. Uidebunt enī in quē transfixe-
rūt. ⁊ Tollatur impius / ne videat gloriā dei. Ubi ⁊ apte
subditur. [Et ignis inuoluēs.] Quia videlicet ignis ille

F

iudicij qui celum aereū et terram concremat: peccatores
iam in sua supbia non permittit erigi / sed inuoluit: quos
procul dubio in pena sue damnationis constringit. [Et
splendor in circuitu eius.] Quia sicut fulgur exit ab ori-
ente / et paret vsqꝫ ad occidentem: ita erit aduentus filij
hominis. Ubi nullus tunc a iudicio in sua mente latere
pmittitur: quia ipso iudicis fulgore penetratur. De quo
mox iudicij die subditur. [Et de medio eius quasi speci-
es electri .i. de medio ignis.] Ipse enim angelis atqꝫ ar-
changelis omnibusqꝫ virtutibus presidens redemptor no
ster: qui velut in electri similitudinem vnus ex vtraqꝫ et
in vtraqꝫ natura / et deus permansit cū patre / ⁊ ad redem
ptionē nostrā factus est mortalis cū hoībus: in suo tunc
terrore videbitur: cuiqꝫ ignis iudicij in reproborū vindi-

j. Cor. iij.

cta famulabitur. Hinc enī scriptū est. Dies dñi declara-

Ps. xlix.

bit: quia in igne reuelabitur. Hinc psalmista ait: Deus ma
nifeste veniet: deus noster / et non silebit. Ignis in conspe
ctu eius exardebit / et in circuitu eius tempestas valida.

ij. Pet. iij.

Hinc Petrus aplus dicit: Adueniet dies dñi vt fur: in
quo celi magno impetu transibunt: elementa vero ignis
ardore soluentur. Et quia tunc sancti oēs qui mūdū per-
fecte reliquerūt / iudices veniūt: apte mox subditur. [Et
in medio eius similitudo quattuor animaliū.] Quid enī

G

per quattuor animalia: nisi quattuor euangeliste signantur? Nec immerito per euangelistas quattuor/perfectorum omnium numerus exprimitur: quia oēs qui in ecclesia modo perfecti sunt/perfectionis sue rectitudinem per eorum euangeliū didicerūt. De medio enī eius similitudo quattuor animaliū: q2 illi tunc eius corpori vnitiue maiestati coniūctiet simul facti cū eo iudices videbūtur: qui modo perfecta opera iuxta euāgelica pcepta secuti sūt.

Mat. xix.

Hinc est enim quod ipsis sanctis apl̄is dicitur. Uos qui secuti estis me / i regeneratione/cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue / sedebitis et vos super sedes duodecim: iudicātes duodecim tribus israel. Hinc esaias ait: Dñs ad iudicium veniet cum senioribꝰ populi sui.

Esa. iij. / Puer. vlti.

Hinc salomon de ecclesia loqtur dicens: Nobilis in portis vir eius/cum sederit cū senatoribus terre. His itaqz sub breuitate transcursis/aductus primi ordinem sicut cepimus exequētes: ad euangelistarū personas in expositione redeamus. Sequitur. [Et hic aspectus eorū: similitudo homis in eis.] Quis hoc loco homo describitur: nisi ille de quo scriptū est: Qui cū in forma dei esset: non rapinā arbitratꝰ est esse se equalē deo: sed semetipsum exinaniuit/formam serui accipiens: in similitudinem hoīm factus: et habitu inuētus vt homo? Hec itaqz aīalia vt surgere ad sanctitatis virtutē valeant: ad huius hoīs similitudinē tendunt. Sancta enim non essent/ si huius hominis similitudinē non haberent: quia quicquid in eis de visceribus pietatis/quicqd de mansuetudinis spū/quicquid de custodia humilitatis/quicquid de feruore charitatis est/hoc ab ipso fonte mie/ab ipsa radice mansuetudinis/ab ipsa virtute iustitie. Ja mediatore dei et hominū deo dño traxerunt. Huius se hominis similitudinem habere egregius pdicator ostendit dicens: Imitatores mei estote/sicut et ego xpi. Ad eius nos similitudinem surgere admonet/cū dicit: Primus homo de terra terrenꝰ: secūdꝰ homo de celo celestis. Igitur sicut portauimus imaginē terreni/portemꝰ et imaginem eius qui de celo descendit. Sāctus eteni quisqz intantū ad similitudinē huius homis ducitur: inquantū vitam sui redēptoris imitatur. Nam ab eius mādatis atqz operibus discordare: q̄d est aliud q̄ a similitudine longe recedere? Plāgunt autē vitam delinquētiū predicatores sancti: sed de ipso nostro capite scriptum est: quia fleuit super hierusalem. Gaudent de bonis actibus subditorū: et recte operātes diligunt: sed de redemptore nostro scriptum est: qui cum adolescēs quidā diceret: Hec oīa custodiui a iuuētute mea: magis dilexit eum. Portant illatas contumelias predicatores sancti/et nullā adinuicē cōtumeliā reddunt: sed cum redēptori nostro diceretur: Demoniū habes/nō iniuriā reddidit: sed mansuetudinē respondit dicens. Ego demoniū non habeo. Feruent zelo rectitudinis predicatores sancti: sed redemptor omniū/flagello de resticulis facto: vendentes et ementes eijcit de tēplo: cathedras vendentium columbas euertit: et nūmulariorum effudit es. In omne qđ fortiter agūt: humilitatē tota intētione custodiunt: sed per redemptorē nostrum dicitur. Discite a me/quia mitis sum/et hūilis corde. Persecutores quoqz suos diligunt predicatores sancti: sed ipse auctor omniū ac redemptor in passione positus/pro persecutoribus intercedit/dicēs: Pater ignosce illis: qr nesciunt quid faciūt. Membra sua ponūt in passione pro fratribus: sed pro electorum vita vsqz ad mortē se tradidit auctor vite. Dicatur ergo de sctis aīalibus q̄ similitudo hoīs in eis est: quia q̄ sācta/q̄ mira sunt: hoc in eis de specie similitudinis est. i. de virtute imitationis. Caput quippe omniū nostrū redemptor noster est. Et per salomonem dicitur: Oculi sapientis in capite eius: stultꝰ autē in tenebris ambulat. Tunc enī in capite oculos habemus/cum vitā redemptoris nostri tacita cogitatione conspicimus: et cū omnis nostra intentio in eius imitationem se erigit: ne si vias lucis aspicere oculus mentis neglexerit: statī clausus in tenebris erroris cadat. Ad huius similitudinē hoīs surgere festinabat propheta/cum diceret: In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas. Qui enim vias dñi tacite in mente considerat: et se exercere in mādatis illius festinat: quid aliud i semetipso nisi imaginem noui hominis reformat? Quod quia in sanctorū cordibus incessanter agitur: recte nūc de aīalibus dicitur. [Similitudo hoīs in eis.] Post hanc vero similitudinē que nunc in moribus tenetur: eciqz ad similitudinē glorie peruenitur. Hinc etenī Joānes dicit: Nunc filij dei sumus/et nondū apparuit quid erimus. Scimus aūt qm̄ cum apparuerit similes ei erimus. Qui mox vnde hoc fieri valeat/adiungit dicens: Quoniam videbimus eū sicuti est. Esse enī dei/est eternū hunc atqz incōmutabilē permanere. Nam omne qđ mutatur/desinit esse quod fuit: et incipit esse quod non fuit. Dei vero esse est dissimiliter nunqz esse. Unde ad Moysen dicitur Ego sum qui sum. Et dices filijs israel: Qui est/misit me ad vos. Jacobus quoqz ait: Apud quē non est transmutatio: nec vicissitudinis obūbratio. Itaqz per Joannem dicitur: Similes ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est. Quia per hoc q̄ aspicimus eius essentiam nature: a mutabilitate nostra liberati figimur in eternitatē. Immutabimur quippe in ipso quem videbimus: qr morte carebimus videndo vitā. Mutabilitatē nostrā transcēdemus/videndo immutabilē. Corruptione nulla tenebimur: videndo incorruptionē. Erit autē tunc similitudo hominis etiā in corporibus nostris. Hinc etenī per paulum dicitur: Nostra conuersatio in celis est: vnde etiā saluatorem expectamus dñm Jesum xp̄m: qui reformabit corpꝰ humilitatis nostre/configuratum corpori claritatis sue. Erunt ergo tunc electorum corpora claritati dñici corporis cōfigurata: que etsi equalitatē glorie eius non habent per naturā: similitudinē tñ cōfigurationis eius habebunt p gratiā. Quia itaqz similitudo vite eius nunc in moribus trahit electos: et in resurrectione sequitur similitudo eternitatis in mēte: qm̄ videbimus eū sicuti est. Et qr similitudinē quoqz illius etiā corpora nr̄a percipient in cōfiguratione: dicatur recte de sanctis aīalibus. [Similitudo hoīs in eis.] Hec nos in expositionis exordio prelibasse sufficiat: vt loquendi virtus silentio refota/ad indaganda mysteria que sequuntur/robustior exurgat. Certi etenī sumus qr ipsum de quo loquimur/habemus adiutorē. Qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

[margin: K — j. Joā. iij. — Exo. iij. — Jaco. j. — Phili. iij. — L]

Homilia tertia.

Et quattuor facies vni: et quattuor penne vni. Et pedes eorū pedes recti: et planta pedis eorum quasi planta pedis vituli. et scintille quasi aspectus eris candentis. Et manus hoīs sub pennis eorū in quattuor partibus: et facies et pennas per quattuor partes habebant: iūcteqz erant penne eorum alterius ad alterū. Non reuertebantur cum incederent: sed vnumquodqz ante faciem suam gradiebatur.

Sancta quattuor aīalia que prophetie spū futura preuident/subtili narratione describūtur cū dicitur. Quattuor facies vni: et quattuor penne vni. Quid per faciem nisi notitia: et quid per pennas nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe vnusquisqz cognoscitur. Per pennā vero in altum auium corpora subleuātur. Facies itaqz ad fidē pertinet: penna ad contemplationē. Per fidem namqz ab oīpotenti deo cognoscimur: sicut ipse de suis ouibus dicit. Ego sum pastor bonus/et cognosco oues meas: et cognoscunt me mee. Qui rursus ait. Ego scio quos elegerim. Per contemplationē vero qua super nosmetipsos tollimur: quasi in aere leuamur. Quattuor ergo facies vni sunt: quia si requiras quid Mattheus de incarnatione dñi sentiat: hoc nimirū sentit qđ Marcus: Lucas: et Joannes. Si queras quid ioānes sentiat: hoc procul dubio qđ lucas/marcus/et mattheus. Si queras quid marcꝰ: hoc quod mattheus/ioānes/et lucas. Si queras quid lucas: hoc quod ioannes/mattheus/et marcus sentit. Quattuor ergo facies vni sunt: quia notitia fidei qua cognoscuntur a deo: ipsa est in vno que est simul in quattuor. Quicquid enim in vno inuenerīs: hoc i omnibus simul quattuor cognosces. Et quattuor penne vni: quia dei omnipotentis filiū dñm nostrum Jesum xp̄m simul oēs concorditer predicantes: ad diuinitatē eius mentis oculos leuantes penna contemplationis volant. Euangelistarū ergo facies ad huma-

[margin: M — Joan. x. — Jo. xiij.]

B

nitatē dn̄i pertinet: penna ad diuinitatē: quia in eo quē corporeū aspiciūt: quasi facies intendūt. Sed dum hunc esse incircūscriptū atq̀ incorporeū ex diuinitate adnunciant: per contemplationis pennā quasi in aere leuantur. Quia itaq̀ vna est fides incarnationis eius in oībus: et par cōtemplatio diuinitatis eius in singulis: recte nunc dicitur. [Quattuor facies vni: et quattuor penne vni.] Sed que virtus esset si fidem atq̀ contēplationē dn̄i habentes p̄dicatores illius sancta opera non haberēt? Sequitur. [Et pedes eoꝝ pedes recti.] Quid per pedes nisi gressus actuū designantur? Quattuor ergo animaliū pedes recti esse describūtur: quia sanctoꝝ euangelistaꝝ atq̀ omniū perfectorū opera ad sequendā iniquitatē nō sunt retorta. Hi autem pedes rectos non habent: qui ad mala mūdi que reliquerūt reflectuntur. De quibus scriptū est. Canis reuersus ad suū vomitū: et sus lota in volutabro luti. Dolebat de quibusdā doctor egregi⁹ q̄ pedum rectitudinē retro retorserāt: quib⁹ per increpationem dicebat. Quō conuertimini iterū ad infirma et egena elementa: quibus denuo seruire vultis? Dies obseruatis/ et mēses et tpa et ānos. timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. Qui alios admonet dicēs. Propter qđ remissas manus/ et soluta genua erigite: et gressus rectos facite pedibus vestris. Ut vero in eisdem sanctis predicatoribus vite grauitas/ fortitudo atq̀ discretio monstraretur: recte subdūgitur. [Planta pedis eoꝝ quasi planta pedis vituli.] Quia enī p̄dicatores sancti boum noīe designātur: docet Paulus apl̄s legis testimonium exponēs. Non obturabis os boui trituranti. In sanctis ergo p̄dicatoribus planta pedis est vituli: scilicet mature incedens: et fortis/ et diuisa: qr vnusquisq̀ predicator et venerationē habet in maturitate: et fortitudinē in opere: et diuisionē vngule in descretione. Non enī facile p̄dicatio eius accipitur/ si leuis in moribus esse videatur. Et nulla erit maturitatis ostēsio/ si contra aduersa oīa non adfuerit operis fortitudo. Uirtutis autē meritū ipsa fortitudo operis amittit: si discretio in intellectu nō fuerit. Ecce enī sacrā scripturā legimus. si oīa ad litterā sentimus: virtutē discretionis amisimus. si oīa ad spiritalē allegoriā ducim⁹: similiter indiscretionis stultitia ligamur. Leguntenim sacra eloquia predicatores sancti: et aliqn̄ in historia litterā suscipiunt: aliqn̄ vero p significationē littere spiritum requirūt. Et modo bona facta patrū precedentiū sicut iuxta lr̄am inueniunt: imitantur. modo quedā que iuxta historiam imitanda non sunt / spiritaliter intelligūt: et ad profectū tendūt. Quid ergo aliud predicatores sancti in suo opere: nisi in pede vngulam findūt? De quibus adhuc apte subditur. [Et scintille quasi aspectus eris candētis.] Eris metallum valde sonorū est. Et recte voces predicantiū eri cōparātur: quia In omnē terrā exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eoꝝ. Bene autem es candēs dicitur: qr vita predicantiū sonat et ardet. Ardet enī desiderio: sonat verbo. Es ergo cādens est predicatio accensa. Sed de candente ere scintille prodeūt: qr de eoꝝ exhortationibus verba flāmantia ad aures audientiū procedunt. Recte autē predicatoꝝ verba scintille appellate sunt: qr eos quos in corde tetigerint/ incendunt. Cōsiderandum quoq̀ est q̄ scintille subtiles valde et tenues sunt: qr cū predicatores sancti de celesti patria loquūtur: nō tm̄ valēt aperire verbo/ quātum possunt ardere desiderio. Et ex eoꝝ linguis quasi quedā ad nos scintille veniūt: quia de celesti patria in eoꝝ voce vix tenue aliquid cognoscitur: qđ tamen ab eis nō tenuiter crematur. Neq̀ enī celestem gloriā aut tm̄ videre sufficiūt/ quantū est: aut tm̄ loqui preualent: quantū vidēt. Candēs ergo es scintillas proiicit: qr vix tenuiter predicator loqui sufficit hoc vnde ipse fortiter ignescit. Diuina autem pietate agitur: vt et ex ipsis scintillis tenuissimis audiētis animus inflammetur: qr sunt quidā qui dū parua audiūt: maiorē desiderio replētur. Et inde perfecte in dei amore ardent: vnde vix tenuissimas verborū scintillas acceperit. Uerbum quippe predicationis/ semen in corde audientis est. Et auditor bonus inde p̄fert postmodū magnā messem scientie: vnde parum prius acceperat semen lingue. Cui rei bene concinit factum in vidua ab helliseo propheta miraculum: que ne duos filios auferēte creditore amitteret: prophete dictis obediuit: et ex eo qđ parum olei habebat: per vasa vacua effudit: que cuncta post vsq̀ ad summū repleta sunt: et ex eoꝝ repletione mulier a creditoris sui debito est soluta. Que videlicz mulier/ quā aliam nisi sanctā ecclesiam signat: duorum populorum. i. iudaici et gentilis quasi duorū filioꝝ matrē? Que prius ex peruerso opere per callidi spūs persuasionē quasi quendā peccati nummū a creditore acceperat: et duos quos in fide genuit/ amittere filios timebat. Sed prophete verbis. i. scripture sacre preceptis obediens/ ex paruo quod habebat olei/ vasa vacua infudit: qr dū ab vnius ore doctoris paruum qđ de amore diuinitatis multoꝝ vacue mētes audiunt: exuberāte gratia vnguēto diuini amoris vsq̀ ad summū replentur. Et iam multorum nunc corda que prius fuerant vacua vascula: vnguēto spirit⁹ plena sunt: que ex paucitate olei solummodo infusa videbātur. Qđ dum alijs atq̀ alijs datur: et ab auditorib⁹ fides accipitur: sarepta mulier/ videlicet sancta ecclesia/ sub creditoris sui iam debito nō tenetur. Sequitur. [Et manus hominis sub pennis eoꝝ in quattuor partibus.] Possunt hoc in loco quattuor partes mundi accipi: scz oriens: occidens: meridies: et septentrio: quia sanctorum p̄dicatio auctore deo in cunctis mundi partib⁹ est egressa. Possumus etiā per quattuor partes principales quattuor virtutes accipere/ ex quib⁹ relique virtutes oriuntur: videlicet prudētiam/ fortitudinē/ iustitiam/ atq̀ tēperantiā. Quas nimirū virtutes tūc veraciter accipim⁹: cum earū ordinē custodimus. Prima quippe prudentia: scđa fortitudo: tertia iustitia: quarta tēperantia est. Quid enim prodesse potest prudentia si fortitudo desit? Scire enim cuiq̀ qđ non potest facere: pena magis q̄ virtus est. Sed qui prudēter intelligit qđ agat: et fortiter agit qđ intellexerit/ iam procul dubio iustus est: sed eius iustitiā temperantia sequi debet: quia plerūq̀ iustitia si modū non habet: in crudelitatē cadit. Ipsa ergo iustitia vere iustitia est/ que se tēperantie freno moderatur: vt in zelo quo quisq̀ feruet/ sit etiā tēperans: ne si plus feruet/ perdat iustitiā: cuius seruare moderamina ignorat. Due autem sunt sanctoꝝ predicatoꝝ vite: actiua scz et contemplatiua. Sed actiua prior est tēpore q̄ contēplatiua: qr ex bono opere tenditur ad contēplationē. Contēplatiua autē maior est merito q̄ actiua: quia hec in vsu presentis operis laborat: illa vero sapore intimo vēturam iam requiē degustat. Quid itaq̀ per manus nisi actiua: et quid per pennas nisi contēplatiua vita signat? Manus ergo hominis sub pennis eorum est. i. virtus operis sub volatu contemplationis. Qđ bene in euangelio due ille mulieres designāt: Martha scz et Maria. Martha etenim satagebat circa frequens ministerium: Maria autem sedebat ad pedes dn̄i: et verba ei⁹ audiebat. Erat ergo vna intenta operi: altera contemplationi. Una actiue seruiebat per exterius ministerium: altera cōtemplatiue per suspēsionē cordis in verbum. Et q̄uis actiua bona sit: melior tamen est contemplatiua: qr ista cū mortali vita deficit: illa vero in īmortali vita plenius excrescit. Unde dicitur Maria optimā partem elegit: que non auferetur ab ea. Quia igitur actiua minor est merito q̄ cōtemplatiua: recte nunc dicitur. Manus hoīs sub pēnis eoꝝ. Nam etsi per actiuā boni aliquid agimus: ad celeste tamen desiderium per contēplatiuā volamus. Unde et apud Moysen actiua seruitus: contēplatiua autē libertas vocatur. Et cū vtraq̀ vita ex dono sit gratie: q̄diu tamen inter proximos viuimus: vna nobis in necessitate est: altera in voluntate. Quis enī cognoscens deū/ ad eius regnū ingreditur: nisi prius bene operetur? Sine contēplatiua ergo vita intrare possunt ad celestem patriā: q bona que possunt operari non negligūt. Sine actiua autē intrare non possunt: si negligunt bona operari que possunt. Illa ergo in necessitate: hec in voluntate est. Illa in seruitute: ista in libertate. Hinc est enī qđ ad Moysen dicitur. Si emeris seruū hebreū: sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit: cum tali exeat. Si habens vxorē: et vxor egrediatur simul. Si autē dederit illi dn̄s vxorē: et pepererit filios et filias: mulier et liberi eius erunt dn̄i sui: ipse vero exibit cum vestitu suo. Qđ si dixerit seruus: diligo dn̄m meū: et vxorē ac liberos: nō egrediar liber: offerat eum dn̄s dijs: et applicabitur ad ostiū et postes: perforabitq̀ aurem eius subula: et erit ei seruus in seculū. Paulo latius testimoniū dedimus: vt

ij. Pet. ij.

Gal. iiij.

j. Cor. ix. Deut. xxv

B

Ps. xviij.

C

iiij. re. iiij.

D

N

E

Predicatorum duplex vita.

Luce. x.

Ibidem.

F

Exo. xxj.

G distinctionē seruitutis atq; libertatis i vtraq; vita mō-
stremus. Sed onerosum esse non debet: si hoc exponēdo
exequimur: vnde ista que diximus affirmemus. Hebre-
us eñ transiens interpretatur. Et seruus hebreus emitur
qñ vnusquisq; qui iam ab hoc seculo mente transit: serui-
tio oīpotentis dñi subditur. Ille etenī vere deo seruire
appetit: qui ab hoc seculo mente transire didicerit. Sic
Ps. lxvj. moyses trāsiuit: vt videret visum. Sic dauid cū videret
impiū exaltatū et eleuatū super cedros libani: transiuit
et ecce non erat. Quia iniquorū potētiās esse magnū ali-
quid fortasse credimus: nisi ad permanens seculū mente
transeamus. Seru⁹ vero hebreus emptus sex annis ser-
uire pcipitur: ita vt in septimo liber exeat gratis. Quid
eñ per senariū numerū: nisi actiue vite pfectio designat?
Quid per septenariū nisi cōtēplatiua exprimitur? Sex
ergo annis seruit: et septimo egreditur liber: qui per acti-
uam quā perfecte exhibuerit: ad cōtēplatiue vite liber-
tatē transit. Et notandū φ gratis liber egreditur: quia
hi postq; oīa fecerint, dicunt se inutiles seruos. Eis pro-
cul dubio sicut ipsa actiua fuit ex munere: ita erit ex gra-
tia etiā ɔtemplatiua. Cū quali veste intrauerit: cum tali
exeat: quia oīno necesse est vt vnusq̄sq; nostrū in hoc qđ
incipit perseueret: atq; vsq; ad finē operis in ea quam in-
choauit intentione perduret. Ille quippe ad contempla
tiuā transit: qui in actiua vita intētionis sue vestē ad de-
teriora nō mutauerit. Et sunt nōnulli qui priusq; oīpo-
tentis dei seruitio in sancta conuersatione socientur: iam
H bona operari diligūt. Sunt vero alij q̄ bona opa postq;
ad seruitium oīpotentis dei venerint: discunt. Qui ergo
operationē bonā et priusq; ad dei seruitiū veniret, habe-
re studuit: hebreus seruus cū vxore emptus est. Et ple-
rūq; is qui talis est: potest ad contemplatiuā vitā trāsire
et tamen actiuā non deserere. Unde et illic subditur. Si
habens vxorem, et vxor egrediatur simul. Cum eo enim
ad libertatē et vxor egreditur: quādo is qui ad contem-
platione puenit: etiā foris actionē boni operis qua pro-
desse possit alijs, nō relinqt. Sinaūt dñs dederit illi vxo-
rē: et pepererit filios et filias: mulier et liberi ei⁹ erūt dñi
sui: ipse vero exibit cū vestitu suo. Seruo empto dñs dat
vxorē: cum predicator qui se cum quemiuri oīpotentis
dei mācipauerit: bone actioni coniungit. Nam et predica
tores, dñi vocātur: sicut Helisęo prophete de pdicatore
iiij. re. iij. suo dicitur. Scis φ dñs tuus tollatur a te? Uxor vero
serui emptitij filios et filias parit: quādo bona actio for-
tes vel teneros fructus generat. Sed mulier que a dño
data est: eidem dño cum filijs remanet: ipse vero seruus
exit cum vestitu suo: q: bona actio vel eiusdē bone actio-
nis fructus pdicatoris mercede reputantur. Ipse vero
in desiderij sui intentione perdurās: per supernā gratiā
ad contēplationē liber egreditur. Qz si dixerit seruus:
diligo dñm meū et vxorē ac liberos: non egrediar liber.
Seruus dñm suū diligit: quādo predicatoris verba sol-
licita mente custodit. Uxorē quoq; amans et liberos: li-
ber egredi recusat: quando actiuā vitā eiusq; fructus di-
ligens, transire ad contemplatiuā non vult: quia bona se
opera habere in ministerij sui seruitute ɔsiderans: ad li-
bertatē quietē recusat secedere. Sed offerat eū dñs dijs
I et applicetur ad ostiū et postes: et perforet aurē eius su-
bula: et sit ei seruus in seculū. Is eñ qui i actiua dispo-
suit vita perdurare: a dño dijs offertur: quādo a predica
tore suo antiquorū patrū dictis imbuitur, qui nobis in
via oīpotentis dñi sacerdotes fuerunt. Atq; ad ostiū et
postes tabernaculi ducitur: vt de ingressu celestis habi-
taculi altius aliquid audiat, et tremendi iudicij diē sub-
tiliter agnoscat, ne per bona opera que facit: placere ho-
minibus appetat. Sicq; auris eius subula pforatur: dū mē-
tiuus timoris dei subtilitate pcutitur: vt verbi acumine
transfixa, per oē q̄đ agit, nouerit ingressum regni sem-
per attendere: et quasi ab ostio et poste tabernaculi per-
foratam aurem portare, qui erit seruus in seculo: vt esse
post seculum liber possit. In seculo etenī seruus est qui
per actiuam vitam hoībus seruire disposuit: vt post pre
sens seculum ad libertatē verā valeat peruenire. De qua
Ro. viij. per Paulū dicit. Quia et ipsa creatura liberabit a serui-
tute corruptionis i libertatē glorie filiorū dei. Tūc etenī
in nobis vera libertas erit: cum ad gloriam filiorum dei
adoptio nostra puenerit. Nūc vero non solū actiua vita
in seruitute est: sed ipsa quoq; ɔtemplatio qua super nos

rapimur: libertatē mētis adhuc perfecte nō obtinet: sed K
imitatur: quia illa que est interna in enigmate videt. Ipsa
tamen in quātalibet sit cōtemplationis angustia, actiue
vita iam valde est latior atq; sublimior, que ad quandā
mentis libertatē trāsit: tēporalia nō cogitās: sed eterna.
Quia itaq; contēplatiua vita ad superiora euolat: et acti-
ue vite superest quadā (vt ita dicam) dignitate securitas:
sure apte nūc dicitur. [Et manus hois sub pennis eoꝝ.]
Sin vero hoc in loco homo redemptor noster accipitur:
manus hois sub pēnis eoꝝ est: q: nisi dñs homo fieret, q
mentes predicātiū ad celestia subleuasset: illa que appa-
rent animalia, nō volarent. Nec īmerito manus hominis
esse sub pēnis dicitur: quia de eodem redemptore nostro
Hebre. j. scriptum est. Qui cū sit splendor glorie et figura substan-
tie eius: portansq; omnia. Eius ergo man⁹ corda nostra
portat: eius manus in cōtemplatione nos subleuat. Nisi
eñ (vt dictū est) omnipotens verbū ppter hoīes homo
fieret: humana corda ad cōtemplandā verbi excellentiam
non volarent. Inde ergo excelse facte sunt hoīm mētes:
vnde inter hoīes apparuit humilis deus. Dicatur itaq;
de sanctis animalib⁹. [Et manus hois sub pēnis eoꝝ.]
De quib⁹ adhuc subditur. [Et facies et pēnas p q̄tuor
partes habebant: iūcteq; erāt pēne eoꝝ alteri⁹ ad alterū
p quattuor ptes.] Facies et pēnas habent: q: i cūctis mū
di regionib⁹ pdicātes demōstrāt q̄d de humanitate, q̄
q̄d de diuinitate nostri redēptoris sentiunt. Qz dū incar-
natum deū vbiq; predicāt: in quattuor mūdi partib⁹ fa-
L ciem demonstrant. Dūq; cum esse vnū cum patre et spiri-
tu sctō annūciāt: vbiq; pēna ɔtēplationis volant. Quo-
rū penne iuncte sunt alterius ad alterū: quia omnis eoꝝ
virtus: oīsq; sapiētia qua ceteros hoīes ɔtemplationis
sue volatu transcēdūt: vicissim sibi in pace atq; vnanimi-
Iaco. iij. tate coniungūt. Unde scriptum est. Que desursum est sa
pientia: primum quidē pudica est, deinde pacifica. Unde
Mar. ix. et eisdē suis predicatoribus veritas dicit. Habete in vo-
bis sal: et pacem habete inter vos. Penne ergo animaliū
alterius ad alterū iungit: quia sanctorū predicatoꝝ scīe⁹
atq; sapientia vicissim sibi in charitatis atq; concordie
pace sociatur. Pēna autem alteri⁹ ab altero diuisa esset
si in hoc quod vnusq̄sq; in sapientia euolat: habere pacē
cum altero recusaret. Sequitur. [Nō reuertebātur cum
incederēt: sed vnū quodq; ante faciem suam gradiebat.]
Pennata aīalia: videlz predicatores sancti: cū incedūt:
minime reuertūtur: quia sic a terrenis actib⁹ ad spirita-
lia pertranseūt, vt ad ea que reliquerūt, vlteri⁹ nullate-
nus reflectantur. Quasi eñ per quandā viā eis incedere
est mente ire semp ad meliora. Quo contra de reprobis
Luce. ix. dicitur: quia reuersi sunt corde in egyptum. Per semet-
ipsam veritas dicit. Nemo mittens manū in aratrum et
aspiciens retro: aptus est regno dei. Manum quippe in
aratrum mittere: est q̄si per quendā cōpunctionis vome-
rē ad proferēdos fructus terrā sui cordis aperire. Sed
retro post aratrum aspicit: q̄ post exordia boni operis ad
mala reuertitur que reliquit. Quod quia electis dei mi
nime cōtingit: recte nunc per prophetā dicitur. [Nō re-
uertebātur cū incederent.] Qui cur non reuertātur: in-
dicat cū subiūgit. [Unūquodq; ante faciē suam gradie-
batur.] Ante nos enim eterna sunt: post nos temporalia:
quia et illa pergentes inuenimus: et ista recedentes q̄si
M post dorsum relinquimus. Unde et magnū illud penna-
tum animal dicebat: q̄đ vsq; ad celi tertij secreta volaue
Phil. iij. rat: Unū vero q̄ retro sunt oblitus: in ea que sunt ante ex
tendens me: sequor ad palmam superne vocationis. In
anteriora etenim extentus, eorū que retro sunt oblitus
fuerat: q: tēporalia despiciens: sola que sunt eterna que-
rebat. Ante faciem ergo suā gradiuntur sancta aīalia: q:
et ea que reliquerūt, nullo iam appetitu respiciunt: et in
eternis que appetūt, sub ɔtemplationis sue oculos boni
operis pedē ponūt. Quisq̄s itaq; iam ante faciem suā am-
bulare decreuerit: magna ei cōsideratione pensandū est
φ aliter retro respicit ex opereatq; aliter ex cogitatio-
ne. Sunt etenim quidā qui magna deliberantes peccato
rum suorū conscij, multa ex his que possidēt: egenis dis-
tribuere ptractāt: vt culpas suas ante dei oculos mise-
ricordie visceribus redimāt. Iamq; hec operari incho-
ant: et plerūq; cū operantur: paupertatis timor eoꝝ ani-
mū concutit: atq; timentes ne egeant, ergo egentes tena-
ces fiunt: seseq; ab ea quā ceperant bona operatione sus-

A

pendūt. Ibi nimirum incedētes reuersi sūt: q ante faciē suam ambulare noluerūt. Contra quos recte per salomonem dicitur:

Prouer. xx.

Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo estate: et non dabitur ei. Qui enim nunc propter pauorem mētis atq torporē bene operari negligit: cum sol iustitie in iudicio velut in estate claruerit, mendicat vitam: sed non accipit: q propter illam bona operari contempsit. Alius despectis carnis desiderijs cuncta relinquere: et omnipotentis dei se subdere seruitio pertractat: seq ipsum restringere sub continentie et castitatis freno deliberat: sed cum cecidisse alios etiam post castitatem conspicit: hoc ipsum facere quod deliberat pertimescit. Fitq vt retro per cogitationem redeat: qui ad anteriora respiciendo iam mentis gressib⁹ ad alta ibat. De quo bene per salomonem dicitur:

Eccles. xi.

Qui obseruat ventum, non seminat: et qui considerat nubes: nunq metet. Venti quippe nomine, malignus spūs qui mentem tentationib⁹ impellit: nubis vero appellatione peccator exprimitur: qui tētationis impulsione cōmouetur. Qui ergo attendit ventū, nō seminat: et qui considerat nubes, nunq metit: quia is qui tentatione maligni spiritus metuens, et iniquorum lapsus cōspiciens, semetipm desperat: neq nūc exercet ī bono semine operis: neq post reficitur de munere iuste retributionis. Sunt vero nonnulli qui bona quidem q nouerūt operātur: atq hec operantes meliora deliberāt sed retractantes meliora que deliberant immutāt: et quidem bona agunt que ceperant: sed a melioribus que deliberauerāt succūbunt. Ibi nimirū ante humana iudicia stare videntur in opere: sed ante omnipotentis dei oculos ceciderunt in deliberatione. Unde fit plerunq vt bonū opus eorum minus deo placeat: quia cum pauore mētis

B

in meliori gradu deliberationis incōstanter ponitur, hoc ipsa cogitationis inconstantia accusat. Sed quia perfecti quiq magna se discretionis subtilitate cōspiciunt: ne ad deteriora vnq vel in opere, vel in cogitatione delabantur: quantum quotidie proficiāt, incessanter pēsant: recte de his dicitur: [Non reuertebantur cū incederent: sed vnumquodq ante faciem suam gradiebatur.] Inter hec igitur considerare libet nos ad ista tractanda, q sumus, vnde venimus, et vsq ad que sacri eloquij mysteria perscrutanda subleuamur. Certe in antiquis parētibus nostris cultores idolorū fuimus: sed ecce per spiritum gratie, verba iam celestia rimamur. Unde hoc nobis: Sed impleuit hoc redemptor humani generis qd p prophetam dixit.

Esa. v.

Et deserta in vbertatem versa aduene comedēt. Hec quippe prophetarum dicta, deserta apud iudeos fuerunt: quia per intellectum mysticum ea excolere inquirendo noluerunt. Nobis autem in vbertatem versa sūt: q et iuxta historiā visionis dicta largiēte deo mentis nostre spiritaliter sapiunt: et iam aduene comedimus: que ciues legis māducare noluerūt. Sint grē vnigenito: sit laus eterne sapiētie: qui viuit et regnat etc.

¶ Homilia. iiij.

C

Similitudo autē vultus eorum facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quattuor: facies autem bouis a sinistris ipsorum quattuor: et facies aqle desuper ipsorum quattuor: et facies eorum et penne eorū extente desuper. Due penne singulorum iungebātur: et due tegebāt corpora eorum. Et vnūquodq eorū corām facie sua ambulabat.

Per sanctum prophetie spm pēnata aīalia subtiliter describūtur: vt per hec euangelistarum significari personas ipsa nobis subtilitas discretionis aperiat: nihilq sermo dei nostro intellectui dubietatis relinquat. Ecce enī dicitur. [Similitudo autē vultus eorū: facies hoīs et facies leonis a dextris ipsorum quattuor. Facies aūt bouis a sinistris ipsorū quattuor: et facies aquile desuper ipsorum quattuor.] Qui enī quattuor hec pennata aīalia sanctos quattuor euangelistas designēt: ipsi eorum libri euangelici exordia testantur. Nam quia ab humana generatione cepit: iure p hominē mattheus: quia per clamorē in deserto: recte designatur per leonē marcus. Quia a sacrificio exorsus est: bene per vitulū lucas: quia vero a diuinitate verbi cepit: digne per aquilā significatur ioannes: qui dicit:

D

Joan. j.

In principio erat verbū: et verbum erat apud deum: et deus erat verbū. Qui in ipsa diuinitatis substantia intēdit: quasi more aquile oculos in solem fixit. Sed quia electi omnes membra sunt redēptoris nostri: ipse autē redemptor noster caput est omniū electorū: per hoc quod membra eius figurata sunt: nihil obstat si etiā ī his oībus et ipse signetur. Ipse enim vnigenitus dei filius veraciter factus est homo: ipse ī sacrificio nostre redemptionis dignatus est mori vt vitulus: ipse per virtutem sue fortitudinis surrexit vt leo. Leo etiam apertis oculis dormire perhibetur: quia in ipsa morte in qua ex humanitate redemptor noster dormire potuit: ex diuinitate sua imortalis permanēdo vigilauit. Ipse etiā post resurrectionē suam ascendēs ad celos: in superioribus est eleuatus vt aquila. Totū ergo simul nobis est: quia et nascendo homo: et moriendo vitul⁹: et resurgēdo leo: et ad celos ascēdendo aquila factus est. Sed quia per hec aīalia euāgelistas quattuor: et sub eorum specie simul perfectos oēs iam superius significari diximus: restat vt quō vnusquisq electorū istis aīalib⁹ visionibus exprimatur, ostēdamus. Omnis etenim electus atq in via dei perfectus: et homo et vitulus: et leo simul et aquila est. Homo enī rationale est animal. Vitulus aūt in sacrificio mactari solet. Leo vero fortis est bestia: sicut scriptum est:

Prouer. xxx.

Leo fortissim⁹ bestiarum: ad nullius pauebit occursum. Aquila ad sublimia euolat: et irreuerberatis oculis solis radijs intendit. Omnis itaq qui in ratione perfectus est: homo est. Et quoniam semetipsum ab huius mūdi voluptate mortificat: vitulus est. Qui vero ipa sua spōtanea mortificatione contra aduersa omnia fortitudinem securitatis habet.

E

Prouer. xxviij.

(Unde scriptum est: Iustus autem quasi leo cōfidēs absq terrore erit) leo est. Quia vero sublimiter contēplatur ea que celestia atq terrena sunt: aqla est. Igit qm iustus quisq per rationem homo: per sacrificium mortificationis sue vitulus: per fortitudinē securitatis leo: per contemplationem vero efficitur aquila: recte per hec sancta animalia signari vnusquisq perfect⁹ pōt. Qd idcirco dicimus: vt ea que de quattuor aīalib⁹ dicta sunt: pertinere quoq etiā ad perfectorū singulos demonstremus. Sed magna nobis de eisdē euangelistis et sanctis predicatoribus questio oritur: cur homo et leo a dextris ipsorum quattuor: vitulus vero a sinistris ipsorū qttuor esse perhibetur. Neq enim sine mira ratione est: cur duo illa a dextris: et vnū hoc esse a sinistris dicitur. Et rursum qrendum: cur aquila non a dextris vel sinistris: sed desup ipsorum quattuor esse memoratur. Duas itaq nobis questiones obiecimus: quas oportet vt aperiente domino dissoluam⁹. Homo igitur et leo a dextris: vitul⁹ vero a sinistris esse phibetur. A dextris etenī leta: a sinistris vero tristia habemus. Unde et sinistrū nobis esse dicimus hoc qd aduersum esse deputamus. Et sicut pfati sum⁹, per hominem incarnatio: per vitulū passio: per leonē vero auctoris nostri resurrectio designatur.

F

De icarnatione autē vnigeniti filij qua redempti sumus: oēs electi letati sunt: de morte vero illius, ipsi electorum pmi sancti apli contristati: qui iterum de eius resurrectione gauisi sunt. Quia eius et natiuitas et resurrectio letitiam discipulis prebuit: quos eius passio contristauit: homo et leo a dextris: vitulus vero a sinistris eius fuisse describitur. Ipsi nanq euāgeliste sancti de eius humanitate gauisi sunt: de eius resurrectione confirmati: qui de eius passione fuerant cōtristati. Homo ergo et leo eis a dextris est: quia redemptoris nostri eos icarnatio viuificauit: resurrectio confirmauit. Sed vitulus a sinistris: quia mors illius eos ad momentum tēporis in infidelitate cōstrauit. Iure autē locus aquile non iuxta: sed desuper esse describitur: quia siue per hoc q ei⁹ ascensionē signat: seu quia verbū patris deū apud patrē esse denūciat: sup euangelistas ceteros virtute contemplationis excreuit: cū quib⁹ et simul de eius deitate loquitur: hanc tamen omnibus subtilius cōtemplatur. Sed si aquila cū tribus alijs adiuncta: quattuor aīalia esse memorantur: mirum quomodo desuper ipsorum quattuor esse describitur: nisi quia ioannes per hoc qd in pricipio verbū vidit: etiam sup se

G metipsum trãsijt. Nam nisi et se transisset: verbũ in prin:
cipio non vidisset. Qui ergo ⁊ semetipsum transgressus
est/non iam solũmodo super tria: sed adiũcto et se/super
quatuor fuit. Sequit. [Et facies eorũ et penne eorũ ex:
tente desup.] Facies ⁊ pēne extēte desup describũtur: qr
oīs intentio: oīsqꝫ contemplatio sanctoꝝ super se tendit:
vt illud possit adipisci quod in celestibus appetit. Siue
enī bono operi: siue vero inuigilet contēplationi: tūc ve:
raciter hoc quod agit bonũ est/qñ et cõplacere concupi:
scit a quo est. Nam qui bona agere videtur: et per hec nõ
deo sed hoībus placere desiderat: intentionis sue faciem
deorsum premit. Et qui idcirco in sacro eloquio ea que
diuinitatis sunt contēplatur/vt per hoc qđ intelligit/oc:
cupari ad questiones possit: qr non dulcedine quesite bea
titudinis satiari appetit/ sed doct⁹ videri: iste nimirum
intellectus sui pennas desuper non extēdit: sed qm sen:
sus sui vigilãtiã i terreno appetitu occupat: pēnas quas
subleuare in altũ: et quibus subleuari ipse potuit: in imis
deponit. Qua in re pensãdũ est vt omne bonũ quod agit:
per intentionē sēper ad celestia leuetur. Qui enim per bo
na que facit: terrenã gloriam cõcupiscit/pēnas suas ⁊ fa:
ciem suã deorsum deprimit. Hinc enī p prophetã de qui:

Osee. v.

busdam dicitur. Victimas i profundũ deferebãt. Quid
enī sunt lachryme orōnis/nisi victime oblationis nostre:

Psal.

sicut scriptum est. Sacrificium deo spūs cõtribulatus.
Et sunt nõnulli qui idcirco se i prece lamentis afficiũt:
vt aut terrena cõmoda acqrãt: aut hoīb⁹ sancti esse vide:
antur. Quid isti: nisi victimas in profũdũ deferũt? Qui
p hoc q in imo sunt que requirunt: orationis sue sacrifi:
cium deorsum deponũt. Electi autē quia et in bono ope:
re oīpotenti deo placere appetunt: et per cõtemplationis
gratiam/eternam iam beatitudinem degustare cõcupi:

H

scũt: facies ⁊ pennas desuper extendũt. Sequitur. [Due
penne singulorũ iungebantur: et due tegebãt corpora eo:
rum.] Dictum fuerat. Et facies et penne eoꝝ extente de:
sup: atqꝫ mox subiũctum est hoc quod ꝑtulimus: qr due
penne singulorũ iungebãtur. Ubi apte intelligitur quia
extendebãtur desuper et iungebãtur: due vero tegebant
corpora eorũ. Quid autem penne animaliũ: nisi alie nomi:
nantur? Quas i re nobis diligenti perscrutatione querē:
dum est: que sint quattuor penne sanctorum: et quibus
due superius extense iunguntur: due vero eorum corpo:
ra contegũt. Si enī vigilãter aspicimus: q̃ttuor esse vir:
tutes inuenimus: q̃ a terrenis actib⁹ omne pennatũ aīal
leuant in futuris videlicet amor ⁊ spes: de preteritis autē
timor et penitētia. Penne ergo sibimet iuncte superius

Amor et spes sctõ: rũ mētem eleuãt ad superna.

extēduntur: qr sctõꝝ mentē amor et spes ad superna ele:
uant. Que apte quoqꝫ coniũcte nominãtur: qr electi pro:
cul dubio ⁊ amant celestia que sperãt: et sperant q̃ amãt.
Due vero corpora contegunt: quia timor et penitētia ab
oīpotentis dei oculis eorum mala preterita abscõdunt.
Due itaqꝫ (vt dictũ est) pēne iungũtur sursum: qñ amor
et spes electorum corda ad superiora eleuãt: ad celestia
suspendunt. Due autem penne tegũt corpora: qñ eorum

I

mala preterita a conspectu eterni iudicis timor et penitē
tia abscondũt. In eo enī quod se peccasse meminerũt/qr
pertimescũt et deflent: quid aliud q̃ corpus cooperiũt?
Qui facta carnalia per superducta bona opa a districto
examine abscondunt. Scriptũ quippe est. Beati quorum

Ps. xxxj.

remisse sunt iniquitates/et quoꝝ tecta sũt peccata. Pec:
cata enim tegimus cum bona facta malis actib⁹ suppona
mus. Omne enim qđ operitur: inferius ponitur: et hoc
vnde operitur: desuper ducitur. Quãdo ergo abdicam⁹
mala que fecimus/⁊ eligimus bona que faciamus: quasi
tegimen ei rei superducimus quã erubescimus videre.
Habet enī sancti viri in hac adhuc vita sint: habent tñ
quod ante dei oculos operire debeant: quia omnino est
impossibile vt aut in opere: aut in locutione: aut in cogita

Iob. xxxix.

tione nunqꝫ deliquant. Unde et beatus Job qui pfecta
quidem hominibus dixerat: dei tamen vocem audiens:
seqꝫ ipsum de ipsa sua perfecta locutione reprehēdens di
cebat. Manũ meam ponã super os meũ. In manu quip:
pe operatio: in ore locutio est. Manum ergo super os po:
nere/est peccata locutionis per virtutē boni operis tege:
re. Libet fratres charissimi ad hui⁹ rei testimoniũ magi:
strum gentium vocare: qualiter sanctũ illud animal alis
quattuor innitatur aspicere: ex quibus duabus ad supe:
riora euolat: duabus vero pennis corpus contegit: quia

preterita que egerat/abscondit. Videamus igitur quã

K

tus hunc amor ad celestia eleuet. Mihi viuere xp̄s est:

Phil. j.

et mori lucrum. Cognoscam⁹ quãta spe ad superiora tol:
litur. Nostra conuersatio in celis est: vnde etiã saluato:

Phil. iij.

rem expectamus Jesum Christum dominum nostrum.
Videamus si et in tantis virtutibus positus adhuc ti:
met. Castigo corpus meũ: ⁊ seruituti subijcio: ne forte cũ

j. Cor. ix.

alijs predicauerī ipse reprobus efficiar. Cognoscam⁹ si
hunc mala fecisse penitet. Ego minim⁹ apostoloꝝ sum: q

j. Cor. xv.

nõ sum dignus vocari aplus: quia persecutus sum eccle:
siã dei. In cuius verbis quid aliud q̃ duritia nostre mē
tis accusatur: quia ipse plangit qđ ante baptisma cõmise
rat: nos vero et post baptisma multa cõmisimus: ⁊ tamē
flere recusamus. Quattuor itaqꝫ pēnis sctã aĩalia vtũtur
quia per amorē et spem ad celestia euolant: et per timorē
et penitentiam facta in se illicita deplorant. Sed quia di:
ctum est/due penne singulorum iungebãtur: hoc fortasse
intelligitur q non pēnas proprias eleuãtes iungãt/sed
vnius ad alterum pēne coniũcte sunt: vt penne videlicet
eleuãte vicissim sibi in coniunctione concordent. Qua in
re questio oritur: quia si due penne que eleuantur/amorē
et spem: due vero que corpora contegunt: timorē et peni:
tentiã designant: cur due que extēte sunt/dicũtur esse cõ
iuncte: et due que corpus contegunt/non dicuntur? Sed
hec in re facilis largiente dño ratio occurrit: q sanctorũ
pēne coniũcte sunt amor et spes: due vero pēne que cor:
pora contegunt: sibimetipsis ad alterutrum coniũcte nõ
sunt: timor et penitentia. Dauid enim pro lapsu carnis ti:
mēdo ⁊ penitēdo affligitur. Petrus casum pfidie fleuit

L

amare. Paulus in se crudelitatē pterite persecutionis
plangit. Omnes tamen vnam patriã appetunt: ad vnam
auctorē omniũ peruenire festinant. Due ergo singulorũ
penne coniuncte sunt: et due nõ sunt: qr per amorē et spem
vnũ est qđ desiderant: sed per timorem et penitentiam di
uersum est qđ deplorant. Sequitur. [Et vnũquodqꝫ eo:
rum corã facie sua ambulabat.] Dictum superius fuerat:
vnũquodqꝫ eoꝝ ante faciem suã gradiebat: nunc autem
dicitur/coram facie sua ãbulabat. Ipsa itaqꝫ repetita vi:
detur esse sententia. Sed qr coram in presenti dicim⁹: pos
sumus subtilius inquirendo discernere: q aliud sit ante
faciem ambulare: atqꝫ aliud i presenti. Ante faciem quip:
pe ãbulare est anteriora appetere. In presenti ho ãbula:
re est sibimetipsi absentē non esse. Omnis etenī iustus qui
vitam suam sollicitus aspicit: ⁊ diligenter considerat q̃:
tũ quotidie in bonis crescat: aut fortasse q̃tũ a bonis de:
crescat: iste qr se ante se ponit/coram se ambulat. Quippe
qui vigilanter videt vtrũ surgat an defluat. Quisqꝫ ve:
ro vite sue custodiã negligit/discutere que agit/que lo:
quitur/que cogitat/aut despicit aut nescit: corã se iste
non ambulat: quia qualis sit in suis moribus vel in acti:
bus/ignorat. Nec sibimetipsi presens est: qui semetipsum

M

quotidie exquirere atqꝫ cognoscere sollicitus non est. Il
le autem veraciter se ante se ponit: sibiqꝫ in pñti est/q se
in suis actibus tanqꝫ aliũ attendit. Nam sunt multa pec
cata que cõmittimus: sed idcirco nobis grauia non vidē
tur: qr priuato nos amore diligentes/clausis nobis ocu:
lis in nostra deceptione blãdimur. Unde fit plerũqꝫ vt et
nostra grauia leuiter: et proximorũ mala leuia grauiter
iudicemus. Scriptum quippe est. Erunt hoīes seipsos

ij. Tim. iij.

amantes. Et scimus quia vehementer claudit oculũ cor
dis: amor priuatus. Ex quo fit vt hoc qđ nos agimus/⁊
graue esse non existimamus plerũqꝫ. agatur a ꝓximo: et
nimis nobis detestabile esse videat. Sed quare hoc qđ
in nobis vile esse videbatur: graue esse videtur in ꝓximo
nisi quia nec nos sicut proximum/nec proximum conspi:
cimus sicut nos? Si enī nos sicut proximũ aspiceremus:
nostra reprehensibilia districte videremus. Et rursum
si proximum aspiceremus vt nos: nunqꝫ nobis alia actio
appareret intolerabilis: q sepe fortasse talia egimus: et
nil nos proximo intolerabile fecisse putabam⁹. Hoc ma:
le diuisum mentis nostre iudiciũ corrigere per legis pre:

Leui. xix.

ceptũ moyses studuit cũ dixit vt iustus deberet esse mo:
dius: equusqꝫ sextarius. Hinc salomon ait. Pondus et

Puerb. xx.

pondus: mensura et mensura: vtrumqꝫ abominabile est
apud deũ. Scimus quia in negotiatorum duplici ponde
re aliud maius: aliud minus est. Nam aliud pondus ha:
bent ad qđ pensant sibi: et aliud pondus ad quod pēsant
proximo. Ad vendũ pondera leuiora: ad accipiendũ vero

B

grauia preparant. Qui itaq; homo qui aliter pensat ea que sunt proximi: et aliter ea que sua sunt: pondus et pondus habet. Utrūq; ergo abominabile est apud deum: quia si sic proximum vt se diligeret: hūc i bonis sicut se amaret. Et si sic se sicut proximum aspiceret, se in malis sicut proximum iudicaret. Debemus ergo nosmetipsos sollicite sicut alios videre: nosq; ipsos (vt dictū est) ante nos ponere: vt pēnata aīalia incessanter imitātes, ne nesciamus quid agimus: corā facie nostra semper ambulem⁹. Peruersi aūt (sicut pauloante iam diximus) corā facie sua non ambulāt: quia ea que agūt, nunq̄ cōsiderāt: ad interitum tēdūt: in prauis actib⁹ exultāt. De quibus scriptum est: Qui letātur cū malefecerint: et exultāt in reb⁹ pessimis.

Prouerb. ij.

Sepe vo iustus qui eos cōspicit, defle: sed ipsi phreneticoꝝ more plāgūtur, et ridēt. Alij indigentibus de rebus ꝓprijs multa largiūtur: sed cū occasionis tempus inuenerint, indigētes opprimūt: eosq; quib⁹ valuerint rapinis deuastāt. Ponūt ante oculos cogitationis sue bona que faciūt: et non ponūt pessima que cōmittūt. Qui vez coram facie sua non ambulant: quia si sibimetipsis presentes essent: cūcta subtiliter que agūt viderēt: qualiter bona opera malis actibus perdāt agnoscerēt: sicut scriptum est: Et qui mercedes cōgregauit, misit eas in sacculū ꝑtusum.

Aggei. j.

De pertuso quippe sacculo aliūde exit qđ aliūde mittitur: quia indiscrete mētes mercedem que ex bono opere acquiritur, non aspiciūt quo ex malo opere perdatur.

B

Alius castitatem corporis seruat: seq; vigilanter circūspicit: ne quid foris reprehensibiliter admittat. Fuis contētus est: aliena non diripit: sed tñ in corde odium fortasse cōtra proximum seruat. Et cū scriptū sit:

j. Joā. iij.

Qui odit fratrem suū, homicida est: cōsiderat q̄ sit nitidus foris in opere: et non ꝑpēdit q̄ sit crudelis in mēte. Quid iste nisi sibimetipsi absens est: qui in cordis sui tenebris ambulat et ignorat? Alius iam aliena nō diripit: iam corpus ab immūdicia custodit: iam mēte pura proximum diligit: et maloꝝ preteritoꝝ conscius, lamentis se in precib⁹ afficit. Sed finita prece letatur: de quibus in hoc mūdo gaudeat requirit: et temporalib⁹ gaudijs negligētem animum dimittit: nec curat ne in eo lachrymarum mensuram immoderata gaudia transeāt. Fitq; vt bonum nimie ridēdo perdat: qđ plangēdo lucratus est.

C

Hic itaq; coram facie sua non ambulat: quia dāna que patitur, cōspicere recusat. Scriptū quippe est: Cor sapientium vbi tristitia est: et cor stultoꝝ vbi letitia.

Eccle. vij

In cūctis ergo que agim⁹: diligēter nosmetipsos cōspicere interi⁹ exteriusq; debem⁹: vt pēnata aīalia sequētes, nobismetipsis presentes simus: et corā facie nostra semper ambulemus: habētes adiutorem vnicum patris Jesum xpm dñm nostrum: qui cū deo viuit et regnat in vnitate etc.

Homilia quinta.

Ubi erat impetus spiritus: illuc gradiebātur: nec reuertebātur cum ambularēt. Et similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardētiū: et quasi aspect⁹ lampadarum. Hec erat visio discurrēs in medio animalium, splendor ignis, et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibāt et reuertebātur in similitudinem fulguris choruscantis.

Quā mira est ꝓfūditas eloquioꝝ dei. libet huic intendere: libet ei⁹ intima gratia duce penetrare. Hāc quotiēs intelligendo discutimus: quid aliud q̄ siluarum opacitatem ingredimur: vt in ei⁹ refrigerio ab hui⁹ seculi estib⁹ abscōdamur? Ibi viridissimas sentētias p herbas legēdo carpim⁹: tractādo ruminam⁹. In ea locutione q̄ ad vos fratres charissimi nudiustertius facta est: qualiter ostensa animalia vel redēptorem nostrū vel quattuor ei⁹ euangelistas atq; pfectos quosq; significēt, dictum est. Quoꝝ vez animalium adhuc subtilius virtus exprimitur: vt ad eoꝝ imitationem nos q̄q; infirmi et despicabiles, inquātum dño largiēte possum⁹: extendamur. Ecce enī dr: [Ubi erat impetus spiritus: illuc gradiebantur.] In electis et reprobis diuersi sunt impetus. In electis vez impetus spūs: in reprobis impetus carnis. Impetus quippe carnis ad odium, ad elationem, ad immūdiciam, ad rapinā, ad exteriorem gloriam, ad crudelitatem, ad ꝑfidiam, ad desperationem, ad iram, ad iurgia, ad voluptates animum impellit. Impetus vo spūs ad charitatem, ad humilitatem, ad continētiam, ad largitatem mie, ad interiorem ꝑfectū, ad pietatis opera, ad eternoꝝ fidem, ad spem sequētis gaudij, ad patiētiam, ad pacē, ad considerationem vite immortalis, ad lachrymas mētem pertrahit.

D

Unde necesse est vt magna semper cura cōsiderare debeamus in omne qđ agimus: quo nos impetus ducat: vtrū nostra cogitatio per impetum carnis: an per impetū spūs impellatur. Amare etenī terrena, temporalia eternis preponere, exteriora bona non ad vsum necessarium habere, sed ad voluptatem concupiscere, vltionē de inimico q̄rere, de emuli casu gaudere: imper⁹ carnis est. At cōtra amare celestia, cōtēnere transitoria, non ad fructum voluptatis transitorie, sz ad vsum necessitatis q̄rere, de inimici morte tribulari: impetus spūs est. Et quia perfecti quiq; iustis se semper virtutib⁹ exercēt: recte nūc de sanctis aīalib⁹ dr: [Ubi erat impetus spūs: illuc gradiebātur.] Sed sciēdum nobis est q̄ plerūq; impetus carnis se sub velamine spiritalis impetus palliat: et qđ carnaliter facit, mētitur sibi ipsa cogitatio q̄ hoc spiritaliter faciat. Nam sepe qs iracūdie stimulis victus: cōtra delinquētes zelo vlciscende iustitie plusq̄ necesse est inflāmatur: et iustitie limitem in vltione transiens: agit crudeliter qđ se agere iuste suspicatur.

E

Imper⁹ igitur carnis huic sub specie spūs velatus est: quādo hoc qđ iuste agi creditur, sub discretionis moderamine nō tenet. Et sepe ali⁹ nimie mansuetudini studēs, subiectorum vitia aspiciēs: atq; hec per feruorē zeli corrigere recusat: que in eis crudeliter nō corrigēdo multiplicat. Fitq; vt eius lenitas et sibi sit et subiectis inimica: qui torporem mētis sue patiētiam deputat: per carnis spiritum ab impetu spirit⁹ elōgat. Palma q̄ in nos cogitatio inquisitionem nostri cordis debet excutere: ne ad quedā que agimus p aptū carnis impetū ducamur: nec prauis cogitationib⁹ animus seduct⁹, mala esse cognoscat: et tñ faciat. Scđa vo nos cura debet vigilātes reddere ne se impetus carnis q̄si impetus spūs latenter subijciat: et culpas quas agimus, nobis virtutes fingat. Sciēdum vo est: quia grauiores culpe sunt que supducta specie virtutes imitantur: quia ille in aperto cognite, animū in cōfusionem deijciūt: atq; ad penitētiam trahūt: iste vo non solum in penitentiam non humiliāt, sed etiā mētem operantis eleuāt dū virtutes putantur. Hoc aūt qđ de sanctis aīalib⁹ dictū superi⁹ fuerat, vt altius cōfirmetur: iterum replicatur. [Non reuertebātur cum ambularēt.] Quia electi quiq; sic ad bona tēdūt: vt ad mala ppetrāda nō redeāt. Qui enī perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Et sicut per Salomonem dr: Iustoꝝ semita quasi lux splendens ꝓcedit: et crescit vsq; ad perfectum diem.

Matth. x. et. xiij. Prouer. iiij.

In coꝝ nāq; animum bonum desiderium atq; intellectus lucis intime iam pars diei est: sed quia vsq; ad finem vite in virtute ꝓficiūt, ad pfectum diem tunc veniūt, q̄n ad regna celestia pducti, in ea luce quā desiderāt, iam minus aliquid non habebūt.

F

Sequitur: [Et similitudo animaliū et aspectus eoꝝ quasi carbonum ignis ardētiū: et quasi aspectus lāpadaꝝ.] Aspectus aīalium carbonib⁹ ignis ardētib⁹ atq; lāpadib⁹ cōparatur. Quisquis enī carbonē tāgit, incēdit: quia qui sancto viro adheret, ex ei⁹ assiduitate visionis, vsu locutionis, exemplo operis accipit vt accendatur in amorem veritatis: pctōꝝ suoꝝ tenebras fugat: in desiderio lucis exardescit: vt iam per veꝝ amorem ardeat, qui prius in iniquitate tñ mortuus q̄tum frigidus iacebat. Lāpades vo lucem suā longius spargunt: et cū in alio sint, in alio resplēdet. Qui enī spiritu ꝓphetie, vbo doctrine, miraculoꝝ pollet gr̄a: hui⁹ opinio longe lateq; vt lampas lucet: et quiq; bona eius audiunt: quia per hec ad amorem celestium surgūt: in eo q̄ se per bona opera exhibēt: quasi ex lāpadis lumine resplēdēt. Qui ergo sancti viri quosdam iuxta sepositos quasi tangēdo ad amorem patrie celestis accēdūt, carbones sunt. Quia vo quibusdam longe positis lucēt: eoꝝ itinera nei peccati sui tenebras corruāt: lampades sūt. Hoc vo inter carbones et lampades distat q̄ carbones ardēt quidē: sed ei⁹ loci i quo iacuerint tenebras nō expellūt.

K

G

Lampades aũt q: magno flãmarum lumine resplẽdẽt:
diffusas circũquaq; tenebras effugãt. Quas et re notan-
dum est: q: sunt plerique sanctoꝝ ita simplices et occulti:
seseq; in locis minorib⁹ sub magno silentio contegẽtes/
vt vitã eoꝝ vita ab aliis possit agnosci. Quid itaq; isti
nisi carbones sunt: Qui etsi per feruorem spũs ardorem
habẽt: tñ exẽpli flãmam nõ habẽt. Nec in alienis cordi-
bus tenebras pctõꝝ vincũt: q: vitam suam oino sciri re-
fugiũt. Sibimetipsis quidẽ accensi sunt: sed aliis in exẽ-
plo luminis non sunt. Hi aũt qui ꝛ exẽpla virtutũ pe-
rogãt/ et lumen boni operis per vitã et verbũ errãtibus
demonstrãt/ iure lãpades appellãtur: q: et per ardorem
desiderii/ et per flãmam verbi/ a pctõꝝ cordib⁹ erroris te-
nebras expellunt. Qui igitur in occulto bene viuit: sed
alieno pfectui minime pficit/ carbo est. Qui vero in imi-
tatione sanctitatis posit⁹/ lumen ex se rectitudinis mul-
tis demõstrat/ lampas est: q: et sibi ardet/ et aliis lucet.
Sequitur: [Et hec erat visio discurrẽs i medio anima-
lium: splẽdor ignis: et de igne fulgur egrediẽs.] Splen-
dor ignis ꝛ de igne fulgur egrediẽs in medio animaliũ
discurrẽs videtur: q: nisi ab igne veritatis pennata illa
animalia calorem suscepissent: ipsa in carbonum atq; lam-
padarum similitudinem non arderent. Ignis enĩ nõie/
sanctus spũs significari solet. De quo in euangelio dñs
Luce. xij.
dicit: Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi vt
accendatur? Cum enim carnalis mens spiritũsanctum
accipit/ spiritali amore succensa malum plãgit qđ fecit.
Et terra ardet/ qñ accusante se cõsciẽtia cor pctõris vri-
tur: atq; in dolore penitẽtie crematur. Hinc rursum scri-
Deut. iiij.
ptum est: Deus tuus ignis consumẽs est. Quia enĩ men-
tem quã repleuerit: eam a pctõꝝ rubigine mũdam red-
H
dit: creator noster ꝛ ignis dr: et consumẽs. Sãctus ergo
spũs in medio aĩaliũ splendor ignis: et de igne fulgur
egrediẽs discurrere dr: q: vniuersam ecclesiam replens/
in electoꝝ cordib⁹ ex seipso flammas amoris proiicit: vt
chorusci more/ per terrorem feriat/ et ad amorem suum
corda torpẽtia accendat. Sed q: spũs sanctus deus an-
te secula patri est ꝛ filio coeternus: querẽdum nobis est
cur discurrere dicatur? Ois etenim qui discurrit/ acce-
dit ad locum in quo non fuit: et cum deserit in quo fuit.
Qua igitur ratione discurrere spiritum dicamus: dum
cuncta intra ipsm sint: et locus nusqͣ sit vbi non sit: sicut
Sapie. j.
scriptum est: Spũs dñi repleuit orbem terrarum. Et ta-
men cum laus sapiẽtie describeretur: adiunctum est: Est
Sap. vij.
enĩ in illa spũs intellectus/ spũs vnicus/ multiplex/ sub-
tilis/ mobilis. Et paulopost: Humanus/ stabilis. In
quibus rursum verbis magna nobis questio oritur: cur
iste spũs qui implet oĩa/ simul mobilis ꝛ stabilis dicat?
Sed si ad vsum consuetudinis humane recurrimus: sen-
sum citius loquẽtis inuenimus. Homo quippe qui i ea
regione i qua est vbiq; discurrit: procul dubio vbiq; ob-
uiam venit: et repẽte vbi non creditur/ inuenitur. Om-
nipotẽtis ergo spũs vt vbiq; presentia signaretur/ simul
et mobilis ꝛ stabilis dicitur. Stabilis: q: per naturam
oĩa cõtinet. Mobilis aũt dicitur: q: vbiq; etiam nesciẽ-
tibus occurrit. Tenens ergo omnia/ stabilis: presentem
I
se oĩbus exhibens/ mobilis appellatur. Splendor ergo
ignis ꝛ de igne fulgur egrediẽs inter pennata animalia
discurrit: q: spũs sanctus simul singulis atq; oĩbus pre-
sto fit: et incendit quos contigerit: et illuminat quos in-
cendit: vt post frigus pristinum accensi ardeant: et per
ignem amoris quem acceperint/ flammas exemplorum
reddant. Fulgur quippe de hoc igne egrediẽs torpẽtes
mentes percutit: easq; percutiẽdo excitat ꝛ inflammat:
vt post amorem illius ardentes pariter et lucentes cur-
Dan. vij.
rant. Unde etiã scriptum est: Thronus ei⁹ flãma ignis:
rote eius ignis accensus. Hi enim qui animarum custo-
des sunt: et pascẽdi gregis onera susceperũt: mutare lo-
ca minime permittũtur. Sed q: vno in loco positi: diui-
nitatis in se presentiam portant ꝛ ardẽt: thronus dei flã-
ma ignis dicitur. Hi aũt qui amore dñi in predicatione
discurrũt: rote ei⁹ ignis ardẽtes sunt: q: dũ ex ei⁹ deside-
rio per varia discurrũt/ vnde ipsi ardẽt/ alios accendũt.
Potest tamẽ discursus atq; mobilitas spũs requisitio-
ne alterius cõsiderationis intelligi. In sanctoꝝ quippe
cordib⁹ iuxta quasdam virtutes semper pmanet: iuxta
quasdam vero recessurus venit: et venturus recedit. In
fide etenĩ. spe atq; charitate/ et in bonis aliis sine quib⁹

K

ad celestem patriam non potest veniri: sicut est humili-
tas/ castitas/ iustitia/ atq; mĩa: perfectoꝝ corda non de-
serit. In pphetie vero virtute/ doctrine facũdia/ miracu-
loꝝ exhibitione/ electis suis aliquando adest/ aliquãdo
se subtrahit. Adest vt eleuentur: et semetipm subtrahit/
vt humilientur. Adest vt eos ostensa virtute glorificet:
recedit/ vt semetipsos subtracta eius virtute cognoscãt.
Adest vt ostendat quid per semetipm sint: recedit vt pa-
tefaciat qui vel quales remaneãt sine ipso. In his itaq;
virtutib⁹ sine quib⁹ ad vitam minime peruenitur: sctũs
spũs in electoꝝ suoꝝ cordib⁹ permanet. In his vero per
quas sanctitatis virtus ostẽditur/ aliqñ misericorditer
presto est/ et aliquando misericorditer recedit. Discur-
rens ergo ꝛ mobilis spũs dicitur: q: in signis atq; virtu-
tibus iuxta vniuscuiusq; votum continue non habetur.
Bene aũt inter sancta animalia discurrere perhibetur.
Discursus quippe ad celeritatem pertinet. Inter perfe-
ctos aũt discurrit spũs: q: et si ab eoꝝ corde ad momen-
tum recesserit: citius redit. Sequit: [Et animalia ibãt
et reuertebãtur in similitudinẽ fulguris choruscantis.]
Cum superi⁹ dictum sit: Non reuertebãtur cum ambu-
larent: qua ratione nũc dr: Animalia ibãt ꝛ reuerteban-
tur? Ualde sibi hec videtur esse contraria: q: ibãt et non
L
reuertebãtur: et ibãt ꝛ reuertebãtur. Sed qualiter intel-
ligendum sit citi⁹ agnoscimus: si duas vitas/ actiuã scz
et contẽplatiuam sollicite discernamus. In vna enĩ fiei
permanere possumus: in altera aũt intẽta mẽte manere
nullo modo valem⁹. Cum enĩ torporem nostrum relin-
quimus/ nosq; ipsos ad bone operationis studium exci-
tamus: quo alibi nisi ad actiuã imus: a qua reuerti post
nos nullo modo debemus: quia q post illã ad torporẽ
negligẽtie/ ad prauitatis nequitias quas reliquerat re-
dit/ esse sine dubio celeste aĩal nescit. Cum vero ab actiua
vita ad cõtẽplatiuã surgim⁹: q: diu mẽs stare in cõtẽpla-
tione non valet: sed omne qđ de eternitate per speculum
et in enigmate cõspicit: q̃si furtim hoc ꝛ per transitũ vi-
det: ipsa sua infirmitate ab immẽsitate tãte celsitudinis
animus repulsus/ in semetipso relabitur. Et necesse est
vt ad actiuã redeat: seq; ipm cõtinue in vsu bone opera-
tionis exerceat: vt cum mens surgere ad cõtẽplãda cele-
stia nõ valet: queq; potest bona agere non recuset. Sicq;
fit vt ipsis suis bonis actibus ad superiora rursus i cõ-
tẽplationem surgat: et amoris pastum de pabulo contẽ-
plate veritatis accipiat. In qua q: diu se tenere ipsa cor-
ruptionis infirmitas non potest: ad bona rursus opera
rediens/ suauitatis dei memoria pascitur: et foris pijs
actibus: intus vero sctis desideriis nutritur. Hinc etenĩ
de pfectis viris post cõtẽplationem suã redeũtibus dr:
Psal. cxliiij.
Memoriam suauitatis tue eructabũt. Dulcedinem qp-
pe suauitatis intime q: vtcũq; possunt (velut quodam
ex chorusco) pregustando tangere: eius memoriam stu-
M
dent recolẽdo semper ꝛ loquẽdo eructare. Unde ꝛ aper-
Psal. lxxxvj.
te nos psalmista admonet/ dicens: Lux orta est iusto: et
rectis corde letitia. Letamini iusti i dño: et confitemini
Ps. xxx.
memorie sanctitatis ei⁹. Qui rursus ait. O q̃ magna mul-
titudo dulcedinis tue dñe. Que videlicet q̃ magna eẽt/
nullo modo cognosceret: nisi hãc aliquatenus contẽplã-
Ibidem.
do gustasset. Hinc iterum dicit: Ego dixi i extasi mea:
proiectus sum a vultu oculoꝝ tuoꝝ. Nisi enĩ in mentis
excessu subleuat⁹/ dulcedinem suauitatis eterne cogno-
uisset: in hoc adhuc mũdo retẽtus non discerneret q̃ lõ-
ge piectus iaceret. Ostensa ergo animalia vadũt ꝛ non
reuertuntur: atq; vadunt ꝛ redeunt: quia sancti viri ꝛ ab
actiua vita quam apprehenderunt/ ad iniquitatem non
corruũt: et a cõtẽplatiua quã tenere iugiter nõ possunt/
in actiuã relabuntur. Sicut eñ dictum est/ ipso infirmi-
tatis sue pondere deuicti: ad semetipsos repulsi redeũt:
vt eũtes discãt quid desiderẽt: et reuertẽtes vbi iaceãt
sciãt. Eũtes intelligãt vbi nõdum sint: reuertẽtes quid
sint. Sed qualiter hec sancta aĩalia redeãt/ demonstrat
cũ subditur: [In similitudinem fulguris choruscãtis.]
Bene aũt reuertẽtia animalia choruscãti fulguri compa-
rantur: quia sancti viri cum ad superna contẽplanda
euolant: cũ primitias sui spiritus in celestis patrie amo-
re ligãt: sed grauati humane conuersationis pondere/
ad semetipsos redeunt: bona celestia que saltem per spe-
culum cõtẽplari potuerũt fratribus denunciãt: eorũq;
animos in amorem intime claritatis accendũt: quã nec

B videre sicut est: nec loqui preualent sicut viderunt. Loquentes autem verbis suis corda audientium feriunt ⁊ incendunt. Quasi ergo fulgur choruscans redeunt: quia cum celestia loquuntur: per eos supernum lumen intermicat: et ad amorem celestis patrie mentes audientium inflammat. More itaque choruscantis fulguris cum loquendo percutiunt: ignem spiritualis desiderij spargunt. Alio quoque modo sancta animalia vadunt ⁊ redeunt. Uadunt enim cum ad insinuandam celestis doni gratiam/in predicationem mittuntur: atque vt ad fidem trahant/mira coram infidelibus faciunt. Sed redeunt/quia hec omnipotentis domini virtuti tribuentes: sibimetipsis que fecerint non ascribunt. Cum enim stupenda faciunt/fulgura sunt: quia corda intuentium concutiunt/terrent/illuminant/et accendunt. Unde scriptum est: In lumine iacula tua ibunt: in splendore fulguris armorum tuorum. Iacula domini sunt verba sanctorum: que corda peccantium feriunt. Sed ista iacula habent arma. Scitis fratres quia preliatores viri iacula mittunt: armis vero muniuntur. Dum ergo verbis addunt miracula: quasi armis se muniunt/ne ipsi feriantur. In lumine iacula tua ibunt: quia in aperto exeunt verba dei. Sed quia comitari debent sententias doctorum facta miraculorum: recte subiungitur: [In splendore fulguris armorum tuorum.] Quia dum addunt eis arma miraculorum: mentes persequentium fulgurant: vt eos persequi non presumant. Hec itaque animalia vadunt ⁊ reuertuntur in similitudinem fulguris choruscantis: quia postquam mira sancti inter homines faciunt: postquam corda audientium sparso lumine incenderunt: ad quandam auctori suo gloriam redeunt: vt illi laudem reddant per quem se posse talia sciunt. Sic Petrus cum sanato homine qui claudus ex vtero matris fuerat/signum fecit/quod omnes qui cognoscerent valde mirabantur/dixit: Quid miramini in hoc: aut nos quid intuemini quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham/deus Isaac ⁊ deus Jacob/deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Jesum. Et paulopost. In fide nominis eius hunc quem videtis ⁊ nostis/confirmauit nomen eius. Signum quippe faciens/intuentium oculos miraculi lumine perstrinxit: sed humilitatem custodiens/et laudem auctori reddens: quasi vnde venerat rediit: quia lux fulguris vnde fuerat ostendit. Sancta itaque animalia cum ad signa operanda veniunt: et cum ad reddendam auctori suo gratiam intus apud semetipsos redeunt/fulgura sunt: quia ⁊ ostendendo miracula: et exempla humilitatis prebendo/mentes intuentium feriunt ⁊ incendunt. In omne autem quod faciunt/idcirco semper ad laudem creatoris redeunt: vt in ea virtute quam acceperunt/vera stabilitate persistant. Nam si quid sibi tribuerent: in hoc quod acceperant/stare non possent. Unde bene etiam per Salomonem dicitur: Ad locum de quo exeunt flumina/reuertuntur vt iterum fluant. Siue enim in virtutibus seu in doctrina/quid aliud sunt sancti viri quam flumina: que terram cordis carnalium aridam rigant? Sed siue in operatione quam faciunt: seu in doctrine verbis citius siccarentur: nisi per intentionem cordis semper sollicite ad locum de quo exeunt redirent. Si enim introrsus ad cor non redeant: ac sese in amore conditoris desideriorum vinculis non astringant: et manus ab eo quod agebat deficit: et lingua ab eo quod loquebatur arescit. Sed intus semper per amorem redeunt: et hoc quod in publico operantes atque loquentes fundunt: in secreto suo de fonte amoris hauriunt. Amando enim discunt quod docendo proferunt. Ad locum ergo de quo exeunt flumina/reuertuntur vt iterum fluant: quia aquam sapientie inde semper hauriunt vnde oritur: ne cum cucurrerit exsiccetur. Per omne ergo quod agimus: ad fontem veri luminis sollicita mente redeamus. Reddamus creatori nostro gratias de bonis que accepimus: eique cum Esaia propheta suppliciter dicamus: Omnia opera nostra operatus es nobis. Bona enim nostra eius sunt opera: cuius visceribus non suffecit vt nos erigeret: nisi ⁊ semetipsum pro nobis inclinaret. Si enim coeternus patri deus ante secula non fieret homo in tempore: quando homo temporalis fieret eternus? Descensio ergo veritatis/ascensio facta est humanitatis nostre. Demus ei gloriam: demus laudem: qui viuit cum patre in vnitate spiritussancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Abac.iij.

Actuū.iij.

Eccle.j.

Esa.xxvj.

Homilia sexta.

Umque aspicerem animalia: apparuit rota vna super terram iuxta animalia: habens quatuor facies. Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris: ⁊ vna similitudo ipsarum quatuor: ⁊ aspectus earum et opera quasi sit rota in medio rote. Per quatuor partes earum euntes ibant: et non reuertebantur cum ambularent. Statura quoque erat rotis/⁊ altitudo ⁊ horribilis aspectus.

D

Tenebrosa aqua in nubibus aeris: quia obscura est scientia in prophetis. Sed salomonis voce attestante didicimus: Gloria regum/celare verbum: et gloria dei est inuestigare sermonem: quia et honor est hominum secreta abscondere: et gloria dei est/mysteria sermonis eius aperire. Ipsa autem per se veritas discipulis dicit: Que dico vobis in tenebris/dicite in lumine. i. aperte exponite que in allegoriarum obscuritatibus auditis. Magne vtilitatis est ipsa obscuritas eloquiorum dei: quia exercet sensum vt fatigatione dilatetur: et exercitatus capiat quod capere non potest ociosus. Habet quoque adhuc aliud maius: quia scripture sacre intelligentia si in cunctis esset aperta/vilesceret. In quibusdam locis obscurioribus tanto maiore dulcedine inuenta reficit: quanto maiore labore fatigat animum quesita. Ecce enim sancti Ezechielis nunc voce dicitur: [Cum aspicerem animalia/apparuit rota vna super terram.] Quid autem rota/nisi sacram scripturam signat: que ex omni parte ad auditorum mentes voluitur: et nullo erroris angulo a predicationis sue via retinetur? Ex omni autem parte voluitur: quia inter aduersa et prospera: et recte ⁊ humiliter incedit. Circulus quippe preceptorum illius modo sursum/modo deorsum est: quia que perfectioribus spiritaliter dicitur/infirmis iuxta litteram congruunt. Et ipsa que paruuli iuxta litteram intelligunt/docti viri per spiritalem intelligentiam in altum ducunt. Quis enim parulorum in facto Esau et Jacob: quod alter ad venatum mittitur vt benedicatur: alter vero per suppositionem matris a patre benedicitur: nisi iuxta sacre lectionis historiam pascitur? In qua vero historia si ad intellectum paulo subtilius astringatur/videtur quod Jacob primogeniti benedictionem non per fraudem surripuit/sed vt sibi debitam accepit: quam concedente fratre data lentis mercede emerat. At vero si quis altius sentiens/vtrorumque facta velit per allegorie arcana discutere/protinus ab historia in mysterium surgit. Quid est enim quod Isaac de maioris filij sui venatione vesci concupiscit/nisi quod omnipotens deus iudaici populi bona operatione pasci desiderabat? Sed illo tardante/minorem Rebecca supposuit: quia dum iudaicus populus bona opera foris querit/gentilem populum mater gratia instruxit: vt omnipotenti patri cibum boni operis offerret: benedictionemque maioris fratris acciperet. Qui eosdem cibos ex domesticis animalibus prebuit: quia gentilis populus placere deo de exterioribus sacrificijs non querens: per vocem prophete dicit: In me sunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi. Quid est quod idem Jacob manus ac brachia ⁊ collum hedinis pellibus texit: nisi quod hedus pro peccato offerri consueuit? Et gentilis populus carnis quidem in se peccata mactauit: sed copertum se peccatis carnalibus confiteri non erubuit. Quid est quod vestimentis fratris maioris induit: nisi quod sacre scripture precepta que maiori populo data fuerant/in bona operatione vestitus est? Et eis minor in domo vtitur/que maior foras exiens intus reliquit: quia illa gentilis populus precepta tenet in mente/que iudaicus populus habere non potuit dum solam in eis litteram attendit. Et quid est quod Isaac eundem filium nescit quem benedicit/nisi hoc quod de gentili populo dominus per psalmistam dicit: Populus quem non cognoui/seruiuit mihi: ob auditum auris obediuit mihi? Quid est quod presentem non videt/et tamen que ei in futuro venient videt: nisi quod omnipotens deus cum per prophetas suos predicaret gentilitati gratiam prerogandam: eam ⁊ in presenti per gratiam non videt: quia tunc in errore dereliquit: et tamen quia hanc quandoque collecturus erat: per benedictionis gratiam preuidit. Unde ⁊ idem Jacob gentilis populi figuram tenet: eique in benedictione dicitur: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni: cui benedixit dominus deus. Sicut enim

Ps.xvij.
Prouer.xxv.
Matth.x.
E
Genesis xxvij.
Psal.lv.
Ps.xvij.
Genesis xxvij.

G
Lu. xvij.
Mat. xiij.

In euangelio veritas dicit: Ager est hic mundus. Et quia gentilis populus ad fidem perductus per electos suos in vniuerso mundo virtutibus redolet: odor filij/ odor est agri pleni. Aliter nanque olet flos vue: quia magna est virtus et opinio predicatorum/ qui inebriant mentes audientium. Aliter flos oliue: quia suaue est opus misericordie: qui more olei refouet et lucet. Aliter flos rose: quia mira est fragrantia que rutilat et redolet ex cruore martyrum. Aliter flos lilij: quia candida vita carnis est de incorruptione virginitatis. Aliter flos viole: quia magna est virtus humilium/ qui ex desiderio loca vltima tenentes/ se per humilitatem a terra in altum non subleuant: et celestis regni purpuram in mente seruant. Aliter redolet spica/ cum ad maturitatem perducitur: quia bonorum operum perfectio ad satietatem eorum qui iustitiam esuriunt preparatur. Quia ergo gentilis populus in electis suis vbique per mundum sparsus est/ et ex eis virtutibus quas agit/ omnes qui intelligunt/ odore bone opinionis replet: dicatur recte: Ecce odor filij mei/ sicut odor agri pleni. Sed quia easdem virtutes ex semetipso non habet/ adiungat: Cui benedixit dominus deus. Et quoniam electorum populus per quosdam etiam in contemplationem surgit: per quosdam vero in actiue vite solummodo opera pinguescit: recte illic additur: Det tibi dominus de rore celi: et de pinguedine terre. Ros enim desuper et subtiliter cadit. Et toties de rore celi accipimus: quoties per infusionem contemplationis intime de supernis aliquid tenuiter videmus. Cum vero bona opera etiam per corpus agimus: de terre pinguedine ditamur. Quid est autem quod Esau tarde ad patrem redit: nisi quod iudaicus populus ad placandum dominum sero reuertitur: Cui et hoc in benedictione dicitur: Tempusque erit cum soluatur iugum de collo tuo. Quia a seruitute peccati iudaicus populus in fine liberabitur: sicut scriptum est: Donec plenitudo gentium introiret: et sic omnis israel saluus fieret. Quem non paruulorum ipsa euangelica historia in miraculi operatione reficiat/ quod hydrias vacuas dominus aqua implere precepit: eandemque aquam protinus in vinum vertit? Sed cum hec vigilantiores ingenio audiunt: et sacram historiam credendo venerantur/ quid interius innuat requirunt. Qui enim mutare aquam in vinum potuit: etiam vacuas hydrias valuit vino statim replere. Sed implere hydrias aqua iubet: quia prius per sacre lectionis historiam corda nostra replenda sunt. Et aquam nobis in vinum vertit: quando ipsa historia per allegorie mysterium in spiritalem nobis intelligentiam commutatur. Rota ergo quasi per terram trahitur: quia paruulis humili sermone concordat: et tamen magnis spiritalia infundens/ quasi circulum in altum leuat. Et inde sursum erigitur: vnde terram tangere pauloante videbatur. Quia vero vndique edificat: quasi per circulum rota currit. Unde et in lege scriptum est: Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo: hastile eius et calamos et cyphos et spherulas ac lilia ex ipso procedentia. Quis in candelabro nisi redemptor humani generis designatur: qui in natura humanitatis infulsit lumen diuinitatis: vt mundi candelabrum fieret: quatenus in eius lumine omnis peccator in quibus iaceret tenebris videret. Qui pro eo quod naturam nostram sine culpa suscepit: candelabrum tabernaculi ex auro purissimo fieri iubetur. Ductile autem feriendo producitur: quia et redemptor noster qui ex conceptione et natiuitate perfectus deus et homo extitit/ passionum dolores pertulit: et sic ad resurrectionis gloriam peruenit. Ex auro ergo mundissimo ductile candelabrum fuit: quia et peccatum non habuit: et tamen eius corpus per passionis contumelias ad immortalitatem proficit. Nam tueta virtute sic quibus percussionibus potuisset proficere/ omnino non habuit. In membris autem suis (que nos sumus) quotidie percussionibus proficit: quia dum nos tundimur et efficimur vt eius corpus esse mereamur/ ipse proficit. De cuius autem corpore scriptum est: Ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum dei. Corpus quippe illius nos omnes sumus. Per nexus vero et coniunctiones corpus ligatur: quia dum capiti pectus, dum pectori brachia/ dum brachijs manus/ digiti manibus sunt coniuncti/ ac membris cetera membris inherent: corpus omne perficitur. Sicut sancti apostoli qui redemptori nostro propinqui steterunt/ quasi pectus capiti inhesit. Quos quia martyres sunt secuti: quasi coniuncta brachia pectori fuerunt. Quibus dum pastores et doctores subiuncti sunt per bona opera: manus brachijs inheserunt. Hoc vero omne corpus redemptoris nostri quotidie per nexum et coniunctionem subministratum est in celo: quia cum ad cum illuc electe anime ducuntur: ei sua membra colligantur. De quo bene dicitur: Subministratum et constructum crescit in augmentum dei: quia deus omnipotens redemptor noster qui in se quo proficiat non habet: adhuc per membra sua quotidie augmentum habet. Unde rursum scriptum est: Donec occurramus omnes in virum perfectum: in mensuram etatis plenitudinis christi. Hastile vero eiusdem candelabri ipsa ecclesia debet intelligi/ que corpus eius est: quia inter tot aduersa libera stat. Calami autem qui de hastili procedunt/ predicatores sunt: qui dulcem sonum in mundo ediderunt: vestigium canticum nouum. Cyphi autem vino repleri solent. Quid ergo mentes auditorum nisi cyphi sunt: que sanctis predicantibus vino scientie replentur? Spherula autem quid est aliud nisi volubilitas predicationis? Sphera autem ex omni parte voluitur. Et predicatio que nec aduersitate retineri potest/ nec prosperitatibus eleuatur/ sphera est. Et inter aduersa fortis/ et inter prospera humilis: nec timoris habet angulum/ nec elationis. In cursu ergo suo figi non valet: quia per cuncta se volubiliter trahit. Ut autem hoc quod exempli causa protulimus exequamur/ bene post calamos cyphos et spherulas/ in candelabro lilia describuntur: quia post eam quam diximus predicationis gratiam atque volubilitatem/ illa virens patria sequitur: que animabus sanctis in floribus vernat eternis. Spherule quidem ad laborem pertinent: lilia ad retributionem. Itaque sicut apud Moysen spherula doctrina predicationis accipitur: ita hic per rotam ipsa sacra scriptura signatur. Propheta igitur dum sancta animalia videret/ adiunxit: Cumque aspicerem animalia: apparuit rota vna super terram. Qua in re querendum est cum inferius rote describuntur: cur vna rota prius apparuisse dicitur/ nisi quod antiquo populo vetus solummodo testamentum datum est: quod ad erudiendam mentem illius quasi rota volueretur? Bene autem rota eadem super terram apparuisse dicitur. Peccanti enim homini dictum est: Terra es: et in terram ibis. Rota ergo super terram apparuit: quia deus omnipotens legem super corda peccantium dedit. Sed quia hec pennata animalia sanctos (vt ante diximus) euangelistas designant: quomodo prius animalia/ et postmodum rota vna aspicitur: dum ante testamentum vetus fuerit/ et postmodum sancti euangeliste secuti sint? Sed vt diligentius hic possumus quod illi prius a propheta visi sunt: qui merito transcendunt. Nam quantum sanctum euangelium testamentum vetus precellit: tanto predicatores eius in descriptione prophetica preferri debuerunt. Quid sit adhuc aliud quod in hac descriptione considerari debeat: quia prophetie spiritus sic intra semetipsum anteriora et posteriora simul colligit: vt hec simul prophete lingua proferre non possit. Sed ampla que videt de preteritis sermonibus enarrat: et nunc vltima post prima: nunc vero prima post vltima loquitur. Unde Ezechiel propheta sub figura sancte vniuersalis ecclesie et euangelistarum gloriam per quattuor animalium similitudinem videt/ et tamen repente illa subiungit que anterioribus temporibus gesta sunt: vt pariter indicet simul se vidisse: quod carnis lingua non sufficeret simul dicere. Quia vero per quattuor animalia etiam perfectos omnes significari diximus: considerandum quoque est quosdam sanctorum et ante legem fuisse qui naturali lege districte viuerent/ et omnipotenti domino placerent. Post animalia ergo rota describitur: quia electorum multi apud omnipotentem dominum perfecti et ante legem fuerunt. Sin vero animalia solos (vt diximus) euangelistas debemus accipere: est adhuc aliud quod considerare debeamus. Uidebat enim in spiritu propheta: quia hec ipsa verba que obscuritatibus obuoluta proferebat/ non iudaico populo/ sed gentibus panderentur. Nobis igitur loquens prius animalia/ et post rotam describere debuit: quia nos ad fidem domino largiente venientes: non per legem euangelium/ sed per sanctum euangelium legem didicimus. Ubi vero vel qualis rota apparuerit: adiungit cum dicit: Iuxta animalia habens quattuor facies. Ubi adhuc subditur: Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris: et vna similitudo ipsarum quattuor: et aspectus earum et opera/ quasi sit rota in medio rote. Quid est hoc quod cum vna rota diceretur: paulo-

Genesis xxvij.
Ibidem.
H
Esaie x.
Roma. xj.
Joan. ij.
Exo. xxv.
I
Colli. ij.
K
Ephe. iiij.
L
Gene. iij.
M

A post adiungitur/quasi si sit rota in medio rote: nisi q in te-
stamenti veteris littera testamentum nouum latuit per al
legoriam? Unde et rota eadem que iuxta aialia apparuit/
quattuor facies habere describitur: qr scriptura sacra
per vtraqz testamenta in quattuor partib' est distincta.
Uetus etenim testamentum in lege et pphetis: nouum vo
in euangelijs atqz apostoloz actibus et dictis. Scimus
autem qr vbi faciem mttimus: ibi qd necesse est vide-
mus. Rota ergo quattuor habet facies: qr prius resecan-
da mala in populis vidit per legem / postmodum vidit
per pphetas: subtilius vo per euangelium/ad extremu
autem per apostolos ea que in culpis hoim resecarentur
aspexit. Potest quoqz intelligi q quattuor facies rota
habeat/propter hoc q scriptura sacra per gratiam pre-
dicationis extensa in quattuor mundi partes innotuit.
Unde et bene rota eadem vna prius iuxta animalia ap-
paruisse: et postmodum quattuor facies habuisse descri
bitur: qr nisi lex euangelio concordaret/in quattuor mundi
partibus non innotesceret. Sequitur: [Et aspectus ro-
tarum et opus earum quasi visio maris.] Recte sacra elo
quia visioni maris similia narrantur: qr in eis magna sunt
volumina sententiarum: cumuli sensuum. Nec immerito
mari similis scriptura sacra dicitur: quia firmatur in ea
sententie locutionis/sacramento baptismatis. Uel certe
considerandum est qr nauibus in mare nauigamus/cum
ad desideratas terras tendimus. Nobis autem quid est
(Ps. cxli.) in desiderio nisi illa terra de qua scriptum est: Portio
mea in terra viuentium? Ligno autem (vt dixi) vehitur
(B) qui mare transit. Et scimus qr sacra scriptura lignum
(Deut. xxi.) crucis per legem nobis prenunciat/cum dicit: Maledi-
ctus ois qui pendet in ligno. Qd de redemptore nostro
(Gala. iij.) Paulus attestatur/dicens: Factus pro nobis maledi-
ctum. Per pphetas quoqz lignum annunciatur/cum di-
(Ps. xcv.) Dns regnabit a ligno. Et rursum: Mittamus lignu in
(Hiere. xj.) panem eius. Per euangeliu vo lignu crucis aperte ostendit:
vbi ipa dni passio que pphetata est declarat. Per apo-
stolum aut hec eadem crux etiam in verbis et operibus
(Gala. vj.) tenetur/cu Paulus dicit: Mihi mundus crucifixus est:
(Ibidem.) et ego mundo. Et rursus: Mihi aut absit gloriari nisi in
cruce dni nostri Jesu christi. Nobis ergo qui ad eternam
patriam tendimus: scriptura sacra per quattuor suas fa
cies mare est. Que crucem annunciat: qr nos ad terram
viuentium ligno portat. Nisi aut mari scripturam sacram
(Esaie. xj.) similem cerneret: propheta minime dixisset: Repleta est
terra scientia dni: sicut aque maris operientes. Sequitur:
[Et vna similitudo ipsaz quattuor: et aspectus earum
et opera: quasi si sit rota in medio rote.] Una similitudo
ipsaz est quattuor: qr qd predicat lex/hoc etia pphetet
quod denunciat pphete/hoc exhibet euangelium: qd exhi-
buit euangelium/hoc predicauerunt apostoli per mundum.
Una ergo est similitudo ipsaz quattuor: qr diuina elo-
quia etsi temporibus distincta / sunt tn sensibus vnita.
[Et aspectus earu et opera quasi si sit rota in medio ro-
te.] Rota intra rotam est testamentum nouum (sicut di
ximus) intra testamentum vetus: qr qd designauit testa-
(C) mentum vetus/hoc testamentum nouum exhibuit. Ut eni
(Gen. ij.) pauca de multis loquar / quid est q Adam dormiente
(Gen. xxij.) Eua producitur/nisi q moriente xpo ecclesia formatur?
Quid est q Isaac ad immolandum ducitur/et ligna por
tat/are superimponit et viuit: nisi q redemptor noster ad
passionem ductus/lignu sibi crucis ipse portauit: et sic
in sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus/vt ta-
men immortalis maneret ex diuinitate. Quid est q ho-
(Josue. xx.) micida post mortem summi pontificis absolutus/ad ter
ram propriam redit: nisi q humanum genus qd peccando
sibimetipsi mortem intulit: post mortem veri sacerdotis
vez redemptoris nostri/peccatoz suoz vinculis soluitur: et in
(Exo. xxv.) paradisi possessione reparatur? Quid est q in tabernacu-
lo propitiatorium fieri iubetur: super qd duo cherubin/
vnu a summitate vna/et alter a summitate alia ex auro
mundissimo ponuntur expandentes alas/et operientes oracu
(Ibidem.) lum? Quid est q se mutuo respiciunt/versis vultib' in ppi-
tiatorium/nisi q vtraqz testamenta ita sibi in mediatore
dei et hoim concordant: vt qd vnum designat/hoc alterum
exhibeat? Quid eni per propitiatorium/nisi ipse redemptor
humani generis designatur? De quo per Paulum dici-
(Rom. iij.) tur. Quem proposuit deus ppiciationem per fidem in san
guine ipsius. Quid vo per duo cherubin que plenitudo

scientie dicuntur/nisi vtraqz testamenta signata sunt? (D)
Ex quibus vnu a summitate vna ppiciatorium/aliud vo
a summitate altera stat: qr qd testamentum vetus de in-
carnatione nostri redemptoris cepit pphetando promittere:
hoc testamentum nouum perfecte narrat expletum. Duo
autem cherubin ex auro mundissimo facti sunt: qr vtraqz
testamenta pura ac simplici veritate describuntur. Expan-
dunt vo alas/et oraculum operiunt: qr nos qui dei potenti-
tie dei oraculum sumus: a culpis imminentibus scriptu
re sacre edificatione ptegimur. Cuius dum sententias
sollicite aspicimus: ab errore ignorantie eius alis vela-
mur. Duo ergo cherubin in se mutuo respiciunt versis vul-
tibus in ppitiatorium: qr vtraqz testamenta in nullo a se
discrepant. Et quasi ad semetipsa vicissim facies tenent: qr
qd vnum promittit / hoc aliud exhibet: dum inter se po-
situm mediatorem dei et hoim vident. Facies quippe a se-
metipsis cherubin auerterent/si qd vnum testamentum
promitteret/aliud negaret. Sed dum concorditer de me-
diatore dei et hoim loquuntur / vt vicissim se respiciant/in
propitiatorium intendunt. Rota ergo in medio rote est: qr
inest testamento veteri testamentum nouum. Et sicut sepe
iam diximus/qd testamentum vetus promisit/hoc nouum
exhibuit: et qd illud occulte annunciat/hoc istud exhibi-
tum aperte clamat. Prophetia ergo testamenti noui/te-
stamentum vetus est: et expositio testamenti veteris/te-
stamentum nouum. Sequitur: [Per quattuor partes ea
rum ibant/et non reuertebantur.] Quo alibi diuina elo
quia nisi ad corda hoim vadunt? Sed per quattuor par
tes euntes ibant: quia scriptura sacra per legem ad cor-
da hoim vadit: signando mysterium. Per prophetas va-
(E) dit paulo apertius prophetando dnm. Per euangelium
vadit: exhibendo quem prophetauit. Per apostolos va
dit: predicando eum quem pater in nostra redemptione
exhibuit. Habent ergo rote facies et vias: quia ostendunt
sacra eloquia notitiam preceptorum cum exhibitione
operum. Et per quattuor partes vadunt: quia distinctis
(vt prediximus) temporibus loquuntur. vel certe quia
in cunctis mundi regionib' incarnatum dominum pre-
dicant. De quibus aperte mox subditur: [Et non reuer
tebantur cum ambularent.] Hec superius de animali-
bus dicta sunt: sed non eadem intelligi de rotis que de
animalibus possunt. Rotis quippe signari testamenta
diximus. Et testamentum vetus ambulauit quidem: qr
per predicationem ad mentes hoim venit: sed post ad se-
metipsum reuersum est: quia iuxta litteram/in preceptis
suis et sacrificijs vsqz ad finem seruari non potuit. Non
eni sine immutatione permansit: cum in eo spiritalis in-
telligentia defuit. Sed cum redemptor noster in mundum
venit: hoc spiritaliter fecit intelligi/qd carnaliter inue-
nit teneri. Itaqz dum spiritaliter littera eius intelligi-
tur/ois in eo illa carnalis exhibitio viuificatur. Testa-
mentum vero nouum etiam per testamenti veteris pagi
nas testamentum eternum appellatum est: qr intellectus
illius nunqz mutatur. Bene ergo dicitur q rote euntes
(F) ibant/et non reuertebantur cum ambularent: qr nouum
testamentum non rescinditur: dum vetus iam spiritali-
ter intelligitur. Post se non redeunt: quia vsqz ad finem
mundi immutabilia persistunt. Ambulant ergo/sed no
reuertuntur: quia sic spiritaliter ad cor nostrum veniunt/
vt cor precepta vel studia vlterius non mutentur. Se-
quitur: [Statura quoqz erat rotis et altitudo et horribi-
lis aspectus.] Quid est q in scripture sacre eloquijs tria
hec inesse narrantur: vt staturam/altitudinem/et horri-
bilem aspectum. terribilem habere memorentur. Quer
rendum nobis magnopere est: que diuine scripture sta-
tura / que altitudo / quis horribilis aspectus dicitur.
Sciendum ergo est quia stare ad vitam congruit bene
(j. Cor. x.) operantis. Unde per Paulum dicitur: Qui stat/videat
(Phil. iiij.) ne cadat. Qui etia discipulis dicit: Sic state in dno cha
(iiij. Re. iij.) rissimi. Et propheta qui se vita ac moribus ante dnm
stare videbat/ait: Uiuit dns/in cuius conspectu sto. Al
titudo vero est celestis regni promissio. Ad quam tunc
pertingitur: quando iam mortalis vite ois corruptio sub-
iugatur. Horribilis vero aspectus est terror gehenne:
que sine fine reprobos cruciat: et semper in cruciatu con-
seruat. Statura ergo in rectitudine predicationis est. Alti
tudo in celsitudine superne promissionis. Horribilis vo
aspectus in minis atqz terroribus supplicij sequentis.

G Scriptura igitur sacra staturã habet: q̃ mores ad standum dirigit: vt auditorũ mẽtes ad terrenam cõcupiscentiam non curuentur. Altitudinem habet: q̃ in celesti patria eterne vite gaudia ꝓmittit. Horribilem quoq̃ aspectum habet: q̃ oib⁹ reprobis gehẽne supplicia minatur. Ostẽdit igitur staturam suam in edificatione morum. Ostendit altitudinem in ꝓmissione premiorũ. Ostendit horribilem aspectum in terroribus suppliciorũ. Recta est enim in preceptis: alta in ꝓmissionib⁹: horribilis i minis.

(Esaie .i.) Habet staturã/cũ per ꝓphetam dicit: Quiescite agere peruerse: discite benefacere: querite iudiciũ: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduam. (Esa .lviij.) Et rursum: Frange esurienti panẽ tuũ: et egenos vagosq̃ induc in domum tuã. Cum videris nudum/operi eũ: et domesticos seminis tui ne despexeris. Habet altitudinem/cum per (Esaie .lx.) eundem ꝓphetam dicit: Non erit tibi sol amplius ad lucendum per diem: nec splendor lune illuminabit te: sed erit tibi dñs in lucem sempiternam: et deus tuus i gloriam (Esaie .xxxiiij.) tuã. Habet horribilem aspectũ: cũ infernũ describẽs dicit: Dies vltionis dñi/annus retributionis iudicij Syon: et cõuertẽtur torrẽtes ei⁹ in picem: et fumus eius in sulphur: et erit terra ei⁹ in picem ardentem nocte ⁊ die: non extinguetur in sempiternũ. Quã beatus quoq̃ Iob descri(Iob .x.)bit dicẽs: Terrã tenebrosam ⁊ opertã mortis caligine: terrã miserie ⁊ tenebrarũ: vbi vmbra mortis/et nullus ordo/sed sempiternus horror inhabitãs. Habet staturam (Esa .vlti.) cũ per eũ dñs ꝓpitius pollicetur dicẽs: Sicut celi noui et terra noua que ego stare facio coram me dicit dñs: sic stabit semen vestrũ et nomen vestrum. Illi enĩ veraciter corã dño stant: qui vitam suã in prauitate non dissipant. (Ibidem.) Habet altitudinem: cum statim subdit: Et erit mensis (H) ex mẽse: et sabbatũ ex sabbato: et veniet ois caro vt adoret corã facie mea: dicit dñs. Quid est mensis nisi profectio dierũ? Et qd est sabbatum nisi requies in qua fieri opus seruile nõ liceat? Mensis ꝗ̃ ex mense est: q̃ qui hic pfecte viuũt/illuc ad pfectionem glorie pducũtur. Sabbatum hoc ex sabbato est: q̃ qui hic cessant a peruerso opere/illic quiescũt in celesti retributione. Habet etiã hor(Ibidem.)ribilem aspectũ/cũ ꝓtinus adiũgit: Et egredientur ⁊ vi(Ibidem.)debũt cadauera virorũ: qui preuaricati sunt in me. Vermis eorũ non morietur: et ignis eorum non extinguetur. Quid enĩ horribili⁹ dici: quid cogitari potest/q̃ dãnationis vulnera suscipere: et dolores vulnerũ nũq̃ finire? De hoc horribili aspectu rotarũ bene per Sophoniã dicum superuenire duris mentibus dies iudicij denũcia(Sopho .i.)tur: Iuxta est dies domini magn⁹: iuxta ⁊ velox nimis. Vox diei dñi amara: tribulabitur ibi fortis. Dies ire dies illa: dies tribulatiõis ⁊ angustie: dies calamitatis et miserie: dies tenebrarũ et caliginis: dies nebule ⁊ turbinis: dies tube ⁊ clangoris. Sed q̃ exterioris rote diceta possimus: restat nũc vt interioris quoq̃ staturam/altitudinem/et horribilem aspectum ꝓferre debeam⁹. Habet quippe rota interior staturã suã: cũ per sanctum (I) euãgelium ad terrena desideria incuruare nos ꝓhibet/ (Luce .xxj.) redẽptoris nostri vocib⁹ dicẽs: Attendite vt non grauentur corda vestra i crapula ⁊ ebrietate: aut in curis hui⁹ vite. Habet altitudinem/cũ de eodem redẽptore ꝓmit(Ioannis .i.)tit/dicẽs: Quotquot aũt crediderũt in eũ: dedit eis potestatem filios dei fieri. Quid enĩ hac potestate altius: quid hac altitudine sublimi⁹ dici potest: in qua creatura quisq̃ efficitur fili⁹ creatoris? Habet horribilem aspe(Mat .xxv.)ctum/cũ de reprobis loquitur dicẽs: Ibũt in supplicium eternũ. Habet staturã/cũ veritas discipulos admonet (Luce .xij.) dicẽs: Vẽdite que possidetis/et date elemosynã. Facite vobis sacculos non veterascẽtes. Habet ꝓmissionis (Mat .viij.) altitudinem/cũ dicit: Venient ab oriẽte ⁊ occidẽte: et recũbent cũ Abraham et Isaac et Iacob in regno celorũ. (Ibidem.) Habet horribilem aspectum/cũ subdit: Filij aũt regni eijciẽtur in tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ stridor (Ioã .viij.) dentium. Quib⁹ rursum voce veritatis dr̃: Vos in peccatis vestris moriemini. Habet staturam/cũ primi pastoris (ij. Pet .i.) vocib⁹ dicit: Ministrate i fide vestra virtutem: in virtute aũt scientiam: in sciẽtia aũt abstinentiam: in abstinentia aũt patiẽtiam: in patientia aũt pietatem: in pietate aũt amorem fraternitatis: in amore aũt fraternitatis chari(Ibidem.)tatem. Habet altitudinem/cũ paulo post dicit: Sic enĩ abũdãter ministrabitur vobis introitus i eterno regno dñi ⁊ saluatoris nostri Iesu xpi. Qui rursus bonis pa-

(K) storibus pollicetur/dicens: Cum apparuerit princeps (ij. Pe .ij.) pastorũ/percipietis immarcescibilem glorie coronã. Ha(Ibidem.)bet horribilem aspectũ/cũ dicit: Adueniet aũt dies dñi vt fur: in qua celi magno impetu transient: elementa vo calore soluentur. Cum hec igit̃ oĩa dissoluẽda sint: quales oportet vos esse in sanctis cõuersationib⁹ et pietatibus: expectãtes et ꝓperãtes in aduentũ diei dei: per quã celi ardẽtes soluent: elemẽta vo ignis ardore tabescẽt? Habet staturam/cũ per Paulum nos a terrenis deside(Colo .iij.)rijs erigit/dicẽs: Mortificate mẽbra vestra que sunt super terrã: fornicationem/immũditiam/libidinem/cõcupiscentiam malã/et auaritiam/que est idolorũ seruitus. (Ibidem.) Habet altitudinem/cũ ꝓmittit dicẽs: Vita vr̃a abscõdita est cũ xpo in deo. Cum enĩ xps apparuerit vita vestra: tũc et vos apparebitis cũ ipso i gloria. Habet hor(ij. Thess .i.)ribilem aspectũ/cũ minatur dicẽs: In reuelatione dñi nostri Iesu xpi de celo/cum angelis virtutis ei⁹ in flamma ignis: dantis vindictam his qui non nouerũt deum/et qui non obediũt euãgelio dñi nostri Iesu xpi: qui penas dabũt in interitu eternas a facie dñi: et a gloria virtutis eius. Habet staturam/cum nos admonet dicens: (i. Thess .v.) Videte ne qs alicui malum ꝓ malo reddat: sed semper qđ bonum est sectamini in inuicem ⁊ in oẽs. Habet altitudinem/cum ꝓmittit dicẽs: Si cõmorimur/et cõuiue(Ro .viij.)mus: si sustinemus/et cõregnabimus. Et rursum. Non (Ibidem.) sunt cõdigne passiones hui⁹ tẽporis ad futurã gloriam: que reuelabit in nobis. Habet horribilem aspectũ/cum (Heb .v.) minatur dicẽs: Terribilis quidem expectatio iudicij: et ignis emulatio: que consumpturus est aduersarios. Qui (L) rursus ait: Horrẽdum est incidere in man⁹ dei viuẽtis. (Heb .x.) Que oĩa breui quoq̃ sententia stringit/dicẽs: Vt possi(Ephe .iij.)tis cõprehendere cum oib⁹ sanctis que sit latitudo/longitudo/sublimitas/et ꝓfundum. Lata quippe est charitas: q̃ et inimicorũ dilectionem capit: et per eã charitatem qua nos de⁹ ꝑ̃portẽs late diligit: etiã longanimiter portat. Hoc ꝗ̃ nos debemus exhibere ꝓximis: qđ indignis nobis a creatore nostro cõspicim⁹ exhiberi. Latitudo itaq̃ et longitudo ad staturam ptinet: q̃ per amorem mores dilatat: vt fraterna mala charitas lõganimiter portet. Sublimitas aũt est eternorũ illa remuneratio premiorũ/de cui⁹ immensitate dicitur: Quia nec ocu(i. Cor .ij.)lus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascẽdit: que preparauit deus diligẽtibus se. Habet ergo in sublimitate altitudinem: quia eterna sanctorũ gaudia nulla nũc preualent cogitatione penetrari. Profũdum quoq̃ est illa inestimabilis dãnatio suppliciorũ/que eos quos suscepit/in imis demergit. In quib⁹ sacra eloquia horribilem aspectũ habẽt: q̃ inestimabilem terrorem audientibus incutiũt/cum supplicia inferi loquũtur. Bene ergo dicitur: Statura quoq̃ erat rotis: et altitudo ⁊ horribilis aspectus: quia scriptura sacra in vtroq̃ testamento ⁊ admonẽdo recta est/et promittendo alta/et minando terribilis. Hec nos fratres charissimi hodierno (M) die largiente dño dixisse sufficiat: vt ad discẽda ea que subiuncta sunt/ocio reparati redeamus: in auctore oim deo ⁊ domino nostro Iesu christo confidentes: Qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia septima.

Et totum corpus oculis plenũ in circuitu ipsarum quattuor. Cumq̃ ambularẽt animalia: ambulabant pariter et rote iuxta ea: et cum eleuarẽtur animalia de terra eleuabantur simul ⁊ rote. Quocũq̃ ibat spũs: illuc eũte spiritu ⁊ rote pariter eleuabantur/sequentes eum. Spiritus enim vite erat in rotis. Cum euntibus ibant: et cum stantibus stabant: et cũ eleuatis a terra pariter eleuabantur et rote sequentes ea: quia spiritus vite erat in rotis. Et similitudo super caput animalium firmamenti quasi aspectus crystalli horribilis ⁊ extẽti super capita eorum desuper. Sub firmamento autem pẽne eorum

B recte alteri⁹ ad alteꝝ. Unūquodqꝫ duab⁹ alis velabat corpus suū: et alteꝝ similiter velabat.

Sicut nostis fratres charissimi: cōsuetudo prophetie est/ nūc ista/ nūc illa cōspicere: ⁊ ab aliis in aliud subito verba dirivare: sicut psalmista cū de deo loqueretur: dixit: Deus iudex iustus fortis ⁊ patiens: nūquid irascetur per singulos dies? Nisi conuertamini/ gladiū suū vibrauit: arcū suum tetēdit et parauit illū: et in ipso parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Repente subiūgit. Concepit dolorē et peperit iniquitatē. Lacū aperuit/ et effodit eum: et incidit in foueā quam fecit. Ecce cū dñi narraret iustitiam: quasi non mutata voce/ repente peccātis intulit culpam. Quod vnū me exempli causa dixisse sufficiat: quia quisquis in prophetis vsum lectionis habet/ q̄ crebro ista faciat/ non ignorat. Unde nunc ezechiel propheta cū de rotis loqueretur/ adiūxit. [Et totū corpus plenum oculis in circuitu ipsorū quattuor.] Qui enī non ipsarū sed ipsorū dixit: profecto indicat quia repente sermo eius a rotis ad animalia rediit. Per que nimirū perfecti q̄q (vt predictū est) designant. Corpora itaqꝫ animaliū idcirco plena oculis describūtur/ quia sanctorū actio ab omni parte circūspecta est: bona desiderabiliter prouidens/ mala solerter cauēs. Et hoc est laboriosius: quia sanctorū mens vehemēter inuigilat: ne se ante eoꝝ oculos mala sub bonorū specie abscondant. Circūspecta ergo est vita sanctorū: ne sic sit libera/ vt superba sit: q̄ sepe superbia excedit in verbis: et audiri appetit libertas puritatis. Ne sic sit humilis/ vt formidolosa: quia aliqñ timor restringit animū: et loqui que recta sunt/ nō presumit: sed tñ in ipsa timida cogitatione humilitatem esse se simulat. Ne sic sit parca vt tenax sit: quia plerumqꝫ tenacis parsimonia appetit estimari: vt iuste ac necessarie videatur tenere: quicquid egenti proximo misericorditer nō vult impēdere. Ne sic sit misericors/ vt effusa sit: q̄ nōnunq̄ effusionē esse miam putat. Aliud enī est pietatis studio necessaria proximis dare: atqꝫ aliud ea que possidētur/ sine mercedis intentione dispergere. Quicquid ergo agitur/ in radice intentionis pensandū est quo merito apud iudiciū creatoris habeatur. Unde ⁊ idē creator dicit. Si oculus tuus simplex fuerit: totū corp⁹ tuū lucidū erit. Oculū videlicet ītentionē: corp⁹ vero actionē nominās. Quia si nostra intentio apud deū simplex fuerit: in ei⁹ iudicio nostra actio tenebrosa non erit. Igitur quia sancti viri solerter inuigilāt/ vt se vndiqꝫ aspiciant/ et vbiqꝫ custodiāt: ne aut mala propter ea ipsa appetant: aut hec eadē sub specie bonorū agant: scilꝫ ne se eis vitia virtutes esse mentiātur: totū corpus plenū in circuitu oculis habent: quia oīs eorū actio prouidētia sollicitudinis et repletur et circūdatur. Hinc est q̄ paulus apostolus dū cuidā penitēti de perpetrato facinore corinthios prospiceret voluisse misereri: ait: Si cui aliquid donastis/ et ego. Nam et ego quod donaui/ ppter vos: in persona xp̄i: vt nō circūueniamur a sathana. Non enī ignoram⁹ cogitationes eius. Si enī parcendū erat: cur se humilitati tante voluntati discipulorū magister egregius sociat/ vt neqꝫ ipse a discipulis/ neqꝫ ab eo discipuli in cōpassionis causa diuisi viderētur: nisi quia sollicito prouidentie oculo attendit/ q̄ plerūqꝫ dum alter donat: alter irascitur? Et quale est iam misericordie sacrificiū/ qđ cū discordia proximi offertur? Unde recte ait: Ut non circūueniamur a sathana. Non enī ignoramus cogitationes eius. Quia videlicet inde in alterius corde rixe malū solet immittere/ vnde alterū cōspicit pietatis negociū fecisse. Imperfectū enī bonū est qđ sic agitur: vt ne quid et ex alio latere male surrepat/ non attendatur: nisi forte hoc qđ sine cuiuspiā scandalo fieri non potest/ culpa sit non fecisse. Hoc vero ideo dicimus: vt votum nostre dilectionis faciamus: q̄ in nostro bono opere aliquādo cauendū est scandalū proximi: aliquādo vero pro nihilo contēnendum. Quod in ipso nostro auctore didicimus: qui dū tributū petro inquisito peteretur/ prius paradigma proposuit: per quod se nihil debere respondit/ dicēs. Reges terre a quibus accipiunt tributū vel censum: a filiis suis/ an ab alienis? Cui cū diceretur ab alienis: ilico rñdit. Ergo liberi sunt filii. Sed postq̄ liberū se esse monstrauit: ne fortasse scandalū cuiqꝫ faceret/ subdidit. Ut aūt nō scādalizemus eos/ vade ad mare/ et mitte hamū: et eum piscē qui prim⁹ ascēderit tolle: et aperto ore eius inuenies staterē: illum sumens da eis pro me et te. Qui rursum cū diceret: quia oīe qđ in os intrat/ non coinquinat hominē: tunc accedentes discipuli dixerūt ei: Scis q̄ pharisei audito hoc verbo scādalizati sunt? At ille respondēs ait. Omnis plantatio quā non plātauit pater me⁹ celestis: eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt/ et duces cecorū. Ecce magistra veritas ne in quorundā cordibus scandalū gigneretur/ qđ nō debuit tributū dedit. Et rursum quia generari scandalum in quorundā cordibus cōtra veritatē vidit/ in suo eos scādalo manere pmisit. Ex qua re nobis considerandū est quia inquantū sine pccō possumus/ vitare proximorum scandalū debem⁹. Si aūt de veritate scandalū sumitur/ vtilius pmittitur nasci scandalū/ q̄ veritas relinquatur. Corpora ergo animaliū plena sunt oculis: cū se hinc inde caute circūspiciunt. Sed sciendū nobis est: quia sepe dū alios reprobos intendimus: fit vt alia negligamus. Et vbi negligimus: ibi procul dubio oculū nō habem⁹. Nam phariseus ille qui ascenderat in templū orare (teste euangelio) quid dixit agnouimus. Ait enī. Deus gratias ago tibi. Recte ergo gratias deo agebat: a quo acceperat bona que fecerat. Qui etiā subiūgit: Quia nō sum sicut ceteri hominū: raptores/ iniusti/ adulteri/ velut etiā hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omniū que possideo. Ecce ad exhibēdā abstinentiā/ ad impendendā misericordiā/ ad referendas deo grās oculum phariseus habuerat: sed ad humilitatis custodiam oculū nō habebat. Et quid prodest q̄ contra hostiū insidias pene tota ciuitas caute custodit: si vnū foramen apertū relinquitur/ vnde ab hostibus intretur? Quid ergo prodest custodia que pene vbiqꝫ circūponitur: quādo inimicis tota ciuitas per neglectū loci vni⁹ aperit? Phariseus aūt qui ieiunium exhibuit/ decimas dedit/ deo grās retulit: quasi pene per circuitum in sue ciuitatis custodia vigilauit. Sed q̄ vnū in se foramen superbie non attēdit: ibi hostem ptulit/ vbi per negligētiam oculum clausit. Quia ḡ sctoꝝ mētes vndiqꝫ se circūspicientes inuigilāt: atqꝫ in omnī suo opere pauoris ⁊ sollicitudinis oculum circūducūt: ne aut praua agant: aut recta que precepta sunt non agāt: aut bonis actibus expleti/ in suis cogitationib⁹ intumescant: et tāto grauius offendant/ quāto iusti videātur foris/ et occulti⁹ peccāt: recte dicitur: [Totū corpus eoꝝ plenum oculis in circuitu.] Sciēdum quoqꝫ q̄ in translatione veteri nō habetur totum corpus eoꝝ in circuitu: sed dr̄: Dorsa eoꝝ plena oculis. Que reꝝ sentētia ab edificationis intellectu non discrepat. Ea enī que sunt in facie: sepe etiā pctōres hoīes custodire solēt. Iusti aūt viri q̄ se ⁊ in eis custodiūt que in p̄mptu et in facie nō videtur/ in dorsis oculos habere referūtur. Qui ergo ⁊ ea que in occultis sunt discutiūt: atqꝫ ab ipsis se custodiūt que latēt/ pfecto oculos ī dorsis habent. Qđ tamen intelligi ⁊ aliter potest: q̄ ea que sunt ante faciem nostram/ videmus: dorsa autem nostra alius in nobis videt/ et nos videre non possumus. Quia aūt sancti viri solerter se aspiciūt in quib⁹ ab aliis iudicari possunt: et districte se vident sicut sepe districte ab aliis videntur: qui in se nec ea que latere poterāt ignorāt: lumen in dorsum portant. Sequitur/ Cūqꝫ ambularent animalia: ambulabant pariter ⁊ rote iuxta ea. Et cū eleuarētur animalia de terra/ eleuabant simul ⁊ rote. Ambulant animalia: cum sancti viri in scriptura sacra intelligūt quēadmodū moraliter viuāt. Eleuant vero a terra animalia: cū sancti viri se in cōtēplatione suspendūt. Et quia vnusquisqꝫ sanctorū q̄to ipse in scriptura sacra profecerit/ tanto hec eadē scriptura sacra proficit apud ipsum: recte dicitur. Cum ambularēt animalia: ambulabant pariter ⁊ rote: ⁊ cum eleuarētur animalia de terra: eleuabātur simul et rote. q̄ diuina eloquia cum legente crescūt: nam tāto illa quisqꝫ altius intelligit: q̄to in eis alti⁹ intendit. Unde nec eleuantur rote si non eleuantur animalia: quia nisi legentiū mentes ad alta profecerint: diuina dicta velut in imis non intellecta iacent. Cū enī legēti cuilibet sermo scripture sacre/ si tepidus videtur sensus diuini eloquii/ eius mentem non excitat: et in cogitatione sua nullo intellect⁹ lumine emicat: rota ⁊ ociosa ⁊ in terra est: q̄ animal non eleuatur a terra. Et hoc

Marginalia: Ps. vij. — B — Mat. vj. — ij. Cor. ij. — C — Mat. xvij — D — Mat. xv. — Lu. xviij. — E — F

G animal ambulet.i.bene viuendi ordinem querat/et pro-
gressum cordis inueniat: quemadmodum gressum boni
operis ponat: ambulant pariter & rote: qz tantũ in sacro
H eloquio profectum inuenis: quantum apud illum ipse profece-
ris. Si enim pennatum animal sese in contẽplatione ten-
derit: rote protinus a terra subleuarentur: qz terrena non
esse intelligis/que prius in sacro eloquio iuxta terrenum
morem dicta credidisti. Fitqz vt scripture sacre verba esse
celestia sentias: si accensus per contẽplationis gratiam
temetipsum ad celestia suspendas. Et mira atqz ineffabi-
lis sacri eloquij virtus agnoscitur: cum superno amore
legentis animus penetratur. Quia ergo animal ad alta
se subleuat: rota volat. Sequitur: [Quocũqz ibat spũs/
illuc eũte spiritu & rote pariter leuabãtur/sequẽtes eũ.]
Quo enim spũs legẽtis tendit: illuc & diuina eloquia leuã-
tur: qz si in eis altum quid vidẽdo & sentiẽdo quesieris:
hec eadem sacra eloquia tecum crescũt/tecum in altio-
ribus ascendũt. Bene aũt de eisdem rotis dicitur: Se-
quentes eum. Legentis enim spũs si quid in eis scire mo-
rale aut historicum querit: sensus hunc moralis historie
sequitur. Si quid typicum/mox figurata locutio agno-
scitur. Si quid contẽplatiuum/statim rote quasi pẽnas
accipiũt/et in aere suspẽdũtur: qz in verbis sacri eloquij
intelligẽtia celestis aperitur. [Quocũqz ergo ibat spũs:
illuc eũte spiritu & rote pariter leuabãtur sequẽtes eũ.]
Rote enim spiritum sequũtur: qz verba sacri eloquij (vt se-
pe iam dictum est) iuxta sensum legẽtium per intellectũ
crescunt. In vna enim eademqz scripture sententia/alius so-
la historia pascitur: alius typica: alius vero intelligẽtiam
M per typum contẽplatiuam querit. Et fit plerũqz vt (si-
Exo.iij. cut dictum est) in vna eademqz sententia cũcta simul tria
valeãt inueniri. Moyses enim cum de ardenti rubo voca-
tus fuisset: accessit propius vt videret visum: et ecce ru-
bus ardebat/et non cõsumebatur. Magnum est hoc mi-
raculum. Si solam in eo historiam requiras: est vnde le-
gentis nutriatur animus: vt videas qz in ligno ignis ar-
deat/et non consumat. At vero si typicam intelligentiam
Deute. queras: quid flamma nisi legẽ de qua scriptum est: In
xxxiij. dextera eius ignea lex: et quid rubus ille/nisi iudaicum
populum designauit/peccatorum suorũ spinis obsitum?
Sed rubus ardẽs consumi non potuit: qz iudaicus po-
pulus & ignem quidem legis accepit: et tamen peccato-
rum suorũ spinas non deseruit: nec eius vitia diuini sermo-
nis flãma concremauit. Fortasse in hoc facto alius ma-
iora per typum contẽplari desiderat. Huius qz sensus
excrescit: eleuãtur pariter & rote. Inter hostes enim perfe-
ctus homo factus est vnicus dei filius: qui sua peccata
non habuit/sed spinas nostre nequitie suscepit: atqz vsqz
ad passionem pro nobis humiliari dignatus est: et in se-
metipso ignem tribulationis nostre suscipere. Sed arsit
et non arsit: qz ex humanitate est mortuus/et tamen im-
mortalis ex diuinitate permansit. Suscepit a nobis vn-
de sacrificium fieret pro nobis: et tñ impassibilis atqz in-
cõmutabilis permansit in proprijs/vt nos cõmutaret a no-
stris. Alius fortasse historie moralitatem/atqz per alle-
I gorian intelligẽtie contẽplationem requirit. Patet cũ-
Leui.j. ctis iuxta historiam hoc qđ in lege scriptũ est: vt turtur
et.v. que pro peccato offertur: retorqueatur caput eius ad pen-
nulas: ita vt collo inhereat/et non penitus abscindatur.
In quibus verbis dubius legẽtibus sensus historicus
nõ est. Sed si hec intelligere moraliter requiras: agitur
rota/dum ad moralem intelligẽtiam ducitur sacri ver-
bi sententia. Nos enim ipsi in oblatione dei sacrificium esse
turtur debemus: ita vt caput nostrũ retorqueatur ad pen-
nulas.i.animus ad virtutes. Non enim immerito per ca-
put mẽtem intelligimus: qz sicut caput corpus: ita mens
actiones regit. Sed caput ad pẽnulas retorqueri precẽ-
pitur: vt ea que dicis facias/et os ad opera coniunges.
Nec ita caput abscindendum est/vt a corpore diuidat:
sed ex parte decisum/corpori suo iubetur inherere: quia
vez mẽs nostra a carnali delectatione incidenda est: sed
a carnis cura necessaria incidẽda non est. Hinc enim scri-
Ro.xiij. ptum est. Carnis curã ne feceritis in desiderijs. Que er-
go in desiderijs fieri prohibetur: procul dubio in necessita-
te conceditur. Caput ergo turturis ex parte abscissum est:
et ex parte inheret: vt sicut dictum est/et a voluptate car-
nis mẽs nostra incisa sit: et tñ a necessitate nõ sit abscissa.
Ut si hoc sacrificij genus sub typica redẽptoris nostri

intelligẽtia/alius ad contẽplationem requirat; ascẽdat K
ergo ad fortiora animus: eleuẽtur animalia: vt eleuẽtur
pariter & rote. Quis enim caput nostrum est/nisi redẽptor
generis humani? De quo scriptum est: Ipsum dedit ca- Ephe.j.
put supra omnem ecclesiam: que est corpus ipsius. Quem cũ iu-
dei persequerẽtur: nomen eius delere de terra conati sunt.
Cũqz eũ crucifixum & sepultum viderẽt: hũc se ab amore
omnium diuisisse crediderũt. Sed caput turturis & incisum
est: et tñ a suo corpore diuisum non est: qz ex eo qz pro no-
bis mortem pertulit: omnes nos sibi verius in ipsa sua morte
cõiunxit. Et per hoc qz se nostris oculis visibiliter subtra-
xit: nostris se mẽtibus inuisibiliter radicauit. Caput er-
go turturis incisum inhesit corpori: qz pro nobis quidẽ
redẽptor noster passus est: sed a nobis separatus per pas-
sionem non est. Quia igitur dicta sacri eloquij cum legẽ-
tium spiritu excrescũt: recte nũc dr: [Quocũqz ibat spiri-
tus: illuc eũte spiritu & rote pariter leuabãtur/sequẽtes
eũ.] Et subditur: [Spũs enim vite erat in rotis.] In ro-
tis enim spũs vite est: qz per sacra eloquia dono spũs viui-
ficamur/vt mortifera a nobis opera repellamus. Potest
enim intelligi qz spũs vadit/cum legẽtis animum diuer-
sis modis & ordinibus tangit deus: quãdo hũc per verba
sacri eloquij modo in zelo excitans/ad vltionem erigit:
modo ad patientiam mitigat: modo in predicationem
instruit: modo ad penitẽtie lamẽta cõpũgit. Sed curra-
mus breuiter per hec eadem verba que diximus: et videa-
L mus quo sequũtur rote spiritum: qui vite spũs dicitur:
et rotis inesse perhibetur. Certe si legẽtis animum spũs vi-
te in zeli feruore tetigerit: protinus in sacris eloquijs vi-
Exodi. det qz Moyses ad castra rediens: et populum per idola
xxxij. peccasse cognoscẽs: hũc per feruorem spũs gladijs stra-
Nũe.xxv. uit. Qz Phinees presequẽdo luxuriam/iram diui gladio
Actuũ.v. placauit. Qz Petrus sibimet mentientes verbo percussit
j.Cor.iiij. et occidit. Qz Paulus negligẽtibus discipulis virga mi-
natur. Si vite spũs legẽtis animum ad seruãdam patiẽ-
tiam tetigit: statim sequũtur & rote: qz in sacris eloquijs
Nũe.xx. inuenit qz Moyses et Aaron cum loquẽtes recta/perse-
cutionem populi passi sunt: ad tabernaculum cucurre-
runt/pro ipso populo exorãtes quẽ fugiebãt. Sãcta aũt
eorum mens & timorem superbiẽtium pertulit: et tamen cõ-
tra eos ad odium non erupit. Patiẽtia enim vera est/que
et ipsum amat quẽ portat. Nam tolerare sed odisse nõ est
virtus mãsuetudinis/sed velamẽtum furoris. In eisdẽ
j.Re.viij. quoqz eloquijs inuenit qz Samuel de principatus culmi-
ne deiectus: orasse se etiam pro deijcientibus contestur.
Qz nemo sanctorum ad celestem gloriam: nisi patientiam
seruãdo peruenit. Qz ipse auctor & redẽptor generis hu-
mani/sputa/colaphos/spineam coronam/crucem/lan-
ceam pertulit: et tñ pro persecutoribus orauit. Si vite spũs
legẽtis animũ ad studiũ predicationis excitat/statim
Exo.xv. sequũtur & rote: qz in sacris eloquijs inuenit: Moyses li-
bere diuisio cõtra egypti regẽ in cũctis se predicantibus li-
Actuũ.vij bere verbis erexit. Qz Stephanus iudeis perfidis diceret:
Uos semper spũi sctõ restitistis. nec inter lapides timuit.
Qz Petrus fustibus cesus/ne in noie Jesu loqueretur/cũ
Actuũ.v. magna libertate respõdit. Obedire oportet deo magis
Philip.j. qz hoibus. Qz Paulus cathenarum vinculis stringitur: sed
M tñ verbũ dei non est alligatũ. Si vite spũs ad penitẽtie la-
menta cõpũgit: sequũtur protinus rote: cũ scripture sacre
ij.Re.xij. verba Dauid penitẽtiã protulit: qz rex reprehensus a prophe-
ta qz subiectus celesti regi non fuit/subiecto increpanti
Lu.xviij. nõ erubuit cõfiteri qđ fecit. Qz publicanus qui reatũ sue ne-
quitie cognouit/cũ iniustus ad tẽplũ venit/ iustificatus a
Matth. tẽplo redijt. Qz petrus negatiõis maculas lachrymis la-
xxvj. uit. Qz latro qui in cruce cognouit culpã: in ipsa iam morte
Lu.xxiij. inuenit veniã. Que quibus adhuc rotis eadẽ propheta replicat
atqz subiũgit: [Cũ euntibus ibãt/et cũ stantibus stabãt: et cũ
eleuatis a terra pariter eleuabãtur: et rote sequẽtes ea:
qz spũs vite erat in rotis.] Hec sicut nostis fratres cha-
rissimi/ex maxima parte iam dicta sunt: sed iterata descri-
ptione narrantur. Nec nos itaqz pigeat eadem breuiter
exponẽdo repetere/que spũs per prophetam dignatus est
replicãdo narrare. Hoc enim solũ in his verbis nouum di-
cõ dictũ est [Cũ stantibus stabant.] Sunt aũt quidam
qui vsqz ad hoc proficiũt/vt terrena que acceperũt/bene
dispensare nouerint: et sic operibus intendant: oppressis
subueniãt. Hi vez vadunt/in eo qz se ad proximi vtilita-
tem tendunt. Cum his ergo rote gradiuntur: quia sacra

A eloquia dictorū suorū passus in eius itinere disponunt. Et sunt alij qui in fide quā acceperūt/ita ad tenendum fortes sunt: vt aduersis quibusqȝ resistere valeant: et non solum minime ad peruersitatē trahant̄ perfidie: sed etiā peruersa loquentes impugnent: eosqȝ ad rectitudinē p̄trahant. Cum istis stantibus stant etiā rote: qz in eis rectitudinem suam sacri eloquij verbis confirmant: cū in eis audiunt: State et tenete traditiōes quas didicistis.

[ij. Thes. ij. — i. Pet. v.]

Et rursum. Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit querēs quē deuoret: cui resistite fortes in fide. Et sunt alij qui omnia terrena despiciunt: nulla q̄ preterEunt possidere dignātur: et in dei se (vt predictum est) contemplatione suspendūt. Cum his ergo eleuatis et rote pariter leuantur: qz inquantū quisqȝ ad alta profecerit: tantum et sacra eloquia de altioribus loquūtur. Uadunt ergo animalia ad vtilitatem proximi: stant ad custodiā sui: eleuantur ad contēplationē dei. Sed et rote pariter vadūt/stant/et eleuantur: qz quesita sancta lectio talis inuenitur: qualis et fit ipse a quo queritur. Ad actiuam enim vitā profecisti: ambulat tecū. Ad immobilitatē atqȝ cōstātiā spūs p̄fecisti: stat tecū. Ad cōtēplatiuā vitā p dei gratiā peruenisti: volat tecū. Et rursum subdit: [Quia spūs vite erat in rotis.] Quod icirco scḃo di vite spūs in rotis esse: qz scripture sacre duo sunt testamenta: que vtraqȝ dei spūs scribi voluit: vt nos a morte anime liberaret. Uel certe qz duo sunt precepta charitatis: dilectio videlicet dei/et dilectio proximi: per que vtraqȝ nos sacre scripture dicta viuificant. Secundo ergo dicitur q̄ spiritus vite erat in rotis: quia dilectionem dei et

B proximi capimus in eloquijs diuinis. Per precepta enī scripture sacre reuiuiscim⁹: qui mortui in culpa iacebamus. Unde omnipotenti dn̄o p psalmistam dicitur. In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: qz in ipsis viuificasti me. Iustificationes enim precepta dn̄i dicuntur: in quibus nos corrigēdo iustificat. De quibus psalmista apertius dicit: In tuis iustificationibus meditabor: non obliuiscar sermones tuos. In eis itaqȝ nos viuificat: qz per hec nobis spiritalem vitam demonstrat/eāqȝ per afflatū spiritus nostris mētibus infundit. Et quia quotidie per donum gratie in electorum mētibus agitur: spiritus vite erat in rotis. Hec nobis scriptura in tenebris vite presentis/facta est lumē itineris. Hinc etenim Petrus ait: Cui benefacitis intendentes quasi lucerne lucēti in caliginoso loco. Hinc psalmista dicit. Lucerna pedibus meis verbum tuū dn̄e: et lumen semitis meis. Scimus tn̄ qz et ipsa nobis nostra lucerna obscura est: nisi hanc nostris mentib⁹ veritas illustret. Unde iterum psalmista ait: Quoniam tu illuminas lucernam meam dn̄e de⁹ me⁹/illumina tenebras meas. Quid enī lucerna ardens: nisi lumen est? Sed lumen creatum nobis non lucet: nisi illuminet̄ a lumine non creato. Quia ergo omnipotens deus ad salutem nostram sanctorū testamētorū dicta et ipse creauit/et ipse aperuit: spiritus vite erat in rotis. Sequit̄. [Et similitudo sup capita animalium firmamenti quasi aspectus crystalli horribilis extenti super capita eorum desuper.] Hec largiēte dn̄o duobus modis exponim⁹: vt lectoris iudicio quod eligendum censeat relinquamus. Possunt enim firmamēti nomine/celestes potestates intelligi. Quod firmamētum recte quasi aspect⁹ crystalli dicitur: qz videlicet crystallum forte quidē nimis est: sed ex aqua solidatur. Et natura angelica quādo creata liberum arbitrium accepit verū vellet in humilitate persistere: et in omnipotentis dei cōspectu permanere: an ad superbiā laberet̄/et a beatitudine caderet per similitudinē aqua fuit. Sed qz cadētib⁹ alijs/sancti angeli in sua beatitudine persisterunt: atqȝ hoc acceperunt in munere/vt iam cadere omnino non possent: in eis natura sua qz iam deijci mutabiliter nō pōt: quasi in magnitudine crystalli durata est. Et crystallū horribile et extensum super capita animalium dicitur: qz ille potestates angelice que omnipotentis dei cōspectui assistūt: nobis adhuc in hac corruptione positis: terribiles atqȝ pauende sunt. Quorū nūc gaudia qz sensum nostrarū mentium excedunt: super capita animalium esse memorantur. Quis enim in carne corruptibili positus/comprehendere valeat que sit illa angelorum ineffabilis et sine fine letitia? Que beatitudo/sine defectu vultum videre creatoris: atqȝ in ei⁹ delectatio-

[ps. cxviij. — Ibidem. — i. Pet. ij. — ps. cxviij. — ps. xvij.]

C

ne sine immutatione persistere? Potest aūt firmamenti nomine/ipse per figuram noster redemptor intelligi/verus deus super omnia: et factus inter omnia homo perfectus: in quo nostra natura apud patrem confirmata est. De quo etiam per psalmistā prophetando dicitur: Fiat manus tua super virū dextere tue: et super filium hominis quē confirmasti tibi. Humana etenī natura priusq̄ a creatore omnium susciperetur: terra erat: nam firmamentum non erat. Peccatori quippe homini dictū est: Terra es: et in terrā ibis. Et postq̄ assumpta est ab auctore omnium: atqȝ in celis sublimata/et sup angelos ducta: firmamentū facta est/que terra fuit. Sed firmamentū quod aspicitur/cuius habeat similitudinē subinfertur/cū dicit: [Quasi aspect⁹ crystalli horribilis.] Crystallum sicut dictū est/ex aqua cōgelascit/et robustū fit. Scimus vero quanta sit aque mobilitas. Corpus autē redemptoris nostri qz vsqȝ ad mortē passionibus subiacuit: aque simile iuxta aliqd fuit: qz nascēdo/crescēdo/lassescendo/esuriendo/moriēdo/vsqȝ ad passionē suam per momenta tēporū mobiliter decucurrit. Cui⁹ cursum p̄pheta intuens ait: Exultauit vt gigas ad currendam viam. Sed qz per resurrectionis sue gloriam ex ipsa sua corruptione in incorruptionis virtutē cōualuit: quasi crystalli more ex aqua duruit: vt in illo et hec eadem natura esset: et ipsa que iam fuerat corruptionis mutabilitas nō esset. Aqua ergo in crystallū versa est: quādo corruptionis eius infirmitas per resurrectionē suam ad incorruptionis est firmitatē mutata. Sed notādum q̄ hoc crystallum horribile. i. pauēdum dicitur. Quis aūt nesciat cuius pulchritudinis sit crystallū? Et mirū quomodo in hoc crystallo p̄ueniat pulchritudo cū pauore? Sz oībus vera scientibus cōstat qz redemptor humani generis cū iudex apparuerit: et speciosus iustis/et terribilis erit iniustis. Quem enim mā̄suetū aspiciunt electi: hūc eundem pauendum atqȝ terribilem cōspiciunt reprobi. Sed hunc ideo tunc electi terribilem non videbunt: qz modo terrorem illius considerare non cessant. Studiose enim considerant q̄ terribilis ad iudiciū veniat. Cuius ante actas deflēt: imminētes declināt. Pauorē illius quotidie ante oculos mētis ponunt: et quādo tremend⁹ appareat/sine cessatiōe suspecti sunt: atqȝ quotidie timēdo agunt: ne quando venerit pertimescant. Similitudo ergo super capita animalium firmamenti: quasi aspect⁹ crystalli horribilis. Et qz ipse pauor ei⁹ quē in suis cogitationibus tenent/eorū mentes protegit/recte subiūgitur. [Extenti super capita eorū desuper.] Firmamentū hoc quod in similitudinē crystalli super capita eorū animalium apparet: et horribile et extentum est: qz bonorum mentes vnde terret: inde protegit. Si enim pauendus in eorū cordibus nō esset/protector et modo a peccatis et post a supplicijs non fuisset. Quia aūt semp considerāt quis pauor ex iudicio immineat: virtutū pēnas in rectitudinem cōseruant. Unde et apte mox subditur: [Sub firmamento aūt pēne eorū recte alterius ad alterum.] Tunc pēne virtutū sub firmamento recte sunt: qñ bonum quod alter habet/hoc alteri impēdit: vt qui terrenam substantiam accipit: indigētis proximi inopiam subleuet. Qui doctrine gratia plenus est: ignorantie p̄ximi tenebras verbo sue predicationis illustret. Qui temporali potestate sublimis est: oppressos a violentijs releuet. Qui prophetie spiritu plenus est: a vita proximi mala imminentia bona suadendo declinet. Qui gratiā curationis accepit: intercessiōe sua saluti infirmātiū pie et humiliter impēdat. Qui a terrenis actib⁹ liber soli deo vacare meruit: pro delinquētibus proximis exoret. Fit autē sepe vt qui in terrena substantia nimis occupatur: orationi nō quantū debet inuigilet. Et fit plerūqȝ vt is qui ad exorandum dn̄m cunctis mundi oneribus exut⁹ vacat: sustentationē viuendi non habeat. Sed dū diues porrigit alimentū atqȝ vestimentū pauperi/et dum pauper orationem suam anime diuitis impendit: pēne animalium recte alterius ad alterū tenduntur. Nam dū ille mihi verbum predicationis exhibet: et lumine veritatis ex corde meo ignorātie tenebras expellit: dumqȝ illi ego qz fortasse a mūdi hui⁹ potente opprimitur/solatiū mee defensionis impertior: atqȝ hunc de violentis manibus euello: vicissim nobis pēnas nostras tendimus: vt nos affectu/et ope vicaria: ex bono quod accepimus tan-

[D — ps. lxxix. — Gen. iij. — ps. xviij. — E — F]

G gamus. Unde bene prim⁹ pastor admonet dicens: Omnium finis appropinquabit. (i. Pet. iiij) Estote itaqꝫ prudentes / et vigilate in orationibus. Ante om̄ia mutuam in vobis metipsis charitatem continuam habentes: qꝛ charitas operit multitudinē peccatorū. Hospitales inuicē sine murmurationib⁹. Unusquisqꝫ sicut accepit gratiam / in alterutrum illam administrantes. Quod ergo apud ezechielē penna: hoc apud petrū apostolum accepta gratia dicit. Et quod ille ait: Recte pēne alterius ad alterū: hoc ecclesie pastor dicit / Unusquisqꝫ sicut accepit grām / in alterutrum illam administrantes. Penne enim nostre recte iam non sunt / si ad vtilitatē nostram solūmodo flectunt. Sed tunc recte sunt / cū in vtilitatē proximi dirigimus qd̄ habemus. Quia em̄ bona nostra non a nobis sunt: sed ab eo hec accepimus a quo factum est vt essemus: tāto ea nobis non debemus retinere priuata: quāto ea nobis conspicimus ab auctore nostro ad cōmunē vtilitatem data. Unde recte Petrus apostol⁹ in exhortatione huius rei subdit dicens: Sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. (i. Pet. iiij) Atqꝫ adhuc adijcit. Si quis loquitur quasi sermones dei: si quis ministrat: tanqꝫ ex virtute quā administrat de⁹. Ac si apte dicat: Humiliter impēdite bonū proximis: qꝛ scitis vobis nō a vobis esse quod habetis. Quelibet em̄ pēna virtutis cū ad proximum impartiēdo tenditur: recta non erit / si humilitate caruerit. Sequit̄: [Unū quodqꝫ duab⁹ alis velabat corpus suū: et alterū similiter velabatur.] Quia per corpus actio: per alas vero virtutes signent̄ / supra iam diximus. Et cū dicat: Sub firmamento aūt pēne eorū recte alterius ad alterū: querēdum est qualiter subditur: [Unūquodqꝫ duabus alis velabat corpus suū?] Qua in re hoc patenter indicatur: qꝛ et pēnas alias ad alterū tēdebant: et tn̄ duabus alis corp⁹ propriū velabant. Quid

H est hoc nisi qꝛ sic debemus virtutes quas accepim⁹ alijs impendere: vt et ea in quibus peccauimus non desinamus caute cogitare: et reatū nostrum quotidie per timorem et penitentiam plangere? Duas enim alas superius quibus corpus velatur: timorē et penitentiam diximus. Sic ergo in charitate crescamus / vt pēnas tēdamus in proximos: et nunqꝫ desinamus cogitare et plangere nosmetipsos. Pēne tēdantur iuxta pēne cooperiant corpora: vt et de bonis actibus prebeamus exēpla: et mala que egimus / abscondāt a iudicio timor et penitētia. In trāslatione aūt veteri de his alis dicitur: [Singulis due cōiuncte et tegentes corpora eorū.] In quibus verbis intelligitur: qꝛ et ipse erant pēne que iungebantur alterius ad alterum: et ipse que eorū corpora cooperiebant. Quod ꝑ figurā bene accipitur: qꝛ ille nos virtutes apud omnipotentem deum protegūt: quas ex charitate proximis impartimur atqꝫ coniungimus. Cum quibus vō concorditer viuimus: mala que fecimus velamus. Possunt ergo etiā per has alas duo precepta charitatis intelligi: amor scꝫ dei et proximi. Amando enim deum / nostra in nobis mala persequimur: id est corpus velam⁹. Diligēdo autē

I proximū / et ei in quo prodesse possumus festinam⁹: id est alas ad alterū tēdim⁹. Hoc aūt quod subditur: [Et alterum similiter velabat̄] in trāslatione veteri nō habet̄. Et q̄ri pōt cur postqꝫ dictū est: [Unūqdqꝫ duab⁹ alis velabat corp⁹ suū] subiūgit̄: [Et alterū similiter velabat̄?] Translationē aūt septuaginta interpretū / aquile / theodotionis / et symmachi sollicite perscrutantes: nihil ex his verbis inuenimus: sed beati Hieronymi scripturā legentes agnouimus: qꝛ hanc sententiam in hebrea veritate ita positā nonquidem iuxta verbū: sed iuxta sensū inuenerit. Queri etenim pōt cur postqꝫ dictū est [Unūquodqꝫ velabat corpus suū:] statim subditur: [et alterū similiter velabatur.] Si enim diceret vnū et alterum: loquendi ratio staret. Postqꝫ vero dictum est vnūqdqꝫ: cur adijcitur alterum: cū in vnoquoqꝫ oēs comprehenduntur? Sed si et perfectorū vitam / et proficientium merita distinguimus: et vnūquodqꝫ et alterum nō irrationabiliter positū videmus. Qui enim et sua deflent / et virtutum pēnas ad proximos in exemplū tendunt: procul dubio perfecti sunt. Sūt aūt plerīqꝫ paruulorum / qui eorū lachrymas considerant et imitātur. Et qui nudi in suis prauitatibus esse potuissent: sanctos vigilantioresqꝫ viros considerant: moresqꝫ suis prauitatibus irati / accēdūtur vt plangant / et inflammantur ad penitentiā. Atqꝫ vt

K velāre sanctos corpora sua conspiciunt: ita ipsi quoqꝫ lachrymarum suarū alis velantur. Seipsos enim magnis increpationib⁹ feriunt: cur qui virtutes non habent / peccata sua minime deplorant: si adhuc et illi plangere non desistunt / qui iam virtutū pēnas per exempla ad proximos tendunt. In quibus verbis necesse est vt nos qui paruuli adhuc sumus perfectorū semper et virtutes et lachrymas ante mentis nostre oculos ponamus. Imitemur que in illis aspicimus: vt dō cepimus per incrementa crescere: possimus ab illo districto examine mala que fecimus velare. In assiduis enim fletibus: in quotidiana nostra penitētia habemus sacerdotē in celis / qui interpellat pro nobis. De quo etiam per Joannem dicitur. (i. Joan. ij.) Si quis peccauerit: aduocatū habem⁹ apud patrē Jesum xpm iustū: et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ecce exultat animus / cū aduocati nostri potētiā audim⁹. Sed exultationem nostrā iterum remordet timor: qꝛ ipse qui nobis aduocat⁹ est: dicitur iustus. Nos enim causas iniustitie habemus: iustus vero aduocat⁹ iniustas causas nullo modo suscipit: nec verba dare pro iniustitia defendit. Quid ergo agim⁹ charissimi fratres mei? Sed ecce occurrit animo quid agam⁹. Mala que fecimus: et deferamus / et accusemus. (Prouer. xviij.) Scriptū est: Just⁹ in principio accusator est sui. Quilibet etenim peccator cōuersus in fletibus / iam iustus esse inchoat: eum cepērit accusare quod fecit. Cur enim iustus non sit / qui cōtra suam iniustitiam iam per lachrymas seuit? Justus igitur aduocatus noster iustos nos defendet in iudicio: qꝛ nosmetipsos et cognoscim⁹ et accusam⁹ iniustos. Non ergo in fletibus non in actibus nostris: sed in aduocati nostri allegatione cōfidamus: Qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia octaua.

L Et audiebam sonū alarū quasi sonum aquarū multarū: quasi sonum sublimis dei. Cum ambularent: quasi sonus erat multitudinis: vt sonus castrorum. Cumqꝫ starent / dimittebantur pēne eorum. Nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum: stabant et submittebant alas suas. Et super firmamentum qd̄ erat imminēs capiti eoꝝ: quasi aspectus lapidis sapphiri: similitudo throni: et super similitudinem throni similitudo quasi aspect⁹ hoīs desuper. Et vidi quasi speciem electri: velut aspectum ignis intrinsecus per circuitū a lūbis eius et desuper: et a lumbis eius vsqꝫ deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu: velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuie. Hic erat aspectus splendoris per gyrum. Hec visio similitudinis glorie domini. Et vidi et cecidi in faciem meam. M

Quod per exempla iustoꝝ multi proficiūt: superioris locutionis fine tractatū est. Atqꝫ hoc ipsum propheta nobis certius aperit: cū his que dixerat adiungit. [Et audiebā sonum alarū quasi sonum aquarū multarum.] Solent in sacro eloquio per aquas populi designari. Unde per Joannem dicitur. Aque vero sunt populi. Idcirco aūt aquis populus designat̄: qꝛ et in vita sonū habet ex tumultu carnis: et quotidie defluit ex decursu mortalitatis. Ut aūt sepe iā diximus: ale sunt animalium / virtutes sanctoꝝ. Quid est ergo qꝛ propheta alarū sonum audit quasi sonū aquarum multarū: nisi qꝛ ex omnipotentis dei pietate ille ale virtutū que in paucis prius sanctis sonabant / iam nūc predicatione diffusa / in multoꝝ populorum conuersatione resonant? Incarnato enim / passo ac resurgente dn̄o: pauca pēnata animalia fuerunt: qꝛ rari valde extiterūt qui celestia desiderarent: et virtutū pēnis se in alta suspenderēt. Sed postqꝫ diuinitatis ei⁹ predicatio in mū

A

do diffusa est: quanti iam paruuli: quāti grauiores: quāti fortes iuuenes: quanti imbecilles: quāte conuerse peccatrices: quante animose virgines per fidē, per spem, per amorem ad celestia euolant: quis dicere, quis estimare sufficiat? Ecce alarum sonitus qui prius in paucis alalibus fuit: iā nūc in populis resonat: iā nūc mūdi multitudinē ad celeste desideriū pēne tota ruiū leuat. Bñ ergo dr: Et audiebam sonum alarū quasi sonū aquarū multarū: quia sicut prefati sumus: ille virtutū sonus qui in aurem dei prius ex paucis sanctis fact⁹ est: postmodū ex aquis multis: id est ex innumerabilibus est populis multiplicatus. De quo sono adhuc bene additur. [Quasi sonum sublimis dei.] Quid est q alarū sonus in sanctis animalibus quasi sonus sublimis dei dicit: nisi q omnipotens deus & ipse implet mentes sanctorum celesti desiderio, et ipse exaudit impletas? Ipse etenim creat in sanctorū cordibus amorem: & ipse ex amātibus cordibus suscipit

Luc.xxij.

precem. Negatione suā Petrus fleuit amare: sed tamē

Luce.vij.

illic premittitur: q Jesus respexit Petrū. Venit Maria Magdalene post multas maculas culpe ad pedes redemptoris nostri cum lachrymis. Sed quis illam infudit intus: nisi qui benigne suscepit foris? Quis illā ad lachrymas vrgebat per cōpunctionis spiritū: nisi qui hanc exterius coram simul recumbentibus recipiebat ad veniam? Redēptor igitur noster peccatricis mulieris mētem extergebat, cū de culpa compungeret. Suscipiebat vt a culpa liberaret. Bene ergo iste alarum sonus quasi sublimis dei dicitur: q quicquid in sanctorū virtutib⁹ agitur: ei⁹ est gratie qui merita largitur. Qui recte per

Esa.lvij.

prophetam sublimis deus esse memoratur. In scriptu-

B

ra etenim sacra aliquando deus nūcupatiue: aliquādo vero essentialiter dicitur. Nuncupatiue enim dicitur sicut scriptū est: Ecce constitui te deum pharaonis. Et si-

Exo.vij.

Exo.xxij.

cut Moyses ait. Si quis hoc vel illū fecerit, applica illū ad deos, videlicet ad sacerdotes. Qui rursum dicit:

Ibidem.

Diis non detrahes. i. sacerdotibus. Et sicut psalmista

Ps.lxxxj.

ait: Deus stetit in synagoga deorum: in medio aūt deos discernit. Essentialiter aūt deus dicitur: sicut ad moy-

Exo.iij.

sen dicitur: Ego sum deus patris tui: deus Abraham: deus Isaac: deus Iacob. Unde Paulus apostolus volens nuncupatiuū dei nomen ab essentiali discernere, de redemptore nostro locutus est dicens: Quorum patres

Rom.ix.

ex quibus xps sm carnem: qui est super omnia deus benedictus in secula. Qui enim nuncupatiue dicitur, de⁹ inter oia: qui vero essentialiter, deus sup oia est. Ut ergo ostēderet xpm naturaliter deum: non hunc deum simmodo, sed deū sup oia esse memorauit: quia & electus quisq sicut premisimus: vel in exemplo iustitie prerogādo positus dici deus potest: sed inter omnia: quoniā nūcupatiue deus. Xps aūt deus est super oia: q naturaliter de⁹.

C

Quem ergo Paulus deum sup omnia, hūc Ezechiel propheta deum sublimem nominat. Postq vero dictū est: [Audiebam sonum alarū quasi sonū aquarū multarū] quia adhuc additur: [Quasi sonum sublimis dei] etiā hoc intelligere possumus: quod futurū electis omnibus scimus. Alarū etenim sonitus (sicut diximus) fuit in predicatoribus sanctis: aquarū sonitus in cōuersis & sequētib⁹ populis. Sed idē ipse sonit⁹ erit quoq sonus sublimis dei: q multitudo que nūc ad fidē per sanctos doctores trahitur: quādoq in celestem patriam congregatur: vt ibi omnes electi sine fine laudent eum viderint sine fine quem laudent. Et q tunc perfecte corpus redemptoris

Ro.viij.

efficitur omnis multitudo sanctorū (iuxta Pauli vocē dicētis: Quia et ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatē glorie filiorū dei) eiq ita tunc inherent, vt eis de corruptione que per resurrectionē vincitur, iam nihil in suo sancto amore cōtradicat: sed vnita glorie sui redemptoris fiat. Recte dicitur [Quasi sonus sublimis dei.] Notād⁹ est ordo describentis: quia prius sonus ex alis animalium: qui postmodū quasi sonus aquarū multarum: ad extremum vero quasi sonus sublimis dei dicitur. Quod enim prius predicauerant sancti: hoc postmodū crediderūt atq tenuerūt conuersi ad fidem populi: qui ad extremū quoq liberatori omnium reddēt laudem in celesti sublimitate. Sonus itaq animalium fit quasi sonus aquarum: et sonus aquarū fit quasi sonus sublimis dei: q laudem omnipotentis dei quam prius in mundo pauci: hanc postmodū multi cla-

D

mauerunt. Et quem nunc multi clamant, cū adhuc eos in semetipsis sua corruptio repugnat: hunc in celestē patriam electi omnes suo iam capiti vniti resonabūt. Adhuc aūt sanctorum animalium opera virtutesq describuntur: cū subditur. [Cum ambularēt: quasi sonus erat multitudinis: vt sonitus castrorum.] Si p sonitū sublimis dei, laus nostri creatoris in celesti patria designatur: mirandum non est q rursus ad sanctorum opera in hac adhuc vita viuentium propheticus sermo refunditur: q sanctus spiritus in corde prophetarū quod simul ostēdit intus: non simul eiicit per linguā foras. Aqua quippe scientie qua prophetantis animus repletur: in contēplatione vehementer exuberat. Sed q angustū est spiritui omne os hominis. i. foramen carnis ad explēdam illam immensitatem que cōspicitur: proferendo lingua variatur. Postq ergo sonum alarum quasi sonū sublimis dei esse conspexit in celis: rursus ad terras redit: et pennata animalia quid hinc agāt loquitur: vt illic summa mereant, dicēs [Cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis: vt sonitus castrorū.] Cum predicatores sancti mundū predicando & trahendo circueunt: animalia ambulant. Et q diceti quos colligūt, statim vt crediderint, in laudem nostri creatoris exurgunt: fit sonus quasi sonus multitudinis. Et q in predicatiōe eadem bellum contra aerias potestates sumunt: recte subiungitur. [Ut sonitus castrorū.] Cum sanctis predicatorib⁹

E

fideles populi coniunguntur: cōtra malignos spiritus in procinctu fidei multitudines castrorū fiunt. Et dū quotidie fideles quiq celestibus desideriis replentur: terrena despiciunt: dura sibi pro amore superne patrie proponunt: contra potestates aerias castra fiunt: q armati fide & bonis operibus muniti gradiuntur. Quasi enim quibusdam castris spiritalis exercit⁹ per paulum dicitur:

Ephe.vj.

Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus principes et potestates: aduersus mūdi rectores tenebrarū harum: contra spiritalia nequitie in celestibus. Sanctorū ergo multitudinis castra sunt: que bellū contra potestates aerias susceperūt. Unde sancte vniuersalis ecclesie ita sub specie di-

Cant.vj.

lecte describit, vt dicatur: Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut hierusalē: terribilis vt castrorū acies ordinata. Quia enim hierusalem pacis visio interpretatur: cuius nomine patria celestis exprimitur: sancta ecclesia suauis & decora vt hierusalem dicitur: q eius vita & desiderium visioni iam pacis intime cōparatur: vt in eo q auctorem suū diligit: q eius speciem videre con-

j.Pet.j.

cupiscit, de quo scriptū est: In quem desiderant angeli prospicere: per ipsa iam amoris sui desideria angelis similis dicatur. Que quantū deo amabilis efficitur, tāto

F

agitur vt malignis spiritibus terribilis fiat. Qualiter

Cant.vj.

aūt sit terribilis: subiuncta cōparatione ostenditur. i. vt castrorum acies ordinata. Quid est q sancta ecclesia ab hostibus suis vt castrorū acies sit timenda? Non enim a magno intellectu vacat ista cōparatio: & idcirco est subtiliter intuenda. Scimus enim et constat q castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur: quādo ita fuerit constipata atq densata: vt in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur vt locus vacu⁹ per quē hostis possit ingredi dimittatur: profecto iam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo cū contra malignos spiritus spiritalis certaminis aciem ponimus: summopere necesse est vt per charitatem semper vniti atq constricti, nunq interrupti per discordiā inueniamur: quia si quelibet bona in nobis opera fuerit, si charitas desit, per malū discordie locus aperitur in acie: vnde ad feriendos nos hostis valeat intrare. Antiquus vero inimicus castitatē in nobis, si sine charitate fuerit, nō timet: quia ipse nec carne premitur: vt in eius luxuria dissoluatur. Abstinentiam non timet: q ipse cibo non vtitur: q necessitate corporis non vrgetur. Distributionem terrenarum rerum nō timet: si eidem operi charitas desit: q diuitiarum subsidiis nec ipse eget. Ualde aūt in nobis charitatem verā, id est amorem humilem quē nobis vicissim impēdimus timet: & nimis concordie nostre inuidet: q hanc nos tenemus in terra: quā ipse tenere nolēs amisit in celo. Bene ergo dicitur. Terribilis vt castrorū acies ordinata: quia electorū multitudinem eo maligni

G spiritus pertimescũt: quo eos per charitatis concordiã munitos contra se et conglobatos aspiciunt. Quanta autem sit concordie virtus ostenditur/ cum sine illa virtutes relique/ virtutes nõ esse monstrantur. Magna quidem est virtus abstinentie. Sed si quis ita ab alimẽtis abstinear/ vt ceteros in cibo diiudicet: et alimẽta eadem que deus creauit ad percipiendũ cum gratiarũ actione/ fidelibus etiam dãnet: quid huic virtus abstinẽtie facta est nisi laqueus culpe? Unde psalmista quoq; nullã esse abstinentiam sine concordia designans ait. Laudate eum in tympano et choro. In tympano enim corium siccum resonat: in choro autem voces concorditer cantãt. Quid ergo per tympanũ nisi abstinentia: et quid per chorum nisi charitatis cõcordia designatur? Qui itaq; sic abstinentiam tenet/ vt cõcordiam deserat: laudat quidem in tympano/ sed non laudat in choro. Et sunt nonnulli qui H dum plus sapere q̃ necesse est student: a proximorũ pace resiliunt: dũ eos velut hebetes stultosq; cõtẽnunt. Unde per se veritas admonet dicẽs: Habete in vobis sal: et pacem habete inter vos. vt quisquis habere sal sapiẽtie studet/ curet necesse est quatenus a pace concordie nũq̃ recedat. Quod vero de his duabus virtutibus diximus: hoc de ceteris omnib⁹ sentiendũ est. Unde Paulus terribiliter admonet dicens: Pacem sectamini cũ omnib⁹ et sanctimoniam: sine qua nemo videbit deũ. Si autem nil sine concordia deo placeat: ipsa per se veritas demõstrat dicens. Si offers munus tuũ ad altare: et ibi recordatus fueris q; frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuũ ante altare/ et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniẽs offeres munus tuũ. Ecce a discordantibus accipere non vult sacrificium: holocaustum suscipere recusat. Hinc ergo perpendite quantum sit malũ discordie/ ppter quod et illud abijcitur/ p quod culpa laxatur. Quia vero electi semper in charitate coniuncti sunt: et hec eadem eorũ charitas sonum laudis reddit auctori: malignis vero spiritibus/ id est antiquis suis hostibus penam incutit timoris: recte nũc de pennatis animalibus dicitur. [Cũ ambularent/ quasi sonus erat multitudinis/ vt son⁹ castrorum.] Debet autem ab exortu sancte ecclesie fidei oculos vsq; ad finem mundi tendere: et hec eadẽ castra quomodo ambulent videre. Castra enim multitudines appellãtur exercit⁹/ cũ in procinctu pergunt: aut in certo quolibet loco itinere demorantur. Castris ergo via est vita presentis seculi/ omnibus cõcorditer viuentib⁹ sanctis. Alia aũt sunt castra predicãtium: qui huc illucq; pro colligendis animab⁹ in sancti operis procinctu laborãt. Alia castra cõtinentiũ/ atq; ab hoc mũdo recedẽtiũ: q cõtra malignorum spirituũ bella quotidie in corde se preparant. Alia castra bonorũ coniugatorũ: qui viuentes in amore omnipotentis dei concorditer sic vicissim sibi carnis debitũ soluũt: vt tamen quid deo de bonis operib⁹ debeãt/ nullatenus obliuiscantur. Sed et si qua (vt homines) delinquunt/ hec incessanter pijs actibus rediment. Quia er- I go distincti fideliũ ordines ab exortu sancte ecclesie vsq; ad finem mũdi concorditer viuentes/ contra potestates aerias dimicant/ castra ambulant: et sit quasi quidam castrorum sonitus: q; in eis ad laudem omnipotentis dei/ et virtutũ gladij: et arma miraculorũ sonant. De sanctis vero animalibus adhuc subditur. [Cũq; starent: dimittebantur pẽne eorũ.] Stant sancta animalia/ quãdo ea que dei sunt: intẽta contẽplatione considerant. Sed eorum pẽne deponũtur: q; dum alta dei iudicia aspiciũt: sue eis virtutes vilescunt. Quod aperte exponitur/ cum statim subditur: [Nam cũ fieret vox super firmamentũ quod erat super caput eorũ/ stabãt: et submittebant alas suas.] Firmamentũ superius sub intellectu duplici iudicauimus exponendum. Possunt enim (sicut dictũ est) firmamenti nomine/ celestes potestates intelligi. Et potest firmamenti nomine/ incarnat⁹ vnigenitus per hoc q; in eum natura nostra ad eternitatem firmata est/ designari. Prius ergo quid sentimus de angelis: et postmodum de dño angelorum loquamur. Ecce enim dicitur: [Cum fieret vox super firmamentũ/ stabant/ et submittebant alas suas.] Quo in loco hoc primo sciẽdũ est q; nõ submittere ab inferiori ad superiora tendere: sed a superiori ad inferiora alas deponere debet intelligi: propter hoc quod premissum est. [Cum starent/ dimittebant pẽ-

ne eorũ.] Querẽdũ itaq; nobis est que sit vox que super K firmamentum fit. Sed eandẽ vocem melius intelligim⁹ si ab imo ad superiora gradientes/ quasi quibusdã passibus ascendamus. Sicut audit⁹ corporis excitatur voce: ita sensus mentis excitatur intellectu: qui de interioribus agitur. Vox ergo est in mente/ quasi quidam son⁹ intelligentie. Sed sciendũ est q; nostris sensibus aliquãdo vox carnis loquitur/ aliquando vox anime/ aliquando vox firmamenti/ aliquando vox que super firmamentum est. Ponamus ergo ante oculos q; si quispiã sit lesus a proximo: qui ex humana ratione cogitat vt vicem lesioni reddat: malũ pro malo retribuat: huic vox carnis loquitur in mente: quia cum diuina mandata precipiãt bene nos facere his qui nos oderũt: quisquis malefacere se odiẽtibus cogitat: in eius animo vox carnis sonat. Multa terrena quotidie agim⁹: post hec ad orationem redimus. Accenditur ad compunctionẽ animus: sed earum rerũ quas agimus/ imagines versantur in mente: et intentionem compunctionis prepediunt in oratione: et quod volẽtes foris egimus/ hoc interi⁹ patimur inuiti: et qdã cogitationũ phãtasmate mentẽ p imagines corporeas dispergunt: ne stricta totã in oratiõe se colligat. Hec quoq; vox carnis est. Cũ vero et ista subigim⁹: atq; ab oculis mentis cunctas corporeas imagines effugamus: ipsam in nobismetipsis naturam anime querẽtes qualis sit/ q̃ carnẽ viuificare potest: sed semetipsam stringere in bonis cogitationibus sicut desiderat nõ potest: inuenimus quendã intellectualem spiritũ per creatoris potentiam viuentẽ/ corpus quod sustinet viuificantem: sed tamen obliuioni subditũ/ mutabilitati subiectum: quẽ sepe timor afficit/ leticia extollit. Ipse itaq; intellectus anime vox eius est: q; sonat quod est: que tamen adhuc vox sub firmamẽto est. Sed transcendentes animã vocem de firmamento querimus/ cũ illa sanctorũ ange- L lorum innumera multitudo in omnipotentis dñi cõspectu qualis sit inuestigamus: que sit in eis sine fine festiuitas visionis dñi: que leticia sine defectu: qui amoris ardor non crucians/ sed delectans: quãtũ in eis sit desiderũ visionis dei cũ satietate: et quãta satietas cũ desiderio. In quib⁹ nec desiderium penã generat: nec satietas fastidium parit. Quomodo inherẽdo btitudini sint beati: quomodo contẽplando semper eternitatẽ sint eterni: quomodo conspecti vero lumini facti sint lux: quomodo aspicientes semper incõmutabilem mutati sunt in incõmutabilitatem. Sed cũ ista de ãgelis cogitam⁹/ adhuc vox de firmamẽto est: non super firmamentũ. Transeat ergo animus: et ab ipsis transcendat omne quod creatũ est. In solo creatoris sui lumine fidei oculos figat: q; vn⁹ viuificet omnia qui creauit deus: q; vbiq; est: et vbiq; totus est: q; incircũscriptus et incõprehensibilis sentiri potest: et videri non potest: q; nusq; deest: et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est: q; nec ibi deest vbi longe est: q; vbi non est per gratiam/ adest per vindictã: q; omnia tangit: nec tamen equaliter omnia tangit. Quedam enim tangit vt sint: nec tamen vt viuant et sentiant: sicut sunt cuncta insensibilia. Quedã tangit vt sint/ viuãt/ et sen- M tiant: nec tamen vt discernãt: sicut sunt bruta animalia. Quedã tangit vt sint/ viuant/ et sentiant/ et discernant/ sicut est humana et angelica natura. Et cũ ipse nũq; sibimetipsi sit dissimilis: dissimiliter tãgit dissimilia. Q; vbiq; presens est/ et inueniri vix potest: q; stantẽ sequimur/ et apprehendere non valemus. Ponamus ergo ante oculos mẽtis que illa natura sit que tenet omnia: implet omnia: circumplectitur omnia: superexcedit omnia: sustinet omnia. Nec alia ex parte sustinet/ atq; alia superexcedit: neq; alia ex parte implet/ atq; alia circumplectitur: sed circũplectendo implet/ implendo circumplectitur/ sustinendo superexcedit/ superexcedendo sustinet. Hui⁹ nature potentiam cũ strictius in ea cogitat animus: vox super firmamentũ fit: q; eius intellectum cõcipit: q; et angelorum sensum sua incomprehensibilitate transcendit. Cum ergo vox sup firmamentũ fit: stant animalia/ et submittunt alas suas: q; sanctorũ mẽtes cũ creatoris sui potentiam intenta contẽplatione cõsiderant/ vilescunt eorum animo virtutes quas habent. Et tanto fiunt apud se humiles: quãto eis illud altũ est quod super angelos sonat. Fortasse enim doctores sunt: s; cũ ceperint tacita mẽte cogitare que sit ineffabilis dei sapientia: que mentes

A hominum sine strepitu verborū doceret: quomodo hec eadem sapientia si auditorū mentes non doceat: vox docentium vacue laborat: sua eis doctrina protinus viluescit: qr neqȝ qui plantat est aliquid: neqȝ qui rigat: sed q̄ incrementū dat deus. Fortasse prophete sunt: sed cū tacita mente considerāt: qr prophetie sue oculo simul omnia diuinitatis mysteria penetrare nō possunt (quoniā sicut ait apostolus: Ex parte cognoscimus / et ex parte prophetamus) in illa immensitate secretorū vident: qr parum est omne quod vident. Atqȝ ex ipsa immensitate altitudine luminis considerant q̄ minus sit illud quod intento oculo quasi per rimas viderūt. Deponent ergo alas suas / cū vox super firmamentū fit: i. humiliantur in eo quod apprehendunt / cū superna conspiciunt / que ab eis cōprehendi nō possunt. Sepe etiam sancti cogitationibus ipsa que habent bona blandiuntur: vt eorū mentes in aliqua sui fiducia eleuēt: sed protinus ad occulta dei iudicia recurrunt: quomodo alij ex virtutibus ad infernum per elationē corruūt: alij ex vitijs correcti / ad celum per humilitatē leuantur. Unde nos ad humilitatem reuocās propheta terret ⁊ admonet: dicens. Venite ⁊ videte opera dñi: q̄ terribilis in cōsilijs super filios hominum. Quis enim digne considerare valeat quant⁹ super nos terror sit consilioū dei: quādo alter ex virtutibus in finē tendit ad vitia / ⁊ alter ex vitijs in virtutib⁹ concludit finem? Quia iuxta Salomonis vocem / sunt iusti atqȝ sapientes: ⁊ opera eorū in manu dei. Nec tamē scit homo vtrū amore an odio dignus sit: sed omnia in futuro seruantur incerta. Et est via que videtur hominibus recta: ⁊ nouissima eius ducit ad mortē. Hec itaqȝ occulta iudicia ꝓfunda cogitare / quid est aliud q̄ alas deponere. i. de nulla iam virtute cōfidere: sed sub magno timore trepidare? Siue enim omnipotentis dei naturā considerent: siue eius iudicia perpendant: trepidēt: pertimescāt. Eis ergo quasi alas deponere / est virtutes q̄s habent humiliare. Sic Abraham alas deposuit: qui q̄ñ loqui cū deo cepit: puluerē ⁊ cinerem se esse cognouit / dicēs: Loquar ad dñm meum / cū sim puluis ⁊ cinis. Sic Moyses alas deposuit: qui eruditus omni scientia egyptiorum: mox vt verba dñi audiuit: verba se non habere deprehendit / dicens. Obsecro dñe: nō sum eloquens ab heri ⁊ nudiustertius. Ex quo enī locut⁹ es ad seruū tuū / impeditioris ⁊ tardioris lingue sum. Ac si aperte diceret: Postq̄ a te verba vite audio: ꝯfusum me in verbis prioribus agnosco. Sic Esaias cuius vita dño ad predicandum placuerat: cū eundem dñm cōtemplatus / carbone de altari in ore tactus est / ait. Ve mihi quia tacui: qr vir pollutus labijs ego sum. Ecce ad superiora sublleuatus sibimetipsi de labiorū pollutione displicuit. Nisi enī celestis mundicie alta conspiceret: esse se iudicabilem non inuenisset. Sic loquente dño Hieremias clamat: A a a dñe deus: ecce nescio loqui: qr puer ego sū. Iuxta enim C ea verba que audiebat: verba se non habere cognouerat. Sic Daniel sublimē visionē videns / per plurimos dies elanguit. Quia ⁊ hi qui in virtutibus fortes sunt: cū altiora dei conspiciunt: in sua sibimet estimatione infirmi atqȝ imbecilles sunt. Sic beatus Iob de quo dñs amicis illius dixit: Non estis locuti coram me rectum sicut seruus meus Iob: cū verba dei colloquentis audiret: respondit dicēs: Insipienter locutus sum: ⁊ que vltra modum excederent scientiam meam. Et paulopost: Idcirco ipse me reprehēdo: ⁊ ago penitētiā in fauilla ⁊ cinere. Qui enim quātū ad homines sapienter locutus fuerat: loquentem sibi deum audiens / insipienter se locutū fuisse reprehēdit: qr in ꝯtēplatione vere sapiētie sua ei sapiētia viluit. Ad vocē ergo desuper venientē animalia alas deponunt: qr virtutē dei siue in natura sua contēplari requiramus: siue in occultis iudicijs inuestigare cogitemus: pro eo q̄ eius alta nobis impenetrabilia sunt / nostra nobis si que inesse bona credebātur vilescūt. Et qui in quantulacūqȝ scientia volare credebamur: inuisibilem super nos naturam et impenetrabilia eius iudicia perpendentes: submissis alis humiliter stamus. Sequitur [Et super firmamentū quod erat imminens capiti eorum: quasi aspect⁹ lapidis sapphiri / similitudo throni. Et super similitudinē throni similitudo quasi aspect⁹ hominis desuper.] Quid per thronum / nisi ille virtutes angelice designantur que ipsos quoqȝ angelos dignitate loci superioris excedunt? Nam cum angeli nuncij dicantur: et sepe angeli ad annunciandā quedam hominibus veniunt / throni nusq̄ ad ministerium nuncij assumi leguntur: qr eis longe sublimius creator omnium presidet. Unde Paulus apostolus ordines celestium agminum quos ad tertium celū raptus viderat / describens ait. Siue throni / siue dñationes / siue principatus / siue potestates: omnia per ipsum: ⁊ in ipso creata sunt. Thronos igitur ante eos angeloū ordines dixit: quib⁹ illos prelatos esse cognouit. Bene aūt thronus lapidi sapphiro comparatur: qm̄ lapis sapphirus aerij habz colorē. Uirtutes ergo celestiū lapide sapphiro designantur: qr hi spiritus quibus deus omnipotens altius presidet: superioris loci in celestibus dignitatē tenēt. Super thronum vero similitudo hominis: qr ⁊ super illas virtutes que ⁊ ipsos angelos antecedunt: nostri est gloria redemptoris. Notandum ergo qui ordo seruatur. Super animalia enim firmamentum / super firmamentum thron⁹ / super thronum homo esse describitur: quia et super sanctos homines adhuc in hac corruptione corporis viuentes / angeli: et super angelos / superiores et deo proxime angelice potestates: sup potestates deo proximas / eleuatus est mediator dei et hominum homo christus Iesus. Sin vero (vt prediximus) firmamenti nomine mediator dei ⁊ hominum pro assumpta humanitate debet intelligi (quia sub vnius nominis appellatione solent per prophetie spiritum multa signari) vox super firmamētum facta est: que super baptizatum dominum de celo sonuit / dicens. Tu es filius meus dilectus: in te complacui. Sicut per euāgelistam alium dicitur: Hic est filius meus dilect⁹: in quo mihi complacui. Queramus igitur quomodo hanc vocem animalia audiunt / et alas deponunt? Abacuc propheta requisitus: dicat. Dñe audiui auditum tuū / ⁊ timui: ꝯsideraui opera tua / ⁊ expaui. Quid est autē quod pater de filio loquitur dicēs: In quo mihi cōplacui? Omnis enim qui penitendo corrigit aliqua q̄ fecit: eo ipso quo penitet / se sibi displicuisse indicat: qr emendat quod fecit. Et qr omnipotēs pater sicut intelligi ab hominibus poterat: humano modo de peccatoribus locutus est: dicens: Penitet me fecisse hominem super terrā: quasi sibimetipsi displicuit in peccatoribus quos creauit. In solo aūt vnigenito dño nostro Iesu xpo complacuit: qr hunc inter homines hominem creasse eū non penituit omnimodo: in quo peccatū nullo modo inuenit: sicut de illo per psalmistam dicitur: Iurauit dñs / ⁊ non penitebit eū: tu es sacerdos in eternum s̄m ordinem melchisedech. In solo ergo sibi redēptore nostro complacuit pater: qr in solo non inuenit culpam: in qua se reprehendat quasi per penitentiam. Sancta itaqȝ animalia vocē super firmamentū audiant ⁊ pertimescant: qr si solus sine peccato est: in eius innocentiā aspiciunt in quantis ipsa quotidie delinquāt: que necesse est vt incessanter defleant. Considerāt quoqȝ qr ⁊ ipse auctor vite / sine passionis dolore ex hac vita nō exijt. Et hec ergo vox super firmamentū facta est: qr omnipotentis patris sententia etiam de morte ⁊ resurrectione vnigeniti processit. Sed cū vox super firmamentū fit / stant animalia: ⁊ submittunt alas suas: qr sancti quiqȝ cū ipsum quoqȝ vnigenitum flagellatū in hoc mundo conspiciūt: deponunt si quid de suis meritis presumunt. Nam si ipse hinc sine flagello non exijt qui venit sine peccato: quomodo flagellis digni non erūt / qui huc cū peccato venerunt? Ipsum ergo firmamentū quod est super caput animalium. i. quod transcendit mentes sanctorū / habet super se vocē: qr redēptor noster eam quā cum patre disposuit ex diuinitate sententiam pertulit in carne. Quā audientes iusti terrentur: ⁊ omnem de suis viribus presumptionem deponent. Quibuslibet etenim virtutibus polleat / quid digna est vita peccatorū: si ⁊ eius vita pronobis flagello subiacuit / que subdita nullo peccato fuit? Sed ecce grauis nobis questio oritur cum dicitur: qr super firmamentū quod erat imminēs capiti eorū / quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni. Si enim p firmamentum dñs: ⁊ per lapidem sapphirū ⁊ similitudinē throni summe ille potestates angelice figurant: quomodo super firmamentū. i. super dñm esse credende sunt: cū et mox subditur: [Et super similitudinē throni similitudo quasi aspectus hominis desuper?] Nam si (ita vt dixi

G ctum est, firmamẽtũ exprimitur dñs: r rursus homo accipitur dominꝰ: qua ratione potest intelligi r ipse super thronũ: r ipse sub throno? Sed astrictos huius questionis nodos ipse soluit de quo loquimur: qui afflatu sancti spiritus ea que clausa sunt aperit. Incarnatus enim vnigenitus patris per hoc quod homo factus est/infra angelos fuit: sicut de eo scriptũ est: Minuisti eũ paulominus ab angelis. Resurgens aũt r ascendens in celos omnibus angelicis potestatibus presidet: sicut de eo illic rursum scriptũ est: Omnia subiecisti sub pedibꝰ eiꝰ. Et sicut ipse ait: Data est mihi omnis potestas. Firmamentum ergo sub throno: et homo sup thronũ est: qꝛ per humane assumptionẽ nature: r ipse est sub angelis natꝰ: et ipse super angelos exaltatus. Qui r priusq̃ per resurrectionis exaltaretur gloriã: diuinitate super angelos fuit: sed tamẽ angelis (vt dictũ est) humanitate minoratus: ex qua r morti subiacuit. At postq̃ mortẽ resurgendo calcauit: humanitatẽ suam etiam maiestatibꝰ angelorum superposuit.

H Prius itaq̃ thronꝰ super firmamẽtum: r post homo super thronũ visus esse describitur: qꝛ humani generis redemptor/humanitatẽ quam descendendo sub angelis assumpsit: ascendẽdo super angelos exaltauit. Sic vero factũ eũ sub angelis dicimus: sicut factum sub lege predicante apostolo audimus. Assumptam ergo humanitatẽ sub angelis accipimꝰ pro ea minoratione in qua dignatꝰ est apparere. Nam mox vt verbum caro factũ est: mox deus homo potestate super angelos fuit. De ipso quippe ante passionẽ scriptũ est: Ecce angeli accesserũt: r ministrabãt ei. Sed tamen vt humanitatis eius infirmitas monstraretur: rursum de eo scriptũ est: Apparuit illi angelus de celo/cõfortans eũ. In documẽto ĝ vtriusq̃ nature/huic r angeli ministrare: huic r angelus confortare describitur. Unus quippe in vtraq̃ natura: quoniam qui deus ante secula extitit: homo factus est in fine seculoꝝ. Cui tamẽ ante passionẽ suam r angeli ministrant: r huic angelus cõfortat. Post passionem vero atq̃ resurrectionẽ eius huic angeli ministrare possunt: sed iam huic confortare non possunt: qꝛ vt predictũ est: etsi prius firmamentũ sub throno apparuit/iam tamen homo super thronũ est. In cuius persona vt propheta sanctus adiunctionem vtriusq̃ nature se vidisse ostenderet: protinus adiunxit: [Et vidi quasi speciem electri.] Quid est q aspectus hominis videtur in throno quasi species electri: nisi q in electro (sicut longe superius diximus) aurum argentumq̃ miscetur: vt res vna ex metallis duobus fiat? In qua r per argentũ auri claritas tẽperatur: r per auri claritatẽ species clarescit argẽti. In redemptore aũt nostro natura diuinitatis r humanitatis inconfuse vnita sibimet atq̃ cõiũcta est: vt r per humanitatem diuinitatis eius claritas nostris potuisset oculis temperari: et per diuinitatẽ humana natura in eo clauresceret: atq̃ exaltata fulgorẽ vltra hoc quod creata fuerat haberet. Ipse vero aspectus hoīs super thronũ/et species electri quam vidit: qualis ei apparuerit: adhuc scribendo subiũgit. [Uelut aspe-

I ctus ignis intrinsecus per circuitum: a lumbis eius et desuper. Et a lumbis eius vsq̃ deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu.] Quid est q mediator dei r hominũ homo xp̃s Iesus a lumbis et desuper aspectum ignis intrinsecus per circuitũ habere describitur: r a lũbis r deorsum speciem ignis splendẽtis per circuitum? Inuestigandũ nãq̃ est quare a lumbis r desuper ignẽ intrinsecus nec tamẽ splendẽtem ignem habere narratur: a lũbis vero r deorsum habere ignis speciem dicitur: non tamẽ hunc habere intrinsecus memoratur: qꝛ r splendentẽ r in circuitu huc habere describitur. Quid enĩ lumborum nomie/nisi propago mortalitatis exprimitur? Propter qđ etiam r Leui dicitur qꝛ adhuc in lumbis patris erat cũ melchisedech occurrit abrahe. De lũbis vero abrahe virgo Maria exiit: in cuius vtero vnigenitus patris per sanctũ spiritum incarnari dignatus est. Ex qua incarnatione vniuerso innotuit mũdo deus: sicut r per psalmistã dicitur: Accingere gladio tuo circa femur tuũ potentissime. Gladium etenim circa femur potentissimus sumpsit: qꝛ sermo predicationis illius ex incarnatione p̃ualuit. Quid vero iste ignis designat nisi ardorẽ sancti spiritꝰ: qui corda que repleuerit incendit? De quo ipsa veritas dicit: Ignẽ veni mittere in terram. Quid est ergo q in hoc aspectu hominis qui prophete apparuit/a lũbis superius intrinsecus per circuitũ ignis ardet: a lũbis vero inferius non ignis intrinsecus: sed in circuitu resplendet: nisi q ante incarnationem vnigeniti redemptoris nostri/sola intra se iudea ardorẽ amoris eius habuit: post incarnationẽ vero illius i circuitu eiꝰ ignis resplenduit: quia in vniuerso mundo gentibus claritatem sancti spiritus effudit? Prius ergo intrinsecus ignis erat: sed splendor nõ erat: qꝛ spiritus sanctus iã multis quidem patribus iudeam replebat: sed ad notitiam gentium necdũ eius lumen emicuerat. A lũbis vero eiꝰ r deorsum ignis in circuitu splendet: qꝛ postq̃ de virgine carnẽ sumpsit: in humano genere longe lateq̃ sancti spiritꝰ dona dilatauit. Et notandũ q ignis iste a lũbis superius per circuitũ esse describitur/nõ extrinsecus/sed intrinsecus: qꝛ amoris flãma (sicut dictũ est) in electis atq̃ spiritalibꝰ viris vbiq̃ in suis finibus iudeam repleuit. Nec tamen exiebat extrinsecus: qꝛ sese in multitudinẽ gentiam non dilatabat. Que ardoris flãma visa est postmodũ in circuitu splendere: qꝛ per mundi cardines in vniuersis gentibus omnipotentis dei cepit amor excrescere. Erat ergo prius ignis intrinsecus: cum Iacob diceret: Salutare tuũ expectabo dñe. Quod enĩ salutare dicimus latine/hoc verbo hebraico Iesus dicitur. In quo verbo beati Iacob mens ostẽditur/quomodo Iesu desiderio ardebat: quẽ se moriens expectare phibebat. Ardebat ignis cũ Moyses diceret: Si inueni gratiam in cõspectu tuo/ostende mihi temetipsum/vt videam te. Ardebat ignis i mẽte: cũ Dauid diceret: Sitiuit aĩa mea ad deũ viuũ: quando veniam r parebo ante faciẽ dei mei? Qui incarnationem verbi desiderans ait: Ostende nobis dñe misericordiam tuã/r salutare tuũ da nobis. Ardebat ignis cum Simeon de corruptione vite presentis exire desiderans: audiuit non prius se visurũ mortẽ: nisi videret xp̃m dñi. Sed ecce iam ignis iste quasi sub lumbis exterius resplendet: qꝛ vniuersa gentilitas incarnati dei est amore successa. Quod enĩ intelligi r aliter põt: qꝛ redemptor noster deus dñs Iesus xp̃s per humanitatẽ suam hominibꝰ innotuit/qui per diuinitatẽ notus angelis et ante incarnationẽ fuit. Nobis ergo a lũbis inferius resplendet in circuitu: cuius ignis intrinsecus a lũbis superius ardet in celo: qꝛ illic celestes spiritꝰ eũ in diuinitate sua conspiciunt/r amoris eius ignibꝰ accendũtur. Nos vero qui hunc ex assumpta humanitate diligimꝰ: adhuc in hac corruptibili vita positi/splendorem ignis illius foris habemus. Unus itaq̃ super thronũ est: qui et super lũbos ignem intrinsecus habet i angelis: et sub lumbis ignem in circuitu habet in hominibus: qꝛ in oĩ quod ab angelis amatur: per omne quod ab hominibꝰ desideratur: vnus est/qui in cordibus ardet amãtium. Hinc est enĩ q magne ille potestates angelice/seraphin id est incendium nominantur. Hinc de ipso omniũ creatore scriptũ est: Deus noster ignis cõsumens est. Ignis enim deus dicitur: qꝛ flammis amoris sui incendit mentes quas replet. Et idcirco seraphin incendium dicuntur: qꝛ potestates ei proxime/i celis inestimabili amoris eius igne succensi sunt. Ex hoc igne succensa ardent in terra corda iustoꝝ. Hoc igne calefacta redeunt ad penitentiam corda peccantium: que inflãmata vehementer timorem in amorem vertunt. Nam que prius tabescere metu ceperunt: postmodũ igne amoris flagrant. Et qꝛ eiꝰ mẽbra sunt electi angeli in celo: eiꝰ mẽbra sunt cõuersi homines in terra. Unus homo est qui r super lumbos ardet intrinsecus: r sub lũbis inferius ignis sui splẽdorem in circuitu emittit: qꝛ et angelos ad amorẽ suũ per diuinitatem tenuit: r homines ad sancti ardoris sui desiderium ex humanitate reuocauit. Sequitur. [Uelut aspectus arcus cum fuerit i nube in die pluuie.] Arcum omnipotens deus inter se atq̃ homines in signo posuit: vt vltra mundũ diluuio non deleret/dicẽs: Arcũ meum ponam in nubibus: r erit signũ federis inter me et inter terram. Cũq̃ obduxero nubibus celum: apparebit arcus meus in nubibꝰ: r recordabor federis mei vobiscũ. Unde r in arcu eodem color aque r ignis simul ostenditur: qꝛ r ex parte est ceruleꝰ/r ex parte rubicũdꝰ: vt vtriusq̃ iudicij testis sit: vnius videlicet faciendi/r alteriꝰ facti. Sed iam non vlterius faciẽdi: qꝛ mũdus quidem

Ps. viij.
Ibidem.
Matthei xxviij.
Gal. iiij.
Mat. iiij.
Lu. xxij.
Heb. vij.
Ps. xliiij.
Luc. xij.
K
Gen. xlix.
Exo. xxxiij.
L
Ps. xlij.
Psalm. lxxxiiij.
Heb. xij. r Deut. iiij.
M
Gen. ix.

A

iudicij igne cremabitur:sed aqua iam diluuij non dele-
tur. Quid est aūt quod splendentem ignem a lūbis ho-
minis a throno pcedentis (sicut erat aspectus arcus cum
fuerit in nube in die pluuie) propheta conspexit? Quia
eñi per ignem (sicut dictū est) ardor sancti spiritus desi-
gnatur:que similitudo est arcus ꝛ spūs: vt ignis qui ap-
paruit, quasi aspectus arcus apparuisse diceret? Sed si
ipsi quam prediximus visioni arcus intendim⁹:quomo-
do arcus significet spiritū videmus. In arcu quippe si-
cut prefatus sum:aqua ꝛ ignis apparet. Et post media-
toris aduentū/eo virtus spiritussancti in humano gene
re clarruit:quo electos dei et aqua baptismatis lauit:et
igne diuini amoris incendit. Quasi enim admixto colo-
re aque simul ꝛ ignis quidā arcus in nube ad probatio-

Joan. iij.

nem ponitur/cū veritas dicit: Nisi quis renatus fuerit
ex aqua ꝛ spiritu sancto/nō potest introire in regnū dei.
Qui arcus in nube est in die pluuie:qꝛ in dñica incarna
tione et in effusione predicationis ostendit:vt ad veniā
corda credentium dño parcēte reuocentur. Nubē enim
redemptoris carnē non inconuenienter accipimus. De

Ps. ciij.

qua per psalmistā dicitur: Qui ponis nubē ascēsum suū.
Nubem quippe ascensum suū posuit:qꝛ is qui diuinita-
te vbiqꝫ est/carne ad celestia ascendit. Expleta vero ꝯ
mystica visione:subiungit. [Hic erat aspectus splendo
ris per gyrū:ꝛ hec visio similitudinis glorie dñi.] Quid
eñi in vniuerso mundo sancti spiritus gratia agat aspi
ciens ait: [Hic erat aspectus splēdoris per gyrū.] Que
vero intrinsecus eiusdem sancti spirit⁹ gloria maneat/
considerare volens: sed sicut erat non valens:subiūgit:
[Et hec visio similitudinis glorie dñi.] Nō eñi ait/Vi
sio glorie:sed similitudinis glorie. Ut videlicet ostēda-
tur qꝛ quātalibet se intētione mens humana tēdat:etiā
si iam phātasias imaginū corporaliū a cogitatione cō-
pescat/si iā oēs circūscriptos spūs ab oculis cordis amo
ueat:adhuc tñ i corde mortali posita/videre gloriā dei
nō valet sicut est. Sed qcqd de illa est qd in mēte respiē
det:similitudo/ꝛ nō ipsa est. Unde ꝛ ille predicator qui
raptus vsqꝫ ad tertiū celū fuerat:dicebat: Uidem⁹ nūc

j. Co. xiij.

per speculū in enigmate. Qua in re non despicienda no-
bis questio oritur: quomodo Joannes euāgelista cum
erga miracula redēptoris nostri iudeoꝝ perfidiā etiam
ex verbis propheticis descripsisset: adiūgit dicēs: Hec
dixit Esaias quādo vidit gloriam eius/ꝛ locut⁹ est de

B

eo. Et si Ezechiel vidit:quid est qꝛ iste similitudinē glo
rie:ꝛ ille eius gloriam vidisse describit? Sed cū Joan-
nes euāgelista prius miracula redēptoris nostri narra-
uit:atqꝫ infidelitatē iudeorū postmodū subdidit:hanc
eiusdem redēptoris nostri gloriam que in mūdo appa-
ruit:Esaiam vidisse manifestat. Omne enim quod i ter
ra mirū diuinitus agitur:gloria oñipotentis dei est:et
eius gloria in omnib⁹ factis videtur. Esaias ergo eius
gloriam in terra vidit:Ezechiel vero gloriam in celo si-
cuti est videre non potuit:quia aliter est gloria ei⁹ in re-
bus factis:aliter in semetipso. Hec ergo eius gloria que

C

in rebus est/videri potest:illa vero que in ipso est/vide-
ri modo nisi per similitudinem non potest. Sed et si eā-
dem similitudinem glorie vel sublevatus portare pro-
pheta potuerit:cognoscamus. Sequitur. [Et vidi/et
cecidi in faciem meam.] Quid ergo de hoc viro fieret si
sicut est/eius gloriam vidisset:si ferre non valens cecī-
dit? Qua in re cum magno merore pensare ꝛ considera-
re cū lachrymis debemus/in quantam miseriam ꝛ infir
mitatem cecidim⁹:qui et ipsum bonū ferre nō possum⁹/
ad quod videndū creati sumus. Est tamen et aliud qd
de prophete facto ꝯsideremus in nobis. Propheta eñi
mox vt glorie dñi similitudinē vidit:i faciē suā cecidit.
Cuius similitudinē glorie qꝛ nos per spiritū prophetie
videre non possumus:hanc assidue cognoscere:ꝛ sollici-
te contemplari in sacro eloquio:in celestibus monitis:i
preceptis spiritalib⁹ debemus. Qui cū aliquid de deo
conspicimus:in faciem nostrā cadimus:qꝛ ex malis eru
bescimus que nos reminiscimur perpetrasse. Ibi enim
cadit homo vbi confunditur. Unde ꝛ Paulus quasi q-

Roñ. vj.

busdam in facie iacentibus dicebat. Quē ergo fructum
habuistis tunc i illis in quib⁹ nūc erubescitis? Ecce et
lectis gratie dono largiēte:obscuriū mysterijs libri ini
tium in Ezechiel propheta discussim⁹:ꝛ dicta mystica
moraliter disserentes:volātem prophetie historiā a ter-

ra extraximus:vt que prius paruuloꝝ anime mihiqꝫ si-
milium volabat:sed non eleuabatur:iam nunc ab eis le
gatur ꝛ cognoscatur:euolet ꝛ leuet. Agamus ergo gra-
tias redēptori nostro:qui spiritali semper alimēto nos

D

reficit:qui panis viuus descendit de celo:ꝛ dat vitā mū
do. Qui viuit ꝛ regnat cū patre in vnitate spiritus san-
cti deus: Per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia nona.

ET audiui vocem loquentis:et
dixit ad me. Fili hoīs sta super
pedes tuos:et loquar tecū. Et
ingressus est in me spirit⁹ post-
qꝫ locut⁹ est mihi:et statuit me
supra pedes meos. Et audiui
loquentem ad me ꝛ dicentē. Fili hominis mitto
ego te ad filios israel:ad gentes apostatrices
que recesserunt a me. Patres eorum preuarica
ti sunt pactum meum vsqꝫ ad diem hanc:et fi-
lij dura facie ꝛ indomabili corde sunt: ad quos
ego mitto te. Et dices ad eos. Hec dicit dñs
deus:si forte vel ipsi audiāt:et si forte quiescāt:
quia domus exasperans est:et sciēt quia pro-

E

pheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hoīs
ne timeas eos/neqꝫ sermones eorum metuas:
quoniā increduli et subuersores sunt tecum:et
cū scorpionib⁹ habitas. Uerba eoꝝ ne timeas:
et vultus eoꝝ ne formides:qꝛ dom⁹ exasperās
est. Loqris ergo verba mea ad eos:si forte au-
diant ꝛ quiescāt:qm̄ irritatores sunt. Tu autē
fili hoīs audi quecunqꝫ loquor ad te: et noli eē
exasperans:sicut domus exasperatrix est. Aperi
os tuum:et comede quecūqꝫ ego do tibi. Et
vidi:et ecce manus missa ad me:in qua erat in-
uolutus liber:et expandit illum corā me:qui erat
scriptus intus et foris:et scripte erant in eo la-
mentationes/et carmen/et ve.

F

INitium libri in Ezechiel pphēta magnis ob-
scuritatibus clausum ꝛ quibusdā mysterioꝝ
nodis ligatū in homilijs octo/deo dño nostro
Jesu xp̄o largiente discussim⁹. Jam nūc planiora sunt
et minus difficilia que sequunt. Charitati itaqꝫ vestre
colloquimur:eidem oīpotenti deo grās referētes/quia
post tot opaca siluarū/tandē leti ad campos exiuimus.
In quib⁹ liberis gressibus locutionis nostre intrepidū
pedem ponimus. Ecce eñi postqꝫ propheta similitudi-
nem glorie dñi contēplatus in faciē suam cecidit:adiū-
git. [Et audiui vocē loquentis/ꝛ dixit ad me.] Fili ho-
minis sta super pedes tuos/ꝛ loquar tecū.] Ubi adhuc
subdit. [Et ingressus est in me spūs postqꝫ locutus est
mihi:ꝛ statuit me super pedes meos.] Ecce diuina vox
iacēti pphēte iussit vt resurgeret. Sed surgere omnino nō
posset/nisi in hunc oñipotentis dei spūs intrasset:qꝛ ex
oīpotentis dei grā ad bona opera conari quidem possu
mus:sed hec implere non possumus/si ipse non adiuuat
qui iubet. Sic Paulus cum discipulos admoneret di-

Phil. ij.

cens: Cū metu ꝛ tremore vestram ipsoꝝ salutē operami-
ni:illico quia in eis hec ipsa bona operaret adiunxit di-
cens: Deus est eñi qui operatur in vobis et velle ꝛ perfice
re pro bona voluntate. Hinc est qd ipsa veritas discipu-

Joan. xv.

lis dicit: Sine me nihil potestis facere. Sed in his con-
siderandum: qꝛ si bona nostra sic omnipotentis dei bo-
na sunt/vt in eis aliquid nostrū non sit:cur nos quasi p
meritis eternam retributionē querim⁹? Si aūt ita no-
stra sunt/vt bona dei oñipotētis nō sint:cur ex eis oñi
potenti deo gratias agimus? Sed sciēdum est quia ma
la nostra/solūmodo nostra sunt:bona autē nostra/et oñi-
potentis dei sunt ꝛ nostra:quia ipse aspirando nos pre-
uenit vt velimus:qui adiuuando subsequitur ne inani-
ter velimus/sed possimus implere que volumus. Pre-

[G] ueniente ergo gratia/ et bona voluntate subsequẽte: hoc quod omnipotentis dei donũ est: fit meritum nostrum. Quod bene Paulus breui sententia explicat/ dicens. [j. Cor. xv.] Plus illis omnib⁹ laboraui. Qui ne sue videretur virtuti tribuisse qđ fecerat/ adiungit. Non autẽ ego/ sed gratia dei mecũ. Quia enim celesti dono preuent⁹ est: quasi alienum sea bono suo opere agnouit/ dicens: Non autẽ ego. Sed quia preueniẽs gratia liberũ in eo arbitrium fecerat in bono: quia libero arbitrio eandẽ gratiam est subsecutus in opere/ adiunxit: Sed gratia dei mecũ. Ac si diceret: In bono opere laboraui: non ego: sed et ego. In hoc enim quod solo dñi dono preuentus sum/ non ego. In eo autem quod donũ voluntate subsecutus: et ego. Hio igitur breuiter contra pelagium et celestinũ dictis/ ad exponendi ordinẽ redeamus. Fili hominis sta sup pedes tuos/ et loquar tecũ. Notãdus nobis est ordo locutiõis et operis: quia prius similitudo glorie dñi apparet vt deijciat: postmodũ alloquitur vt erigat: deinde superabũdantis gratie spiritũ mittit et leuat/ ac supra pedes statuit. Nisi enim aliquid de eternitate in mente videremus: nunquam in faciẽ nostra penitẽdo caderemus. Sed iam iacẽtes vox dñi consolatur nos facere vt in opere surgam⁹: quod tamen nos nostra virtute non possumus facere. Ipsius ergo nos spiritus implet et leuat et super pedes nostros statuit: vt qui proni in penitẽtia pro culpa iacuimus: recti [H] postmodum in bono opere stemus. Sed stans propheta quid audierit adiũxit dicens. Et audiui loquentẽ ad me et dicẽtẽ. Fili hominis/ mitto ego te ad filios israel: ad gentes apostatrices/ que recesserunt a me. Sic prophete describit sua: vt significet nostra. Nam qđ est hoc qđ ei iacenti dicit. Sta supra pedes tuos/ et loquar tecum? Qui enim iacenti loquebatur: cur non se nisi stanti promittit esse locuturũ? Sed sciendũ quia alia sunt que iacentes: alia que stantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur vt surgat: stanti autẽ precipitur vt ad predicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus praeberi non debet auctoritas predicationis. Sed cũ iam in bono opere surgim⁹: cũ iam recti stare cepimus: dignũ est vt ad lucrandos alios in predicationẽ mitti debeam⁹. Stans ergo propheta/ visionem spiritalem vidit et cecidit. Cadẽs vero/ iam monitionis verbũ suscepit vt surgeret. Surgens autẽ preceptũ audiuit vt predicaret. Nam qui adhuc ex superbie vertice stam⁹/ cũ iam de eternitatis timore aliquid sentire cepimus: dignum est vt ad penitentiam cadam⁹. Et cũ infirmitatẽ nostrã subtiliter cognoscẽtes/ humiliter iacemus: per diuini verbi consolationẽ surgere ad fortiora opera iubemur. Et cũ iam in bonorũ operũ soliditate persistimus: necesse est vt vnde nosmetipsos correximus: inde iam predicantes et alios leuemus. Iacẽti ergo non precipitur vt ad predicationẽ pergat: ne infirm⁹ quisque hoc quod verbo edificare potest/ opere destruat. Unde recte quoque per psalmistam dicitur: Eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. [Ps. xxxix.] Statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos: et immisit in os meum cãticum nouũ/ hymnũ deo nostro. Prius enim de luto prauitatis educitur: vt ei⁹ pedes per fidẽ in petra solidẽtur. Sed quia rectã fidem recta subsequi debet operatio: gressus ei⁹ directi sunt/ et post directionẽ gressuum. [I] Post perfectionẽ boni operis/ in ore acciperet etiã nouũ canticũ predicationis. [Act. ix.] Sic Saulus dum superbe damascũ pergeret/ redemptoris voce prostratus iacuit. Et qui predicator futurus erat: non tamen mox vt predicaret quod viderat audiuit: sed ei iacẽti dicitur: Ingredere in ciuitatem/ et dicetur tibi quid te oporteat facere. Iacens ergo hoc solum audire potuit: vt surgens disceret quod audierat. Surgens vero hoc didicit vt que cognouerat predicaret. Sed querendũ nobis est cur Ezechiel et Paul⁹ in faciẽ cadunt: et de ascensore equi. i. de eo qui in hui⁹ mundi gloria elatus est dicitur: Ut cadat ascensor eius retro. Rursus de persecutorib⁹ dñi scriptũ est: Abierunt retrorsum/ et ceciderũt in terrã. [Jo. xviij.] Quid est hoc quod electi in faciem/ et reprobi retrorsus cadunt: nisi quod omnis qui post se cadit: ibi procul dubio cadit vbi non videt? Qui vero ante se ceciderit: ibi cadit vbi videt. Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt/ post se cadere dicuntur: quia ibi corruũt vbi quid eos tunc sequatur/ modo videre nõ possunt. Iusti vero quia in istis visibilibus semetipsos sponte deijciunt vt in inuisibilibus erigantur: quasi in faciem cadunt: quia timore cõpuncti videntes humiliantur. [K] Notandũ vero quod dicitur. Mitto ego te ad filios israel ad gentes apostatrices que recesserunt a me. Sicut enim duobus modis a deo recedit: ita duob⁹ modis a deo apostate homines fiũt. Nam vnusquisque a cõditore suo aut fide recedit/ aut ope. Sicut ergo qui a fide recedit/ apostata est: ita qui ad peruersum opus quod deserit redit/ ab omnipotẽte deo apostata absque vlla dubitatione deputabitur: etiam si fidẽ tenere videatur. Unum enim sine altero nil prodesse valet: quia nec fides sine operibus: nec opera adiuuant sine fide: [Act. x.] nisi fortasse pro fide percipiẽda fiant: sicut Cornelius ante pro bonis operibus meruit audire quam fidelis existeret. Qua ex re colligitur/ quia bona opera pro fide percipiẽda faciebat. [Ibidem] Nam cui ab angelo dicit: Orationes tue et elemosyne tue ascẽderunt in memoriam in conspectu dei: et mox pro eadem ascensione precipitur vt ad Simonem mittat: qui ei veniens predicare debeat: constat quis hoc petijt/ vnde meruit exaudiri. [L] Sequitur. Patres eorũ preuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc: et filij dura facie et indomabili corde sunt: ad quos ego mitto te. Ecce est vna culpa superbie: quia preuaricati sunt pactũ. Ecce altera obstinationis: quia vsque ad diem hanc. Ecce in iniquitate filiorũ culpa grauis impudentie: quia dura facie: quoniã mala que faciunt/ iam non erubescunt: et nunquam vel post culpas ad penitentiam redeunt: quia indomabili corde sunt. Cũ vero tante prauitatis et tãteque obstinationis sint hi ad quos propheta mittit: quis iam non videat quia persona prophete a tam peruersis hominibus despici valeat? Sed ecce auctoritas psone tribuitur: cũ subditur. Et dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Ac si aperte diceret: Quia si ex te despiceris ex mea voce necesse est vt loquaris. Ne contẽnaris ipse qui mitteris/ verba mea proferens/ ostende que misit. Sequitur: Si forte vel ipsi audiant: et si forte quiescant: quia domus exasperans est. Dum constat quod omnipotens deus omnia sciat: mirandũ valde est cur dicitur: Si forte audiant: et si forte quiescant. Quapropter sciendum nobis est: quia ista dubitatis locutionis dei nõ ex ignorãtia: sed ex aliqua significatione descẽdit. Nam quis nesciat quod qui fecit et videt oĩa/ oĩa sciat? Et per semetipsam in euangelio veritas de antixpi predicatoribus dicit: Dabunt signa magna et prodigia: ita vt in errorem inducantur/ si fieri potest/ etiam electi. [Matthei xxiiij.] Cur hoc sub dubitatiõe dicitur: cum quid futurũ sit/ a dño presciatur? Unum vero ex duobus est: quia si electi sunt/ fieri non potest. Si autẽ fieri potest: electi non sunt. Et tamen dicitur vt in errorẽ inducãtur si fieri potest etiam electi. Ista ergo dominici sermonis dubitatio ex electorũ cordibus designatio temptationis fuit: quia qui electi sunt ad persistendũ/ per signa predicatorũ antixpi temptabũtur ad cadendũ. Per hoc ergo quod dicitur: si fieri potest/ hoc exprimitur quod electi in corde temptabuntur. Nutant enim/ sed nõ cadunt. Dicitur ergo si fieri potest/ quia trepidabunt: et tamen dicuntur electi/ quia non cadũt. Dubitatio itaque sermonis a domino in electis exprimit trepidationẽ mẽtis. Quos et electos nominat: quia cernit quia in fide et bono opere persistũt. [M] Unde hic quoque dicit: Si forte audiãt/ et si forte quiescant. Per hoc enim quod dicit si forte: quia ex magna multitudine pauci audituri sunt demonstratur. Per dubitationem ergo sermonũ dei quid significat aliud nisi paucitas auditorũ? Notandum vero quod postquam malis parentum defunctorũ dixerat: mittens prophetã ad filios dicat: Si forte vel ipsi audiãt/ et si forte quiescãt. Quid est dicere vel ipsi: nisi quia eorũ patres qui in culpa defuncti sunt: audire noluerunt? Pensemus rogo que virtus sit in hoc vnici sermonis defectu: vt dicat/ si forte vel ipsi audiant. Nobis hoc aperte dicit/ qui afflicti/ oppressi/ cõclusi/ omnia que in hoc mũdo habuimus bona perdidimus. Urbes erutas/ euersa castra/ depopulatos agros/ suffossas ecclesias videmus: et tamen adhuc parẽtes nostros ad iniquitates sequimur: ab eorũ elatione quã vidimus/ nõ mutamur. Et illi quidem inter gaudia: nos vero (quod est grauius) et inter flagella peccamus. Sed ecce omnipotẽs deus iniquitates iudicãs: iam priores nostros abstulit: iam ad iudicium vocauit. Nos adhuc ad penitẽtiam expectat: ad reuertendũ sustinet. Et qui

A in illis iam iudicium exercuit: nobis sue patientie longanimitatem prerogat: ne cum nostris prioribus perdat: dicens. [Si forte vel ipsi audiant/ et si forte quiescant: quia domus exasperans est.] Omnis anima etiam post acceptam fidem in perversitate sua aut permanens aut revertens: domus exasperans vocatur: quia eum quem per fidem susceperat: repellit a se pravis moribus habitatorem deum. Nam domus inhabitatur a domino. Si ergo domus: quare exasperans? Sin vero exasperans/ quare domus: que utique iam non habitatur? Dom⁹: quia in ea deus per fidem habitare ceperat. Exasperans vero est/ quia ab ea pravis moribus repulsus exiit: ut vacua remaneat/ quam pri⁹ celestis inhabitator replebat. Unde etiam sicut veritatis voce cognovimus: iniquissimus spiritus cum septem aliis rediens/ domum scopis mūdatam invenit: quia mentem a virtutibus alienā replet. Sequitur. [Et scient quia propheta fuerit in medio eorum.] Malis scire bonos/ aut ad adiutorium salutis proficere: aut ad testimonium damnatiōis solet. Sciāt ergo quia in medio eorum propheta fuerit: ut auditis predicatione aut adiuventur ut surgant et convertantur: aut sic in iniquitatib⁹ eorū damnentur/ ut excusatione careant. Sequitur [Tu ergo fili hominis ne timeas eos: neque sermones eorū metuas: quoniam increduli et subversores sunt tecum: et cum scorpionibus habitas.]

Matt. xij.

B Patet ad quod perversos in predicationem mittitur/ qui ne timeat admonetur. Et quia pravi atque perversi quique bona sibi loquentibus alia iniqua faciunt: et adhuc alia minantur: propter illa que faciunt dicitur: Ne timeas eos. Et propter hoc quod minantur: adiungitur: Neque sermones eorum metuas. Vel certe quia reprobi atque iniqui et mala bonis ingerunt/ et eorum semper actibus derogant: propheta missus admonetur: ne eorum vel crudelitatē aut furorem metuat: vel verba pertimescat. In hoc itaque quod dicitur/ Ne timeas: prophete datur auctoritas predicatiōis. Et quia omnes qui in deo vivimus/ organa veritatis sumus/ ut sepe per alium mihi/ sepe vero aliis loquatur per me: sic nobis boni sibi inesse auctoritas debet: ut et is qui preest/ dicat recta libere: et is qui subest/ inferre bona humiliter non recuset. Bonum enim quod maiori a minore dicitur/ tunc vere bonum est/ si humiliter dicatur. Nam si rectitudo sentiendi humilitatem loquendi perdiderit: radicem sensus in ramo lingue vitiavit. Quod videlicet vitium iam non ex ramo: sed ex radice est: quia nisi cor intumesceret/ lingua minime superbiret. Inesse ergo ad loquendū priori humilis auctoritas: inesse autem minori libera humilitas debet. Sed sepe in hominibus ipse loquendi ordo confunditur: sicut et longe superius diximus. Nam aliquando quis per tumorem elationis loquitur: et loqui se per auctoritatem libertatis existimat. Et aliquando alius

C per stultum timorem tacet: et tacere se per humilitatem putat. Ille locum sui regiminis attendens/ non metitur sensum tumoris: iste locum sue subiectionis considerans timet dicere bona que sentit: et ignorat quantum charitatis reus efficitur tacēdo. Sic vero sub auctoritate superbia/ et humanus timor sub humilitate se palliat: ut sepe nec ille valeat considerare quid deo: nec iste quid debeat proximo. Nam ille eos qui sibi subiecti sunt conspicit: et ei cui omnia subiacent/ non intendit. In elatione attollitur: et de elatione sua velut de auctoritate gloriatur. Iste vero nonnunquā dum timet ne maioris gratiam amittat/ atque per hoc aliquid tēporalis damni sustineat: recta que intelligit occultat: atque apud se tacitus/ ipsum timorem quo constringitur/ humilitatem nominat. Sed cum cui nil vult dicere: tacendo in cogitatione diiudicat. Fitque ut unde se humilem existimat/ inde gravius sit superbus. Discernenda ergo semper sunt libertas et superbia: humilitas et timor: ne aut timor humilitatem: aut superbia libertatem fingat. Ezechiel itaque quia non solum populo/ sed etiam seniorib⁹ loqui mittebatur: ne incautum timorem humilitatem crederet: ut timere non debeat/ admonetur dum dicitur. Ne timeas eos. Ac ne forte derogationis eorum verba pertimescat: adiungitur: Neque sermones eorum metuas. Cur autem linguas derogantiū timere non debeat: etiam causa subiungitur/ cum protin⁹ subinfertur. Quoniam increduli et subversores sunt tecum: et cum scorpionibus habitas. Timendi enim essent hi quibus loqui mittebatur: si in fide et opere deo omnipotenti placuissent.

D Quia autem increduli et subversores sunt/ in suis sermonibus derogantes timendi non sunt: quia stultum valde est si illis placere querimus: quos nō placere domino scimus. Debent enim haberi in metu et reverentia iudicia iustorum: quia membra omnipotentis dei sunt: et hoc ipsi in terra reprehendunt/ quod dominus redarguit e celo. Nam perversorum derogatio/ vite nostre approbatio est: quia iam ostenditur nos aliquid iustitie habere/ si illis displicere incipimus/ qui nō placent deo. Nemo etenim potest in una eademque re omnipotēti domino atque eius hostibus gratus existere. Nā deo se amicum denegat/ qui ei⁹ placet inimico. Inimicis veritatis adversabitur: qui eidem veritati in mente subiugatur. Unde sancti viri in vocis libere increpatiōe succensi/ eos ad sua odia excitare non metuunt/ quos deum non diligere cognoscunt. Quod propheta ardenter exhibens/ creatori omnium quasi in munere obtulit/ dicens: Nonne qui oderunt te deus/ oderam illos: et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderā illos: inimici facti sunt mihi. Ac si aperte dicat: Pensa quantum te diligo/ qui tuorum hostium excitare contra me inimicitias non pertimesco. Hinc iterum dicit: Qui retribuunt mala pro bonis/ detrahebant mihi: quoniam subsecutus sum iustitiam. Bonum valde est qd iustus tribuit: quando male agentibus libera voce contradicit. Sed perversi mala pro bonis retribuunt/ cum iustis derogant: quia cōtra eos iustitie defensionem servant.

Psalm. cxxxviij.

Ps. xxxvij.

E Non enim iusti humana iudicia/ sed eterni iudicis examen aspiciunt: atque ideo derogantium verba contemnunt. Hinc etenim derogantib⁹ corinthiis Paulus dicebat: Mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicer: aut ab humano die. Qui nec in corde suo unde se reprehendere potuisset inveniēs/ adiungit: Sed neque meipsum iudico. Videns autem quia ei ad perfectionem sanctitatis nec suum iudicium sufficeret: subdidit: Sed non in hoc iustificatus sum. Cur vero nec sibimetipsi de seipso credidit: causam reddidit/ cum subiunxit: Qui autem iudicat me/ dominus est. Ac si aperte dicat. Nec meo de me iudicio credendum existimo: quia ille me iudicat cuius ego iudicium non comprehendo. Hinc beatus Iob cum amicorum derogantium linguas/ inter dolores vulnerum pateretur/ iacula verborum/ cogitatione protinus ad conscientiam recucurrit: atque ubi mentē solidam haberet aperuit: dicens. Ecce enim in celo testis meus/ et cōscius meus in excelsis. Qui etiam subdidit: Verbosi amici mei: ad deum stillat oculus meus. In omne enim qd de nobis dicitur: semper tacite recurrere ad mentem debemus/ interiorem testem et iudicem querere. Quid enim prodest si omnes laudent: cum cōscientia accuset? Aut quid poterit obesse si omnes nobis derogent: et conscientia sola nos defendat?

j. Cor. iiij.

Job xvj.

Ibidem.

F Beatus ergo Iob inter linguas derogantium inflexa mente persistens: quia in terra se impugnari falsis sermonibus vidit/ in celo testem quesivit. Hinc Esaias ait: Popule meus/ qui beatificant te/ ipsi te decipiunt: et viam gressuū tuorū dissipant. Qui videlicet populus ne verba sue laudis attenderet: et in culpis altius periret: statim ei dicitur quem aspiciat: cuius iudicium pertimescat: cum subditur: Stat ad iudicandum dominus: stat ad iudicandos populos. Ac si aperte diceretur: Iudicia humana cur sequeris: qui stare super te celestē iudicem scis? Hinc est quod Ioannem baptistam veritas esse arundinem vento agitatam negat: dicēs: Quid existis videre in desertum? arundinem vento agitatam? Quod quia negando dixerat/ non affirmando/ subiecta verba testantur. Ait enim. Sed quid existis videre in desertum? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur/ in domibus regum sunt. Arundo autem vento agitata modo flatibus erigitur: modo flatibus inclinatur. Omnis autem infirmus animus/ qui vel derogatione deiicitur/ vel laudibus exaltatur: arundo vento agitata est. Quod Ioannes nō erat: quia inflexibilem mentis verticem inter laudes hominum et derogationes tenebat. Sed magna inquisitione res indiget/ cum recti operis viam tenemus: utrum semper despicere derogantium verba debeamus/ an certe aliquando compescere. De qua re sciendum est quia linguas detrahentium sicut nostro studio nō debe-

Esaie. iij.

Ibidem.

Matt. xj. et Luce vij.

G

mus excitare ne ipsi pereant/ita per suam malitiam exci-
tatas debemus equanimiter tolerare/ut nobis meritum
crescat. Aliquando autem etiam compescere: ne dum de
nobis mala disseminant: eorum qui audire nos ad bo-
na poterant/corda innocentium corrumpant. Hinc est
enim q Joannes obtrectatoris sui linguam redarguit

Epla Jo. iii.

dicens. Is qui amat primatum gerere in eis: diotrepes
non recipit nos: propter hoc si venero/commoneam eius
opera que facit: verbis malignis garriens in nos. Hinc
Paulus iterum de detrahentibus corinthiis loquitur di

ii. Cor. x.

cens. Epistole inquiunt graves sunt et fortes: presentia au
tem corporis infirma: et sermo contemptibilis. Hoc cogi
tet qui huiusmodi est: quia quales sumus verbo per epi-
stolas absentes: tales et presentes in opere. Hi etenim
quorum vita in exemplo imitationis est posita: debent (si
possunt) detrahentium sibi verba compescere/ne eorum
predicationem non audiant qui audire poterant: et in pra-
vis moribus remanentes/bene vivere contemnant. Sed
hac in re subtili inquisitione necesse est ut semetipsum ani
mus investiget: ne fortasse sue laudis gloriam querat: et
animarum lucra se querere nostra cogitatio simulet. Se
pe enim sui nominis laude animus pascitur: et quasi sub
obtentu lucrorum spiritualium/cum de se bona dici cogno-
verit letatur. Et sepe sue glorie defensione contra detra-
hentes irascitur: et fingit sibimet q hoc ex eorum zelo fa-
ciat quorum corda a bono itinere detrahentis sermo per-
turbat. Illi ergo debent magnopere curare: ne contra eo-
rum opinionem detrahentium verba prevaleant/qui suam
conscientiam subtiliter discutientes/se in ea inveniunt de

H

amore private glorie nihil habere. Hinc est enim q iusti
atq perfecti aliquando virtutes suas predicant: bona
que divinitus acceperunt/narrant: non ut ipsi apud ho-
mines sua ostensione proficiant: sed ut eos quibus predi-

ii. Cor. xi.

cant/exemplo suo ad vitam trahant. Unde Paulus apo-
stolus quotiens fustibus cesus: quotiens lapidatus: quo-
tiens naufragium pertulit: quanta pro veritate sustinuit:
q ad tertium celum raptus: q in paradisum ductus sit/
corinthiis narrat/ut eorum sensum a falsis predicatori-
bus averteret: ut dum se innotesceret qualis esset/illi eis
vilescerent quos ab eis cognoverat inique venerari. Cu
perfecti cum faciunt/cum virtutes proprias loquuntur/
in hoc quoq omnipotentis dei imitatores sunt: qui lau-
des suas hominibus loquitur/ut ab omnibus cognosca-
tur. Nam cum scriptura sancta precipiat: dicens. Lau-

Proverb. xxvii.

det te alienus/et non os tuum: quomodo facit ipse quod
prohibet? Sed si virtutes suas omnipotens deus tace-
ret/cum nullus agnosceret: si eum nullus agnosceret/nul-
lus amaret: si nullus amaret/nullus ad vitam rediret.

Ps. cxxviij

Unde et per Psalmistam de eo dicitur: Virtutem ope-
rum suorum annunciavit populo suo: ut det illis heredi-
tatem gentium. Virtutes ergo suas annunciat/non ut
laudibus suis ipse proficiat: sed ut hi qui hanc ex sua lau-
de cognoverint/ad perpetuam hereditatem veniant. Iu

I

sti itaq atq perfecti non solum cum vituperationis sue
verba reprehendunt: sed etiam cum virtutes quas ha-
bent/infirmis loquuntur/reprehensibiles non sunt: quia
per suam vitam quam referunt/aliorum animas ad vi-
tam querunt. De quibus tamen sciendum est: quia nunq
bona sua detegunt: nisi eos (ut dixi) aut proximorum uti
litas/aut certe nimia necessitas cogat. Unde Paulus
apostolus cum virtutes suas corinthiis enumerasset: ad-

ii. Cor. xii.

iunxit: Factus sum insipiens: vos me coegistis. Fit vero
aliquando ut necessitate compulsi/in bonis que de se refe
runt/non aliorum utilitatem: sed suam requirant: sicut bea

Job. xxix.

tus Job facta sua enumerat dicens. Oculus fui ceco: et
pes claudo: pater eram pauperum: et causam quam nescie
bam/diligentissime investigabam. Et multa alia que se
pe egisse se commemorat. Sed quia in vulnere doloris
positus/ab amicis increpantibus ipse impie egisse et vio-
lentus proximis/atq oppressor pauperum fuisse diceba-
tur: vir sanctus inter flagella dei/et humane increpatio-
nis verba deprehensus/mentem suam graviter concuti:
atq ad desperationis foveam conspexit impelli: qui iam
iamq cadere poterat/nisi ad memoriam bene acta revo-
casset/ut ad spem animum reduceret: ne oppressus ver-
bis et vulneribus in desperationem periret. Qui ergo bo-
na sua enumerat/non innotescere aliis quasi ex laude de-
siderat: sed ad spem animum reformat. Iusti itaq sicut

K

sine arrogantia loquuntur aliquando bona que agunt:
ita sine zelo private glorie detrahentium sibi linguas redar
guunt: quia noxia loquuntur. Cum vero lingue derogan-
tium corrigi nequeunt: equanimiter sunt per omnia to-
lerande. Nec obtrectationis sermo timendus est: ne dum
vituperatio perversorum metuitur/recti operis via de-
seratur. Unde nunc Ezechieli prophete dicitur. [Ser-
mones eorum ne metuas: quia increduli et subversores
sunt tecum.] Minus autem mali esset: si hi qui sunt incre-
duli: subversores minime fuissent. Quia enim ipsi vel ce-
lestis regni premia/vel gehenne esse supplicia non cre-
dunt: in suis pravitatibus dimissi/a fide et opere etiam
alios subvertunt: ut regnum quod ipsi appetere non vo-
lunt: nec alter assequatur. Hi namq cum teneriores quos-
dam bona incipere/mala iam devitare cognoverint: mo-
do irridendo quod in celis promittitur: modo despi-
ciendo quod deus omnipotens de inferni suppliciis mi-
natur: modo laudando bona temporalia/et delectatio-
nes presentis seculi callida persuasione pollicendo: de-
flectunt mentes innocentium: eorumq itinera perver-
tunt. Gaudent si quos potuerint a vita revocare ad mor-
tem trahere: letantur in pravitatibus suis: exultant et in
alienis. His nimirum pena sua non sufficit/qui agunt
ne soli moriantur. At si fortasse iustum quempiam tan-
te iam virtutis invenerint: ut ei loqui contraria non pre-
sumant: quia subversores esse non possunt: statim scorpio-

L

nes fiunt. Scorpio enim palpando incedit: sed cauda fe-
rit. Nec mordet a facie: sed a posterioribus nocet. Scor-
piones ergo sunt omnes blandi et malitiosi: qui bonis
quidem in faciem non resistunt: sed mox ut recesserint de-
rogant: alios quos valuerint inflammant: queq possunt
noxia immittunt: mortifera inferre occulte non desinunt.
Scorpiones ergo sunt qui blandi et innoxii in facie vi-
dentur: sed post dorsum portant: unde venenum fun-
dant. Qui enim in occulto feriunt: quasi mortem laten-
ter trahunt. Unde etiam per Psalmistam dicitur: Cir-

Ps. cxvij

cumdederunt me sicut apes: et exarserunt sicut ignis in
spinis. Apes enim in ore mel habent: in aculeo caude vul-
nus. Et omnes qui lingua blandiuntur/sed latenter ex
malitia feriunt/apes sunt: quia loquendo dulcedinem
mellis proponunt: sed occulte feriendo vulnus inferunt.
Isti vero facientes exardescunt sicut ignis in spinis:
quia per flammas detrahentium non iustorum vita com-
buritur: sed si que in eis esse poterant peccatorum spine
concremantur. Dicitur ergo: Increduli et subversores
sunt tecum: et cum scorpionibus habitas. Increduli sci-
licet deo: subversores vero infirmantibus proximis: scor
piones autem etiam fortibus et robustis. Quibus etsi in
facie contradicere non presumunt: ex occulto tamen vul
nus derogationis inferunt. Increduli quippe simul et sub-
versores et scorpiones sunt: quia et audita ea que dei

M

sunt non credunt: et eos quos prevalent a bonis mori-
bus subvertunt: et quos inflectere non valent/occultis
machinationibus feriunt. Qua in re hoc quoq notan-
dum est: quia cum prophete dicitur: Increduli et subver
sores sunt tecum/et cum scorpionibus habitas: nobis con-
solationis medicamentum profertur. Quos sepe tedet
vivere/dum nolumus cum malis habitare. Querimur
etenim cur non omnes boni sunt qui nobiscum vivunt.
Malis proximorum ferre nolumus: omnes sanctos iam
debere esse decernimus: dum esse nolumus quod ex pro-
ximis portemus. Sed hac in re luce clarius patet dum
malos portare renuimus/q multum adhuc ipsi de bono
minus habeamus. Neq enim perfecte bonus est: nisi qui
fuerit et cum malis bonus. Hinc beatus Job de semet-

Job. xxx.

ipso asserit dicens: Frater fui draconum/et socius struthio-
num. Hinc Paulus apostolus discipulis dicit. In me-

Phil. ij.

dio nationis prave et perverse: inter quos lucetis sicut lu
minaria in mundo. Hinc Petrus gregis dominici pastor
dicit: Iustum Loth oppressum a nephandorum iniuria/
conversatione eripuit. Aspectu enim et auditu iustus erat
habitans apud eos qui de die in diem animam iusti ini-
quis operibus cruciabant. Sepe vero cum de vita proxi
morum querimur: mutare locum conamur/secretum vite
remotioris eligere/videlicet ignorantes: qa si desit spiritus/
non adiuvat locus. Idem enim Loth de quo loquimur/in sodo

Gen. xix.

A

Gen. iij.

mis sanctus extitit: in monte peccauit. Quis autem loca mentem non munit: cum ipse humani generis primus testatur parens: qui et in paradiso cecidit. Sed minus sunt omnia que loquimur ex terra. Nā si locus saluare potuisset: satan de celo nō caderet. Unde psalmista vbiq3 in hoc mundo tribulationes esse conspiciens: quesiuit locū quo fugeret: sed sine deo inuenire non potuit munitum. Et quare et ipsum sibi locum fieri petijt/propter quem locū

Ps. xxx.

quesiuit/dicens: Esto mihi in deum protectorē: et in locum munitū: vt saluum me facias. Tolerandi ergo vbiq3 sunt proximi: quia Abel fieri non valet quem Cain malitia non exercet. Unum vero est pro quo vitari societas debet malorum: ne si fortasse corrigi non valent/ad imitationem trahant. Et cum ipsi a sua malitia non mutantur: eos qui sibi coniuncti fuerint/peruertāt. Unde Pau-

j. Cor. xv.

lus ait: Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Et

Puer. xxij.

sicut per Salomonem dicitur: Noli esse amicus homini iracundo: nec ambules cum viro furioso: ne forte discas semitas eius: et sumas scandalum anime tue. Sicut ergo perfecti viri peruersos proximos non debent fugere: quia et eos sepe ad rectitudinem trahunt: et ipsi ad peruersitatem nunq3 trahuntur: ita infirmi quiq3 societatem declinare debent prauorum: ne mala que frequenter aspiciunt/et corrigere non valent/delectētur imitari. Sic enim verba proximorum audiendo quotidie sumimus in mente: sicut flando atq3 respirando aerem trahimus corpore. Et sicut malus aer assiduo flatu tractus inficit corpus:

B

ita peruersa locutio assidue audita/infirmantium inficit animum: vt tabescat delectatione praui operis/assidui iniquitate sermonis. Sequitur. [Uerba eorū ne timeas: et vultus eorū ne formides: quia domus exasperans est.] Ideo boni timendi sunt/ne offendantur: ne forte per eos ille prouocetur ad iram/qui eorum cordis semper inhabitat. Nam sicut superius dictū est: si malos offendimus/ timere minime debemus: quoniā illis nostra actio displicet: quibus nec iustitia creatoris placet. Quid ergo timēdum est/si nobis ingrati sunt: qui deo amabiles nō sunt? Unde recte nunc dicitur. [Uerba eorum ne timeas: et vultus eorum ne formides: quia domus exasperans est.] Ac si aperte diceretur: Timēdi essent: nisi me in suis actibus exasperarent. De quibus adhuc subditur: [Loqueris ergo verba mea ad eos: si forte audiant et quiescant: quia irritatores sunt. Omnis qui peccat; quid aliud q̄3 cōditoris sui in se iracundiam irritat? Et scimus quia quotiens actu: quotiens verbo: quotiēs cogitatione delinquimus: deum cōtra nos totiens irritamus. Sed tamē sustinet/et clementer expectat per patientiam. Per predicatores autem suos verbum nobis exhortationis pterogat. Omnis autem qui recte predicat/si auditur/iram irritati creatoris super preuaricatorem populum placat. Unde necesse est vt ipse non debeat agere malum: qd solet in populū furorem conditoris sui irritare. Propter

C

qd etiam subditur. [Tu autem fili hominis audi quecunq3 loquor ad te: et noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est.] Id est/mala que fieri conspicis: ipse non facias: ne hoc quod prohibere niteris: ipse committas. Omnis etenim predicator intenta semp debet mente pensare: ne qui missus est lapsos erigere: ipse in prauitate operis cum lapsis cadat: et Pauli hanc sententia feriat dicē-

Rom. ij.

tis. In quo alterum iudicas/teipsum condemnas. Unde Balaam dei spiritu repletus ad loquendum: sed tamen in carnalem vitam suo spiritu detentus: de semetipso

Nū. xxiiij.

loquitur dicens: Dixit auditor sermonum dei/qui nouit doctrinam altissimi: et visiones omnipotentis videt: qui cadens apertos habet oculos. Cadens apertos oculos habuit: qui rectum quod diceret vidit: sed recte viuere contempsit. Cadens videlicet in peruerso opere: et apertos habēs oculos in sancta predicatione. Est tamē aliud quod possit intelligi: cur beatus Ezechiel qui ad predicationem mittitur/esse exasperans prohibetur. Nisi enim ad loquenda verba cum mittebatur obediret: omnipotētem dominum sicut populus de peruerso opere: sic propheta de suo silentio exasperasset. Nam sicut mali ideo deum exasperant: quia loquuntur vel faciunt mala: ita nonnunq3 boni exasperāt/quia reticent bona. Illis itaq3 in culpa est peruersa agere: istis recta reticere. In hoc ergo cum malis etiam boni simul deum exasperant: q2 cum peruersa non increpant/eis per suum silentium proficiendi licentiam prestāt. Sequitur. [Aperi os tuū/et comede

D

quecunq3 do tibi.] Aperimus os nostrum/cum recta loquimur: et comedimus que a deo accepimus: quia et tribuitur et augetur in nostris sensibus cibus vite/cum predicare cepimus. Unde propheta alius dicit. Os meū

Ps. cxviij.

aperui/et attraxi spiritum. Non enim spiritum attraheret nisi os aperiret: quia nisi ad predicandum proximis se impēderet/spiritalis doctrine in eo gratia non creuisset. Sequitur. [Et vidi: et ecce manus missa ad me: in qua erat inuolutus liber. Et expandit illum coram me: qui erat scriptus intus et foris.] Sicut per prophetam predicatorum ordo: sic per librum quem accepit/scripture sacre pagine designantur. Liber autem inuolutus est scripture sacre eloquium obscurum. Quod profunditate sententiarum inuoluitur/vt non facile sensu omnium penetretur. Sed coram propheta liber expanditur: quia coram predicatoribus sacri eloquij obscuritas aperitur. Inuolutum librum manus dei porrexerat/cū saluator

Mat. xiij.

dicebat: Simile factum est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines/venit inimicus eius: et superseminauit zizania in medio tritici: et abijt. Cum autem creuisset herba/et fructum fecisset: tunc apparuerunt et zizania et reliqua: que charitas vestra etiam me reticente reminiscitur. Sed librum quem inuolutum ostenderat/expandit cum hoc qd per enigmata loquebatur/exposuit dicens:

E

Qui seminat bonum semen/est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum vero semen/hi sunt filij regni: zizania autem filij sunt nequā. Inimicus autem qui seminauit ea/est diabolus. Messis vero consummatio seculi. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania/et igni comburuntur: sic erit in cōsummatione seculi. Inuolutus itaq3 liber expanditur/quando hoc qd obscure prolatum fuerat/per latitudinē intellectus aperitur. Hunc inuolutum librum veritas expandit: quan-

Luc. xxiiij.

do in discipulis egit qd scriptum est: Tunc aperuit illis sensum: vt intelligerent scripturas. De quo adhuc libro subditur. [Qui erat scriptus intus et foris.] Liber enim sacri eloquij intus scriptus est per allegoriam: foris per historiam. Intus per spiritalem intellectum: foris autem per sensum littere simplicem/adhuc infirmantibus congruentem. Intus/quia inuisibilia promittit: foris/quia visibilia preceptorum suorum rectitudine disponit. Intus/quia celestia pollicetur: foris autem/quia terrena cōtemptibilia qualiter sint vel in vsu habenda/vel ex desiderio fugienda precepit. Alia nāq3 de secretis celestibus loquitur: alia vero in exterioribus actionibus iubet. Et ea quidem que foris precipit/patent: sed illa que de internis narrat/pleni apprehendi nequeunt. Unde scriptum

Ps. ciij.

est: Extendens celum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Quid enim celi nomine nisi sacra scriptura signatur? De qua nobis et sol sapientie/et luna scientie et ex antiquis patribus stelle exemplorum atq3 virtutum

F

lucent. Quod sicut pellis extenditur: quia per scriptores suos carnis lingua formatum ante oculos nostros et per verba doctorum exponēdo duplicatur. Quid vero aquarum nomine/nisi sanctissimi angelorum signantur cho-

Ps. cxlviij.

ri? De quibus scriptū est. Et aque que super celos sunt/ laudent nomen domini. Huius ergo celi superiora dominus aquis tegit/q2 alta sacri eloquij: id est ea que de natura diuinitatis vel de eternis gaudijs narrat nobis adhuc nescientibus/solis angelis in secreto sunt cognita. Celum ergo hoc et coram nobis extenditur: et tamen aquis superiora eius conteguntur: quia et quedam sacri eloquij iam nobis per apertionem spiritus patent: et quedam que solis angelis possunt esse manifesta; nobis adhuc seruantur occulta. De quibus tamen occultis iam partem per spiritalem intelligentiam sentimus: iam sancti spiritus pignus accepimus: qui hec et plene necdum cognouimus/et tamen medullitus amamus: et in multis spiritalibus sensibus quos iam cognouimus/veritatis pabulo pascimur. Dicat ergo. [Qui erat scriptus intus et foris.] Quia in sacro eloquio et dictis occultioribus atq3 sublimioribus satiantur fortes: et preceptis apertio-

Ps. ciij.

ribus nos paruuli nutrimur. Unde scriptum est: Montes excelsi ceruis: petra refugium herinacijs. Habeant enim montes intelligentie qui iam contemplationis saltus dare nouerunt. Sed petra fit refugium herinacijs

[G] quia nos paruuli et peccatorum nostrorum spinis cooperti, etsi intelligere alta non possumus: in petre nostre refugium id est in Christi fide saluamur. Unde et quibusdam [i. Cor. ij.] dicitur. Nihil me iudicaui scire inter vos nisi Christum Iesum: et hunc crucifixum. Ac si diceret: Quia vos capere diuinitatis eius mysteria non posse pensaui: sola vobis humanitatis eius infima locutus sum. Sequitur. [Et scripte erant in eo lamentationes/carmen/et ve.] Carmen aliquando in bono: aliquando vero in malo accipi dubium non est: quia et letum carmen/et lugubre carmen dicere possumus. Sed nos scripture sacre vsum sequentes/que pene semper carmen ponere in prosperis solet: hoc in loco pro bona parte dictum carmen accipimus. Nam cum omnipotens deus populum suum de mari rubro liberasset: scri- [Exo. xv.] ptum est: Tunc Moyses et filij israel cecinerunt carmen domino. Et cum Dauid victoriam de hostibus fecisset: [ij. reg. xxij.] scriptum est: Locutus est Dauid domino verba carminis [Puer. xxv.] huius. Salomon quoque ait: Acetum in nitro: qui cantat carmina corde pessimo. Acetum quippe si mittatur in nitro: feruescit nitrum protinus et ebullit. Et peruersa mens quando per increpationem corripitur: aut per predicationis dulcedinem bona suadentur: de correptione fit deterior. Et inde in murmurationis iniquitate succendit: vnde debuit ab iniquitate compesci. Per Heliu quoque de [Iob. xxxv] ingrato ac sese desperante dicitur: Et non dixit: Ubi est qui fecit me: qui dedit carmina in nocte? Carmen quippe in nocte est letitia in tribulatione. Carmen in nocte accipimus/ [H] quando in pressuris presentibus/de futuris gaudijs consolamur. Carmen nobis ostendebat apostolus/ [Rom. xij.] cum dicebat: Spe gaudentes: in tribulatione patientes. Carmen in nocte se Dauid habere indicat dicens: Tu es [Ps. xxxi.] mihi refugium a pressura/que circundedit me: exultatio mea: redime me a circundantibus me. Qui enim circundari se pressuris narrat/et tamen deum sibi esse exultationem nominat/procul dubio carmen in nocte cantat. Quia igitur pene semper in bono carmen ponere scriptura sacra consueuit: ita a nobis etiam in hoc loco debet intelligi. Ue autem in scriptura sacra sepius de eterno luctu/quam [Esaie. iij.] presenti solet intelligi. Unde scriptum est: Ue impio in malo: retributio enim manuum eius fiet ei. Et beatus Iob [Iob. x.] loquitur dicens: Si impius fuero: ve mihi est. Si autem iustus: non leuabo caput: saturatus afflictione et miseria. Iustorum enim afflictio temporalis est. Ue ergo quod dixit a temporali afflictione distinxit: qui et iustum afflictionem/et impium ve habere perhibuit. Per semetipsam [Matthei xviij.] quoque veritas dicit: Ue mundo a scandalis. Et ve vobis [Luce. vi.] qui ridetis: quoniam flebitis. Et ve pregnantibus et nu- [Mar. xiij.] trientibus in illis diebus. Pensandum ergo nobis est: quomodo hec tria in sacro volumine scripta sint/lamentationes/carmen/et ve. Lamentationes videlicet: quia in eo scripta est penitentia peccatorum. Carmen vero/quia ibi prenunciantur gaudia iustorum. Ue autem/quia illic expressa est damnatio reproborum. Ut ergo peccata pe- [I] [Iohel. ij.] nites/lege que in hoc volumine scripta sunt lamenta: Scindite corda vestra/et non vestimenta vestra. Et rursus. [Iaco. iiij.] Miseri estote/et lugete: risus vester in luctum conuertatur: et gaudium in merorem. Ut autem de promissione gaudij sequentis hilarescas: cognosce que in hoc volumine scripta sunt carmina laudis eterne: Beati qui habitant in [Psalm. lxxxiij.] domo tua domine: in secula seculi laudabunt te. Et sicut per quendam sapientem de celesti hierusalem dicitur: Ex [Tho. xiij.] lapide precioso et mundo omnes platee eius sternentur: et per omnes vicos eius alleluia cantabitur. Hoc nobis carmen celestis patrie nunciare ciues eius venerant: qui concorditer clamabant: Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Sed si adhuc presenti seculo mente inheres/si adhuc terrenis voluptatibus delectario: amare non potes gaudia eterna que audis. Cognosce ergo in hoc volumine ve quod in eo scriptum est: atque ab animo per timorem expelle quod diligis: vt possis ex iudicio carmen amare quod legis. Ibi quippe sub vnius damnati specie/multitudo omnis exprimitur reprobo- [Mat. xxij.] rum: cum voce veritatis dicitur: Ligatis pedibus eius et manibus/mittite eum in tenebras exteriores: illic erit fletus et stridor dentium. Tunc etenim reprobi in exteriores tenebras cadunt: quia nunc in exterioribus sua se sponte deiecerunt: vt veritatis lumen nec credendo nec bene operando sequerentur. In quibus ligatis pedibus et manibus mitti precipiuntur: quia nunc dum tempus [K] operandi atque currendi est: habere manus et pedes liberos in bona actione noluerunt. Ibi ve reproborum scri- [Esa. lxvi.] ptum est: Uermis eorum non morietur: et ignis eorum non extinguetur. Ibi damnatis ac repulsis dicitur: Disce- [Mat. xv.] dite a me maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. In hoc itaque volumine cuncta que edificant: omnia que erudiunt scripta continentur. Hoc casti animo: iam te penitet illicita perpetrasse: vt ad agendam penitentiam doceris: ibi inuenis lamenta. Spe celestium gaudiorum mentem releuare desideras: ibi ad consolationem tuam inuenis carmen. Sin vero et mala perpetrasti/et hec te perpetrasse non penitet/sed ceruicem mentis erigis/ad nulla penitentie lamentationes inclinaris/nulla celestium gaudiorum expectatione corrigeris/velis nolis: ibi scriptorum auditurus es ve: vt quem nec timor ad penitentie humilitatem: nec spes ad superna premia exaltat: damnationis sue iam nunc penam prospiciat: et sine excusatione in eternum supplicium cadat. Quid igitur fratres: quid agendum est miseris nobis: nisi vt euigilemus ad huius verba voluminis: et mala que nos egisse meminimus/fletibus puniamus: vt per lamenta penitentie/perueniamus ad carmen vite? Ne si affligi modo penitendo nolumus: ve postmodum sine fine sentiamus. Nec nos nostrorum vulnerum multitudo in desperationem deprimat: quia maior est potentia medici/quam magnitudo languoris nostri. Quid est enim quod reparare ad salutem non possit: qui potuit omnia ex nihilo creare? Unigenitus quippe est omnipotenti patri coeternus. Qui cum eo viuit et [L] regnat in vnitate spiritussancti: per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia decima.

Fili hominis/quodcunque inue- [Ezech. iij.] neris/comede. Comede volumen istud: et vadens loquere ad filios israel. Et aperui os meum: et cibauit me volumine illo. Et dixit ad me. Fili hominis/venter tuus comedet: et viscera tua complebuntur volumine isto: quod ego do tibi. Et comedi illud: et factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me. Fili hominis/vade ad domum israel: et loqueris verba mea ad eos. Non enim ad populum profundi sermonis et ignote lingue tu mitteris ad domum israel: neque ad populos multos profundi sermonis et ignote lin- [M] gue: quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mittereris/ipsi audirent te. Domus autem israel nolunt audire te: quia nolunt audire me. Omnis quippe domus israel attrita fronte est, et duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum: et frontem tuam duriorem frontibus eorum: et vt adamantem et vt silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos: neque metuas a facie eorum: quia domus exasperans est. Et dixit ad me. Fili hominis: omnes sermones meos quos ego loquor ad te/assume in corde tuo: et auribus tuis audi: et vade: ingredere ad transmigrationem ad filios populi mei: et loqueris ad eos et dices eis. Hec dicit dominus deus: si forte audiant et quiescant. Et assumpsit me spiritus: et audiui post me vocem commotionis magne. Benedicta gloria domini de loco suo. et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram: et vocem rotarum sequentium

B animalia: et vocem cōmotionis magne. Spirit⁹ quoq; leuauit me et assumpsit me: et abij amarus in indignatiōe spiritus mei. Manus enim domini erat mecum, confortans me.

Solent quidam scripturā sacri eloquij legētes / cum sublimiores eius sententias penetrant / minora mandata que infirmioribus data sunt / tumenti sensu despicere: et ea velle in alto intellectu permutare. Qui si recte in eo alta intelligerent: mandata quoq; minima despectui non haberent: q2 diuina precepta sic in quibusdam loquuntur magnis / vt tamen in quibusdam congruant paruulis: qui per incremēta intelligētie quasi quibusdam passibus mentis crescant: atq; ad maiora intelligenda perueniant. Unde nunc sancto prophete dicitur. Fili hominis: quodcūq; inueneris / comede. Quicquid enim in sacra scriptura inuenit / edēdum est: quia et eius parua simplicē cōponant vitam: et eius magna subtilem edificant intelligentiam. Sequitur. Comede volumen istud: et vadens loquere ad filios israel. Et aperui os meū: et cibauit me volumine illo. Scriptura enim sacra cibus et potus est. Unde etiā dominus per prophetā

Amos. viij. alium minatur: Mittam famē in terram: nō famē panis / neq; sitim aque: sed audiendi verbum domini. Qui ergo subtracto suo eloquio / famē ac sitim nos dicit attēri: q2 eius verba et cibus noster et potus sint demonstrat. Sed no-

B tandum q aliquando cibus: aliquādo potus sunt. In rebus enim obscurioribus que bitelligi nequeunt nisi exponantur: scriptura sacra cibus est: quia quicquid exponitur vt intelligatur: quasi manditur vt glutiatur. In rebus vero apertioribus potus est. Potum enim non mandendo glutimus. Apertiora ergo mādata bibimus: quia etiam non exposita intelligere valemus. Pro eo autem q multa Ezechiel propheta obscura atq; perplexa auditurus erat: nequaq ei de sacro volumine dicitur / bibe: sed comede. Ac si aperte diceretur. Pertracta et intelligēdo est prius mande / et tunc degluti. Sed in verbis sacri eloquij iste debet studij nostri ordo seruari: vt hec ideo cognoscamus: quatenus de iniquitate nostra compūcti / cognoscētes mala que fecimus / vitemus ne alia faciamus. Et cum iam ex magno vsu lachrymarū / de peccatorum remissione ceperit esse fiducia: per verba dei que intelligimus ad vitam quoq; et alios trahamꝰ. Ad hoc enim intelligenda sunt vt et nobis prosint: et intentione spiritali alijs conferantur. Unde bene nunc dicitur. Comede volumen istud: et vade loquere ad filios israel. Ac si ei de sacro cibo diceretur. Comede et pasce: saturare et eructa: accipe et sparge: confortare et labora. Et notādum q propheta subiungit dicens. Et aperui os meum: et cibauit me volumine illo. Os in corde alius propheta esse testa-

Psal. xj. tur dicens. Labia dolosa in corde et corde locuti sunt mala. Os ergo aperimus / quando sensum ad intelligētiam

C sacri verbi preparamus. Itaq; ad vocem domini propheta os aperuit: quia ad spiramentum dominici precepti cordis nostri desideria inhiāt / vt de cibo vite aliquid sumāt. Sed tamen hocipsum sumere / nostrarum virium nō est: nisi ipse cibauerit qui vt comedatur iussit. Ille etenim cibatur / qui per se edere non potest. Et quia ad capienda verba celestia idonea nostra infirmitas non est: ipse nos cibat qui nobis in tempore mēsuram tritici tēperat: quatenus in sacro verbo dum hodie intelligimus qd hesterno die nesciebamus: cras quoq; comprehendimus quod hodie nescimus: per diuine dispēsationis gratiam / quotidiano alimento nutriamur. Omnipotens etenim deus quasi toties ad os cordis nostri manum porrigit / quoties nobis intellectum aperit: et cibum sacri eloquij in nostris sensibus mittit. Cibat ergo nos volumine / cū sensum nobis scripture sue dispensādo aperit: et eius dulcedine nostras cogitationes replet. Unde et subditur. Et dixit ad me. Fili hominis: venter tuus comedet: et viscera tua replebuntur volumine isto quod ego do tibi. In translatione veteri non habetur. Venter tuus comedet / et viscera tua replebūtur. Os enim nostrum comedit dum verbum dei legimus: viscera vero nostra complētur / cum intelligimus atq; seruamus ea in quibus legēdo laboramus. In posteriori autem translatione quam et veraciorem credimus / scriptū est. Vēter tuus comedet: et viscera tua replebuntur. In sacro vero eloquio nōnunq; ven-

D ter pro mente poni consueuit. Unde et per hieremiā di-

Hiere. iiij. citur: Ventrem meum / ventrem meū doleo. Quod quia de spiritali et non corporeo ventre dixerat: adiunxit: Sensus cordis mei conturbati sunt. Neq; enim ad salutē populi pertinebat / si propheta ventrem corporeum se dolere prediceret. Sed ventrem doluit / qui mentis afflictionem sensit. Sed cur exemplum prophete proferimus / cū testimonium domini apertius habeamus? Et necesse est vt cum per semetipsam veritas loquitur / propheta taceat: quia lucerna claritatem non habet in sole. Ait enim. Qui

Joan. vij. credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aque viue. Quia enim de mēte fidelium sancte predicationes defluunt / quasi de ventre credētium aque viue flumina decurrunt. Ventris autem viscera quid sunt aliud nisi mentis interna: id est recta intentio / sanctū desiderium / humilis ad deum / pia ad proximum volūtas. Unde nunc recte dicitur. Venter tuus comedet: et viscera tua replebuntur. Quia cum mens nostra pabulum veritatis acceperit: interna nostra non iam vacua remanēt: sed alimento vite satiata. Pensemus charissimi fratres mei q sit pia ista promissio / qua dicitur. Venter tuus comedet: et viscera tua replebuntur volumine isto quod ego do tibi. Multi enim legunt: et ab ipsa lectione ieiuni sunt. Multi vocem predicationis audiunt: sed post vocem vacui recedunt. Quorum etsi venter comedit: viscera non replentur: quia et si mente intellectum sacri verbi percipiunt: obliuiscendo et non seruando que audierint / hec in cordis visceribus non reponunt. Hinc est enim q

E per prophetam alium quosdā dominus increpat dicens.

Aggei. j. Ponite corda vestra sup vias vestras. Seminastis multum / et intulistis parum: comedistis / et non estis satiati: bibistis / et non estis inebriati. Multum corde suo seminat / sed parum infert / qui de mandatis celestibus vel legendo / vel etiam audiendo multa cognoscit: sed negligēter operando pauca fructificat. Comedit et non satiatur: qui verba dei audiens / lucra vel gloriam seculi concupiscit. Bene autem non satiari dicitur: quia aliud mandit / et aliud esurit. Bibit et non inebriatur qui ad vocem predicationis aurem inclinat: sed mentem nō mutat. Solet enim per ebrietatem bibentium sensus mutari. Qui ergo ad cognoscendū dei verbum deuotus est: sed ea que sunt huius seculi adipisci desiderat: bibit et inebriatus nō est. Si enim inebriatus esset: procul dubio mentem mutasset: vt iam terrena non quereret: iam vana et transitoria que amauerat non amaret. De electis namq; per psalmistam

Psal. xxxv. dicitur: Inebriabuntur ab vbertate domus tue. Quia tāto omnipotentis dei amore repleti sunt: vt mutata mente sibimetipsis extranei esse videantur: implentes quod

Mat. xvj. scriptum est: Qui vult post me venire: abneget semetipsum. Semetipsum abnegat / qui mutatur ad meliora / et incipit esse quod non erat / et desinit esse quod erat. Sepe autem quosdam vidimus ad vocem predicationis quasi ex conuersione compunctos / habitum non animum mu-

F tasse: vt religiosam vestem sumerent: sed anteacta vitia non calcarent: ire stimulis inaniter agitari: malitia doloris in proximi lesionē feruescere: de ostensis quibusdam bonis ante humanos oculos superbire: presentis mundi lucra inhianter querere: et de solo exterius habitu quem sumpserunt / sanctitatis fiduciam habere. Quibus quid aliud dicendum est: nisi hoc quod doctor egregius quibusdam legis exteriora seruantibus loquitur

Gal. v. dicens: quia in Christo Jesu neq; circumcisio aliquid valet / neq; preputium: sed noua creatura. Non enim magni est meriti / si quid foris erga nos agatur in corpore: sed magnopere pensandum est quid agatur in mente. Nam presentem mūdum despicere / transitoria non amare / mentem medullitus in humilitate deo et proximo sternere / contra illatas contumelias patientiam seruare / et custodita patientia / dolorem malitie a corde repellere / egenis propria tribuere / aliena minime ambire / amicum in deo diligere / propter deum et eos qui inimici sunt amare / de afflictione proximi lugere / de morte eius qui inimicus est non exultare: hec est noua creatura: quā idem magister gentium apud alios discipulos vigilanti oculo

ij. Cor. v. requirit / dicēs. Si qua igitur in Christo noua creatura. vetera trāsierunt: ecce facta sunt oīa noua. Ad veterē quippe hominem pertinet / presentem mundū querere: et trāsito-

G ris ex concupiscentiis amarescentem in superbiam erigere: patientiam non habere: ex dolore malitie de proximi lesione cogitare: sua indigentibus non dare: atque ad multiplicandum aliena querere: nullum pure propter deum diligere: inimicitias inimicis reddere: de afflictione proximi gaudere. Cuncta hec vetusti sunt hominis: que videlicet de radice trahimus corruptionis. Sed qui iam ista exuperat / et ad precepta dominica mentem in benignitatem commutat: de hoc recte dicitur: Quia vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Tunc ergo in vitris mentibus noua fiunt: cum a nobis vetusti hominis vitia transeunt: quando sacri verbi preceptum venter comedit / et viscera medullitus replentur. Sepe enim quosdam vidimus tota se mente ad sancte lectionis studium contulisse: atque inter verba dominica recognoscentes in quantis deliquerint / semetipsos in lachrymis mactare: merore continuo affligi: in nullis huius mundi prosperitatibus delectari: ita vt eis vita presens oneri / et lux ipsa fastidio fieret: vix ad colloquendum communia admittere: atque a rigore discipline animum difficile relaxare: per amorem conditoris / luctu solummodo et silentio gaudere. Horum venter sacrum volumen comedit: et viscera repleta sunt: quia precepta vite que sensus capere potuit / memoria non amisit: sed hec collectus in deo animus lugendo semper et recolendo seruabit. Et fit plerumque vt tales quique ex dono

H celestis gratie / etiam verbum doctrine percipiant: atque de veritatis pabulo quod ipsi intrinsecus dulciter ruminant: proximos suauiter pascant. De quorum profecto ore predicatio audientibus dulcis est: quando eorum actio contraria sue predicationibus non est: quia de propria vita sumunt: quod per linguam proximis conferunt. Unde recte hic quoque propheta subiungit: [Et comedi illud: et factum est in ore meo sicut mel dulce.] Liber qui viscera repleuit / dulcis in ore sicut mel factus est: quia ipsi de omnipotenti domino sciunt suauiter loqui: qui hunc didicerint in cordis sui visceribus veraciter amare. In eius quippe ore scriptura sacra dulcis est: cuius vite viscera mandatis illius replentur: quia et suauis est ad loquendum: cui interius impressa ad viuendum fuerit. Non sermo dulcedinem non habet / quem vita reproba intra conscientiam remordet. Unde necesse est: vt qui verbum dei loquitur / prius studeat qualiter viuat: vt post ex vita colligat que et qualiter dicat. Ad predicandum namque plus conscientia sancti amoris edificat / quam exercitatio sermonis: quia amando celestia / intra semetipsum predicator legit quomodo persuadeat vt despici debeant terrena. Qui enim vitam suam interius pensat / et exemplo suo foris admonendo alios edificat: quasi in corde lingue calamum tingit: in eo quod manu verbi proximis exterius scribit. Inde admirabilis predicator cum multa discipulis exhortando dixit: quia nullam intra semetipsum de conscientia contrarietatem pertulit: securus adiunxit: Si qua

Phil.iiij. virtus: si qua laus discipline: hec cogitate que et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me. Hec agite / et deus pacis erit vobiscum. Sequitur. [Et dixit ad me.

I Fili hominis / vade ad domum israel: et loqueris verba mea ad eos.] In eo quod dominus prophete dicit / loqueris verba mea ad eos: quid aliud quam eius ori frenum moderaminis imponit: ne que prius intus non audierit: foris dicere presumat. Nam prophete falsi sua et non dei verba lo-

Hiere.xxiij. quebantur: de quibus scriptum est. Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis: et decipiunt vos. Visionem cordis sui loquuntur non de ore domini. Et rur-

Ibidem. sum. Non loquebar ad eos: et ipsi prophetabant. Quare quoque colligendum est: quia et quisquis expositor in explanatione sacri eloquii vt fortasse auditoribus placeat / aliquid mentiendo composuit: sua et non domini verba loquitur: si tamen placendi vel seducendi studio mentiatur. Nam si in verbis dominicis virtutem requirens / ipse aliter quam is per quem prolata sunt senserit: etiam si sub intellectu alio edificationem charitatis requirat: domini sunt verba que narrat: quia ad hoc solum deus per totam nobis sacram scripturam loquitur / vt nos ad suum et proximi amorem trahat. Sequitur. [Non enim ad populum profundi sermonis et ignote lingue tu mitteris / ad domum israel: neque ad populos multos profundi sermonis et ignote lingue: quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mitteteris / ipsi audirent te. Domus autem israel nolunt audi-

K re te: quia nolunt audire me.] In ipso missionis exordio quo propheta ad predicandum mittitur / aperte et vocatio gentium / et israelitarum repulsio designatur. Nam cum dicitur / Non ad populos multos profundi sermonis et ignote lingue mitteris: quorum non possis audire sermones: atque statim subdit: Et si ad illos mitteteris / ipsi audirent te: aperte declaratur obedientia gentium: que quandoque predicatorum voces essent sine tarditate secuture. Et cum subdit: Domus autem israel nolunt audire te: quia nolunt audire me: iudee duritia designatur: que verba predicantium et cognouit / et sequi noluit. Ignota autem lingua gentium ad obediendum morem non fecit: quia extranea ab eloquio legis fuit. Bene autem dicitur: Nolunt audire te: quia nolunt

Luce.x. audire me: secundum hoc quod scriptum est: Qui vos spernit: me spernit. Causa quoque cur non audiant / subinfertur cum dicitur. [Omnis quippe domus israel attrita fronte est / et duro corde.] Cum domus israel attrita fronte esse perhibetur: quid aliud sentiendum / quid ve cogitandum est: nisi quia frontem cordis in impudentiam atterit culpe frequens: vt quo crebrius committitur / eo de illa committentis animus minus verecundetur? Atque ideo ad tantam cordis duritiam quandoque peccator peruenit / vt iam in correptione sensibilis non sit: quia qui vsu peccandi indurruit: nullo modo corripientis verbum in manum palpantis sentit: sicut

Ezech.iij. iudee quoque crebrius delinquenti dicitur: Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Vel certe attrita frons est in huius mundi actibus assueta: quia

L sicut sunt nonnulli qui quietem cunctis mundi premiis atque honoribus preponunt: ita nonnulli vt in hoc mundo aliquid esse videantur: terrenis laboribus insudant / insistunt causis / permiscentur iurgiis. Et quia se corpore deficere inter labores sentiant: amore tamen terrenarum rerum deuicti: delectabiliter fatigantur. Quibus per prophetam

Osee.x. dicitur: Effraim vitula docta diligere trituram. Vitula etenim in tritura aree assueta / etiam si relaxatur a labore: sponte redit. Sic quibusdam prauis mentibus nihil est laboriosius quam si eis precipitur / vt in huius mundi actibus non laborent. Nam sepe quidam repulsi ab actione terrena / deprecantur vt redeant. Rogant vt premantur: graue se incurrisse periculum quietem putant. Attrita ergo fronte sunt: qui non solum labores non fugiunt: sed neque importuni videri in laboribus qui sibi negantur erubescunt. Sequitur. [Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum: et frontem tuam duriorem frontibus eorum.] Sicut verecundia laudabilis est in malo: ita reprehensibilis est in bono. Erubescere enim malum / sapientie est. Bonum vero erubescere / fatuitatis. Unde scriptum est.

Eccle.iiij. Est confusio adducens peccatum: et est confusio adducens gloriam. Qui enim erubescit penitendo mala que fecit: ad vite libertatem peruenit. Qui vero erubescit bona facere: a statu rectitudinis cadit: atque ad damnationem

Luce.ix. tendit: sicut per redemptorem dicitur: Qui me erubuerit et meos sermones: hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua. Et sunt quidam qui bona sua iam

M in mente concipiunt: sed needum mala aperte contradicunt. Hi nimirum qui et boni sunt in mente / sed auctoritatem non habent in locutione / apti ad veritatis defensionem non sunt. Ille enim esse veritatis defensor debet: qui quod recte sentit / loqui nec metuit / nec erubescit. Unde nunc in magno munere prophete promittitur. [Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum: et frontem tuam duriorem frontibus eorum.] Quid est autem peccator: nisi vulneratus: et quid predicator nisi medicus? Si ergo non erubescit peccator qui iacet in vulnere: cur erubescat medicus qui per medicamenta prouidet salutem? Sepe vero contingit vt predicator reuerenter audiatur. Nonnunquam vero a peruersis ita despicitur: ac si eis nihil vtilitatis loquatur. Unde recte nunc dicitur. [Vt adamantem et vt silicem dedi faciem tuam.] Adamas et silex vtraque dura: sed vnum horum preciosum est: alterum vile. Adamas ad ornamentum sumitur: silex ab itinerantibus calcatur. Et sepe contingit vt hos quos correptionem suam conspicimus nimis humiliter audire / vereamur eis aliqua dicere. Nonnunquam vero euenit: vt eos quos increpationem suam videmus postponere: et despectui habere / trepidemus eis verbum predicationis inferre. Sed si recte sapimus / et ad eos a quibus nos honorari conspicimus: et ad eos a quibus nos despici videmus / auctoritatem ex-

A hortationis vel increpationis sumimus: vt nec illorum humilitatem debeamus erubescere: nec illorum superbiam formidare. Dicatur ergo. [Dedi faciem tuam vt adamantem] .i. si ab auditoribus honoraris. [Dedi faciem tuā vt silicem] .i. si ab auditoribus conculcaris atque despiceris: vt nec per illatū honorem restringatur lingua ex verecundia: nec per despectum taceat ex infirmitate. Sequitur. [Ne timeas eos, neque metuas a facie eorū: quia domus exasperans est.] Hoc iam superius dictum est. Sed notandum quod aspera domus habetur: cuius asperitas tam crebro replicatur. Increpandus itaque peccator est: et nunquam timendus: qui domus exasperans est. Timeri enim homo debuerat, si ipse auctorem omnium vt homo timuisset. Nam qui rationis sensum ad timorem dei nō habuit: tanto in nullo timendus est: quanto hoc quod esse debuit, non est. Sequitur. [Et dixit ad me. Fili hominis: oēs sermones meos quos loquor ad te, assume in corde tuo: et auribus tuis audi: et vade ingredere ad transmigrationem filiorū populi tui.] Vigilanter intuendum est quod voce domini ad prophetam dicitur: vt prius sermones eius audiat: et postmodū loquatur. Audimus enim verba dei, si facimus. Et tunc ea proximis recte loquimur: cum prius ipsi fecerimus. Quod bene marcus euāgelista confirmat: cum factū diuini miraculum narrat dicēs. Adducunt ei surdum et mutum: et deprecabantur eum vt imponat illi manū. Cuius ordi-

Mar. vij.

B nem curationis insinuat subdens. Misit digitos suos in auriculas: expuensque tetigit linguam eius: et suspiciens in celum ingemuit, et ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius: et solutum est vinculū linguae eius: et loquebatur recte. Quid est enim quod creator omnium deus cum surdū et mutum sanare voluisset, in aures illius suos digitos misit: et expuens linguam eius tetigit? Quid per digitos redemptoris, nisi dona sancti spiritus designantur? Unde cum in alio loco eiecisset demonium, dixit. Si in digito dei eiicio demonia: profecto peruenit in vos regnū dei. Qua de re per euangelistā alium dixisse describitur: Si ego in spiritu dei eiicio demones: igitur peruenit in vos regnū dei. Ex quo vtroque loco colligitur: quia digitus spiritus vocatur. Digitos ergo in auriculas mittere: est per dona spiritus sancti mētem surdi ad obediendū aperire. Quid est vero quod expuēs linguam eius tetigit? Saliua nobis est ex ore redēptoris: accepta sapientia in eloquio diuino. Saliua quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo sapientia que ipse est: dum lingua nostra tangitur: mox ad predicationis verba formatur. Qui suspiciens in celum ingemuit: non quod ipse necessarium gemitum haberet qui dabat quod postulabat: sed nos ad eum gemere qui celo presidet docuit: vt et aures nostre per donum spiritus sancti aperiri: et lingua per saliuā oris .i. per scientiam diuine locutionis solui debeat ad verba predicationis. Cui mox effeta, id est adaperire dicitur: et statim aperte sunt aures eius: et solutum est vinculū lingue eius. Qua in re notādum est: quia propter clausas aures

Luce. xj.

C dictum est, adaperire. Sed cui aures cordis ad obediendum aperte fuerint: ex subsequenti procul dubio etiā lingue eius vinculum soluitur: vt bona que ipse fecerit: etiā faciēda aliis loquatur. Ubi bene additur, et loquebatur recte. Ille enim recte loquitur, qui prius obediendo fecerit, que loquendo admonet esse facienda. Ex vero ad transmigrationem populi admonendam propheta mittitur: non solum ea transmigratio debet intelligi, que eius populi erat in corpore: sed etiam que facta fuerat in mente. Ab hierusalem quippe ad babylonē venerat. Et quid hierusalem nisi visio pacis: quid babylonia nisi confusio vocatur? Quisquis vero a rectis operibus in peruersis actibus cadit: quoniā a bono studio ad vitia defluit: quasi ab hierusalem ad babylonie ciuitatē venit. Culmen enim bone cōtemplationis deserit: atque in transmigratione cōfusionis iacet. Quod illis solet sepe euenire: qui cum bona agunt, in his de sua virtute gloriantur. Unde psalmista ne a visione pacis a bonis actibus captiuus ad babyloniam emigraret, domino supplicans dicit. Adiutor meus nō emigrabo. Si enim in se cōfideret: a iustitie operibus cadendo migrasset. Sed neque hi qui a statu rectitudinis in prauam actionem ceciderunt, desperandi sunt: quia ecce propheta ad transmigrationem babylonie mittitur. Et per prophetam alium dominus dicit. Et venies vsque babylonē: et ibi liberaberis. Sepe enim quis postquam

Psal. xj.

Mich. iiij.

in confusionem vitiorum ceciderit: erubescens mala que perpetrauit, ad penitentiam redit: seque a suis lapsibus bene viuendo erigit. Quid ergo iste nisi vsque ad babylonem venit: et ibi liberatus est? Qui postquam cōfusus mente, peruersa perpetrauit: hec ipsa erubescens mala que fecit: se contra se erigit: et bene operando ad statum rectitudinis redit. In babylonē itaque veniēs liberatus est: qui per diuinā gratiam ostenditur etiam de confusione saluatus. Propheta ergo ad transmigrationē loquitur: cum illos increpat, qui a statu rectitudinis ad erroris vitia transmigrādo ceciderunt. Sequitur. [Et loqueris ad eos: et dices. Hec dicit dominus deus: si forte audiant et quiescant.]

D Ex quotiens diuinis vocibus difficultas audiendi repetitur: et dicatur si forte audiant: quid aliud quam trāsmigrati populi duritia signatur? In quibus verbis magna est nostra consolatio: quia si omnipotens deus prophetā mittens, a peruerso populo verba sua denunciat difficile audiri: cur nos miseri contristamur, cum sepe a fratribus in nostra admonitione contēnimur? Nam crebro delinquētes alloquimur: frequenter increpamus. Sepe cum eis blandis sermonibus agimus: et tamen alter audit: alter audire contēnit. Alter ex parte verbū exhortationis suscipit: et ex parte recipere recusat: ita vt quotidie impleri videamus hoc quod per prophetam alium dominus narrat quod fecerit iratus, cum dicit: Plui super ciuitatem vnā: et super alteram nō plui. Pars vna compluta est: et pars que cōpluta non est, aruit. Cum enim sancte exhortationis verba alia mens suscipit: alia recipere recusat: super

Amos. iiij.

E vnam ciuitatem dominus pluit: et super alterā nō pluit. Cum vero et ipse qui proximos audit, ab aliis se vitiis corrigit, atque ab aliis emendare contēnit: vna eademque ciuitas et ex parte compluitur: et ex parte arida remanet: in qua a se predicationis pluuiam repellit. Sūt etenim quidam, qui exhortationis verba omnino nō audiunt: hi penitus suscipere pluuiam nolunt. Et sunt quidam qui audiunt: sed tamen hanc medullitus nō sequuntur: quia alia in se vitia resecant: sed in aliis grauiter perdurant. Sepe enim quosdam videmus quia per predicationis verbū a semetipsis auaritie estum repellunt: et nō solum iam aliena non rapiunt: sed et propria indigentibus largiuntur: nec tamen ire stimulos edomant: nec patientie moderamina per mentis trāquillitatem seruant. Et sepe alii ad exhortationis verbum in semetipsis tanto carnis immūditiam vincunt: corpus in castitate custodiunt: nec tamen adhuc animū sicut debent proximis inclinant: sed per rigorem superbie in cogitatione se eleuant. In istis pars vna compluta est, quia fructum fecit: et pars que cōpluta non est, aruit: quia exhortationis verbū non plene suscipiens, a bono opere sterilis remansit. Sequitur. [Et assumpsit me spiritus: et audiui post me vocem cōmotionis magne: Benedicta gloria domini de loco suo.] Quid est hoc quod propheta postquam ad transmigrationem filiorum populi mittitur: vocem post se magne cōmotionis audit dicentem: Benedicta gloria domini de loco suo? Conuersus

F quippe ad peccatores babylonie fuerat: et vocem glorie domini de loco suo post tergū audiebat. Locus est enim dei hierusalem .i. visio pacis: quia nimirum illa corda videntur ea que dei sunt: que ad trāsmigrationem babylonie: hoc est ad confusionis vitia non descendunt. Ibi etenim inhabitat deus vbi vera pax queritur: interne contemplationis gloria amatur. Nam quia ad peruersitatē defluit: locus dei esse contēnit. Locus ergo glorie dei est vel sancta queque anima: vel vnusquisque in celestibus permanens angelicus spiritus. Et gloria domini de loco suo benedicitur: cum vel ab electis hominibus, vel a sanctis angelis auctori omnium laus eterna cantatur. In eo ergo quod iusti de conuertendis peccatoribus cogitant: quia eorū vitia considerando ad carnales actus oculū ducunt: quasi ad babyloniam intendunt. Qui tamen pro statu sue rectitudinis, quia in laude dei bona sanctorum considerare nunquam desinunt: quia per cogitationem aliud intendunt: quasi post se vocem glorie domini ab hierusalem .i. de loco suo audiūt. Sed cur in istis immoramur, qui hec prophete verba largiente domino per sensum alterum et subtilius intelligere, et apertius dicere valeamus? Ait enim [Et assumpsit me spiritus.] Predicatorem spiritus assumit, cum eius mentem in amore dei omnipotentis eleuatam, a terrenis iā desideriis alienā reddit: vt nihil et ege-

G
re liberat: nisi et quibus lucra spiritalia congregeret: ad re
gna celestia quotidianũ sui operis fructum poneret. Unde
Joan.vj.
et nobis predicatorib⁹ iubetur: Operamini non cibũ qui
perit: sed qui permanet in vitã eternam. Bene autẽ subdi
tur. [Et audiui post me vocem cõmotiõis magne.] Pro
pheta sancto spiritu repletus: quasi trãsacta narrat/que
facienda preuidet: q: ⁊ in predestinatione iam facta sunt/
que adhuc in opere sequuntur. Unde ⁊ in translatione ve
teri per Esaiam dicitur: Qui fecit que futura sunt. Quid
est ergo q̃ post se propheta vocem audiuit cõmotionis
magne: nisi q̃ post sermonẽ predicationis/qui fit ad cor
da peccantium/lamenta penitẽtium sequuntur? Peruersi
etenim quiqȝ dum praua agunt: et a iustis recta non au
diunt: nesciunt q̃ sint grauia que cõmittunt: atqȝ ex ipsa
sua ignorãtia/in suo stupore securi sunt: ⁊ iacentes in cul
pis/quasi molliter quiescunt: sicut de quodam peccatore
Iere.xlviij
et securo populo dicitur: Requieuit in fecibus suis. quia
securus iacet in peccatis. Cum vero audire peruersi ver
bum predicationis ceperint/que sint supplicia eterna co
gnoscere/qui terror iudicij/q̃ subtilis examinatio de sin
gulis quibusqȝ peccatis/illico cõtremiscunt: implentur
gemitibus: ⁊ non se capientibus suspirijs anxiantur: atqȝ
magno pauore concussi/in luctu ⁊ fletibus erumpunt. Pro
phetam ergo vox magne cõmotionis sequitur: quia post
verbum predicationis/conuersorum atqȝ penitẽtium lu
ctus auditur. Qui enim prius quieti iacebant in vulne
re: tacti postmodum manu medicine/cum dolore redeũt
ad salutem. De hac cõmotione penitentium per prophe
Zach.xiiij
tam alium dicitur: Pedes eius steterunt: ⁊ commota est
terra. q: cũ veritatis vestigia in mente audientium figũ
H
tur: ipsa mens in sui consideratione turbata cõmouetur.
Psal.lxxix.
Hinc psalmista pro peccatoribus exorat dicens: Qui se
des super cherubin: moueatur terra. Hinc pro afflictis ⁊
penitentibus deprecans ait: Cõmouisti terram/⁊ cõtur
Psal.lix.
basti eã: sana contritiones eius: q: mota est. Terra quip
pe commota ⁊ turbata est peccator de cognitione reatus
sui anxius/⁊ ad penitentie lamenta perductus. Peccan
Gen.iij.
ti etenim homini dictum est: Terra es: ⁊ in terram ibis.
Ecoret ergo vt sanetur contritio terre: q: mota est: quate
nus peccator qui de culpis suis affligitur: de celestis mi
sericordie gaudio consoletur. Hec est itaqȝ vox cõmotio
nis magne: quando vnusquisqȝ sua acta diiudicãs/in af
flictione penitentie perturbatur. Sed quid vox ipsa di
cat/audiamus. [Benedicta gloria domini de loco suo.]
Locus enim maligni spũs fuerunt corda peccãtium: sed
cũ sibimetipsis irati/per penitentiã redeũt ad vitam/glo
rie dñi locus fiunt. Jam enim se contra se erigunt: ⁊ iam pe
nitentie lachrymis insequuntur mala que commiserunt.
Jnde ergo auditur benedictio glorie in laude dñi: vnde
prius sonabat creatoris iniuria de amore presentis secu
li. Et corda penitentium fiunt iam dño locus suus: que
prius in peccatis posita/fuerãt locus alienus. Jpsi autẽ
quia peccatis suis ad dominũ conuertuntur: non solum
delent lachrymis peruersa que fecerunt: sed etiam miris
I
operibus ad alta proficiunt: vt sancta animalia dei omni
potentis fiant: vt signis et virtutibus ad alta euolent: vt
terram fundit⁹ deserãt: et acceptis donis se ad celestia
per desiderium suspendant. De quibus adhuc subditur:
[Et vocem alarum animaliũ percutientiũ alterã ad alte
rum.] Audiuit post se ꝓpheta vocem cõmotionis magne:
q: sicut dictum est: verbũ predicãtium/luctus penitentiũ
sequitur. Audiuit post se vocem alarũ animalium: quia ex
ipso luctu penitentium oriuntur virtutes sanctorum: vt
tanto magis in sancta actione proficiant: quanto se ad co
gnitionem vite nequiter egisse meminerũt. Sed est in his
verbis magna dubitatio: quia non aperte per prophetam
dicitur vtrũ vnũquodqȝ animal alas suas in semetipsis
percutiat: an certe hec eadem sancta animalia alis suis se
vicissim feriãt: vt ala huius alterum: et ala alterius illud
animal tãgat. Sed quia plerũqȝ in sacro eloquio ideo ali
quid obscure dicitur: vt dispensante mirabiliter deo mul
tipliciter exponatur: nos charitati vestre vtraqȝ expone
re largiente domino debemus. Sepe iam alas animaliũ
virtutes diximus esse sanctorum. Quomodo ergo vnũ
quodqȝ animal alas suas excutiens/alteram ad alteram
percutit: nisi q̃ aperte datur intelligi: q: si sancta anima
lia efficimur: virtus in nobis virtutem excitat: dum vna
alteram ad perfectionẽ pulsat? Ecce etenim quis habet
K
iam verbi dei scientiam/discat vt viscera etiam misericor
die habeat. Per scientiam quippe verbi dei discit: Date
Luce.xj.
elemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis. Cũqȝ iã
esse misericors in elemosynis ceperit: verba sacre aucto
ritatis legit: et quicquid in eis de misericordia dicit: vbe
rius per experimentum intelligit. Ubi enim scriptum est:
Job.xxix.
Pater eram pauperum. Quod fortasse antea legebat/et
preteribat. Sed cum in eius corde iam misericordiam ce
perit imitari natura: qđ est patrem esse pauperum/legit ⁊
recognoscit quia introrsus redit/in semetipso intelligit
qđ foris audit. Aliud nãqȝ est elemosynam ex precepto
facere/atqȝ aliud ex charitate. Ex precepto enĩ facere bo
num/inchoantium est. Ex charitate autem: bonum perfe
ctorum: qui non solum quia iubetur faciunt: sed etiam di
ligunt faciendo qđ iubetur. Hinc est enĩ q̃ in magna vir
Ps.cxviij.
tute per psalmistam dicitur: Uide quia mandata tua di
lexi domine: in tua misericordia viuifica me. Mandata
etiam dei pro iussione facere/seruientis et obedientis est:
diligendo hec facere/obedientis et amantis est. Quia er
go ⁊ per scientiam charitatis misericordia discitur: ⁊ per
charitatem misericordie in corde cõpuncto scientia mul
tiplicatur: ala in nobis alam percutit: quia virtus virtu
tem excitat. Sic qui castitatis bonum in suo corpore cu
stodit: contra luxuriantes zelo accenditur/vt ab immũdi
tie maculis expietur. Et sepe dum quosdam in lapsibus
inuenit/edomat/affligit/atqȝ ad castitatis munditiam
restringit. Cuius si forte mens de immũditia luxurie fue
rit tentata/ex ipso zelo quo alios correxit: semetipsum cõ
L
uenit: ⁊ erubescit immunda cogitare: que se in alijs reco
lit correxisse. Jn hoc ergo ala alam percutit/dum virtus
virtutem pulsat: et ab immunditia custodit. Sin vero (vt
prefati sumus) vicissim se alis suis aialia feriunt: et altera
ad alteram ala percutitur singulorum: huius quoqȝ de
scriptionis largiente domino sensus patet. Quid est ergo
q̃ hec pennata animalia vicissim alas alteri ad alterum
feriunt: nisi q̃ omnes sancti se inuicem suis virtutibus tã
gunt: et sese ad profectum excitant ex consideratione vir
tutis aliene? Non enim vni dantur omnia: ne in superbiã
elatus cadat. Sed huic datur qđ tibi non datur: ⁊ tibi da
tur qđ illi denegatur: vt dum iste cõsiderat bonum quod
habes/et ipse nõ habet: te sibi in cogitatione preferat. Et
rursum dum tu habere illum conspicis quod ipse nõ ha
bentẽ illi in tua cogitatione postponas: et fiat quod scri
Phil.ij.
ptum est: Superiores sibi inuicem arbitrantes. Ut enim
pauca ex multis loquar: isti datur abstinentie virtus tri
buitur: et tamen verbum scientie nõ habet. Jlli autem da
tur verbum scientie/⁊ tamen virtutem perfecte abstinen
tie apprehendere conatur/⁊ non valet. Huic libertas vo
cis tribuitur: vt oppressis quibusqȝ protectionis solatia
impendens/ad defensionem iustitie libere loquatur: sed
tamen adhuc multa in hoc mundo possidens/relinquere
omnia vult/et non valet. Jlli vero iam datum est omnia
terrena relinquere: et nihil in hoc mundo cupit habere:
M
sed tamen adhuc auctoritatem vocis contra peccantes
quosqȝ non presumit exercere. Et qui ideo plus loqui li
bere debuit: quia iam non habet vnde in hoc mundo te
neatur: loqui contra alios libere recusat: ne ipsam vite sue
quietẽ perdat. Jsti virtus prophetie data est: multa iam
que ventura sunt preuidet: sed tamen presentes proximi
egritudinem conspiciens atqȝ compatiens non valet cu
rare. Jlli data est curationis gratia: atqȝ a corpore proxi
mi molestiam que i presenti est/orationibus repellit: sed
tamen quid seipsum paulopost sequatur/ignorat. Mira
itaqȝ dispensatione omnipotens deus sic in electis suis
sua dona dispensat: vt isti det quod illi denegat: et alteri
maius/quod alteri minus tribuit: quatenus dum vel iste
habere illum conspicit quod ipse non habet: vel ille hunc
maius accepisse considerat/quod sibi minus adesse pen
sat: dona dei alter in altero/id est vicissim omnes admi
rentur: atqȝ ex hac ipsa admiratione humilietur alter al
teri: et quem videt habere quod non habet: eum diuino
iudicio sibi prelatum putet. Alis ergo suis vicissim se
animalia feriunt: cum sancte mentes alternis se virtuti
bus tangunt: et tangendo excitant: atqȝ excitata ad pro
fectum volant. Uideamus Paulum quomodo aposto
lorum alis tactus: atqȝ ad penitentiam excitatus fuerat:
qui mala preterite persecutionis sue/ad apostolorum in
nocentem vitam considerans: dicebat. Ego enim sum mi

nimus apostolorum/ qui non sum dignus vocari aposto-
i. Cor. xv.
lus: quia persecutus sum ecclesiam dei. Considerauit
quippe apostolorum innocentiam: et propter preceden-
tem maliciam/ vilis in eius oculis facta est oia quã exhi-
bebat in ecclesia sollicitudo sua. Et cum multos ex accepto
intellectu precederet non attendit: quia illorum innocen-
tiam pensans/ persecutorẽ aliquã fuisse se doluit. Sed vi-
deamus si quis ex apostolis eum qui Paulo dat' est in-
tellectũ miratur. Ipse nobis apostolorũ primus requi-
ii. Pe. iii.
rẽdus est: qui discipulos admonẽs ait. Sicut et charis-
simus frater noster Paulus ꝓm datã sibi sapientiã scri-
psit vobis: sicut in oibus epistolis/ loquẽs in eis de his
in quibus sunt quedã difficilia intellectu: que indocti et
instabiles deprauant. Miratur itaqꝫ in aplis omnibus
Paulus innocentiã: miratur aplorũ primus in paulo sa-
pientiã. Illis ergo se tangunt qui inde se vicissim ad pro-
fectũ excitant/ vnde dolẽt. Hoc itaqꝫ oipotens deus agit
in cordibus hominũ: quod facit i regionibus terrarum.
Poterat namqꝫ vni cuilibet regioni fructus oẽs tribue-
re: sed si vna quelibet regio alterius regionis fructu non
indigeret: cõmunionẽ cũ altera non habuisset. Unde fit
vt huic vini/ alij vero olei abũdantiã tribuat. Hanc mul-
titudine pecudũ/ illam vero vbertate abundare fructuũ:
vt cũ illa defert quod ista non habet: et ista reddit quod
illa nõ detulit: ꝑ cõionẽ gratie/ sibi simul etiã diuise ter-
re coniuncte sint. Sicut ergo regiones terrarum: ita sunt
mentes sanctorũ: que dũ vicissim sibi conferunt qd acce-
perunt: quasi fructus suos regiones regionibus impen-
dunt: vt in vna oẽs charitate iungantur. Sed inter hec
B
sciendũ est qꝫ sicut electi quiqꝫ hoc semper in alijs atten-
dunt qd a deo melius acceperit qꝫ ipsi (vt eos sibi in co-
gitatione preferant: seqꝫ illis in humilitate subijciant)
ita reprobotũ mens nũqꝫ considerat quid alter boni am-
plius qꝫ ipse: sed quid boni ipse amplius qꝫ alter habeat.
Nequaqꝫ enim pensant que bona spirit' alter acceperit et ip-
sis desunt: sed que bona ipsi/ et que mala adsint alteri. Et
cum omnipotens de' ad hoc virtutes singulas diuidat/
vt alterum alteri in cogitatione humiliet: ad hoc repro-
bi pertrahunt bonum quod acceperunt: vt et eo in elatio-
ne perdantur: dum semper considerant bona que ipsi ha-
bent/ et alij non habẽt: et nunqꝫ perpẽdere student quan-
ta bona alij habeãt/ et ipsi non habeant. Quod ergo diuina
pietas in augmẽtum disponit humilitatis: hoc mentes
reprobe in argumentũ vertunt elationis. Et ex diuersita-
te munerum a bono deficiũt/ vnde crescere in humilita-
tis bono debuerũt. Propter hoc ergo necesse est fratres
charissimi: vt in vobis hoc semper debeatis aspicere qd
minus habetis: in proximis vero hoc quod vobis amplius
acceperunt: quatenus dum super vosmetipsos eos ꝓ bo-
no quod ipsi habent/ et vos nõ habetis/ aspicitis: ad hoc
quoqꝫ obtinẽdum etiam vos ex humilitate crescatis. Si
enim et vos in illis accepta bona perpenditis: et illi in vo-
bis considerant bona que habetis: vicissim vos alis tan-
gitis: vt excitati semper ad celestia voletis. Sequitur.
[Et vocem rotarum sequentium animalia/ et vocẽ cõmo-
tionis magne.] In rotis sacri eloquij testamenta signa-
C
ri superius diximus. Uox igitur rotarum est sermo testa-
mentorũ. Post vocẽ itaqꝫ alarũ animaliũ auditur etiam
vox rotarũ: quia predicantiũ sermone suscepto/ dum vir-
tutes sanctorum ad altiora agenda euolant: seqꝫ vicissim
ad prouectũ pulsant/ sancte ecclesie status erigitur: vt ꝑ
vniuersum mundum sacrorum testamentorum pagine le-
gantur. Ubiqꝫ etenim iam sanctũ euangeliũ: vbiqꝫ aposto-
lorũ dicta: vbiqꝫ lex et ꝓphete resonant. Post alarum er-
go vocẽ vox rotarũ sequitur: quia post sanctorum mira-
cula/ verba sacri eloquij intra sanctã ecclesiã libere et licẽ-
ter auditur. Que rote animalia sequũtur: quia vt supe-
rius dictũ est: postqꝫ in honorem venit vita sanctorum: ve-
neranda quoqꝫ apparuerũt hominibus eloquia testamento-
rũ. Uel certe rote animalia sequuntur: quia in sanctorũ
patrũ vita cognoscimus: quid in sacre scripture volumi-
ne intelligere debeamus. Illorum quippe actio nobis ape-
rit hoc qd in suis predicationibus pagina testamentorũ
dicit. Sed querendũ nobis est cur postqꝫ superius dictum
est: Audiui post me vocẽ cõmotionis magne: post vocem
quoqꝫ alarũ atqꝫ rotarũ subditur: Et vocem cõmotionis
magne. Quod si diligenter aspicitur/ inueniri potest qꝫ
non ociose repetitur. Due quippe sunt commotiones ma-

gne: quibus corda nostra cõmouentur. Una quippe com-
D
motio ex timore est: altera ex charitate: vna fit ex luctu pe-
nitentium: alia ex feruore amantium. Post predicantiũ
ergo verbũ prima cõmotio est: cum plangimus mala que
fecimus. Post vocẽ vero alarũ et rotarũ secunda cõmo-
tio est: dum magnis fletibus querimus celestia bona que
audimus. Ecce enim quia intra sanctã ecclesiã de mul-
tis patribus virtutũ exempla cognoscimus: quasi alarũ
sonitum quotidie audimus. quia vbiqꝫ sacra eloquia per-
sonant: quasi rotarum vocibus excitamur. Et quia per
eadẽ sacra eloquia ad amorẽ nostri conditoris accendi-
mur: magni feruore ignis esse nos longe adhuc ab oipo-
tentis dei facie plãgimus. Post primã ergo vocẽ cõmo-
tionis magne/ et ad extremũ quoqꝫ vox magne commo-
tionis fit: quia qui cognoscẽdo deum cepimus peccã plan-
gere: iam diligendo quẽ cognoscimus/ non cessamus eũ
cũ fletibus desiderare. Post rotarũ itaqꝫ vocem vox ma-
gne cõmotionis sequitur: quia cum testamẽta dei in au-
re cordis sonare ceperint: audientiũ spũs ex amore com-
punctus ad lamẽta cõmouetur. Hinc est enim qꝫ scripture
sacre verba fiunt in corde legentium sapida. Hinc est enĩ
qꝫ ab amãtibus plerũqꝫ in silentiũ quasi furtiue et tacitẽ
leguntur. Unde per prophetã quoqꝫ alium dicitur: Pre-
cidisti in alienatione capita potentiũ: mouebuntur in eã
gentes: adaperient ora sua sicut pauper edens in occulto.
Omnipotens enim deus in alienatione capita potentiũ
precidit: quia iudeorũ superbiã a semetipso aliendo re-
B
pulit. In qua alienatione gentes mote sunt: quia dum iu-
dei a fide caderent: ad cognitionem fidei corda gentiliũ
cucurrerũt. Que videlicet gentes in sacre lectionis pabu-
lum os cordis aperuerunt: et in occulto sicut pauper come-
dunt: quia cũ festinatione et silentio verba vite legentes
sumunt. Sed sciendũ est quia quanto auditores in chari-
tate atqꝫ intellectu proficiũt: tanto sanctis pdicatoribus
maior gratia spũs datur. Unde etiã ꝑus propheta dixis-
set: Assumpsit me spũs: et audiui post me vocẽ cõmotio-
nis magne: post vocẽ cõmotionis magne alarum atqꝫ ro-
tarũ: atqꝫ iterũ cõmotionis magne/ illico subdigit. [Spi-
ritus quoqꝫ eleuauit me et assumpsit me.] Cur qui se as-
sumptũ iam a spũ dixerat: iterum eleuatum et assumptũ
narrat? Sed ad altiora mens predicantiũ proficit: cum
per eos sensus audientiũ ad oipotẽtis dei desideriũ cõ-
mouetur. Qui videlicet pdicatores sancti idcirco profi-
ciunt: vt per eorũ ministeriũ dona gratie in sancta eccle-
sia multiplicentur: sicut de hac eadem sancta ecclesia di-
ctũ est: Riuos eius inebrians multiplica generationes
Ps. lxiiij.
eius: in stillicidijs suis letabitur cũ exorietur. Riui quip-
pe ecclesie sancti pdicatores sunt: qui terram nostri cor-
dis infundunt. Sed cũ inebriantur riui/ generationes ec-
F
clesie multiplicantur: quia cũ vberiorẽ gratiã spũs pdi-
catores accipiũt/ fidelium numerus augetur. Que sancta
ecclesia in suis stillicidijs letatur. In stillicidijs etenim
aqua de tecto in terram vadit/ que de celo ceciderat in te-
ctum. Tectũ vero ecclesie sancti predicatores sunt: qui nos
intercedẽdo et admonitionib' muniẽdo protegunt. Sed
quia illorũ cor diuinitus in pdicatione infunditur: quasi
aqua de celo venit in tectũ. Quia vero nos eorum verbis
irrigamur: quasi aqua de tecto defluit in terram. Sancta
itaqꝫ ecclesia dũ exoritur/ i stillicidijs suis letatur: quia
cũ in fide et bonis operibus nascitur: ea que accepit dõ-
na cõsiderat: et in verbis predicantiũ exultat. Quia ergo
auditoribus ad meliora surgentibus/ eorum quoqꝫ pre-
dicatoribus gratia multiplicatur: propheta dicit. [Spi-
ritus quoqꝫ eleuauit me et assumpsit me.] Inde enĩ pre-
dicator magis ac magis eleuatur et assumitur: vnde au-
ditor ad meliorẽ vitã mutatur. Sed querendũ nobis est
cũ spũs mentẽ non eleuet nisi assumpserit: cur prius ele-
uauit/ et postmodũ dicitur assumpsit? Sed hoc loco as-
sumpsit dictũ est: constanter tenuit. Nam sunt nonnulli
quos eleuat spũs: sed non assumit. Quorum et intellect'
ad spiritalia emicat: sed tamen vita in factis carnalibus
remanẽs/ intellectui non concordat. Balaam nãqꝫ per pro-
Nu. xxiij.
phetie spiritũ eleuatus erat: sed assumptus nõ erat: quia
et veraciter potuit longe post futura prospicere/ et tamẽ
a terrenis desiderijs mentẽ noluit separare. Sed quia pro-
pheta sanctus sciẽtia eleuatus est/ et vita pariter assum-
ptus: qualis in predicationẽ pergat audiamus. [Et
abij amarus in indignatione spũs mei.] Pensate fratres

G charissimi/ in cui dona sancti spūs creuerant: eum amarus abibat/ An omne cor qd idē spūs assumit: amarum in indignatione sui spūs facit/ Unde sciēdū est: quia cui adhuc presens vita dulcis est: etiā si verbum dei loqui videatur: eleuatus et assumptus pdicator non est. Mentē enī quā spūs sanctus replet: in amaritudinē tēporaliū / delectatione eternorū cōmouet. Dulce enī ē esse in rebus hūanis: sed ei qui adhuc de celestib⁹ gaudia nulla gustauit: quia quanto minus eterna intelligit: tanto delectabili⁹ in tēporalibus requiescit. At si quis iam cordis ore gustauerit que sit illa dulcedo celestiū premiorū: q̄ illi hymnidici angelorū chori: que incōprehensibilis visio sancte trinitatis: huic q̄nto illud dulce fit quod intus videt: tanto in amaritudinē vertitur omne qd foris sustinet. Recordatū de his que male egisse se recolit: et sibimetipsi displicet: cum ei ille placere iam ceperit qui ois creauit. Reprehendit se de cogitationibus: insequitur de verbis: et punit flendo de factis. Supernis inhians: terrena iam omnia per mētis despectum calcat. Et q̄diu illud quod desiderat/ adhuc per speciem nō habet: flere dulce habet: seseq̄ continuis lamentis affligere. Et quia necdum se esse in patria ad quam creatus est videt: in huius vite exilio nil ei plus illud q̄ sua amaritudo placet. Dedignatur itaq̄

Eccle. i. subiacere temporalib⁹/ et ardenter suspirat eternis. Unde recte quoq̄ per Salomonem dicitur: Eo q̄ in multa sapientia multa sit indignatio: et qui apponit scientiam/

H apponit dolorē. Celestia et nil cognoscētes/ terrenis animū subdere dedignamur. Et dū plus sapere incipimus de his que male egimus/ nobis ipsis irascimur: et fit i multa sapientia multa indignatio: quia quāto plus proficimus in cognitione: tanto nobis indignamur amplius de peruerso opere. Atq̄ cum scientia dolor crescit: quia q̄nto magis eterna cognoscimus: tanto magis esse nos in hui⁹ exilij miseria dolemus. Uel sicut in translatione alia dicitur: Et qui addit scientiam: addit laborem. Quo enim scire incipimus que sint celestia gaudia/ eo magi vt errorum nostrorum laqueos possimus euadere/ flendo laboramus. In multa ergo sapientia multa est indignatio: q̄ si eterna iam sapimus: concupiscere temporalia dedignamur. Si eterna iam sapimus / nosmetipsos despicimus egisse hoc quod nos potuit ab eternitatis amore separare. Reprehendit semetipsam conscientia: accusat qd egit: dānat per penitentiam quod accusat: fit ira i animo: parturiens pacem cum deo. Sic achab rex iniquus a pphe

iij. re. xxi. ta reprehensus/ cū cōtra se diuinā sententiā audisset/ pertimuit: et magno merore deprehensus est: ita vt propheta suo dñs diceret: Nonne vidisti humiliatū Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa: non inducam

I malū in diebus eius. In quibus dñi verbis pensandum est quomodo et in electis suis meror amaritudinis placeat qui amittere timent dñm: si sic et et reprobi penitentia placuit / qui timebat pdere presens seculū. Aut quō ei grata sit spontanea afflictio pro culpis in eis qui placent: si hec ad tempus placuit et in eis qui displicebant. Sed sciendū quia nullus hec pro amore oipotentis dñi et toto corde agere preualet: nisi is cuius animū spiritus sanctus assumpserit. Nam q̄ñ homo ex sua virtute sufficiat terrena despicere/ celestia amare/ pacē cum deo querere/ secum ritā subire/ in cogitatione semetipsum reprehendere/ et gemitibus punire? Nullus hec agere: nisi quē diuina gr̄a roborauerit valet. Unde et subditur. [Man⁹ enim domini erat mecum/ confortans me.] Ad bona quippe assurgere perfecte nō possumus: nisi nos spūs et preueniendo eleuet: et subsequendo confortet. Sed querendū est cū superius de volumine quod acceperit scriptum sit: [Et factum est in ore meo sicut mel dulce:] qua ratione postmodum dicitur: Abij amarus in indignatione spiritus mei? Mirū quippe valde est: si dulcedo simul et amaritudo conueniāt. Sed iuxta superiorē sensum sciēdum est/ q̄ cū sermo dei in ore cordis dulcis esse ceperit: huic⁹ proculdubio contra semetipsum animus amarescit. Quo enī in illo subtiliter discit qualiter reprehendere se debeat: eo se durius p amaritudinē penitentie castigat. Qui tāto sibi magis displicet/ quanto in sacro volumine amplius de omnipotente deo videt quod amet. Sed quia ad ista proficere sua virtute non valet homo: recte nunc dicitur. Manus dñi erat mecū/ confortans me. Manus enī dñi i sacro eloquio aliquando etiam vnigenitus filius appellatur: quia oia per ipsum facta sunt. Et de cuius ascensione per moysen pater omnipotens loquitur/ dicens. Le-

K uā in celum manū meā. Hec manus que electorū suorum corda confortat/ discipulis dicebat: Sine me nihil pote-

Iosue x. stis facere. In omni ergo quod cogitamus / semper cogitandum est: vt et ipso aspirante cogitemus: et ipso adiuuante faciamus. Qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus in secula seculorum. Amen.

Homilia vndecima.

ET veni ad transmigrationē ad aceruū nouarū frugum/ ad eos q̄ habitabant iuxta flumē chobar: et sedi vbi illi sedebant: et mansi ibi septē diebus/ merens in medio eorum. Cū autem pertransissent septem dies factum est verbum dñi ad me dicens: Fili hois/ speculatorem dedi te domui israel: et audies de ore meo verbum: et annūciabis eis ex me. Si dicente me ad impiū/ morte morieris: nō annūciaueris ei neq̄ locutus fueris vt auertat a via sua impia et viuat: ipse impius i iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requirā. Si autē tu annūciaueris impio: et ille nō fuerit cōuers⁹

L ab impietate sua et a via sua impia: ipse quidē in ipietate sua morietur: tu aūt animam tuam liberasti. Sed et si cōuersus iust⁹ a iustitia sua fuerit: et fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo. Ipse morietur: q̄ non annūciasti ei. In peccato suo morietur: et non erūt in memoria iustitie eius quas fecit: sanguinē vero eius de manu tua requiram. Si aūt tu annūciaueris iusto vt non peccet iustus: et ille non peccauerit: viuens viuet: quia annunciasti ei: et tu animam tuam liberasti.

INter cetera prophetie miracula hoc quoq̄ mirandum habent libri prophetarū: q̄ sicut in eis verba rea/ ita nōnunq̄ verba rebus exponuntur: vt eorū nō solum dicta/ sed etiam res geste prophetie sint. Unde nunc dicitur. [Ueni ad transmigrationē / ad aceruū nouarum frugum/ ad eos q habitabāt iuxta flu-

M men chobar.] Cū causa exigeret vt indicare debuisset q ad transmigrationem veniret: que dicēdi necessitas fuit/ vt per fruges locum quoq̄ exprimeret dicens: Ad aceruum nouar frugū: nisi q̄ sepe p res et loca cause signant? Multi quippe ezechiele prophetante iam captiuitatis anni defluxerāt: atq̄ ex his qui in captiuitatem ducti fuerant/ plures iam in morte carnis obierant: ad quorū filios loqui propheta veniebat. Unde et ei superius dicit: Fili hois: mitto ego te ad filios israel: ad gentes apostatrices: que recesserunt a me. Patres eorum preuaricati sunt pactū meū vsq̄ ad diē hanc: filij dura ceruice et indomabili corde sunt: ad quos ego mitto te. Et quib⁹ q̄ multi fuerant credituri: atq̄ per obedientiam ad fertilitatem boni operis peruenturi: aceruū frugum vocantur. Quia enim bone anime fruges appellātur dei: propheta

Hiere. ij. alius testatur/ dicens: Sancti israel dño primitie frugum eius. Fruges etenī dñi etiā cōuerse ad fidem gētes postmodum facte sunt. Sed quia pri⁹ israel dño credidit: recte huc propheta frugū eius primitias appellauit. Quia ergo ppheta missus nō patrū populo / sed filijs eiusdē populi verba intulit: ad aceruū frugum nouarum venit. Quid vero per chobar fluuiū designetur/ iam diximus. Que nequaq̄ modo repetimus: ne repetēdo fastidiū generemus. Sequitur. [Et sedi vbi illi sedebānt: et mānsi ibi septem diebus merens in medio eorū.] Notandū/ captiuo populo propheta sanctus quāta cōpassione se copulat: eorumq̄ se meroribus consedendo et merendo coniungit: quia radix verbi/ virtus est operis. Et ille sermo ab audientibus libēter accipitur: qui a predicante cum compassione animi profertur. Sic ferrū cū ferro iungitur: li-

B quatur prius: vt postmodū vicissim a semetipso teneat. Si enī prius minime mollescit: postmodū tenere se fortiter nō sufficit. Sic propheta captiuo populo cōsedit/ et merens in medio eorū extitit: vt dum per charitatis gratiā condescēdendo se et molliorē redderet/ et eum statim per verbi fortitudinē teneret. Sin vero israeliticus populus (qui domus exasperans vocatur: quia culpas nec inter flagella cognouit) nullo merore animū deiicit: propheta inter gaudētes merens sedere studuit: vt tacendo ostenderet qd loquendo venerat docere. Et prius ꝙ verba faceret: in hoc qd merens tacuit/ formā verborū sumpsit. Sequitur. [Cum autē pertransissent septē dies: factum est verbū dñi ad me dicens.] In eo ꝙ septem dieb' merēs sedit: et post diem septimū verba dñice iussionis accepit vt loqui debuisset: aperte indicat quia eisdem diebus merens tacuerat. Missus autē ad predicandum fuerat: et tamen septē diebus sedens tacebat. Quid est hoc qd nobis propheta sanctus in hoc suo silentio innuit: nisi quia ille loqui veraciter nouit/ qui prius bene tacere didicerit? Quasi enī quoddā nutrimentum verbi est censura silentij. Et recte per excrescentē quoqꝫ gratiā sermonem accipit: qui ordinate ante ꝑ humilitatē tacet. Hinc enim per salomonē dicitur: Tēpus tacēdi: et tēpus loquendi. (Eccle. iij.) Non enim sit tempus loquendi/ et tēpus tacendi: sed prius tacendi premittit tēpus/ et postmodū subdit loquendi: quia non loquēdo tacere/ sed tacēdo debemus loqui discere. Si ergo propheta sanctus qui missus ad loquendum fuerat/ diu prius tacuit/ vt postmodū recte loqueretur: pensandū nobis est quanta et culpa sit non tacere/ quē nulla cogit necessitas loqui. Sequitur. [Fili hominis/ speculatorē dedi te domui israel.] Notandū ꝙ eum quē dñs ad predicandū mittit: speculatorem esse denunciat. Cui enī aliena cura committitur/ speculator vocatur: vt in mentis altitudine sedeat: atqꝫ vocabulū nominis ex virtute actionis trahat. Non est enim speculator qui in imo ē. Speculator quippe semper in altitudine stat: vt quicqd venturum est: longe prospiciat. Et quisquis populi speculator ponitur: in altū debet stare ꝑ vitā: vt possit ꝓdesse per prouidentiā. Hinc propheta alius speculatorē admonet dicens: Super montē excelsum ascende tu q euāgelizas sion. (Esa. xl.) Ut videlicet qui predicationis locū suscipit: ad altitudinē bone ascēdat actionis. Ad excelsa transeat: et cunctū qui sibi cōmissi sunt opera transcendat: quatenus subiectoꝝ vitā tanto subtilius videat: quanto et terrenis rebus quas despicit/ animū non supponit. C Sꝫ quā dura mihi sunt ista que loquor: quia memetipsum loquēdo ferio: cuius neqꝫ lingua vt dignū est predicationē tenet: neqꝫ inquantū tenere sufficit/ vita sequitur linguam. Qui ociosis verbis sepe implicor: et ab exhortatione atqꝫ edificatione proximorū torpens et negligens cesso. Qui in conspectu dei factus sum mutus et verbosus: mutus in necessarijs: verbosus in ociosis. Sed ecce sermo dei de speculatoris vita/ cōpellit vt loquar. Tacere nō possum: et tamen loquēdo me ferire pertimesco. Dicā: dicā: vt verbi dei gladius etiā per meipsum ad configendū cor proximi transeat. Dicā: dicam: vt etiam contra me sermo dei sonet per me. Ego reum me esse non abnego: torporē meū atqꝫ negligētiā video. Erit fortasse apud pium iudicem impetratio venie/ ipsa cognitio culpe. Et quidē in monasterio positus/ valebā: et ab ociosis linguā restringere/ et in intētione orationis pene cōtinue mentē tenere. At postꝙ cordis humerum sarcine pastorali supposui: colligere se ad semetipsum assidue non potest animus: quia ad multa partitur. Cogor nāqꝫ modo ecclesiarū: modo monasteriorum causas discutere. Sepe singulorū vitas actusqꝫ pensare. Modo quedam ciuium negocia sustinere: modo de irruētibus barbarorū gladijs gemere: et cōmisso gregi insidiātes lupos timere. Modo rerū curā sumere: ne desint subsidia eis quibus discipline regula tenetur. Modo raptores quosdā equanimiter perpeti: modo eis sub studio seruate charitatis obuiare. Cū itaqꝫ ad tot et tanta cogitanda/ scissa ac dilaniata mens ducatur: qn ad semetipsam redeat/ vt totā se in predicatiōe colligat/ et a proferendi verbi ministerio nō recedat? Quia autem necessitate loci sepe viris secularibus iungor: nonnunqꝫ mihi lingue disciplinā relaxo. Nam si in assiduo censure mee vigore me teneo: scio quia ab infirmioribus fugior: eosqꝫ ad hoc quod appeto/ nunqꝫ traho. Unde fit vt eorum sepe et ociosa patienter audiā. Sed quia ipse quoqꝫ infirmus sum/ in ociosis sermonibus paulisper tractus/ libenter ea loqui incipio/ que audire ceperā inuitus. Et vbi iacebat cadere: libet iacere. Quis ergo ego vel qualis speculator sum/ qui nō in mōte operis sto: sed adhuc in valle infirmitatis iaceo? D Potens vero est humani generis creator et redemptor/ indigno mihi et vite altitudinem/ et lingue efficaciā donare: pro cuius amore in eius eloquio nec mihi parco. Esse ergo speculatoris vita et alta debet semper et circūspecta. Ne enim terrenarum rerū amore succūbat/ alta sit: ne occulti hostis iaculis feriat/ ex omni latere circūspecta. Neqꝫ enī speculatori sufficit vt alte viuat: nisi et loquendo assidue ad alta auditores suos pertrahat: eorūqꝫ mentes ad amorē celestis patrie loquēdo succēdat. Sed tunc hec recte agit/ cū lingua ei' ex vita arserit. Nam lucerna que in semetipsam nō ardet: eam rem cui supponitur nō accendit. Hinc enim de Iohanne veritas dicit: (Joh. v.) Ille erat lucerna ardens et lucens. Ardens videlicet per celeste desiderium: lucens per verbū. Ut ergo seruetur veritas predicandi/ tenenda est necesse ē altitudo viuendi. Unde recte quoqꝫ sancte ecclesie sponsi voce in canticis canticoꝝ dicitur: Nasus tuus sicut turris libani. (Can. vij.) Que ergo laus est fratres mei/ vt sponse nasus turri comparetur? Quia per nasum semper odores/ fetoresqꝫ discernimus: quid ꝑ nasum nisi speculatorū discretio designatur? Qui nimirū nasus et sicut turris esse/ et libani dicitur: quia videlicet prepositoꝝ discretio et munita semper debet esse ex circūspectione: et in altitudine vite consistere: ut in valle infirmi operis non iacere. Sicut enim (E) turris in monte idcirco ad speculandum ponitur/ vt hostes qui veniunt/ longius videantur: sic predicatoris vita semper in alto debet fixa permanere: vt more narium discernat fetores vitiorū/ odoresqꝫ virtutum. Incursus malignorū spirituū longe ꝓspiciat: et cōmissas sibi animas per suā prouidētiā cautas reddat. Sequitur. [Et audies ex ore meo verbū: et annūciabis eis ex me.] Ecce iterum monetur propheta ne presumat loqui quod non audierit: sed prius aurē cordis aperiat voci creatoris: et postmodū os sui corporis aperiat auribus plebis. Unde propheta alius dicit: Inclinabo ad similitudinē aurem meā: aperiā in psalterio propositionē meam. (Ps. xlviij.) Qui enim recte predicat: prius (sicut dictū est) aurē cordis locutioni interne inclinat: et postmodū os corporis in propositionē admonitionis aperiat. Sequitur. [Si dicente me ad impium: morte morieris: non annunciaueris neqꝫ locut' fueris/ vt auertatur a via sua impia et viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinē autem eius de manu tua requirā.] In quib' verbis qd nobis notandū est: qd sollicite cogitandū: nisi ꝙ nec subiect' ex culpa prepositi moritur/ nec ꝑpositus sine culpa est/ qn verba vite non audiens/ ex sua culpa morit subiectus? Impio etenī mors debetur. Sed et a speculatore via vite nunciande est: et ei' impietas increpanda. Si vero speculator taceat: ipse impius in iniquitate sua morietur: quia impietatis eius meritum fuit/ vt dignus non esset ad quem speculatoris sermo fieret. F Sed sanguinem eius dñs de manu speculatoris requirit: quia ipse hunc occidit/ qui eum tacēdo morti prodidit. In quibus vtrisqꝫ pensandū est ꝗꝫtum sibi cōnexa sunt peccata subditorū atqꝫ prepositorum: quia vbi subiectus ex sua culpa moritur/ ibi is qui preest/ quia tacuit/ reus mortis tenetur. Pensate ergo fratres charissimi pensate: quia et ꝙ nos digni pastores non sumus: ē tamen ex vestra culpa est/ quibus tales prelati sumus. Et si quando vos ad iniquitatē defluxisse: etiā ex nostro hoc reatu est: ꝙ obsistentes atqꝫ reclamātes in prauis desideriis non habetis. Uobis ergo et nobis parcitis: si a prauo ope cessatis. Uobis et nobis parcimus/ quando hoc quod displicet/ nō tacemus. O ꝙ libera commissorū sibi sanguine fuerat predicator egregius/ qui dicebat: Mundus sum a sanguine omniū. (Act. xx.) Non enī subterfugi: quo minus annūciarē omne consilium dei vobis. Si enī non annūciasset: mundus a sanguine nō esset. Sed quibus omne consiliū dei annūciare studuit: ab eoꝝ sanguine mundus fuit. In qua voce nos conuenimur: nos constringimur: nos reos esse ostendimur: qui sacerdotes vocamur: qui super ea mala que propria habemus: alienas quoqꝫ mortes addimus: quia tot occidimus: quot ad mortem ire quotidie tepidi et tacētes videmus. Cum vero dicitur:

G Sanguinē autē eius de manu tua requirā:si hoc in loco sanguinis noīe mors corporis designatur: valde nobis de nostro silētio augetur met⁹:quia si i subiectis suis is qui prelatus ad speculandum est/et de morte corporis quandoqꝫ moriturí tā grauiter reus tenetur: quo reatu de morte ale subiecti constringitur/que potuisset semper viuere/si verba correctionis audisset. Sed melius possunt sanguinis noīe peccata signari. Unde quidam cum
Psal. pctā carnis desleret:dixit. Libera me de sanguinib⁹ deus: deus salutis mee. Sanguis ergo morientis de manu speculatoris requiritur:quia peccatum subditi culpa esse ppositi si tacuerit reputatur. Est ergo quod faciat: vt etiā moriente subdito se liberum reddat. Surget/ inuigilet/
pũerb. vi. malis actibus cōtradicat sicut scriptū est: Discurre/ festina/ suscita amicū tuum:ne dederis somnum oculis tuis: nec dormitent palpebre tue. Unde hic quoqꝫ addit: [Si autem tu annunciaueris impio/et ille non fuerit conuersus ab impietate sua/et a via sua impia:ipse quidem i impietate sua morietur:tu autem animā tuā liberasti. Tūc enim subiectus moritur sine te: quando in causa mortis contradictorē pertulerit te. Nam morti cui non cōtradicis/ adiungeris. Et notandū que sunt que debeant a speculatore predicari. Nimirum fides et operatio. Nam sic. [Si autē tu annūciaueris impio:et ille nō fuerit conuersus ab impietate sua/et a via sua impia.] Impietas quippe ad infidelitatē pertinet: via vero impia ad prauā actio-
H nem. Et omnis speculator hoc habere debet studij / vt prius ad pietatē fidei/postmodū ad piam viam. i. ad bonam actionem trahat. Sed qꝛ de exhortatione sermo se intulit:innotescere breuiter debem⁹ in ore pastoris quam tus esse debeat ordo:atqꝫ cōsideratio locutionis. Pensare etenī doctor debet quid loquatur:cui loquatur:qñ loquatur: qualiter loquatur:et qūtum loquatur. Si enim vnū horū defuerit:locutio apta nō erit. Scriptum quippe
Leui. ij. est: Si recte offeras:recte autē non diuidas: peccasti. Recte autē offerimus/cū bono studio bonum opus agim⁹. Sed recte nō diuidimus:si habere discretionem in bono opere postponamus. Considerare etenī debemus qd loquamur: vt iuxta Pauli vocē/sermo noster semp in gra-
Col. v. tia sale sit cōditus. Pensandū vero nobis est cui loquamur: qꝛ sepe increpationis verbū qđ hec admittit persona; altera nō admittit. Et sepe ipsa eadem persona fm fa-
ij. Reg. xij. ctū fit altera. Unde Nathan propheta dauid post adulteriū forti increpationis sentētia percussit. Qui cū de raptore ouis diceret: Filius mortis est vir qui fecit hoc: et protinus respōdit dicens. Tu es ille vir. Cui tamen cū de salomonis regno loqueretur:qꝛ culpe defuit/et se humiliter in adoratione prostrauit. In vna ergo eademqꝫ p-
I sona quia causis dispar extitit:etiam sermo propheticus dissimilis fuit. Pensandū quoqꝫ est quando loqui debeamus:quia sepe et si differtur increpatio:postmodū benigne recipitur. Et nōnunqꝫ languescit:si hoc qđ ante pferi
j. Re. xxv. ri debuit:tempus amiserit. Nam et sapiēs mulier nabal ebrium videns / increpare de culpe tenacie noluit:quem digesto vino/increpationis sue verbis viliter percussit. Et propheta adulantiū linguas nō eē in subsequenti tē
ps. xl. pore differendas annūciat:qui ait. Confundantur statim erubescētes:qui dicunt mihi/euge euge. Adulatio etenī si vel ad tēpus patienter suscipitur / augetur: et paulisp demulcet animū:vt a rigore suerectitudinis mollescat i delectatione sermonis. Sed ne crescere debeat/statim est et sine mora feriende. Pensandū quoqꝫ nobis est: qualiter loquamur. Nam sepe verba que hūc ad salutem reuocant alii vulnerāt. Unde Paulus quoqꝫ apls qui Ti-
ad titū. ij. tū admonet dicēs: Argue cū omni imperio: Timotheū
ij. tim. iiij. exhortatur dicens: Argue/obsecra/increpa cum omni patientia et doctrina. Quid est qꝫ vni imperium / et alij patientiā precepit:nisi qꝫ vnū lenioris/alterum vero feruentioris spūs esse cōspexit? Leni per auctoritatem imperij īfūgenda erat seueritas verbi:is autem qui per spm feruebat/per patientiā tēperandus fuerat: ne si plus iusto inferuesceret/nō ad salutē vulnerata reduceret: sed sana vulneraret. Curādū quoqꝫ est:qūtū loquamur:ne si eū q̄ multa ferre nō valet:per verbū vel exhortationis vel increpationis lōgius trahimus:auditorē nostrū ad fastidium pducamus. Unde idem predicator egregius hebreis lo-
Heb. xiiij. quitur dicens. Obsecro vos fratres vt sufferatis verbū solatij. Etenī perpaucis scripsi vobis. Hoc tamen infirmis precipue cōgruit:vt pauca quidē et que preualent ca-
K pere audiant:sed que eorum mentem in penitētie dolorē cōpungant. Nam si eis vno in tempore exhortationis sermo fuerit multipliciter dictus:qꝛ multa retinere non valent:simul amittūt omnia. Unde et medici corporum pēnos quos infirmantibus stomachis ponunt: apto quidē medicamine:sed subtiliter liniunt:ne si repleti nimio medicamine fuerint/infirmitatem stomachi non roborāt & adiuuent/ sed opprimentes grauent. Sciendum tamen quia et si quando modū suum sermo prolixior trāscat:periculosum hoc auditoribus non est. Si autē qualiter q̄d dicatur:et quibus dicatur/nō vigilanter cōspicitur: valde periculosum est. Uerecunde etenī mentes si quas fortasse culpas admiserint:leniter arguende sunt: qꝛ si asperius increpētur:franguntur potius qꝫ erudiuntur. At contra mentes aspere atqꝫ impudentes si increpate leniter fuerint: ad maiores culpas ipsa lenitate prouocantur.
j. Corin. j. Quod bene in eodem egregio predicatore discimus:qui cū corinthios cognosceret pro amore personarū i schismata diuisos:eorū verecundie consulēs/locutionē suā eis
Ibidem. a gratiarum actione et laudibus cepit / dicens: Gratias ago deo meo semper p vobis; in gratia dei que data est vobis in xpo Jesu: quia in oībus diuites facti estis in illo:in omni verbo et in omni sciētia:sicut testimoniū xpi confirmatum est in vobis. Qui adhuc adiungit et dicit. Ita vt nihil desit vobis in vlla gratia/ expectantibus reuelationem dñi nostri Jesu xpi. Queso te paule/si iam nihil deest:cur eis scribēdo fatigaris:cur in longinquo positus loqueris? Pēsemus ergo fratres charissimi quan-
L tum laudat. Ecce eis gratiā dei datam asserit:factos in oībus diuites dicit in omni verbo et in omni sciētia:xpi testimoniū/id est qđ de semetipso moriēdo et resurgēdo testatus est:in eorū vita confirmatū esse perhibet:et nihil eis deesse in vlla gratia testatur. Quis rogo credat quia
Ibidem. paulopost eos corripiat quos ita laudat? Nam post cetera subiungit: Obsecro autem vos fratres per nomen dñi nostri Jesu christi/vt idipsum dicatis oēs:et non sint in vobis schismata. Quod eī potuit tam perfectis tāqꝫ laudabilibus schisma surripere? Significatū et est mihi de vobis fratres mei/ab his qui sunt cloes/quia contentiones inter vos sunt. Hoc autem dico quod vnusquisqꝫ vestrū dicit. Ego quidē sum pauli:ego autē apollo: ego vero cephe:ego autē christi. Ecce quos in omni verbo et in omni sciētia laudauerat:quibus nihil deesse in vlla gratia dixerat:paulisper loquēs ad increpandum leniter venienis:diuisos erga seipsos reprehendit. Et quorū prius salutē narrauerat:postmodū vulnera patefecit. Peritus
M enim medicus vulnus secandum videns/sed egrū timidū esse conspiciēs:diu palpauit/et subito percussit. Prius blanda manu laudes posuit:et postmodū ferrum increpationis fixit. Nisi enī verecunde mentes fuerint palpādo reprehensi:ita vt et ex alijs rebus audiant quod in consolationē sumāt:per increpationem protinus ad desperationē cadūt. Sed nūquid mentitus est paulus: vt prius eis nil deesse in omni gratia diceret quibus postmodum dicturus erat multū deesse? Absit hoc vt quis de illo talia vel despiciēs credat. Sed quia erant inter corinthios quidam omni gratia repleti/et erant quidam in personarū fauoribus elati/cepit a laudibus perfectorum: vt modesta inuectione ad reprehensionē pertingeret infirmorū. Et in hoc quoqꝫ ad medicinā cordis/a medicina corporis vsum trahens. Nam cū feriendū vulnus medicus aspicit:prius ea membra que circa vulnus sana sunt palpat:vt post ad ea que vulnerata sunt/leniter palpando perueniat. Cum ergo paulus perfectos in corinthijs laudat:sana membra iuxta vulnus tengit. Cum vero infirmos de diuisione reprehendit: vulnus in corpore pcussit. Uideamus tamen hunc ipsum qui tanta modestia atqꝫ mansuetudine ad corripiendos corinthios ducitur:qualiter contra galatas qui a fide discesserant erigitur. Nulla enim modestia in exordio inuehendo redarguit. Nā
Gal. j. premissa salutatione sic cepit: Miror qꝛ sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratia christi. Quibus etiam in aperta increpatione post cetera subiungit. O insensati galate/quis vos fascinauit? Mentes etenim dure nisi aperta essent increpatione percusse: nullo modo malum cognoscerent quod egissent. Nam sepe hi q̄ impudētes sunt/tūc se peccasse non sentiūt/qūtum de pctis

que fecerunt/non increpatur. Minores culpas suas estimant: quas minor increpatio castigat. Et quas vehementer obiurgari viderint: maiores esse deprehendunt. Unde necesse est vt semper sermo predicantis cum auditorum debeat qualitate formari: ne aut verecundis aspera: aut impudentibus lenia loquatur. Quid autem mirum si hoc verbi dei erogator faciat/cum et agricola qui semina in terram mittit: prius terre qualitatem preuidet: quibus seminibus apta videatur: et postquam qualitatem terre viderit/tunc semina aspergit? Sed quia de qualitate doctrine locutionem longius traximus: oportet vt ad eum quem cepimus exponendi ordinem redeamus. ¶ Sed et si conuersus iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo. ipse morietur: quia non annunciasti ei. In peccato suo morietur: et non erunt in memoria iustitie eius quas fecit. sanguinem vero eius de manu tua requiram. ¶ Quia iusto qui in peccato cadit: predicator tacuit: eius sanguinis reus tenetur. Et qui sollicitus esse non studuit in predicatione: factus est particeps in damnatione. Sed cum dicitur/In peccato suo morietur: et non erunt in memoria iustitie eius quas fecit: hoc nobis maxime considerandum est quia cum mala committimus: sine causa ad memoriam bona nostra transacta reuocamus: quia in perpetratione malorum/nulla debet esse fiducia bonorum preteritorum. Sed queri potest vtrum iusto postquam ceciderit predicandum sit: an et priusquam cadat? Inuigilare predicator debet ne ad casum veniat procul dubio et priusquam cadat. Nam sequitur. ¶ Si [B] autem tu annunciaueris iusto vt non peccet iustus: et ille non peccauerit/viuens viuet: quia annunciasti ei: tu autem animam tuam liberasti. ¶ Si ergo predicator ideo animam suam liberauit/quia iusto ne peccaret denunciauit: cum iustus ad peccatum predicatore tacente ceciderit: predicator quia tacuit/reus tenetur. Sed quis nostrum rogo ad hec sufficiat: vt non solum peccatores studiose corripiat: sed etiam iustis inuigilet ne cadant? Nos enim infirmitatis nostre conscij: cum iustos viros conspicimus/admonere eos non presumimus: vt iustitie viam teneant: quam quia tenent videmus: et tamen predicatoris est debitum etiam iustos admonere. [Roma. i.] Unde predicator egregius dicebat: Sapientibus et insipientibus debitor sum. In his vero omnibus que de iusto ad iniquitatem peruerso dicta sunt: hoc est laboriosum ad loquendum: hoc valde pertimescendum quod dominus dicit: Ponam offendiculum coram eo. Ait enim: Si conuersus iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo. Nos enim dicimus quia si iniquitatem fecerit/offendit: et verum est omnino quod dicimus. Cur adhuc ei deus omnipotens offendiculum ponet/quem iam impie egisse/et cecidisse per iniquitatem quam perpetrauerat conspicit? Sed districta sunt omnipotentis dei iudicia. Et qui peccatorem diu expectat vt redeat: non redeuntem atque contemnenti ponit adhuc vbi grauius impingat. Peccatum quippe quod per penitentiam citius non deletur/aut peccatum est/aut causa peccati/simul et pena peccati. Omne enim quod prius committitur: peccatum est. Sed si citius penitendo non tergitur: iusto iudicio omnipotens deus obligatam peccatis [C] mentem etiam in culpam alteram permittit cadere: vt qui flendo et corrigendo noluit mundare quod fecit: peccatum incipiat peccato cumulare. Peccatum ergo quod penitentie lamento non diluitur: peccatum simul est et causa peccati: quia ex illo oritur vnde adhuc peccatoris animus altius obligetur. Peccatum vero quod ex peccato sequitur: peccatum simul est et pena peccati: quia crescente cecitate/ex retributione prioris culpe generatur: vt quasi iam quedam sint in peccatore supplicia ipsa incrementa vitiorum. Fit vero nonnunquam vt vnum idemque peccatum et peccatum sit et pena peccati: simul et causa peccati. Ponamus enim ante oculos quempiam rem proximi concupiscere: quam qui aperte non valuit/furto diripuit: sed in furti accusatione positus/se hanc diripuisse iurando denegauit. Huic ergo concupiscentia peccatum fuit et causa peccati: quia per eam peruenit ad rapinam. Ipsum vero furtum quo rem concupitam diripuit: et peccatum ei factum est et pena peccati: quia ex retributione iam non repressi concupiscentie factum est vt veniret ad furtum: et culpa cordis excresceret in opere ex vltione cecitatis. Sed quia furtum periurio tegere curauit: ex peccato rursum peccatum genuit. Furtum ergo quod ex concupiscentia processit/et periurium pertulit: peccatum et pena peccati factum est culpe precedentis: peccatum et causa peccati culpe subsequentis: quia de illa natum/hanc genuit. [D] Quod bene paulus de quibusdam deum intelligentibus/sed non honorantibus insinuat dicens. [Roma. i.] Cum cognouissent deum: non sicut deum glorificauerunt/aut gratias egerunt/sed euanuerunt in cogitationibus suis. Ecce est peccatum et causa peccati. Et quia causa quod sequatur adiungit. Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes/stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis/et volucrum/et quadrupedum/et serpentium. Ecce est peccatum solummodo. Et pena peccati esset si non adhuc ex hoc peccato et aliud sequeretur. Nam post infidelitatem eorum subditur. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum/in immunditiam: vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Quia igitur cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt: ex eo peccato et causa peccati ad hoc quoque perducti sunt/vt ad cultum serpentium et volucrum laberentur. Sed qui per hanc etiam cecitatem vsque ad immunditiam et carnis contumelias ceciderunt: ipsa infidelitatis eorum cecitas precedenti intellectui et peccatum est et pena peccati: subsequenti vero immunditie peccatum factum est et causa peccati. Sed quia de his in libris moralibus diu tractatum est: nobis nunc in eis diutius immorandum non est. Hoc autem nobis cum tremore considerandum est/quod iustus et omnipotens deus cum precedentibus peccatis irascitur: permittit vt ceca mens etiam in alijs labatur. Unde moyses ait: Nondum completa sunt peccata amorreorum. [Gen. xv.] Dauid quoque ait: Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum/vt non intrent in iustitia tua. [Ps. lxviii.] Propheta etiam alius dicit: Maledictum et mendacium/et homicidium/et furtum/et adulterium inundauerunt: et sanguis sanguinem tetigit. [Osee. v.] [E] Sanguis enim sanguinem tangit/qui peccato peccatum addit: vt ante dei oculos adiectis iniquitatibus anima cruentetur. Paulus apostolus ait: Ut impleant peccata sua semper. [i. Thes. ij.] Ioanni quoque per angelum dicitur: Qui nocet/noceat adhuc: et qui in sordibus est/sordescat adhuc. [Apoca. vlt.] Unde nunc etiam dominus dicit: Si conuersus iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo. Ac si aperte dicat: Quia videre penitendo noluit vbi iam impingit: iusto eum iudicio deserens/ponam ei vt et alibi impingat. Quod tamen domini ponere est nequaquam ad peccandum premere: sed nolle a peccato liberare: sicut de pharaone dicitur: Ego indurabo cor eius. [Exodi. vii.] Non enim cor peccantis dominus obdurat: sed obdurare dicitur/cum ab obduratione non liberat. Misericors enim deus tempus nobis ad penitentiam relaxat: sed cum eius gratie patientiam nos ad augmentum vertimus culpe: hoc ipsum tempus quod ad parcendum pie disposuit/districtius ad feriendum vertit: vt quia reuerti quis etiam spatio temporis accepto noluerit: per hoc mala sua ad reatum augeat/per quod ea diluere potuit/si conuerti voluisset. [Roma. ij.] Unde scriptum est: Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit: secundum duritiam autem tuam et cor impenitens: thesaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. De benignitate ergo omnipotentis dei iram sibi in die ire reprobus thesaurizat: quia dum ad penitendum tempus accipitur/et ad peccandum exhibetur: ipsum remedium gratie vertit in augmentum culpe. [F] Unde et omnipotens deus quia collata remedia conspicit ad culpe augmentum trahi: ipsam benignitatem quam contulit/in iudicij districtionem vertit: vt inde post amplius feriat/vnde modo amplius expectat. Et quia homo deserere malum non vult vt viuat: auget vnde moriatur. Sed siue iustus in culpa/siue peccator in morte corruat: speculatori timendum est ne hunc ex suo silentio reatus peccantium pariter inuoluat. Sed interim dum loquor/auertere a memetipso oculos volo: et ecce iterum sermo diuinus me impingit in memetipsum: vt meam negligentiam videam/et mihi dici hec que audio pertimescam. Sicut enim superius dixi: cuius cor in curis innumeris expersum se ad se colligat? Quando etenim possum et ea que circa me sunt sollicite omnia curare: et memetipsum adunato sensu conspicere? Quando possum prauorum nequitias insequendo corrigere: bonorum actus laudando et admonendo custodire: alijs terrorem/atque alijs dulcedinem demonstrare? Quando valeo et de his que sunt necessaria fratribus cogitare: et contra hostiles gladios de vrbis vigilijs sollicitudinem gerere: ne incursione subita ciues pereant prouidere: et inter hec omnia pro animarum custodia plene atque efficaciter verbi

B exhortationis impedere. Loqui etenim de deo/quiete val
de et libere mentis est. Tunc nanqz bene lingua dirigitur in
sermone/cum secure sensus quieuerit in tranquillitate:
quia nec concussa aqua imaginem respicientis reddit: sz
tunc in ea vultus intendentis aspicitur:cum non mouet.
Quam ergo exhortationem vobis speculator vester fra
tres charissimi faciat:quem tot rerum confusio perturbat?
Certe is de quo loquimur propheta reuelatione vltima
templum vidēs:que in eodē templo conspexerit: inter cete
ra narrat dicens. [Terra vsqz ad fenestras: et fenestre clau
i. Cor. iij. se.] Paulus quoqz apostolus dicit. Templum enim dei san
ctum est:quod estis vos. In hoc autē templo fenestre sacer
dotes et speculatores sunt:qui in populo fidelium lumē
sancte predicationis fundunt. Sed cum terra vsqz ad fe
nestras est:fenestre clause sunt:quia cum terrena cogita
tio in sacerdotum cordib9 excrescit/fenestre lumen non fun
dunt:quia sacerdotes ab officio predicationis obmute
scunt. Est et aliud valde in ordine sacerdotum graue: quia
non sicut hi qui vitā quietā ac remotā ducūt: sibi valent
in sua cogitatione pmanere. Hi enim (sicut superius dixi
mus) q a loco regiminis longe sunt: possunt peccatorum
suorum culpas et fletibus lauare:et post fletus in eodē men
i. Regum. i. tis merore persistere:sicut de bona illa muliere scriptum
est/que ad tabernaculum orauerat:et ab intentione sua ani
mum post cōpunctionis gratiā nō mutauit:cū dicit. Vul
tusqz eius non sunt amplius in diuersa mutati. In qua
nobis considerandum est:qz si sic plangit mulier que quere
D bat filium:quō debet plāgere anima que querit deum? Sa
cerdos vero etiam post compunctionē ac lachrymas cogi
tur necessaria quoqz filiorum suorum cognoscere: et ea q
refugit animo/patienter audire: atqz post suspiria cele
stium/quorumlibet carnalium hominum onera portare:et sepe
cum superuenientibus cor in diuersa qualitate transfun
dere. Nam aliquando de lucris spiritalibus gaudet:sed
cum quilibet merens superuenerit: nisi eius merorem in
se susceperit:tribulationi illius cōpatiens non est. Et ali
quādo de damnis animarum luget:et repente superueniunt
qui de quibusdā suis prosperitatibus letātur. Quorum
si letitie sacerdos non congaudet:minus amare creditur
filios in quorum gaudio non exultat. Precipue cum Pau
Rom. xij. lus dicat: Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentib9.
Nihil ergo tam onerosum in ordine sacerdotum video/
qz rigorē mentis cōpatiendo flectere:et cum personis su
peruenientibus animum mutare:et tamen hoc valde est ne
cessarium. Nam quādo ex predicatione eius ad boni ope
ris gratiā peccator reducitur / si ipse predicator videtur
ingratus? Unde per hunc quoqz eundem prophetam in
Exodi extrema parte dicitur. Et sacerdotes qui intrinsecus mi
xxviij. et nistrant:vestibus laneis non vtantur. De quibus subdi
xxix. et tur: Cumqz egredientur atrium exterius ad populum: exu
Leui. xj. ent se vestimenta sua in quibus ministrauerant: et repo
nent ea in gazophylacio sanctuarij. Grossiora quippe ve
I stimenta sunt lanea. Sed cum sacerdos ad sanctum mini
sterium accedit:cum intus per cōpunctionē ingreditur/
subtiliori intellectu necesse est qz ipse quasi lineo vestimen
to vestiatur. Sed cum ad populum foras egreditur: opor
tet vt vestimenta in quibus intrinsec9 ministrauerat/re
ponat:atqz ppło alijs vestibus idutus appareat. Quia si
in compunctionis sue rigore se teneat:si in eo quem ora
tionis tempore habuit merore perduret/exteriorum verba
suscipere non admittat. Et quid grex de necessarijs faci
at:si audire atqz perpendere et hoc quod presens tempus
exigit:pastor recusat? Grossiora ergo vestimenta sacerdos
exiens ante populum induat:vt mentis sue habitum pro
vtilitate filiorum etiam ad terrena tolerāda componat.
Pensate ergo fratres charissimi/qualitas speculatoris la
boris est et ad sublimia cor tendere: et hoc repente ad ima
reuocare: et in sublimitate cogitationis intime extenuare
animum/et propter exteriores causas proximorum (vt ita
dicam) subito in cogitatione crassescere. Non ergo mihi
modo necesse est prophete verba exponere:sed meam co
ram vobis miseriam deflere. Unde peto vt vestra me ora
tio talem faciat:qualis et mihi valeam et vobis prodesse.
Potens est indigno mihi et infirmo ex vestra intercessio
ne ista tribuere:qui ex sua pietate pro nobis dignatus est
i. Cor. i. infirmari. Virtus enim dei est atqz sapientia que nostram
infirmitatem sumpsit: vt ex sua nos infirmitate robora
ret Jesus christus dominus noster. Qui viuit ꝛc.

Homilia duodecima. N

Et facta est super me manus do
mini:et dixit ad me: Surgens
egredere in campum: et ibi lo
quar tecum. Et surgens egressus
sum in campum:et ecce ibi gloria
domini stabat:quasi gloria quam vi
di iuxta fluuium chobar:et cecidi in faciem meā.
Et ingressus est in me spiritus:et statuit me su
per pedes meos:et locutus est mihi:et dixit ad
me. Ingredere:ꝛ includere in medio dom9 tue.
Et tu fili hominis/ecce data sunt super te vin
cula et ligabunt te in eis: et non egredieris de
medio eorum:et linguā tuam adherere faciam
palato tuo:et eris mutus:nec quasi vir obiur
gans:quia domus exasperās est. Cum autē lo
cutus fuero tibi: aperiā os tuum:ꝛ dices ad eos:
Hec dicit dñs deus. Qui audit audiat: et qui
quiescit quiescat:quia domus exasperans est.
Et tu fili hominis/ sume tibi laterem/ꝛ pones
eum corā te:et describes in eo ciuitatē hierusa
lem. Et ordinabis aduersus eam obsidionē / et
edificabis munitiones/ et comportabis agge
rem:et dabis contra eam castra:et pones arie
tes in gyro. Et tu sume tibi sartaginē ferreā:et L
pones eam in murum ferreum inter te et inter ciui
tatē:et obfirmabis faciem tuam ad eam:ꝛ erit
in obsidionem : et circundabis eam. Signum
est domui israel.

Sepulta altitudine historie diuina eloquia aliquā
do ex tempore: aliquando ex loco causas desi
gnant/quas aperto sermone non indicant. Ex
tempore etenim:sicut predicante iudeis dño per euangeli
Joan. x. sta dicitur. Hyems erat. Inter illa enim mysteria que ve
ritas loquebatur/que causa fuit vt nomē hyemis adde
retur:nisi vt per qualitatem tēporis ostēderet frigus cor
dis:quia et cum verba veritatis acciperent: frigida iu
Exo. xix. deorum corda remanebant. Aliquando vero ex loco: sicut
carnali israelitico populo descendente de monte / moysi
Mat. v. lex in campestribus data est:et sanctis apostolis dñs in
monte sedens/summa et spiritalia precepta locutus est:
vt ex locis videlicet mōstraretur: quia et illis tanqz car
nalibus mandata minima dabantur in valle terrarum:et
istis tanqz spiritales et sancti in monte mandata celestia au
dirent:quatenus aperte monstraretur qz ascendentes cor
M de ad celestia / infirma mundi relinquerent:et in mentis
culmine starent. Unde nunc ezechiel propheta quid iubē
te deo in locis egerit describit: vt per locorum qualitatē
indicet quid in posterum de prophete mysterijs sequere
tur. Ecce enim ait: [Facta est super me manus dñi : et di
xit ad me: Surgens egredere in campum:et ibi loquar te
cum.] Quid est hoc qz prius dominus in medio israelita
rum locutus ad prophetā suum fuerat / et tamen postmo
dum dicit / Egredere in campum et ibi loquar tecum: nisi qz
prophetie sue gratiā et prius iudee infundere:et hanc post
modum dignatus est in latitudine gentium demonstrare?
Neqz enim immerito per campum gentilitas designatur:
que longe lateqz. i. in vniuerso mundo distenditur. Ubi et
subditur: [Et surgens egressus sum in campum : et ecce
gloria dñi stabat/quasi gloria quā vidi iuxta flumē cho
bar.] In campo gloriā dñi propheta vidit/quā iuxta flu
men chobar in medio israelitarum viderat:quia ipsa eius
maiestas gentibus apparuit: que prius se electis in iu
daico populo reuelante spū declarauit. Sequitur [Et
cecidi in faciē meā.] Uisa gloria dñi in faciem suam pro
pheta cadit: quia quisquis homo ad intelligenda sublimia
eleuatur:ex contēplatione tamē maiestatis dei / infirmi
tatē sue cōditionis intelligit. Et quasi statum nō habet/
qui se ante dei oculos esse cinerē et puluerē videt. Sequi
tur. [Et ingressus est in me spūs : et statuit me super pe

A des meos. ¶ Cum nos humiliter deo sternimus / cum esse nos puluerē cinerēq; cognoscimus / cū infirmitatē conditionis proprie pensantes / statū rigiditatis et superbie non habemus: omnipotens deus per suū nos spiritū leuat: et super pedes nostros statuit: vt q; humiliter apud nos ex infirmitatis nostre cogitatione iacuimus et iacem⁹: in bono post opere quasi super pedes ex rectitudine stem⁹. Quod cur in campo de propheta agitur: nisi vt specialiter designetur: quia etiam electis gentium spūs sanctus dandus esset: qui eos quos assumeret / et prius a superbie sue statu deijceret: et postmodū super pedes suos / id est super bona opera solidaret: sicut p paulum dicitur: Remissas man⁹ et dissoluta genua erigite: et gressus rectos facite pedibus vestris. Sequitur ¶ Et locutus est mihi: et dixit ad me. Ingredere et includere in medio domus tue. ¶ Quid est q; de medio israelitici populi propheta ad campum educitur: atq; ad domum postea de campo reuocatur: nisi q; pdicationis gratia a iudaico populo ablata / in latitudine gentilitatis aspersa est? Sed tamen quia in fine mundi iudei ad fidem redeunt / quasi ad domum propheta reducitur: vt in suo populo rursus predicatio inhabitet: que modo velut in campo ita diuersis gentib⁹ fulget. Scriptum quippe est: Donec plenitudo gentium subintraret: et sic omnis israel saluus fieret. Quia et per prophetam alterum dicitur: Si fuerit numerus filiorum israel quasi arena maris: reliquie salue fient. Exeat ergo propheta de medio populi ad campum: de campo redeat ad domum: vt predicatio que iudee facta est / egrediatur inter gentes: et repletis fide gentibus / recipiat iudea spiritalis doctrine dona que amisit. Includi autē propheta in medio domus sue precipitur: quia antichristi tempora ab eis gentibus que in infidelitate remanserint / plebs conuersa iudeorum / duris persecutionibus coangustat. Unde scriptum est: Atrium autem quod est extra templū: eijce foras: et ne metiaris illud: qm̄ datum est gentibus: et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. ¶ Et tu fili hominis: ecce data sunt super te vincula: et ligabunt te in eis: et non egredieris in medio eorum: et linguam tuam adherescere faciā palato tuo: et eris mutus: nec quasi vir obiurgās: quia dom⁹ exasperans est. ¶ Que videlicet verba si per typice expositionis ordinem sequimur: propheta in domo sua vincula suscipit et ligatur: quia in extremis cum iudea crediderit / grauissimas antichristi tempore persecutiones sentit: vt predicationes eius / ministri iniquitatis non recipiant: sed resistendo hās vincalis dolorum premant. Et in medio eorum nō egreditur: quia ad corda prauorum pdicatio non peruenit: dum lingua bonorū ligata tribulationibus tacet. Erunt etenim tunc multi ex iudeis infidelibus / qui eosdē ipsos qui ex iudeis crediderint / persequētur. Unde et notandū est q; hic quoq; dicitur: quia in domo sua vincula propheta sustineat: vt videlicet designetur qm̄ ex ipso suo genere iudea cum fidelis fuerit: tribulationē persecutionis portet. Dum enim vnigenitus summi patris incarnatus ac mortuus resurrexisse / atq; ad celos ascēdisse nō creditur: sicut p sacre scripture paginas predicatur: nimirum apud eos propheta ligata erit. Que si ita vt dicta est / in eorū intellectū decurreret: quasi gressus liberos sue predicationis habuisset. Reprobis ergo tunc predicatorū scientia tacere cōpellitur. Unde et hic subditur. ¶ Et linguā tuam adherescere faciā palato tuo: et eris mutus nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. ¶ Sed quia enoch et helia predicante / multi ex his qui tunc ex iudeis in infidelitate remanserint: ad cognitionem veritatis redeūt: sicut de eodē helia dicitur: Helias veniet / et ipse restituet oia: qui vterq; per Zachariam duc oliue: et per ioannem duo candelabra nominatur: recte hic quoq; subiūgitur: ¶ Cum autē locutus fuero tibi / aperiā os tuū: et dices ad eos. Hec dicit dn̄s deus. ¶ Tūc enī velut in extremo os prophete aperitur: cum in predicatione enoch et helie iudeis ad fidē redeūtibus: prophetia sacri eloquij de xpo fuisse cognoscitur. Sed quia hec typice diximus: nunc verba eadē charitati vestre moraliter disseramus. Quid enī est q; exire propheta ad campū iubetur: nisi q; vnusquisq; qui predicat / propter eos quos extra se positos corrigit / atq; ab iniquitate compescit / loquendo ad campum exit: ibiq; gloriā dn̄i videt: Quia tanto largius doctrine gratiam percipit / quanto se in labore pdicationis ex amo

Heb. xij.

Roma. xj.

Osee. v.

B

Apoca. xj.

C

Mat. xvij.

Zach. iiij.

Apoca. xj.

re proximorum tendit. Foras ergo exeundo in altam visionem ducitur: quia vnde in alienis cordibus ignorantie cecitatem ministerio sue locutionis illuminat: inde eum superna gratia in altiorē intelligentiā exaltat. Sed quia semper predicator debet ad mentē recurrere: humilitatē atq; munditiam intrinsecus custodire: post campum necesse est vt ad domū redeat: quatenus in his que dicit / q; lis etiam ipse sit intra conscientiam agnoscat. Si enī aut hoc quod loquitur minime custodit: aut de his que loquitur: temporalem gloriam requirit: loquendo quidē ad campum exit: sed non cogitando semetipsum / ad domum redire contemnit. Accepto etenī spū / in medio domus includimur: quando per eius gratiā ad discutienda mentis nostre secreta reuocamur: et apud seipsum in deo anim⁹ conscatet: non iam p exteriores concupiscentias in appetitu laudis et glorie / cogitationis mobilitate discurrat. De hac domo cordis cuidam sanato per semetipsam veritas dicit: Tolle grabatū tuum / et vade in domum tuā. Per grabatū quippe in quo carnis est requies / ipsa caro signat. Per domum vero conscientie figuratur. Et quia cum mente mortui in vitijs iacem⁹: in carnis delectatione desciimus: infirmi portamur in lecto. Cum vero sanati fuerimus mēte / vt iam pulsantibus carnis vitijs resistamus: necesse est vt et temtationum cōtumelias de nostra carne toleremus. Egro itaq; ad salutem reducto precipitur: Tolle grabatum tuū. i. porta lectū in quo portatus es: quia necesse est vt sanatus quisq; portet contumeliam carnis: in qua prius iacebat egrotus. Quid est ergo dicere: Tolle grabatum tuum / et vade in domum tuam: nisi / porta temtationes carnis in quibus hactenus iacuisti: ac reuertere ad conscientiā tuā / vt videas q; fecisti? Propheta itaq; post campū in domo includi precipitur: vt pdicator post gratiā doctrine quā proximis ministrat / ad cōscientiam redeat: seq; ipsum subtili examinatione discutiat: ne de his que foris predicat: aliquid ipse apud se intrinsecus trāsitorie laudis querat. Unde et per salomonē dicitur: Bibe aquā de cisterna tua: et fluenta putei tui. Diriuentur fontes tui foras: et in plateis aquas diuide. Habeto eas solus: nec sint alieni participes tui. Ualde autem cōtrarie esse videntur que dicit: Diriuētur fontes tui foras: et in plateis aquas diuide: cū protinus adiungit: Habeto eas solus: nec sint alieni participes tui. Quomodo ei aquā scientie solus habere potest: si hanc in plateis diuidit / Quomodo alieni aque eius pticipes non sunt: si fontes illius foras diriuantur? Sed cum predicamus populis: nimirum in plateis aquas diuidimus: quia in auditorum multitudinem scientie verba dispargimus. Cum vero nos adiuuante diuina gratia intrinsecus custodimus: et ne maligni spirit⁹ / qui iure a nobis alieni sunt: quia fortem beatitudinis perdiderunt / nobis in elatione surripiant: sollicitudine cauta circūspicimus: soli habem⁹ aqs / quas in plateis diuidimus / vt nobis in eis alieni participes non sint. Hi nimirum / de quibus scriptum est: Alieni insurrexerūt in me: et fortes quesierunt animā meam. Aquā ergo et in plateis diuidit / et solus habet: qui p hoc qd̄ multis pdicat / se in cogitatione tēporalis glorie non exaltat. Tūc enī possidet homo quod docet: qn̄ se nō gaudet innotescere: sed prodesse. Ex campo ergo propheta ad domū reducitur: vt is qui ex deo loquitur: postq; pro vtilitate proximorū loquendo foras exierit: et humilitate semper ad discutiēda cordis sui secreta reuocetur. Unde et subditur. ¶ Et tu fili hominis / ecce data sunt sup te vincula: et ligabunt te in eis: et non egredieris in medio eorum. ¶ Cum enī predicator quisq; ad conscientiā domus sue reducitur / super eo vincula dantur / et ligatur in eis: quia quāto plus se in cogitatione discusserit: tanto amplius agnoscit iusti anima quantis mortalitatis sue infirmitatibus sit ligata. Nisi enim se ligatum conspiceret paul⁹: minime dixisset: Desiderium habens dissolui / et esse cum christo. Hinc p psalmistā dicit: Ut audiret gemitū vinculatorū: et solueret filios interemptorū. Et rursus. Intret in conspectu tuo gemitus compeditorū. Sepe autē cū iam anima ad redemptoris sui speciē contēplandam exire desiderat / cū celestibus gaudiis interesse suspirat: ipsa mortalitatis sue vincula conspicit et gemit: quibus adhuc in presenti mundo ligata retinetur. Huic est enim qd̄ subtile expositis dei iudiciū intuēs Hieremias ait. Circūedificauit aduersum me vt nō egrediar: aggrauauit

D

Ioā. v. et

Marci. ij.

E

Puer. v.

Psal. liij.

F

Philip. j.

Psal. ci.

Psal. lxxviij.

6 uit compedē meā. Habemus enim compedes / ipsam in-
firmitatē atq; corruptionē mortalitatis nostre: sed cum
tribulatio nobis et gemitus additur: ipse nostre compe-
des aggrauātur. Et quidē q̄diu in hac vita iustus mo-
ras patitur loquēdo bona: prodesse alijs festinat: sed cū
duras mentes conspicit / eas q; considerat cōtentionibus
occupari: predicationis verbū retinet. Et in medio eorū
non egreditur: quia a bonis que loqui poterat / obmute-
scit: sicut per paulū dicitur: Nihil per contentionem. Et
rursus: Si quis vult contētiosus esse: nos talē cōsuetudi-
nē nō habemus. Unde hic quoq; apte subiungitur. [Et
linguā tuam adherescere faciā palato tuo: et eris mut⁹:
nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est.]
Aliquando vero etiā contra resistentiā linguas predicā-
tiū corda zelo sui dn̄s accendit ne taceant: sed dicta falla-
cium verbis veritatis premāt. Unde hic subditur. [Cū
autē locutus fuero tibi: aperies os tuū / et dices ad eos.
Hec dicit dn̄s deus.] Sed hec que breuiter sub duplici i-
tellectu discussimus: placet vt iuxta cōsiderationem hi-
storie leuiter tangendo transeamus. Quid enī nobis am-
plius per ipsa verba historie q̄ virtus obedientie cōmen-
datur: cū modo ad transmigrationem iuxta fluuiū cho-
bar pergere: modo ad campum egredi: ex campo ad do-
mū redire propheta precipitur: vt prius ex iussione per-
gens / et paulopost exiens: atq; iterū domū rediens / et se-
metipsum recludens: semper sue voluntatis arbitrium ad
H diuini eloquij preceptū frangat: quatenus in celesti iussio-
ne suspensus / non suam / sed cōditoris sui voluntatē im-
pleat. Cui dicitur: [Et tu fili hominis / ecce data sunt super
te vincula: et ligabunt te in eis / et non egredieris in me-
dio eorum.] Qua in re notādū est q̄ aduersa propheta p̄-
noscit / vt contra ola paretur. Minus enī mala contra mē-
tem preualent: que inopinata non veniunt: et tamen dum
contraria prenoscuntur: ista fit in eo obedientie virt⁹ ostē-
ditur: qui et cognoscit q̄ aduersa passurus est: et tamē vo-
ci dn̄i ce inobediens non est. Magna enim consideratiōe
indigent verba que protinus adduntur. [Et linguam
tuam adherescere faciam palato tuo: et eris mutus: nec
quasi vir obiurgans: q̄ domus exasperans est.] Discernē-
dū quippe nobis est / vtrū pro solis malis auditorib⁹: an
aliquando etiā pro vitio p̄dicātis / predicationis sermo
subtrahatur. Quatuor enī qualitatibus res hec conside-
rata distinguitur. Nam aliqū propter malos auditores
bonis tollitur sermo doctoribus. Aliqū vero pro bonis
I auditoribus datur sermo doctoribus et malis. Aliquan-
do autē propter docentiū atq; audientiū iustificationē /
bonis doctoribus datur / vt et ipsi per meritū crescant / et
auditores eorū in intellectu et vita proficiant. Aliquādo
vero quia nec hi digni sunt accipere quibus doctrine ser-
mo profertur: nec q; illi doctrine verbū proferre qui locum
docendi tenent: p̄dicationis sermo tollitur / vt vtraq; pa-
districte iudicetur. Propter malos nāq; auditores bo-
nis sermo doctoribus tollitur: sicut nūc ad ezechielem di-
citur. [Linguā tuam adherescere faciam palato tuo: et
eris mutus: nec quasi vir obiurgans: quia dom⁹ exaspe-
rās est.] Et sicut Paulo dicitur: Festina et exi velociter
ex hierusalē: qm̄ nō recipient testimoniū tuū de me. Et sī
cut volentibus apl̄is predicare in asia: scriptum est: quia
Act. xvi. p̄hibuit eos spūs Jesu. Propter bonos auditores etiā
malis doctoribus sermo datur: sicut de phariseis domi-
Matth. xxiij. nus dicit: Omnia quecūq; dixerint vobis / seruate et faci-
te: s̄m vero opera eorū nolite facere. Dicunt enī / et non fa-
ciūt. Propter docentiū quoq; meritū / et audientiū iusti-
ficationē / sermo doctrine tribuitur: sicut suis apl̄is dici-
Mar. xv. tur. Euntes docete oēs gentes. Propter malos vero au-
ditores et indignā vitā eorū qui docere debuerāt / sermo
doctrine subtrahitur: sicut heli ad corrigēdos filios di-
stricte increpationis verbum non habuit: quia et eius ne-
j. Reg. ij. et iiij. et iiij. gligentia / et filiorū exigebat vita / vt cū eis et popul⁹ ca-
deret: et arca dn̄i capta ad allophylos transiret. Magna
enim oīpotentis dei est gratia / cum iniquè agentibus du-
rus a doctoribus sermo increpationis profertur. Quo cō-
tra nūc dicitur: [Et eris mut⁹: nec quasi vir obiurgās.]
Delinquentes etenim obiurgasset / si digni ipsa obiurga-
tionis gratia fuissent. Sed cum in doctrina atq; silentio
sit meritorum tanta diuersitas / vt sciri facile non possit
vtrum ex auditoris / an ex eius vitio qui doctrine locum
videtur tenere / docendi sermo subtrahatur: quid aliud

nobis q̄ seruari semper in rebus dubijs humilitas iube-
K tur: vt qū loqui possumus / nō extollamur: ne fortasse hoc
ipsa locutionis nostre gratia non nobis / sed auditorib⁹
nostris collata sit. Et rursus quando loqui nō possum⁹:
hi qui nobis cōmissi sunt / minime nos dū ducent: ne for-
tasse non ex nostro / sed ex peccato audientium loqui mi-
nime possimus. Ad hoc ergo nobis cuncta de meritis no-
stris incerta sunt: vt vnā certā gratiā teneamus humili-
tatē: quatenus et nos cū loquimur / ex oīpotentis dei do-
no hoc esse vestrū meritū putemus. Et qū a locutiōe do-
ctrine obmutescimus: quia nostra culpa sit / vos tamen
hanc esse vestrā specialiter credatis: vt cum vicissim mala
nobis tribuim⁹ / et bona alijs: per ipsam humilitatis gra-
tiā fiat vt doctrine sermo qui ablatus fuerat / redeat. Se-
quitur. [Cum autē locutus fuero tibi / aperies os tuū / et
loqueris ad eos. Hec dicit dn̄s de⁹. Qui audit / audiat:
et qui quiescit / quiescat: quia domus exasperās est.] Se-
pe quidē verbū dei audire desiderant: sed dū alios con-
spiciunt aurē auertere / etiā ipsi a salutis auditu declinant:
et plerūq; multi quiescere appetunt: atq; cunctis mundi
huius actibus vacare: nullis iam desiderijs terrenis sue-
cumbere: sed dum vident alios inquiete agendo proficere:
atq; in hoc mundo diuitijs et honoribus extolli: qui nec-
dum in via rectitudinis firmi sunt: ad praua opera ex alio-
rum exemplo delabuntur. Hinc est enim q̄ in typo infir-
Ps. lxxij. mantiū psalmista loquens dicebat. Mei autē pene moti
sunt pedes: pene effusi sūt gressus mei: quia zelatus sum
in peccatoribus: pacem peccatorum videns. Dicit itaq; di-
Ps. ix. cit: Dum superbit impius: incenditur pauper. Hinc ad
L Hieremiā prophetā voce dn̄ica de iuda et israel dicitur:
Hier. iij. Nunquid vidisti que fecerit auersatrix israel: Abijt sibi
metipsa super omnem montē excelsum: et sub omne ligna
frōdosum: et fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hec oīa:
ad me conuertere / et non est reuersa. Ubi statim subditur
qualiter ex emulatione eius etiam iuda cecidit: qui stare
videbatur. Ait enim. Et vidit preuaricatrix soror eius iu-
da / quia pro eo q̄ mechata esset auersatrix israel / dimisi-
sem eam: et dedissem ei libellum repudij: et non timuit p̄-
uaricatrix iuda soror eius: sed abijt et fornicata est etiam
ipsa. Ecce misericors deus contēnitur et vocat: auersan-
tibus se / sinum misericordie aperit: quia peccanti dicit:
Ad me conuertere / et tamen non est conuersa. Sed quia
omnipotētem deum plebs israelitica deseruit: reuerti no-
lens libellum repudij accepit. Deseruit videlicet peccan-
do: sed libellū repudij accepit in suis iniquitatibus sine
flagello remanēdo. Anima enī que peccat / recedit. Sed
si eam post peccatū prosperitas sequitur: nulla discipli-
M na: nulla districtiōis increpatio reuocat ad eā indiuisio-
nem quam inter se et dn̄m fecit. Etiā libellū repudij acci-
pit: vt iam velut aliena derelicta faciat mala que vult: ze-
li dei flagella non sentiat: quatenus ad eterna supplicia
p̄fundius descendat. Sed soror eius iuda qm̄ dimissam
israeliticā plebem in suis voluptatibus vidit: ipsa quoq;
in immundities fornicationis exarsit. Quia enim aspexit
adulterā in sua peruersitate florere / etiā ipsa non timuit
deterius peccare: atq; a cōiunctione dn̄i quasi a viri legiti-
mi cubili recedere. Unde necesse est vt peccantes quosq;
tunc cōsideremus amplius miseros: quando eos conspi-
cimus in culpa sua sine flagello derelictos. Hinc enim p
Prouer. j. salomonē dicitur. Auersio paruulorū interficiet eos: et p-
speritas stultorum perdet illos. Qui enim a deo auerti-
tur et prosperatur: tanto perditioni fit proximus / quāto
a zelo disciplinę inuenitur alienus. Dicatur ergo: [Qui
audit / audiat: et qui quiescit / quiescat: quia domus exa-
sperans est.] Ac si aperte diceretur. Uos qui iam et ver-
ba veritatis audire / et a praua cepistis actione quiescere:
nolite illos imitari / quorū me exasperari moribus vi-
detis. Quod tamen intelligere et aliter possumus. Qui-
dam enī verbū audientes nō audiūt: qui aures ad sacrū
eloquiū ponūt: sed cor a mundi desiderijs non euellunt.
Et sunt nōnulli qui quiescētes minime quiescūt: quia a
prauis quidem actibus ociosi sunt corpore: sed peruersi-
tates operum ex delectatione versant in mente. Hinc est
enī quod de iudea ad captiuitatē perueniente scriptū est:
Threń. j. Uiderūt eam hostes: et deriserūt sabbata eius. Hostes
quippe sabbata derident / qū maligni spūs ociose menti
prauas cogitationes inijciunt: vt et si quiescit ab opere:
non quiescat a malorū operum delectatione. Recte ergo

A nunc dicitur: Qui audit/audiat: quatenus sic fiat sermo
in ore corporis/vt sonet in aure cordis. Et qui quiescit/
quiescat: vt prauitatis desideria repellatur a cogitatio:
ne: cum iam repulsa videtur ab opere. Ubi ne malorum
(sicut diximus) exempla sequantur/adiungitur: [Quia
domus exasperans est.] Mali autem et si diu tolerantur:
subito corruunt: et eorum penas infirmi conspiciunt: ne
quorum culpas impunitas existimat/imitetur. Unde hic
quoque eiusdem iudee desolatio subiungitur: que dom⁹
exasperans vocatur: cum protinus prophete suo dñs di
cit. [Et tu fili hois/sume tibi laterem: et pones eum cō
tra te: et describes in eo ciuitatem hierusalem: et ordina:
bis aduersus eā obsidionem: et edificabis munitiones:
et cōportabis aggerem: et dabis cōtra eam castra: et po:
nes arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferreā:
et pone eam murum ferreum inter te et ciuitatem: et ob:
firmabis faciem tuā ad eam: et erit in obsidionem: et cir
cūdabis eam. signum est domui israel.] In quibus ver
verbis quid aliud iuxta historiam/nisi hierosolyme vr:
bis obsessio atque destructio designatur: et peccatoris po
puli afflictio exprimitur? Qui domus exasperās voca:
tur/cum aperte dicitur: [Ordinabis aduersus eam ob:
sidionem: et edificabis munitiones: et cōportabis agge
rem: et dabis cōtra eam castra: et pones arietes in gyro.]
Sed quia verba prophetie sic plerumque narrant historiā/
B vt per hec etiā mystica describant: oportet vt hec eadem
dicta que protulimus historialiter/etiā spiritaliter dis:
seramus: maxime quia in eis interponitur quod teneri
posse ad litteram nō videtur: cum dicitur: [Et tu sume
tibi sartaginem ferream: et pones eam murum ferreum
inter te et ciuitatem: et obfirmabis faciem tuam ad eam:
et erit in obsidionem.] Nisi enim reb⁹ historicis mysti:
ca miscerentur: quid sartago ferrea necessaria prophete
fuit: vt hāc inter se et ciuitatem poneret: quatenus ab ei⁹
obsidione separaret? Cum enim dicitur: Sume tibi sar:
taginem ferream: et pones eam murum ferreum inter te
et ciuitatem: aperte declaratur quia per eādem sartagi:
nem ferream ab obsidione ciuitatis ꝓpheta se liberum
reddat. Unde et quod predixit subiungitur: [Et obfir:
mabis faciem tuam ad eam: et erit in obsidionem.] Ex
qua re ostēditur quia propheta in eadem obsidione non
erit/si sartaginem ferream inter se et ciuitatem murum
ferreum ponit. Et certe siue in ea captiuitate/siue in ea
que postmodum israelitico populo contigit: nullus ab
eiusdem captiuitatis periculo liber fuit: sed oēs simul
par calamitas inuoluit. Quid ergo intelligi iuxta litte
ram potest: vt propheta inter se et ciuitatem que obsiden
da est/sartaginem ferream ponat? Sed quia omne hoc
quod in descriptione lateris sub signo hierosolymorum
ciuitatis legitur/iuxta litteram factum sit: nobis tamē
sciēdum est quia typicum aliquod per sartaginem figu:
ratur: et obsessio hierosolymorum vera describitur. Quare
instruimur vt dum aliud cōpletum iuxta historiam sci:
mus/et aliud iuxta allegorie ratione vacare cogno:
C scimus: quatenus et obsessionem hierosolymorum que
iuxta litteram postmodum facta est: in prophete verbis
et factis credamus esse figuratam: et tamen per eādem
obsidionem/obsidio alia. i. interior designatur. In qua
iure querimus qd per sartaginem ferream que murus
ferreus dicitur/valet designari. Illam itaque obsidionē
qua hierosolymorum ciuitas destructa est/iam factam no
uimus: sed nunc aliam intrinsecus que quotidie agitur
requiramus. De qua per significationem dicitur: [Et tu
fili hois/sume tibi laterem: et pones eum coram te: et de:
scribes in eo ciuitatem hierusalem.] Sed ante nobis in:
quirēdum est cur Ezechiel propheta vel quotiens subli
mia conspicit: vel quotiens agere aliqua mystica iubet:
prius filius hois appellatur? Sepe enim subleuatur ad
celestia/et occultis ac inuisibilibus reb⁹ eius mens pa:
scitur. Necesse ergo est vt inter occulta que penetrat/fi:
lius hois vocetur: vt semper agnoscat quod est: et nunquam
extollatur de his ad que ducitur. Quid est enim ꝓphete
ad spiritalia subleuato semper fili hominis dicere/nisi
ei infirmitatis ꝓprie memoriam facere: vt conscius cō:
ditionis infirme: eleuari in cogitatione non debeat de
magnitudine contēplationis sue. Quia vero idem pro:
pheta (vt supra iam diximus) typum predicantium vel
doctorum tenet/recte ei nunc dicitur: [Sume tibi late:
rem/et pones eum coram te.] Omnis enim doctor cum D
terrenum quempiam auditorem ad celestis verbi doctri:
nam suscipit/laterem assumit. Cui dum loqui ceperit
que sit retributio celestis patrie: que visio pacis sume/
ciuitatem hierusalem describit in latere. Quem corā se
ponit: quia intenta mēte qualitatem audientis conside:
rat. i. profectum vel defectum conspicit: et iuxta eiusdē
intelligentiam/predicationis sue verba moderatur: vt
describi in audientis mente ciuitas hierusalem. i. visio
pacis possit. Dicatur ergo: Sume tibi laterem: vez pro:
ximi cor terrenum. Pones eum coram te: scz vt vitam
atque intellectum illius intenta mente custodias. Et de:
scribes in eo ciuitatem hierusalem: vt ei que sint super
na gaudia de visione pacis innotescas. Quasi enim iam
hierusalem in latere descripta est/cum terrena mens ce:
perit que sint illa interne pacis gaudia vera cognosce:
re: et ad conspiciendam gloriam patrie celestis anhela:
re. Quasi interna visio pacis describitur: quando mens
que prius terrena sapuerat/per amorem iam ad cōtem:
plandam gloriam regni celestis eleuatur. Sed mox vt
animus amare celestia ceperit: mox vt ad visionem pa:
cis intime tota se intētione collegerit: antiquus ille ad:
uersarius qui de celo lapsus est inuidet/et insidiari am
plius incipit: et acriores quam consueuerat tētationes ad:
mouet: vt plerumque sic resistētem animam tentet: sicut an:
te nunquam tentauerat quādo possidebat. Unde scriptum
est: Fili/accedēs ad seruitutem dei: sta in iustitia et timo Eccle.ij.
re: et prepara animam tuam ad tētationem. Unde et de:
moniacus qui a dño sanatur/abeeunte demone discer
pitur: sicut scriptum est: Et clamans et multum discer: Marci.ix.
pens eum/exiit ab eo. Quid est enim quod obsessum hoiem
antiquus hostis quem possessum non discerpserat/dese:
rens discerpsit: nisi quod plerumque dum de corde cepellitur/
acriores in eo tentationes generat/quam prius excitauerit E
quando quietus possidebat? Unde et israelite quoque ad
Moysen et Aaron dicunt: Uideat dñs et iudicet: quo: Exodi.v.
niam fetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone
et seruis ei⁹: et prebuistis ei gladium/vt occideret nos.
In Moyse enim et Aaron lex et prophete figurati sunt.
Et sepe apud se infirmus animus quasi cōtra sacra elo:
quia murmurat: quia postquam verba celestia audire et se:
qui ceperit: regis egypti aduersitas. i. maligni spiritus
tentatio excreuit. Debet ergo vigilāter doctor proficiē:
ti anime que illam tentationes sequatur innotescere: vt
cautam se valeat cōtra maligni spiritus insidias prepa:
rare. Unde bene nunc post descriptam ciuitatem hieru
salem in latere/dicitur prophete. [Et ordinabis aduer:
sus eam obsidionem: et edificabis munitiones/et com:
portabis aggerem.] In qua enim iam pacis visio descri:
bitur/ei necesse est vt tētationum bella nuncientur. Nam
vt valeat ad illa pacis gaudia eterna pertingere: hanc
hic ꝓcul dubio oportet tribulationum certamina mul:
ta sustinere. De qua bene dicit: [Ordinabis aduersus
eam obsidionem.] Predicatores quippe contra erudiē
dam animam obsidionem ordinant: cū premonendo in:
dicant quibus se modis vitia virtutibus opponāt: quo
luxuria castitatem feriat: qualiter ira tranquillitatem
animi perturbet: quantum inepta letitia vigorem mentis
resoluat: qualiter multiloquiū munitionem cordis de: F
struat: quo inuidia charitatem interficiat: quēadmodū
superbia arcem humilitatis effodiat: qualiter fallacia
cum veritatem in sermone corruperit/hanc etiam in co
gitatione corrūpat: vt qui verum dicere noluit quod in:
tellexit/iam nec intelligat quod dicere valeat. Ordina:
tur erga predicatorem obsidio/cum per sancte admoni:
tionis verba singulis quibusque virtutibus/que vel qui:
bus modis vitia insidientur ostenditur. Et contra hie
rusalem quā describit in latere/predicator munitiones
edificat: quando mala quecumque munita contra mentem
veniāt demōstrat: vt sese vitia sub virtutū specie abscon
dāt: quatenus (sicut sepe iam diximus) immoderata ira
iustitia videri appetat: et discipline remissio/mansuetu
do videri velit: et tenacia sese parsimoniam nominet: et
inordinata rerū effusio se beniuolētiam appellet. Quasi
enim edificate contra mentem munitiones sunt: quādo
vitia sub virtutum specie excrescunt/et in alto se osten:
dunt per imaginem: que in imo iacent semper per actio:
nem. Adhuc quoque additur: [Et cōportabis aggerem.]

G Quo enim mens desiderare celestia ceperit: eo in illam maligni spiritus temptationibus suis terrenas amplius cogitationes exaggerant. Propheta ergo aggerem comportat: cum predicator sanctus bonis mentibus qualiter terrena desideria surrepere solent denunciat. Atque adhuc additur: [Et dabis contra eam castra: et pones arietes in gyro.] Quasi dat contra animum doctor castra: quando malignorum spirituum contra eam collectas atque adunatas insidias indicat: vt aliquando non solummodo ex vno/ sed ex coniunctis vitijs simul temptent. Nam sunt quedam vitia quasi per quandam sibi cognationem propinqua: sicut dissolutio spiritus/ appetitus gule/ et immunditia luxurie: sicut multiloquium/ fallacia/ atque periurium. Ex dissolutione quippe spiritus mens ad ingluuiem ventris rapitur. Et dum cibis venter extenditur: ad luxuriam caro trahitur superbiendo captiua. Et rursum ex multiloquio fallacia generatur: quia valde difficile est vt qui multa loquitur/ non etiam mentiatur. Et sepe mendacium etiam periurio tegitur: vt ante humana iudicia veletur. Superbia quoque esse sine inuidia atque inani gloria nullatenus potest. Superbus etenim quisque honorem quem ipse ambit/ alijs inuidet. Et cum hunc fortasse obtinuerit: in elationem glorie temporalis attollitur: atque quod alios conspicit minime percipere potuisse: hoc se per inanem gloriam gaudet pre ceteris habere. Sciendum quoque est quia sepe nonnulla vitia ad mentem non simul veniunt: sed supponuntur/ vt vnum alteri in temptatione succedat. Et aliud contra faciem venit: aliud vero in temptatione se

H ex latere subijcit: quatenus dum alteri resistitur/ ab altero mens decepta capiatur. Ipsa enim que superius diximus vitia/ plerumque se alia pro alijs furtiue supponunt: sicut nonnunquam dum iram vincere in nobismetipsis conamur/ plusquam necesse est lenitas mentem occupat: vt asperitatem peccantibus quam oportet minime proponat. Sepe vero dum nobis inesse incauta lenitas displicet: zelus se in furorem trahit: atque extra patientie limitem animum captiuum rapit. Quia ergo permixta vitia atque adunata contra mentem veniunt: recte in predicatoris ore contra descriptam hierusalem castra opponuntur. Et quia aliquando singula hinc inde sensum feriunt: in gyro arietes ordinantur. Ponit ergo predicator arietes in gyro: dum caute denunciat quod blanda luxuria percutit: quod aspera impatientia occidit: quod laboriosa auaritia accendit et interimit: quod tumida superbia extinguit. In gyro itaque arietes ponere/ est predicando ostendere qui vndique soleant animam mucrones vitiorum ferire. Sequitur: [Et tu sume sartaginem ferream: et pones eam murum ferreum inter te et inter ciuitatem.] Quia ferrum forte metallum est: et in sartagine cibus frigitur: quid per sartaginem ferream/ nisi spiritalis zeli fortis frixura signatur? Mentis quippe spiritalis zelus doctoris animam frigit: quia valde cruciatur dum infirmos quosque eterna deserere/ et rebus temporalibus delectari conspicit. Vnde bene Paulus sartaginem ferream

ij. Cor. xij. sumpserat: cum zelo anime cruciatus dicebat: Quis infirmatur/ et ego non infirmor? quis scandalizatur/ et ego non

I vror? Ipsum suum cor quod anima zelo succenderat: quid aliud quam sartaginem fecerat: in quo amore virtutum contra vitia ardebat? Quod enim vrebatur/ sartago erat. Inardescebat enim et coquebat: quia incendebatur amaritudine: sed virtutum alimenta preparabat ex sua afflicta cogitatione. Sed quid est quod eandem sartaginem propheta inter se et ciuitatem murum ferreum ponit: nisi quod idem fortis zelus quod nunc in mente doctoris agitur: in die extremi iudicij inter eum et animam que a vitijs zelatur/ testis erit? Vt etsi audire id quod docetur noluerit: doctor tamen pro zelo quem exhibet/ de auditoris negligentia reus non sit. Murum ergo ferreum inter se et ciuitatem ponit: quia vltionis tempore inde doctor a damnationis periculo munitur: vnde nunc per zelum custodie cordis frixuram patitur. Nul-

Psalm. lxviij. lum quippe omnipotenti deo tale est sacrificium/ quale est zelus animarum. Hinc enim psalmista ait: Zelus domus tue comedit me. Zelum vero frixura cordis que spiritali zelo agitur/ omnipotentem dominum deum placat/ aperte ostenditur: cum offerri per legem simila in sacrificium iubetur. De qua scri-

Leui. vi. ptum est: In sartagine oleo conspersa frigetur: offeretque eam calidam in odorem suauissimum domino sacerdos qui patri iure successerit: et tota cremabitur in altari. Tunc enim simila in sartagine frigitur/ cum munda mens iusti per zelum sancti amoris crematur. Que conspergi oleo pre-

K cipitur: i. charitati misericordie misceri: que in conspectu omnipotentis domini ardet et lucet. Conspergatur ergo oleo mentis que in sartagine frigitur: quia in sancti zeli districtione necesse est vt ex misericordie virtute et ardeat et clarescat. Amat enim eundem ipsum quem insequi videtur. Vnde et calida in odorem suauissimum domino offerri precipitur: quia si amorem zelus non habet: ea que de sartagine offertur/ calorem simile amisit. Et notandum quis eam offerre precipitur: videlicet sacerdos qui patri iure successerit. Ille enim sacerdos patri iure succedit/ qui esse se omnipotentis domini filium demonstrat moribus: atque a nobilitate intima/ operum suorum ignobilitate non discrepat. Que in altari tota cremari precipitur: vt videlicet holocaustum fiat. Holocaustum enim totum incensum dicimus. Vnde et in translatione altera hoc in loco hec eadem simila que in sartagine frigitur: holocaustum fieri iubetur. Hoc autem inter holocaustum et sacrificium distat: quia omne quidem holocaustum sacrificium est: non omne sacrificium holocaustum. Sunt enim multa bona que aguntur sacrificia/ sed holocaustum non sunt: quia totam mentem in amore spiritali minime incendunt. Qui enim sic operantur ea que dei sunt: vt tamen et quedam que sunt seculi non relinquant: nimirum sacrificium et non holocaustum offerunt. Qui autem cuncta que mundi sunt deserunt: et totam mentem igne diuini amoris

L incendunt: hi nimirum omnipotenti domino sacrificium et holocaustum fiunt. Simila itaque in sartagine/ est munda mens iusti in zeli spiritalis afflictione: que per sollicitudinem animarum frigitur: et non solum sacrificium/ sed etiam holocaustum domino esse deputatur. Sumamus ergo sartaginem ferream/ et ponamus eam murum ferreum inter nos et ciuitatem. i. assumamus zelum fortem: vt inter nos et auditores nostri animam inueniamus hanc postmodum fortem munitionem. Tunc enim hunc murum ferreum inueniri sumus/ si nunc eum fortiter tenemus: videlicet docendo/ custodiendo/ suadendo/ increpando/ mulcendo/ terrendo/ aliquando leniter/ aliquando vero etiam seueriter agendo. De qua seueritate recte subditur: [Et obfirmabis faciem tuam ad eam: et erit in obsidionem.] Quid est obfirmare faciem ab hierusalem in latere descriptam/ nisi vt ei anime cui celestis pacis visionem doctor denunciat: si adhuc eam infirmari in suis actibus conspicit: remissiorem et clementiorem se minime

Eccle. vij. ostendat? Vnde scriptum est: Filie tibi sunt/ serua corpus illarum: et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Infirme quippe anime atque appetitui mundi dedite: aliquando melius ex seueritate seruantur: vt obfirmata facie. i. per seueritatis custodiam ab omni spe friuole remissionis abducta/ inconstantem animam terreat: atque a delectatione vitiorum districtionis vigore constringat. Quod cum a doctore agitur/ semper necesse est vt dulcedo et humilitas in corde teneatur: quatenus et multum amet/ et nunquam contra eum per elationem superbiat: cui tamen amorem suum et humilitatem pro vtilitate eius prodere recusat. Sequi-

M tur: [Et circundabis eam.] Circundat doctor auditoris animam: cum in omne quod in hac vita agitur/ temptationum laqueos apponi posse denunciat: vt dum vbique sit mens pauida: vbique circumspecta: quanto timidior/ tanto vigilantior viuat. Sequitur: [Signum est domui israel.] Si ad historiam obsidionis que iuxta litteram facta est/ signum est domui israel/ quod propheta fecit: si ad mysterium/ quod quotidie erga vniuscuiusque animam a doctore agitur: signum est domui israel et hoc quod egit/ et hoc quod agendum nunciauit: quia sicut domus israel obsidionem corporaliter pertulit: ita vnaqueque anima que iam seruire omnipotenti deo incepit/ obsidentes se insidias malignorum spirituum sentit. A quibus si vere eripi appetit/ scire debet quod eripi sua virtute non possit: sed eius necesse est vt adiutorium speret: qui nos et in carne corruptibili viuentes per redemptionis sue mysterium potest etiam super spiritus qui sunt sine carne roborare/ Iesus christus dominus noster: qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Homiliarum beati Gregorij pape super Ezechielem Liber Primus finit feliciter.

A

¶ Prefatio in secundū librū Homiliarū beati Gregorij super Ezechielem.

Quia multis curis p̄mentibus, Ezechielis ꝓphete librū/ corā charitate vestra totū per ordinē ꝑscrutari nō licuit: bonis vestis desiderijs placuit petere: vt saltem extrema eius visio q̄ et facta est de edificio in mōte cōstituto/ que et dictis est visionib⁹ eius obscurior: exponi debuisset. Et quidē voluntati vestre me parere necesse est: sed duo sunt que hac in re pturbāt animū meū. Vnū q̄ hec eadē visio tāte obscuritatis nebulis tegit: vt vix in ea aliqd intellectu interlucēte videat. Aliud q̄ iam Agilulfum longobardorū regē ad obsidionem nostrā summopere festinātem padū transisse cognouimus. Vñ pensate fratres charissimi: q̄ caliginosis ac mysticis sensibus penetrare qd valeat mēs misera: timoris sui perturbationibus occupata. Quāto enī circa terrena plus satagit: tanto in his que sunt celestia minus videt: pro eo q̄ curis suis extra se ducitur/ et valde intus minor est: q̄ scriptū est: Deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātem. Que enī superiora penetrare etiā collecta non sufficit/ pensate qd agere poterit diuisa. Scimus aūt: scimus oēs q̄ et fluuius q̄ in multis riuis diuiditur a suo alueo siccat. Sed tñ inter hec adest superna grā. Et si mētem meā cogitationū mearū pōdera deprimūt: vestrorū hāc pene desideriorū leuāt. Obscurū quidē valde est opus qd aggredimur: s; ponam⁹ in aīo q̄ nocturnum iter agimus. Restat ḡ vt hoc palpādo carpamus.

Sapie. ix.

B

¶ Homilia .xiij.

In vigesimo quinto anno trāsmigrationis nostre: in exordio anni: decima mēsis: quartodecio āno post q̄ percussa est ciuitas: ipsa hac die facta est super me manus dñi: et adduxit me illuc i visionib⁹ dei. Adduxit me in terrā israel: et dimisit me sup mōtem excelsum nimis: sup quē erat quasi edificium ciuitatis vergētis ad austrum: et introduxit me illuc. Et ecce vir cui⁹ erat species q̄si species eris: et funiculus lineus in manu ei⁹: et calam⁹ mensure i manu ei⁹. Stabat aūt in porta: et locutus est ad me idem vir.

In vigesimo et quinto anno transmigrationis nostre: in exordio anni: decima mēsis: quartodecimo anno postq̄ percussa est ciuitas: ipsa hac die facta est sup me manus dñi: et adduxit me illuc. Dicturus mysticā narrationē/ historicā pmittit: vt fiat ex tpe/ qd credat in reuelatione. Notādum vero q̄ in exordio libri hui⁹ quo anno ꝓphetare ceperit/ indicauit: in fine vero insinuauit qd in extrema visiōe vidit: ita vt cognosci valeat in quot annis ꝓphetie sue librum dixerit. Tempus nāq̄ quo ꝓphetare cepit: in locutionis sue initio posuit/ dicēs: Aperti sunt celi: et vidi visiones dñi: in quinta mensis: ipse est annus quintus trāsmigrationis regis Joachim. Nunc vero loquit/ dicēs: In vicesimo et quinto anno transmigrationis nre. Idem nāq̄ ꝓpheta i captiuitate prima cū Joachim rege fuerat in Babyloniā transductus. Nam de scđa hierosolymorū captiuitate subiungit: Quartodecio anno postq̄ pcussa est ciuitas. Vndecim quippe annis Sedechias post captiuitatem primā/ in qua Ezechiel ꝓpheta cū Joachim rege duct⁹ est/ in hierosolymorū vrbe regnauerat. Post captiuitatē vero eiusdem Sedechie/ q̄ etiā scđa erat vrbis captiuitas: quartodecimo anno ꝓpheta visionē vltimā vidit. Vndecim itaq̄ et quattuordecim simul iūcti/ faciūt viginti et quinq̄. Si igit visionē primā quīto captiuitatis prioris anno locut⁹ est: atq̄ hāc vltimā vicesimo et quinto anno factā fuisse describit: pfecto patet q̄ in viginti annis locutiōis sue moras vsq̄ ad vltimā visiōis sue verba tetēderit. Nec mouere quēpiā debet q̄ in medio ꝓphetie sue volumine cū de babylonico rege loqueret, vicesimi ac septimi anni memoriā facit. Quo i loco cū nihil de tpe sue captiuitatis interserit/ aperte demonstrat q̄ ei⁹ regis tpa describebat: de quo vt ꝓphetaret acceperat. Qd vero ait/ in exordio anni: decima mēsis: tpa simpliciter expmit: vt ex ipso q̄q̄ tpe in corda audientiū iuxta litterā vbi radicē figat: et quos spirituales fruct⁹ postmodū pferat. Notādū vero q̄ ait: Quartodecimo anno postq̄ pcussa est ciuitas ipsa hac die. Quid est enī q̄ p hāc visionē vltimā dispositione culpa die dignatus est ꝓmissionis sue miam facere: qua die in pcussa ciuitate irā iustitie impleuit: nisi q̄ illa diuinitas que vsq̄ in diuersitatis motū et mutabilitatem nō ducit: apa luce iustitie afflictos ac penitētes viuificat/ qua superbiētes ac rigidos percutit? Premisso itaq̄ visionis sue tpe/ subiūgit: Facta est sup me man⁹ dñi: et adduxit me illuc in visionibus dei. Adduxit me in terrā israel: et dimisit me sup mōtē excelsum nimis: super quē erat q̄si edificiū ciuitatis vergētis ad austrū. Cui⁹ vez ciuitatis edificiū accipi iuxta litterā nullatenus pōt. Nam paulopost subdit hoc ipm edificium calamo sex cubitorū et palmo: portā vero eiusdē ciuitatis quattuordecim cubitis mensurat: cui⁹ porte frōtē esse phibet sexagita cubitorū. Que cūcta stare iuxta litterā nullatenus valēt. Quō enī totū simul edificiū calamo .i. sex cubitis et palmo mensurat: et porte edificii in quattuordecim cubitis: frōtes vero portarū in sexaginta cubitis extendūtur? Porta vero in ciuitate est: frōtes vero in portis. Et nulla recipit ratio pmittit/ q̄ minus est hoc qd continetur ab eo qd cōtinet. In scriptura aūt sacra et ea q̄ accipi fm historiā possunt/ plerūq̄ spiritaliter accipiēda sunt: vt et fidē habeat in veritate historie/ et spiritalis intelligētia capiat de mysterijs allegorie. Sicut illud q̄q̄ nouimus qd psalmista ait: Qm̄ videbo celos tuos/ opera digitorū tuorū: lunā et stellas q̄ tu fundasti. Ecce enī exteriori descriptione stat sermo rōnis: q̄ et celi opera dei sunt: et luna ac stelle ab eo create atq̄ fundate sunt. Sed si hoc psalmista iuxta sola exteriora opera/ et non etiā fm intellectū mysticū asserit: q̄ celos opera dei esse ꝓfessus est/ dicturus lunā et stellas: cur nō etiā solē quē scimus q̄ ei⁹ opus est/ pariter enumerauit? Si enī solū iuxta litterā loquebat: dicturus luminare min⁹/ prius luminare maius dicere debuit: vt ante solē/ et post lunam atq̄ stellas fundatas esse phiberet. Sed q̄ iuxta intellectum mysticū loquebat: vt lunā sctām ecctiam/ et stellas hoīes sctōs accipere debem⁹: solem notare noluit: q̄ vere ipsi eterno soli loquebat. De quo scriptū est: Vobis aūt q̄ timetis dñm/ orietur sol iustitie. De quo reprobi i fine dicturi sunt: Sol iustitie non ortus est nobis. Dicēdo ḡ lunam et stellas quas tu fundasti/ et tñ tacēdo solem qui factus est/ indicauit q̄ illi soli locutus est q̄ nō solū solem et lunam atq̄ stellas corporaliter: sed etiā lunā ecctiam atq̄ stellas hoīes sctōs spiritaliter fecit. Si ergo aliqd de historie aperta rōne ducim⁹ ad intellectū allegorie: quāto magis illa spiritaliter accipiēda sunt/ in quibus iuxta rōnem littere nihil historicum sonat? Facta est sup me manus dñi: et adduxit me illuc in visionib⁹ dei: adduxit me in terrā israel. Qd dixerat/ adduxit me illuc hoc replicāds subdidit/ adduxit me in terram israel. Manus quippe in visione est virt⁹ in cōtēplatione. Quib⁹ verbis qd aperte indicat/ nisi q̄ nihil de ciuitate quā viderat/ iuxta litterā dicat? Nam spiritaliter de ea loquitur/ quā spiritaliter cōtēplat. Et dimisit me sup mōtē excelsum nimis. Quem ergo significat mons excelsus/ nisi mediatorē dei et hoīm hoīem xp̄m iesum? Qui de terra quidē/ sed vltra terrā est: q̄ caro eiusdem redēptoris nostri de terris habz materiā: sed i summis preeminet ex ptāte. Quē minus erat vt excelsum diceret: nisi adderet nimis: q̄ non solū homo/ sed eiusdem humanitatis cōceptione que ab eo assumpta est/ deus et homo. Non solum homo vltra hoīes: sed homo etiā super angelos factus. Hinc enī de illo per Esaiam dr: In die illa erit fructus terre sublimis. Creator etenī noster q̄ pro nobis incarnatus est: fructus terre factus est nobis. Sed iam fructus terre sublimis est: q̄ qui homo natus est in terra/ super angelos regnat in celo: q̄ iuxta Dauid et Pauli vocem/ oīa subiecit sub pedib⁹ ei⁹. In eo enī q̄ ei subiecit oīa/ nihil dimisit non subiectum ei. Mons ergo iste

C

Sapie. v.

D

E

Ps. viij.

Mala. iiij.

Sapie. v.

F

Esa. iiij.

Ps. viij.

Heb. ij.

G

est excelsus z nimis: quẽ ẽ de terra est per substantiam humanitatis: incõprehensibilis tamen est ex altitudine diuinitatis. Hic est em̃ q̃ eũdem dñm cũ Esaias ꝓphe ta ꝓspiceret in carne esse venturũ/per ꝓphetie spm̃ subleuatus ait: Et erit in nouissimis dieb⁹ preparat⁹ mõs domus dñi i vertice mõtiũ. Dom⁹ em̃ dñi israeliticus ꝓpls fuit. Mõs itaq; dom⁹ dñi illic appellat⁹ est/q̃ in israelitico ꝓplo incarnari dignat⁹ est. Fuerũt aũt i eod ꝓ populo sancti viri q̃ mõtes iure vocarẽtur: qꝛ per vite meritum ad celestia ꝓpinquauerũt. Sed incarnatus vnigenitus istis mõtib⁹ equalis nõ fuit: qꝛ naturã/vitã/merita oim̃ ex sua diuinitate trãscẽdit. Unde z recte mõs sup verticem montiũ dr̃: qꝛ excelsus ex diuinitate sua inuẽt⁹ est etiã sup cacumina sctõꝝ: vt hi q̃ multũ in deo ꝓfecerãt: ei⁹ vestigia vix potuissent tãgere ex vertice cogitatiõis. Qui ꝙ illic mõs sup verticem mõtium dr̃/ipse hic mons excelsus nimis esse ꝓhibetur. Sequitur: [Super quem erat quasi ciuitatis edificiũ vergẽtis ad austrum.] Notãdum est q̃ non dr̃ sup quẽ erat edificiũ/sed quasi edificium. vt videlicet ostenderet q̃ non de corporalis. ſ; de spiritalis ciuitatis edificio cũcta dicerẽtur. Qui em̃ nõ se edificiũ/ſ; quasi edificiũ vidisse ꝓhibet: cor audiẽtiũ

Ps. cxxi.

ad spiritale fabricã mittit. Sicut per psalmistam dr̃: Hierusalem que edificat⁹ vt ciuitas. Quia eterni illa interne pacis visio ex sctõꝝ ciuiũ cõgregatione cõstruit̃/hierusalem celestis vt ciuitas edificat̃. Que tñ in hac peregrinationis terra dum flagellis percutitur: tribulatiõib⁹ tũditur: ei⁹ lapides quotidie quadrãtur. Et ipsa est ciuitas/sc; sancta eccl̃ia: q̃ regnatura in celo/adhuc laborat i terra.

j. Pet. ij.
j. Cor. iij.

Cui⁹ ciuibus Petrus dicit: Et vos tanq; lapides viui supedificamini. Et Paul⁹ ait: Dei agricultura; dei edificatio estis. Que vez ciuitas habet hic in sctõꝝ morib⁹

B

magnũ iam edificiũ suũ. Sic itaq; hic in sancta ecclesia vnusq̃sq; et portat alterum/et portat̃ ab altero. In edificio q̃ppe lapis lapidẽ portat: qꝛ lapis sup lapidẽ ponit̃. Et q̃ portat alterũ: portatur ab altero. Nam vicissim se ꝓximi tolerãt: vt p eos edificiũ charitatis surgat. Hic

Gala. vj.

em̃ Paulus admonet dicẽs: Inuicẽ onera vr̃a portate: et sic adimplebitis legẽ xp̃i. Cui⁹ legis virtutem denũ

Ro. xiij.

ciãs ait: Plenitudo legis charitas. Si em̃ ego vos portare negligo in morib⁹ meis/et vos me tolerare cõtẽnitis in morib⁹ vr̃is: charitatis edificium inter nos vnde surgit: quos vicaria dilectio p patiẽtiam non coniũgit? In edificio aũt (vt prediximus) lapis qui portat portat̃: qꝛ sicut ego iam mores eoꝝ tolero qui adhuc in cõuersatione boni operis rudes sunt: ita ego quoq; ab illis tolerates sum/q̃ me in timore dñi precesserũt z portauerũt: vt portat⁹ portare discerem. Sed et ipsi quoq; a maioribus suis portati sunt. Lapides ꝟo q̃ in summitate atq; extremitate fabrice ponũtur/ipsi q̃dẽ portãtur ab aliis: sed alios nequaq̃ portãt: quia z hi q in fine ecclesie. i. in extremitate mũdi nascituri sunt/tolerãtur quidẽ a maioribus: vt eoꝝ mores ad bona opera imponantur. Sed cũ non eos sequãtur q̃ per illos ꝓficiãt: nullos sup se fideles fabrice lapides portant. Nũc itaq; alij portantur

I

a nobis: nos ꝟo portati sumus ab aliis. Omne aũt pondus fabrice fundamẽtum portat: qꝛ mores simul oim̃ so

j. Cor. iij.

lus redẽptor noster tolerat. De quo Paulus ait: Fundamẽtum em̃ aliud nemo potest ponere preter id qd̃ positum est: qd̃ est xp̃s iesus. Portat fundamẽtum lapides: et a lapidib⁹ non portat̃: qꝛ redẽptor noster oia nostra tolerat: sed in ipso malum non fuit quod tolerari debuisset. Unde bene nũc dr̃: [Dimisit me sup mõtem excelsum nimis: sup quẽ erat quasi edificium ciuitatis.] Qꝛ mores et culpas nostras solus ille sustinet: q̃ totã sancte ecclesie fabricã portat. Qui per ꝓphete vocẽ de peruersis adhuc

Hiere. vj.

viuẽtibus dicit: Laboraui sustinẽs. Non aũt sustinẽdo dñs laborat: cui⁹ diuinitatis potentiam nulla fatigatio cõtingit: sed ꝟbis humanis loquẽs/ipsam suã circa nos patiẽtiam/laborem vocat. Et notandum q̃ eandem ciuitatem quã ꝓpheta cõspexerat/ad austrum vergẽtem vidit. Auster em̃ vẽtus qꝛ i sancti spũs typo poni solet: hi q̃ in sacro eloquio studiosi sunt/recognoscũt: sicut cõtrario per aquilonem sepe diabolus designatur: qꝛ et ille relaxat in calore/et iste constringit in frigore. Et ve

Matthei xxiiij.

ritas dicit: Abũdabit iniquitas: et refrigescet charitas multoꝝ. Propheta quoq; de iudea asserit dicẽs: Sicut

Hiere. vj.

frigidã facit cisterna aquã: sic frigidã fecit maliciã suã. Hinc em̃ diabolus ꝓpheta eodem attestãte dixisse ꝓhibetur. Sedebo inquit i mõte testamẽti/in laterib⁹ aquilonis. Et qꝛ torporem mẽtis sancti spũs grã relaxat: hic

K

Esa. xiiij.

psalmista ait: Cõuerte dñe captiuitatem nostram/sicut torrẽs in austro. Captiuitas em̃ nostra que torpore frigore ad sequẽdum deũ pigra remanserat: per calorẽ sancti spũs relaxatur/vt currat in amorem dei. Unde z nũc dicitur q̃ ciuitas que in mõte cõstituta est/ad austrum vergit: qꝛ electoꝝ eccl̃ia cogitatiõesq; suas in afflatu sancti spũs aperit: atq; ab omni superbie sue vertice descẽdens/in deo cui credit/amoris calorem cõcipit: vt nihil ei libeat nisi ei⁹ gratie submitti/ei⁹ dilectione calefieri/ei⁹ afflatus semper munere repleri. Unde z valido amore succensus cõtẽplator dicebat: Anima mea exultauit in dño: delectabitur super salutari eius. Qui em̃ latine salutaris/ipse hebraice Iesus dicitur. Propheta igitur qꝛ vias ei⁹ atq; miracula/redẽptionis quoq; nostre mysterium per ꝓphetie spiritum cõtẽplabatur/exultare se in dño/et delectari super Iesu perhibet: qꝛ inde gaudiũ in mẽte conceperat/vnde per amorem fortiter ardebat.

Psalm. cxxv.

Psalm. xxxiiij.

Pensemus itaq; si mentes spiritualium patrum in illo delectate sunt/q̃ necdũ venerat: sed preuidebatur: cuius reatus sit ei⁹ vias/ei⁹ exẽpla/ei⁹ monita postq; venit et redẽptionem exhibuit/non amare. Hec ꝙ ciuitas ad austrum vergere dr̃: ac si aperte diceretur q̃ prior illa ciuitas sc; synagoga/in infidelib⁹ suis ad aquilonem stetit/

L

que in frigore perfidie durauit. Sctã ꝟo eccl̃ia q̃ charitatem fidei concepit/per calorem ad austrum vergit: et quasi calido vento innititur: qꝛ non in sui fiducia/sed in dono spiritalis gratie letatur. Sequitur: [Et introduxit me illuc.] Celestis ciuitatis edificium ille intrat: qui in sancta eccl̃ia bonoꝝ vias imitando considerat. Intrare quippe est edificium sup mõtem: electos sancte ecclesie aspicere. Iste em̃ vitam cõiugio ligatam ducit: proprijs rebus contentus est: aliena non diripit: de suo quicq̃d preualet indigẽtib⁹ largitur: peccata sine quib⁹ quotidiana vita a cõiugatis duci non potest/flere nõ negligit. Pro eo em̃ q̃ ipsa familiaris cura animum cõturbat: sese ad lachrymas excitat. Ille ꝟo iam cũcta q̃ sunt mũdi deseruit: nil ei⁹ habere appetit: solius contẽplationis exercitatione pascitur: spe premioꝝ celestium cũ fletibus letatur: transcendit presentia que haberi cõcessa sunt: quotidianum cum dño habere secretum querit: nulla ei⁹ animum preteritoꝝ mũdi cura perturbat: mẽtem semper in expectatione celestium gaudioꝝ dilatat. Alius ꝟo iam hui⁹ mũdi cũcta deseruit: eiusq; mens in contẽplatione celestium subleuatur: sed tamen pro edificatione multoꝝ locum regiminis tenẽs: qui reb⁹ preteritis: bus ex desiderio nõ succũbit: ad eas aliqñ ꝓpter ꝓximoꝝ cõpassionẽ reflectit̃: vt ex eoꝝ cura indigẽtib⁹ misereat̃. Hũc vite auditorib⁹ predicat: aliis⁹ simul z corporib⁹ necessaria ministrat. Et q̃ ꝓpter se ad celeste desideriũ iã

M

p contẽplationẽ euolat: adhuc tñ ꝓfectu z vtilitate proximoꝝ in reb⁹ tẽporalib⁹ laborat. Quisq̃s ꝙ in sctã eccl̃ia cõsiderare sollicite studet/vt aut i bonoꝝ cõiugatoꝝ vitam/aut in arcẽ cõtinẽtiũ/et oia que sunt hui⁹ mũdi derelinquẽtiũ/aut etiã in p̃dicatoꝝ summitatẽ ꝓficiat; iã ciuitatis in mõte posite edificiũ intrauit. Nam q̃ cõsiderare meliorũ vitã vt ꝓficiat negligit: adhuc extra fabricam stat. Et si honorẽ quẽ iam sancta eccl̃ia in mũdo habet admirat̃: quasi edificiũ foris cõspicit z obstupescit. Et qꝛ exteriorib⁹ solis intẽt⁹ est: intus ingressus nõ est. Sequit̃: [Et ecce vir cui⁹ erat species q̃si species eris.] Ipse signatur i viro/q̃ figurat̃ ex mõte. Uir aũt iste metiri edificium dr̃. Et recte dñs per virũ signatur z montem: qꝛ z ipse oia intra sctãm eccl̃iam iudicãdo disponit: et ipse eãdem sctãm eccl̃iam portat: et portando ad celestia subleuat. Sicut in sancto quoq; euangelio idem redẽptor noster loquit̃/dicẽs: Qui intrat per ostiũ; pastor est

Joan. x.

ouiũ. Et paulopost: Ego sum ostiũ. Atq; iterũ post paucas subiungit: Ego sum pastor bonus. Si igit̃ ipse pastor et ipse ostium/et intrat pastor per ostiũ: cur non hoc loco et ipse mons z ipse vir intelligit̃: qui edificiũ metit̃ in mõte? Sed querẽdum nobis est cur de hoc viro dr̃/cui⁹ species erat quasi species eris? Certi aũt nouimus fratres metallum eris valde esse durabile atq; oimodo sonoꝝ. Quid est ergo q̃ aspect⁹ mediatoris dei z hoim̃ speciei comparatur eris/nisi hoc quod aperte nouimus: qꝛ vni

B genitus filius formam servi accipiens: fragilitatem nostram carnis humane per resurrectionis sue gloriam vertit in eternitatem: quia in eo caro facta est iam sine fine durabilis. (Roma. vi) Resurgens a mortuis iam non moritur: mors ei ultra non dominabitur. Quid est autem quod ipsa eius incarnatio sonoro metallo comparatur: nisi quod per eandem assumptionem humanitatis nostre/insonuit omnibus gloria maiestatis sue? Et qui aspectum eris habet ex corpore: quia deus mundo innotuit ex carne. (Apoc. xix.) Unde et per Ioannem dicitur: Habebat in vestimento et in femore suo scriptum: rex regum et dominus dominantium. Quid enim vestimentum eius est/nisi corpus quod assumpsit ex virgine? Nec tamen aliud eius vestimentum est atque aliud ipse. Nam nostrum quoque vestimentum caro dicitur: sed tamen ipsi nos sumus caro qua vestimur. Hoc autem vestimentum illius longe ante Esaias aspiciens per crucem passionis sanguine cruentatum dixit: (Esa. lxiij.) Quare rubeum est indumentum tuum: et vestimenta tua quasi calcantium in torculari? Cui ipse respondit. (Ibidem.) Torcular calcavi solus: et de gentibus non est vir mecum. Solus enim torcular in quo calcatus est calcavit: quia sua potentia eam quam pertulit passionem vicit. Nam qui usque ad mortem crucis passus est/de morte cum gloria surrexit. Bene autem dicitur: Et de gentibus non est vir mecum: quia hi pro quibus pati venerat/passionis eius esse participes debuerant: qui pro eo quod illo tempore necdum crediderant: de ipsis in passione queritur/quorum vitam in illa passione querebatur. Per femur enim propagatio carnis est. Quia ergo per propaginem generis humani (sicut generationum ordines Mattheo vel Luca narrantibus describuntur) (Matt. i. et Luce. iij.) in hoc mundo venit ex virgine: et per incarnationis sue mysterium quia rex esset et dominus cunctis gentibus indicavit: B in vestimento et femore scriptum habuit: Rex regum et dominus dominantium. Unde enim in mundo innotuit: ibi de se lectionis scriptam infixit. Predicatio ergo eius ex carne: quasi quidam sonitus ex ere est. Dicatur igitur recte: Cuius species quasi species eris. Sequitur: [Et funiculus lineus in manu eius.] In septuaginta interpretibus funiculus lineus non habetur, sed funiculus cementariorum. Quorum si in hoc verbum translationem ad exponendum tenemus: quid aliud cementarios quam sanctos doctores accipimus: qui loquendo spiritalia/ad celeste edificium vivos lapides, id est electorum animas componunt? Quicquid enim antiqui patres: quicquid prophete: quicquid apostoli: quicquid apostolorum successores locuti sunt: quid aliud fuit quam compositio lapidum in hac que quotidie construitur fabrica sanctorum? In funiculo autem cementarii hoc agi solet, ut cognosci equalitas vel rectitudo surgentis parietis debeat: ut si lapis intus est/foras eiiciatur: si exterius prominet/interius revocatur. Et certe quotidie hoc agit predicatio doctorum: ut unusquisque qui a cui regiminis onera suscipere fortasse non expedit: etiam si foris apparere appetat/interius revocetur. Et rursum qui latere vult, et sui tantummodo curam gerere: si sibi ac multis esse utilis potest: etiam cum latere desiderat/exterius producatur ut appareat. Sicque fit ut sanctorum lapidum ordo teneatur: dum sepe et volens ad honorem venire/repellitur: et honorem fugiens/in sacri ordinis arce sublevatur. C Sed quia ut per interpretem nostrum didicimus/hebreorum historia non habet cementariorum: sed funiculus lineus in manu eius: hoc quod apud nos certius habetur/exponere debemus. Scimus autem quod funiculus lineus subtilior est quam funiculi fiant aliunde. Et quid in funiculo lineo nisi subtiliorem predicationem, id est spiritalem debemus accipere? Censura etenim legis/funiculus fuit: sed lineus non fuit: quia iudeum populum non subtili predicatione coercuit: in quo per penitentiam non peccata cogitationis sed operis resecavit. At postquam per semetipsum dominus etiam cogitationes hominum predicando religavit: et perfectum esse peccatum etiam in corde innotuit/funiculum lineum in manu tenuit. Ait enim. Audistis (Exo. xx.) quia dictum est antiquis/non mechaberis: ego autem dico vobis (Matth. v.) quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam/iam mechatus est eam in corde suo. Funiculus ergo lineus predicatio est subtilis: que mentem audientis ligat: ne se vel in misera cogitatione dissolvat. Et notandum quod dicitur quia et funiculus in manu est, id est predicatio in operatione. Ipse enim ostendit omne quod docuit: sicut scriptum est: Que cepit Iesus facere et docere. (Actuum. i.) Et qui ipsa que dixit/etiam scripture tradidit/ut posteris mandaretur: recte subiungitur: [Et calamus mensure in manu eius.] De sancta ecclesia per prophetam aliud dominus pollicetur/dicens: (Esa. xxxv.) Orietur in ea viror calami et iunci. Quod in loco alio exposuisse me memini: ut per calamum scriptores/per iuncum vero debeant auditores intelligi. D Sed quia ad humorem aque et iuncus et calamus nasci solet: et ex una eademque aqua utraque proficiunt: et calamus quidem ad scribendum assumitur: cum iunco vero scribi non potest: quid in iunco et calamo accipere debemus/nisi quod una est doctrina veritatis/que multos auditores irrigat? Sed irrigati alii ad hoc usque proficiunt in verbo dei: ut etiam scriptores fiant: videlicet calami. Alii vero verbum vite audiunt/bone spei et rectorum operum viriditatem tenent: sed tamen ad scribendum proficere nullatenus possunt. Hi quid in aqua dei/nisi quidam ut ita dixerim iunci sunt? Qui quidem virides crescendo proficiunt: sed litteras exprimere nequaquam possunt. Redemptor noster quia verba que dixit/etiam per doctorum studium scribi largitus est: in manu calamum tenuit. Qui calamus mensure dicitur/quia in ipsa doctorum studia sub quadam occulti iudicii dispensatione detinentur: ut et aliis legentibus prosint: et aliis legentibus prodesse non possint. Unde sancti apostoli cum magistrum veritatis sibi apertius loquentem requirerent/cur turbis in parabolis loqueretur/audierunt: (Mat. xiij et mar. iiij) Quia vobis datum est nosse mysterium regni celorum: illis autem non. Vel certe calamus mensure est: quia in ipso sacro eius eloquio quod nobis conscriptum est/occultas esse dispensationes eius agnoscimus. Nam per incomprehensibile eius iudicium/et alter intra mensuram electorum mittitur/et alter foras relinquitur: ut nullo modo ad electorum numerum pertinere mereatur. Habet ergo funiculum: habet in manu calamum mensure. Qui enim funiculo locum metitur, alibi funiculum trahit/aliunde retrahit: et huc ducit quem aliunde subducit. E Sic nimirum sic redemptor noster in collectione hominum facit: dum alios a suis iniquitatibus educit/alios in sua iniquitate derelinquit. In his enim quos colligere dignatus est: occulte mensure funiculum traxit: et ab his quos relinquendos esse iudicavit/quid aliud nisi funiculum retraxit? Ut et boni intra mensuram celestis fabrice teneantur/et mali extra fabricam. In quibus bona que estimantur non sunt: quasi sine mensura remanent. Hunc funiculum et mensure calamum in manu sua redemptor noster tenuit: cum Paulum apostolum per apparentem virum macedonem admonere dignatus est: ita ut idem macedo vir diceret: (Act. xvj.) Transiens adiuva nos. Et cum volentibus apostolis ad predicandum ire in asiam/non permisit spiritus Iesu. Quid est quod sancti apostoli et ibi vocabantur ire: ubi fortasse pergere non cogitabant: et illuc ubi desiderabant pergere prohibebantur: nisi quia occulti iudicii funiculus et mensure calamus tenetur in manu: ut et alii verba vite audiant/et alii audire nullatenus mereantur? Funiculus ergo mensure est: qui alio tractus est/aliunde retractus. Sancto quoque euangelio testante didicimus quod venit quidam dicens: (Mat. viij.) Magister/sequar te quocunque ieris. Cui responsum est: Vulpes foveas habent/et volucres celi nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. (Ibidem.) Venit alter qui diceret: Magister/sine me primum ire et sepelire patrem meum. Cui dicitur: Sine mortuos sepelire mortuos suos: tu autem me sequere: et annuncia regnum dei. Quid est quod ille promittit se ire/et deseritur: iste domum vult redire/et tamen ut sequi debeat iubetur? Ille non suscipitur: iste nec ad hore momentum ab obsequio relaxatur. F Interno ergo occultoque iudicio/funiculus et mensure calamus ducitur: in quo et iste trahitur/et ille relinquitur: ut celestis fabrica non sine pio et iusto examine construatur. Potest etiam calamus mensure scriptura sacra pro eo intelligi/quod quisquis hanc legit: in ea semetipsum metitur vel quantum in spiritali virtute profecit: vel quantum a bonis que precepta sunt longe deficiens remansit: quantum iam assurgat ad bona facienda: quantum adhuc in pravis actibus prostratus iaceat. Sequitur: [Stabat autem in porta.] Quisquis in porta stat: ex quadam parte intus est/ex quadam vero foris: quia aliud eius foris aspicitur/aliud intus absconditur. Redemptor itaque noster pro bonis misericorditer incarnatus/ante humanos oculos quasi in porta stetit: quia et per humanitatem visibilis apparuit: et sese invisibilem per divinitatem servavit. Hinc enim iudei qui hunc ex prophetarum promissione sustinuerant: pro dicte sue confusione turbati sunt: quia eum quem ad ereptionem suam venire crediderant/mortalem videbant. Qui igitur in porta stat (sicut superius dictum est) ex quadam parte foris: ex quadam vero parte intus videtur. Unde nec ipsa iudeorum perfidia sine divine virtutis ostensione est derelicta. Nam miracula eius videntes trahebantur ut crederent: sed rursum passiones illius perpendentes dedignabantur

G deum credere/quē carne mortalem videbāt. vñ factū est vt de eiꝰ cogitatiōe dubitarēt. Videbāt eni esurientem/sitientem/comedentem, bibentem/lassescentem/dormientem: et purum hunc hoiem esse estimabāt. Videbāt mortuos suscitantem/leprosos mūdantem/cecos illuminantem/demonia eijcientem: et esse hūc vltra hoies sentiebāt. Sed ipsa eiꝰ miracula i coꝝ corde cogitata/humanitas pturbabat. Unde sancta ecclesia sub sponse voce hūc aperte

Canti. ij. iam videre desiderās/ait: En ipse stat post parietem nostrum. Qui eni humanis oculis hoc qđ de mortali natura assūpsit/ostēdit: et in seipso inuisibilis pmansit: in aperto se videre querētibꝰ/quasi post parietem stetit: qr videndum se manifesta maiestate non prebuit. Quasi eni post parietem stetit/q humanitatis naturā quā assūpsit/ostēdit: et diuinitatis naturam humanis oculis occultauit.

Ibidem. Unde ⁊ illic subditur: Respiciēs per fenestrā/pspiciēs per cācellos. Quisq3 eni per fenestras vel per cancellos respicit: nec totus latet: nec totus videt. Sic nimirū redēptor noster ante dubitātium oculos factꝰ est: qr si miracula faciēs nil pertulisset vt homo/plene eis apparuisset deꝰ: et rursum humana patiēs/si nulla fecisset vt deꝰ: purus putaretur homo. Sed qr et diuina fecit/et humana ptulit: quasi per fenestras vel per cancellos ad hoies pspexit: vt deꝰ et appareret ex miraculis: et lateret ex passionibus: et homo cerneretur ex passionibus: sed tamen esse vltra hoiem ex miraculis agnosceretur. Sed qr vir iste stare in porta dr: querēdum nobis est virū facie interius steterit: Qua in re si ea que sunt premissa ⁊ subiuncta cōspicimus: citius qualiter steterit inuenimus. Prius

H eni dr: Erat quasi edificium ciuitatis vergētis ad austrum: et introduxit me illuc. Et paulopost de eodē viro subditur: Stabat aūt in porta. Statimq3 subiungitur: Et locutꝰ est ad me idem vir. Qui eni introducto pphete in edificium/stans in porta locutꝰ est: pfecto cōstat: qr facie interius/⁊ tergo exteriꝰ stetit. Sed introductus pphete cui vir stans in porta locutꝰ est: proculdubio faciem ad portā tenebat/vnde vba loquētis audiebat. Quid est ergo q vir interiꝰ aspicit: pphete foris: Quid est q eiusdem viri facies ad edificium/pphete vo oculi ad portam sunt: nisi q vnigenitus patris idcirco incarnatus est: vt nos ad spiritale edificium .i. ad sancte ecclesie fidem introduceret: Cuiꝰ oculi edificium suum semper aspiciūt: qr qntum quisq3 in virtutibꝰ pficiat: indesinenter attendūt. Propheta vo ad portā respicit: qr qui vba dei audit/semper oculos cordis ponere ad exitum debet: et sine cessatione meditari quādo a presenti vita exeat: atq3 ad eterna gaudia pueniat. Propter hoc qppe incarnatꝰ est deus/vt nos introduceret ad fidem/et educat ad speciē visionis sue. Unde ipse in sancto euan-

Joan. x. gelio loquit/dicēs: Per me si qs introierit/saluabitur: et ingredietur ⁊ egredietur/et pascua inueniet. Ingredietur vc3 ad fidem: egredietur aūt ad speciem: pascua vo inueniet in eterna satietate. Hinc etiā psalmista ait:

Ps. cxx. Dñs custodiat introitum tuum ⁊ exitum tuū. Custodit eni dñs vniuscuiusq3 hic introitū quo intrat ad fidem:

I exitum quoq3 quo exit ad speciē: vt neq3 intrās ecclam erroribꝰ supplātetur: neq3 ab hac temporali ad eternam exiēs/ab antiquo hoste rapiatur. Propter hūc vo egressum nostrum quē quotidie debemꝰ mēte meditari: apls

Heb. xiij. de redēptore nostro loquit/dicens: Ut sanctificaret per suum sanguinem populum/extra portā passus est. Exeamus igit ad eū extra castra/improperiū eius portātes.

Ibidem. Non eni hic habemꝰ manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Vir itaq3 qui apparuit/in porta stetit: atq3 ita locutꝰ est: qr mediator dei ⁊ hoim xps Jesus in ipso quoq3 passionis sue tēpore/precepta vite discipulis dedit: vt hi qui in eū credunt/ad portam semper respiciāt: et passionem eiꝰ sollicita cōsideratione pensantes/a suo quoq3 exitu/cordis oculos non auertāt. Nos quoq3 cū iam claustra carnis despicere/mortalitatis nostre angustias per immortalitatis desiderium transire/ad superne lucis libertatem tendere/ad celestis patrie gaudia anhelare cepimus: ad portam oculos tenemus: qr dum a sacramētis temporalibꝰ transire ad eterna cupimus: quasi iam presenti vite terga dedimꝰ/et cordis faciem

Sapie. ix. in desiderio nostri exitus habemꝰ. Scriptum qppe est. Corpus quod corrūpitur/aggrauat aīam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātem. Si itaq3

K per contēplationem iam mētem extra carnis angustias tendimus: adhuc tñ in sacramentis que cognouimus/ipse carnali angustia intra portam tenemꝰ. Sepe nāq3 animus ita in diuina cōtēplatione suspenditur/vt iam se pcipere de eterna illa libertate quā oculus non vidit:

Esa. lxiiij. j. Cor. ij. nec auris audiuit: aliquid per quādam imaginem letet. Sed cū reuerberatus pōdere mortalitatis/ad ima relabitur: quibusdam pene sue vinculis ligatꝰ tenetur. Porte igitur intēdit/qui vere libertatis sue gaudia conspicit: iamq3 exire cōcupiscit/sed adhuc non valet. Hinc est

Exodi xxxiij. ergo q hebraicus populus de egypti seruitute liberatꝰ/cū loquēte deo columnam nubis cerneret/vnusquisq3 in tabernaculi sui foribus stabat ⁊ orabat. De quibus paulo

Ibidem. superius dr: Cum egrederetur Moyses ad tabernaculum/surgebat vniuersa plebs: et stabat vnusquisq3 in ostio papilionis sui. Ibi etenim stamus/vbi mētis oculos figi-

iij. Regū. xvij. mus. Unde Helias ait: Uiuit dñs/in cuiꝰ cōspectu sto. Ibi vtiq3 stabat vbi cor figeret. Quid est aūt populum columnam nubis aspicere/et in tabernaculi sui foribꝰ stare atq3 orare: nisi q humana mens cū superiora illa atq3 celestia vtcūq3 in enigmate cōspicit/iam claustra habitationis corporee per subleuatam cogitationē exit: atq3 illum humiliter adorat/cuiꝰ etsi videre substātiam non valet: iam tñ eius potētiam per illuminationem spiritꝰ miratur: Et cum Moyses tabernaculum ingredit/eiꝰ terga populꝰ aspicit: et in papilionum suoꝝ ostijs consi-

L stit: qr cum sanctus quisq3 predicator alta de deo loquitur/superne habitationis iam vtcūq3 tabernaculum ingreditur. Cuius predicationis infirmi quiq3 etsi virtutem plene pensare non possunt: tñ velut terga aspiciunt: quia postrema que preualēt/per intellectum sequūtur. Sed in ipsis quoq3 que minus capere sufficiunt/iam de suis papilionibꝰ quasi exeūt/atq3 in ostijs stant: qr et habitacula carnis relinquere: et ad illa eterne vite gaudia

iij. Re. xix. que audiūt/pgredi conātur. Hinc est etiā q Helias cū vocem dñi secū loquētis audiret/in spelūce sue ostio stetisse describitur/et faciem velasse: qr cū per cōtēplatiōis gratiam vox superne intelligētie fit i mēte: totus homo iam intra speluncam non est: qr aīam carnis cura non possidet: sed stat i ostio: quia mortalitatis angustias exire meditatur. Sed iam qui in ostio spelunce cōsistit: et verba dei in aure cordis percipit: necesse est vt faciem velet: quia dum per supernam gratiam ad altiora intelligēda ducimur: qnto subtiliꝰ leuamur/tanto semper ad humilitatem nosmetipsos intellectu nostro premere debemus:

Rom. xij. ne conemur plus sapere q̄ oportet sapere/sed sapere ad sobrietatem: ne dū inuisibilia discutimus/aberremus: ne in illa natura incorporea corporei luminis aliquid queramꝰ. Aurem eni intēdere ⁊ faciem operire/est vocē interioris substātie audire p mētem: et tñ ab omni specie corporea oculos cordis auertere: ne qđ sibi in illa corporale animus fingat: que vbiq3 tota/et vbiq3 incircūscripta est. Nos itaq3 fratres charissimi q iam per re-

M dēptoris nostri mortē ac resurrectionem/atq3 ad celos ascensionem/gaudia eterna didicimus: q in testimonio diuinitatis eiꝰ apparuisse exteriꝰ ciues nostros angelos illius scimus: cōcupiscamus regem: desideremus ciues quos cognouimꝰ: atq3 in hoc sancte ecclesie edificio stantes/oculos in porta teneamus: demus terga mētis huic corruptioni vite temporalis: intēdamus cordis faciem ad celestis patrie libertatē. Sed ecce adhuc multa sunt que nos de cura vite corruptibilis premūt. Quia g perfecte exire non possumus: saltem in spelūce nostre ostio stemus: exituri qnq3 prospere per gratiam redēptoris nostri: Qui viuit ⁊ regnat cum patre in vnitate spūs sancti: Per omnia secula seculorum. Amen.

Homilia. xiiij.

Fili hominis: vide oculis tuis: et auribꝰ tuis audi: et pone cor tuum in oia que ego ostendam tibi: quia vt ostendantur tibi/adductus es huc. Annūcia oia que tu vides domui israel. Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndiq3: et in manu viri calamus mensure sex cubitoꝝ et palmo. Et mensus est latitudinem edifi

A

eij calamo vno:altitudinẽ quoq₃ calamo vno.

NE quidã me fortassis tacita cogitatione reprehẽdant:qui ezechielis prophete tã profunda mysteria a magnis expositoribus intentata discutere presumo:qua mente id faciã agnoscant. Non enĩ hoc temeritate aggredior/sed humilitate. Scio enĩ quia plerũq₃ multa in sacro eloquio que solus intelligere non potui:corã fratribus meis positus intellexi. Ex quo intellectu et hoc quoq₃ intelligere studui:vt scirem ex quorum mihi merito intellectus daretur. Patet enĩ quia hoc mihi pro illis datur:quibus mihi presentibus datur. Ex qua re largiẽte deo agitur vt sensus crescat/ et elatio decrescat/dum propter vos disco qđ inter vos doceo. Quia verũ fateor:plerũq₃ vobiscũ audio qđ dico. Quicquid ergo in hoc propheta minus intellexero/ mee cecitatis est:si quid intelligere apte potuero:ex diuino munere vestre venerationis. Sepe enĩ per omnipotentis dñi gratiã in eius eloquio quedã intelliguntur melius cũ sermo dei secretius legitur: atq₃ animus culparũ suarum conscius/dũ recognoscit quod audierit:doloris se iaculo percutit:et cõpunctionis gladio transfigit:vt nihil ei nisi flere libeat/ et fluctes fletuũ maculas lauare. Inter que etiam aliqñ ad sublimiora contẽplanda rapitur:et in eorũ desiderio suaui fletu cruciatur. Dolet sese

B

hic esse anima/vbi adhuc prostrata p infirmitatẽ iacet: atq₃ illic adhuc nõ esse/vbi illuminata fortiter vigeat:et iam mẽtis oculũ ad mortalitatis tenebras nõ reducat. Hinc itaq₃ hic ardor nascitur in mẽte:luctus oritur ex ardore. Et quia inherere celestibus necdũ valet: feruore suo in lachrymis fessa requiescit. Sed aliud est cũ de vnius profectu res agitur:aliud est de edificatiõe multorũ. Ea itaq₃ doctrine sermone largiente deo proferenda sunt:que vitã audientiũ moresq₃ cõponant. Nũc ergo quicquid nos ad studiũ bone operationis edificet: in prophete verbis sicut cepimus exequamur. [Fili hominis vide oculis tuis:et auribus tuis audi.] Ad testimoniũ spiritaliũ rerũ deducto/quid est q cũ dicitur vide oculis:additur tuis: et cũ subditur audi aurib⁹:adiungitur tuis? Sed sciendũ quia oculi atq₃ aures corporis adsunt etiã carnalibus:eisq₃ sunt in vsu rerũ que corporaliter videtur. Oculi vero atq₃ aures cordis solummodo spiritaliũ sunt: qui inuisibilia p intellectũ vidẽt: et laudẽ dei sine sono audiũt. Has omnipotens dñs aures

Lu.viij.

querebat cũ diceret. Qui habet aures audiẽdi/audiat. Quis nãq₃ in illo populo esse tũc poterat:qui aures corporis nõ haberet? Sed cũ dr/qui habet aures audiendi audiat:aperte monstratur q illas aures quereret/quas oẽs habere nõ poterãt. Dicat ergo: [Fili hois vide oculis tuis:et aurib⁹ tuis audi.] In priori aũt locutionum nostrarũ parte iam diximus cur ppheta quotiens ad vi-

C

denda spiritalia ducitur/fili⁹ hois appellatur. Sed ne hoc mente excesserit:breuiter replicabo: quia in hac appellatione memorat semp quid est ex infirmitate:ne extollatur de contẽplationis magnitudine. Et notãdum q diuersa sunt vt dicatur/oculis tuis vide:aurib⁹ tuis audi:et tñ fili⁹ hois vocet. Sed per hec vba qđ ei aliud aperte dr/nisi:spiritalia spiritaliter aspice:et tñ infirmitatis tue memorare? Hinc est etiam q plerũq₃ qui plus in cõtẽplationem rapitur:cõtingit vt ampli⁹ in tẽtatione fatigetur:sicut quibusdam sepe cõtingere bene pficiẽtibus solet:quoꝝ mẽtem dum aut cõpunctio afficit:aut contẽplatio sup semetipm rapit: statim etiã tentatio sequitur:ne de his ad que rapta est/extollatur. Nam compunctione vel cõtẽplatione ad deum erigitur:sed tentationis sue pondere verberatur ad semetipsam:quatenus tentatio aggrauet/ne contẽplatio inflet:et itern cõtẽplatio eleuet/ne tẽtatio demergat. Si enĩ sic cõtẽplatio attolleret/vt tentatio nũdius deesset:in superbia animus caderet. Et si sic tentatio premeret/vt contẽplatio non leuaret:plene in culpa laberetur. Sed mira dispẽsatione/in quodam medio aĩa libratur: vt neq₃ in bonis superbiat:neq₃ in malis cadat. Vnde et per beatũ Iob de dño

Iob xxviij.

dicitur:Et aquas appendit mensura. Aquas quippe deo mensura appendere/est inter pspera et aduersa/inter do-

iij. Regũ xvij.et xix et.iiij. Regum.j.

na et tentationes/inter summa et infima animarũ sensum humilitate custodire. Sic Helias ignẽ de celo deposuerat:aquas celo ligauerat:et tñ pauore vni⁹ mulieris territus/per deserta fugiebat. Apparet fugiẽti angelus:ci-

iij.Re.xix.

D

bum prebet:qz longũ iter restat predicit:et tamen timorem de corde non excutit:qz in corde pphete/mẽtis magna erat custodia fortitudinis/illa infirmitas timoris. Sequitur: [Pone cor tuũ in oĩa que ego ostẽdam tibi: qz vt ostẽdatur tibi/adductus es huc. Annũcia oĩa que tu vides domui israel.] Pone cor tuum. Ac si dicatur. Cõsidera: qz vt ostẽdatur tibi/adductus es huc. Et annuncia oĩa que vides. Ad hoc ideo es adductus huc:vt videas. Et ideo vides/vt annũcies. Quia quisq₃ spiritalia vidẽdo pficit: oportet vt hec loquẽdo etiam aliis ppiniet. Videt quippe vt annũciet/qui ideo q in se pfecerit/et predicãdo de pfectu primi curam gerit. Vnde et alibi scriptum est:Qui audit:dicat veni. Cui enĩ iam

Apo.xxij.

vox vocãtis dei efficitur in corde/necesse est vt proximis per predicationis officium erumpat in voce:et idcirco alium vocet:qz iam ipse vocatus est. Vnde et sponsus q in canticis canticoꝝ loquitur/dicẽs:Que habitas in or-

Cãti.viij.

tis amici auscultãt/fac me audire vocem tuã. In ortis enĩ sancta ecclesia:in ortis vnaquequ₃ anima habitat:que etiam viriditate spei est et bonoꝝ operum repleta. Sicca quippe spes est hui⁹ seculi:qz oĩa que hic amantur/cũ festinatione marcescũt. Et Petrus nos apl'us festinare

j. Petri.j.

admonet/dicẽs: In hereditatem incorruptibilem/incõtaminatam/immarcescibilem. Que ergo in ortis habitat/oportet vt spõsum suum vocem suã audire faciat. I. canticum bone predicatiõis emittat:in qua ille delectetur quẽ desiderat:qz amici auscultant vcꝫ oẽs electi:qui vt ad celestem patriam reuiuiscãt/vba vite audire desiderant. Sed iam propheta ea nobis que videt aperiat.

E

Sequitur: [Et ecce murus forinsecus i circuitu dom⁹ vndiq₃.] Plerũq₃ in sacro eloquio ex pfectiõis sue nimine/murus dici ipse incarnat⁹ dñs solet:sicut de sancta ecclesia per pphetam dr: Ponetur in ea murus et an-

Esa.xxvj.

temurale. Ipse enĩ nobis murus est/qui nos vndiq₃ custodiẽdo circũdat. Antemurale autẽ muri nostri pphete oẽs fuerũt:qui priusq₃ dñs appareret in carne/ad cõstruẽdam fidem pphetãdo missi sunt. In sancta ergo ecclesia dñs murus nobis/et pphete ei⁹ antemurale sunt positi:qz ad nos quos ipse perfecte protegit:etiam pphetarum verba in fidei cõstructionem venerũt. Vnde et bene prius murus/et post antemurale ponitur:quia vocati ex gẽtib⁹/nisi prius dñm cognosceremus: prophetarũ illius dicta minime suscepissemus. Et notãdum q iste murus spiritalis edificij esse forinsecus dicit. Murus quippe qui ad munitionem edificij cõstituitur/non interius sed exterius poni solet. Quid ẽ necessarium fuit vt diceretur forinsecus: dum nunq₃ poni murus intrinsecus soleat:qz necesse est vt exterius positus/ea que intus sunt defendat. Sed in hoc vbo quid aperte nisi ipsa dñica incarnatio demonstratur? Murus enĩ nobis intus est deus:murus foris est deus homo. Vnde et per quẽdam prophetam dr:Existi in salutem populi tui:vt

Abac.iij.

saluos facias christos tuos. Iste etenĩ murus/incarnatus vcꝫ dñs/murus nobis nõ esset/si forinsecus non fuisset: qz intus nos non ptegeret/si exteri⁹ non appareret.

F

Sed neq₃ hoc negligẽter pretereũdum est/ q idem murus positus dicitur in circuitu domus vndiq₃. Domus quippe dei non solum angeli sancti(de quib⁹ psalmista ait:Dñe dilexi decorem dom⁹ tue:et locum tabernaculi

Ps.xxv.

glorie tue) sed etiã nos sumus:quoꝝ mẽtes inhabitare dignatur. Et murus iste vndiq₃ in circuitu domus est: qz vnigenitus patris / qui sursum est firmitas angeloꝝ ipse deorsum factus est redẽptio hoĩm. Illis fortitudo ne cadant:nobis adiutorium vt surgamus post casum. Si ẽo per domum dei hoc loco sola redẽptorum hoĩm multitudo signatur: vndiq₃ nobis dñs et per circuitum murus est:qz vt nos perfecte custodiret/oĩa que docuit ostendit:sicut scriptum est:Que cepit Iesus facere et do-

Actuũ.j.

cere. Quis enim nos vocare ad celestem patriam venit: nimirum despicere nos bona transitoria docuit/et mala temporalia non timere. Vnde et opprobria despexit: iniurias pertulit: mortem non timuit: crucis patibulum non refugit:et cum hũc voluissent rapere et regem constituere/statim fugit. Quid nobis aliud his exemplis insinuans/nisi vt debeamus hui⁹ mundi et aduersa non metuere/et pspera vitare:qz plus plerũq₃ eius bona occupãt animum/q̃ mala perturbãt. Ante passionem ẽo suã

G contumelias audiuit: nec tamen contumelias reddidit. Traditorem suum diu tacitus ptulit: et fictę salutanti dare osculum non recusauit. Suscepit mortem/ne mori timeremus. Ostendit resurrectionem/ vt nos resurgere posse crederemus. Post passionem quoq suam de his qui se crucifixerāt/ad fidei grām vocauit: donum p iniquitate reddidit. Qui ergo nos exēplo suo de oibus instruxit: murus nobis per circuitum & vndiq factus est. Sequitur: [Et in manu viri calamus mensure sex cubitorum et palmo.] Preterita lectione iam diximus q per calamum scriptura sacra signatur. Qui calamus mensure esse dr: q in ipa oēm vite nostre actionem metimur: vt scz videamus vel q̄tum proficimus/vel q̄tum longe a profectu distamus. Nam sepe aliquid agētes/iam cuiusdam meriti esse nos credimus: sed cum ad verba dei recurrimus/precepta sublimia audimus: ibi cognoscimus q̄tum a perfectione minus habeamus. Calamus ergo mensure est: q per manus scribentium vita mensuratur auditorum. Qui calamus in manu viri esse dr: siue q sacrum eloquium i potestate est mediatoris dei & hominis xpi Jesu: seu certe q hoc qd scribi voluit/operādo compleuit. Idem vo calamus sex cubitorum et palmo esse describitur. Due etenī vite sunt/in quibus nos oipotēs deus per sacrum eloquium erudit. Actiua vz et contēplatiua. Et per sex cubitos quid aliud q̄ actiua vita exprimitur: q sexto die perfecit deus oīa opera sua. Palmus vo qui super sex cubitos esse dicitur/iam de septimo est: sed tamen cubitus non est. Actiua ergo vita signa-
H tur per sex cubitos/contēplatiua per palmum: q illam opere perficimus: de ista vo etiam cum cor tendimus/ vix parum aliquid attingere valemus. Actiua enī vita est/panem esurienti tribuere: vbo sapientie nescientem docere: errātem corrigere: ad humilitatis viam superbientem pximum reuocare: infirmantis curam gerere: que singulis quibusq expediāt dispēsare: et cōmissis nobis qualiter subsistere valeāt puidere. Cōtēplatiua vo vita est/charitatem quidē dei & proximi totamēte retinere: sed ab exteriore actione quiescere: soli desiderio cōditoris inherere: vt nil iam agere debeat: sed calcatis curis oibus/ ad vidēdam faciem sui creatoris animus inardescat: ita vt iam nouerit carnis corruptibilis pondus cū merore portare: totisq desideriis appetere illis hymnidicis angelorum choris interesse: admisceri celestibus ciuibus: de eterna in conspectu dei incorruptione gaudere. In palmo itaq manus & digiti tenduntur. Sed parum quid de mensura cubiti per palmum cōtigitur: q quantolibet amore anim⁹ ardeat/quātalibet virtute se i dno et cogitatiōe tetenderit/non iam qd amat pfecte videt: sed adhuc inchoat videre qd amat: q sicut fortissimus
1. Co. xiij. pdicator dicit: Videmus nūc per speculum in enigmate: tūc aūt facie ad faciem. Et nūc cognosco ex parte: tūc aūt cognoscam sicut & cognitus sum. De septimo q̄ cubito palmum tangimus: qui in hac vita positi/contēplationis intime sola initia degustamus. Actiua aūt vita
I q perfecte teneri potest/et sexto die homo est conditus: qui bona debet operari: sex cubitos calamus habet. Be-
Luce. x. ne has vtrasq vitas due ille mulieres signauerūt: Martha vz et Maria: quarum vna satagebat circa frequēs ministerium: alia vo sedebat ad pedes dei/et audiebat verba de ore eius. Cūq contra sororem Martha quereretur q se adiuuare negligeret/respōdit dns dicēs: Martha/occuparis & satagis erga multa. Porro/vnum est necessarium. Maria autē optimam partem elegit/que non auferetur ab ea. Ecce/pars Marthe non reprehenditur: sed Marie laudatur. Nec enī bonam partem elegisse Mariam dicit/sed optimam: vt etiam pars Marthe indicaretur bona. Quare aūt pars Marie sit optima/subinfertur cum dr: que nō auferetur ab ea. Actiua enī vita cum corpore deficit. Quis enī in eterna patria panem esurienti porriget/vbi nemo esurit? potū tribuet sitienti/vbi nemo sitit? Quis mortuum sepeliat/vbi nemo moritur? Cum presenti q̄ seculo vita aufertur actiua. Cōtēplatiua aūt hic incipit: vt in celesti patria pficiat: q amoris ignis qui hic ardere inchoat: cum ipm quem amat viderit/in amore ipsius amplius ignescit. Contēplatiua q̄ vita minime aufertur: q subtracta presentis seculi luce perficitur. Has vtrasq (sicut et ante nos di-
Gen. xxix. ctum est) due beati Jacob mulieres signauerūt: Lia videlicet et Rachel. Lia quippe interpretatur laboriosa.
K Rachel vo ouis/vel visum principium. Actiua aūt vita laboriosa est: q desudat in opere. Cōtēplatiua vo simplex ad solum vidēdum principium anhelat: vz ipsum
Joh. viij. qui ait: Ego sum principium: qui et loquor vobis. Beatus aūt Jacob Rachel quidem concupierat: sed in nocte accipit Liam: q vz oīs qui ad deum cōuertitur/ contēplatiuam vitam desiderat/quietem eterne patrie appetit: sz prius necesse est vt in nocte vite presentis operetur bona que potest: desudet i labore. i. Liam accipiat: vt post ad vidēdum principium in rachel amplexib⁹ requiescat. Erat aūt Rachel vidēs & sterilis. Lia aūt lippa/sed fecūda. Rachel pulchra & infecūda. Q: cōtēplatiua vita speciosa est in animo: sed dum quiescere in silētio appetit/filios non generat ex predicatione. Videt et nō parit: q quietis sue studio minus se in aliorum collectione succēdit. Et quātum introrsus cōspicit: aperire aliis predicādo non sufficit. Lia vo lippa & fecūda est: q actiua vita dū occupat in opere/minus videt: sed dū modo p verbū/ modo p exēplum ad imitationem suam pximos accendit: multos in bono opere filios generat. Et si in cōtēplatione mētem tendere non valet: ex eo tñ qd agit exterius/gignere sequaces valet. Recte q̄ in mēsura calami prius sex cubiti et postmodum palmus dr: q ante actiua agitur/vt ad cōtēplatiuam postmodum veniatur. Sed sciēdum est q sicut bon⁹ ordo viuēdi est vt ab actiua in cōtēplatiuā tēdatur: ita plerūq vtiliter
L a cōtēplatiua animus ad actiuam reflectitur: vt p hoc qd cōtēplatiua mētem accenderit/perfectius actiua teneatur. Debet ergo nos & actiua ad cōtēplatiuam transmittere: et aliquādo tamen et eo q introrsus mente conspeximus/ad actiuam meli⁹ cōtēplatiua reuocare. Unde & idem Jacob post Rachelis amplex⁹ ad Lie redit: q et post visum principium/laboriosa vita boni operis non est funditus deserēda. Est aūt in contēplatiua vita magna mētis cōtētio: cū sese ad celestia erigit: cū in reb⁹ spiritualib⁹ animum tendit: cū transgredi nititur omne quod corporaliter videtur: cum sese angustat vt dilatet. Et aliquādo quidem vincit: et reluctātes tenebras sue cecitatis exuperat: vt incircūscripto lumine quiddam furtim & tenuiter attingat. Sed tñ ad semetipsam protinus verberata reuertitur: atq ab ea luce ad quā respirādo transiit/ad sue cecitatis tenebras suspirādo atq lamentando redit. Qd bene sacra historia designat/que
Gen. xxxij. beatum Jacob cū angelo luctatum narrat. Cum enī ad parētes pprios rediret: in via angelum inuenit: cū quo in lucta magnū certamen habuit. Is enī qui certat i luctamine/aliqñ superiorem se: aliqñ vo eū cū quo contenderit/inferiorem inuenit. Designat aūt angelus dnm: & Jacob qui cū angelo cōtēdit/vniuscuiusq perfecti viri/et in cōtēplatione eā positā exprimit. Que vz aīa cū contēplari deū nititur: velut in quodam certamine posita/
M modo quasi exuperat: q intelligēdo & sentiēdo de incircūscripto lumine aliquid degustat: modo succumbit: q et degustādo iterum deficit. Quasi ergo vincitur angelus: quādo intellectu intimo apprehēditur deus. Sed notandum q idem victus angelus neruum femoris Jacob tenuit/eūq marcescere statim fecit: atq ab eo Jacob tempore vno claudicauit pede: q scz oipotēs de⁹ cum iam p desideriū et intellectū cognoscitur/oēm in nobis voluptatem carnis arefacit. Et qui prius quasi duob⁹ pedibus innitētes/et deū videbamur querere/et seculum tenere: post agnitionem suauitatis dei vnus in nobis pes sanus remanet/atq ali⁹ claudicat: q necesse est vt debilitato amore seculi/conualescat ad amorem dei. Si q̄ tenemus angelum/vno claudicam⁹ pede: q dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi: infirmatur procul dubio fortitudo carnis. Ois quippe qui vno pede claudicat/soli illi pedi innititur quē sanum habet: q et cui desiderium terrenū iam arefactū fuerit: in solo pede amoris dei tota vtute se sustinet. Et i ipo stat: q pedē amoris seculi quem ponere in terra consueuerat: iam a terra suspensum portat. Et nos q̄ si ad parētes pprios. i. spiritales patres redimus/teneamus i via angelum: vt suauitate intima apprehendamus deum. Contemplatiua etenī vite amabilis valde dulcedo est: que super semetipsam animam rapit: celestia aperit: terrena autem despicere esse contēptui ostendit: spiritalis mentis oculis pa-

A
Cant. ij.

desacit: corporalis abscōdit. Unde bene ecclesia in cāticis canticorum dicit: Ego dormio: et cor meum vigilat. Vigilanti etenim corde dormit: qꝫ ꝑ hoc qḋ interius cōtemplando ꝓficit: ab inquieto foris opere quiescit. Sed inter hec sciendū est qꝛ quādiu i hac mortali carne viuit: nullus ita in contemplationis virtute ꝓficit/ vt in ipso incircūscripto luminis radio mētis oculos infigat. Neqꝫ enim omnipotens deus iam in sua claritate cōspicitur: sed quiddā sub illa speculatur anima vnde refota ꝓficiat: et post ad visionis eiꝰ gloriam pertingat. Sic nāqꝫ Esaias cū se dn̄m vidisse fatetur/ dicēs: Anno quo mortuus est rex Ozias: vidi dn̄m sedentē super soliū excelsum et eleuatū: protinus adiunxit: Et ea que sub eo erāt implebant templū. Quādo Ozias rex superbus et presumptor moritur/ dn̄s videtur: qꝛ cū mūdi huius elatio a desiderio mētis occidit: tunc ipsa mens dei gloriā contemplatur. Et notandum qꝫ dn̄s super solium excelsum et eleuatum sedit. Quid nāqꝫ est eiꝰ soliū/ nisi creatura āgelica vel humana/ cui per intellectū quem dedit presidet? Quod videlicet solium excelsum et eleuatū dicitur: qꝛ et natura humana ad celestem gloriam eleuata proficit: et creatura angelica dū multis spiritibus cadētibus iam solidata est in celo ne cadat: inde et eleuata ē vnde et confirmata. Templū vero eius hoc est quod solium: qꝛ eternus rex ibi habitat vbi sedet. Nos ergo tēplum illius sumus in quorum mentibꝰ habitare dignatur.

Esa. vj.

B

Sed ea que sub eo erant/ implebāt tēplū: qꝛ quicqḋ de illo modo conspicitur/ adhuc non est ipse: sed sub ipso est. Sic Jacob angelū vidit: et vidisse deū fatetur: qꝛ cū ministeria eius conspicimus: iam multū est quod super nosmetipsos leuamur. Notandū vero qꝫ dicitur implebant templū: quoniam etsi angelus apparet: infirme tñ mentis desiderio satisfacit: vt si adhuc maius non pōt: iam tamen minus quod videt admiretur. Ea ergo que sub eo sunt/ implent templū: qꝛ sicut dictū est: et cū mens in contēplatione profecerit: nō iam quod ipse: sed id qḋ sub ipso est contēplatur. In qua videlicet cōtēplatione iam quietis interne gustus contingitur. Cuius qꝛ qđdā quasi pars est: et perfecta esse non potest: recte in apocalypsi scriptū est. Factū est silentiū in celo quasi media hora. Celum quippe est anima iusti: sicut per prophetā dominus dicit. Celum mihi sedes est. Et celi enarrāt gloriam dei. Cū ergo quies contēplatiue vite agitur in mēte: silentium fit in celo: qꝛ terrenorū a ctuū strepitꝰ quiescit a cogitatione: vt ad secretū intimū aurē animus apponat. Sed qꝛ hec quies mētis esse in hac vita perfecta non potest: nequaqꝫ hora integra factū in celo silentium dicitur: sed quasi media hora: vt neqꝫ ipsa media hora plene sentiatur: cū premittitur quasi: qꝛ mox vt se animꝰ subleuare ceperit: et quietis intime lumine pfūdi: redeūte citius cogitationum strepitu/ de semetipso cōfunditur/ et cōfusus cecatur.

Apo. viij.
Ps. cij. t. x.
et ps. xviij.

C

Uita igitur contēplatiua q̄ illic hora quasi media dicitur: apud Ezechielem ꝓphetā nō cubitus/ sed palmus appellatur. Ecce fratres charissimi dū vniuscuiusqꝫ vite causas exprimere cupimꝰ: paralolatius per excessum locuti sumus. Sed bonis mentibus quibus vtraqꝫ eadem vita est ad agendū amabilis: esse non debet ad audiendū grauis. Sequitur. [Et mēsus est latitudinē edificij calamo vno: altitudinē quoqꝫ calamo vno.] Omnipotens deus qui nec in magnis tenditur: nec in minimis angustatur/ sic de tota simul ecclesia loquitur/ acsi de vna anima loquatur. Et sepe quod ab eo de vna anima dicitur: nil obstat si de tota simul ecclesia intelligatur. Latitudo itaqꝫ edificij ad charitatē pertinet: de qua psalmista dicit: Latū mandatū tuū nimis. Nil em̄ latius q̄ eos in sinu amoris recipere/ a quibus odij angustias sustinere. Sic quippe lata est charitas: vt in amplitudine dilectionis sue capere etiam inimicos possit. Unde et precipitur: Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. Considerandum quoqꝫ nobis est/ qꝛ latitudo in equalitate: altitudo vero in sublimitate tēditur. Latitudo ergo pertinet ad charitatem proximi: altitudo ad intelligētiam contēplatoris. Sed latitudo et altitudo edificij vno calamo mēsuratur: qꝛ videlicet vnaqueqꝫ anima q̄tum lata fuerit in amore proximi: tantū et alta erit i cognitione dei. Dum enim se per amorē iuxta dilatat: per cognitionē superiꝰ exaltat. Et tantū super semetipsam excelsa sit: q̄tum se iuxta se in proximi amorē tendit.

Ps. cxviij.
Mat. v.

D

Et qꝛ edificium quod inhabitat deus/ et angelica simul et humana natura perficitur: per hoc quod angelica creatura sursū est/ et humana adhuc deorsum/ potest per latitudinē atqꝫ altitudinē edificij/ vtraqꝫ hec creatura significari: quia ista adhuc in imis degit: illa vero in sublimibꝰ permanet. Sed vno calamo mēsurat vtraqꝫ: qꝛ humilitas hominū quāqꝫ ad equalitatem perducit angeloꝝ. Uñ scriptū est. Neqꝫ nubent neqꝫ nubētur: sed erūt sicut angeli dei in celo. Et vnde per Joannē dicitur: Mēsura hominis que est angeli. Quia vsqꝫ ad illam altitudinē glorie homo perducitur/ in qua solidatos se angeli letātur. Latitudo ergo edificij tāta est quāta et altitudo: qꝛ electi quiqꝫ qui modo in imis laborant: quādoqꝫ illis beatissimis spiritibꝰ nō erunt inequales. Sed nos inter hec redeamꝰ ad mētem: ac totis medullis cordis deū diligamus et proximū. Dilatemur in affectu charitatis: vt exaltemur in gloria celsitudinis. Compatiamur per amorē proximo: vt coniugamur per cognitionē deo. Condescēdamus fratribꝰ minimis in terra: vt coequemur angelis i celo: quia vir qui sua imagine redēptorem signat: mēsus est latitudinem edificij calamo vno: altitudinē quoqꝫ calamo vno. Hunc igitur metif modo: pensat opa: cogitationes considerat: vt sine fine postmodū retributionē reddat Jesus xp̄us vnigenitus patris: qui cū eo viuit et regnat in vnitate sp̄us sancti: per omnia secula seculoꝝ. Amen.

Mat. xxij.
Mar. xij.
Luce. xx.
Apo. xxj.

Homilia. xv.

Et venit ad portam que respiciebat viam orientalem: et ascēdit per gradus eius. Et mensus est limen porte calamo vno latitudinem: id est limen vnum calamo vno in latitudine: et thalamum vno calamo in longum: et vno calamo in latum: et inter thalamos quinqꝫ cubitos: et limen porte iuxta vestibulum porte intrinsecus calamo vno.

E

Uir cuius calamus mēsure in manu eius describitur: venit ad portā que respiciebat ad viam oriētalem. [Quis vero altus porte huius appellatione signatur: nisi ipse dn̄s ac redēptor noster: qui nobis ianua factus est regni celestis: sicut ipse ait. Nemo venit ad patrē/ nisi per me. Sed cū eūdē virū lineis indutū figuram dn̄i tenere dixerimus: querēdū nobis est qua ratione conueniat: vt idē dn̄s et ꝑ virū designari valeat/ et per portā: dū vir veniat ad portā: Nūquidnā ipse venit ad semetipsum? An ita est qꝛ et in euāgelio ipse testatur dicens: Qui non intrat per ostium in ouile ouium/ sed ascēdit aliūde: ille fur est et latro. Qui autē intrat per ostium/ pastor est ouiū. Et paulo post dicit: Ego sum ostium. Atqꝫ iterū subiungit: Ego sum pastor bonꝰ. Si ergo pastor itrat per ostiū/ ipse est ostiū ipse pastor: ipse procul dubio intrat per semetipsum. Ecce dum Ezechielis sensum enodare cupimus: de euāgelio etiam questionē ligamus. Querēdū nobis itaqꝫ est quatiter et ipse intret: et per semetipsum intret. Dominus em̄ ac redēptor noster cū sancta ecclesia quam redemit/ secundum carnē vna substātia est: Paulo attestāte/ qui ait. Adimpleo ea q̄ desunt passionum xp̄i in carne mea: pro corpore eius quod est ecclesia. Huius capitis corpus ecclesia est: et huius corporis caput xp̄s. De quo suo capite exultat corpus: id est sancta ecclesia: cū per psalmistā dicit: Nunc autē exultauit caput meum super inimicos meos. Quia enim quādoqꝫ ipsa etiā exaltāda est: iam nunc caput suū super inimicos suos exaltatum gaudet in celis. Cum ergo electi quiqꝫ ad vitā perueniunt: qꝛ mēbra eiꝰ per eū intrāt ad eū: ipse per se intrat ad se. Ipse enim in suis mēbris est qui intrat: ipse caput ad quod intrantia membra perueniunt. Quod Ezechiel ꝓpheta multipliciter insinuat: qui virū venisse dicit ad portam: et que eadem porta sit ostendit dicēs. [Que respiciebat ad viam oriētalē.] Ipse etenim nobis est via qui dixit. Ego sum via/ veritas et vita. Ipse etiam oriētalis via: de quo scriptum est. Ecce vir oriens nomē eius. Porta ergo viam orientalem respicit: qꝛ illum signat qui nobis iter ad or-

Joã. xiiij.
Joã. x.

F

Col. j.
Ephe. j.
ad Col. j.
Ps. xxvi.
Jo. xiiij.
Zach. vj.

G

tum fecit luminis. Potest etiā porte nomine/vnusquisq̄ predicator intelligi: q̄r quisquis nobis ianuā regni celestis ore suo aperit/porta est. Unde ⁊ duodecim porte videntur

Apoc. xxi.

in Joannis apocalypsi: vel in extrema huius prophete visione describuntur. Potest etiam porte nomine/scripture sacre scientia non inconuenienter intelligi. Que dum nobis intellectū aperit: celestis regni ianuam pandit. Possumus porte nomine ⁊ fidem accipere: quā primam cōtingimus/vt ad virtutū edificio tenem⁹. Unde hic apte subiungitur: [Et ascendit per gradus eius.] Qui enim gradus sunt huius porte/nisi merita virtutum? Siue enim in cognitione mediatoris dei et hominum domini Jesu xp̄i/seu in scientia diuini eloquij: seu in ipsa fide quā de illo accepimus: quibusdā gradib⁹ ad altiora incrementa peruenimus. Nemo enim repēte fit summus: sed in bona conuersatione a minimis quisq̄ inchoat: vt ad magna perueniat. De his gradib⁹ per psal

Ps. xlvij.

mistam dicitur: Deus in gradibus eius dinoscetur dū suscipiet eam. Dum enim sanctam ecclesiam dominus suscipit: in gradibus eius dinoscitur: quia eius gloria per illius incremēta declaratur. Quantū em̄ sancta ecclesia ascendēdo profecerit: tantū deus hominib⁹ ex ei⁹ virtutibus innotescit. De his quoq̄ gradib⁹ beat⁹ Job

Job. xxxj

loquitur dicens: Per singulos gradus meos pronunciabo illum. Omnipotētem quippe dn̄m per singulos grad⁹ suos pronunciat: qui per incrementa virtutū que cepit/ et semper laudē sue pietatis reddit. Si quidā grad⁹ in cordis ascēsione nō essent: psalmista nō diceret. Ambu

Ps. lxxxiij.

labunt de virtute in virtutē. Nec mirum si de virtute in virtutē gradus sunt/quādo vita quęq̄ virtus quasi qui

H

busdam gradibus agitur: ⁊ sic per incremēta meritorū ad summa perducitur. Alia nāq̄ sunt virtutis exordia: aliud profect⁹: aliud perfectio. Si enim ⁊ ipsa fides ad perfectionem suā non quibusdā gradib⁹ duceretur: san

Luc. xvij

cti apl̄i minime dixissent: Adauge nobis fidē. Et quidā venit ad Jesum/qui curari voluit filium suū: sed requisit⁹

Mat. ix.

an crederet: respōdit: Credo dn̄e: adiuua incredulitatē meam. Pensate ergo quod dicitur: Si credebat/cur incredulitatem dicebat? Si vero incredulitatē habere se nouerat: quomodo credebat? Sed q̄r per occultā inspirationē gratie/meritorū suorū gradibus fides crescit: vno eodēq̄ tempore is qui necdū perfecte crediderat/ simul ⁊ credebat/⁊ incredulus erat. Hos nimirū grad⁹

Mar. iiij.

dn̄s sub messis nomine describit/dicēs: Sic est regnum dei quēadmodū si iactat homo semē in terrā: ⁊ dormiat: et exurgat nocte ac die: ⁊ semē germinet ⁊ crescat dū nescit ille. Ultro em̄ terra fructificat primū herbā: deinde spicā/deinde plenū frumētū in spica. Et cū ex se pduxerit fruct⁹: statim mittit falcem: q̄m adest tēpus messis. Semen homo iactat in terrā cū cordi suo bonā intētio

I

nem inserit. Et postq̄ semen iactauerit/dormit: q̄r iā in spe boni operis quiescit. Nocte vero exurgit ac die: q̄r aduersa ⁊ prospera proficit. Et semē germinat ⁊ crescit: dū nescit ille: q̄r dū adhuc metiri incremēta sua nō valz/ semel concepta virt⁹ ad perfectū ducitur. Et vltro terra fructificat: q̄r preueniēte se gratia: mēs hominis spōtanee ad profectū boni operis assurgit. Sed hec eadem terra primū herbam: deinde spicam: deinde plenum frumentū producit in spica. Herbam q̄ppe pducere/est inchoationis bone adhuc teneritudinem habere. Ad spicam vero herba peruenit: cum se virt⁹ animo concepta/ ad profectū boni operis pertrahit. Plenū vero frumentum in spica fructificat: quādo iam intantū virtus proficit/vt esse robusti ⁊ perfecti operis possit. Sed cū ex se produxerit fructus/statim mittit falcem: q̄m adest tempus messis. Omnipotens em̄ deus producto fructu/falcem mittit/⁊ messem suam desecat: q̄r cum vnūquęq̄ ad operā perfecta perduxerit: ei⁹ temporalē vitam pemissam sententiam incidit: vt granū suū ad celestia horrea perducat. Cum igitur desideria bona cōcipimus: semē in terrā mittimus. Cum vero operari recta incipimus: herba sumus. Cūq̄ in eiusdē operationis pfectione so

Luc. xxij. Matthei xxvi. Marci xiiij. Jo. xviij.

lidamur: iam plenū frumentū in spica proferimus. Herba etenim Petrus fuerat: qui passiōis tēpore per amorem dn̄m sequens/hunc confiteri ante ancille vocē timebat. Erat enim iam viriditas in mente: q̄r credebat omnium redēptorē: sed valde adhuc flexibilis pede cōculcabatur timoris. Jam in spicā surrexerat: quando eum quem moriturū confiteri timuerat: nunciante angelo in

K

galilea viuentē videbat. Sed ad plenum gradū in spica peruenerat/quādo veniente desuper spiritu/⁊ suam mētem in illius amore roborātē ita solidatus est: vt vires persequentium eius despiceret: ⁊ redēptorem suū libere inter flagella predicaret. Nullus itaq̄ qui ad bonum propositū adhuc in mēte teneritudine esse cōspicitur/ despiciatur: q̄r frumentū dei in herba incipit/vt granū fiat. Uir ergo vestitus lineis venit ad portā: q̄r dn̄s ac redēptor noster membris suis intrantibus perducitur ad se. Et ascendit per gradus eius: q̄r nobis proficientibus/eo nobis amplius exaltatur/quāto altius ⁊ incomprehēsibilis esse cognoscitur. In virtute quippe nostrarum mentiū gradib⁹ ipse ascēdere dicitur: q̄r tanto ipse sublimior nobis ostenditur/quantū noster animus a rebus infimis separatur. Sequitur. [Et mensus est limē porte calamo vno latitudinē.] Cur postq̄ dictū est limē porte: statim subiungitur: limen vnū? Nisi q̄r aperte innuit q̄ adhuc inferius limē aliud dicatur. Porta aūt a limine surgit: vt porta sit. Si igitur porta dn̄s: q̄s huius porte limē est/nisi illi antiqui patres ex quorū progenie

Rom. ix.

dn̄s incarnari dignatus est: sicut per Paulum dicitur: Quorū patres ex quib⁹ xp̄s sm̄ carnē: qui est super om

L

nia deus benedictus in secula. Notādū nobis est in hac pauli sententia q̄ dixit ceteri hominū sunt vocati: sicut

Exo. vij.

Moysi dicitur: Ponā te in deū pharaoni. Et per psal

Ps. lxxxi.

mistam dicitur: Ego dixi dij estis. Et rursum. De⁹ stetit in synagoga deorū. Sed aliud est nūcupatiue/aliud naturaliter dici deū. Et si Moyses in deū pharaoni est positus: sed deus intra omnia/non deus super oīa dicitur. Qui vero est in vtero virginis incarnat⁹: deus super omnia vocatur. Itaq̄ limē porte/antiqui patres ex quibus ille natus est: qui nobis aditū regni celestis aperuit. Limen aūt porte vno calamo mēsuratur: q̄r ipsi antiqui patres q̄ potuerūt redēptorē nēm et prophetando et bene viuendo predicare: tanq̄ sex cubita in perfectione operis/⁊ palmū inchoationis per contēplationē habuerunt. Quia enim eorū vitā in vnitatem fidei ⁊ perfecta operatio/⁊ inchoata contēplatio sublimē reddidit: in vno calamo mēsura liminis fuit. Sequitur. [Et thalamum vno calamo in longor: ⁊ vno calamo in latū.] Cōsideremus quid agi in thalamo solet: atq̄ exinde hoc quod in sancta ecclesia agitur colligam⁹. In thalamo quippe sponsus ⁊ sponsa federātur: sibiq̄ in amore iunguntur. Qui ergo sunt i sancta ecclesia thalami: nisi eo

M

rum corda in quibus anime per amorē sponso inuisibili iungūtur: vt eius desiderio mens ardeat: nulla iam que in mūdo sunt concupiscat: presentis vite longitudinem penā deputet: exire festinet: ⁊ amoris amplexu i celestis sponsi visione requiescere? Mens itaq̄ que iam talis ē/ nullam presentis seculi consolationē recipit: sed ad illū quam diligit medullit⁹ suspirat/feruet/anhelat/anxiatur. Uilis ei fit ipsa salus sui corporis: q̄r trāsfixa est vulnere amoris. vnde ⁊ in canticis dicit: Uulnerata chari

Cant. ij.

tate ego sum. Mala aūt salus est cordis/que dolorē huius vulneris nescit. Cū vero anhelare iam i celesti desiderio/⁊ sentire vuln⁹ amoris ceperit: fit anima salubrior ex vulnere/que prius egrotabat ex salute. Mēti aūt spōsum suū fortiter amanti/de amore vite presentis vna solet esse consolatio: si per hoc q̄ ipsa ab eius visione differtur: aliorū anime eius verbo pficiant/⁊ ad celestē sponsum amoris facibus inardescāt. Meret: q̄r differri se cōspicit. Triste est ei omne quod aspicit: q̄r illū adhuc nō videt quē videre cōcupiscit. Sed est vt dixi/non paruа consolatio/si feruens anima differtur: ⁊ per eā multe colligunt: vt tarde eū cū multis videat: quē sola videre ci

Cant. ij.

tius volebat. Unde rursus in cantico spōsa dicit: Fulcite me floribus: stipate me malis: q̄r amore langueo. Quid nāq̄ sunt flores: nisi anime bonū iam opus inchoantes/ et desiderium celeste redolētes? Quid mala de florib⁹/ nisi perfecte iam bonorū mentes/que ad fructum perueniunt boni operis de initio sancte propositionis? Que ergo amore lāguet/fulciri querit florib⁹: stipari malis: q̄r si illum quē desiderat/videre adhuc nō permittitur: magna est ei cōsolatio si aliorū profectibus letetur. Anima ergo sancta amore lāguida/floribus malisq̄ fulciatur: vt requiescat in bono opere proximi: que adhuc contemplari nō valet vultū dei. Pensem⁹ ergo qualis tha

Phil. j.
A
Ibidem.

lemus Pauli mens fuerat: q dicebat. Mihi viuere xps
est: et mori lucrū. Omnipotēti deo inquātū se amore con-
iunxerat: qui sibi vitā xpm tīmodo: et mori lucrum esse
deputabat: Hinc est q iterū dicit/ Desideriū habēs dis-
solui: et cum xpo esse multo magis melius. Sed ecce qui
dissolui desiderat/ quo amore ligatus videamus. Quia
interim differri te conspicimus: fulciri queso floribus nō
requiris? Querit plane. nam sequitur. Permanere aūt
in carne necessarium propter vos. Et proficientibus dis-
cipulis dicit: Que est enim nostra spes aut gaudiū: aut
corona glorie? Nōne vos ante dn̄m nostrū Jesum xpm?
Hinc est q idē thalamus vno calamo in longo/ et vno ca-
lamo in lato dicitur mensus. Longitudo quippe ad lō-
ganimitatem expectationis pertinet: et latitudo ad am-
plitudinem charitatis. Tātū ergo vnusquisq thalamus
habet in longitudinē: quantū et in latitudine habere po-
tuerit: qr mens celesti desiderio succensa/ quantū amorē
habuerit ad colligendū proximū/ tantū et longanimita-
tem exhibet ad expectandū deū: et patienter portat mo-
ras longitudinis: qr se in profectu proximi dilatat am-
plitudo charitatis. Potest etiā ipsa lōgitudo lōganimi-
tatem patientie que exhibetur proximo/ designare. Et qr
latitudo charitatē signat: q sinū mentis aperit: et amicos
sibi atq inimicos in amorē recipit: tāta est lōgitudo tha-
lami: quāta latitudo: qr quātū lata mēs fuerit p amorē:
tātū erit et patiēs p lōganimitatē. Nā tm quisq portat p-

B

ximum: quantū amat. Si enim amas/ portas: si desistis
amare/ desistis tolerare. Quem enim minus diligimus:
minus etiam toleramus: qr irruēte fastidio/ citius facta
proximi adducūtur in grauedinē ponderis: q nobis nō le-
uat pēna charitatis. Sequit. [Et inter thalamos quin-
q cubitos.] Unū supra thalamū dixerat/ et postmodū
quinq cubitos esse īter thalamos narrat. Ea videlicet
ratione/ qr multi thalami vnū faciūt: sicut et multe eccle-

Apoc. j.

sie vna ecclesia vocatur. Unde et in Joānis apocalypsi
septem ecclesiis scribitur: per quas vna catholica desi-
gnatur. Hi itaq q i sancta ecclesia (sicut diximus) feruē-
ti amore deum videre sitiūt: eiq iam per desiderium cō-
iunguntur/ thalami vocātur. Sed tamen sunt in ea qui-
dam qui penetrare subtilia nō valētes: et quinq adhuc
corporis sensibus depressi: tanto minus amant eū qui fe-
cit omnia: quāto amplius hiis que facta sunt diligant.
Etiam quidē exercere se in timore dn̄i/ et amore proximi
tendere studēt: bona opera corporaliter agere: elemosy-
nis peccata redimere. Sed qr vi amoris intimi ardere
ad celeste desiderium nesciūt: quasi adhuc deuincti cor-
poreis sensibus tenētur. Isti itaq thalami non sunt: sed
tamen inter thalamos continētur: qr per eorū ducatum
qui visionem dei perfecte diligūt: et ipsi ad perfectū mē-

C

tis diriguntur. Inter thalamos ergo quinq sunt cubiti:
qr hi qui ab exterioribus quinq sensibus adhuc ad intel-
lectum mysticū nō assurgūt: dū inter eos sunt qui spiri-
tu amoris feruent: velut manentes inter thalamos in fi-
dei constructione proficiunt: et a mensura celestis edifi-
cij disiuncti non sunt. Nā et paulisper se ab appetitu cor-
poralium sensuū subtrahunt: et dilatato mentis spatio/
imitantes charitatē quā conspiciunt: hincinde ad tha-
lamos crescunt. Qui ergo nō p sex cubitos sed per quinq
descripti sunt: ipsa adhuc eorū imperfectio designatur.
Sed tamen p bonū desideriū in mēsura spiritualis edifi-
cij esse memoratur: qr ex voce ecclesie per psalmistam di-

Psalm. cxxxviij.
ps. cxiij.

citur: Imperfectū meū viderunt oculi tui: et in libro tuo
oēs scribentur. Qui iterū per psalmistam dicit: Benedi-
xit oēs timentes se dn̄s pusillos cū maioribus. Hi itaq
et imperfecti sunt et pusilli. Inquātū tamen cognoscere
preualent: et deū et proximū diligunt: atq ideo bona que
possunt/ nō negligūt operari. Qui etsi necdū ad spirita-
lia dona proficiūt: vt vel ad perfectā operationē: vel ad
succensam contēplationē animū erigant: tamen ab amo-
re dei et proximi inquātū capere preualent non recedūt.
Unde fit vt ipsi quoq etsi minori loco: in sancta tn̄ edifi-
catiōe sint positi: quia etsi ad doctrinā/ si ad prophetiā/
si ad miraculorū gratiam / si ad contēptū mundi plenius
exequēdū fortasse minores sunt/ tamē in timoris et amo-
ris fundamēto sunt/ in quo solidātur: quia etsi igne cele-
stis desiderij non ardent/ in ipsis exterioribus que exer-
cere sufficiunt/ vapore charitatis animātur: et inter pro-
ximorum precellentium edificia continētur. Unde et re-

D
Cant. iij.

cte sponsa in canticis canticorū loquitur dicens: Fercu-
lum fecit sibi rex Salomon de lignis libani: colūnas eius
fecit argenteas: reclinatorium aureū: ascensum purpu-
reū: media charitate cōstrauit propter filias hierusalē.
Neq enim credēdū est Salomonē tāte magnitudinis
regem: qui sic immēsis delicijs affluebat: vt pondus au-
ri eius estimari nō possit: et argentū in diebus illis pre-
cium non haberet: qr ferculum sibi ligneū fecit. Sed est
Salomō videlicet pacificus noster: qui sibi de lignis li-
bani ferculū fecit. Libani quippe ligna cedrina valde
sunt imputribilia. Ferculū itaq regis nostri sancta ec-
clesia est: que de fortibus patribus. i. de imputribilibus
mentibus est cōstructa. Que recte ferculum dicitur: qr
ipsa fert quotidie animas ad eternum conuiuium con-
ditoris sui. Cui ferculo colūne argentee facte sunt: quia
predicatores ecclesie sancte/ eloquij luce resplēdēt. Est
aūt cū colūnis argenteis reclinatoriū aureū: qr per hoc
quod a sanctis predicatoribus lucide dicitur: mētes au-
dientiū fulgorē charitatis intime in qua reclinētur in-
ueniūt. Per hoc enim qd luculente et aperte audiunt: in
illud qd clarescit in corde requiescunt. Colūne ergo ar-
gētee et reclinatorium aureū factū est: qr per lucē sermo-
nis inuenitur apud animū claritas quietis. Illius iam
quippe fulgor internus mentē irradiat: vt p intentionē
ibi requiescat vbi pdicationis gratia nō queratur. De ea-

Ps. lxvij.

dem quippe sancta ecclesia scriptū est. Pēne colūbe de-
argētate: et posteriora dorsi eius in specie auri. Que enī
hic spiritu mansuetudinis impleta/ quasi colūba pēnas
deargētatas habet: in posteriora dorsi eius speciem auri
cōtinet: qr hic predicatores suos sermonis luce induit:

E

in posteriori autē seculo: fulgorem in se claritatis osten-
dit. Sz ad hoc qd clarū intus ostēditur/ qualis sit ascen-
sus adiūgit/ cū de eodē ferculo protinus subdit: Ascen-
sum purpureū. Uera quippe purpura qr de sanguine tingi-
tur/ nō immerito in colore sanguis videtur: qr maxima mul-
titudo fideliū i exordio nascētis ecclesie p martyrij san-
guinē peruenit ad regnū. Rex ergo ascēsū purpureū fecit in
ferculo: qr ad clarum quod intus aspicitur: per tribula-
tionē sanguinis peruenitur. Quid ergo nos miseri atq
ab omni fortitudine destituti/ quid acturi sumus? Ecce
in hoc ferculo colūna esse non possumus: qr in nobis nec
fortitudo operis: nec lumen emicat predicatiōis. Recli-
natorium aureū non habemus: qr necdū sicut oportet p
intellectū spiritalem requiem interne claritatis aspici-
mus. Ascensus purpureus non sumus: qr pro redēptore
nostro fundere sanguinē non valemus. Quid ergo de no-
bis agendum est? Que spes erit/ si nullus ad regnū per-
uenit/ nisi qui summis virtutibus preditus fuerit? Sed
adest quoq nostra consolatio. Amemus inquātum pos-
sumus deum: diligamus et proximum: et simul quoq nos
ad dei ferculum pertinemus: quia sicut illic scriptū est:

Cant. iij.

Media charitate constrauit. Habe quippe charitatem:
et ibi sine dubio pertines vbi et colūna argētea erigitur:

F

et ascensus purpureus tenetur. Nam quia hoc propter
nostrā infirmitatem dicitur: aperte monstratur cum il-

Ibidem.

lic protinus subdidit. Propter filias hierusalem. Ser-
mo etenim dei qui non filios/ sed filias dicit/ quid aliud
per sexū femineū q mentiū infirma signauit? Quod er-
go illic inter colūnas argēteas/ reclinatorium aureū/ et
ascēsum purpureū/ inesse media charitas dicit propter
filias hierusalem: hoc hic inter thalamos per quinq cu-
bitos designat: qr et qui in virtutibus infirmantur/ si ipsi
bona que possunt facere cum charitate non negligunt:
a dei edificio alieni non sunt. Sequitur. [Et limen por-
te iuxta vestibulum porte intrinsecus calamo vno.] Hoc
limen quod modo describitur/ iuxta vestibulum porte in-
trinsecus esse memoratur: aperte ostenditur: quia limē quod
prius scriptū est/ extrinsecus fuit. Sed si porta est dn̄s:
quod sit limē porte intrinsecus: extrinsecus requiramus.
Per limen etenim portam vnusquisq ingreditur. Et que
sunt duo hec limina: nisi patres testamenti veteris/ et pa-
tres testamēti noui? Non solum quippe hi de quibus do-
minus incarnari dignatus est: sed oēs testamēti veteris pa-
tres porte huius limen fuerunt: quia hi qui eū predica-
re et in eo sperare meruerūt/ cūctis ad eū venientibus ape-
ruerunt aditū fidei: vt omnis qui crederet in dn̄m: quasi
iam portā huius liminis intraret. Sz cur ante limen ex-
terius/ et post limen interius dicitur nisi qr prius testamē-

G

ti veteris patres/et postmodū noui testamēti doctores fuerūt? Recte aūt limen exterius/testamēti veteris patres designat:qr per eorū predicationē opera puersa punita sunt. Per dicta vero nouorū patrum/vniuscuiusqꝫ animus etiam ab illicitis cogitationibus coercetur:vt reatus esse perfectus ⁊ in deliberatione cordis ostēdit. Illi quippe a flagitijs:a crudelitatib⁹:a rapinis auditorum animas prohibere curauerunt:isti vero dum non solum peruersa opera:sed etiam illicita cogitationū resecant:quid nobis aliud nisi limen intrinsec⁹ facti sunt?

Mat. v.

Unde ⁊ ipsa veritas loquitur dicens:Audistis qr dictū est antiquis:Non occides:q̄ aūt occiderit/reus erit iudicio. Ego aūt dico vobis:qr omīs qui irascitur fratri suo sine causa/reus erit iudicio. Recte quoqꝫ exteri⁹ limen illos patres designat/qui ab ipsa incarnatione redemptoris nostri per interualla tempoꝝ longi⁹ consistetrūt. Et q̄dē ab Abel sanguine/ passio iam cepit ecclesie. Et vna est ecclesia electoꝝ precedētium atqꝫ sequen-

Luce. x.

tium. Sed tamen qr discipulis dicitur: Multi reges et ꝓphete voluerūt videre q̄ vos videtis/ et non viderūt: antiquis patribus quasi foris stetisse est:redēptoris nostri presentiam corporaliter nō vidisse. Exterius igitur sed tamē non diuisi a sancta ecclesia fuerūt:qr mēte/opere/predicatione/ista iam fidei sacramēta tenuerūt:istā sancte ecclesie celsitudinē conspexerūt:quam nos nō adhuc prestolando/sed iam habēdo ꝓspicimus. Sicut enī nos in preterita passione redemptoris nostri/ita illi per fidem in eadē ventura sunt saluati. Illi ꝗ̄ foris non ex-

H

tra mysteriū:sed extra tēpus. Unde et in constructione tabernaculi/ vt colūne argētee interius starent: paxilli erei figi ꝑ circuitū exterius iussi sunt:in quib⁹ religatū tabernaculum teneretur. Colūne itaqꝫ argētee interi⁹: paxilli vero erei in circuitu figūtur:atqꝫ in ipsis funes ligati sunt:vt tabernaculū fixū maneret:qr videlicꝫ vt sācti apostoli in luce sermonis sui solidi starent:⁊ totū tabernaculum.i.sancta ecclesia in fidei integritate cōsisteret:tanqꝫ paxilli erei patres testamēti veteris ac ꝓphete exterius fixi sunt:qui verboꝝ suorū funibus predicatorum mētes in soliditate stringerēt. atqꝫ in hoc dei paxilli sunt:vt habitaculum in statu fidei ligarent. Extra ergo paxilli sunt/q̄ ante temp⁹ huius sancte ecclesie fuerunt. Sed tamen eos ligant q̄ in ipsa sunt:qr dū celestia mysteria ventura ꝑdicant/hec postqꝫ ostensa sunt/credibilia om͂ibus fecerūt. Ut ergo int⁹ colūne immobiles starent:foris paxilli funes continent:qr vt sancti apostoli perfecte incarnationis dn̄ice mysterium crederent:illorum ꝑdicatio obtinuit/qui hoc priusqꝫ fuerit/⁊ videre et predicere potuerūt. Unde recte quoqꝫ ipse prim⁹ apostoloꝝ/magna scꝫ colūna veri tabernaculi/loquitur di-

ij. Pet. j.

cens. Habemus firmiorē propheticū sermonē:cui bene facitis intēdētes:quasi lucerne lucenti in caliginoso loco. In quibus verbis indicat q̄ntus ad altiora surrexit ex culmine/vbi religata perstat in fide. Que tn̄ lucerna prophetici sermonis iam q̄dem intelligentib⁹ lucet: sed adhuc non intelligētibus cooperta allegoriarū obscuritatib⁹ permanet. Unde etiam per psalmistā de his-

Ps. xvij.

dem dictis prophetarū dicitur. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. quia videlicet occulta est scientia in prophetis. Nec immerito colūne argētee/paxilli vero erei facti sunt:qr quod clare iam apostoli predicant:hoc ꝓphete sub intellectu mystico obscure locuti sunt. Recte ergo per eris metallum signati sunt:qui clari suis predicationibus non fuerūt. Sancti ṽo apostoli qui ad redemptoris nostri mysterium lucē predicationis habuerunt:argēteis columnis expressi sunt. Et notandū q̄ argentū sonat ⁊ lucet:es vero sonat ⁊ nō lucet:qr ꝑdicatores noui testamēti apte locuti sūt q̄ etiā mōstrare potuerunt. Predicatores ṽo testamēti veteris qr ꝑ allegoriarū vmbras de celesti mysterio obscura dicta ꝓtulerūt: quasi sine luce sonitū dederūt. Qd̄ ꝗ̄ illic ꝑ paxillos ⁊ columnas:hoc hic ꝑ limen exteri⁹ designat. Si vero portam scripturā sacram hoc in loco accipimus:ipsa quoqꝫ duo limina habet exterius ⁊ interius:qr in littera diuiditur ⁊ allegoria. Limen quippe scripture sacre exteri⁹ littera:limē vero eius interius allegoria. Quia enī per litterā ad allegoriam tēdimus:quasi a limine quod est exterius/ad hoc quod est interius venim⁹. Et sunt tea permulta que ita iuxta litterā mentē edificēt/vt ꝑ hoc

K

qd̄ exterius agitur:audiētis mēs interius trahat. Ibi quippe inuenimus pdicamēta operis ⁊ exēpla virtutis:ibi iubetur quid agere etiam corporaliter debem⁹: ibi hoc quod ad operandū precipitur/in sanctorū virorum ac fortium actione monstratur:vt postqꝫ nos apertiora precepta atqꝫ exempla iustoꝝ ad bonam operationem instruunt:tunc ad limen interius.i. ad intellectum mysticū intime contēplationis tēdamus si possum⁹ pedem mētis. Studete queso fratres charissimi dei verba meditari:nolite despicere scripta nostri conditoris que ad nos missa sunt. Multū valde est q̄ per ea anim⁹ recalescatur ad calorē:ne iniquitatis sue frigore torpescat. Cū illa precedētes iustos fortiter egisse cognoscimus:⁊ ipsi ad fortitudinem bone operationis accingimur: sanctorum exemploꝝ flamma animus legētis incenditur. Uidet que fortia ab eis facta sunt/⁊ valde indignatur sibi: qr talia non imitat. Unde recte sponsi voce ad sponsam

Cant. iiij.

dicitur: Sicut turris Dauid collum tuū : que edificata est cū propugnaculis suis. Mille clypei pēdēt ex ea:omnis armatura fortium. In collo etenim guttur:i guttere vox est. Quid ergo per collū sancte ecclesie:nisi sacra eius eloquia designātur? In qua dū mille clypei dependere memorātur:per hunc perfectū numerum numerus

L

vniuersus ostenditur:qr vniuersa nostra munitio in sacro eloquio cōtinetur. Ibi quippe sunt precepta dei:ibi exempla iustorū. Si enim torpet animus a conditoris

Mat. xxij.

sui desiderio: audiat quod dicit; Diliges dn̄m deū tuū

Mar. xij.

ex tota mente tua:⁊ ex tota virtute tua. Si quis in odio

Ibidem.

fortasse labitur proximi/audiat qd̄ dicitur : Diliges ꝓximum tuū sicut teipsum. Res aliena concupiscitur:au-

Exo. xx.

diat quod illic scriptū est : Non concupisces rem proxi-

Mat. xix.

mi tui. De iniuria que proximi ore vel facto illata est/ad

Leui. xix.

iram mens accenditur/audiat quod dicitur. Non queres vltionē:nec memor eris iniurie ciuium tuoꝝ. In carnis concupiscentiā male saucia mens accenditur; ne sequatur oculus mentem: audiat quod paulo superius di-

Mat. v.

ctum est:Qui viderit mulierē ad concupiscendū eā:iam mechatus est eam in corde suo. Cōtra inimicū forsitan quisqꝫ animum suum relaxare ponit in odio:audiat qd̄

Ibidem.

illic scriptū est. Diligite inimicos vestros : bn̄facite his qui vos oderūt. Sed is qui aliena iam non rapit:adhuc forsitā sua inordinate retinet/audiat quod illic dicitur.

Luce. xij.

Uendite q̄ possidetis:et date elemosynā. Infirmantis animus perfrui desiderat deo simul ⁊ seculo: audiat qd̄

Mat. vj.

illic scriptū est. Nemo potest duob⁹ dn̄is seruire. Alius non ad necessitatē stipēdij: sed ad voluntatem desiderij

Lu. xiiij.

possessa retinet:audiat quod illic dr̄. Qui nō renūciauerit omnibus que possidet:nō potest esse me⁹ discipulus. Quidā enim relinquūt omnia: multi aūt possidendo renunciant:qui sic ad vsum possessa retinēt/vt eis desiderio non succūbāt. Torpere quisqꝫ appetit:⁊ laborē subire pro dn̄o etiam cū preualet refugit. In collo ergo ecclesie/id est in sacri eloquij ꝑdicatiōe que pro sua munitiōe ⁊ altitudine/turri Dauid similis dicitur:mille clypei depēdent:qr quot illic precepta sunt : tot etiā pectoris nostri munimina. Ad seruādā itaqꝫ innocētiam etiā

Gen. iiij.

lesi a proximo perdurare in humilitate festinam⁹? Abel ante oculos veniat:qui ⁊ occisus a fratre scribitur/⁊ nō

M

legitur reluctatus. Mentis mūditia etiam cū coniuga-

Gen. v.

li copula eligitur? Enoch debet imitari:qui et in coniugio posit⁹ ambulauit cū deo/⁊ non inueniebatur:qr trāstulit illum deus. Precepta dei festinamus presenti no-

Gen. vj.

stre vtilitati preponere? Noe ante oculos veniat:qui cura domestica postposita/ex iussione omnipotētis dn̄i/p cētum annos ad arce fabricā vixit occupatus. Subire

Gen. xij.

obediētie virtutē nitimur:aspicere Abraham debem⁹: qui relicta domo/cognatione/patria/obediuit exire in locum quē accepturus erat in hereditatē: et exijt nesci-

Gen. xxij.

ens quo iret:qui paratus extitit/vt pro eterna hereditate dilectū quē acceperat occideret heredē. Et qr vnicū dn̄o offerre nō distulit : vniuersam multitudinē gētium

Gen. xxiiij

in semen accepit. Morum simplicitas placet? Isaac ad mentem veniat:quē in omnipotentis dei oculis vite sue

Gen. xxxi.

tranquillitas ornauit. Laboriosa fortitudo vt obtinere

et. xxxij. et

debeat queritur? Jacob ad memoriā deducat:qui postqꝫ fruit fortiter seruire hominī ad eā quoqꝫ virtutē de-

xxix.

ductus est:vt nō potuisset a luctāte angelo superari. Co-

Gen. xxxix

namur carnis illecebram vincere? Joseph ad memoriā

[A] redeat: qui tentātē se dñā studuit carnis continentiā etiā cū vite periculo custodire. Unde factum est vt q̄ mēbra sua bene nouerat regere: et regēde quoq3 omni egypto preesset. Mansuetudinē atq3 patiētiam obtinere querim9? [Nū. xij.] Moysen ante oculos deducamus: qui exceptis paruulis ac mulieribus/ sexcenta milia armatorū regens: mitis fuisse describitur super oēs hoīes qui habitabant su[Nū. xxv.]per faciem orbis terre. Rectitudinis zelo p̄tra vitia accēdimur? Phinees āte oculos deducatur: qui coeūtes gladio transfigēs/ castitati populum reddidit: z irā dei [Deutero. xxxiiij. et Josue. iij. v. z. vij.] iratus placauit. De spe omnipotentis dei presumere in dubijs querim9? Josue ad memoriam reuocemus: qui dum dubia certaminis certa mente subijt: ad victoriā sine dubietate peruenit. Jam mētis inimicitias punire cu[j. reg. viij.]pimus: in benignitate animū dilatare? Samuel in cogitationē deducatur: qui de p̄cipatu deiectus a populo/ cum idē populus peteret/ vt pro eo dño preces effunde[j. Reg. xij.]ret: respondit dicens. Absit a me hoc peccatū in dño: vt cessem orare pro vobis. Culpā quippe vir sanct9 perpetrare se credidit: si eis quos aduersarios pertulerat vsq3 ad deiectionē/ benignitatē gratie nō reddidisset in pre[B]ce. Qui rursus cū iubēte dño mitteretur vt Dauid vnge[j. Reg. xvj.]ret in regē; respondit: Quomodo vadam: z inueniet eum me Saul: z occidet me. Et tamē q̄ iratū deū eidē Sauli cognouerat: in tāto se luctu afflixerat / vt ei per se dñs diceret. Quousq3 tu Saulem luges: cū ego illum abiecerim? Pensemus ergo cuius animū quātus ardor charitatis incenderat: qui et illum flebat a quo timebat occidi. Cauere aūt volumus quē timemus: sollicite nobis mente pēsandū est ne si locū fortasse reperimus: malum pro malo reddamus ipsi quē fugimus. Dauid ergo ad memoriam redeat: qui persequētem se regē z inuenit vt potuisset occidere: z tamen in ipsa feriendi potestate positus/ elegit bonū quod ipse deberet facere: non autē ma[j. Regum xxiiij. et xxvj.]lum quod ipse merebatur pati: dicēs. Absit a me vt mittam manū meā i chrīstū dñi. Et cū idē Saul post ab hostibus fuisset interēptus/ eū quem persecutorē hā viue[ij. Reg. j.]ret pertulit: sicut occisum. Errantibus huius mūdi potentibus libere loqui decernimus? Joannis auctoritas [Luce. iij.] ad animū reducatur: qui herodis nequitiam reprehendens/ pro verbi rectitudine occidi nō timuit. Et q̄ xp̄s [Mar. vj.] veritas ipse: ideo pro xp̄o/ q̄ pro veritate animā posuit. Carnē iam nostrā pro deo ponere in morte festinamus? Petrus ad mentē veniat: qui inter flagella gaudet: qui [Act. iiij.] celsus principibus resistit: qui vitā suā pro vita despicit. Cum mortis appetitu disponimus aduersa contēnere: [Act. xx.] Paulus ante oculos deducatur: qui non solū alligari: sed z mori paratus pro xp̄o/ non facit preciosiorē animā [C] suā q̄ se. Succēdi cor nostrū igne charitatis querim9? [j. Joan. per totum.] Joannis verba pensemus: cuius oē qđ loquitur/ charitatis igne vaporatur. Quis in voce sacri eloquij cōsulibet q̄tinus munimen virtutis inuenimus/ mille clypei [Cant. iiij.] pendent ex ea/ omnis armatura fortiū. Si enim pugnare contra spiritalia nequitie volumus: in collo ecclesie q̄ nobis sicut Dauid turris erecta est: in diuino eloquio protectionis arma requiramus: vt ex discretione preceptorum/ contra vitia sumatur virt9 adiutorij. Ecce enim cōtra aerias potestates festinamus fortes existere: in hac turri armaturā nostre mētis inuenimus: vt inde precepta conditoris: inde sumamus exempla p̄cedētium: per que cōtra aduersarios nostros inexpugnabiliter armemur. Dum enim qualibet virtute subire appetis/ z hanc illic a patribus iam impletā vides / ibi armaturā tuam inuenis: per quā contra spiritalia bella muniaris. Dependet in ea quippe clypei: si q̄s pugnare appetit/ assumet: z ex ea virtute pectus muniat: z verborū iacula emittat. Et notandum q̄ edificata cū propugnaculis suis dicitur. Hoc quippe agūt propugnacula quod clypei: quia vtraq3 pugnantem muniunt. Sed inter vtraq3 distantia: clypeos pro nostro munimine vbicūq3 volum9 mouem9. Propugnaculo aūt defendi possum9: s3 hoc mouere nō possumus. Clypeus in manu tenetur: nam propugnaculum nō tenet. Quid ergo inter propugnacula z clypeos distat: nisi q̄ in sacro eloquio patrū precedentium et miracula legimus: z virtutes bonorū operū audim9? Ibi nāq3 cognoscimus q̄ alius potuit mare diuidere: alius solē figere: alius mortuū suscitare: alius paralyticū verbo erigere / vmbra egros curare: alius per suā sententiā infirmantium febribus obuiare. Qui tñ oēs et patientie lōganimitate mites: z zelo rectitudinis feruētes fuerunt: verbi p̄dicatione diuites: simul z misericordia largi. [D] Qui itaq3 q̄ vera de deo dixerint: testantur miracula: q̄ talia per illum non facerēt: nisi de illo vera narrarēt. Et q̄ pij/ q̄ humiles/ q̄ benigni extiterint: eorū testant operationes. Si igitur de fide tētamur / quā ex illorū p̄dicatione concepimus: loquētium miracula conspiciamus: z in fide quā ab eis accepimus / p̄firmamur. Quid ergo illorum miracula nisi nostra sunt propugnacula? quia et muniri per illa possumus: et tamen hec in manu nostri arbitrij nō tenemus: nam talia facere nō valem9. Clypeus vero i manu est z defendit: q̄ virtus patiētie/ virtus misericordie/ precedēte nos gratia/ z i potestate est arbitrij: z a periculo protegit aduersitatis. Turris itaq3 nostra cū propugnaculis suis edificata est: in qua mille clypei depēdent: q̄ scriptura sacra sub miraculis patrum a iaculo aduersitatis abscondimur: z conuersationis sancte munimina etiā in manu operis tenemus. Notandū vero q̄ limen porte vno calamo mensuratur. Calamus aūt in sex cubitis z palmo tēditur: q̄ videlicet in scriptura sacra doctrina p̄fecte operationis/ z initium superne contēplationis inuenitur. Si vero porta hoc loco vnusquisq3 predicator accipitur / limen exteri9 in porta est vita actiua: limen vero interius vita contēplatiua. Per illam quippe ambulatur in fide: per hanc vero festinatur ad speciem. Illa exteri9 ducit/ vt vnusquisq3 bñ viuere debeat: ista interi9 p̄ducit/ vt ex bona vita ad gaudia eterna pertingat. ¶ Hec nos hodie tractasse sufficiat. [E] Que enim transeuntes ad alia/ diu per excessum locuti sum9/ ea que subiecta sunt/ lectioni alteri reseruemus: reparandi per silentium: sperantes in verbo/ quod viuit z regnat cū patre in vnitate spiritus sancti: per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Homilia. xvj.

Et mensus est vestibulum porte octo cubitorum: et frontē ei9 duobus cubitis. Vestibulū autē porte erat intrinsecus. Porro thalami porte ad viam orientalem tres hinc z tres inde: mēsura vna triū: z mensura vna frontiū ex vtraq3 parte. Et mensus est latitudinē luminis porte decem cubitorum: z longitudinem porte tredecim cubitorum: z marginem ante thalamos cubiti vnius: et cubitus vnus finis vtrinq3.

Vir cuius erat species quasi species eris/ mensus est vestibulum porte octo cubitorū: z frōtem ei9 duob9 cubitis. [F] Ac ne hoc vestibulū extra portā esse crederemus: subditur. Vestibulū autē porte erat intrinsecus. Quid ergo per interi9 vestibulum nisi eterne vite latitudo signatur? q̄ modo inter angustias vite presentis iam spe mente cōcipitur. De quo per psalmistam dicitur: Intrate portas eius in cōfessione: [Ps. xcix.] atria eius in hymnis confessionū. Cum enim peccata nostra per lachrymas confitemur: anguste vite portā ingredimur. Sed cū post hec ad eternā vitam perducimur: porte nostre atria in confessionū laudib9 intram9: q̄ ibi iam angustia non erit: cū nos letitia eterne solēnitatis assumpserit. Propter cōfessionis nostre angustiā veritas dicit: Intrate per angustā portā. [Mat. vij.] Et cū se psalmista recipere in latitudine gaudia eterna p̄sumpserat/ [Ps. xxx.] dicebat: Statuisti i loco spatioso pedes meos. Ad atrium ē per portā tendit: q̄ ad latitudinē solēnitatis pertingitur ab angustia cōfessionis. Illa itaq3 gaudia que apud Dauid atria: apud Ezechielem vestibulū intrinsecus vocatur. Unde z hoc ipsum vestibulum octo cubitis dicitur mensuratū. Ibi enim oēs recipiendi sunt/ q̄ nunc in exercitio operis laborant: z ad eterna gaudia p contemplationis gratiam suspirant. Nec immerito mensura vestibuli i octo cubitis ponitur: q̄ septē dieb9 vniuersum tempus euoluitur. Eterna etenim dies que expleto septem dierū vicissitudie sequitur/ octaua est. Unde etiam psalmista resurrectionis diē considerans/ q̄ de extremi iudicij districtione erat locutur9 psalmū

G

Psal. vi.

titulū dicēs: In finē psalm⁹ Dauid pro octaua. Ut enim quam octauā diceret demōstraret: diem illam tremendi terroris in psalmi inchoatione secutus est/ dicens. Dñe ne in ira tua arguas me: neq₃ in furore tuo corripias me. Modo enim quisquis p flagella corripitur: ꝛ correptionibus emendatur: in mansuetudine corripitur/ nō in ira. In districto autē illo examine ois argutio atq₃ correptio ira est: q₃ venia post correptionē non est. Huius octonarij numeri causa est/ q₃ post sabbatū dñs voluit a morte resurgere. Dies quippe dñicus qui tertius est a morte dominica/ a conditione dierū numerat octauus: q₃ septimū sequitur. Unde ꝛ ipsa vera redēptoris nostri passio ꝛ vera resurrectio figurauit aliquid de suo corpore in dieb⁹ passionis sue. Sexta enim feria passus est: sabbato quieuit in sepulchro: dñica die resurrexit a morte. Presens etenim vita nobis adhuc sexta est feria: q₃ in doloribus ducitur: ꝛ in angustijs cruciatur. Sed sabbato quasi in sepulchro quiescimus: q₃ requiem anime post corpus inuenimus. Dominico vero die/ videlicet a passiōe tertio/ a conditione vt diximus octauo: iam corporea morte resurgemus: ꝛ in gloria anime etiam cū carne gaudebim⁹. Quod ergo mire saluator noster fecit in se: hoc veraciter significauit in nobis: vt nos dolor in sexta/ ꝛ requies in septima/ ꝛ gloria excipiat in octaua. Hinc per Salomonē dicitur: Da partes septē/ necnon ꝛ octo: q₃ ignoras quid mali futurū sit super terram. Partes etenim septē simul ꝛ octo damus/ quādo ita ea que septē dieb⁹ euoluūtur dispōnimus: vt p hec ad bona eterna veniamus. Ut dummodo caute agitur: postmodū venientis tremendi iudicij ira deuitetur. Octo itaq₃ cubitis vestibulū mēsuratur intrinsecus: q₃ per lucē que post septē dies sequitur: latitudo nobis eternitatis aperitur. Sed nemo ad illā venit/ nisi qui hic dilectionē dei ac proximi deuota mēte tenuerit. Unde ꝛ subditur. [Et frontē eius duob⁹ cubitis.] Frōs etenim porte est boni meritū vite presentis. Sicut enim vestibulum intrinsecus superna requies debet intelligi: ita p frontē porte necesse est qualitatē visibilis vite signari. Frons ergo porte duobus cubitis mensuratur: q₃ quisquis hic dilectionē dei ac proximi seruare studuerit: ipse ad eternitatis atrium pertingit. Uita igitur nostra vt duobus cubitis sit mēsurata: tendi quotidie p charitatē debet in amorē dei simul ꝛ proximi. Nō est enim charitas vera: si minus a duob⁹ cubitis habet. Unde Moyses cū p colores vestium/ electorū virtutes exprimeret: in ornamēto pontificis bis tinctū coccū iubet adhiberi. Quid nāq₃ p coccū/ nisi charitas designatur: que semp flamma amoris accēdit? Sed coccus bis tingitur/ quādo non solum ex amore dei sed etiam proximi nostra charitas inflāmatur. Nam quisquis sic amat deum/ vt omissis sibi proximi curā relinquat: adhuc in eo coccus semel tinctus est. Et quisquis sic amat proximū vt minuat desiderium quo flagrare debet in deum: non est adhuc in eo color tincture geminatus. Debemus ergo ꝛ amare eos cū quibus viuimus: ꝛ ad illum totis desiderijs anhelare/ in quo veraciter viuamus. Ecce etenim ad fidem atq₃ ad audiendū verbū omnipotētis dñi nos qui religioso indui habitu videmur: ex diuersa mundi qualitate conuenimus: atq₃ ex dissimilib⁹ iniquitatib⁹ in sancte ecclesie cōcordia congregati sumus: ita vt iam patenter factū esse videatur quod de promissione ecclesie per Esaiam dicitur: Habitabit lup⁹ cū agno: ꝛ pardus cū hedo accubabit. Nam p sancte charitatis viscera lupus cum agno habitat: q₃ hi qui in seculo raptores fuerunt/ cū mansuetis ac mitibus in pace conquiescunt. Et pardus cum hedo accubabit: q₃ is qui peccatorum suorū maculis varius fuit: cū eo qui se despicit ꝛ peccatorem fatetur/ humiliare consentit. Ubi ꝛ subditur: Uitulus ꝛ leo ꝛ ouis simul morabūt. Quia ꝛ is q₃ p cōtritū cor ad quotidianū se deo sacrificium preparat: ꝛ alius q₃ tanq₃ leo ex crudelitate seuiebat: ꝛ alter qui velut ouis in innocētie sue simplicitate perdurat: in caulis sancte ecclesie conuenerūt. Ecce qualis est charitas: que p diuersitates mentium accēditur: cōcremat: conflat: ꝛ quasi in vnā auri speciē reformat. Sed in eo q₃ se electi sic amāt: ad illum necesse est vt festinent/ quē eterno gaudio in celis videre merentur. Unus est etenim dñs ac redēptor noster: qui ꝛ hic electorū suorū corda ad vnanimitatem ligat: ꝛ ad supernū amorem p eterna desideria semp stimulat. Unde et illic subditur: Et puer paruulus minabit eos. Quis iste est puer paruulus: nisi de quo scriptū est: Puer natus est nobis: filius dat⁹ est nobis? Qui simul habitātes minat: q₃ ne in terrenis rebus corda nostra inhereant: hec per internū desiderium quotidie inflammat. Et hoc ipsum ei⁹ minare: est ad suū nos amorem incessanter accēdere: ne cū nos vicissim diligim⁹/ mēte in hoc exilio remaneamus: ne quies huius vite sic placeat: vt ad obliuionē patrie perducat: ne delectata mēs prosperis torpeat. Unde ꝛ dolores suis flagella p̄miscet: vt nobis omne qđ nos in seculo delectabat/ amarescat: ꝛ illud incēdium surgat in animo/ quod nos semper ad celeste desideriū inquiete excitet: atq₃ (vt ita dicā) delectabiliter mordeat/ suauiter cruciet/ hilariter cōtristet. Puer ergo nos paruulus minat: q₃ is qui paulominus q₃ angeli minorat⁹ est: p charitatē quam nobis tribuit: in hoc nos mūdo mentem figere non permittit. His tractus itaq₃ nobis coccus est: si ꝛ hic proximos nostros sicut nos diligimus: ꝛ ad auctorē omnium cū ipsis quos diligimus festinamus. Si igitur vita nostra de perfecta charitate bis tingitur: frons in nobis porte duob⁹ cubitis mēsuratur. Siue igitur doctor seu sacrū eloquium/ vel certe fides porte nomine signetur: in mēsura virtutis cubiti charitas non incōuenienter accipitur: q₃ ꝛ ille vera predicat/ qui dei ac proximi amorem docet: et ipsa est certa scientia quā charitas edificat: et fides robusta est/ que se in dilectione dei ac proximi exercet. Sequitur: [Porro thalami porte ad viam orientalem tres hinc ꝛ tres inde: ꝛ mēsura vna trium.] Quid thalami: quid via orientalis designet: iam superius diximus: nec replicare latius necessarium putam⁹. Sed querendū nobis est quid est qđ dicit/ tres hinc et tres inde? Thalami quippe iuxta viam orientalem sunt corda feruētium in amore dei. Et siue hi qui electi in testamēto veteri fuerūt: siue hi qui in testamēto nouo secuti sunt: nimirū constat: q₃ oēs ex amore trinitatis accensi sunt. Neq₃ enim vere deum diligerēt: si eiusdē trinitatis q₃ deus est/ gratiā nō accepissent. Iuxta viam ergo orientalem tres hinc ꝛ tres inde sunt thalami: q₃ dum inter veteres ꝛ nouos patres dñs incarnari dignatus est: quasi in medio thalamorū via orientalis apparuit: qui thalami ad verā speciem ex trinitatis sunt cognitione decorati. Sin vero ad virtutes electorū eundē numerum referamus/ tres sunt virtutes sine quibus is qui aliquid operari iā potest/ saluari non potest: videlicet fides/ spes/ charitas. Et q₃ eadem fides/ spes/ ꝛ charitas in antiquis patrib⁹ q₃ in nouis doctorib⁹ fuit/ iuxta orientalē viā tres hinc ꝛ tres inde thalami describunt. Uel certe q₃ tres patrū veterū distinctiones fuerūt: tres quoq₃ nouorū sub gratia sequūtur. Uetus quippe populus habuit patres ante legē: ac deinde in lege: ꝛ postmodū prophetas. In nouo autē populo prius hebreorum primitie crediderunt: postmodū plenitudo gētium fidem secuta est: ac deinde in fine seculi hebreorum reliquie saluentur. Quia ergo incarnatio dñi et ex superiori parte patres ante legē: patres in lege: atq₃ ad extremū prophetas habuit: ꝛ ex posteriore fideles ex hebreis: fideles ex gētibus: ac postmodū hebreorū oēs reliquias colligit: orientalis via tres hinc ꝛ tres inde thalamos habere memoratur. Sed hoc quoq₃ non inconuenienter accipimus/ si tres esse fideliū ordines dicamus. Siue nāq₃ in veteri/ seu in nouo testamēto/ ali⁹ est ordo predicantium: alius continentium: atq₃ alius bonorum coniugatorū. Unde ꝛ idem propheta in superiori parte tres viros liberatos vidit/ Noe/ Daniel/ ꝛ Iob: in quibus videlicet tribus/ predicatores/ continētes/ ꝛ coniugati signati sunt. Nam noe arcam in vndis rexit: atq₃ ideo figurā rectorū tenuit. Daniel in aula regia abstinentie deditus fuit: ꝛ iccirco vitam continentium signauit. Iob vero in coniugio posit⁹/ et curā domus proprie exercens placuit: per quē digne bonorū coniugatorū ordo figuratur. Quia ergo etiam ante mediatoris aduētū et predicatores/ ꝛ continētes/ ac boni coniugati fuerūt: q₃ eundem eius aduētum prestolarētur: ꝛ magna hunc sitī desiderij videre cuperent: ꝛ postmodū predicatores: cōtinentes: ac boni cōiugati sicut cernimus extiterūt. Qui redēptorē nostrū non iā desideramus incarnatū: sed in maiestate sue glorie contēplādum/ orientalis via tres hinc/ ꝛ tres inde thalamos habet: iuxta psalmiste vocē/

Eccle. xi.

H

Exodi xxviij.

I

Esa. xi.

Ibidem.

K

L

Rom. xi.

M

Eze. xiiij.

A
Ps.xvij.

qui de eadē via videlicet redēptore nostro dicit. In circuitu eius tabernaculum eius. Sed pēsandū nobis est sollicita intētione quod dicitur/q: mensura vna trium. Cum enim longe sit a continētibus et tacētibus excellētia predicatorū: et valde a coniugatis distet eminētia cōtinentium: quid est q vna mēsura dicitur trium? Coniugati quippe quis et bene agant/et omnipotētē deum videre desiderent: domesticis tamen curis occupantur: et necessitate cogēte/in vtroq mēte diuidūt. Continētes aūt ab huius mūdi actione remoti sunt: et voluptatē carnis etiam a licito coniugio restringunt. nulla coniugis: nulla filiorū cura: nullis noxijs ac difficilibus rei familiaris cogitationib⁹ implicant. Predicatores vero nō solum se a vitijs coercent: sed etiam alios peccare prohibent: ad fidem ducūt: in studio bone conuersationis instruūt. Quomodo ergo vna eorū mēsura est: quorū vite equalitas vna non est? Sed mēsura vna trium est: q: etsi in eis meritorū magna est diuersitas: tamen distātia in fide in qua tendūtur non est. Nam eadē fides que illos solidat in maximis: illorū infirmitatē ptinet in paruis. Vel certe trium vna mēsura est: q: in retributione vltima quis eadē dignitas omnibus nō sit: vna tamen erit omnibus vita beatitudinis. Vnde per semetipsum dominus

Io.xiiij.
B

dicit. In domo patris mei māsiões multe sunt. Sed tamen qui in ea ducti sunt/quia diuersis horis venerūt: vnum denarium pceperūt. Qua itaq ratione cōueniūt māsiones multe cū vno denario: nisi quia diuerse quidē beatorum ciuiū dignitates erūt: sed tamen vna requies eterne retributionis? Nam et si dispar erit meritū singulorum: non erit diuersitas gaudiorū: q: etsi alter minus atq alius amplius exultat: vnū tamen vnū gaudium de conditoris sui visione letificat. Hoc quoq est siue de veteribus/seu de nouis patribus sentiēdū: q: ostēsa illa vis cum tres hinc/et tres inde thalamos habet: mēsura vna trium est: quoniam ipsa fides atq ipsum meritū tenuit corda precedētium: que repleuit corda sequentium sub

ij.Co.iiij.
Ps.cxv.

testamento nouo positorū: sicut et per Paulū dicit: Habentes autē eundē spiritū fidei: sicut scriptū est. Credidi propter quod locutus sum. Et nos credim⁹ propter quod et loquimur. Spiritales quippe illi patres omnipotentem deum trinitatē ita esse crediderūt: sicut eādē trinitatem noui patres aperte locuti sunt. Esaias nāq audiuit angelica agmina in celo clamantia: Sanctus: sanctus: sanctus dominus de⁹ sabbaoth. Vt enim psonarū trinitas monstraret/tertio sanct⁹ dr. Sed vt vna esse substantia trinitatis appeat/nō dñi sabbaoth: sed dñs sabbaoth

Esa.vj.
Ps.lxvi.

esse phibet. Qd Dauid quoq sentiēs ait: Benedicat nos deus deus noster: benedicat nos deus. Qui cū tertio dixisset deus: vt vnū esse hunc ostēderet/subdidit. Et metuant eū oēs fines terre. Paulus quoq loquitur dicēs:

Ro.xj.

Quoniam ex ipso: p ipsum: et in ipso sunt omnia. Ex ipso videlicet/ex patre. Per ipsum: p filium. In ipso aūt/in spiritusancto. Quē ergo ipsum cū tertio dixisset: adiūxit. Ipsi gloria in secula seculorū amē. Qui enim non dixit: ipsis sed ipsi: dicēdo ter ipsum distinxit p personas: et subiungendo ipsi gloria/non diuisit substantiā. Quia itaq vna est veterū ac nouorū patrū fides: recte thalamorum describitur mēsura vna triū. Quod verbis alijs replicatur cū subditur. [Et mēsura vna frontium] Ex vtraq enim parte est mēsura frontium: q: patres nostri vel prius a veteri/vel nunc a nouo testamēto venientes/in vna mediatoris fide conueniunt. Qui pro eo q charitate pleni sunt/carnē suam abstinētia edomāt: corda audientium predicationis lumine illustrant: signa faciūt: virtutes operātur. Per hoc q eorum bona nobis fortis simote sunt: non immerito huius celestis edificij frōtes vocant. Omne enī quod nunc in aperto ostenditur/frōs est: vt illud sit vestibulum edificij: quod nobis interius reseruatur. Vnde et sancte ecclesie in cantico canticorū

Can.vj.

dicitur: Sicut cortex mali punici gene tue absq occultis tuis. Gene quippe sunt sancte ecclesie spiritales patres: q nūc in ea miraculis coruscāt: velut in ei⁹ facie venerabiles apparent. Cum enim videmus multos mira agere: ventura prophetare: mundū perfecte relinquere: celestib⁹ desiderijs ardere: sicut cortex mali punici sancte gene rubēt. Sed quid illud est oē quod miramur/in

Esa.lxiiij.

illius rei comparatione de qua scriptum est: q oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit que preparauit deus diligētib⁹ se: Bene ergo cū miraretur genas ecclesie: subdidit. Absq occultis tuis. Ac si

D
j.Cor.ij.

aperte diceret: Ea quidē que in te non latet/magna sunt: sed illa valde ineffabilia que latent. Sequitur. [Et mēsus est latitudinē liminis porte decē cubitorū: et longitudinē porte tredecim cubitorū.] Multa superius de porte significatione iam diximus. Sed vnū tenere aliquid debemus/per quod possit et cetera lectoris prudētia penetrare. Dictū quippe est per portā scripturā sacrā posse significari. Sed hoc nobis modo laboriose discutiendum est: cur latitudo liminis porte decem cubitis: et longitudo porte tredecim mēsuratur. Hoc aūt loco longitudo porte altitudo dicitur: sicut non lōge staturē dicimus: quem altū videmus. Nam longitudo porte dici in transuersum non potest: cuius latitudo p decē cubitos demōstratur. Quid ergo latitudo liminis porte: nisi lex testamenti veteris fuit: et longitudo porte/nisi gratia testamenti noui? Quia videlicet scriptura sacra dū per testamentū vetus crimina operū cōpescuit/dari decimas precepit: quasi per mādata humilis in liminis latitudine iacuit. Sed dū p testamentū nouū cogitationes prauas coercuit/derelinqui oīa: et p deo vitā corporis iussit cū presenti seculo despici: quasi porta nostra in longitudinis altitudine surrexit. Minora quippe pcepta israelitico populo per legē data sunt. Vnde et eidem populo

Exo.xix.

Moyses in cāpo locut⁹ est. Altiora dñs sanctis apostolis dedit. Vnde et eosdē mandatis vite in mōte docuit.

Mat.v.

Dum vero redēptor noster p euangeliū dicit: Nolite putare quoniam veni soluere legē aut prophetas: non veni soluere/sed adimplere. Adimplere enim venerat legem: qui legis iustitie gratiam addidit: vt quod illa iubebat in minimis/ipse perfici adiuuaret in summis. Et quod

E

illa coercebat ab opere: ipse resecaret a corde. Intellecta ergo lex q in latitudie iacuit: i altitudine surrexit. Ipsa enim dei cognitio que apud illam in spiritalibus patribus fuit: nota omni hebreorū populo non fuit. Nam omnipotentē deum/sanctam videlicet trinitatē cū prophete predicarent/populus ignorabat: solū decalogū tenebat in fide: legē trinitatis nesciens. Mensuretur ergo latitudo liminis porte decē cubitis: quia durus ille populus subtilitatē fidei ignorans: mandatis seruiebat decalogi. Mensuretur ergo longitudo porte tredecim cubitis: q: per testamentū nouū in cor de fidelis populi sub per mādata decalogi quē verius custodit/cognitio trinitatis creuit. Et cū mandata legis perficit: trinitatem esse omnipotentē dñm credidit. Vbi et queri rationabiliter potest: cur etiam latitudinē liminis porte quam superius dixerat vno calamo mēsurari: inferius subiūxit q decem cubitis mensuretur: ac deinde subditur q longitudo porte tredecim sit cubitis mēsurata? Vn⁹ etenī calamus is (sicut sepe dictū est) sex cubitos habet/et palmum: decē vero cubiti iam mēsurā suam sup calamū tenent: tredecim vero amplius q decem. Quid est ergo q prius vno calamo limen porte: postmodū latitudo eius

F

decem cubitis: ad extremū quoq lōgitudo porte tredecim mensurat/nisi q sancti patres quos per sacram scripturam ante legem fuisse cognoscimus/vnū quidē omnipotentē deum/sanctā videlicet trinitatē esse nouerūt/ sed eandē trinitatem quā cognouerunt/aperte minime predicauerūt? Qui ei⁹ iussionib⁹ obedientes/et vite mūditiam cōseruantes: quasi in sex cubitis calami habuerunt perfectionē operis: et sepe angelos vidētes/habuerunt palmam contēplationis. Data autē lege: rudis ille hebreorū populus mādata decalogi seruare conatus est: sed tamē de cognitiōe sancte trinitatis erudit⁹ non est. Et quia hāc spiritales patres pfecte cognouissēt/multitudo tamen synagoge nec inuenire mysterium trinitatis potuit: nec querere sciuit. Superueniēte autē gratia per testamentū nouū: omnis fidelis populus vnū deum trinitatem esse cognouit: et virtutē decalogi ei⁹ cognitione compleuit. Prius ergo limen porte mēsuretur calamo vno: postmodū latitudo eius cubitis decem: atq ad extremū longitudo porte cubitis tredecim: q: et sanctis patribus ante legē [illegible] prius et contēplatiua vita non fuit: et sub lege decalogi populus diuine substātie mysteriū nesciens/in mādatorum latitudinem seruiuit. Et nunc sub gratia custoditis verius decalogi preceptis/omnis qui ad fidē venerit: sancte trinitatis sacramenta cogno

G scit. Quis in re hoc quoque nobis sciendum est: quod et per incrementa temporum creuit scientia spiritalium patrum. Plus namque Moyses quam Abraham: plus prophete quam Moyses: plus apostoli quam prophete in omnipotentis dei scientia eruditi sunt. Fallor si decipit scriptura non loquitur. (Dan. xij.) Pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia. Sed hec eadem que de Abraham, Moyse, prophetis et apostolis diximus: ex eiusdem scripture verbis si possumus ostendamus. Quis enim nesciat quia Abraham cum deo locutus est: et tamen ad Moysen dominus dicit: (Exo. vj.) Ego sum deus Abraham: deus Isaac: et deus Jacob: et nomen meum adonai non indicaui eis. Ecce plus Moysi quam Abrahe innotuerat: qui illud de se Moysi indicat, quod se Abrahe non indicasse narrabat. Sed videamus si prophete plus quam Moyses diuinam scientiam apprehendere potuerunt. Certe psalmista dicit: (Ps. cxviij.) Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est. Atque subiunxit: Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Et iterum: (Ibidem.) Super seniores intellexi. Qui ergo legem meditari se memorat: et super omnes docentes se ac super seniores intellexisse testatur: quia diuinam scientiam plus quam Moyses acceperat manifestat. Quomodo autem ostensuri sumus: quod plus sancti apostoli edocti sunt quam prophete? Certe veritas dicit: (Luce x.) Multi reges et prophete voluerunt videre que videtis: et audire que auditis: sed non viderunt. Plus ergo quam prophete de diuina scientia nouerunt: quod quod illi solo spiritu viderant: ipsi etiam corporaliter videbant. Impleta itaque est ea quam superius diximus, (Dan. xij.) Danielis sententia: quia pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia. Mensura ergo calami qui est sex cubitorum et palmo, ducatur ad cubitos decem: et mensura decem (H) cubitorum ad extremum surgat in tredecim. Quia quanto mundus ad extremitatem ducitur: tanto nobis eterne scientie aditus largius aperitur. Sequitur [Et marginem ante thalamos cubiti vnius.] Sicut sepe diximus: thalami corda electorum sunt, omnipotentis amore feruentia. Quid per marginem ante thalamos nisi fides exprimitur? quia nisi prius ipsa teneatur, nullo modo ad spiritalem amorem pertingitur. Non enim charitas fidem: sed fides charitatem precedit. Nemo enim potest amare quod non crediderit. Margo itaque est ante thalamos: fides ante ardorem charitatis: quia sicut dictum est: nisi ea que audis credideris: ad amorem eorum que audieris, nullatenus inflammaris. Sed margo ante thalamum cubiti vnius est: quia tunc fides corda audientium in amore copulat, quando per errores et schismate diuisa non est: sed in vnitate perdurat. Ut videlicet margo vnius cubiti audientia animum ad thalamum perducat: quia celestis spiritus speciem quam hic predicat: postmodum in celestibus demonstrat. Ubi et bene subditur. [Et cubitus vnus, finis vtriusque.] Utriusque autem dicitur: ac si dicat vtrorumque. Per latitudinem quippe liminis et longitudinem porte, veteris ac noui testamentum diximus designari. Ad extremum vero additur (I) quod cubitus vnus sit finis vtrorumque: quia videlicet et testamentum vetus vnum nobis mediatorem dei et hominum nunciauit: et testamentum nouum eundem nobis nunciat in eterna claritate venturum: quem iam pro nobis cognouimus incarnatum. Cubitus ergo vnus vtrorumque est: quia et quem lex predixit, in carne apparuit: et ipse quem nunc testamentum nouum loquitur, in gloria maiestatis apparebit. Et tunc vtrorumque finis erit, cum visus in diuinitatis sue potentia, omnia que sunt predicta compleuerit. Scriptum namque est: (Rom. x.) Finis legis christus ad iustitiam credenti. Finis videlicet non qui consumit: sed qui perficit. Tunc etenim legem perfecit, cum sicut lex predixerat, incarnatus apparuit. Sed adhuc de eius iudicio multa nouum testamentum loquitur: adhuc multa de regno illius narrat: que necdum videmus impleta. Ecce quotidie euangelium legitur: ventura predicantur. Tunc ergo erit et noui testamenti finis: cum et que de se promisit compleuerit. Finietur vero testamentum nouum: quia perficietur. Nam cum ipse de quo loquitur, visus fuerit: eiusdem testamenti verba cessabunt. Unde et sancte ecclesie veri luminis diem quasi tempus vernale prestolanti per sponsi vocem dicitur. (Cant. ij.) Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Iam enim hyems transijt: imber abijt et recessit: flores apparuerunt in terra. Siue enim sancta ecclesia seu vnaqueque electa anima, celesti sponso est amica per amorem: columba per spiritum: formosa per morum pulchritudinem. Que cum iam de corruptione carnis ducitur: (K) et procul dubio hyems transit: quia presentis vite torpor abscedit. Imber quoque abit et recedit: quia cum ad contemplandum in sua subtilitate omnipotentem deum educitur, iam verborum gutte necessarie non erunt, vt pluuia debeat predicationis infundi. Nam quod minus audire potuit, iam plus videbit. Tunc apparent flores in terra: quia cum de eterna beatitudine vita quedam suauitatis primordia pregustare anima ceperit: quasi iam in floribus odorata exit. Quod postquam egressa fuerit, iam fructu vberius habebit. Unde et illic subditur. (Ibidem.) Tempus putationis aduenit. In putatione quippe sarmenta sterilia resecantur: vt ea que preualent, vberius fructum ferant. Nostre itaque putationis tempus tunc aduenit, quando infructuosam ac noxiam corruptionem carnis deserimus: vt ad fructum anime peruenire valeamus. Qui fructus nobis erit vberrimus, visio vnius cubiti. Ergo vnus est finis vtriusque: quia vnus est ille qui dixit: (Ps. cxl.) Singulariter sum ego donec transeam. Qui solus cum patre et sancto spiritu presidet in celo sicut passer vnicus in edificio. Quemadmodum impleuit legem per mysterium incarnationis et perfecte humanitatis sue: ita testamenti noui promissa implebit cum post ostenderit gloriam claritatis sue. Hunc vnum nobis cubitum mensura quoque arce locuta est. Arca enim que trecentis cubitis (Gen. vj.) fieri in longitudine iussa est: sexaginta vero in latitudine: triginta autem in altitudine: in vno est cubito consummata. Quid enim per arcam nisi sancta ecclesia figuratur: que inferius ampla est, (L) superius angusta? Que a trecentis et sexaginta ac triginta cubitis ad vnum cubitum colligitur: quia latitudinem quam sancta ecclesia in membris suis adhuc infirmantibus habet, paulisper angustata et in altum proficiens ad vnum tendit. Ipsa enim ratio exigit vt credamus quod in illa arce latitudine omnes bestie, cuncta quadrupedia atque reptilia in inferioribus fuerunt: homo vero atque volatilia nimirum in superioribus. Iuxta superiorem etenim partem fenestra fuit in latere: de qua coruum vel columbam dimisit homo: vt si iam diluuij transisset aqua, cognosceret. Et quia arca eadem in vno fuit cubito consummata: homo et volatilia iuxta cubitum fuerunt. Recte itaque per arcam vniuersa ecclesia designatur: que adhuc in multis suis carnalibus lata est: in paucis spiritalibus angusta. Et quia ad vnum hominem qui est sine peccato colligitur: quasi in vno cubito consummatur. Uidemus etenim multos intra eiusdem sancte ecclesie sinum in superbia erigi: in carnis voluptate dissolui: acquirendis terrenis rebus inhiare: imperante auaritia mare transire: deseruire tractidie: iurgijs vacare: proximos quos preualent ledere. Sed quia eos adhuc sancta ecclesia tolerat vt conuertat: quasi in arce latitudine deorsum bestie morantur. Uidemus alios iam aliena non querere: illatas iniurias equanimiter portare: rebus proprijs esse contentos: humiliter viuere. Sed quia isti iam pauci sunt, angustatur arca. Alios autem conspicimus etiam possessa relinquere: nullum terrenis rebus studium dare: inimicos diligere: carnem a cunctis voluptatibus domare: motus omnes sub rationis iudicio premere: per celeste desiderium contemplationis pennas sublcuare. Sed quia tales quique (M) valde rari sunt: in arca iuxta cubitum ducitur: vbi homines et volatilia continentur. Queratur tamen si quis in eis esse valeat sine peccato: et nullus inuenitur. Quis itaque homo sine peccato est: nisi ille qui in peccato natus non est? In vno ergo cubito consummatur arca: quia vnus est auctor et redemptor sancte ecclesie sine peccato: ad quem omnes proficiunt qui se esse peccatores nouerunt. Dicatur itaque de limine et porta. Et cubitus vnus, finis vtriusque. Quia cum vnus mediator dei et hominum christus Jesus in maiestate sua apparuerit: omnia vtriusque testamenti que predicta et promissa sunt complebit. Sin vero vtraque hoc loco marginem ac thalamos memorat: neque hoc ab hac sententia abhorret: quia cum maiestas redemptoris nostri nobis fuerit ostensa, finitur fides: cum iam ceperit videre homo quod credidit. Et ad finem suum perueniunt thalami: quia corda fidelium incomparabiliter longe quam modo sunt in amore illius perficiuntur. Cubitus ergo vnus finis vtrumque est: quia vnius domini et saluatoris visio in electis suis fidem finit, et charitatem perficit. Considerare libet qui nos sumus qui ista tractamus. Certe ex gentibus venimus: certe parentes nostri lignorum ac lapidum cultores fuerunt. Unde ergo hoc nobis vt ea que nunc vsque hebrei nesciunt, Ezechie-

A

lis prophete tam pfunda mysteria rimemur/ Agam⁹ ergo gratias toto desiderio viri: q̄ cuncta que de eo in sacro eloquio scripta sunt/ opere impleuit: vt q̄ intelligi audita nō poterāt: visa panderent. Ibi qppe incarnatio/ ibi passio/ ibi mors/ ibi resurrectio/ ibi ascēsio illius continetur. Sed quis nostrū hec audita crederet: nisi facta cognouisset? Signatū ergo librū (sicut in Joannis apocalypsi legitur) quē aperire z legere nemo poterat: leo de tribu iuda aperuit: q̄ oia ei⁹ nobis mysteria in sua passione ac resurrectione patefecit. Et p hoc q̄ infirmitatis nostre mala ptulit: sue nobis potētie z claritatis bona monstrauit. Caro em factus est: vt nos spirituales faceret: benigne inclinatus est vt leuaret: exijt vt introduceret: visibilis apparuit vt inuisibilia mōstraret: flagella ptulit vt sanaret: opprobria z irrisiones sustinuit vt ab opprobrio eterno liberaret: mortuus est vt viuificaret. Agam⁹ ergo gratias viuificāti z mortuo: z ideo ampli⁹ viuificāti/ q̄ mortuo. Unde bene salutē nostrā/ et passionē illius Esaias contēplatus ait. Ut faciat opus suū/ alienū est opus ei⁹: vt operetur opus suū/ peregrinū est opus ei⁹ ab eo. Opus etenim dei est aias quas creauit colligere: ad eterne lucis gaudia reuocare. Flagellari autē atq̄ sputis illiniri/ crucifigi/ mori/ atq̄ sepeliri: nō hoc in sua substātia opus dei est: sed opus hoīs peccatoris/ qui hec oia meruit per peccatum. Sed peccata nostra ipse pertulit in corpore suo sup lignū. Et qui in natura sua ante semp incōprehensibilis: in natura nostra cōprehēdi dignat⁹ est ac flagellari: nisi ea q̄ erāt infirmitatis nostre susciperet: nunq̄ nos ad sue fortitudinis potentiā subleuaret. Unde ergo faciat opus suū? Alienū opus eius: et vt operet opus suū/ peregrinū est opus eius ab eo: q̄ incarnat⁹ deus vt nos ad suā iustitiam colligeret: dignatus est pro nobis tanq̄ peccator homo vapulare. Et alienū opus fecit vt faceret propriū: q̄ per hoc q̄ infirmans mala nostra sustinuit: nos qui creatura illius sumus/ ad fortitudinis sue gloriam perduxit. In qua viuit z regnat cum patre i vnitate spiritussancti: per omnia secula seculorum. Amen.

Apoca.v.

Esa.xxviij.

j.Petr.ij.

B

Homilia.xviij.

Ezech.xl.

Thalami autem sex cubitorum erant hinc z inde. Et mēsus est portam a tecto thalami vsq̄ ad tectum ei⁹: latitudinem viginti quinq̄ cubitorum: ostium cōtra ostiū. Et fecit frontes per sexaginta cubitos: et ad frontem atrium porte vndiq̄ per circuitū: et ante faciem porte que pertingebat vsq̄ ad faciem vestibuli porte interioris quinquaginta cubitos: z fenestras obliquas in thalamis z in frōtibus eorū: que erant intra portam vndiq̄ p circuitū. Similiter autē erāt et in vestibulis fenestre per gyrum intrinsecus: et ante frontes pictura palmarum celata.

C

Memoratis superius thalamis/ propheta subiungit q̄ thalami sex cubitorū erant hinc z inde. Qua in re magna nobis questio generat: cur superius thalamū vno calamo mensuratū dixit: quē videlicet calamū sex cubitos et palmū habere perhibuit: atq̄ inferius thalamos sex solūmodo dicit cubitis mensurari? Si enim nō calamo/ sed sex cubitis mensurātur: palmus deest/ qui superius in mēsura calami dicebat adesse. Sed si thalami sunt sensus atq̄ cogitatiōes fideliū/ in quibus caste anime cōdilectori suo in amore iunguntur: z per sex cubitos perfecta operatio: per palmū vero inchoatio contemplationis exprimitur: sancte vniuersalis ecclesie debemus mēbra cōspicere: z citius inuenimus q̄ sunt in ea thalami vno calamo: z sunt alij sex tantūmodo cubitis mēsurati. Nam fideles quidā in ista omnipotentē deū ita amant/ vt et in opere perfecti sint/ et in contēplatione suspensi. Hi profecto calamū in mensura habent: q̄ et sex cubitos operationis/ z palmū contēplationis possident. Quidam vero omnipotentē quidē deum diligunt et perfecte in bonis operibus exercentur: sed tamen contēplationis magnitudinē subtilioris intellectu nesciunt. Amāt autem: sed inuestigare gaudia eius claritatis ignorant. Hi itaq̄ sex cubitos habent/ z palmū non habēt: quia et iam per amorē iuncti sunt: sed ex cōtēplatione disiuncti. Qui tamē thalami post cōmemorationē cubiti vnius/ hinc et inde esse referuntur: q̄ videlicet in amore auctoris ac redēptoris nisi fideles anime z ex iudaico populo z ex gentilitate conuenerūt. Unde z idem redēptor noster cū asello sedens/ Hierusalē tenderet (sicut euāgelista testatur) multi vestimēta sua strauerūt in via: alij autem frondes cedebant de arboribus/ z sternebāt in via: z qui preibant z qui sequebātur/ clamabāt dicentes. Osanna benedictus qui venit in nomine dñi. Saluator enim noster asellū sedens/ Hierusalē tendit: quādo vniuscuiusq̄ fidelis aiā/ regens videlicet iumētum suum: ad pacis internę visionē ducit. Jumentū sedet etiā cū sancte ecclesie vniuersaliter presidet: eāq̄ in superne pacis desideriū accendit. Multi autem vestimēta sua in via sternunt: q̄ corpora sua per abstinentiam domant: vt ei iter ad mentē pareant: z exēpla bona sequētibus prebeant. Alij autē ramos vel frondes de arboribus cedunt/ et sternunt in via: q̄ in doctrina veritatis/ verba atq̄ sententias patrū ex eorum eloquio carpunt: et hec in via dei ad auditoris animū venientis: humili predicatione submittunt. Quod indigni quoq̄ z nos modo facimus. Nam cū patrum sententias in sermone exhortationis assumimus: frōdes de arborib⁹ cedimus: z has in via dei omnipotētis dñi sternimus. Sed qui preibāt z qui sequebantur/ clamabāt: osanna. Precessit quippe iudaicus populus: secutus est gentilis. Et q̄ oēs electi siue qui in iudea esse potuerūt/ siue qui nunc in ecclesia existunt in mediatorem dei z hominū crediderūt z credūt: qui preeunt et qui sequūtur: osanna clamāt. Osanna autem latina lingua/ salua nos dicit. Ab ipso enim salutē z priores quesierunt z presentes querūt: z benedictū qui venit in nomine dñi cōsitentur: quoniā vna spes/ vna fides est precedētiū atq̄ sequētium populorū. Nā sicut illis peccata passione ac resurrectiōe eius sanata sunt: ita nos preterita passiōe illius ac pmanēti in secula resurrectione saluamur. Quē enī priores nostri ex iudaico populo crediderūt atq̄ amauerūt venturum: hunc nos z venisse credimus z amamus: eiusq̄ desiderio accēdimur/ vt eū facie ad faciem contēplemur. Thalami ergo ei⁹ hinc z inde sunt: q̄ eo corda amātium fidem que in illo est/ z a priori parte seculi z ab vltima cōplectitur. Sequitur. [Et mensus est portā a tecto thalami vsq̄ ad tectum eius/ latitudinē viginti z quinq̄ cubitorum.] Sepe iam diximus portā fidē: z per eandē fidem ipsum dñm ac redēptorem nostrū mediatorē dei et hominū Jesum christū posse signari: q̄ per fidē que in eo est/ introitus ad fidē patet. Sed etiā scripturā sacrā q̄ nobis eādem ipsam fidē in redēptoris nostri intellectū aperit: nō immerito portam accipim⁹: q̄ ea vt oportet cognita: ad intelligenda visibilia intramus. Si igit hoc in loco (vt prediximus) porta scriptura accipitur: querēdum est quid per tectū thalami: quid per tectū porte signet. Sed habet thalamus tectū: q̄ operta est mens amantium: et adhuc feruor amoris in occulto est. Habet quoq̄ et porta tectum: q̄ scriptura tota quidē ppter nos scripta est: sed nō tota intelligit a nobis. Multa quippe in illa ita aperta sunt vt pascant paruulos: quedā vero obscurioribus sententijs vt exerceant fortes: quatenus cū labore intellecta plus grata sint. Nonnulla autē ita in ea clausa sunt: vt dū ea nō intelligimus/ agnoscētes infirma nostre cecitatis/ ad humilitatē magis q̄ ad intelligentiam proficiamus. Sūt enim quedā que ita de celestibus loquūtur: vt solis illis supernis ciuibus in patria sua persistētibus pateāt: necdūq̄ nobis peregrinantibus reserētur. Nā si quis ad vrbē incognitā pergēs multa de illa in via audiat: quedā quidē ex ratione colligit: quedā vero q̄ necdū videt/ nullo modo cognoscit: ipsi vero ciues qui in ea sunt: z que de illa dicūtur vidēt: z que de illa dicūtur intelligūt. Nos igitur in via adhuc sumus: multa de illa celesti patria audimus: alia iam p spiritū z rationē intelligim⁹: quedā vero nō intellecta veneramur. Unde et de eodē sacro eloquio scriptū est: Extēdēs celum sicut pellē: qui tegis in aquis superiora eius. Celū quippe sicut pellis extēditur: q̄ per ora mortaliū scriptura sacra nobis in expositionib⁹ explicatur. Sed sunt aque in celo/ superiores videlz multitudines angelorum agmina: in quib⁹ eiusdē celi regunt superiora: q̄ ea q̄ in sacro eloquio altiora z obscuriora sūt/ angelicis solūmodo spiritib⁹ patet/ z nobis adhuc incognita

D

Mat.xj.
Mat.xxi.
Luce.xix.

E

Osanna latine dicit salua nos.

F

Ps.ciij.

G perdurat. Habet ergo thalam⁹ tectū: qꝛ nescit adhuc ꝓxi
mus q̄tū amet a ꝓximo. Porta quoq3 sacrū eloquiū
habet tectū: qꝛ necdū oīa penetrare intellectu possum⁹ q̄
de celestibus audim⁹. Restat ergo vt i his q̄ intelligim⁹:
in ꝑfectu quotidie charitatis ambulem⁹. Et q̄uis in no
bis ꝓximi quoq3 nostri nō videāt q̄tū diligant a nobis:
atq3 in sacro eloquio ea q̄ necdū intelligim⁹ humiliter ve
neramur: in his tamē ad q̄ intelligēdo ꝑuenim⁹ /dilatari
per bonā operationē debem⁹. Unde ꝛ dicit. ¶ Et mensus
est portā a tecto thalami vsq3 ad tectū eius latitudinē vi
ginti ꝛ quinq3 cubitorū. ¶ Quinq3 eñ carnis sensib⁹ ꝓdit
sumus: videlicet visu/gustu/olfactu/auditu/atq3 tactu.
Isdē vero quinari⁹ numerus ꝑ semetipm multiplicat⁹/
ad vicesimū ꝛ quintū numerū surgit. Operari aūt exteri⁹
quiddā de mādatis celestib⁹ sine istis corporeis q̄nq3 sen
sib⁹ nō valem⁹. His quippe officijs suis iudex anim⁹ in
teri⁹ ꝓsidere q̄d exteri⁹ agere iuste vl' misericorditer pos
sit: quasi eisdē officijs renūciātibus ac deseruiētib⁹ agno
scit. Cū ergo timore oīpotētis dñi animus implet: necesse
est vt q̄nq3 nostri sensus nobis velut subiecta officia in bo
na operatiōe deseruiāt. Per quos cū aliq̄d agere miseri
corditer cepim⁹: plus se quotidie ipsa mīa aperit: et q̄si
quidā sin⁹ boni operis crepādit. Quinq3 igit sensus multi
plicant in se/dū hoc qd̄ ꝑ ipsos agit /i bono quotidie ope
re per ꝑfectū multiplicat. Unde ꝛ latitudo esse viginti et
quinq3 cubitoꝝ dicit: qꝛ timor/tenacia/ꝛ pigredo angustia
H est. Quisq3 eñ ideo idigēti dare panē metuit/ne sibi de
sit: adhuc in angustia timoris est. Quisq3 igit vestimētū
algēti nō porrigit/qꝛ hoc solus habere cōcupiscit: adhuc
tenacie sue angustia coarctat. Quisq3 ideo bonū nō agit/
qꝛ torpore animi torpescit: ipse ei suus torpor angustia est.
Respicere autē inopē: exaudire precē: largiri stipē: ꝓbere
defensionē: atq3 ꝓ eiusdē defensiōe paupertis /aduersitatis
cuiuslibet inimicitias nō timere: magne mentis latitudo
est. Mensuret ergo inter thalamū ꝛ portā ea q̄ interest la
titudo cubitis viginti ꝛ q̄nq3: qꝛ in exteriore sensuū ope
ratione ꝓbat ꝛ cognoscit q̄ intrisecus largitas bonitatis
habeat. Nā q̄d iā de scriptura sacra didicerit: ꝛ q̄tū ꝓxi
mū tacit⁹ ames: in latitudine boni opis ostēdis. Patent
itaq3 viginti ꝛ q̄nq3 cubitis latitudo iter thalamū ꝛ portā:
qꝛ inter charitatē ꝛ sciētiā testis est bona opatio. Que si
fortasse defuerit: ꝑfecto certum est nec cognouisse te deū/
nec diligere ꝓximū: nec portā sacri eloquij/nec amoris
thalamū habere. Et notādū q̄ a tecto thalami vsq3 ad te
ctū porte dicit mēsuratū. Per ea eñ q̄ nobis in sacra scri
ptura cooperta sunt/nr̄a humilitas approbat: qꝛ quicq̄d
Psal. in illa nō intelligim⁹/nō supbe reprehēdere: sed venerari
humiliter debem⁹. Unde ꝛ de dño scriptū est. Palpebre
eius interrogāt filios hoīm. Palpebre q̄ppe ei⁹ interro
gāt: quādo aliq̄d nobis claudit/ꝛ aliq̄d aperit. Aperiē
do nos interrogāt: si intelligēdo nō extollimur. Clauden
do nos interrogāt/si non despicim⁹ q̄ intelligere nō vale
mus. Per ea aūt q̄ de charitate nr̄a ꝓximis nr̄a nō loq̄
I mur/in conspectu dei veri⁹ ꝓbamur. In quorūdā eñ ore
charitas ficta est: in quorūdā cordib⁹ vera. Et sepe de cha
ritate ostendit q̄d nō est: ꝛ demōstrat q̄d est. Amorē itaq3
nostrū erga ꝓximū plus bona opatio loquit q̄s ligua: vt
in ipso bone opere ꝓximus noster amari se videat. Et cū
eis nō possum⁹ quātū volum⁹ opari: oīpotēti deo occulta
amoris nr̄i sufficiant. A tecto ergo thalami vsq3 ad tectū
porte sit magna latitudo: vt ab occultis nr̄e charitatis ꝓ
pter ꝓximū vsq3 ad humilitatē sciētie/ꝛ ꝓpt deū inquā
tū intelligim⁹ ꝛ valem⁹ bona semp opemur. Potest enim
porta ipse iā adit⁹ regni celestis intelligi. Habet nūc tha
lamus tectū: habet ꝛ porta tectū: qꝛ ꝛ quanta sit nr̄a chari
tas inter deū ꝛ ꝓximū nō cognoscit: ꝛ quādo de h̄ seculo
ad eterne vite requiē introducamur ignorat. Esse eñ no
bis cōditor noster diē mortis nr̄e incognitū voluit: vt dū
semp ignorat/semp esse ꝓxim⁹ credat: ꝛ tāto q̄s feruētior
sit in opatiōe: quāto ꝛ incert⁹ est de vocatiōe. Unde ꝛ lati
tudo viginti ꝛ q̄nq3 cubitorū a thalamo ad portā redit:
qꝛ charitatē quā semel in deo ꝛ ꝓximo cōcepim⁹: vsq3 ad
ingressum regni debem⁹ omne q̄d possum⁹ multiplicter
atq3 incessanter operari. A tecto itaq3 thalami vsq3 ad te
ctū porte magna latitudo est: qꝛ ex gr̄a qua inchoam⁹ deū
diligere: vsq3 ad ipsam dilectionē q̄ nobis aditū regni ce
lestis aperit/debemus nosmetipsos in magna bonoꝝ ope
rum actiōe dilatare: aduersa pariter ꝑpeti: benigna cha

K ritatis obsequia libēter impēdere: ipsos etiā q̄s patimur
amare/habita tribuere/nō habita nō ambire/ꝓximos si
cut semetipsos diligere: eoꝝ bona ita credere: eoꝝ mala
q̄si ꝓpria deflere. In tali ergo mēte magna latitudo est: in
qua angustie odioꝝ nō est. Quā ꝑfecto latitudinē ex dei
et ꝓximi amore cōcepim⁹ quātū ꝑ sacra mādata cognoui
mus. Nā ꝛ ipsos latitudinis viginti et q̄nq3 cubitos non
incōueniēter intelligim⁹: si eos iuxta sacrū eloquiū discu
tere velim⁹. Sex eñ cubitis mēsuratos thalamos dixe
rat: ꝛ sexto die homo est ꝓdit⁹: eo q̄ ꝑ dies sex dñs ꝑfectie ope
Gen. i. ra sua describit. Unde etiā ꝓ ꝑfectiōe poni senari⁹ nūer⁹
solet. Et qꝛ omnē opatiōe bonā ꝑ q̄tuor sacri euāgelij
libros agnouim⁹: si ter quater ducim⁹/ad viginti ꝛ q̄ttuor
ꝑuenim⁹. Cui monas addit: qꝛ in vno semp deo bene oēs
opamur. Uiginti ergo ꝛ q̄nq3 cubitis latitudo hec expli
cari debuit: qꝛ ois bona opatio ꝑ q̄ttuor sancti euangelij
(vt diximus) libros agnoscit: ꝛ in vni⁹ dei cognitiōe ꝛ cō
fessiōe cōplet. Sequit. ¶ Et ostiū ꝯtra ostiū. ¶ Hoc loco cō
tra nō ad aduersitatē ponit: s3 ad rectitudinē. Ostiū eñ
cōtra ostiū est/cū recto itinere ab exteriore ad interiorem
aditū ꝑuenit. In cognitiōe vero oīpotētis dei ꝑmū ostiū
nem fides est: scd̄m vero spēs illi⁹ ad quā ꝑ fidē ambulā
do ꝑuenim⁹. In hac etenī vita hāc ingredimur: vt ad illā
postmodū ꝑducamur. Ostiū ergo ꝯtra ostiū est/qꝛ ꝑ adi
tū fidei/aperit adit⁹ visionis dei. Si q̄s vero vtraq3 hec
ostia in hac vita velit accipere: neq3 hoc a salubri itelligētia
L abhorret. Nā sepe volum⁹ oīpotētis dei naturā inuisibilē
considerare: sed nequaq̄ valem⁹: atq3 ipsis difficultatib⁹
fatigata aīa ad semetipsam redit: sibiq3 de seipsa gradus
ascensionis facit: vt ꝑmū semetipsam si valet cōsideret: ꝛ
tunc illā naturā q̄ sup ipsam est/inquātū potuerit inuesti
get. Sed mēs nr̄a si in carnalib⁹ imaginib⁹ fuerit sparsa:
nequaq̄ vel se vel aīe naturā cōsiderare sufficit: qꝛ ꝑ quot
cogitatiōes ducit: quasi ꝑ tot obstacula cecat. Prim⁹ er
go gradus est vt se ad se colligat. Scd̄s vt videat q̄lis est
collecta. Terti⁹ vt sup semetipsam surgat: ac se cōtēpla
tiōi auctoris inuisibilis intēdēdo subijciat. Sed se ad se
I sanctificate solēnitatis: quia dū cōfessiōis laudē deo reddimus: in sanctificata solēnitate gaudemus. Respondeamus ergo moribus tante mie redēptoris nostri: et qui lucē cognouim': prauorū operū tenebras declinemus. Quid est iam rogo quod in hoc mūdo libeat? Ubiq; luct' aspicimus: vbiq; gemitus audimus. Destructe vrbes: euerse sunt castra: depopulati agri: in solitudinem terra redacta est. Nullus in agris incola: pene nullus in vrbibus habitator remansit: et tñ ipse parue generis humani reliquie adhuc qūidie et sine cessatione feriūtur. Et finē non habēt flagella celestis iustitie: q2 nec inter flagella correcte sunt actiones culpe. Alios in captiuitatē duci: alios detruncari: alios interfici videm'. Quid est ergo qđ in hac libeat fratres mei? Si et talē adhuc mūdū diligimus: nō iam gaudia/sed vulnera amamus. Ipsa aūt que aliqñ mūdi dña esse videbatur/qualis remāserit roma cōspicimus. Immensis doloribus multipliciter attrita: desolatione ciuiū: impressione hostiū: frequētia ruinarū: ita vt in ea cōpletū esse videamus qđ cōtra vrbē samariā per hūc eūdē pro-

Eze.xxiiij phetam longe superius dr: Pone ollā: pone inquā et mitte in eā aquā: et congere frusta eius in ea. Et paulopost. Efferbuit coctio ei'/et discocta sunt ossa illius in medio eius. atq; iterū. Congere ossa q̄ igne succēdā: cōsumentur carnes: et coquet' vniuersa cōpositio/et ossa tabescent. Pone quoq; eā sup prunas vacuā/vt incalescat et liquefiat es ei'. Tūc enim nobis olla posita est/cū hec est ciuitas cōsti-

tuta. Tunc in eā aqua missa est/et frusta ei' cōgesta sunt/ qñ ad eā vndiq; populi defluebant: qui velut aqua calens actionibus mūdi feruescerent: et quasi frusta carniū in ipso suo feruore liquerent. De quibus dr: Efferbuit coctio eius: et discocta sunt ossa eius in medio illius. Quia pri' quidē in ea vehemēter incaluit actio glorie secularis: sed postmodū ipsa gloria cū suis sequacibus defecit. Per ossa etenim potentes seculi: per carnes vero populi designantur: q2 sicut carnes portant' ossibus: ita per potētes seculi infirmitas regitur populorum. Sed ecce iam de illa oēs huius seculi potentes ablati sunt. ossa ergo excocta sunt. Ecce populi defecerunt: carnes ei' liquefacte sunt. Dicatur itaq;. Congere ossa q̄ igni succendā: consumetur carnes: et coquetur vniuersa cōpositio eius: et ossa tabescent. Ubi enim senatus/vbi iam populus? Contabuerūt ossa: cōsumpte sunt carnes: oīs in ea secularū dignitatū ordo extinctus est. Excocta est vniuersa cōpositio ei'. Et tamē ipsos nos paucos qui remāsim' adhuc quotidie gladij: adhuc quotidie innumere tribulationes pmunt. Dicatur ergo. Pone quoq; eā sup prunas vacuā. Quia eni senat' deest: pple interijt: et tñ in paucis qui sūt/dolores et gemitus quotidie multiplicant: iam vacua ardet roma. Quid aūt ista de hominibus dicim'/cū ruinis crebrescētibus/ ipsa quoq; destrui edificia videmus? Unde apte de ciuitate iam vacua subditur. Incalescat et liquefiat es eius. Iam enim et ipsa olla cōsumitur: in qua prius et carnes et ossa cōsumebātur. Quia postq; defecerūt hoies/etiam parietes cadūt. Ubi aūt sunt qui in ei' aliqñ gloria letaban-

L tur? vbi eor pōpa? vbi supbia? vbi frequēs et imoderatū gaudiū? Impletū est in ea qđ cōtra destructā niniuē per

Naū.ij. prophetā dr: Ubi est habitaculū leonū: et pascua catulorū leonū? An eius duces ac principes leones nō erāt/qui p diuersas mūdi prouincias discurrētes/predā sauiēdo et interficiendo rapiebant? Hic leonum catuli inueniebant pascua: q2 pueri/adolescētes/iuuenes/seculares/et secularū filij huc vndiq; concurrebant: cum proficere in hoc mūdo voluissent. Sed iam ecce desolata/ecce contrita/ecce gemitibus oppressa est. Iam nemo ad eā currit vt in hoc mundo proficiat: iam nullus potēs et violētus remansit: qui opprimēdo predā diripiat. Dicam' ergo. Ubi est habitaculū leonū: et pascua catulorū leonū? Contigit ei qđ

Mich.i. de iudea nouimus p prophetā dictū: Dilata caluitiū tuum sicut aquila. Caluitiū quippe hois i solo capite fieri solet: caluitiū vero aquile in toto corpore: q2 cum valde senuerit: plume eius ac penne ex oibus mēbris illius cadunt. Caluitiū ergo suū sicut aquila dilatat: q2 plumas perdidit/que populū amisit. Alarū quoq; pēne ceciderūt: cum quibus volare ad predā cōsueuerat: q2 oēs potētes extincti sunt/per quos aliena rapiebat. Hec aūt que de romane vrbis contritione dicimus: in cunctis facta mūdi ciuitatibus scimus. Alia etenī loca clade desolata sunt: alia gladio cōsumpta: alia fame cruciata: alia terre hiatibus absorpta. Despiciam' ergo ex toto aīo hoc presens seculū

M vel extinctū. Finiam' mūdi desideria saltē cū mūdi fine. Imitemur bonorū facta que possimus. Apud orientem et aquilonem multi sunt qui pro pfectione vite cētū cubitis mēsurant. Ex iudea etenim et gētilitate (sicut dictū est) ad sanctitatis culmen excreuerunt. Quia intelligi per orientem et aquilonē etiam iusti et peccatores possint. Oriens quippe nō immerito iusti nominant: qui sicut in luce fidei nati sunt: in innocētia persistūt. Per aquilonē vero recte peccatores accipimus: qui mentis frigore dilapsi sub peccati sui vmbra torpuerunt. Sed q2 omnipotentis dei misericordia etiam tales ad penitentiam reuocat: compunctione et lachrymis lauat: virtutibus ditat: vsq; ad perfectionis gloriā sublevat: non centū cubitis solū ad orientē: sed etiā ad aquilonē ducūtur: dū cū iustis etiā petōres per dona et penitentiam ad pfectionem veniunt.

Homilia.xix.

Portā vero que respiciebat viā aquilonis atrij exterioris mensus est tā in lōgitudine q̄ in latitudine: et thalamos ei' tres hinc et tres inde: et frōtē ei' et vestibulū eius secūdū mēsurā porte prioris: quinquaginta cubitorū longitudinem eius:

A et latitudinem vigintiq̃nq; cubitorũ. Fenestre autẽ eius ⁊ vestibulũ ⁊ sculpture secundũ mensurã porte que respiciebat ad orientẽ: ⁊ septem graduũ erat ascensus eius. Et vestibulum ante eam: ⁊ porta atrij interioris cõtra portam aquilonis ⁊ orientalẽ. Et mensus est a porta vsq; ad portam centũ cubitos. Et eduxit me ad viam australẽ: ⁊ ecce porta que respiciebat ad austrũ. Et mensus est frõtem eius ⁊ vestibulum eius iuxta mensuras superiores: ⁊ fenestras eius et vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras: quinquaginta cubitorum longitudine: ⁊ latitudine vigintiq̃nq; cubitorum: ⁊ in gradibus septem ascendebat ad eam. Et vestibulum ante fores eius: ⁊ celate palme erant: vna hinc ⁊ altera inde in fronte eius.

Magna legentium debet esse discretio: vt in sacro eloquio cũ quilibet vnus sermo dicitur: non semper vnã eandẽq; rem significare credatur: sicut aliquãdo sol in bono: aliq̃n vero accipitur in malo. Solis etenĩ noĩe aliquãdo signatur dñs: aliquãdo

B persecutio. Attestãte autem libro sapiẽtie/in inferno impij dicturi sunt: (Sap.v.) Errauimus a via veritatis: et sol iustitie non luxit nobis. Et de iactis seminibus dominus dicit: (Mar.iiij.) Orto sole exaruit. quia videlicet facta persecutione: in reproborũ cordibus predicationis verbũ siccãtur. Sic leo dominum signat. (Apoca.v.) Unde scriptum est: Uicit leo de tribu iuda. Sic leonis noĩe diaboli similitudo exprimitur: sicut per primũ pastorẽ dicitur: (j.Pet.v.) Aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit querens quem deuoret. Sic bouis nomine sapiens designatur. Unde scriptum est: (Deu.xxij.) Non iunges bouẽ et asinũ. i. sapientẽ cũ stulto in predicatione non socies. Sic per bouem fatuus figuratur: sicut de eo q̃ in turpitudine amoris captus est/ dicit: (Puer.vij.) Statimq; eam sequitur/ quasi bos ductus ad victimam. Sicut fatuus trahitur ad mortẽ. Hec igitur dixi/ne qi portã significare dñm: vel predicatores: vel scripturã sacram vel fidem exposui: vbicũq; iam in hoc propheta porta legitur: signare aliud non credatur. Cum enĩ de vna porta propheta loqueretur: recte fides intellecta est: quia vna est oĩm electorum fides. Cũ vero alie porte nominãtur/ intelligi ora predicatorum possunt: per que vera vita cognoscitur: et per que ascenditur ad sacramentorũ spiritaliũ cognitionẽ. Nam porta per quã significari fidẽ diximus/notandum nobis est quia inferior appellatur. In hac enim vita dum sumus/quasi in imo positi adhuc inferius tenemur. Et recte inferior porta fides est: quia nobis in terra positis aperit cognitionem dei. Itaq; nunc dicitur. [Portam quoq; que respiciebat viã aquilonis atrij exterioris/mensus est tam in longitudine q̃ in latitudi-

C ne: et thalamos eius tres hinc/et tres inde. Et frontes eius et vestibulum eius secundum mẽsurã porte prioris quinquaginta cubitorum longitudinẽ eius: ⁊ latitudinẽ viginti et quinq; cubitorum. Fenestre autẽ eius et vestibulũ et sculpture ſm mensuram porte que respiciebat ad orientẽ: ⁊ septem graduũ erat ascensus eius: et vestibulũ ante eam.] De porta que respiciebat viam aquilonis atrij exterioris/ea ipsa replicãtur que iam de porta alia superiori dicta sunt: atq; alia subiũgitur que de ſdicta porta propheta tacuerat. Ut ergo de his latius disseramus/ que necdum discussa sũt: debemus ea que dicta sunt/ sub breuitate replicare. Porta enim viam aquilonis respicit: cum predicator quilq; vitam peccatoris agnoscit: eiq; interiora vite per verbũ predicationis aperit. Que porta atrij exterioris dicitur. Exterius quippe est atrium vita presens: in qua omne quod corporaliter agitur: corporaliter etiam videtur. Que tam in logitudine q̃ in latitudine mensuratur: quia cũ ad fidem peccator ducitur: necesse est vt eius doctor cõsideret vel q̃tum in longitudinem spei: vel q̃tum in latitudinẽ charitatis ex eiꝰ admotione proficiat. Qui enĩ ad deũ conuertitur/ si adhuc bona vite presentis sperat: longitudinem non habet: quia breuis est vita in qua spem posuit. Si per terrenorum cõcupiscentiam/et adhuc proximi odio coangustatur: latitudinem non habet: quia nescit vel transitoria contẽnere: vel se in proximi amore dilatare. Cũ vero conuersus quisq; eterne vite gaudia longanimiter sperat/proximorum molestias cum charitate tolerat/ et ea que nõ habet concupiscere contẽnit: longitudinem et latitudinẽ porta habet: q: gloria predicatoris est profectꝰ auditoris. Unde quibusdam per magnum predicatorem dicitur: (Phil.iiij.) Gaudium meum ⁊ corona mea. Et rursum: (j.Te.iij.) Ecce nunc viuo/ si vos statis i domino. Atq; iterum: (j.Thes.ij.) Que est nostra spes aut gaudiũ: nonne vos ante dñm? Longitudo ergo et latitudo porte est que ad aquilonem respicit: quia cum infidelem quempiã in peccati sui frigore torpentẽ predicator ad fidem conuerterit/per hoc q̃ eum in longitudinẽ spei tendit/⁊ in amplitudinẽ charitatis dilatat: eius gloriã facit. Et quia in cognitione sancte trinitatis ex verbo predicationis auditores quiq; in eiusdẽ trinitatis amore proficiunt: habet hec eadẽ porta thalamos tres hinc/⁊ tres inde: quia omne quod per testamentũ nouũ de trinitate conditor loquitur: hoc etiã de testamẽto veteri ostẽdit. Et cor audientium in amore celestis patrie pficit/ vt anima inherens deo/ quasi sponsa cum sponso in quodã iam thalamo sedeat: atq; se a terrenis desiderijs funditꝰ auertat. Uel certe vt longe superius dictũ est/quia tres sunt ordines bene viuentiũ bonorũ: scʒ coniugatorũ/continentium/atq; predicatorum: et quia alij etiã in coniugijs

B positi/amore celestis patrie anhelant: alij autẽ spe eterni gaudij etiam carnem macerant: omnesq; actus terrenos refugiunt: et in cura huius seculi implicari contẽnunt: alij vero ⁊ terrena bona despiciũt: et celestia gaudia pdicant que cognouerunt: quid isti nisi in spiritali edificio thalami sunt/in quorum cogitatione et meditatione anima celesti sponso sociatur? Quos tres bonorum ordines q: nõ solum ecclesia ex gentibus habet: sed aliq̃n etiam synagoga habuit/ vbi magna multitudo spiritaliũ/ redẽptoris gratiam ardenter expectauit: porta edificij celestis tres hinc/et tres inde thalamos habet: quia predicator q̃sq; cum ad superiam patriam auditorẽ prouocat/ et nouos patres et veteres anhelasse celesti desiderio demonstrat (plus enim plerũq; exemplum q̃ ratiocinationis verba compungunt) et cum predicator dicit quales alij in cõiugio/vel in cõtinentia/ vel in predicatione erga oĩpotẽtis dei amorem in nouo testamento fuerint: vel alij quales in veteri: porta que loquitur/ ternos et vtroq; latere habere thalamos ostenditur. Que porta habet et frontẽ: quia sunt in predicatoris vita aperta opera que videntur. Habet et ante frontem vestibulũ: quia prius q̃ bona opera insinuet/predicat fidem per quã anima humiliter veniens ad bonorum actuũ altitudinẽ subleuetur. Que cuncta secundum mensurã porte prioris sunt: iuxta hoc qđ subditur: Quia mensus est quinquaginta cubitorum longitudinẽ eius/et latitudine viginti quinq; cubitorũ. Hec iam

F superius latꝰ me dixisse meministis. Per quinquagenariũ enĩ numerũ requiem diximus figurari: quia et quinquagesimus veteri populo in requiẽ datur: qui appellatus est iubileus: et septenarius numerus (per quem hoc omne tempus euoluitur) septies multiplicatus/ad quadraginta ⁊ nouem ducitur. Cui monas additur: quia in vnius contẽplatione requies eterna pficitur. Idem ergo quinquagenariꝰ numerus nobis in longitudinẽ est: quia peruenire ad illã requiẽ non potest: nisi q̃ ad eã spem suã modo tendere longanimiter potest. Quia enim per quinquagenariũ numerũ ad eternã requiẽ prouocamur: etiã hoc nos omnino instruit: q̃ in tabernaculo decem cortine iusse sunt fieri: que haberent ansulas quinquagenas/et circulos aureos quinquagenos a latere ⁊ summitate. Cortine tabernaculi sancti omnes sunt: qui ex diuersis virtutũ coloribus in sancte ecclesie ornamento proficiũt. Qui et interiora velant: et exteriora oĩmodo exornant: quia eorum vita in q̃tum videtur/ornamentũ est: et eorum intellectus intus absconditus/vbi celestia que in mente seruant/edicere non possunt/ in eis aliquo modo velatur. Recte autem decem cortine sunt: quia per decalogi studium/ipsi sanctorum corda profecerũt. Hyacinthine vero ansule cortinarũ fieri quinquaginta precepte sunt. Hyacinthus celi speciẽ habet. Ansule ergo cortinarũ sunt precepta celestia: in quibꝰ ligantur sic: vt ab inferioribꝰ subleuate/superiꝰ pẽdeãt. Que videlicet ansule habẽt et circulos aureos: intellectũ scʒ vere sapiẽtie fulgẽtẽ. Quia-

Exo. 26

G tellectus: qui esse debet per oia circūspect⁹: et caute sollicitudinis vigilantia munitus: recte per circulos designat. Et notandū q̄ a latere et summitate iubētur ansule vel circuli in cortinis fieri: q̄ precepta celestia et intellectus spiritalis non solū debet nos sursum in dei amorē suspendere: sed etiam proximo in charitate sociare. In eo enim q̄ conditorem nostrum diligimus: quasi per superiores ansulas in aere pendemus. In eo vero q̄ sicut nosmetipsos proximos amam⁹: ansulas ⁊ circulos a latere habemus: vt cortine tabernaculi/id est fideliū anime per charitatem coniuncte sint: et non per discordiā diuise. Unde et hic post longitudinē quinquaginta cubitorum/proximus latitudo subiungitur viginti et quinq̄ cubitorum: que videlicet latitudo ad charitatem proximi pertinet. Ipsa enim in fratrum amore se dilatat: atq̄ erga eos omne quod potest boni operis exercet. Cuncta autem bona opera q̄ corporaliter fiunt: p̄ quinq̄ corporeos sensus exhibentur: videlicet per visum: auditum: tactū: gustū: odoratum. Quinarius vero numerus per semetipsum duct⁹ ad vicesimum et quintū peruenit: quia bona opera cum agi ceperint: per feruorem animi ad augmentū excitātur ⁊ per semetipsa multiplicantur. Unde et latitudinē menti faciunt: vt non sit āgusta per tēporē: sed expansa in bonis actibus per charitatem. Omnis eni corpori tēporis angustia est: omnis vero benignitas charitatis magna latitudo. Nam etsi res desunt que fortasse indigenti proximo H prebeātur: ampla est substātia voluntatis bone: que sufficit ad regni retributionē: sicut scriptū est: In terra pax Luce.ij. hominibus bone voluntatis. Sequitur. [Fenestre autem eius: vestibulum et sculpture: secūdū mensurā porte que respiciebat ad orientē.] Cuncta hec iam superius latius dicta sunt: et idcirco sermo nō debet morosa expositione tardare. Hoc tamen magnopere notandū est q̄ porta ad aquilonem ea oia habere perhibetur: que porta ad orientem: fenestras scilz contēplationis: vestibulum humilitatis: sculpturā bone operationis. Oēs enim qui per hoc q̄ in conuersatione nati sunt: in innocentia perstiterūt: portam ad orientē habēt: quia eis celestis regni aditus patet ex lumine quod acceperunt. Et oēs qui in peccatis postmodū lapsi/torporis sui frigore sunt depressi/sed per penitentiā redeunt ad amorem celestis patrie ⁊ recalescūt: portam ad aquilonē habent: quia eis etiā post peccati sui frigus/regni aditus per misericordiam patet. Ea ergo habere dicitur ad aquilonem: quia et cōuersi peccatores sic ditantur virtutibus: sicut illi sunt diuites qui cadere in peccati penitentiam vitauerunt. Unde et psalmiste voce p̄ dīns dicitur. Cinerem sicut panē māducabā. Quia Psal.ci. sic penitentes recipit vt iustos. Scriptum quippe est de Mat.xi. peccatoribus: Olim in cilicio et cinere penitentiā egissēt. Cinis ergo sicut panis comeditur/qn̄ auctor suo peccator per penitentiam sicut innocens reuocatur. Porta igitur I ad aquilonem habet fenestras: habet vestibulū: habet sculpturas: quia cum peccator ad vitā post culpas reducitur: sepe lumē contēplationis accipit: atq̄ de ipsa memoria iniqtatis sue gratiā magne humilitatis: bone quoq̄ operationis efficaciam: vt omne quod fieri precipitur: in vita ei⁹ quasi sculptū esse videatur. [Septē vero graduū erat ascēsus eius: et vestibulum ante eam.] Septem gradibus ad portam ascenditur: q̄ per sancti spūs septiformē gratiā aditus nobis regni celestis aperitur. Quā sep-Esaie.xi. tiformem gratiā Esaias in ipso nostro capite/ vel in ei⁹ corpore quod sumus/enumerans dicit. Requiescet super eum spiritus sapientie et intellectus: spūs consilij et fortitudinis: spūs scientie et pietatis: et replebit eum spūs K timoris dñi. Quos gradus de celestibus loquens descendendo magis q̄ ascendendo numerauit: videlicet sapiētiam: intellectū: consiliū: fortitudinē: scientiā: pietatem: timorem. Et cū scriptum sit: Initium sapientie timor dñi: Puer.ix. constat procul dubio quia a timore ad sapientiā ascenditur: non autē a sapientia ad timorem reditur: quia nimirū perfectā habet sapiētia charitatē. Et scriptū est: Per-i.Ioā.iiij. fecta charitas foras mittit timorē. Propheta ergo quia de celestibus ad ima loquebatur: cepit magis a sapiētia/ et descēdit ad timorē. Sed nos qui a terrenis ad celestia tendimus: eosdē gradus ascendendo enumeram⁹: vt a timore ad sapientiā peruenire valeam⁹. In mēte etenī nostra primus ascēsionis gradus est timor dñi: secūdus pietas: tertius scientia: quartus fortitudo: quintus cōsiliū: sextus intellectus: septim⁹ sapiētia. Est eni timor dñi in K mente. Sed qualis est iste timor/si cum eo pietas nō est? Qui enim misereri proximo ignorat: qui compati ei⁹ tribulationibus dissimulat: huius timor ante omnipotētis dei oculos nullus est: quia non subleuatur ad pietatem. Sed sepe pietas per inordinatam misericordiā errare solet: si fortasse pepercerit que parcenda non sunt. Peccata etenim que feriri gehenne ignibus possunt: disciplīne verbere sunt corrigenda. Sed inordinata pietas dū temporaliter parcit: ad eternū supplicium pertrahit. Ut ergo vera et ordinata sit pietas: ad gradum est alium subleuāda. s. ad scientiam: vt sciat vel quid ex misericordia puniat: vel quid ex pietate dimittat. Sed qd si sciat quid agere quis debeat: virtutem vero agendi non habeat? Scientia ergo nostra crescat ad fortitudinem: vt cum videt quid agēdū sit: hoc agere per mētis fortitudinem possit: ne timore trepidet: et pauore collapsa/ nō valeat bona defendere que sentit. Sed sepe fortitudo si improuida fuerit/ et minus contra vitia circūspecta: ipsa sui presumptione in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium: vt prouidendo premuniat omne quod agere fortiter potest. Sed esse consilium non potest/si intellectus deest: quia qui nō intelligit malū quod agentem grauat: quō potest bonū solidare quō adiuuat? Itaq̄ a consilio ascendam⁹ ad intellectū. Sed qd si intellectus magno quidem acumine vigilet: et moderari se nesciat per maturitatem? Ab intellectu ergo ascēdamus ad sapientiam: vt hoc quod acute intellectus inue- L nit: sapientia mature disponat. Quia igitur per timorem surgimus ad pietatem: per pietatē ad scientiā ducimur: p scientiam ad fortitudinē roboramur: per fortitudinem ad consilium tendimus: per cōsilium intellectu proficimus: per intellectum ad maturitatē sapientie peruenimus: septem gradibus ad portam ascendimus/ per quam nobis aditus vite spiritalis aperitur. Bene autē dicitur quia vestibulum erat ante eam: quia nisi quis prius humilitatem habuerit: ad hos gradus donorū spiritaliū nō ascēdit: sicut scriptum est: Super quē requiescet spūs meus: nisi sup humilē et quietum/et trementē sermones meos? Esa.lxvi. De quo per psalmistā dicitur: Ascēsus in corde ei⁹ disposuit in conualle lachrymarū. Conuallis quippe humilis Ps.lxxxiij. locus est: ⁊ peccator quisq̄ dū se in lachrymis humiliter affligit in corde: per ascensum virtutū proficit. Qui rursus ait: Emittit fontes in cōuallibus: Quia oīpotēs de⁹ Psal.ciij. dona spiritalis gratie humilibus prestat. Potest quoq̄ per vestibulum fides intelligi. Ipsa quippe est ante gradus et portā: quia prius ad fidem venim⁹/ vt postmodū per spiritaliū bonorum gradus/celestis vite aditū intremus. Non eni virtutibus venitur ad fidē: sed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim centurio cui⁹ Act.x. elemosyne ante baptismū angelo testante laudate sunt: nō operibus venit ad fidem: sed fide venit ad opera. Nā ⁊ Ibidem. ei per angelū dicitur: Orationes tue et elemosyne ascēderūt in conspectu dei. Si eni deū vere et ante baptismū non crediderat: quid orabat? vel q̄ hunc oīpotens de⁹ M exaudierat: si nō ab ipso se in bonis pficī petebat? Sciebat igitur creatorem omniū deum: sed q̄ eius oīpotens filius incarnatus esset/ignorabat. Neq̄ enim poterat bona agere nisi ante credidisset. Scriptū namq̄ est: Sine fide im-Hebre.xi. possibile est placere deo. Fidem ergo habuit: cuius operationes et elemosyne placere potuerunt. Bona autem actione promeruit vt deum perfecte cognosceret: et incarnationis eius mysteriū crederet: quatenus ad sacramentum baptismatis perueniret. Per fidē ergo venit ad opera: sed per opera est solidatus in fide. Uestibulum itaq̄ ante gradus est: quia qui prius credidit/ ipse post virtutum gradibus ad porte aditum ascendit. Sequitur. [Et porta atrij interioris contra portam aquilonis et orientalem.] Hoc loco contra non pro aduersitate ponitur: sed pro rectitudine. Ita eni porta interioris atrij posita monstrabatur/vt porte aquilonis et orientis perfecto ad eam aditu responderet. Quid est ergo q̄ porta interior recto itinere posita contra portam orientis et aquilonis ostenditur: nisi hoc qd aperte datur intelligi: quia siue iudaico et gentili populo/seu iustis et peccatoribus/ sed post pctā cōuersis/ eque aditus regni celestis aperitur? Larga est enim misericordia creatoris nostri. Et porta interior non solū portam orientis respicit: sed etiam aquilonis: quia non solum his qui in innocētia permanēt: sed etiā peccatori-

A bus peccata sua penitendo dānantibus aperiuntur inte-
rioris atrij gaudia: vt ineffabilia mysteria patrie celestis
agnoscāt: agnoscēdo sitiant: sitiendo currant: currendo
perueniant. Hec eterni gaudij secreta cognouerat/ q̄ dice-
Psal.xlj. bat: Sitiuit aīa mea ad deum viuū: quando veniā et ap-
parebo ante faciē dei? Predicator gentiū ad hunc adē-
Phil.j. tum regni celestis anhelabat/ cum dicebat. Cupio dissol-
ui/ et esse cum xp̄o. Hec exultationis occulte secreta co-
Cant.v. gnouerat sponsa/ que dicebat: Dilectus meus misit ma-
num suā per foramē: et venter meus intremuit ad tactum
eius. Dilectus etenī manū per foramen mittit: qn̄ virtu-
te sua dn̄s nostrū animū per subtilem intellectum pulsat.
Et venter in tactu illius contremiscit: quia infirmitas no-
stra per hoc q̄ celestis gaudij intellectu tāgitur: ipsa sua
exultatione turbatur: et fit in mente pauor cum leticia: q̄
etsi iam sentit quid de celesti gaudio diligit: adhuc me-
tuit ne non percat quod vix tenuiter sentit. Quid igitur
restat nisi vt se ad perfectionis vite cursum dirigāt omnes
qui illa gaudia patrie celestis agnoscunt? Unde et hic
apte subiungitur: [Et mensus est a porta vsq̄ ad portā
centum cubitos.] Centenarium numerum/ quia decies
per denarium ducitur: iam superius diximus esse perfe-
ctum. Is itaq̄ qui aditū atrij interioris videt: profecto
necesse est vt viā perfectionis currat: et a porta inchoatio-
nis vsq̄ ad consummationis ingressum perueniat. Mensu-
retur ergo atrium interius/ quod a portis exterioribus vs-
B q̄ ad portam interiorem tenditur centum cubitis: vt qui
intrare amādo cepit: latitudinem perfectionis habeat in
mente: quatenus in eo quem diligit: hunc nec aduersa co-
angustent: sed transitoria cuncta despiciens/ quousq̄ ad
gaudia secreta perueniat/ per atriū perfectionis currat.
Sunt etenī multi qui iam in septē gradib⁹ aditum porte
exterioris intrauerūt: iuxta quendam superne dispensa-
tionis modum: per timorē dei humiles: per pietatis stu-
diū misericordes: per scientiam discreti: per mentis forti-
tudinē liberi: per consilium cauti: per intellectū prouidi:
per sapientiā maturi: sed adhuc quibusdā necessitatib⁹
obligati/ huius mundi curis inseruiunt. Et vnde iam ex
magna parte excusserunt animum: adhuc tenentur in-
uiti. Cunq̄ superimposite terrene occupationis portant
onera: minus in preceptis celestibus exercētur. Et dum
anhelare medullitus ad eternam patriā non vacat: ipsi
in eis sua aliquo modo desideria languescunt: quia ani-
mo curis tēporalibus prepedito/ vera gaudia que cogno-
uerunt/ amare non tm̄ licet q̄ntum libet. Hi plerūq̄ a iu-
C go mundi colla mentis excutiunt: omnia deserunt: terre-
ne cure pondera deponunt: atq̄ vt ad celeste desiderium
latius animi sinū laxent: vitam remotā petunt: et in ea san-
ctis precibus intenti: sacris meditationibus dediti/ quo-
tidiano se fletu afficiunt: et vetustatē cordis/ igne amoris
consumunt: atq̄ ad celeste gaudiū accendendo se innouant.
Hi plerūq̄ in ipso suo desiderio accēsi/ exire iam de car-
ne concupiscunt: atq̄ ad vitam presentem redire post fle-
tum nolunt. Sed tamē differunt: vt dilatus amor ex ipsa
sua dilatione proficiat: et ardenti desiderio quasi quod
Luc.viij. negatur crescat. Sic in regione gerasenorum qui libera-
tus a legione demonū fuerat: iam cum domino ire vole-
bat: sed tamen ei dicitur: Reuertere in domum tuam: et
narra quanta fecerit tibi dominus. Sic sponsa in canti-
cis canticorū sanctis desiderijs anxia loquitur dicens:
Cant.iij. In lectulo meo per noctes quesiui quē diligit aīa mea.
Quesiui illū/ et non inueni. In lectulo enī dilectū querit/
quando in ipso suo ocio et vacatione quā appetit/ iam vi-
dere anima dn̄m cōcupiscit: iam ad eum exire desiderat:
iam carere presentis vite tenebris anhelat. Sed querit
illum/ et non inuenit: quia q̄uis magno amore desiderat:
adhuc tamen ei non conceditur videre quē amat. Tales
itaq̄ sanctorum mētes quid aliud in hoc desiderio faci-
unt: nisi q̄ iam a portis exterioribus per atrium interio-
ris ad portam currunt? Quibus sepe euenit: vt cum se vi-
derint magno celestis gratie munere compunctos: iā se
perfectos existiment: et obedientes putent/ sed quia nul-
lus est qui dura precipiat: patientes esse se credant: sed
quia nemo eos per contumelias et aduersitates pulsat.
Et plerūq̄ cōtingit vt spiritale ministeriū vel inuiti sus-
cipiant: atq̄ ad gubernationē fidelium deducātur. Qui
cum magnis tribulationib⁹ fuerint hinc inde pulsati: tur-
bati mente/ sese imperfectos inueniunt: qui nō pulsati p̄fe-

D ctos se esse crediderunt. Quia ex re agitur vt se ad semet-
ipsos colligāt: et apud se opprobrium sue infirmitatis eru-
bescant: atq̄ ex ipsa sua confusione roborati/ contra ad-
uersa patientiā opponāt: et ex tribulatione proficiāt/ qui
prius in ocio ex ipsa sua securitate torpebant. Et veraci-
ter esse tales incipiunt: quales se esse prius inaniter puta-
uerunt. Hi itaq̄ cū a portis exterioribus vsq̄ ad interio-
rem portā per boni studij atriū deferuntur: hoc ipsum in
eis atriū centū cubitis mēsuratur: quia dilectione et ex-
ercitio in sancta quotidie perfectione proficiūt. Per quo-
tidiana enī desideria in mente perfici/ quasi centū est cu-
bitis interius atrium mensurari. Idcirco ergo a portis
vsq̄ ad portā centū sunt cubiti/ vt quasi quedam more
vnde sit ipsa dilatio viuendi/ per quam quotidie in virtu-
tibus crescitur: vt ad interiorē aditum perfectius perueni-
tur. Sequitur. [Et eduxit me ad viā australē: et ecce porta
que respiciebat ad austrum. Et mensus est frontē eius et
vestibulum eius iuxta mensuras superiores: et fenestras
eius et vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras quin-
quaginta cubitorum longitudinem: et latitudinem vigin-
tiquinq̄ cubitorum. Et in gradibus septem ascendeba-
tur ad eam: et vestibulum ante fores eius.] Cuncta hec
in orientis et aquilonis porta iam dicta sunt: et congruū
non est vt ea que semel ac secūdo exponētes diximus: sepi⁹
replicemus. Notandum tamen nobis est quia in spirituali
edificio alter aditus ad orientē: alius ad aquilonē: atq̄
E alius ad austrum patet. Sicut enī aquilonis frigore pec-
cati obcecati per australem viam feruētes spū diriguntur.
Qui calore sancti spūs accensi: velut in meridiana luce
virtutibus excrescunt. Pateat itaq̄ porta ad orientē: vt
hi qui sacramenta fidei bene inchoauerūt: et i nulla post-
modū vitiorum profunditate demersi sunt: ad gaudia se-
creta perueniant. Pateat porta ad aquilonē: vt hi q̄ post
inchoationē caloris et luminis in peccatorū suorū frigo-
re et obscuritate dilapsi sunt: per cōpunctionem penitētie
ad veniā redeūt: et que sit interne retributionis vera leticia
cognoscant. Pateat porta ad meridiē: vt hi qui sanctis
desiderijs in virtutibus feruent: spirituali intellectu quo-
tidie interni gaudij mysteria penetrent. Inter hec autē
queri potest: cum quattuor huius mundi partes sint: cur
in hoc edificio he exteriores non quattuor/ sed tres por-
te esse memorantur? Quod recte querēdum fuerat: si pro-
pheta non spirituale sed corporale edificiū vidisset. Sancta
enī ecclesia. i. spirituale edificiū/ vt ad secreta gaudia per-
tingat: tres solūmodo portas habet: videlicet fidem/ spē/
atq̄ charitatem. Unā ad orientē: aliam ad aquilonē: ter-
tiam ad meridiē. Porta quippe in oriente est fides: quia
per ipsam lux vera nascitur in mente. Porta ad aquilo-
nem spes: q̄ vnusquisq̄ in peccatis positus: si de venia
desperauerit/ funditus perit. Unde necesse est vt qui per
suam iniquitatem extinctus est: per spē misericordie re-
F uiuiscat. Porta ad meridiē charitas: q̄ igne amoris ar-
det. In meridiana etenī parte sol in altū ducitur: q̄ per
charitatem lumē fidei in dei et proximi dilectione suble-
uatur. Tribus igitur portis ad interius atriū tenditur:
quia per fidem/ spem/ atq̄ charitatem ad gaudia secreta
peruenitur. Alia quoq̄ questio oritur/ cur porta atrij in-
terioris posita contra portam orientis et aquilonis dici-
tur: et an ad australē portā pateat tacetur. Sed q̄ per orien-
tem inchoantes: per aquilonē lapsos diximus designa-
ri: dignū fuit vt vel de inchoantibus quibus adhuc sol
in tēpore est: vel etiā de lapsis/ sed per conuersionē rede-
untibus aperte diceretur q̄ eis porta atrij interioris pa-
teat: quatenus ex ipsis nos certos faceret: de quibus du-
bitari potuerat. Hoc autē de porta australi dicendū non
erat: quia eos ad gaudia interna pertingere qui feruore
spiritus in virtutibus permanent/ nullus ignorat. Sequi-
tur: [Et celate palme erāt: vna hinc/ et altera inde in fron-
te eius.] Quid est hoc q̄ prius in frontibus picture pal-
marū: nunc autē celate palme in fronte esse memorātur?
Sed sicut iam superius diximus: pictura palmarum est
ostensio signorum. Nunc vero celatura palmarū dicitur:
vt bonorū operum demonstratio designetur. Ipsis enī
summis predicatoribus dicitur. Uideant opera vestra
bona: et glorificent patrem vestrū qui in celis est. Qui igi-
tur in vita sua impressa esse sancta opera demonstrāt: pal-
mas in fronte celatas habent: quia quanta illos in poste-
rum victoria sequatur: iam nunc i sanctis suis operibus

G ostendit. Uel certe quia fidem per orientis: spem per aquilonis: charitatē vero per australē portam diximus designari. Notandū vero nobis est quia in orientis porta pictura palmarū: in aquilone vero et meridie celatura esse phibetur: quia contingit sepe vt hi qui adhuc inchoantes sunt/necdū se in operibus solidis ac magnis exercent: hi vero qui post iniquitates ad virtutē redeunt: plerūq; vt culpas suas ante omnipotentis dei oculos tegere valeant: in magnis operibus exercentur. Et quia iam fortiore spē actibus et virtutibus exercuerunt: quasi meridies in sanctis actibus inardescunt. In oriēte ergo posita pictura est: in aquilonis vero et meridiei celatura: quia signū victorie quod inchoantib⁹ ostēditur: hoc in reuertentibus atq; feruētibus iam solidius et robustius tenetur. Notandum quoq; magnopere est: q̄ dicitur hinc et inde. Oēs enim qui ad vite aditum tēdimus: et ex dextero et sinistro latere habere palmā debemus. Quod enim hinc et inde dicitur: latus vtrūq; signat. A dextero igitur palmam habet is/qui prospera non extollunt. A sinistro palmā habet is/qui aduersa non deijciūt. Quasi ex vtraq; parte portabat Paulus palmā cū diceret: Per arma iusticie a dextris et a sinistris/p gloriā et ignobilitatē: p infamiā et bonā famā: vt seductores et veraces. Non hūc aduersa frangebāt: non prospere in mentis tumorē sublevabant. Hinc inde ergo gestabat palmam: quia et in aduersitate fortis: et in prosperitate humilis permanebat.

(ij. Cor. vj.)

H Quisquis enī de prosperis extollitur/habere in dexterā partē palmā nescit. Quisquis in aduersitatibus frangitur: portare palmam a sinistro latere ignorat. Ut ergo hinc inde palma gestetur in fronte: adesse semper nostris mentibus debet et in aduersis fiducia: et in prosperis timor: ne aut aduersa in desperationem pertrahant: aut prospera animum in sui fiduciam extollant. Hinc est q̄ idem egregius predicator dicebat: Scio et humiliari: scio et abundare. vbiq; et in oībus institutus sum. Et satiari: et esurire: et abūdare: et penuriā pati: oīa possum in eo qui me confortat. Nunquid nā fratres ars est aliqua/humiliari et abundare: satiari et esurire: abundare et penuriā pati: vt pro magno se ista scire tantus predicator insinuet? Ars oino/et mira disciplīe sciētia: que toto nobis cordis est adnisu discenda. Quē enī penuria sua nō frāgit/a gratiarum actione non retrahit/in rerū temporaliū desideriū non accendit: scit humiliari. Hoc enī loco apostolus humiliari/dicit penuriā perpeti. Nam statim ecōtrario subiūgit: scio et abūdare. Qui enī acceptis rebus non extollitur: qui eas ad vsum vane glorie non intorquet: qui sol⁹ non possidet quod accepit: sed hoc cum indigētibus misericorditer diuidit: scit abūdare. Qui accepta alimenta non ad ingurgitationē ventris vtit/sed ad reparationē virtutis: nec plus carni tribuit q̄ necessitas petit: scit satiari.

(Phil. iiij.)

I Qui alimētorū inopiā sine murmuratione tolerat/nec pro necessitate virtutis agit aliquid vnde sia peccati laqueū incurrat: scit esurire. Quē ergo nec abundantia in superbiam eleuat: nec in necessitate cupiditas irritat: nouit abūdare: nouit penuriā pati. Qui cū statim subdiderit. oīa possum: ne elationis esse verba crederimus/adiunxit: in eo q̄ me confortat. Ecce in altum ramus prodijt: sed quia in radice se tenuit: in viriditate permansit. In altū enī surgēs arescere: si se a radice diuisisset. Sibi enī nihil tribuit: quia oīa se posse non in se/sed in eo qui se confortat fatetur. Hinc et inde ergo predicator egregius palmā habet: quē nec abundantia in superbiam: nec inopia ad auaritiā pertrahit. Discamus itaq; fratres non solū in prosperis/sed in aduersis quoq; gratias agere. Pater enī nobis ex pietate sua factus est cōditor noster: nosq; adoptiuos filios ad hereditatem regni celestis nutrit. Et non solum donis reficit: sed etiā flagellis erudit. Discamus igitur abūdare: vt cūcta que ab eo accepim⁹/cū indigentibus partiamur: vt mentē abūdantia non eleuet: ne fortasse gaudeat: quia hoc adest sibi quod deest alteri: et non iam communi bono sed proprio letetur. A perturbato gaudio veritas ad cōmune discipulos reuocat/cū eos de predicatione redeūtes/et de subiectione demonū letantes admonet dicens: Nolite gaudere super hoc: sed potius gaudete et exultate quia noīa vestra scripta sunt in celo. Non enī oēs electi demonia eiciunt: sed oīm electorum omniū noīa celo tenentur adscripta. Admonentur ergo discipuli priuatā letitiā deponere: de cōmuni autē et

(Luce. x.)

ppetua felicitate gaudere. Quisquis itaq; in eo gaudet quod alter nō habet: ex ipsa sua abundantia deterior factus/gaudiū priuatum habet. Contra huius nos appetitum abundātie Joannes admonet dicens: Nolite diligere mundum: neq; ea que in mundo sunt. Qui mox rationem subdidit quare: Si quis diligit mundū: non est charitas patris in eo. Nemo enī potest duobus dñis seruire quia nō valet simul trāsitoria et eterna diligere. Si enim eternitatē diligimus/cūcta tēporalia in vsu non in affectu possidemus. Qui eandē rationē protinus subdidit: dicens: Quia omne quod in mūdo est: concupiscentia carnis est/et cōcupiscētia oculo(rum)/et superbia vite. Ideo enī habere aliquid homines et vltra q̄ necesse est cōcupiscūt: vt habendo superbiant: et quia hoc alius non habet/se in cogitationibus extollāt. Quisquis itaq; talis est: adhuc ad portandam abundantiam doctus non est. Sepe autē quod auaritia ex appetitu suggerit: necessitatem putat. Et cum minora sufficiant/dolet maiora deesse: atq; incussus animus quādam quasi necessitatem patitur quā parit. Et cum minima sunt que desiderat: suam sibi auaritiam aliquomodo excusat. Abūdantia itaq; superbientium est. Quā si quando etiam cupiditas intercepit/hanc (vt ita dixerim) quasi peregrina captiuitate vastat. Si igitur abundandi artem scire volumus: necesse est vt non solum ea que vicina sunt: sed ea etiā que de longinquo veniunt vitia fugiamus. Discamus penuriā pati: ne ea que non habemus/habere etiā cum culpa requiramus: ne felices putemus quos rebus onustos cernimus. Nimis valde sunt ea que sibi quasi in sumptus vite presentis preparant. Multa portant: sed in via breui. Magis est in hoc itinere socia paupertas: que animum non angustat: cum deest terrena substantia/de qua eterno iudici rationes ponamus. Liberius ad patriā tēdim⁹: quia quasi in via pondere caremus. Discamus satiari: ne in sumendis alimētis corporis/gule magis q̄ necessitati sruiam⁹. Plus enim concupiscentia q̄ necessitas petit. Et sepe dum carnis inopie satisfacere curam⁹/voluptas surrepit: modū refectionis excedit. Unde fit vt culpa transeat ad culpā: quia plerunq; inde alia tētatio carnis nascitur: dum carni immoderata refectione seruitur. Ex peccato etenim p̄mi hominis/infirmante natura/in hoc mundo cum nr̄is tentationibus nascimur. Et caro nobis aliquando adiutrix est in bono opere: aliquando autem seductrix in malum. Si igitur ei plus q̄ debemus tribuimus: hostem nutrimus. Et si necessitati eius que debemus nō reddim⁹: ciuē necamus. Satianda itaq; est caro: sed ad hoc vsq; vt in bono nobis opere famulari sufficiat. Nam quisquis ei tm̄ tribuit vt superbiat/satiari penitus ignorat. Ars itaq; magna est satiari: ne vnusquisq; per satietatem carnis ad iniquitatem prorūpat turpitudinis. Discamus esurire: vt nobis propter abundantiam sequentem nostra hic inopia placeat. Nec nos venire necessitas ad culpam trahat/nec peccatum menti ipsa indigentia suggerat: et cū caro fame afficitur: ad cupiditatem animus irritetur: et querat cum culpa prouidere vnde carni valeat in necessitate satisfacere: ne cor in indignationem prosiliat: et linguam in murmurationis amaritudinem accendat. Qui igitur in carnis sue inopia se hincinde circūspicit: atq; a peccati laqueo custodit: nouit esurire. Nos itaq; fratres charissimi iram atq; auaritiam in aduersitate fugientes/et elationem et immoderata gaudia in prosperitate declinantes: quia per fidem/spem/atq; charitatē/interiorem vite atrium tribus portis intrare cōcupiscimus: palmas hinc et inde teneamus. Libet adhuc alterū ciuem celestis patrie ad mentē reducere: et qualiter hincinde palmā tenerat/demonstrare. Beatus etenī Job cū esset vir orientalibus ditior/et ei prospera cuncta suppeterent/filijs polleret/familia cresceret/greges exuberarēt/in tanto omnipotentis dei timore persistit: vt inter custodiā disciplinē: inter acta iusticie: inter multa hūilitatis obsequia: misericordie operibus intentus: sacrificijs offerendis deditus: holocausta dn̄o pro singulis filijs immolaret: ne q̄s eorum saltem in corde peccasset. Perpendite ergo quāta erat custodia boni operis: qui in filijs suis expiabat sacrificio culpas cordis. Sed q̄ iustus esset in prosperitate innotuerat. Ualde autem ignotum erat/si perseuerare iustus et inter flagella potuisset. Tangendus ergo erat verbere. Cur ille sanctus in prosperis/interrogatur ad

(Margin: K — j. Joā. ij. — Ibidem. — Ibidem. — L — M — Job. j.)

A uersio: ut qui notus erat omnipotenti domino notus per flagella fieret nobis et sibimetipsi. Disponente itaque domino / consumpti sunt greges / interfecti custodes / euersa domus / extincti filii / percussa caro a planta pedis usque ad verticem. Remansit uxor incolumis: que verborum iaculis vulnera augeret. Sed hanc vir sanctus in temptatione / sanus in vulnere prudenter docet: eique respondet dicens: Si bona accepimus de manu domini: mala quare non suscipiamus? (Job.ij.) Amici quoque ad consolandum venientes: ad contumelias prorumpunt: et in dolore vulnerum / addunt adhuc vulnera verborum. Immisericordem dicunt: raptorem nominant: violentum denunciant: oppressorem pauperum fatentur. Quid igitur miles dei faceret inter dolentia vulnera et amara verba depressus? Ecce flagella dei et verba hominum simul afflicti animum ad desperationem premunt: sed virtute spiritus plenus, carnis vulneribus iacens, mentis robore stans / contra desperationis impulsum reducit ad memoriam bona que gesserat. Quia misericors fuerat / dicit: Oculus fui ceco: et pes claudo. (Job.xxix.) Et rursum. Pater eram pauperum. (Ibidem.) Quia discipline custos et benignus: dicit. Cumque sederem quasi rex circumstante me exercitu: eram tamen merentium consolator. (Ibidem.) Quia humilis fuerat: dicit. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo et ancilla mea: cum disceptarent aduersum me. (Job.xxxi.) Quia hospitalis fuerat / fatetur. Si despexi pretereuntem / eo quod non habuerit indumentum. (Ibidem.) Quia largus in bonis / dicit: Si non benedixerunt mihi latera eius: et de velleribus ouium mearum calefactus est. (Ibidem.) Quia violentus non fuerat / testatur dicens. Si leuaui super pupillum manum meam: cum viderem me in porta superiorem. (Ibidem.) Quia de inimici periculo nunquam exultauerat / dicit: Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. (Ibidem.) Quia patiens fuit / et etiam suorum malitiam equanimiter pertulerat: B dicit: Si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius ut saturemur? (Ibidem.) Quid est hoc quod vir sanctus tot suas virtutes inter flagella enumerat? Quid est quod ore suo opera que fecerat / laudat: nisi quia inter vulnera et verba que hunc ad desperationem trahere poterant / ad spem animum reformat? Et qui in prosperitate humilis fuit: reuocatis bonis suis ad memoriam / infractus in aduersitate permansit. Cuius enim animum inter tot flagella illa verba ad desperationem non impellerent: nisi sibi ad memoriam bona que fecerat reuocasset? Vidit igitur sanctus vir mentem suam auditis tot malis ad desperationem coarctari: et mirabiliter studuit in spe certa et bonis suis actibus solidari. Sic impletur quod scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum: et in die malorum ne immemor sis bonorum. (Eccli.xj.) Si enim cum bona habemus / malorum reminiscimur que aut iam passi sumus / aut adhuc pati possumus: accepta bona mentem non eleuant: quia eorum gaudium timor memorie malorum premit. Et si cum mala habemus / bonorum reminiscimur / que aut iam accepimus / aut adhuc nos posse accipere speramus: malorum pondus animum ad desperationem non premit: quia hunc ad spem memoria bonorum leuat. Si itaque fratres charissimi et per precepta diuina et per sanctorum exempla gradimur / ut nos nec prosperitas eleuet: nec aduersitas frangat: habere nos ante omnipotentis dei oculos palmas hinc et inde monstramus. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Homilia .xx.

Et porta atrii interioris in via australi. Et mensus est a porta usque ad portam in via australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam australem: et mensus est portam iuxta mensuras superiores: thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius eisdem mensuris: et fenestras et vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis: et latitudinis viginti quinque cubitos: et vestibulum per gyrum longitudine viginti quinque cubitorum: et latitudine quinque cubitorum. Et vestibulum eius ad atrium exterius: et palmas eius in fronte: et octo gradus erant quibus ascendebatur per eam. (C) Et introduxit me in atrium interius per viam orientalem: et mensus est portam secundum mensuras superiores: thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius sicut supra: et fenestras eius et vestibula in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum / et latitudine viginti quinque cubitorum: et vestibulum eius, id est atrii exterioris: et palme celate in fronte eius hinc et inde: et in octo gradibus ascensus eius. (D) Et introduxit me ad portam que respiciebat ad aquilonem. Et mensus est secundum mensuras superiores thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius et fenestras eius per circuitum longitudine quinquaginta cubitorum: et latitudine viginti quinque cubitorum. Et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius: et celatura palmarum in fronte eius hinc et inde: et in octo gradibus ascensus eius: et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum. Ibi lauabunt holocaustum.

Prophete verba que largiente domino hodie charitati vestre loquenda sunt: lectione magis indigent quam expositione. (E) Ea enim in tribus portis interioribus replicantur: que secundo iam vel tertio de exterioribus dicta sunt. Pauca vero in earum descriptione permutantur. Unde necesse est ea nos que iam dicta sunt / replicare: ut ea que dicenda sunt / licentius possimus enodare. Itaque nunc dicitur: Et porta atrii interioris in via australi: et mensus est a porta usque ad portam in via australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam australem: et mensus est portam iuxta mensuras superiores: thalamum eius / et frontem eius / et vestibulum eius eisdem mensuris. Et fenestras eius et vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis / et latitudinis viginti quinque cubitos: et vestibulum per gyrum. Cuncta hec superius dicta atque exposita esse meministis. Necdum vero est dictum quod de eodem vestibulo subditur: Longitudine viginti et quinque cubitorum: et latitudine quinque cubitorum: et vestibulum eius ad atrium exterius. Atque iterum hoc quod iam superius dictum fuerat / replicatur cum dicitur. Et palmas eius in fronte. Et statim quod adhuc dictum non fuerat / subditur: Et octo gradus erant in quibus ascendebatur ad eam. Hoc quoque quod de australi porta scriptum est: de orientali quoque porta in eodem ordine narratur. (F) Nam protinus subinfertur: Et introduxit me in atrium interius per portam orientalem: et mensus est portam secundum mensuras superiores: thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius sicut supra: et fenestras eius et vestibula eius in circuitu longitudine quinquaginta cubitorum / latitudine viginti quinque cubitorum. Et vestibulum eius, id est atrii interioris: et palme celate in fronte eius hinc et inde: et in octo gradus ascensus eius. Ea quoque que de australi porta et orientali dicta sunt: in eisdem verbis etiam de porta que ad aquilonem respicit / replicantur. Nam subditur. Et introduxit me ad portam que respiciebat ad aquilonem: et mensus est secundum mensuras superiores thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius et fenestras eius per circuitum: longitudine quinquaginta cubitorum: latitudinem viginti quinque cubitorum: et vestibulum eius respiciebat in atrium exterius: et celatura palmarum in fronte illius hinc et inde: et in octo gradus ascensus eius. Quid itaque interiori atrio: quid thalamis: quid frontibus: quid vestibulo: quid fenestris: quid longitudine et latitudine: quid palmarum celatura signetur: iam et iam superius diximus. Nec oportet ut in eisdem iterum: sed in his solummodo que necdum dicta sunt occupemur. Nunc ergo querendum nobis est que iste tres porte interiores sint: vel quid est quod earundem portarum vestibula viginti quinque cubitis longitudine / et quinque cubitis latitudine metiuntur: vel cur ad eas non septem sicut de portis exterioribus dictum fuerat: sed octo gradibus ascenditur. Porta enim atrii interioris que superius dicta est / de his tribus portis interioribus non est: quia illa contra orientis et aquilonis portam respicere dicitur: iste autem singule interius ad austrum vel orientem et aquilonem posite esse me-

G moratur. Unde recte per illam aditus interior designatur: quia sicut precedenti locutione iam dictum est: vel iudee et gentilitati: vel inchoantibus atque in bono perseuerantibus: vel a bono cadentibus: sed post culpas per penitentiam surgentibus patet. Nunc autem postquam singule in oriente et aquilone et austro porte descripte sunt: cur interioris atrij rursum porte singule in austro et oriente atque aquilone describuntur? Aspirante domino magna intentione opus est tante profunditatis indagare. Si enim portarum nomine sanctos predicatores accipimus: sciendum nobis est quia vna est ecclesia in predicatoribus testamenti veteris ac noui. Porte autem septem vel octo gradus habent: quia sancti spiritus septiformem gratiam concorditer predicant. Octauo vero gradu annunciant premium retributionis

Eccle. xj. eterne. Unde scriptum est: Da partes septem: necnon et octo. Quid itaque dicere possumus exteriores portas: nisi antiquos patres fuisse: qui per precepta legis nouerant opera populi magis quam corda custodire: vt interiores portas predicatores sancte ecclesie debeamus accipere: qui spiritalibus monitis discipulorum suorum corda custodiunt: ne malis que non faciunt, vel in cogitationibus delectentur. Per illas enim septem gradibus ascendi dicitur: istarum vero octo graduum ascensus esse perhibetur: quia et in veneratione legis dies septimus fuit: et in nouo testamento octauus dies in sacramento est: is videlicet qui dominicus appellatur: qui tertius a passione: sed octauus a condi-

H tione est: quia et septimum sequitur. Sin vero portarum nomine solos intelligimus sanctos apostolos designari: qui videlicet primi nobis sunt sancte ecclesie predicatores: et nos fidem, spem, atque charitatem summopere tenere docuerunt. Ipsi itaque nobis in his virtutibus porte sunt: qui nos per easdem virtutes ad interiorem intellectum eterne sapientie perducunt. Sed si ipsi exteriores porte sunt: quos accipimus interiores? Si vero ipsi interiores sunt: quos intelligimus exteriores? Qua in re intelligi veliter potest, quia ipsi nobis et exteriores simul et interiores porte sunt. Cum enim adhuc inchoantibus non alta et mystica, sed quedam que capi preualent predicant, porte exteriores sunt. Cum vero perfectis profunda et mystica loquuntur: porte interiores. Videamus qualiter porta exterior

j. Cor. iij. pateat. Non potui vobis loqui quasi spiritalibus: sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in christo lac vobis potum dedi non escam. Videamus qualiter porta interior pateat.

j. Cor. ij. Sapientiam loquimur inter perfectos. Videamus verum

Rom. j. ipsa eadem sit porta interior et exterior. Sapientibus et insipientibus debitor sum. Qui rursum dicit: Siue mente

ij. Cor. v. excedimus, deo: siue sobrij sumus, vobis. In hoc enim quod contemplando et loquendo sapientibus mente excedit, porta interior est. In hoc vero quod paruulis sobrie in predicatione se temperat: et quanta ebrietate spiritus infundatur in mente cum predicat non ostendit, exteriorem por-

I tam se manifestat. Ipsi itaque et exteriores porte nobis sunt et interiores: qui nos ei primo aditu fidei, spei, atque charitatis instituunt: et cum iam proficientibus celestis regni mysteria predicant, per subtiliorem sensum nos ad interiora perducunt. Unde et per septem gradus prefatus earum describitur: et postmodum per octo. Per octauum etenim gradum illius vite mysteria signantur: quam in secretis suis perfecti intelligunt: qui iam cuncta temporalia mente transcendere nouerunt: qui presentem vitam que septem dierum curriculo euoluitur, plene despiciunt: qui de intima contemplatione pascuntur. Habent igitur porte spiritalis edificij septem gradus: quia timorem domini, pietatem et scientiam, fortitudinem et consilium, intellectum et sapientiam suis auditoribus predicant. Sed cum iam omnia dimitti precipiunt: cum nihil in hoc mundo diligi admonent: nil pro affectum teneri: vim contemplationis celestis patrie intendi: atque in eius suadent mysterijs delectari: gradum addunt: et ad interiora traijciunt. Iste gradus docente veritate cuidam ostensus est: cui cum legis precepta dicerentur, respon-

Mat. xix. dit: Hec omnia custodiui a iuuentute mea. Quasi enim iam in septem gradibus stabat: cum a iuuentute sua omnia custodisse se diceret. Sed et mox dicitur: Adhuc vnum tibi deest. Si

Ibidem. vis perfectus esse: vade, vende omnia que habes: et da pauperibus: et habebis thesaurum in celo: et veni sequere me. In quibus verbis octauum quidem gradum vidit: sed ascendere noluit: quia tristis abscessit. Quisquis itaque contemptis rebus temporalibus, eternitatis contemplatione

pascitur: et celestis regni gaudia rimatur. Post septem gradus quos timendo et operando atque intellectu sapientie sue crescendo tenuit: octauo gradu interioris porte aditum intrauit. Per octauum vero numerum et dies eterni iudicij, et carnis resurrectio designatur. Unde et psalmus qui

K pro octaua scribitur, a pauore iudicij est inchoatus: cum

Ps. vj. dicitur: Domine ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripias me. Nunc enim tempus est misericordie: in illo autem iudicio dies ire. In quo videlicet die omne hoc tempus finitur, quod septem diebus euoluitur. Et quia post septem dies sequitur: iure octauus appellatur. In quo et caro nostra resurgit ex puluere: vt siue bona siue mala que egit, recipiat a veritate. Unde et per legem quoque octauo die fieri circuncisio iubetur. Nam per membrum quod circunciditur, mortalis propagatio generatur: decedentium quoque et succedentium numerus augetur. Sed quia in resurrectione mortuorum nec carnis iam propagatio agitur: et decessio atque successio nulla erit (quia sicut scriptum

Mat. xxij. et mar. xij et Lu. xx. est: Neque nubent neque nubentur: sed erunt sicut angeli in celo) octauo die precipitur preputium incidi. Ibi enim locum iam carnis propagatio non tenet: vbi resurgens caro perseuerantiam eternitatis habet. Per hoc verbum mater virgo descendit: que deum in vtero sine virilis carnis admixtione concepit: qui primus nobis eterne patrie gloriam in sua resurrectione monstrauit. Qui resurgens a

Rom. vj. mortuis, iam non moritur: et mors ei vltra non dominabitur. Nobisque exemplum dedit: vt ea fieri in die vltimo de nostra carne credamus, que facta de carne illius in die resurrectionis agnouimus. Sed quia de carnis resurrectione nobis sermo se intulit: triste nimis et valde lugubre est quod quosdam in ecclesia stare, et de carnis resurrectione dubitare cognoscimus. Hanc autem antiqui patres venturam esse certissime crediderunt: etiam cum nullum adhuc eiusdem resurrectionis exemplum tenuerunt. Qua igitur dam-

L natione digni sunt qui et exemplum iam diluce resurrectionis acceperunt: et tamen adhuc de sua resurrectione diffidunt? Pignus tenent: et fidem non habent. Ecclesias replent: sed quia de resurrectione sua dubitant: mente vacua stant. De hac quippe resurrectione per beatum Iob dicitur:

Iob. [...] Scio quod redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circundabor pelle mea: et in carne mea videbo deum. Quem visurus sum ego ipse: et oculi mei conspecturi sunt: et non alius. Hinc etiam per

Ps. xxj. psalmistam dicitur: In conspectu eius procident vniuersi qui descendunt in terram. In terram enim mortui non spiritu: sed corpore descendunt. In conspectu ergo domini procidunt qui in terram descendunt: quia resurgendo ad iudicium veniunt, qui nunc in puluere putrescunt. Hinc iterum dicit:

Ps. lxij. Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea. Sitit anima ad deum. Videt caro quid sitit, nisi vt resur-

Ps. ciij. gat. Hinc rursus ait: Aufer spiritum eorum, et deficient: et in puluerem suum reuertentur. Moxque de carnis resurrectione subiungit. Emitte spiritum tuum, et creabuntur: et renoua-

Ps. cxxxj. bis faciem terre. Hinc iterum dicit: Exurge domine in requiem tuam: tu et arca sanctificationis tue. Exurrexit enim dominus in requiem suam: cum carnem suam de sepulcro suscitauit. Post hunc quoque exurgit et arca: quia resurgit

M ecclesia. Hinc per eundem prophetam de quo loquimur

Ezech. xxxvij. scriptum est: Ossa arida audite verbum domini. Hec dicit dominus deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos

Ibidem. spiritum, et viuetis. Et dabo super vos neruos, et succrescere faciam super vos carnes: et superextendam in vos cutem: et dabo vobis spiritum et viuetis. Hinc est quod propheta eius per resurrectionem domini humanum genus vidit in fine

Osee. vj. item suscitari: atque ait: Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos: et viuemus in conspectu eius. Hinc est quod cum de semetipso dominus loqueretur: adiunxit.

Ioan. v. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audiant vocem eius. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt, in resur-

Phil. iij. rectionem iudicij. Hinc paulus ait: Unde etiam saluatorem expectamus dominum Iesum christum: qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Hinc

j. Thes. iiij. iterum dicit: Si enim credimus quod Iesus mortuus est et resurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per Iesum adducet

j. Cor. xv. cum eo. Qui rursus ait: Primitie dormientium christus. Si enim nos a mortis somno non surgimus: quomodo resurrectionem dominicam primitias habemus? Ecce veteres ac no-

B

ut patres vno sibi spiritu de carnis resurrectione concor
dant. Ecce ipsa per se veritas prius voce docuit: quod
de resurrectione carnis postmodū opere demonstrauit:
et tū adhuc quorundā infirmitas fidem non habet in do
mo fidei stās. Sed mirari solent qualiter caro reuiuisce
re possit ex puluere. Mirentur igitur altitudinē celi: mo
lem terre: abyssos aquarū: oīa que in mundo sunt: ipsos
quoqꝫ angelos et homines ex nihilo. Minus est valde aliquid
et aliquo facere: qꝫ omnia ex nihilo fecisse. Ipsa nobis ele
menta ipse rerum species / resurrectionis imaginem pre
dicant. Sol enī quotidie nostris oculis moritur: quoti
die resurgit. Stelle matutinis horis nobis occidunt: ve
speri resurgunt. Arbusta estiuis tēporib⁹ plena folijs et
frugibus videmus: que hyemali tempore nuda folijs / flo
ribus / ac fructibus: et quasi arida remanent: sed vernali
sole redeunte / cum a radice humor surrexerit: suo iterū
decore vestiuntur. Cur ergo de hoībus diffiditur qd̄ fie
ri in lignis videt? Sed sepe in puluerē putrescētes car
nes aspiciūt / et dicunt: Unde ossa et medulle: vnde caro
vel capilli poterūt in resurrectione reparari? Hec itaqꝫ
requirentes / parua semina ingentium arborum videant:
atqꝫ si possunt dicant: Ubi in eis latet tanta moles robo
ris: tanta diuersitas ramorum: tanta multitudo et viridi

B

tas foliorū: tanta species florū: tāta vbertas / sapor / atqꝫ
odor fructuū? Nunquid ūnā semia arboꝝ odorē vel saporē
habēt / quē ipse post arbores i suis fructib⁹ profferūt? Si ḡ
ex semine arborū qd̄ videri non potest / produci pōt: cur
de puluere carnis humane diffiditur: quia ex eo repara
ri forma valeat que non videtur? Sepe autē obijcere ina
nem questiunculā solent: qui dicunt. Carnē hoīs lup⁹ co
medit: lupū leo deuorauit: leo moriēs ad puluerē rediit:
cum puluis ille suscitatur: quō caro hoīs a lupi et leonis
carne diuiditur? Quibus quid respōdere aliud debem⁹:
nisi vt prius cogitent qualiter in hoc mundo venerint: et
tunc inuenient qualiter resurgant? Certe tu homo qui lo
queris / aliquando in matris vtero spuma sanguinis fui
sti. ibi quippe ex patris semine et matris sanguine paru⁹
ac liquidus globus eras. Dic rogo si nosti qualiter ille
humor seminis in ossibus duruit: qualiter in medullis li
quidus remansit: qualiter in neruis solidatus est: quali
ter in carne creuit: qualiter in cute extensus est: qualiter
in capillis atqꝫ vnguibus distinctus: itavt capilli mollio

C

res carnibus / et vngues essent teneriores ossibus: carni
bus duriores. Si igitur tot et tanta ex vno semine ꝑ spe
cies distincta sunt et tamen in forma remanent coniūcta:
quid mirum si possit omnipotēs de⁹ in illa resurrectione
mortuorum / carnē hominis distinguere a carne bestiaꝝ:
vt vnus idemqꝫ puluis et non surgat in ṗtium pulueris lu
pi et leonis est: et tamen resurgat in q̄tum puluis est ho
minis. Uide itaqꝫ homo qualiter ad vitam venisti: et ne
quaqꝫ dubites ad vitā qualiter redeas. Cur autē ratio
ne vis cōprehendere quō redeas: qui ignoras quō veni
sti? Da potētie creatoris tui quod cōprehendere non va
les de temetipso. Certe enim quia tu ex terra factus es:
terra vero ex nihilo: tu es creatus ex nihilo. Ne ergo de
carnis tue resurrectione desperes: perpende prudenter
quia minus est deo reparare quod erat: qꝫ fecisse quod nō
erat. Si non potes resurrectiōis effectum ratione com
prehēdere: perpēde qꝫ multa sunt que non intelligis qua
liter sint: et tū esse non dubitas. Dic rogo si nosti / gyrus
celi: terre cardines: aquarū abyssus: vbi fundātur: vbi sus
pensi sunt? Scimus autē quia quod ex nihilo factum est /
pendet in nihili. Sed si est aliquid quod dicitur nihilū:
iam nihilum non est. Si autem nihil est nihilū: nusqꝫ mū
di moles dependet: nec est vbi sit quod creatum est vt sit.
Quomodo ergo nusqꝫ est qd̄ nouim⁹ qꝫ est? Sed hec for
tasse a d temita sunt: Ad temetipsm̄ homo reuertere. Cer
te ex spiritu es creatus et limo. Uno inuisibili / altero visi
bili: vno sensibili: et altero insensibili. Quō ergo ꝑmisceri
in te potuit spūs et limus: atqꝫ ex diuerso fieri res nō di
uersa: ita vt in tanta conuenientia misceretur spūs et li
mus: vt cū caro atteritur / spūs marceat: et cū spūs affligi
tur / caro contabescat? Sed forsitan necdū preuales dis
cutere temetipsm̄: perpende rogo si vales: quō rubum ma

Exo.xiiij.

re virga diuisum est: quō petre durities percussione virge

Nume.xx.

vndas emanauit: quō aarō virga sicca floruit: quomō ex

Nu.xvij.

eius genere veniens virgo concepit: quō et i partu virgo

Jo.xi.

permansit: quomodo quatriduan⁹ mortuus iussione sus
citatus / ligatus manibus ac pedib⁹ de sepulchro exijt:

D

quem postmodum solui dīis p discipulos iussit: quomo
do idem redemptor noster in vera carne atqꝫ ossibus re

Joan.xx.

surgens / clausis ostijs ad discipulos introiuit. Ecce hec
inuestigare non vales: et tamen credis. Cur ergo de resur
rectionis gloria dubitando et discutiendo dubitas: qui
tam multa mysteria sine discussione credidisti? Qui ta
men si resurrectionem carnis non credis: omnia sine cau
sa credidisti: quia in hoc angeloꝝ spectaculo videris qui
dem velociter currere: sed postqꝫ cursum peregeris: ne bra
uiū accipies auctsaris. Unde per paulū dicit: Sic curri

j.Cor.ix.

te / vt comprehendatis. Qui rursus ait: Si in hac vita in

j.Cor.xv.

xp̄o tantum sperantes sumus: miserabiliores sumus om
nibus hoībus. Diuine autē virtutis mysteria que cōpre
hendi nō possunt / nō intellectu discutienda sunt: sed fide
venerāda. Sciendū itaqꝫ nobis est: quia quicquid ratio
ne hoīs cōprehendi potest / mirū esse iam non potest. Sed
sola est in miraculis ratio / potentia faciētis. Ecce dum
de resurrectione carnis loqmur: ab expositionis ordine
paululū digressi sumus. Ad ea ergo que cepimus redea
mus. Habent autē interiores porte vestibula: que vigin
ti et quinqꝫ cubitis in longitudinem metiuntur. Si enim
octo ter ducimus: ad viginti et quattuor peruenimus.
Cui vnus additur: vt viginti et quinqꝫ teneamus. Audi
tores etenī boni q̄ quasi quedā vestibula sunt portarum /
eterne spei longanimitatē tenent: octauū diem in trinita
tis fide sustinent. Que trinitas quia vnus est deus / octo
quadē per tria ducūt: sed in vnius dei cōfessione solidan
tur. Plana sunt vestibula: qꝫ humilis sunt corde bonoꝝ

E

auditorum. Habent longitudinem: quia in spei perseue
rant longanimitatē. Uiginti et quinqꝫ cubitis eorum lō
gitudo mensuratur: quia resurrectionem carnis in octa
ua per trinitatem credunt: et eandem sanctam trinitatem
vnum esse deum fatentur. Habent quoqꝫ quinqꝫ cubitos
latitudinem: quia per vitam simplicem que quinqꝫ sensi
bus ducitur: circa amorem proximi dilatantur. Et notā
dum quia postqꝫ portarum vestibula superius alia dicta
sunt: postmodum vestibulum quod quiqꝫ cubitis habet
latitudinem / exterius respicere dicitur: quia nimirū sūt
auditores alij q̄ intellectum interioris vite magnis vir
tutibus proficiendo penetrant: et sunt quidā simplices
qui bene quidē / sed iuxta sensus corporeos viuunt. Un
de et exterius respicere dicitur. Quasi enī extra respiciū
unt: qꝫ iuxta sensus corporeos viuunt. Sed tū et exteri⁹
respiciētes intus sunt: quia cū sensus corporeos intelli
gendo transcendere nesciunt: fidē tū atqꝫ charitatē et hu
militatē tenent. Et intus ergo sunt in spirituali edificio ꝑ
amorem: et quasi foris respiciunt per simplicitatē. Po
test per vestibulū qd̄ exterius respicit / fides inchoantiū
designari: et per vestibulū qd̄ est interius / fides perfecto
rū: qui iam per eam in virtutibus emicant. Possunt etiā
per vestibulū interius precepta altiora: per vestibulū ve
ro qd̄ respicit exterius / precepta adhuc minima figura

F

ri. Per vestibulum quippe itur ad gradus et ad portam:
quia per precepta predicationis pertingitur ad virtutes
atqꝫ aditum gratie celestis. Cum vero iubet alijs in cogi
tatione sua eterna meditari: celestia sapere: eisqꝫ dicitur i
psalmis et hymnis et canticis spiritalibus viuere: quasi
interius vestibulū ostēditur: qd̄ quinquaginta cubitis
longitudine / et viginti quinqꝫ latitudine mensuratur. De
quibus numeris nunc tacemus: qꝫ et his iam multa su
perius diximus. Cum vero alijs precipitur: vt vxori vir de

j.Cor.vij.

bitum reddat: similiter autē et vxor viro: quasi vestibulū
quod exterius respicit / designatur. Quod q̄uis extra re
spiciat: tamen intus est: quia rudis auditor ꝛ adhuc agit
quod carnis est: et tamen a bonorum numero alienus nō
est. Potest autem et per orientis portam dīis: et per au
strale iudea: per aquilonis vero conuersa gentilitas desi
gnari. Sed hac in re questio animum pulsat: cur in supe
riori narratione prophete prius orientalis: postmodum
aquilonis: ac deinde austri porta descripta est? Cumqꝫ
easdem portas interiori atrio narraret: prius portam au
stri: deinde orientis: et tertio in loco descripsit aquilonis.
Cur autem non eundem ordinem quem ceperat tenuit:
sed hunc in portarum descriptione ꝑmutauit: vt et prius
diceret: orientis portā / aquilonis et austri: et postmodū
austri / orientis et aquilonis? Sed si aquilonis nole gen
tilitas designatur: cunctis studiose legentibus liquet / qꝛ

G Ezech. x.

ante synagogā gentilitas fuit. Nam et vir ipse a quo he-
brei appellati sunt/ex gētibus est electus. Dicatur ergo
porta orientalis ante portā aquilonis et austri: quia in di
uinitate sua dñs ante gentilitatē et iudeam natus est: qz
et ante omnia secula. Dicatur vero narratione subsequē-
ti porta austri/orientis et aquilonis: quia redemptor no
ster in humana natura inter iudeam & gentilitatem nasci
dignatus est: quia et in fide synagoge venit: et ante eniti
ecclesie quam ex gentibus collegit. In prima ergo de-
scriptione sit orientalis porta ante portam aquilonis &
austri: in secunda autem inter portam austri et aquilo-
nis/orientis porta nominetur: quia ex diuinitate antecel
sit omnia/et ex humanitate venit inter omnia: quia et de-
cedentis iudee filius factus est: et subsequentis gentilita-
tis initium. Igitur quia ea que necdum dicta fuerāt/ vt
dño largiente potuimus/rimati sumus: et ea que sepius
sunt replicata/transcurrimus: nunc ad ea veniamus que
sic iam per ordinem dicuntur: vt in eis pene nihil de his
que dicta sunt replicetur. [Et per singula gazophylacia
ostium in frontibus portarū.] Gazophylacia superius di-
ximus corda doctorū: que scientie diuitias seruāt. Fron
tes autem portaꝝ sunt verba atqꝫ opera predicatorum: in
quibus eos foris agnoscimus / quales apud se intrinse-
cus viuant. Est autem ostium per gazophylacia singula
in frontibus portarum: quia vnusquisqꝫ doctor in corde

D auditoris intellectum aperit in dictis et operibus patrū.
Cum enim petri apostoli predicationem discutimus: cū
pauli verba perscrutamur: cum ioannis euangeliū inue-
stigamus: atqꝫ ex eorum verbis auditores nostros ad in-
teriorem intellectum trahimus: quid aliud agimus/nisi
ostium in portarū frōtibus aperimus? Dicatur ergo: Per
singula gazophylacia ostium in frontibus portarū: quis
si doctor hoc quod loquitur/apostolorū dictis minime
confirmat: in frontibus portarum ostium non habet. Et
si ostium non habet: dici iam gazophylacium spiritalis
edificij non potest: quia si intellectum non aperit: doctor
non est. Cum vero auditores boni per ora docentiū/apo-
stolorū dicta et opera cognoscunt: culpas suas apud se-
metipsos tacite reprehendunt: & lachrymis insequuntur
omne quod se egisse inique meminerūt. Unde hic quoqꝫ
de ostio quod est in frontibus portarum/subditur. [Ibi
lauabunt holocaustū.] Qui enim se per fidē in conuersa-
tione sancta dño deuouerunt: holocaustū dño facti sunt.
Sed quia adhuc multa in se de corruptibili sua carne pa-

I tiuntur: quis adhuc in eis cordis munditia sordidis co-
gitationibus inquinatur: quotidie ad lachrymas rede-
unt: assiduis fletibus affligitur. Sāctorum enim patrū
dicta et facta considerant: et cum se indignos pensant: in
portarum ostio holocaustū lauāt. Ecce etenim quis pro
timore oīpotentis dñi esse patiens deuouit: nulli contu-
melium pro cōuitio reddere: omnia equanimiter tolerare.
Et tamen cum hunc contumelia ab ore proximi illata su
bito percusserit: turbatur: forte aliquid loquitur quod lo-
qui non debuit. Certe iste iam holocaustum est: sed ad-
huc inquinatū. Fortasse contra illatas contumelias pa-
tientiā exhibuit: tacitus permāsit: sed tamen cōtra easdē
contumelias quas portat/dolore tangitur: eiusqꝫ animus
in charitate sauciatur. Patientia enim vera est: que & ip-
sum amat quem portat. Nam tolerare sed odisse/non est
virtus mansuetudinis: sed velamentum furoris. Dicitur
qꝫ sepe in cogitatione sua se iudicat: reprehendit semetip
sum quia dolet: nec tamen apud se preualet obtinere ne
doleat. Iam ergo per bonam deuotionē holocaustū est:
sed tamen per dolorē quo tangitur/adhuc inquinatum.
Alius ea q̄ possidet/apud semetipsum decreuit indigenti-
bus cuncta tribuere: nil sibimet reseruare: vitā suā soli su-
perne gubernationi cōmittere. Sed dum prebet pauperi-
bus que habet: fortasse cogitatio mentem subrepit que di
cit: Unde viuis/si cuncta dederis? Nec tamen desistit tri
buere. Sed quod letus dare ceperat: postmodum tristis
prebet. Quid huius mens nisi misericordie holocaustum
est? Sed tamen per tristitiam cogitationis inquinatum.
Aut enim deliberare summa non debuit: aut post delibe-
rationem nullo modo dubitare. Alius contempta mun-
di superbia/honores atqꝫ dignitates huius seculi deere
uit vitare. Ultimū appetit inter boles locum tenere: vt
tanto excelsior inueniatur in permanenti gloria: quanto
humilior aspicitur in trāseunte vita. Is fortasse cū subi-
to se a proximo despici agnoscit: dedignatur cur despici-

K tur. Uult quidem in loco humili: sed tamen attendi con
temptibilis non vult. Hunc iā deuotio eleuat: sed adhuc
infirmitas grauat. Iam ergo per deuotionem holocau-
stum est: sed adhuc ex infirmitate inquinatum. Hi itaqꝫ
qui in eis que optime deuouerunt/aliqua infirmitate sui
culpa tanguntur: cum per verba doctorum dicta patrū in
telligunt/et in quāta culpa iaceant agnoscunt/seqꝫ ipsos
penitentie lamentis afficiunt: holocaustum in ostio porta-
rum lauant. Sciendū vero est quia hoc inter sacrificium
atqꝫ holocaustum distat / qꝫ omne holocaustū sacrificiū
est: sed non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio
etenī pars pecudis: in holocausto vero totū pecus offer
ri cōsueuerat. Unde et holocaustū latina lingua totum
incensum dicitur. Pensemus ergo quid est sacrificium:
quid holocaustū. Cum enī quis suū aliquid deo vouet/&
aliquid non vouet: sacrificium est. Cum vero omne quod
habet/omne quod viuit/oīe quod sapit/ oīpotenti deo
vouerit: holocaustū est. Nam sunt quidā qui adhuc mē-
te in hoc mundo retinentur: et tamen ex possessis rebus
subsidia egentibus ministrant: oppressos defendere festi
nant. Isti in bonis que faciunt/sacrificiū offerunt: quia &
aliquid de actione sua deo immolant: et aliquid sibimet-
ipsis reseruant. Et sunt quidam qui nihil sibimetipsis re
seruant: sed sensum: linguā: vitam: atqꝫ substantiā quam
perceperūt: oīpotenti dño immolant. Quid isti nisi holo-
caustum offerunt: imo magis holocaustum fiūt? Israeli

Exo. xij. ticus etenī populus primū sacrificiū in egypto obtulit:

Exo. xiij. secundū vero in eremo. Qui itaqꝫ adhuc mentē habet in se-
culo: sed boni iam aliquid operatur: deo sacrificiū obtu-

L lit in egypto. Qui vero presens seculū deserit/et agit bona
que valet: quasi iā egypto derelicta sacrificiū prebet in
eremo: qꝛ repulso strepitu desideriorū carnaliū/in mētis
sue quiete atqꝫ solitudine deo imolat quicquid operaꝝ.
Quis ergo sicut dictum est/sacrificium sit etiam holo-
caustū: maius tamen est holocaustum sacrificio: qꝛ mēte
que huius mundi delectatione non premitur: totū in om
nipotentis dei sacrificio incenditur quod habetur. Sed
sciendū nobis est quia sunt quidā qui etiā seculum relin
quentes/totū quidē qꝺ habent offerunt: sed tamen in bo
nis que agunt/minime cōpunguntur: et bonū quod agūt/
holocaustum est: sed quia flere ac semetipsos diiudicare
nesciunt/seqꝫ ex amore ad lachrymas non accendūt: per-
fectū eorū holocaustū non est. Hinc per psalmistam dici-

Ps. xix. tur: Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum
pingue fiat. Holocaustū quippe siccū/est bonū opus qꝺ
orationis lachryme nō infundūt. Holocaustū vero pin-
gue est/quando hoc quod bene agitur: corde humili etiā

Ps. lxv. M per lachrymas irrigatur. Unde rursus dicitur: Holo-
causta medullata offerā tibi. Quisquis enim bonum opus
agit: sed oīpotentis dei amore atqꝫ desiderio flere nescit:
holocaustū habet: sed medullā in holocausto non habet.
Qui vero bona operatur: et visioni iam creatoris sui in-
hiat: atqꝫ ad eterne contēplationis gaudia peruenire fe-
stinat: seqꝫ ipsum ex amore quo accenditur/in fletibus ma-
ctat: holocausta dño medullata dedit. Studendum vero
nobis est et mala funditus relinquere: et bona que suffi-
cimus operari: atqꝫ in ipsis bonis que agimus / amore
eterni luminis cōpungi. Ipse enī cordis tenebras discu-
tit amor lucis: vt subtilius videre valeamus / ne quid in
bonis que agimus/praua misceantur. Considerandū no
bis qꝫppe est opus nostrū quale sit: que cogitatio in ope-
re: que intētio in cogitatione. Et cum nostro bono operi
admixtū aliquid malitie vel praue delectationis agno-
scimus: redeamus ad lachrymas: lauemus holocaustū.
Sunt autē quidā qui semetipsos in magnis actionibus
dño deuouerūt: atqꝫ ad tantā perfectionē peruenerunt/ vt
ab eis nulla vnqꝫ difficultate flectantur: quatenus & de-
liberatione castitatis nequaqꝫ caro in praue cogitatio-
nis delectatione animum sternat. Nam est quando per
suggestionē pulsat: surgere non permittitur: qꝛ vigore iu
dicij calcatur. In deliberatione quoqꝫ patientie nec ser-
mo inordinatus ab ore prodeat: nec dolor tacitus ani-
mū premat: vt in largitate eleemosyne nulla inopie suspi
cio tristitiā generet: vt in deliberatione humilitatis nul
lus despectus animū mordeat. Sed cū iam in his que re
cte deuouerunt/sese fortiter exhibent: priora tñ peccata q̄
ab ipsis ante bonā deliberationē perpetrata sunt / ad me-

B mori iam deducit/et plangit quod quid illicite se egisse meminerit. Hi itaque per vitā quā tenent/holocaustū suum: sed per vitā quā ante tenuerūt/inquinatum. Lauāt ergo holocaustum in ostio portarum: quia intellectu quē perceperūt de doctis patrū/lamētis se quotidianis afficiūt: et mūdāt velamen lachrymis quā prauis aliquā actib⁹ inquinauerūt. Nos itaque inter hec ad vitā preteritā mētis oculos reducamus: reminiscamur quid fuimus/cum mūdi hui⁹ cōcupiscētias sequeremur. Et si iam dño tot deorde seruimus: quia nos peccasse meminim⁹/defluant⁹ in fletib⁹/lauem⁹ holocaustum. Ecce/ōipotēti deo deuouim⁹ castitatem nostrā. Sed si adhuc immūda cogitatio mētem inquinat: redeam⁹ ad lachrymas/lauem⁹ holocaustū. Ecce patiētiam nos seruare decreuimus. Si adhuc ira perturbat/si mentem tacit⁹ dolor excruciat: redeam⁹ ad lachrymas/lauem⁹ holocaustum. Ecce iam nouim⁹ possessa tribuere: atque in hoc mūdo humilem locum tenere. Si quis adhuc animū inopie suspicio deprimit/si despect⁹ primi in aliqua nos indignatione cōfīdit: redeam⁹ ad lachrymas/lauem⁹ holocaustum. Magnus est etenim creatori nostro ad recipiendos fletus humilium/mitissimus. Ubi enim innumerabilium holim fletus suscepti sunt: ibi locū suū inuēture sunt et lachrymne nostre. Pensemus quid per alium prophetam dr: Et erit qui offenderit ex eis in illa die

Zach.xii. quasi Dauid: et domus Dauid quasi dei: sicut angelus dñi in cōspectu ei⁹. Hec dies mire que nobis de aduētu redēptoris nostri promissa est. Qui itaque offenderit/erit quasi Dauid: quia peccātor ad penitētiam redit. Domus autē

B Dauid quasi dei: quia reuersus quisque ad iustitiā/habitatio efficitur creatoris sui: vt sit sicut angelus in cōspectu eius: quia mira viscera que in se expertus est/annunciando et aliis proponat. Hinc etiā paulopost illic dr: In die illa

Zac.xiii. erit fons patēs domus Dauid habitātib⁹ hierusalem: in ablutionē peccatoris et menstruate. Fons quippe occultus est vnigenitus patris inuisibilis deus. Fons vero patēs est idem deus incarnatus. Qui fons patēs recte domus Dauid dr: quia ex Dauid genere noster ad nos redemptor processit. Hierusalem vero visio pacis interpretatur. Hi autē hierusalem habitant/qui in visione pacis intime mentem figūt. Peccator vero et menstruata est vel is qui delinquit in opere/vel mens que labitur in praua cogitatione. Mēstruata namque ista pollutio est: quia et aliena carne non tāgitur: et sua carne inquinatur. Sic itaque sic est ois aia: que etsi malū opus non agit/polluta tñ cogitatione sordescit. Unde etiā per prophetam alium sub

Hiere.ii. iudee specie de aīa immūdis desideriis occupata dicit: Oēs qui querūt eā nō deficiēt: in mēstruis ei⁹ inuenient eā. Maligni quippe spūs querētes nō deficiūt: cū inferre pditionē cupiūt/et nulla bone cogitationis rectitudine repellūtur. Atque in mēstruis suis aiam inueniūt: quā in pollutis cogitatiōib⁹ positā facile ad puersam operationē

C trahūt. Dicatur ergo: In die illa erit fons patens dom⁹ Dauid habitātibus hierlm/in ablutionē peccātoris et menstruate: quia apert⁹ iam nobis est fōs mire redēptor noster: qui in domo Dauid incarnari dignat⁹ est: vt peccātorem lauet a puerso opere: et mēstruatā mētem diluat ab immūdis cogitatiōe. Patet igit fons: curram⁹ cū lachrymis: lauemur hoc fonte pietatis. In hoc fonte ipse quoque Dauid lot⁹ est/cū rediit ad lamenta penitētie post maculas grauis culpe. Ipsū quippe inuenire fōtem querebat/cū diceret:

Psalm.l. Redde mihi letitiā salutaris tui: et spū principali cōfirma me. Jesus enī hebraice latine salutaris dr. Et quid est quod sibi letitiā Jesu reddi postulabat/nisi quod hūc ante culpam cōtēplari cōsueuerat: eiusque cōtēplationis gaudia in culpa pdiderat? Unde recte post penitētiam/visionis ei⁹ letitiam sibi reddi querebat. In hoc fonte mire lota est

Luce.vii. Maria magdalene: que prius famosa peccatrix: post modū lauit maculas lachrymis: detersit maculas corrigēdo mores. In hoc fonte mire olim⁹ aperto lauit Petrus

Mat.xxvi. quod negauerat: quia fleuit amare. In hoc fōte mire in fine suo

Lu.xxiii. lot⁹ est latro/qui semetipsum in morte reprehēdēs/a culpa sua ablut⁹ est cōfessione veritatis. Cur igit pigri sum⁹? cur torpētes et frigidi remanem⁹/qui in hoc fonte pietatis tātos iam se lauisse cognouim⁹? Ergone de emūdatione nostra desperabim⁹/qui tot exēpla mire in pignore tenemus? et cessam⁹ veniam querere/atque cū lachrymis fiduciā habere quā tātorum iam emūdationē spei nostre pign⁹ accepimus? Querere enī mire fontem debuimus: etiā si clausus esset.

Patet/et negligim⁹. Mittemus oculos fidei in mūdi vniuersum: consideremus quanti peccātores dieb⁹ ac noctib⁹ per lamenta in hoc fonte mūde lauātur: quāti post tenebras ad lucē: quāti post maculas ad mūditiā redeūt. Curramus cū talib⁹ post mortis tenebras ad aquā vite: cōsideremus quantum peccauim⁹: quātum quotidie peccam⁹: atque vt appareamus⁹ mūdi post culpas/lauem⁹ holocaustum.

D

Homilia.xxi.

Et in vestibulo porte due mense hinc, et due mense inde: vt immoletur sup eas holocaustū et pro peccato et pro delicto. Et ad latus exteri⁹ quod ascēdit ad ostiū porte que pergit ad aquilonem due mense: et ad latus alterum ante vestibulū porte due mense. Quattuor mense hinc et quattuor mense inde. Per latera porte octo mense erāt, sup quas immolabāt. Quattuor autē mense ad holocaustum de lapidib⁹ quadris extructe: longitudine cubiti vni⁹ et dimidii: et latitudine cubiti vni⁹ et dimidii: et altitudine cubiti vnius: sup quas ponunt vasa in quib⁹ immolatur holocaustum et victima. Et labia earū palmi vni⁹: reflexa intrinsecus per circuitum. Su-

E

per mensas autem carnes oblationis.

Quid sumus de mysticis sensibus Ezechielis prophete locuturi, qui ipsa ei⁹ visionis verba vix capimus? Ecce etenī dicit: [Et in vestibulo porte due mense hinc/et due mense inde. vt immolet sup eas holocaustum et pro peccato et pro delicto. Et ad latus exterius quod ascēdit ad ostium porte que pergit ad aquilonem due mense: et ad latus alterū ante vestibulū porte due mense. Quattuor mense hinc/et quattuor mense inde: per latera porte octo mense erāt sup quas immolabāt.] In quib⁹ verbis magna caligo dubitationis oritur: vtrū hec de vna porta qualibet/an de duab⁹/aut de singulis portis dicātur. Sed dum quaterne mense per latera describūtur/ac postmodum in summa cōclusione dr: [Octo mense erāt super quas immolabāt:] patet quia hoc spūs non de singulis portis quas superius descripserat dicat: quia si porte sex superi⁹ enarrate quaternas mensas per latera haberēt/simul oēs non octo sed quadraginta et octo dicerentur. Rursum si hoc de vna dr: magno obstaculo nostra intelligentia reuerberatur: quia post descriptum porte vestibulum: vbi due mense hinc/et due mense inde esse narrate sunt: adhuc ad latus exteri⁹ quod ascēdit ad ostium porte que pertingit ad aquilonem/due mense esse memorātur: atque subiūgitur: [Et ad latus alterū ante vestibulum due mense.] Si enim intra vestibulum porte hinc per latera mense erant/cū subditur: Et ad latus exteri⁹ due mēse: atque ad latus alterū ante vestibulū due mense: inter quas etiā porta que respicit viā aquilo-

F

nis/esse memoratur: profecto patet aliud vestibulum intrinsecus/atque aliud extrinsecus fuisse: quia et prius porta interior/et post modum hoc in loco exterior aquilonis porta describitur. Nam cum tres portas superi⁹ descripsisset/tres quoque alias interioris atrii esse memorauit: quarum extremam aquilonis portā narrauerat: sed vt predictum est/atrii interioris. Nunc ergo cum due mense hinc in porte vestibulo/et due mense inde describuntur: adhuc de eadem interiori porta sermo cōtexitur. Quippe cum protinus subinfertur: quia ad latus exterius quod ascendit ad ostium porte que pertingit ad aquilonem/due mense: et ad latus alterū ante vestibulum porte due mense. Porta ergo interior binas per latera in vestibulo mēsas habere descripta est: et porta exterior similiter binas. Quattuor autē hinc/et quattuor inde mense pariter fiunt/dum per latera singula bine in vestibulo porte interioris/et bine bine et inde exteri⁹ in aquilonis porta describūtur: que simul oēs octo sunt: in quib⁹ immolabāt. His itaque de exteriori narratione discussis: ad spiritalem intellectū sermo redeat: quia tāto iā nobis interioris esse largiente dño facilior debet: quāto nos exterioris de-

G scriptionis ignorātia nō angustat. Possunt etenim portarum nois (sicut superius dictū est) sancti predicatores intelligi: vt vestibulum porte sit populus. Qui dum mēte humili verba predicationis suscipit: in eo mense ad sacrificium ex virtute cōstruuntur. Rursum nihil obstat si portam accipimus hoc qđ nobis per ora predicantium sacri eloquij intellectus aperitur: vt vestibulum porte eiusdem nobis predicationis verba sint/que prius humiliter accipimus / vt post ad sacri eloquij intelligētiam veniamus. Sit itaqꝫ nobis porta interior testamētum nouum: porta vero exterior testamētum vetus: qꝛ et hoc spiritalem intellectum aperit/et illud rudibus adhuc mētibus in historia sacri eloquij litterā custodit. Habet autē porta interior in magna iam multitudine fidelium populorum duo latera: vt dilectionem dei/et dilectionem proximi. Hinc autē mense sunt hinc et inde: qꝛ in dilectiōe dei necessario tenēda est fides et vita: in dilectione autē proximi debet summopere patiētia et benignitas custodiri. Est enim in dilectione dei necessaria fides et vita: qꝛ vt scriptum est. Si

Heb.xi. ne fide impossibile est placere deo. Et rursus scriptū est:

Iaco.ij. Fides sine operibus mortua est. Est autē in dilectione proximi nobis patiētia et benignitas cōseruāda: qꝛ de eadem

i.Co.xiij. dilectione scriptū est: Charitas patiens est: benigna est. Patiēs scꝫ: vt illata a proximis mala equanimiter portet. Benigna autē: vt sua bona proximis desiderabiliter impēdat. Habet quoqꝫ porta exterior/vt lex/duo latera: spiritales patres/et carnalem populum. In quibus singulis bine mense sunt: qꝛ habet in spiritalibus patribus doctrinam et prophetiam: habet in carnali populo circum-

H cisionem et sacrificium. In his itaqꝫ octo mensis immolatur: qꝛ quicqđ fides credit: quicqđ vita in exēplo boni operis ostēdit: quicquid patiētia humiliter tolerat: quicqđ benignitas largiter ministrat: quicqđ doctrina salubriter docet: qcqđ prophetia imposterum premonet: quicqđ circūcisio ad mādatum exterius ligauit: quicqđ sacrificium ex deuotione offerētis egit: in oipotētis dei oculis hoc esse victimam ostēdit. In lege enim etiam per carnale sacrificium quid aliud populus/nisi deuotionem sui cordis immolabat: Notādum vero qꝛ quattuor mense solūmodo ad holocaustum fuisse memorātur: quas vt vestibuli porte interioris accipimus: vt de reliquis quattuor sentiamus/que ad sacrificium constructe fuerant: non ad holocaustum. Holocaustum enim (sicut precedenti iam locutione professus sum) totum incēsum dr. Et lex quidē dei ac primum diligi/diuina mādata custodiri precipit: ab alienorū rerū concupiscētia cōpescit: non tamē oia dimitti iubet. In testamento autē nouo nobis veritas

Lu.xiiij. contestat/dicēs: Nisi qs renūciauerit oibus que possidet:

Luce.ix. non potest meus esse discipulus. Atqꝫ iterū dicit: Qui vult post me venire/abneget semetipsm. Mense ergo interioris porte holocaustum habēt: qꝛ in virtutibus testamenti noui quasi per holocaustum oia incēdimus: quādo oibus que huius mūdi sunt renūciamus. Mense vero porte exterioris sacrificium habēt/sed holocaustum non habēt: quia precepta legalia decimas offerri iubēt/sed dimitti oia non iubēt. De interioris autē vestibuli quattuor mensis

I dicitur: Ut immoletur sup eas holocaustum et pro peccato et pro delicto. Docet enim inter peccatum et delictum distat: qꝛ peccatum est mala facere: delictum vero est bona derelinquere/que sūmopere sunt tenēda. Uel certe peccatum in opere est: delictum in cogitatione. Recte et in interioris porte quattuor mensis immolatur holocaustū et pro peccato et pro delicto: qꝛ quicūqꝫ potuerit hoc presens seculum pleniter contēnere: et derelinquēs oia/semetipsm dño holocaustum dare: ipse iam perfecte nouit et peccata operis plangere: et peccata cogitationis: vel qđ malum fecit, vel qđ debuit facere bonum qđ nō fecit. Qui etenim totū dimisit/culpas suas in fletibus iam liberius cōspicit. Cūqꝫ eius mētem terrena cura non prepedit: pro opere simul et cogitatione plāgēdo/mētem suā oipotēti dño qđ aliud qꝫ holocaustum dedit: Neqꝫ hoc a rōne videtur extraneum/qđ propheta cum latus exterius diceret/ et ostium porte notaret/addidit: Que pergit ad aquilonem. In exteriori enim custodia littere iex data tenebat. Ostium vero porte est hic historicus intellectus legis/qui ad dñi timorem ducit. Que porta ad aquilonem pergere dr: qꝛ lex eadem sub timore mortis frigida iudaici populi corda constringit. Quasi enim per calorem ille populus currere

rēt si precepta diuina ex amore seruasset. Sed qꝛ sub timore mortis posite litteram custodiuit/quasi in torpore frigoris remansit. Unde nouis populis eterna premia amantibus/non autē tēporalia tormēta timētibus atqꝫ iam

R

Ro.viij. calentibus dr: Non accepistis spiritum seruitutis iterū in timore: sed spiritum adoptionis / in quo clamamus: abba pater. Dicitur autē: Quattuor mense hinc/et quattuor mense inde per latera porte. Dum enim fides et vita/ doctrina et prophetia in bonorum mentibus custoditur: porta nostra i. intellectus sacri eloquij/quattuor ex latere mēsas habet. Cūqꝫ in proficiētibus populis sancta predicatio patiētiam et benignitatem seruat/que prius in carnalibus circūcisionem et sacrificium custodiuit: mense quoqꝫ quattuor quasi ex alio latere mōstrātur. Que simul oēs octo super quas immolandum fuit: quattuor vt interiores ad holocaustum: quattuor vero exteriores ad sacrificium. Quia et hic in sancta ecclesia fidem/vitam/patientiam atqꝫ benignitatem custodiūt: summis iam procul dubio virtutibus pollent. Et hi qui in synagoga doctrinam et prophetiam/circūcisionem et sacrificium cognouerunt: alia offerēdo: atqꝫ sibimetipsis alia retinēdo: deuotionis victimam oipotēti dño dederūt. Sed qꝛ superius dictū est idcirco mēsas quattuor interioris vestibuli cōstructas: vt immoletur sup eas holocaustum et pro peccato et pro delicto: vnde mense ipse constructe sint: inferius aperitur/ cum subditur: Quattuor autē mēse ad holocaustum de lapidibus quadris extructe. Quos enim hoc loco lapides

L quadros accipimus / nisi quoslibet sanctos quorum vita in prosperitate atqꝫ aduersitate nouit fortiter stare: Lapis etenim quadrus equestat/in quocūqꝫ latere fuerit versus. Quisquis ergo in prosperitate non extollitur: in aduersitate non frangitur: suasionibus ad malum non trahitur: vituperationibus a bono opere non reuocatur: lapis quadrus est. Et quasi ex omni latere statum habet: qui casum in qualibet permutatione non habet. Certe cum iudeorum populum propheta a fide perire cognosceret: et sanctos apostolos surgere in ecclesia preuideret: per quos multi sunt ex gētibus in fidei et vite fortitudine solidati: in magna consolatione locutus est/dicens:

Esaie.ix. Lapides ceciderunt: sed quadris lapidibus edificabimus. Uidēs quippe in sancta ecclesia apostolos/martyres atqꝫ doctores surgere: de lapidum casu i. de iudeorum perditione minus doluit: qꝛ oipotentis dei edificium i. sanctam ecclesiam de quadris lapidibus edificari conspexit. Mense ergo quattuor de quadris lapidibus cōstruūtur: qꝛ fides et vita/patiētia et benignitas de vita sanctorum in exemplum date sunt sequētibus populis: vt iam vestibulum mensas habeat i. virtutes vite populus teneat: in quibus oipotēti deo orationis sacrificium in ara sui cordis incēdat. Quicquid enim boni fideles sancte ecclesie populi vel fecerūt vel faciūt / hoc in exēplo de predicatorum suorum vita susceperūt. Unde enim mensas hoc vestibulum haberet: nisi quadros lapides inuenisset: Ut

M

enim vnum de quadris lapidibus breuiter ad medium deducamus: vultis fratres charissimi fidem videre: Mihi

Phil.i. viuere xpus est: et mori lucrum. Uultis vitā cognoscere:

Gala.vi. Mihi mūdus crucifixus est/et ego mūdo. Uultis patiētiam audire: Usqꝫ in hāc horam et esurimus/et colaphis

i.Co.iiij. cedimur/et instabiles sumus: et laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur/et benedicimus: persecu-

Ibidem. tionem patimur/et sustinemus: blasphemamur/et obsecramus. Uultis benignitatem cognoscere: Ego autē li-

ij.Co.xij. bētissime impēdam: et superimpēdar ipse pro aiabus vestris. Bene forsitan credamus qꝛ eorum pro quibus impēdi desiderat/debitor fuerit: mox ad eosdem discipulos subiungit/dicēs: Licet plus vos diligēs minus diligar. Cum

Ibidem. ergo a populo fideli ad imitādas virtutes sanctorum predicatorum vite cognoscitur: profecto in vestibulo de quadris lapidibus mense cōstruūtur. Habuit vero et synagoga spiritales patres in doctrina atqꝫ prophetia: et quibus exemplum vite in virtutibus traheret. Sed rudis eius populus magis per timorem seruiens/qꝫ per amorem sequēs/vitas patrum noluit imitari quas vidit: atqꝫ ideo porta exterior que ad aquilonem pergit: mensas non habet ad holocaustum. Sed qꝛ hec moraliter diximus/restat adhuc vt easdem mēsas per intelligētiā typicā perscrutemur. Porta etenim nostra in interiori vestibulo quattuor mensas habebat: qꝛ sancta ecclesia ad eruditionem fidelium po-

A

i. Cor.xii. et ephe.iiii.

polorum: quattuor regentium ordines accipit: quos Pau-
lus ex dono omnipotentis dei enumerat/dicens. Ipse dedit
quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas: alios vero
euangelistas: alios autem pastores et doctores. Pastores vero
et doctores vnum regentium ordinem nominat: quia gregem
dei ipse veraciter pascit/qui docet. Habuit quoque et por-
ta exterior mensas quattuor: quia vero synagoga/obsequij
exterioris obseruantiam per principes sacerdotum et se-
niores populi: per scribas atque phariseos tenuit. Qui scilicet
pharisei/etiam legis doctores vocati sunt. Siue autem exte-
riori/seu interiori porte due mense hinc sunt/et due inde:
quia in exordijs suis sancta ecclesia apostolos et prophetas ha-
buit. Prophetas autem dicimus non eos qui in veteri populo
fuerant/sed eos qui in sancta ecclesia post apostolos sunt
exorti. Posteriori quoque tempore quod nunc est/habet euange-
listas atque doctores. Quia vero euangelium bonum nuncium
dicitur/euangelistas vtique appellamus/qui rudibus po-
pulis bona patrie celestis annunciant. Qui vero euangeliste
atque doctores priori quidem tempore fuerunt/sed et nunc
vsque domino largiente permanent: quia adhuc quotidie et infideles
populos ad fidem trahi/et fideles quosque in bonos mores per do-
ctores erudiri cognoscimus. Apostoli vero et prophete ab hoc
tempore presentibus sublati sunt: atque ideo dicimus quia
mense he porte nostre. i. sancte ecclesie quasi in alio late-
re fuerunt. Habet et porta que pergit ad aquilonem/duas
mensas hinc/et duas inde: eosdem quos diximus prin-
cipes sacerdotum et seniores populi in maiori auctorita-
te regiminis; scribas quoque et phariseos: qui rudi illi po

B

pulo minori loco prefuerant. Sed he mense iuxta portam
sunt/que ad aquilonem pergit: quia cum quattuor isti or-
dines populo preessent/synagoga in persecutione reden-
ptoris nostri seuiens/ad torporem perfidie prorupit. Que
tamen mense habuerunt sacrificium: quod iuxta solam litte-
ram tenuerunt. vnde et ad torporem frigoris lapsi sunt: quia
flammis spiritus succensi non sunt. Interiores autem mense ho-
locaustum non habent: quia siue in cordibus apostolorum atque
prophetarum/seu in mente euangelistarum atque doctorum/
ignis spiritus et arsit et ardet. Qui profecto quoque omnem eorum cogita-
tionem in bono opere assumit/flamma amoris dei qua-
si holocaustum simul quod inuenit incendit. Holocaustum
enim offerunt/qui siue in bono opere seu in sancta cogita-
tione medullitus accenduntur. Mense vero he ex quadris
lapidibus facte sunt: quia dum quotidie sacri eloquij in suis
cordibus verba meditantur: ad offerendum domino orationis
holocaustum quasi ex quadris lapidibus construuntur.
Verba etenim scripture sacre lapides quadri sunt/qui
vbique stant: quia ex nullo latere reprehensibilia inueniuntur.
Nam in omne quod preteritum narrant: in omne quod ventu-
rum annunciant: in omne quod moraliter predicant: in omne
quod spiritaliter sonant: quasi in diuerso latere statum ha-
bent: quia reprehensionem non habent. Corda itaque sanctorum

C

mense dei sunt ad holocaustum ex quadris lapidibus con-
structe: quia qui dei verba semper cogitant/semetipsos domino
a carnali vita in cogitatione mactant. Vnde scriptum est:

Ps.xxxvi. Ps.cxviii.

Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gres-
sus eius. Et vnde rursum dicitur: In corde meo abscondi elo-
quia tua/vt non peccem tibi. Sed quia mense he vnde sint
constructe cognouimus: etiam cuius mensure sint audia-
mus. Sequitur: [Longitudinem vnius cubiti et dimidij:
et latitudinem cubiti vnius et dimidij: et altitudinem cu-
biti vnius.] Hunc locum quidam exposuit/dicens: Longi-
tudinem et latitudinem habet mensa vnum cubitum et di-
midium. i. per quadrum: que simul iuncte tres cubitos
faciunt. Qui tres cubiti habent in altitudinem cubitum
vnum: vt mysteria trinitatis vnius cubiti/hoc est diuine
maiestatis mensura conseruet. Qui vero sensus expositio-
nis idcirco non potest stare: quia in illa summa trinitate
que omnia creauit/omnia continet: dimidium nihil est: nec ex
duobus dimidijs aliquid vnum. Neque enim quicquam immi-
nutionis ac decisionis habet illa substantia: que semper
incommutabilis manens/nec detrimentum recipit nec au-
gmentum. Sepe autem diximus longitudinem ad longani-
mitatem spei: latitudinem vero ad charitatis amplitudi-
nem pertinere. Mense ergo que ad holocaustum constru-
cte sunt/longitudine cubiti vnius et dimidij metiuntur:
quia sancti patres atque doctores qui se longanimiter ad se-
creta spei intime extendunt: per hoc quod in virtutibus vi-
uunt: quantum ad humanam quidem mensuram pertinet/
valde perfecti sunt: quantum vero ad diuina mysteria (que

D

plene ab homine capi non possunt quamdiu in hac mortali car-
ne subsistit) perfecti non sunt. In semetipsis ergo iam cu-
bitum habent: in deo autem adhuc cubitum non habent: quia
iam quidem in virtutibus plene proficiunt/sed tamen aliquid
de deo adhuc ex parte cognoscunt. Ecce iterum in men-
sura mense ad testimonium Paulus occurrit. Videa-
mus an eius vita cubito integro mensuretur. Dicit enim:

Phil.iii.

Quotquot perfecti sumus/hoc sapiamus. Videamus si
in his que de deo sentit/iam se ad percipienda mysteria
perfecte tetenderit. Ego me non arbitror comprehendisse.

Phil.iii.

Qui rursus ait: Ex parte cognoscimus: et ex parte pro-
phetamus. Cum autem venerit quod perfectum est/euacua-
bitur quod ex parte est. Qui iterum dicit: Nunc cognosco
ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Si er-
go perfectus est/et ex parte cognoscit: cubitum habet quan-
tum ad se/sed tamen dimidium super se. Tendatur ergo
in longanimitate spei corda sanctorum: tendantur in perfe-
ctione quam habent/cubito vno. Sed quia adhuc plene vi-
dere non possunt vbi spei oculum mittunt/hoc quod super
vnum cubitum habent/in dimidio cubito reciditur: qua-
tenus in hac vita semper se imperfectos aspiciant/et arden-
tius ad perfectionem currant. Habent quoque mense latitu-
dinem cubiti vnius et dimidij: quia sanctorum corda in chari-
tatis amplitudine dilatata/iuxta proximum quem dili-
gunt et vident/habent cubitum. Possunt enim perfecte di-

E

ligere/quos perfecte valent iuxta aliquid scire. Omnipo-
tentem vero deum medullitus diligunt/medullitus sequun-
tur: sed tamen tantum diligere non possunt quantum debent:
quia adhuc non valent videre quem diligunt: et mensura
amoris minor est/vbi adhuc mensura minor est cognitio-
nis. Super vnum ergo cubitum habent et dimidium: quia
hoc eis iam in amore integrum est/quod valde minus est
in charitate cum proximo: atque illud quod eis valde maius
est adhuc in amore dei quem non vident/integrum non
est. De hoc amore qui hic incipitur/vt ex visione domini in
eterna patria perficiatur: recte Esaias loquitur/dicens:

Esa.xxxi.

Vixit dominus cuius ignis est in Sion: et caminus eius in hie-
rusalem. Plus est autem caminum esse quam ignem: quia esse
ignis et paruus potest: in camino autem vastior flamma suc-
cenditur. Sion vero speculatio: hierusalem autem visio
pacis dicitur. Pacem vero nostram hic interim speculamur:
vt illic postmodum plene videamus. Ex amore ergo domini
in Sion ignis: in hierusalem caminus: quia hic amoris eius
flammis aliquatenus ardemus/vbi de illo aliquid con-
templamur. Sed ibi plene ardebimus: vbi de illo plene
videbimus quem amamus. Altitudo vero mensurarum est
cubiti vnius. Que est enim altitudo sanctorum nisi fides in-
uisibilium? Per fidem enim creditur quod non videtur:
atque ideo per hanc iustorum mensa ad altitudinem ducitur:
vt cuncta visibilia despiciat in terra: et ea que audit inui-
sibilia sequatur in celo. Sed vnum cubitum habet altitudo men-
se: quia vnitas est fidei in corde omnium sanctorum. Vnum deum
esse trinitatem et patres testamenti veteris: et predicato-
res professi sunt testamenti noui. Altitudo itaque men-
sarum nil vno cubito amplius: nil minus habet: quia in
magna sibi vnitate concordat omnium fides patrum. Sed hi

F

qui iam in longanimitatem spei summis virtutibus pro-
ficientes/vnum et dimidium cubitum habent: atque in lati-
tudine charitatis vno ac dimidio cubito metiuntur: in
altitudinem vero fidei vno cubito excrescunt: magni sunt:
et summa admiratione venerandi. Debent ergo paruulorum
animas in sinu sue conuersationis suscipere: atque eas in
conspectu domini velut quoddam holocaustum ac sacrifi-
cium offerre. Vnde aperte sequitur: [Super quas po-
nunt vasa in quibus immolatur holocaustum et victima.]
Quid enim sunt omnes fidelium/nisi vasa sancta: que verba pie-
tatis capiunt: vt ex eorum mentibus holocaustum vite atque
orationis immoletur? Hinc est enim quod Paulus cum ad-
huc rudis esset in fidei vocatione: quia iam domini verba perce-
perat: et celesti gratia plenus erat: vas appellatur/cum

Actuu.ix. Esa.lii.

dicitur: Vas electionis mihi est. Hinc pastores atque do-
ctores propheta admonet/dicens: Mundamini qui fertis vasa
domini. Ipsi etenim quasi mense domini vasa portant/qui vitam
fidelium erudiendo tolerant: vt eam hanc domino ad holocau-
stum et sacrificium perducant. Sed neque hoc negligenter
intuendum est: quod in eisdem vasis holocaustum et victima
dicitur immolari. Holocaustum enim (sicut et superius di-

G ximus / victime est / non tamen victima semper holocaustum: quia cum quid ex parte offertur / et ex parte retinetur: sacrificium quidē est / sed holocaustum non est. Sūt ṽo in multitudine magna fideliū mali: qui que mundi sunt omnia relinquunt: cuncta que possident tribuunt: nihil sibimetipsis reseruant: ad eternam patriam medullitus anhelant: seq ex toto corde in lachrymis mactāt. Hi videlicet vasa super mensam sunt / in quib⁹ immolatur holocaustum. Et sunt alij qui curam ꝓprie domus gerūt: de filijs cogitāt: eisdem hereditatem seruāt. Qui tamen eterni iudicij memores / misericordiam pauperibus impēdūt: alimēta ac vestimēta eis ex parte qua decreuerint tribuunt. Hi nimirum vasa sup mensam sunt / in quib⁹ victima immolata est / non holocaustum. Quia enim patiētia ꝛ doctrina sanctoꝝ admonendo ꝛ sustinēdo / suadendo atq terrēdo alioꝝ corda vsq ad hoc erudiuntur / vt omnia deserant: et totos se in amore dñi accendant: aliorum ṽo ad hoc vsq instruunt: vt quia omnia relinquere non valent / vel ex parte qua preualent / misericordes fiant: et carnis curam cum anime cura partiātur: mense dñi de quadris lapidibus instructe vasa portant: in quib⁹ immolatur holocaustum et victima: quia et perfecti (sicut dictum est) cum omnia deserūt / totum cor in amore dñi accendunt: et imperfecti sacrificium offerunt / qḋ ex parte deuouerūt. Sequitur: [Et labia eorum palmi vnius: reflexa intrinsecus per circuitum.] Quid est hoc ꝙ mensarum labia palmo metiuntur / nisi ꝙ in palmo manus tenditur: et sancti patres atq docto-

H res ea predicāt: in quibus auditorum opera tendūtur? Quasi enī manum extendimus / cum opera nostra dilatamus. Loquatur ergo vnusquisq doctor: et audiētis exerceat: ociosoꝝ torporem excutiat. Quos dum ad bona opera tetenderit: palmū se habere in labijs ostendit. Pensandum quoq qꝛ in palmo digitus maior ac minimus tenditur. Quid ṽo in maiori ac minimo digito / nisi magna et extrema actio designatur? Palmum ꝗ mense in labijs habeāt: quatenus in doctoꝝ suoꝝ predicatiōe auditor euigilet: et sic ex eoꝝ admonitione magna opera faciat: vt agere ꝛ minima non omittat. Sic minimis intētus sit: vt piger in agēdis maioribus non sit. Unde

mat. xxiij. per euangelium veritas dicit. Ue vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: qꝛ decimatis mētam ꝛ anetum ꝛ cyminū: et reliquistis que grauiora sunt legis. Judicium ꝛ misericordiam ꝛ fidem: hec oportuit facere / et illa nō omittere. Per iudiciū quippe ꝛ misericordiam et fidem maior digitus operatiōis ostēditur. Per mētam ṽo ꝛ anetum ꝛ cyminum: digitus ꝓcul dubio minimus figuratur. Hec ergo oportuit facere / et illa nō omittere: qꝛ si opus nostrum palmo metiri volum⁹: sic necesse est vt tēdatur minimus / quaten⁹ maior digitus non attrahatur. Bene autē cum mensarum labia metiuntur: et mensura palmi dicitur / additur vnius: vt ex doctoꝝ predicatione sicut vnitas tenetur in fide / ita quoq vnitas mentium seruetur in opere: ne per opus bonum qḋ alter agit: alter ad

I discordie malum prosilipat. Ita etenī bona facere opera debemus: vt per hec quoq cum his cum quib⁹ viuimus vnanimitatem recte vt possum⁹ cōseruemus. Non deserendo qḋ agimus: sed preueniēdo bonis persuasionib⁹ malum discordie qḋ timemus. Sic in suis operib⁹ vnitatem palmi custodiens Paulus discordiam generari ꝓhibebat / cū quēdam lapsum atq ab ecclesie abiectū

ij. Cor. ij. iam velle recipere corinthios videret / dicēs: Si cui aliquid donastis: et ego. Nam ꝛ ego si quid donaui / ꝓpter vos in ꝑsona xp̄i: vt non circumueniamur a sathana. Qui vero solet de bonis mala generare: et hoc qḋ per charitatem agitur / ad discordiam trahit. Unde ꝛ mox de ipso

Ibidem. subiecit / dicēs: Non enim ignoramus cogitationes ei⁹. Doctor autē qui per bona que predicat / in suis auditoribus rectam operationem format: si mētes operantium ad vnanimitatem nō ligat: in labijs palmum habet: sed eam ꝗ dicta est / palmi vnitatem non habet. Pensandum ṽo est valde qḋ dr̄: quia earūdem mensarum labia interi⁹ sunt reflexa. Tūc enī mensarum labia intrinsecus reflectūtur: quādo doctores ad cōsciētiam reuocāt tacita cogitatione qḋ dicūt: quādo semetipsos subtiliter perscrutantur si faciūt qḋ loquūtur. Recte autē cum reflexa intrinsecus mensarum labia dicuntur: additur quoq / per circuitum: vt non in vno quolibet se parte cōsiderēt:

K atq ex alia semetipsos perpēdere pretermittāt: sed vbiq semetipsos inspiciant: et in quātum preualent studeant singula opera implere que docēt: ne si predicātes facere bona dissimulant: sui vastatores sint: cultores alieni. O doctor / ecce iam mensa es: iam vasa portas: iam in vasis fidelibus pondus holocausti ꝛ victime sustines: sed intus reflecte labium. Ad cor reuoca sermonem. Audi qḋ dicis: operare qḋ predicas. Si enī negligis implere quod doces: alijs messem seminas: et ipse a frumēti participatione ieiunas. Unde scriptum est: Cuius messem

Job. v. famelicus comedit. Messem quippe doctoris qui bona loquitur sed non operatur / famelicus comedit: quia is qui panem iustitie esurit / operatur mandata que audit: et ipse fructum non habet qḋ seminando laborauit. Hinc

puer. xix. Salomon ait: Abscōdit piger manum suam sub ascella: nec ad os suum porrigit eam. Nemo ita piger est / vt ad os manum comedēdo reducere laborem putet. Sed piger nec ad os manum suā porrigit / qui nec hoc vult operari qḋ dicit. Hinc iterum de bene docentibus ꝛ male

ps. lxxvij. operantibus dicitur: Filij effraim intendentes arcum / et mittētes sagittas: conuersi sunt in die belli. Intēdūt arcum / atq sagittas mittunt: qui scripture sacre sententias ponunt: et verbis rectis auditoꝝ vitia feriūt. Sed conuertūtur in die belli: qꝛ post semetipsos redeūt in temptatione vitioꝝ: et pectus opponere non volunt: qꝛ in temptationum certamine non resistūt. Hinc iterum dicitur:

Psalm. lxxxviij. Auertisti adiutorium gladij eius: et non es auxiliat⁹ ei in bello. Gladius quippe doctoris est sermo dei. Unde

Ephe. vj. per Paulum dicitur: Et gladium spūs: qḋ est verbum

L dei. Oīpotēs itaq deus cū doctorem respicit nolle operari que dicit: in die belli adiutorij ei⁹ gladium auertit: quia in temptationum certamine non ꝑmittit eū esse in adiutorium doctrine ṽba que dedit. Habet igit̃ gladium: sed hunc in bello non adiuuat: quia cum aduersitas temptationis eruperit: ṽbi obliuiscitur quod dicebat. Ecce enim de patiētia fortitan sermo doctori est: doctrine sue magisterio docere cogitur qualiter contra illata dāna / cōtra auditas cōtumelias patientia seruetur. Sed cum ipse vel dāno vel contumelia fuerit lacessitus / oblitus quod docuerit / vel in lesione proximi / vel in reddendo grauius contumeliam excedit. Inter hec itaq cogitet: qꝛ mensa dei est / labium intus reflectat: seruet qḋ predi-

Luce. xxi. cat. Scriptum quippe est: In patientia vestra possidebi-

puer. xix. tis aīas vestras. Et rursum scriptum est: Doctrina viri per patiētiam noscitur. Si itaq index doctrine patientia est: tanto quisq doctus ostēditur / ꝗto patiēs fuerit. Hinc est enī ꝙ bonus ille discipulus qui magistrum tolli in aera videbat: ꝓ magne charitatis affectum clamat /

iiij. Re. ij. dicens: Pater mi: pater mi: currus israel ꝛ auriga eius. Quid est fratres charissimi ꝙ helias curr⁹ israel et auriga dicitur: nisi quia auriga agitat / currus portat? Doctor ꝗ qui mores populi ꝛ per patiētiam sustinet: ꝛ sacri eloquij ṽbis docet / et currus dicitur ꝛ auriga. Currus qꝛ tolerando portat: auriga qꝛ exhortando agitat. Currus qꝛ mala sustinet: auriga qꝛ populum bonis admonitionibus exercet. Fortasse autem cōtra vanam gloriam

M sermo doctori est: et mire insinuans qualiter debeat declinari: eisdem ipsis sermonib⁹ vanam gloriam querit / quibus cōtra eandem vanam gloriam disputat. Si igitur hoc appetit adipisci qḋ prohibet: mensa intus labiū non reflectit. Tūc autē mensa dñi ex quadris lapidibus extructa habebit intus labium reflexum / si studuerit

Phil. ij. audire qḋ docet. Scriptum quippe est: Nc quid per contentionem: neq per inanem gloriam. Atq eisdem rursus egregius predicator dicit: Nec querentes ab hoīb⁹ gloriam: neq a vobis neq ab alijs. Ne predicationis etenī labore laudem transitoriam querere / qḋ est aliud ꝗ rem magnā vili precio vendidare? Sed est in doctrine ṽbis graue periculum: qꝛ sepe sermonem docentium fauore audiētium sequūtur: ꝛ cū doctores ab eo qḋ bene innotuerint / apparere iam minores in dictis nolunt: doctrine ṽbum qḋ pro acquirēdis aīab⁹ auditores et oīpotētis dei amore inchoauerūt: in hoc postmodum ꝓ acquirendis laudib⁹ laborāt. Et q in ṽbis dei querebāt prius lucra spiritalia: tēporales postmodum fauores sequuntur. Unde fit vt siue recta quelibet opera / seu sancte doctrine ṽba / in oīpotētis dei iudicio pereāt: cum per hec ꝗsq transitorijs fauorib⁹ anhelat. Hinc etenī per ꝓphe

A Hiere. xi. tam sudee dicitur: q in seipsam incauta mens inuenit si saltem post culpã suas caute cogitationes timetur. Oli uam vberē / pulchram / fructiferam / speciosam vocauit dñs nomen tuū. Ad vocem loquele grādis exarsit ignis in ea: et cōbusta sunt frutecta ei9. Oliuam quippe vberē et pulchram / fructiferam et speciosam dñs vocat / cuius vel efficaciam in operatione: vel sancta studia in verbis scientie approbat. Sed ad vocem loquele grādis exarsit ignis in ea: q cum laudari q̃s ceperit / erubescit fortasse minor videri q̃ dicitur: et studet esse qd dicatur. Vox enim grādis loqle est fauor adulantis. Unde scriptum Prouer. xxvij. est: Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte consurgens / similis est maledicēti. Ad vocem ergo loquele grandis exarsit ignis in ea: q in magnitudine fauoris / flamma in corde accenditur de amore laudis. Sed oia oliue frutecta cōburuntur: q ante oīpotētis dei oculos vel que bene gesta / vel que scienter sunt dicta depereunt: cū iam non amore dñi / sed intentione transitorie laudis fiūt. Sic eñ cogitationi bone cogitatio sinistra subiūgitur: vt vix ipse qui easdem cogitationes generat animus cognoscat. Unde predicator egregi9 cum loquēs subti Heb. iiij. liter diceret: Uiuus est sermo dei et efficax / et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingēs vsq ad diuisionem aie ac spūs: ilico subiungit: Cōpagum quoq et medullarum: et discretor cogitationum et intētionum cordis. Distinguit enim dei sermo cōpages et medullas: q discernit cogitationes et intentiones cordis. Per cōpages quoq ossib9 ossa iungūtur. Et sepe dum quid recta

B cogitatione agimus: s subito in laudis amore declinamus / atq hoc pro laude facimus qd prius facere pro veritate ceperamus: q cogitationes cogitationib9 adiungūtur: quasi quedam cōpages fiūt. Sed habēt ossa que in cōpage iūcta sunt / etiā medullas. Qđ predicator sanctus apertius intulit / cū subiūxit: Discretor cogitationum et intentionum cordis. Cōpages eñ nostre cogitationes sunt: medulle aūt intētiones. Et sepe aliud cogitamus: atq aliud est qd per cogitationem intendimus. Nam si quis ꝑposito nūmoꝝ premio / pupilli vel vidue causam defendat: et fortasse ecclesiam ingrediēs / et suis precib9 deo dicat: Tu vides q causam pupilli et vidue defendo: iste procul dubio qd cogitat scit: sed quo intendat ei9 cogitatio ignorat. Aliud quippe cogitat / atq aliud intendit. Non eñ defensionem pupilli vel vidue / s mercedem nūmoꝝ querit. Nam tollere tēporale premium: et non pupillum ac viduam defendere intendit. Sermo itaq dei / discretor est cogitationum et intētionum cordis: q non aspicit quid apud temetipsum cogitas: s per medullam cōpagis. i. per intētionem cogitationis que accipere requiris. Restat ergo vt doctor cum loquitur / q̃si mensa dei semper intus labium reflectat: ne aut mala intentione loqui inchoet: aut cū bene ceperit / seduct9 fauoribus / in appetitū aliam declinet. Fortasse aūt de

C custodia discipline sermo doctori est. Et sepe etiā contingit vt discipline regulam quā scit dicere / nesciat tenere: q aut nimio zelo motus / minus se per mansuetudinem temperat: aut nimia mansuetudine placidus / minus se cōtra vitia in zeli stimulo inflāmat. Magna eñ conside iij. Re. ij. ratione debem9 pensare qd scriptum est: Quia in vasis templi inter coronas et plectas / boues et leones et cherubin exsculpta sunt: et subter boues et leones lora depēdentia. Corone quippe signū victorie: plecte aūt concordie vnanimitatem signāt. Cherubin vo plenitudo sciētie dicuntur. Sacerdotes enim atq doctores inter coronas et plectas. i. inter fortitudinē boni operis quo ad victoriam currūt: et charitatis cōcordiā quo a se vicissim nō discrepant: per boues et leones atq cherubin designati sunt: q in plenitudine sciētie quam habēt / necesse est vt et boum mansuetudinem teneāt / et feruorem leonū: quatenus in disciplinam quā predicant / et ex sancto zelo accensi sint: et ex paterna dulcedine tranquilli. Quib9 subter se lora depēdeāt: vt discipline sue retinacula quibus ipsi ligati sunt / etiā subiectis suis sollicite impendant. Sup eos eñ lora dependere est / custodie vincula subditis tenere. Que tūc recte seruātur: cū nec boum mansuetudo in zeli feruore amittitur: nec leonum terror in mansuetudine declinatur. Tāta quippe debet esse discretio vt nec disciplina nimia: nec ipsa quoq misericordia sit remissa: ne si inordinate culpa dimittitur / is q est culpabilis / in reatu grauius adstringatur. Et rursus si culpa

D immoderate retinetur / tanto q̃ corrigitur deterior fiat / q̃to ergo se nil ex benignitatis gr̃a agi cōsiderat. Exhibenda itaq prius est asperitas in ostensione: charitas in mēte: vt et dura ostensio delinquētem coerceat: et charitatis custodia mercedem mansuetudinis nō omittat. Ecce dum loquor / Joseph animum pulsat: vt ad ostendenda que dico / ipse testis veniat. Certe somnium qd de Genesis xxxvij. ꝓfectu suo viderat / fratrib9 narrans / per hoc qd innocēter retulit: malitie pera se stimulos excitauit. Ab eisdē fratribus / ismaelitis est vēditus: in egyptum ductus: mira oīpotentis dñi dispensatione eidem egypto prela Ibidem. Ge. xxxix. tus est. Cūq in terra chanaan fames excurgeret: fratres ad egyptū venerūt: Joseph prelatū egypto repererunt: cūq submissis ad terram ceruicib9 adorauerunt. Et q mutari dei cōsilium non valet: quem ideo vēdiderāt ne adorarēt: adorauerūt q vēdiderūt. Tūc ipse vir dei spiritu discretionis plenus: cognouit fratres / non cognit9. Ge. xlij. Sed memor culpe / et remissor iniurie: mala fratrum nec reddere studuit / nec sine purgatione laxare. Nam suspecta voce protin9 dixit: Exploratores estis vos: vt videa Ibidem. tis infirmiora terre / venistis: iam nūc experimētum vestri capiam. Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc. O iaculum in corde. Peregrini venerāt / famis periculum fugiebāt / frumēta que querebāt non acceperāt: et feriri se insup iectione criminis videbant. Inter hec

E ducūtur ad carcerem: et post triduum adhuc in eadem asperitate terrentur. Iam reditur ad cordium culpe memoria pulsat animum: atq inter se inuicem loquuntur: Ge. xlij. Merito hec patimur: q peccauim9 in fratrem nostrum: vidētes angustiam aie illi9 / cū deprecaret nos: et nō audiuimus. idcirco venit sup nos ista tribulatio. In his aūt cor Joseph amore vincitur: secessum petit: soluit fledo quod pietati debuit. Seuerus ad fratres reuertitur: vt cruciatas corꝫ aias a culpa liberaret. Post hec vnus religatur in vinculis: dimittūtur ceteri cum frumētis / vt vnus frater veniat: quē minimum habere se dixerāt. Uenit postmodum frater. Uincebat mentem pietas: cū frater innocens videretur: sed permanebat in ostensione asperitas: vt fratres noxii purgarētur. Frumēta dātur: Ge. xliiij cyphus in sacco iunioris fratris abscōditur: furti post eos questio mouetur. Mittitur vt reducātur addicti: in seruitutem decernit apud quē cyphus fuisset inuentus. In sacco vltimi fratris inuenitur. Tūc Beniamin reducitur: afflicti oēs fratres sequunt. O tormēta misericordie. Cruciat et amat. Reuersi igit / in terra cū lachrymis prostrati: veniā postulāt. Memores eñ q̃d de illo patri ꝑmiserāt: merore intolerabili tabescebāt. Tūc se vltra cohibere nō valēs pietas clausa prorupit ad mediū: et excussit charitatis lachrymas de vultu seueritatis. Detersa est ira que apparebat: et nō erat ostensa misericordia que erat et non apparebat. Sic vir sanctus fecit9 fratrum et dimisit / et vindicauit. Sic in vigore clementiam tenuit: vt delinquētibus fratribus nec sine vltione plus existeret / nec sine pietate district9. Ecce hoc est magisterium discipline: vt culpis et discrete nouerit parcere / et pie resecare. Qui aūt discretionis spiritum nō ha

F bent: aut sic dimittunt peccata vt non corrigant: aut sic quasi corrigēdo feriūt vt non dimittāt. Doctor ergo cui de disciplinē moderamine loqui necesse est / mensam dei esse se sciat: atq intus labium reflectat: vt qd docēdo loquitur / hoc sub discretionis spiritu vigilāter operetur. Nec si quedam sibi deesse considerat / oportet vt ab eorū predicatione cōticescat. Locus quippe ei9 exigit vt loquatur. Uerbis q̃ suis semetipsum cōueniat: et si nō ideo loqtur q operatur / ideo operetur q loqui cōpellitur. Ubi itaq se cōspicit opere implere qd dicit: ibi auditores admoneat: cordiq alios ad studiū bone operationis accingat. Ubi aūt necdum se videt impleisse qd loquitur ad bona de quib9 auditores admonet / se quoq pariter inflāmet: vt ipse etiā simul discat in opere / qd per eum loquitur veritas in predicatione. Sepe eñ qd viuēdo nescimus / cōpulsi loqui doctrinam / loquēdo discimus: vt dum de cogitationis nostre pigritia reatus nascitur in mēte / eādem mētem cōpūctio subito oborta transuerberet: et sue voce excitata euigilet in opere / que prius torpebat in ocio sine voce. Ecce aūt cum mense labium pau mo tēditur. i. cū per doctoris os cōtra vitia disputatur:

G atq ad bona opera cor auditorum accenditur: multi qui eius verba audiunt/ quāta vel qualia mala perpetrauerint/ recognoscunt: atq ad eum confitentes veniūt: eūq pro peccatis suis intercessorem fieri cum fletib⁹ petunt: vt ipse orando deleat culpas: quas predicando manifestat. Unde et subditur. [Super mensas autē carnes oblationis.] Doctores etenim sancti cum pro cōpunctis peccatoribus atq confitentibus omnipotenti dño preces fundunt/ per hoc quod ad veniam pro carnali eorum vita postulant: mensē dñi carnes oblationis portant. Ut ergo sint pro quib⁹ conuersis et flentibus rogent: oportet vt eisdem prius in peccato positis predicent: et cum iā ceperint peccatā relinquere/ atq ad innocentiā festinare: necesse est vt erga eos in ore doctoris incremēta predicationis excrescant: et quibusdā doctrine sue verbo tāto vehementius insistat: quāto eos grauius cecidisse cōsiderat: videlicet sciens q ipse tanto mercedē magne remunerationis accipiat: qūto verbis suis alios de profundioribus pctis leuat. Libet inter hec/ sancti euāgelij ad medium verba deducere: cuius sacra historia p hoc qd factū miraculū narrat: mira q quotidie agūtur denūciat. Nam cōfessi atq ieiuni ad dominū populi cū venissent: discipulis dñs dixit: Misereor super turbā: quia ecce iā triduo sustinent me: nec habēt quid māducēt. et si dimisero eos ieiunos in domos suas/ deficiēt in via. quidam eī ex eis de longe venerunt. Turba triduo dominū sustinet: quando multitudo fideliū peccata que pperauit/ p penitētiā declinans: ad deū se in opere/ locutione atq in cogitatione conuertit. Quos dimittere ieiunos in domum suā dominus noluit/ ne deficiant in via: quia videlicet cōuersi peccatores in presentis vite via deficiunt: si in sua conscientia sine doctrine sancte pabulo dimittentur. Ne ergo lassemur in huius peregrinationis itinere/ pascendi sumus sacra admonitione. Ualde autem pēsanda est ptā sentētia que processit ex ore veritatis qua dicitur: Quidam eni ex eis de longe venerunt. Est autem qui nihil fraudis et nihil carnalis corruptionis expertus/ ad omnipotentis dei seruitium festinauit. Iste de longinquo non venit: quia per incorruptionē et innocentiam proximus fuit. Alius nulla ipudicitia/ nullis flagitijs inquinatur: solo autē cōiugio expertus/ ad ministeriū spiritale cōuersus est. Nec iste venit de lōginquo: quia vsus cō

Mat. viij.

H

Ibidem.

cessione concessa per illicita non errauit. Alij vero post carnis flagitia: alij post falsa testimonia: alij post facta furta: alij post illatas violētias: alij post pperrata homicidia ad penitētiam redeunt: atq ad omnipotentia dei seruitium couertuntur. hi videlicet ad dñm de lōginquo veniūt. Quāto etenī quisq plus in prauo opere errauit: tāto ab omnipotente dño longius recessit. Nam et prodig⁹ filius qui patrē deseruit/ abijt in regionē longinquā/ in qua porcos pauit: quia vitia nutriuit. Dent igitur alimēta cibi etiā qui de lōginquo veniunt: quia cōuersis peccatorib⁹ doctrine sancte cibi prebendi sunt: vt in deum vires reparent: quas in flagitijs amiserūt. Qui sepe a doctorib⁹ tanto necesse est vt largiorib⁹ cibis doctrine satient: qūto festi maioribus vitijs venerūt. Et cū iam cōfiteri ceperint mala que commiserūt: atq confitendo relinquere et fletibus punire: necesse est vt doctores sancti pro eorum peccatis sollicite excubēt: quatenus mense dñi carnes oblationis portēt. Quod quotiēs agūtur in hoc pro alienis peccatis interueniūt: sua ārte dei oculos amplius detergunt: quia ea ipsa charitate se iustificāt: qua mira pietate pro alienis iniquitatib⁹ se in lamētis maceret. Nec laboriosum debet esse doctori pro conuersis peccatoribus lachrymas fundere: quando et ipse q oia creauit/ homo factus/ pro nostris iniquitatibus in cruce sāguinem fudit. Qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus in secula seculorum. Amen.

I

Homilia .xxij. et vltima.

ET extra portam interiorē gazophylacia cantorum in atrio interiori: quod erat in latere porte respicientis ad aquilonē: et facies eorum contra viam australē. vnū ex latere porte orientalis: que respiciebat ad viam aquilonis. Et dixit ad me: Hoc gazophylaciū quod respicit viā meridianā/ sacerdotum est qui excubant in custodijs tēpli. Porro gazophylacium quod respicit ad viam aquilonis/ sacerdotū erit qui excubant ad ministeriū altaris. Isti sunt filij sadoch: qui accedunt de filijs leui ad dominū vt ministrent ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorū/ et latitudine centum cubitorum per quadrum: et altare ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulum templi: et mensus est vestibulum quinq cubitis hinc/ et quinq cubitis inde: et latitudinem porte triū cubitorum hinc/ et trium cubitorum inde: longitudinem autem vestibuli viginti cubitorum/ et latitudinē vndecim cubitorū. Et octo gradibus ascendebat ad eam: et colūne erant in frōtibus vna hinc/ et altera inde.

K

Explicit Textus.

SAcri eloquij mysticos sensus propheta p aspirationē sancti spūs prudēter intelligēs/ dicit: Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea aīa mea. Qui rursus ait: Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua. Qui eni necdū occulta de apertis intelligit: oculos velatos habet. Qui vero iam itelligit/ reuelatos. Et mirabilia de lege dei cōsiderat: qui spiritaliter littere verba discutiēs/ que interius magnitudo lateat pensat. An nō est mirabile quādo aliud aurib⁹ sonat: atq aliud excitat ad intelligentiā quod non sonabat: Cui ergo verba sacri eloquij: nisi lapidi similia dixerim: in quo ignis latet: Qui manu quidē frigidus tenetur: sed percussus ferro/ per scintillas micat: atq hoc emittit ignē qui post ardeat: quod prius man⁹ frigidū tenebat. Sic etenī: sic verba sunt sacri eloquij: que quidem per narrationem littere frigida tenētur: sed si quis hec aspirāte dño intento intellectu pulsauerit: de mysticis eius sensibus ignē producit: vt in eius verbis post anim⁹ spiritaliter ardeat: que pri⁹ per litterā ipse quoq frigidus audiebat. Ecce etenim propheta dicit: [Et extra portam interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori quod erat in latere porte respicientis ad aquilonem: et facies eorum contra viam australē vnam/ ex latere porte orientalis que respiciebat ad viam aquilōis.] In his itaq verbis littere/ ad amorē dei cuius animus inferuescat: quin potius quis non ex ipsa eorum lectiōe tepescat: Si autem latens in littera spiritualis medulla discutitur/ per hoc scintille intellectus exeunt: et incēdunt quod prius cordis auribus frigidū sonabat. Nobis tamē vt se aspirante dño interior intellect⁹ aperiat: ipsa prius narratio iuxta litterā pateflat. Sit enim quia porta erat interior: atq extra hanc atriū quod appellat interi⁹: ac deinde alie/ id est aquilonis/ austri atq orientis porte describuntur: vt ipsum atrium quod esse extra portā interiorē dixerat/ a portis exterioribus esse interius ostendat. Atrium ergo hoc et foris et intus est. Foris quia extra portā interiorē; intus autē quia itra portas exteriores. Gazophylacia quoq cantorū esse in hoc eodem atrio narrantur: que a latere porte posita dicuntur respicientis ad aquilonem. Sed ipsa eadem gazophylacia ad australē viam respiciūt. Et subditur. [Ex latere porte oriētalis que respiciebat ad viam aquilonis] In quibus verbis aperte intelligitur quia cantorum gazophylacia inter latus porte respiciētis ad aquilonem/ et latus porte oriētalis fuerant posita: que porta videlicet respiciebat ad viam aquilonis. Facies itaq gazophylaciorum contra viam australem/ sed positio inter portam erat orientis et aquilonis. Porta ergo interior habebat ex latere portam aquilonis: ex alio quoq latere portam australem. In fronte vero vestibuli orientalis porta fuerat: atq sic atriū qd erat extra portam interiorē: vt hoc quoq esset interi⁹: porte exteri⁹ ambiebāt. Hec de

L

Ps. cxviij.

Ibidem.

M

A verbis littere sub breuitate transcurrimus: vt in eis sensus mysticos nō breuiter exquiramus. In parte autem superiori tres porte descripte sunt. s. orientis: aquilonis et austri: moxq́ interioris atrij tres alie narrate. s. austri: orientis: et aquilonis: ac deinde porta atrij interioris dicta est in qua mense de quadris lapidibus extrinsecus memorātur: et porta que respiciebat ad aquilonē: in qua mense essent ad sacrificiū: non ad holocaustū. Unde in interiori diximus significari ecclesiā: in exteriori synagogā. Sed his expletis / rursum propheta incipit interiorem portā: atq́ tres alias. s. aquilonis: austri: et orientis describere: et in earū atrio interiori quod erat extra portā interiorē / esse gazophylacia / cantores / sacerdotes templum / altare / sacrificia perhibet. In quibus verbis q̄ de sancte ecclesie institutione narrare alia a beis que superius dixerat cepit: patet q̄ interioris porte intellectum mutauit. Si eni sub vno itellectu omnia diceret / nouo ordine ipsa atq́ alia non replicaret. Nam quomodo possum⁹ extra portā interiorē atriū: gazophylacia: cantores: sacerdotes: tēplum: altare: sacrificia dicere: si per eandem prophetā interior hoc loco sancte ecclesia designatur: Cum eni cuncta hec intra ipsam sint: quomodo extra portam interiorem sunt / si extra ecclesiam nō sunt?

B Intelligi ergo porta interior potest ea de qua iā longe superius locuti sumus: que cōtra portam aquilonis et orientalem dicitur posita: per quam figurari diximus aditū qui nobis ad interiora gaudia patrie celestis aperitur: vt hic quoq́ per portas q̄ circa vestibulū narrant / sancta ecclesia: p porta vero interiorē / celestis regni aditus figuretur. Sed ne quis me verba sacri spiritus estimet ad intellectum meū violenter inflectere: dicat quia de porta interiori significationē sancte ecclesie quam semel dixi / mutare nō debui: infulgente dei omnipotētis gratia que cepimus ipsa teneamus: vt et porta interior signet ecclesiam / que nos ad interiora gaudia perducet: et gazophylacia cantorum: sacerdotes: templū: altare: sacrificia sint in atrio quod est extra portā: et tamē extra ecclesiā non sint. Si enim subtili inuestigatione perquirimus: nil obstat intelligi vt interiorem portam sicut dictum est / sanctā ecclesiā sentiamus. De qua nūc dicitur: Et extra portā interiorē gazophylacia cātorū in atrio interiori. Duo sunt etenī q̄ dicunt: Porta interior: atq́ extra hanc atrium interius: quatenus hoc ipsum atrium et exterius sit et interius. A porta exterius: interius autē (sicut prediximus) portis quas narrando subiunxit. Sancta eni ecclesia duas vitas habet. Unam quam temporaliter ducit: aliam quā in eternū recipit. Unam qua laborat in terra: aliā qua remuneratur in celo. Unā qua mercedes colligit: aliā verō in qua iam de receptis mercedibus gaudet: atq́ in vtraq́ vita offert sacrificiū.

C Hic videlicet sacrificiū cōpunctionis / et illic sacrificium laudis. De hoc sacrificio dicitur: Sacrificiū deo spirit⁹ cōtribulatus. De illo autē scriptū est: Tunc acceptabis sacrificium iustitie: oblatiōes et holocausta. De quo rursus ait: Ut cantē tibi gloria mea: et non compungar. In vtroq́ autem sacrificio carnes offeruntur: quia hic oblatio carnis est maceratio corporis: ibi oblatio carnis est in laude dei gloria resurrectionis. Tūc q̄ppe illic quasi in holocaustū offertur caro: quādo in eterna icorruptione pmutata / nil cōtradictionis / nil mortalitatis habebit: quia tota simul amoris eius ignibus accensa / in laude sine fine permanebit. Porta ergo hec interior. s. sancta eccl'ia habeat interiora: finalē videlicet vitam que adhuc oculis nostris occulta est. Habeat extra eā atriū exterius. s. vitā presentē: in qua omne bonū agitur: vt ad bonū sine fine pueniat. Sunt ergo in interiori atrio (qd̄ tamen extra portam est) gazophylacia cantorū: q: electi quiq́ atq́ perfecti q̄ adhuc in carne mortali subsistūt: et intra sinum sunt sancte ecclesie: et adhuc extra secreta gaudia interioris vite. Sunt gazophylacia cantorum interius et exterius: quia corda sanctorū que omnipotēti deo desideriū suū per magni ardoris amorē cantant: et iam intus sunt / et adhuc intus nō sunt: quia in sancte ecclesie sinu posita / et iam vident per spiritū quod intus fortiter amentet tamen adhuc nō vident perfecte quod amāt. Sunt itaq́ in interiori atrio gazophylacia: sed extra portam: vt iam et intus sint per desideriū: et adhuc intus nō sint per plenariū effectū. Quid sunt autem gazophylacia cantorū: nisi sancta desideria amantiū? Qui

D precepta diuina quasi quasdā diuitias custodiūt in mēte: quas cantando seruant: quia mādata dei nō ex timore sed ex amore perficiunt: eisq́ ipse sacri eloquij precepriones cātabiles fiunt / quas nō ex tristitia / sed ex desiderio semper operantur. Uultis cor iusti quasi cuiusdā cātoris gazophylaciū audire? Cātabiles mihi erant iustificationes tue in loco incolatus mei. Iustificationes dei dicimus precepta diuina: que nos iustos faciunt si implēntur. Que tunc nobis in loco incolatus nostri cantabiles fiunt: quando in hac peregrinatione vite presentis ipsa eadē mandata diligimus: et ex desiderio implemus. Hinc est q̄ idem psalmista iterū ex cantorū gazophylacio se esse insinuat: qui ait. Misericordiā et iudicium cantabo tibi dn̄e. Misericordiā dn̄i qua peccata laxātur / cantare etiā peccator debet. s. hanc cū gaudio dicere atq́ sperare. Sed quis ita iustus est / vt ei⁹ sibi eternum iudiciū ante mentis oculos reuocet / et non contremiscat? An potius venire ad illud examē tanti iudicis presumat: festinet et gaudeat? Quisquis ille est: magnus est: quia iam misericordiā dn̄i et iudiciū cantat. Cātat quippe iudiciū / ad quod intrare non trepidat. Sit ergo mens illius gazophylaciū cantorū: vt per diuitias misericordie quas accipit: letus pergat ad iudiciū quod iā nō pertimescit. Uideam⁹ si placeat fratres charissimi /

E aliud quoq́ gazophylaciū cantoris. Fortasse et ipse iudiciū cantat. Quid etenī dicit? Ego enī iam delibor / et tēpus mee resolutionis instat. Bonū certamen certaui: cursum cōsummaui: fidem seruaui: de reliquo reposita est mihi corona iustitie: quam reddet mihi dn̄s in illa die iustus iudex. Qui laborū suorū cōscius / memor certaminis quod egit / memor fidei quā seruauit / esse sibi in iudicio repositā coronā dicit: eamq́ sibi in illa die reddi sperat potius q̄ donari. Profecto patet quia iudiciū cantat: qd̄ venire desiderat. Unde etiā subdit: Non solum autē mihi: sed et his qui diligunt aduentū eius. Nemo ei aduentū iudicis diligit: nisi qui se habere causam in iudicio bonā nouit. Eorū ergo corda qui aduentum iusti iudicis diligūt / gazophylacia cantorū sunt: qa per presumptionem gratie et vite / per virtutes sancti desiderij cātant iusti iudiciū: quod oēs iniusti pertimescunt. Meminit autē charitas vestra / quia superiori locutione per portā orientis fidē: per aquilonis spem: per austri autē charitatē diximus designari. Hec itaq́ gazophylacia inter portā orientis et aquilonis esse memorantur: atq́ ad viam australē respicere: quia corda sanctorum inter fidē et spem posita / australē viā respiciūt: qm̄ sancte charitatis ignibus inardescunt. Ipsa quoq́

F orientalis porta respicere dicitur ad viā aquilonis: qa nobis per fidē quidē omnia in baptismate pctā laxātur: sed tamē dū adhuc hic viuimus: etiā post fidem sepius ad peccata declinamus. Et quasi orientis porta viam aquilonis respicit: cū vita nostra post perceptā fidē / adhuc aliquatenus in frigore culpe torpescit. Quis eni in hac vita valeat post fidē sine culpa viuere: cum Ioannes dicat: Si dixerimus quia peccatū nō habemus / ipsi nos seducimus: et veritas in nobis non est? Cuius verbis Iacobus concordās ait: In multis eni offendimus omnes. Si autē peccata preterita in fidei perceptione dimissa sunt: et adhuc post fidē ad peccata declinatur: que nobis erit presumptio iustitie: que spes vite permanentis: nisi vt dum adhuc inter portam orientis et aq̄lonis sumus: ad viam austri mētis oculos leuemus: quatenus ex sancta charitate feruentes calor nos amoris liberet a culpe teporis et frigoris? Sint ergo gazophylacia iter portā orientis et aquilonis: sed sicut dictū est / ad australē viam faciem intēdant: vt inter hoc q̄ nati in fide sumus / et q̄ post ad pctā delapsi / de spe pietatis psumimus: excitemus nosmetipsos in ardore charitatis: et ibi tendam⁹ oculos cordis: vbi accēdamur ignib⁹ amoris. Potest autē per aquilonis portā gētilitas: per austri viam iudea: per orientis autē portā ipse dn̄s designari. Per aquilonē quippe nō immerito gentilitas figuratur: quā ille in torporis frigore possidet qui dixit. Sedebo in mōte testamēti: in lateribus aq̄lonis. Per australē quoq́ portam recte iudea accipitur: in qua spiritales patres celesti amore ferbuerūt. Quorū vnus loquit dicēs. Conuerte domine captiuitatē nostrā: sicut torrens in austro.

Psal. l.

Ibidem.

Ps. xxix.

Ps. cxviij.

Psal. c.

ij. Ti. iiij.

ij. Ti. iiij.

j. Joan. j.

Jaco. iij.

Esa. xiiij.

Ps. cxxv.

G Que etiã carnalem populũ habuit / in quo velut aquilonis frigora portauit: in sanctis tamen suis doctorib⁹ ac prophetis ad deum ac proximũ calore charitatis arsit. Que talis autẽ porta nõ immerito ipsum signat: de quo (Zach.vj.) scriptũ est: Ecce vir oriens nomẽ ei⁹. Et de quo zacharias (Luce.j.) ait: Uisitauit nos oriens ex alto. Sunt ergo gazophylacia cantorũ ex latere porte aquilonis: quia nõ solũ in iudea fuerunt corda sanctorũ spiritaliter accensa: sed etiam in gentilitatis multitudine ad sancte fidei sacramenta cõuersa / ardent corda sanctorum amore celestis patrie: inhiãt gaudia eterna: suspirãt ad societatem sanctorũ ciuiũ in celo: sed tamen exempla hui⁹ ardoris quẽ dono sancti spũs acceperũt / a spiritalibus patribus synagoge capiũt. Unde ipsa quoqꝫ gazophylacia et in aquilonis latere posita / oculos ad viã australẽ tendũt. Ecce enim ex gentibus venimus: sed in hoc quoqꝫ pro sancti spiritus amore calemus. Iudee patres aspicimus / qui nobis in suis dictis quotidie sancti desiderij exempla pbent. An non quasi calore meridiani feruoris ardebat / (Psal.xl.) qui estuabat dicens: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ: ita desiderat aĩa mea ad te de⁹. Sitiuit anima mea ad deũ viuũ: qñ veniã ⁊ apparebo añ faciẽ dei. Qui (Psal.c.) rursus ait: Psallã et intelligã in via immaculata: qñ venies ad me. Hoc quoqꝫ ardore succẽsus fuerat ꝗ dicebat: (Luce.ij.) Nunc dimittis dñe seruũ tuum ſm verbum tuum in pace: quia viderũt oculi mei salutare tuum. Quia ergo ex gentilitate venimus / sed sanctos iudee patres nobis in diuini amoris imitatione ꝓponimus: quasi quedã cantorũ

H gazophylacia ex latere porte que viam aquilonis respicit / sumus: sed ad viã austri facies tenemus. Et notandũ ꝙ hec eadẽ gazophylacia inter portã aquilonis et orientis esse perhibetur: quia videlicet post incarnationẽ dñicam / multitudo gentiũ ad fidem venit: atqꝫ inter ipsos fideles populos ⁊ sacramẽta dñice incarnationis que medullitus diligũt / corda amantiũ surgũt. Habeant ergo sancti gazophylacia hinc orientis portã / ⁊ inde aquilonis: quia inter ipsa redẽptionis sue mysteria que sequũtur: ⁊ carnales quosdã quos ⁊ intra sanctã ecclesiã tolerãt: multi in dei forti amore proficiũt: virtutibus excrescũt: eterni iudicis aduentum querũt: ⁊ inter ea que amãt atqꝫ illa que tolerãt / quasi quedã gazophylacia pluuias spiritus in mẽte seruant. Hec inter sacramenta que diligũt / ⁊ que iam cõtraria portãt / deficiunt: quia ad australẽ viam facies intendunt. Quid enim patimur quod patres nostri pro amore dñi antea nõ pertulerũt? Notandũ vero ꝙ inter portã austri et aquilonis / orientalis porta esse describitur: quia dñs ac redẽptor noster de iudea est natus: moxqꝫ in fide sua ecclesiam ex gentibus traxit. Quasi enim inter meridianã portam et aquilonis apparuit: quia ex illa venit / et istam ĩ suo seruitio cõuertit. Unde et hic dicit ꝙ porta eadẽ orientalis ad viã respicit aquilonis: quia natus dñs synagogã deseruit: et multitudinẽ gentium collegit. Notandum

I quoqꝫ est ꝙ cũ de gazophylacijs diceret / Et facies eorũ ad viã australẽ: additum est, viã: vt videlicet aperte sentiamus: quia non alia est via ad celestẽ patriã nobis qui ex gentilitate venimus: atqꝫ alia illis patribus qui fuerunt in iudea: sed hec eadẽ vna via est nobis et illis / que nos ad eterna gaudia pducit: que nobis per euan(Jo.xiiij.)geliũ dicit: Ego sum via / veritas / et vita. De qua psalmista (ps.lvj.) ait: Ut cognoscamus in terra viam tuã: in omnibus gentibus salutare tuũ. Quod enim hebraice Jesus: hoc latine dicit salutaris. In terra ergo via cognoscit: quia ille filius de⁹ ante secula: et homo factus in fine seculorũ: gentibus est manifestatus. Una ergo est via ⁊ illis qui ab austro sunt: et his qui ab aquilonis porta respiciunt: quia electis iudeis et gẽtibus dñs ac redẽptor noster expulsa pena formidinis / ad patrẽ factus est iter amoris: atqꝫ adiutoriũ ꝑuentionis. Sequitur. [Et dixit ad me: Hoc gazophylaciũ quod respicit viã meridianã / sacerdotũ est qui excubant in custodijs templi.] Atqꝫ mox subdit. [Porro gazophylaciũ quod respicit ad viã aquilonis / sacerdotũ erit qui excubãt ad ministeriũ altaris.] Quibus prophete verbis prius nobis querendũ est: qui sint maioris ordinis sacerdotes: vtrum hi qui in custodijs excubãt templi: an qui in ministerio altaris? Sed quia paulopost subditur [Altare erat ante faciẽ templi] aperte ostenditur illos esse maioris ordinis sacerdotes qui in custodijs templi excubãt: quia profecto in altari qđ est interius ministrant. Hi autẽ qui ad altare quod intra faciẽ templi est excubant / tanto inferiores sunt: quãto exterioribus ministrant. Querendũ ergo nobis est: qui (K) sacerdotes sint qui templũ custodiunt: ⁊ qui ad ministeriũ altaris excubare perhibent. Magister gentiũ fidelibus scribẽs ait: Templum dei sanctum est: quod estis (j.Cor.iij.) vos. Qui itaqꝫ sacerdotes sunt qui templum dei custodiunt: nisi hi qui orando / predicando / spiritualibus actibus vigilãdo / sanctã ecclesiam a malignorũ spiritũ immissionibus / a prauorũ suasionibus / ab hereticoꝝ erroribus defendũt? An nõ custos templi fuerat qui labores sue passionis enumerãs dicit: In labore et erũna: in (ij.Cor.xj.) vigilijs multis: in fame et siti: in ieiunijs multis: in frigore ⁊ nuditate? Atqꝫ statĩ subdit: Preter illa que extrinsecus sunt / instãtia mea quotidiana / sollicitudo oĩm ecclesiarũ. Pẽsate queso / custos tẽpli / quãta sollicitudine vigilet. Ecce enĩ in seipso inestimabilia patit: et cordis sui sollicitudinẽ alijs ipertitur. Cuius rogo virtutis est plus de vtilitate proximoꝝ ꝙ̃ de sua afflictiõe cogitare? Quis hoc digne estimet / quis digne pẽset? Laborat: iurgatur: surit: sitit: alget: ieiunat: vigilat: ⁊ tamẽ vigilãdo de ecclesiarum omniũ sollicitudine cogitat. Ecce enim est solertissimus custos templi eterni ĩ exẽplo propositus. Imitet: quis valet aduersa pro veritate pati: bona proximis impendere: circa animarũ sollicitudinem vigilare. Ne quis in perfidiã / ne quis in superbiam / ne quis in rapinã vel immunditiã labatur / exquirere atqꝫ compescere / hoc est templum dei. i. sanctam ecclesiã custodire.

L Sunt autẽ minoris ordinis sacerdotes: qui ad ministerium altaris excubant: qui videlicet in adiutorio maiorum / peccata delinquentiũ subtiliter inuestigãt: et vitã carnalium corrigunt: atqꝫ ad hoc vsqꝫ perducunt vt per lamẽta penitẽtie quasi incendãt carnẽ in sacrificio: quã prius viuere pmiserant in peccato. Nõ enim hi qui sancte ecclesie pſunt: per semetipsos cũcta agere preualent. Sed dũ ipsi causis spiritalib⁹ occupantur: si qua praue ac carnalia perpetrãtur: hec alijs discutiẽda atqꝫ corrigenda cõmittũt. Per quos dũ carnalis vita corrigit: et vsqꝫ ad abstinentie atqꝫ orationis studiũ a proficientib⁹ pducitur: quasi in altari iã caro incenditur: vt in cõspectu oĩpotẽtis dñi inde sacrificiũ redoleat: vñ prius culpe displicebat. Sed hec in re q̃stio oriť: cũ superius dictũ sit ꝙ gazophylacia ad australẽ viã facies haberẽt: qua ratiõe nunc dicat ꝙ gazophylaciũ qđ respicit viã meridianã / sacerdotũ est qui excubant ĩ custodijs tẽpli: et gazophylaciũ qđ respicit viã aquilonis: sacerdotũ qui excubãt ad ministeriũ altaris? Si enĩ vtraqꝫ facies ad australẽ viã tenebãt: quõ nũc vnũ ad meridianam / atqꝫ aliud ad aquilonis viã respicere dicit? Sed in his verbis agnoscim⁹ ꝙ gazophylaciũ sacerdotũ qui excubãt ĩ custodijs templi / ita positũ fuerat: vt solã meridianã viam respiceret: gazophylaciũ vero sacerdotũ qui excubãt ad

M ministeriũ altaris / ita erat in atrio: vt et ad australẽ viã et aquilonis faciẽ intenderet: quaten⁹ et cũ gazophylacio sacerdotũ qui excubãt ĩ custodijs tẽpli / meridianã viã aspiceret: et tñ sine gazophylacio eorũdẽ sacerdotũ aquilonis viã videret. Sed qđ est hoc fratres charissimi: qđ in his verbis mysticũ possumus intueri / nisi hoc ꝙ secũdum ea que premissa sunt / iam spiritalis auditor intelligit: quia sacerdotes maioris ordinis qui excubãt in custodijs tẽpli / solã meridianã viam respiciunt: quoniã solis studijs spiritalibus occupati: semp his que amoris dei sunt / sollicite intendũt: sacerdotes aũt minoris ordinis / q discutiẽdis peccatis delinquẽtiũ pſunt / etiã ad aquilonis viam oculos reflectunt: vt in mẽtib⁹ peccantiũ que sint operis frigora videãt: ⁊ hec verbis correptionis vsqꝫ ad penitentie gemit⁹ perducentes / quasi carnes in altari dñi incendant. Respiciunt etiam cum magnis sacerdotibus ad meridianã viam: quia qñtum ad semetipsos est / feruẽt igne charitatis: ⁊ succensi sunt flammis amoris dei. Sed quia peccata delinquentium crebro corrigunt: etiam ad aquilonis viã oculos reducunt. De vtrisqꝫ autem sacerdotũ ordinibus subditur. [Isti sunt filij sadoch / qui accedũt de filijs leui ad dñm vt ministrẽt ei.] Sadoch latine dicitur iustus. Quis autẽ iustus est nisi ipse cui dicit: Iustus es dñe: ⁊ rectũ iu(ps.cxviij.)diciũ tuũ? Qui vero sunt filij iustiũ nisi de qb⁹ scriptũ est:

A Joan.j.

Quotquot aūt crediderunt in eum: dedit eis potestatē filios dei fieri. Leui aūt iterpretatur assumptus. Quis aūt assumptus est / nisi populus fidelis: qui per sacramēta fidei est a perfidis segregatus? Omnes ergo qui perseueranter spiritalibus actibus intendunt: filij sunt isti. Et de filijs populi assumpti accedunt ad dominum / vt ministrent ei: quia de ipsis quoq; fidelibus eliguntur qui ad omnipotentis dei ministerium veniant: et celestibus studijs pro eruditione populi intendant. Sed nobis solerter inquirendum est / qui sunt qui domino ministrant. Neq; enim omnes qui legunt: omnes qui predicāt: omnes qui propria tribuūt: omnes qui per carnis abstinentiam corpus castigant: dn̄o ministrant. Qui enim legendo atq; predicando gloriam propriam querunt / largiendo que habent / et corpus in abstinentia macerādo / laudes recipere ab hominibus appetunt: sibi / non domino ministrant. Quo contra per psalmistam dominus dicit. Ambulans in via immaculata: hic mihi ministrabat.

Psalm.c.

Habet enim maculam in via / qui in bono opere qd̄ agit / terrene glorie sibi premium proponit: quia qui in hoc mūdo recipere mercedem querit / fedat in cōspectu dei speciem boni operis p maculam praue intentionis. Fortasse etenim quis disciplinę studio intentus feruet: culpas delinquentium resecat. Qui tamen ad hec agenda si non ex omnipotentis dei amore / sed zelo proprio ducitur: sibi in his nō domino ministrat. Alius ne asper esse videatur: multa leniter tolerat que praue perpetrantur.

B

Iste itaq; quia videri pro domino districtus non vult / per lenitatis sue studium sibi et non domino ministrat. Restat ergo vt siue in verbi ministerio fatigemur: seu indigentibus nostra largiamur: siue per abstinentiam carnem domemus: seu zelo moueamur: siue per patientiam aliquando leniter praua toleremus: vt nos summopere debeamus intentionem nostram discutere: quatenus omne quod facimus / non nostro sed domini zelo faciamus: ne in his que agimus / nobis potius q̄ domino ministremus. Non enim domino: sed sibi ministrauerant: de quibus

Phil.ij.

Paulus dicebat: Omnes que sua sunt querūt: non que sunt xp̄i Jesu. Idē vero Paulus cū coeteris fratribus non sibi ministrare / sed domino / et viuendo et moriendo

Ro.xiiij.

festinabat / dicēs. Nemo nostrū sibi viuit: et nemo sibi moritur. Siue enim viuimus / domino viuimus: siue morimur / domini sumus. Sibi enī sancti nec viuunt: nec moriuntur. Sibi non viuūt: quia per omne quod agunt / ad lucra spiritalia anhelant: atq; orando / predicando / sanctis operibus insistendo / celestis patrie ciues multiplicare desiderant. Sibi minime moriūtur: quia in conspectu hominum deum sua morte glorificant: ad quem peruenire etiam moriendo festinant. Pensemus itaq; in morte sanctorum quantum eorum opprobrium ab infidelibus fuit: sed quanta laus domini in corde fidelium excreuit. Qui si suam laudem quererent: profecto patet quia opprobria in morte timuissent. Sed nemo illorum sibi viuit: et nemo sibi moritur: quia suam gloriam nec viuendo nec moriendo quesierunt. Videamus si ipse pri-

C

mus pastor ecclesie qui sibi non vixit: sibi sit mortuus. Joannes eius socius requiratur: et de verbis domini

Joh.xxj.

et morte pastoris eiusdem dicat: Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Non ergo sibi est mortuus / qui deum clarificauit in morte. Discamus igitur fratres mei intētionem nostram in omne qd̄ agimus / sollicita inquisitiōe discutere: et nostra nō querere / si omnipotenti deo volumus ministrare. Sed quia ex fideli populo filios Sadoch ad omnipotentis dei ministerium diximus assumptos: numquid in eodem populo non sunt multi qui inueniantur in mandatis dei viuere perfecti? Sunt omnino. Nam subditur. [Et mensus est atrium longitudinem centum cubitorum: et latitudinem centum cubitorum per quadrum.] Sepe iam per longitudinem / longanimitatem spei: per latitudinem vero / charitatis amplitudinem diximus signari. Centenarius autem numerus / in quo denarius decies ducitur / q summam perfectionis signet / plene superius dictum est. Quid est igitur atriū spiritalis edificij: nisi amplitudo fidelium populorum? Ipsa autem longanimitas spei et latitudo charitatis vacua in cordibus fidelium nō est. Nam per fidem quicquid valet operatur.

Gal.v.

Unde et per Paulum dicitur: In christo Jesu neq; circuncisio aliquid valet neq; preputium: sed fides que per dilectionem operatur. Si ergo in vita fidelium iuxta quendam modum per singulos perfecta est longanimitas spei: perfecta latitudo charitatis: perfecta certitudo fidei: perfectum studium operationis: atrium templi per quadrum centum cubitos habet. In mensura aūt quadri non aliud latus maius est: atq; aliud minus: sed cūcta simul quattuor latera equali spatio tenduntur: quia et ipsas easdem virtutes quas diximus / fidem scilicet / spem / charitatem atq; operationem / q̄diu in hac vita viuimus: equales sibi esse apud nosmetipsos inuenimus. Idcirco autem maior spe et fide charitas dicitur: quia postq̄ ad auctoris nostri speciem peruenitur / spes quidem et fides transit: sed charitas permanet. Nam nūc et quantum credimus / tantum amamus: et quantum amamus / tantum de spe presumimus. De fide quoq; et operatione Joannes apostolus fatetur dicens: Qui se dicit

j. Joan.ij.

nosse deum / et mandata eius non custodit: mendax est. Notitia quippe dei ad fidem pertinet: mandatorum custodia ad operationem. Cum ergo virtus / tempus / et locus operandi suppetit / tanto quis operatur: quāto deū nouerit. Et tantum se nosse deum indicat: quantum pro deo bona operatur. Metiantur ergo fidelis populi virtutes in quadrum: quia vnusquisq; qui in hac vite exercitio versatur / tantum credit / quantum sperat et amat:

E

et tantum operatur / quantū credit / amat et sperat. Quia itaq; sancte ecclesie populi multi sunt et robusti per fidē / et lōganimes per spem / et ampli per charitatem / et efficaces per operationem: atrium templi centum cubitis in quadro mensuretur. Nam vt aliquid quoq; de cetris virtutibus loquamur: sepe ex eis quosdam videmus prudētes per intelligentiā: fortes in aduersitate: iustos in operatione: temperantes a voluptatibus: atq; in omni zelo discretionis se mensura moderantes. Qui dum prudentiam / fortitudinem / iustitiam / atq; temperantiam / vel sicut eas enumerare quibusdam placet / prudentiam / tēperātiam / fortitudinem / atq; iustitiā tenent: mensuram spiritalis atrij in quadro habent. Ecce enim ipse virtutes quas habere bonos ac fideles diximus / ita in quadro sunt: vt vna aliam non excedat. Magna quippe est prudentia: sed si minus est a voluptatibus tēperans: minus in periculis fortis: minus in operationibus iustus: profecto minus est prudens. Magna est temperātia: sed si minus intelligit vnde se temperet: si aduersa sustinere per fortitudinem minus valet: atq; in timore animum deijcit: si per preceptionem suā aliquando ad iniustitie opera prosilit: minus est temperans. Magna est fortitudo: sed si minus intelligit que bona custodiat: quibus malis resistat: si minus a voluptatis appetitu se temperat: sed vincitur delectatione: si iustitie opera minus tenet:

F

atq; aliquando ad iniustitie opera dominatione superatur: minus est fortis. Magna est iustitia: sed si minus q̄ debet inter iusta et iniusta opera discernit: si minus corā mundi delectatione temperat: si min⁹ se contra aduersa confortat: minus est iusta. Mensuretur ergo perfectorum fidelium vita per quadrum: et tantum habeat spiritalis atrij latus vnum: quantum latera singula: quia vnusquisq; tātum prudens est / quantū temperans: et iustus tantum: quantum prudens / temperans / et fortis fuerit. Sunt tamē inter eos plurimi: qui adhuc carnaliter viuunt. Qui et si fortasse litteras ignorāt / et precepta dei legere non valent: certe in multorum fidelium conuersatione bona q̄ imitentur vidēt. Ecce in ecclesia voces sacri euangelij atq; apostoloꝝ sonant: ecce exempla bene viuentium quotidie omnium oculis opponuntur. Nec in excusatione dicere poterunt / non vidimus quod imitari deberemus. Unde et subditur. [Et altare ante faciē templi.] Quid est templum nisi fidelis populus? sicut per Paulum apostolum discipulis dicitur: Templum

j. Cor.iij.

enim dei sanctum est: quod estis vos. Et quid est altare dei: nisi mens bene viuentium? Qui peccatorum suorum memores / lachrymis se lauant: carnem per abstinētiam macerant: nullis se mundi huius actionibus miscent: que habent / indigentibus tribuūt: et habere que non habent non concupiscunt. Recte igitur horum cor altare dei dicitur / vbi ex merore cōpunctionis ignis ardet / et caro cōsumitur. Et aliquid non taceo / fratres charissimi / quotidie i sancto hoc fideli populo quasi i templi atrio

G

videmus? Nunquid non eorum vitam nobis ad exemplum propositam indesinenter aspicimus? Altare ergo ante faciem templi est: cum multi in sancte ecclesie conspectu sunt propositi: qui eterni iudicij memores / semetipsos quotidie deo sacrificium in lamento compunctionis mactant. Qui vt predictum est / corpora castigent: quatenus hoc quod per magistrū gentium dicitur / impleant: Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentē / sanctam / deo placentē. Hostia quippe occiditur / vt offeratur: Sed hostia viuens est corpus domino afflictū.

Ro.xij.

Quod et hostia dicitur et viuens: quia viuit in virtutibus: et est a vitijs occisum. Hostia videlicet: quia iam huic mundo est a prauis actibus mortuum. Uiuens autem: quia cūcta que preualet bona operatur. Sed quia sub altaris nomine / de compunctionis flamma sermo se intulit: necessarium puto que sit diuersitas eiusdem cōpunctionis ostendere. Alia quippe compunctio est que per timorem nascitur: alia que per amorem: quia aliud est supplicia fugere: aliud premia desiderare. Unde etiam in tabernaculo per legem duo altaria fieri iubētur.

Exo.xxvij. et.xxx.

Unū videlicet exterius: aliud vero interius. Unū in atrio: aliud ante arcam. Unum quod ere coopertum est: aliud quod auro vestitur. Atq; in altari ereo cremantur carnes: in altari vero aureo incenduntur aromata. Quid est hoc fratres charissimi: q̄ foris concremātur carnes / intus aromata: nisi hoc quod quotidie videmus: quia duo sunt compunctionis genera? Quia alij adhuc per timorem plangunt: alij vero iam se per amorem in lamēta efficiunt. Multi namq; peccatorum suorum memores: dum supplicia eterna pertimescunt: quotidianis se lachrymis affligunt. Plangunt mala que fecerunt: et incenduntur vitia igne compunctionis: quorum adhuc suggestiones in corde patiuntur. Quid isti nisi altare sunt ereum? A quo carnes ardent: quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur. Alij vero a carnalibus vitijs liberi / aut longis iam fletibus securi: amoris flamma in compunctionis lachrymis inardescunt: celestis patrie premia cordis oculis aspiciunt: supernis iam ciuibus interesse concupiscūt. Dura eis apparet seruitus / longitudo peregrinationis sue. Regem in decore suo videre desiderant: et flere quotidie ex eius amore non cessant.

H

Quid isti nisi altare sunt aureum: in quorum corde aromata incensa sunt: quia virtutes ardent. Bene autem de eodem altari dicitur q̄ ante velum arce sit positum in sancta sanctorum. Arca quippe testamenti ipse nobis factus est: de quo scriptum esse nouimus: In quo sunt omnes thesauri sapientie absconditi. Arca intra velum est redemptor noster in celo. Altare vero aureum in quo thymiama incenditur ante velum: quia sanctorum corda que cum magnis virtutibus in dei amore succensa sunt / per sanctum desiderium in illo ardent / quē adhuc reuelata facie videre non possunt. Inter arcam quippe et altare velum est: quia hoc quod nos adhuc a visione dei separat: corruptionis nostre obstaculū remotū non est.

Col.ij.

I

Sed quousq; ante velū sumus / oportet vt quasi thymiamatis incensum flāma amoris ardeam⁹. Per compunctionis autem lachrymas nil terrenum nil transitorium querere debemus. Solus nobis desiderium perficiat qui fecit omnia. Transcendamus per desideriū omnia: vt mente colligamur in vnum. Non iam timore penarum / non memoria vitiorum / sed amoris flamma succensi / ardeamus in lachrymis cū odore virtutum. Ista electorum oratio prospiciebatur / cum in sponse laude diceretur: Que est ista que ascendit per desertū sicut virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhe et thuris: et vniuersi pulueris pigmentarij? Sancta quippe electorum ecclesia cum ab hoc mundo in sanctis precibus ardēti amore se erigit / per desertū quod deserit ascendit. Qualiter vero ascendat adiungit. Sicut virgula fumi ex aromatibus.

Can.iij.

K

Fumus de incenso nascitur: sicut per psalmistam dicitur: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Fumus excutere lachrymas solet. Itaq; fumus est ex aromatibus / compunctio orationis concepta ex virtutibus amoris. Que tamē oratio fumi virgula dicitur: quia dum sola celestia postulat / secreta progreditur: vt ad terrena atq; temporalia petēda minime reflectatur.

Ps.cxl.

Et notandum q̄ non virga / sed virgula nuncupatur: quia interdum in compunctionis ardore tante subtilitatis est vis amoris: vt hanc nec ipse animus possit comprehendere qui illuminatus meruit habere. Bene autē dicitur / myrrhe et thuris. Thus enim ex lege domino in sacrificiū incēditur. Per myrrham vero corpora mortua condiuntur: ne vermibus corrumpantur. Myrrhe ergo et thuris sacrificium offerunt / qui et carnē affligūt / ne eis corruptionis vitia dominentur: et redolentem in conspectu domini amoris sui hostiam incendunt: sicq; ipsos deo in sanctis virtutibus exhibēt. Unde et illic subditur. Et vniuersi pulueris pigmentarij. Puluis est pigmentarij / virtus bene operantis. Et notādum q̄ virtutes bene operātiū non pigmenta / sed pulueres dicuntur. Cum enim quelibet bona agimus: pigmenta offerimus. Cum vero ipsa etiā bona q̄ agimus / retractamus / et ne quid in his sinistrum sit / iudicio retractationis attendimus: quasi ex pigmentis puluerem facimus: vt orationem nostram domino per discretionem et amorē subtilius incendamus. ¶ Ecce hec vt deo largiente potuimus / coram vobis fratres charissimi rimati sumus.

L

Nemo autem me reprehendat / si post hanc locutionem cessauero: quia sicut omnes cernitis / nostre tribulationes excreuerunt: vndiq; gladijs circumfusi sumus: vndiq; imminens mortis periculum timemus. Alij detruncatis ad nos manibus redeunt / alij capti / alij interēpti nunciantur. Iam cogor linguam ab expositione retinere: quia tedet animam meam vite mee. Iam nullus in me sacri eloquij studium requirat: quia versa est in luctum cithara mea: et organum meum in vocem flentium. Iam cordis oculus in mysteriorum discussione nō vigilat: quia dormitauit anima mea pre tedio. Iam minus lectio animo dulcis est: quia oblitus sum mā ducare panem meum: a voce gemitus mei. Cui autē viuere non licet: de scripture sacre sensibus loqui mystica qualiter libet? Et qui cogor quotidie amara bibere: quādo possum dulcia propinare? Quid igitur restat nisi vt inter flagella que ex nostris iniquitatibus patimur: cum lachrymis gratias agamus? Ipse etenim qui nos creauit / etiam pater nobis factus est per adoptionis spiritū quem dedit. Et aliquando filios pane nutrit: aliquādo flagello corrigit: quia per dolores et munera ad hereditatem perpetuam erudit. Sit itaq; gloria omnipotenti domino nostro Iesu christo: qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Job.x.

Job.xxx.

Ps.cxviij.

Psal.ci.

M

¶ Homiliarū beati gregorij pape super Ezechielem libri duo finiunt feliciter.

LAUS DEO

¶ Tabula in duos

libros homiliarum super tribus primis et quadragesimo capitulis Ezechielis / Beatissimi pape Gregorij: viri vtiq; in moralib⁹ omniū prestantissimi subiungitur: in qua reponunt vocabula que in sensu litterali ea significant / que Ezechielis prophetia in allegorico vel morali sensu notare Gregorio videbatur. In hac vero tabula numerus ipsum folium signat. Littere autē A B C D E ⁊c. que terminos faciunt numeri: singulas homilias partiuntur: vti in earum capitibus inuenies. A primā homilie partem occupat. B secundam: et ita deinceps fit in reliquis suo seruato ordine.

Tabula Alphabetica

Deo gratias.

F I N I S.

¶ Homilia (si tortellio creditur) cum aspiratione principij et vnico l atque i latino scribitur secundum veram orthographiam scribitur: indicatque apud nos sermonem: et descendit ab homuleo, quod est sermocinor. Calepinus autem dicit homiliam esse colloquium vel sermonem ad populum. Et habet penultimam correptam.

Prologus libri .xl. homiliarum Gregorij.

¶ Libri quadraginta homiliarum beati Gregorij pape: de diuersis lectionibus euangelij: ad Secundinum laurinitanum episcopum Prologus.

Reuerendissimo et sanctissimo fratri Secundino episcopo Gregorius seruus seruorum dei. Inter sacra missarum solennia, ex his que diebus certis in hac ecclesia legi ex more solent: sancti euangelij quadraginta lectiones exposui. Et quarundam quidem dictata expositio assistenti plebi est per notarium recitata: quarundam vero explanationem coram populo ipse locutus sum: atque ita vt loquebar, ita excepta est. Sed quidam fratres sacri verbi studio feruentes: antequam ad propositum modum ea que dixeram subtili emendatione perducerem: transtulerunt. Quos recte ego quasi quibusdam famelicis similes dixerim: qui prius escas edere appetunt quam cibi plenius excoquantur. Hoc vero vbi scriptum est: Ductus est Jesus in desertum a spiritu: vt tentaretur a diabolo: prius quidem quasi sub quadam ambiguitate exposui: sed eandem dubitationem postmodum certa notatione correxi. Easdem quoque homilias eo quo dicte sunt ordine, in duobus codicibus ponere curaui: vt et priores viginti que dicte sunt: et posteriores totidem, que sub oculis dictaui singulis essent distincte corporibus. Nec vero quedam antepositc sunt que in euangelio post leguntur: quedam vero postposite que ante per euangelistam scripte sunt, inueniuntur: nequaquam mouere tuam fraternitatem debet: quia sicut a me diuersis temporibus dicta res sunt: ita quoque sunt ab exceptoribus in codicibus affixe. Tua itaque fraternitas sacris semper lectionibus intenta, si predictum locum euangelij inuenerit sub dubietate prolatum: vel easdem homilias reppererit ita vt predixi non esse dispositas: has inemendatas remansisse cognoscat: et iuxta easdem quas per presentem portitorem mittere studui corrigat: nulloque modo illas sine emendatione remanere permittat. Edite autem in scrinio sancte ecclesie nostre retinentur: vt si qui forte a tua fraternitate longe sunt: hic inueniant vnde in his que emendate sunt, certiores fiant.

Famelicorum natura

Matt. iiij.

Homiliarum liber diuisus est in duas partes.

Homilie xl. Gregorij que recto ordine non sunt posite.

Finit prologus.

¶ Incipit liber .xl. homiliarū beati Gregorij pape.

A ¶ Lectio sancti euangelij ſm̄ Lucam.

Luce.xxj.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Erūt ſigna in ſole ⁊ luna: ⁊ ſtellis: ⁊ i terris preſſura gentium: pre confuſione ſonitus maris et fluctuū: areſcentib⁹ hoībus pre timore ⁊ expectatione: que ſuperueniēt vniuerſo orbi. Nam virtutes celorū mouebuntur. Et tunc videbūt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna ⁊ maieſtate. His autē fieri incipientibus: reſpicite et leuate capita veſtra: qm̄ appropinquat redēptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinē. Uidete

B ficulneam et omnes arbores: cū producūt iam ex ſe fructum: ſcitis quoniā prope eſt eſtas. Ita et vos cum videritis hec fieri: ſcitote qm̄ prope eſt regnum dei. Amen dico vobis: q: nō preteribit generatio hec donec oīa fiant. Celū et terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt.

¶ Homilia beati Gregorij pape i baſilica beati Petri apoſtoli ad populū habita: Dominica ſecunda aduentus domini.

Homilia prima.

Dominus ac redēptor noſter frēs chariſſimi / paratos nos inuenire deſiderās / ſeneſcentem mūdū que mala ſequātur denūciat: vt nos ab ei⁹ amore cōpeſcat. Appropiquātem eius terminū quāte percuſſiones preueniāt innoteſcit: vt ſi deū metuere in tranquillitate non volumus: ſaltē vicinum eius iudiciū vel percuſſionibus attriti timeamus. Huic etenī lectioni ſancti euangelij quam modo veſtra fraternitas audiuit: paulo ſuperius dominus premiſit dicens. Exurget

Mat.xxiiij.

gens contra gentem: et regnum aduerſus regnum: et erunt terre motus magni per loca: peſtilentie / et fames. ⁊ quibuſdā interpoſitis / hoc qđ modo audiſtis adiūxit

C [Erūt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis: ⁊ in terris p̄ſſura gentiū / pre cōfuſione ſonitus maris ⁊ fluctuū.] Ex quibus profecto oib⁹ alia iam facta cernim⁹: alia in p̄ximo ventura formidamus. Nam gentē contra gentē exurgere / earumqȝ preſſuram terris inſiſtere / plus iam in noſtris tēporibus cernimus / q̄ in codicibus legimus. Qđ terremotus vrbes innumerabiles obruat: ex alijs mūdi partibus ſcitis q̄ frequēter audiuimus. Peſtilentias ſine ceſſatiōe patimur. Signa vero in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis adhuc aperte minime vidimus. Sed quia ⁊ hec non longe ſint / ex ipſa iam aeris immutatione colligimus. Quis priuſqȝ Italia gētili gladio ferienda traderet: igneas in celo acies vidimus: ⁊ ipſumqȝ qui poſtea humani generis fuſus eſt ſanguinem coruſcantem. Confuſio aūt maris ⁊ fluctuum necdum noua exorta eſt. Sed cum multa prenunciata iam completa ſint: dubium non eſt quin ſequātur etiam pauca que reſtant: quia ſequentium rerū certitudo eſt preteritarum exhibitio. Hec nos fratres chariſſimi idcirco dicimus: vt ad cautele ſtudiū veſtre mētes euigilent: ne ſecuritate torpeant: ne ignorantia langueſcāt: ſed ſemper eas ⁊ timor ſollicitet: ⁊ in bono opere ſollicitudo confirmet: penſantes hoc qđ redemptoris noſtri voce ſubiungitur. [Areſcentibus hominibus pre timore et expectatione que ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes celorum mouebūtur.] Quid etenim dominus virtutes celorum niſi angelos / archāgelos / thronos / dominationes / principatus ⁊ poteſtates appellat? que in aduentu diſtricti iudicis noſtris tunc oculis viſibiliter apparebunt: vt diſtricte tunc a nobis exigant hoc qđ modo inuiſibilis conditor equanimiter portat.

Italie p̄ſecutio ſignis quibuſdā oſtenſa fuerat.

Celorū virtutes que dicantur.

D

Ubi et ſubditur. [Et tunc videbūt filium hominis venientem in nubibus cum poteſtate magna et maieſtate.] Ac ſi aperte diceretur / in poteſtate magna et maieſtate viſuri ſunt: quem in humilitate poſitū audire noluerūt: vt virtutē eius tāto tunc diſtrictius ſentiāt: quāto nūc ceruicem cordis ad eius patientiam non inclinant. Sed quia hec contra reprobos dicta ſunt: mox ad electorum conſolationem verba vertuntur. Nam ⁊ ſubditur. [His autē fieri incipiētibus / reſpicite ⁊ leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra.] Ac ſi aperte veritas electos ſuos admoneat: dicens. Cum plage mūdi crebreſcunt: cum terror iudicij virtutibus commotis oſtenditur: leuate capita: id eſt exhilarate corda: quia dum finitur mundus: cuius amici non eſtis: prope ſit redēptio quā queſiſtis. In ſcriptura etenim ſacra ſepe caput pro mente ponitur: quia ſicut capite reguntur mēbra: ita et cogitationes mente diſponuntur. Leuare itaqȝ capita eſt mentes noſtras ad gaudia patrie celeſtis erigere. Qui ergo deum diligunt / ex mundi fine gaudere atqȝ hilareſcere iubētur: quia videlicet eum quem amant / mox inueniunt: dum tranſit is quem non amauerunt. Abſit enim vt fidelis quiſqȝ qui deum videre deſiderat: de mundi percuſſionib⁹ lugeat: quē finiri eiſdem ſuis percuſſionibus non ignorat. Scriptum namqȝ eſt.

Caput ſepe p̄ mēte ponitur.

E

Jaco.iiij.

Quicunqȝ voluerit amicus eſſe ſeculi huius: inimicus dei conſtituitur. Qui ergo appropinquante mundi fine non gaudet: amicum ſe illius eſſe teſtatur: atqȝ per hoc inimicus dei eſſe conuincitur. Sed abſit hoc a fidelium cordibus: abſit ab his qui et eſſe aliam vitam per fidem credunt: et eam per operationē diligūt. Ex mūdi enim deſtructione lugere / eorum eſt: qui radices cordis in eius amore plantauerunt: qui ſequentem vitam non querunt: qui illam neqȝ eſſe ſuſpicantur. Nos autem qui celeſtis patrie gaudia eterna cognouimus: feſtinare ad ea quantocyus debemus. Optandum nobis eſt citius pergere: atqȝ ad illam breuiore via peruenire. Quibus enim malis mundus nō vrgetur? Que nos triſtitia / que aduerſitas non anguſtat? Quid eſt vita mortalis niſi via? Et quale ſit fratres mei perpēdite: in labore vie laſſeſcere: et tandem eandem viam nolle finiri? Quod autem calcari mūdus ac deſpici debeat: redemptor noſter prouida comparatione manifeſtat: cum protinus adiungit [Uidete ficulneam et omnes arbores: cum producunt iam ex ſe fructum: ſcitis quia prope eſt eſtas. Ita et vos cum videritis hec fieri: ſcitote quoniam prope eſt regnum dei.] Ac ſi aperte dicat: quia ſicut ex fructu arborum vicina eſtas cognoſcitur: ita et ruina mundi prope eſſe agnoſcitur regnum dei. Quibus profecto verbis oſtenditur: quia fructus mūdi ruina eſt. Ad hoc enim creſcit / vt cadat. Ad hoc cadit / vt germinet. Ad hoc germinat / vt quecunqȝ germinauerit: cladibus conſumat. Bene autem regnum dei eſtati comparatur: quia tunc meroris noſtri nubila tranſeunt: cū vite dies / eterni ſolis claritate fulgeſcit. Que omnia ſub magna certitudine confirmantur: cum ſententia ſubiungitur: qua dicitur. [Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec / donec omnia fiant. Celum et terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt.] Nihil enim in rerum corporalium natura celo et terra durabilius: et nihil in rerum natura / tam velociter q̄ ſermo tranſit. Uerba enim quouſqȝ imperfecta ſunt: verba non ſunt: cum vero perfecta fuerint / omnino iam non ſunt: quia nec perfici niſi tranſeundo poſſunt. Ait ergo. [Celum et terra tranſibunt: verba autem mea non tranſibunt.] Ac ſi aperte dicat: Omne quod apud vos durabile eſt / ſine mutatiōe durabile ad eternitatem nō eſt: et omne quod apud me tranſire cernitur / fixum et ſine tranſitu tenetur: quia ſine mutabilitate manentes ſententias exprimit meus ſermo qui trāſit. Ecce fratres mei iam cernimus quod audiebamus. Nouis quotidie ⁊ crebreſcentibus malis mundus vrget. Ex illa plebe innumerabili quāti remanſeritis / aſpicitis: et tamē adhuc quotidie flagella vrgent. Repētini caſus opprimunt: noue nos ⁊ improuiſe clades affligūt. Sicut enim in iuuentute viget corp⁹ forte ⁊ incolume manet pectus: toroſa ceruix: plena ſunt brachia: in annis autem ſenilib⁹ ſtatura curuatur

Uita mortalis via eſt.

Mundi fruct⁹ ruina eſt.

F

Sniſe rhi ſunt manentes.

G natur: ceruix exsiccata deponitur: frequentibus suspirijs pectus vrgetur: virtus deficit: loquentis verba anhelitus intercidit: (nam et si languor desit, plerumque senibus ipsa sua salus egritudo est) ita mundus in annis prioribus velut in iuuentute viguit: ad propagandam humani generis prolem robustus fuit: salute corporum viridis, opulentia rerum pinguis. At nunc ipsa sua senectute deprimitur: et quasi ad vicinam mortem molestijs crebrescentibus vrgetur. Nolite ergo fratres mei diligere quem videtis diu stare non posse. Precepta apostolica in animo ponite, quibus nos admonet dicens: Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt: quia si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Nudiustertius fratres agnouistis quod subito turbine annosa arbusta eruta, destructe domus, atque ecclesie a fundamentis euerse sunt. Quanti ad vesperam sani atque incolumes, acturos se in crastinum aliquid putabant: et tamen nocte eadem repentina morte defuncti sunt in laqueo ruine deprehensi? Sed considerandum nobis est dilectissimi, quod ad hec agenda inuisibilis iudex venti tenuissimi spiritum mouit: vnius procellam nubis excitauit: et terram subruit, casura tot edificiorum fundamenta concussit. Quid ergo iudex ipse facturus est, cum per semetipsum venerit: et in vltionem peccatorum ira eius exarserit: si portari non potest: cum nos per tenuissimam nubem ferit? In ire eius presentia que caro subsistet: si ventum mouit, et terram subruit: concitauit aera, et tot edificia strauit? H Hanc districtionem venturi iudicij Paulus considerans ait: Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Hanc psalmista exprimit dicens: Deus manifeste veniet, deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit: et in circuitu eius tempestas valida. Districtionem quippe tanti iudicij, tempestas ignisque comitabuntur: quia tempestas examinat quos ignis exurit. Illum ergo diem fratres charissimi, ante oculos ponite: et quicquid modo graue creditur: in eius comparatione leuigatur. De illo etenim die per prophetam dicitur. Iuxta est dies domini magnus: iuxta et velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies ire, dies illa: dies tribulationis et angustie: dies calamitatis et miserie: dies tenebrarum et caliginis: dies nebule et turbinis, dies tube et clangoris. De hac die dominus per prophetam dicit: Adhuc semel: et ego mouebo non solum terram, sed etiam celum. Ecce (vt prediximus) aera mouit: et terra non subsistit. Quis ergo ferat: cum celum mouerit? Quid autem terrores quos cernimus nisi sequentis ire precones dixerimus? Unde et considerare necesse est: quia ab illa tribulatione vltima tanto sunt iste tribulationes dissimiles: quantum a potentia iudicis persone preconis distat. Illum ergo diem fratres charissimi tota intentione cogitate, vitam corrigite, mores mutate, mala tentamina resistendo vincite, perpetrata autem fletibus punite. Aduentum namque eterni iudicis tanto securiores quandoque videbitis: quanto nunc districtionem illius timendo preuenitis. I

i. Ioan. ij. — Mundum diligere periculosum est.
Hebre. x. — Ps. xlix.
Iudicij dies semper ante oculos ponendus est.
Sopho. i.
Aggei. ij.
Precones ire sequentis sunt terrores quos cernimus.

¶ Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

Lu. xviij.

In illo tempore. Assumpsit iesus duodecim discipulos suos: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam: et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur: et flagellabitur: et conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eum: et die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis: et non intelligebant que dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret hiericho: cecus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam pretereuntem: interrogabat quid hoc esset. K Dixerunt autem ei: quod iesus nazarenus transiret. Et exclamauit dicens. Iesu fili dauid: miserere mei. Et qui preibant: increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: fili dauid: miserere mei. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset: interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit: domine vt videam. Et iesus dixit illi. Respice. fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: et sequebatur illum: magnificans deum. Et omnis plebs vt vidit: dedit laudem deo.

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Petri apostoli Dominica in quinquagesima.

Homilia secunda.

Redemptor noster preuidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longe ante et eiusdem passionis penam, et resurrectionis sue gloriam predixit: vt cum eum morientem (sicut predictum est) cernerent: etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo valebant capere verba mysterij: venitur ad miraculum. Ante eorum oculos cecus lumen recipit: vt qui celestis mysterij verba non caperent: eos ad fidem celestia facta solidarent. L Sed miracula domini et saluatoris nostri sic accipienda sunt fratres charissimi: vt et in veritate credantur facta: et tamen per significationem nobis aliquid innuant. Opera quippe eius et per potentiam aliud ostendunt: et per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta historiam cecus iste fuerit, ignoramus: sed tamen quid per mysterium significet, nouimus. Cecus quippe est genus humanum: quod in parente primo a paradisi gaudijs expulsum, claritatem superne lucis ignorans, damnationis sue tenebras patitur: sed tamen per redemptoris sui presentiam illuminatur: vt interne lucis gaudia iam per desiderium videat: atque in via vite boni operis gressus ponat. Notandum vero est quod cum Iesus hiericho appropinquare dicitur: cecus illuminatur. Hiericho quippe luna interpretatur: luna autem in sacro eloquio pro defectu carnis ponitur: quia dum menstruis momentis decrescit: defectum nostre mortalitatis designat. Dum igitur conditor noster appropinquat hiericho: cecus ad lumen redit: quia dum diuinitas defectum nostre carnis suscepit: humanum genus lumen quod amiserat recepit. Unde enim deus humana patitur: inde homo ad diuina subleuatur. Qui videlicet cecus recte et iuxta viam sedere, et mendicans esse describitur. Ipsa enim veritas dicit: Ego sum via. Qui ergo eterne lucis claritatem nescit: cecus est. Sed si iam in redemptorem credit, iuxta viam sedet: si autem iam credit, sed vt eternam lucem recipiat, rogare dissimulat: atque a precibus cessat, cecus quidem iuxta viam sedet: sed minime mendicat. Si vero et crediderit, et cecitatem cordis sui cognouerit: sed vt lumen veritatis recipiat postulat: iuxta viam cecus sedet et mendicat. Quisquis ergo cecitatis sue tenebras agnoscit: quisquis hoc quod sibi deest lumen eternitatis intelligit: clamet medullis cordis: clamet et vocibus mentis dicens. [Iesu fili Dauid miserere mei.] [Sed quid clamanti ceco subiungitur audiamus.] [Et qui preibant, increpabant eum vt taceret.] Quid autem designant isti qui Iesum venientem precedunt: nisi desideriorum carnalium turbas, tumultusque vitiorum: qui priusquam Iesus ad cor nostrum veniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, et voces cordis in oratione perturbant. Sepe namque dum conuerti ad dominum post perpetrata vitia volumus: dum contra hec eadem exorare vitia que perpetrauimus conamur: occurrunt cordi phantasmata peccatorum que fecimus: mentis nostre aciem reuerberant: confundunt animum, et vocem nostre deprecationis premunt. Qui preibant ergo, increpabant eum vt taceret: quia priusquam Iesus ad cor veniat: ma-

Miracula xpi vere ipsa veritate aliquid innuunt.
Hiericho luna interpretatur.
Genus humanum quod recepit lumen quod amiserat.
Ioan. xiiij.
M
Conuersio peccatorum ad dominum quid impedit.

A

la que fecimus/cogitationi nostre suis imaginibus illi-sa/in ipsa nos nostra oratione perturbant. Sed quid ad huc illuminandus iste cecus fecit/audiamus. Sequitur. [Ipse vero multo magis clamabat. Fili David miserere mei.] Ecce quem turba increpat vt taceat/magis ac magis clamat: quia quanto graviori tumultu cogitationum carnalium premimur: tanto orationi insistere ardentius debemus. Contra dicit turba ne clamemus: quia peccatorum nostrorum phantasmata plerumque et in oratione patimur. Sed nimirum necesse est vt vox cordis nostri quo duri-us repellitur: eo valentius insistat: quatenus cogitationis illicite tumultum superet: atque ad pias aures domini nimietate sue importunitatis erumpat. In se (vt suspicor) recognoscit vnusquisque quod dicimus: quia dum ab hoc mundo animum ad deum mutamus: dum ad orationis opus convertimur: ipsa que prius delectabiliter gessimus/importuna postea atque gravia in oratione nostra toleramus.

Tpalib' dediti vix spūalia ā plectūtur.

Vix eorum cogitatio manu sancti desiderij ab oculis cordis abijcitur. Vix eorum phantasmata per penitentie lamenta superantur. Sed cum in oratione nostra vehementer insistimus/transeuntem Jesum menti figimus. Unde illic subditur. [Stans autem Jesus iussit eum adduci ad se.] Ecce stat/qui ante transibat: quia dum adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur/Jesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum vero orationi vehementer insistimus: stat Jesus vt lucem restituat: quia deus in corde figitur: et lux amissa reparatur. Qua tamen in re et aliud aliquid nobis dominus innuit: quod intelligi de humanitate ac divinitate il-lius vtiliter possit. Clamantem etenim cecum Jesus transiens audivit: sed stans miraculum illuminationis exhibuit.

B

Humanita-tis xpi trāsire est: sed stare divi-nitatis.

Transire namque humanitatis est: stare divinitatis. Per humanitatem quippe habuit nasci/crescere/mori/resurgere/de loco ad locum venire. Quia ergo in divinitate mutabilitas non est: atque hoc ipsum mutari transire est: profecto iste transitus ex carne est/non ex divinitate. Per divinitatem vero ei semper stare est: quia vbique presens nec per motum recedit: sicut nec per motum venit. Cecum igitur clamantem dominus transiens audivit: sed stans illuminavit: quia per humanitatem suam vocibus nostre cecitatis compatiendo misertus est: sed lumen nobis gratie per divinitatis potentiam infudit. Et notandum quid ceco venienti dicat. [Quid tibi vis faciam?] Nunquid qui lumen reddere poterat/quid vellet cecus ignorabat? Sed peti vult hoc quod et nos petere/et se concedere prenoscit. Importune namque ad orationem nos admonet/et tamen dicit. Scit namque pater vester celestis quid opus sit vobis: antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit vt petatur: ad hoc requirit: vt cor ad orationem excitet. Unde et cecus protinus adiunxit. [Domine vt videam.] Ecce cecus a domino non aurum sed lucem querit: parvipendens extra lucem aliquid querere: quia etsi habere cecus quodlibet potest: sine luce videre non potest quod habet. Imitemur ergo fratres charissimi eum quem et corpore audivimus et mente illuminatum. Non falsas divitias/non terrena dona/non fugitivos honores a domino: sed lucem queramus: nec lucem que loco clauditur: que tempore finitur: que noctium interruptione variatur: que a nobis communiter cum pecoribus cernitur: sed lucem queramus quam videre cum solis angelis possimus: quam nec initium inchoat/nec finis angustat. Ad quam profecto lucem/via fides est. Unde recte et illuminando ceco protinus respondetur. [Respice/fides tua te salvum fecit.] Sed ad hoc cogitatio carnalis dicit. Quomodo possum lucem spiritalem querere/quam videre non possum? Unde mihi certum est si sit: que corporeis oculis non infulget? Cui scilicet cogitationi est quod breviter quisque respondeat: quia et hec ipsa que sentit non per corpus sed per animam cogitat. Et nemo suam animam videt: nec tamen dubitat se animam habere: quam non videt. Ex invisibili namque anima/visibile regitur corpus. Si autem auferatur quod est invisibile: protinus corruit hoc quod visibile stare videbatur. Ex invisibili ergo substantia in hac vita visibili vivitur: et esse vita invisibilis dubitatur? Sed iam petenti ceco quid factum sit: vel quid ipse fecerit audiamus. Sequitur. [Confestim vidit/et sequebatur eum.] Videt et sequitur qui bonum quod intelligit operatur. Videt autem/sed non sequitur: qui bonum quidem intelligit: sed bene operari contemnit. Si

C

Lux/et nō terrena q̄rē-rīt a dño.

ergo fratres charissimi cecitatem iam nostre peregrinationis agnoscimus: si credendo in redemptoris nostri mysterium/iuxta viam sedemus: si exorando quotidie ab auctore nostro vite lumen petimus: si eadem luce iam per intellectum videndo illuminati post cecitatem sumus: Jesum quem mente cernimus/opere sequamur. Aspiciamus qua graditur: et eius vestigia imitando teneamus. Jesum etenim sequitur qui imitatur. Huic namque dicit. Sequere me: et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Sequere enim dicitur: id est imitare. Hinc rursus admonet dicens: Si quis mihi ministrat/me sequatur. Consideremus ergo qua graditur: vt sequi mereamur. Ecce cum sit dominus et creator angelorum: suscepturus naturam nostram quam condidit: in vterum virginis venit. Nasci tamen in hoc mundo per divites noluit: parentes pauperes elegit. Unde et cum agnus qui pro illo offerretur defuit: columbarum pullos et par turturum ad sacrificium mater invenit. Prosperari in mundo noluit/opprobria/irrisionesque toleravit: sputa/flagella/alapas/spineam coronam/crucemque sustinuit. Et quia rerum corporalium delectatione a gaudio interno cecidimus: cum qua amaritudine illuc redeatur ostendit. Quid itaque homo pro se pati debet: si tanta deus pro hominibus pertulit? Qui ergo in christum iam credit: sed adhuc avaritie lucra sectatur: in superbia honoris extollitur: invidie facibus inardescit: libidinis se immunditia polluit: prospera que in mundo sunt concupiscit/Jesum in quem credidit/sequi contemnit. Diverso quippe itinere ambulat/si gaudia delectationesque appetit: cui dux suus viam amaritudinis ostendit. Revocemus ergo ante oculos peccata que fecimus: consideremus quam terribilis iudex hec puniturus adveniat. Mentem formemus ad lamenta. Vita nostra ad tempus amarescat in penitentia: ne eternam amaritudinem sentiat in vindicta. Per fletus quippe ad gaudia ducimur: veritate pollicente/que ait. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum vero per gaudia pervenitur: hac eadem veritate attestante/que ait. Ve vobis qui nunc ridetis: quia lugebitis et flebitis. Si ergo retributionis gaudium in perventione querimus: penitentie amaritudinem in via teneamus. Sicque fit vt non solum vita nostra in deum proficiat: sed hec ipsa nostra conversatio ad laudem dei et alios accendat. Unde illic subditur. [Et omnis plebs vt vidit/dedit laudem deo.]

D

Mat.viij.

Joan.xij.

Xps pro hominib' mlta tolera-uit.

E

Xpm suo itinere am-bulātes in uenimus.

Matth.v.

Luce.vj.

Lectio sancti euāgelij s̄m Mattheum.

Cap.xij.

In illo tempore. Loquente Jesu ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris: querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ille respondens dicenti sibi ait. Que est mater mea: et qui sunt fratres mei? Et extendens manus in discipulos: dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater/soror/et mater est.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancte Felicitatis die natalis eius.

Homilia.iij.

Sancti evangelij fratres charissimi brevis est lectio recitata: sed magnis mysteriorum ponderibus gravida. Jesus etenim conditor et redemptor noster matrem se nosse dissimulat: et que ei mater sit: et qui propinqui: non per cognationem carnis: sed per coniunctionem spiritus designat/dicens. [Que est mater mea/et qui sunt fratres mei? Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater/et soror/et mater est.] Quibus nobis verbis quid aliud innuit: nisi quod obsequentes iussionibus suis multos ex gentilitate colligit et iudeam (ex cuius carne est ge-

[G] nitus) non cognoscit. Unde et mater eius cu quasi non agnoscitur/foris stare perhibetur: quia videlicet synagoga idcirco ab auctore suo non recognoscitur: quia legis obseruationes tenes/ spiritalem intellectum perdidit/ et sese ad custodiam littere foris fixit. Sed cum is qui voluntatem patris fecerit/ soror et frater domini dicitur: propter vtrumqꝫ sexum qui ad fidem colligitur/ mirum non est. Mirandum vero valde est quomodo etiam mater dicatur. Fideles enim discipulos fratres vocare dignatus est: dices. Ite nunciate fratribus meis. Qui ergo frater domini fieri ad fidem veniendo potuerit: querendum est quomodo etiã et mater esse possit. Sed sciendum nobis est: quia qui christi soror et frater est credendo: efficitur mater predicando. Quasi enim parit dominum/ quẽ cordi audientis infuderit. Et mater eius predicãdo efficitur: si per eius vocem amor domini in proximi mente generatur. Ad quam rem nobis idonee confirmãdam adest beata Felicitas: cuius hodie natalitia celebramus: que credẽdo extitit ancilla christi: et predicando facta est mater christi. Septem quippe filios (sicut in gestis eius emendatioribus legitur) sic post se timuit viuos in carne relinquere: sicut carnales parentes solent metuere ne mortuos premittãt. In persecutionis enim labore deprehensa/ filiorum corda in amore superne patrie predicando roborauit. Et parturiuit spiritu quos carne pepererat: vt predicatiõe pareret deo: quos carne pepererat mũdo. Considerate fratres charissimi in feminino corpore virile pectus. Ad mortem stetit imperterrita. Amittere se in filijs lumen veritatis timuit: si non fuisset orbata. Nunquid ergo hanc feminam martyrem dixerim: sed plusqꝫ martyrẽ? Certe dominus cũ de Joanne loqueretur: dixit. Quid existis in desertum videre: prophetam: vtiqꝫ dico vobis et plusqꝫ prophetã. Et Joannes ipse requisit: respondit dicens. Non sum propheta. Qui enim se plusqꝫ prophetam nouerat: esse se prophetam negabat. Qui idcirco plusqꝫ propheta dicitur: quia prophete est officiũ ventura predicere: non etiam ostendere. Joãnes vero plusqꝫ propheta est: quia quem verbo predixit: digito ostẽdit. Non ergo hanc feminam martyrem/ sed plusqꝫ martyrem dixerim: que septem pignoribus ad regnum premissis/ tot ante se mortuos transmisit. Ad penã prima venit: sed peruenit octaua. Aspexit mater et cruciata et imperterrita filiorũ mortem: spei gaudio adhibuit dolorem nature. Timuit viuentibus: gauisa morientibus. Optauit nullum post se relinquere: ne si quem haberet superstitẽ/ non posset habere consortem. Nemo ergo ex vobis fratres charissimi existimet qꝫ eius cor morientibus filijs/ etiam carnalis affectus minime pulsaret. Neqꝫ enim filios quos carnẽ suam esse nouerat/ sine dolore poterat morientes videre: sed erat vis amoris interior/ que dolorem vinceret carnis. Unde et passuro Petro dicitur: Cum senueris: extendes manus tuas: et alius te cinget: et ducet quo tu nõ vis. Neqꝫ enim si plenissime Petrus nollet: pro christo pati potuisset. Sed martyriũ quod per infirmitatẽ carnis noluit: per virtutem spiritus amauit. Qui dum per carnem ad penas trepidat: per spiritum ad gloriam exultat. Actumqꝫ est vt cruciatũ martyrij nolendo: voluisset. Sic nos quoqꝫ cum gaudiũ querimus salutis/ amarum poculum sumimus purgationis. Amaritudo quidem in poculo displicet: sed restituenda per amaritudinem salus placet. Amauit ergo iuxta carnem Felicitas filios suos: sed pro amore celestis patrie mori etiam coram se voluit: quos amauit. Ipsa eorũ vulnera accepit: sed ipsa in eisdem ad regnum preuenientibus excreuit. Recte ergo hãc feminam vltra martyrem dixerim: que toties in filijs est desiderabiliter extincta. Dum multiplex martyriũ sustinuit/ ipsam quoqꝫ martyrij palmã vicit. Fertur apud veteres mos fuisse: vt quisquis consul existeret/ iuxta ordinem temporũ/ honoris sui locũ teneret. Et si quis posterius ad consulatum veniens/ cõsul nõ semel sed bis fortasse aut tertio fieret: etiam illos laude et honore transcenderet/ qui non plus qꝫ semel consules extitissent. Uicit ergo beata felicitas martyres: qꝫ tot ante se morientibus filijs/ pro christo frequenter occubuit: quia ad illius amorem/ sola sua mors ei minime sufficit. Consideremus fratres hanc feminam/ consideremus nos qui membris corporis viri sumus: in eius comparatione quid existimabimur. Sepe nãqꝫ agenda aliqua bona proponimus: sed si vnicus contra nos vel leuissimus sermo ab ore irridentis erupuerit: ab intentione actionis nostre fracti protinus et confusi resilimus. Ecce nos plerũqꝫ a bono opere verba reuocant: Felicitatem vero a sancta intentione frangere/ nec tormenta potuerunt. Nos iniuriam maledictionis in aurem maledictoris impingimus: hec ad regnum etiam per ferrũ exijt/ nihilqꝫ esse quod obsistebat estimauit. Nos ad precepta dominica largiri nostra saltem superflua nolum⁹: hec non solum deo suam substantiam contulit: sed pro illo etiam propriã carnem dedit. Nos cum ex diuina iussione filios amittimus: sine consolatione lugemus. Hec eos velut mortuos plangeret: si non obtulisset. Cum ergo ad illud terribile examen districti iudex venerit: quid nos viri dicemus: cum hui⁹ femine gloriam viderim⁹? De debilitate mentis sue que tunc erit viris excusatio/ quando hec ostendetur/ que cum seculo et sexum vicit? Sequamur ergo fratres charissimi districtam et asperam redemptoris viam. Usu quippe virtutum ita iam plana facta est: vt per eam feminis libeat ambulare. Despiciamus ergo cuncta presentia. Nulla sunt etenim in hoc mundo: que transire possunt. Turpe sit diligere qꝫ cõstat citius perire. Non nos terrenarum rerum amor superet: non superbia inflet: non ira dilaniet: nõ luxuria polluat: nõ inuidia cõsumat. Amore nostri fratres charissimi redẽptor noster occubuit: et nos amore eius discamus vincere nosmetipsos. Quod si perfecte agimus: non solum imminentes penas euademus: sed vna cum martyribus glorie remunerabimur. Nam etsi occasio persecutionis deest: habet tamen et pax nostra martyrium suum: quia etsi carnis colla ferro nõ subdimus: spiritali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidemus.

[Matthei xxviij.] [Felicitatis dñe mirabilis cõmendatio] [H] [Matth. xj] [Joan. j.] [Amor sterior vincit qꝫqꝫ dolorẽ carnis.] [J] [Salutẽ vt recupere: m⁹ amara potamus.] [Uiros eẽ feminis remissiores turpe est.] [K] [Uiã redẽptoris asperam sequi debemus.] [L]

Lectio sancti euangelij sm Mattheum.

In illo tempore. Misit domin⁹ Jesus duodecim discipulos suos: precipiens eis/ et dicens. In viam gentium ne abieritis: et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis: sed poti⁹ ite ad oues que perierunt domus israel. Euntes autẽ predicate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate/ mortuos suscitate/ leprosos mundate/ demones eijcite. Gratis accepistis/ gratis date. Nolite possidere aurum/ neqꝫ argentum/ neqꝫ pecuniam in zonis vestris. Non peram in via: neqꝫ duas tunicas/ neqꝫ calciamenta/ neqꝫ virgam. Dignus est enim operarius cibo suo.

[Capit.x.]

Homilia lectionis eiusdẽ habita ad populum in basilica sancti Stephani: de apostolis.

Homilia.iiij.

Cum constet omnibus fratres charissimi: quia redemptor noster in mundo pro redemptione gentium venit: cum samaritanos quotidie ad fidem vocari conspicimus: quid est quod in predicatione discipulos mittens dicit: In viam gentium ne abieritis: et in ciuitates samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues que perierunt domus israel: nisi hoc qꝫ ex facti fine colligim⁹: qꝫ prius iudee voluit/ et postmodum ceteris gentibus predicari: vt dum illa conuerti vocata renueret: predicatores sancti ad vocationem gentium per ordinem venirent: quatenus redemptoris nostri predicatio a proprijs repulsa/ gentiles populos quasi extraneos quereret. Et qꝫ iudeis fiebat in testimoniũ: hoc gẽtibus gratie esset incrementũ. Erant enĩ tunc qui de iudea vocandi essent: et de gentibus vocandi non essent. Nam et in apostolorum actibus predicante Petro legimus et prius hebreorũ tria millia/ et postea quinqꝫ millia credidisse. Et cũ predicare apli gentibus in asia voluissent: per spiritum prohibiti esse memorantur: et tamen ipse spũs qui prius predicationẽ phibuit/

[M] [Discipuli xpi qre ꝓhibiti fuerũt pdicare gentib⁹ et samaritanis.] [Act.ij.] [Act.iiij.]

B hāc allenoē cordibus postmodū infudit. Nā diu est q̄ alia cūcta iā credidit. Idcirco ergo prius phibuit/qd postmodū fecit:q̄ tunc in illa erāt qui saluādi nō erant. Tunc in illa erāt qui necdū ad vitā reparari merebant: nec tamē grauius de contempta predicatione iudicari.

Predicatio a qbusdā subtrabitur.

Subiti ergo occultoq̄ iudicio/a quorūdā aurib⁹ predicatio sancta subtrabit:q̄ suscitari p gratiā non merētur. Unde necesse est fratres charissimi/vt i omni quod agimus/oīpotentis dei sup nos consilia occulta timeamus:ne dū mens nostra exterius fusa/a sua se voluptate nō reuocat:intus contra eam iudex terribiliter aduersa disponat. Qd̄ bene psalmista intuēs ait:Uenite ⁊ videte opera dei:q̄ terribilis in consilijs sup filios hominū.

Ps.lxv.

Uidit nāq̄ q̄ alius misericorditer vocatur:alius iustitia exigēte repellit. Et q̄ alia parcendo dominus/alia irascendo disponit:expauit quod penetrare non potuit. Et quem non solum inuestigabilem in quibusdam suis sententijs sed etiam inscrutabilem vidit:terribilem in cōsilijs esse memorauit. Missis autem predicatorib⁹ quid precipiatur audiamus. [Euntes predicate dicentes:q̄ appropinquauit regnum celorum.] Hoc iam fratres charissimi:etiam si euangeliū taceat/mundus clamat. Ruine nāq̄ illius voces eius sunt. Qui enim tot attrit⁹ percussionibus a gloria sua cecidit:quasi iam nobis e proximo regnum aliud qd̄ sequit ostendit. Ipsis iam ⁊ a quibus amatur/amarus est. Ipse ruine eius predicant q̄ amandus non est. Si enim ruinam sui domus quassata minaret:quisquis in illa habitaret/fugeret. Et qui stantem dilexerat: recedere quātocyus a cadente festinaret.

Mūd⁹ nō est amād⁹

Si igitur mundus cadit:et nos eum amando amplectimur/opprimi volumus potius q̄ habitare:q̄ nulla nos ratio a ruina illius separat : quos eius passionibus amor ligat. Facile est ergo nūc iam cum destructa omnia cernimus:animum nostrum ab eius dilectione disiungere. Sed hoc illo in tempore difficillimū fuit/quo predicare celorum regnum inuisibile mittebātur:cum longe lateq̄ omnes cernerent florere regna terrarum. Unde et adiuncta sunt predicatoribus sanctis miracula:vt fidē verbis daret virtus ostensa:et noua facerent qui noua predicarent:sicut in hac eadem lectione subiungit. [Infirmos curate/mortuos suscitate/leprosos mūdate/demones eijcite.] Florente mundo/crescente humano genere/diu in hac vita subsistente carne/exuberāte rerum opulētia: quis cum audiret vitam esse aliam/crederet? quis inuisibilia visibilibus preferret? Sed ad salutem redeuntibus infirmis/ad vitā resurgentibus mortuis/carnis munditiam recipientibus leprosis/ereptis a iure immūdorum spirituum demoniacis / tot visibilibus miraculis exectis/quis non crederet qd̄ de inuisibilib⁹ audiret? Ad hoc quippe visibilia miracula coruscant:vt corda videntiū ad fidem inuisibilium pertrahāt: vt per hoc qd̄ mirum foris agitur:hoc qd̄ intus est:longe mirabilius esse sentiatur.

B

Miracula facere q̄re primis sum fuit sanctis p̄dicatorib⁹.

Miraculorum effectus.

Unde nunc quoq̄ cum fideliū numerositas excreuit / intra sanctam ecclesiam multi sunt qui vitam virtutum tenent : sed signa virtutum non habent:q̄ frustra miraculum foris ostēditur:si deest quod intus operetur. Nam iuxta magistri gentiū vocē:Lingue in signum sunt : non fidelibus/sed infidelibus. Unde ⁊ idem predicator egregius inter predicationis verba dormientem/cadentēq̄ de fenestra eutbycum:atq̄ a vita funditus extinctū/corā cunctis infidelibus orādo suscitauit. Meliten veniens/et plenam infidelibus insulam sciens/patrem publij dysenteria febribusq̄ vexatū/orādo sanauit. Peregrinationis vero sue comitē/et sancte predicationis adiutorem timotheum ex infirmitate stomachi lassescentem/nō verbo curauit/sed medicinali arte reparauit/dicēs: Modico vino vtere/propter stomachū/⁊ frequētes tuas infirmitates. Qui ergo infirmū infidelē:et (vt credim⁹)mortuū vna p̄ce saluat: cur ⁊ egrotū sociū prece non roborat? Q2 nimirū ille foris p miraculū sanādus erat/qui adhuc interius viuus nō erat : vt p hoc qd̄ exterior potestas ostēderet/hic ad vitā interior virt⁹ animaret. Egrotāti autē fideli socio exhibēda foris signa nō fuerant:qui salubriter intus viuebat. Sed cōcessa potestate predicationis/cōcessis virtutū miraculis: qd̄ redēptor noster subiūgat audiam⁹. [Gratis accepistis: gratis date.] Presciebat nāq̄ nonnullos hoc ipm donū accepti spirit⁹ in vsum negociationis inflectere:⁊ miraculorū signa ad auaritie obsequiū declinare. Hinc est enī q̄ Simon magus p impositionē manus edita miracula conspiciens / percipere donum spiritus sancti p pecuniā voluit:scilicet vt deterius venderet quod male comparasset. Hinc de templo redēptor noster flagello de resticulis facto turbas eiecit/cathedras vendētium columbas euertit. Columbas quippe vendere/est impositionem manus qua spiritus sanctus accipitur/non ad vite meritū/sed ad premiū dare.

¶ I.Cor.xiiij.

Act.xx.

Actuum xxviij.

I.Thi.v.

D

Act.viij.

Joan.ij.

Colūbas vendere quid est.

Sed sunt nonnulli qui quidem nūmorū premia ex ordinatione non accipiūt:⁊ tamē sacros ordines pro humana gratia largiūt: atq̄ de largitate eadē/laudis solūmodo retributionē querunt. Hi nimirum qd̄ gratis acceptū est: gratis non tribuūt:quia de impenso officio sanctitatis/nūmum expectunt fauoris. Unde bene cum iusti virum describeret ppheta/ait : Qui excutit manus suas ab omni munere. Nec enim dicit:Qui excutit man⁹ suas a munere:sed adiūxit/ab omni: quia aliud est munus ab obsequio/aliud munus a manu/aliud mun⁹ a lingua. Munus quippe ab obsequio est subiectio indebite impensa. Munus a manu pecunia est . Munus a lingua fauor. Qui ergo sacros ordines tribuit : tunc ab omni munere manus excutit:quando in diuinis rebus non solū nullā pecuniam : sed etiam humanam gratiam non requirit.

Esa.xxxiij.

Mun⁹ est triplex.

Sed vos fratres charissimi/quos secularis habitus tenet:eam que sunt nostra cognoscitis : mentis oculos ad vestra reuocate. Cuncta erga vos vicissim gratis agite. Nolite operis vestri i hoc mūdo retributionē querere/quē cū tanta iā cernitis velocitate defecisse. Sicut male acta abscondi vultis ne alij videant: ita bona ne ad humanā laudē appareant cauete . Nec̄ mala quoquomodo: nec bona pro téporali retributione faciatis. Ipsum vestri operis testem querite : quem iudicem sustinetis. Occulta nunc bona vestra esse videat: vt ea retributionis sue tempore in publico ostendat . Sicut carni vestre ne deficiat/cibos quotidie prebetis: sic mentis vestre quotidiana alimēta bona sint opera. Cibo corpus pascitur: pio opere spiritus nutrit. Quod moriture carni tribuitis/victure in perpetuū anime non negetis. Si quando enim repentinus ignis habitaculum absumit:quisquis eius possessor extiterit: rapit quod valuerit/et fugit. lucrum deputat:si quid secum ex ignibus tollat. Ecce tribulationum flamma mundum concremat; ⁊ cuncta que in eo speciosa videbātur/finis iā proximus velut ignis deuastat. Lucrum ergo fratres charissimi maximū credite:si vobiscū aliqd de illo rapiatis: si qd fugientes tollitis:si hoc quod perire remanendo poterat: ad retributionem vobis perpetuam largiendo seruatis. Terrena quippe omnia seruādo amittim⁹:sed bene largiendo seruamus. Cum velocitate tempora fugiunt. Ad videndū ergo citius iudicem nostrum q̄ cum magna importunitate impellimur:⁊ ex bonis actibus cū festinatione preparemur:donante domino nostro Jesu christo.⁊c̄.

Acta mala et bona sunt abscōdenda.

E

Carni et mēti quotidie p̄bēda sūt alimenta.

Bona terrena seruādo totaliter amittuntur.

¶ Lectio sancti euāgelij s̄m Mattheum.

In illo tempore:Ambulans Jesus iuxta mare galilee/vidit duos fratres/Simonē/qui vocatur Petrus : et Andream fratrem eius/mittētes rete in mare. Erant enī piscatores. Et ait illis. Uenite post me:⁊ faciam vos fieri piscatores hominū. At illi continuo relictis retibus: secuti sunt eum. Et procedens inde vidit duos alios fratres/Jacobū zebedei/⁊ Joannem fratrē eius in naui/cū zebedeo patre eorū:reficientes retia sua:et vocauit eos. Illi autē statim relictis retibus ⁊ patre:secuti sunt eum.

Mat.iiij.

F

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Andree apostoli in natali eius. Homilia quinta.

Audistis fratres charissimi:q̄ ad vni⁹ iussionis vocē Petrus et Andreas relictis retib⁹ secuti sunt redēptorē. Nulla vero hūc facere

G adhuc miracula viderant: nihil ab eo de premio eterne retributiõis audierãt: et tamen ad vnũ dñi preceptũ/ hoc qđ possidere videbãtur/ obliti sunt. Quãta nos eius miracula videmus: quot flagellis affligimur: quantis minarum asperitatibus deterremur: et tamen vocantem sequi contẽnimus? In celo iam sedet: qui de conuersione nos admonet: iam iugo fidei colla gentium subdidit: iã mundi gloriam strauit: iam ruinis eius crebrescentibus districti sui iudicij diem propinquantem denũciat: et tamen superba mens nostra adhuc nõ vult hoc sponte deserere: qđ quotidie pdit inuita. Quid ergo fratres charissimi/ quid in eius iudicio dicturi sumus: qui ab amore p̃sentis seculi, nec preceptis flectimur/ nec verberibus emẽdamur? Sed fortasse aliquis tacitis sibi cogitationibus dicat: Ad vocẽ dñicã vterq̃ iste piscator quid aut quãtũ dimisit: qui pene nihil habuit? Sed hac in re fratres charissimi/ affectum debemus potius pẽsare q̃ censum. Multũ reliquit: qui sibi nihil retinuit. multum reliquit: qui quantũlibet parũ totũ deseruit. Certe nos et habita cum amore possidemus: et ea que non habemus/ ex desiderio querimus. Multũ ergo Petrus et Andreas dimisit: quando vterq̃ etiam desideria habendi dereliquit. Multum dimisit: qui cũ re possessa etiam concupiscentijs renũciauit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt: quanta a non sequentibus concupisci potuerunt. Nemo igitur etiam cum quosdam conspicit multa reliquisse: apud semetipsum dicat: Imitari mundi huius contẽptores volo: sed quod relinquam/ non habeo. Multa fratres relinquitis: si desiderijs terrenis renũciatis.

Multũ propter deũ relinq̃t: q sibi nihil retinet.

Petrus et Andreas piscatores multũ pro xpo dimiserunt.

H Exteriora enim nostra dño quamlibet parua sufficiũt. cor nãq̃ et non substantiam pensat. Nec perpẽdit quantum in eius sacrificio/ sed ex quanto proferatur. Nam si exteriorem substãtiam perpendamus: ecce sancti negociatores nostri perpetuam angelorum vitam datis retibus et naui/ mercati sunt. Estimationẽ quippe precij recte non habet: sed tamen regnum dei tãtum valet quantum habes. Valuit nãq̃ zaccheo dimidium substantie: qui dimidium aliud ad hoc quod iniuste abstulit/ restituendum in quadruplum reseruauit. Valuit Petro et Andree dimissis retibus et naui. Valuit vidue duobus minutis. Valuit alteri calice aque frigide. Regnum itaq̃ dei (vt diximus) tãtum valet quantum habes. Pensate igitur fratres quid vilius cũ emitur: quid carius cũ possidetur. Sed fortasse nec calix aque frigide suppetit qui indigenti prebeatur: etiam tunc securitatem nobis promittit sermo diuinus. Redemptore etenim nato/ celi ciues ostensi sunt: qui clamarent. Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Ante dei nãq̃ oculos nunq̃ est vacua manus a munere: si fuerit arca cordis repleta bona voluntate. Hinc etenim psalmista dicit: In me sunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi. Ac si aperte dicat: Et si exterius munera offerenda non habeo: intra memetipsum tamen inuenio qđ in ara tue laudis impono: quia qui nostra datione non pasceris: oblatione cordis melius placaris. Nihil quippe offertur deo ditius voluntate bona. Voluntas autẽ bona est: sic aduersa alterius sicut nostra pertimescere: sic de prosperitate proximi/ sicut de nostro profectu gratulari. Aliena dãna/ nostra credere: aliena lucra/ nostra putare. Amicum non propter mũdum: sed propter deũ diligere. Inimicum etiam amãdo tolerare. Nulli quod pati non vis/ facere: nulli quod tibi iuste impẽdi desideras/ denegare. Necessitati proximi non solum iuxta vires succurrere: sed prodesse etiã vltra vires velle. Quid ergo isto holocausto locupletius: quando per hoc quod deo immolat in ara cordis: anima semetipsam mactat? Sed hoc bone voluntatis sacrificium deo nunq̃ plene persoluitur: nisi mundi huius cupiditas perfecte deseratur. Nam quicquid in eo concupiscimus: hoc procul dubio proximis inuidemus. Videtur etenim quis nobis deesse: quod alter assequitur. Et quia semper liuidia a bona voluntate discordat: mox vt hec mentem ceperit: illa discedit. Unde predicatores sancti vt possent proximos perfecte diligere: studuerunt in hoc seculo nihil amare: nihil vnquam appetere: nihil etiam cum appetitu possidere. Quos bene Esaias intuens ait. Qui sunt isti qui vt nubes volant: et quasi columbe ad fenestras suas? Vidit quippe terrena eos despicere: mente celestibus propinquare: verbis pluere: miraculis coruscare. Et quos a terrenis cõtagijs sancta predicatio et sublimis vita suspenderat: hos volantes pariter et nubes appellat. Fenestre autem nostri sunt oculi: qui per ipsos anima respicit quod exterius cõcupiscit. Columba vero simplex est animal: atq̃ a malitia fellis alienum. Quasi columbe ergo ad fenestras suas sunt: qui nihil in hoc mundo concupiscunt: qui omnia simpliciter aspiciunt: et in hec que vident/ rapacitatis studio non trahuntur. At contra miluus et non columba ad fenestras suas est: qui ad ea que oculis considerat: rapine desiderio anhelat. Quia ergo fratres charissimi/ beati Andree apostoli natalitia celebramus/ debemus imitari quod colimus. Ostendat nostre obsequiũ deuotionis/ immutate solennitas mentis: despiciamus que terrena sunt: relictis temporalibus mercemur eterna. Si aũt necdum possumus relinquere propria: saltem non concupiscamus aliena. Si necdum mens nostra accenditur igne charitatis: in ambitione sua habeat frenum timoris: vt profectus sui passibus vegetata: dum ab alienorum appetitu compescitur: quandoq̃ ad propria contẽnenda perducatur: adiuuante domino nostro Jesu christo.

Voluntas bona quã deus appetit: in quo consistit.

Luc. xix.

Luc. xxi.

Mat. x.

Lu. ij.

Psal. lv.

I

Esa. lx.

K

Oculi sũt fenestre anime.

¶ Lectio sancti euangelij scd̃m Mattheum.

In illo tẽpore. Cũ audisset ioannes in vinculis opera xpi: mittẽs duos de discipulis suis: ait illi. Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Et respondens iesus: ait illis. Euntes renunciate ioanni que audistis et vidistis. Ceci vident: claudi ambulant: leprosi mundantur. Surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur. Et btũs est: qui nõ fuerit scandalizatus in me. Illis aũt abeũtibus: cepit iesus dicere ad turbas de ioanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regũ sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiã dico vobis: et plusq̃ prophetam. Hic est enim de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te.

Mar. xi.

L

Mala. iij.

¶ Homilia lectionis eiusdẽ habita ad pplm̃ i basilica sctõrũ Marcellini et Petri: die natalis eorũ: Dñica. iij. aduentus dñi. Homilia. vj.

Querendum nobis est fratres charissimi: Joannes propheta et plusq̃ propheta: qui venientem ad iordanis baptisma dominum ostendit dicens: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi: Qui et humilitatem suam/ et diuinitatis eius potentiam considerans dicit: Qui de terra est/ de terra loquitur: qui aũt de celo venit/ super omnes est: cur in carcere positus/ mittens discipulos suos requirit: [Tu es qui venturus es: an alium expectamus:] tanq̃ si ignoret quem ostenderat: et an ipse sit nesciat: quem ipsum esse prophetando/ baptizando/ et ostendendo clamauerat? Sed hec citius questio soluitur: si geste rei tempus et ordo pensetur. Ad iordanis enim fluenta positus: quia ipse redemptor mũdi esset/ asseruit. Missus vero in carcerẽ/ an ipse veniat requirit: non quia ipsum esse mũdi redemptorem dubitat: sed querit vt sciat si is qui per se in mundũ venerat: per se etiam ad inferni claustra descendat. Quẽ enim precurrens mundo nunciauerat: hunc moriendo et ad inferos descendendo precurrebat. Ait ergo. [Tu es qui venturus es: an aliũ expectamus:] ac si aperte dicat: Sicut pro hominibus nasci dignatus es/ an etiam pro hominibus ad inferos descendere digneris insinua: vt qui natiuitatis tue precursor extiti: descensionis etiam precursor fiã: et venturũ in inferno te nũciẽ: quẽ iam venisse mũdo enũciaui. Unde et inquisitus dñs enumeratis potentie sue miraculis/ de mortis sue protinus humilitate

M

Joan. j.

Jo. iij.

Joannes baptista dubitauit an ad inferos xps descenderet.

A

respondit dicēs. Ceci vident/ claudi ambulant/ leprosi mundantur/ surdi audiunt/ mortui resurgunt/ pauperes euangelizantur: et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Uisis tot signis/ tantisq; virtutib⁹ non scādalizari quisq; potuit: sed admirari. Sed infidelium mens graue in illo scandalum pertulit: cū eum post tot miracula morientē vidit. Unde et Paulus dicit. Nos autem predicamus xp̄m crucifixum: iudeis quidē scandalum: gentib⁹ autē stultitiam. Stultū quippe hominibus visum est: vt pro hominib⁹ auctor vite moreretur: et inde contra eum homo scandalum sumpsit: vnde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto deus ab hominibus dignius honorandus est/ quanto pro hominibus et indigna suscepit. Quid est ergo dicere/ Beatus qui nō fuerit scādalizatus in me: nisi aperta voce abiectionem mortis sue humilitatemq; signare? Ac si patenter dicat: Mira quidem facio: sed abiecta perpeti non dedignor. Quia ergo moriēdo te subsequor: cauendū valde est hominibus ne in me mortē despiciant/ qui signa venerantur. Sed dimissis Joannis discipulis: quid de eodem Joanne turbis dicat: audiamus. Quid existis in desertum videre? Arūdinem vento agitatā? Quod videlicet non asserēdo/ sed negando intulit. Arūdinem quippe mox vt aura contigerit: in partem alteram inflectit.

I.Cor.j.

B

Et quid per arūdinē/ nisi carnalis animus designatur: Qui mox vt fauore vel detractione tangitur: in partem qualibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura fauoris flauerit: hilarescit et extollitur: totūq; se quasi ad gratiam inflectit. Sed si inde ventus detractionis eruperit/ vnde laudis aura veniebat: mox eū quasi in partem alteram ad vim furoris inclinat. Sed arundo vēto agitata Joannes non erat: qz hunc nec blandū gratia: nec cuiuslibet detractionis ira asperum faciebat. Nec prospera hūc erigere: nec aduersa nouerāt inclinare. Arūdo ergo vento agitata Joannes non erat: quē a statu sui rectitudine nulla rerū varietas inflectebat. Discamus ergo fratres charissimi arundo vento agitata non esse: solidemus animū inter auras linguarū positū: stet inflexibilis status mētis. Nulla nos detractio ad iram prouocet: atq; ad remissionē inutilis gratie nullius fauor inclinet. Non nos prospera eleuent: non aduersa perturbent: vt qui in soliditate fidei figimur: nequaq; rerum transeuntiū mutabilitate moueamur. Adhuc autē de ei⁹ sanctitate subiungitur. Sed quid existis in desertū videre? hominē mollibus vestitum? Ecce qui mollib⁹ vestiuntur: in domibus regum sunt. Camelorum etenim pilis contextis (vt scitis) vestitus Joannes fuisse describitur. Et quid est dicere: Ecce qui mollibus vestiūtur/ in domib⁹ regum sunt/ nisi aperta sententia demonstrare: quia non celesti sed terreno regi militant hi qui pro deo perpeti aspera fugiunt: et solis exterioribus dediti/ presentis vite mollitiem et delectationē querunt. Nemo ergo existimet in fluxu atq; studio preciosarū vestium peccatum deesse: quia si hoc culpa nō esset: nullo modo Joannem dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset: nequaq; Paulus apostolus per epistolam feminas a preciosarum vestium appetitu cōpesceret/ dicens. Non in veste preciosa. Pensate ergo q̄ culpa sit/ hoc etiam viros appetere: a quo curauit pastor ecclesie et feminas prohibere. Quis hoc quod Joānes non esse vestitus mollibus dicitur: per significationem intelligi et aliter potest. Mollibus enim vestitus non fuit: quia vitam peccantiū non blandimentis fouit: sed vigore asperę inuectionis increpauit/ dicēs. Genimina viperarum: quis vobis demonstrauit fugere a ventura ira? Unde et per Salomonē dicitur. Uerba sapientū quasi stimuli: et sicut claui in altum defixi. Clauis quippe atq; stimulis sapientium verba comparantur: qz culpas delinquentium nesciunt palpare: sed pungere. Sed quid existis videre in desertum? Prophetam: etiam dico vobis et plusq; prophetam. Prophete quippe ministeriū est/ ventura predicere: non etiam demonstrare. Joannes ergo plusq; propheta est: quia cum quē precurrendo prophetauerat: etiam ostendendo monstrabat. Sed qz arūdo vento agitata esse denegatur: quia non esse vestitus mollibus dicitur: quia prophete nomen huic impar esse perhibetur: iam quid digne dici possit: audiamus. Sequitur. Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. Quod enim grece angelus: hoc latine nūcius dicitur. Recte ergo qui nunciare supernum iudicē mittitur/ angelus vocatur: vt dignitatē seruet in nomine: quam explet in operatione. Altum quidē nomen est: si vita nomine inferior non est. Utinam fratres charissimi/ non ad iudicium nostrum dicamus: quia om̄es qui sacerdotij nomine censentur/ angeli vocentur: Propheta attestante/ qui ait. Labia sacerdotis custodiunt sciētiam: et legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini exercituū est. Sed huius altitudinē nominis etiam vos si vultis potestis mereri. Nam vnusquisq; vestrum inquantum sufficit/ inquātum gratiam superne aspirationis accepit: si a prauitate proximū reuocat: si exhortari ad bene operandum curat: si eternum regnū vel supplicium erranti denunciat: cum sancte denunciationis verba impendit: profecto angelus existit. Et nemo dicat: admonere non sufficio: exhortari idoneus non sum. Quātum potes exhibe: ne male seruatum talentū quod acceperas: in tormentis pendere exigaris. Neq; enim plus q̄ vnum acceperat: qui hoc abscondere magis studuit/ q̄ erogare. Et scimus q̄ in tabernaculo nō solum phiale: sed precipiente domino etiam cyathi facti sunt. Per phialas quippe doctrina exuberans: per cyathos vero parua atq; angusta designatur scientia. Alius doctrina veritatis plen⁹/ audientiū mētes inebriat. Per hoc ergo quod dicit: profecto phialā porrigit. Alius explere quod sentit non valet: sed quia hoc vtcūq; denunciat/ profecto per cyathum gustum prebet. In dei ergo tabernaculo/ id est in sancta ecclesia positi/ si per doctrinam sapientie ministrare phialas minime potestis: inquātum pro diuina largitate sufficitis: proximis vestris boni verbi cyathos date. Inquantū vos profecisse pensatis/ etiam vobiscū alios trahite: in via domini socios habere desiderate. Si quis vestrū fratres ad forum aut fortasse ad balneum pergit: quem ociosum esse considerat: vt secum veniat inuitat. Ipsa ergo terrena actio vestra vos conueniat: et si ad deum tenditis: curate ne ad eum soli veniatis. Hinc etenim scriptū est. Qui audit/ dicat veni: vt qui iam in corde vocē superni amoris acceperit: foras etiam proximis vocem exhortationis reddat. Et fortasse panem vt indigenti elemosynam porrigat non habet: sed maius est quod tribuere valeat: qui linguam habet. Plus enī est verbi pabulo victuram in perpetuum mentē reficere: q̄ ventrem moriture carnis terreno pane satiare. Nolite ergo fratres proximis vestris elemosynam verbi subtrahere. Mecū vos admoneo/ vt ab ocioso sermone parcamus: inutiliter loqui declinemus. Inquātum reniti lingue preualemus: in ventum verba non defluant: cum iudex dicat. Omne verbū ociosum quod locuti fuerint homines: reddent de eo rationem i die iudicij. Ociosum quippe verbum est quod aut vtilitate rectitudinis: aut ratione iuste necessitatis caret. Ociosa ergo colloquia ad edificationis studium vertite. Q̄ celerrime huius vite tempora fugiant/ considerate. Q̄ districtus veniat iudex attendite. Hūc ante oculos vestri cordis ponite. Hunc proximorū vestrorum mentibus intimate: vt inquātum vires suppetunt: si annūciare eū non negligitis: vocari ab eo angeli cum Joanne valeatis: adiuuante dn̄o rc.

Arundo carnalem animū designat.

Arūdo vēto agitata esse nō demus.

C

Uestib⁹ p̄ciosis vti pctm̄ est.

I.Tim.ij.

Mat.iij.

Puer.xxij.

D

Angelus grece/ nuncius est latine.

Mala.ij.

Sacerdos quilibet angel⁹ dicit.

Talentum erogare q̄sq; p sua virili tenetur.

E

Apo.xxij.

Doctrina est alimento corpali preferēda.

Mat.xij.

Uerbum ociosum quale est.

F

Lectio sancti euangelij sm̄ Joannem.

In illo tempore. Miserūt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad Joānem: vt interrogarent eum: tu quis es? Et cōfessus est: et non negauit. Et cōfessus est: qz non sum ego xp̄s. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Helias es tu? qui dixit. Nō sum. Propheta es tu? Et respōdit. Non. Dixerūt ergo ei. Quis es? vt responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini: sicut dixit esaias propheta. Et qui missi fuerant: erant ex pha

Joan.j.

Esa.xl.

G

riseis. Et interrogauerunt eum: et dixerunt ei. Quid ergo baptizas: si tu non es xps: neq; helias: neq; propheta? Respondit eis Joannes dicens. Ego baptizo in aqua. Medius autem vestrum stetit / quē vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est: qui ante me fact⁹ est: cuius nō sum dignus vt soluā eius corrigiam calciamenti. Hec in bethania † facta sunt trans iordanē: vbi erat Joannes baptizans.

† al. bethabara.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli: Dominica iiij. in aduentu domini. Homilia. vij.

Ex hui⁹ nobis lectionis verbis fratres charissimi / Joannis humilitas cōmendatur: qui cum tāte virtutis esset vt xps credi potuisset: elegit solide subsistere in se: ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam cōfessus est: & nō negauit: & confessus est: q: non sum ego xps. Sed qui dixit non sum: negauit plane quod non erat: sed non negauit quod erat: vt veritatem loquens / eius membrū fieret: cuius sibi nomen fallaciter non vsurparet. Cum ergo nō vult appetere nomen xpi: factus est membrū xpi: q: dū infirmitatē suā studuit humiliter agnoscere: illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cū ex lectione alia redemptoris nostri sententia ad mentem reducitur: ex huius lectionis verbis nobis questio valde implexa generatur.

H

Mat. xvij.

Alio quippe in loco inquisitus a discipulis dn̄s de Helie aduentu respondit: Helias iam venit / & nō cognouerūt eū: sed fecerūt in eū quecunq; voluerunt. Et si vultis scire: Joānes ipse est Helias. Requisitus autē Joannes dicit. Non sum Helias. Quid est hoc fratres charissimi: q: quod veritas affirmat: hoc propheta veritatis negat? Valde nanq; inter se diuersa sūt: ipse est: & nō sum. Quō ergo ppheta veritatis est: si eiusdē veritatis sermonibus concors nō est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur: hoc qd̄ inter se contrariū sonat: quō contrariū nō sit / inuenitur. Ad zachariā nanq; de Joanne angelus dicit:

Luce. j.

Joh̄es baptista in q̄b⁹ est imitat⁹ heliā.

Ipse precedet ante illum in spiritu & virtute helie. Qui ideirco venturus in spiritu & virtute helie dicit: quia sicut helias secūdū dn̄i aduentū preueniet: ita Joānes preuenit primū. Sicut ille precursor venturus est iudicis: ita iste precursor est factus redēptoris. Joānes ergo in spiritu helias erat: in psona helias nō erat. Quod ergo dn̄s fatetur de spiritu: hoc Joānes denegat de psona: q: & iustū sic erat: vt et discipulis dn̄s spūalem de Joanne sententiā diceret: et Joānes iisdē turbis carnalibus nō de suo spiritu / sed de corpore responderet. Contrarium ergo veritati videtur esse quod Joannes sonuit: sed tamen a veritatis tramite non recessit. Qui cū se etiā prophetā negat (q: videlicet non solū poterat redēptorem predicare / sed etiā demonstrare) quis nā sit / continuo exprimit: dum subiungit. Ego vox clamātis in deserto.

J

Joan. j.

Scitis fratres charissimi: q: vnigenitus filius verbū patris vocat / Joāne attestante qui ait. In principio erat verbū: & verbū erat apud deum: et deus erat verbū. Et ex ipsa vestra locutione cognoscitis: q: prius vox sonat: vt verbū postmodū possit audiri. Joānes ergo vocem se esse asserit: q: verbū precedit. Aduentū itaq; dominicum precurrens vox dicitur: q: p eius ministeriū patris verbū ab hominib⁹ auditur. Qui etiā i deserto clamat: q: derelicte ac destitute iudee solatiū sui redēptoris annunciat. Quid autē clamet insinuat / cū subiūgit. Dirigite viam dn̄i: sicut dixit Esaias propheta. Via dn̄i ad cor dirigitur / cū veritatis sermo humiliter audit. Via dn̄i ad cor dirigitur / cū ad preceptū illi⁹ vita preparat.

Joh̄es baptista q̄re dictus est vox.

Joā. xiiij.

Vnde scriptū est: Si quis diligit me / sermonē meū seruabit: et pater me⁹ diliget eū / & ad eū veniemus / & mansionē apud eū faciemus. Quisquis ergo in superbiā mentē eleuat: quisquis auaritie estibus anhelat: quisquis se luxurie inquinationibus polluit: cordis ostium contra veritatē claudit: et ne ad se dn̄s veniat / claustra animi seris vitiorū dānat. Sed adhuc qui missi sunt / percontantur. Quid ergo baptizas / si tu nō es xps / neq; Helias neq; propheta? Quod q: non studio cognoscende veritatis / sed malitia exercende emulationis dicitur: euāgelista tacite innotuit / qui subiūgit dicēs. Et qui missi fuerant / erant ex pharisieis. Ac si aperte dicat. Illi Joannem de suis actibus requirūt: qui doctrinā nesciūt querere: sed inuidere. Sed sanctus quisq; etiam cū peruersa mente requiritur: a bonitatis sue studio nō mutatur.

Cordis ostiū multi ꝯ veritatē claudunt.

K

Vnde Joannes quoq; ad verba inuidie: predicamenta respondit vite. Nam protinus adiungit. Ego baptizo in aqua. medius autē vestrū stetit quē vos nescitis. Joannes nō in spiritu sed aqua baptizat: q: petā soluere non valens / baptizatorū corpora per aquā lauat: sed tamen mētē per veniam non sanat. Cur ergo baptizat qui peccata per baptisma non relaxat / nisi vt precursionis sue ordinem seruans / qui nasciturū nascendo preuenerat / baptizaturū quoq; dominū baptizādo preuenirent? Et qui predicādo factus est precursor christi: baptizando etiā precursor eius fieret imitatione sacramēti. Qui inter hec mysterium nostri redēptoris annūcians / hūc in medio hominū & stetisse asserit / & nesciri: q: per carnē dn̄s apparēs / & visibilis extitit corpore: & inuisibilis maiestate. De quo etiā subdit: Qui post me venit / ante me factus est. Sic nanq; dicitur ante me factus: ac si dicatur. Ante me positus. Post me ergo venit: q: postmodū natus. Ante me autē factus est: q: mihi prelatus. Sed hec paulo superius dicens / etiam prelationis eius causas aperuit: cū subiunxit: Quia prior me erat. Ac si aperte dicat. Inde me etiā post natus superat: quo eū natiuitatis sue tēpora non angustāt. Nam qui per matrem in tēpore nascitur: sine matre ante tēpora est a patre generatus. Cui quāte reuerētie humilitatē debeat / subdēdo manifestat. Cuius non sum dign⁹ soluere corrigiā calciamenti.

Baptism⁹ Joh̄is erat in aqua.

Baptizando & predicādo fuit Joh̄es xpi precursor.

L

Corrigiā calciamēti soluere qd̄ signat.

Mos apud veteres fuit / vt si quis eam que sibi competeret / accipere vxorem nollet / ille ei calciamentum solueret / qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines xps / nisi sancte ecclesie sponsus apparuit? De quo & idē Joannes dicit: Qui habet spōsam / sponsus est. Sed q: Joannem homines xpm esse putauerūt (quod idē Joannes negat) recte se indignū esse ad soluēdā corrigiā eius calciamēti denūciat. Ac si aperte dicat: Ego redēptoris nr̄i vestigia denudare non valeo: q: sponsi nomen mihi immeritus nō vsurpo. Quod tamē itelligi & aliter potest. Quis enī nesciat q: calciamēta ex mortuis animalib⁹ fiāt? Incarnatus vero dn̄s veniens / quasi calciatus apparuit: quia in diuinitate sua / morticina nostre corruptionis assumpsit. Vnde etiā per prophetā dicit: In idumeam extendam calciamētū meum. Per idumeā quippe gentilitas: per calciamētum vero / assumpta mortalitas designatur. In idumeā ergo dn̄s calciamentū suū se extendere asserit: q: dum per carnem gētibus innotuit: quasi calciata ad nos diuinitas venit. Sed huius incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Inuestigari etenim nullatenus potest quomodo incarnatur verbū / quomodo summ⁹ & viuificator spiritus / intra vterū matris animatur: quomodo is qui initiū non habet: & existit & concipitur. Corrigia ergo calciamenti est ligatura mysterij. Joannes itaq; soluere corrigiam calciamēti eius nō valet: q: incarnationis ei⁹ mysteriū nec ipse inuestigare sufficit: qui hoc p prophetie spiritū agnouit. Quid est ergo dicere / nō sum dign⁹ soluere corrigiam calciamēti ei⁹: nisi aperte & humiliter suā ignorantiā profiteri? Ac si patenter dicat: Quid mirum si ille mihi prelat⁹ est: quē post me quidē natum considero: sed natiuitatis ei⁹ mysteriū nō apprehēdo? Ecce Joānes prophetie spiritu impletus mira scientia emicat: et tū illud de se insinuat: quod ignorat. Qua in re pēsandū nobis est fratres charissimi: et tota intētione cogitādū: quomodo sancti viri vt humilitatis in se virtutē custodiant / cū quedam mirabiliter sciunt: illud ante mentis oculos student reuocare quod nesciunt: vt dū ex parte alia infirmitatē suam cōsiderant: ex ea parte qua perfecti sunt / eorum se animus non extollat. Scientia etenim virtus est: humilitas etiam custos virtutis. Restat ergo vt in omne quod scit / sese mēs deprimat: ne quod virtus scientie congregat / ventus elationis spargat. Cum bona fratres agitis: semper ad memoriā male acta reuocate: vt dū caute culpa cōspicitur: nunq; de bono opere incaute anim⁹ letetur. Superiores inuicē in via dei eos maxime qui vobis cōmissi nō sunt / proximos vestros

Joan. iij.

Psal. lix.

Xpi incarnatio vix inuestigari potest.

M

Humilitas est custos virtutis.

B attendite: quia et quos agere aliqua praua conspicitis: que in eis lateāt bona nescitis. Magnus ergo vnusquisq; esse studeat: sed tamen aliquo modo esse se nesciat: ne dū sibi magnitudinē arroganter tribuit: amittat intus qđ erat. Hinc etenī per prophetā dicit: Ve q; sapiētes estis in oculis vestris: et corā vobismetipsis prudētes. Hinc Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Hinc contra superbientē Saul dicitur: Cū esses paruulus in oculis tuis: caput in tribubus Israel factus es. Ac si aperte diceretur: Cū tu te paruulū conspiceres/ ego te pre ceteris magnū feci. Quia vero tu te magnum cōspicis: a me paruus estimaris. Quo cōtra cū Dauid regni sui potentiā coram arca federis dn̄i saltādo despiceret/ dixit: Ludā et vilior fiam plus q̄ factus sum: et ero humilis in oculis meis. Quē enī nō extolleret/ ora leonū frangere/ vrsorum brachia dissipare/ despectis prioribus fratribus eligi/ reprobato rege ad regni gubernacula vngi/ tremendū cunctis vno lapide goliā sternere: a rege proposita extinctis allophylis numerosa preputia reportare/ regnum ex promissione percipere/ cunctūq; israeliticū populū sine vlla postmodū contradictione possidere: et tamen in cunctis se despicit/ qui in suis oculis se esse humilem confitetur. Si ergo etiā sancti viri cū agunt fortia/ de semetipsis vilia sentiūt/ qd in sua excusatione dicturi sunt: qui sine operatione virtutis intumescūt? Sed et si quelibet bona assint opera: nulla sunt/ nisi ex humilitate condiātur. Miranda quippe actio cū elatione nō eleuat: sed grauat. Qui enī sine humilitate virtutes cōgregat: quasi in vento puluerē portat: et vnde aliquid ferre cernitur: inde deterius cecatur. In cunctis ergo que agitis fratres mei/ radicem boni operis humilitatē tenete: nec quibus iam superiores: sed quibus adhuc inferiores estis/ aspiciatis: vt dū meliora vobis exēpla pponitis: ad maiora semper ascendere ex humilitate valeatis.

Esaie.v. — Rom.xij. — j.Reg.xv. — Dauid humilitas et preclara gesta. — j.Regū.j. — Opera bona sine humilitate nihil sunt. — B

¶ Lectio sancti euāgelij sm̄ Lucam. *Capło.ij.*

In illo tēpore. Exijt edictum a Cesare Augusto: vt describeretur vniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside cyrie cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatē. Ascendit autē et Joseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeā ciuitatē Dauid que vocatur bethleē: eo quod esset de domo et familia Dauid: vt profiteretur cū maria desponsata sibi vxore pregnāte. Factum est autē cum essent ibi: impleti sunt dies vt pareret: et peperit filium suū primogenitū. Et pānis eum inuoluit et reclinauit eum in presepio: quia nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadē vigilantes et custodiētes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus dn̄i stetit iuxta illos: et claritas dei circūfulsit illos. Et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus Nolite timere. Ecce enim euāgelizo vobis gaudium magnū quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator: qui est Christus dominus: in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signū. Inuenietis infantē pānis inuolutū: et positū in presepio. Et subito facta est cū angelo multitudo militie celestis exercitus: laudantiū et dicentium. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis.

C

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beate Marie in die natalis domini. Homilia.viij.

Quia largiente dn̄o/ missarū solēnia ter hodie celebraturi sumus: loqui diu de euāgelica lectione nō possumus. Sed nos aliquid vel breuiter dicere: redēptoris nostri natiuitas ipsa compellit. Quid est q; nascituro dn̄o mundus describitur: nisi hoc quod aperte monstratur: q; ille apparebat in carne: qui electos suos adscriberet in eternitate? Quo cōtra de reprobis p prophetā dicitur: Deleātur de libro viuentiū: et cū iustis nō scribātur. Qui bene etiā in bethleē nascitur. Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse nāq; est qui ait: Ego sum panis viuus/ qui de celo descēdi. Locus ergo in quo dn̄s nascitur: domus panis antea vocatus est: q; futurū profecto erat: vt ille ibi per materiā carnis appareret: qui electorū mentes interna satietate reficeret. Qui nō in parentū domo/ sed in via nascitur: vt profecto ostēderet: q; per humanitatē suā quā assumpserat: quasi in alieno nascebatur. Alienū videlicet nō sm̄ potestatē dico: sed sm̄ naturā. Nam de potestate eius scriptū est: In propria venit. In natura etenim sua ante tēpora natus est: in nostra venit ex tempore. Qui ergo eternus permanens/ tēporalis apparuit: alienū est vbi descēdit. Et q; per prophetā dicitur: Omnis caro fenū: factus homo/ fenū nostrū vertit in frumentū: q; de semetipso ait: Nisi granum frumenti cadens in terrā mortuū fuerit: ipsum solū manet. Unde et natus/ in presepio reclinatur: vt fideles oēs/ videlicet sancta aialia/ carnis sue frumēto reficeret: ne ab interne intelligentie pabulo ieiuna remanerēt. Quid autē est q; vigilātibus pastoribus angelus apparet: eosq; dei claritas circūfulget: nisi q; illi pre ceteris videre sublimia merētur/ qui fidelibus gregibus preesse sollicite sciūt? Dumq; ipsi pie super gregē vigilant: diuina super eos gratia largius coruscat. Regē vero natū angelus nunciat: eiusq; voci angelorū chori concinunt/ et congaudentes clamant Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Prius quippe q̄ redēptor noster nasceretur per carnem: discordiam cū angelis habuimus: a quorū claritate atq; mundicia per prime culpe meritū/ per quotidiana delicta lōge distabamus. Quia enī peccādo extranei eramus a deo: extraneos nos a suo consortio deputabant angeli/ ciues dei. Sed quia nos cognouimus regem nostrū: recognouerunt nos angeli ciues suos. Qui enim celi rex terram nostre carnis assumpsit: infirmitatē nostrā illa iam angelica celsitudo non despicit. Ad pacē nostrā angeli redeūt: intentionē prioris discordie postponūt: et quos prius infirmos/ abiectosq; despexerant: iam socios venerantur. Hinc est enī q; Loth et Josue angelos adorāt: nec tamē adorare prohibentur: Joannes vero in apocalypsi sua adorare angelū voluit: sed tamē idē hunc angelus ne se debeat adorare cōpescuit/ dicēs: Vide ne feceris: conseruus enī tuus sum et fratrū tuorū. Quid est q; ante redēptoris aduētum angeli ab hoībus adorantur/ et tacent: postmodū vero adorari refugiūt: nisi q; naturā nostram quā prius despexerāt: postq; hanc super se assumptā cōspiciunt: prostratā sibi videre pertimescunt? Nec iā sub se velut infirmā contēnere ausi sunt: quā super se videlicet in celi rege venerantur. Nec habere dedignātur hominē sociū: qui super se adorant hominē deū. Curemus ergo fratres charissimi ne qua nos immūdicia polluat: qui in eterna presciētia et dei ciues/ et angelis eius equales sumus. Vendicemus moribus dignitatē nostrā: nulla nos luxuria inquinet: nulla nos turpis cogitatio accuset: nō malitia mētem mordeat: nō inuidie rubigo cōsumat: non elatio inflet: nō ambitio per terrena oblectamenta dilaniet: nō ira inflāmet. Dij etenī vocati sunt homines. Defende ergo tibi o homo contra vitia honorem dei: quia propter te factus est deus homo: qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

D — Mundus quare describitur dn̄o nascituro. — ps.lxviij. — Joan.vj. — Joan.j. — Esaie.xl. — Joan.xij. — E — Pastores vigiles sublimia videre merentur. — Gen.xix. — Apo.xxij. — Angeli ante aduentū dn̄i quare patiebant se adorari/ et post aduentū recusauerunt. — F — ps.lxxxi.

¶ Lectio sancti euangelij sm̄ Mattheum. *Cap.xxv.*

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā peregre proficiscens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq; talenta: alij autē duo: alij vero vnum: vnicuiq; sm̄ propriā virtutē: et profectus est statim. Abijt autem qui quinq; talēta acceperat: et operatus est in eis: et lucratus est

G alia quinq3. Similiter qui duo acceperat: lucratus est alia duo. Qui autē vnum acceperat: abiens fodit in terram: et abscondit pecuniam dn̄i sui. Post multū vero tēporis venit domin⁹ seruorum illorū: et posuit rationē cum eis. Et accedēs qui quinq3 talēta acceperat: obtulit alia quinq3 talenta: dicens. Dn̄e: quinq3 talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq3 suplucratus sum. Ait illi dn̄s eius. Euge serue bone et fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis: super multa te cōstituam. Intra in gaudium dn̄i tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat: et ait. Domine: duo talēta tradidisti mihi: ecce alia duo suplucratus sum. Ait illi dn̄s eius. Euge serue bone et fidelis/ quia super pauca fuisti fidelis: super multa te cōstituam. Intra in gaudiū domini tui. Accedens autē et qui vnū talentū acceperat: ait. Dn̄e scio q2 homo durus es: metis vbi non seminasti: et cōgregas vbi non sparsisti: et timens abij et abscondi talētum tuum in terra. Ecce habes qd̄ tuum est. Respondens autem dn̄s eius dixit ei. Serue male et piger: sciebas quia meto vbi non semino: et congrego vbi nō sparsi: Oportuit ergo te cōmittere pecuniā meam numularijs: et veniens ego recepissem vtiq3 qd̄ meū est/ cum vsura. Tollite itaq3 ab eo talentū: et date ei qui habet decē talenta. Omni enim habenti dabitur et abundabit: ei autē qui nō habet: et qd̄ videtur habere/ auferetur ab eo. Et inutilem seruum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus et stridor dentium. [H]

¶ Homilia lectionis eiusdē habita ad populum in basilica sancti Siluestri episcopi: die natalis eius. Homilia .ix.

Lectio sancti euāgelij fratres charissimi/ sollicite cōsiderare nos admonet: ne nos qui pl⁹ ceteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur ab authore mūdi grauius inde iudicemur. Cū enim augētur dona: rationes etiā crescunt donorū. Tanto ergo esse humilior/ atq3 ad seruiendū promptior quisq3 debet ex munere: quāto se obligatiorē esse conspicit in reddēda ratione. Ecce homo qui peregre proficiscitur/ seruos vocat: eisq3 ad negociū talenta partitur. Post multum vero tēporis positurus rationē reuertit. Bene operantes pro apportato lucro remunerat: seruū vero a bono opere torpentē damnat. Quis itaq3 iste homo est qui peregre pficiscitur: nisi redēptor noster/ qui in ea carne quā assumpserat/ abijt in celū? Carnis enī locus proprius terra est: que quasi ad peregrina ducit: dum per redēptorem nostrum in celo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscēs, seruis suis bona sua tradidit: quia fidelib⁹ suis spiritualia dona concessit. Et vni quidē quinq3 talenta: alij duo: alij vero commisit vnum. Quinq3 etenim sunt corporis sensus: videlicet visus/ auditus/ gustus/ odoratus/ et tactus. Quinq3 ergo talentis/ donū quinq3 sensuū: id est exteriorū scientia exprimitur. Duobus vero: intellectus et operatio designatur. Vnius autē talenti nomine/ intellectus tm̄modo designatur. Sed is qui quinq3 talenta acceperat: alia quinq3 lucratus est: quia sunt nōnulli q̄ etsi interna ac mystica penetrare nesciūt: pro intentione tamen superne patrie docent recta quos possunt: de ipsis exterioribus que acceperūt: duplum talentum portant: Dumq3 se a carnis petulantia/ et a terrenarum rerum ambitu/ atq3 a visibilium voluptate custodiunt: ab his etiam alios admonēdo compescūt. Et sunt nonnulli qui quasi duobus talentis ditati/ intellectum atq3 operationem percipiunt: subtilia de internis intelligunt: mira in exterioribus operant. Cūq3 et intelligendo et operādo alijs predicāt: quasi duplicatum de negocio lucrū reportant. Bene autē alia quinq3 vel alia duo in lucrū venisse referūtur: quia dū vtriq3 sexui predicatio impenditur: quasi accepta talenta geminantur. Sed is qui vnū talentū acceperat/ abiēs fodit in terrā: et abscondit pecuniā dn̄i sui. Talentū in terra abscōdere/ est acceptum ingenium terrenis actib⁹ implicare: lucrum spirituale non querere: cor a terrenis cogitationib⁹ nunq3 leuare. Sunt nāq3 nōnulli qui donū intelligentie perceperunt: sed tamē sola q̄ carnis sunt sapiūt. De q̄bus per prophetā dicitur. Sapientes sunt vt faciant mala: bene autē facere nescierūt. Sed dn̄s qui talenta ptulit/ rationē positurus redit: quia is qui nunc pie spiritalia dona tribuit: districte in iudicio merita exigit. Quid quisq3 accepit/ cōsideret: et quod lucrum de acceptis reportet/ penset. Seruus qui geminata talenta retulit: a dn̄o laudatur: atq3 ad eternā remunerationē intromittitur: cū ei voce dn̄ica dicitur. [Euge serue bone et fidelis: q2 super pauca fuisti fidelis/ super multa te cōstituam: intra in gaudiū dn̄i tui.] Pauca quippe bona sunt oīa presentis vite: quālibet multa esse videātur/ cōparatione retributionis eterne. Sed tūc fidelis seruus super multa cōstituitur/ quādo deuicta omni corruptiōis molestia/ de eternis gaudijs in illa celesti sede gloriat. Tunc ad dn̄i sui gaudiū perfecte intromittit/ quādo in eterna illa patria assumptus/ atq3 angelorū cetibus admixtus/ sic interius gaudet de munere: vt non sit iam qd̄ exterius doleat de corruptione. Seruus autē qui operari de talēto noluit: ad dominū cū verbis excusationis redit/ dicēs: [Dn̄e: scio quia homo durus es: metis vbi nō seminasti: et cōgregas vbi non sparsisti: et timens abij et abscondi talentū tuū in terra. ecce habes qd̄ tuum est.] Notandū q2 inutilis seruus durū dn̄m vocat: cui tamē ad lucrum deseruire dissimulat. et timuisse se dicit in lucrū talentū expendere: qui hoc solū timere debuerat: ne hoc sine lucro ad dn̄m reportaret. Sunt enī plerīq3 intra sanctā ecclesiā (quorū iste seruus imaginem tenet) qui melioris vite vias aggredi metuūt: et tamē iacere in sui torporis ignauia nō pertimescūt. Cūq3 se peccatores considerāt/ sanctitatis vias arripere trepidant: et remanere in suis iniquitatibus nō formidāt. Quorū bene Petrus adhuc in infirmitate positus speciē tenet: cū viso miraculo piscū dixit: Exi a me dn̄e: q2 homo peccator sum. Immo si te peccatorē consideras: oportet vt a te dn̄m non repellas. Sed qui idcirco melioris habitus vias/ et rectioris vite apprehēdere arcē nolunt: quia infirmos se esse conspiciunt: quasi et peccatores se fatentur: et dominū repellunt: eumq3 in quo sanctificari debuerāt/ fugiūt: et velut in perturbatione consiliū nō habēt: dum moriūtur/ et vitam timent. Unde et huic seruo protinus respondetur. [Serue male et piger/ sciebas quia meto vbi nō semino: et congrego vbi non spargo? Oportuit ergo te dare pecuniam meam numularijs: et ego veniens recepissem vtiq3 qd̄ meū est/ cum vsura.] Ex verbis suis seruus piger cōstringitur: cum dn̄s dicit. [Meto vbi non semino: et congrego vbi non sparsi.] Ac si aperte dicat. Si iuxta tuam sententiam et illud exquiro qd̄ non dedi: quanto magis a te exigo qd̄ ad erogandum dedi? Pecuniam vero dare numularijs/ est eis scientiam predicationis impēdere: qui hanc valeant et dictis et operibus exercere. Sed sicut nostrum periculum aspicitis: si dominicā pecuniā tenēamus: ita vestrum fratres charissimi sollicite pensate: quia a vobis cum vsura exigitur: qd̄ auditis. In vsura quippe/ pecunie etiam nō data recipitur. Cum enim hoc redditur qd̄ acceptum fuerat: illud etiam superimpenditur qd̄ acceptum nō est. Pensate ergo fratres charissimi/ quia de accepta hac verbi pecunie vsuras soluetis: et curate vt ex eo quod auditis: etiam alia studeatis intelligere que non auditis: quatenus alia ex alijs colligentes: etiam illa discatis ex vobismetipsis agere: que necdū ex predicatoris ore didicistis. Pigrū vero seruū qua sententia feriat: audiamus. [Tollite ab eo talentū: et date ei qui habet decem talēta.] Opportunū valde videbatur: vt cum a malo seruo vnum talentum tollitur: ei potius qui duo/ q̄ qui quinq3 talēta acceperat daretur. Illi enim magis dari debuit: qui minus q̄ qui plus habuit. Sed (sicut superius diximus) per quinq3 talenta/ quinq3 videlicet sensus. i. exteriorum scientia designatur. Per duo autem/ intellectus et operatio exprimitur.

Margin notes (left column): Donis crescentibus rationes crescunt donorū. — I — Talenta q̄nq3/ duo et vnū qd̄ signant.

Margin notes (right column): K — Hier. iiij. — L — Ecclesia multos intra se habet q̄ melioris vite vias aggredi metuunt. — Luce. v. — M — Pecuniā numularijs dare quid significat. — Talenta duo q̄ acceptpl⁹

habuit q̃ ille qui habuerat quinq̃.

B

Plus ergo habuit qui duo/q̃ qui quinq̃ talenta perceperat: q2 qui per quinq̃ talenta/exteriorum administratioñe meruit: ab intellectu interior͛ adhuc vacuus fuit. Unũ ergo talentũ qd̃ intellectum significare diximus/ illi dari debuit/qui bene exteriora que acceperat/ministrauit. Qd̃ quotidie in sancta cernimus ecclesia: q2 plerisq̃ dum bene ministrant exteriora que accipiunt: p adiunctam gratiam/ad intellectũ quoq̃ mysticũ perducũtur: vt etiã de interna intelligentia polleant: qui exteriora fideliter administrant. Generalis etiã mox sententia subdatur: qua dicitur. Omni enĩ habẽti dabitur/ et abũdabit: ei autem qui nõ habet: et quod videtur habere/auferetur ab eo. Habenti nãq̃ dabit/et abũdabit: q2 quisquis charitatẽ habet: etiam dona alia pcipit. Quisquis charitatẽ non habet: etiã dona que pcepisse videbatur/ amittit. Unde necesse est fratres mei vt per omne qd̃ agitis/erga charitatis custodiã vigiletis. Charitas autẽ vera est/et amicũ diligere in deũ: et inimicũ diligere propter deũ. Quã quisquis nõ habet: omne bonum amittit quod habet: talento qd̃ acceperat priuatur: et iuxta dominicã sententiã/in exteriores tenebras mittit. Per penã quippe in exteriores tenebras cadit: qui per culpam suam spõte in interiores tenebras cecidit. Illic coact᷒ patitur tenebras vltionis: qui hic libẽter sustinuit tenebras voluptatis. Sciendum vero est q̃ nullus piger ab hac talẽti acceptione securus est. Nullus nãq̃ est qui veraciter dicat: Talentum minime accepi: nõ est vnde rationes ponere cogar. Talenti enim noĩe/cuilibet pauperi etiã hoc ipm reputabit: qd̃ vel minimũ accepit. Alius nãq̃ accepit intelligentiam predicationis: ministerium debet ex talẽto. Alius terrenã substantiã accepit: erogationẽ talenti debet ex rebus. Alius nec internorũ intelligẽtiam/nec rerum affluentiã accepit: sed tamẽ didicit artẽ qua pascitur: ipsa ars ei in talenti acceptionẽ reputatur. Alius nihil horũ assecutus est: sed tamen fortasse familiaritatis locũ apud diuitem meruit: talentũ profecto familiaritatis accepit. Si ergo nihil ei pro indigentibus loquitur: pro talenti retẽtione dãnatur. Habens ergo intellectũ/curet omnino ne taceat: habens rerũ affluẽtiam/vigilet ne a misericordie largitate torpescat. Habẽs artẽ qua regitur/magnopere studeat vt vsum atq̃ vtilitatem illius cũ proximo partiatur. Habens loquẽdi locũ apud diuitem/damnationem pro retento talento timeat: si cum valet/non apud eum pro pauperibus intercedat. Talentũ quippe ab vnoquoq̃ nostrũ venturus iudex exigit: quãtũ dedit. Ut ergo de talenti sui rationibus redeũte dño quisq̃ securus sit: cũ tremore penset quotidie quid accepit. Ecce nãq̃ iam iuxta est: vt ille qui peregre profectus est/redeat. Quasi q̃ppe peregre abijt: qui se de hac terra in qua natus est/lõge discessit: sed profecto reuertitur: vt de talẽtis rationes ponat: q2 si a bona actione torpescimus: de ipsis donis que contulit/nos districtius iudicat. Consideremus ergo que accepimus: atq̃ in eorũ erogatione vigilemus. Nulla nos a spiritali opere terrena cura impediat: ne si in terra talẽtum absconditur: talenti dñs ad iracundiã prouocetur. Piger etenĩ seruus/cũ iam culpas iudex examinet: talentum de terra leuat: quia sunt pleriq̃ qui tunc se a terrenis desiderijs vel operibus subtrahũt: quãdo iã p animaduersionẽ iudicis ad eternũ suppliciũ trahunt. Ante ergo de talenti nostri ponenda ratione vigilemus: vt cũ iam iudex ad feriendũ imminet: lucrũ nos quod fecimus excuset. Quod prestet nobis deus qui viuit. &c.

Charitas vera i duobus consistit.

B

Talentum quilibet a deo accepit.

Diuites debẽt esse liberales.

C

Lectio sancti euangelij sm̃ Mattheum.

Capi.ij.

Cum natus esset Jesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerũt hierosolymã: dicẽtes. Ubi est qui natus est rex iudeorum? Uidimus enim stellam eius in oriente: et venim᷒ adorare eũ. Audiens autẽ herodes rex turbatus est/ et omnis hierosolyma cũ illo. Et congregãs oẽs principes sacerdotũ et scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerũt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptũ est per prophetã. Et tu bethleẽ terra iuda: nequaq̃ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populũ meum israel. Tunc herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tẽpus stelle que apparuit eis. Et mittẽs illos in bethleem dixit. Ite et interrogate diligenter de puero: et cũ inueneritis/renũciate mihi vt et ego veniẽs adorem eũ. Qui cũ audissent regẽ/abierũt. Et ecce stella quã viderant in oriente/antecedebat eos: vsq̃dum veniẽs staret supra vbi erat puer. Uidẽtes autẽ stellã: gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domũ: inuenerũt puerũ cũ maria matre eius. Et procidentes/adorauerũt eum. Et apertis thesauris suis: obtulerunt ei munera aurũ/thus/et myrrhã. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodẽ: per aliã viam reuersi sunt in regionem suam.

Mich.v.

Homilia lectionis eiusdẽ habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli in die epiphanie. Homilia.x.

Sicut in lectione euangelica fratres charissimi audistis: celi rege nato/rex terre turbat᷒ est: q2 nimirũ terrena altitudo cõfunditur: cũ celsitudo celestis aperitur. Sed querendũ nobis est quidnã sit q̃ redẽptore nato/pastorib᷒ in iudea angelus apparuit: atq̃ ad adorandũ hunc ab oriente magos non angelus sed stella perduxit: Quia videlicet iudeis tanq̃ ratione vtentib᷒/rationale aĩal (id est angelus) predicare debuit: gẽtiles vero q2 vti ratione nesciebãt: ad cognoscẽdum dñm/nõ per vocẽ/sed p signa pducunt. Unde etiã per Paulũ dicit: Prophetie fidelib᷒ date sunt: non infidelib᷒. Signa autẽ infidelib᷒: non fidelib᷒. Quia et illis prophetie tanq̃ fidelib᷒ nõ infidelibus: et istis signa tanq̃ infidelibus nõ fidelibus data sunt. Et notandũ q̃ redẽptorẽ nostrũ cũ iam pfecte esset etatis: eisdem gentilib᷒ apostoli predicãt: eũq̃ paruulũ et necdũ per humani corporis officiũ loquentẽ/stella gẽtibus denũciat: q2 nimirum rationis ordo poscebat: vt et loquentẽ iam dñm loquẽtes nobis predicatores innotescerẽt: et necdũ loquẽtem elemẽta muta predicarẽt. Sed in oĩbus signis/que vel nascẽte dño/vel moriẽte monstrata sunt: considerãdũ nobis est quanta fuerit in quorũdam iudeorũ corde duritia: que hũc nec per prophetie donũ/nec p miracula cognouit. Oĩa quippe elemẽta auctorẽ suũ venisse testata sunt. Ut enĩ de eis quiddã vsu humano loquar: deũ hũc celi esse cognouerũt: q2 protinus stellã miserũt. Mare cognouit: q2 sub plãtis eius se calcabile prebuit. Terra cognouit: q2 eo moriẽte cõtremuit. Sol cognouit: q2 lucis sue radios abscondit. Saxa et parietes cognouerunt: q2 tẽpore mortis ei᷒ scissa sunt. Infernus agnouit: q2 hos quos tenebat mortuos reddidit. Et tamẽ hunc quẽ dominũ oĩa insensibilia elementa senserũt: adhuc infidelium iudeorũ corda deũ esse minime cognoscunt: et duriora saxis/scindi ad penitẽdum nolunt: eũq̃ confiteri abnegant: quẽ elemẽta (vt diximus) aut signis/aut scissionibus deũ clamant. Qui etiã ad damnationis sue cumulũ/eum quẽ natũ despiciũt nasciturũ longe ante presciuerũt. Et nõ solũ quia nasceretur nouerãt: sed etiam vbi nasceretur. Nam ab herode requisiti/locũ natiuitatis eius exprimũt: quẽ scripture auctoritate didicerũt. Et testimoniũ proferũt: q̃ bethleem honorari natiuitate noui ducis ostendit: vt ipsa eorũ gemina sciẽtia et illis fieret ad testimoniũ dãnationis: et nobis ad adiutoriũ credulitatis. Quos profecto bene Isaac cũ Jacob filiũ suũ benediceret/designauit: qui et caligãs oculis/et prophetãs/in presenti filiũ nõ vidit: cui tamẽ multa i posterũ preuidit. Qui nimirũ iudaicus populus prophetie spũ plenus et cecus/eum de quo multa in futurũ predixit: in presenti positũ nõ agnouit. Sed natiuitate regis nostri cognita: herodes ad callida argumenta conuertitur: et ne terreno regno priuaretur: renũciari sibi vbi puer inu=

Gentiles ad cognitionẽ dñi per signa sunt pducti.

Elemẽta oĩa deum venisse testata sunt.

Genes. xxvij.

G venſretur poſtulat. Adorare eū velle ſe ſimulat: vt hunc ſi inuenire poſſit/ extinguat. Sed quāta eſt humana malitia contra conſilium diuinitatis? Scriptū quippe eſt. Non eſt ſapientia/ non eſt prudentia/ non eſt conſilium cōtra dominū. Nam ea que apparuit ſtella magos perducit. Natū regē reperiunt: munera deferunt. Et ne redire ad herodē debeant: in ſomnis admonentur. Sicq; fit vt Jeſum quē querit herodes/ inuenire nō poſſit. Cui⁹ perſona qui alij q̄ hypocrite deſignant: qui dū ficte querunt/ inuenire dñm nunq̄ merentur? ¶ Sed inter hec ſciendū eſt q̄ priſcillianiſte heretici naſci vnūquēq; hominē ſub conſtitutionibus ſtellarum putant: et hoc in adiutoriū ſui erroris aſſumunt: q̄ noua ſtella exijt cum domin⁹ in carne apparuit. Cuius fuiſſe fatū eandē q̄ apparuit ſtellam/ putant. Sed ſi euangelij verba penſamus: quib⁹ de eadē ſtella dicit: Uſq; dū veniēs ſtaret ſupra vbi erat puer: Jodū non puer ad ſtellam: ſed ſtella ad puerū cucurrit: ſi dici liceat/ non ſtella fatū pueri: ſed fatū ſtelle is q̄ apparuit puer fuit. Sed a fideliū cordibus abſit vt aliquid eſſe fatū dicant. Uitā quippe hominū ſolus hanc conditor qui creauit adminiſtrat. Neq; enim ppter ſtellas homo: ſed ſtelle propter hominē facte ſunt. Et ſi ſtella fatū hois dicitur: ipſa ſuis miniſterijs ſubeſſe homo perhibetur. Certe cū Jacob de vtero egrediēs/ prioris fratris plātam teneret manu: prior pfecte neq̄q̄ egredi potuit: niſi et ſubſequēs inchoaſſet: et tñ cū vno tempore/ eodēq; momēto vtrūq; mater fuderit: nō vna vtriuſq; vite qualitas fuit. Sed ad hoc ſolent mathematici reſpondere: quia virtus conſtellationis in ictu puncti eſt. Quibus e diuerſo nos dicim⁹: quia magna eſt mora natiuitatis. Si igitur in ictu puncti cōſtellatio permutatur: neceſſe iam erit: vt tot dicant fata quot ſunt membra naſcentiū. Fateri etiam mathematici ſolent: q̄ quiſquis ſigno aquarij naſcitur: in hac vita piſcatoris miniſteriū ſortiatur. Piſcatores vero (vt fertur) getulia nō habet. Quis ergo dicat q̄ nemo illic i ſtella aquarij naſcitur/ vbi piſcator omnino non habetur? Rurſum quos naſci ſigno libre aſſerunt: trapezitas futuros dicunt: et trapezitas multarū gentiū prouincie ignorant. Fateatur ergo neceſſe eſt: aut hoc in eis ſignū deeſſe: aut effectū fatalem nullo modo habere. In perſarū quoq;/ francorū q; terra reges ex genere prodeunt: quibus profecto naſcentibus quis eſtimet quanti eiſdē momentis horarū ac temporum ex ſeruili cōditione naſcuntur: et tñ regū filij vno eodēq; ſydere cū ſeruis nati/ ad regnū proficiunt: cū ſerui qui ſecū fuerāt geniti in ſeruitute moriant. Hec de ſtella breuiter diximus/ ne mathematicorū ſtultitiā indiſcuſſam preteriſſe videamur. ¶ Magi vero aurū/ thus/ et myrrham deferūt. Aurum quippe regi cōgruit. Thus vero in dei ſacrificiū ponitur. Myrrha autē mortuorū corpora conditur. Eum ergo magi quē adorāt: etiam myſticis muneribus predicant/ auro regē/ thure deū/ myrrha mortalē. Sunt vero nonnulli heretici qui hūc deum credunt: ſed vbiq; regnare nequaq̄ credunt. Hi profecto et thus offerunt: ſed offerre etiā aurū nolūt. Et ſunt nōnulli qui hunc regē exiſtimāt: ſed deū negant. Hi videlicet ei aurū offerunt: ſed offerre thus nolunt. Et ſunt nōnulli qui hunc et deum et regē fatentur: ſed aſſumpſiſſe carnem mortalē negant. Hi nimirū ei aurū et thus offerūt: ſed offerre myrrhā aſſumpte mortalitatis nolunt. Nos itaq; nato dño offeramus aurum: vt hunc vbiq; regnare fateamur. Offeramus thus: vt credamus q̄ is qui in tēpore apparuit: deus ante tēpora extitit. Offeram⁹ myrrham: vt eum quē credimus in ſua diuinitate impaſſibilem: credamus etiā i noſtra fuiſſe carne mortalē. Quāq̄ in auro/ thure/ et myrrha intelligi et aliud poteſt. Auro nāq; ſapientia deſignatur: Salomone atteſtāte/ qui ait: Theſaur⁹ deſiderabilis requieſcit in ore ſapiētis. Thure autē qḋ deo incēditur: virtus orationis exprimitur: Pſalmiſta teſtante/ qui dicit: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in cōſpectu tuo. Per myrrhā vero carnis noſtre mortificatio figuratur. Unde ſancta eccleſia de ſuis operarijs vſq; ad mortē pro deo certantibus dicit: Man⁹ mee diſtillauerunt myrrhā. Nato ergo regi aurū offerimus: ſi in conſpectu illius claritate ſuperne ſapientie reſplendemus. Thus offerimus: ſi cogitationes carnis per ſancta orationū ſtudia in ara cordis incendim⁹: vt ſuaue aliquid deo p celeſte deſideriū redolere valeamus. Myrrhā offerimus/ ſi carnis vitia per abſtinentiā mortificamus. Per myrrhā nāq; (vt diximus) agit ne mortua caro putreſcat. Mortuam vero carnē putreſcere eſt/ hoc mortale corp⁹ fluxui luxurie deſeruire: ſicut de quibuſdā per prophetā dicitur: Computruerūt iumēta in ſtercore ſuo. Jumēta quippe in ſtercore ſuo putreſcere eſt: carnales hoīes in fetore luxurie vitā finire. Myrrham ergo deo offerim⁹: quādo hoc mortale corpus a luxurie putredine per condimentū continētie cuſtodim⁹. Magnum vero nobis aliquid magi innuūt: q̄ in regionem ſuā per aliā viam reuertūtur. In eo nāq; qḋ admoniti faciūt: nobis profecto inſinuāt quid faciamus. Regio quippe noſtra paradiſus eſt. Ad quā Jeſu cognito/ redire per viam qua venimus prohibemur. A regione etenī noſtra ſuperbiendo: inobediēdo: viſibilia ſequēdo: cibum vetitū guſtando/ diſceſſimus: ſed ad eam neceſſe eſt vt flendo/ obediendo/ viſibilia contēnendo/ atq; appetitū carnis refrenando/ redeamus. Per aliā ergo viā ad regionē noſtram regredimur: quoniā qui a paradiſi gaudijs per delectamēta diſceſſimus: ad hec per lamenta reuocamur. Unde neceſſe eſt fratres chariſſimi/ vt ſemper pauidi ſemperq; ſuſpecti ponam⁹ ante oculos cordis hinc culpas operis: illinc iudiciū extreme diſtrictiōis. Penſemus q̄ diſtrictus iudex veniat: qui iudiciū minatur et latet. Terrores pctōribus intentat: et tamen adhuc ſuſtinet. Et idcirco venire citius differt: vt minus inueniat quod cōdemnet. Puniamus fletibus culpas: et cū pſalmiſte voce preueniamus faciē eius in cōfeſſione. Uoluptatum nos ergo fallacia nulla decipiat: nulla vana letitia ſeducat. In proximo nāq; eſt iudex q̄ dixit: Ue vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis et flebitis. Hinc enī Salomō ait. Riſus dolori miſcebitur: et extrema gaudij luctus occupat. Hinc iterū dicit. Riſum deputaui errorem/ et gaudio dixi: quid fruſtra deciperis? Hinc rurſus ait. Cor ſapiētiū vbi triſtitia eſt: et cor ſtultorum vbi letitia. Pertimeſcamus ergo precepta dei: ſi celebramus veraciter ſolēnitatem diei. Gratum namq; deo ſacrificiū eſt afflictio contra peccatum: pſalmiſta teſtante/ qui ait. Sacrificiū deo ſpūs cōtribulatus. Peccata noſtra preterita in baptiſmatis perceptione laxata ſunt: et tamen poſt baptiſma multa cōmiſimus: ſed lauari iterum baptiſmatis aqua nō poſſumus. Quia ergo et poſt baptiſma inquinauimus vitā: baptizem⁹ lachrymis conſcientiā: quatenus a regionē noſtrā per viam aliā repetētes: qui ex ea bonis delectati diſceſſimus: ad eam malis amaricati redeamus: preſtante dño. &c.

Marginalia: puer. xxi. — Uita hūa na neq; a ſtellis neq; a fato adminiſtrat: ſed a ſolo creatore. — Geñ. xxv. — H — Piſcatores getulia nō habet. — Regū munere xpo oblata qḋ ſignificat. — I — Aurum ſapientiā ſignificat. Thus orationem. — puer. xxi. — Pſal. cxl. — Canti. v. — K — Joel. j. — Jumenta in ſtercore putreſcere qḋ eſt. — Regionē noſtrā paradiſum ſcȝ paliā viā q̄rere debemus. — L — Pſ. xciiij. — Luce. vi. — Prouer. xiiij. — Eccles. ij. — Eccle. vij. — Pſal. l. — Mat. xiij. — M

¶ Lectio ſancti euangelij ſm Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnū celorū theſauro abſcōdito in agro: quem qui inuenit homo abſcondit: et pre gaudio illi⁹ vadit: et vēdit vniuerſa que habet: et emit agrum illum. Iterū ſimile eſt regnū celorū homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuēta autē vna precioſa margarita/ abijt et vendidit vniuerſa que habuit: et emit eam. Iterum ſimile eſt regnū celorum ſagene miſſe in mare: et ex omni genere piſcium cōgreganti. Quā cū impleta eſſet educentes/ et ſecus littus ſedentes/ elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autē foras miſerūt. Sic erit in cōſummatione ſeculi. Exibunt angeli: et ſeparabunt malos de medio iuſtorū: et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et ſtridor dentiū. Intellexiſtis hec omnia? Dicūt ei: etiā. Ait illis. Ideo omnis ſcriba doctus in regno celorum/ ſimilis eſt homini patrifamilias: qui profert de theſauro ſuo noua et vetera.

¶ Homilia lectionis eiuſdem habita ad populum in baſilica ſancte Agnetis in die natalis

A cius.

Homilia.xj.

Celorū regnū fratres charissimi idcirco terrenis rebus simile dicitur: vt ex his que animus nouit/surgat ad incognita que non nouit: quatenus exemplo visibiliū se ad inuisibilia rapiat: et p ea que vsu didicit:quasi cōfricat⁹ incalescat: vt per hoc qđ scit notū diligere:discat τ incognita amare. Ecce enī celorū regnū thesauro abscōdito in agro cōparatur: quē qui inuenit homo abscōdit: τ pre gaudio illius vadit et vēdit vniuersa que habet: τ emit agrū illum. Qua in re hoc quoqꝫ notandū est q̄ inuent⁹ thesaurus absconditur vt seruetur: quia studiū celestis desiderij malignis spiritib⁹ custodire non sufficit: qui hoc ab humanis laudibus nō abscōdit. In presenti etenim vita quasi in via sumus/qua ad patriā pergimus. Maligni autē spūs iter nostrū quasi quidā latrūculi obsident. Depredari ergo desiderat: qui thesaurū publice portat in via. Hoc autē dico:nō vt proximi opera nostra bona non videāt: cum scriptū sit: Videāt opera vestra bona: et glorificēt patrē vestrū qui in celis est: sed vt per hoc qđ agimus: laudes exterius nō queramus. Sic autem sit opus in publico: quatenus intentio maneat in occulto: vt et de bono opere proximis prebeamus exemplū: et tñ per intentionem qua deo soli placere querimus: semp optemus secretū. Thesaurus autē celeste est desideriū: ager vero in quo thesaurus absconditur/disciplina studij celestis. Quē profecto agrum venditis oībus cōparat: qui voluptatibus carnis renūciāns: cuncta sua terrena desideria per disciplinē celestis custodiā calcat: vt nihil iam quod caro blanditur libeat: nihil quod carnalē vitam trucidat: spūs perhorrescat. Rursum celeste regnum negociatori homini simile dicitur: qui bonas margaritas querit: sed vnā preciosam inuenit: quam videlicet inuentā/oīa vendens emit: quia qui celestis vite dulcedinē inquātum possibilitas admittit/pfecte cognouerit: ea q̄ in terris amauerat/libēter cūcta dereliquit: in cōparatione eius vilescunt oīa: deserit habita: congregata dispergit: inardescit in celestibus anim⁹: nihil in terrenis libet: deforme conspicitur quicquid de terrene rei placebat specie: q2 sola preciose margarite claritas fulget in mente. De cuius dilectione recte per salomonē dicitur: Fortis est vt mors dilectio. quia videlicet sicut mors corpus interimit: sic ab amore rerū corporaliū/eterne vite charitas occidit. Nam quem perfecte absorbuerit: ad terrena foris desideria velut insensibilē reddit. Nec enim sancta hec cui⁹ hodie natalitia celebramus: mori pro deo potuisset in corpore: si prius a terrenis desiderijs mortua nō fuisset in mente. Erectus nāqꝫ in virtutis culmine animus tormēta despexit: pmia calcauit. Ante armatos reges et presides inuicta stetit/ferientē robustior/iudicāte sublimior. Quid inter hec nos barbati et debiles dicimus/q̄ ire ad regna celestia puellā per ferrum videmus: Quos ira superat: superbia inflat: ambitio perturbat: luxuria inquinat. Qui si adipisci regna celorum per bella persecutionū non possumus: hoc ipsum nobis turpe sit q̄ deū nolum⁹ saltem per pacē sequi. Ecce nulli nostrū hodie tēpore dicit de⁹/Pro me morere: sed illicita tñmodo in te desideria occide. Qui ergo i pace subigere carnis desideria nolumus: quando in bello pro deo ipsam carnē daremus: ¶ Rursus simile esse regnū celorū sagene in mare misse dicitur/ex omni genere pisciū congreganti: que impleta ad littus educit: et in vasis boni pisces eligantur: mali autem proijciuntur foras. Sctā ecclesia sagene cōparatur: quia et piscatoribus est cōmissa: et per eam quisqꝫ ad eternū regnū a presentis seculi fluctibus trahitur: ne in eterne mortis pfunda mergatur. Que ex omni genere pisciū cōgregat: quia ad peccatorū veniam sapientes et fatuos/liberos et seruos/diuites et pauperes fortes τ infirmos vocat. Unde per psalmistā deo dicitur. Ad te omnis caro veniet. Que sagena scꝫ ecclesia tunc vniuersaliter repletur: cū in fine suo humani generis summa cōcluditur. Quā educunt: et secus littus sedent: quia sicut mare seculū: ita seculi finē significat littus maris. In quo scꝫ fine boni pisces in vasis eligunt: mali autē proijciūtur foras: quia et electus quisqꝫ in tabernacula eterna recipitur: τ interni regni luce perdita/ad exteriores tenebras reprobi pertrahūtur. Nunc enī bonos malosqꝫ cōmuniter quasi permixtos pisces/fidei sagena nos cōtinet: sed littus indicat sancte ecclesie sagena quid trahebat. Et quidē pisces qui capti fuerint/mutari nō possūt: nos autem mali capimur: sed in bonitate permutamur. Cogitemus igitur in captione ne diuidamur in littore. Ecce q̄ grata est nobis hodierna solennitas: ita vt se non modicū addicat/si cui ex hoc conuentu nostro deesse cōtingat. Quid ergo in die illa acturus est/qui a cōspectu iudicis rapitur: ab electorū societate separatur: q̄ tenebrescit a lumine: cruciatur eterna combustione: Unde et hanc eandē cōparationem dominus sub breuitate aperit cū subiūgit. [Sic erit in cōsummatione seculi. Exibunt angeli: et separabūt malos de medio iustorū: et mittent eos i caminū ignis. Ibi erit fletus τ stridor dentiū.] Hoc iam fratres charissimi timēdū est poti⁹ q̄ exponendū. Aperta enī voce tormēta peccantiū dicta sunt: ne quis ad ignorantie sue excusationem recurreret/si quid de eterno supplicio obscure diceretur. Unde subditur: [Intellexistis hec oīa: Dicūt ei: Utiqꝫ dñe.] Atqꝫ in conclusione subiūgitur. [Ideo ois scriba doctus in regno celoꝝ similis est homini patrifamilias proferēti de thesauro suo noua et vetera.] Si p nouū τ vetus qđ dicitur: vtrūqꝫ testamentū accipimus: abrahā doctū fuisse denegamus: qui noui et veteris testamenti etsi facta nouit: minime verba percipit. Moysen quoqꝫ docto patrifamilias cōparare non possumus: qui etsi testamentū vetus edocuit/noui tñ dicta nō protulit. Hū ergo ab hoc intellectu excludimur/ad aliū vocamur. Sed in eo qđ veritas dicit: Ois scriba doct⁹ in regno celorū similis est patrifamilias: intelligi valet q2 nō de his qui fuerāt: sed de his qui esse in ecclesia poterant loquebatur. Qui tunc noua et vetera proferunt: cū vtriusqꝫ testamenti predicamēta vocibus et morib⁹ loquūtur. Quod tñ intelligi τ aliter potest. Vetustū quippe humani generis fuit/ad inferni claustra descēdere: p peccatis suis supplicia eterna tolerare. Cui per mediatoris aduentū/nouum aliquid accessit/vt si hic recte studeat viuere: celorū regna valeat penetrare. Et homo in terra editus/a corruptibili vita moriatur in celo collocandus. Et vetus itaqꝫ est/vt pro culpa humanū genus in eterna pena intereat: τ nouū vt conuersus in regno viuat. Quod ergo in pclusione locutionis sue dñs subdidit: hoc est vtiqꝫ qđ premisit. Prius enī de regni similitudine thesaurū inuētū/ac bonā margaritam protulit: postmodū vero inferni penas de malorū cōbustione narrauit: atqꝫ i cōclusione subiūxit. [Ideo ois scriba doct⁹ in regno celorū similis est patrifamilias proferenti de thesauro suo noua et vetera.] Ac si aperte diceret. Ille in sancta ecclesia doctus predicator est: qui et noua scit proferre de suauitate regni: τ vetusta dicere de terrore supplicij: vt vel pena terreat: quos pmia nō inuitāt. Audiat de regno qđ amet: audiat de supplicio vnusquisqꝫ quod timeat: vt torpentē animū τ terre vehemēter inherentē/si amor ad regnū nō trahit: vel timor minet. Ecce enī de gehēne expressione dicitur [Ibi erit fletus τ stridor dentiū.] Sed q2 presentia gaudia sequitur perpetua lamēta: hic fratres charissimi vanam letitiam fugite: si illic flere formidatis. Nemo etenī potest et hic gaudere in seculo/et illic regnare cū christo. Temporalis itaqꝫ letitie fluxa restringite: carnis voluptates edomate. Quicquid animo ex presenti seculo arridet: ex cōsideratione eterni ignis amarescat. Quicquid in mente puerīliter hilarescit: hoc discipline iuuenilis censura coerceat: vt dū spōte tēporalia fugitis: eterna gaudia sine labore capiatis: prestāte dño nostro Jesu xpo: qui viuit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Thesaurus publice in via portās depredari desiderat.

Vite celestis capiendas cuncta terrena facile derelinquit.

Can.viij.

Deus nō querit q̄ pro eo moriamur.

Ecclesia sagene cōparatur.

Ps.lxiiij.

Mari littus seculi finē significat.

Tormēta peccātiū.

Regnum celorū penetrare valebit: q̄ hic recte viuere studebit.

Predicator quando dicit doctus.

Lamēta sequuntur gaudia.

¶ Lectio sancti euangelij scđm Mattheum.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis parabolā hāc. Simile est regnū celorum decem virginibus: que accipiētes lampades suas/exierunt obuiam spōso et sponse. Quinqꝫ autem ex eis erant fatue: et quinqꝫ prudentes. Sed quinqꝫ fatue acceptis lampadibus nō sumpse-

Mat.xxv.

G

runt oleũ secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadib⁹. Moram autem faciente sponso: dormitauerunt omnes et dormierũt. Media aũt nocte clamor factus est/ ecce sponsus venit: exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornauerunt lãpades suas. Fatue autẽ sapientib⁹ dixerunt. Date nobis de oleo vestro: q: lampades nostre extinguũtur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis ⁊ vobis: ite potius ad vẽdentes: ⁊ emite vobis. Dum autem irent emere: venit sponsus: et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime vero veniunt ⁊ reliq̃ virgines dicentes. Dñe domine: aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis: nescio vos. Uigilate itaq3: quia nescitis diem neq3 horam

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancte agnetis in die natalis eius. Homilia. xij.

H

Saepe vos fratres charissimi admoneo praua opera fugere: mundi huius inquinamẽta deuitare: sed hodierna sancti euãgelij lectione cõpellor dicere/ vt et bona que agitis/ cũ magna cautela timeatis: ne per hoc quod a vobis recte geritur: fauor aut gratia humana requiratur. Ne appetitus laudis surrepat: et quod foris ostenditur: intus a mercede vacuetur. Ecce enim redẽptoris voce decẽ virgines: ⁊ oẽs dicuntur virgines: et tñ intra beatitudinis ianuã nõ oẽs sunt recepte: quia earũ quedã dũ de virginitate sua gloriam foris expetũt: in vasis suis oleũ habere noluerunt.

Bona agens nõ querat fauorem humanum.

Sed prius querendũ nobis est quid sit regnũ celorũ: aut cur decẽ virginibus cõparetur: que etiã virgines prudẽtes et fatue dicũtur. Dum enim celorũ regnum constat quia reproborũ nullus ingreditur: etiam fatuis virginibus cur simile esse perhibet? Sed sciẽdũ nobis est q̃ sepe in sacro eloquio regnum celorũ/ presentis temporis ecclesia dicitur. De quo alio in loco dñs dicit. Mittet filius hominis angelos suos: et colligent de regno eius omnia scandala. Neq3 enĩ in illo regno beatitudinis in quo pax summa est: inueniri scandala poterũt que colligantur. Et vnde rursum dicitur. Qui ergo soluerit vnũ de mandatis istis minimis/ ⁊ docuerit sic hoĩes: hic minim⁹ vocabitur in regno celorũ. Qui autẽ fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorũ. Mandatũ q̃ppe soluit ⁊ docet: q̃ hoc quisq3 voce predicat/ quod viuẽdo non implet. Sed ad regnũ eterne beatitudinis peruenire nõ valet: qui non vult opere implere quod docet. Quõ ergo in eo minimus vocabitur: q̃ adhuc nullo modo intrare pmittitur? Quid itaq3 per hanc sententiã nisi presens ecclia regnũ celorũ dicitur? In qua doctor qui mandatũ soluerit: minimus vocatur: quia cui⁹ vita despicitur: restat vt et⁹ predicatio contẽnatur. In quinq3 autẽ corporis sensibus vnusquisq3 subsistit: geminatus autem quinarius denariũ perficit. Et quia ex vtroq3 sexu fideliũ multitudo colligitur/ sancta ecclesia decẽ virginibus similis denũciatur. In qua quia mali cum bonis/ et reprobi cũ electis admixti sunt: recte similis virginibus prudẽtibus et fatuis esse perhibetur. Sũt nãq3 pleriq3 continentes: qui ab appetitu se exterius custodiunt: et spe ad interiora rapiũtur: carnẽ macerant: et toto desiderio ad supernã patriã anhelant: eterna premia expetũt: pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hi nimirũ gloriã suã non in ore hominũ ponunt: sed intra conscientiã contegunt. Et sunt plerique qui corpus per abstinentiã affligũt: sed de ipsa sua abstinentia humanos fauores expetũt: doctrine inseruiũt: indigentibus multa largiuntur. Sed fatue profecto sunt virgines: quia solã laudis transitorie retributionẽ querunt. Unde et apte subditur. [Quinq3 fatue acceptis lãpadibus non sumpserũt oleũ secũ: prudentes autẽ acceperũt oleũ in vasis suis cum lãpadibus.] Per oleũ quippe nitor glorie designatur: vascula autẽ nostra sunt corda: in quibus ferimus cũcta que cogitamus. Prudẽtes ergo oleũ in vasis habent: quia nitorẽ glorie intra conscientiã retinent: Paulo attestãte/ qui ait. Gloria nostra hec est/ testimoniũ conscientie nostre. Fatue autem virgines oleũ secũ non sumunt: quia gloriã intra conscientiã non habent: dũ hanc ab ore proximorũ querũt. Notandũ vero q̃ oẽs lãpades habent: sed oẽs oleũ non habent: quia plerũq3 bona in se opera cũ electis et reprobi ostendũt: sed soli ad spõsum cum oleo veniũt: qui de his que foris egerint: intus gloriã requirũt. Unde per psalmistã quoq3 de sanctorũ electorũ ecclesia dicitur. Ois gloria ei⁹ filie regis ab intus. [Morã autẽ faciente sponso/ dormitauerũt oẽs et dormierũt.] Quia dũ venire iudex ad extremũ iudiciũ differt: electi et reprobi in mortis somno sopiũtur. Dormire etenim mori est. Ante somnũ vero dormitare/ est ante mortẽ a salute languescere: quia per põdus egritudinis: peruenitur ad somnũ mortis. [Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit/ exite obuiã ei.] De aduentu sponsi clamor in media nocte fit: quia sic dies iudicij surrepit/ vt preuideri nõ valeat/ qñ venit. Unde scriptum est: Dies dñi sicut fur in nocte ita veniet. Tunc oẽs virgines surgũt: quia electi ⁊ reprobi a somno sue mortis excitantur. Lãpades ornant: q̃ sua secũ opera numerãt: pro quibus eternã recipere beatitudinẽ expectãt. Sed lãpades fatuarũ virginũ extinguũtur: q: earũ opera que clara hoibus foris apparuerant: in aduentu iudicis int⁹ obscurant: ⁊ a deo retributionẽ nõ inueniũt: q: pro eis receperũt ab hoibus laudes quas amauerũt. Quid est autẽ q̃ tunc a prudentibus oleũ petũt: nisi q̃ in aduentu iudicis cũ se intus vacuas inuenerint/ testimoniũ foris querunt? Ac si a sua fiducia decepte proximis dicant: Quia nos quasi sine opere repelli conspicitis: dicite de nostris operibus q̃d vidistis. Sed prudẽtes virgines respondẽt dicẽtes: [Ne forte nõ sufficiat nobis et vobis.] In illo enim die (quod tñ de quibusdã in pace ecclesie quiescẽtibus loquor) sibimetipsi testimoniũ vniuscuiusq3 vix sufficit: q̃to minus et sibi ⁊ proximo? Unde et protinus per increpationẽ subdunt: [Ite potius ad vendẽtes/ et emite vobis.] Uenditores quippe olei: adulatores sunt. Qui enĩ accepta qualibet gratia/ vanis suis laudibus nitorẽ glorie offerũt: quasi oleũ vendũt. De quo ꝑfecto oleo psalmista dicit: Oleũ autẽ peccatoris non impinguet caput meũ. Principale etenĩ nostrũ: caput est. Appellatione aũt capitis/ ea que principatur corpori: mens vocatur. Impinguat ergo caput oleum peccatoris: cũ demulcet mentẽ fauor adulãtis. [Sed cũ irent emere: venit spõsus] quia cũ vite sue testimoniũ a proximis querũt: iudex venit: qui nõ solũ operũ/ sed et cordiũ testis est. [Que autẽ parate erant/ intrauerũt cũ eo ad nuptias: et clausa est ianua.] O si sapere in cordis palatio possit: quid admirationis habet quod dicitur/ venit sponsus: Quid dulcedinis: intrauerunt cum eo ad nuptias: Quid amaritudinis: ⁊ clausa est ianua? Uenit quippe ille qui aduentu suo elementa côcutit: in cuius conspectu celum et terra contremiscit. Unde etiã per prophetã dicit: Adhuc semel: et ego mouebo nõ solũ terrã: sed etiã celũ. Ad cuius examẽ omne humanũ genus deducitur. Cui ad vindictã malorũ/ remunerationẽq3 bonorũ: angeli/ archangeli/ throni/ principatus et dñationes obsequũtur. Pensate fratres charissimi/ ante cõspectũ tanti iudicis/ qui in illo die terror erit: quãdo iam in pena remediũ non erit. Que illa cõfusio/ cui reatu suo exigente cõtinget in pñtia omniũ angelorũ hominũq3 erubescere. Qui pauor/ eũ quẽ et tranquillũ mens humana capere nõ valet/ etiã iratũ videre. Quẽ diem bene prophetã intuẽs ait: Dies ire dies illa: dies tribulationis et angustie: dies calamitatis et miserie: dies tenebrarũ et caliginis: dies nebule et turbinis: dies tube et clangoris. Pẽsate ergo fratres charissimi/ extremi diẽ iudicij super corda reproborũ qua asperitate propheta vidit amarescere: quẽ tot appellationib⁹ nõ valet explicare. Quãta vero tunc erit electorũ letitia q̃ de eius merentur visione gaudere/ de cui⁹ conspectu vident et elementa oĩa contremiscere. cum eo simul ad nuptias intrare: qui et in sponsi nuptijs gaudent: et tamen ipsi sunt sponse: quia in illo eterni regis thalamo visioni nostre deus cõiũgitur. Que scz visio nũq3 iam in per:

Regnũ celorũ dr quãdoq3 ecclesia.

Mat. xiij.

Mat. v. c.

J

Doctor malus vocatur minimus.

K

ij. Cor. j.

Ps. xliiij.

Dormire mori est.

j. Thes. v.

L

Adulatores dicuntur olei vẽditores.

Ps. cxl.

M

Aggei. ij.

Judicij dies terribilis erit.

Sopho. j.

B petuũ ab amoris sui amplexibus euelletur. Tunc regni ianua lugentibus claudetur: que modo quotidie penitentibus aperitur. Erit nãq̃ et tunc penitentia/sed fructuosa iam nõ erit: quia nequaq̃ tunc veniã inueniet: qui modo aptũ venie tẽpus perdit. Hinc enim paulus dicit: Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Hinc propheta ait: Querite dñm dũ inueniri potest: inuocate eũ dum prope est. Unde et easdẽ virgines fatuas inuocantes dñs non audit: quia interclusa regni ianua: is q̃ nũc per exauditionem prope esse poterat: prope iam nõ erit. Nam subditur. [Nouissime veniunt et relique virgines dicẽtes. Dñe dñe aperi nobis. At ille respõdẽs ait. Amẽ dico vobis/nescio vos.] Ibi iam a deo nõ potest mereri qđ petit: qui hic noluit audire qđ iussit: quia qui tẽpus congrue penitentie perdidit: frustra ante regni ianuam cũ precibus venit. Hinc est enim qđ per Salomonẽ dñs dicit. Uocaui/et renuistis: extendi manũ meã/ et nõ fuit qui aspiceret. Despexistis omne consiliũ meũ: et increpationes meas neglexistis. Ego quoq̃ in interitu vestro ridebo: et subsannabo cũ vobis quod timebatis aduenerit: cum irruerit repentina calamitas: et interitus quasi tẽpestas ingruerit: quãdo venerit sup vos tribulatio et angustia. Tunc inuocabũt me/et non exaudiã: mane cõsurgent/et non inuenient me. Ecce aperiri clamant: et repulsionis sue dolore cõpulse/appellationẽ dominatiõis ingeminant dicẽtes [Dñe dñe aperi nobis.] Precem offerũt/sed nesciuntur: quia tunc velut incognitos dñs deserit: quos modo suos per vite meritum nõ agnoscit. Ubi apte quoq̃ generalis ad discipulos exhortatio subinfertur/cũ dicit [Uigilate itaq̃ quia nescitis diem neq̃ horam.] Quia post pctm̃ deus penitẽtiam suscipit: si sciret quisq̃ de p̃senti seculo quo tẽpore exiret: aliud tẽpus voluptatib⁹/et aliud penitẽtie aptare potuisset. Sed q̃ penitẽti veniã spopõdit: peccãti diẽ crastinũ nõ promisit. Semp ergo extremũ diẽ debem⁹ metuere: quẽ nũq̃ possumus preuidere. Ecce hũc ipm diẽ de quo loq̃mur: ad inducias cõuersionis accepimus: et tamẽ mala que fecimus/flere recusam⁹. Non solũ cõmissa nõ plangim⁹: sed etiã que defleant augem⁹. At si aliqua nos egritudo corripuerit: si signa egritudinis vicinã mortẽ denunciant: inducias viuẽdi querimus: vt peccata nostra defleamus: et eas cũ magno estu desiderii petimus: quas acceptas modo pro nihilo habemus. ¶ Rem fratres charissimi refero/quã si intente audire vult charitas vestra/ex cõsideratione illius vehementer instruitur. Quidã vir nobilis in Ualeria prouincia noie Chrisaurius fuit: quẽ lingua rustica populus chrisoriũ vocabat. vir valde diues: sed tantũ plenus vitiis quantũ rebus: superbia tumidus: carnis sue voluptatibus subditus: in acquirendis rebus/auaritie facibus accẽsus. Sed cũ tot malis dñs finẽ ponere decreuisset (sicut a religioso quodã qui nũc superest: propinquo illius didici) corporis lãguore percussus est. Qui ad extremũ veniens/ea hora qua iam de corpore erat exiturus/apertis oculis vidit tetros et nigerrimos spũs corã se assistere/et vehemẽter imminere/ vt ad inferni claustra se raperent. Cepit tremere/pallescere/sudare/et magnis vocib⁹ inducias petere: filiũq̃ suũ nomine Maximũ (quẽ ipse iã monachus monachũ vidi) nimiis et turbatis clamoribus vocare/dicẽs. Maxime curre: Maxime curre: nũq̃ tibi aliqđ mali feci: in fidẽ tuã me suscipe. Turbat⁹ mox Maxim⁹ affuit: lugẽs et perstrepẽs familia cõuenit. Eos autẽ quos ille infestantes sibi grauiter tolerabat: ipsi malignos spirit⁹ videre nõ poterãt: sed eorũ presentiã in cõfusione/in pallore ac tremore illi⁹ qui trahebat/videbãt. Pauore autẽ terrore eorũ imaginis/huc illucq̃ vertebatur in lectulo. Iacebat in sinistro latere/aspectũ eorũ ferre non poterat: vertebatur ad parietẽ/ibi aderant. Cũq̃ constrictus nimis relaxari se iam posse desperaret/cepit magnis vocibus clamare dicens: Inducias vel vsq̃ mane: inducias vel vsq̃ mane. Sed cũ hec clamaret: in ipsis suis vocib⁹ de habitaculo sue carnis euulsus est. De quo nimirũ constat: quia pro nobis ista non pro se viderit: vt eius visio nobis proficiat: quos adhuc diuina patientia longanimiter expectat. Nã illi tetros spũs ante mortẽ vidisse/et inducias petisse/quid profuit/ qui easdẽ inducias quas petiit nõ accepit? Nos ergo fratres charissimi nũc sollicite ista cogitemus: ne nobis in vacuũ tẽpora pereant: et tunc queramus ad bene agendum viuere: cum iã cõpellimur de corpore exire. Mementote quid veritas dicat: Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Per legis quippe mãdatũ ambulare longius in sabbato non licet. hyemis quoq̃ ad ambulandũ impedimento est: quia gressus ambulantiũ torpor frigoris adstringit. Ait ergo. Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Ac si aperte dicat/Uidete ne tũc quratis peccata vestra fugere/quãdo iam non licet ambulare. Illud ergo tempus quo fugere non licet: modo debet cogitari dum licet. Illa hora nostri exitus est semp intuẽda: ista redemptoris nostri admonitio ante mentis oculos semp ponẽda/qui ait. [Uigilate itaq̃ quia nescitis diem neq̃ horam.]

Paradisus quotidie penitẽtibus aperitur. ij. Cor. vi. Esaie. lv. Prouer. j. Penitentie tẽpus perdentes mirabilis verbo arguũt a domino. Penitẽti veniã sed non peccãti crastinũ promittit deus. Chrisaurius tetros demones vidit: nec inducias penitẽtiam obtinere potuit. Matthei. xxiiij. Fuga nostra nõ fiat in hyeme vel sabbato.

¶ Lectio sancti euangelij fm Lucam.

In illo tẽpore. Dixit Jesus discipulis suis. Sint lũbi vestri precincti: et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum: quando reuertatur a nuptiis: vt cum venerit et pulsauerit: confestim aperiant ei. Beati serui illi: quos cum venerit dominus inuenerit vigilãtes. Amen dico vobis: q̃ precinget se: et faciet illos discumbere: et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secũda vigilia: et si in tertia vigilia venerit: et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autẽ scitote: quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq̃: et nõ sineret perfodi domũ suã. Ideo et vos estote parati: quia qua hora non putatis: filius hominis veniet.

Luce. xij.

¶ Homilia lectionis eiusdẽ habita in basilica beati Felicis die natalis eius. Homilia .xiij.

Sancti euangelij fratres charissimi aperta vobis est lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa eius planities alta fortasse videatur: eam sub breuitate trãscurrimus: quatenus eius expositio ita nescientibus fiat cognita/vt tamẽ scientib⁹ nõ sit onerosa. Quia viris luxuria in lumbis sit: feminis in vmbilico: testatur dñs: qui de diabolo ad beatũ Iob loquitur dicens. Uirtus eius in lumbis eius: et fortitudo illius in vmbilico ventris eius. A principali igitur sexu/lumborum noie/luxuria designatur: cũ dñs dicit. [Sint lumbi vestri precincti.] Lumbos enim precingim⁹: cũ carnis luxuriã per continentiam coarctam⁹. Sed quia min⁹ est mala non agere: nisi etiã quisq̃ studeat et bonis operib⁹ insudare: protinus additur. [Et lucerne ardentes in manibus vestris.] Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus/cũ per bona opera proximis nostris lucis exẽpla monstramus. De quibus profecto operibus dñs dicit: Luceat lux vestra corã hoibus: vt videant opera vestra bona: et glorificẽt patrẽ vestrũ qui in celis est. Duo autẽ sunt que iubentur: et lũbos restringere: et lucernas tenere: vt et mũditia sit castitatis in corpore: et lumẽ veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro vnũ sine altero placere nequaq̃ potest: si aut is qui bona agit/adhuc luxurie inquinamẽta non deserit: aut is qui castitate preminet: necdũ se per bona opera exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere: nec opus bonum est aliqđ sine castitate. Sed et si vtrũq̃ agitur: restat vt quisquis ille est: spe ad supernã patriã tẽdat: et nequaq̃ se a vitiis pro mundi huius honestate cõtineat. Qui enim quedã bona aliquãdo pro honestate inchoat: in eius tamẽ intẽtione nõ debet permanere: nec p bona opera presentis mũdi gloriã querere: sed totã spem in redẽptoris sui aduentũ constituat. Unde et protinus subditur. [Et vos similes hoibus expectãtibus dñm suum: quãdo reuertatur a nuptiis.] Ad nuptias quippe dñs abiit: quia resurgens a mortuis/et ascendẽs in celum: supernã sibi angelorũ multitudinẽ nouus homo copulauit. Qui tũc reuertitur/cũ nobis iam per iudiciũ manifestatur. Bene autẽ de seruis expectantibus subditur. [Ut cũ vene-

Luxuria est viris in lumbis/et feminis in vmbilico. Iob. xl. Mala nõ agere non sufficit: nisi et fiãt bona. Math. v. Dñs quãdo ad nuptias abierit.

G

Dñs quando dicitur pulsare.

rit et pulsauerit/ cōfestim aperiāt ei. Venit quippe dñs/ cū ad iudiciū properat: pulsat vero/ cū iam per egritudinis molestias esse mortē vicinā designat. Cui confestim aperimus: si hunc cū amore suscipimus. Aperire enī iudici pulsanti nō vult: qui exire de corpore trepidat: et videre eum quē contēpsisse se meminit/ iudicem formidat. Qui autē de sua spe et operatione securus est: pulsanti confestim aperit: quia letus iudicē sustinet. Et cū tempus ꝓpinque mortis aduenerit/ de gloria retributionis hilarescit. Unde et protinus subdit. Beati sunt serui illi quos cū venerit dñs inuenerit vigilantes. Vigilat qui ad aspectū veri luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat: qui seruat operando qđ credit. Vigilat q̄ a se torporis et negligētie tenebras repellit. Hinc etenī paulus dicit. Euigilate iusti/ et nolite peccare. Hinc rursus ait. Hora est iā nos de somno surgere. Sed veniēs dñs quid seruis vigilātibus exhibeat/ audiamus. Amē dico vobis: q̄ precinget se: et faciet eos discūbere/ et transiens ministrabit illis. Precinget se. i. ad retributionē preparabit. Et faciet illos discūbere. i. in eterna quiete refoueri. Discūbere quippe nostrum in regno quiescere est. Unde rursum dñs dicit: Venient et recūbent cū abraham/ isaac/ et iacob. Trāsiens autē dñs ministrat: quia lucis sue illustratione nos satiat. Transire vero dictum est: cum de iudicio ad regnū redit. Uel certe dñs nobis post iudiciū transit: q̄ ab humanitatis forma/ in diuinitatis sue contēplationē nos eleuat. Et trāsire eius est in claritatis sue speculationē nos ducere: cū eū quē in humanitate in iudicio cernimus: etiā in diuinitate post iudiciū videmus. Ad iudiciū quippe veniēs/ in forma serui oībus apparet: quia scriptū est: Uidebūt in quē trāsfixerunt. Sed cum reprobi in supplicium corruerint: iusti ad claritatis eius gloriam pertrahūtur: sicut scriptum est: Tollatur impius ne videat gloriā dei. Sed quid si serui in prima vigilia negligētes existūt? Prima quippe vigilia: primeue etatis custodia est. Sed neque sic desperandū est/ et a bono opere cessandū. Nā longanimitatis sue patientiā insinuās dñs subdit. Et si venerit in secūda vigilia: et si in tertia vigilia venerit/ et ita inuenerit/ beati sūt serui illi. Prima quippe vigilia/ primeuū tēpus est. i. pueritia. Secūda/ adolescētia vel iuuētus: que auctoritate sacri eloquij vnū sunt dicente salomone: Letare iuuenis in adolescentia tua. Tertia autē senectus accipitur. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit: custodiat vel secundā: vt qui conuerti a prauitatibus suis in pueritia neglexit: ad vias vite saltē in tēpore iuuētutis euigilet. Et q̄ euigilare in secunda vigilia noluit: tertie vigilie remedia nō amittat: vt q̄ in iuuētute ad vias vite non euigilat: saltē in senectute resipiscat. Pensate fratres charissimi: q̄ eo clusit dei pietas duritiā nostrā. Nō est iā quid homo excusationis inueniat. Deus despicit/ et expectat: contēni se videt/ et reuocat. Iniuriā de contēptu suo suscipit: et tamē quādoque reuertētibus etiā premia promittit. Sed nemo hanc eius longanimitatē negligat: q̄ tanto districtiorē iustitiam in iudicio exigit: quāto longiorē patientiā ante iudiciū prerogauit. Hinc etenī paulus dicit: Ignoras quoniā benignitas dei ad penitentiā te adducit: tu autē secundū duritiā tuā et cor impenitens/ thesaurizas tibi irā in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. Hinc psalmista ait: Deus iudex iustus/ fortis et lōganimis. Dicturus quippe longanimem/ premisit iustū: vt quē videns peccata delinquentiū diu patienter ferre: scias hunc etiam quandoque districte iudicare. Hinc per quēdam sapientē dicitur: Altissimus enī est patiens redditor. Patiens enī redditor dicitur: quia peccata hominū et patitur et reddit. Nam quos diu vt conuertātur tolerat/ nō cōuersos durius damnat. Ad excutiendā vero mētis nostre desidiā/ etiā exteriora damna per similitudinē ad mediū deducūtur: vt per hec animus ad sui custodiā suscitetur. Nam dicitur: Hoc autē scitote: quia si sciret paterfamilias qua hora fur veniret/ vigilaret vtique: et non sineret perfodi domū suā. Ex qua premissa similitudine etiā exhortatio subinfertur cū dicitur. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis: filius hominis veniet. Nesciēte enī patrefamilias/ fur domū perfodit: quia dum a sui custodia spūs dormit: improuisa mors veniens/ carnis nostre habitaculū irrumpit: et eum quē dñm domus inuenerit dormientē/ necat:

j.Cor.xv. — Ro.xiij. — Mat.viij. — H — Joã.xix. — Esa.xxvi. — Vigilie tres sunt — Eccle.xj. — I — Roma.ij. — Psal.vij. — Eccli.v.

Fur domū perfodit patrefamilias nesciente.

quia eū ventura damna spiritus minime preuidet: hunc mors ad suppliciū nescientē rapit. Furi autē resisteret/ si vigilaret: quia aduentū iudicis qui occulte animā rapit precauēs/ ei penitendo occurreret: ne impenitētē periret. Horam vero vltimā dñs noster idcirco voluit nobis esse incognitā: vt semper possit esse suspecta: vt dum illam preuidere nō possumus: ad illā sine intermissione preparemur. Proinde fratres mei in conditione mortalitatis vestre mentis oculos figite: venienti vos iudici per fletus quotidie et lamēta preparate. Et cum certa mors maneat oēs/ nolite de temporalis vite prouidētia incerta cogitare. Terrenarū rerum vos cura nō aggrauet. Quātislibet enī auri et argenti molibus circūdet/ quibuslibet preciosis vestibus induat caro: quid est aliud q̄ caro? Nolite ergo attendere quid habetis: sed quid estis. Uultis audire quid estis? Propheta indicat dicens. Uere fenū est populus. Si enim fenū populus non est: vbi sunt illi qui ea que hodie colimus nobiscū transacto anno beati Felicis natalitia celebrauerūt? O quanta et qualia de presentis vite prouisione cogitabant: sed surripiente mortis articulo/ repente in his que preuidere nolebāt inuenti sunt. Et cuncta simul tēporalia q̄ congregata quasi stabiliter tenere videbātur/ amiserūt. Si ergo transacta multitudo generis humani que per natiuitatem viruit in carne: post mortē aruit in puluere: velut fenū fuit. Quia igitur momenta suis horis fugiunt: agite fratres charissimi vt in boni operis mercede teneantur. Audite quid sapiēs Salomon dicat: Quodcūque potest manus tua facere/ instanter operare: quia nec opus/ nec scientia/ nec ratio/ nec sapientia erunt apud inferos: quo tu properas. Quia ergo et venture mortis tempus ignoramus: et post mortem operari non possumus: superest vt ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim sic mors ipsa cum venerit/ vincetur: si priusq̄ veniat/ semper timeatur.

K — Horā vltimā quare dominus voluit nobis esse incognitā. — Esaie.xl. Popul⁹ est fenū. — L — Eccle.ix.

¶ Lectio sancti euangelij secūdum Joannem.

Joan.x.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Ego sū pastor bonus. Bonus pastor animā suā dat pro ouibus suis. Mercenarius autem et qui nō est pastor/ cuius non sunt oues proprie: videt lupum venientem: et dimittit oues et fugit: et lupus rapit et dispergit oues. Mercenarius autē fugit: quia mercenarius est: et nō pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus: et cognosco oues meas: et cognoscūt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnosco patrem: et animā meā pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo/ que non sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere: et vocem meam audient. Et fiet vnum ouile: et vnus pastor.

M

¶ Homilia lectiōis eiusdē habita ad populū in basilica sancti Petri apostoli Dñica prima post octauas pasche. Homilia. xiiij.

Audistis fratres charissimi ex lectione euāgelica eruditionem vestrā: audistis ex lectione euāgelica periculū nostrū. Ecce enim is qui nō ex accidēti dono: sed essentialiter bon⁹ est/ dicit: Ego sum pastor bonus. Atque eiusdē bonitatis formā quam nos imitemur/ adiungit dicēs: Bonus pastor animā suā ponit pro ouibus suis. Fecit quod monuit: ostēdit qđ iussit. Bonus pastor pro ouibus suis animā suā posuit: vt in sacramēto nostro corpus suū et sanguinē verteret: et oues quas redemerat/ carnis sue alimento satiaret. Ostensa nobis est de cōtēptu mortis via quā sequamur: apposita est forma cui imprimamur. Primū nobis est exteriora nostra misericorditer ouibus eius impēdere. Postremū vero (si necesse sit) etiam mortē nostram pro eisdem ouibus ministrare. A primo autē hoc minimo peruenitur ad postremū maius. Sed cum incomparabiliter longe sit melior anima qua viuimus: q̄ terrena substantia quam exterius possidemus: qui non dat pro oui-

Pastor bon⁹ pro ouib⁹ impendere debet.

B bus substantiã suam: quãdo pro his daturus est animã suam. Et sunt nõnulli qui dum plus terrenã substãtiam ꝙ oues diligũt/ merito nomen pastoris perdũt. De quibus protinus subditur. [Mercenarius autẽ et qui non est pastor: cuius non sunt oues proprie: videt lupum venientem: et dimittit oues/ et fugit.] Non pastor sed mercenarius vocatur/ qui non pro amore intimo oues dñicas: sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est: qui locum quidẽ pastoris tenet: sed lucra animarũ nõ querit. Terrenis cõmodis inhiat: honore prelationis gaudet: temporalibus lucris pascitur: impensa sibi ab hominibus reuerentia letatur. Iste sunt etenim mercedes mercenarij: vt pro eo ipso quod in regimine laborat: hic quod querit inueniat: et ab hereditate gregis in posterum alienus existat. Utrum vero pastor sit an mercenarius/ cognosci veraciter non potest: si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore/ plerumqȝ ad gregis custodiam/ sicut verus pastor/ sic etiam mercenarius stat: sed lupus veniens indicat/ quo quis animo super gregis custodiã stabat. Lupus etenim super oues venit: cũ quilibet iniustus et raptor/ fideles quosqȝ atqȝ humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur et non erat: relinquit oues et fugit: quia dum sibi ab eo periculum ingeri metuit: resistere eius iniustitie non presumit. Fugit autẽ non mutando locum: sed subtrahendo solatium. Fugit/ quia iniustitiã vidit et tacuit. Fugit/ quia se sub silentio abscõdit. Quib9 bene per prophetã dicitur: Non ascendistis ex aduerso: neqȝ opposuistis murũ pro domo israel: vt staretis in prelio in die dñi. Ex aduerso quippe ascendere est: quibuslibet potestatib9 praue agentibus/ rationis libera voce contraire. Et in die dñi pro domo israel in prelio stamus/ ac murũ opponimus: si fideles innocentes contra peruersorum iniustitiã ex iustitie auctoritate vindicamus. Quod quia mercenarius non facit: cũ venientẽ lupũ viderit/ fugit. Sed est alius lupus qui sine cessatione quotidie non corpora sed mentes dilaniat: malignus videlicet spũs: qui caulas fidelium insidians circuit: et mortes animarũ querit. De quo lupo mox subditur. [Et lupus rapit et dispergit oues.] Lupus venit/ et mercenarius fugit: qȝ malignus spũs mentes fideliũ in temptatione dilaniat: et is qui locum pastoris tenet: curã sollicitudinis non habet. Anime pereunt: et ipse de terrenis cõmodis letatur. Lupus rapit et dispergit oues: cum alium ad luxuriã pertrahit: alium in auaritiam accẽdit: alium in superbiam erigit: alium per iracundiam diuidit: hunc inuidia stimulat: illum fallacia supplantat. Quasi ergo lupus gregem dissipat: cũ fidelium populum diabolus per tẽtationes necat. Sed contra hec mercenarius nullo zelo accenditur: nullo feruore dilectionis excitatur: quia dum sola exteriora commoda requirit: interiora gregis damna negligenter patitur. Unde et mox adiungit. [Mercenarius autem fugit/ quia mercenarius est: et non pertinet ad eum de ouibus.] Sola enim causa est vt mercenarius fugiat/ quia mercenarius est. Ac si aperte diceretur. Stare in periculo ouium nõ potest: qui in eo ꝙ ouibus preest: nõ oues diligit/ sed lucrum terrenum querit. Dum enim honorẽ amplectitur: dum temporalibus commodis letatur: opponere se contra periculum trepidat: ne hoc quod diligit/ amittat. Sed quia redemptor noster culpas ficti pastoris innotuit: iterum formam cui debeamus imprimi ostendit dicens. [Ego sum pastor bonus.] Atqȝ subiungit. [Et cognosco oues meas:] hoc est diligo: [et cognoscunt me mee.] Ac si patenter dicat: diligentes obsequuntur. Qui enim veritatem non diligit: adhuc minime cognouit. Quia ergo audistis fratres charissimi periculũ nostrum: pensate in verbis dominicis etiam periculum vestrum. Uidete si oues eius estis: videte si eum cognoscitis: videte si lumen veritatis scitis. Scitis autem dico non per fidem: sed per amorem. Scitis dico/ non ex credulitate: sed ex operatione. Nam idem ipse qui hoc loquitur Ioannes euangelista testatur dicens. Qui dicit se nosse deum/ et mandata eius non custodit: mendax est. Unde et in hoc loco dominus protinus subdit. [Sicut nouit me pater/ et ego agnosco patrem: et animã meam pono pro ouibus meis.] Ac si aperte dicat. In hoc constat quia et ego agnosco patrẽ/ et cognoscor a patre: quia animã meam pono pro ouibus meis/ id est ea charitate qua pro ouibus morior: quãtum patrem diligam ostendo.

Oues pascẽs ꝑ temporalẽ mercedẽ non est pastor. — *Lup9 qñ dicit sup oues venire.* — *Ezec. xiij.* — *Diabolus est lupus mentes dilanians.* — *Mercenari9 in periculo ouiũ stare non potest.* — *j. Joan. ij.*

D Quia vero non solum iudeam/ sed etiam gentilitatem redimere venerat: adiungit. [Et alias oues habeo/ que non sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere: et vocem meã audient: et fiet vnum ouile/ et vn9 pastor.] Redemptionem nostram/ qui ex gentili populo venimus/ domin9 aspexerat: cum se adducere et alias oues dicebat. Hoc quotidie fieri fratres aspicitis: hoc reconciliatis gẽtibus factũ hodie videtis. Hodie quasi ex duobus gregibus vnum ouile efficit: quia iudeorum et gentilem populum in sua fide coniungit: Paulo attestante/ qui ait. Ipse est pax nostra: qui fecit vtraqȝ vnũ. Dum enim ad eternam vitam ex vtraqȝ natione simplices eligit: ad ouile proprium oues deducit. De quibus profecto ouib9 rursum dicit: [Oues mee vocem meam audiunt: et ego cognosco eas/ et sequuntur me: et ego vitam eternam do eis.] De quibus et paulo superius dicit: [Per me si quis introierit/ saluabitur: et ingredietur: et egredietur: et pascua inueniet.] Ingredietur quippe ad fidem: egredietur vero a fide ad speciem: a credulitate ad contemplationem: pascua autẽ inueniet in eterna refectione. Oues ergo eius pascua inueniunt: quia quisquis illum corde simplici sequitur: eterno viriditatis pabulo nutritur. Que autẽ sunt istarum ouium pascua/ nisi interna gaudia semper virentis paradisi? Pascua namqȝ electorum sunt/ vultus presens dei: qui dum sine defectu cõspicitur: sine fine mens vite cibo satiatur. In istis pascuis de eternitatis satietate letati sunt/ qui iam laqueos voluptuose temporalitatis euaserunt. Ibi hymnidici angelorum chori. Ibi societas supernorum ciuium. Ibi dulcis solẽnitas a peregrinationis huius tristi labore redeuntium. Ibi prouidi prophetarũ chori. Ibi iudex apostolorum numerus. Ibi innumerabilium martyrum victor exercitus: tanto illic letior: quãto hic durius afflictus. Ibi confessorum cõstantia/ premij sui perceptione consolata. Ibi fideles viri/ quos a virilitatis sue robore voluptas seculi emollire non potuit. Ibi sancte mulieres/ que cum seculo et sexum vicerunt. Ibi pueri/ qui hic annos suos moribus transcenderunt. Ibi senes/ quos hic et etas debiles reddidit: et virtus operis nõ reliquit. Queramus ergo fratres charissimi hec pascua: in quibus cum tantorum ciuium solẽnitate gaudeamus. Ipsa nos letantium festiuitas inuitet. Certe sicubi populus nundinas celebraret: si ad alicui9 ecclesie dedicationẽ denunciata solẽnitate cõcurreret: festinaremus oẽs simul inueniri: et interesse vnusquisqȝ satageret. Grauiter se damno afflictum crederet: si solẽnitatem cõmunis letitie non videret. Ecce in celestibus electorum ciuium letitia agitur: vicissim de se omnes in suo conuentu gratulantur: et tamen nos ab amore eternitatis tepidi/ nullo desiderio ardemus: interesse tante solẽnitati non querimus: priuamur gaudijs/ et leti sumus. Accendamus ergo animũ fratres: recalescat fides in id quod credidit: inardescãt ad superna/ nostra desideria: et sic amare/ iam ire est. Ab interne solennitatis gaudio nulla nos aduersitas reuocet: quia et si quis ad locum propositũ ire desiderat: eius desideriũ quelibet vie asperitas non immutat. Nulla nos prosperitas blandiens seducat: quia stultus viator est/ qui in itinere amena prata conspiciens: obliuiscitur ire quo tendebat. Toto ergo desiderio ad supernam patriam animus anhelet: nil in hoc mundo appetat: quod constat quia citius relinquet: vt si celestis pastoris veraciter oues sum9: quia in vie delectatione non figimur: eternis pascuis in peruentione satiemur: prestãte domino nostro Iesu christo qui viuit et regnat in vnitate spirit9 sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

D — *Judeã et gentilitatẽ venerat deus redimere.* — *Ephes. ij.* — *Pascua ouiũ xp̃i que sunt.* — *E* — *Populus ad nundinas et solennitates libenter pergit.* — *F* — *Uiatoris stulti conditio.*

¶ Lectio sancti euangelij sẽm Lucam.

In illo tempore. Cũ turba plurima conueniret ad Iesum: et de ciuitatibus properarent ad eũ: dixit per similitudinem. Exijt qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat: aliud ceci

Luc. viij.

G dit secus viam/ et conculcatum est: et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram/ et natum aruit: quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: et simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructũ centuplum. Hec dicens/ clamabat. Qui habet aures audiendi/ audiat. Interrogabant autẽ eum discipuli eius que esset hec parabola. Quibus ipse dixit: Uobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris autem in parabolis: vt videntes non videant: et audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbum dei. Quod autem secus viam: hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus/ et tollit verbum de corde eorũ: ne credentes salui fiant. Nam quod supra petram: hi sunt qui cum audierint: cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent: quia ad tempus credunt/ et in tempore tẽtationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit: hi sunt qui audierunt/ et a sollicitudinibus et diuitijs et voluptatib⁹ vite euntes suffocantur: et non referunt fructum. Quod autem cecidit in terram bonam: hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent: et fructum afferunt in patientia.

H

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populũ in basilica sancti Pauli apostoli in sexagesima. Homilia. xv.

Lectio sancti euãgelij quã modo fratres charissimi audistis/ expositione non indiget/ sed admonitione. Quã enim per semetipsam veritas exposuit: hanc discutere humana fragilitas non presumit. Sed est quod sollicite in hac ipsa expositione dominica pensare debeatis: quia si nos vobis semen verbum/ agrum mundum/ volucres demonia/ spinas diuitias significare diceremus: ad credendũ nobis/ mens forsitan vestra dubitaret. Unde et idem dñs per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat: vt sciatis rerum significationes querere in his etiam que per semetipsum noluit explanare. Exponendo ergo quod dicit: figurate se loqui innotuit: quatenus certos vos redderet: cũ vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret.

I Quis enim mihi vnquã crederet: si spinas diuitias interpretari voluissem? Maxime cum ille pungant: iste delectent. Et tamen spine sunt: quia cogitationũ suarũ punctionibus mentem lacerant: et cum vsq; ad peccatũ pertrahũt: quasi inflicto vulnere cruentant. Quas bene hoc in loco (alio euangelista testante) nequaq; dominus diuitias/ sed fallaces diuitias appellat. Fallaces enĩ sũt/ que nobiscũ diu permanere non possunt. Fallaces sunt/ que mentis nostre inopiã non expellunt. Sole autem diuitie vere sunt: que nos diuites virtutibus faciunt. Si ergo fratres charissimi esse diuites cupitis/ veras diuitias amate. Si culmen veri honoris queritis: ad celeste regnum tendite. Si gloriam dignitatũ diligitis: in illa superna angeloꝝ curia ad scribi festinate: verba dñi que aure percipitis/ mente retinete. Cibus enim mentis est sermo dei. Et quasi acceptus cibus stomacho languente rejicitur: quãdo auditus sermo in ventre memorie non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet: hui⁹ profecto vita desperatur. Eterne igitur mortis periculũ formidate: si cibum quidẽ sancte exhortatiõis accipitis: sed verba vite/ id est alimenta iustitie in memoria non tenetis. Ecce transit omne quod agitis: et ad extremũ iudicium sine vlla momenti interpositione quotidie volentes nolentesq; properatis. Cur ergo amatur quod relinquitur? Cur illud negligitur quo peruenitur? Mementote quod dicitur: Si quis habet aures audiẽdi audiat. Omnes eñ q illic aderant: aures corporis habebãt.

Mat. xiij. Diuitie dicuntur fallaces.

Iudiciũ ad extremũ sine intermissiõe properam⁹.

K Sed qui cunctis aures habentib⁹/ si quis habet aures audiẽdi audiat/ dicit: aures procul dubio cordis requirit. Curate ergo/ vt acceptus sermo in cordis aure remaneat. Curate ne semen iuxta viam cadat: ne malignus spiritus veniat: et a memoria verbum tollat. Curate ne petrosa terra semen excipiat: et fructũ boni operis sine perseuerantie radicibus mittat. Multis enĩ libet quod audiunt: boni operis initia proponunt: sed mox vt fatigari aduersitatibus ceperint: inchoata derelinquũt. Petrosa ergo terra humorem non habuit: quia hoc quod germinauerat: ad fructum perseuerantie non perduxit. Multi itaq; cum verbũ contra auaritiam audiunt/ eandem auaritiam detestantur: rerum omniũ contemptũ laudant: sed mox vt viderit animus quod concupiscat/ obliuiscitur quod laudabat. Multi cum verbum cõtra luxuriã audiunt: pollutiones carnis non solum perpetrare non appetũt: sed etiam perpetratas erubescũt: sed mox vt carnis species eorũ oculis apparet: sic mens ad desideriũ rapitur: ac si adhuc ab ea nihil sit contra hec eadem desideria deliberatũ: et damnãda agit/ qui quicquid egisse se meminit/ iam et ipse damnauit. Sepe etiã contra culpas compungimur: et tamen post fletum/ ad easdem culpas redimus. Sic balaan israelitici populi tabernacula contemplatus fleuit: eisq; se similẽ fieri in morte depoposcit/ dicens. Moriatur anima mea morte iustorũ: et fiant nouissima mea horum similia. Sed mox vt hora cõpunctionis trãsijt: in auaritie nequitiã exarsit. Nam propter promissa munera/ in eius populi mortem consiliũ dedit: cuius morti se fieri similem optauit. Et oblitus est quod planxerat: cum extinguere noluit/ quod per auaritiã ardebat. Notandũ vero est quod exponens dñs dicit: quia sollicitudines et voluptates et diuitie suffocant verbũ. Suffocant enim/ quia importunis cogitationibus suis/ guttur mentis strangulant: et dum bonũ desideriũ intrare ad cor nõ sinunt: quasi aditum flatus vitalis necant. Notandũ etiam q duo sunt que diuitijs iungit: sollicitudines videlicet et voluptates: quia profecto et per curam mentẽ opprimunt: et per affluentiã resoluũt. Re enim contraria possessores suos et afflictos et lubricos faciunt. Sed quia voluptas cõuenire non potest cum afflictione: alio quidẽ tempore per custodie sue sollicitudinẽ affligunt: atq; alio per abundantiam ad voluptates emolliunt. Terra autem bona fructum per patientiã reddit: quia videlicet nulla sunt bona que agimus/ si non equanimiter etiam proximorum mala toleramus. Quãto enĩ quisq; altius profecerit: tãto in hoc mũdo inuenit quod durius portet: quia cum a presenti seculo mentis nostre dilectio deficit: eiusdem seculi aduersitas crescit. Hinc est enim q plerosq; cernimus et bona agere: et tamen sub graui tribulationum fasce desudare. Terrena namq; iam desideria fugiunt: et tamen flagellis durioribus fatigantur. Sed iuxta vocem domini/ fructum per patientiam reddunt: quia cũ humiliter flagella suscipiunt: post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Sic vua calcibus tunditur: et in vini saporem liquatur. Sic oliua contusionibus expressa/ amurcam suam deserit: et in olei liquorẽ pinguescit. Sic per trituram aree/ a paleis grana separantur: et ad horreum purgata perueniunt. Quisquis ergo appetit plene vitia vincere/ studeat humiliter purgatiõis sue flagella tolerare: vt tanto post ad iudicem mundior veniat: quãto nũc eius rubiginẽ ignis tribulationis purgat. ¶ In ea porticu que eũtibus ad ecclesiã beati Clementis est peruia: fuit quidã Seruolus nomine/ quem multi vestrũ mecum nouerũt: rebus pauper/ meritis diues: quẽ lõga egritudo dissoluerat. Nam a primeua etate vsq; ad finem vite paralyticus iacebat. Quid dicam quia stare nõ poterat/ qui nunq; in lecto suo surgere vel ad sedendum valebat? nunq; manũ suam ad os ducere: nunq; se potuit in latus aliud declinare. Huic ad seruiendum mater cum fratre aderat: et quicquid ex eleemosynis potuisset accipere: hoc eorum manibus pauperib⁹ erogabat. Nequaq; litteras nouerat: sed scripture sacre sibimet codices emerat: et religiosos quosq; in hospitalitatẽ suscipiẽs/ hos corã se legere sine intermissione faciebat. Factũq; est vt q̃tũ ad mensurã propriã attinet/ plene sacrã scripturã disceret: cũ (sicut dixi) litteras funditus ignoraret. Studebat in dolore sẽper grãs agere: hym

Nu. xxiij. Balaã propter auaritiã in ppli necem cõsensit.

L

Bonis q̃ñ q̃ graues cõtingunt afflictiones.

M

Seruoli pauperis romani patientia fuit maxima.

A

nis e laudibus diebus ac noctibus vacare. Sed cum iam tempus esset ut tanta eius patientia remunerari debuisset: membrorum dolor ad vitalia rediit. Cumque se iam morti proximum agnouit: peregrinos viros atque in hospitalitate susceptos admonuit ut surgerent: et cum eo psalmos pro expectatione exitus sui decantarent. Cumque cum eis et ipse moriens psalleret: voces psallentium repente compescuit: cum terrore magni clamoris dicens. Tacete. Nunquid non auditis quante resonant laudes in celo? Cumque ad easdem laudes quas intus audierat, aurem cordis intenderet: sancta illa anima a carne soluta est. Sed exeunte illa, tantus illic fragrantie odoris aspersus est: ut omnes illi qui aderant, inestimabili suauitate replerentur: ita ut per hoc patenter agnoscerent, quod eam laudes quas audierat, in celo suscepissent. Cui rei monachus noster interfuit: qui nunc usque viuit: et cum magno fletu attestari solet: quia quousque corpus eius sepulture traderetur: ab eorum naribus odoris illius fragrantia non recessit. Ecce quo fine ex hac vita migrauit, qui in hac vita equanimiter flagella tolerauit. Iuxta vocem ergo dominicam, bona terra fructum per patientiam reddidit: que exarata disciplinae vomere, ad remunerationis segetem peruenit. Sed vos rogo fratres charissimi intendite: quod excusationis argumentum in illo districto iudicio habituri sumus nos: qui a bono opere torpentes, et res et manus accepimus: si precepta dominica egenus et sine manibus potuit implere? Non contra nos dominus tunc apostolos ostendat: qui ad regnum secum turbas fidelium predicando traxerunt: Non contra nos martyres exhibeat: qui ad celestem patriam sanguinem fundendo peruenerunt: Quid tunc dicturi sumus: cum hunc de quo locuti sumus Seruolum viderimus: cui longus languor brachia tenuit: sed tamen hec a bono opere non ligauit? Hec vobiscum fratres agite: sic vos ad studium boni operis instigate: ut cum bonos vobis modo ad imitandum proponitis: eorum consortes esse valeatis. Prestante domino nostro Iesu Christo etc.

B

¶ Lectio sancti euangelii secundum Mattheum.

Mat. iiij.

In illo tempore. Ductus est Iesus in desertum a spiritu: ut temptaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus: postea esuriit. Et accedens temptator dixit ei: Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: et statuit eum super pinnaculum templi: et dixit ei: Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptum est enim: quia angelis suis mandauit de te: et in manibus tollent te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum: Scriptum est. Non temptabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum: et dixit illi: Hec omnia tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus: Vade sathana. Scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis: et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: et ecce angeli accesserunt: et ministrabant ei.

Deut. viij.

C

Ps. xc.

Deut. vi.

Ibidem.

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Iohannis que dicitur Constantiniana: Dominica prima in quadragesima.

Homilia.xvj.

A

Dubitari a quibusdam solet, a quo spiritu sit Iesus ductus in desertum: propter hoc quod subditur. [Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem.] Et rursum, [Assumpsit eum in montem excelsum valde.] Sed vere et absque vlla questione conuenienter accipitur: ut a sancto spiritu in desertum ductus credatur: ut illic eum suus spiritus duceret, vbi hunc ad temptandum malignus spiritus inueniret. Sed ecce cum dicitur deus homo vel in excelsum montem, vel in sanctam ciuitatem a diabolo assumptus, mens refugit credere: humane hoc audire aures expauescunt. Qui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus: si in illo et alia facta pensamus. Certe iniquorum omnium caput diabolus est: et huius capitis membra sunt omnes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus? An non diaboli membra, Iudei persequentes: et milites crucifigentes Christum fuerunt? Quid ergo mirum si se ab illo permisit in montem duci, qui se pertulit etiam a membris illius crucifigi? Non est ergo indignum redemptori nostro quod temptari voluit, qui venerat occidi. Iustum quippe erat ut sic temptationes nostras suis temptationibus vinceret: sicut mortem nostram venerat sua morte superare. ¶ Sed sciendum nobis est quia tribus modis temptatio agitur: suggestione, delectatione, et consensu. Et nos cum temptamur, plerumque in delectationem aut etiam in consensum labimur: quia de carnis peccato propagati, in nobis ipsis etiam gerimus, vnde certamina toleramus. Deus vero qui in utero virginis incarnatus, in mundum sine peccato venerat: nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Temptari ergo per suggestionem potuit: sed eius mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideo omnis diabolica illa temptatio foris non intus fuit. Sed si ipsum ordinem temptationis eius aspicimus: pensemus quanta magnitudine nos a temptatione liberamur. Antiquus hostis contra primum hominem parentem nostrum in tribus se temptationibus erexit: quia hunc videlicet gula, vana gloria, et auaritia temptauit: sed temptando superauit: quia sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe temptauit: cum cibum ligni vetiti ostendit: atque ad comedendum suasit. Ex vana autem gloria temptauit, cum diceret: Eritis sicut dii. Et ex prouectu auaritie temptauit, cum diceret, Scientes bonum et malum. Auaritia enim non solum pecunie est: sed etiam altitudinis. Recte enim auaritia dicitur, cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad auaritiam, honoris rapina pertineret: nequaquam paulus de vnigenito dei filio diceret: Non rapinam arbitratus est se esse equalem deo. In hoc autem diabolus parentem nostrum ad superbiam traxit: quo eum ad auaritiam sublimitatis excitauit. Sed quibus modis primum hominem strauit: eisdem modis secundo homini temptator succubuit. Per gulam quippe temptat, cum dicit [Dic ut lapides isti panes fiant.] Per vanam gloriam temptat, cum dicit. [Si filius dei es mitte te deorsum.] Per sublimitatis auaritiam temptat, cum regna omnia mundi ostendit dicens. [Hec omnia tibi dabo: si procidens adoraueris me.] Sed eisdem modis a secundo homine vincitur: quibus primum hominem se vicisse gloriabatur: ut a nostris cordibus ipso aditu captus exeat: quo nos aditu intromissus tenebat. Sed est aliud fratres charissimi quod in hac temptatione dominica considerare debemus: quia temptatus a diabolo dominus sacri eloquii precepta respondit: et qui eo verbo quod erat, temptatorem suum mergere in abyssum poterat, virtutem sue potentie non ostendit. Sola diuine scripture precepta edidit: quatenus sue nobis patientie preberet exemplum: ut quotiens a prauis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius quam ad vindictam. Pensate quanta est patientia dei: quanta impatientia nostra. Nos si iniuriis aut aliqua lesione prouocamur, furore permoti, aut quantum possumus nosmetipsos vindicamur: aut quod non possumus, facere minamur. Ecce aduersitatem diaboli dominus pertulit: et nihil ei nisi mansuetudinis verba respondit. Portat quem punire poterat: ut hoc in laudem eius altius cresceret: si hostem suum non extinguendo, sed interim patiendo superaret. Notandum vero quod subditur: quia recedente diabolo, angeli ministrabant ei. Et quare quid aliud, quam vnius persone vtraque natura ostenditur? Quia et homo est quem diabolus temptat: et idem ipse deus est: cui ab angelis ministratur. Cognoscamus ergo in eo naturam nostram: quia nisi hunc diabolus hominem cerneret, non temptaret. Veneremur in illo diuinitatem suam: quia nisi super omnia deus existeret: ei nullo modo angeli ministrarent. Sed quia his diebus lectio congruit: nam quadragin-

B

Iesus a spiritu sancto ductus est in desertum.

Pilatus fuit membrum diaboli.

Temptatio triplici agitur.

C

Adam triplici temptatione temptatus fuit.

Gen. iij.

Phil. ij.

F

Docet ut plurimum sunt impatientes.

Quadra-

Q ij

gesima quare est in abstinē tia xl. dierum.

ta dierum abstinentiā nostri redemptoris audiuimus: quia quadragesime tēpus inchoamus / discutiendū nobis est: cur hec ipsa abstinentia per quadraginta dierū numerū custoditur. Moyses enim vt legē acciperet / secundo diebus quadraginta ieiunauit. Helias in deserto quadraginta diebus abstinuit. Ipse auctor hominū ad homines veniens / in quadraginta diebus nullū omnino cibum sumpsit. Nos quoqȝ in quantum possumus: annuo quadragesime tempore carnem nostrā per abstinentiam affligere conemur. Cur ergo in abstinētia quadragenarius numerus custoditur: nisi quia virtus decalogi per libros quattuor euāgelij impletur? Denarius etenim quater ductus / in quadragenariū surgit: quia tunc decalogi mandata perficimus: cū profecto quattuor libros sancti euangelij custodimus. Ex qua re sentiri et aliud potest. In hoc enim mortali corpore ex quattuor elementis subsistimus: et per voluptates eiusdē corporis / preceptis dñicis contraimus. Precepta autem dñica per decalogū sunt accepta. Quia ergo per carnis desideria / decalogi mandata contempsimus: dignū est vt eandem carnem quaterdecies affligam⁹. Quāuis de hoc quadragesimali tempore est adhuc aliud qd possit intelligi. A presenti etenim die vsqȝ ad paschalis solemnitatis gaudia sex hebdomade veniunt. Quarū videlicet dies xlij. fiunt. Ex quibus dū sex dies dñici abstinentie subtrahuntur: non plus in abstinentia q̄ triginta et sex dies remanent. Dū vero per trecentos et. lxv. dies annus ducitur: nos autem per triginta et sex dies affligimur: quasi anni nostri decimas damus: vt qui nobismetipsis per acceptū annum viximus / auctori nostro nos in eius decimis p abstinentiā mortificemus. Unde fratres charissimi sicut offerre in lege iubemini decimas rerum / ita ei offerre contendite et decimas dierū. Unusquisqȝ in quātum virtus suppetit / carnē maceret: eiusqȝ desideria affligat: cōcupiscentias turpes interficiat: vt iuxta Pauli vocem / hostia viua fiat. Hostia quippe et immolatur / et viua est / quando ab hac vita homo non deficit: et tamen se a carnalib⁹ desiderijs occidit. Caro nos leta traxit ad culpam: afflicta reducat ad veniam. Auctor etenim mortis nostre / per fructū ligni vetiti / vite precepta transgressus est. Qui ergo a paradisi gaudijs per cibum cecidimus / ad hec inquantū possumus / per abstinentiā resurgamus. Sed nemo sibi eandē abstinentiā solam credat posse sufficere: cum per prophetā dñs dicat: Nonne hoc est magis ieiuniū quod elegi? subijciens. Frange esurienti panem tuū: et egenos / vagosqȝ induc in domū tuam. Cum videris nudū / operi eum: et carnē tuā ne despexeris. Illud ergo ieiunium deus approbat: quod ad eius oculos manus eleemosynarū leuat: quod cū proximi dilectione agitur: quod cum pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis / alteri largire: vt vnde tua caro affligitur / inde egentis proximi caro reparetur. Hinc etenim per prophetam dñs dicit: Cum ieiunaretis et plangeretis / nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comeditis et bibitis / nunquid non vobis comedistis / et vobismetipsis bibistis? Sibi enī comedit et bibit / qui alimenta corporis / que sunt cōmunia bona conditoris: sine indigentibus percipit. Et sibi quisqȝ ieiunat: si ea que sibi ad tempus subtrahit / non pauperibus tribuit: sed ventri postmodū offerenda custodit. Hinc per Iohelē dicitur: Sanctificate ieiuniū. Ieiuniū quippe sanctificare est / adiunctis bonis alijs / dignā deo abstinentiā carnis ostendere. Cessent ire / sopiantur iurgia. Incassum enī caro atteritur: si a prauis suis voluptatibus animus non refrenatur: cum per prophetā dñs dicat: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Ecce ad lites et contētiones ieiunatis: et percutitis pugno impie. Et omnes debitores vestros repetitis. Neqȝ enim quis a debitore suo hoc quod dedit repetit / aliquid iniustum facit: sed dignū est vt quisquis se in penitentia macerat: etiā hoc quod sibi iuste competit / interdicat. Sic sic nobis afflictis et penitentibus a deo dimittitur quod iniuste egim⁹: si pro amore illius et hoc quod nobis iuste competit / relaxamus.

Exodi. xxxiiij. — iij. re. xix. — B — D — Leuiti. xxvij. — Decimas rerū et dierum debemus offerre. — Rom. xij. — Esa. lviij. — Zach. vij — J — Iohel. j. — Esa. lviij.

Lectio sancti euangelij sm̄ Lucam.

In illo tēpore: Designauit dñs Iesus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatē et locum quo erat ipse venturus: et dicebat illis: Messis quidē multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis: vt mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum neqȝ perā neqȝ calciamēta / et neminē per viam salutaueritis. In quācunqȝ domū intraueritis primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illum pax vestra. Sin autem: ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete / edentes et bibentes / que apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quācunqȝ ciuitatē intraueritis / et susceperint vos: manducate que apponūtur vobis. Et curate infirmos qui in illa sunt: et dicite illis: Appropinquabit in vos regnum dei.

K — Luce. x. — L

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica lateranēsi. De apl'is. Ho. xvij.

Dominus et saluator noster / fratres charissimi / aliquando nos sermonibus / aliquando vero operibus admonet. Ipsa etenim facta eius precepta sunt: quia dū aliquid tacitus facit / quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos in predicationē discipulos mittit: quia duo sunt pcepta charitatis: dei videlicet amor et proximi: et minus q̄ inter duos / charitas haberi non potest. Nemo enī proprie ad semetipsum habere charitatē dicitur: sed dilectio in alterū tendit / vt charitas esse possit. Ecce enī binos ad predicādū discipulos dñs mittit: quatenus hoc nobis tacitus innuat: quia q̄ charitatē erga alterū nō habet / predicationis officiū suscipere nullatenus debet. Bene autē dicitur quia misit eos ante faciem suā in omnē ciuitatē et locum quo erat ipse venturus. Predicatores enī suos dñs sequitur / quia predicatio preuenit: et tunc ad mentis nostre habitaculū dominus venit: quando verba exhortationis precurrunt: atqȝ per hoc veritas in mente suscipitur. Hinc nāqȝ eisdem predicatoribus esaias dicit: Parate viam dñi: rectas facite semitas dei nostri. Hinc illis psalmista ait: Iter facite ei qui ascēdit super occasum. Super occasum nāqȝ dñs ascendit: quia vnde in passione occubuit: inde maiorē suam gloriā resurgendo manifestauit. Super occasum videlicet ascēdit: quia mortē quā pertulit / resurgendo calcauit. Ei ergo qui ascendit sup occasum / iter facimus: cū nos eius gloriā vestris mentib⁹ predicam⁹: vt eas et ipse post veniens per amoris sui presentiam illustret. Missis autem predicatoribus quid dicat audiamus. Messis quidē multa: operarij autē pauci. Rogate ergo dominū messis / vt mittat operarios i messem suam. Ad messem multā / operarij pauci sunt (quod sine graui merore loqui nō possumus) quia etsi sunt qui bona audiant: desunt qui dicant. Ecce mūdus sacerdotibus plenus est: sed tamen in messe dei rarus valde inuenitur operator: quia officium quidem sacerdotale suscipimus / sed opus officij non implemus. Sed pensate fratres charissimi / pensate quod dicitur: Rogate dñm messis / vt mittat operarios i messem suā. Uos pro nobis petite: vt digna vobis operari valeamus: ne ab exhortatione lingua torpescat: ne postq̄ predicationis locū suscepimus: apud iustum iudicem nostra nos taciturnitas addicat. Sepe enim pp sua nequitia / predicātiū lingua restringitur. Sepe vero ex subiectorū agitur culpa: vt eis qui presunt / pdicationis sermo subtrahatur. Ex sua quippe nequitia / predicātiū lingua restringitur: sicut psalmista ait: Peccatori autē dixit deus: quare tu enarras iustitias meas? Et rursum ex vitio subiectorū / vox pdicātiū subtrahitur: sicut ad ezechielē dñs dicit: Lin-

Dñi opera sunt admonitiones. — Esa. xl. — Ps. lxvij. — Dñs ascēdit super occasum. — M — Mundus sacerdotibus plenus est. — Ps. xlix. — Ezech. iij.

A

guā tuā adherere faciā palato tuo/ et eris mut⁹ nec quasi vir obiurgās: q: domus exasperās est. Ac si aperte dicat: Idcirco tibi predicationis sermo tollitur: quia dū me in suis actibus plebs exasperat: non est digna cui exhortatio veritatis fiat. Ex cuius ergo vitio/ predicatori sermo subtrahatur/ non facile cognoscitur. Quia vero pastoris taciturnitas aliquando sibi/ semper autem subiectis noceat/ certissime scitur. Sed vtinam si ad predicationis virtutē non sufficimus: loci nostri officium in innocentia vite teneamus. Nam subditur. [Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.] Multi autē cum regiminis iura suscipiunt/ ad lacerādos subditos inardescūt. Terrorē potestatis exhibent: et quibus prodesse debuerāt/ nocēt. Et quia charitatis viscera non habēt/ dñi videri appetūt/ patres se esse minime recognoscunt: humilitatis locum in elatione dominationis mutant. Et si quando extrinsecus blandiūtur/ intrinsecus seuiunt.

Matth.x.

De quibus alias veritas dicit: Veniunt ad vos in vestimentis ouiū: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Cōtra que omnia cōsiderādum nobis est: quia sicut agni inter lupos mittimur: vt sensum seruātes innocētie/ morsum malitie nō habeamus. Qui enim locum predicationis suscipit: mala inferre non debet/ sed tolerare: vt ex ipsa sua mansuetudine iram seuientium mitiget: et peccatorum vulnera in alijs ipse afflictionib⁹ vulnerat⁹ sanet. Quē et si quādo zelus rectitudinis exigit/ vt erga subiectos seuiat: furor ipse de amore sit/ non de crudelitate: quatenus et iura disciplinę foris exhibeat/ et intus paterna pietate diligat quos foris quasi insequēdo castigat. Quod tunc bene rector exhibet: cum seipsum diligere per amorem priuatum nescit: cum nulla que mūdi sunt appetit: cū terrene cupiditatis oneribus nequaqȝ mentis colla supponit. Unde et subditur. [Nolite portare sacculum/ neqȝ peram neqȝ calciamenta: et neminem per viam salutaueritis.] Predicatori enī tanta debet in deo esse fiducia: vt presentis vite sumptus quāuis nō prouideat: tamē hos sibi non deesse certissime sciat: ne dum mēs eius occupatur ad temporalia/ minus alijs prouideat eterna. Cui etiam per viam neminē salutare conceditur: vt sub quāta festinatione iter predicationis pergere debeat/ ostēdatur. Que si quis verba etiā per allegoriā velit intelligi: in sacculo pecunia clausa est. Pecunia vero clausa/ est sapientia occulta. Qui igitur sapiētie verbum habet: sed hoc erogare proximo negligit: quasi pecuniā in sacculo ligatā tenet. Unde scriptū est: Sapientia abscōdita et thesaurus occult⁹/ que vtilitas in vtrisqȝ? Quid vero per peram/ nisi onera seculi: et quid hoc loco per calciamēta/ nisi mortuorū operū exempla signātur? Qui ergo officiū predicationis suscipit/ dignū non est vt onus secularium negociorū portet: ne dum hoc eius colla deprimit: ad predicāda celestia non assurgat. Nec debet stultorum operum exempla cōspicere: ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire. Sunt etenī multi qui prauitatē suam/ ex alienis prauitatibus tuentur. Quia enim alios talia fecisse cōsiderant: se hec facere licenter putāt. Hi quid aliud faciūt/ nisi pedes suos ex mortuorum animaliū munire pellibus conantur? Omnis vero qui salutat in via: ex occasione salutat itineris: nō ex studio optāde eiusdem salutis. Qui igitur non amore eterne patrie/ sed premiorū ambitu salutē audiētibus predicat: quasi in itinere salutat: quia ex occasione/ et nō ex intentione/ salutem audientibus exoptat. Sequitur. [In quācūqȝ domum intraueritis/ primum dicite: pax huic domui. et si ibi fuerit filius pacis/ requiescet super illum pax vestra: sin autē/ ad vos reuertetur.] Pax que ab ore predicatoris offertur: aut requiescit in domo/ si in ea filius pacis fuerit: aut ad eundem predicatorē reuertitur: quia aut erit quisqȝ predestinatus ad vitā/ et celeste verbum sequitur quod audit: aut si nullus audire voluerit: ipse predicator sine fructu non erit: quia ad eum pax reuertitur: quoniā ei a domino pro labore sui operis merces recompensatur. Ecce autem qui peram et sacculum portare prohibuit: sumptus et alimenta ex eadem predicatione concedit. Nam subditur. [In eadem autem domo manete/ edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est enī operarius mercede sua.] Si pax nostra recipitur: dignū est vt in eadem domo maneamus: edentes et bibentes que apud illos sunt: vt ab eis terrena stipendia consequamur: quibus premia patrie celestis offerimus. Unde etiam Paulus hec ipsa pro minimo suscipiens dicit. Si nos vobis spiritualia seminauimus: magnum est si vestra carnalia metamus? Et notādum quod subditur. [Dignus est operarius mercede sua.] quia iam de mercede operis/ sunt ipsa alimenta sustentationis: vt hic merces de labore predicationis inchoet/ que illic de veritatis visione perficitur. Qua in re cōsiderandum est qȝ vni nostro operi due mercedes debentur: vna in via/ alia in patria: vna que nos in labore sustentat: alia que nos in resurrectione remunerat. Merces itaqȝ que in presenti accipitur/ hoc in nobis debet agere: vt ad sequentem mercedē robustius tendatur. Uerus ergo quisqȝ predicator nō ideo predicare debet/ vt in hoc tempore mercedē recipiat: sed ideo mercedem recipere/ vt predicare subsistat. Quisquis nāqȝ ideo predicat/ vt hic vel laudis vel muneris mercedem recipiat: eterna procul dubio mercede se priuat. Quisquis vero vel ea que dicit/ ideo placere hominibus appetit/ vt dum placet quod dicitur/ per eadem dicta non ipse sed dñs ametur: vel idcirco terrena stipendia in predicatione consequitur/ ne a predicationis voce per indigentiā lassetur: huic procul dubio ad recipiendā mercedē nihil obstat in patria: quia sumptus sumpsit in via. Sed quid nos (quod tamen sine dolore dicere nō possumus) quid nos o pastores agimus/ qui et mercedē cōsequimur: et tamen operarij nequaqȝ sumus? Fructus quippe sancte ecclesie in stipendio quotidiano percipimus: sed tamen pro eterna ecclesia minime in predicatione laboram⁹. Pensemus cuius damnationis sit/ sine labore hic percipere mercedē laboris. Ecce ex oblatione fidelium viuimus: sed nunquid pro animabus fideliū laboramus? Illa in stipendiū nostrum sumimus/ que pro redimēdis peccatis suis fideles obtulerunt: nec tamen cōtra peccata eadem vel orationis studio/ vel predicationis (vt dignum est) insudamus. Uix pro culpa sua quēpiam aperta voce reprehēdimus. Et adhuc (quod est grauius) aliquādo si persona in hoc mundo potens sit/ eius fortassis errata laudamus: ne si aduersemur per iracūdiam/ munus subtrahat quod impendebat. Sed debemus sine cessatione meminisse quod de quibusdam in Osee scriptū est. Peccata populi mei comedent. Cur autem peccata populi comedere dicuntur: nisi quia peccata delinquentiū fouent: ne tēporalia stipendia amittant? Sed et nos qui ex oblationibus fidelium viuimus/ quas illi pro peccatis suis obtulerūt: si comedimus et tacemus: eorum procul dubio peccata manducamus. Pensemus ergo/ cui⁹ sit apud deum criminis/ peccatorū precium māducare: et nihil contra peccata predicando agere. Audiamus quid beati Job voce dicit: Si aduersum me terra mea clamat: et cum ipsa sulci eius deflent: si fructus eius comedi absqȝ pecunia. Terra enim contra possessorem suum clamat: quando contra pastorem suum iuste ecclesia murmurat. Cuius etiam sulci deflēt: si corda audientiū que a precedentibus sunt patribus predicationis voce et vigore inuectionis exarata/ vident aliquid quod lugeant de vita pastoris. Cuius videlicet terre fruct⁹ possessor bonus sine pecunia non manducat: quia discretus pastor prerogat talentū verbi/ ne ad damnationē suam de ecclesia stipendiū sumat alimenti. Tunc enī de terra nostra cum pecunia fructus comedimus: quādo sumentes ecclesiastica subsidia/ in predicatiōe laboram⁹. Precones nāqȝ venturi iudicis sumus. Quis ergo venturū iudicem nunciet: si preco tacet? Proinde considerandū nobis est/ vt in quantum valet quisqȝ vel in quantum sufficit: et terrorem venturi iudicij/ et dulcedinē/ regni suscepte ecclesie insinuare contendat. Et quia vna eademqȝ exhortationis voce non sufficit simul cunctos admonere: debet singulos in quantum valet instruere: priuatis locutionib⁹ edificare: exhortatione simplici fructum in filiorum suorum cordibus querere. Debemus nāqȝ pensare cōtinue quod sanctis apostolis dicitur: et per apostolos nobis: Vos estis sal terre. Si ergo sal sumus: condire mentes fidelium debemus. Uos ergo qui pastores estis: pēsate quia dei animalia pascitis. De quibus profecto animalibus deo per psalmistā dicitur: Animalia tua habitabunt in ea. Et sepe videmus qȝ petra salis brutis aīalib⁹ ponitur: vt ex eadē salis petra lambere debeāt/ et meliorari.

Margin notes:

A · B · C · D · E · F

Matth.x. · Mat.vij. · Prelatus non sit crudelis i subditos. · Eccli.xl. · Salutare in itinere qd dicat. · Predicator pōt petere sūpt⁹ et alimēta · i.Cor.ix. · Merces duplex debetur vni nr̄o operi. · Pastorū grauis error. · Osee.iiij. · Job.xxxi. · Terra qn̄ clamare ↄ̄ suum possessorē. · Matth.v. · Ps.lxvij.

G

Sacerdos debz esse petra salis in populis.

Quasi ergo inter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare nã sacerdoti necesse est: que singulis dicat: vnũquẽq; qualiter admoneat: vt quisquis sacerdoti iungitur/quasi ex salis tactu/eterne vite sapore condiatur. Sal etenim terre non sumus: si corda audientium non condimus. Qd profecto condimẽtum ille veraciter proximo impendit/qui predicationis verbum non subtrahit. Sed tunc vere alijs recte predicamus/si dicta rebus ostendimus: si nosipsi diuino amore cõpungimur: et humane vite (que sine culpa transiri nequaq; põt) quotidianas lachrymis maculas lauamus. Tunc autem de nobis vere compũgimur: si studiose patrum precedẽtium facta pensamus: vt ex cõspecta illorũ glõa/in nostris nobis oculis nostra vita sordescat. Tũc vere cõpungimur: cum precepta dei studiose perscrutamur: et per hec proficere ipsi contendimus/per que iam profecisse nouimus quos veneramur. Hinc est enim qd de Moyse scriptum est:

Exodi xxxviij.

Posuit labrum eneum in quo lauarẽtur Aaron et filij ei⁹/cum ingrederẽtur in sancta sanctorũ: qd fecit de speculis mulierum: que excubabant in ostio tabernaculi. Labrũ quippe eneũ Moyses ponit in quo sacerdotes lauari debeant/et sancta sctõrũ ingredi: qz lex dei prius nos lauari per compũctionem precipit: vt nostra immũditia ad penetrandam secretorũ dei

H

mũditiam non sit indigna. Qd bene labrum de speculis mulierum phibet factum: que ad tabernaculi ostium indesinẽter excubabãt.

Precepta dei cõparantur speculis mulierũ.

Specula qppe mulierum sunt precepta dei: in quibus se sancte anime semper aspiciunt: et si que in eis sunt feditatis macule/deprehendũt. Cogitationum vitia corrigũt: et quasi renitẽtes vultus velut ex reddita imagine componũt: quia dum preceptis diuinis solerter intendũt/in eis procul dubio vel quid in se celesti viro placeat/vel quid displiceat/agnoscũt. Que q̃ diu in hac vita sunt/in eternũ tabernaculum ingredi nequaq; possunt. Sed tñ ad ostium tabernaculi mulieres excubant: qz sancte anime etiam cũ infirmitate adhuc carnis grauẽtur amore tamen continuo ingressum eterni introitus obseruãt. Moyses ergo labrũ sacerdotibus de speculis mulierũ fecit: qz lex dei lauacrũ compunctionis/peccatorũ nostrorũ maculis exhibet: dum ea per que sancte anime superno sponso placuerũt/intuẽda nobis celestia precepta prebet. Quibus si diligenter intẽdimus/interne nostre imaginis maculas videmus. Uidẽtes aũt maculas/in penitẽtie dolore cõpũgimur. Compuncti vo quasi in labro de speculis mulierum lauamur. Est aũt valde necessarium/vt cum de nobis in cõpũctione afficimur: etiam cõmissorũ nobis vitam zelemus. Sic ergo nos amaritudo cõpunctionis afficiat/

Amemus nos et proximos.

vt tamen a proximorum custodia non auertat. Quid em̃ pdest si amãtes nosmetipsos/relinquamus proximos? Uel quid rursum prodest si amãtes vel zelantes proximos/relinquamus nosmetipsos? In ornamẽto quippe

I

tabernaculi/bis tinctus coccus offerri pcipitur: vt ante dei oculos charitas nostra/dei et proximi amore coloretur. Ille aũt vere se diligit/q pure diligit auctorem. Tunc ergo coccus bis tingitur/qñ erga se et proximũ ex amore veritatis animus inflãmatur. Sed inter hec sciẽdum nobis est/vt sic exerceatur zelus rectitudinis contra praua acta proximorũ: quatenus in feruore districtionis nullo modo relinquat virtus mansuetudinis.

Ira sacerdotis qualis esse debet.

Ira etenim sacerdotis nequaq; debet esse preceps et pturbata: sed magis ex cõsilij grauitate mitiganda. Et portare ergo debem⁹ quos corrigim⁹/et corrigere quos portam⁹: ne si ex vtroq; vnũ defuerit: vel in feruore vel in mansuetudine actio sacerdotalis non sit. Hinc nãq; est q in tẽpli ministerio/in basibus tẽpli sculptorio opere leones et boues et cherubin expressa sunt. Cherubin quippe est plenitudo scientie. Sed quid est q in basibus nec leones sine bobus/nec boues sine leonibus fiunt? Quid em̃ aliud designant bases in templo: nisi sacerdotes in ecclesia: qui dũ sollicitudinem regiminis tolerãt/quasi more basium supimpositum onus portãt. In basibus ergo cherubin exprimitur: qz decet nimirum vt sacerdotum pectora plenitudine sciẽtie sint referta. Per leones aũt terror seueritatis: per boues vero patientia mansuetudinis figuratur. Itaq; in basibus nec leones sine bob⁹/nec boues sine leonibus exprimuntur: quia semper in sacerdotali pectore cũ terrore seueritatis custodiri debet virtus mansuetudinis: vt et iram mansuetudo condiat: et eandem mansuetudinẽ (ne fortasse dissoluta sit) zelus districtionis accendat.

K

Sacerdos sit seuerus et mansuet⁹.

Sed ista cur loquimur/cũ adhuc plerosq; grauari atrocioribus videamus? Uobis eni sacerdotibus lugens loquor: quia nonnullos vestrũ cum premijs facere ordinationes agnouimus: spiritalẽ gratiã vendere: et de alienis iniq̃tatibus cũ peccati dãno temporalia lucra cumulare. Cur ergo ad memoriam vestrã non redit quod vox dñica precipiens dicit:

Mat. x. Ioã. ij.

Gratis accepistis: gratis date? Cur nõ ante mentis oculos reuocatis: q templum redemptor noster ingressus/cathedras vendentiũ columbas euertit: et numulariorũ effudit es? Qui nãq; sunt in templo dei hodie qui columbas vendunt: nisi qui in ecclesia precium de impositione manus accipiunt: per quam videlicet impositionem spiritussanctus celitus datur. Columba ergo venditur: quia manus impositio/per quam spiritussanctus accipitur: ad preciũ prebetur. Sed redemptor noster cathedras vendentiũ columbas euertit: quia talium negociatorum sacerdotiũ destruit. Hinc est enim q sacri canones simoniacã heresim dãnãt: et eos priuari sacerdotio pcipiunt/qui de largiẽdis ordinibus preciũ querũt.

Simonia dãnatur per canones.

Cathedra ergo vendentiũ columbas euertitur: qñ hi qui spiritalẽ gratiã vendũt: vel ante humanos vel ante dei oculos sacerdotio priuantur. Et quidẽ multa sunt alia prepositorũ mala que humanos modo oculos latẽt. Et plerunq; se pastores sanctos hominibus exhibent: atq; in occultis suis videri turpes ante interni arbitri oculos non erubescũt. Ueniet/veniet profecto ille dies/nec longe est: in quo pastorum pastor appareat: et vniuscuiusq; facta in publicum deducat.

L

Prelatos deus puniet per se ipsum.

Et qui modo subditorũ culpas per prepositos vlciscitur: tũc prepositorũ mala per semetipsum seuiens dãnat. Unde et ingressus in templum/per semetipsum quasi flagellũ de funiculis faciens de domo dei prauos negociatores eijciens/cathedras vendentiũ columbas euertit: quia subditorũ quidẽ culpas per pastores percutit: sed pastorum vitia per semetipsum ferit. Ecce modo hominibus negari potest quod latenter agitur: Ille certe iudex venturus est: cui tacendo quisq; se non potest celare: quem negando non potest fallere. Est et aliud fratres charissimi: qd me de vita pastorum vehemẽter affligit: sed ne cui hoc iniuriosum videatur fortasse quod assero: me quoq; pariter accuso: quis barbarici temporis necessitate compulsus/valde in his iaceo inuitus. Ad exteriora eni negocia delapsi sumus: et aliud ex honore suscipimus: atq; aliud ex officio actionis exhibem⁹. Ministerium predicationis relinquimus: et ad penam nostrã (vt video) episcopi vocamur: qui honoris nomen/non virtutis tenemus. Relinquunt nãq; deum hi qui nobis commissi sunt/et tacem⁹. In prauis actibus iacent: et correptionis manũ non tẽdimus. Quotidie permultas nequitias pereunt: et eos

M

ad infernum tendere negligenter videmus. Sed quomodo nos vitam corrigere valeamus alienam: qui negligimus nostrã? Curis enim secularibus intenti/tanto insensibiliores intus efficimur/quãto ad ea que foris sunt/studiosiores videmur. Usu quippe cure terrene/a celesti desiderio obdurescit animus: et dum ipso suo vsu durus efficitur per actionẽ seculi/ad ea molliri non valet que pertinent ad charitatẽ dei. Unde bene sancta ecclesia de membris suis infirmantibus dicit.

Can. j.

Posuerũt me custodem in vineis: vineã meam non custodiui. Uineę quippe nostre actiones sunt: quas vsu quotidiani laboris excolimus. Sed custodes in vineis positi/nostrã vineam minime custodimus: quia dum extraneis actionibus implicamur: ministeriũ actionis nostre negligimus.

Sacerdotes vitiosi plus preiudicant q̃ quicunq; alij.

Nullum (puto) fratres charissimi ab alijs maius preiudiciũ q̃ a sacerdotibus tolerat deus: quando eos quos ad aliorum correctionẽ posuit/dare de se exempla prauitatis cernit: quando ipsi peccamus/qui compescere peccata debuimus. Plerunq; (quod est grauius) sacerdotes qui propria dare debuerant: etiam aliena diripiunt. Plerunq; si quos humiliter/si quos continenter viuere conspiciunt/irrident.

Pastores lupos fieri periculosum est gregibus.

Considerate ergo quid de gregibus agatur: quando pastores lupi fiunt. Hi enim custodiam gregis suscipiunt: qui insidiari gregi dominico non metuũt: et contra quos dei greges custodiri debuerant. Nulla animarum lucra querimus: ad nostra

A quotidie studiis vacamus: terrena concupiscimus: humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quo ceteris prelati sumus/ad agenda quelibet maiorem licentiam habemus: suscepte benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis argumentum. Dei causas relinquimus: ad terrena negocia vacamus. Locum sanctitatis accipimus: et terrenis actibus implicamur. Impletum est in nobis profecto quod scriptum est: Et erit sicut populus/sic sacerdos. Sacerdos eni non distat a populo: quando nullo merito vite sue/vulgi transcēdit actionē. Imploremus hieremie lachrymas: consideret mortē nostrā: et deplorans dicat. Quomodo obscuratū est aurum: mutatus est color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniū platearū? Aurū quippe obscuratū est: quia sacerdotū vita quondā per gloriam virtutū clara/nunc per actiones infimas ostenditur reproba. Color optimus est mutat⁹: quia ille sanctitatis habitus/per terrena et abiecta opera ad ignominiā despectionis venit. Lapides vero sanctuarij intrinsecus habebātur: nec sumebantur in summi sacerdotis corpore nisi cū sancta sanctorū ingrediens/in secreto sui cōditoris appareret. Nos ergo fratres charissimi/nos sumus lapides sanctuarij: qui apparere semper debemus in secreto dei: quos nunq̄ necesse est foris conspici. i. nūq̄ in extraneis actionib⁹ videri.

B Sed dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniū platearum: q̄ bi qui per vitā et orationē intus semper esse debuerant: per vitā reprobā foris vacāt. Ecce iam pene nulla est seculi actio/quā non sacerdotes administrent. Dū ergo in sancto habitu cōstituti/exteriora sunt que exhibēt: quasi sanctuarij lapides foris iacent. Quia eni greca voce platea a latitudine vocatur: sanctuarij lapides in plateis sunt: cū religiosi quiq̄ lata mundi itinera sectētur. Nec solū in plateis/sed in capite platearū dispersi sunt: q̄ et per desideriū/huius mundi opera peragūt: et tamen de religioso habitu culmen honoris querunt. In capite ergo platearū dispersi sunt: quia et iacent per ministeriū operis: et honorari volunt de imagine sanctitatis. Quanto autem mūdus gladio feriatur/aspicitis: quibus quotidie percussionibus intereat populus/videtis. Cui⁹ hoc nisi nostro precipue peccato agitur? Ecce depopulate vrbes: euersa castra: ecclesie ac monasteria destructa: in solitudinē agri redacti sunt. Sed nos pereunti populo auctores mortis existimus: qui esse debuimus duces ad vitam. Ex nostro eteni peccato populi turba pstrata est: quia nostra faciente negligentia/ad vitā erudita nō est. Quid autem alias hominū/nisi cibū dei dixerimus: que ad hoc sunt condite: vt in eius corpore traijciantur. i. vt in eterne ecclesie augmentū tendāt? Sed huius cibi cōdimentū nos esse debuimus. Sicut eni paulo superius prefati sumus: missis predicatorib⁹ dicitur: Uos estis sal terre. Si igitur cibus dei est populus: cōdimentū cibi sacerdotes esse debuerūt.

C Sed q̄ dum nos ab oratione et eruditionis sancte vsu cessamus/sal infatuatū est: condiri non valet cibus dei: atq̄ idcirco ab auctore nō sumitur: quia exigēte fatuitate nostra/minime cōditur. Pensemus enim qui vnq̄ per linguā nostram cōuersi/qui de peruerso suo opere nostra increpatione correpti/penitentiā egerūt: quis luxuriā ex nostra eruditione deseruit: quis auaritiā/quis superbiā declinauit? Pensemus quod lucrum deo facimus nos qui accepto talēto: ab eo ad negociū missi sumus. Etenī dicit: Negociamini dum venio. Ecce iam venit: ecce de nostro negocio lucrū requirit. Quale et aliarū lucrū de nostra negociatione monstrabimus? Quot ei⁹ in cōspectu animarū manipulos de predicationis nostre segete illaturi sum⁹? Ponamus ante oculos nostros illū tāte districtionis diem quo iudex veniet: et rationē cū seruis suis q̄bus talenta credidit/ponet. Ecce in maiestate terribili/inter angelorum atq̄ archangelorū choros videbitur. In illo tanto examine/electorū omniū et reproborū multitudo deducetur: et vnusquisq̄ quid sit operatus ostendet. Ibi petrus cū iudea conuersa: quā post se traxit apparebit. Ibi paulus conuersum (vt ita dixerim) mundū ducēs. Ibi andreas post se achaiā/ibi Ioānes asiam/thomas indiā/in cōspectu sui iudicis conuersam ducet. Ibi omnes dnici gregis arietes/cū animarū lucris apparebūt: qui sanctis suis predicationib⁹ deo post se subditū gregē trahunt. Cū igitur tot pastores cū gregib⁹ suis ante eterni pastoris oclos venerint/nos miseri quid dicturi sum⁹: qui ad dnm nostrū post negociū vacui redimus: q̄ pastorū nomen habuimus: et oues quas ex nutrimento nostro debeamus ostēdere/nō habemus? Hic pastores vocati sumus: et ibi gregē non ducimus.

D Sed nunquid si nos negligimus/oīpotens de⁹ deseret oues suas? Nullo modo. Nā ipse eas/sicut per prophetā pollicitus est/per semetipsum pascet. Omnesq̄ quos preordinauit ad vitam: flagellorū stimulis/cōpunctionis spū erudit. Et per nos quidem fideles ad sanctū baptisma veniūt: nostris precibus benedicuntur: per impositionē nostrarū manuū a deo spiritum sanctū percipiunt: atq̄ ipsi ad regnum celorū pertingunt: et ecce nos per negligentiā nostram deorsum tendimus. Ingrediūtur electi/sacerdotum manibus expiati/celestē patriam: et sacerdotes ipsi per vitam reprobā ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei/cui similes dixerim sacerdotes malos: nisi aque baptismatis: que peccata baptizatorū diluens/illos ad regnū celeste mittit: et ipsa postea in cloacas descendit? Timeamus hoc fratres: conueniat actioni nostre ipsum ministeriū nostrū. De peccatorū nostrorum relaxatione quotidie cogitemus: ne nostra vita peccato obligata remaneat/per quam oīpotens deus quotidie alios soluit.

E Consideremus sine cessatione quid sum⁹: pēsemus negociū nostrū: pensemus pondus quod suscepimus. Faciamus quotidie nobiscū rationes quas cū nostro iudice habebimus. Et sic debemus agere curam nostrā: vt non negligamus curā proximi: vt quisquis ad nos iungitur: ex lingue nostre sale cōdiatur. Cū lasciuientē quēpiam et lubricū videmus: admonendus est vt coniugio frenare studeat iniquitatē suā: quatenus per hoc quod licet: discat superare quod non licet. Cum coniugatū videmus: admonendus est vt sic exerceat curam seculi/ne postponat amorē dei: sic placeat voluntati coniugis/vt non displiceat conditori. Cum clericū videmus: admonendus est quatenus sic viuat/vt exemplū vite secularibus prebeat: ne si quid in illo iuste reprehenditur: ex ei⁹ vitio ipsa religionis nostre estimatio grauetur. Cū monachū videmus: admonendus est vt reuerentiā habit⁹ sui in actu/in locutione/in cogitatione sua semper circūspiciat: vt ea que mundi sunt/perfecte deserat: et quod ostendit hūanis oculis habitu/hoc ante dei oculos moribus pretendat. Ille itaq̄ iam sanctus est/admoneat vt crescat. Ille vero qui adhuc iniqu⁹ est/admoneatur vt se corrigat. Quatenus quisquis se ad sacerdotē iungerit/sale sermonis illius cōditus recedat. Hec fratres vobiscū sollicite cogitate: hec et proximis vestris impēdite: oīpotenti deo fructū vos reddere de negocio quod accepistis parate. Sed ista que dicimus: melius apud eū orando q̄ loquendo obtinemus.

F Oremus.

Deus qui nos pastores in populo vocare voluisti: presta quesumus vt hoc quod humano ore dicimur: in tuis oculis esse valeamus. Per dominū nostrū iesum christū ꝛc.

Lectio sancti euangelij sm̄ Ioannem.

In illo tēpore. Dicebat Iesus turbis iudeorū et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis: quare non creditis mihi? Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos non auditis: q̄ ex deo nō estis. Respōderūt ergo iudei: et dixerūt ei. Nōne bene dicimus nos: quia samaritanus es tu: et demonium habes? Respondit Iesus. Ego demoniū non habeo: sed honorifico patrē meum: et vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam. Est qui querat et iudicet. Amen amē dico vobis: si quis sermonē meum seruauerit: mortem nō videbit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nūc cognouim⁹ quia demonium habes. Abraham mortuus est et prophe-

Marginalia: Osee.iiij. — Thre.iiij. — Aurū obscuratū ē. — Sacerdotes ferme oēs actiones secli administrāt. — Mundus multas ex sacerdotū culpis calamitates patitur. — Matth.v. — Luce.xix. — Iudicij extremi horror mirabilis erit oib⁹ p̄sertim pastoribus. — Eze.xxxiiij. — Sacerdotes mali sunt sicut aque baptismatis. — Pctōres cuiuslibet status p sacerdotes sūt admonendi. — Io.viij.

15

te: et tu dicis: si quis sermonem meũ seruauerit: mortem non gustabit in eternum. Nunquid tu maior es patre nostro abrahã: q̃ mortuus est: et prophete mortui sunt. Quẽ teipsum facis? Respondit iesus. Si ego glorifico meipsum/ gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me: quem vos dicitis: q: deus vester est: et non cognouistis eũ. Ego autẽ noui eum. Et si dixero quia nescio eum: ero similis vobis mendax: sed scio eum/ et sermonẽ eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit, et gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eũ. Quinquaginta annos nondum habes: et abraham vidisti? Dixit eis iesus. Amen amen dico vobis: antequã abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides iudei: vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se: et exiuit de templo.

¶ Homilia lectionis eiusdẽ habita ad populum in basilica sancti Petri apostoli: Dominica in passione. Homilia. xviij.

Pensate fratres charissimi mansuetudinẽ dei. Relaxare peccata venerat/ et dicebat. [Quis ex vobis arguet me de peccato?] Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorẽ non esse: qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est valde: quod subditur [Qui ex deo est/ verba dei audit: propterea vos nõ auditis/ q: ex deo nõ estis.] Si enĩ ipse verba dei audit qui ex deo est/ et audire verba eius non potest quisquis ex illo non est: interroget se vnusquisq; si verba dei i aure cordis percipit: et intelliget vnde sit. Celestẽ patriã desiderare veritas iubet: carnis desideria conteri: mũdi gloriã declinare: aliena nõ appetere: propria largiri. Penset ergo apud se vnusquisq; vestrum si hec vox dei in cordis eius aure conualuit: et q: iam ex deo sit/ agnoscit. Nam sunt nõnulli qui precepta dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli qui hec quidem corporis aure percipiũt: sed nullo ea mentis desiderio cõplectuntur. Et sunt nonnulli qui libẽter verba dei suscipiũt/ ita vt etiã in fletibus cõpungantur: sed post lachrymarũ tempus/ ad iniquitatẽ redeunt. Hi profecto verba dei non audiũt: qui hec exercere in opere contẽnunt. Uitam ergo vestrã fratres charissimi ante mentis oculos reuocate: et alta cõsideratione pertimescite hoc qđ ex ore veritatis sonat: [Propterea vos non auditis/ quia ex deo non estis.] Sed hoc qđ de reprobis veritas loquitur: ipsi hoc de semetipsis reprobi iniquis suis operibus ostendunt. Nam sequitur: [Responderũt igitur iudei/ et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu/ et demonium habes?] Accepta autẽ tanta contumelia: quid dñs respondeat/ audiamus. [Ego demoniũ non habeo: sed honorifico patrẽ meũ/ et vos inhonorastis me.] Quia enim samaritanus interpretatur custos: ipse veraciter custos est (De quo psalmista ait: Nisi dñs custodierit ciuitatẽ: inuanũ vigilãt qui custodiũt eam. Et cui per Esaiã dicitur: Custos quid de nocte? Custos quid de nocte?) respondere noluit dñs: Samaritanus non sum: sed Ego demoniũ nõ habeo. Duo enĩ ei illata fuerunt: vnũ negauit: aliud tacendo consensit. Custos nãq; humani generis venerat: et si samaritanũ se non esse diceret: esse se custodẽ negaret. Sed tacuit quod recognouit: et patienter repulit quod dictũ fallaciter audiuit: dicens: [Ego demonium non habeo.] In quibus verbis quid aliud nisi superbia nostra confunditur: que si exagitata vel leuiter fuerit: atrociores iniurias reddit q̃ acceperit. facit mala que potest: minatur et que nõ potest. Ecce iniuriam suscipiens dominus non irascitur: non contumeliosa verba respõdet. Qui si eisdem ista dicẽtibus respõdere voluisset: demoniũ vos habetis: verũ profecto diceret: q: nisi impleti essent demonio: tã peruersa de deo loqui nõ possent. Sed accepta iniuria/ etiã quod verũ erat/ dicere veritas noluit: ne nõ dixisse veritatẽ, sed prouocatus/ contumeliã reddidisse videretur. Ex qua re quid nobis innuitur: nisi vt eo tempore quo a proximis ex falsitate contumelias accipimus: eorum etiam vera mala taceamus: ne ministeriũ iuste correptionis/ in arma vertamus furoris? Sed q: quisquis dei zelo vtitur/ sepe a prauis hominibus dehonestatur: in semetipso nobis dñs patientie prebuit exemplũ/ qui ait. [Sed honorifico patrẽ meum: et vos inhonorastis me.] Sed quid nobis ad ista faciendum sit: adhuc exẽplo nos admonet/ cũ subiũgit: [Ego autẽ non quero gloriã meam: est qui querat et iudicet.] Scimus certe quod scriptum est/ quia pater omne iudicium dedit filio: et tamen ecce idem filius iniurias accipiens/ gloriã suam non querit. Illatas contumelias patris iudicio reseruat: vt nobis profecto insinuet/ q̃tum nos esse patiẽtes debemus: dũ se adhuc vlcisci nõ vult et ipse qui iudicat. Cũ vero malorũ peruersitas crescit: nõ solũ predicatio non debet minui/ sed etiã augeri. Quod suo dñs exemplo nos admonet: qui postq̃ habere demonium dictus est/ predicationis sue beneficia largius impendit/ dicẽs. [Amen amen dico vobis: si quis sermonẽ meũ seruauerit: mortẽ nõ videbit in eternũ.] Sed sicut bonus necesse est vt meliores etiam per cõtumelias existant/ ita semper reprobi de beneficio peiores fiũt. Nam accepta predicatione/ iterũ dicũt: [Nunc cognouimus quia demoniũ habes.] Quia enim eterne morti inherẽrãt/ et eandẽ mortẽ cui inherẽrãt/ non videbãt: dum solã mortẽ carnis aspicerẽt: in veritatis sermone caligabãt: dicẽtes: [Abrahã mortuus est: et prophete mortui sunt: et tu dicis/ si quis sermonẽ meũ seruauerit/ mortẽ nõ gustabit in eternũ?] Unde et ipsi veritati eundẽ abrahã et prophetas quasi venerantes preferunt. Sed aperta nobis ratione ostẽditur: quia qui deũ nesciũt: dei quoq; famulos falso venerantur. Et notandum q: vidit eos dñs aperta sibi impugnatione resistere: et tamen eis se iterũ non desinit voce predicare/ dicẽs: [Abrahã pater vester exultauit vt videret diẽ meũ: vidit/ et gauisus est.] Tunc quippe diem dñi abrahã vidit: cũ in figura summe trinitatis/ tres angelos hospitio recepit: quibus profecto susceptis/ sic tribus/ quasi vni locutus est: quia etsi in personis numerus trinitatis est: in natura vnitas diuinitatis est. Sed carnales mentes audientiũ/ oculos a carne non subleuant/ dum in eo solam carnis etatẽ pensant/ dicentes. [Quinquaginta annos nõdum habes: et abrahã vidisti?] Quos benigne redemptor noster a carnis sue intuitu submouet/ et ad diuinitatis contẽplationem trahit/ dicens. [Amen amen dico vobis: antequã fieret abrahã/ ego sum.] Ante enĩ/ preteriti tpis est: sum/ presentis. Et q: preteritũ et futurũ tps diuinitas nõ habet: sed semper esse habet: non ait. Ante abraham ego fui: sed ante abrahã ego sum. Unde et ad moysen dicitur. Ego sum qui sum: et dices filiis isrl: qui est/ misit me ad vos. Ante ergo vel post/ abraham habuit/ qui et accedere potuit per exhibitionem presentie/ et recedere per cursum vite. Ueritas vero semper esse habet: quia ei quicq; nec priori tẽpore incipitur: nec subsequenti terminat. Sed sustinere ista eternitatis verba mentes infideliũ non valentes/ ad lapides currũt: et quem intelligere non poterant/ obruere querebant. Quid autẽ contra furorẽ lapidantiũ dñs fecerit: ostẽditur cũ protinus subinfertur [Iesus autẽ abscondit se: et exiuit de templo.] Mirum valde est fratres charissimi/ cur persecutores suos dñs se abscondendo declinauerit: qui si diuinitatis sue potentiã exercere voluisset/ tacito nutu mentis in suis contentibus ligaret: aut in penã subite mortis obrueret. Sz q: pati venerat: exercere iudiciũ nolebat. Certe sub ipso passionis tempore et q̃ntum poterat ostẽdit: et tñ hoc ad qđ venerat pertulit. Nam cũ persecutoribus suis se querentibus diceret: Ego sum: sola hac voce eorũ superbiã perculit/ et oẽs in terrã strauit. Qui ergo hoc in loco potuit manus lapidantiũ nõ se abscondendo euadere/ cur abscondit se/ nisi q: homo inter hoies fact⁹ redẽptor noster alia nobis verbo loquitur: alia exẽplo? Quid autẽ nobis hoc exẽplo loquitur/ nisi vt etiã cũ resistere possumus/ irã superbientiũ humiliter declinemus? Unde et per Paulum dicitur: Date locũ ire. Quãta humilitate irã proximi ferre debeat/ perpẽdat homo/ si furores irascentiũ abscondendo se/ declinauit deus. Nemo ergo se cõtra acceptas cõtumelias erigat: nemo conuitiis conuitiũ reddat. Imitatione etenĩ dei/ gloriosius est iniuriam tacẽ-

Marginal notes (left column): H — Uerborũ dñi auditores sunt in multiplici differentia. — I — Samaritanus custos interpretatur. Ps. cxxvi. Esa. xxi. — Patiẽtia xpi ineffabilis nos ad patientiã exhortari debet.

Marginal notes (right column): K — Joan. v. — L — Deum nescientes/ dei famulos falso venerant. — Gen. xviij. — Exo. iij. — M — Xps si voluisset facile suos persecutores exterminasset. — Joã. xviij. — Rom. xij.

A dos fugere: quam respondendo superare. Sed contra hoc superbia dicit in corde: Turpe est, ut accepta iniuria taceas. Quisquis conspicit quod contumeliam accipis et taces: non putat quod patientiam exhibes: sed crimina agnoscis. Sed unde vox ista in corde nostro contra patientiam nascitur: nisi quia in imis cogitationem figimus: et qui in terra gloriam querimus: placere ei qui nos de celo conspicit, non curamus? Accepta ergo contumelia, meditemur in opere vocem dei. [Ego non quero gloriam meam: est qui querat et iudicet.] Hoc autem quod de deo scriptum est: Abscondit se: intelligi et aliter potest. Multa quippe iudeis predicaverat: sed predicationis eius verba deridebant. Deteriores quoque ex predicatione facti sunt: qui usque ad iaciendos lapides pervenerunt. Et quid abscondendo se dominus significat: nisi quod eis ipsa veritas absconditur: qui eius verba sequi contemnunt? Eam quippe quam non invenit humilem veritas fugit mentem. Et quam multi sunt hodie qui iudeorum duritiam detestantur: quod predicationem domini audire noluerunt: et tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem: tales ipsi sunt ad operationem. Precepta domini audiunt: miracula cognoscunt: sed converti a suis pravitatibus renuunt. Ecce vocat, et redire nolumus. Ecce sustinet: et eius patientiam dissimulamus. Dum ergo tempus habemus fratres: pravitatem suam unusquisque deserat: dei patientiam pertimescat: ne quem nunc tranquillum despicit, iratum postmodum nequaquam evadere possit.

[Margin: Veritas ipsa abscondita fuit iudeis.] *[Margin: B]*

Lectio sancti evangelii secundum Matheum. *[Margin: Mat. xx.]*

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini patrifamilias: qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam: vidit alios stantes in foro ociosos: et illis dixit: Ite et vos in vineam meam: et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam: et fecit similiter. Circa undecimam vero horam exiit: et invenit alios stantes: et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset: dicit dominus vinee procuratori suo. Voca operarios: et redde illis mercedem: incipiens a novissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi: arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias, dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt: et pares illos nobis fecisti: qui portavimus pondus diei et estus? At ille respondens uni eorum dixit. Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est et vade. Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi: et primi novissimi. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. *[Margin: C]*

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Laurentii martyris in septuagesima. Homilia. xix.

In explanatione sua, multa ad loquendum sancti evangelii lectio postulat: quam volo (si possum) sub brevitate perstringere: ne vos et extensa processio, et prolixa expositio videatur onerare. Regnum celorum homini patrifamilias simile dicitur: qui ad excolendam vineam suam operarios conducit. Quis vero patrisfamilias similitudinem rectius tenet quam conditor noster: qui regit quos condidit: et electos suos sic in hoc mundo possidet: quasi subiectos dominus in domo? Qui habet vineam, universalem scilicet ecclesiam: que ab Abel iusto usque ad ultimum electum qui in fine mundi nasciturus est: quot sanctos protulit: quasi tot palmites misit. Hic itaque paterfamilias ad excolendam vineam suam mane hora tertia, sexta, nona, et undecima operarios conducit: quia a mundi huius initio usque in finem ad erudiendam plebem fidelium predicatores congregare non desistit. Mane etenim mundi fuit ab Adam usque ad Noe. Hora vero tertia a Noe usque ad Abraham. Sexta quoque ab Abraham ad Moysem. Nona autem a Moyse usque ad adventum domini. Undecima vero ab adventu domini usque ad finem mundi. In qua predicatores sancti apostoli missi sunt: qui mercedem plenam et tarde venientes acceperunt. Ad erudiendam ergo dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam, nullo tempore destitit operarios mittere: quia et prius per patres, et postmodum per legis doctores et prophetas: ad extremum vero per apostolos: dum plebis sue mores excoluit: quasi per operarios in vinee cultura laboravit. Quis in quolibet modulo vel mensura, quisquis cum fide recta, bone actionis extitit, huius vinee operarius fuit. Operator ergo mane hora tertia, sexta, et nona, antiquus ille hebraicus populus designatur: qui in electis suis ab ipso mundi exordio dum recta fide deum studuit colere, quasi non destitit in vinee cultura laborare. Ad undecimam vero gentiles vocantur: quibus et dicitur: [Quid hic statis tota die ociosi?] Qui enim transacto tam longo mundi tempore, pro vita sua laborare neglexerant, quasi tota die ociosi stabant. Sed pensate fratres quid inquisiti respondeant. Dicunt enim: [Quia nemo nos conduxit.] Nullus quippe ad eos patriarcha, nullus propheta venerat. Et quid est dicere, ad laborem nos nemo conduxit: nisi, quia vite nobis vias nullus predicavit? Quid ergo nos a bono opere cessantes, in excusatione nostra dicturi sumus: qui pene a matris utero ad fidem venimus: qui verba vite ab ipsis cunabulis audivimus: qui ab uberibus sancte ecclesie potum superne predicationis sumpsimus cum lacte carnis? Possumus vero et easdem diversitates horarum, etiam ad unumquemque hominem per etatum momenta distinguere. Mane quippe intellectus nostri, pueritia est. Hora autem tertia, adolescentia intelligi potest: quia quasi iam sol in altum proficit: dum calor etatis crescit. Sexta vero iuventus est: quia velut in centro sol figitur: dum in ea plenitudo roboris solidatur. Nona autem senectus intelligitur: in qua velut sol ab alto axe descendit: quia ea etas a calore iuventutis deficit. Undecima vero hora ea est etas que decrepita vel veterana dicitur. Unde et greci valde seniores non gerontas, sed presbyteros appellant: ut plus quam senes esse insinuent: quos provectiores vocent. Quia ergo ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in iuventute, alius in senectute, alius in decrepita etate perducitur: quasi diversis horis operarii ad vineam vocantur. Mores ergo vestros fratres charissimi aspicite: et si iam dei operarii estis, videte. Penset unusquisque quid agat, et consideret si in dei vinea laboret. Qui enim in hac vita ea que sua sunt querit: adhuc ad dominicam vineam non venit. Illi namque domino laborant, qui non sua sed lucra dominica cogitant: qui zelo charitatis, studio pietatis inserviunt: animabus lucrandis invigilant: perducere et alios secum ad vitam festinant. Nam qui sibi vivit, qui carnis sue voluptatibus pascitur, recte ociosus redarguitur: quia fructum divini operis non sectatur. Qui vero et usque ad etatem ultimam deo vivere neglexerit: quasi usque ad undecimam ociosus stetit. Unde recte usque ad undecimam torpentibus dicitur: [Quid hic statis tota die ociosi?] Ac si aperte dicatur: Et si deo vivere in pueritia et iuventute noluistis, saltem in ultima etate resipiscite: et ad vite vias cum iam laboraturi multum non estis, vel sero venite. Et tales ergo paterfamilias vocat: et plerumque ante remunerantur: quia prius ad regnum de corpore exeunt: quam hi qui iam a pueritia vocati esse videbantur. An non ad undecimam horam venit latro: qui etsi non habuit per etatem, habuit tamen sero per penam: qui dei in cruce confessus est: et pene cum voce sententie, spiri-

[Margin: D] *[Margin: Ecclesia ab abel iusto incepit.]* *[Margin: Mundus varias habet etates]* *[Margin: E]* *[Margin: Exponit a bono opere cessantes vix se excusabunt apud deum.]* *[Margin: F]* *[Margin: Vineam domini qui dicant recte colere.]* *[Margin: Iuventutem qui sine fructu preterit: saltem in senectute nitatur bene vivere.]*

G

tum exhalauit vite. A nouissimo autē reddere denariū
paterfamilias cepit: qꝛ ad paradisi requiem prius latro
nem ꝙ Petrū perduxit. Quāti patres ante legem: quā
ti sub lege fuerūt: et tamen hi qui in dn̄i aduentu vocati
sunt/ad celoꝝ regnū sine aliqua tarditate peruenerunt.
Eūdem ergo denarium acceperūt qui laborauerūt ad
vndecimā: quem expectauerunt toto desiderio qui labo
rauerunt ad primā: qꝛ equalem vite eterne retributionē
sortiti sūt cū his qui a mūdi initio vocati fuerūt/hi qui
in mundi termino ad dn̄m venerūt. Unde ꝛ hi qui in la
bore precesserāt/murmurātes dicūt: Hi nouissimi vna
hora fecerūt/et pares illos nobis fecisti/qui portauim⁹
pondus diei et estus? Pondus enim diei ꝛ estus porta
uerunt hi quos a mūdi initio/quia diu hic cōtigit viue
re: necesse fuit etiā longiora carnis temptamēta tolerare.
Unicuiqꝫ enī pondus diei et estus ferre/est per lōgioris
vite tēpora/carnis sue calore fatigari. Sed queri potest
quomodo murmurasse dicti sūt: qui saltē sero ad regnū

Regnū celoꝝ an possit dari murmurātibus.

vocantur? Celoꝝ etenī regnū nullus murmurans acci
pit: nullus qui accipit/murmurare potest. Sed quia an
tiqui patres vsqꝫ ad aduētum dn̄i quātūlibet iuste vixe
rint/ducti ad regnū non sunt: nisi ille descēderet qui pa
radisi claustra hoībus interpositione sue mortis aperi
ret: eorum hoc ipsum murmurasse est: qꝛ ꝛ recte pro perci
piendo regno vixerunt: et tamē diu ad percipiendum re
gnum dilati sunt. Quos enim post peractam iustitiā in

H

ferni loca quāuis tranquilla susceperunt: eis profecto ꝛ la
borasse fuit ī vinea: et murmurasse. Quasi ergo post mur
murationem denarium accipiūt: qui post longa inferni
tempora/ad gaudia regni peruenerunt. Nos autem qui
ad vndecimā venimus: post laborē non murmuramus/
et denarium accipimus: qꝛ post mediatoris aduentū/in
hoc mūdo venientes/ad regnū ducimur/mox vt de cor
pore eximus: et illud sine mora percipim⁹/quod antiqui
patres cū magna percipere dilatione meruerunt. Unde
idem paterfamilias dicit: Volo ꝛ huic nouissimo dare
sicut ꝛ tibi. Et qꝛ ipsa regni pceptio ei⁹ est bonitas vo
luntatis: recte subiungit. An non licet mihi quod volo
facere? Stulta enim questio est hominis cōtra benigni
tatem dei. Conquerendum quippe esset/si non daret qd̄
deberet. Unde apte subditur: An oculus tuus nequā
est: quia ego bonus sum? Nemo autē se de opere/nemo
de tempore extollat: cum hac expleta sententia/subieqūē
ter veritas clamet: Sic erunt nouissimi primi: et primi
nouissimi. Ecce enim ꝛ si iam scimus que vel quāta bo
na egimus: adhuc supernus iudex qua subtilitate hec
examinet/ignoramus. Et quidē gaudēdum cuiqꝫ sum
mopere est in regno dei esse vel vltimū. Sed post hec ter
ribile est valde quod sequitur: Multi enim sunt voca

I

ti: pauci vero electi. Quia ad fidem plures veniunt: et
ad celeste regnum pauci perducūtur. Ecce enim ad ho
diernam festiuitatem ꝙ multi cōuenim⁹: ecclesie parie
tes implemus: sed tamen quis sciat ꝙ pauci sunt qui in
illo electoꝝ dei grege numerātur? Ecce enī vox omniū
Christū clamat: sed vita omniū nō clamat. Plerīqꝫ deū
vocibus sequūtur: moribus fugiunt. Hinc etenim Pau

ad Tit. i.

lus dicit: Qui confitentur se nosse deū: factis autē negāt.

Jaco. ij.

Hinc Jacob⁹ ait: Fides sine operib⁹ mortua est. Hinc

ps. xxxix.

per psalmistā dn̄s dicit: Annūciaui ꝛ locut⁹ sum: multi
plicati sunt sup numerū. Uocāte enī dn̄o/sup numerum
multiplicant fideles: qꝛ nōnunqꝫ etiā hi ad fidē veniūt:
qui ad electoꝝ numerū non pertingunt. Hic enim fide
libus per cōfessionem admixti sunt: sed propter vitā re
probam illic numerari in sorte fidelium non merentur.
Hoc ouile sancte ecclesie hedos cū agnis recipit: sed at

Matthei xxv.

testante euāgelio/cū iudex venerit/bonos a malis sepa
rat: sicut pastor segregat oues ab hedis. Neqꝫ etenī pos
sunt qui hic carnis sue voluptatibus seruiunt: illic in
ouium grege numerari. Illic eos a sorte humiliū iudex

Regnū celoꝝ quib⁹ denegabit.

separat: qui se hic ī superbie cornibus exaltant. Regnū
celi percipere nequeunt/qui hic ꝛ in celesti fide positi/to
to desiderio terrā querunt. Et multos tales intra eccle
siam fratres charissimi cernitis: sed eos nec imitari/nec
despicere debetis. Quid enim sit hodie aspicimus: sed
quid cras futurus sit vnusquisqꝫ nescimus. Plerūqꝫ et
qui post nos venire cernitur: per agilitatē nos boni ope
ris antecedit: et vix eū cras sequimur: quem hodie preire

Act. vij.

videbamur. Ecce cū Stephan⁹ pro fide moreretur/Sau

K

lus lapidātium vestimēta seruabat. Omnium ergo lapi
dantiū manibus ipse lapidauit/qui ad lapidādum oēs
expeditos reddidit: ꝛ tamē eundē ipsum in sancta eccle
sia laboribus antecessit: quē persequēdo martyrē fecit.
Duo ergo sunt que sollicite pensare debemus. Quia enī
multi vocati: sed pauci electi sunt: primū est vt de se qsqꝫ
minime presumat/qꝛ etsi iam ad fidē vocatus est/vtrū
perenni regno dignus sit nescit. Secundum vero est/vt
vnusquisqꝫ proximum quem fortasse iacere in vitijs cō
spicit/desperare non audeat: qꝛ diuine misericordie di
uitias ignorat. Rem fratres que nuper contigit refero:
vt si vos peccatores ex corde esse conspicitis/omnipotē
tis dei misericordiā amplius ametis. ¶ Presenti anno

Exēplum cuiusdā puersi q tandē bon⁹ effectus est.

in monasterio meo/qd̄ iuxta beatorum martyrū Joan
nis ꝛ Pauli ecclesiam sitū est: frater quidā ad cōuersio
nem venit: deuote susceptus est: sed ipse deuotius est cō
uersatus. Hunc ad monasteriū frater suus corpore non
corde secutus est. Nam valde cōuersationis vitam ꝛ ha
bitum detestans/in monasterio vt hospes habitabat: et
monachorū vitā moribus fugiens/recedere a monaste
rij habitatione non poterat: qꝛ vt quid ageret/vel vnde
viueret/non habebat. Erat eius prauitas cūctis onero
sa: sed hunc oēs equanimiter pro fratris eius amore to
lerabāt. Nam superbus ꝛ lubricus/si qua post hoc secu
lum sequeretur vita/nesciebat. Irridebat vero si quis
illi hāc predicare voluisset. Itaqꝫ cū habitu seculari vi
uebat in monasterio: verbis leuis: nutib⁹ instabilis: mē

L

te tumidus: veste incōpositus: actione dissipatus. Men
se autē iulio nup elapso/huius quā nostis pestilētie cla
de percussus est: qui ad extremū veniēs/vrgeri cepit vt
animā redderet. Et vltima iam corporis parte premor
tua/vitalis virtus in solo pectore et lingua remanserat.
Fratres aderant: eiusqꝫ exitū/in quātū deo largiēte po
terant/oratione tuebātur. At ille subito ad deuorādum
se draconem venire conspiciens: magnis vocibus cepit
clamare/dicens. Ecce draconi ad deuorandum datus
sum: qui propter vestram presentiā deuorare me non po
test. Quid mihi morā facitis? Date locū/vt ei deuorare
me liceat. Cūqꝫ hūc fratres vt signū sibi crucis imprime
ret admonerent: respōdebat virtute qua poterat/dicēs:
Volo me signare/sed non possum: qꝛ a dracone premor.
Spume oris eius faciem meā liniūt: guttur meū ei⁹ ore
suffocatur. Ecce ab eo brachia mea cōprimuntur: qui iā
et caput meū in suo ore absorbuit. Cūqꝫ hoc ille pallēs ꝛ
tremens ꝛ moriens diceret: ceperūt fratres vehementius
orationib⁹ insistere: et oppressum draconis presentia suis
precibus adiuuare. Tūc repēte liberat⁹: magnis cepit
vocibus clamare/dicēs: Deo gratias. Ecce discessit/ec
ce exijt: ante orationes vestras fugit draco: qui me acce
perat. Mox autē seruiturū se deo/ꝛ esse monachū deuo
uit: atqꝫ a tēpore illo nunc vsqꝫ febribus premitur/dolo
ribus fatigat. Morti quidē subtract⁹ est: sed adhuc ple

M

nius vite restitutus non est. Quia enim longis ꝛ diutur
nis iniquitatibus pressus est: longo lāguore fatigatur: ꝛ

Egritudo diuturna premit ppter prolixiora vitia.

durū cor ignis purgationis durior cōcremat: qꝛ diuina
dispensatione agitur/vt prolixiora vitia egritudo proli
xior exurat. Quis illum vnqꝫ seruari ad conuersionē cre
deret? Quis ergo dei misericordiā cōsiderare sufficiat?
Ecce iuuenis prau⁹ draconē vidit ī morte/cui seruiuit
in vita: nec vidit vt vitam funditus perderet: sed vt cui
seruierat sciret: sciēdo resisteret: ipsumqꝫ resistēdo supe
raret: ꝛ eū a quo prius nō vidēs tenebat/vidit ne postea
teneretur. Quis ergo lingua narrare viscera diuine mise
ricordie sufficiat? Quis spiritus tāte pietatis diuitias
non obstupescat? Has diuine pietatis diuitias conside

Ps. lviij.

rauit psalmista/cū diceret. Adiutor meus tibi psallam:
qꝛ tu deus susceptor meus es: deus me⁹ mīa mea. Ecce
perpendens in quib⁹ laboribus humana sit vita cōstitu
ta: deum appellauit adiutorē: ꝛ qꝛ a tribulatione presen
ti in requiem eternā nos suscipit/appellat etiā susceptoꝛ
rem. Sed cōsiderās ꝙ mala nostra aspicit et portat: cul
pas nostras tolerat: ꝛ tamen nos per penitētiam ad pre
mia reseruat: noluit deum misericordē dicere: sed hunc

Ps. lviij.

ipsam misericordiā vocauit dicens. Deus meus miseri
cordia mea. Reuocemus ergo ante oculos mala que fe
cimus. Pēsemus ex quāta dei benignitate toleramur:
consideremus que sunt pietatis eius viscera: vt nō solū
culpas indulgeat: sed celeste regnū penitentib⁹ etiā post

A culpas promittat. Atq; ex omnibus medullis cordis di camus singuli/ dicamus oẽs/ Deus meus misericordia mea: qui viuis ꝛ regnas trinus in vnitate: ꝛ vnus in trinitate/ per infinita secula seculorum. Amen.

Lectio sancti euangelij sm̃ Lucam.

Luce.iij.

Anno quintodecimo imperij Tiberij cesaris: pcurãte põtio pilato iudeã: tetrarcha autẽ galilee herode: philippo aũt fratre ei⁹ tetrarcha iturce ꝛ trachonitidis regionis: ꝛ lysania abilenes tetrarcha: sub principib⁹ sacerdotũ Anna ꝛ Caypha: factũ est verbũ dñi sup Joannẽ Zacharie filium in deserto. Et venit in omnem regionem iordanis predicans baptismũ penitẽtie in remissionem peccatorũ: sicut scriptum est in libro sermonũ Esaie prophete. Vox clamantis in deserto: parate viam dñi: rectas facite semitas ei⁹. Omnis vallis implebitur: et omnis mons et collis humiliabitur. Et erũt praua in directa: et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas que exiebant vt baptizarẽtur ab ipso. Genimina viperarum/ quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos penitentie: et ne ceperitis dicere: patrem habemus Abraham. Dico enim vobis: qꝛ potẽs est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe. Jam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur: et in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbe dicẽtes: Quid ergo faciemus? Respondẽs autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas: det non habenti: ꝛ qui habet escas similiter faciat.

Esaie.xl.

B

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Joannis baptiste: Sabbato quattuor temporum ante natalem Christi.

Homilia.xx.

C Redemptoris nostri precursor quo tẽpore predicationis officiũ acceperit: memorato romane reipublice pricipe ꝛ iudee regib⁹/ designat: cũ dicit. Anno quintodecimo imperij Tiberij cesaris/ pcurãte pontio pilato iudeã: tetrarcha autẽ galilee herode: philippo aũt fratre eius tetrarcha iturce ꝛ trachonitidis regionis: ꝛ lysania abilenes tetrarcha/ sub principibus sacerdotũ Anna et Caypha: factũ est verbũ dñi sup Joannẽ Zacharie filiũ in deserto. Quia enim illũ predicare veniebat/ qui ex iudea quosdã/ ꝛ multos ex gẽtibus redẽpturus erat/ per regẽ gentiũ ꝛ principes iudeorum † predicationis eius tẽpora designantur. Quia autẽ gẽtilitas colligẽda erat: ꝛ iudea pro culpa pfidie dispergenda: ipsa quoq; descriptio terreni principat⁹ ostendit: quoniam ꝛ in romana republica vnus prefuisse describitur: ꝛ in iudee regno per quartã partẽ plurimi principabantur. Voce enim nostri redẽptoris dicitur: Omne regnum in seipsum diuisum desolabit. Liquet ergo q ad finem regni iudea puenerat: que tot regibus diuisa subiacebat. Apte quoq; nõ solum quibus regibus/ sed etiã quibus sacerdotibus actum sit/ demõstratur: vt quia illum Joannes baptista predicaret: qui simul rex ꝛ sacerdos existeret: Lucas euãgelista predicationis eius tempora per regnũ ꝛ sacerdotium designauit. Et venit in omnem regionem iordanis/ predicãs baptismũ penitentie/ in remissionẽ peccatorũ. Cunctis legẽtibus liquet: qꝛ Joannes non solum baptismũ penitẽtie predicauit: verũetiam quibusdã dedit: sed tamẽ baptismũ suũ in remissionem peccatorũ dare non potuit. Remissio etenim peccatorũ in solo nobis baptismo Christi tribuit. Notã

† al. sacerdotum.

Luce.xi.

Xp̃s fuit rex ꝛ sacerdos.

dum itaq; q dicitur/ predicãs baptismũ penitẽtie/ in remissionem peccatorũ: quoniam baptismũ quod peccata solueret: qꝛ dare non poterat/ predicabat: vt sicut incarnatum verbũ patris precurrebat verbo predicationis/ ita baptismũ penitẽtie quo peccata soluũtur pcurreret suo baptismate: quo peccata solui nõ possunt: vt qꝛ eius sermo pcurrebat presentiã redẽptoris: ipsum quoq; ei⁹ baptisma precedẽdo fieret vmbra veritatis. Sequitur: Sicut scriptum est in libro sermonum Esaie prophete: Vox clamantis in deserto: parate viam dñi/ rectas facite semitas eius. Idem vero Joannes baptista requisitus quis esset/ respondit dicens: Ego vox clamantis in deserto. Qui sicut ante per nos dictũ est/ ideo vox a ppheta vocat⁹ est: qꝛ verbũ preibat. Quid autẽ clamaret: aperitur/ cũ subditur. Parate viã dñi: rectas facite semitas eius. Omnis qui fidẽ rectã et bona opera predicat: quid aliud qꝛ venienti dño ad corda audientium viã parat: vt hec vis grẽ penetret/ lumen veritatis illustret: vt rectas deo semitas faciat/ dũ mundas in animo cogitationes per sermonẽ bone predicatiõis format. Omnis vallis implebitur: ꝛ omnis mõs et collis humiliabitur. Quid hoc loco vallium nomine/ nisi humiles: quid montium ꝛ collium/ nisi superbi homines designantur? In aduẽtu ergo redemptoris/ valles implete: mõtes vero ꝛ colles humiliati sunt: qꝛ iuxta ei⁹ vocẽ; Omnis qui se exaltat/ humiliabitur: ꝛ omnis qui se humiliat/ exaltabitur. Vallis etenim impleta crescit: mons autẽ ꝛ collis humiliat⁹ decrescit: qꝛ nimirum in fide mediatoris dei et hoim hominis Christi Jesu/ et gẽtilitas plenitudinẽ gratie accepit/ et iudea per errorem pfidie hoc vnde tumebat perdidit. Omnis enim vallis implebitur: qꝛ corda humilium sacre doctrine eloquio virtutũ gratia replebuntur: iuxta hoc quod scriptum est. Qui emittis fontes in cõuallib⁹. Et vnde rursum dicit: Et cõualles abũdabunt frumẽto. A mõtibus nãq; aqua dilabitur: qꝛ superbas mẽtes veritatis doctrina deserit. Sed fontes in conuallibus surgũt: qꝛ mẽtes humilium verbum predicationis accipiunt. Jam videmus/ iam cõualles frumẽto abũdare conspicimus: qꝛ illorũ ora pabulo veritatis impleta sunt: qui mites ac simplices huic mũdo despicabiles esse videbãtur. Ipsum quoq; Joãnem baptistam qꝛ mira sanctitate preditũ populus viderat/ illum hũc esse singulariter celsum ac solidum montẽ credebat: de quo scriptum est. In nouissimo dierũ erit mons domus domini preparatus in vertice montium. Nam hunc esse Christũ putabãt: sicut per euãgeliũ dicit. Estimãte aũt populo ꝛ cogitantibus omnib⁹ in cordib⁹ suis de Joanne: ne forte ipse esset Christus: quẽ ꝛ requirebãt dicẽtes. Nunqd Christus es tu: Sed nisi idem Joãnes apud se vallis esset: repleri⁹ gratie spiritu non fuisset. Qui vt hoc quod erat ostẽderet/ dixit: Veniet fortior me post me/ cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamẽti eius. Et rursum ait: Qui habet sponsam/ spõsus est: amicus autẽ sponsi qui stat ꝛ audit eũ: gaudio gaudet ppter vocem sponsi. hoc autẽ gaudiũ meũ impletũ est. Illũ oportet crescere: me autẽ minui. Ecce cũ pro mira operatiõe virtutũ talis esset vt Christ⁹ esse crederet: nõ solũ Christũ nõ esse se respondit: sed etiã corrigiam calciamẽti ei⁹ soluere. i. incarnationis eius mysterium pscrutari nõ se dignũ esse perhibuit. Eius esse spõsam ecclesiam credebãt/ qui hunc Christũ esse extistimabãt. Sed ait: Qui habet spõsam/ spõsus est. Ac si diceret. Ego sponsus nõ sum: sed amicus sponsi sum. Nec propter vocẽ suã/ sed in voce sponsi se gaudere perhibebat: quia nõ ideo letabatur in corde: qm a populis humiliter audiebatur loquens: sed qꝛ ipse veritatis vocẽ audiebat intus/ vt loqueretur foris. Quod bene gaudiũ impletũ dicit: qꝛ quisquis de sua voce gaudet/ plenum gaudiũ nõ habet. A quo ꝛ subditur. Illum oportet crescere: me autẽ minui. Quo in re querendũ est in quo creuit Christ⁹: in quo imminut⁹ est Joannes: nisi q populus Joannis abstinentiã videns/ remotũ hũc ab hominib⁹ esse conspiciẽs/ eũ esse Christũ putabat. Christũ vero cũ publicanis comedẽtem/ inter peccatores ambulantẽ intuens/ eũ nõ Christũ: sed esse pphetã credebat. Sed dũ per accessum tẽporis ꝛ xp̃s qui ppheta esse putabat/ xp̃s est agnit⁹/ et Joãnes qui xp̃s esse putabat/ ppheta eẽ innotuit: ipletũ est qđ de xp̃o su⁹ pcursor pdixit: Illũ oportet crescere: me aũt minui. In

D

Joan.j.

Joannis baptiste clamor.

Lu.xviij.

E

Psal.ciij.

Psal.lxiiij

Mich.iiij

F

Matt.iij.

Joan.j.

Mat.iij.

Joan.iij.

Xp̃s creuit ꝛ Joãnes minutus est.

Joan.iij.

G

estimatione quippe populi τ Christus creuit/ quia agnitus est quod erat: et Joannes decreuit/ quia cessauit dici quod non erat. Igitur quoniā et idē Joānes ideo in sanctitate psistit/ quia in cordis humilitate pdurauit: et multi idcirco ceciderūt: quia apud semetipsos elata cogitatione tumuerunt: dicatur recte. [Omnis vallis implebitur: τ omnis mōs τ collis humiliabitur:] quia donū humiles accipiūt/ quod a se corda superbientiū repellunt. Sequitur. [Et erūt praua in directa: et aspera in vias planas.] Praua directa fiūt: cū malorum corda per iniustitiam detorta/ ad iustitie regulam diriguntur. Et aspera in vias planas immutantur: cū immites atque iracūde mentes/ per infusionē superne gratie ad lenitatē mansuetudinis redeūt. Quando enim verbū veritatis ab iracūda mente nō recipitur/ quasi asperitas itineris gressum pergētis repellit. Sed cū mens iracūda per acceptam mansuetudinis gratiam/ correptionis vel exhortationis verbū recipit/ ibi planā viam predicator inuenit: vbi prius pre asperitate itineris pergere. i. predicationis gressum ponere nō valebat. Sequitur. [Et videbit omnis caro salutare dei.]

Esaie. xl.

Quia omnis caro accipit̄ omnis homo: salutare dei videlicet Christū in hac vita ois homo videre nō potuit. Vbi ergo in hac sententia propheta prophetie oculū nisi ad extremi iudicij diem tetendit: vbi cū apertis celis/ ministrantibus angelis/ cōsedētibus apostolis/ in sede maiestatis sue Christus apparuerit: oēs hūc et electi τ reprobi pariter videbūt: vt τ iusti de munere retributionis sine fine gaudeant/ τ iniusti in vltione supplicij in perpetuū gemāt. Nam quia ad hoc ista sententia tēdit/ quod in extremo examine ab omni carne videbitur: recte subiūgitur: [Dicebat autē ad turbas que exibāt vt baptisarētur ab eo: Genimina viperarū/ quis ostēdit vobis fugere a ventura ira?] Ventura enim ira est animaduersio vltionis extreme. Quā tūc fugere peccator nō valet: qui nunc ad lamenta penitētie non recurrit. Et notandū quod male soboles malorū parentum actionē imitātes/ genimina viperarum vocitātur: quia per hoc quod bonis inuidēt/ eosque persequūtur/ quod quibusdā mala retribuūt/ quod lesiones proximis exquirūt/ quoniam in his omnibus priorum suorum carnalium vias sequūtur: quasi venenati filij de venenatis parentibus nati sunt. Sed quia iam peccauimus/ quia vsu male consuetudinis inuoluti sumus: dicat quid nobis faciendum sit/ vt fugere a ventura ira valeamus. Sequitur. [Facite ergo fructus dignos penitentie.] In quibus verbis notandū est/ quod amicus sponsi non solum fructus penitentie/ sed dignos penitentie admonet esse faciēdos. Aliud nāque est fructū facere: aliud dignum penitentie fructum facere. Vt enim sm̄ dignos penitētie fructus loquamur/ sciendum est quia quisquis illicita nulla commisit: huic iure conceditur/ vt licitis vtatur: sicque pietatis opera faciat/ vt tamen si voluerit: ea que mūdi sunt nō relinquat. At si quis in fornicationis culpam/ vel fortasse (quod est grauius) in adulterium lapsus est: tāto a licitis debet abscidere: quāto se meminit et illicita perpetrasse. Neque enim par fructus boni operis esse debet/ eius qui minus/ et eius qui amplius deliquit: aut eius qui nullis/ τ eius qui in quibusdā facinoribus cecidit: et eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo quod dicit: Facite dignos fructus penitentie: vniuscuiusque cōscientia conuenitur: vt tanto maiora acquirat bonorū operū lucra per penitentiam: quanto grauiora sibi intulit dāna per culpā. Sed iudei de generis nobilitate gloriantes/ idcirco se agnoscere peccatores nolebant: quia de abrahe stirpe descenderāt. Quibus recte dicitur: [Et ne ceperitis dicere/ patrē habemus Abraham. dico enī vobis: quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe.] Quid enim lapides/ nisi corda gētiliū fuerūt/ ad intellectū dei oipotētis insensibilia? sicut etiam quibusdā ex iudeis dicitur: Auferam cor lapideum de carne vestra. Nec immerito lapidū nomine gentes significate sunt: quia lapides coluerunt. Unde scriptum est: Similes illis fiant qui faciunt ea: τ oēs qui cōfidunt in eis. De quibus nimirum lapidibus filij abrahe suscitati sunt/ quia dū dura corda gētilium in abrahe semine. i. in Christo crediderūt/ eius filij facti sunt/ cuius semine sunt vniti. Unde τ eisdem gētilibus per egregium predicatorem dicit: Si autē vos Christi/ ergo abrahe semen estis. Si igit̄ nos p fidē christi/ abrahe iā semē existimus: iudei pper pfidiam abrahe filij esse desierunt. Quia vero in illo tremēdi examinis die/ parentes boni malis filijs prodesse nō possunt: testatur pphēta qui dicit: Noe/ Daniel τ Job si fuerint in medio eorū/ viuo ego dicit dominus deus: quia filiū τ filiam nō liberabūt: sed ipsi in iustitia sua liberabūt animas suas. Et rursum/ quia boni filij nihil malis parentibus prosint: sed ad reatū potius malorū parētū proficiat bonitas filiorū: ipsa per se veritas non credentibus iudeis dicit: Si ego in Beelzebul eijcio demonia: filij vestri in quo eijciūt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Sequitur. [Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis enim arbor nō faciens fructū bonum/ excidetur: τ in ignem mittetur.] Arbor huius mūdi est vniuersum genus humanum. Securis vero est redemptor noster: qui velut ex manubrio et ferro tenetur ex humanitate: sed incidit ex diuinitate. Que videlicet securis iam ad radicem arboris posita est: quia etsi per patientiā expectat/ videt tamen quid factura est. Ois enī arbor non faciēs fructū bonū/ excidetur: τ in ignē mittetur: quia vnusquisque peruersus paratā citius gehenne concremationē inuenit: qui hic fructū boni operis facere cōtēnit. Et notandū quod securim nō iuxta ramos positā/ sed ad radicem dicit. Cum enim malorū filij tolluntur/ quid aliud quam rami infructuose arboris abscinduntur? Cū vero tota simul progenies cū parente tollitur: infructuosa arbor a radice abscissa est: ne iam remaneat/ vnde praua iterum soboles crescat. In quibus Joannis baptiste verbis constat quod audientium corda turbata sunt: cum protinus subinfertur: [Et interrogabāt eū turbe/ dicētes: Quid ergo faciemus?] Percusse enim terrore fuerant: que consilium querebāt. Sequitur. [Respondēs autē dicebat illis: Qui habet duas tunicas/ det non habēti: τ qui habet escas/ similiter faciat.] Per hoc quod tunica plus est necessaria vsui nostro quam pallium: ad fructū dignum penitentie pertinet/ vt non solum exteriora queque τ minus necessaria: sed ipsa valde nobis necessaria diuidere cum proximis debeamus: scʒ vel escā qua carnaliter viuimus: vel tunicā qua vestimur. Quia enim in lege scriptū est: Diliges proximū tuum sicut teipsum: minus proximū amare cōuincitur: qui non cū eo in necessitate illius etiā ea que sibi sunt necessaria partitur. Idcirco ergo de diuidendis cū proximo duabus tunicis datur preceptū: quia hoc de vna dici non potuit: quoniam si vna diuidatur: nemo vestit. In dimidia quippe tunica et nudus remanet qui accipit/ τ nudus qui dedit. Inter hoc autē sciendum est quātum misericordie opera valeāt: cū ad fructus dignos penitētie ipsa pre ceteris precipiunt̄. Hinc etiā per semetipsam veritas dicit: Date elemosynam: τ ecce omnia mūda sunt vobis. Hinc rursus ait: Date/ τ dabitur vobis. Hinc scriptū est: Ignem ardētē extinguit aqua: et elemosyna resistit peccatis. Hinc iterū dicitur: Conclude elemosynā in sinu pauperis: et hec pro te exorabit. Hinc bonus pater innocentē filiū admonet/ dicens: Si multū tibi fuerit/ abūdāter tribue: si exiguū fuerit/ etiā exiguū libēter stude impartiri. Vt autē quāta esset virtus in cōmētia et susceptiōe indigētiū/ redēptor noster ostenderet: dicit: Qui recipit prophetā in nomine prophete/ mercedem prophete accipiet: τ qui recipit iustū in nomine iusti/ mercedē iusti accipiet. In quibus verbis notandum est: quia nō ait mercedem de propheta/ vel mercedem de iusto: sed mercedē prophete/ atque mercedē iusti accipiet. Aliud est enim merces de propheta/ aliud merces prophete: atque aliud merces de iusto/ aliud merces iusti. Quid est enim dicere mercedem prophete accipiet: nisi quia qui prophetā sua largitate sustentat: quāuis ipse prophetiam non habeat: apud omnipotentē tamē dominū prophetie premia habebit? Iste enī fortasse iustus est: τ quāto in hoc mūdo nihil possidet: tāto loquēdi pro iustitia fiduciam maiorem habet. Hunc dū ille sustentat/ qui in hoc mundo aliquid possidet: τ fortasse adhuc pro iustitia loqui libere non presumit: iustitie illius libertatem sibi participē facit: vt cū eo pariter iustitie premia recipiat/ quē sustentādo adiuuit: quatenus eandē iustitiam libere loqui potuisset. Ille prophetie spiritu plenus est: sed tamen corporeo eget alimento. Et si corpus non reficit̄: certum est quod vox ipsa subtrahatur. Qui ergo alimētum prophete propter hoc quod propheta est tribuit: prophetie illius vires ad loquendū dedit. Cum propheta ergo mercedem prophete recipiet: qui etsi spiritu prophetie plenus nō

Salutare dei videbit ois caro/ qualiter intelligit̄.

H

Viperarū genimina vocāt̄ malorum parentū male soboles

Fructū facere et dignū penitentie fructū facere sunt diuersa.

I

Ezech. xi.

ps. cxiij.

Ad gala. iij.

K

Eze. xiiij.

Luce. xi.

redēptor noster de securis.

Arbor nō faciēs fructū i ignē mittetur.

L

Matthei xxij. et Leui. xix.

Luce. xi.

Luce. vi.

Eccli. iij.

Eccl. xix.

Ecclesi. xxix.

Tho. iiij.

M

Matth. x.

Mercedē prophete/ et mercedē de propheta recipere differūt

Corpus si nō reficit̄ vox ipsa subtrahit̄.

B

fuit: hoc tamē ante dei oculos exhibuit/quod adiunxit. Hinc est q̄ de quibusdā peregrinātib⁹ fratrib⁹ cato per Joannē dicit: Pro noīe enim Christi pfecti sunt: nihil accipientes a gētibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: vt cooperatores simus veritatis. Qui enim spiritalia dona habētibus/temporalia subsidia tribuit: in ipsis donis spiritalib⁹ cooperator existit. Nam cū pauci sint/qui spiritalia dona percipiūt: multi qui rebus tēporalibus abūdant: p hoc se diuites virtutibus pauperum inserūt/quo eisdē sanctis pauperibus de suis diuitijs solantur. Unde cū per Esaie vocem/derelicte dño gētilitati/sancte ecclesie spiritualium virtutum merita/tanq̄ deserto arbusta pmitteret/vimū quoq̄ pariter promisit/dicens: Ponā desertū in stagna aquarū/ terram inuiam in riuos aquarū. dabo in solitudine cedrū/ et spinā/mytū/ lignū oliue. ponā in deserto abietē/ vimū buxum simul: vt videant scient recogitent intelligant pariter. Desertū quippe dñs in stagna aquarū posuit: terrā inuiam in riuos aquarū: q̄ gētilitati que prius p ariditatē mentis/nullos bonorū operū fructus ferebat: fluenta sancte predicationis dedit: ipsa ad quā prius pro asperitate sue siccitatis/via predicatorib⁹ nō patebat/doctrine postmodum riuos emanauit. Cui adhuc ex magno munere promittitur/Dabo in solitudine cedrum et spinam. Cedrū/q̄ magni odoris est/atq̄ imputribilis nature/iure accipimus in promissiōe. De spina vero cū peccāti homini dictū sit: Terra tua spinas tribulos germinabit tibi: quid mirū si sancte ecclesie illud promittitur: quod peccāti homini p pena multiplicatur? Sed cedri signantur nomine/hi qui virtutes signa exhibēt in sua operatione: qui dicere cū Paulo valent: Christi bonus odor sumus deo. Quorum corda ita in eterno amore solidata sunt: vt eadem iā terreni amoris putredo nulla corrūpat. Per spinā vero signati sunt doctrine spiritalis viri: qui dū de peccatis ac virtutib⁹ disserunt/ modo eterna supplicia minantur/modo celestis regni gaudia promittūt: corda audientiū pungunt: sicq̄ mentē dolore compūctionis perforāt/vt ab eorum oculis/quasi quidā sanguis anime/lachryme decurrāt. Myrt⁹ vero tēperatiue virtutis est: ita vt dissoluta mēbra tēperando constringat. Qui itaq̄ per myrtū/nisi hi signati sunt: qui afflictionibus proximorū cōpati sciūt: eorūq̄ tribulationē per compassionē tēperāt? Iuxta hoc quod scriptū est: Gratias autē deo: qui cōsolatur nos in omni tribulatiōe nostra: vt possimus ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt. Qui dū afflictis primo verbum vel opem consolationis ferūt: eos procuľdubio ad statum rectitudinis restringunt: ne immoderata tribulatione in desperationē soluātur. Quos aūt per oliuā: nisi misericordes accipimus? Quia grece eleos misericordia vocatur: et quasi oliue liquor/ante omnipotētis dei oculos/misericordie fructus lucet. Cui adhuc in promissione subiungitur: Ponā in deserto abietem/vimū buxum simul. Qui per abietē/que valde crescendo ad aeris alta sustollitur/nisi hi designati sunt/qui intra sanctam ecclesiam adhuc in terrenis corporib⁹ positi/iam celestia cōtēplātur? Et quasi nascēdo de terra exierūt: contēplando tamen iam iuxta ethera verticē mētis extollunt. Et quid per vimū nisi seculariū mētes exprese sunt? Que dum terrenis adhuc curis inseruiūt: nullum virtutū spiritalium fructum ferūt. Sed etsi fructū proprium vimus non habet: portare tamen vitem cū fructu solet: et seculares viri intra sanctā ecclesiam donis spiritalium virtutū bona nō habeant: dum tamen sanctos viros donis spiritalibus plenos sua largitate sustētant: quid aliud q̄ vitem cū botris portāt? Buxus aūt quos alios designat: que in altum non proficit/ quāuis fructū non habeat/viriditatē tamē habet: nisi eos q̄ intra sanctam ecclesiam adhuc ex etatis infirmitate bona opera ferre non valent: sed tamen parentū fidelium credulitatem sequētes/fidem perpetue viriditatis tenent? Post que omnia apte subiungitur. Ut videant intelligāt sciant recogitēt pariter. Ad hoc enim cedrus in ecclesia ponitur/vt quisquis a proximo odoramina virtutū spiritalium trahit: ipse quoq̄ in terrene vite dilectione non torpeat: sed ad honorē celestium desideria ignescat. Ad hoc spina ponitur/vt qui predicationis eius verbo compunctus fuerit/ipse quoq̄ exemplo illius discat corda sequentium predicationis verbo cōpungere. Ad hoc mytus ponitur/vt qui in ardore tribulationis ab ore vel opere proximi compatiētis/tēperamentum cōsolationis acceperit: ipse etiam discat quēadmodū afflictis proximis sue consolationis tēperamentum proferat. Ad hoc oliua ponitur: vt qui aliene misericordie opa cognoscit: discat quēadmodū debeat indigēti proximo ipse misereri. Ad hoc abies ponitur/vt quisquis vim cōtēplationis eius agnouerit: ipse quoq̄ ad contemplanda eterna premia succēdatur. Ad hoc vimus ponitur: vt quisquis intuetur eū qui habere virtutū fructū spiritaliū non valet: sed tamen eos qui spiritalib⁹ donis pleni sunt sustentat: ipse quoq̄ sanctorum vite/quāta valet largitate inseruiat: celestium bonorum botros quos gignēdo non valet/sustinēdo ferat. Ad hoc buxus ponitur: vt qui habere multos adhuc in infirmitate positos vere fidei viriditatem considerat: esse ipse infidelis erubescat. Bene ergo descriptis prius arboribus/dicitur: Ut videāt et sciant/ recogitent/ intelligant. Ubi apte subiūgitur/pariter: q̄ cū intra sanctā ecclesiam diuersi hominū mores/diuersi sint ordines: necesse est vt omnes simul discant: dū in ea spiritales viri diuerse qualitatis/etatis/ ordinis ad imitandū simul videntur. Sed ecce dum ostendere vimū querimus: per multa arbusta longius euagati sumus. Ad hoc itaq̄ propter quod prophete testimonium protulimus/reuertamur. Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedē prophete accipiet: quia etsi fructū vimus non habet: vitem tamē cum fructibus portans: hec ipsa sua efficit: que bene sustētat aliena. Quo vero ad magna nos opera Joannes admonet/dicens: Facite fruct⁹ dignos penitētie. Et rursus: Qui habet duas tunicas/det nō habēti: qui habet escas/similiter faciat. Iam patenter datur intelligi quid est qd veritas dicit: A diebus Joannis baptiste vsq̄ nunc regnū celorum vim patitur: violenti rapiunt illud. Que superne verba sententie nobis sunt magnopere perscrutāda. Nā querendū est: quomodo vim perpeti regnū celorū possit. Quis enim celo violentiam irrogat? Et rursum querēdum est: si pati vim regnū celorū potest/et violenti rapiunt illud/ cur eandem vim a diebus Joannis baptiste/ et nō etiā ante pertulerit? Sed cū lex dicat: Si quis hec vel illa fecerit/morte moriatur: cunctis legētibus liquet: q̄ peccatores quosq̄ pena sue seueritatis perculit: nō autē per penitentiam ad vitam reduxit. Cum vero Joannes baptista/redēptoris gratiam precurrens/penitētiā predicat: vt peccator qui ex culpa mortu⁹ est/per conuersionem viuat: profecto a diebus Joannis baptiste regnum celorū vim patitur. Quid est autē regnū celorū/nisi locus iustorum? Solis enim iustis celestis patrie premia debent: vt humiles/casti/mites atq̄ misericordes ad gaudia superna perueniant. Cum vero quis vel superbia tumidus/vel carnis facinore pollutus/vel iracūdia accēsus/ vel crudelitate impius/post culpas ad penitētiā redit/ et vitā eternā percipit: quasi in locū peccator intrat alienum. A diebus ergo Joannis baptiste regnū celorū vim patitur: violenti rapiunt illud: q̄ qui penitentiam peccatoribus indixit: quid aliud q̄ regno celorū fieri violētiam docuit? Recogitemus ergo fratres charissimi/mala que fecimus: nosmetipsos assiduis lamentis atteramus. Hereditatē iustorum quā non tenuimus p vitam: rapiamus p penitentiā. Uult a nobis omnipotēs deus talem violētiam perpeti. Nam regnū celorum rapi vult nostris fletibus: qd nostris meritis nō debetur. Ab spei ergo certitudine nulla nos malorum nostrorū qualitas/ nulla quātitas franget. Prestat magnam venie fiduciā latro ille venerabilis: qui non inde venerabilis/vnde latro: nam latro ex crudelitate: venerabilis ex cōfessione. Cogitate rogo/cogitate q̄ sint incōprehēsibilia in omnipotēti deo misericordie viscera. Latro iste cruentis manibus/abstractus a fauce itineris/suspensus est in patibulo crucis. ibi confessus: ibi sanatus est: ibi audire meruit: Hodie mecū eris in paradiso. Quid est hoc? Quis tantā bonitatem dei dicere/quis estimare sufficiat? De ipsa pena criminis peruenit ad premia virtutis. Idcirco autē omnipotēs deus electos suos in quibusdā lapsib⁹ cadere permisit: vt alijs in culpa iacētibus si toto ad eum corde consurgant: spem venie redderet: et eis post lamenta penitentie/iam celestem patriam aperiret. Exper-

Marginalia (left column): B — Epistola Joan. iij. — Dona spiritualia p̄cipiunt a paucis. — Esaie. xlj. — Desertum dñs in stagna aquarū posuit. — B — Gen. iij. — Cedrus quos signat. — ij. Cor. ij. — Predicatores per spine dici. — ij. Cor. j. — Oliua misericordes denotat. — Esaie. xlj. — Abies quos representat. — C — Ulm⁹ quos designat. — Bux⁹ quos designat.

Marginalia (right column): D — E — Matth. x. — Matth. xj. Regnū celorū vim patitur. — Regnū celorū locus est iustorum. — F — violēti rapiūt celū. — Latro bon⁹ magnā p̄stat peccatoribus venie fiduciam. — Luc. xxiij. — Dei quosdā electos sibi permittit

G

cemus ergo nosmetipsos in lamentis: extinguem⁹ fletibus & dignis penitētie fructibus culpas quas fecim⁹: ad veniam tēpora nobis indulta non pereant: quia qui multos a suis iniquitatib⁹ iam sanatos aspicimus: qd aliud ꝙ superne misericordie pignus tenemus? Adiuuat ipse quem amamus Jesus christus deus dn̄s noster: qui cum patre et spiritu sancto viuit & regnat deus: per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Finit prima pars homiliarum beati Gregorij. Incipit secunda.

¶ Lectio sancti euangelij sm̄ Marcum.

Mar. xvj.

In illo tempore. Maria Magdalene & Maria Jacobi et Salome emerunt aromata: vt venientes vngerent Jesum. Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebāt ad inuicē: Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti? Et respiciētes viderūt reuolutū lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentū: viderunt iuuenem sedentem in dextris: coopertū stola candida: et obstupuerunt. Qui dixit illis: Nolite expauescere. Jesum queritis nazarenum crucifixum.

B

Surrexit non est hic. Ecce locus vbi posuerūt eum. Sed ite dicite discipulis eius et Petro: qꝛ precedet vos in galileam. Ibi eū videbitis: sicut dixit vobis.

¶ Homilia lectionis eiusdē habita ad populum in basilica beate Marie die sancto pasche. Homilia. xxj.

Multis vobis lectionibus fratres charissimi per dictatū loqui consueui: sed qꝛ lassescente stomacho ea que dictaueram legere ipse nō possum: & quosdam vestrū minus libenter audientes intueor/ videlicet nunc a memetipso exigere cōtra morē volo: vt inter sacra missarū solēnia lectionem sancti euangelij non dictando/ sed colloquēdo edisseram. Sicq; excipiatur vt loquimur: q꞉ collocutionis vox corda torpentia plusꝙ sermo lectionis excitat: et quasi quadā manu sollicitudinis vt euigilēt/ pulsat. Et quidē ad hoc opus me sufficere posse non video: sed tamen vires quas imperitia denegat/ charitas ministrat. Scio nāq; qui dixit: Aperi os tuū/ et ego adimplebo illud. Bonum ergo opus nobis in voluntate sit. Nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. Dat loquēdi ausum ipsa etiam resurrectionis dñice tanta solēnitas: qꝛ & indignum valde est vt eo die laudes debitas taceat lingua carnis: quo videlicet die caro surrexit auctoris. Audistis fratres charissimi ꝙ sancte mulieres que dn̄m fuerāt secute: cū aromatibus ad monumentū venerunt: & et quem viuentem dilexerant/ etiam mortuo/ studio humanitatis obsequūtur. Sed res gesta/ aliquid in sancta ecclesia signat gerēdū. Sic quippe necesse est vt audiamus que facta sunt: quatenus cogitemus etiam que nobis sint ex eorū imitatione facienda. Et nos ergo in eū qui est mortu⁹ credētes: si odore virtutū referti/ cū opinione bonorū operum dominum querimus: ad monumētū profecto illius cū aromatibus venimus. Ille autē mulieres angelos vident: que cū aromatib⁹ venerūt: qꝛ videlicet ille mentes supernos ciues aspiciunt/ que cum virtutū odoribus ad dn̄m per sancta desideria proficiscūtur. Notandum vero nobis quidnam sit ꝙ in dextris sedere angelus cernitur. Quid nāq; per sinistram/ nisi vita presens: quid vero per dextrā/ nisi perpetua vita designatur? Unde in canticis canticorū scriptū est: Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Quia ergo redēptor noster iam presentis vite corruptionē transierat/ recte angelus qui nunciare perennē eius vitā venerat/ in dextera sedebat. Qui stola candide coopertus apparuit/ qꝛ festiuitatis nostre gaudia nūciauit. Candor etenim vestis/ splendorem nostre denūciat solēnitatis. Nostre dicemus/ an sue? Sed vt fateamur verius: & sue dicamus & nostre. Illa quippe redēptoris nostri resurrectio/ et nostra festiuitas fuit/ qꝛ nos ad imortalitatē reduxit: & angelorū festiuitas extitit/ qꝛ nos reuocādo ad celestia/ eorū numerū impleuit. In sua ergo ac nostra festiuitate angelus in albis vestibus apparuit: quia dum nos per resurrectionē dn̄icam ad superna reducimur/ celestis patrie dāna reparantur. Sed quid aduenientes feminas affatur/ audiamus. [Nolite expauescere.] Ac si aperte dicat: Paueāt illi qui non amant aduentū superiorū ciuium. Pertimescant qui carnalibus desiderijs pressi/ ad eorū se societatem pertingere posse desperāt. Uos autē cur pertimescitis/ que vestros concives videtis? Unde & Mattheus angelum apparuisse describēs/ ait: Erat aspect⁹ eius sicut fulgur: & vestimēta eius sicut nix. In fulgure etenim terror timoris est: in niue autē blandimentū candoris. Qꝛ vero omnipotēs deus & terribilis peccatoribus/ & blandus est iustis: recte testis resurrectiōis eius angelus/ et in fulgure vultus/ & in cādore habitus demonstratur: vt de ipsa sua specie et terreret reprobos/ et mulceret pios. Unde recte quoq; populū p deserta gradiētē/ columna ignis in nocte/ & colūna nubis preibat in die. In igne enī terror est: in nube aūt visionis lene blādimentū. Dies vero vita iusti: & nox accipitur vita peccatoris. Unde & cōuersis peccatoribus Paulus dicit: Fuistis aliquando tenebre: nūc autē lux in dn̄o. In die ergo per nubē colūna monstrata est: et in nocte per ignē: qꝛ omnipotēs deus et blandus iustis/ & terribilis apparebit iniustis. Illos in iudicio veniens plenitatis mansuetudine demulcet: illos vero p iustitie districtionem terret. Sed iam quid angelus subiūgat/ audiamus. [Jesum queritis nazarenū.] Jesus latino eloquio salutaris/ id est saluator interpretatur. At vero multi tunc Jesus dici poterant: nō tamen substātialiter/ sed nūcupatiue. Ideo & locus subiūgitur/ vt de quo Jesu dictū sit manifestetur. Nazarenū. Et causam protinus subdit. Crucifixum. Atq; addidit. [Surrexit: non est hic.] Nō est hic dicitur/ p presentiam carnis: qui tamē nusꝙ deerat p presentiam maiestatis. [Sed ite/ dicite discipulis eius & Petro: qꝛ precedet vos in galileam.] Querēdum nobis est cur nominatis discipulis/ Petrus designatur ex nomine. Sed si hunc angelus nominatim nō exprimeret/ qui magistrū negauerat: venire inter discipulos nō auderet. Uocatur ergo ex nomine/ ne desperaret ex negatione. Qua in re ꝯsiderandū nobis est cur omnipotēs deus eū quē cūcte ecclesie preferre disposuerat: ancille vocē pertimescere/ & seipsum negare permisit. Quod nimirū magne actum esse pietatis dispēsatione cognoscimus: vt is qui futurus erat pastor ecclesie: in sua culpa disceret/ qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaq; eū ostendit sibi: & tunc preposuit ceteris: vt ex sua infirmitate cognosceret: ꝙ misericorditer aliena infirma toleraret. Bene aūt de redēptore nostro dicitur: [Precedet vos in galileam. ibi eū videbitis: sicut dixit vobis.] Galilea nāq; trāsmigratio facta interpretatur. Iam quippe redēptor noster a passione ad resurrectionem/ a morte ad vitā/ a pena ad gloriam/ a corruptiōe ad incorruptionē trāsmigrauerat. Et pri⁹ post resurrectionē in galilea bene a discipulis videtur: qꝛ resurrectionis eius gloriam post leti videbimus: si modo a vitijs ad virtutum celsitudinem trāsmigramus. Qui ergo in sepulchro nunciatur/ in trāsmigratione ostenditur: qꝛ is qui in mortificatiōe carnis agnoscitur/ in trāsmigratione videtur. Hec fratres charissimi pro tante diei solēnitate/ de lectionis euangelice expositione trāscurrimus: sed liber vt de hac eadem solēnitate aliquid subtilius loquamur. Due etenim vite erāt: quarū vnam nouimus: alteram nesciebamus. Una quippe mortalis est: altera immortalis. Una corruptionis: alia incorruptionis. Una mortis: alia resurrectiōis. Sed venit mediator dei & hominū homo xp̄s Jesus: suscepit vnam/ & ostendit alterā. Unam pertulit moriendo: & ostendit alteram resurgendo. Si ergo nobis mortalē vitā scientibus/ resurrectionē promitteret carnis: & tamē hāc visibiliter nō exhiberet: quis eius promissionibus crederet? Factus itaq; homo apparuit in carne: mori dignatus est ex voluntate: sed resurrexit ex potestate: & ostēdit exemplo quē

Vox pidiis excitat ꝙ lectio.

Psal. lxxx.

I

Mulieres dn̄m vide: rūt: que cū aromatibus venerunt.

Canti. ij.

K

Resurrectio redēptoris fuit festiuitas christiano rū & angelorum.

Matthei xxviij.

Exo. xiij. Columna ignis & nubis qre populū israeliticum preibat.

Ephe. v.

L

Deus est vbiq; p presentiā maiestatis.

Petr⁹ cur permiss⁹ est dn̄m negare.

Galilea trāsmigratio facta interpretatur.

M

j. Timo. ij.

B

nobis promisit in premio. Sed fortasse aliqs dicat: Iure ille surrexit/ q cũ deus esset/ teneri a morte nõ potuit. Ad instruendã ergo ignorantiam nostrã/ ad roborandã infirmitatem nostrã/ sue tñ resurrectionis exemplũ nobis sufficere noluit. Solus in illo tẽpore mortuꝰ est: et tamẽ solus minime resurrexit. Nã scriptũ est: Multa corpora sanctorũ qui dormierant: surrexerũt. Ablata ergo sunt omnia argumẽta perfidie. Ne quis enim dicat/ sperare de se non debet homo quod in carne sua exhibuit deus homo: ecce cũ deo homines resurrexisse cognoscimus/ et quos puros homines fuisse non dubitamus. Si ergo mẽbra nostri redẽptoris sumus: presumamꝰ in nobis/ quod gestum constat in capite. Si multũ nos abijcimus: sperare in nobis debemus nos mẽbra vltima/ qđ de mẽbris superioribus audiuimus. Ecce vero ad memoriam redit quod crucifixo dei filio iudei insultantes dicebant: Si rex israel est: descendat de cruce/ et credimus ei. Qui si de cruce tunc descenderet/ nimirum insultantibus cedens/ virtutẽ nobis patientie non demõstraret. Sed expectauit paululum: tolerauit opprobria/ irrisiones sustinuit/ seruauit patiẽtiam/ distulit admirationem. Et qui de cruce descẽdere noluit/ de sepulchro surrexit. Plus igitur fuit de sepulchro surgere/ q̃ de cruce descendere. Plus fuit mortẽ resurgẽdo destruere: q̃ vitam descendẽdo seruare. Sed cũ iudei hunc ad insultationes de cruce descẽdere minime cernerẽt: cum mortem videret: eũ se vicisse crediderũt: nomẽ illius se quasi extinxisse gauisi sunt. Sed ecce clarificatũ de morte nomen eius per mũdum excreuit: et qua hoc infidelis turba extinxisse se credidit. Et quẽ gaudebat occisum/ dolet mortuũ: q̃ hunc ad suã gloriam cognoscit puenisse p penã. Qđ bene in libro Iudicũ sanson illius facta significant: qui cũ Gazã ciuitatẽ philistinorũ fuisset ingressus: philistei ingressum eius protinus cognoscẽtes/ ciuitatẽ repẽte obsidionibus circũdederũt: custodes deputauerunt: et sanson fortissimũ se iam cõprehẽdisse gauisi sunt. Sed quid sanson fecit: agnouimꝰ. Media nocte portas ciuitatis abstulit: et montis verticem ascendit. Quẽ fratres charissimi hoc in facto/ quẽ nisi redemptorẽ nostrũ sanson ille significat? Quid gaza ciuitas/ nisi infernum designat? Quid p philisteos/ nisi iudeoꝝ pfidia demonstratur? Qui cũ mortuũ dñm viderent: eiusq̃ corpus in sepulchro iam positũ: custodes illico deputauerunt: et eũ qui auctor vite claruerat: inferni claustris retẽtũ/ quasi sansonem in gaza se deprehẽdisse letati sunt. Sanson vero media nocte non solum exijt/ sed etiam portas tulit: q̃ videlicet redemptor noster ante lucem resurgens: nõ solũ liber de inferno exijt: sed et ipsa etiã inferni claustra destruxit. Portas tulit/ et mõtis verticẽ subijt: q̃ resurgendo/ claustra inferni abstulit: et ascendendo/ celorũ regna penetrauit. Hãc ergo resurrectionis eius gloriam fratres charissimi que et prius demõstrabatur ex signo/ et post patuit ex facto: tota mẽte diligamus: proci amore moriamur. Ecce enim in resurrectione auctoris nostri/ ministros eius angelos conciues nostros agnouimus. Ad horũ ergo ciuium illam frequentẽ solẽnitatem festinemus. Quis/ cũ necdum visione possumꝰ/ desiderio et mente iungamur. Transmigremus ad virtutes de vitijs: vt in galilea redemptorẽ nostrũ videre mereamur. Adiuuet omnipotens deus ad vitã desiderium nostrũ/ qui pro nobis in mortem dedit vnicũ filium suũ dominũ nostrum Iesum Christũ: qui cũ eo viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: per oĩa secula seculoꝝ. Amen.

Matthei xxvij.

Matthei xxvij.

Surgere de sepulchro plus fuit q̃ de cruce descendere.

B

Iudi.xvj.

Sãsõ xp̃i resurrectionẽ figurauit.

Gaza ciuitas infernũ designat.

C

Lectio sancti euangelij scḋm Ioannem.

Ioan.xx.

In illo tẽpore. Vna sabbati maria Magdalene venit mane/ cũ adhuc tenebre essent/ ad monumentum: et vidit lapidem sublatum a monumẽto. Cucurrit ergo/ et venit ad simonẽ Petrũ/ et ad alium discipulum quem diligebat Iesus: et dixit eis. Tulerunt dominum de monumento: et nescimus vbi posuerũt eũ. Exijt ergo Petrus et ille alius discipulus: et venerũt ad monumẽtum. Currebant autẽ duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius Petro: et venit primus ad monumentũ. Et cum se inclinasset/ vidit lintheamina posita: non tamen introiuit. Venit ergo simon Petrus sequens eum: et introiuit in monumentum. Et vidit lintheamina posita: et sudarium quod fuerat super caput eius: non cum lintheaminibus positum: sed separatim inuolutum in vnum locum. Tũc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat primus ad monumẽtum: et vidit et credidit. Nondum enim sciebant scripturas: quia oportebat eum a mortuis resurgere.

D

Homilia lectionis eiusdẽ habita ad populum in basilica beati Ioannis: que appellatur constantina: sabbato pasche.

Homilia.xxij.

Hractꝰ longa molestia stomachꝰ/ diu me charitati vestre de lectiõis euangelice expositione loqui prohibuit. Vox nãq; ipsa a clamoris virtute succubuit: et q̃a multis audiri non valeo: loqui (fateor) inter multos erubesco. Sed hanc in me verecũdiam et ipse reprehendo. Quid enim? Nunquid si multis prodesse nequeo: nec paucis curabo? Et si ex messe portare manipulos multos non possum/ nunquid ideo debeo ad aream vacuus redire? Multa cum quãtos debeo ferre non valeo: certe vel paucos/ certe vel duos/ certe vel vnum feram. Habet nãq; ipsa infirmitatis intẽtio mercedis sue certitudinẽ: q̃ supernus arbiter noster etsi pondus considerat in retributione/ tamẽ vires pẽsat in pondere. Lectio sacri euãgelij quã modo fratres audistis/ valde in superficie historica est aperta: sed eius nobis sunt mysteria sub breuitate requirẽda. [Maria magdalene cum adhuc tenebre essent: venit ad monumentum.] Iuxta historiã notatur hora: iuxta intellectũ vero mysticum requirẽtis signatur intelligẽtia. Maria enim auctorem omniũ/ quẽ in carne viderat mortuũ/ querebat in monumẽto: et q̃ hunc minime inuenit/ furatum credidit. Adhuc ergo erant tenebre: cũ venit ad monumẽtũ. Cucurrit citius: discipulis nũciauit. Sed illi pre ceteris cucurrerũt: qui pre ceteris amauerũt: videlicet Petrus et Ioannes. Currebãt autẽ duo simul: sed Ioannes precurrit citius Petro. Venit prior ad monumẽtũ: et ingredi non presumpsit. Venit vero posterior Petrus/ et intrauit. Quid fratres/ quid cursus significat? Nunquid nam hec tam subtilis euãgeliste descriptio/ a mysterijs vacare credẽda est? Minime. Neq; enim se Ioannes et preisse et nõ intrasse diceret: si in ipsa sua trepidatione mysterium defuisse credidisset. Quid ergo per Ioannẽ nisi synagoga: quid per Petrũ nisi ecclesia designatur? Nec mirum esse videatur q̃ per iuniorem synagoga/ p seniorem vero ecclesia signari perhibetur: quia etsi ad dei cultũ prior est synagoga q̃ ecclesia gẽtium: ad vsum tamen seculi/ prior est multitudo gentium/ q̃ synagoga: Paulo attestante/ qui ait: Quia non prius quod spiritale est/ sed quod animale. Per seniorem ergo Petrũ significatur ecclesia gentium: per iuniorem vero Ioannem synagoga iudeorum. Currũt ambo simul: q̃ ab ortus sui tẽpore/ vsq; ad occasum/ pari et cõmuni via/ etsi non pari et cõmuni sensu/ gẽtilitas cũ synagoga cucurrit. Venit synagoga prior ad monumentũ: sed minime intrauit: q̃ legis quidẽ mandata percepit: prophetias de incarnatione ac passione dñica audiuit: sed credere in mortuũ noluit. Vidit enim Ioannes posita lintheamina: nõ tamẽ introiuit: q̃ videlicet synagoga et scripture sacre sacramenta cognouit: et tamen ad fidẽ passionis dñice credẽdo intrare distulit. Quem diu lõge lateq; prophetauit: presentẽ vidit/ et recipere renuit. Hominẽ esse despexit: deũ carne mortalẽ factũ credere noluit. Quid ergo est/ nisi q̃ et citius cucurrit: et tamẽ ante monumentũ vacua stetit? Venit autẽ simon Petrus sequẽs eũ: et introiuit in monumentũ: q̃ secuta posterior ecclesia gẽtium/ mediatorem dei et hominũ hominẽ Iesum christũ et cognouit carne mortuũ: et viuentem credidit deum. Vidit lintheamina posita: et sudariũ quod fuerat sup caput eius

E

Vtilitatẽ etiam paucorũ procurare debemus.

F

Apostolorum cursus ad monumentum nõ vacat a mysterio.

i.Cor.xv.

G nō cum lintheaminibus positū: sed separatim inuolutū in vnum locū. Quid esse fratres credimus: ꝙ sudarium capitis dn̄i cū lintheaminibꝰ non inuenitur in monumē-

i. Cor. xj.

to: nisi ꝙ Paulo attestante/caput Christi deus: et diuinitatis incōprehensibilia sacramēta ab infirmitatis nostre cognitione disiuncta sunt: eiusꝙ potentia/creature transcēdit naturam. Et notandum ꝙ non solum separatim: sed et inuolutū inueniri dicitur. Lintheum quippe qḋ inuoluitur: eius nec initium nec finis aspicitur. Recte ergo sudarium capitis inuolutum inuentum est: quia celsitudo diuinitatis nec cepit esse/nec desinit: nec per initium nascitur/nec termino coangustat. Bene autem addit/In vnum locū: qꝛ in scissura mētium deus nō est. Deus quippe in vnitate esse: illi eius habere gratiā merentur: qui se abinuicem ꝑ sectarū scandala nō diuidūt. Sed qꝛ solet ꝑ sudarium/laborātium sudor detergi/potest etiam sudarij nomine exprimi labor dei: qui licet quidem semꝑ quietus atꝙ incōmutabilis permanet: sed tñ laborare se denūciat: cū duras hominū prauitates portat. Unde et ꝑ prophetā dicit: Laboraui sustinēs. Deus

Hiere. vj.

autē apparuit in carne: laborauit ex nostra infirmitate. Quem laborē passionis eius dū increduli viderūt/eum venerari noluerūt. Quem enim videbāt carne mortalē/ dedignati sunt credere immortalem esse diuinitate. Unde etiam Hieremias ait: Reddes eis vicem dn̄e/iuxta

Thren. iij.

opera manuū suarū: dabis eis scutū cordis laborē tuū. Ne enim predicationis spicula corū corda penetrarēt/ dum passionis eius laborem dedignati sunt: quasi quidē laborem illius pro scuto tenuerūt: vt eorū se transire eiꝰ verba non permitterēt: quo cū laborare vsꝙ ad mortem viderēt. Quid autē nos nisi nostri capitis/id est dei mē-

H

bra sumus? Per lintheamina itaꝙ corporis/laborū lamenta signantur: que nūc electos oēs/id est eius mēbra

passio xp̄i longe distat a nr̄a.

constringunt. Sudarium ergo qḋ sup caput eiꝰ fuerat: seorsum inuenitur: quia ipsa redemptoris nostri passio longe a nostra passione disiuncta est: quoniam ipse sine culpa pertulit: qḋ nos cum culpa toleramus. Ipse sponte morti succūbere voluit: ad quā nos venimus inuiti. Sequitur. Tūc ergo introiuit et ille discipulus qui venerat primꝰ ad monumentū. Postꝙ intrauit Petrus/ ingressus est et Joannes. Posterior intrauit: qui prior venerat. Notādum fratres est ꝙ in fine mundi ad redēptoris fidē etiam iudea colliget/ Paulo attestāte/qui ait:

Roma. xj.

Donec plenitudo gētium intraret: et sic ois israel saluus fieret. Et vidit et credidit. Quid fratres/qḋ estimādꝰ est credidisse? Nunqḋ qꝛ dn̄s surrexerat que querebat? Non vtiꝙ: qꝛ adhuc tenebat erant ad monumētū: et subiuncta quoꝙ verba contradicūt: cū dicitur: Nondum enī sciebant scripturas/qꝛ oporteret eū a mortuis resurgere. Quid ergo vidit/et quid credidit? Uidit lintheamina posita: et credidit qḋ mulier dixerat/de monumento dn̄m fuisse sublatum. Que in re diuine dispensatiōis magnitudo pensanda est: ꝙ discipulorū corda et accenduntur vt querant: et differūtur ne inueniant: quatenus infirmitas animi ipso suo merore cruciata/et purgatior

I

ad inueniendū fiat: et tāto validius teneat cū inuenerit/ quāto tardius inuenit quod querebat. Hec sub breuitate fratres charissimi de euāgelica lectiōe transcurrimꝰ: nunc restat vt de ipsa tante solēnitatis nobilitate aliqḋ

Pasche: lis solēnitas dr̄ solēnitas solēnitatum.

loquamur. Hanc enim recte nobilitatem solēnitatis dicam: qꝛ solēnitates ceteras antecedit. Sicut enim in sacro eloquio/sancta sanctorū/vel cantica canticorū/ꝑ sui magnitudine dicuntur: ita hec festiuitas recte dici potest solēnitas solēnitatū. Ex hac quippe solēnitate exēplū nobis resurrectiōis datum est: spes celestis patrie aperta: et facta supni regni iam presumptibilis gloria. Per hanc electi/qui quāuis in trāquillitatis sinu/tamē apud inferni claustra tenebantur: ad paradisi amena reducti sunt. Quod ante passionē dixit in resurrectione sua dn̄s

Joan. xij.

impleuit: Si exaltatus fuero (inquit) a terra: omnia traham ad me. Omia etenim traxit: qui de electis suis apud inferos nullū reliqt. Omnia abstulit: vtiꝙ electa. Neꝙ etenim infideles quosꝙ et pro suis criminibus eternis supplicijs deditos/ad veniam dn̄s resurgendo reparauit: sed illos ex inferni claustris rapuit/quos suos in fide et actibus recognouit. Unde recte etiam per Osee di-

Osee. xiij.

cit: Ero mors tua o mors: ero morsus tuus inferne. Id

Xp̄s fuit

nāꝙ quod occidimus: agimus vt penitus nō sit. Ex eo

mors mortis: et morsus inferni.

etenim quod mordemus: partē abstrahimus/partēꝙ relinquimꝰ. Quia ergo in electis suis funditꝰ occidit mortē: mors mortis extitit. Qꝛ vero ex inferno partē abstulit/et partē reliquit/nō occidit funditꝰ/sed momordit infernū. Ait ergo/Ero mors tua o mors: ac si aperte dicat:

K

Quia in electis meis te funditus perimo: ero mors tua. Ero morsus tuꝰ inferne/qꝛ sublatis eis/te ex parte trāsfigo. Que est ergo ista solēnitas/que inferni claustra destruxit: et ianuas nobis regni celestis aperuit? Inquiramus subtilius nomē eius. Requirat egregius predicator. Uideamus quid de eius estimatione denūciet. Ait

i. Cor. v.

enim: Etenim pascha nostrum immolatus est Christꝰ. Si ergo pascha Christꝰ: pēsandū nobis est qḋ de pascha lex loquitur: vt indagemus subtilius an de xp̄o dicta videātur. Moyses quippe ait: Sumēt de sanguine agni/

Exo. xij. Agni paschalis comestio.

et ponent sup vtrūꝙ postem: et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum: et edent carnes nocte illa assas igni: et azymos panes cū lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudū quid: nec coctum aqua: sed assum tantū igni. Caput cū pedibꝰ eius et intestinis vorabitis: nec remanebit ex eo quicꝙ vsꝙ mane. Si quid residuū fuerit: igne cōburetis. Ubi et additur: Sic autē comedetis illum. Renes vestros accingetis: calciamenta habebitis in pedibꝰ: tenētes baculos in manibꝰ: et comedetis festinātes. Que verba cūcta magnā nobis edificationē pariūt/si fuerit mystica interpretatione discussa. Quid nāꝙ sit sanguis agni/nō iā audiendo sed bibēdo didicistis. Qui sanguis sup vtrāꝙ postē ponit: quādo nō solū ore corporis: sed etiā ore cordis haurit. In vtroꝙ etenī poste sanguis agni est positus: quādo sacramētū passio-

L

nis illius cum ore ad redēptionē sumitur: ad imitationem quoꝙ intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris sui sanguinē accipit: vt imitari passionē illiꝰ necdum velit: in vno poste sanguinē posuit: qui etiam in superliminaribus domorū ponēdus est. Quid enim spiri-

Domꝰ nr̄e qḋ spūaliter representant.

tualiter domus nisi mētes nostras accipimus: in quibꝰ per cogitationē inhabitamus? Cuius domꝰ superliminare est ipsa intētio: que preeminet actioni. Qui ergo intentionē cogitationis sue ad imitationē dn̄ice passiōis dirigit: in superliminari domus agni sanguinem ponit. Uel certe domus nostre/ipsa sunt corpora: in quibꝰ quousꝙ viuimus habitamus. Et in superliminari domus agni sanguinē ponimus: qꝛ crucē passionis illius in frōte portamꝰ. De quo adhuc agno subditur: Et edent car-

Agnū paschalē comedimꝰ in nocte.

nes nocte illa assas igni. In nocte quippe agnū comedimus: qꝛ in sacramēto modo dn̄icum corpus accipimus: quādo adhuc adinuicem nostras cōsciētias non videmus. Que tamen carnes agni assande sunt: qꝛ nimirum dissoluit ignis carnes quas aqua coperit: quas vero ignis sine aqua excoquit/roborat. Carnes itaꝙ agni nr̄i ignis excoxit: qꝛ eū ipsa vis passionis illius ad resurrectionē

M

valētiorem reddidit: atꝙ ad incorruptionē roborauit. Qui enim ex morte cōualuit/videlicet carnes illius ab

Ps. xxi.

igne duruerūt. Unde etiam ꝑ psalmistā dicit: Exaruit velut testa virtus mea. Quid nāꝙ est testa ante ignem: nisi molle lutum? Sed ei ex igne agitur: vt solidet. Uirtus ergo humanitatis eiꝰ velut testa exaruit: qꝛ ab igne passionis/ad virtutē incorruptionis creuit. Sed sola redemptoris nostri percepta sacramēta ad verā solēnitatem mētis nō sufficiunt: nisi eis quoꝙ et bona opera iungātur. Quid enim prodest corpus et sanguinē illius ore percipere: et peruersis moribus contraire? Unde bene

Panes azymos qꝛ comedere dicit.

adhuc ad comedēdū subditur: Et azymos panes cum lactucis agrestibus. Panes quippe sine fermēto comedit: qui recta opera sine corruptiōe vane glorie exercet: qui mādata misericordie sine admixtione peccati exhibet: ne peruerse dirripiat/quod quasi recte dispēsat. Hoc quoꝙ peccati fermētū bone sue actioni miscuerant: qui-

Amos. iiij.

bus ꝑ prophete vocem per increpationē dn̄s dicebat: Uenite ad bethel: et impie agite. Atꝙ post pauca. Et sacrificate de fermentato laudē. De fermētato nāꝙ laudē immolat/qui deo sacrificium de rapina parat. Lactuce vero agrestes valde amare sunt. Carnes ergo agni cū lactucis agrestibus sunt edende: vt cū corpus redēptoris accipimus: nos pro peccatis nostris in fletibus affligamꝰ: quatenus ipsa amaritudo penitētie abstergat a mentis stomacho peruerse humorem vite. Ubi et subditur: Nō comedetis ex eo crudū quid/nec coctū aqua. Ecce iam

A

nos ipsa verba historie ab intellectu historico repellūt.
Aliquid fratres charissimi/ israeliticus ille populus in
egypto constitutus/ comedere agnū crudū cōsueuerat:
vt ei lex dicat: Non comedetis ex eo crudū quid: Ubi
& additur: Nec coctū aqua. Sed quid aqua/ nisi huma-
nam scientiā designat: iuxta hoc qđ per Salomonē sub

Prouer. ix.

hereticorum voce dicitur: Aque furtiue/ dulciores sunt.
Quid crude agni carnes/ nisi inconsideratam ac sine re-
uerentia cogitationis relictam illius humanitatem si-
gnificāt: Omne enim quod subtiliter cogitamus: quasi
mente coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est:
nec aqua cocta: q2 redēptor noster nec purus homo esti-
mandus est/ neq3 per humanam sapientiam/ qualiter in-
carnari deus potuit/ cogitādus. Omnis enim qui redē-
ptorem nostrū purum hominem credit: quid iste aliud
q̄ agni carnes crudas comedit? quas videlicet coque-
re per diuinitatis eius intelligētiam noluit. Omnis ve-
ro qui incarnationis eius mysteria iuxta humanam sa-
pientiam discutere conatur: carnes agni aqua vult co-
quere: id est dispēsationis eius mysteria per dissolutam

Agnū nec aqua coq̄- m⁹ nec cru dū come- damus.

vult scientiam penetrare. Qui ergo paschalis gaudij so-
lennitatem celebrare desiderat/ agnū nec aqua coquat:
nec crudū comedat: vt neq3 per humanam sapientiam/
profunditatem illius incarnationis penetrare appetat:
neq3 in eū tanq3 in hominem purū credat: sed assas igni
carnes comedat: vt dispēsari omnia per sancti spiritus
potentiam sciat. De quo adhuc recte subiūgitur: Caput

B

cum pedibus & intestinis vorabitis. Sicut iam predixi

j. Cor. xj.

mus fratres/ Paulo attestante didicim⁹/ q caput xpi/
deus est: quia redēptor noster est alpha & omega videli-
cet ante secula: & homo in fine seculoꝝ. Caput ergo agni
vorare/ est diuinitatem illius fide percipere. Pedes ve-
ro agni vorare/ est vestigia humanitatis eius amando

Agni inte stina vora re qđ est?

et imitando pquirere. Quid vero sunt intestina nisi ver-
borum illius occulta & mystica mandata? Que tunc vo-
ramus: cū verba vite cum auiditate sumimus. In quo
deuorationis verbo quid aliud q̄ pigritie nostre torpor
reprehēditur: qui eius verba ac mysteria et per nosmet-
ipsos nō requirimus/ et dicta ab alijs audimus inuiti.
Non remanebit ex eo quicq̄ vsq3 mane: quia eius dicta
magna sunt sollicitudine discutienda: quatenus priusq3
dies resurrectionis appareat: in hac presentis vite no-
cte/ omnia illius mandata intelligendo et operando pe-

Eloquiū oē sacrum intellige- re difficil- limū est.

netrentur. Sed quia valde difficile est vt omne sacrum
eloquium possit intelligi: et omne eius mysterium pene-
trari: recte subiungitur: Si quid aūt remanserit: igne cō-
buretis. Quod ex agno remanet/ igne cōburimus: quā-
do hoc quod de mysterio incarnationis ei⁹ intelligere
et penetrare non possumus: potestati sancti spiritus hu-
militer reseruamus: vt non superbe quis audeat vel con-
temnere vel denunciare quod nō intelligit: sed hoc igni
tradit: cū sancto spiritui reseruat. Quia ergo qualiter
edendum sit pascha cognouimus: nunc a quibus edi

C

debeat/ agnoscam⁹. Sequitur. Sic aūt comedetis illū.
Renes vestros accingetis. Quid in renibus/ nisi dele-
ctatio carnis accipitur? Unde et psalmista postulat di-

Psal. ij.

cens: Ure renes meos. Si cui voluptatem libidinis in
renib⁹ esse nesciret: eos vri minime petisset. Unde quia
potestas diaboli in humano genere maxime per luxuriā

Job. xl.

preualuit/ de illo voce dominica dicitur: Potestas eius
in lumbis ei⁹. Qui ergo pascha comedit: habere renes
accinctos debet: vt qui solennitatem resurrectionis at-
q3 incorruptionis agit/ corruptioni iam per vitia nulla
subiaceat/ voluptates edomet/ carnem a luxuria restri-
gat. Neq3 enim cognouit que sit solennitas incorruptio-
nis: qui adhuc per incontinentiam corruptioni subia-

Mat. vij.

cet. Nec quibusdam dura sunt: sed āgusta porta est que

calciamē- ta habea- m⁹ in pedi bus qūa- gnum pa- schalē co- medam⁹.

ducit ad vitam. Et habemus tam multa exempla con-
tinentium. Unde bene adhuc subditur. Calciamēta ha-
bebitis in pedibus. Qui sunt etenim pedes nostri/ nisi
opera: quid vero calciamenta/ nisi pelles mortuorum
animalium? Calciamenta autem pedes muniunt. Que
vero sunt mortua animalia/ ex quorum pellibus nostri
muniuntur pedes/ nisi antiqui patres/ qui nos ad eter-
nam patriam precesserunt? Quorum dum exempla con-
spicimus/ nostri operis pedes munimus. Calciamenta
ergo in pedibus habere/ est mortuorū vitam conspice-
re: et nostra vestigia a peccati vulnere custodire. Tenē-

D

tes baculos in manibus. Quid lex per baculum/ nisi pa-
storalem custodiam designat? Et notandum q prius
precipimur renes accingere: postmodum baculos tene-
re: quia illi debent curam pastoralem suscipere: qui iam
in suo corpore sciunt fluxa luxurie domare: vt cum alijs
fortia predicent/ ipsi desiderijs mollibus eneruiter non
succumbant. Bene autem subditur. Et comedetis festi-
nanter. Notate charissimi fratres: notate q dicitur fe-

Celeritas seu festina tio cōmē- datur.

stinantes. Mandata dei/ mysteria redemptoris/ cele-
stis patrie gaudia/ cum festinatione cognoscite: et pre-
cepta vite cum festinatione implere curate. Quis enim
adhuc hodie liceat bene agere/ scimus: verum cras lice-
at/ ignoramus. Festinantes ergo pascha comedite/ id
est ad solennitatem patrie celestis anhelate. Nemo in
hui⁹ vite itinere torpeat: ne in patria locum perdat. Ne-
mo mores ad appetēda & studia innectat: sed cepta per-

tot. expe- cta da.

ficiat: ne minime liceat implere qđ inchoat. Si ad amo-
rem dei pigri non simus/ adiuuat ipse quem amamus
Jesus christus dominus noster: qui viuit & regnat cum
patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula
seculorum. Amen.

Lectio sancti euangelij sm Lucam.

Lu. xxiiij

In illo tempore. Duo ex discipu-
lis Jesu ibant ipsa die in castel-
lum quod erat in spatio stadio-

E

rum sexaginta ab Hierusalem/
nomine emaus: & ipsi loquebā-
tur adinuicem de omnibus his
que acciderant. Et factum est dum fabularent
et secū quererent: ipse Jesus appropinquans:
ibat cum illis. Oculi autē illorum tenebantur
ne eum agnoscerēt. Et ait ad illos. Qui sunt hi
sermones quos confertis adinuicem ambulan-
tes/ et estis tristes? Et respondēs vnus cui no-
men cleophas/ dixit ei. Tu solus peregrin⁹ es
in hierusalē/ et non cognouisti ea que facta sunt
in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et
dixerunt. De Jesu nazareno: qui fuit prophe-
ta potens in opere et sermone coram deo & om-
ni populo. Et quomodo tradiderunt eum sum-
mi sacerdotes et principes nostri in damnatio-
nem mortis: et crucifixerunt eum. Nos autem
sperabamus: quia ipse esset redēpturus israel.
Et nunc super hec omnia tertia dies est hodie
q hec facta sunt. Sed & mulieres quedā ex no-
stris terruerunt nos: que ante lucem fuerūt ad

F

monumentū: & non inuento corpore eius: vene-
runt dicentes se etiam visionem angelorum vi-
disse: qui dicunt eū viuere. Et abierūt quidā ex
nostris ad monumentū: et ita inuenerunt sicut
mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerūt.
Et ipse dixit ad illos. O stulti & tardi corde ad
credēdum in omnibus que locuti sunt prophe-
te. Nōne hec oportuit pati christū: et ita intra-
re in gloriā suam? Et incipiēs a Moyse et om-
nibus prophetis/ interpretabatur illis in omni-
bus scripturis que de ipso erant. Et appropin-
quauerunt castello quo ibant. Et ipse finxit se
longius ire. Et coegerunt illum dicētes. Ma-
ne nobiscum domine: quoniā aduesperascit et
inclinata est iam dies. Et intrauit cū illis. Et
factum est dum recūberet cum eis: accepit pa-
nē & benedixit ac fregit: & porrigebat illis: & sta-
tim aperti sunt oculi eorum: & cognouerunt eū:
et ipse euanuit ab oculis eorum. Et dixerūt ad
inuicem. Nōne cor nostrū ardens erat in nobis

G

de Jesu/ dum loqueretur nobis in via: ⁊ aperiret nobis scripturas? Et surgẽtes eadẽ hora regressi sunt in Hierusalem: et inuenerunt cõgregatos vndecim/ et eos qui cum ipsis erant: dicẽtes q surrexit dñs vere/ ⁊ apparuit Simoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: ⁊ quo modo cognouerunt eum in fractione panis.

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Petri apostoli: in crastino pasche. Homilia .xxiij.

In quotidiana nobis solẽnitate laborantibus pauca loquẽda sunt: ⁊ fortasse hec vtilius predeunt: q: sepe et alimenta que minus sufficiunt: auidius sumũtur. Lectionis ergo euangelice sũmatim sensum statui nõ per singula verba discutere: ne dilectionem vestrã valeat sermo prolixior expositionis onerare. Ecce audistis fratres charissimi: q: duobus discipulis ambulantibus in via/ non quidẽ credentib⁹/ sed tamen de se loquẽtibus dñs apparuit: sed eis speciem quam recognoscerent/ non ostendit. Hoc ergo egit foris dñs in oculis corporis: quod apud ipsos agebatur int⁹ in oculis cordis. Ipsi nãq: apud semetipsos intus ⁊ amabant et dubitabant. Eis autem dñs foris ⁊ presens aderat: ⁊ quis esset/ non ostendebat. De se ergo loquẽtibus presentiam exhibuit: sed de se dubitãtib⁹/ cognitionis sue speciem abscondit. Verba quidẽ contulit/ duritiam intellectus increpauit. Sacre scripture mysteria que de seipso erant/ aperuit: ⁊ tamen q: adhuc in eorũ cordib⁹ peregrinus erat a fide: se ire longius finxit. Fingere nãq: cõponere dicimus. vnde ⁊ compositores luti/ figulos vocamus. Nihil ergo simplex veritas per duplicitatẽ fecit: sed talẽ se eis exhibuit in corpe: qualis apud illos erat in mente. Probandi autẽ erant si hi qui eũ etsi necdum vt deum diligerẽt: saltem vt peregrinum amare potuissent. Sed q: esse extranei a charitate non poterant hi cũ quibus veritas gradiebatur: eũ ad hospitium quasi peregrinũ vocant. Cur autẽ dicimus vocãt: cum illic scriptũ sit: [Et coegerunt eũ.] Ex quo nimirũ exemplo colligitur: q: peregrini ad hospitiũ non solũ inuitãdi sunt/ sed etiã trahẽdi. Mensam igit ponũt: panes cibosq: offerũt: ⁊ deũ quẽ in scripture sacre expositione nõ cognouerãt: in panis fractione cognoscũt. Audiẽdo ergo precepta dei/ illuminati non sunt: faciendo illuminati sunt: q: scriptum est. Nõ auditores legis iusti sunt apud deũ sed factores legis iustificabunt. Quisquis ergo vult audita intelligere: festinet ea que iam audire potuit/ opere implere. Ecce dñs non est cognitus dum loqueretur: et dignatus est cognosci dum pascit. Hospitalitatem ergo fratres charissimi diligite: charitatis opera amate. Hinc eni per Paulũ dicit: Charitas fraternitatis maneat in vobis: et hospitalitatẽ nolite obliuisci. Per hãc enim placuerũt quidã/ angelis hospitio receptis. Hinc Petrus ait: Hospitales inuicem sine murmuratione. Hinc ipsa veritas dicit: Hospes fui/ et suscepistis me. Opinata res est valde/ ⁊ seniorũ nostrorum nobis relatione tradita. Quidã paterfamilias cum tota domo sua magno hospitalitatis studio seruiebat. Cũq: quotidie ad mensam suam peregrinos susciperet/ quodam die peregrinus quidã inter alios aduenit: ad mensam ductus est. Dumq: paterfamilias ex humilitatis consuetudine aquam vellet in eius manibus fundere: cõuersus vrceũ accepit: sed repente eum in cuius manibus aquã fundere voluerat: nõ inuenit. Cũq: hoc factum secum ipse miraretur: eadem nocte ei dñs per visionem dixit. Ceteris diebus me in membris meis: hesterno aũt die me in memetipso suscepisti. Ecce in iudicium veniens dicet: Qd vni ex minimis meis fecistis/ mihi fecistis. Ecce ante iudicium cum per membra sua suscipitur/ susceptores suos etiam per semetipsum requirit: ⁊ tamen nos ad hospitalitatis gratiam pigri sumus. Pensate fratres quãta hospitalitatis virtus sit. Ad mẽsas vestras christum suscipite: vt vos ab eo suscipi ad conuiuia eterna valeatis. Prebete modo peregrino christo hospitium: vt vos in iudicio non quasi peregrinos nesciat: sed vt proprios recipiat ad regnum: ipso adiuuãte qui viuit ⁊ regnat deus in secula.

H

Fingere quid significat.

Peregrini sunt ad hospitiũ trahendi.

ad Ro. ij.

I

Ad Heb. xiij.

j. Pe. iiij.

Mat. xxv.

Mat. xxv.

Hospitẽ suscipiẽs suscipit xp̃m.

¶ Lectio sancti euangelij s̃m Joannem.

In illo tempore. Manifestauit se iterum Jesus discipulis suis ad mare tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erant autẽ simul simon Petrus ⁊ Thomas qui dicitur didym⁹: et nathanael q erat a chana galilee: ⁊ filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis simon Petr⁹. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecũ. Et exierunt et ascenderũt in nauim: ⁊ illa nocte nihil prẽdiderunt. Mane aũt iam facto/ stetit Jesus in littore: non tamen cognouerũt discipuli q: Jesus est. Dicit ergo eis Jesus: Pueri/ nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei. Non. Et dixit eis. Mittite in dexterã nauigij rete: et inuenietis. Miserunt ergo: et iam non valebant illud trahere pre multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Jesus Petro. Dominus est. Simon ergo Petrus cũ audisset q: dominus est: tunica succinxit se: (erat enim nudus) et misit se in mare. Alij aũt discipuli nauigio venerũt: (Non enim longe erant a terra: sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram/ viderũt prunas positas: ⁊ piscem superpositum ⁊ panem. Dixit eis Jesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus: ⁊ traxit rete in terrã/ plenum magnis piscibus centũ quinquaginta tribus. Et cum tanti essent/ non est scissum rete. Dixit eis Jesus: Venite prandete. Et nemo audebat discũbentium interrogare eũ: tu quis es? sciẽtes quia dñs est. Et venit Jesus/ ⁊ accepit panẽ: et dabat eis: et piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Jesus discipulis suis/ cum surrexisset a mortuis.

K

Joan. xxj.

L

¶ Homilia lectionis eiusdẽ habita ad populum in basilica beati Laurentij: Feria quarta pasche. Homilia .xxiiij.

Lectio sancti euangelij que modo in auribus vestris lecta est/ fratres mei/ questione animũ pulsat: sed pulsatione sua vim discretionis indicat. Queri etenim potest/ cur Petrus qui piscator ante conuersionem fuit/ post conuersionem ad piscationẽ rediit. Et cum veritas dicat: Nemo mittẽs manum suam ad aratrum/ et aspiciens retro/ aptus est regno dei: cur repetijt quod dereliquit? Sed si virtus discretionis inspicitur/ cito videtur: quia nimirum negocium quod ante conuersionem sine peccato extitit/ hoc etiam post conuersionem repetere/ culpa non fuit. Nam piscatorem Petrum: Mattheũ vero telonearium scimus. Et post conuersionem suã ad piscationem Petrus rediit: Mattheus vero ad telonei negocium non resedit: quia aliud est victum per piscationem querere/ aliud autem telonei lucris pecunias augere. Sunt enim pleraq: negocia que sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Que ergo ad peccatum implicant/ ad hec necesse est vt post conuersionem animus non recurrat. Queri etiam potest/ cur discipulis in mari laborantibus/ post resurrectionem suam dominus in littore stetit: qui ante resurrectionẽ suã corã discipulis in fluctib⁹ maris ambulauit. Cuius rei ratio festine cognoscitur/ si ipsa que tunc inerat causa pensetur. Quid enim mare nisi presens seculum signat: quod se causarũ tumultibus/ ⁊ vndis vite corruptibilis illidit? Quid p soliditatẽ littoris nisi illa perpetuitas quietis eterne figurat? Quia ergo discipuli

M

Luc. ix.

Petr⁹ q: re post cõuersionẽ suã ad piscationem rediit mattheus aũt ad officiũ suum non est reuersus.

Mat. xiiij.

A adhuc fluctibus mortalis vite inerant: in mari laborabant. Quia autem redemptor noster iam corruptionem carnis excesserat: post resurrectionem suam in littore stabat. Ac si ipsum resurrectionis sue mysterium rebus discipulis loqueretur/dicens: Iam vobis in mari non appareo: quia vobiscum in perturbationis fluctibus non sum. Hinc est quod alio in loco post resurrectionem suam eisdem discipulis dicit: Hec sunt verba que locutus sum ad vos/cum adhuc essem vobiscum. Neque enim cum ipsis non erat/quibus presens corporaliter apparebat/sed tamen iam se esse cum ipsis denegat: a quorum mortali corpore/carnis immortalitate distabat. Quod illic cum ipsis positus fatetur non se esse cum ipsis: hoc quoque hic situ corporis indicat: cum adhuc eis nauigantibus/esse se iam in littore demonstrat. Facta est autem discipulis piscatione magna difficultas: vt magistro veniente fieret admirationis magna sublimitas. Qui protinus dicit. [Mittite in dexteram nauigij rete: et inuenietis.] Bis in sancto euangelio legitur: quod dominus iussit vt ad piscandum retia mitterentur: ante passionem videlicet/et post resurrectionem. Sed priusquam redemptor noster pateretur et resurgeret: mitti quidem rete ad piscandum iubet: sed vtrum in dexteram an in sinistram mitti debuisset non iubet. Post resurrectionem vero discipulis apparens/mitti rete in dexteram iubet. In illa piscatione tanti capti sunt/vt retia rumperentur. In ista autem et multi capti sunt: et retia rupta non sunt. Quis vero nesciat bonos dextera/et malos sinistra figurari? Illa ergo piscatio in qua specialiter in quam partem mitti rete debeat non iubetur/presentem ecclesiam designat: que bonos simul ac malos colligit: nec eligit quos trahat: quia et quos eligere possit/ignorat. Hec autem piscatio post domini resurrectionem facta/in solam dexteram missa est: quia ad videndam claritatis eius gloriam/sola electorum ecclesia pertingit: que de sinistro opere nihil habebit. In illa piscatione pre multitudine piscium rete rumpitur: quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant: qui ipsam quoque ecclesiam heresibus scindant. In ista vero piscatione et multi pisces et magni capiuntur: et rete non rumpitur: quia sancta electorum ecclesia in continua auctoris sui pace requiescens/nullis iam dissensionibus dilaniatur. Captis autem tam magnis piscibus/ascendit Simon Petrus: et traxit rete in terram. Iam credo quod vestra charitas aduertat: quid est quod Petrus rete ad terram trahit. Ipsi quippe sancta ecclesia est commissa. Ipsi specialiter dicitur. Simon Ioannis amas me? pasce oues meas. Quod ergo postmodum aperitur in voce: hoc nunc signatur in opere. Quia ergo predicator ecclesie nos a mundi huius fluctibus separat/nimirum necesse est vt rete plenum piscibus Petrus ad terram ducat. Ipse enim pisces ad soliditatem littoris pertrahit: quia sancte predicationis voce stabilitatem eterne patrie fidelibus ostendit. Hoc egit verbis: hoc epistolis: hoc agit quotidie miraculorum signis. Quotiens per eum ad amorem quietis eterne conuertimur: quotiens a terrenarum rerum tumultibus separamur: quid aliud quam missi intra rete fidei/vt pisces ad littus trahimur? Sed cum rete magnis piscibus plenum dicitur: additur et quantis/scilicet centum quinquaginta tribus. A magno mysterio numerus non vacat: sed intentos vos tanti mysterij profunditas expectat. Neque enim quantitatis summam sollerter euangelista exprimeret/nisi hanc sacramento plenam esse iudicasset. Scitis namque quod in veteri testamento omnis operatio per decalogi mandata precipitur: in nouo autem eiusdem operationis virtus per septiformem gratiam sancti spiritus multiplicatis fidelibus datur. Quem propheta denuncians dicit. Spiritus sapientie et intellectus/spiritus consilij et fortitudinis/spiritus scientie et pietatis: et replebit eum spiritus timoris domini. Sed ille in hoc spiritus operationem percipit: qui fidem trinitatis agnoscit: vt et patrem et filium et eundem spiritum sanctum vnius virtutis credat: vnius substantie esse fateatur. Quia ergo septem que superius diximus/per nouum testamentum latius data sunt/decem vero per vetus precepta: omnis nostra virtus et operatio per decem et septem potest plene comprehendi. Ducamus ergo per trigonum decem et septem: et veniunt ad quinquaginta vnum. Qui profecto numerus a magno mysterio non vacat: quia in testamento veteri legimus: quod annus quinquagesimus iubileus

Lu. xxiiij.

Piscari seu ad piscandum retia mitti bis dominus legitur iussisse.

B

Jo. xxi.

C

Rete Petri plenum fuit cliij. piscibus quare hoc.

Esaie xi.

Leui. xxv.

vocari iussus est. In quo videlicet cunctus populus ab omni operatione quiesceret. Sed vera requies in vnitate est. Diuidi quippe vnum non potest. Ubi enim scissura diuisionis est: vera requies non est. Ducamus ergo per trigonum quinquaginta et vnum/et fiunt cliij. Quia ergo omnis nostra operatio in fide trinitatis exhibita/ad requiem tendit/decem et septem ter ducimus vt ad quinquaginta et vnum venire debeamus. Et quia vera nostra requies tunc est/cum ipsam iam claritatem trinitatis agnoscimus: quam in vnitate diuinitatis esse certum tenemus: quinquaginta et vnum ter ducimus: et electorum summam in superna patria quasi centum quinquaginta trium piscium numerum tenemus. Post resurrectionem ergo domini missum rete dignum fuit vt tot pisces caperet: quot solummodo electos ciues superne patrie designarent. Inter hec vero/et hesterna sancti euangelij lectio/et hodierna nos admonet/vt vigilanter debeamus inspicere/cur dominus et redemptor noster post resurrectionem suam piscem assum legitur comedisse. Non enim vacat a mysterio/quod iteratur in facto. In hac etenim lectione panem et assum piscem: in illa vero que hesterno die lecta est: cum asso pisce etiam fauum mellis comedit. Quid autem signare piscem assum credimus/nisi ipsum mediatorem dei et hominum passum? Ipse enim latere dignatus est in aquis generis humani: capi voluit laqueo mortis nostre/et quasi tribulatione assatus est tempore passionis sue. Sed qui piscis assus fieri dignatus est in passione/fauus mellis nobis extitit in resurrectione. Nam qui in pisce asso figurari voluit tribulationem passionis sue/in fauo mellis vtramque naturam exprimi voluit persone sue. Fauus quippe mel in cera est. Mel vero in cera est diuinitas in humanitate. Quod ab hac quoque lectione non discrepat. nam piscem comedit et panem. Qui enim assari vt piscis potuit ex humanitate: pane nos reficit ex diuinitate: qui ait. Ego sum panis viuus: qui de celo descendi. Assum ergo piscem comedit et panem: vt ipso suo cibo nobis ostenderet: quia et passionem ex nostra humanitate pertulit: et refectionem nostram ex sua diuinitate procurauit. Quod si vigilanter inspicimus: nobis quoque qualiter ad imitandum congruat videmus. Sic enim sua facta redemptor indicat/vt imitationis viam nobis sequentibus sternat. Ecce in cibo suo dominus noster pisci asso coniungere fauum voluit: quia videlicet illos in suo corpore ad eternam quietem suscipit/qui cum hic tribulationes pro domino sentiunt/ab amore interne dulcedinis non recedunt. Cum asso pisce fauus sumitur: quia qui hic afflictionem pro veritate suscipiunt/illic dulcedine vera satiantur. Notandum quoque quod vltimum conuiuium dominus cum septem discipulis habuisse describitur. Petrus namque et Thomas/Nathanael/filij Zebedei/et alij ex discipulis eius duo/in eo fuisse memorantur. Cur cum septem discipulis vltimum conuiuium celebrat: nisi quod eos tantummodo qui septiformi gratia sancti spiritus pleni sunt: futuros secum in eterna refectione denunciat? Septem quoque diebus omne hoc tempus euoluitur: et sepe septenario numero perfectio designatur. Illi ergo vltimo conuiuio de presentia veritatis epulantur: qui nunc perfectionis studio terrena transcendunt: quos mundi huius amor non ligat: quibus etsi vtcunque per tentamenta obstrepit: corrupta tamen eorum desideria non retundit. De hoc extremo conuiuio alias per Ioannem dicitur. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Idcirco enim non ad prandium/sed ad cenam vocatos narrat/quia nimirum in fine diei conuiuium cene est. Qui ergo finito presentis vite tempore/ad refectionem superne contemplationis veniunt: non ad agni prandium/sed ad cenam vocantur. Que videlicet cena hoc vltimo conuiuio exprimitur: cui septem discipuli adesse memorantur: quia illos (vt diximus) tunc interna refectio reparat/qui pleni nunc septiformi gratia in amore spiritus anhelant. Hec ergo vobiscum fratres agite: huius spiritus repleri presentia desiderate. Quid vos sequi in futurum possit: ex presenti perpendite. Pensate si hoc spiritu pleni estis/et nostis si ad illud conuiuium peruenire valeatis. Quisquis namque ille est quem nunc spiritus iste non reparat: profecto ab illa eterne conuiuij refectione ieiunat. Mementote quid de eodem spiritu Paulus dicat. Si quis spiritum Christi non habet: hic non est eius. Quasi quidam titulus diuine possessionis est iste spiritus amoris. Nunquid enim spiritum Christi habet is cuius mentem odia dissipant: elatio inflat: ira vsque ad diuisionem mentis exasperat: auaritia cruciat: luxuria eneruat? Pensate quis sit

D

Jo. xxi.

Lu. xxiiij.

E

Joan. vj.

Pisci asso quare dominus fauum coniungit.

Conuiuium domini vltimum fuit cum septem discipulis.

F

Apoc. xix.

ad Ro. viij.

Spiritus Christi in quibus non est.

G

ipsis xpi. Profecto ille qui facit amicos et inimicos dili giter rens despicit: pro celestibus estuari: carnē propter vitia conterimentē a concupiscētijs frenari. Si ergo vultis vos cognoscere possessiones dei: personā perpēdite possessoris vestri. Ecce enim quod diximus / voce veridica Paulus clamat: Si quis spiritū xpi nō habet: hic non est eius. Ac si aperte dicat: Qui nūc deo inhabitāte non regitur: de diuine claritatis specie postmodū nō letatur. Sed nos tamē qui ad hec que dicta sunt infirmamur: necdū culmen perfectionis attingimus: in via dei quotidie sancti desiderij gressus ponamus. Consolatur nos veritas: que p psalmistā dicit: Imperfectū meū viderunt oculi tui: et in libro tuo oēs scribentur. Non omnino erit nobis noxia nostra imperfectio: si in dei itinere cōstituti / et ad trāsacta nō respicimus: et ad ea que restāt transire festinamus. Nam qui imperfectorū desideria diganter inflāmat: hec quādoqꝫ ad pfectionē roborat: p dñm nostrū Jesum xpm / qui cū eo viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorū. Amen.

ad ro. viij.

Psalm. cxxxviij.

¶ Lectio sancti euangelij sm Joannem.

Joan. xx.

H

In illo tēpore. Maria stabat ad monumentū foris plorās. Dū ergo fleret inclinauit se: et pspexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedētes: vnū ad caput / et vnū ad pedes: vbi positum fuerat corpus Jesu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerūt dominum meum: et nescio vbi posuerunt eum. Hec cū dixisset conuersa est retrorsum: et vidit Jesum stantem: et nesciebat quia Jesus est. Dicit ei Jesus. Mulier: quid ploras? Quem queris? Illa existimans quia hortolanus esset / dicit ei: Dñe si sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eum: et ego eū tollam. Dicit ei Jesus: Maria. Cōuersa illa dixit ei. Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei Jesus: Noli me tangere: nondū enim ascendi ad patrē meū. Uade autē ad fratres meos: et dic eis. Ascēdo ad patrē meum et patrem vestrū: deum meū et deum vestrū. Uenit ergo Maria Magdalene annūcians discipulis: quia vidit dominum: et hec dixit mihi.

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Joannis: que appellatur constantiniana: Feria quinta pasche.

Homilia. xxv.

I

M

Aria magdalene que fuerat in ciuitate peccatrix / amādo veritatē / lauit lachrymis maculas criminis. Et vox veritatis impletur: qua dicitur: Dimissa sunt ei pctā multa: qꝛ dilexit multum. Que enī prius frigida peccādo remāserat: postmodum amādo fortiter ardebat. Nā postqꝫ venit ad monumentū: ibiqꝫ corpus dñicū nō inuenit: sublatū credidit: atqꝫ discipulis nūciauit. Qui venientes viderūt / atqꝫ ita esse vt mulier dixerat crediderūt. Et de eis ptinus scriptum est: Abierūt ergo discipuli ad semetipsos. Ac deinde subiungitur. [Maria autē stabat ad monumentū foris plorans.] Qua in re pēsandū est / huius mulieris mentem quāta vis amoris accēderat: que a monumento dñi etiam discipulis recedētibus nō recedebat. Exquirebat quē non inuenerat: flebat inquirendo: et amoris sui igne succensa / eius quem ablatū credidit / ardebat desiderio. Unde cōtigit vt eū sola tunc videret / que remāserat vt quereret: quia nimirū virtus boni operis / perseuerātia est. Et voce veritatis dicitur: Qui aūt pseuerauerit vsqꝫ in finē: hic saluus erit. Et pcepto legis cauda hostie in sacrificio iubet offerri. In cauda qppe finis est corporis. et ille bñ immolat: qui sacrificiū boni operis vsqꝫ ad finem debite pducit actionis. Hinc Joseph inter reliquos fratres talarem tunicam habuisse describitur. Tunica quippe vsqꝫ ad talum / est opus bonū vsqꝫ ad cōsummationem.

Luce. vij.

Joā. vj.

Magdalenā maria vis amoris accendit.

Mat. x. et xxiiij.

Leui. iij. et Exo. xx.

Genesis xxxvij.

K

Maria ergo cū fleret: inclinauit se: et prospexit in monumentū. Certe iam monumentū vacuum viderat: iam sublatū dñm nunciauerat. Quid est qꝫ se iterū inclinat: iterū videre desiderat? Sed amanti semel aspexisse non sufficit: qꝛ vis amoris / intētionē multiplicat inquisitionis. Quesiuit ergo prius / et minime inuenit: perseuerauit vt quereret: vnde et cōtigit vt inueniret. Actūqꝫ est vt desideria dilata crescerēt: et crescentia caperēt quod inuenissent. Hinc est enī quod de eodem sponso ecclesia in cāticis cāticorū dicit. In lectulo meo per noctes quesiui quē diligit aīa mea. quesiui illum / et nō inueni. Surgam et circuibo ciuitatē: per vicos et plateas querā quē diligit aīa mea. Que defectū quoqꝫ inuētionis ingeminat / dicēs. Quesiui illum / et nō inueni. Sed qꝛ diu inuentio se non elōgat / si inquisitio nō desistat a dilīgit. Inuenerunt me vigiles qui custodiūt ciuitatē. Num quē diligit aīa mea vidistis? Paululū cum pertrāsissem eos / inueni quē diligit anima mea. Dilectū nāqꝫ in lectulo qrimus: quādo in presentis vite aliquātula requie redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem querimus: qꝛ etsi iam in illo mens vigilat: tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectū suū non inuenit: restat vt surgat: ciuitatē circuëat. i. sanctā electorū ecclesiam mente et inquisitiōe percurrat. per vicos eū et plateas querat. i. per angusta et lata gradientes aspiciat: vt si qua inuenire in eis valeat / eius vestigia exquirat: quia sunt nōnulli etiā vite secularis: qui imitandū aliquid habeāt de actione virtutis. Querētes autē nos vigiles inueniūt qui custodiūt ciuitatem: qꝛ sancti patres qui ecclesie statū custodiunt / bonis nostris studijs occurrunt: vt suo vel verbo vel scripto nos doceāt. Quos cū paululū pertrāsimus: inuenimus quē diligimus: quia redēptor noster etsi humilitate homo inter homines: diuinitate tū super homines fuit. Cum ergo transeūtur vigiles / dilectus inuenitur: qꝛ cum prophetas et apostolos infra ipsum esse cōspicimus: illum qui natura deus est / esse supra homines cōsideramus. Prius ergo non inuentus queritur: vt post inuentus strictius teneatur. Sancta enim desideria (vt prediximus) dilatione crescunt. Si autē dilatione deficiunt / desideria non fuerunt. Hoc amore arsit / quisquis ad veritatē pertingere potuit. Hinc nāqꝫ dauid ait. Sitiuit anima mea ad deum viuū: quādo veniam et apparebo ante faciem dei? Hinc nos admonet dicens. Querite faciem eius semper. Hinc pphēta ait: Anima mea desiderauit te in nocte: sed et spiritu meo in pcordijs meis de mane vigilabo ad te. Hinc iterum ecclesia in cāticis cāticorū dicit: Uulnerata charitate ego sum. Justū quippe est / vt ex visione medici ptingat ad salutē: que p cōfuetudinem eius desiderij vulnus amoris portat in pectore. Hinc rursus ait: Anima mea liquefacta est / vt dilectus locutus est. Mens nāqꝫ hominis / cōditoris sui speciē nō querentis / male dura est: qꝛ in semetipsa remanet frigida. At si ardere iam ex desiderio ceperit ad sequendū quē diligit: liquefacta per ignē amoris currit. Fit desiderio anxia: vilescūt in seculo cūcta que placebāt: nihil est quod extra conditorem libeat: et que prius delectabāt animū / fiunt postmodū vehementer onerosa. Nihil eius mestitiā consolatur: quousqꝫ adhuc qui desideratur non aspicitur. Meret mens: lux ipsa fastidio est. Taliqꝫ igne in mente decoquitur rubigo culpe: et succensus animus quasi auri more: quia per vsum speciem perdidit: per incendium clarescit. Ista itaqꝫ que sic amat: que se ad monumentum quod perspexerat / iterum inclinat: videamus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquisitionis. Sequitur. [Uidit duos angelos in albis sedentes / vnū ad caput / et vnum ad pedes / vbi positum fuerat corpus Jesu.] Quid est qꝛ in loco dominici corporis duo angeli videntur / vnus ad caput / atqꝫ alius ad pedes sedens: nisi quia latina lingua angelus nūcius dicitur: et ille ex passione sua nunciandus erat / qui et deus est ante secula / et homo in fine seculorum? Quasi ad caput sedet angelus: cum per apostolum Joannē predicatur: quia in principio erat verbum: et verbū erat apud deum: et deus erat verbū. Et quasi ad pedes sedet angelus / cū dicit. Uerbum caro factum est: et habitauit in nobis. Possumus etiam per duos angelos duo testamēta cognoscere: vnū prius / et aliud sequens. Qui videlicet angeli per locum dominici corporis sibimet sunt coniuncti: quia nimi

Amor multiplicat inquisitionē

Cāt. iij.

Ibidem.

Dilectum qn dicamur in lectulo querere.

L

Prelati ecclesie statum custodiunt.

ps. xlj.

ps. ciiij.

Esa. xxvj.

Cant. iiij.

Capi. v.

M

Angelus dr nuncius.

Joānis. j.

Ibidem.

B rum vtrunque testamentum dominum pari sensu incarnatum et mortuum ac resurrexisse denunciant: quasi testamentum prius ad caput, testamentum posterius ad pedes sedet. Unde et duo cherubin que propitiatorium tegunt, sese inuicem aspiciunt: versis vultibus in propitiatorium. Cherubin quippe plenitudo scientie dicitur. Et quid per duo cherubin, nisi vtraque testamenta signantur? Quid vero per propitiatorium, nisi incarnatus dominus figuratur? De quo Joannes ait: Ipse est enim propitiatio pro peccatis nostris. Et dum testamentum vetus hoc faciendum denunciat, quod testamentum nouum de domino factum clamat: quasi vtraque cherubin se inuicem aspiciunt: dum vultus in propitiatorium vertunt: quia dum inter se positum incarnatum dominum vident, a suo aspectu non discrepant: que dispensationis eius mysterium concorditer narrant.

Exo. xxv. Cherubin plenitudo scientie dicitur. j. Jo. ij.

Requirunt Mariam angeli dicentes: Mulier quid ploras? Et dicit eis: Quia tulerunt dominum meum: et nescio vbi posuerunt eum. Ipsa namque sacra eloquia que in nobis lachrymas amoris excitant: easdem lachrymas consolantur: dum nobis redemptoris nostri speciem promittunt. Sed notandum iuxta historiam est quod mulier non ait: Tulerunt corpus domini mei: sed tulerunt dominum meum. Usus namque sacri eloquij est: vt aliquando ex parte totum, aliquando vero ex toto partem significet. Ex parte etenim totum signat: sicut de Jacob filijs scriptum est: quod descendit Jacob in egyptum in animabus septuaginta. Neque enim in egyptum anime sine corporibus descenderunt: sed per solam animam totus homo significatur: quia ex parte totum exprimitur. Et solum dominicum corpus in monumento iacuerat: et Maria

Scriptura sacra aliquando ex parte totum aliquando ex toto partem significat. Gen. xlvj.

B non corpus domini, sed sublatum dominum querebat: videlicet ex toto significans partem. Hec cum dixisset: conuersa retrorsum vidit Jesum stantem: et nesciebat quia Jesus esset. Notandum quod Maria que adhuc de domini resurrectione dubitabat: retrorsum conuersa est vt videret Jesum: quia videlicet per eandem dubitationem suam quasi tergum in domini faciem miserat: quem resurrexisse minime credebat. Sed quia amabat et dubitabat: videbat et non agnoscebat: cumque illi et amor ostenderat: et dubietas abscondebat. Cuius adhuc ignorantia exprimitur cum infertur. Et nesciebat quia Jesus esset. Qui dicit ei: Mulier, quid ploras? Quem queris? Interrogatur doloris causa, vt augeatur desiderium: quatenus cum nominaret quem quereret, in amore eius ardentius estuaret. Illa existimans quia hortolanus esset: dixit ei: Domine, si tu sustulisti eum: dicito mihi vbi posuisti eum: et ego eum tollam. Fortassis nec errando hec mulier errauit: que Jesum hortolanum credidit. An non ei spiritaliter hortolanus erat: qui in eius pectore per amoris sui semina, virtutum virentia plantabat? Sed quid est quod viso eo quem hortolanum credidit: cui necdum dixerat quem querebat: ait: Domine si tu sustulisti eum? Quasi eum iam dixisset, ex cuius desiderio plangeret: cum dixit quem non dixerat. Sed vis amoris hoc agere solet in animo, vt quem ipse

Magdalena putans Christum hortolanum non errabat.

C semper cogitat: nullum alium ignorare credat. Recte et hec mulier quem querit non dicit: et tamen dicit, Si tu sustulisti eum: quia alteri non putat incognitum: quem sic ipsa continuo plangit desiderio. Dicit ei Jesus: Maria. Postquam eam communi vocabulo appellauit ex sexu, et agnitus non est: vocat eam ex nomine. Ac si ei aperte dicat: Recognosce eum a quo recognosceris. Perfecto quoque viro dicitur: Noui te ex nomine. Quia homo commune omnium nostrum vocabulum est, Moyses vero proprium: cui recte dicitur quod ex nomine scitur. Ac si ei aperte dominus dicat: Non te generaliter vt ceteros, sed specialiter scio. Maria ergo quia vocatur ex nomine: recognoscit auctorem: atque eum protinus rabboni, id est magistrum vocat: quia et ipse erat qui querebatur exterius: et ipse qui eam interius vt quereret docebat. Jam vero ab euangelista non subditur quid mulier fecit: sed ex eo innuitur quod audiuit. Cui dicitur: Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem meum. In his namque verbis ostenditur quod Maria amplecti voluit eius vestigia: quem recognouit. Sed ei magister dicit: Noli me tangere. Non quia post resurrectionem dominus tactum renuit feminarum: cum de duabus ad sepulchrum eius venientibus scriptum sit: Accesserunt et tenuerunt pedes eius. Sed cur tangi non debeat, ratio quoque additur, cum subinfertur: Nondum enim ascendi ad patrem meum. In corde etenim nostro tunc Jesus ad patrem ascendit: cum equalis creditur patri. Nam quisquis eum equalem patri non credit: adhuc in eius pectore ad patrem dominus non ascendit. Ille ergo Je

Exodi xxxiij.

Rabboni interpretatur magister.

Matthei xxviij.

D sum veraciter tangit: qui patri filium coeternum credit. In corde etenim Pauli iam ad patrem Jesus ascenderat: cum idem Paulus dicebat: Qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Unde Joannes quoque redemptorem nostrum manu fidei tetigit, qui ait: In principio erat verbum, et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt. Tangit ergo dominum: qui eum patri eternitate substantie coequalem credit. Sed fortasse aliquis tacita questione pulsatur: quomodo filius patri esse equalis possit. Qui enim re humana natura quod admirando comprehendere non valet: restat vt hoc sibi esse credibile ex admiratione alia sciat. Habet namque quod ad hec sibi sub breuitate respondeat. Constat enim quia ipse creauit matrem, in cuius virgineo vtero ex humanitate crearetur. Quid ergo mirum si equalis est patri: qui prior est matre? Paulo quoque attestante didicimus christum dei virtutem, et dei sapientiam. Qui ergo filium minorem putat, patri specialiter derogat: cuius sapientiam esse ei inequalem fatetur. Quis etenim homo potens equanimiter ferret, si quis ei diceret: Magnus quidem es: sed tamen sapientia tua te minor est? Ipse quoque dominus dicit: Ego et pater vnum sumus. Et rursus ait: Pater maior me est. De quo etiam scriptum est, quia subditus erat parentibus suis. Quid ergo mirum si ex humanitate sua minorem se patre asserit in celo: ex qua subiectus erat etiam parentibus in terra? Ex qua humanitate nunc Marie dicitur: Uade ad fratres meos:

Ad phi. ij.

Joan. j.

Redemptor creauit matrem in qua crearetur.

j. Cor. j.

Joan. x.

Jo. xiiij.

Luce. ij.

E et dic eis. Ascendo ad patrem meum, et patrem vestrum: deum meum, et deum vestrum. Cum meum dicat et vestrum: cur non communiter dicit nostrum? Sed distincte loquens indicat, quia eundem patrem et deum dissimiliter habeat ipse quam nos. Ascendo ad patrem meum, videlicet per naturam: et patrem vestrum per gratiam. Ad deum meum, quia descendi: ad deum vestrum, quia ascendetis. Quia enim et ego homo, deus mihi est. Quia vos ab errore liberati: deus est vobis. Dissimiliter ergo mihi pater et deus est: quia quem ante secula deum genui, hominem in fine seculorum me meum creauit. Uenit Maria Magdalena annuncians discipulis: quia vidi dominum, et hec dixit mihi. Ecce humani generis culpa ibi abscinditur, vnde processit. Quia enim in paradiso mulier viro propinauit mortem: a sepulcro mulier viris annunciat vitam: Et dicta sui viuificatoris narrat: que mortiferi serpentis verba narrauerat. Ac si humano generi non verbis dominus: sed rebus dicat: De qua manu vobis illatus est potus mortis: de ipsa suscipite poculum vite. Hec de expositione lectionis euangelice succincte transcurrimus: nunc opitulante eodem de quo loquimur domino, et resurrectionis eius gloriam, et pietatis eius viscera consideremus. Citius enim a morte voluit resurgere: ne nostra diu anima in infidelitatis morte remaneret. Unde bene quoque per psalmistam dicitur: De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. In humano quippe genere, ab ipso mundi initio torrens mortis effluxerat: sed de hoc torrente dominus in via bibit: quia mortem in transitu gustauit. Atque ideo exaltauit caput: quia hoc quod moriendo in sepulcro posuit: resurgendo super angelos eleuauit. Et inde antiquum hostem in eternum perculit, vnde fecit: contra se manus persequentium temporaliter permisit. Quod aperte dominus beato Job indicat dicens: Nunquid capies leuiathan hamo? Per leuiathan quippe (quod additamentum eorum dicitur) vetus ille deuorator humani generis designatur. Qui dum se diuinitatem homini addere spopondit: immortalitatem sustulit. Qui preuaricationis quoque culpam quam primo homini propinauit: dum se sequentibus pessima persuasione multiplicat: penas eis sine cessatione coaceruat. In hamo autem esca ostenditur: aculeus occultatur. Hunc ergo pater omnipotens hamo cepit: quia ad mortem illius vnigenitum filium incarnatum misit. In quo et caro passibilis videri posset: et diuinitas impassibilis videri non posset. Cumque in eo serpens iste per manus persequentium escam corporis momordit: diuinitatis illum aculeus perforauit. Prius vero eum in miraculis deum cognouerat: sed de cognitione sua ad dubitationem cecidit, quando hunc passibilem vidit. Quasi hamus ergo fauces glutientis tenuit, dum in illo esca carnis patuit: quam deuorator appeteret: et diuinitas passionis tempore lateret quam necaret. In hamo quippe eius incarnationis captus est: quia dum in illo appetiit escam corporis, transfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas que ad se

Mulier viro propinauit mortem mulier viris annunciauit vitam.

Psal. cix.

Dominus de torrente in via bibit

F

Job xl.

Leuiathan hamo cepit pater omnipotens.

G devoratorẽ duceret. Ibi diuinitas que pforaret. Ibi apta infirmitas/que prouocaret. Ibi occulta virtus/q̃ raptoris faucẽ transfigeret. In hamo ergo capt⁹ est: q: inde interiit: vnde momordit. Et quos tenebat mortales/ iure perdidit: q: eũ in quo ius non habuit: morte appetere immortalẽ presumpsit. Hinc est etiam q̃ hec ipsa de qua loquimur Maria viuit: q: ille pro humano genere qui morti nihil debebat/occubuit. Hinc est q̃ nos quotidie ad vitã post culpas reuertimur: q: ad penã nostrã conditor sine culpa descẽdit. Ecce iam antiquus hostis ea que de humano genere ceperat spolia amisit: supplantationis sue victoriam pdidit. Quotidie peccatores ad veniam veniendo/a sua potestate recedũt: quotidie de ei⁹ faucibus redẽptoris manu rapiũtur. Unde bene quoq; ad beatũ Job voce dñica itep dicitur: Aut armilla pforabis maxillam eius? Armilla vbi ponitur: ambiendo cõstringit. Quid ergo p armillã/ nisi circũplectens nos diuina misericordia designat? Que leuiathã istius maxillam perforat: dũ nobis post perpetrata que phibuit/ adhuc penitẽtie remedium ostẽdit. Armilla dñs maxillam leuiathan pforat: q: ipse ineffabili misericordie sue potẽtia/sic malitie antiqui hostis obuiat: vt aliquando eos etiam quos iam cepit amittat. Et quasi ab ore illi⁹ cadunt: qui post perpetratas culpas ad innocẽtiam redeunt. Quis enim ore illius semel rapt⁹/ maxillam eius euaderet/ si perforata non esset? An non in ore Petrũ tenuit cũ negauit? An nõ in ore Dauid tenuit: cũ in tantã se luxurie voraginẽ mersit? Sed dũ ad vitã vterq; p penitentiã rediit: leuiathã iste eos aliquo modo quasi per

H maxille sue foramen amisit. Per foramen ergo maxille ab eius ore subtracti sunt: qui post perpetrationẽ tante nequitie/ penitẽdo redierũt. Quis aũt hominũ leuiathã istius os euadat/ vt illicita nulla pmittat? Sed hinc cognoscimus/ quantũ redẽptori humani generis debitores sum⁹: qui nõ solũ nos in ore leuiathã ire phibuit: sed ab ore eius redire cõcessit. Qui spem peccãti nõ abstulit: q: maxillam eius/ vt euadẽdi viam tribueret pforauit: vt saltẽ post morsum fugiat: q̃ incaut⁹ prius cauere noluit ne morderetur. Ubiq; ergo nobis occurrit superna medicina: q: et dedit homini precepta ne peccaret: et tñ peccanti dedit remedia ne desperet. Unde cauẽdũ summopere est/ ne quis delectatione peccati leuiathã istius ore rapiatur: et si raptus fuerit/ non desperet: q: si peccata pfecte lugeat: adhuc foramẽ in maxilla eius inuenit/ per quod euadat. Adest testis diuine misericordie/ hec ipsa de qua loquimur Maria: de qua pharise⁹ dũ pietatis fõtem vellet obstruere/ dicebat: Hic si esset ppheta/ sciret vtiq; q̃ et qualis est mulier q̃ tangit eũ/ q: peccatrix est. Sed lauit lachrymis maculas cordis et corporis: et redẽptoris sui vestigia tersit: q̃ sua itinera praua dereliquit. Sedebat ad pedes Jesu: verbũq; de ore illi⁹ audiebat. Uiuẽtem adheserat: mortuũ querebat. Uiuẽtem reperit/

I quẽ mortuũ quesiuit. Tantũq; apud eũ locũ gratie inuenit/ vt hunc ipsis quoq; apostolis/ eius videlicet nunciis ipsa nũciaret. Quid itaq; fratres/ quid in hac re debemus aspicere: nisi immensam misericordiam cõditoris nostri: qui nobis velut in signo ad exẽplũ penitẽtie posuit eos quos p penitẽtiam viuere post lapsum fecit. Perpẽdo enĩ Petrũ/ cõsidero latronẽ/ aspicio zaccheũ/ intueor Mariã/ et nihil in his aliud video nisi ante oculos nostros posita spei et penitẽtie exẽpla. Fortasse enĩ in fide lapsus est aliquis/ aspiciat Petrũ: qui amare fleuit/ qd̃ timide negauerat. Alius cõtra proximũ suũ in malitia crudelitatis exarsit: aspiciat latronẽ/ qui et in ipso mortis articulo ad vite pmia penitẽdo peruenit. Alius auaritie estibus anhelans/ aliena diripuit: aspiciat zaccheũ: qui si qd alicui abstulit: quadruplũ reddidit. Ali⁹ libidinis igne succensus/ carnis mũditiam pdidit: aspiciat Mariam: que in se amorẽ carnis/ igne diuini amoris excoxit. Ecce op̃s deus vbiq; oculis nostris quos imitari debeam⁹ obiicit: vbiq; exẽpla sue misericordie opponit. Mala ergo iam displiceant/ vel experta. Libẽter obliuiscitur op̃s deus q̃ nocẽtes fuimus: parat⁹ est penitẽtiã nostrã nobis ad innocẽtiam deputare. Inquinati post aquas salutis/ renascamur ex lachrymis. Iuxta vocem primi pastoris: sicut modo geniti infantes/ lac cõcupiscite. Redite ergo paruuli filii ad sinũ matris vestre eterne sapientie/ sugite larga vbera pietatis dei/

Reuertimur quotidie ad vitam post culpas.

Job.xl. Armilla qd signat

Mat.xxvi. ii.Reg.xi.

Redẽptori multa debemus.

Luce.vii.

Mia cõditoris nři est imẽsa.

Mat.xxvi. Proles varii variis inuoluuntur vitiis.

i.Pet.ii.

K transacta plangite/ imminentia vitate. Redemptor noster momẽtaneos fletus nostros eterno cõsolabitur gaudio: qui viuit et regnat cum deo patre i vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Lectio sancti euangelij s͠m Joannem.

In illo tempore. Cum esset sero die illa vna sabbatorũ: et fores essent clause vbi erant discipuli congregati propter metum iudeorum: venit Jesus et stetit in medio eorum: et dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hec cum dixisset/ insufflauit: et dixit eis: Accipite spiritũ sanctum. Quorum remiseritis peccata: remittuntur eis: et quorum retinueritis/ retenta sunt. Thomas autem vn⁹ de duodecim/ qui dicitur didymus/ non erat cum eis quando venit Jesus. Dixerũt ergo ei alij discipuli. Uidim⁹ dominũ. Ille autẽ dixit eis. Nisi videro in manibus ei⁹ fixuram clauorũ: et mittam digitũ meũ in locum clauorũ: et mittam manũ meam in latus eius: non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus: et Thomas cum eis. Uenit Jesus ianuis clausis: et stetit in medio: et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit Thome. Infer digitum tuum huc et vide man⁹ meas: et affer manũ tuam/ et mitte in latus meum: et noli esse incredulus sed fidelis. Respõdit Thomas et dixit ei: Dominus meus: et deus meus. Dixit ei Jesus: Quia vidisti me Thoma credidisti. Beati qui non viderunt: et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt/ vt credatis quia Jesus est filius dei: et vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

Ioan.xx.

L

M

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Joãnis que dicit̃ cõstãtiniana: in octauis pasche. Homilia.xxvi.

Prima lectionis huius euãgelice questio animum pulsat: quomodo post resurrectionẽ corpus dominicũ verũ fuit: quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit. Sed sciẽdum nobis est q̃ diuina operatio si ratione comprehenditur: non est admirabilis. Nec fides habet meritum/ cui humana ratio prebet experimẽtũ. Sed hec ipsa nostri redẽptoris opera/ que ex semetipsis cõprehẽdi nequaq̃ possunt: ex alia eius operatione pẽsanda sunt: vt rebus mirabilibus fidem prebeãt facta mirabiliora. Illud enim corpus dñi intrauit ad discipulos ianuis clausis: qd̃ videlicet ad humanos oculos per natiuitatẽ suã clauso exiit vtero virginis. Quid ergo mirum si clausis ianuis post resurrectionem suam in eternũ iam victurus intrauit: qui moriturus veniẽs/ non aperto vtero virginis exiuit? Sed q: ad illud corpus quod videri poterat/ fides intuentium dubitabat: ostendit eis protinus manus et latus: palpãdam carnem prebuit: quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira/ et iuxta humanã rationẽ sibi valde contraria ostendit: dum post resurrectionẽ suam corpus suum incorruptibile/ et tamen palpabile demõstrauit. Nam et corrumpi necesse est quod palpatur: et palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo et inestimabili/ redẽptor noster et incorruptibile post resurrectionem/ et palpabile corpus exhibuit: vt mon

Fides nõ hʒ meritũ cui hũana ratio pbet experimẽtũ.

Corp⁹ dñi quõ potuit ad discipulos clausis ianuis intrare.

B strando incorruptibile/inuitaret ad premium: et prebendo palpabile/formaret ad fidē. Et incorruptibilem se ergo et palpabilem demōstrauit: vt profecto esse post resurrectionem ostēderet corp9 suū et eiusdē nature/et alterius glorie. Dixit eis. [Pax vobis. Sicut misit me pater et ego mitto vos.] i. sicut misit me pater deus deum: et ego mitto vos homo homines. Pater filium misit: qui hūc pro redēptione generis humani incarnari cōstituit. Quē videlicet in mūdū venire ad passionē voluit: sed tñ amauit filiū quē ad passionē misit. Electos vero apostolos dñs non ad mūdi gaudia: sed (sicut ipse missus est) ad passiones in mūdū mittit. Quia ergo et filius amatur a patre: et tñ ad passionē mittitur: ita et discipuli a dño amātur/ qui tñ ad passionē mittunt in mūdū. Itaq3 recte dr: Sicut misit me pater: et ego mitto vos. i. ea vos charitate diligo/cū inter scādala persecutorū mitto: qua me charitate pater diligit: quem venire ad tolerādas passiones fecit.

Mitto vos sicut misit me pr: qr intelligat.

Quis mitti etiā iuxta naturā diuinitatis possit intelligi. Eo enī ipso a patre filius mitti dr: quo a patre generat. Nam sanctū quoq3 spiritū (qui cū sit coequalis patri et filio nō tñ incarnat9 est) idcirco se filius mittere perhibet/ dicens: Cū venerit paraclit9 quē ego mittā vobis a patre. Si enī mitti solūmodo incarnari deberet intelligi: sanctus proculdubio spirit9 nullo modo diceretur mitti/ qui nequaq3 incarnatus est. Sed eius missio ipsa processio est: qua de patre procedit et filio. Sicut itaq3 spūs mitti dicitur: qr procedit: ita et filius non incōgrue mitti dicitur: qr generatur.

Joan. xv.

B

[Hec autē cū dixisset: insufflauit/ et dixit eis: Accipite spiritū sanctū.] Querēdū nobis est: qd est q spiritū sanctū dñs noster et semel dedit in terra cōsistens/ et semel celo presidēs? Neq3 enim alio in loco datus spiritussanctus aperte mōstrat/ nisi nunc cū per insufflationē percipitur: et postmodū cū de celo veniēs/in linguis variis demōstratur. Cur ergo prius in terra discipulis datur: postmodū de celo mittit: nisi q duo sunt precepta charitatis: dilectio videlicet dei/ et proximi? In terra datur spūs: vt diligatur proximus. E celo datur spūs: vt diligatur deus. Sicut ergo vna est charitas et duo precepta: ita vnus spūs et duo data. Prius a consistēte dño in terra/ postmodū e celo: qr in proximi amore discitur/ qualiter perueniri debeat ad amorē dei. Unde et idem Joannes dicit: Qui non diligit fratrē suū quē videt/ deū quē non videt/ quomodo pōt diligere? Et ante quidē discipulorū mētibus idē spūsanct9 inerat ad fidem: sed tñ manifesta datione nō nisi post resurrectionē datus est. Unde et scriptū est: Nondū erat spūs dat9: qr Jesus nōdū fuerat glorificat9. Unde etiā p Moysen dr: Suxerūt mel de petra: et oleū de firma petra. Neq3 enim quicq3 tale iuxta historiā legitur: si tota testamēti veteris series recēseatur. Nusq3 de petra mel: nusq3 oleū ille populus suxit. Sed qr iuxta Pauli vocē: Petra erat xpūs: mel de petra suxerūt: qui eiusdē redēptoris nostri facta et miracula viderunt. Oleum vero de firma petra suxerunt: qr effusione sancti spūs post resurrectionē ei9 vngi meruerunt.

Spm sanctū quare dedit dñs semel in terra cōsistēs: et semel in celo presidēs.

j. Joā. iiij.

Joan. vij.

Deutero. xxxij.

j. Cor. x.

C Quasi ergo infirma petra mel dedit: quādo adhuc mortalis dñs miraculorū suorū dulcedinē discipulis ostēdit. Sed firma petra oleū fudit: qr post resurrectionē suā factus iam impassibilis/ per afflationē spiritus donū sancte vnctionis emanauit. De hoc oleo p prophetā dr: Computrescet iugū a facie olei. Sub iugo quippe tenebamur demoniace dñationis: sed vncti sum9 oleo spūs sancti. Et qr nos gratia libertatis vnxit/ dñationis demoniace iugū putruit/ Paulo attestāte/ qui ait: Ubi spūs dñi: ibi libertas. Sciendū vero est q hi q prius spiritum sanctū habuerūt: vt et ipsi innocēter viuerent: et in predicatione quibusdā proficerent: idcirco hūc post resurrectionem dñi patēter acceperūt: vt prodesse non paucis/ sed pluribus possent. Unde et in hac ipsa datione spūs dicitur: [Quorū remiseritis peccata/ remittūtur eis: et quorū retinueritis/ retēta sunt.] Libet intueri / illi discipuli ad tāta onera humilitatis vocati/ ad quātū culmē glorie sint producti. Ecce nō solū de semetipsis securi fiūt/ sed etiam aliene obligationis potestatē relaxationis accipiunt: principatūq3 superni iudicij sortiantur: vt vice dei/ quibusdā peccatā retineant: quibusdā relaxent. Sic sic eos a deo decebat erigi: qui tñ pro deo cōsenserāt humiliari. Ecce qui districtū dei iudicium metuūt / animarū iudices fiunt: et alios dānant vel liberant: qui semetip-

Esa. x.

ij. Cor. iij.

Discipulorū xpi mirabilis dignitas.

sos dānari metuebāt. Horū profecto nunc in ecclia epi locū tenēt. Ligādi atq3 soluēdi auctoritatē suscipiūt: qui gradū regiminis sortiunt. Grādis honor: sed graue pōdus istius est honoris. Durū quippe est vt q nescit tenere moderamina vite sue: iudex vite fiat aliene. Et plerūq3 contingit vt hic iudicij locū teneat: cui ad locū vita minime concordat. Ac plerūq3 sepe agitur vt vel dānet immeritos: vel alios ipse ligatus soluat. Sepe in soluēdis ac ligādis subditis sue voluntatis motus/ non autē causarū merita sequitur. Unde fit vt ipsa hac ligandi et soluēdi potestate se priuet: qui hāc p suis voluntatib9 et nō p subiectorū moribus exercet. Sepe fit vt erga quēlibet proximū odio vel gratia moueat pastor. Judicare autē de subditis digne nequeūt: qui in subditorū causis sua vel odia vel gratiā sequuntur. Unde recte per prophetā dicit: Mortificabāt aīas que non moriunt: et viuificabāt animas que non viuūt. Non morientē quippe mortificat: qui iustum dānat. Et non victurū viuificare nititur: qui reū a supplicio absoluere conat. Cause ergo pēsande sunt: et tunc ligandi atq3 soluendi potestas exercenda. Uidendum est que culpa/ aut que sit penitentia secuta post culpam: vt quos omnipotēs deus per compunctionis gratiam visitat: illos pastoris sententia absoluat. Tunc enī vera est absolutio presidētis: cum eterni arbitriū sequit iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat: que videlicet demonstrat: qr prius mortuū dñs vocauit et viuificauit/ dicens: Lazare veni foras: et postmodū is qui viuēs egressus fuerat/ a discipulis est solutus/ sicut scriptū est: Cūq3 egressus esset qui fuerat ligatus institis: tunc dixit discipulis: Soluite eum/ et sinite abire. Ecce illum discipuli iam viuentē soluūt: quē magister resuscitauerat mortuum. Si enī discipuli Lazarum mortuū soluerent: fetorem magis ostenderent q3 virtutem. Ex qua consideratione intuēdum est: q illos nos debemus per pastoralem auctoritatē soluere/ quos auctorē nostrum cognoscimus per suscitantē gratiam viuificare. Que nimirū viuificatio ante operationē rectitudinis/ in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Unde et huic ipsi mortuo lazaro nequaq3 dicit: Reuiuisce: sed veni foras. Ois quippe peccator dum culpā suā intra conscientiā abscōdit: introrsum latet/ in suis penetralibus occultatur. Sed mortu9 venit foras: cū peccator nequitias suas sponte confitetur. Lazaro ergo dr/ veni foras: ac si aperte cuilibet mortuo in culpa diceretur Cur reatū tuū intra cōsciētiā abscōdis? Foras iam per cōfessionē egredere: qui apud te interius p negationē lates. Ueniat itaq3 foras mortu9. i. culpā confiteatur peccator. Uenientē vero foras soluāt discipuli: vt pastores ecclie ei penā debeāt amouere quā meruit/ q nō erubuit confiteri qd fecit. Hec de solutionis ordine breuiter dixerim: vt sub magno moderamine pastores ecclie vel soluere studeāt vel ligare. Sed vtrū iuste an iniuste obliget pastor: pastoris tñ sententia gregi timēda est: ne is q subest/ et cū iniuste forsitan ligat: ipsam obligationis sue sententiā ex alia culpa mereat. Pastor ergo vel absoluere indiscrete timeat vel ligare. Is aūt qui sub manu pastoris est/ ligari timeat vel iniuste: nec pastoris sui iudiciū temere reprehēdat: ne et si iniuste ligat9 est: ex ipsa tumide reprehēsionis superbia: culpa que nō erat: fiat. Sed qr hec breuiter per excessum diximus: ad expositionis ordinē redeam9. [Thomas autē vnus ex duodecim/ q dr didymus/ nō erat cū eis qñ venit Jesus.] Iste vn9 discipul9 defuit: reuersus qd gestū est/ audiuit: audita credere renuit. Uenit iterū dñs: et nō credēti discipulo lat9 palpandū prebuit: man9 ostēdit: et ostēsa suarū cicatrice vulnerū/ infidelitatis illi9 vuln9 sanauit. Quid fratres charissimi/ qd inter hec aiaduertitis? Nunqd casu gestū creditis/ vt elect9 ille discipulus tūc deesset: post autē veniēs audiret: audiens dubitaret: dubitās palparet: palpās crederet? Non hoc casu/ sed diuina dispēsatione gestū est. Egit nāq3 miro modo superna clemētia: vt discipulus ille dubitās: dum in magistro suo vulnera palparet carnis/ in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thome infidelitas ad fidem/ q3 fides credentium discipulorū profuit: quia dum ille ad fidē palpando reducitur/ nostra mens (omni dubitatione postposita) in fide solidat. Sic quippe discipulum dñs post resurrectionē suā dubitare permisit: nec tñ in dubitatione deseruit/ sicut ante natiuitate-

D

Epõ grãdis est honor: sz grauc pōd9 hui9 honoris.

Eze. xiij.

Absolutio qñ dr vera

E

Joan. xj.

Peccatori vt lazaro dicēdū est veni foras.

Sniā pastoris siue iusta / siue iniusta timēda est.

F

Thome incredulitas vulnera infidelitatis sanauit.

G

Marie sposus ad ei' nuptias nō peruenit.

tem suam habere Mariā sponsum voluit/qui tamen ad
eius nuptias non peruenit. Nam ita factus est discipu
lus dubitans et palpans/testis vere resurrectionis:sicut
sponsus matris fuerat custos integerrime virginitatis.
Palpauit autem/et exclamauit.[Dñs meus/et deus me
us. Dicit ei Jesus: Quia vidisti me/credidisti.] Cum

Ad heb.xj.

Paulus apls dicat:Est autē fides sperandorū substan
tia rerum/argumentū non apparentiū: profecto liquet:
q fides illarum rerū argumētum est: que apparere non
possunt. Que etenī apparent/iam fidem non habent: sed
agnitionē. Dum ergo vidit Thomas/dū palpauit/cur
ei dicitur:q vidisti me/credidisti? Sed aliud vidit:ali
ud credidit. A mortali quippe homine diuinitas vide
ri non potuit. Hominē ergo vidit/et deū confessus est:di
cēs. Dñs me'/et deus meus. Uidēdo ergo credidit:qui
cōsiderādo verū hominē/hunc deū quē videre non pote
rat/exclamauit. Letificat valde quod sequitur. [Beati
qui non viderunt/et crediderūt.] In qua nimirū senten
tia nos specialiter signati sumus: qui eū quē carne non
vidimus/mente retinemus. Nos signati sumus:sed si fi
dem nostrā operibus sequimur. Ille etenī vere credit/
qui exercet operādo quod credit. Quo ɔtra/de his qui

Ad titū.j.

fidem nomintenus retinent/ Paulus dicit: Confitenī

Jaco.ij.

se nosse deum:factis autē negant. Hinc Jacobus ait: Fi
des sine operibus mortua est. Hinc ad beatum Job de

Job.xl.

antiquo hoste generis hūani dñs dicit: Absorbebit flu
uium/et non mirabitur: et habet fiduciā q influat iorda
nis in os eius. Quis enim per fluuiū designatur/nisi hu

H

mani generis fluxus? Quod videlicet genus ab ortu ad
finem defluit:et quasi aque more/vsq ad cōpetentē ter
minū ex carnis liquore percurrit. Quid per iordanē:ni
si baptizatoꝝ forma signatᷓ? Quia enī in iordanis flumi
ne ipse auctor redemptionis nostre baptizari dignatus
est/recte iordanis nomine/eoꝝ multitudo exprimitᷓ:qui

Diabol' dr fluuiū absorbuis se.

intra sacramētū baptismatis cōtinetᷓ. Antiquus ergo
hostis generis humani fluuiū absorbuit: quia a mundi
origine vsq ad redēptoris aduentū (vix paucis electis
euadentibus) in ventrē sue malitie genus humanū tra
xit. De quo recte dicitur: Absorbebit fluuium/et non mi
rabitur:q pro magno nō habet:cū infideles rapit. Sed
graue est valde quod subditur. Et habet fiduciam q in
fluat iordanis in os eius:quia postq infideles quosq a
mūdi origine rapuit:adhuc se posse decipere etiam fide
les presumit. Nam ore pestifere persuasionis eos quoti
die deuorat:in quib' a cōfessione fidei reproba vita dis
cordat. Hoc ergo fratres charissimi tota intētione per
timescite. Hoc apud vos sollicita mente cogitate. Ecce
paschalia solēnia agimus: sed ita viuendū est nobis/vt
peruenire ad eterna festa mereamur. Transeūt cūcta q

J

Festa hominū ita celebrenᷓ vt festa angeloꝝ non perdātur.

tpaliter festiua celebrantᷓ. Curate qui his solēnitatibus
interestis:ne ab eterna solēnitate separemini. Quid pro
dest interesse festis hoīm:si deesse cōtingat festis angelo
rū? Umbra venture solēnitatis est solēnitas psens. Id
circo hanc annue agimus/vt ad illā q non est annua sed
cōtinua perducamur. Cum hec statuto tēpore geritur/
ad illius desideriū memoria nostra referatur. Frequen
tatione ergo gaudij tpalis/ad eterna gaudia mens in
calescat et feruescat:vt ex veritate letitia pfruatᷓ in patria:
qd de vmbra gaudij meditatur in via. Uitam ergo ve

Xps mitis resurgēdo districtus erit iudicando.

strā fratres moresq cōponite. Is qui mitis resurrexit
ex morte:q districtus in iudicio veniat/preuidete. Cer
te in die tremēdi examinis sui/cū angelis/cū archange
lis/cū thronis/cū dñationib'/cū principatib' et potesta
tib' apparebit:celis ac terris ardētib':cūctis videlicet
elemētis in sui obsequij terrore cōmotis. Hūc ergo tan
ti pauoris iudicē ante oculos ponite. Hūc venturū time
te:vt hunc cum venerit:non timidi: sed securi videatis.
Timēdus ergo est:ne timeatᷓ. Terror ei' nos ad vsum
bone operationis exerceat: metus illius vitā nostram a
prauitate cōpescat. Mihi fratres credite: q tanto tunc
erimus securi de ei' presentia:quāto nunc esse satagim'

Judiciū humanū si tantopere timeatᷓ: lōge magis timēdum est diuinū

suspecti de culpa. Certe si aliquis vestrū cū suo aduersa
rio causam dicturus in meo iudicio/die crastino esset ex
hibēdus:totā fortasse noctē insomnē duceret: quid sibi
dici posset:quid obiectionibus responderet:secū sollici
tus estuante mente versaret: ne me inueniret asperū/ve
hementer metueret:ne apud me appareret noxius/formi
daret. Et quis ego aut quid ego:nimirū non lōge post

K

futurus post hominē vermis: atq post vermē puluis.
Si ergo tāta cura ptimescitur iudicium pulueris: qua
intētione cogitandū est: qua formidine prouidēdū/tan
te iudiciū maiestatis? Sed q: sunt nōnulli qui de resur
rectione carnis incerti sunt: et hanc tūc rectius docem'/
si etiam cordiū vestroꝝ questionibus occultis occur
rimus: pauca nobis de ipa resurrectionis fide loquēda

Resurrectiōis possibilitas multis ostēditur modis.

sunt. Multi etenim de resurrectione dubitantes (sicut et
nos aliquando fuimus) dum carnē in putredinē/ossaq
in puluerem redigi per sepulchra conspiciunt: reparari
ex puluere carnē et ossa diffidūt. Sicq apud se quasi ra
tiocinantes dicūt: Quādo ex puluere homo reducitur?
qñ agitur vt cinis animetur? Quibus breuiter respōde
mus:q longe minus est deo reparare quod fuit:q creas
se quod nō fuit. Aut quid mirū si hominē ex puluere re
ficit:qui simul oia ex nihilo creauit? Mirabilius nāq
est celū et terrā ex nullis existentib' ɔdidisse:q ipsum ho
minē ex terra reparare. Sed cinis attēditur/et in carnē
redire posse desperatur: et diuine operationis virtus cō
prehendi quasi ex ratione queritur. Qui scꝫ hec idcirco
in suis cogitationib' dicūt:q eis quotidiana dei mira

Miracula ex assiduitate vilescunt.

cula ex assiduitate viluerūt. Nā ecce in vno grano par
uissimi seminis latet tota que nascitura est arboris mo
les. Constituamus nāq ante oculos cuiuslibet arboris
miram magnitudinē. Cogitemus vnde ostendo cepit:
que ad tantā molē crescendo peruenit. Inuenim' pcul
dubio ei' originē/paruissimū semen. Consideremus nūc
vbi in illo paruo grano seminis latet fortitudo ligni:aspe

L

ritas corticis/saporis/odorisq magnitudo/vbertas
fructuū/viriditas foliorū. Cōtrectatū nāq seminis gra
nū nō est validū. Unde ergo processit ligni duritia? Nō
est asperū: vnde asperitas corticis erupit? Non est sapo
rum: vnde sapor in fructibus? Olfactū nil redolet: vnde
odor in fructib' fragrat? Nihil in se viride ostēdit: vnde
foliorū viriditas exiuit? Cūcta ergo in semine simul la
tent:q tñ nō simul ex semine pducūtur. Ex semine quippe
pducitᷓ radix. Ex radice pcedit virgultū. Ex virgulto
oritᷓ fruct'. ex fructu etiā pducitᷓ semē. Addam' ergo q
et semē latet in semine. Quid igitur mirū/si ossa/neruos/
carnē/capillosq reducat ex puluere: qui lignū/fruct'/fo
lia/in magna mole arboris ex paruo quotidie semine re
staurat? Cū ergo dubitās animus de resurrectionis po
tentia rationē querit/earū rerū ei questiones inferēde
sunt:que et incessanter fiūt: et tñ ratione cōprehendi ne
quaq possunt: vt dū non valet ex visione rei penetrare
quod cōspicit/de promissione diuine potētie credat qd
audit. Illa ergo vobiscū fratres charissimi promissa co
gitate/que pmanent:q vero cū tēpore transeūt/velut iam
dimissa despicite. Ad huius resurrectiōis gloriā quā in
se veritas ostendit:tota intētione festinate. Terrena de
sideria q ab auctore separant/fugite:quia tanto altius
ad cōspectū dei omnipotētis pertingitis/quāto media
torem dei et hominū singularius amatis. Qui viuit et re

M

gnat cū patre in vnitate spiritus sancti deus per omnia
secula seculorum. Amen.

¶ Lectio sancti euangelij secundū Joannem.

Joan.xv.

In illo tēpore. Dixit Jesus di
scipulis suis: Hoc est preceptū
meū, vt diligatis inuicem: sicut
dilexi vos. Maiorem hac dile
ctionem nemo habet:q vt ani
mā suā ponat quis pro amicis
suis. Uos amici mei estis/si feceritis que ego
precipio vobis. Iam nō dicā vos seruos:q ser
uus nescit quid faciat dñs eius. Uos autē dixi
amicos:q oia quecūq audiui a patre meo no
ta feci vobis. Non vos me elegistis:sed ego ele
gi vos:et posui vos vt eatis/et fructū afferatis:et
fructus vester maneat: vt quodcūq petieritis
patrem in nomine meo:det vobis.

¶ Homilia lectionis eiusdē habita ad popu
lum in basilica sancti Pancratij:die eius nati
uitatis. Homilia.xxvij.

A

Mãdatũ omne est de sola dilectione.

Cum cuncta sacra eloquia dñicis plena sint preceptis: quid est q de dilectiõe/ q̃si de singulari mandato dñs dicit: [Hoc est preceptũ meũ/ vt diligatis inuicem: nisi quia omne mandatũ de sola dilectione est: et omnia vnũ preceptũ sunt/ quia quicqd precipitur: i sola charitate solidatur. Ut eni multi arboris rami ex vna radice prodeunt: sic multe virtutes ex vna charitate generãtur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis/ si nõ manet in radice charitatis. Precepta ergo dñica et multa sunt et vnũ: multa per diuersitatẽ operis: vnũ in radice dilectiõis. Qualiter autẽ ista dilectio tenẽda sit: ipse insinuat qui in plerisq scripture sue sentẽtijs et amicos iubet diligi in se: et inimicos propter se. Ille eni veraciter charitatẽ habet/ qui et amicũ diligit in deo: et inimicũ diligit propter deũ. Nam sunt nõnulli qui diligũt proximos: sed per affectũ cognationis et carnis. Quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicũt. Sed aliud est quod sponte impẽditur nature: aliud quod preceptis dñicis ex charitate debetur obediẽtie. Hi nimirũ et proximũ diligunt: et tamen illa sublimia dilectionis premia non assequũtur: qr amorẽ suum non spiritaliter: sed carnaliter impendunt.

Joã.xiij.

Proinde cũ dñs diceret: Hoc est preceptũ meũ/ vt diligatis inuicem: protinus addidit/ Sicut dilexi vos. Ac si aperte dicat: Ad hoc amate: ad qd̃ amaui vos. Qua in re fratres charissimi/ solerter intuẽdum est: q antiquus hostis dũ mentem nostrã ad rerũ temporaliũ dilectionẽ trahit: infirmiorẽ cõtra nos proximũ excitat: qui eaipsa que diligimus/ auferre moliatur. Nec curat antiqu⁹ hostis hec faciens vt terrena tollat: sed vt charitatẽ in nobis feriat.

B

Charitatem in nobis ferire querit hostis antiquus.

Nam in odiũ repente exardescimus: et dũ foris inuicti esse cupimus/ intus grauiter ferimur. dũ parua foris defendimus / intus amittim⁹ maxima: q dum rem diligimus temporalẽ: veram amittimus dilectionem. Omnis quippe qui nostra tollit/ inimicus est. Sed si odio habere cepimus inimicũ: intus est quod perdimus. Cũ ergo aliquid exterius a proximo patimur: contra occultũ raptorẽ interius vigilemus: qui nunq̃ melius vincitur/ nisi cũ raptor exterior amatur. Una quippe et summa est probatio charitatis: si et ipse diligit/ qui aduersatur. Hinc est q ipsa veritas et crucis patibulum sustinet: et tamẽ ipsis suis persecutorib⁹ affectũ dilectionis impendit/ dicens: Pater ignosce illis: quia nesciũt quid faciũt.

Lu.xxiij.

Quid ergo mirũ si inimicos diligant discipuli dũ viuũt: quãdo et tũc inimicos diligit magister cũ occiditur? Cuius dilectionis summã exprimit: cũ subiũgit: [Maiorẽ hac dilectionem nemo habet: q̃ vt animã suam ponat quis pro amicis suis.] Mori etiã pro inimicis dñs venerat: et tamen positurũ se animã pro amicis dicebat: vt profecto nobis ostenderet: quia dũ diligẽdo/ lucrũ facere de inimicis possumus: etiã ipsi amici sunt qui persequũtur.

Amici possunt dici qui persequũtur.

Sed ecce nos vsq ad mortẽ nemo persequitur. Unde ergo probare possumus an diligamus inimicos? Sed est quod i pace sancte ecclesie fieri debeat/ vnde clarescat si persecutionis tempore mori pro dilectione valeamus.

C

i.Joã.iij.

Certe idẽ Joannes dicit: Qui habuerit substantiã mundi huius: et viderit fratrẽ suũ necessitatẽ habere: et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Hinc etiam Joãnes baptista ait: Qui habet duas tunicas/ det non habẽti.

Luce.iij.

Qui ergo trãquillitatis tẽpore non dat pro deo tunicã suã: quãdo in persecutionis tẽpore daturus est animã suã? Uirtus ergo charitatis vt inuicta sit in perturbatione: nutriat per misericordiã in tranquillitate: quatinus oipotẽti deo primũ discat sua impendere: postmodum se. Sequitur: [Uos amici mei estis.] O quãta est misericordia pditoris nostri. Serui digni non sumus: et amici vocamur.

Hominũ dignitas magna est qui amici dei vocantur.

Quãta est dignitas hominũ/ esse amicos dei. Sed audistis gloriã dignitatis: audite et laborẽ certaminis. [Si feceritis q ego precipio vobis] Amici mei estis/ si ea que precipio vobis facitis. Ac si aperte dicat: Gaudetis de culmine: pensate quibus laborib⁹ peruenitur ad culmẽ. Certe dũ filij zebedei interueniente matre quererent: vt vnus a dextris dei/ et alius a sinistris sedere debuissent/ audierunt: Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum?

Mat.xx.

Jam locũ celsitudinis querebat. Ad viam illos veritas reuocat/ per quã ad celsitudinem venirẽt. Ac si dicatur: Jam vos locus delectat celsitudinis: sed prius via exerceat laboris. Per calicẽ eñ pertingitur ad maiestatẽ. Si mens vestra appetit quod demulcet: prius bibite quod dolet. Et sic per amarũ poculum cõfectionis peruenit ad gaudiũ salutis.

Dulciano meruit q non gustauit amara

D

[Jam nõ dicã vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dñs eius: vos autem dixi amicos: quia oia quecũq audiui a patre meo nota feci vobis.] Que sunt oia que audiuit a patre suo: que nota fieri voluit seruis suis: vt eos efficeret amicos suos: nisi gaudia interne charitatis: nisi illa festa superne patrie/ que nostris quotidie mentibus per aspirationẽ sui amoris imprimit? Dum enim audita supercelestia amamus/ amata iam nouimus: quia amor ipse notitia est. Omnia ergo eis nota fecerat: qui a terrenis desiderijs inmutati/ amoris summi facibus ardebant. Istos vero amicos dei aspexerat propheta: cum dicebat: Mihi autẽ nimis honorificati sunt amici tui deus.

Psalm. cxxxviij.

Amicus eni quasi animi custos vocat.

Amic⁹ animi custos vocatur.

Quia ergo psalmista prospexit electos dei a mundi huius amore separatos/ custodire in mandatis celestibus voluntatẽ dei: miratus est amicos dei/ dicens: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. Et tanq̃ si ab eo protinus causas honoris tãti nobis insinuari quereremus: illico adiungit: Nimis cõfortatus est principatus eorum. Ecce electi dei carnem domant: spiritum roborant: demonibus imperant: virtutibus coruscant: presentia despiciũt: eternam patriã cum voce et moribus predicant: eam etiã moriẽdo diligunt: atq ad illam per tormẽta pertingũt. Occidi possunt: et flecti nequeũt. Nimis ergo confortatus est principatus eorum.

E

In ista ipsa passione qua ceciderũt in morte carnis/ videre quãtum fuerit culmen mẽtis. Unde hoc/ nisi quia cõfortatus est pricipatus eorum? Sed sic magni/ forsitan pauci sunt. Subiunxit: Dinumerabo eos: et sup arenam multiplicabũtur.

Psalm. cxxxviij.

Totũ mũdum fratres aspicite. Martyribus plenus est. Jam pene tot qui videamus non sumus: quot veritatis testes habemus. Deo ergo innumerabiles/ nobis sup arenã multiplicati sunt: qui quanti sint/ a nobis comprehendi nõ possunt. Sed quisquis ad hanc peruenit dignitatem/ vt amicus vocetur dei: sese in se conspiciat: bona autem que percepit/ super se: nihil suis meritis tribuat: ne ad inimicitias erũpat. Unde et subditur: [Non vos me elegistis/ sed ego elegi vos: et posui vos vt eatis et fructũ afferatis.] Posui ad gratiam: plantaui vt eatis volendo: fructũ afferatis operãdo. Eatis eni volẽdo dixi: quia velle aliquid facere/ iã mente ire est. Qualẽ vero fructũ afferre debeant/ subditur: [Et fructus vester maneat.] Omne qd̃ sm presens seculũ laboram⁹: vix vsq ad mortẽ sufficit. Mors nãq interueniẽs/ fructũ nostri laboris abscindit. Quod vero pro eterna vita agitur/ etiã post mortem seruatur: et tũc apparere incipit: cũ laborũ carnaliũ fructus ceperit nõ videri.

Morte nõ cripit qd̃ pro eterna vita agit.

Ibi ergo illa retributio inchoat/ vbi ista terminatur. Quisqs ergo iam eterna cognouit: apud eius animũ tẽporales fructus vilescũt. Tales ergo fructus operemur/ q manẽant: tales fructus operemur/ qui cũ mors cuncta interimat/ ipsi exordiũ a morte sumant. Nam q a morte incipiat fructus dei: testatur ppheta/ qui dicit: Cum dederit dilectis suis somnũ: hec est hereditas dñi.

F

Ps.cxxvj.

Omnis qui dormit in morte: perdit hereditatẽ: sed cum dederit dilectis suis somnum: hec est hereditas dñi: qr electi dei postq̃ peruenerint ad mortẽ: tunc inueniũt hereditatẽ. Sequitur. [Ut quodcũq petieritis patrem in noie meo/ det vobis.] Ecce hic dicit: Quodcũq petieritis patrẽ in noie meo/ det vobis. Rursum alibi p eundẽ euangelistã dicit: Si quid petieritis patrẽ in noie meo/ dabit vobis. Usq modo nõ petistis quicq̃ in noie meo.

Joã.xvj.

Si omne quod petimus in noie filij/ dat nobis pater: qd ergo est q Paulus ter dñm rogauit: et exaudiri nõ meruit: sed dictũ est illi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficit?

ij.ad cor. xij.

Nunquid ille tam egregius predicator in filij noie non petijt? Quare autem nõ accepit quod petijt? Quomodo ergo verum est quia quicqd petierimus patrẽ in noie filij/ dat nobis pater: si auferri a se angelũ sathane petijt apostolus in noie filij: et tamẽ quod petijt nõ accepit? Sed q̃ nomẽ filij Jesus est: Jesus autẽ saluator vel etiã salutaris dicitur: ille ergo in noie saluatoris petit/ qui illud petit quod ad verã salutem pertinet.

Jesus saluator vel salutaris dicitur.

Nam si id quod non expedit petitur: nõ in noie Jesu petitur pater. Unde et eisdẽ apostolis adhuc

G

Joã. xvi.

infirmãtibus dñs dicit: Usq; modo non petistis quicq̃
in noĩe meo. Ac si aperte diceretur: Non petistis in no-
mine saluatoris: qui nescitis querere eternã salutẽ. Hic

ij. Cor. xij.

est q̃ ⁊ Paulus nõ exauditur: quia si liberaretur a temp-
tatione: et non proficeret ad salutẽ. Ecce vidimus fratres
charissimi q̃ multi ad solemnitatẽ martyris conuenistis:
genua flectitis: pectus tunditis: voces orationis ac cõfes-
sionis emittitis: faciem lachrymis rigatis. Sed pẽsate
queso petitiones vestras: videte si in noĩe Jesu petitis. i.
si gaudia salutis eterne postulatis. In domo enĩ Jesu/
Jesum nõ queritis/ si in eternitatis tẽplo importune ꝓ
tẽporalibus oratis. Ecce alius in oratione querit vxo-
rẽ: alius petit villã: alius postulat vestẽ: alius dari sibi
deprecatur alimẽtũ. Et quidẽ cum hec desunt: ab omnipo-
tenti deo petẽda sunt. Sed meminisse cõtinuo debemus

Matt. vi.

qđ ex mãdato eiusdẽ nostri redẽptoris accepimꝰ: Que-
rite primũ regnũ dei/ et iustitiã eius: et hec oĩa adijcien-
tur vobis. Et hec itaq; a Jesu petere/ nõ est errare: si ta-
mẽ nõ nimie petãtur. Sed adhuc (qđ est grauius) alius
postulat mortem inimici: eumq; quem gladio nõ potest
persequi: persequitur oratione. Et viuit adhuc qui ma-
ledicit: et tamẽ is qui maledicit: iã de morte illius reus

Matth. v.

tenetur. Jubet autem deus vt diligatur inimicus: et ta-
men rogatur deus vt occidat inimicũ. Quisquis itaq;
sic orat: in ipsis suis precibus contra conditorẽ pugnat.

Ps. cviij.

Unde ⁊ sub iude specie dicitur: Fiat oratio eius in pec-
catũ. Oratio autẽ in peccatũ est/ ea petere que ꝓhibet

Mar. xi.

H

ipse qui petitur. Hinc veritas dicit: Cũ statis ad orãn-
dum: remittite si quid habetis in cordibꝰ vestris. Quã
virtutẽ remissionis apertius ostẽdimus: si vnũ testimo-
niũ testamenti veteris proferamus. Certe cũ iudea con-
ditoris sui iustitiam culpis exigẽtibus offendisset: pro-

Hier. viij.

phetã suum ab oratione dñs prohibet/ dicens: Non assu-
mas laudẽ ⁊ orationẽ pro eis. Si Moyses ⁊ Samuel ste-
terint corã me: non est aĩa mea ad populũ istũ. Quid est
q̃ intermissis/ relictisq; tot patribus/ soli Moyses ⁊ Sa-
muel ad mediũ deducũtur: quorũ mira obtinẽdi virtus
ostenditur: dũ nec ipsi posse intercedere dicuntur? Ac si
aperte dñs dicat: Nec illos audio quos propter magnũ
petitionis sue meritũ minime contẽno. Quid ergo est q̃
Moyses ⁊ Samuel ceteris patribꝰ in postulatione pre-
feruntur: nisi q̃ hi duo tãmodo in cuncta testamenti vete-
ris serie etiã pro inimicis suis leguntur exorasse? Unus

Exo. xvij.

a populo lapidibus impetitur: ⁊ tamẽ pro lapidatoribꝰ
suis dñm deprecatur. Alter ex principatu eijcitur: et tamẽ

i. Reg. xij.

petitus vt exoraret/ fatetur dicẽs: Absit a me hoc pecca-
tum in dño/ quo minus cessem orare ꝓ vobis. Si Moy-
ses ⁊ Samuel steterint corã me: non est aĩa mea ad popu-
lum istum. Ac si aperte dicat: Nec illos modo pro ami-
cis audio: quos magne virtutis merito/ orare etiã pro
inimicis scio. Uirtus ergo vere orationis est celsitudo

I

charitatis. Et tũc quisq; quod recte petit/ adipiscitur/
cum eius animus in petitiõe nec inimici odio fuscatur.
Sed plerũq; reluctantẽ animũ vincimus: si etiã pro ini-
micis oramus. Effundit os pro aduersarijs precẽ: sed
vtinã cor teneat amorẽ. Nam sepe et orationẽ pro inimi-
cis nostris impẽdimus: sed hanc ex preceptione potius
fundimus q̃ ex charitate. Nã et vitã inimicorũ petimꝰ/

Judex internꝰ mentẽ potius cõsiderat q̃ verba.

et tamẽ ne exaudiamur/ timemus. Sed quia internꝰ iu-
dex mentẽ potius q̃ verba cõsiderat: pro inimico nil po-
stulat: qui pro eo ex charitate non orat. Sed ecce in nos
grauiter inimicus deliquit: dãna intulit: iuuantes lesit:
amantes persecutus est. Retinẽda hec essent: si remitten-
da nobis delicta nõ essent. Aduocatꝰ etenĩ noster precẽ
nobis in causa nostra cõposuit: ⁊ ipse eiusdẽ cause iudex
est/ qui aduocatus. Precẽ autẽ quã cõposuit/ cõditionẽ

Mat. vi.

inseruit/ dicẽs: Dimitte nobis debita nr̃a: sicut ⁊ nos di-
mittimꝰ debitoribꝰ nr̃is. Qr ergo ipse iudex venit/ qui
aduocatꝰ extitit: ipse precẽ exaudit/ qui fecit. Aut ergo
nõ facientes dicimus/ Dimitte nobis debita nostra: sicut
⁊ nos dimittimus debitoribꝰ nostris: ⁊ nosmetipsos hoc
dicẽdo amplꝰ ligamus. Aut fortasse conditionẽ hãc in
oratione intermittimꝰ: ⁊ aduocatꝰ noster precẽ quã com-
posuit/ non recognoscit: atq; apud se protinꝰ dicit: Scio

Charitatis vere affe-ctũ fratri-bus impẽ-

quid monui: nõ est ipsa oratio quã feci. Quid ergo nobis
agendũ est fratres: nisi vt vere charitatis affectũ impen-
damus fratribꝰ: nulla in corde malitia maneat? Cõside-
rat oĩpotẽs deꝰ ergo ꝓximis charitatẽ nostrã: vt nostris

dere debe-mus.

impẽdat iniquitatibus pietatẽ suã. Mementote qđ mo-
nemur: Dimittite/ ⁊ dimittetur vobis. Ecce debetur no-

Luce. vi.

K

bis: et debemus. Dimittamꝰ ergo quod debetur nobis:
vt dimittatur qđ debetur a nobis. Sed ad hec mens re-
nititur: et vult implere qđ audit: et tamẽ reluctatur. Ad
martyris tumbã cõsistimus: qui ad celeste regnũ et qua
morte peruenerit/ scimus. Nos si ꝓ Christo corpꝰ nõ po-
nimus: saltẽ animũ vincamꝰ. Placatur deus isto sacri-
ficio: et probat in iudicio pietatis sue/ victoriã pacis no-
stre. Certamẽ enim nostri cordis aspicit: et qui post vin-
centes remunerat: nũc decertãtes iuuat Jesus Christꝰ
dñs noster: qui viuit et regnat in vnitate spiritus sancti
deus: per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Lectio sancti euangelij sm̃ Joannem.

Joã. iiij.

In illo tempore. Erat quidã re-
gulus cuius filius infirmaba-
tur capharnaũ. Hic cum audis-
set quia Jesus veniret a iudea i
galileam: abijt ad eum ⁊ roga-
bat eum: vt descenderet ⁊ sana-
ret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit er-
go Jesus ad eũ: Nisi signa et prodigia videritis:

L

non creditis. Dicit ad eũ regulus: Dñe descen-
de priusq̃ moriatur filius meꝰ. Dicit ei Jesus:
Uade: filius tuꝰ viuit. Credidit homo sermo-
ni quẽ dixit ei Jesus: et ibat. Jam autẽ eo descẽ-
dente, serui occurrerũt ei et nunciauerũt dicen-
tes: quia filius eiꝰ viueret. Interrogabat ergo
horam ab eis in qua melius habuerat. Et dixe-
runt ei: Quia heri hora septima reliquit eũ fe-
bris. Cognouit ergo pater: quia illa hora erat
in qua dixerat ei Jesus: filius tuus viuit. Et cre-
didit ipse et domus eius tota.

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad popu-
lũ in basilica sanctorũ Nerei ⁊ Achillei/ die na-
talis eorum. Homilia. xxviij.

Lectio sancti euangelij quã modo fratres au-
distis/ expositione nõ indiget. Sed ne hãc ta-
citi preterisse videamur/ exhortando potius
q̃ exponẽdo in ea aliqđ loquamur. Hoc autẽ nobis so-
lũmodo de expositiõe video esse requirendũ: cur is q̃ ad sa-
lutẽ filio petendã venerat/ audiuit: Nisi signa et prodi-
gia videritis: non creditis. Qui enim salutẽ filio quere-
bat: proculdubio credebat. Neq; enim ab eo quereret sa-
lutẽ: quẽ nõ crederet saluatorẽ. Quare ergo dicitur/ Ni-
si signa et prodigia videritis/ non creditis: qui ante cre-

M

didit q̃ signa videret? Sed memẽtote qđ petijt: et aper-
te cognoscetis quia in fide dubitauit. Poposcit nãq; vt
descẽderet: et sanaret filiũ eius. Corporalẽ ergo presen-
tiã dñi querebat: qui ꝑ spiritũ nusq̃ deerat. Minꝰ itaq;
in illo credidit: quem non putauit posse salutẽ dare/ nisi
presens esset et corpore. Si enĩ perfecte credidisset: pro-

Deus est vbiq;.

culdubio sciret/ quia non esset locus/ vbi non esset deus.
Ex magna ergo parte diffisus est: quia virtutem nõ de-
dit maiestati: sed presentie corporali. Salutem itaq; fi-
lio petijt: et tamẽ in fide dubitauit: q: eũ ad quẽ venerat/
et potentẽ ad curandũ credidit: et tamen morienti filio
esse absentẽ putauit. Sed dñs qui rogatur vt vadat: q:
non desit vbi inuitatur/ indicat. Solo iussu salutẽ reddi-
dit: qui voluntate omnia creauit. Qua in re hoc est nobis
solerter intuendũ/ q: (sicut euãgelista alio testãte didici-

Matthei viij.

mus) centurio ad dñm venit/ dicens: Dñe puer meus ia-
cet paralyticus in domo: et male torquetur. Cui a Jesu ꝓ-
tinus respõdetur: Ego veniã ⁊ curabo eum. Quid est q:
regulus rogat vt ad eius filium veniat: ⁊ tamen ire cor-
poraliter recusat: ad seruũ vero centurionis non inuita-
tur: et tamẽ se corporaliter ire pollicetur? Reguli filio per
corporalẽ presentiam non dignatur adesse: centurionis

Honores et diuitias venera-mur potiꝰ

seruo nõ dedignatur occurrere. Quid est hoc/ nisi q: super-
bia nostra retũditur: qui in hominibus nõ naturam qua ad
imaginẽ dei facti sunt/ sed honores et diuitias venera-
mur? Cumq; pensamus que circa eos sunt: negligimus

pēsare ipsos/eo ꝓfecto ꝙ interiora minime prouidem⁹. Dū ea cōsideramus que in corporibus despecta sunt: negligimus pensare qđ sunt. Redēptor vero noster vt ostēderet ꝙ que alta sunt hominū/sanctis despicienda sunt: et que despecta sunt hominū/despiciēda nō sunt: ad filiū reguli ire noluit: ad seruū cēturionis ire parat⁹ fuit. Increpata est ergo suꝑbia nostra: que nescit pensare homines propter homines. Sola (vt diximus) que circumstant hominibus pensat: naturā nō aspicit: honorē dei in hominibus nō agnoscit. Ecce ire non vult filius dei ad filium reguli: tamē venire parat⁹ est ad salutē serui. Certe si nos cuiuspiā seruus rogaret/vt ad eum ire deberemus: protinus nobis nostra superbia in cogitatione tacita respōderet dicēs: Non eas/quia temetipsum degeneras: honor tuus despicitur: locus vilescit. Ecce de celo venit: qui seruo in terra occurrere nō despicit: et tamē humiliari in terra contēnimus: qui de terra sum⁹. Quid vero apud deū vilius/quid despectius esse potest: ꝙ seruare honorem apud homines: et interni testis oculos nō timere? Unde et in sacro euangelio ad phariseos dominus ait. Uos estis qui iustificatis vos corā hominibus: deus autem nouit corda vestra: quia qđ hominibus altum est: abominabile est apud deum. Notate fratres/notate qđ dicitur. Si enim qđ hominib⁹ altum est/abominabile est apud deū: cordis nostri cogitatio tanto apud deū in imo est: quanto hominibus in alto. Et humilitas cordis nostri tanto apud deum in alto est: quanto hominibus in imo. Despiciamus ergo si quid boni gerimus: nulla nos nostra inflet operatio: nō rerum abundantia/non gloria extollat. Si quibus liberꝫ ex bonis affluentib⁹ intus tumescimus: deo despecti sumus. Quo cōtra psalmista de humilib⁹ dicit: Custodiens paruulos domin⁹. Qui quis paruulos humiles appellat: postꝙ sententiam protulit: cōsilium subiūgit: Nam quasi quererem⁹ quid ipse ad hoc faceret/adiūxit. Humiliat⁹ sum: et liberauit me. Hec ergo cogitate fratres. Hec tota intentione pensate. Nolite in proximis vestris mundi huius bona venerari. Hoc propter deū honorate in hoībus (quibus tamen cōmissi nō estis) ꝙ facti sunt ad imaginē dei. Quod tunc proximis vere seruatis: si apud vosmetipsos prius in corde non intumescitis. Nam qui se adhuc pro rebus transitoriis extollit: nescit in proximo venerari qđ manet. Nolite ergo intra vosmetipsos pensare quod habetis/sed quid estis. Ecce mūdus qui diligit⁹ fugit. Sancti isti ad quorum tumbam consistimus: florentem mundum mentis despectu calcauerunt. Erat vita longa: salus continua: opulentia in rebus: fecunditas in propagine: tranquillitas in diuturna pace: et tamē cum in seipso floreret: iam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce iam mūdus in seipso aruit: et adhuc in cordibus nostris floret. Ubiqꝫ mors/vbiqꝫ luct⁹/vbiqꝫ desolatio: vndiqꝫ percutimur: vndiqꝫ amaritudinibus replemur: et tamē ceca mente carnalis concupiscētie/ipsas eius amaritudines amamus: fugientem sequimur: labenti inheremus. Et quia labentem retinere nō possumus: cum ipso labimur/quem cadentem tenemus. Aliquando nos mūdus delectatione retraxit a deo: nunc tantis plagis plenus est/vt ipse nos iam mundus mittat ad deum. Pensate ergo quia nulla sunt/que temporaliter currūt. Finis temporalium ostendit/ꝙ nihil sit quod transire potuit. Casus rerum indicat/quia res transiens et tunc prope nihil fuit: cum stare videretur. Hec ergo fratres charissimi sollicita consideratione pēsate: in eternitatis amore cor figite: vt dum terrena culmina adipisci cōtemnitis: peruenīatis ad gloriam quam per fidem tenetis: per dominum nostrum Iesum Christum ꝛc.

¶Lectio sancti euangelij sm̄ Marcum.

In illo tempore. Recūbentibus vndecī discipulis apparuit eis Iesus/et exprobrauit incredulitatem eorum et duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse/non crediderāt. Et dixit eis: Euntes in vniuersum mundum predicate euāgelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit: Qui vero non crediderit: cōdemnabit. Signa autem eos qui crediderint: hec sequentur. In nomine meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollēt. Et si mortiferum quid biberint: nō eis nocebit. Super egros manus imponēt: et bene habebunt. Et dominus quidem Iesus postꝙ locutus est eis: assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt vbiqꝫ domino cooperante: et sermonem confirmante sequentibus signis.

¶Homilia lectionis eiusdē habita ad populum in basilica beati Petri: in ascensione dn̄i.

Homilia.xxix.

Quod resurrectionē dominicā discipuli tarde crediderunt: non tam illorū infirmitas/ꝙ nostra (vt ita dicam) futura firmitas fuit. Ipsa nāqꝫ resurrectio illis dubitātibus per multa argumēta monstrata est. Que dū nos legētes agnoscim⁹: qđ aliud ꝙ de illorū dubitatione solidamur? Minus enim mihi maria magdalene prestitit que cit⁹ credidit: ꝙ thomas qui diu dubitauit. Ille etenim dubitando/vulnerū cicatrices tetigit: et de nostro pectore dubitationis vulnus amputauit. Ad insinuandā quoqꝫ veritatem dn̄ice resurrectionis/notādum nobis est quid lucas referat dicēs: Conuescēs precepit eis/ab hierosolymis ne discederēt. Et post pauca. Uidētibus illis eleuat⁹ est: et nubes suscepit eum ab oculis eorū. Notate verba: signate mysteria. Conuescens eleuatus est. Comedit et ascendit: vt videlicet per effectū comestionis/veritas patesceret carnis. Marcus vero priusꝙ celū dn̄s ascendat: eum de cordis eorū infidelitatis duritia increpasse discipulos memorat. Qua in re quid considerandū est: nisi ꝙ idcirco dn̄s tūc discipulos increpauit/cum eos corporaliter reliquit/vt verba que recedens diceret: in corde audientiū arctius impressa remanerent? Increpata igit̄ eorū duritia/qđ admonendo dicat/audiamus. [Euntes in mundū vniuersum predicate euangeliū omni creature.] Nunquid fratres mei/sanctū euāgelium vel insensatis rebus/vel brutis aīalibus fuerat pdicandū: vt de eo discipulis dicat/Predicate omni creature? Sed oīs creature noīe/signatur homo. Sunt nanqꝫ lapides: sed nec viuunt nec sentiūt. Sunt herbe et arbusta. viuūt quidē/sed non sentiunt. Uiuūt dico/non per animā/sed p viriditatē: quia et Paul⁹ dicit: Insipiēs/tu qđ seminas nō viuificatur: nisi prius moriatur. Uiuit ergo qđ moritur: vt viuificetur. Lapides itaqꝫ sunt/sed nō viuūt. Arbusta etiā sunt/viuunt/sed non sentiūt. Bruta autē aīalia sunt/viuunt/sentiūt: sed nō discernūt. Angeli etenī sunt: viuūt/sentiūt/et discernūt. Omnis autē creature aliquid habet homo. Habet nāqꝫ cōmune esse cū lapidibus: viuere cū arboribus: sentire cum aīalibus: intelligere cū angelis. Si ergo cōmune habet aliquid cū omni creatura homo: iuxta aliquid oīs creatura est homo. Omni ergo creature predicatur euāgeliū: cū soli homini predicatur: quia ille videlicet docetur: propter quē in terra cuncta creata sunt: et a quo oīa per quādam similitudinem aliena non sunt. Potest etiā omnis creature noīe/omnis natio gentium designari. Ante etenim dictū fuerat: In viam gentiū ne abieritis. Nūc autē dicit/Predicate omni creature: vt scilꝫ prius a iudea apostolorū repulsa predicatio: tūc nobis in adiutoriū fieret/cū hāc illa ad dānationis sue testimoniū/superba repulisset. Sed cū discipulos ad predicandū veritas mittit/quid aliud in mundo facit: nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine/vt multarū messium fruges recipiat ex nostra fide. Neqꝫ etenī in vniuerso mūdo tanta fideliū messis exurgeret: si de manu dn̄i super rationalē terram illa electa grana predicantiū non venissent. Sequitur. [Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. qui vero nō crediderit/condēnabitur.] Fortasse vnusquisqꝫ apud semetipsum dicat: Ego iam credidi: salu⁹ ero. Uerum dicit/si fidem operibus tenet. Uera etenī fides est: que in hoc quod verbis dicit/moribus nō cōtradicit. Hinc est enī

Margin notes (left column): ꝙ hoīes ipsos. A — Suꝑbia nr̄a increpat̄ p hoc ꝙ redēptor seruū cēturionis ꝑsonaliter visitauit. — Luc.xvij. — B — Ps.cxlij. — Ibidem. — Homines quare honorare debemus. — C — Mar.vlti.

Margin notes (right column): D — Magdalena cito credēs min⁹ nobis ꝓfuit ꝙ thomas diu dubitans — Act.j. — Ibidem. — E — Euāgeliū qliter pot pdicari oī creature. — j.Cor.xv. — F — Hō potest dici oīs creatura. — Matth.x.

G

q̄ de quibusdā falsis fidelib⁹ Paulus dicit. Qui cōfitē-
tur se nosse deum factis autē negant. Hinc Joannes ait:
Qui dicit se nosse deū: et mandata eius nō custodit/men
dax est. Quod cum ita sit: fidei nostre veritatē in vite no
stre cōsideratione debemus agnoscere. Tunc enī veraci
ter fideles sumus: si quod verbis promittimus: operib⁹
cōplemus. In die quippe baptismatis oībus nos anti-
qui hostis operibus/atq̄ omnibus pōpis abrenunciare
promisimus. Itaq̄ vnusquisq̄ vestrū ad consideratio-
nem suā mētis oculos reducat: et si seruat post baptismū
quod ante baptismū spopondit: certus iam quia fidelis
est/gaudeat. Sed ecce si qđ promisit/minime seruauit:
si ad exercenda praua opera/ad concupiscēdas mundi
pompas dilapsus est: videamus si iam scit plangere qđ
errauit. Apud misericordem nāq̄ iudicē nec ille fallax
habetur: qui ad veritatem reuertitur/etiam postq̄ men
titur: quia omnipotens deus dum libenter nostrā peni-
tentiā suscipit: ipse suo iudicio hoc qđ errauimus/abscō
dit. Sequitur. [Signa autē eos qui credituri sunt: hec
sequentur. In nomine meo demonia eiicient: linguis lo
quētur nouis: serpentes tollent. Et si mortiferū quid bi
berint: nō eis nocebit. Super egros manus imponent/et
bene habebunt.] Nunquidnam fratres mei/quia ista si-
gna non facitis: minime creditis? Sed hec necessaria in
exordio ecclesie fuerūt. Ut enī fides cresceret: credētiū mi
raculis fuerat nutriēda: q̄r et nos cū arbusta plātamus/
tam diu eis aquā infundimus: quousq̄ ea in terra iā cō-
ualuisse videamus. At si semel radicē fixerint/irrigatio
cessabit. Hinc est enim qđ Paulus dicit: Lingue in si-
gnū sunt/nō fidelibus/sed infidelib⁹. Habemus de his
signis atq̄ virtutibus que adhuc subtilius considerare
debeamus. Sancta quippe ecclesia quotidie spiritaliter
facit qđ tunc per apostolos corporaliter faciebat. Nam
sacerdotes eius cū per exorcismi gratiā manū credenti-
bus imponūt: et habitare malignos spūs in eorū mente
cōtradicūt: quid aliud faciūt/nisi demonia eiiciūt? Et
fideles quiq̄ qui iam vite veteris secularia verba dere-
linquūt/sancta autē mysteria insonāt: cōditoris sui lau-
des et potentiā quantū preualent/narrant: quid aliud fa
ciunt: nisi nouis linguis loquūtur? Qui dum bonis suis
exhortationibus malitiā de alienis cordibus auferūt/
serpētes tollunt. Et dū pestiferas suasiones audiūt: sed
tamē ad operationē prauā minime pertrahūtur: mortife-
rū quidē est qđ bibūt/sed non eis nocebit. Qui quotiēs
proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt: dū
eis tota virtute concurrunt: et exemplo sue operationis
illorū vitam roborant/qui in propria actione titubant:
quid aliud faciūt/nisi super egros manus imponunt vt
bene habeāt? Que nimirū miracula tanto maiora sunt/
quāto spiritalia: tāto maiora sunt/quāto p hec nō corpo
ra/sed anime suscitātur. Hec itaq̄ signa fratres charis-
simi auctore deo si vultis vos facitis. Ex illis enī exte-
rioribus signis obtineri vita ab hec operantibus nō va-
let. Nā corporalia illa miracula ostendūt aliquā do san-
ctitatē: non autē faciunt. Hec vero spiritalia que agunt
in mente/virtutē vite nō ostendūt/sed faciūt. Illa habe
re et mali possunt: istis autē perfrui nisi boni nō possunt.
Unde de quibusdā veritas dicit: Multi mihi dicent in
die illa: Dñe dñe/nōne in noīe tuo prophetauimus: et in
noīe tuo demonia eiecimus: et in noīe tuo virtutes mul-
tas fecimus? Et tunc cōfitebor illis/quia nō noui vos:
discedite a me oēs qui operamini iniquitatē. Nolite er-
go fratres charissimi amare signa que possunt cū repro-
bis haberi communia: sed hec quemodo diximus/chari-
tatis atq̄ pietatis miracula amate: que tanto securiora
sunt/quāto et occultiora: et de quibus apud dominū eo ma-
ior sit retributio: quo apud hoīes minor est gloria. Sequi-
tur: [Et dñs quidē Jesus postq̄ locutus est eis: assum-
ptus est in celū: et sedet a dextris dei.] In veteri testamē
to cognouimus q̄ Helias sit raptus in celū. Sed aliud
est celū ethereū: aliud aereū. Celum quippe aereū terre
est proximū. Unde et aues celi dicimus: quia eas volita-
re in aere videmus. In celū itaq̄ aereū Helias subleua
tus est: vt in secretā quandā terre regionē repente duce-
retur: vbi in magna iam carnis et spirit⁹ quiete viueret/
quousq̄ ad finē mundi redeat: et mortis debitū soluat.
Ille etenim mortē distulit non euasit. Redēptor autē no-
ster quia nō distulit/superauit eamq̄ resurgēdo cōsum-

Ad titū.j.
j. Joan. ij.

Fideles veraciter sunt q qđ verbis p̄mittunt: operibus cōplent.

Miracula fuerūt in exordio ecclesie necessaria.

j. Corint. xiiij.

H

Sacerdotes etiam hodie demonia possūt eiicere

I

Miracula sanctitatē ostēdunt/sed nō faciūt.

Mat. vij.

Psal. vj.

iiij. Re. ij.

Celū est ethereum et aereum

Helias in celū aereū subleuatus est.

psit: et resurrectionis sue gloriā ascendendo declarauit.
Notandū quoq̄ est q̄ Helias in curru legitur ascēdisse:
vt videlicet aperte demōstraretur: q̄r homo purus adiu
torio indigebat alieno. Per angelos quippe facta illa
et ostensa sunt adiumenta: quia nec ad celū quidē aereū
per se ascendere poterat: quē nature sue infirmitas gra-
uabat. Redemptor autem noster non curru/nō angelis
subleuatus legitur: quia qui fecerat oīa: nimirū sug om-
nia sua virtute ferebatur. Illo etenim reuertebatur/vbi
erat: et inde redibat/vbi remanebat: quia cum p huma-
nitatē ascenderet in celū: per diuinitatē suā et terrā pari
ter continebat/et celum. Sicut autē Joseph a fratribus
venditus/venditione redemptoris nostri figurauit: sic
Enoch trāslatus/atq̄ ad celū aereū Helias subleuat⁹/
ascēsionē dñicam vterq̄ designauit. Ascēsionis ergo sue
dñs precursores et testes habuit: vnū ante legē: aliū sub le
ge: vt quandoq̄ veniret ipse: q̄ veraciter celos penetrare
potuisset. Unde et ipse ordo in eorū quoq̄ vtrorūq̄ sub-
leuatione per quedam incrementa distinguitur. Nam
Enoch trāslatus/Helias vero ad celū transuectus esse
memoratur: vt veniret postmodū qui nec trāslatus/nec
trāsuectus/celū ethereū sua virtute penetraret. Qui no-
bis in se credentibus/quia carnis sue quoq̄ mūditiam
largiretur: et sub eo per incrementa temporū/virtus ca-
stitatis excresceret: in ipsa quoq̄ eorū translatione/qui
ascensionē dñicam: vt videlicet famuli designauerunt: et
in seipso qui ad celū ascendit: dñs ostēdit. Nam Enoch
quidē vxorē et filios habuit. Helias vero neq̄ vxorem/
neq̄ filios legit habuisse. Pensate ergo quomodo p in-
crementa tēporū creuerit munditia sanctitatis: qđ et per
trāslatos famulos/et p ascēdētis dñi psonā patēter ostē
ditur. Translatus nāq̄ est Enoch et per coitū genitus/
et per coitū generans. Raptus est Helias per coitū ge-
nitus: sed non iam per coitū generans. Assumptus vero
est dñs/neq̄ per coitū generans/neq̄ per coitū generat⁹.
Considerandū vero nobis est: quid est qđ Marcus
ait: Sedet a dextris dei: et Stephan⁹ dicit: Video celos
apertos/et filiū hominis stātem a dextris dei. Quid est
qđ hunc Marcus sedentē: Stephanusq̄ vero stantē se vi
dere testatur? Sed scitis fratres quia sedere iudicātis
est: stare vero pugnantis vel adiuuantis. Quia ergo re-
demptor noster assumptus in celum/et nūc oīa iudicat:
et ad extremū iudex omniū veniet: hunc post assumptio-
nem Marcus sedere describit: quia post ascensionis sue
gloriā/iudex in fine videbitur. Stephanus vero hūc in
labore certaminis positus/stantē vidit/quē adiutorem
habuit: quia vt ille in terra persecutorū infidelitatē vin-
ceret: pro illo de celo illius gratia pugnauit. Sequitur.
[Illi autē profecti predicauerūt vbiq̄ dño cooperāte:
et sermonē confirmāte sequētibus signis.] Quid in his
considerādum est: quid memorie cōmendandum: nisi q̄
preceptū obedientia/obedientiā vero signa secuta sunt?
Sed quia auctore deo breuiter lectionem euangelicam
exponēdo transcurrimus: restat vt aliquid de ipsa tante
consideratione solennitatis dicamus. Hoc autē nobis
primū querēdum est: quidnā sit q̄ nato dño apparuerūt
angeli: et tamē non legunt in albis vestibus apparuisse:
ascendēte autem dño/missi angeli in albis legūtur vesti
bus apparuisse. Sic etenim scriptū est: Videntibus illis
eleuatus est: et nubes suscepit eū ab oculis eorum. Cūq̄
intuerentur in celū euntem illum: ecce duo viri steterūt
iuxta illos in vestib⁹ albis. In albis autē vestibus gau-
diū et solēnitas mentis ostenditur. Quid est ergo q̄ na-
to dño/non in albis vestibus: ascendente autē dño/in al
bis vestibus angeli apparent: nisi q̄ tunc magna solēni-
tas angelis facta est: cum celū deus homo penetrauit:
quia nascēte dño/videbatur diuinitas humiliata: ascen
dente vero dño/est humanitas exaltata. Albe enim ve-
stes/exaltationi magis congruunt q̄ humiliationi. In
ascensione ergo eius: angeli in albis vestibus videri de-
buerunt: quia qui in natiuitate sua apparuit deus humi
lis: in ascēsione sua ostēsus est homo sublimis. Sed hoc
nobis magnopere fratres charissimi in hac solennitate
pensandum est: quia deletum est hodierna die chirogra
phū damnationis nostre: mutata est sententia corruptio-
nis nostre. Illa enim natura cui dictū est/Terra es/et in
terram ibis: hodie in celum iuit. Pro hac ipsa nāq̄ car-
nis nostre subleuatiōe per figurā beatus Job dñm auē

K

iiij. Re. ij.

Genes. xxxvij.

Gen. v.

Ascensionis sue dominus p̄nuncios habuit.

Heb. v.

L

Enoch in celū trāslatus vxorē et filios habuit.

Mar. xvi.

Act. vij.

Redemptor q̄re describit̄ sedens a Marco: quē stātē Stephanus testatus est.

M

Act. j.

Dño ascēdente q̄re apparent angeli in albis vestibus: nō autē cū nasceretur.

Gen. iij.

A vocat. Quia enim ascensionis eius mysteriũ iudeã nõ intelligere cõspexit: de infidelitate ei⁹ p figuratã sententiã protulit/dicẽs: Semitã ignorauit auis. Auis enĩ recte appellat⁹ est dñs: qui corpus carneũ ad ethera librauit. Cuius auis semitã ignorauit quisquis eũ ad celũ ascendisse nõ credidit. De hac solẽnitate per psalmistã dicit: Eleuata est magnificentia tua super celos. De hac rursus ait: Ascendit deus in iubilatione: et dñs in voce tube. De hac iterũ dicit: Ascendens in altũ/captiuã duxit captiuitatẽ: dedit dona hoibus. Ascendens quippe in altũ/captiuã duxit captiuitatẽ: quia corruptionẽ nostrã virtute sue incorruptionis absorbuit. Dedit vero dona hominib⁹: qz misso desup spiritu/alij sermonẽ sapientie: alij sermonẽ scientie: alij gratiam curationũ: alij genera linguarũ: alij interpretationẽ tribuit sermonũ. Dedit ergo dona hoibus. De hac ascensionis ei⁹ gloria etiã Abacuch ait: Eleuat⁹ est sol: et luna stetit i ordine suo. Quis enim solis noie nisi dñs/et quo lune noie nisi ecclesia designatur? Quousqz enim dñs ascendit ad celos: sancta eius ecclesia aduersa mũdi omnimodo formidauit. At postqz eius ascẽsione roborata est: aperte predicauit/qđ occulte credidit. Eleuatus est ergo sol: et luna stetit in ordine suo: quia cum dñs celum petijt: sancta eius ecclesia in auctoritate predicatiõis excreuit. Hinc eiusdẽ ecclesie voce p Salomonẽ dicit: Ecce iste venit saliens in mõtibus/et transiliẽs colles. Cõsiderauit nãqz tantorũ operũ culmina/et ait: Ecce iste venit saliẽs in montib⁹.

B Ueniendo quippe ad redemptionem nostrã/quosdã (vt ita dicam) saltus dedit. Uultis fratres charissimi ipsos eius salt⁹ agnoscere? De celo venit in vterũ: de vtero venit in presepe: de presepe venit in crucem: de cruce venit in sepulchrum: de sepulchro redijt i celum. Ecce vt nos post se currere faceret: quosdã p nobis saltus manifestata per carnem veritas dedit: quia exultauit vt gigas ad currendã viam suam: vt nos ei diceremus ex corde: Trahe nos post te: curremus in odore vnguẽtorum tuorum. Unde fratres charissimi oportet vt illuc sequamur corde: vbi eũ corpore ascendisse credimus. Desideria terrena fugiamus: nihil nos iã delectet in infimis: qui patrẽ habemus in celis. Et hoc nobis est magnopere perpendendũ: qz is qui placidus ascendit/terribilis redibit: et quicqd nobis cũ mãsuetudine precepit: hoc a nobis cũ districtione exiget. Nemo ergo indulta penitentie tempora paruipendat: nemo curam sui dũ valet agere negligat: quia redẽptor noster tãto tũc in iudicio districtior veniet: quãto nobis ante iudiciũ magnã patientiam prerogauit. Hec itaqz vobiscũ fratres agite: hec in mẽte sedula cogitatione versate. Et si adhuc rerũ perturbationibus animus fluctuat: iã tamen spei vestre anchorã in eternã patriam figite: intentionẽ mentis in vera luce solidate. Ecce ad celũ ascendisse dñm audiuimus. Hoc ergo seruem⁹ in meditatione: qđ credimus. Et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis: sequamur tamẽ eum passib⁹ amoris. Non autẽ deserit desideriũ nostrum ipse qui dedit Jesus christus dñs noster: qui viuit et regnat cũ deo patre in vnitate spiritussancti deus: per oia &c.

C

(Margin: Job. xxviij. — Ps. viij. — Ps. xlvj. — Ps. lxvij. — j. Cor. xij. — Abacuch iij. — Sol eleuatus est: et luna stetit in ordine suo. — Can. ij. — Ps. xviij. — Canti. j. — Redẽptorem sequamur passib⁹ amoris.)

Lectio sancti euangelij sm Joannem.

(Margin: Joã. xiiij.)

In illo tẽpore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis diligit me: sermonem meum seruabit. Et pater meus diliget eum/et ad eum veniemus: et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonẽ quem audistis nõ est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autẽ spiritussanctus quẽ mittet pater in noie meo: ille vos docebit omnia: et suggeret vobis oia quecunqz dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Non quomodo mũdus dat: ego do vobis. Nõ turbet cor vestrũ: neqz formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me/gauderetis vtiqz: qz vado ad patrem: qz pater maior me est. Et nũc dixi vobis priusqz fiat: vt cũ factũ fuerit/credatis. Jam nõ multa loquar vobiscum. Uenit enim princeps mũdi huius: et in me nõ habet quicqz. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem, et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio.

D

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Petri die sancto pentecostes. Homilia.xxx.

Libet fratres charissimi euangelice verba lectionis sub breuitate trãscurrere: vt post diutius liceat in cõtẽplatione tante solẽnitatis immorari. Hodie nãqz spũssanctus repentino sonitu super discipulos venit: mentesqz carnaliũ in sui amorem permutauit. Et foris apparẽtibus linguis igneis/intus facta sunt corda flãmantia: quia dum deũ in ignis visione susceperunt: per amorem suauiter arserũt. Ipse nãqz spũssanctus amor est. Unde et Joannes dicit: Deus charitas est. Qui ergo mente integra deũ desiderat: profecto iam habet quẽ amat. Neqz enĩ quisqz posset deũ diligere: si eum quẽ diligit/nõ haberet. Sed ecce si vnusquisqz vestrũ requiratur: an diligat deũ/tota fiducia et secura mente respondet/diligo. In ipso autẽ lectionis exordio audistis quid veritas dicit. Si quis diligit me: sermonem meũ seruabit. Probatio ergo dilectionis/exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idem Joannes dicit: Qui dicit/diligo deũ: et mãdata eius non custodit: mendax est. Uere enim diligimus si ad mandata eius a nostris nos voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc p illicita desideria diffluit: profecto deum non amat: quia ei in sua voluntate cõtradicit. Et pater meus diliget eũ: et ad eũ veniemus/et mansionẽ apud eũ faciemus. Pensate fratres charissimi/quãta sit ista dignitas/habere in cordis hospitio aduentũ dei. Certe si domũ nostrã quispiã diues aut prepotens amic⁹ intraret: omni festinãtia domus tota mũdaretur: ne qđ fortasse esset quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo sordes praui operis: qui deo preparat domũ mẽtis. Sed videte quid veritas dicat. Ueniemus/et mãsionẽ apud eũ faciemus. In quorũdã etenĩ corda venit et mansionẽ nõ facit: quia per compunctionẽ quidẽ dei respectum percipiunt: sed tentationis tempore hoc ipsum quod compũcti fuerãt/obliuiscũtur: sicqz ad perpetrãda peccata redeunt: ac si hec minime planxissent. Qui ergo deũ vere diligit: qui eius mandata custodit: in eius corde dñs et venit/et mansionem facit: qz sic eũ diuinitatis amor penetrat: vt ab hoc amore/tẽtationis tempore non recedat. Ille ergo vere amat: cuius videlicet mẽtem delectatio praua ex cõsensu nõ superat. Nam tanto quisqz a superno amore disiungitur/quanto inferius delectat. Unde et adhuc subdit: Qui nõ diligit me: sermones meos nõ seruat. Ad vosmetipsos ergo fratres charissimi introrsus redite: eũ deũ vere amatis/exquirite. Nec tamen sibi aliquis credat: quicqđ sibi animus sine operis attestatione respõderit. De dilectiõe cõditoris/lingua/mens/vita requirãtur. Nunqz est dei amor ociosus. Operatur etenĩ magna si est: si vero operari renuit/amor nõ est. Et sermonẽ quẽ audistis/nõ est meus: sed ei⁹ qui misit me patris. Scitis fratres charissimi quia ipse qui loquit vnigenitus fili⁹/verbum patris est: et ideo sermo quẽ loquitur filius nõ est filij/sed patris: qz ipse filius verbum est patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Quando nõ maneret apud eos: qui ascẽsurus celum/promittit dicens: Ecce ego vobiscũ sum oibus diebus vsqz ad cõsummationem seculi? Sed verbũ incarnatũ et manet et recedit. Recedit corpore/manet diuinitate. Apud eos ergo tũc se mansisse perhibet: quia qui inuisibili semper potestate presens erat: corporali iam visione recedebat. Paraclitus autem spiritussanct⁹ quẽ mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oia et suggeret vobis oia quecunqz dixero vobis. Nostis plurimi fratres mei/qz greca locutione paraclitus/latina aduocatus dicitur: vel consolator. Qui idcirco aduocat⁹ dicitur: quia pro errore delinquentium apud iustitiã patris interuenit. Qui vnius

E

F

(Margin: j. Joã. iiij. — j. Joã. ij. — Domũ mẽtis preparet qui deum digne recipere volet. — Amor dei nunqz est ociosus. — Matthei xxviij.)

G

substātie cū patre et filio/exorare pro delinquentib⁹ perhibetur: quia eos quos repleuerit/exorantes facit. Unde et Paulus dicit: Ipse enim spūs postulat pro nobis/gemitibus inenarrabilibus. Sed diceret quis: Minor est qui postulat q̄ qui postulat. quomodo ergo spūs postulare dicit: qui minor nō est: Sed ipse spūs postulat: quia ad postulandū eos quos repleuerit/inflāmat. Consolator autem idem spūs vocatur: quia de peccati perpetratione merentibus/dū spem venie preparat: ab afflictione tristitie mentē leuat. De quo recte promittitur. Ipse vos docebit oīa. Quia nisi idem spūs cordi assit audientis/ociosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat/qd ex ore docentis intelligit: qz nisi int⁹ sit qui doceat: doctoris lingua exterius in vacuū laborat. Ecce vnā loquētis vocē/oēs pariter auditis: nec tamē pariter sensum audite vocis percipitis. Cum ergo vox dispar nō sit: cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia: nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet/est magister interior: qui de vocis intelligentia quosdā specialiter docet: De hac vnctione spūs rursus p Joannē dicitur: Sicut vnctio eius docet vos de oībus. Per vocē ergo non instruitur: quādo mēs per spiritū nō vngitur. Sed cur ista de doctrina hominū loquimur: quādo et ipse conditor non ad eruditionē hoīs loquitur: si eidem homini per vnctionē spūs non loquatur: Certe Cain priusq̄ fratricidiū opere perpetraret: audiuit/Peccasti. quiesce. Sed qz culpis suis exigentibus/voce est admonitus nō vnctione spūs: audire verba dei potuit: sed seruare contēpsit. Requirēdū vero nobis est: cur de eodē spiritu dicat: Suggeret vobis oīa: cum suggerere soleat esse minoris: Sed qz suggerere aliquādo dicimus subministrare: inuisibilis spūs suggerere dicitur: non q nobis sciētiam ab imo inferat/sed ab occulto. Pacem relinquo vobis: pacē meā do vobis. Hic relinquo: illic do. Sequētibus relinquo: peruenientib⁹ do. Ecce fratres charissimi/verba sacre lectiōis sub breuitate discussimus: nūc in contemplationē tante festiuitatis animū transferamus. ¶ Sed quia cū lectione euangelica vobis est etiā actuū apostolorū lectio recitata: ex ea ergo aliquid in vsum nostre cōtēplatiōis trahamus. Audistis etenim quia spūssanct⁹ sup discipulos in igneis linguis apparuit: omniūq linguarum scientiam dedit. Quid scilz hoc miraculo designās: nisi q sancta ecclesia eodē spū repleta/omniū gentiū erat voce locutura: Qui vero/contra deū turrim edificare conati sunt: communionem vnius lingue perdiderant. In his autē qui deū humiliter metuebant: lingue oēs vnite sunt. Hic ergo humilitas virtutē meruit: illic superbia confusionem. Sed querendū est nobis fratres dilectissimi/cur spūssanctus patri et filio coeternus/in igne apparuit: cur in igne simul et linguis: cur aliquando in colūba: aliquādo vero in igne monstratur: cur super vnigenitū filium apparuit in columbe specie/& super discipulos in igne: ita vt neq super dñm veniret in igne: neq super discipulos mōstraretur in columba. Per quattuor itaq hec que proposuimus: soluendo redeamus. Patri nāq et filio coeternus spūs in igne monstratur: quia incorporeus/ineffabilis/atq inuisibilis ignis est deus: attestāte paulo: Deus noster ignis consumens est. Deus quippe ignis dicit: quia per hunc peccatorū rubigo consumitur. De hoc igne veritas dicit: Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi vt ardeat: Terra enī vocata sunt corda terrena: que dum semper infimas in se cogitationes congerunt: a malignis spiritib⁹ conculcātur. Sed ignem dñs in terram mittit: cum afflatu sancti spiritus corda carnaliū incendit. Et terra ardet: cum cor carnale in suis prauis voluptatibus frigidū/relinquit concupiscētias presentis seculi: et incēditur ad amorē dei. Bene ergo in igne apparuit spūs: quia ab omni corde quod replet: torporem frigoris excutit: et hoc in desideriū sue eternitatis accendit. In igne autē linguis monstratus est: quia idē spiritus coeternus est filio: & habet cognationē maximam lingua cū verbo. Verbū quippe patris est filius. Et qz vna est spūs et verbi substantia: idem spūs mōstrari debuit in lingua. Uel certe quia per linguā procedit verbum: in linguis apparuit spūs: qz quisquis sancto spiritu tangitur: dei verbum. i. vnigenitū dei filiū confitetur: et negare dei verbū non valet: quia iam sancti spūs linguā habet. Uel certe in linguis igneis apparuit spūs: qz omnes quos repleuerit: ardentes pariter & loquentes facit. Linguas igneas doctores habent: quia dum deū amandū predicant: corda audientiū inflāmant. Nam et ociosus est sermo doctoris: si prebere nō valet incendiū amoris. Hoc doctrine incendiū ab ipso veritatis ore cōceperant/qui dicebant: Nonne cor nostrū ardens erat in nobis: cū loqueretur in via: et aperiret nobis scripturas: Ex audito quippe sermone inardescit anim⁹: torporis frigus recedit: fit mens in superno desiderio anxia/a concupiscentijs terrenis aliena. Amor verus qui hanc repleuerit/fletib⁹ cruciat: sed dum tali ardore cruciatur/ipsis suis cruciatibus pascitur. Audire ei libet precepta celestia: & quot mādatis instruitur/quasi tot facibus inflāmatur: et que torpebat pri⁹ per desideria: ardet postmodū p verba. Unde bene p Moysen dicitur: In dextera eius ignea lex. In sinistra quippe reprobi: qui & ad sinistram ponendi sunt. Dextera autē dei appellantur electi. In dextera ergo dei/ignea lex est: quia electi mādata celestia nequaq frigido corde audiūt: sz ad hec amoris intimi facibus inardescūt. Sermo ad aurē ducitur: et mens eorū sibimet irata/ex interne dulcedinis flāma cōcrematur. In colūba vero spūssanctus & in igne monstratus est: qz oēs quos repleuerit/simplices & ardentes facit. Simplices puritate: ardētes emulatiōe. Neq enī placere deo aut simplicitas sine zelo: aut zelus sine simplicitate potest. Hinc ipsa veritas dicit: Estote prudentes sicut serpentes: & simplices sicut columbe. Qua in re notandū est q discipulos suos nec de colūba sine serpente/nec de serpente sine columbe voluit dñs admonere: quatinus et columbe simplicitatē astutia serpentis accenderet: & serpētis astutiam columbe simplicitas tēperaret. Hinc paulus ait: Nolite pueri effici sensibus. Ecce prudētiam serpentis audiuimus: nunc de simplicitate colūbe moneamur. Sed malitia paruuli estote. Hinc de beato Job dicit: Erat vir simplex et rectus. Que est autē rectitudo sine simplicitate: aut que simplicitas sine rectitudine: Quia ergo et rectitudinē doceri iste spiritus/et simplicitatē: et in igne mōstrari debuit/et in colūba: quatinus omne cor qd eius gratia tāgitur: et mānsuetudinis lenitate trāquillum: & zelo iustitie accēsum fiat. Ad extremū vero querendum est: cur in ipso redemptore nostro/mediatore dei & hominū/per columbam apparuit: in discipulis vero per ignem: Certe vnigenitus dei filius/iudex est generis humani. Sed quis eius iustitiā ferret: si priusq nos per mānsuetudinē colligeret: culpas nostras per zelū rectitudinis examinare voluisset: Homo ergo pro hoībus factus/mitē se hoībus prebuit. Noluit peccatores ferire: sed colligere. Prius voluit mansuete corripere: vt haberet quos postmodum in iudicio saluaret. In columba ergo sup eū apparere debuit spiritus: qui non veniebat vt peccata iā per zelū percuteret/sed adhuc per mansuetudinē toleraret. At contra super discipulos in igne debuit spūs sanctus demonstrari: vt hi qui erant simpliciter hoīes/atq ideo peccatores/eos contra semetipsos spiritalis feruor accenderet: et pctā quibus deus per mansuetudinē parceret: ipsi in se per penitentiā punirent. Nec ipsi quippe esse poterāt sine peccato: qui adherebant celesti magisterio: Joanne attestante/qui ait: Si dixerimus quia peccatū nō habem⁹: nosmetipsos seducimus: & veritas in nobis nō est. In igne ergo venit in hoībus: in columba vero apparuit in dño: quia pctā nostra que pie dñs per mānsuetudinē tolerat/nos per zelū rectitudinis debemus caute cōspicere: et ardore semp penitētie cremare. Igitur per columbā spūs in redēptore monstratus est: per ignem vero in hoībus: quia quanto nobis nostri iudicis facta est seueritas tēperata: tanto erga se debet fieri nostra infirmitas accensa. Quattuor itaq propositionū expleta ratione: ad dona eiusdem spūs contēplanda trāseamus. De isto quippe spū scriptū est: Spūs eius ornauit celos. Ornamenta enim celorum/sunt virtutes predicantiū. Que videlicet ornamenta paulus enumerat/dicens: Alij datur per spiritū sermo sapientie: alij sermo scientie secūdū eūdē spiritū: alteri fides in eodē spiritu: alij grā sanitatū in vno spiritu: alij operatio virtutū: alij prophetia: alij discretio spirituū: alij genera linguarū: alij interpretatio sermonū. Hec autem oīa operatur vnus atq idem spūs: diuidēs

Ad rom. viij.

Spiritus sanct⁹ vocatur consolator.

Doctoris lingua in vacuū laborat: nisi intus sit q̄ doceat.

j. Joan. ij.

Gen. iiij.

H

Act. ij.

Gen. xj.

Spūssanct⁹ q̄re sub diuersis figuris apparuisse legitur.

J

Ad heb. xij.

Luce. xij.

Spiritus sanctus in igne apparuit et in linguis igneis.

K

Luc. viti.

Deutero. xxxiij.

Spiritus sanct⁹ qs replet/simplices facit/et ardentes.

Matth. x.

L

j. ad Cor. xiiij.

Job. j.

Spūs sanct⁹ q̄re apparuit sup redēptorē in colūba: & sup discipulos in igne.

M

j. Joan. j.

Job. xxvj.

j. ad Cori. xij.

Spūssancti dona varia sunt.

A singulis prout vult. Quot ergo sunt bona predicantiū, tot sunt ornamēta celorū. Hinc rursus scriptū est: Verbo dñi celi firmati sunt. Verbum enim dñi, filius est patris. Sed eosdem celos, videlicet sanctos apostolos, vt tota simul sancta trinitas ostēdatur operata: repēte de sancti spiritus diuinitate adiūgitur: Et spiritu oris ei⁹ omnis virtus eorū. Celorū ergo virt⁹ de spiritu sumpta est: quia mundi huius potestatibus contraire non presumerent: nisi eos sancti spirit⁹ fortitudo solidasset. Quales nāq; doctores sancte ecclesie, ante aduentum hui⁹ spiritus fuerint, scimus: ꝛ post aduentū illius, cuius fortitudinis facti sint, conspicimus. Certe iste ipse pastor ecclesie, ad cuius sacratissimū corpus sedemus: quāte debilitatis, quāteq; formidinis ante aduētū sp̄us fuerit, ancilla ostiaria requisita dicat. Vna enī mulieris voce percussus, dū mori timuit: vitam negauit. Et pensandū quia eū cōprehēsum petrus negauit in terra: quē suspensum latro confessus est in cruce. Sed vir iste tante formidinis, qualis post aduentum spiritus existat, audiamus. Fit conuentus magistratus atq; seniorū: celsis denūciatur apl̄is ne in noīe Iesu loqui debeant. Petrus magna auctoritate respōdet: Obedire oportet deo magis q̄ hoībus. Et rursus: Si iustum est in conspectu dei vos potius audire q̄ deū, iudicate. Nō enim possumus que vidimus ꝛ audiuimus, nō loqui. Et illi quidē ibāt gaudentes a cōspectu concilij, q̄m digni habiti sunt pro noīe Iesu cōtumeliā pati. Ecce gaudet Petrus i verberibus: qui ante in verbis timebat. Et qui prius ancille voce requisitus timuit, post aduentū sancti sp̄us, virtutes principū cesus premit. Libet oculos fidei i virtutē opificis huius attollere: atq; sparsim patres testamenti noui ac veteris cōsiderare. Ecce apertis eisdem oculis fidei, Dauid, Amos, Danielē, Petrū, Paulū, Mattheū intueor: ꝛ sanctus iste sp̄us qualis sit artifex, cōsiderare volo: sed in ipsa mea cōsideratione deficio. Implet nāq; citharedū puerū: et psalmistā facit. Implet pastorē armētariū sycomoros vellicantē: et p̄phetā facit. Implet abstinentē puerū: et iudicē senū facit. Implet piscatorē: et predicatorē facit. Implet persecutorē: et doctorē gentiū facit. Implet publicanū: et euangelistā facit. O qualis est artifex iste spirit⁹: nulla ad discendū mora agitur in omne q̄d voluerit. Mox enī vt tetigerit mentē docet: solūq; tetigisse, docuisse est. Nā humanū animū subito vt illustrat, immutat: abnegat hoc repente q̄d erat: exhibet repēte q̄d non erat. Pensemus, sanctos predicatores nostros quales hodierna dies reperit: quales fecit. Certe qui in vno conclaui pro iudeorum metu residebāt: natiuitatis sue singuli linguā nouerant: et tamen nec eāpsa linguā quā nouerāt, aperte Christū loqui p̄sumebāt. Venit sp̄us, ꝛ in ore eos per diuersitatē linguarū docuit: in mente autē ex auctoritate roborauit. Ceperūt et in alienā Christū eloqui: qui de illo prius ꝛ in sua lingua loqui metuebāt. Inflāmatum etenī cor despexit tormēta corporis, que ante metuebat. Vicit vim carnalis formidinis pre amore cōditoris. Et qui prius suis aduersarijs succūbebāt formidine, eis iā preerant auctoritate. Qui ergo in tante eos celsitudinis culmen erexit: quid aliud dixerim, nisi q̄ mentes terrenorum hominū celos fecit?

Pentecostes solēnitas est valde honorabilis.

Pensate fratres charissimi, post incarnationē vnigeniti filij dei qualis sit hodierna solēnitas de aduentu spiritus sancti. Sicut enī illa: ita quoq; ꝛ hec est honorabilis. In illa quippe deus in se permanens suscepit hominem, in ista vero hoīes venientē desuper susceperūt deū. In illa deus naturaliter factus est homo: in ista hoīes facti sunt p adoptionē dij. Si ergo remanere carnales in morte nolumus: hunc fratres charissimi viuificantem spiritū amemus. Sed quia caro spiritū nescit: dicat fortasse carnali cogitatiōe apud se aliq̄s: Quomodo diligere valeo: quem ignoro? Hoc et nos cōcedimus, q̄ mens visibilibus intenta, videre nescit inuisibilē. Nulla enim nisi visibilia cogitat: eaq; et cū non agit, eorū imagines introrsus trahit: dūq; in imaginibus corporis iacet, surgere ad incorporea non valet. Vnde fit, vt tanto deteri⁹ creatorem nesciat: quāto in cogitatiōe sua familiarius corpoream creaturā portat. Sed cum deum videre non possumus, habemus aliquid q̄d agamus vnde iter fiat, quo ad eum nostre intelligētie oculus veniat. Certe quē in se videre nullo modo valemus, hunc in seruis suis videre iam possumus. Quos dum mira conspicimus agere: certum nobis fit, in eorum mentibus deum habitare. In re autem incorporea a rebus corporalibus vsum trahamus. Nemo etenī nostrū dirigēns clare solem in sphera illius intendēdo valet cōspicere: quia tensi in eius radijs oculi reuerberātur. Sed sole illustratos montes aspicimus: et quia iam sol ortus est, videmus. Quia ergo solem iustitie in seipso videre non possumus: illustratos mōtes claritate illius videamus: sanctos videlicet ap̄los, qui virtutib⁹ emicant: miraculis coruscāt: quos nati solis claritas perfudit: ꝛ cū in seipso sit inuisibilis, per eos nobis quasi per illustratos montes se visibilem prebuit. Virtus enī diuinitatis in se, quasi sol i celo est. Virtus diuinitatis in hoībus, sol in terra. Solem ergo iustitie intueamur in terra: quē videre non possumus in celo: vt dum inoffenso pede operis per hanc in terra gradimur: ad intuendū illū q̄nq; oculos ꝛ in celū leuemus. Sed inoffenso pede iter nostrum in terra agitur: si deus ac proximus integra mente diligat. Nec enim de⁹ vere sine proximo, nec p̄ximus vere diligitur sine deo. Hinc est q̄ (sicut in alio sermone iā diximus) idem sp̄us secundo legitur discipulis datus: prius a dño in terra degente: postmodū a dño celo presidente. In terra quippe datur, vt diligatur proximus: e celo vero vt diligat deus. Sed cur prius in terra, postmodū e celo: nisi q̄ patenter datur intelligi, quia iuxta Ioannis vocē, qui fratrē suū nō diligit quē videt: deū quē nō videt, quomodo potest diligere? Diligam⁹ ergo proximū fratres: amemus eum qui iuxta nos est: vt peruenire valeamus ad amorē illius qui sup nos est. Meditet mens in proximo q̄d exhibeat deo: vt perfecte mereamur in deo gaudere cū proximo. Tunc ad illam superne frequentie letitiā peruenimus: de qua nūc sancti spiritus pignus accepimus. Ad illum finem toto amore tendamus: in quo sine fine letabimur. Ibi supernorum ciuium societas sancta. Ibi solēnitas certa. Ibi requies secura. Ibi pax vera: que nobis iā nō relinquitur: sed datur per dominū Iesum Christum.

Solem recte inspicere nemo valet.

Proxim⁹ est amād⁹ si ad deū peruenire velimus.

¶ Lectio sancti euangelij s̄m Lucam.

In illo tempore. Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. Arborem fici habebat quidā plantatam in vinea sua: ꝛ venit querens fructū in illa: ꝛ nō inuenit. Dixit autē ad cultorem vinee: Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac: ꝛ nō inuenio. Succide ergo illam. Vt quid etiam terrā occupat? At ille respondens dixit illi: Domine, dimitte illam et hoc anno, vsq; dum fodiā circa illam: ꝛ mittam stercora. Et si quidē fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. Erat autem docens in synagoga eorū sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo: et erat inclinata: nec oīno poterat sursum respicere. Quā cū videret Iesus: vocauit eam ad se, ꝛ ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: ꝛ confestim erecta est: ꝛ glorificabat deum. Respondēs autem archisynagogus, indignās q̄ sabbato curasset Iesus, dicebat turbe: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo venite ꝛ curamini, et non in die sabbati. Respondens autem ad illum Iesus dixit: Hypocrite, vnusquisq; vestrū sabbato non soluit bouem suum aut asinum a presepio: ꝛ ducit adaquare? Hanc autem filiam abrahe quam alligauit sathanas, ecce decem et octo annis: nonne oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cum hec diceret: erubescebant omnes aduersarij ei⁹: Et omnis populus gau-

Ps. xxxij. Ibidem. Mat. xxvi. Lu. xxiij. Act. v. Act. v. I. Reg. xvi. Amos. vij. Daā. xiij. Mat. iiij. Act. ix. Luce. v. I. Io. iiij. Lu. xiij.

G debat in vniuersis que gloriose fiebant ab eo.

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti Laurentij martyris: Sabbato quattuor temporũ. Homilia. xxxi.

Dominus ac redemptor noster per euãgeliũ suũ aliquãdo verbis / aliquando rebus loquitur: aliquãdo aliud verbis / atq; aliud reb⁹: aliquãdo autẽ hoc verbis / qđ rebus. Duas etenim res ex euangelio fratres audistis: ficulneã infructuosam: ⁊ mulierẽ curuã: et vtriq; rei est pietas impensa. Illud autẽ dixit per similitudinẽ: istud egit p exhibitionẽ. Sed hoc significat ficulnea infructuosa / quod mulier inclinata: et hoc ficulnea reseruata / qđ mulier erecta. Dñs vinee tertio venit ad ficulneã / et fructũ minime inuenit: et mulier q̃ erecta est / decẽ et octo annis fuerat curua. Hoc autẽ decẽ ⁊ octo annorum numero signatur: q; tertio dñs vinee ad ficulneã infructuosam venisse phibetur. Quia ergo premittẽdo summatim totũ perstrinximus: iam per lectionis ordinẽ singula discuram⁹. [Arborẽ fici habebat quidam plantatã in vinea sua: et venit querens fructũ in illa: et non inuenit.] Quid arbor fici / nisi humanã naturã designat? Quid mulier inclinata / nisi eandem naturã significãdo denũciat? Que et bene plãtata est sicut ficus: et bene creata sicut mulier: sed in culpã propria spõte lapsa / neq; fructũ seruat operationis: neq; statũ rectitudinis. Ad peccatũ quippe ex voluntate corruens / quia fructum obedientie ferre noluit / statũ rectitudinis amisit. Que ad dei similitudinẽ cõdita: dũ in sua dignitate nõ persistit: qđ plãtata vel creata fuerat / seruare contempsit. Tertio dñs vinee ad ficulneã venit: q; naturã generis humani ante legẽ / sub lege / sub gratia: expectando / admonẽdo / visitãdo requisiuit. [Dixit aũt ad cultorẽ vinee: Ecce anni tres sunt ex quo venio fructũ querẽs in ficulnea hac: ⁊ nõ inuenio.] Venit ante legẽ: q; p naturalẽ intellectũ quid vnusquisq; exẽplo suo / qualiter erga proximũ agere debuisset / innotuit. Venit in legẽ: q; p̃cipiẽdo docuit. Venit post legẽ per gratiã: q; pietatis sue p̃sentiam exhibẽdo mõstrauit. Sed tamẽ in trib⁹ annis fructum se non inuenisse conqueritur: quia quorũdam prauorũ mẽtes nec inspirata lex naturalis corrigit: nec precepta erudiũt: nec incarnationis eius miracula conuertunt. Quid vero per cultorẽ vinee / nisi prepositorũ ordo exprimitur? Qui dũ presunt ecclesie: nimirũ dñice vinee curã gerunt. Huius enĩ vinee primus cultor Petrus apostolus extitit. Hũc nos indigni sequimur: inquantũ pro eruditione vestra / docendo / predicãdo / increpãdo laboramus. Sed cũ magno iam timore audiẽdum est: quod cultori vinee de infructuosa arbore dicit̃: [Succide eã. vt quid etiã terrã occupat?] Unusquisq; iuxta modum suũ / inquantũ locũ vite presentis tenet / si fructũ bone operationis nõ exhibet: velut infructuosa arbor terrã occupat: quia in eo loco in quo ipse est / et alijs operãdi occasionẽ negat. Sed in hoc seculo potens quilibet si fructũ non habet operationis bone: etiã impedimẽtum prestat ceteris: quia quicũq; sub ipso sunt: exemplo prauitatis illius / quasi vmbra peruersitatis eius premũtur. Stat desup arbor infructuosa: et subter terra sterilis iacet. Infructuose arboris desuper vmbra densatur: et solis radi⁹ ad terrã descendere nequaq; permittitur: q; dũ subiecti quilibet / patroni peruersi peruersa exẽpla conspiciũt: ipsi quoq; infructuosi remanẽtes / veritatis lumine priuãtur. Et pressi vmbra / calorẽ solis non accipiũt: quia inde remanent a deo frigidi / vnde in hoc seculo male proteguntur. Sed de hoc peruerso quolibet et potente / pene iam requisitio deo non est. Postq; enĩ se perdidit: querendũ solũmodo est / cur et alios premat. Unde bene eiusdẽ vinee dñs dixit / Ut qđ etiã terrã occupat? Terrã quippe occupat: qui mẽtes alienas grauat. Terrã occupat: qui locum quẽ tenet / in bonis operibus non exercet. Sed tamen nostrũ est pro talibus deprecari. Nam cultor vinee quid dicat / audiamus. [Dñe / dimitte illam ⁊ hoc anno: vsq; dum fodiam circa illam.] Quid est circa ficulneã fodere: nisi infructuosas mentes increpare? Omnis quippe fossa in imo est. Et nimirũ increpatio dũ mẽtem sibi demõstrat / humiliat. Quotiens ergo aliquem de peccato suo corripimus: quasi ex culture debito circa infructuosam arborẽ fodim⁹. Post fossionẽ vero quid dicat̃ audiamus. [Et mittã cophinũ stercoris.] Quid est cophinus stercoris / nisi memoria peccatorũ? Peccatã etenĩ carnis / stercora vocãtur. Unde et per prophetã dicitur: Cõputruerũt iumenta in stercore suo. Iumẽta quippe in stercore suo cõputrescere / est carnales quosq; in fetore luxurie vitã finire. Nos itaq; quotiens carnalem mẽtem de suis peccatis increpamus: quotiens ad eius memoriã vita anteacta reducim⁹: quasi infructuose arbori cophinũ stercoris versamus: vt malorũ que egit / memoriã recolat: et ad cõpunctionis gratiã quasi de fetore pinguescat. Mittitur ergo cophinus stercoris ad radicem arboris: quãdo prauitatis sue conscientia tangitur memoria cogitationis. Cũq; se per penitentiã ad lamenta mens excitat: et ad bone operationis gratiam reformat: quasi per tactũ stercoris redit ad fecunditatẽ operis radix cordis. Plangit qđ fecisse se meminit. Displicet sibi qualem fuisse se recolit. Intentionẽ contra se dirigit: atq; ad meliora animũ accẽdit. Ex fetore ergo ad fructum reuiuiscit arbor: quia de cõsideratione peccati ad bona se opera resuscitat animus. Et sunt plerique qui increpationes audiũt: et tamen ad penitẽtiam redire cõtemnunt: et infructuosi deo / in hoc seculo virides stant. Sed audiamus quid ficulnee cultor adiũgat. [Si quidem fecerit fructũ: sinautẽ / in futurũ succides eã.] Quia profecto q̃ hic non vult ad fecunditatẽ pinguescere per increpationẽ: illic cadet vnde iam resurgere per penitẽtiam non valet: et in futurũ succiditur: quia hic sine fructu viridis stare videatur. [Erat autẽ docens in synagoga eorũ sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritũ infirmitatis annis decem et octo.] Pauloante iam diximus / quia hoc erat trinus aduentus dñi ad infructuosam ficulneã / qđ decem et octo annorũ numerus ad curuam mulierẽ signat. Sexto enĩ die homo factus est: atq; eodẽ sexto die opera dñi cũcta perfecta sunt. Senarius autem numerus in trigonũ ductus / decem et octo facit. Quia ergo homo qui sexta die factus est / perfecta opera habere noluit: sed ante legẽ / sub lege / atq; in exordio inchoantis gratie infirm⁹ extitit / decem ⁊ octo annis curua mulier fuit. [Et erat inclinata: nec oĩno poterat sursum respicere.] Omnis peccator terrena cogitans / celestia non requirẽs / sursum respicere nõ valet: quia dũ desideria inferiora sequitur: a mentis sue rectitudine curuatur: et hoc semper videt / quod sine cessatione cogitat. Ad corda vestra fratres charissimi redite: qđ hora olbus in cogitatiõibus vestris voluatis / semper aspicite. Alius de honoribus: alius de pecunijs: alius de prediorum ambitu cogitat. Hec cuncta in imo sunt: ⁊ quando mens talibus implicat̃: ab statu sui rectitudine flectitur. Et quia ad celeste desideriũ non assurgit: quasi mulier inclinata sursum respicere nequaq̃ potest. Sequit̃. [Hanc cum vidisset Iesus / vocauit ad se: et ait illi. Mulier / dimissa es ab infirmitate tua. ⁊ imposuit illi manũ: et cõfestim erecta est.] Uocauit et erexit: quia illuminauit ipsam mulierẽ / ⁊ adiuuit. Uocat / sed non erigit: quãdo per eius gratiã illuminamur: sed exigẽtibus nostris meritis / adiuuari nõ possumus. Plerũq; enim videm⁹ que agendã sunt: sed opere non implemus. Nitimur et infirmamur. Mentis iudicium rectitudinem cõspicit: sed ad hanc operis fortitudo succũbit: quia nimirũ iam de pena peccati est / vt ex dono quidẽ possit bonũ conspici: sed tamẽ ab eo qđ aspicitur: contingat per meritũ repelli. Usitata etenĩ culpa obligat mentẽ: vt nequaq̃ surgere possit ad rectitudinẽ. Conatur / et labitur: quia vbi sponte diu perstitit: ibi et cũ noluerit / coacta cadit. Bene de hac nostra incuruatione ex typo humani generis per psalmistã dicitur: Incuruatus sum: et humiliatus sum vsq;quaq;. Contẽplatus nãq; q; ad supernã lucem intuendam homo conditus fuerat: sed peccatis exigentibus foras missus / mẽtis sue tenebras secũ portat: superna non appetit: infimis intẽdit: celestia nequaq̃ desiderat: terrena semp in animo versat: hoc quod de suo genere doluit / in se hoc exclamauit / dicẽs: Incuruatus sum / et humiliatus sum vsq;quaq;. Contẽplationẽ nãq; celestium perdẽs / si sola carnis necessaria homo cogitaret: incuruatus et humiliat⁹ esset: sed tamẽ vsq;quaq; nõ esset. Quẽ ergo a supernis cogitationibus non solũ necessitas deijcit / sed etiã voluptas illicita sternit / nõ solum incuruatus / sed vsq;quaq; incuruatus est. Hinc alius

Ficulnea et mulier curua humanã naturam representãt.

Dñs venit ante legẽ / in lege: et post legẽ.

Arbori infructuose cõparat̃ q bone operationis fructum non exhibet.

Prelatorũ peruersa exempla subditos corrũpũt.

Stercoris cophin⁹ ẽ memoria peccatorũ. Iocl. Iumenta in stercore putrescere quid est.

Arbor reuiuiscit ad fructũ ex fetore.

Hõ sexto die fact⁹ ẽ.

Terrena efficiunt animas curuas.

Ps. cxvij.

H

L

M

I

A

Esaie.lj. Ais quis dicet esse recta: quis curua.

propheta de immūdis spiritibus dicit. Qui dixerūt anime tue: incuruare vt transeamus. Recta quippe stat anima: cum superna desiderat: et nequaquam flectitur ad ima. Sed maligni spūs cum bone in sua rectitudine stare cōspiciunt: per eam transire non possunt. Transire namque eorū/ est immūda illi desideria spargere. Dicūt ergo/ incuruare vt trāseamus: quia si ipsa se ad ima appetenda non deijcit/ cōtra hanc illorum peruersitas nulla tenus conualescit. Et transire per eam nequeūt: quam contra se rigidam in superna intentione pertimescunt. Nos ergo fratres charissimi viam malignis in nobis spiritibus damus: cum terrena concupiscimus: cum ad temporalia appetenda curuamur. Pudeat ergo terrena concupiscere: et dorsa mentiū a succidentibus aduersarijs prebere.

Curuus semper terrā intuetur.

Terrā semper intuetur qui curuus est: et quo premio sit redemptus/ non meminit: qui ima querit. Hinc etiā per Moysen dicitur vt qui gibbo premit/ nequaquam ad sacerdotium prouehatur.

Leuit.xxj.

Et quotquot christi sanguine redempti sumus: membra eiusdem summi sacerdotis efficimur.

j. Pet.ij.

Unde et nobis per petrū dicitur: Uos autem genus electum: regale sacerdotiū. Sed qui gibbum tolerat: ima semper intuetur. A sacerdotio ergo repellitur: quia quisquis solis terrenis intētus est/ ipse sibi testis est quod mēbrū summi sacerdotis non est. Hinc rursus pisces qui pennulas nō habent: ab esu fidelis populi probibētur.

Leuit.xj.

B

Pisces quippe qui pennulas habent: dare etiam saltus super aquas solent. Quid ergo pēnatis piscibus nisi electe anime figurātur? Que profecto sole in celestis ecclesie corpus transeūt. Que modo virtutū pennulis fulte/ saltus dare per celeste desideriū sciunt: vt superna per contemplationē appetant: quis in se iterum ex mortali carne relabuntur. Si ergo iam bona celestis patrie agnouimus: displiceat nobis fratres charissimi quod curui sumus. Ponatur ante oculos mulier curua: et arbor infructuosa. Reminiscamur malorū que fecimus: mittamus ad radicem cordis cophinū stercoris: vt tunc in retributionis fructu pinguescat quod nobis hic per penitentiā fetebat.

Pal.signa.

Et si virtutū summa toperari non possumus: ipse deus nostro gaudet lamento. Ex ipsa enim ei iustitie inchoatione placebimus: qui iniusta que fecimus punimus. Nec mora erit in fletibus: quia tergent citius transeūtes lachrymas mansura gaudia: Per dominū nostrū. Amen.

Lectio sancti euāgelij fm Mattheum.

Mat.xvj. et Luc.ix.

In illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis. Si quis vult venire post me/ abneget semetipsum: et tollat crucem suā: et sequatur me. Qui enim voluerit animā suā saluā facere/ perdet eam. Qui autem perdiderit animā suam propter me: inueniet eam. Quid enim prodest homini si vniuersum mundū lucretur: anime vero sue detrimentū patiatur? Aut quam dabit homo cōmutationē pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis: et tunc reddet vnicuique fm opera sua. Amen dico vobis: sunt quidam de hic stantibus qui non gustabūt mortē donec videant filiū hominis venientē in regno suo.

C

Homilia lectionis eiusdē habita ad populum in basilica sanctorū processi et martiniani. Unius martyris. Homilia.xxxij.

Precepta noua dedit redēptor nouus homo.

Quia dñs ac redēptor noster nouus homo venit in mundum: noua precepta edidit mūdo. Uite etenim nostre veteri in vitijs enutrite/ cōtrarietatē opposuit nouitatis sue. Quid enim vetus/ quid carnalis homo nouerat: nisi sua retinere/ aliena rapere si posset: cōcupiscere si nō posset? Sed celestis medicus singulis quibusque vitijs obuiantia adhibet medicamenta. Nā sicut arte medicine calida frigidis/ frigida calidis curantur: ita dñs noster cōtraria opposuit medicamenta peccatis: vt lubricis cōtinentiā/ tenacibus largitatē/ iracundis mansuetudinē/ elatis preciperet humilitatē. Certe cū se sequētibus noua mandata proponeret/ dixit: Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Ac si aperte dicat: Qui per vitam veterem aliena concupiscitis/ per noue conuersationis studiū et vestra largimini. Quid vero in hac lectione dicat/ audiamus. [Qui vult post me venire/ abneget semetipsum.]

D

Luc.xiiij.

Ibi dicitur vt abnegemus nostra: hic dicitur vt abnegemus nos. Et fortasse laboriosum nō est homini relinquere sua: sed valde laboriosum est relinquere semetipsum.

Christū se qui volēs abneget semetipsum.

Minus quippe est abnegare quod habet: valde aūt multum est/ abnegare quod est. Ad se autem nobis venientibus dñs precepit vt renūciemus nostris: quia quicunque ad fidei agonē venimus: luctamen contra malignos spiritus sumimus. Nil autē maligni spiritus in hoc mūdo propriū possidēt. Nudi ergo cū nudis luctari debemus. Nam si vestitus quisque cum nudo luctatur: citius ad terram deijcitur: qui habet vnde teneatur. Quid enim sunt terrena omnia: nisi quedā corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat: vestimenta abijciat/ ne succūbat. Nihil in hoc mundo amando possideat: nullas rerum labentiū delectatiōes requirat: ne vnde ad votum tegitur/ ad casum inde teneatur. Nec tamen sufficit nostra relinquere: nisi relinquamus et nos.

E

Relinque se nosmetipsos qualiter potest fieri.

Quid est quod dicimus: relinquamus et nos? Si enim nosmetipsos relinquimus: quo ibimus extra nos? vel quis est qui vadit/ si se deseruit? Sed aliud sumus per peccatū lapsi: aliud per naturā conditi. aliud quod fecimus: aliud quod facti sumus. Relinquamus nosmetipsos quales peccando nos fecimus: et maneamus nosmetipsi quales per gratiam facti sumus. Ecce etenim qui superbus fuit: si cōuersus ad christū humilis factus est: semetipsum reliquit. Si luxuriosus quisque ad continentiā vitā mutauit: abnegauit vtique quod fuit. Si auarus quisque ambire iam desijt: et largiri didicit propria/ qui prius aliena rapiebat: procul dubio semetipsum reliquit. Ipse quidē est per naturā/ sed non est ipse per malitiam. Hinc enim scriptū est: Uerte impios/ et non erunt.

Puer.xij.

Conuersi namque impij nō erunt: non quia non erūt omnino in essentia: sed quia non erunt in impietatis culpa. Tunc ergo nosmetipsos relinquimus/ tunc nos abnegamus/ cum vitamus quod per vetustatē fuimus: et ad hoc nitimur quod per nouitatē vocamur. Pensemus quomodo se paulus abnegauerat/ qui dicebat: Uiuo autē iam non ego.

Ad gal.ij.

Extinctus quippe fuerat seuus ille persecutor: et viuere ceperat pius predicator. Si enim ipse esset: pius profecto nō esset. Sed qui se viuere denegat: dicat vnde est quod sancta verba per doctrinā veritatis clamat. Protinus subdit: Uiuit vero in me christus. Ac si aperte dicat. Ego quidē a memetipso extinctus sum/ quia carnaliter non viuo: sed tamen essentialiter mortuus non sum: quia in christo spiritaliter viuo. Dicit ergo veritas: [Si quis vult post me venire/ abneget semetipsum.] Quia nisi quis a semetipso deficiat/ ad eum qui super ipsum est: non appropinquat. nec valet apprehendere/ quod vltra ipsum est/ si nescierit mactare quod est.

F

Hō nō valet apphēdere qđ vltra ipm ē: si nescierit mactare qđ ē.

Sic olerū plante transponuntur/ vt proficiant: atque (vt ita dixerim) eradicantur vt crescant. Sic rerum semina in terre admixtione deficiunt: vt in reparatione sui generis vberius assurgāt. Unde enim videntur perdidisse quod erant: inde accipiunt hoc apparere quod nō erant. Sed qui iam se a vitijs abnegat: exquirende ei virtutes sunt in quibus crescat. Nam cum dictum est/ Qui vult post me venire/ abneget semetipsum: protinus additur [Et tollat crucem suam quotidie: et sequatur me.] Duobus etenim modis crux tollitur: cū aut per abstinentiā afficitur corpus: aut per cōpassionē proximi affligitur animus. Pensemus qualiter vtroque modo Paulus crucem suam tolerat/ qui dicebat: Castigo corpus meum/ et in seruitutē redigo: ne forte alijs predicāns/ ipse reprobus efficiar.

j. Cor.ix.

Ecce in afflictione corporis audiuimus crucē carnis: audiamus nūc in cōpassione proximi crucē mentis. Ait enim: Quis infirmatur/ et ego non infirmor? Quis scandalizatur/ et ego non vror? Perfectus quippe predicator vt exemplū daret abstinentie/ crucē portabat in corpore. Et qui in se trahebat damna infirmitatis aliene: crucē portabat in corde.

ij. Cor.xj.

Sed quia ipsis virtutibus quedam vitia mixta sunt: ostendendū nobis est quod vitium abstinentiā carnis/ et quod

G

G obsideat compassionē mentis. E vicino nanq abstinen-
tiā carnis nōnunq vana gloria obsidet: quia dum tenui-
tas in corpore/dum pallor in vultu respicitur: virtus pa
tefacta laudatur: et tanto se celerius foras fundit: quan-
to ad humanos oculos per ostensum palloren exit. Et
plerunq fit: vt hoc quod causa dei agi creditur: pro fo-
lis humanis fauoribus agatur. Quod bene Simon ille
significat: qui inuentus in itinere/crucem dominicā in
angaria portat. Aliena quippe onera in angaria portan
tur/quādo p vanitatis studiū aliquid geritur. Qui er-
go per Simonē designantur/nisi abstinentes et arrogā-
tes: qui per abstinentiā quidem carnem afficiūt: sed fru
ctum abstinentie intus non requirūt. Crucem ergo dñi
in angaria simon portat/quia cum ad opus bonū ex bo-
na voluntate non ducitur: rem iustam sine fructu pecca-
tor operatur. Unde idem simon crucem portat: sed non
moritur: quia abstinentes et arrogantes/per abstinen-
tiam quidē corpus afficiunt: sed per desideriū vane glo
rie mundo viuunt. Compassionē vero animi plerunq
latenter obsidet pietas falsa: vt hanc nōnunq vsq ad
condescēdendū vitijs pertrahat: cum ad culpas quisq
non debeat cōpassionē exercere/sed zelū. Cōpassio quip-
pe homini/et rectitudo vitijs debetur: vt in vno eodēq
homine et diligamus bonū qd factus est: et persequamur
mala que fecit: ne dum culpas incaute remittimus/non

Matth. xxvij. Crucē dñi portauit simon in angaria.

H iam per charitatē compati: sed per negligentiam conci-
disse videamur. Sequitur. [Qui enim voluerit animā
suam saluā facere perdet eam: et qui perdiderit animā
suam propter me: saluam eam faciet.] Sic dicitur fideli:
Qui voluerit animā suam saluā facere/perdet eā: et qui
perdiderit aīam suā pp̄ter me/saluā eā faciet. Ac si agri-
cole dicatur: Frumentū si seruas/perdis: si seminas/re-
nouas. Quis eni nesciat q frumentū cum in semine mit-
titur/perit ab oculis/in terra deficit: Sed vnde putre-
scit in puluere/inde virescit in renouatione. Quia vero
sancta ecclesia aliud tempus habet persecutionis/atq
aliud pacis: redemptor noster ipse eius tempora distin-
guit in preceptis. Nam persecutionis tempore ponēda
est anima: pacis autē tempore ea que amplius domina-
ri possunt: frangēda sunt desideria terrena. Unde et nūc
dicitur: [Quid eni proficit homo/si lucretur totū mun-
dum/se autē perdat: et detrimentū sui faciat?] Cū perse-
cutio ab aduersarijs deest/valde vigilantius cor custo-
diēdū est. Nam pacis tēpore quia licet viuere: libet etiā
ambire. Que profecto auaritia bene compescitur: si ipse
status ambientis sollicite consideretur. Nam cur instet
ad colligendū: quando stare nō potest ipse qui colligit?
Cursum ergo suū quisq consideret: et agnoscet sibi pos-
se sufficere parua que habet. Sed fortasse metuit ne i hu
ius vite itinere sumpt⁹ desit. Longa nostra desideria in-
crepat via breuis. Incassum multa portantur: cū iuxta
est quo pergitur. Plerunq autem auaritiā vincimus:
sed adhuc obstat q vias rectitudinis minori tenemus

Frumētū pdit seruā do: sed re-nouat se-minādo.

Mūdū to tū lucrari et se pdere nihil profi cit.

Bona tpa lia timere ne desint: vanus est timor.

I custodia perfectionis. Nam sepe labentia cuncta despi-
cimus: sed tamen adhuc humane verecundie vsu prepe-
dimur: vt rectitudinē quam seruamus in mente: nondū
exprimere valeamus in voce. Et tanto dei faciem ad iu-
stitie defensionē negligimus: quāto humanas facies cō-
tra iustitiā veremur. Sed huic quoq vulneri congruū
subiungitur medicamentū/cum dñs dicit. Qui me eru-
buerit et meos sermones: hūc filius hominis erubescet/
cum venerit in maiestate sua/et patris/et sanctoꝝ ange-
loꝝ.] Sed ecce nunc apud se homines dicunt: nos iam
dñm et sermones eius non erubescimus: quia aperto eū
voce profitemur. Quibus ego respondeo: q in hac ple-
be christiana sunt nōnulli qui christū ideo confitentur:
quia cūctos christianos esse conspiciunt. Nam si nomen
christi in tanta hodie gloria nō esset: tot professores chri
sti sancta ecclesia non haberet. Non ergo ad probatio-
nem fidei vox sufficit professionis: quā defendit a vere-
cundia professio generalitatis. Est tamen vbi se quisq
interroget: vt in confessione christi se veraciter probet/
si non iam nomē ei⁹ erubescit: si plena virtute mētis hu-
manū pudorē subdidit. Certe enim persecutionis tēpo-
re erubescere poterant fideles substantijs nudari: de di-
gnitatibus deijci/verberibus affligi. Pacis autē tem-
pore quia hec a nostris persecutionib⁹ desunt: est aliud
vbi ostendamur nobis. Veremur sepe a proximis de-

Luce ix.

spici: dedignamur iniurias verbi tolerare. Si cōtingat
iurgium fortasse cum proximo: erubescimus priores sa-
tisfacere. Cor quippe carnale dum huius vite gloriam
querit: humilitatē respuit. Et plerūq ipse homo qui ira
scitur: discordanti sibi reconciliari appetit: sed ire ad sa
tisfaciendū prior erubescit. Pensemus facta veritatis:
vt videamus quo iaceāt nostre prauitatis actiones. Si
enim membra summi capitis sumus: imitari eū cui con
nectimur/debemus. Quid nanq ad nostre eruditionis
exemplū Paulus egregius predicator dicit: Pro chri
sto legatione fungimur. tanq deo exhortante per nos:
obsecramus pro christo: reconciliamini deo. Ecce inter
nos et deum discordiam peccādo fecimus: et tamen ad
nos deus suos legatos prior misit: vt nosipsi qui pecca-
uimus/ad pacem dei rogati veniamus. Erubescat er-
go humana superbia: confundatur quisq si non satisfa-
ciat prior proximo/quando post culpam nostram vt ei
reconciliari debeamus: et ipse qui offensus est/legatis
interuenientibus obsecrat deus. Sequitur. [Dico autē
vobis. Vere sunt aliqui hic stantes/qui non gustabunt
mortem: donec videant regnum dei.] Regnum dei fra-
tres charissimi non semper in sacro eloquio venturū re-
gnum dicitur: sed nōnunq presens ecclesia vocatur. Un
de scriptum est. Mittet filius hominis angelos suos: et
colligent de regno eius omnia scandala. In illo quippe
regno scandala non erunt: vbi profecto reprobi non ad-
mittuntur. Quo videlicet exemplo colligitur: q hoc lo-
co regnum dei presens ecclesia vocatur. Et quia nōnul-
li ex discipulis vsq adeo in corpore victuri erant/vt ec-
clesiam dei constructā conspicerent: et cōtra mundi hu-
ius gloriam erectā: cōsolatoria promissione nunc dicit:
[Sunt quidā de hic stantibus qui non gustabunt mor-
tem: donec videāt regnum dei.] Sed cū tanta dñs sub-
eunde mortis precepta ederet: quid necessarium fuit vt
ad hanc subito promissionē veniret? Quod si subtiliter
attendamus: quāta dispēsatione pietatis agitur/agno-
scimus. Discipulis enim rudibus etiā de presenti vita
aliquid promittendū fuit/vt possent robustius in futu-
ra solidari. Sic israelitico populo ex egypti terra libe-
rando/repromissionis terra promittitur: et cum vocan-
dus esset ad dona celestia: terrenis promissionibus sua-
detur. Cur hoc? vt dū esset aliquid quod de vicino per-
ciperet: illud iam fidelius crederet: quod de longinquo
audire potuisset. Carnalis etenim populus si parua nō
acciperet: magna non crederet. Omnipotens ergo deus
largiendo terrena/suadet ad celestia: vt percipiens qd
videret: sperare disceret quod minime videbat. Et tan-
to solidior de inuisibilibus fieret: quanto eū ad spei cer-
titudinē visibilia promissa fulcirent. Unde recte quoq
per psalmistā dicitur: Dedit eis regiones gentiū: et labo
res populorū possederunt: vt custodiant iustificationes
eius: et legem eius requirant. Sic ergo hoc loco rudi-
bus discipulis veritas loquens videndum regnum ce-
lorum promittit in terra: vt hoc ab eis fidelius in celo
presumatur. Ex ipso itaq regno quod iam videmus in
mūdo esse sublimatum: speremus regnum quod in celo
credimus percipiendū. Nam sunt nōnulli qui christia-
nitatis nomine cēsentur: sed christianitatis non habent
fidem. Sola esse visibilia estimant: inuisibilia non appe-
tunt: quia nec esse suspicantur. Ad sanctorū martyrū cor
pora cōsistimus fratres mei. Nunquid isti carnem suam
in mortē darent: nisi eis certissime constitisset esse vitam
pro qua mori debuissent? Ecce qui ita crediderunt: mi-
raculis coruscant. Ad extincta nāq eorum corpora/vi-
uentes egri veniunt: et sanātur. Periuri veniunt/et a de
monio vexantur. Demoniaci veniunt/et liberātur. Quo
modo ergo viuunt illic/vbi viuunt: si in tot miraculis
viuunt hic/vbi mortui sunt? Rem fratres dico breuem
verbo: sed non paruā merito: quam religiosis quibusdā
senioribus narrantibus agnoui. Gothorū tempore ma-
trona quedā fuit valde religiosa: que ad horum marty-
rum ecclesiam crebro veniebat. Quadā die dum ex mo-
re ad orandū venisset: egrediēs duos stātes sub peregri
no habitu monachos inuenit: peregrinos credidit: dari
eis aliquid elemosyne precepit. Sed priusq ei⁹ eroga-
tor eis ad largiendū elemosynam propinquasset: astite-
runt illi vicini⁹/et dixerūt. Tu nos modo visitas: nos te
in die iudicij requiremus: et quicqd possum⁹/prestabim⁹ ti-

K

ij. Cor. v.

Mat. xiij.

L Ecclesia p̄sens vocatur regnū dei.

Populo israelitico ꝓmittitur terra re-promissio-nis q̄re h̄e

Ps. ciiij.

M

Christiani multi sūt nole: s̄ nō fide.

Exēplum

A bi. Quo dicto/ab oculis eius ablati sunt. Territa illa ad orandū rediit: seseq; in lachrymis prolixius effudit. Et facta est post hoc tanto instantior in prece: quanto certior de promissione. Si autem iuxta Pauli vocem: Est fides sperandarū substantia rerum/ argumētum non apparentium: nequaq; iam dicimus vt venturā vitam credatis: quia ecce ipsi qui in illa viuunt: humanis obtutibus visibiliter presentantur. Quod enim videri potest: melius dicitur sciri q̄ credi. Victuram ergo vitam nos dñs magis voluit scire q̄ credere: qui eos quos inuisibiliter recipit: apud se viuere nobis etiam visibiliter ostēdit. Vos ergo fratres charissimi in causa vestri examinis quā cum districto iudice habebitis: patronos facite. Vos in die tanti terroris illius defensores adhibete. Certe si apud quendā magnū iudicem causa quelibet vestra esset die crastino ventilāda: totus hodiernus dies in cogitatione duceretur: patronum vestra fraternitas quereret: magnis precibus ageret: vt apud tātum iudicem sibi defensor veniret. Ecce districtus iudex Jesus venturus est: tanti illius angelorum archangelorumq; concilij terror adhibetur. In illo cōuentu causa nostra discutitur: et tamen nos patronos modo non requirim⁹: quos tūc defensores habeamus. Assunt defensores nostri sancti martyres: rogari volunt/atq; (vt ita dixerim) querunt/ vt querantur. Vos ergo adiutores vestris orationibus querite. Vos protectores vestri reatus inuenite: quia ne punire peccatores debeat: rogari vult et ipse qui iudicat. Unde etiam longo tempore cōminatur iram: et tamen misericorditer expectat. Sic autem nos et misericordia eius refoueat: vt nullo modo negligentes reddat. Sic peccata nostra perturbent: vt mens in desperationē non proruat: quia et si presumentes metuimus: et metuentes speramus: eternum regnum citius adepturi sumus per eum qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Ad heb. xi. | Judicem aditur⁹ patronū conquirere d3

B

¶ Lectio sancti euangelij sm̄ Lucam.

Luce. vij.

In illo tēpore. Rogabat Jesum quidam phariseus: vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei/ discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix/ vt cognouit q; Jesus accubuit in domo pharisei/ attulit alabastrum vnguenti: et stans retro secus pedes eius: lachrymis cepit rigare pedes eius: et capillis capitis sui tergebat: et osculabatur pedes eius/ et vnguento vngebat. Videns autem phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens: Hic si esset propheta: sciret vtiq; que et qualis est mulier que tangit eū: quia peccatrix est. Et respondens Jesus dixit ad illum. Simon/ habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Et respōdens Jesus dixit: Duo debitores erāt cuidam feneratori. vn⁹ debebat denarios quingētos: alius quinquaginta. Non habētibus illis vnde redderent: donauit vtrisq;. Quis ergo eū plus diligit? Respondens Simon: dixit. Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem/ dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: hec autem lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum mihi nō dedisti: hec autē ex quo intraui/ non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittunt̄ ei peccata multa: quoniā dilexit multum. Cui autem minus dimittitur/ minus diligit. Dixit autem Jesus ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discūbebant/ dicere intra se. Quis est hic/ qui etiā peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit/ Vade in pace.

C

D

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica sancti clemētis: feria. vj. quatuor temporum Septembris.

Homilia.xxxiij.

Cogitanti mihi de marie magdalene penitentia/ flere magis libet/ q̄ aliquid dicere. Cui⁹ enī vel saxeū pectus illę huius peccatricis lachryme/ ad exemplū penitendi non emolliant? Considerauit nanq; quid fecit: et noluit moderari quid faceret. Super conuiuantes ingressa est: non iussa venit: inter epulas lachrymas obtulit. Discite quo dolore ardet: q̄ flere et inter epulas non erubescit. Hanc vero quam lucas peccatricē mulierē/ ioannes mariā nominat: illam esse mariā credimus: de qua marcus septē demonia eiecta fuisse testatur. Et quid per septē demonia: nisi vniuersa vitia designantur? Quia enim septē diebus omne tempus cōprehenditur: recte septenario numero vniuersitas figuratur. Septē ergo demonia maria habuit: que vniuersis vitijs plena fuit. Sed ecce quia turpitudinis sue maculas aspexit: lauanda ad fontem misericordie cucurrit: conuiuantes non erubuit. Nam quia semetipsam grauiter erubescebat intus: nihil esse credidit quod verecundaretur foris. Quid ergo miramur fratres: mariā venientē/ an dominū suscipientē? Suscipientē dicā: an trahentē? Sed melius trahentē dicā et suscipientē: quia nimirū ipse eam per misericordiam traxit intus: qui per mansuetudinē suscepit foris. Sed iam textū sancti euāgelij percurrētes/ ipsum quoq; ordinē quo venerit sanādā/ videamus. Attulit alabastrū vnguenti: et stans retro secus pedes iesu/ lachrymis cepit rigare pedes ei⁹: et capillis capitis sui tergebat/ et osculabatur pedes ei⁹ et vnguento vngebat. Liquet fratres q; illicitis actib⁹ prius mulier intēta/ vnguentū sibi pro odore sue carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat/ hoc iam deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena cōcupierat: sed hos iam per penitentiā conterens flebat. Capillos ad compositionē vultus exhibuerat: sed iam capillis lachrymas tergebat. Ore superba dixerat: sed pedes dn̄i osculans/ hoc in redēptoris sui vestigijs figebat. Quot ergo in se habuit oblectamēta: tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutū numerū/ numerū criminū: vt totum seruiret deo in penitentia: quicquid ex se deū cōtempserat in culpa. Sed hoc phariseus intuens despicit: et non solū venientē peccatricē mulierem/ sed etiam suscipientē dominū reprehendit/ dicens intra se. Hic si esset propheta: sciret vtiq; que et qualis esset mulier que tāgit eum: quia peccatrix est. Ecce phariseus veraciter apud se superbus: et fallaciter iustus: egram reprehēdit de egritudine: medicū de subuentione: qui ipse quoq; de elationis vulnere egrotabat/ et ignorabat. Inter duos autē egros medicus aderat: sed vnus eger in febre integrum sensum tenebat: alter vero in febre carnis et sensum pdiderat mentis. Illa quippe flebat quod fecerat: phariseus autē de falsa iustitia elatus/ vim sue inualitudinis exaggerabat. In egritudine ergo et sensum pdiderat: atq; hoc ipm quoq;/ q; a salute lōge esset/ ignorabat. Sed inter hec nos gemit⁹ cogit/ quosdā nostri ordinis viros uiteri: qui sacerdotali officio preditī/ si quid fortasse iuste exterius vel tenuiter egerint: protinus subiectos despiciūt: et peccatores quosq; in plebe positos dedignantur: eisq; compati culpā suam confitentibus nolunt: ac velut pharisei more/ a peccatrice muliere tangi despiciūt. Que profecto mulier si ad pharisei pedes venisset/ nimirū calcib⁹ repulsa discederet. Inquinari enī se alieno peccato crederet. Sed quia hunc vera sua iustitia non replebat: de alieno vulnere egrotabat. Unde semper necesse est vt cum peccatores quosq; cōspicim⁹/ nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus: qui fortasse in similibus aut lapsi sumus/ aut labi possumus

Magdalena habuit septem demonia.

E

Magdalene penitentia fuit perfecta.

F

Sacerdotes etiam iusti subiectos nō despiciant.

Peccatores dū cōspicimus nosmetipsos defleam⁹.

G

si lapsi nõ sumus. Et si censura magisterij debet semper virtute discipline vitia persequi: oportet tamen vt sollicite discernamus / quia districtionem debemus vitijs / compassionem nature. Si enim feriendus est peccator / nutriendus est proximus. Cũ vero iam per penitentiã percutit ipse quod fecit: iam noster proximus peccator non est: quia cum dei iustitiã contra se dirigit / et hoc in se punit quod iustitia diuina reprehendit. Sed iam iste superbus et arrogans qua sententia conuincatur / audiamus. De duobus quippe et debitoribus paradigma opponitur / quorũ vnus minus / et alius amplius debebat. vtro runq; debito dimisso / quis amplius largitorẽ debiti diligat: interrogatur. Quibus verbis protinus ille respõdit. [Ille plus diligit: cui plus dimittitur.] Qua in re notandũ est quia dum sua sententia phariseus conuincitur: quasi phreneticus funem portat vnde ligetur. Enumerantur ei a dño bona peccatricis mulieris: et enumerantur mala falsi iusti: cum dicitur. [Intraui in domũ tuã: aquã pedibus meis non dedisti. Hec autem lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum mihi nõ dedisti: hec autem ex quo intraui / non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos.] Post enumerationẽ vero subinfertur sententia: [Propter quod dico tibi: Re-

H

mittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum.]

Dilectio ẽ ignis: & culpa rubigo

Quid fratres mei esse dilectionẽ credim⁹ / nisi ignem: et quid culpã / nisi rubiginẽ? Unde nũc dicit: Remittunt ei peccata multa: quia dilexit multum. Ac si aperte diceretur. Incendit plene peccati rubiginẽ: quia ardet valde per amoris ignem. Tanto namq; amplius peccati rubigo cõsumitur: quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Ecce ea que ad medicum venerat egra / sanata est: sed de salute eius adhuc alij egrotant. Nam simul discũbentes cõquesti sunt intra se / dicẽtes: [Quis est hic qui etiã peccata dimittit?] Sed celestis medicus egros nõ despicit: quos etiã de medicamento fieri deteriores videt. Eã aũt quã sanauerat / p pietatis sue sententiã cõfirmat / dicẽs. [Fides tua te saluã fecit: vade in pace.] Fides etenĩ ei⁹ saluã eam fecit: quia hoc quod petijt: posse se accipere non dubitauit. Sed ipsam quoq; spei certitudinẽ iam ab illo acceperat: a quo per spẽ etiã salutem querebat. In pace aũt ire precipit: vt a veritatis itinere i viam scandali vlterius nõ diriuetur.

Luce. j.

Unde et per Zachariã dicitur: Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Tunc enĩ gressus nostros in viam pacis dirigimus: quando per illud actionũ iter pergimus / in quo ab auctoris nostri gratia non discordamus. Hec itaq; fratres charissimi historica expositione transcurrimus: nunc verbũ si placeat / ea que dicta sunt: mystico intellectu discramus. Quem namq; phariseus de falsa iustitia presumẽs / nisi iudaicum populum: quẽ

I

peccatrix mulier ad vestigia domini veniens et plorans: nisi conuersam gentilitatem designat? Que cum alabastro venit: vnguentum fudit: retro secus pedes domini stetit: lachrymis pedes rigauit / capillis tersit: eosdẽq; quos infundebat et tergebat / pedes osculari non desijt. Nos ergo nos illa mulier expressit / si toto corde ad dominũ post peccata redeamus: si eius penitentie luctus imitemur. Quid nãq; vnguento / nisi bone odor opinionis exprimit? vnde et Paulus dicit. Christi bon⁹ odor sumus deo in omni loco. Si ergo recta opera agimus: quibus opinionib⁹ boni odoris ecclesiam respergam⁹:

ij. Cor. ij.

quid in dñi corpore nisi vnguentũ fundimus? Sed sec⁹ pedes iesu mulier stetit. Contra pedes enĩ dñi stetim⁹ / cũ in peccatis positi / eius itinerib⁹ renitebamur. Sed si ad veram penitentiã post peccata conuertimur: iam retro secus pedes stamus: quia eius vestigia sequimur / quem impugnabamus. Lachrymis mulier pedes eius rigat. Quod nos quoq; veraciter agim⁹: si quibuslibet vltimis membris dñi per compassionis affectũ inclinamur / si sanctis eius in tribulatione cõpatimur: si eorum tristitiã / nostrã putamus. Capillis mulier pedes quos

Capilli denotant abũdantẽ terrenam substãtiã.

rigauerat / tersit. Capilli quippe superflua sũt corpori. Et quid abundans terrena substantia: nisi capillorũ speciẽ tenet? Que dum ad vsum necessitatis superfluit / etiam abscisa nõ sentitur. Capillis ergo pedes dñi tergimus: quando sanctis eius quibus ex charitate compatimur / etiam ex his que nobis superfluũt / miseremur: quatinus sic mens per cõpassionẽ doleat / vt etiam larga manus affectũ doloris ostendat. Rigat nãq; lachrymis redemptoris pedes / sed capillis non tergit: qui vtcũq; proximorũ dolori compatitur: sed tamen eis ex his que sibi superfluũt / non miseretur. Plorat et non tergit: qui ver-

K

ba quidem doloris tribuit: sed non ministrando que desunt / vim doloris minime abscindit. Osculatur mulier pedes quos tergit. Quod nos quoq; plane agim⁹ / si studiose diligimus quos ex largitate sustinemus: ne grauis nobis sit necessitas proximi: ne ipsa nobis eius indigentia que sustentatur / fiat onerosa: et cum manus necessaria tribuit: animus a dilectiõe torpescat. Potest quoq; per pedes ipsum mysteriũ incarnationis eius intelligi: per quod diuinitas terram tetigit / quia carnẽ sumpsit. Uerbum enĩ caro factũ est: et habitauit in nobis. Osculamur ergo redemptoris pedes / cum mysterium incarnationis eius ex toto corde diligim⁹. Unguento pedes vngimus: cum ipsam humanitatis eius potentiam sacri eloquij bona opinione predicamus. Sed hoc phariseus videt: et inuidet: quia cum iudaicus populus gentilitatem deum predicare conspicit: suis apud se malitia tabescit. Sed redemptor noster facta eiusdẽ mulieris / quasi bona gẽtilitatis enumerat: vt in quo malo iudaicus populus iaceat: agnoscat. Nam sic phariseus retunditur: vt per eum (sicut diximus) perfidus ille populus ostendatur. [Intraui in domũ tuam: aquam pedib⁹ meis nõ dedisti: hec aũt lachrymis rigauit pedes meos.] Aqua quippe extra nos est: lachrymarum humor intra nos: quia videlicet infidelis ille populus / nec ea que extra se erãt:

Joan. j.

Pedes redẽptoris quãdo dicimur osculari.

L

vnq; pro domino tribuit: cõuersa autem gentilitas pro eo non solum rerum substantiã dedit / sed etiam sanguinem fudit. [Osculum mihi non dedisti: hec autẽ ex quo intraui / nõ cessauit osculari pedes meos.] Osculũ quippe / dilectiõis est signum. Et infidelis ille populus deo osculum nõ dedit / quia ex charitate eum amare noluit: cui ex timore seruiuit. Uocata autem gentilitas / redemptoris sui vestigia osculari non cessat: quia in eius amore continuo suspirat. Unde et sponse voce de eodem redemptore suo in canticis cãticorum dicitur: Osculetur me osculo oris sui. Osculum recte conditoris sui desiderat: que se ei obsequi per amorẽ parat. [Oleo caput meũ non vnxisti.] Si pedes dñi / mysteriũ incarnationis ei⁹ accipimus: congrue per caput illius ipsa diuinitas designatur. Unde et per Paulum dicitur: Caput christi, deus. In deo quippe / et non in se / quasi in homine credere iudaicus populus fatebatur. Sed pharisco dicit. Oleo caput meum non vnxisti: quia ipsam quoq; diuinitatis eius potentiã / in qua se iudaicus populus credere spopondit: digna laude predicare neglexit. [Hec autem vnguento vnxit pedes meos.] quia dum incarnationis ei⁹ mysterium gentilitas credidit: summa laude etiã eius ima predicauit. Sed iam redemptor noster enumerata

Canti. j.

j. Cor. xj.

M

bona concludit: cum per sententiã subdit: [Propter qđ dico tibi: remittuntur ei peccata multa: quoniã dilexit multum.] Ac si aperte dicat. Et si durũ est valde quod coquitur: abundat tamẽ amoris igne quo etiam dura consumuntur. Libet inter hec consideratione tante pietatis intueri. Peccatricis mulieris opa / sed penitẽtis: qua estimatione veritas apud se seruat / que eis aduersario sub tanta distributiõe enumerat. Ad pharisei prandium dñs discũbebat: sed apud penitentẽ mulierem mẽtis epulis delectabatur. Apud phariseũ veritas pascebatur foris: apud peccatricem mulierem (sed tñ conuersam) pascebatur intus. Unde et ei sctã ecclesia / quã sub specie hinnuli ceruorũ querit: in canticis cãticorũ dicit. Indica mihi quẽ diligit anima mea: vbi pascas: vbi cubes in meridie. Ceruorũ quippe hinnulus / dñs appellatur: iuxta assumptam carnem / antiquorũ filius patrum. Feruentior vero in meridie estus ardescit: et vmbrosum locum hinnulus querit: quẽ estus igne non afficit. Illis ergo cordibus dñs requiescit: que amor presentis seculi non incẽdit: que carnis desideria non exurunt: que incensa suis ariditatibus in huius mundi concupiscentijs non arescunt. Unde et marie dicit: Spiritussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Umbrosa ergo loca in meridie ad pascẽdum hinnulus querit: quia talibus mentibus dñs pascitur: que per respectum gratie temperate / corporalibus desiderijs non

Redemptor apud phariseũ fuit past⁹ intus & foris.

Canti. j.

Ceruorũ hinnulus appellat dñs.

Luce. j.

A

vrantur. Plus ergo penitens mulier pascebat intus: ꝙ pharise⁹ dñm pascebat foris: q ab estu carnaliũ quasi hinnulus redẽptor noster ad illi⁹ mentẽ fugerat: quam post viciorũ ignem/penitẽtie vmbra temperabat. Pensemus quante pietatis fuerit: peccatricẽ mulierẽ non solum ad se admittere: sed etiã ad tangendũ pedes prebere. Consideremus gratiã misericordie dei: ⁊ dãnem⁹ multitudinẽ reatus nostri. Ecce peccatores videt/et sustinet: resistentes tolerat: et tamen quotidie per euangeliũ clemẽter vocat. Confessionẽ nostrã ex puro corde desiderat: et cũcta que delinquimus relaxat. Temperauit nobis districtionẽ legis/misericordia redemptoris. In illa quippe scriptũ est. Si quis hec vel illa fecerit morte moriatur. Si quis hec vel illa fecerit: lapidib⁹ obruatur Apparuit cõditor noster in carne: confessioni peccatorũ non penã/ sed vitã promittit. mulierẽ sua vulnera confitentẽ suscipit: ⁊ sanam dimittit. Inflexit ergo ad misericordiã duritiã legis: ex quos iusse illa dãnat: ipse misericorditer liberat. Unde bene quoq; in lege scriptũ est/ quia man⁹ moysi erant graues. sumẽtes ergo lapidẽ/posuerũt subter/in quo sedit. Aaron autẽ et vr sustentabãt man⁹ eius. Moyses quippe sedit in lapide: cum lex requieuit in ecclesia. Sed hec eadem lex man⁹ graues habuit: quia peccãtes quosq; non misericorditer pertulit: sed seuera districtione percussit. Aaron vero mons fortitudinis: vr autẽ ignis interpretatur. Quẽ itaq; mons iste

Pctõres dñs videt et sustinet.

Exo.xix. et leui.xx.

Exo.xvij.

B

fortitudinis signat: nisi redemptorẽ nostrũ: de quo per prophetã dicitur: Erit in nouissimis dieb⁹ preparatus mons domus dei in vertice montiũ. Aut quis per ignẽ/ nisi spiritusctũs figuratur: de quo idem redemptor dicit: Ignẽ veni mittere in terram. Aaron ergo et vr graues man⁹ moysi sustinẽt: atq; sustentando leuiores reddunt: quia mediator dei et hominũ cũ igne sancti spiritus veniens/mandata legis grauia/ que dũ carnaliter tenerentur/portari non poterãt: tolerabiliora nobis per spiritalẽ intelligentiã ostendit. Quasi enĩ manus moysi leues reddidit: quia pondus mandatorum legis ad virtutem confessionis retorsit. Hanc nobis sequẽtibus misericordie promissionẽ innuit: cũ per prophetã dicit: Nolo mortẽ peccatoris: sed vt cõuertatur et viuat. Hic iterum sub iudee specie vnicuiq; peccatrici anime dicitur: Si dereliquerit vir vxorẽ suam: ⁊ illa recedens duxerit virum alterũ nunquid reuertetur ad eam vltra: nunq̃d non polluta et cõtaminata erit mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis: verũtamen reuertere ad me/ dicit dñs. Ecce paradigma turpis mulieris dedit. Ostẽdit q̃ post turpitudinẽ recipi nõ possit. Sed hoc ipsum paradigma quod protulit/ per misericordiã vincit: cum dicit fornicantem mulierem recipi nequaq̃ posse: et tamen ipse fornicantem animam vt recipiat expectat. Pensate fratres pondus tante pietatis. Dicit quod fieri non potest: et demonstrat quia hoc ipse facere

Esaie.ij.

Luce.xij.

Eze.xviij.

Hier.iij.

C

etiam contra morẽ potest. Ecce vocat: et quos inquinatos denũciat/hos etiam amplecti querit: a quib⁹ desertum esse sequeritur. Nemo ergo tante misericordie tempus perdat: nemo oblata remedia diuine pietatis abijciat. Ecce superna benignitas auersos nos reuocat: et nobis reuertẽtibus/ sue clemẽtie sinũ aperit. Unusquisq; ergo penset quo debito constringitur: quãdo illũ deus expectat/ne contemptus exasperetur. Qui ergo permanere noluit/redeat: qui stare contẽpsit/saltẽ post lapsum surgat. Quãto nos amore conditor noster expectat/insinuat: cũ per prophetã dicit: Attendi et auscultaui: nemo quod bonũ est loquitur. Non est qui recogitet in corde suo et dicat/quid feci? Certe nunq; cogitare mala debuimus. Sed quia cogitare recta noluimus: ecce adhuc sustinet/vt recogitemus. Uidete tante pietatis sinũ: cõsiderate apertum vobis misericordie gremium. Quos male cogitantes perdit: bene recogitantes querit. Ad vos ergo fratres charissimi/ad vos oculos mẽtis reducite: et penitẽtem peccatricẽ mulierẽ in exemplũ vobis imitationis attẽdite. Quecunq; vos in adolescẽtia/ quecunq; in iuuentute deliquisse meministis/ deflete: morum operũq; maculas lachrymis tergite. Amemus iam redemptoris nostri vestigia: que peccando cõtempsimus. Ecce (vt diximus) ad recipiẽdos nos superne pietatis sinus aperitur: nec maculosa in nobis vita contẽnitur. Per hoc quod inquinationẽ nostram perhorrescimus: interne iam munditie concordamus. Reuertentes nos dñs clemẽter amplectitur: quia peccatorũ vita ei esse indigna iam non potest: que fletib⁹ lauatur in christo Iesu dño nostro: qui viuit ⁊ regnat cum patre deus in vnitate sancti spiritus per omnia secula seculorum. Amen.

Misericordie tps nemo pdat.

Hier.viij.

Adolescẽtie ⁊ iuuẽtutis pctã deflẽant⁹.

D

¶ Lectio sancti euangelij sm̃ Lucam.

IN illo tempore. Erant appropinquantes ad Jesum publicani et peccatores: vt audirent illum. Et murmurabant scribe et pharisei/ dicentes: quia hic peccatores recipit/⁊ manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam/ dicens: Quis ex vobis homo qui habet centum oues: et si perdiderit vnam ex illis/ nõne dimittit nonagintanouẽ in deserto: et vadit ad illam que perierat/ donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam/ imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum/conuocat amicos et vicinos/ dicens illis: Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam que perierat. Dico vobis ꝙ ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitẽtiam agente: ꝙ super nonagintanouem iustis: qui non indigent penitẽtia. Aut que mulier habens dragmas decem: et si perdiderit dragmam vnam: nonne accendit lucernam/et euertit domum: et querit diligenter donec inueniat? Et cum inuenerit: conuocat amicas et vicinas dicens. Congratulamini mihi: quia inueni dragmam quam perdideram. Ita dico vobis. Gaudium erit in celo coram angelis dei: super vno peccatore penitentiã agente.

Luce.xv.

E

¶ Homilia lectionis eiusdẽ habita ad populum in basilica beatorum Joannis et Pauli: dominica tertia post Trinitatem.

Homilia.xxxiiij.

ESTiuum tempus quod corpori meo valde cõtrariũ est: loqui me de expositione euangelij lõga mora interueniente prohibuit. Sed nunquid quia lingua tacuit/ardere charitas cessauit? Hoc etenĩ dico quod apud se vestrũ vnusquisq; recognoscit. Plerunq; charitas quibusdam occupationibus prepedita/ et intus flagrat in corde: et tamen non mõstratur in opere: quia et sol cum nube tegitur: non videtur in terra: et tamẽ ardet in celo. Sic sic esse occupata charitas solet: et intus vim sui ardoris exercet: ⁊ foris flammas operis non ostendit. Sed quia nunc ad loquendũ tempus rediit: vestra me studia accendunt: vt mihi tanto amplius loqui libeat/ quanto hoc vestre mentes desiderabilius expectant. Audistis namq; in lectione euangelica fratres mei/ quia peccatores et publicani accesserunt ad redemptorem nostrum: ⁊ non solum ad colloquendũ/sed etiam ad conuescendũ recepti sunt. Quod videntes pharisei dedignati sunt. Ex qua re colligite/ quia vera iustitia compassionem habet: falsa iustitia dedignationẽ. Quãuis et iusti soleant recte peccatoribus dedignari. Sed aliud est quod agitur typo superbie: aliud quod zelo discipline. Dedignãtur etenĩ/sed non dedignantes: desperant/sed non desperantes: persecutionẽ commouent/ sed amantes: quia etsi foris increpationes per disciplinã exaggerãt/ intus tamen dulcedinem per charitatẽ seruant. Preponunt sibi in animo ipsos plerũq; quos corrigunt: meliores estimant eos quoq; quos iudicant. Quod videlicet agentes/et per disciplinã subditos/et per humilitatem custodiunt semetipsos. At contra hi qui de falsa iustitia superbire solẽt: ceteros quosq; despiciunt: nulla infirmãtibus misericordia condescẽdunt: ⁊ quo se peccatores esse nõ credunt/eo deteri⁹ peccatores fiunt. De quorũ profecto numero pharisei extiterãt: qui diiudicãtes dñm q peccatores susciperet: arẽti corde ipsum fontẽ misericordie reprehendebãt.

Charitas in plat(is) nõ cesset etiã lingua tacẽte.

F

Iustitia vera cõpassionẽ habet.

Iustitiã falsam habentes alios despiciunt.

G Sed quia egri erant/ita vt egros se esse nescirent:quatinus quod erant agnoscerent:celestis eos medicus blandis fomentis curat:benignū paradigma obijcit:et in eorum corde vulneris tumorem premit. Ait nāq;. [Quis ex vobis homo qui habet centum oues:et si perdiderit vnam ex illis:nōne dimittit nonagintanouē in deserto: et vadit ad illam que perierat?] Ecce mira dispēsatione pietatis/similitudine veritas dedit:quam et in se homo recognosceret: et tamen hec specialiter ad ipsum auctorem hominū pertineret. Quia enī centenarius perfectus est numerus:ipse centum oues habuit:cum angelorum substātiam et hominū creauit. Sed vna ouis tunc perijt:quando peccando homo pascua vite dereliquit. Dimisit autem nonagintanouē oues in deserto: quia illos summos angelorū choros reliquit in celo. Cur autē celum desertum vocatur: nisi q̄ desertum dicitur derelictum? Tunc autē celum homo deseruit:cū peccauit. In deserto autem nonagintanouē oues remanserant:quando in terra dn̄s vnā ouem querebat: quia rationalis creature numerus/ angelorū videlicet et hominū/ qui ad videndum deū cōditus fuerat:pereunte homine/erat imminutus: et vt perfecte summa ouiū redintegraret in celo:homo perditus querebatur in terra. Nam quod hic euāgelista dicit:in deserto/alius dicit/in mōtibus:vt significet in excelsis:quia nimirū oues que non perierāt/ in sublimibus stabant. [Et cum inuenerit ouē:imponit in humeros suos gaudens.] Quem in humeris suis imposuit:quia humanā naturā suscipiens/peccata nostra ipse portauit. [Et veniens domum/conuocat amicos et vicinos/dicens eis: Congratulamini mihi: quia inueni ouem meā que perierat.] Inuēta oue domum redit: quia pastor noster reparato homine ad regnū celeste rediit. Ibi amicos et vicinos inuenit: illos videlicet angelorū choros qui amici eius sunt: quia voluntatē eius cōtinue in sua stabilitate custodiunt. Vicini quoq; eius sunt: quia claritate visionis illius sua assiduitate perfruūtur. Et notandū q̄ non dicit/cōgratulamini inuēte oui/sed mihi:quia videlicet eius gaudium est vita nostra. Et cum nos ad celum reducimur: solennitatē letitie eius implemus. [Dico vobis q̄ ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitētiā agēte:q̄ sup nonagintanouē iustis: qui non indigent penitētia.] Cōsiderandū nobis est fratres mei/cur dn̄s plus de cōuersis pctōribus/q̄ de stantibus iustis in celo gaudiū esse fateatur. Unde hoc nisi q̄ ipsi per quotidianū visionis experimētum nouimus: quia plerūq; hi qui nullis se oppressos peccatorū molibus sciunt: stant quidem in via iustitie: nulla illicita perpetrant:sed tamen ad celestem patriā anxie non anhelant: tantoq; sibi in rebus licitis vsum prebent: quāto se perpetrasse nulla illicita meminerunt. Et plerūq; pigri remanent ad exercenda bona precipua: quia valde sibi securi sunt: q̄ nulla cōmiserint mala grauiora. At contra nōnunq̄ hi qui se aliqua illicita egisse meminerūt: ex ipso suo dolore cōpuncti/inardescunt in amorē dei:seseq; in magnis virtutibus exercent: cuncta difficilia sancti certaminis appetunt:omnia mundi derelinquūt: honores fugiunt:acceptis contumelijs letantur:flagrant desiderio:ad celestem patriam anhelant: et quia se errasse a deo considerāt: damna precedentia lucris sequentibus recompēsant. Maius ergo de peccatore conuerso/q̄ de stante iusto gaudiū fit in celo:quia et dux in prelio plus eum militē diligit/qui post fugam reuersus/hostem fortiter premit:q̄ illū qui nunq̄ terga prebuit/et nunq̄ aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam amplius terram amat/que post spinas/vberes fruges profert:q̄ eā que nunq̄ spinas habuit/et nunq̄ fertilē messem produxit. Sed inter hec sciendū est:quia sunt plerīq; iusti in quorum vita tātum est gaudium/ vt eis quelibet peccatorū penitentia preponi nullatenus possit. Nam multi et nullorum sibi malorū sunt conscij:et tamen in tanti ardoris afflictione se exercēt:ac si a peccatis omnibus coangustentur. Cuncta etiā licita respuūt: ad despectum mūdi sublimiter accendunt:licere sibi nolūt omne quod libet. Bona sibi amputant etiā concessa: contēnunt visibilia: inuisibilibus accendunt:lamentis gaudent. In cūctis semetipsos humiliant:et sicut nonnulli peccata operum: sic ipsi cogitationū peccata deplorant. Quid itaq; istos dixerim nisi et iustos et penitentes:qui se et in penitentia de peccato cogitationis humiliāt:et recti semper in opere perseuerāt. Hinc ergo colligendū est: q̄ntum deo gaudium faciat:quādo humiliter plangit iustus: si facit in celo gaudium/quando hoc quod male gessit / per penitentiā damnat iniustus. Sequitur. [Aut que mulier habens dragmas decem:et si perdiderit dragmā vnā: nonne accendit lucernā/et euertit domū:et querit diligēter donec inueniat dragmā quam perdiderat?] Qui signatur per pastorē:ipse et per mulierē. Ipse etenī deus: ipse et dei sapientia. Et quia imago exprimitur in dragma: mulier dragmā perdidit:quādo homo qui conditus ad imaginē dei fuerat:peccando a similitudine sui cōditoris recessit. Sed accēdit mulier lucernā:quia dei sapiētia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumē in testa est. lumē vero in testa/est diuinitas in carne. De qua videlicet testa sui corporis dicit ipsa sapientia: Exaruit velut testa virtus mea. Quia enim testa in igne solidatur:eius virtus sicut testa exaruit: quia assumptā carnē ad resurrectionis gloriam ex passionis tribulatione roborauit. Accensa autē lucerna euertit domum:quia mox vt eius diuinitas per carnē claruit:omnis se nostra conscientia concussit. Domus nāq; euertitur: cū consideratione reatus sui humana conscientia perturbatur. Qui euersionis sermo non discrepat ab eo quod in alijs codicibus legitur: emundat: quia nimirum praua mens si non prius per timorem euertitur:ab assuetis vitijs non emūdatur. Euersa ergo domo inuenitur dragma: quia dum perturbatur conscientia hominis: reparatur in homine similitudo conditoris. [Et cū inuenerit: cōuocat amicas et vicinas suas / dicens: Congratulamini mihi quia inueni dragmam quam perdideram.] Que amice vel vicine/nisi ille potestates celestes sunt/iam superius dicte: Que tanto superne sapientie iuxta sunt: quanto ei per gratiam continue visionis appropinquant. Sed inter hec nequaq̄ relinquere negligenter debemus: cur ista mulier per quam dei sapientia figuratur:decem dragmas habuisse perhibetur:ex quibus vnā perdidit:quā cum quereret/inuenit. Angelorū quippe et hominū naturam/ad cognoscendū se dn̄s condidit:quā dū cōsistere ad eternitatē voluit: eam proculdubio ad suam similitudinē creauit. Decem vero dragmas habuit mulier: quia nouem sunt ordines angelorum. Sed vt compleretur electorū numerus:homo decimus est creatus: qui a conditore suo nec post culpam perijt: quia hunc eterna sapientia per carnem miraculis coruscans ex lumine testae reparauit. Nouem vero angelorū ordines diximus: quia videlicet esse testante sacro eloquio scimus angelos archangelos/virtutes/potestates / principatus / dominationes/thronos/cherubin/atq; seraphin. Esse namq; angelos et archangelos/pene omnes sacri eloquij pagine testantur. Cherubin vero atq; seraphin sepe (vt notū est) libri prophetarū loquūtur. Quattuor quoq; ordinū nomina paulus apostolus ad ephesios enumerat/dicēs Supra omnē principatū/et potestatē/et virtutē / et dominationē. Qui rursus ad colossenses scribens ait: Siue throni/siue dn̄ationes/siue principatus/siue potestates. Dn̄ationes vero et principatus ac potestates iā ad ephesios loquens descripserat:sed ea quoq; colossensibus dicturus/premisit thronos /de quibus necdū quicq̄ fuerat ephesijs locutus. Dū ergo illis quattuor que ad ephesios dixit.i. principatibus/potestatibus/virtutibus atq; dn̄ationibus coniūguntur throni : quinq; sunt ordines qui specialiter exprimuntur. Quibus dum angeli et archangeli/cherubin atq; seraphin adiuncta sunt :procul dubio nouem esse angelorū ordines inueniūtur. Unde et ipsi angelo qui primus est conditus/per prophetā dicitur: Tu signaculū similitudinis / plenus sapientia/et perfectus decore/in delicijs paradisi dei fuisti. Ubi notādū est q̄ nō ad similitudinē dei factus / sed signaculū similitudinis dicitur:vt quo in eo subtilior est natura: eo in illo imago dei similius insinuetur expressa. Quo in loco mox subditur : Omnis lapis preciosus operimētum tuum. Sardius/topazius/et iaspis/chrysolitus/ onyx/ et berillus/sapphirus/carbunculus/ et smaragdus. Ecce nouē dixit nola lapidū:quia profecto nouem sunt ordines angelorū. Quibus nimirū ordinibus ille primus angelus ideo ornatus et opertus extitit : quia dū cūctis agminibus angelorū prelatus est/ex eorū comparatione clarior fuit.

Numerus cētenarius est pfectus. Ouis q̄ perierat fuit homo.

Matth. xviij.

Oue inuēta redit domū pastor.

Pctōres aliqui qui se aliq̄ illicita egisse meminerunt optimi q̄nq; efficiuntur.

Terra spinosa q̄nq; plus amatur q̄ illa que nunq̄ spinas habuit.

Dragma mulier perdit quid signat.

Ps. xxj.

Domus q̄n dr̄ euerti. Cōscientia hōis dum perturbat in eo similitudo cōditoris reparatur.

Angelorū ordines sūt nouē.

ad ephe.j.

Colos.j.

Ezech. xxviij.

Ibidem. Lapides nouē preciosi/nouē angelorū ordines signant.

A Sed cur istos persistentium angelorum choros enumerando perstringimus: si non eorum quoque ministeria subtiliter exprimamus? Greca etenim lingua angeli nuncii: archangeli vero summi nuncii vocantur. Sciendum vero quod angelorum vocabulum nomen est officii non nature. Nam sancti illi celestis patrie spiritus, semper quidem sunt spiritus: sed semper vocari angeli nequaquam possunt: quia tunc solum sunt angeli: cum per eos aliqua nunciantur. Unde et per psalmistam dicitur: Qui facit angelos suos spiritus. Ac si patenter dicat: Qui eos quos semper habet spiritus: etiam cum voluerit angelos facit. Hi autem qui minima nunciant: angeli: qui vero summa annunciant archangeli vocantur. Hinc est enim quod ad mariam virginem non quilibet angelus, sed gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum angelum venire dignum fuerat: qui summum omnium nunciabat. Qui idcirco etiam privatis nominibus censentur: ut signetur per vocabula etiam in operatione quid valeant. Neque enim in illa sancta civitate quam de visione omnipotentis dei plena scientia perficit: idcirco propria nomina sortiuntur, ne eorum persone sine nominibus sciri non possint: sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt: apud nos etiam nomina a ministeriis trahunt. Michael namque quis ut deus: Gabriel autem fortitudo dei: Raphael vero dicitur medicina dei. Et quotiens mire virtutis aliquid agitur: michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu et nomine detur intelligi: quia nullus potest facere: quod facere prevalet deus. Unde et ille antiquus hostis qui deo esse per superbiam similis concupiuit, dicens: In celum conscendam: super astra celi exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium: similis ero altissimo: dum in fine mundi in sua virtute relinquetur extremo supplicio perimendus: cum michaele archangelo preliaturus esse perhibetur sicut per ioannem dicitur: Factum est prelium cum michaele archangelo. ut qui se ad dei similitudinem superbus extulerat, per michaelem peremptus discat: quia ad dei similitudinem per superbiam nullus exurgat. Ad mariam quoque gabriel mittitur: qui dei fortitudo nominatur. Illum quippe nunciare veniebat: qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per psalmistam dicitur: Tollite portas principes vestras: et elevamini porte eternales, et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? Dominus fortis et potens, dominus potens in prelio. Et rursum: Dominus virtutum ipse est rex glorie. Per dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum dominus, et potens in prelio contra potestates aereas ad bella veniebat. Raphael quoque interpretatur (ut diximus) medicina dei: quia videlicet dum Thobie oculos quasi per officium curationis tetigit: cecitatis eius tenebras tersit. Qui ergo ad curandum mittitur: dignum videlicet fuit ut dei medicina vocaretur. Sed quia angelorum nomina interpretando perstrinximus: nunc superest ut ipsa officiorum vocabula breviter exequamur. Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus: per quos signa et miracula frequentius fiunt. Potestates etiam vocantur hi qui hoc potentius ceteris in suo ordine perceperunt, ut eorum ditioni virtutes adverse subiecte sint: quorum potestate refrenantur ne corda hominum tantum temptare prevaleant: quantum volunt. Principatus etiam vocantur: qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus presunt: qui subiectis aliis dum quecumque sunt agenda disponunt, eis ad explenda divina ministeria principantur. Dominationes autem vocantur: qui etiam potestates principatuum dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari est inter reliquos priorem existere. dominari vero est etiam subiectos quosque possidere. Ea ergo angelorum agmina que mira potentia preeminent: pro eo quod eis ceteri ad obediendum subiecti sunt, dominationes vocantur. Throni quoque illa agmina sunt vocata, quibus ad exercenda iudicia semper deus omnipotens presidet. Quia enim thronos latino eloquio sedes dicimus: throni dei dicti sunt hi qui tanta divinitatis gratia replentur, ut in eis dominus sedeat: et per eos sua iudicia decernat. Unde et per psalmistam dicitur: Sedes super thronum, qui iudicas equitatem. Cherubin quoque plenitudo scientie dicitur. Et sublimiora illa agmina idcirco cherubin vocata sunt: quia tanto perfectiori scientia plena sunt: quanto claritatem dei vicinius contemplantur: ut secundum creature modum, eo plene omnia sciant: quo visioni conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphin etiam vocantur illa spirituum sanctorum agmina: que ex singulari propinquitate conditoris sui incomparabili ardent amore. Seraphin namque ardentes vel incendentes vocantur. Que quia ita deo coniuncta sunt: ut inter hec et deum nulli alii spiritus intersint: tanto magis ardent: quanto hunc vicinius vident. Quorum profecto flamma amor est: quia quo subtilius claritatem divinitatis eius aspiciunt: eo validius in eius amore flammescunt. Sed quid prodest nobis de angelicis spiritibus ista perstringere: si non studeamus hec etiam ad nostros profectus congrua consideratione derivare? Quia enim superna illa civitas ex angelis et hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere: quantos illic contigit electos angelos remansisse: sicut scriptum est: Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum dei: debemus et nos aliquid ex illis distinctionibus supernorum civium ad usum nostre conversationis trahere: nosque ipsos ad incrementa virtutum bonis studiis inflammare. Quia enim illuc tanta ascensura creditur multitudo hominum: quanta multitudo remansit angelorum: superest ut ipsi quoque homines qui ad celestem patriam redeunt: ex eis agminibus aliquid illuc revertentes imitentur. Distincte namque conversationes hominum singulorum agminum ordinibus congruunt: ut in eorum sortem per conversationis similitudinem deputentur. Nam sunt plerique qui parva capiunt: sed tamen hec eadem parva pie annunciare fratribus non desistunt. Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli qui divine largitatis munere refecti, secretorum celestium summa et capere prevalent et nunciare. Quo ergo isti, nisi inter archangelorum numerum deputantur? Et sunt alii qui mira faciunt: signa valenter operantur. Quo ergo isti, nisi ad supernarum virtutum sortem et numerum congruunt? Et sunt nonnulli qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant: eosque virtute orationis et vi accepte potestatis eiciunt. Quo itaque isti meritum suum, nisi inter potestatum celestium numerum sortiuntur? Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt: cumque et bonis meliores sunt: electis quoque fratribus principantur. Quo ergo isti sortem suam nisi inter principatuum numeros acceperunt? Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis vitiis, omnibusque desideriis dominantur: ut ipso iure munditie, dii inter homines vocentur. Unde et ad Moysen dicitur: Ecce constitui te deum Pharaonis. Quo ergo isti, nisi inter numeros dominationum currunt? Et sunt nonnulli qui dum sibimetipsis vigilanti cura dominantur, dumque se sollicita intentione discutiunt, divino timori semper inherentes: hoc in munere virtutis acceperunt: ut iudicare recte et alios possint. Quorum profecto mentibus dum divina contemplatio presto est: in his velut in throno suo dominus presidens, aliorum facta examinat: et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni sui conditoris sunt? Vel quo nisi ad supernarum sedium numeros ascribuntur? Per quos dum sancta ecclesia regitur, plerumque de quibusdam suis infirmis actibus etiam electi iudicantur. Et sunt nonnulli qui tanta dei ac proximi dilectione pleni sunt: ut cherubin iure nominentur. Quia enim (ut prefati sumus) cherubin plenitudo scientie dicitur: et Paulo docente didicimus quia plenitudo legis est charitas: omnes qui dei et proximi charitate ceteris amplius pleni sunt: meritorum suorum sortem inter cherubin numeros perceperunt. Et sunt nonnulli qui superne contemplationis facibus accensi, in solo conditoris sui desiderio anhelant: nihil iam in hoc mundo cupiunt: solo eternitatis amore pascuntur: terrena queque abiciunt: cuncta temporalia mente transcendunt: amant et ardent: atque in ipso suo ardore requiescunt: amando ardent: loquendo et alios accendunt: et quos verbo tangunt: ardere protinus in dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphin dixerim: quorum cor in ignem conversum lucet et urit: quia et mentium oculos ad superna illuminant: et eos compungendo in fletibus vitiorum rubiginem purgant. Qui ergo ita ad amorem sui conditoris inflammati sunt: quo nisi inter seraphin numerum sortem sue vocationis acceperunt? Sed hec fratres charissimi me loquente, introrsus vos ad vosmetipsos reducite: secretorum vestrorum merita cogitationesque discutite. Videte si quid iam boni vobiscum intus agitis: videte si

Ps. ciij.

Luce. j. Gabriel archangelus quare fuit ad Mariam missus.

Michael Gabriel et Raphael qualiter interpretantur.

Esa. xiiij. B

Apoc. xij.

Ps. xxiij.

Ibidem.

Thob. ij.

Angelorum officia. C

Principari et dominari differunt.

Throni dicuntur sedes.

Ps. ix. Cherubin id est plenitudo scientie.

D Seraphin dicunt ardentes.

Homines ad celum cum angelis ascendere cupientes: ipsos angelos imitari debent. E

Exo. vij.

F

Ro. xiij. Charitas est plenitudo legis.

G

in numero hoꝝ agminum que breuiter tangēdo pstrin-
ximus/sortem vestre vocationis inuenitis. Ue autē ani-
me que in se de his bonis que enumerauim⁹/minime ali-
quid recognoscit. Eiq adhuc ve deteri⁹ imminet: si et
priuatam se donis intelligit: et nequaq̄ gemit. Quisqs

Gemend⁹ est qui nō gemit.

ergo talis est fratres mei: gemēdus est valde/quia non
gemit. Pensemus ergo accepte electoꝝ munera: et vir-
tute qua possumus/ad amorem tante sortis anhelemus.
Qui in se donorum gratiam minime recognoscit/gemat.
Qui vero in se minora cognoscit/alijs maiora non inui-
deat: quia et superne ille distinctiones beatoꝝ spirituum
ita sunt condite/vt alie alijs sint prelate. Fertur vero dio-

Angeli ſꝫ dionysiū vł visibili ter vł inui sibilit̄ mit tūt ad hu- mana sola tia.

nysius areopagita/antiquus videlicet ⁊ venerabilis pa
ter/dicere q ex minoꝝ angeloꝝ agminibus foras ad ex-
plēdum ministerium vel visibiliter vel inuisibiliter mit
tūtur: scꝫ q ad humana solatia aut angeli aut archāge-
li veniūt. Nam superiora illa agmina ab intimis nunq̄
recedūt: qm ea que preminēt/vsum exterioris ministe-
rij nequaq̄ habēt. Cui rei illud videtur esse cōtrarium

Esa. vj.

qd Esaias dicit: Et volauit ad me vnus de seraphin: et
in manu ei⁹ calculus quē forcipe tulerat de altari: et te-
tigit os meum. Sed in hac pphete sententia vult intel-
ligi/q ii spūs qui mittūtur/coꝝ vocabulum percipiūt/
quoꝝ officium gerunt. Qui enim vt peccata locutionis
incendat/de altari angel⁹ carbonem portat: seraphin vo-
catur: qd incēdium dr̄. Huic aūt sensui ⁊ illud creditur

H

non inconuenienter opitulari/qd per Danielem dicitur:

Dan. vij.

Milia milium ministrabant ei: et decies milies centena
milia assistebāt ei. Aliud nāq̄ est ministrare/aliud assi-
stere: q ij administrāt deo/qui ad nos nunciādo exeūt.
Assistunt vero/qui sic contēplatione intima perfruuntur:
vt ad explenda foras opera minime mittantur. Sed q
in quibusdam scripture locis quedā per cherubin/que-
dam vero per seraphin agi didicimus: vtrum per se hec fa
ciant: an per subiecta agmina agatur (que (sicut dicit̄)
in eo q a maioribus veniunt/maiorum vocabula sortiū
tur) nos affirmare nolumus/qd apertis testimonijs nō
approbamus. Hoc tamen certissime scimus quia ad ex-
plēdum de supernis ministerium alij spiritus alios mit

Zacha. ij. Angel⁹ an gelū mit- tit iterdū.

tunt: Zacharia scꝫ propheta testante/qui ait: Ecce an-
gelus qui loquebatur in me/egrediebatur: et ecce alius
angelus egrediebatur in occursum eius: et dixit ad eū:
Curre ⁊ loquere ad puerum illum dicēs: absq̄ muro ha
bitabitur hierusalem. Dum em̄ angelus ad angelum di
cit/curre ⁊ loquere: dubium non est q alius alium mit-
tit. Minora vero sunt que mittuntur: maiora que mittūt.
Sed hoc quoq̄ de ipsis agminibus que mittuntur cer-
tum tenemus: q et cum ad nos veniunt/sic exterius im-
plēt ministerium/vt tamen nunq̄ desint interi⁹ per con-
templationem. Et mittūtur igitur ⁊ assistūt: q etsi circū-
scriptus est angelicus spiritus: summus tamen spiritus

I

ipse/q de⁹ est/circūscriptus non est. Angeli itaq̄ et missi
et ante ipsum sunt: quia quolibet missi veniant: intra ip-
sum currunt. Sciēdum quoq̄ est: quia plerūq̄ ipsi bea-
torum spirituum ordines vicinorum sibi ordinū voca-
bula sortiunt. Thronos etenī. i. sedes dei/speciale bea-
torū spirituū ordinē diximus: et tamen per psalmistā di-

Ps. lxxix. Dñs qua- re dr̄ sede- re sup che- rubin.

citur. Qui sedes super cherubin/appare. quia videlicet
dum in ipsis distinctionibus agminū cherubin thronis
iungunt: sedere etiā super cherubin dñs ex vicini agmi-
nis equalitate perhibetur. Sic quippe in illa summa ci-
uitate specialia quedā singuloꝝ sunt: et tamen sunt com
munia omnibꝫ: ⁊ quod in se ex parte quisq̄ habet: hoc in
alio ordine totum possidet. Sed idcirco vno eodēq̄ vo
cabulo communiter non censentur: vt ille ordo vocari pri
uato vniuscuiusq̄ rei nomine debeat: qui hanc in mune-
re plenius accepit. Seraphin nāq̄ incendiū diximus: et
tū amore conditoris simul oēs ardent. Cherubin vero
plenitudinē scientie diximus: ⁊ tamen quis ibi aliquid
nesciat: vbi ipsum oēs simul fontem sciētie deum vidēt?

Fons sciē tie est de⁹.

Throni quoq̄ illa agmina quibus cōditor presidet/vo
cātur: sed beatus esse quis potest/nisi creator suus eius
menti presideat? Que ergo ex parte ab omnibus haben
tur: eis in priuato nomine data sunt: qui hec in munere
plenius acceperunt. Nam et si qua illic sic alij habent:
vt haberi ab alijs nequaq̄ possint: sicut speciali nomine
dñationes et principatus vocantur: cuncta ibi singulo-
rum sunt: quia per charitatē spiritus/ab alio in alijs ha-
bētur. Sed ecce dum celestiū ciuium secreta rimamur:

K

ab expositionis nostre ordine lōge digressi sumus. Su-
spiremus ergo ad eos de quibus loquimur/sed redea-
mus ad nos. Meminisse etenim debemus: quia caro su-
mus. Taceamus interim de secretis celi: sed ante con-
ditoris oculos/manu penitētie tergamus maculas pul-
ueris nostri. Ecce ipsa diuina misericordia pollicetur

Luce. xv. Ezech. xxxiij.

dicens: Gaudiū erit in celo super vno peccatore penitē-
tiam agente. ⁊ tamen per prophetā dñs dicit: Quia qua-
cūq̄ die iustus peccauerit: oēs iustitie eius in obliuione
erunt corā me. Pensemus si possumus dispensationē su-
perne pietatis: que stantibus/si ceciderint/minatur pe-
nam: lapsis vero vt surgere appetant/promittit miseri-
cordiam. Illos terret: ne presumant in bonis. illos refo-
uet: ne desperent in malis. Iustus es/iram pertimesce
ne corruas: peccator es/presume de misericordia vt surgas.
Ecce autem iam lapsi sumus: stare nequaq̄ valuimus:
in prauis nostris desiderijs iacemus. Sed qui nos con-
didit rectos: adhuc expectat et prouocat vt surgamus.
Sinū sue pietatis aperit: nosq̄ ad se recipere per penitē-
tiam querit. Sed penitentiā agere dignē nō possumus:

Peniten- tie diffini- tio.

nisi modū quoq̄ eiusdē penitētie cognoscamus. Peni-
tentiā quippe agere/est et perpetrata mala plangere: et
plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat/
vt tamen alia cōmittat: adhuc penitentiā agere aut dis-

L

Luxuriā fugere nō prodest si auritiā se quatur.

simulat/aut ignorat. Quid enī prodest si peccata quis
luxurie defleat: et tamen adhuc auaritie estib⁹ anhelat?
Aut quid prodest si ire culpas iā lugeat: ⁊ tamen adhuc
inuidie facibus tabescat? Sed minus est valde quod
diximus: vt qui peccata deplorat/ploranda minime cō-
mittat: et qui plangit vitia/perpetrare vitia timeat.
Nam cogitandum summopere est: vt qui se illicita me-
minit commisisse: a quibusdam etiam licitis studeat ab-
stinere: quatenus per hoc conditori suo satisfaciat: vt q
commisit prohibita: sibimetipsi abscidere debeat etiam
concessa: et se reprehendat in minimis: qui se meminit in
maximis deliquisse. Minima sunt que loquor: si hec ex

Exo. xx.

sacri eloquij testimonijs non affirmo. Lex certe veteris
testamenti alienam vxorē concupisci prohibet. A rege
vero fortia iuberi militibus/vel desiderari aquā/nō pe-

ij. Reg. xj

naliter vetat. Et cuncti nouimus q dauid concupiscen
tie mucrone transfixus/alienam coniugē et concupiuit

Dauid p penitētiā scelus suū correxit.

et abstulit. Cuius culpam digna verbera sunt secuta: et
malū quod perpetrauit/per penitētie lamenta correxit.
Qui cū longe post cōtra hostiū cuneos sederet/aquam
bibere de bethleemitica cisterna ex desiderio voluit. Cu
ius electi milites inter catervas aduersantium medias
erūpentes/aquam quā rex desiderauerat: illesi detule-
runt. Sed vir flagellis eruditus/semetipsum protinus
eo periculo militū aquā desiderasse reprehendit: eamq̄

j. Para. xj ij. Regū xxiij.

dño fundens libauit: sicut illic scriptū est: Libauit eam
dño. In sacrificiū quippe dñi effusa est aqua et conuer-
sa: quia culpam cōcupiscentie mactauit per penitentiā
reprehensionis sue. Qui ergo quondā cōcupiscere alie-

M

nam coniugē nequaq̄ timuit/post etiam quia aquā con
cupisset/expauit. Quia enī se illicita perpetrasse memi-
nerat: contra semetipsum iam rigidus/etiā a licitis ab-
stinebat. Sic sic agamus penitentiā/vt ea que commisi-
mus perfecte defleamus. Pensemus supernas diuitias
cōditoris nostri. Peccare nos vidit et pertulit. Qui nos
ante culpā peccare prohibuit: etiā post culpā expectare
ad veniā non desistit. Ecce ipse nos quē despeximus vo-
cat. Auersi ab illo sumus: et tamen nō auertitur. Unde

Esa. xxx.

bene per esaiā dicitur: Et erunt oculi tui videntes pre-
ceptorē tuum: et aures tue audient vocē post tergū mo-
nentis. Quasi in faciem suam homo monitus est: quan-
do ad iustitiā conditus/precepta rectitudinis accepit.
Sed cum hec eadem precepta cōtempsit: quasi condito-
ri suo dorsum mētis in faciē dedit. Sed ecce adhuc post
tergū sequitur et monet: quia iam et a nobis contēptus

Dorsum deo peccā- do ṽtim⁹: et iā nos sustinet.

est: et tamē nos adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum
ei in faciē dedimus: cuius verba despicimus: cuius pre-
cepta calcamus. Sed stans post tergū nos auersos re-
uocat: quia et videt q despicitur: et tamen per precepta
clamat: per patientiam expectat. Pensate ergo fratres
charissimi/si cuiuslibet vestrum loquēti famulus suus
subito superbiret: terga in faciē mitteret: nunqd nō contē-
ptus dñs ei⁹ superbiā feriret: vulnera districte aiaduer-

A

sionis infligeret. Ecce nos peccando auctori nostro terga in faciē dedimus: et tñ sustinemur. Supbe auersos benigne reuocat: et q̄ ferire nos auersantes potuit/ vt reuertamur/ munera promittit. Tanta ergo conditoris nostri misericordia duritiam nostri reatus emolliat: vt homo qui malū quod fecit/ experiri percussus poterat/ saltem expectatus erubescat. Rem fratres breuiter refero: quā viro venerabili maximiano tunc patre monasterij mei atq; presbytero/ nūc autē syracusano episcopo narrante cognoui. Hanc autē si solerter auditis: charitati vestre breuiter suffragari credo. Nostris modo temporib⁹ victorinus quidā extitit: qui alio quoq; nomine emilian⁹ appellatus est/ non inops substantie iuxta mediocritatē vite. Sed quia plerūq; regnat in rerum opulentia/ carnis culpe: in quodā facinore lapsus est: quod debuisset valde pertimescere: ac de sue mortis immanitate cogitare. Reatus ergo sui consideratione compunctus/ erexit se contra se: mundi huius omnia dereliquit: monasteriū petijt. In quo nimirū monasterio tāte humilitatis/ tanteq; sibi districtionis extitit: vt cūcti fratres qui illic ad amorem diuinitatis excreuerant/ suam cogerent virtutem despicere/ dū illius penitētiam viderent. Studuit nāq; toto mentis adnisu cruciare carnē: voluntates proprias frangere: furtiuas orationes querere: quotidianis se lachrymis lauare: despectū sui appetere: oblatā a fratrib⁹ venerationem timere. Hic itaq; nocturnas fratrū vigilias preuenire consueuerat. Et qr mons in quo monasterium situ est: ex vno latere in secretiore parte prominebat: illuc cōsuetudinē fecerat ante vigilias egredi: vt se quotidie in fletu penitētie quāto secreti⁹/ tanto liberius mactaret. Contēplabatur nāq; districtionē venturi iudicis sui/ et iam eidē iudici concordās/ puniebat in lachrymis reatū facinoris sui. Quadā vero nocte abbas monasterij vigilans hunc latenter egredientē intuitus/ lento foras pede secutus est. Quem cum in secreto mōtis latere cerneret in oratione prostratū: expectare voluit quando surgeret/ vt ipsam quoq; longanimitatē orationis eius exploraret: cum subito celitus lux emissa super eum fusa est: qui in oratione prostratus iacebat. Tantaq; se illo in loco claritas sparsit/ vt tota pars regiōis illius ex eadem candesceret. Quā abbas vt vidit intremuit et fugit. Cumq; post longum hore spatiū/ idem frater ad monasterium redisset: abbas ei⁹ vt disceret an super se effusionem tāti luminis agnouisset: requirere eum studuit/ dicens: Ubi fuisti frater? At ille latere se posse credens/ in monasterio se fuisse respondit. Quod negans abbas compulsus est dicere quid vidisset. At ille videns se esse deprehēsum: hoc quoq; quod abbatem latebat/ aperuit adiungens. Quādo super me vidisti lucem de celo descēdere: vox etiam pariter venit dicens: Dimissum est tibi peccatum tuum. Et quidem omnipotens deus peccatū eius potuit tacendo laxare. Sed loquendo per vocem/ radiando per lumē/ exemplo sue misericordie nostra ad penitētiam voluit corda conuertere. Miramur fratres charissimi q̄ persecutorem suum Saulum dominus de celo prostrauit: de celo allocut⁹ est. Ecce nostris quoq; temporibus peccator et penitens vocem de celestib⁹ audiuit. Illi dictū est: Quid me persequeris? iste vero audire meruit: Dimissum est tibi peccatum tuum. Longe est inferior meritis peccator iste penitens q̄ Paulus. Sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur/ crudelitatem necis anhelante: liceat audenter dicere: quia Saulus propter superbiam vocem increpationis: iste vero propter humilitatem vocem cōsolationis audiuit. Hūc quia humilitas strauerat: diuina pietas erigebat. Illū quia superbia erexerat: diuina seueritas humiliabat. Habete ergo fiduciam fratres mei de misericordia cōditoris nostri: cogitate quid facitis: recogitate que fecistis. Largitatem superne pietatis aspicite: et ad misericordem iudicem dum adhuc expectat/ cum lachrymis venite. Considerantes nāq; q̄ iustus sit: peccata vestra nolite negligere. Considerantes vero q̄ pius sit: nolite desperare. Prebet apud deum homini fiduciam deus homo. Est nobis spes magna penitētibus: quia aduocatus noster factus est iudex noster. Qui viuit et regnat cum patre et spiritu sancto in secula seculorum.

Uictoriāi cuiusdam pmēdatio. Carnis culpa plerunq; regnat in rerum opulentia.

B

C

Saulum pscutorē suum dñs de celo allocut⁹ est. Act.ix.

Judicem misericordē hic cū lachrymis adire debemus.

Lectio sancti euangelij sm Lucam.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis prelia et seditiones: nolite terreri. Oportet enī hec primū fieri: sed nondū statim finis. Tūc dicebat illis: Surget gens contra gentem: et regnum aduersus regnū: et terremotus magni erunt per loca: et pestilentie et fames: terroresq; de celo/ et signa magna erunt. Sed ante hec oīa inijcient vobis manus suas/ et persequentur: tradentes in synagogas et custodias: trahentes ad reges et presides propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quēadmodum respōdeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam: cui non poterunt resistere et contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentibus et fratribus/ et cognatis/ et amicis: et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomē meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

D Luce.xxi.

Homilia lectionis eiusdē habita ad populum in basilica sancti Mēne/ die natalis eius.

Homilia.xxxv.

Quia longius ab vrbe digressi sumus: ne ad reuertendū nos tardior hora prepediat: necesse est vt expositionē sancti euangelij breuior sermo transcurrat. Dominus ac redemptor noster perituri mundi precurrentia mala denūciat: vt eo minus perturbent venientia: quo fuerint prescita. Minus enim iacula feriunt/ que preuidētur: et nos tolerabilius mundi mala suscipimus: si cōtra hec per prescientie clypeū munimur. Ecce enim dicit: Cum audieritis prelia et seditiones/ nolite terreri. Oportet enī primū hec fieri: sed nondū statim finis. Pensanda sunt verba redēptoris nostri: p que nos aliud interius/ aliud exterius passuros esse denunciat. Bella quippe ad hostes pertinent: seditiones ad ciues. Ut ergo nos indicet interius exteriusq; turbari: aliud nos fateatur ab hostibus/ aliud a fratribus perpeti. Sed his malis preuenientibus: qr nō statim finis sequatur: adiungit. Surget gens contra gētem: et regnū aduersus regnū: et terremotus magni erūt per loca: et pestilētie/ et fames: terroresq; de celo/ et signa magna erūt. Uel sicut in quibusdā codicibus inuenitur/ terroresq; de celo/ et tēpestates: atq; post subditur/ et signa magna erūt. Ultima tribulatio multis tribulationibus preuenitur: et per crebra mala que preueniunt: indicātur mala perpetua que subsequūtur. Et ideo post bella et seditiōes non statim finis: qr multa debēt mala precurrere: vt malum valeant sine fine nunciare. Sed cū tot signa perturbationis dicta sint/ oportet vt eorū consideratione breuiter per singula perstringamus: quia necesse est vt alia e celo/ alia e terra/ alia ab elementis/ alia ab hominib⁹ patiamur. Sit enim. Surget gens cōtra gentē: ecce perturbatio hominū. Erunt terremot⁹ magni p loca: ecce respectus ire desuper. Erunt pestilentie: ecce inequalitas corporū. Erit fames: ecce sterilitas terre. Terroresq; de celo et tēpestates: ecce inequalitas aeris. Quia ergo omnia consummanda sunt: ante consummationem omnia perturbantur: et qui in cūctis deliquimus: in cūctis ferimur: vt impleatur quod dicitur: Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Omnia nāq; que ad vsum vite accepimus: ad vsum conuertimus culpe. Sed cuncta que ad vsum prauitatis inflectimus: ad vindictam nobis vertūtur vitiorum. Tranquillitatē quippe humane pacis ad vsum vertim⁹ vane securitatis. Peregrinationem terre pro habitatione diligim⁹ patrie. Salutē corporum redigimus in vsum vitiorū. Ubertatis abūdantiam non ad necessitatē carnis: sed ad queritatē intorsi-

Jacula preuisa minus feriunt.

E

Bella et seditiones differūt.

F

Sap.v. Orbis terrarū ptra isensatos pugnabit.

Bonorū p peruersitā

[Quertim⁹ ad voluptatē p̄uersitatē.] mus voluptatis. Ipsa serena blādimēta aeris/ad amorem nobis seruire coegimus terrene delectationis. Iure ergo restat vt simul nos omnia feriant/que simul omnia vitijs nostris male subiecta seruiebāt: vt quot prius in mūdo incolumes habuimus gaudia/tot de ipso postmodū cogamur sentire tormēta. Notādū vero quod dicitur.[Terrores de celo ꝛ tēpestates.] Cū tēpestates hyemales venire ex ordine soleant tēporū/cur hoc loco tēpestates venire in p̄dictionis signū predicunt/nisi q̄ ras tēpestates dn̄s venire denūciat: que nequaq̄ ordine tēporum seruāt. Que enim ordinate veniūt/in signa nō sunt: sed tēpestates in signa sunt:que ipsa quoq̄ tēporū statuta cōfundūt. Qd̄ nos quoq̄ nup experti sumꝰ:qui estiuū tēpus omne conuersum in pluuijs hyemalibꝰ vidimus. Quia autē cūcta hec non de iniustitia ferientis sunt/sed de merito mūdi patientis: facta prauorū hominū premittūtur: cū dicitur.[Sed ante hec omnia incipient vobis manus suas inijcere ꝛ persequent ꝛ tradent vos in synagogas: ducētes ad reges ꝛ presides propter nomē meū.] Ac si aperte dicat: Prius corda hominū: ꝛ post elemēta turbantur: vt cum rerū ordo confunditur:ex qua iam retributione veniat/demōstretur. Nam q̄uis ipsius mūdi ex ipso suo ordine pendeat/peruersiores tamen quosq̄ inueniēs: q̄ digne ruinis illius opprimant/innotescit/ cū subditur.[Ducentes ad reges et presides propter nomē meū. Cōtinget autē hec vobis in testimoniū.] In te-

[G]

stimoniū videlicet quorū/nisi eorū qui aut persequēdo mortes inferunt:aut vidēdo non mutātur? Mors quippe iustorū bonis in adiutoriumest: malis in testimoniū; vt inde peruersi sine excusatione pereāt: vnde electi exēplū capiūt vt viuāt. Sed auditis tot terroribꝰ/turbari poterant infirmorum corda: atq̄ ideo consolatio adiungitur: cū protinus subinfertur.[Ponite ergo i cordibꝰ vestris nō premeditari quēadmodū respondeatis. Ego enim dabo vobis os ꝛ sapientiam: cui nō poterūt resistere ꝛ cōtradicere oēs aduersarij vestri.] Ac si aperte mēbris suis infirmantibꝰ dicat: Nolite terreri/nolite pertimescere. vos ad certamē acceditis: sed ego prelior. vos verba editis: sed ego sum qui loquor. Sequitur.[Trademini autē a parētibꝰ ꝛ fratribꝰ/ꝛ cognatis/ꝛ amicis: et morte afficient ex vobis.] Minores dolorē mala ingerunt:que ab extraneis inferūtur. Plus vero in nobis ea tormenta seuiunt:que ab illis patimur/de quorū mentibus presumebamus: quia cum dāno corporis/mala nos cruciant amisse charitatis. Hinc est enim quod de iuda traditore suo per psalmistā dn̄s dicit: Et quidē si inimicus meus maledixisset mihi: supportassem vtiq̄: et si is qui oderat me: super me magna locutus fuisset/abscondissem me vtiq̄ ab eo. Tu vero homo vnanimis/dux meꝰ/ ꝛ notus meus: qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cū consensu. Et rursum: Homo pacis mee in quo sperabā: ꝛ qui edebat panes meos/ ampliauit aduersum me supplantationē. Ac si de traditore suo apertis vocibus dicat: Transgressionē eius tanto grauius pertuli:quāto hanc ab eo qui meus esse videbatur:sensi. Omnes ergo electi q̄ summi capitis mēbra sunt:caput quoq̄ suum in passione sequuntur: vt ipsos quoq̄ aduersarios in sua morte sentiant: de quorū vita presumebant: ꝛ tanto eis crescat merces operis: quanto eis virtutis lucrum proficit ex aliene dāno charitatis. Sed q̄ dura sunt que predicūtur de afflictione mortis: protinus cōsolatio subditur de gaudio resurrectionis/ cū dicitur:[Capillus de capite vestro non peribit.] Scimus fratres q̄ caro incisa dolet:capillus incisus nō dolet. Ait ergo martyribꝰ suis:[Capillus de capite vestro nō peribit.] videlicet apte dicēs: Cur timetis ne pereat quod incisum dolet: quādo ꝛ illud in vobis perire nō potest: quod incisum non dolet? Sequitur.[In patientia vestra possidebitis animas vestras.] Idcirco possessio anime in virtute patientie ponitur/q̄ radix omniū custosq̄ virtutum patientia est. Per patiētiam vero possidemus animas nostras: q̄ dum nobis ipsis dn̄ari discimus/hoc ipsum incipimus possidere quod sumus. Patientia vero est aliena mala equanimiter perpeti:contra eū quoq̄ qui mala irrogat: nullo dolore morderi. Nam qui sic proximi mala portat/vt tamen tacitus doleat/et tempus digne retributionis querat:patientiam non exhibet sed ostēdit. Scriptū quippe est: Charitas patiēs

[Tormēta a notis illata plus nocent q̄ ab ignotis.]

[Psal. liij.]

[Psā. xl.]

[Iudas grauiꝰ nocuit dn̄o q̄ si non fuisset de eius familia.]

[I]

[Capillus lesus nō dolet.]

[Patiētia quid est.]

[I. Cor. xiij]

est: benigna est. Patiēs nāq̄ est/vt aliena mala toleret: benigna vero est/vt ipsos etiā quos portat/amet. Hinc nāq̄ per semetipsam veritas dicit: Diligite inimicos vestros:benefacite his qui oderūt vos: orate pro persequentibus ꝛ calumniantibus vos. Virtus itaq̄ est corā hominibus/aduersarios tolerare: sed virtus corā deo/diligere: quia hoc solum deus sacrificiū accipit/qd̄ ante eius oculos in altari boni operis flāma charitatis incendit. Sciendū vero q̄ plerūq̄ ideo patiētes esse videmur: q̄ retribuere mala nō possumus. Sed qui idcirco malū nō retribuit: q̄ nequaq̄ valet/procul dubio (vt prediximus) patiens nō est: quia patientia nō in ostēsione inquiritur: sed in corde. Per impatientie autē vitium/ipsa virtutū nutrix doctrina dissipatur. Scriptū nāq̄ est: Doctrina viri per patientiam noscitur. Tanto ergo quisq̄ minus ostenditur doctus: quanto conuincitur minus patiens. Neq̄ enim potest veraciter bona docēdo impēdere: si viuendo nesciat equanimiter aliena mala tolerare. Quanto enim culmine virtus patientie polleat: rursus Salomon indicat dicens: Melior est patiens viro forti: ꝛ qui dn̄atur animo suo: expugnatore vrbiū. Minor est ergo victoria/vrbes expugnare: q̄ extra sunt que vincuntur. Maius autem est qd̄ per patiētiam vincitur: q̄ ipse a se animus superatur: ꝛ semetipsum sibimetipsi subijcit: quando eū patientia in humilitate tolerātie sternit. Sciendū vero est q̄ plerūq̄ euenire patiētibus solet/ vt eo quidē tēpore quo aduersa patiuntur/vel cōtumelias audiūt/ nullo dolore pulsentur: ꝛ sic patientiam exhibeant/vt custodire etiam cordis innocentiā curēt. Sed cū post paululum hec ipsa que pertulerint/ad memoriam reuocāt: igne vehementissimi doloris instigātur. Argumēta vltionis inquirūt: ꝛ māsuetudinem quā tolerātes habuerūt/ in retractatione sua semetipsos diiudicātes p̄dūt. Callidus nāq̄ aduersarius bellum cōtra duos mouet. vnum videlicet inflāmans/vt contumelias prior inferat: alterum vero prouocans/vt cōtumelias lesus reddat. Sed q̄ eius iam victor existit:quē ad proferēdas cōtumelias cōmouit: cōtra illum acrius dolet: quē ad reddēdas iniurias cōmouere non potuit. Vnde fit vt tota se virtute contra eū erigat: quē contumelias fortiter pertulisse cōsiderat. Quem q̄ cōmouere in ipsa iniuriarū iaculatione non potuit: ab aperto certamine interim recedēs/in secreta cogitatione/deceptionis tēpus inquirit. Et quē in publico bello p̄didit: ad exhibēdas occultas insidias exardescit. Quietis nāq̄ iam tēpore ad victoris animū rediens/vel damna rerum/vel iniuriarū iacula ad memoriā reducit. Cunctaq̄ que sibi illata sunt/vehemēter exaggerans/fuisse intolerabilia ostendit: et quiescētis animum tāto furore cōturbat: vt plerūq̄ vir patiens illa se equanimiter tolerasse/etiā post victoriam captiuus erubescat:sic non reddidisse cōtumelias doleat: ꝛ deteriora rependere/si occasio prebeatur/querat. Quibus ergo isti sunt similes: nisi his qui p̄ fortitudinē in cāpo victores sunt: sed p̄ negligentiam postmodū intra vrbis claustra capiuntur? Quibus isti sunt similes: nisi his quos irruens grauis languor a vita non subtrahit: sed leniter veniens recidiua febris occidit? Ille ergo veraciter patientiam seruat: qui et ad tēpus aliena mala sine dolore tolerat/ꝛ hec eadē retractans/pertulisse se talia exultat: ne bonū patiētie quietis tēpore pereat/quod in perturbationibus custoditur. Sed q̄ natalem martyris hodierna die colimus: fratres mei/nequaq̄ nos a virtute eius patientie estimare extraneos debemꝰ. Si enim adiuuāte nos dn̄o virtutē patientie seruare contendimus/et in pace ecclesie viuimus/ꝛ tā martyrij palmā tenemꝰ. Duo quippe sunt martyrij genera: vnū in mente: aliud in mēte simul ꝛ actione. Itaq̄ esse martyres possumus: etiam si nullo percutientium ferro trucidemur. Mori quippe a persequēte/martyrium in aperto opere est. Ferre vero cōtumelias/odientē diligere/martyrium est in occulta cogitatiōe. Nam q̄ duo sunt martyrij genera: vnum in occulto opere/aliud in publico: testatur veritas: que zebedei filios requirit dicens: Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum? Cui cū protinꝰ responderent/Possumus: illico dn̄s respōdit dicens: Calicem quidē meū bibetis. Quid enim p̄ calicem nisi dolorē passionis accipimus? De quo alias dicit: Pater si fieri potest: transeat a me calix iste. Et zebedei filij. i. Iacobus ꝛ Iohannes non

[K]

[Matth. v.]

[Luce. vj.]

[Sacrificiū qd̄ est deo acceptum?]

[Prouer. xix.]

[Prouer. xvj.]

[L]

[Bellū cōtra duos mouet callidꝰ aduersarius.]

[M]

[Martyrij gn̄a duo sunt.]

[Mat. xx. et Mar. x.]

[Matthei. xxvj. et Mar. xiiij]

A

vterq; per martyrium occubuit: tamen q vterq; calicē biberet / audiuit. Joannes nāq; nequaq; per martyrium vitā finiuit: sed tamen martyr extitit: q passionē quā nō suscepit in corpore: seruauit in mente. Et nos ergo hoc exemplo sine ferro esse possum⁹ martyres: si patientiam veraciter in animo custodimus. Nō ab re arbitror fratres charissimi / si vnū vobis exemplū seruāde patientie ad edificationē loquar. Fuit quidā diebus nostris Stephan⁹ noīe: pater monasterij iuxta reatine vrbis menia constituti: vir valde sanct⁹ / virtute patiētie singularis. Et supsunt multi qui illū nouerūt: eiusq; vel vitā: vel obitū narrant. Erat aūt huius lingua rustica: sed docta vita. Hic pro amore celestis patrie cūcta despexerat: possidere aliqd in hoc mūdo fugiebat. Tumult⁹ deuitabat hominum: crebris ac prolixioribus orationibus intentus erat. Virtus tamē patientie in eo vehementer excreuerat: ita vt eum sibi amicū crederet: qui sibi molestie aliquid irrogasset. Reddebat cōtumelijs gratias. Si qd in ipsa sua inopia dāmnū fuisset illatū: hoc maximū lucrum putabat. Omnes suos aduersarios nihil aliud q adiutores estimabat. Hunc cum dies mortis egredi de corpore vrgeret: conuenerunt multi: vt tā sancte anime de hoc mūdo recedēti / suas animas cōmendarent. Cūq; circa lectū illius hi qui conuenerāt / oēs assisterent: alij corporeis oculis ingredientes angelos viderūt: sed dicere aliquid nullo modo potuerūt. Alij omnino nihil viderunt: sed oēs qui aderāt / ita vehementissimus timor perculit: vt nullus egrediēte illa sancta anima / illic stare potuisset.

[Margin: Patiētie seruande exēplū singulare.]

[Margin: Aduersarij possunt dici adiutores.]

B

Et hi ergo qui viderāt: et hi qui omnino nihil viderant: vno omnes timore perculsi et territi fugerunt. Nullusq; illic assistere illo moriente potuit. Pēsate ergo fratres / omnipotens deus qualiter terreat quādo districtus iudex venturus est: si sic assistētes terruit: quādo gratus remunerās venit: aut qualiter timeri potest / cū videri poterit: si sic mētes presentium strauit: et quādo videri non potuit. Ecce fratres charissimi seruata illa in ecclesiastica pace patientia / ad quantū hunc retributionis culmē erexit. Quid huic suus cōditor tan⁹ dedit: de quo nobis tantā gloriam in die eius exitus et foris innotuit? Quibus hunc credemus nisi sanctis martyrib⁹ sociatū / quē etiā testantibus corporeis quoq; oculis / a beatis spiritib⁹ cōstat esse susceptū? Nullo iste gladio percussus occubuit: et tamē coronā patiētie quā in mente tenuit / in egressione percepit. Probamus quotidie verum esse quod ante nos dictū est: q sancta ecclesia electorū floribus plena / habet in pace lilia: in bello rosas. Sciēdum preterea est q tribus modis virtus patiētie exerceri solet. Alia nāq; sunt que a deo: alia que ab antiquo aduersario: alia que a proximo sustinemus. A proximo nāq; persecutiones / damna / et cōtumelias: ab antiquo vero aduersario tentamenta: a deo autē flagella toleramus. Sed in his omnib⁹ tribus modis vigilanti oculo semetipsam debet mens circūspicere: ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali: ne cōtra tentamēta aduersarij seducat ad delectationē vel consensum delicti: ne cōtra flagella opificis ad excessum prorūpat murmurationis.

[Margin: Patiētie virt⁹ trib⁹ modis exerceri solet.]

C

Perfecte enī aduersarius vincitur: quādo mens nostra et inter tentamēta eius ad delectationē atq; consensum nō trahit: et inter cōtumelias proximi custoditur ab odio: et inter flagella dei cōpescitur a murmuratiōe. Nec hec agētes / retribui nobis bona patientie requiramus. nam pro labore patientie bona speranda sunt sequētis vite: vt tūc premium nostri laboris incipiat: quando omnis iam labor funditus cessat. Unde et per psalmistā dicitur: Non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperū non peribit in finē. Quasi enim perire patientia pauperū cernitur / cū nihil pro illa in hac vita humilib⁹ recompensat. Sed patientia pauperū in finē non peribit: q tunc eius gloria percipitur: cū simul omnia laboriosa terminant. Seruate ergo fratres in mēte patientiam: eamq; cū res exigit: exercete in operatione. Nullum vestrū ad odium proximi / contumeliosa verba cōmoueāt: nulla peritura rum rerū dāna perturbent. Si enim fixa mēte mānsura diligitis: dāna rerū transeuntium grauia non putatis. Si eterne retributionis gloriā cōspicitis: de temporali iniuria nō doletis. Tolerate ergo aduersarios vros: sed vt fratres diligite / quos toleratis. Eterna premia pro dānis tēporalibus querite. Nec quisq; vestrū suis se viribus hāc implere posse confidat: sed obtinete precibus vt ipse hanc qui imperat / prestet. Et scimus quia petentes libenter exaudit / quando hoc petitur largiri quod iubet. Cum continuo pulsatur in prece: concite opitulatur in tentatione Jesus Christus dominus noster: qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus in secula seculorum Amen.

[Margin: Ps. ix.]

[Margin: Patiētia est exercēda in operatione.]

D

Lectio sancti euangelij sm Lucam.

In illo tēpore. Dixit dñs Jesus discipulis suis parabolam hāc. Homo qdā fecit cenā magnā: et vocauit multos: et misit seruum suū hora cene dicere inuitatis vt venirent: q; iam parata sunt omnia. Et ceperunt oēs simul excusare. Primus dixit ei. Uillam emi: et necesse habeo exire et videre illam. Rogo te habe me excusatum. Et alter dixit. Juga boum emi quinq;: et eo probare illa. Rogo te habe me excusatū. Et alius dixit: Uxorem duxi: et ideo nō possum venire. Et reuersus seruus nūciauit hec dño suo. Tūc iratus paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et pauperes ac debiles / cecos et claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine factū est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias et sepes et compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autē vobis q nemo virorum illorum qui vocati sunt / gustabit cenam meam.

[Margin: Luc. xiiij.]

E

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beatorum apostolorū Philippi et Jacobi: Dominica secunda post trinitatem.

Homilia. xxxvj.

Hoc distare fratres charissimi inter delicias corporis et cordis solet: q corporales delicie cum non habētur / graue in se desiderium accēdūt: cū vero auide edūtur: comedentē protinus in fastidium per satietatē vertūt. At cōtra spirituales delicie cū nō habentur / in fastidio sunt: cū vero habent / in desiderio: tantoq; a comedēte amplius esuriūtur / quāto et ab esuriente amplius comedunt. In illis appetit⁹ placet: experientia displicet. In istis appetit⁹ vilis est: et experientia magis placet. In illis appetitus saturitatē: saturitas fastidium generat. In istis autē appetitus saturitatē: saturitas appetitū parit. Augēt enim spirituales delicie desiderium in mēte dum satiant: q quāto magis earū sapor percipit: eo amplius cognoscitur qd auidius ametur. Et idcirco nō habite amari nō possunt: q earum sapor ignorat. Quis enī amare valeat qd ignorat? Proinde psalmista nos admonet dicēs: Gustate et videte qm suauis est dñs. Ac si aperte dicat: Suauitatē eius nō cognoscitis: si hanc minime gustatis. Sed cibū vite ex palato cordis tāgite: vt probātes eius dulcedinē amare valeatis. Has autē homo delicias tunc amisit: cū in paradiso peccauit: extra exijt: os a cibo eterne dulcedinis clausit. Unde nos quoq; nati in huius peregrinationis erūna / huc fastidiosi iam venimus: nescimus quid desiderare debeamus. Tantoq; se amplius fastidij nostri morbus exaggerat / quāto se magis ab esu illius dulcedinis animus elongat. Et eo iam internas delicias non appetit / quo eas comedere diu lōgeq; desueuit. Fastidio ergo nostro tabescimus: et longa inedie peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratā dulcedinem: amamus foris miseri famē nostrā. Sed superna nos pietas nec deserētes se deserit. Contēptas enim illas delicias ad memorie nostre oculos reuocat: easq; nobis pponit: in promissione torporem excutit: atq; vt fastidium nostrum repellere debeamus / inuitat. Ait n.q. Homo quidā fecit cenam magnā: et vocauit multos. Quis iste homo est nisi ille de quo p prophetā dicitur: Et homo est: et quis cognoscit eū? Qui fecit cenam magnam: q satietatē nobis

[Margin: Corporis et cordis delicie plurimū inter se differunt.]

F

[Margin: Ps. xxxiij.]

[Margin: Multi sūt q nesciunt qd desiderare debeant.]

[Margin: Cenā magnā fecit dñs.]

G

dulcedinis interne preparauit. Qui vocauit multos: sed
pauci venerũt: qꝛ nõnũꝗ̃ ipsi qui ei p fidẽ subiecti sunt/
eterno eius conuiuio male viuendo cõtradicũt. Sequi-
tur:] Misit autẽ seruũ suũ hora cene dicere inuitatis vt
venirẽt.] Quid hora cene nisi finis est mũdi? In quo ni-
mirum nos sumus: sicut iam dudũ Paulus testatur: di-
cẽs. Nos sumus in quos fines seculoꝝ deuenerũt. Si er-
go iã hora cene est cũ vocamur/tãto minus nos debem⁹
excusare a conuiuio dei/quãto propinquasse iã cernim⁹
finẽ seculi. Quo enim pensamus qꝛ nihil est qđ restat/eo
debemus pertimescere/ne tempus gratie quod presto est/
pereat. Idcirco autẽ hoc conuiuium dei nõ prandium/
sed cena vocatur: quia post prãdium cena restat: post ce-
nam vero cõuiuiũ nullũ restat. Et qꝛ eternũ dei cõuiuiũ
nobis in extremo preparabitur: rectũ fuit vt hoc nõ prã-
dium sed cena vocaret. Sed quis p hunc seruũ qui a pa-
trefamilias ad inuitandũ mittitur: nisi predicatorũ or-
do designatur? De quo videlicet ordine ꝗuis adhuc indi-
gni existimus: quia peccatorũ ponderibus grauamur:
et nos tamẽ in istis dieb⁹ sumus: et cũ de edificatione ve-
stra aliquid vobis loquor: hoc est qđ ago. Seruus enim
sum summi patrisfamilias. Cũ vos admoneo ad contẽ-
ptũ seculi/inuitare vos venio ad cenã dei. Nemo me p-
pter me hoc in loco despiciat. Et si ad inuitãdũ nequaꝗ̃
dignus appareo/sed tamẽ magne sunt delicie quas pro-
mitto. Sepe fratres mei solet euenire qđ dico: vt perso-
na potens famulum habeat despectũ: cũꝗ̃ p eũ suis for-
te vel extraneis aliqđ respõsum mandat/nõ despicitur
psona loquẽtis serui: qꝛ seruatur in corde reuerẽtia mit-
tentis dñi. Nec pẽsant qui audiunt p quẽ/sed quid vel a
quo audiant. Ita ergo fratres/ita vos agite: et si nos for-
sitan digne despicitis: in mente tamẽ vestra vocãtis dñi
reuerẽtiã seruate. Cõuiue fieri summi patrisfamilias li-
bẽter obedite. Corda vestra discutite: atꝗ̃ ex eis morta-
le fastidiũ pellite. Ad repellendũ nãꝗ̃ fastidiũ vestrũ iã
parata sunt omnia. Sed si adhuc carnales estis/fortasse
epulas carnales inquiritis. Ecce ipse carnales epule in
spiritale vobis alimẽtũ conuertuntur. Ad abstergẽdum
nãꝗ̃ mentis vestre fastidium/in cena dei ille vobis sin-
gularis agnus est occisus. Sed quid agimus: qui hoc
quod subiungitur/adhuc fieri a multis videm⁹? Et ce-
perũt simul oẽs excusare.] Offert deus quod rogari de-
buerat: nõ rogatus dare vult/quod vix sperari poterat
qꝛ dignaretur largiri postulatus: et tamẽ contẽnitur. Con-
tẽptoribus vero paratas delicias refectionis eterne de-
nũciat: et tamẽ simul oẽs excusãt. Ponam⁹ ante oculos
mẽtis minima: vt possim⁹ digne pẽsare maiora. Si quis-
piam potens ad inuitãdũ quẽlibet pauperem mitteret/
quid fratres rogo/quid paup ille faceret/nisi de eadem
sua inuitatione gauderet: responsum humile redderet:
vestẽ mutaret: ire quãtocyus festinaret: ne prior se ad po-
tentis conuiuium alter occurreret? Homo ergo diues
inuitat/et pauper occurrere festinat. Ad dei inuitamur
conuiuium: et excusamus. Sed ecce inter hec estimare
possum: quid sibi corda vestra respondeant. Occultis
enim fortasse sibimet cogitationibus dicunt: Excusare
nolumus. Ad illud enim superne refectionis cõuiuium
et vocari et peruenire gratulamur.

I

Loquentes vobis ta-
lia mentes vestre verum dicunt: si non plus terrena ꝗ̃ ce-
lestia diligũt: si non amplius rebus corporalibus ꝗ̃ spi-
ritalibus occupãtur. Unde hic quoꝗ̃ ipsa excusantium
causa subiũgitur: cum protinus subinfertur:] Primus
dixit. Uillam emi/et necesse habeo exire videre illam. ro-
go te habe me excusatũ.] Quid p villã/nisi terrena sub-
stãtia designatur? Exit ergo videre villam: qui sola exte-
riora cogitat propter substantiam.] Alter dixit: Iuga
boum emi quinꝗ̃: et eo pbare illa. rogo te habe me excu-
satum.] Quid in quinꝗ̃ iugis boum: nisi quinꝗ̃ corpo-
ris sensus accipim⁹? Qui recte quoꝗ̃ iuga vocati sunt:
qꝛ in vtroꝗ̃ sexu geminantur. Qui videlicet corporales
sensus qꝛ interna cõprehẽdere nesciunt: sed sola exterio-
ra cognoscũt/et deserentes intima/ea que extra sunt tan-
gunt: recte p eos curiositas designatur. Que dũ alienã
querit vitã discutere/semp sua intima nesciẽs/studet ex-
teriora cogitare. Graue nãꝗ̃ curiositatis est vitiũ: que
dũ cuiuslibet mentẽ ad inuestigandã vitã proximi exte-
rius ducit: semp ei sua intima abscõdit: vt aliena sciẽs/
se nesciat: et curiosi anim⁹ quãto perit⁹ fuerit alieni me-
riti: tãto fiat ignarus sui. Propter hoc nãꝗ̃ et de eisdem
quinꝗ̃ iugis boum dicitur.] Eo pbare illa. rogo te/ha-
be me excusatũ.] Ipsa enim excusatiõis verba a vitij sui
significatione non discrepãt: dũ dicit/eo probare illa: qꝛ
videlicet aliquãdo pertinere probatio ad curiositatem
solet. Sed notãdũ est qꝛ et is qui propter villam: et is qui
propter pbanda iuga boum a cena sui inuitatoris excu-
sat: humilitatis verba permiscet dicens:] Rogo te/habe
me excusatũ.] Dũ enĩ dicit/rogo te: et tamẽ venire contẽ-
nit: humilitas sonat in voce: superbia in actiõe. Et ecce
hec dũ diiudicet prau⁹ quisꝗ̃ cũ audit: nec tamẽ eo ꝗ̃ dixit
dicat/ agere desistit. Nam dũ cuilibet puerse agẽti dici-
mus/cõuertere: deũ sequere: mũdum relinque: vbi hunc
nisi ad dñicam cenã vocamus? Sed cũ respondet/ora
pro me: qꝛ peccator sum: hoc facere non possum: qđ aliud
agit/nisi et rogat et excusat? Dicens nãꝗ̃ peccator sum/
humilitatẽ insinuat: subiungẽs autẽ/cõuerti nõ possum:
supbiam demonstrat. Rogãdo ergo excusat: qui et humi-
litatem supducit in voce: et supbiam exercet in actione.
] Alius autẽ dixit: Uxorẽ duxi: et ideo nõ possũ venire.]
Quid p vxorẽ nisi voluptas carnis accipitur? Nã ꝗuis
bonum sit coniugiũ/atꝗ̃ ad propagãdã sobolem proui-
dentia diuina constitutũ/nõnulli tamẽ nõ p hoc fecũdi-
tatem prolis/sed desideria expetũt voluptatis: et i deir-
co p rem iustã significari potest nõ incõgrue res iniusta.

L

Ad cenã ergo nos eterni conuiuij summ⁹ paterfamilias
inuitat: sed dũ alius auaritie/alius curiositati/alius vo-
luptati carnis est deditus/nimirũ reprobi simul omnes
excusant. Dũ hũc terrena cura occupat: illũ alieni actus
fagat cogitatio deuastat: alteri⁹ etiã mentẽ voluptas
carnalis inquinat: fastidiosus quisꝗ̃ ad eterne vite epu-
las nõ festinat. Sequitur.] Reuersus seruus/nunciauit
hec dño suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo:
Exi cito in plateas et vicos ciuitatis: et pauperes/debi-
les/cecos et claudos introduc huc.] Ecce ꝗ terrene substã-
tie plus iusto incũbit/ venire ad dñicam cenam recusat:
qui labori curiositatis insudat/preparata vite alimenta
fastidit: qui carnalibus desiderijs inseruit/spiritalis cõ-
uiuij epulas respuit. Quia ergo venire superbi renuunt:
pauperes eligũtur. Cur hoc? quia iuxta Pauli vocem/
infirma mũdi elegit deus: vt cõfundat fortia. Sed notã-
dum nobis est quomodo describãtur qui ad cenã vocan-
tur et veniunt. Pauperes et debiles dicũtur/qui iudicio
suo apud semetipsos infirmi sunt. Nã pauperes et quasi
fortes sunt: qui et positi in paupertate superbiunt. Ceci ve-
ro sunt: qui nullum ingenij lumen habẽt. Claudi quoꝗ̃
sunt: ꝗ rectos gressus in operatiõe nõ habẽt. Sed dũ moꝝ
vitia in mẽbroꝝ debilitate signãtur: profecto liquet qꝛ
sicut illi peccatores fuerũt/qui vocati venire noluerũt:
ita hi quoꝗ̃ peccatores sunt/qui inuitantur et veniunt.

M

Sed peccatores supbi respuuntur: vt peccatores humi-
les eligãtur. Hos itaꝗ̃ elegit deus, ꝗs despicit mũdus:
qꝛ plerũꝗ̃ ipsa despectio hominẽ reuocat ad semetipsũ.
Is enim qui patrẽ reliquit: et partẽ substãtie quã pcepe-
rat pdige expẽdit: postꝗ̃ esurire cepit: in se reuersus di-
xit: Quãti mercenarij in domo patris mei abũdant pa-
nib⁹? Lõge quippe a se discesserat: quãdo peccabat. Et
si nõ esuriret: in semetipsum minime redijsset: quia postꝗ̃
terrenis rebus indiguit/tunc cogitare cepit quid de spi-
ritalibus amisit. Pauperes ergo et debiles, ceci et clau-
di vocãtur et veniunt: qꝛ infirmi quiꝗ̃/atꝗ̃ in hoc mũdo
despecti/plerũꝗ̃ tãto celerius vocem dei audiunt: quã-
to et in hoc mũdo non habẽt vbi delectẽtur. Quod bene
amalechitarũ puer ille egyptius designat: qui amalechi-
tis predãtibus atꝗ̃ currẽtibus eger remãsit in via: et fa-
me sitiꝗ̃ aruit. Quẽ cũ Dauid inuenit: ei cibũ potũꝗ̃ pre-
buit: qui illico conualescens dux Dauid factus est. Con-
uiuantes amalechitas reperit: et eos qui se debilem reli-
querãt: cum magna fortitudine prostrauit. Amalechita
quippe populus lambẽs vocatur. Et quid p lãbentẽ po-
pulũ/nisi mentes secularium designent? Que terrenis cun-
cta ambiendo quasi lambunt: dũ solis tẽporalibus dele-
ctantur. Quasi enim populus lãbens predã facit: dũ ter-
rena diligentes/lucra de alienis dãnis exaggerãt. Sed
puer egyptius eger in via relinquitur: qꝛ peccator quisꝗ̃
dũ infirmari ab huius mũdi statu ceperit/mox seculari-
bus mẽtibus in despectũ venit. Quẽ tñ Dauid inuenit:
eiꝗ̃ cibũ et potũ prebet: qꝛ [illegible] fortis dñs abiecta mũ-

j. Corin. x.

Cena fa-
cta nullũ
restat cõ-
uiuium.

Nũcij ver-
ba quãꝗ̃ nõ
despiciũt
non ppter
ipsm sed p-
pter dñm
mittentẽ.

H

Uilla ter-
renã sub-
stantiam
signat.
Boũ quinꝗ̃
iuga quinꝗ̃
sensus re-
presentãt.

Cõiugiũ
bonũ est.

Auaritia:
curiositas
et voluptas
priuãt ho-
mines ce-
na dñica.

j. Cor. j.

Paupes
et debiles
ꝗ dicũtur

De⁹ elegit
ꝗs mund⁹
despicit.

Luce. xv.

j. reg. xxx.

Amalechi-
ta popul⁹
lãbẽs vo-
catur.

A

di non despicit: et plerumque eos qui sequi mundum minime valentes / quasi in via remanent: ad amorem sui gratiam conuertit: eisque verbi sui cibum potumque porrigit: et quasi duces sibi in via eligit / dum suos etiam predicatores facit. Dum enim Christus peccatorum cordibus infertur: quasi David super hostes ducitur. Qui coniunctos amalechitas velut David gladio feriunt: quia superbos quosque qui se in mundo desperarant / diuina virtute prosternunt. Puer ergo egyptius qui in via remanserat / amalechitas interfecit: quia plerumque ipsi mentes secularium predicando superant / qui prius cum secularibus in hoc mundo currere non valebant. Sed deductis ad cenam pauperibus / quid puer subiungat audiamus. Domine factum est vt imperasti: et adhuc locus est. Multi iam ex iudea ad cenam dominicam collecti sunt: sed multitudo que ex israelitico populo credidit: locum superni conuiuij non impleuit. Intrauit iam frequentia iudeorum: sed adhuc locus vacat in regno / vbi suscipi debeat numerositas gentium. Unde et eidem seruo dicitur. Exi in vias et sepes: et compelle intrare: vt impleatur domus mea. Cum de vicis et plateis ad cenam quosdam dominus inuitat: illum videlicet populum designat / qui tenere legem sub vrbana conuersatione nouerat. Cum vero conuiuas suos colligi ex vijs et sepibus precipit / nimirum agrestem populum colligere / id est gentilem querit: de cuius significatione per psalmistam dicitur: Tunc exultabunt omnia ligna siluarum ante faciem domini / quoniam venit. Ligna enim silue / gentes vocate sunt: quia in infidelitate sua torte et infructuose semper fuerunt. Qui ergo ex illo agresti vsu conuersi sunt / ad cenam dominicam quasi ex sepibus venerunt. Notandum vero est quod in hac inuitatione tertia non dicitur inuita: sed compelle intrare. Alij enim vocantur / et venire contemnunt. Alij vocantur et veniunt. Alij autem nequaquam dicitur quod vocentur / sed compelluntur vt intrent. Uocantur et venire contemnunt: qui donum quidem intellectus accipiunt: sed eundem intellectum operibus non sequuntur. Uocantur et veniunt: qui acceptam intellectus gratiam operando perficiunt. Quidam vero sic vocantur / vt etiam compellantur. Nam sunt nonnulli: qui bona facienda intelligunt: sed hec facere desistunt. Uident que agere debeant: sed hec ex desiderio non sequuntur. His plerumque (vt superius diximus) contingit: vt eos in carnalibus desiderijs suis mundi huius aduersitas feriat: apprehendere temporalem gloriam conentur / et nequeant: et dum per alta pelagi quasi ad grandiores curas huius seculi nauigare proponunt / semper aduersis flatibus ad deiectionis sue littora repellantur. Cumque se frangi in desiderijs suis / aduersante mundo conspiciunt / quid de se auctori suo debeant commonentur: ita vt ad eum erubescentes redeant / qui eum superbientes pro mundi amore deserebant. Sepe namque nonnulli ad temporalem gloriam proficere volentes / aut longa egritudine tabescunt: aut afflicti iniurijs decidunt: aut percussi grauibus damnis affliguntur: et in mundi dolore vident: quia nihil confidere de eius voluptate debuerunt: seque ipsos in suis desiderijs reprehendentes: ad deum corda conuertunt. De his quippe dominus per prophetam dicit: Ecce ego sepiam viam tuam spinis / et sepiam eam macerie: et semitas suas non inueniet: et sequetur amatores suos: et non apprehendet eos. Queret / et non inueniet eos: et dicet. Uadam et reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Uir

Ps. xcv.
Gentiles vocati sunt ligna silue

B

Gloriam temporalem multi conantur apprehendere: et nequeunt.

Osee. ij.

C

Ale cuius- que fidelis vir deus est.
Osee. ij.
Uia nostre maceria sepitur.

vniuscuiusque fidelis anime deus est: quia hec videlicet ei est coniuncta per fidem. Sed illa que coniuncta deo fuerat alios amatores suos sequitur / quando mens que iam per fidem credidit / adhuc se immundis spiritibus in operatione substernit: mundi gloriam querit: carnalis delectatione pascitur: et quasi suis voluptatibus nutritur. Sed plerumque omnipotens deus talem animam misericorditer respicit / et eius voluptatibus amaritudines permiscet. Unde dicit: Ecce ego sepiam vias tuas spinis. Uias etenim nostras spinis septe sunt / quando in hoc quod male cupimus / dolorum punctiones inuenimus. Et sepiam eas macerie: et semitas suas non inueniet. Uia nostre maceria sepitur: cum desiderijs nostris dure in hoc mundo obiectiones resistunt. Et semitas nostras inuenire non possumus: quia hoc quod male querimus: adipisci prohibemur. Et sequetur amatores suos / et non apprehendet eos: queret / et non inueniet eos: quia malignos spiritus quibus se in suis desiderijs anima subdidit / ad desideriorum suorum effectum minime comprehendit. Sed ex hac salubri aduersitate quanta vtilitas nascatur / adiungit cum subditur / Et dicet: Uadam et reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Postquam

ergo vias suas spinis septas inuenit: postquam amatores suos apprehendere non valet: ad amorem viri prioris redit: quia plerumque postquam in hoc mundo non possumus obtinere que volumus: postquam in terrenis desiderijs de impossibilitate lassamur: tunc ad mentem deum reducimus: tunc placere incipit quod displicebat: et is cuius nobis amara fuerant precepta: repente dulcescit in memoria: et peccatrix anima que adultera conata est esse: nec tamen apto ope potuit: decernit esse fidelis coniunx. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti / ad dei amorem redeunt: atque a presentis vite desiderijs corriguntur: quid isti fratres mei nisi compelluntur vt intrent? Sed valde est tremenda sententia que protinus subinfertur. Intenta hanc cordis aure percipite fratres et domini mei: Inquantum peccatores / fratres mei: inquantum iusti / domini mei. Intenta hanc aure percipite / vt tanto eam minus sentiatis in examine: quanto nunc audistis formidolosius in predicatione. Ait enim: Dico autem vobis: quod nemo virorum illorum qui vocati sunt: gustabit cenam meam. Ecce vocat per se / vocat per angelos / vocat per patres / vocat per prophetas / vocat per apostolos / vocat per pastores / vocat etiam per nos / vocat plerumque per miracula / vocat plerumque per flagella / vocat aliquando per huius mundi prospera / vocat aliquando per aduersa. Nemo contemnat: ne dum vocatus excusat: cum voluerit intrare non valeat. Audite quid sapientia per Salomonem dicat. Tunc inuocabunt me / et non exaudiam: mane consurgent / et non inuenient me. Hinc est quod fatue virgines tarde venientes clamant dicentes. Domine domine aperi nobis. Sed iam tunc aditum querentibus dicitur: Amen amen dico vobis: nescio vos. Quid inter hec fratres charissimi nisi relinquere omnia debemus: curas mundi postponere: solis desiderijs eternis inhiare? Sed hec paucis data sunt. Admonere vos volo / vt relinquatis omnia: sed non presumo. Si ergo cuncta mundi relinquere non potestis: sic tenete que huius mundi sunt / vt tamen per ea non teneamini in mundo: vt terrena res possideatur non possideat: vt sub mentis vestre sit dominio quod habetis: ne mens vestra dum terrenarum rerum amore vincitur: a rebus suis ipsa magis possideatur. Sint ergo res temporales in vsu: eterna in desiderio. Sint res temporales in itinere: desiderentur eterna in peruentione. Quasi ex latere respiciatur quicquid in hoc mundo agitur. Ante nos autem tendant mentis oculi: dum tota intentione illa conspiciunt: ad que peruenimus. Extirpentur funditus vitia: non solum ab actu operis: sed etiam a cogitatione cordis euulsa. Non nos voluptas carnis / non sollicitudo curiositatis / non estus ambitionis a dominica cena prepediat: sed ipsa quoque honesta que in mundo agimus: quasi ex quodam mentis latere tangamus: vt terrena quibus sic nostro corpori seruiant: quatenus cordi minime obsistant. Non ergo fratres audemus vobis dicere / vt omnia relinquatis: sed tamen si vultis / omnia etiam retinendo relinquitis: si sic temporalia geritis / vt tamen tota mente ad eterna tendatis. Hinc etenim Paulus apostolus dicit: Tempus breue est. reliquum est vt qui habent vxores / tanquam non habentes sint: et qui flent / tanquam non flentes: et qui gaudent / tanquam non gaudentes: et qui emunt / tanquam non possidentes: et qui vtuntur hoc mundo / tanquam non vtantur: preterit enim figura huius mundi. Uxorem namque habet sed quasi non habens / qui sic scit debita carnis exsoluere: vt tamen per ea mundo tota mente non cogatur inherere. Nam eum idem rursum egregius predicator dicat: Qui habet vxorem / cogitat que sunt huius mundi / quomodo placeat vxori: ille vxorem habet quasi non habens: qui sic studet placere coniugi: vt tamen non displiceat conditori. Flet quoque / sed tanquam non flens / qui sic temporalibus damnis affligitur: vt tamen de eternis lucris semper animum consoletur. Gaudet vero: sed tanquam non gaudeat / qui sic de temporalibus bonis hilarescit: vt tamen semper tormenta perpetua consideret: et in hoc quod mentem gaudio sublevat: hanc continuo pondere prouidi timoris premat. Emit autem sed quasi non possidens: qui et ad vsum terrena preparat: et tamen cauta cogitatione perpendit quod hec citius relinquat. Mundo quoque vtitur / sed quasi non vtatur / qui et necessaria cuncta exterius ad vite sue ministerium redigit: et tamen hec eadem non sinit sue menti dominari: vt subiecta foris seruiant: et nunquam intentionem animi ad alta tendentis frangant. Quicunque ergo tales sunt: eis profecto terrena omnia non ad desiderium / sed ad vsum assunt: quia rebus quidem necessarijs vtuntur: sed nihil ha-

D

Compellit aliquos intrare ad cenam domini.

Deus nos vocat multipliciter.

Prouer. j.

Mat. xxv.

E

Bona mundana qualiter sunt tenenda.

Omnia relinquere possumus etiam retinendo.

j. Cor. vij.

F

Idem in eodem.

Gaude sed tanquam non gaudens.

G bere cum peccato cupiũt. De ipsis quoq; rebus habitis quotidie mercedes acquirũt: et plus gaudẽt bono opere q̃ bona possessione. Et ne aliquibus ista difficilia esse videantur: rem de psona refero: quã multi vestrũ mecũ noverunt. Quã videlicet rem ipse ante triennium in Cetũcellensi vrbe a psonis fidelibus didici. Nup nãq; in eadem ciuitate Theophani⁹ comes fuit/ vir misericordie actibus dedit⁹/ bonis operibus intẽtus/ hospitalitati precipue studens. Exercẽdi comitatus actibus occupatus/ agebat terrena et tẽporalia: sed vt post ex fine ei⁹ claruit/ magis ex debito q̃ ex intẽtione. Nam cũ appropinquãte mortis eius tẽpore/ grauissima aeris tẽpestas obsisteret/ ne ad sepeliendũ duci potuisset: eũq; coniunx sua cũ fletu vehementissimo requireret/ dicens: Quid faciam: quomodo te ad sepeliendũ eijcio/ que ostium domus huius egredi pre nimia tẽpestate non possum? Tunc ille respondit: Noli mulier flere: qz mox vt ego defunctus fuero: aeris serenitas redibit. Cuius p̃mũ ex voce mors/ et mortẽ serenitas est secuta. Cuius manus ac pedes podagre humore tumescẽtes et versi in vulneribus fuerãt: et profluente sanie patebãt. Sed cũ corpus illius ex more ad lauandũ fuisset detectũ: eius man⁹/ pedesq; illius sani reperti sunt: ac si vnq; vulneris nihil habuissent. Dum eius itaq; ac sepult⁹ celebrariq; contingit visum est vt quarto die in sepulchro illi⁹ marmor quod suppositũ fuerat:

B mutari debuisset. Quod videlicet marmor corpori eius suppositũ dũ fuisset ablatũ: tãta ex eius corpore fragrantia odoris emanauit: ac si ex putrescẽti carne illius pro vermibus aromata ferbuissent. Hec igit dixi: vt ex vicino exemplo ostendere possem: nõnullos et secularẽ habitum gerere: et secularẽ animũ non habere. Quos enim talce in mũdo necessitas ligat: vt ex omni parte exui a mũdo non possint: sic debẽt ea q̃ mũdi sunt tenere: vt tamen eis nesciant ex mẽtis fractione succũbere. Hoc ergo cogitate: et cũ relinquere cũcta que mũdi sunt/ nõ potestis: exteriora bene exterius agite: sed ardenter interius ad eterna festinate. Nihil sit quod desiderium vestre mẽtis retardet: nullius vos rei in hoc mũdo delectatio implicet. Si bonũ diligitur: mẽs in bonis melioribus. i. in celestib⁹ delectet. Si malũ metuit: mala animo eterna pponãtur: vt dũ illic esse cõspicit et amplius qd diligas/ et ampli⁹ qd ptimescat/ hic omnino nõ hereat. Ad hec agenda habemus mediatorẽ dei et hominũ adiutorẽ nostrũ: per quẽ citius cũcta obtinebimus: si ad illum vero amore flagramus. Qui viuit et regnat cum patre. &c.

Margin: Theophanij comitis cõmẽdatio

Margin: Mẽtis nr̃e desideriũ nihil retardare deb;

Lectio sancti euangelij sm̃ Lucam.

Margin: Luc. xiiij.

I N illo tẽpore. Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me: et non odit patrẽ suum/ et matrem/ et vxorem/ et filios/ et fratres/ et sorores/ adhuc autẽ et animã suã: nõ potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucẽ suam/ et venit post me: non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim edificare: nonne prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt: si habeat ad perficiendum: ne postq̃ posuerit fundamẽtum/ et non potuerit perficere/ omnes qui viderint/ incipiant illudere ei dicẽtes: quia hic homo cepit edificare: et non potuit consummare? Aut quis rex iturus cõmittere bellũ aduersus alium regem/ nõne sedens prius cogitat si possit cũ decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente: legationem mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus.

Margin: I

Homilia lectionis eiusdẽ habita ad populum in basilica beati Sebastiani martyris.

Homilia. xxxvij.

S I cõsideremus fratres charissimi/ que et quãta sunt que nobis pmittũtur in celis: vilescunt animo oĩa que habent in terris. Terrena nãq; substãtia superne felicitati cõparata/ pondus est/ nõ subsidium. Tẽporalis vita eterne vite cõparata/ mors est potius dicẽda q̃ vita. Ipse enim quotidianus defect⁹ corruptiõis/ quid est aliud q̃ q̃dã prolixitas mortis? Que autẽ lingua dicere/ vel quis intellect⁹ capere sufficit/ illa superne ciuitatis quãta sint gaudia: angelorũ choris interesse: cũ beatissimis spiritibus glorie cõditoris assistere: presentẽ dei vultũ cernere: incircũscriptũ lumẽ videre: nullo mortis metu affici: incorruptionis perpetue munere letari? Sed ad hec audita inardescit animus: iamq; illic cupit assistere/ vbi sperat sine fine gaudere: sed ad magna premia perueniri non potest: nisi p magnos labores. Unde et Paulus egregi⁹ predicator dicit: Nõ coronabit: nisi q legitime certauerit. Delectat ergo mentem magnitudo premiorũ: sed non deterreat certamẽ laborum. Unde ad se venientibus veritas dicit: Si quis venit ad me: et non odit patrẽ suũ et matrẽ/ et vxorem/ et filios/ et fratres/ et sorores: adhuc aũt et animã suã: non potest me⁹ esse discipul⁹. Sed percũctari libet quomodo parẽtes et carnaliter propinquos precipimur odisse: qui iubemur et inimicos diligere? Et certe veritas de vxore dicit: Quod deus cõiunxit/ homo non separet. Et Paulus ait: Viri diligite vxores vestras: sicut et Christ⁹ ecclesiã. Ecce discipul⁹ vxorẽ diligẽdã predicat/ cũ magister dicat: Qui vxorẽ nõ odit: non potest meus esse discipul⁹. Nunquid aliud iudex nunciat/ aliud preco clamat? An simul et odisse possum⁹ et diligere? Sed si vim pcepti perpendimus: vtrũq; agere p discretionẽ valemus: vt eos qui nobis carnis cognatione cõiuncti sunt/ et quos pximos nouimus/ diligam⁹: et quos aduersarios in via dei patimur: odiendo et fugiendo nesciamus. Quasi enĩ per odium diligitur/ qui carnaliter sapiẽs/ dũ praua nobis ingerit: non auditur. Ut autẽ dñs demonstraret hoc erga proximos odium/ nõ de affectione procedere/ sed de charitate/ addidit p̃tinus dicẽs. Adhuc autẽ et animã suã. Odisse itaq; precipimur proximos/ odisse et animã nostrã. Constat ergo: qz amãdo debet odisse pximũ: qui sic eum odit: sicut semetipsum. Tũc etenim bene nostrã animã odim⁹/ cũ eius carnalib⁹ desiderijs nõ acquiescimus: cũ eius appetitũ frãgimus: eius voluptatib⁹ reluctamur. Que ergo ꝯtẽpta ad melius ducit: quasi p odiũ amatur. Sic nimirum exhibere proximis nostris odij discretionẽ debemus: vt in eis et diligam⁹ qd sunt/ et habeamus odio quod in dei nobis itinere obsistunt. Certe dum Paulus hierosolymã pergeret/ propheta agab⁹ zonam illius apprehẽdit: suisq; pedibus alligauit/ dicẽs: Virũ cui⁹ hec zona est/ sic alligabũt iudei in hierusalẽ. Sed is qui animã suã pfecte oderat: quid dicebat? Ego non solum alligari/ sed et mori in hierusalẽ paratus sum pro nomine dñi Jesu Christi: nec facio animã meã preciosiorẽ q̃ me. Ecce quomodo aiam suã amãdo oderat: immo odiẽs amabat: quã cupiebat p Jesu morti tradere/ vt hanc ad vitã de pcti morte suscitaret. Ab hac ergo discretiõe odij nũ trahant⁹ formã ad odiũ pximi. Ametur quilibet in hoc mũdo etiã aduersari⁹: sed in via dei cõtrari⁹ nõ ametur etiã propinqu⁹. Quisquis enĩ iã eterna cõcupiscit: intra quã aggredit causa dei/ extra patrẽ/ extra matrẽ/ extra vxorẽ/ extra filios/ extra cognatos/ extra semetipsum fieri debet: vt eo verius cognoscat deũ/ quo in ei⁹ causa neminẽ recognoscit. Multũ nãq; est q carnales affect⁹ intẽtionẽ mẽtis diuerberãt: eiusq; aciẽ obscurant. quos tñ nequaq̃ noxios patimur: si eos premendo teneamus. Amandi ergo sunt proximi: impendenda est charitas omnibus et propinquis et extraneis: nec tamẽ pro eadẽ charitate a dei amore flectẽdũ. Scimus autẽ qz cũ de terra philistijm arca dñi ad terrã israelitarum rediret/ plaustro supimposita est: et vacce plaustro subiũcte sunt: q fete fuisse memorãtur: quarũ filios clauserunt domi. Et scriptũ est: Ibant aũt in directũ vacce per viam que ducit bethsamis/ vno itinere gradiebant/ pergẽtes et mugientes: et nõ declinabãt neq; ad dexterã neq; ad sinistrã. Quid ergo vacce nisi fideles quosq; in ecclesia designãt: qui dũ sacri eloquij pcepta cõsiderãt/ quasi supimpositã sibi dñi arcã portant. De qb⁹ hoc etiã est notãdũ q fuisse fete memorãtur: qz sunt plerisq; qui in

Margin: K

Margin: Uita tpalis eterne cõparata mors est.

Margin: ij. Ti. ij.

Margin: Math. v. ad ephe. v.

Margin: Math. x. L

Margin: Diligitur quisq; pximus p odiũ.

Margin: Act. xxj.

Margin: M Paulus aiam suã amando oderat.

Margin: Arca dñi ferebat p vaccas. j. Reg. vj.

A via dei intrinsecus positi/foris carnalibus affectibus li gantur: sed nō declinant a recto itinere: qui arcā dei por tant in mēte. Ecce enī vacce bethsamis pergūt. Bethsa mis quippe dicitur domus solis. Et propheta ait: Uo bis autē qui timetis dñm/orietur sol iustitie. Si ergo ad eterni solis habitationē tēdimus/dignū profecto est: vt de dei itinere pro carnalibus affectib⁹ non declinemus. Tota enī virtute pensandū est: ꝙ vacce dei plaustro sup posite pergūt/ꝛ gemūt. Dāt ab intimis mugit⁹: ꝛ tamen a bitinere nō deflectūt gressus. Sic nimirū p̄dicatores dei/sic fideles quiq; esse intra sanctā ecclesiā debēt/vt cō patiantur proximis per charitatē/et tamē de via dei nō exorbitent p cōpassionē. Hoc ipsum vero anime odium qualiter exhiberi debeat/ veritas subdēdo manifestat/ dicēs: Qui nō baiulat crucē suā/ꝛ venit post me/non po test me⁹ esse discipul⁹. Crux quippe a cruciatu dicit. Et duobus modis crucē dñi baiulamus: cū aut p abstinē tiam carnē afficimus/aut p cōpassionē proximi/necessi tatem illius/nostrā putamus. Qui enim dolorē exhibet in aliena necessitate/crucē portat in mente. Sciendū ve ro est ꝙ sunt nōnulli qui carnis abstinētiam non p deo/ sed pro inani gloria exhibēt. Et sunt plerīq; qui cōpassio nem proximo non spiritaliter/sed carnaliter impendūt: vt ei nō ad virtutē/s; q̄si miserēdo ad culpas faueāt. Hi itaq; crucē quidē videntur ferre: sed dñm non sequūtur. Unde recte hec eadem veritas dicit: [Qui non baiulat crucē suam: ꝛ venit post me: nō potest meus esse discipu lus.] Baiulare etenim crucem ꝛ post dñm ire/est vel car nis abstinētiam/ vel compassionem proximo pro studio eterne intētionis exhibere. Nam quisquis hec pro tēpo rali intētione exhibet: crucē quidē baiulat/sed ire post dñm recusat. Quia vero sublimia precepta data sunt: p tinus cōparatio edificande sublimitatis adiūgitur/ cū dicitur. [Quis enim ex vobis volens turrem edificare: non prius sedens cōputat sumptus qui necessarij sunt: si habeat ad perficiendum: ne postea ꝙ posuerit fundamē tum/ꝛ non potuerit pficere: oēs qui viderint/incipiāt ei illudere dicentes: q: hic homo cepit edificare: ꝛ non po tuit cōsummare.] Omne quod agimus/preuenire p stu dium considerationis debemus. Ecce enim iuxta veri tatis vocē/qui turrē edificat: prius edificij sumptus pa rat. Si ergo humilitatis turrē construere cupim⁹: prius nos preparare cōtra aduersa huius seculi debem⁹. Hoc enī inter terrenū ꝛ celeste edificiū distat/ꝙ terrenū edifi ciū expensas colligēdo cōstruitur: celeste vero expensas dispergēdo. Ad illud sumpt⁹ facimus: si nō habita colli gamus. Ad istud sumpt⁹ facimus: si et habita relinqua mus. Hos sumptus diues ille habere non potuit: qui multas possessiōes possidēs/magistrū requisiuit: dicēs: Magister bone quid faciendo vitā eternam possidebo? Qui cū precepta relinquēdi oīa audisset/tristis abscessit: ꝛ inde est angustatus in mente: vnde foris fuit latior in possessione. Quia enim in hac vita amabat sumpt⁹ cu stodire: tendendo ad eternam patriam/habere noluit sumptus humilitatis. Considerādum vero est quod di citur: [Oēs qui viderint: incipiant illudere ei.] quia iux ta Pauli vocē/spectaculum facti sumus mūdo/ ange lis/ꝛ hominibus. Et in omne quod agimus/cōsiderare occultos nostros aduersarios debemus: qui semp nris operibus insistunt: semper ex nostro defectu gratulātur. Quos ppheta intuens ait: Deus meus in te cōfido/non erubescā: neq; irrideant me inimici mei. In bonis enim operibus intēti/nisi cōtra malignos spirit⁹ sollicite vi gilemus: ipsos irrisores patimur: quos ad malū persua sores habemus. Sed ꝗ de costruendo edificio cōpara tio data est/nūc ex minori ad maius similitudo subdit: vt ex rebus minimis maiora pensentur. Nam sequitur: [Aut quis rex iturus cōmittere bellum aduersus aliū regem: nōne sedēs prius cogitat: si possit cum decē mili bus occurrere ei: qui cū .xx. milib⁹ venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agēte/legationē mittens/rogat ea que pacis sunt.] Rex contra regē ex equo venit ad prelium: et tamē si se ppendit nō posse sufficere/legationē mittit: et ea q̄ pacis sunt/postulat. Quib⁹ ergo nos lachrymis veniam sperare debemus: qui in illo tremendo examine cū rege nostro ex equo ad iudicium nō venimus? Quos nimirū conditionis infirmitas/ꝛ causa inferiores exhi bet. Sed fortasse iam mali operis culpas abscidim⁹: iā

Mala.iiij. · Luc.xiiij. · Crucē do mini duo b⁹ modis baiulam⁹. · B · Edificiū celeste et terrenum differūt. · Mat.xix. · C · i.Cor.iiij. · Ps.xxiiij.

prava queq; exterius declinamus. Nunquid ad reddē dam rationē cogitationis nostre sufficim⁹? Nam cū .xx. milibus venire dicitur is cōtra quē minime sufficit iste qui cū .x. milibus venit. Decē milia quippe ad .xx. milia/ simplum ad duplū sunt. Nos autē si multū proficimus/ vix exteriora nostra opera in rectitudine seruam⁹. Nam etsi iā iniuria carnalis abscissa est: tamē adhuc a corde funditus abscissa non est. Ille autē qui iudicaturus ve nit/exteriora simul ꝛ interiora iudicat: facta pariter ꝛ co gitationes pensat. Cū duplo ergo exercitu cōtra simplū venit: qui nos vix in solo opere preparatos/simul de ope re ꝛ cogitatione discutit. Quid ergo agendū est fratres: nisi vt dū nos cū simplo exercitu cōtra duplū illius suffi cere non posse conspicimus: dū adhuc longe est: legatio nem mittamus: ꝛ rogemus ea que pacis sunt? Lōge enī esse dicitur: qui adhuc presens per iudicium nō videtur. Mittamus ad hunc legationē lachrymas nostras: mit tamus misericordie opera: mactem⁹ in ara eius hostias placationis: cognoscamus nos cū eo in iudicio nō posse contēdere. Pēsemus virtutē eius fortitudinis: rogem⁹ ea que pacis sunt. Hec est nostra legatio: que regē veniē tem placat. Pēsate fratres ꝙ benignum sit: ꝙ is qui suo aduentu valet opprimere: tardat venire. Mittamus ad hunc (vt diximus) legationē nostrā/flendo/tribuendo/ sacras hostias offerendo. Singulariter nāq; ad absolu tionem nostrā oblata cū lachrymis ꝛ benignitate mentis sacri altaris hostia suffragatur: q: is qui in se resurgens a mortuis iam nō moritur: adhuc per hanc in suo myste rio pro nobis iterū patitur. Nam quotiens ei hostiā sue passionis offerimus/totiens nobis ad absolutionem no stram/passionē illius reparam⁹. Multos vt arbitror ve strum fratres charissimi cōtigit nosse hoc quod volo ad memoriā vestrā narrādo reuocare. Non longe a nostris fertur tēporibus factū ꝙ quidā ab hostib⁹ captiuus lōge traduct⁹ est. Cūq; diu teneretur in vinculis/eiusq; vxor eius cum ex eadē captiuitate nō reciperet: extinctū putauit. Pro quo iam velut mortuo hostias hebdomadibus sin gulis curabat offerre. Cuius totiens vincula solueban tur in captiuitate: quotiens ab eius coniuge oblate fuis sent hostie pro anime eius absolutione. Non longo post tēpore reuersus/admirans valde sue indicauit vxori: ꝙ diebus certis hebdomadib⁹ singulis/ei⁹ vincula solue bantur. Quos videlicet dies eius vxor atq; horas discu tiens: tūc eum recognouit absolutū: cū pro eo sacrificiū meminerat oblatum. Hinc ergo fratres charissimi/hinc certa cōsideratiōe colligite: oblata a nobis hostia sacra quātū in nobis soluere valeat ligaturā cordis: si oblata ab altero potuit in altero soluere vincula corporis. Multi vestrū fres charissimi cassinātiēsis vrbis episcopū no uerunt: cui mos erat quotidian⁹ deo hostias offerre: ita vt pene nullus dies vite eius abscederet: quo non omni potenti deo hostiam placationis immolaret. Cui cū sa crificio valde etiā cōcordabat vita. Nam cuncta que ha bebat/in elemosynis tribuēs/cū ad horā offerēdi sacri ficij venisset: velut totus in lachrymis defluens/semet ipsum cū magna cordis cōtritione mactabat. Cuius et vitam ꝛ exitū a quodā venerabilis vite diacono qui fue rat ab eo nutrit⁹/referēte cognoui. Aiebat enim ꝙ qua dam nocte eius presbytero p visum dñs astitit/dicens. Uade ꝛ dic episcopo. Age quod agis: operare qđ opera ris: non cesset pes tuus: nō cesset man⁹ tua: natali aposto lorum venies ad me: retribuam tibi mercedē tuā. Sur rexit presbyter: sed quia e vicino apostolorū natalitius dies imminebat: tā propinqui exitus diem episcopo nūs ciare pertimuit. Alia nocte dñs rediit: eiusq; inobedien tiā vehemēter increpauit: atq; eadē iussionis sue verba retexuit. Tūc presbyter surrexit vt pergeret: sed rursus infirmitas cordis impedimēto facta est indicande reue lationis. Et ad admonitionē quoq; iterate iussionis ob duruit: ꝑgeret que viderat/manifestare neglexit. Sed qr magnā māsuetudinē contēpte gratie maior sequi so let ira vindicte: visione tertia dñs apparens/iam verbis addidit verbera: ꝛ tā districta cede mactat⁹ est: vt in eo duritiam cordis emolliret vulnera corporis. Surrexit ergo eruditus ex verbere: perrexit ad episcopum/eumq; iam ex more iuxta beati Iuuenalis martyris sepulchrū ad offerendū sacrificiū cōsulentē reperit: secretū a circū stantibus petijt: seq; eius pedibus strauit. Cūq; eū vber

D · Iudex ex teriora et interiora iudicabit · Legatio nē ad dñm mittere de bemus vt rogem⁹ ea que pacis sunt. · E · Hostia al taris mul tum valet ad absolu tionē no stram. · Hostie oblatio magne ef efficacie notabili ostendit exēplo. · F · Humilior ne magna dign⁹ est/ q̄ sepius dei gratiā contēpsit.

G tim flentem episcopus vir ad se leuare potuisset/lachrymarum causas cognoscere studuit. Ille vero relaturus ordinem visionis/prius vestimento ex humeris deuoluto/detexit plagas corporis (vt ita dicam) testes veritati et culpe: monstrauit quanta animaduersione districtionis membra illius accepta verbera liuore inflicto suggillauerint. Que mox vt episcopus vidit/exhorruit: et quis sibi talia facere presumpsisset: cum magne obstupefactionis vocibus inquisiuit. At ille respondit/hec se pro ipso fuisse perpessum. Excreuit cum terrore admiratio: sed nullas iam presbyter inquisitioni eius moras adduciens/secretum reuelationis aperuit: eique iussionis dominice ea que audierat verba narrauit dicens. Age quod agis: operare quod operaris: non cesset manus tua: non cesset pes tuus: natali apostolorum venies ad me/et retribuam tibi mercedem tuam. Quibus auditis/episcopus se in orationem cum magna cordis contritione prostrauit; et qui oblaturus sacrificium/ad horam tertiam venerat: hoc pro extense orationis magnitudine/ad horam nonam vsque protelauit. Atque ex illo iam die magis magisque exaucta sunt ei lucra pietatis. Factusque est tam fortis in opere: quam certus ex munere: quippe qui eum cui ipse debitor fuerat/ex ea promissione iam ceperat habere debitorem. Huic autem consuetudo fuerat: annis singulis natalitio apostolorum die romam venire. Iamque ex hac reuelatione suspectus/venire iuxta morem noluit. Eodem er-
H go tempore sollicitus fuit/secundo quoque anno vel tertio in mortis sue expectatione suspensus/quarto/quinto quoque et sexto similiter. Qui desperare iam de veritate reuelationis poterat: si verbis fidem verbera non fecissent. Cumque ex anno septimo vsque ad expectati natalis sacras vigilias incolumis peruenit: sed leuis hunc in vigilijs calor† attigit: atque ipso die natalitio filijs suis se expectantibus/missarum solemnia implere se posse recusauit. Illi vero qui de eius erant pariter egressione suspecti: simul ad eum omnes venerunt: sese vnanimiter astringentes/vt die eodem nequaquam acquiescerent missarum solemnia celebrari: nisi pro eis apud dominum idem antistes suus intercessor accederet. Tunc ille compulsus/in episcopij oratorio missas fecit: et manu sua corpus dominicum pacemque omnibus tribuit. Qui cuncto ministerio oblati sacrificij peracto/ad lectulum rediit: ibique iacens/dum sacerdotes suos ac ministros circumstetisse cerneret: quasi vale vltimum dicens, de seruando eos vinculo charitatis admonebat: et quanta debuissent concordia inter se viuere/predicabat. Cum subito inter ipsa sancte exhortationis verba/voce terribili clamauit dicens. Hora est. Moxque assistentibus ipse suis manibus linteum dedit: quod ex more morientium/sibi contra faciem tenderetur. Quo tenso/spiritum emisit; sicque sancta illa anima ad gaudia eterna perueniens: a carnis corruptione soluta est. Quem fratres charissimi/quem vir iste in morte sua imitatus est/nisi eum quem in vita sua fuerat contemplatus? Dicens enim/hora est/de corpore exijt/quia et Iesus peractis omnibus cum dixisset consummatum est: inclinato capite tradidit spiritum. Quod ergo
I dominus ex potestate/hoc egit famulus ex vocatione. Ecce quotidiane hostie illius cum eleemosynis et lachrymis missa legatio/quantam cum rege veniente gratie pacem fecit. Relinquat ergo omnia qui potest. Qui autem relinquere omnia non potest: cum adhuc longe est rex/legationem mittat lachrymarum/eleemosynarum/hostiarum munera offerat. Vult enim placari precibus: qui scit quod portari non possit iratus. Qui adhuc moram facit venire: legationem pacis sustinet. Venisset iam si vellet: et cunctos suos aduersarios trucidasset. Sed et quam terribilis veniet/indicat: et tamen ad veniendum tardat: quia non vult inuenire quos puniat: sed reatum nobis contemptus nostri denunciat: dicens. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Et tamen sperande salutis remedium confert: quia qui pro ira non potest ferri/pro postulatione pacis vult legationem placari. Lauate ergo fratres charissimi lachrymis maculas peccatorum/eleemosynis tergite: sacris hostijs expiate. Nolite possidere per desiderium: que adhuc per vsum minime relinquitis. Spem in solo redemptore figite: ad eternam patriam mente transite. Si enim nil in hoc mundo iam amando possidetis/etiam possidendo cuncta reliquistis. Ipse nobis gaudia desiderata concedat: qui nobis eterne pacis remedia contulit Iesus Christus dominus noster. Qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

[Margin: † alias leuis dolor. — Ioan. xix. — Lachrymarum legationem mittamus ad regem. — Deus vult placari precibus. — Eleemosyne tergunt maculas peccatorum]

Lectio sancti euangelij secundum Mattheum.

K [Margin: Mat. xxij]

In illo tempore. Loquebatur Iesus principibus sacerdotum et phariseis in parabolis dicens: Simile factum est regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo: et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebant venire. Iterum misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui: tauri mei et altilia occisa sunt et omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: et abierunt alius in villam suam/alius vero ad negociationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius: et contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est: et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos: et ciuitates illorum succendit. Tunc ait rex seruis suis: Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: et quoscunque inueneritis/vocate ad nuptias. Et egressi serui
L eius in vias: congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos et malos: et implete sunt nuptie discumbentium. Intrauit autem rex vt videret discumbentes: et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali: et ait illi: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus eius et manibus/mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi.

Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Clementis: Dominica .xx. post trinitatem. Homilia .xxxviij.

Textum lectionis euangelice fratres charissimi volo (si possum) sub breuitate transcurrere: vt in fine eius valeam ad loquendum largius vacare. Sed querendum prius est an hec apud Mattheum ipsa sit lectio/que apud Lucam sub appellatione cene describitur. Et quidem sunt nonnulla que sibi dissona esse videntur: quia hic prandium/illic cena memoratur: hic qui ad nuptias non dignis vestibus intrauit/repulsus est: illic nullus qui intrasse dicitur/repulsus esse perhibetur. Qua ex
M re recte colligitur: quia hic per nuptias presens ecclesia/et illic per cenam eternum et vltimum conuiuium designatur: quia et hanc nonnulli exituri intrant: et ad illud quisquis semel intrauerit: vlterius non exibit. At si quis forte contendat hanc eandem esse lectionem/ego melius puto salua fide/alieno intellectui cedere: quam contentionibus deseruire: quoniam et intelligi congrue fortassis potest: quia de proiecto eo qui cum nuptiali veste non venerat: quod Lucas tacuit/Mattheus dicit. Quod vero per illum cena/per hunc autem prandium dicitur: nequaquam vel hoc nostre intelligentie obsistit: quia cum ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret: ipsum quoque prandium cena vocabatur. Sepe autem iam me dixisse memini quod plerumque in sancto euangelio regnum celorum presens ecclesia nominatur. Congregatio quippe iustorum/regnum celorum dicitur. Quia enim per prophetam dominus dicit: Celum mihi sedes est: et Salomon ait: Anima iusti sedes sapientie: Paulus etiam dicit Christum dei virtutem/et dei sapientiam: liquido colligere debemus quia si deus sapientia: anima autem iusti sedes sapientie: dum celum dicitur sedes dei: celum ergo est anima iusti. Hinc per psalmistam de sanctis predicatoribus dicitur: Celi enarrant gloriam dei. Regnum ergo celorum est ecclesia iustorum: quia dum eorum corda in terra nil ambiunt per hoc quod ad superna suspirant: iam in eis dominus quasi in celestibus regnat. Dicatur ergo: Simile est regnum

[Margin: Esa. lxvi. — Sap. vij. — i. Cor. i. — Anima iusti potest dici celum. — Ps. xviij.]

A

celorum homini regi/qui fecit nuptias filio suo.] Iam intelligit charitas vestra/quis est iste rex/regis filij pater: ille nimirum cui psalmista ait: Deus/iudicium tuu regi da: et iusticiam tua filio regis.[Qui fecit nuptias filio suo.] Tunc enim deus pater deo filio suo nuptias fecit: quando hunc in vtero virginis/humane nature coniunxit: quando deum ante secula/fieri voluit hominem in fine seculorum.

Ps.lxxi.

Nuptias qn deus pater filio fecisse.

Sed quia ex duabus personis fieri solet ista nuptialis coniunctio/absit hoc ab intellectibus nostris/vt personam dei et hominis/redemptoris nostri Iesu Xpi/ex duabus personis credamus vnitam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis existere dicimus: sed ex duabus personis compositum credi/ve nefas/vitamus. Apertius ergo atque securius dici potest: quia in hoc pater regi filio nuptias fecit: quo ei per incarnationis mysterium sanctam ecclesiam sociauit. Vterus autem genitricis virginis/huius sponsi thalamus fuit. Vnde et psalmista dicit: In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Tanquam sponsus quippe de thalamo suo processit/quia ad coniungendam sibi ecclesiam incarnatus deus de incorrupto vtero virginis exiuit. Misit ergo seruos suos/vt ad istas nuptias amicos inuitarent. Misit semel/misit iterum: quia incarnationis dominice predicatores ad inuitandum misit: et prius prophetas/et postmodum apostolos fecit. Bis itaque seruos ad inuitandum misit: quia incarnationem vnigeniti et per prophetas dixit futuram: et per apostolos nunciauit factam. Sed quia hi qui prius inuitati sunt: ad nuptiarum conuiuium venire noluerunt: in secunda inuitatione iam dicitur: Ecce prandium meum paraui: tauri mei et altilia occisa sunt: et omnia parata. Quid in tauris vel altilibus fratres charissimi/nisi noui ac veteris testamenti patres accipimus? Quia enim vulgo loquor: etiam ipsa me necesse est verba euangelice lectionis explanare. Altilia enim saginata dicimus. Ab eo enim quod est alere: altilia quasi alitilia vocamus. Cum vero in lege scriptum sit: Diliges amicum tuum: et odio habebis inimicum tuum: ac cepta tunc iustis licentia fuerat: vt dei inimicos/suosque aduersarios quanta possent virtute opprimerent/eosque iure gladij ferirent. Quod in nouo procul dubio testamento compescitur: cum per semetipsam veritas predicat dicens: Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos.

Ps.xviij.

B

Tauri vel altilia quid representant.

Leui.xix.

Matth.v.

Tal. in ore

Matth.v.

Qui ergo per tauros/nisi patres testamenti veteris significantur? Nam dum ex permissione legis acceperant: quatenus aduersarios suos odij retributione percuterent: (vt ita dicam) quid aliud quam tauri erant: qui inimicos suos virtute corporee cornu feriebant? Quid vero per altilia/nisi patres testamenti noui figurantur: qui dum gratiam pinguedinis interne percipiunt/eternis desiderijs innitentes/ad sublimia contemplationis sue pennis subleuantur. In imo quippe cogitationem ponere/quid est aliud quam quedam aridas mentis? Qui autem intellectu celestium/semper sancta desideria de superno/delectationis intime cibo pascuntur/quasi largiori alimento pinguescunt. Hac enim pinguedine saginari propheta concupierat/cum dicebat: Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. Quia ergo predicatores dominice incarnationis missi/persecutionem ab infidelibus/et prius prophete/et postmodum sancti apostoli pertulerunt: inuitatis et venire nolentibus dicitur: [Tauri mei et altilia occisa sunt: et omnia parata.] Ac si apertius dicatur: Patrum precedentium mortes aspicite/et remedia vite vestre cogitate. Notandum vero quia in priori inuitatione nil de tauris et altilibus dicitur: in secunda autem iam tauri et altilia mactata esse memorantur: quia omnipotens deus/cum verba eius audire nolumus/adiungit exempla: vt omne quod impossibile credimus: tanto nobis ad superandum fiat facilius: quanto per hoc transisse iam et alios audimus.

C

Ps.lxij.

Exempla adiungit deus cum eius verba audire nolumus.

Sequitur.[Illi autem neglexerunt: et abierunt/alius in villam suam: alius vero in negociationem suam.] In villam quippe ire est labori terreno immoderate incumbere. In negociationem vero ire est: actionum secularium lucris inhiare. Quis enim alius intentus labori terreno/alius vero mundi huius actionibus deditus/mysterium incarnationis dominice pensare/et secundum illud viuere dissimulat: quasi ad villam vel negocium pergens/venire ad regis nuptias recusat. Et plerunque (quod est grauius) nonnulli vocantis gratiam non solum respuunt: sed etiam persequuntur. Vnde et subditur: [Reliqui vero tenuerunt seruos eius: et contumelijs affectos occiderunt.] Sed rex ista cognoscens/missis exercitibus suis/perdidit homicidas illos/et ciuitatem illorum succendit.] Homicidas perdidit: quia persequentes interimit. Ciuitatem eorum igni succendit: quia illorum non solum anime/sed et caro quoque in qua habitauerant/eterne gehenne flamma cruciatur. Missis vero exercitibus extinxisse homicidas dicitur: quia in hominibus omne iudicium per angelos exhibetur. Quid namque sunt illa angelorum agmina/nisi exercitus regis nostri? Vnde et idem rex dominus sabbaoth dicitur. Sabbaoth quippe exercitus interpretatur. Ad perdendos ergo aduersarios suos exercitum mittit: quia nimirum vindictam dominus per angelos exercet. Cuius vindicte potentiam tunc nostri patres audiebant: nos autem iam cernimus. Vbi sunt enim sursum illi martyrum persecutores? Vbi illi qui contra conditorem suum ceruicem cordis erexerant: et de huius mundi gloria mortifera tumebant? Ecce iam mors martyrum floret in fide viuentium: et hi qui contra illos de crudelitate sua gloriati sunt: nequaquam ad memoriam nostram veniunt/vel in numero mortuorum. Rebus ergo cognoscimus: quod in parabolis audiuimus. Sed is qui inuitantem se contemni conspicit: regis filij sui nuptias vacuas non habebit. Ad alios mittit: quia etsi apud aliquos laborat verbum dei: quandoque tamen sermo dei inuenturus est vbi requiescat. Vnde et subditur: [Tunc ait seruis suis: Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: et quoscunque inueneritis: vocate ad nuptias.] Si in scriptura sacra vias actiones accipimus: exitus viarum intelligimus defectus actionum: quia illi plerunque facile ad deum veniunt/quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur. Sequitur: [Et egressi serui eius in vias/congregauerunt omnes quos inuenerunt: malos et bonos: et implete sunt nuptie discumbentium.] Ecce iam ipsa qualitate conuiuantium aperte ostenditur: quia per has regis nuptias presens ecclesia designatur: in qua cum bonis et mali conueniunt. Permixta quippe est diuersitate filiorum: quia sic omnes ad fidem generat/vt tamen omnes per immutationem vite ad libertatem spiritalis gratie culpis exigentibus non perducat. Quousque namque hic viuimus/necesse est vt viam presentis seculi permixti pergamus. Tunc autem discernimur: cum peruenimus. Boni enim soli nusquam sunt/nisi in celo: et mali soli nusquam sunt: nisi in inferno. Hec autem vita que inter celum et infernum sita est: sicut in medio subsistit: ita vtrarumque partium ciues communiter recipit: quos tamen sancta ecclesia et nunc indiscrete suscipit: et postmodum in egressione discernit. Si ergo boni estis/quamdiu in hac vita subsistitis/equanimiter tolerare malos debetis. Nam quisquis malos non tolerat: ipse sibi per intolerantiam suam testis est: quia bonus non est. Abel enim esse renuit/quem cain malitia non exercet. Sic in triturae area grana sub paleis premuntur: sic flores inter spinas oriuntur: et rosa que redolet/crescit cum spina que pungit. Duos quippe filios habuit primus homo: vnus horum electus est: alter reprobus fuit. Tres filios noe arca continuit: sed duo ex his electi sunt: et vnus reprobus fuit. Duos Abraham filios habuit: sed vnus electus est: alter reprobus fuit. Duos Isaac filios habuit: sed vnus electus est: alter reprobatus. Duodecim filios habuit Iacob: sed ex his vnus per innocentiam venditus est: alij vero per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim apostoli sunt electi: sed vnus in his admixtus est reprobus qui probaret/vndecim qui probarentur. Septem sunt diacones ab apostolis ordinati: sed sex in fide recta permanentibus/vnus extitit auctor erroris. In hac ergo ecclesia nec mali esse sine bonis/nec boni sine malis esse possunt. Antecacta itaque tempora fratres charissimi ad mentem reducite: et vos ad malorum tolerantiam roborate. Si enim electorum filij sumus/restat necesse est/vt per eorum exempla gradiamur. Bonus enim non fuit: qui malos tolerare recusauit. Hinc namque est quod de semetipso beatus Iob asserit dicens: Frater fui draconum/et socius struthionum. Hinc per Salomonem sponsi voce sancte ecclesie dicitur: Sicut lilium inter spinas/sic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechielem dominus dicit: Fili hominis/increduli et subuersores sunt tecum: et cum scorpionibus habitas. Hinc Petrus beati Loth vitam glorificat dicens: Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniuria conuersatione eruit. Aspectu enim et auditu iustus erat/habitans inter eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus discipulorum vitam et laudat et robo

D

Ciuitas malorum succendit.

Sabbaoth interpretatur exercitus.

E

Vie in sacra scriptura accipiuntur pro actionibus.

Boni qn separabuntur a malis.

F

Iob.xxx.

Cant.ij.

Ezech.ij.

ij. Pet.ij.

[Ad phi. ij.] rat/dicens. In medio nationis praue et peruerse/ inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo/ verbū vite continētes. [G] Hinc Joannes pgāmi ecclesie attestatur dicens: [Apoc. ij.] Scio vbi habitas: vbi sedes est satane: et tenes nomen meū: et non negasti fidē meā. Ecce fratres charissimi per ne omnia percurrēdo cognoscimus: q bonꝰ nō fuit/ quē malorū prauitas nō probauit. Ut enim ita loquar: ferrū nostre nequaq̄ pducitur ad subtilitatē acuminis/ si hoc non eraserit aliene lima prauitatis. [Boni pauci sunt: et mali multi.] Terrere autē vos nō debet q in ecclesia et multi mali/ et pauci sunt boni: quia arca in vndis diluuij (que huius ecclesie typū gessit) et ampla in inferioribꝰ/ et angusta i superioribus fuit. Que in summitate etiā sua ad vnius mēsurā cubiti excreuit. Inferius quippe/ q̄drupeda atq̄ reptilia: superius vero aues et homines habuisse credenda est. Ibi lata extitit/ vbi bestias habuit: ibi angusta/ vbi homines seruauit: quia nimirū sancta ecclesia in carnalibꝰ ampla est/ in spiritalibus angusta. Ubi enim bestiales hominū mores tolerat: illic latius sinū tetēdit. Ubi aūt eos habet q̄ spiritali ratione suffulti sunt/ illic quidē ad summū ducitur: sed [Mat. vij.] tñ q pauci sunt/ angustatur. Lata quippe via est / q̄ ducit ad pditionē: et multi sunt qui vadūt p eā: et angusta est q̄ ducit ad vitā: et pauci sunt qui inueniūt eā. Eo aūt vsq̄ arca angustat in summis: quousq̄ ad mēsurā vnius cubiti perducatur: quia in sancta ecclesia quanto sanctiores quiq̄ sunt/ tāto pauciores. [H] Que in summo ad illū pducitur/ qui solus homo in hominibꝰ/ et sine alterius cōpara- [Psal. cj.] tione natꝰ est sanctꝰ. Qui iuxta psalmiste vocē/ factꝰ est sicut passer vnicus in edificio. Tanto ergo magis mali tolerādi sunt: quāto et amplius abundāt: quia in area tritura pauca sunt grana que seruātur horreis: et grandes [Nuptiarū domus dī scā eccña] aceruī palearū/ qui ignibus cōburūtur. Sed q iam sergēte dño/ nuptiarū domū .i. sanctā ecclesiam intrastis: solerter fratres aspicite: ne aliqd de mētis veste habitu rex ingrediens reprehēdat. Cū magno enī cordis timore pēsandū est qd ꝓtinus subditur: [Intrauit aūt rex vt videret discūbentes: et vidit ibi hominē nō vestitū veste nuptiali.] Quid fratres charissimi exprimi p nuptialē vestē putamus? Si enim vestē nuptialē/ baptisma vel fidem dicimus/ quis sine baptismate et fide has nuptias intrauit? Eo enī ipso foris est/ quo necdū credidit. Quid ergo debemus intelligere nuptialem vestem: nisi charitatem? Intrat enim ad nuptias / sed cum nuptiali veste non intrat/ qui in sancta ecclesia assistēs/ fidē habet/ sed charitatē nō habet. Recte enim charitas/ nuptialis vestis vocatur: q hanc in se cōditor noster habuit: dum ad sibi sociandē ecclesie nuptias venit. Sola quippe dilectione dei actū est: vt eius vnigenitꝰ mētes sibi electorū [Joan. iij.] hominū vniret. Unde et Joānes dicit. Sic enim dilexit deus mūdū: vt filiū suū vnigenitū daret pro nobis. Qui ergo p charitatē venit ad homines/ eandē charitatē in- [Uestis nuptialis ē charitas.] notuit vestē esse nuptialē. Omnis ergo vestrū qui in ecclesia positus deo credidit/ iā ad nuptias intrauit: sed cū nuptiali veste nō venit/ si charitatis gratiā nō custodit.

[J] Et certe fratres si quis ad carnales nuptias esset inuitatus/ vestē mutaret/ cōgaudere se sponso et spōse ex ipso sui habitus decore ostēderet: inter gaudētes et festa celebrātes/ despectis vestibꝰ apparere erubesceret. Nos ad dei nuptias venimꝰ: et cordis vestē mutare dissimulamꝰ. Congaudēt angeli/ cū ad celū assumūtur electi. Qua ergo mēte hec spiritalia festa cōspicimus: qui nuptialē vestem .i. charitatē/ que sola nos speciosos exhibeat/ nō habemꝰ? Sciēdū vero est q sicut in duobꝰ lignis/ superiore videlicet et inferiore vestis texitur/ ita in duobꝰ preceptis charitas habet: in dilectione scz dei/ et ꝓximi. Scri- [Mat. xxij. Deut. vj.] ptū quippe est: Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: et tota aīa tua et ex tota virtute tua: et ꝓximū tuū sicut te ipsum. Qua in re notādū est: q in dilectione ꝓximi mensura amoris ponit/ cū dicit: Diliges proximū tuū sicut teipsum. Dei aūt dilectio nulla mēsura cōstringitur/ cū dicit: Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo / et ex tota anima tua / et ex tota virtute tua. Non enim iubet quisq̄ quātū diligat: sed ex quāto: cū dr ex toto: quia ille veraciter deū diligit: qui sibi de se nihil relinquit. Duo ergo hec necesse est vt charitatis ꝓcepta custodiat/ quisquis habere in nuptijs vestē nuptialē curat. Hinc est enim q [Ezech. xl.] apud Ezechielē prophetā/ porte ipsius ciuitatis in mōte cōstitute/ vestibulū duobꝰ cubitis mensurat: quia nimirum accessus nobis celestis ciuitatis nō pandit/ si in [K] hac ecclesia (que pro eo qd adhuc foris est/ vestibulū dr) dei et proximi dilectio non tenet. Hinc est q cortinis ta- [Exo. xxv.] bernaculi interi coccus bis tinctꝰ iubet. Uos estis fratres: vos estis cortine tabernaculi: qui p fidē in cordibꝰ vestris secreta celestia velatis. Sed cortinis tabernaculi bis tinctus coccus debet inesse. Coccus quippe ignis speciem habet. Quid vero est charitas nisi ignis? Sed [Charitas debet esse bis tincta.] ista charitas esse bis tincta debet: vt tingat et p amorē dei: tingatur et p amorē proximi. Qui enī sic amat deū/ vt per contēplationē illiꝰ negligat proximū/ coccus quidē est/ sed bis tinctus nō est. Rursum qui sic amat ꝓximū/ vt in ꝯtēplatione dei p eiꝰ amorē relinquat: coccus est: sed bis tinctus non est. Ut ergo charitas vestra bis tinctus coccus esse valeat: et ad amorē se dei/ et ad amorē proximi accendat: quatinus nec ex cōpassione proximi/ contēplationē relinquat dei/ nec pluſq̄ debet inherens contēplationi dei/ cōpassionē abijciat proximi. Omnis itaq̄ homo inter homines viuens/ sic ad eū anhelet quē desiderat: vt tñ hūc non deserat cum quo currebat: et sic huic adiutorium ferat/ vt ab illo nullatenus torpeat: ad quē festinabat. Sciendū quoq̄ est q ipsa dilectio ꝓximi in duobꝰ ꝓceptis subdiuidit: cū quidā sapiēs dicat: Qd [Thob. iiij.] tibi odis fieri: vide ne ipse alteri facias. Et p semetipsam veritas ꝓdicat dicēs: Que vultis vt faciat vobis [Mat. vij.] homines: et vos eadē facite illis. Si enī et qd impēdi nobis recte volumus/ hoc alijs impartimur: et qd nobis fieri [L] nolumus: hoc alijs facere ipsi deuitamus: charitatis iura illesa seruamus. Sed nemo cū quēpiam diligit/ habere se protinus charitatē putet: nisi prius ipsam vim sue dilectionis examinet. Nam si quis quēlibet amat: sed ꝓpter deū non amat: charitatē nō habet/ sed habere se putat. [Charitas vera q̄ est.] Charitas aūt vera est: cū et in deo diligitur amicus: et propter deū diligit inimicus. Ille enim ꝓpter deum diligit eos quos diligit: qui iam et eos diligere a qbꝰ nō diligitur scit. Probari enī charitas p solā odij aduersitatē solet. Unde et per semetipsm dñs dicit: Diligite ini- [Luce. vj.] micos vestros. benefacite his qui oderūt vos. Ille ergo securus amat: qui ꝓpter deū illū amat a quo se intelligit nō amari. Magna sunt hec: alta sunt hec: et multis ad exhibendū difficilia: sed tñ ista est vestis nuptialis. Quisquis aūt hanc recubens in nuptijs nō habet: iam sollicitus metuat/ ingrediente rege qñ mittat foras. Ecce enī dicit. [Intrauit rex ad nuptias/ vt videret discūbentes: et vidit ibi hominē non vestitū veste nuptiali.] Nos sumus fratres qui in nuptijs verbi discūbimus: qui iam fidem in ecclesia habemus: qui scripture sacre epulis pascimur: qui cōiunctā deo ecclesiā esse gaudemus. Considerate rogo/ si cū nuptiali veste ad has nuptias venistis: cogitationes vestras sollicita inquisitione discutite. De rebus singulis corda vestra trutinate: si iam contra nul- [M] lum odium habetis: si contra felicitatē alienā nulla vos inuidie face succēditis: si per occultā malitiā nemini nocere festinatis. Ecce rex ad nuptias ingredit: et cordis nostri habitū cōtemplat: atq̄ ei quē charitate vestitum non inuenit: ꝓtinus iratus dicit: [Amice/ quō huc intrasti nō habēs vestē nuptialē?] Mirādū valde est fratres charissimi q hūc et amicū vocat/ et reprobat. Ac si et apertius dicat. Amice/ et nō amice. Amice p fidē: sed nō ami- [Amicus et non amicꝰ dei q̄sq̄ pōt aliq̄s esse.] ce per operationē. [At ille obmutuit] q (qd dici sine gemitu nō pōt) in illa districtione vltime increpationis omne argumentū cessat excusationis: quippe q ille foris increpat: qui testis cōsciētie/ intus animū accusat. Sed inter hec sciēdū est: q quisq̄s hāc vestē virtutis habet: sed tñ adhuc ꝑfecte nō habet: ad pij regis ingressū desperare de venia nō debet: q ipse quoq̄ spem nobis p psalmistam tribuens dicit: Imperfectū meum viderunt oculi [Psal. cxxxviij.] tui: et in libro tuo oēs scribent. Sed q pauca hec in consolatione habētis et infirmātis diximus: nunc ad eū qui hanc omnimodo non habet: verba vertamus. Sequitur: [Tunc rex dixit ministris. Ligatis manibus eius et pedibus/ mittite eū in tenebras exteriores. ibi erit fletꝰ et stridor dentiū.] Ligantur tūc pedes et manꝰ per districtionem sentētie: qui modo a prauis operibus ligari noluerunt per meliorationem vite. Uel certe tunc ligat pena: quos modo a bonis operibus ligauit culpa. Pedes enim qui visitare egrum negligunt: manus que nihil indigentibus tribuūt: a bono opere iam ex volūtate liga-

A te sunt. Qui ergo nūc sponte ligātur in vitiis: tunc in supplicio ligātur inuite. Bene autē dicit̄ q̄ in exteriores tenebras proiiciat̄. Interiores quippe tenebras dicimus cecitatē cordis: exteriores vero tenebras eternam noctē dānationis. Tunc ergo dāmnatus quisq̄ non in interiores, sed in exteriores tenebras mittitur: q̄ illic inuitus ꝓiicit̄ in noctē dānationis: qui hic spōte cecidit in cecitatē cordis. Ubi fletus quoq̄ et stridor dentiū esse perhibetur: vt illic dētes stridēāt, qui hic de edacitate gaudebāt. Illic oculi defleant: qui hic per illicitas cōcupiscētias versabant̄ in mūdo: quatinus singula queq̄ mēbra supplicio subiaceāt: que hic singulis quibusq̄ vitiis subiecta seruiebant. Sed repulso vno, in quo videlicet omne maloꝝ corpus exprimit̄: generalis ꝓtinus sentētia subinfert̄, que dicit̄ [Multi enī sunt vocati: pauci vero electi.] Tremendū est valde fratres charissimi quod audiuimus. Ecce nos oēs iam vocati per fidem ad celestis regis nuptias venimus: incarnationis eius mysteriū et credimus et confitemur: diuini verbi epulas sumimus: sed futuro die iudicii rex intraturus est. Quia vocati sumus, nouimus: si sumus electi, nescimus. Tanto ergo necesse est vt vnusquisq̄ nostrū in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt: nonnulli vero in bonis que ceperant, minime persistunt. Alter pene totam vitam ducere in prauitate conspicit̄: sed iuxta finem vite a prauitate sua per districte penitētie lamenta reuocatur. Alter electam videtur vitam ducere: et tamen hunc contingit ad erroris nequitiam iuxta finē vite declinare. Alius bonū bene inchoat: melius consummat. Alius in malis actibus a prima etate se exercet: et in eisdē operibus semp seipso deterior consummatur. Tanto ergo sibi vnusquisq̄ sollicite metuat, quanto ignorat quod restat: quia (quod sepe dicendum est: et sine obliuione retinendum) multi sunt vocati: pauci vero electi. Sed q̄ nōnunq̄ mētes audiētiū plus exempla fideliū, q̄ docentiū verba cōuertūt: volo vobis aliquid de proximo dicere, quod corda vestra tanto formidolosius audiant: quāto eis hoc de propinquo sonat. Neq̄ enim res lōge ante gestas dicimus: sed eas de quibus testes existunt: eis q̄ interfuisse se referunt memoramus. Tres pater meus sorores habuit: que cūcte tres sacre virgines fuerūt. Quarū vna tarsilla, alia gordiana, alia emiliana dicebatur. Uno oēs ardore cōuerse, vno eodēq̄ tēpore sacrate, sub districtiōe regulari degētes, in domo propria sociale vitā ducebant. Cūq̄ essent diutius in eadem cōuersatione: cepit quotidianis incrementis in amorem conditoris sui tarsilla et emiliana succrescere: et cū solo hic essent corpore, quotidie animo ad eterna trāsire. At cōtra gordiane animus cepit a calore amoris intimi per quotidiana decrementa tepescere: et paulatim ad huius seculi amorē redire. Crebro aūt tarsilla dicere emiliane sorori sue cū magno gemitu solebat: Uideo gordianā sororē nostram de nostra sorte nō esse: perpēdo enī q̄ foras defluit: et cor ad quod ꝓposuit non custodit. Quam curabāt blande quotidie redargutione corripere: atq̄ a leuitate morū ad grauitatē sui habitus reformare. Que quidē resumebat vultū subito grauitatis inter verba correptionis: sed cum eiusdē correptionis hora transisset: transibat protinus et superducta grauitas honestat, moreq̄ ad leuia verba redibat. Puellarum gaudebat societate laicarum: eiq̄ persona valde onerosa erat, quecūq̄ huic mundo dedita nō erat. Quadā vero nocte huic tarsille, que inter sorores suas virtute cōtinue orationis, afflictionis studiose: abstinētie singularis, grauitate vite venerabilis: in honore et culmine sanctitatis excreuerat: sicut ipsa narrauit: per visionem atauus meus Felix huius romane ecclesie antistes apparuit: eiq̄ mansionē perpetue claritatis ostendit, dicēs: Ueni, quia in hac te lucis māsione suscipio. Que subsequētī mox febre correpta, ad diem peruenit extremū. Et sicut nobilibus feminis, virisq̄ morientibus multi cōueniunt, qui eorū proximos consolentur: eadē hora eius exitus multi viri ac femine eius lectulū circūsteterunt: inter quas mater mea quoq̄ affuit. Cum subito sursum illa respiciens, Iesum venientē vidit: et cū magna aduersione cepit circūstantibus clamare, dicens: Recedite recedite, Iesus venit. Cūq̄ in eū intēderet quē videbat: sancta illa anima a carne soluta est: tantaq̄ subito fragrantia miri odoris aspersa est, vt ipsa quoq̄ suauitas cūctis ostēderet, illic auctorē suauitatis venisse. Cūq̄ corpus eius ex more mortuorū ad lauandū esset nudatū: longe orationis vsu, in cubitis eius et genibus, cameloꝝ more inuenta est obdurata cutis excreuisse: et quid viuēs eius spiritus semper egerit: caro mortua testabatur. Hec autem gesta sunt ante dñicī natalis diem. Quo transacto: mox emiliane sorori sue ꝑ visionē nocturne visionis apparuit dicens: Ueni: vt q̄ natalem dñicū sine te feci: sanctam theophaniam iam tecū faciam. Cui illa protinus de sororis sue gordiane salute sollicita respōdit. Et si sola venio, sororē nostrā gordianā cui dimitto? Cui (sicut afferebat) tristis vultu iterū dixit: Ueni: gordiana etenim soror nostra inter laicas deputata est. Quā visionē mox molestia corporis secuta est: atq̄ ita vt dictū fuerat, ante dñice apparitionis diem, eadē molestia ingrauescēte defuncta est. Gordiana aūt mox vt solā remāsisse se reperit, eius prauitas excreuit: et quod prius latuit in desiderio cogitationis: hoc post effectu praue actionis exercuit. Nam oblita dñici timoris, oblita pudoris et reuerentie, oblita cōsecrationis, cōductorē agroꝝ suorū postmodū maritū duxit. Ecce oēs tres vno prius ardore cōuerse sunt: sed non in vno eodēq̄ studio permāserūt: quia iuxta dñicā vocem: multi sunt vocati: pauci vero electi. Hec ergo dixi: ne quis in bono iam opere positus, sibi vires boni operis tribuat: ne quis de propria actione cōfidat: quia et si iam nouit hodie qualis sit, adhuc cras quid futurus sit, nescit. Nemo ergo de suis iam operibus securus gaudeat, quādo adhuc in huius vite incertitudine qui finis sequatur, ignorat. Sz quia rem retuli, que vos ex diuina districtione perterruit: aliud adhuc e vicino refero: quod ex diuina misericordia perterrita vestra corda consoletur: quod tamē in sermone alio iam dixisse memini: sed vos nequaq̄ affuistis. Ante biennium frater quidam in monasterium meū (quod iuxta beatorum martyrum Ioannis et Pauli ecclesiam situm est) gratia conuersationis venit: qui diu regulariter protractus: quādoq̄ susceptus est. Quē frater suus ad monasterium non conuersationis studio: sed carnali amore secutus est. Is autē qui ad conuersationem venerat, valde fratribus placebat. At contra: frater illius longe a vita eius ac moribus discrepabat. Uiuebat aūt in monasterio necessitate potius q̄ voluntate. Et cū in cunctis actibus peruersus existeret, pro fratre suo ab omnibus equanimiter tolerabatur. Erat enim leuis eloquio: prauus actione: cultus vestibus: moribus incultus. Ferre vero nō poterat si quisq̄ illi de sancti habitus cōuersatione loqueretur. Facta aūt fuerat vita illius cunctis fratribus visu grauis: sed tamen (vt dictum est) pro fratris sui gratia erat cūctis tolerabilis. Aspernabatur valde, si quis sibi aliqd de prauitatis sue correctione loqueretur. Bona non solum facere: sed etiam audire non poterat. Nunq̄ se ad sancte cōuersationis habitū venire, iurādo, irascendo, deridendo, testabatur. In hac autem pestilentia que nuper huius vrbis populum magna ex parte consumpsit, percussus in inguine, est perductus ad mortem. Cumq̄ extremū diem ageret, conuenerunt fratres, vt egressum illius orādo protegerent. Iam corpus eius ab extrema fuerat parte premortuū: in solo tantūmodo pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cuncti aūt fratres tanto pro eo ceperūt enixius orare: quanto eum iam videbant sub celeritate discedere. Cum repente cepit eisdem fratribus assistentibus adnisu quo poterat clamare: et orationes eorum interrumpere, dicēs: Recedite, recedite. Ecce draconi ad deuorandum datus sum: qui propter vestram presentiam deuorare me nō potest. Caput meum iam in suo ore absorbuit: date locum vt me amplius nō cruciet: sed faciat quod facturus est. Si ei ad deuorandum datus sum: quare propter vos moras patior? Tunc fratres ceperunt ei dicere: Quid est quod loqueris frater? Signum tibi sancte crucis imprime. Respondebat ille vt poterat dicens: Uolo me signare, sed non possum: quia a dracone premor. Cumq̄ hoc fratres audirēt, prostrati in terra cum lachrymis ceperunt pro ereptione illius vehementius orare. Et ecce subito cepit meliorari eger quibus valebat vocibus exultare, dicens: Gratias deo: ecce draco qui me ad deuorandum acceperat: fugit. Orationibus vestris expulsus est: et stare non

Marginalia (left column): Dētes dānatoꝝ stridebūt et eorum oculi flebunt. — Multi sūt vocati pauci vero electi verbū tremendum. — Exempla plus monēt q̄ verba. — Exemplū de trib⁹ sororib⁹ btī Gregorii. — Nobiles morientes multi circūueniūt.

Marginalia (right column): Mortuoꝝ corpa aliq̄ lauant. — Exemplū cuiusdam mūdanū q̄ fratrē religiosum habebat. — Uolo mūdani cōditiones. — Oro deuota ꝓregit a deuoratione diabolica.

G potuit. Pro peccatis meis modo intercedite: quia con uerti paratus sum: et secularem vitam funditus relin quere. Homo ergo qui (sicut iam dictum est) ab extre ma corporis fuerat parte premortuus: reseruatus ad vitã/ toto ad deũ corde cõuersus est. Longis et continuis in cõuersatione eadẽ flagellis eruditus: atq; ante paucos dies excrescẽte corporis molestia defunctus est. Qui iam moriens draconẽ non vidit: qz illũ per cordis immuta tionẽ vicit. Ecce fratres mei/ gordiana (quã superius di xi) a sanctimonialis habitus excellentia corruit ad penã: et frater hic de quo ista narraui ab ipso mortis articulo rediit ad eternã vitam. Nemo ergo scit quid de se in oc cultis dei iudiciis agatur: qz multi sunt vocati: pauci ve ro electi. Quia ergo nulli de se certũ est electum se esse: stat vt oẽs trepident: oẽs de sua actione formident: oẽs in sola diuine misericordia gaudeãt: nullus de suis viri bus presumat. Est qui perficiat fiduciam nostrã/ ille sci licet qui dignatus est assumere naturã nostrã: qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

Finẽ suũ nemo cognoscit.

Lectio sancti euangelij sm Lucam.

Luce. xix.

In illo tẽpore. Cum appropin quaret Jesus hierusalẽ/ videns ciuitatem/ fleuit super illã/ di cens: Quia si cognouisses/ et tu. Et quidẽ in hac die tua: que ad pacem tibi: nunc aũt abscondi ta sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: et circũdabũt te inimici tui vallo. Et circunda bũt te: et coangustabũt te vndiq;: et ad terrã pro sternent te: et filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem: eo q nõ cognoueris tempus visitationis tue. Et in gressus in templum/ cepit eijcere vendentes in illo et ementes: dicens illis. Scriptum est: quia domus mea domus orationis est. Vos aũt feci stis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo.

Esa. lvj.

Homilia lectionis eiusdẽ habita ad populũ in basilica beati Joannis que dicitur constan tiniana. Homilia. xxxix.

Lectionem breuẽ sancti euãgelij breui (si pos sum) volo sermone percurrere: vt illis in ca pite breuior detur intentio: qui sciunt ex paucis mul ta cogitare. Quo flente dño/ illa hierosolymorũ subuer sio describit: que a Vespasiano et Tito romanis princi pibus facta est: nullus qui historiã euersionis eiusdẽ legit: ignorat. Romani enim principes denũciant: cũ dicitur. [Quia venient dies in te: et circũdabũt te inimici tui vallo: et circũdabũt te: et coangustabũt te vndiq;: et ad terram psternẽt te: et filios tuos q in te sunt.] Hoc quoq; qđ ad dit [nõ relinquẽt in te lapidẽ sup lapidẽ] etiã ia ipa eius dẽ ciuitatis trãsmigratio testat: qz dũ nũc in eo loco cõ structa est/ vbi extra portã fuerat dñs crucifixus: prior il la hierusalẽ (vt dr) funditus est euersa. Cui ex q culpa/ euersionis sue pena fuerit illata: subiũgit: [Eo q non co gnoueris tps visitationis tue.] Creator quippe hominũ p in carnationis sue mysteriũ hãc visitare dignatus est: sed ipa timoris et amoris illius recordata nõ est. Vñ etiã p ppbe tã in increpatione cordis hũani/ aues celi ad testimoniũ deducũtur/ cũ dr. Miluus in celo cognouit tps suũ: tur tur et hirũdo et ciconia custodierũt tps aduẽtus sui: popu lus aũt meus nõ cognouit iudiciũ dñi. Sed qrendũ pri9 est quid sit qđ dr [Videns ciuitatẽ/ fleuit sup illã dicens: qz si cognouisses/ et tu.] Fleuit etenĩ pius redẽptor ruinã perfide ciuitatis/ quã ipsa sibi ciuitas non cognoscebat esse venturã. Cui a flente dño recte dr: [Quia si cognouis ses: et tu] subaudi fleres: que modo qz nescis qđ imminet exultas. Vnde et subditur [Et quidẽ in hac die tua: que ad pacẽ tibi.] Cũ enim carnis se voluptatibus daret/ et ven tura mala nõ prospiceret/ in die sua/ q ad pacẽ esse ei po terãt: habebat. Cur aũt bona psentia ad pacẽ habuerit: manifestatur cũ dr. [Nũc aũt abscõdita sunt ab oculis

Vespasia nus et tit9 hierusalẽ euerterũt.

J

Hierusalẽ visitauit creator p suã incar nationẽ.

Hiere. viij.

tuis.] Si eni cordis eius oculis mala que imminebant/ abscondita non essent/ leta in psentib9 psperis nõ fuisset. Cuius mox etiã pena que de romanis (sicut pdiri) prin cipibus iminebat: adiuncta est. Qua descripta/ qđ dñs fecerit/ subditur: [quia ingressus tẽplũ/ cepit eijcere ven dentes de illo et ementes: dicẽs illis. Scriptũ est: qz dom9 mea domus orationis est: vos aũt fecistis illã speluncam latronũ.] Qui eni narrauit mala ventura: et protinus tẽ plũ ingressus est/ vt de illo vendẽtes et ementes eijceret: pfecto innotuit: qz ruina ppli maxime ex culpa sacerdo tum fuit. Euersionẽ quippe describẽs/ sed vendentes et ementes in tẽplo feriens/ in ipso effectu sui operis osten dit vnde radix pdiit perditionis. Sicut aũt euãgelista alio teste didicimus/ in tẽplo colũbe vendebant. Et qđ per colũbas/ nisi sancti spiritus donũ accipit? Sed vendẽ tes et emẽtes e tẽplo eliminat: qz vel eos qui pro munere impositionẽ manuũ tribuũt: vel eos qui donũ spiritus emere nitũtur: dãnat. De quo tẽplo mox subditur. [Do mus mea/ domus orationis est: vos autẽ fecistis illã spe luncam latronũ.] Qui eni ad accipienda munera in tem plo residebãt: profecto qz quibusdã non dãtibus lesionẽ exquirerent: dubium non erat. Domus ergo orationis/ spelũca latronũ facta fuerat: qz ad hoc in templo assi ste re noluerant: vt aut non donantes munera studerent cor poraliter persequi: aut dantes spiritaliter necare. Quia vero redẽptor noster predicationis verba nec indignis et ingratis subtrahit: postq; disciplinę vigorẽ eijciendo peruersos tenuit/ donũ mox gratie ostẽdit. Nam subdi tur. [Et erat docẽs quotidie in tẽplo.] Hec iuxta histo riã breuiter tractando transcurrimus. Sed qz euersam iam hierusalẽ nouimus/ atq; euersione sua in melius cõ mutatã: qz expulsos latrones a tẽplo: atq; ipsum iam tẽ plum euersũ scimus: debemus ex rebus exterioribus in trorsus aliquã similitudinẽ trahere: atq; ex euersis edi ficijs parietũ/ morum ruinã timere. Videns enim ciui tatẽ/ fleuit super illã dicens: qz si cognouisses/ et tu. Hoc semel egit/ cũ perituram ciuitatẽ esse nunciauit. Hoc quo tidie redẽptor noster per electos suos agere nullatenus cessat: cũ quosdã ex bona vita ad mores reprobos perue nisse considerat. Plangit eni eos qui nesciunt cur plan gantur: qui iuxta Salomonis verba/ letãtur cũ male fe cerint: et exultant in rebus pessimis. Qui si dãnationem suam que eis imminet/ agnouissent: semetipsos cum la chrymis electorũ plangerent. Bene aũt perituræ anime sententia que subditur: queuit. [Et quidẽ in hac die tua: que ad pacẽ tibi: nũc autẽ abscondita sunt ab oculis tu is.] Suã hic diem habet anima peruersa: que trãsitorio gaudet in tẽpore. Cui ea que assunt/ ad pacẽ sunt: qz dum rebus tẽporalibus letatur/ dum honoribus extollitur/ dũ in carnis voluptate resoluitur/ dũ nullo venture pene for midine terretur/ pacẽ habet in die sua: que graue dãna tionis sue scãdalum in die habebit aliena. Ibi eni affli genda est/ vbi iusti letabuntur: et cuncta que modo ei ad pacem sunt/ tunc in amaritudinẽ rixe vertentur: qz rixari secũ incipiet: cur dãnationẽ quã patitur/ nõ exposuit: cur a pspiciẽdis malis sequentibus oculos mentis clausit. Vnde ei dicit [Nũc aũt abscõdita sunt ab oculis tuis.] Peruersa quippe anima rebus presentib9 dedita/ in ter renis voluptatibus resoluta: abscondit sibi mala sequẽ tia: qz preuidere futura refugit: que presentẽ letitiã per turbãt. Dũq; in presentis vite oblectationib9 se deserit: quid aliud qz clausis oculis ad ignẽ vadit? Vnde bene scriptum est: In die bonorũ ne immemor sis malorũ. Et inde per Paulũ dicit: Qui gaudent/ tanq; non gauden tes sint: quia eo si quis est presentis tẽporis/ ita est agen da letitia/ vt nunq; amaritudo sequẽtis iudicij recedat a memoria: quatinus dum mens pauida extreme visio nis timore transfigitur: quantũ nunc presens letitia tenetur/ post ira subsequens tẽperet. Hinc nãq; scriptũ est: Bea tus homo/ qui semper est pauidus. Qui vero mentis est durus corruet in malum. Sequentis enim ira iudicij tan to tunc districtior portabitur: quanto nunc et inter cul pas minime timetur. Sequitur. [Quia venient dies in te: et circumdabunt te inimici tui vallo.] Qui inquã sunt humane anime maiores inimici/ qz maligni spiritus/ qui hanc a corpore exeuntẽ obsidẽt/ quam in carnis amore positam/ deceptorijs delectationibus fouent? Quam vallo circundant: quia ante mentis eius oculos redu

R

Mat. xxj. Esa. lvj. Mat. xj.

Popul9 pe riuit ex culpa sa cerdotũ.

Mar. xxj.

Dom9 dei dom9 ora nis est.

L

puerb. ij.

Ala pers sa suã die hic habet.

M

Ala peru sa futura preuidere refugit.

Eccli. xj.

j. Cor. vij.

Prouer. xxviij.

Ala hũa na nullos maiores habet ini micos qz spirit9 ma lignos.

A ctis iniquitatibus quas perpetrauit:hanc ad societatẽ
sue dãnationis trahẽtes coarctãt: vt in ipsa iam extremi-
tate vite deprehensa:& a quibus hostibus circũclusa sit/
videat:& tamen euadẽdi aditũ inuenire non possit:quia
operari iam bona nõ licet:que cũ licuit agere contẽpsit.
De quib⁹ adhuc apte quod sequit/intelligi valet. [Cir-
cũdabũt te:& coangustabunt te vndiq;.] Maligni quip-
pe spiritus vndiq; animã coangustant: quãdo ei non so-
lum operis/verũetiam locutionis/atq; insuper cogita-
tionis iniquitates replicãt:vt que prius se per multa di-
latauit in scelere/ad extremũ de omnibus angustetur in
retributione. Sequitur. [Et ad terrã prosternent te:& fi-

Ala qñq; ad terram cõsternit.

lios tuos qui in te sunt.] Tunc anima per cognitionem
reatus sui ad terrã cõsternitur: cũ caro cui vitã suã cre-
didit:redire ad puluerẽ vrgetur. Tũc in morte filij illi⁹
cadunt/cum cogitationes illicite que modo ex illa pro-
deũt:in extrema vite vltione dissipant:sicut scriptũ est:

Ps.cxlv.

In illa die peribũt oẽs cogitationes eo;. Que scz dure
cogitationes intelligi etiam per lapidẽ significatione
valent. Nã sequitur. [Et non relinquent in te lapidem
super lapidẽ.] Peruersa etenim mens:cũ peruerse cogi-
tationi adhuc peruersiorẽ adijcit:quid aliud q̃ lapidẽ
super lapidẽ ponit? Sed in destructa ciuitate sup lapi-
dem lapis non relinquitur:q: cum ad vltionẽ suam ani-
ma ducitur/ois illa cogitationũ suarũ constructio dissi-

B

patur. Que cur hoc patiatur/adiungitur. [Eo q nõ co-

Aiam pra- uã visitat deus mul- tis modis

gnoueris tẽpus visitationis tue.] Prauã quãq; animã
omnipotẽs deus multis modis visitare consueuit. Nã
assidue hanc visitat precepto:aliquãdo autẽ flagello:ali-
quando vero miraculo:vt et vera que nesciebat audiat:
et tñ adhuc superbiens atq; contẽnens aut dolore cõpũ-
cta redeat:aut beneficijs deuicta malũ quod fecit erube-
scat. Sed q: visitationis sue tempus minime cognoscit:
illis in extremo vite inimicis traditur: cũ quib⁹ in eter-
no iudicio dãnationis perpetue societate colligat:sicut

Luce.xij.

scriptum est:Cũ vadis cũ aduersario tuo ad principem
in via:da operã liberari ab illo:ne forte trahat te ad iu-
dicem:& iudex tradat te exactori: & exactor mittat te in
carcerẽ. Aduersari⁹ noster quippe in via/est sermo dei/
contrarius nostris carnalibus desiderijs in presenti vi-
ta. A quo ipse liberat/qui preceptis eius humiliter sub-

Sermo dei cõtẽni nõ debet.

ditur. Alioquin aduersarius iudici:& iudex tradet exa-
ctori:q: ex sermone dñi contẽptor reus peccator tenebi-
tur in examine iudicis. Quem iudex exactori tradet:q:
hunc maligno spiritui ad vltionẽ tradi permittet/vt cõ-
pulsam animã ipse ad penã de corpore exigat: que ei ad
culpam sponte cõsensit. Exactor mittit in carcerẽ: quia
per malignũ spiritũ in inferno recluditur: quousq; dies
iudicij veniat:ex quo iam in infernalibus ignibus simul & ip-
se crucietur. Expleta ergo perditione ciuitatis/quã nos

C

ad perditis anime sollicitudinẽ traximus: prius sub-
dit. [Et ingressus templũ/cepit eijcere vendẽtes & emẽ-
tes de illo.] Sicut tẽplũ dei in ciuitate est:ita & in plebe
fideli vita religiosorũ. Et sepe nonnulli religionis habi-
tũ sumũt:& dum sacrorũ ordinũ locũ pcipiunt/sancte re-
ligionis officium in cõmerciũ terrene negociationis tra-
hunt. Vendẽtes quippe in tẽplo sunt:qui hoc quod qui-

Justitiã vendere quid est.

busdam iure cõpetit: ad premiũ largiuntur. Justitiam
eni vendere/est hanc p premij acceptione seruare. Emẽ-
tes vero in templo sunt:qui dũ hoc persoluere/primo qd
iustũ est nolunt/dũq; rem iure debitã facere premiũ da-
to patronis premio emunt peccatũ. Quibus bene dicit:

Mat.xxj.

[Domus mea/domus orationis est:vos autẽ fecistis illã
speluncam latronũ.] q: dũ nõnunq̃ peruersi hoĩes locum
religionis tenẽt:vbi malitie sue gladijs occidunt/vbi vi-
uificare proximos orationis sue intercessione debuerũt

Templũ dei est con scientia.

Templũ quoq; et domus dei est ipsa mens atq; consciẽ-
tia. Que si quando in lesionem proximi peruersas cogi-
tationes profert/quasi in spelũca latrones residẽt: & sim-
pliciter gradientes interficiũt/quãdo in eos qui in nul-
lo rei sunt:lesionis gladios defigunt. Mens enim fide-
lium iam non domus orationis:sed spelũca latronũ est:
quando relicta innocentia & simplicitate sanctitatis/il-
lud conatur agere/quo valeat proximis nocere. Sed q:
contra peruersa hec oia verbis redẽptoris nostri per sa-
cras paginas indesinẽter instruimur:nũc vsq; hoc agit/
qd factum fuisse perhibet:cum dicitur. [Et erat docens
quotidie in tẽplo.] Cum eni mentem fideliũ ad cauẽda

mala subtiliter erudit:quotidie veritas in tẽplo docet.

D

¶ Sed sciẽdum nobis est q: veritatis verbis veraciter
erudimur: si extrema mala nostra formidolose et indesi-
nenter aspicimus: iuxta hoc quod per quẽdã sapientẽ

Eccli.vij.

dicitur: In omnib⁹ operibus tuis memorare nouissima
tua:& in eternũ non peccabis. Pensare quippe quotidie
debemus:quod ex eiusdẽ voce nostri redẽptoris audiui-
mus. [Et quidẽ in hac die tua/que ad pacẽ tibi:nũc aũt
abscõdita sunt ab oculis tuis.] Dũ enim district⁹ iudex

Judex di strict⁹ dũ sustinet qd agere de beamus.

sustinet: & adhuc manũ nõ exerit in percussionem: dũ a re-
tributione vltionis vltime esse quidẽ tẽporis securitas
videtur:debemus pẽsare malũ quod sequitur:pẽsantes
gemere:gementes ea que cõmisimus peccata indesinen-
ter aspicere:aspicientes flere:& flentes abstergere. Nulla
nos prosperitas trãsitorie laudis letitie q; dissoluat:nec
mentis nostre oculos ea que sunt trãsitoria obstruãt:ne
cecos ad ignẽ ducãt. Si enim districte pẽsetur cuius sit
ponderis improperiũ:ex ore veritatis agnoscitur: cũ ne-
gligentie & futura non prospicientĩ dicitur: [Et quidẽ in
hac die tua:que ad pacẽ tibi: nũc aũt abscõdita sunt ab
oculis tuis.] Nam cogitãdũ valde est quãtũ nobis erit

Hora reso lutionis erit terri bilis.

terribilis hora nostre resolutionis:q̃ pauor mẽtis: quan-
ta tũc omniũ malorũ memoria:que obliuio transacte fe-
licitatis:que formido & cõsideratio iudicis. Quid ergo
esse nobis de presentib⁹ ad delectationẽ debet/ quando
cũctis simul trãseũtibus/nõ valet transire qd imminet:
quãdo & hoc funditus finitur/quod diligitur:& illud in-
cipitur/vbi dolor nũq; finitur. Tunc maligni spiritus

E

egrediente anima/sua opera requirunt. Tunc mala que
suaserũt replicant: vt socium ad tormẽta trahant. Sed
cur hoc de peruersa solũmodo anima dicimus/ cũ ad ele-
ctos quoq; egredientes veniant: et suũ in illis si preua-
luerint/aliquid requirãt? Unus aũt in hominib⁹ extitit/
qui ante passionẽ suã libera voce dixit: Jam nõ multa lo-

Jos.xiiij.

quar vobiscũ. venit enim princeps mũdi huius/& in me
nõ habet quicq̃. Quis enim hũc mortalẽ hominẽ vidit:
suũ in illo mũdi princeps aliquid inuenire posse credidit
Sed sine vllo peccato os mũdi corruptione exijt: qui sine
peccato ad mũdũ venit. Hoc de se cõtra mũdi principẽ

Mat.xvj.

nec Petrus dicere presumpsit:qui audire meruit: Que-
cũq; ligaueris sup terrã/ligata erunt et in celis:et quod-
cũq; solueris sup terrã:solutũ erit & in celis. Hoc nec pau-

ij.Cor.ij.

lus dicere presumpsit / qui priusq̃ mortis debitũ solue-

Jos.xxj.

ret:ad celi tertij secreta peruenit. Hoc nec Joannes di-
cere ausus est:qui pro amore precipuo/in redẽptoris sui

Ps.l.

pectore in cena recubuit. Nam cũ propheta dicat: Ecce
enim in iniquitatibus cõceptus sum: & in delictis pepe-
rit me mater mea:sine culpa in mũdo esse nõ potuit : qui
in mũdum cũ culpa venit. Hinc namq; idem propheta ait:

Ps.cxlij.

Non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Hinc

Eccle.vij

Salomon ait. Nõ est homo iustus in terra qui faciat bo-

j.Joan.j.

num:& non peccet. Hinc Joannes dicit: Si dixerimus
q: peccatũ non habemus ipsi nos seducimus/& veritas

Jaco.iij.

in nobis non est. Hinc Jacobus ait: In multis enim of-
fendimus oẽs. Constat enim q: oẽs qui de carnis dele-

F

Diabolus aliqd hz i eis qui de carnis de- lectatione ꝯcepti sũt

ctatione concepti sunt/in eorum procul dubio vel actio-
ne/vel locutione/vel cogitatione aliquid suũ princeps
huius mundi habuit. Sed idcirco illos vel post rapere/
vel prius tenere non potuit: quia eos ille a debitis suis
eripuit/ qui pro nobis sine debito mortis debitũ soluit:
vt nos ideo sub iure hostis nostri debita nostra non te-
neant: q: pro nobis mediator dei et hominũ homo xp̃s
Iesus gratuito reddidit quod non debebat. Qui eni pro
nobis mortẽ carnis indebitam reddidit / nos a debita

Jos.xiiij.

anime morte liberauit. Ait ergo: Venit enim princeps
mũdi hui⁹:& in me non habet quicq̃. Unde cũtẽdũ no-

Diabolus erit terri bilis i die exitus.

bis est:& cũ magnis quotidie fletib⁹ cogitandũ: q̃ terribi-
lis/q̃ terribilis sua in nobis opera requirẽs:in die nri
exitus princeps huius mundi veniat/si etiam ad eum
carne morientẽ venit:& in illo aliquid quesiuit:in quo su-
um inuenire nihil potuit. Quid itaq; nos miseri dictu-
ri/quid acturi sumus / qui innumera mala cõmisimus?
Quid requirẽti aduersario/ & multa sua i nobis inuenĩ-
enti dicem⁹:nisi solũ q nobis est certũ refugiũ / & solida
spes/q: vnũ cũ illo facti sumus: in quo princeps huius
mũdi & suũ aliquid requisiuit:& inuenire minime potuit:
quoniam solus est inter mortuos liber. Et a peccati iam
seruitio veraci libertate soluimur:q: ei qui vere liber est/

G vincimur. Constat enim, nec negare possumus, sed veraciter fatemur, quia princeps huius mundi habet in nobis multa: sed tamen in mortis nostre tempore iam nos rapere non valet: quia eius mēbra effecti sumus: in quo nō habet quicquam. Sed quid prodest quod eidem redēptori nostro per fidem iungimur: si ab eo moribus disiungamur? Ipse etenim dicit: Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnū celorū. Recta ergo opera recte fidei iūgenda sunt. Mala que fecimus, per quotidiana lamenta diluamus: transactas nostras nequitias surgentia ab amore dei et proximi recta opera superent: nulla que possumus fratribus impēdere bona recusemus. Neque enim aliter redemptoris nostri membra efficimur: nisi inherēdo deo: et compatiēdo proximis. Sed quia ad amorem dei et proximi plerumque corda audientiū plus exempla quam verba excitant, charitati vestre indicare studeo quod is qui presto est filius meus, Epiphanius diaconus, Isauria prouincia exortus, in vicina sua id est terra lycaonie solet narrare miraculum. Ait enim quod in ea quidā martyrius nomine, vite valde venerabilis monachus fuit: qui ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud monasteriū tendebat: cui spiritalis pater preerat. Pergēs itaque leprosum quendā quem densis vulneribus elephātinus morbus per membra fedauerat, inuenit in via, volentem ad suum hospitium redire: sed pre lassitudine non valentē. In ipso vero itinere se habere perhibebat hospitiū: quo

H idem martyrius monachus ire festinabat. Vir autē dei eiusdem leprosi lassitudini misertus, pallium quo vestiebatur, in terrā protinus proiecit et expandit: ac desuper leprosum posuit: eumque suo pallio vndique constrictum super humerum leuauit: secumque reuertens detulit. Cumque iā monasterij foribus propinquaret: spiritalis pater eiusdem monasterij magnis vocibus clamare cepit. Currite: ianuas monasterij citius aperite: quia frater martyrius venit dominū portans. Statim vero vt martyrius ad monasterij aditum peruenit: is qui leprosus esse putabatur: de collo eius exiliēs, et in ea specie apparēs, qua recognosci ab hominibus solet redēptor humani generis deus et homo xps Iesus: ad celum martyrio aspiciente rediit: eique ascendens dixit: Martyri tu me non erubuisti super terrā: ego te non erubescā super celos. Qui sanctus vir mox vt est monasterium ingressus: ei pater monasterij dixit: Frater martyri vbi est quē portabas? Cui ille respōdēs dixit: Ego si scissem quis esset: pedes illius tenuissem. Tunc idem martyrius narrabat: quia cum eum portasset: pondus eius minime sensisset. Nec mirū. Quomodo enim pondus sentire poterat, qui portantem portabat? Qua in re pensandū est nobis quantum fraterna compassio valeat, quantū nos omnipotenti deo misericordie viscera coniungant. Inde enim ei qui est super omnia propinquamus, vnde nos per cōpassionē proximi etiā sub nosmetipsos deponimus. In rebus corporalibus nemo alta tangit: nisi qui tēditur. In rebus vero spiritalibus certū est, quia quanto plus per compassionem attrahimur, tanto altis verius appropinquamus. Ecce autē

I redemptori generis humani ad edificationem nostram minime suffecit: quod in extremo iudicio dicturū se esse perhibuit: Quādiu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis: nisi et ante iudicium hoc in se ostenderet quod dixisset: vt videlicet demonstraret: quia quisquis nunc bona opera indigentibus exhibet, ei hec specialiter impendit: cuius hec amore exhibuerit. Et tanto plus quisque maiorem mercedem recipit, quanto nec eum despicit: qui amplius despiciendus videtur. Quid enim in humana carne sublimius carne xpi: que est super angelos exaltata? Et quid in humana carne abiectius carne leprosi: que tumescentibus vulneribus scinditur: exhalantibus fetoribus impletur? Sed ecce in specie leprosi apparuit: et is qui est reuerendus super omnia, videri despectus infra omnia dedignatus non est. Cur hoc, nisi vt sensu nos tardiores admoneret: quatinus quisquis ei qui in celo est, festinat assistere, humiliari in terra, et compati etiam abiectis et despicabilibus fratribus nō recuset? Loqui charitati vestre sub breuitate decreueram: sed quia non est in homine via eius: decurrens sermo retineri non potest: quem disponit ipse de quo loquimur: qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Mat. vij.

Mala sunt diluenda lamentis.

Martyrij monachi mirabilis deuotio.

Deus super celos hunc nō erubescet: qui deū super terrā non erubuit.

Fraterna compassio multū valet.

Mat. xxv.

Leprosi carne nil est abiectius.

¶ Lectio sancti euangelij sm Lucam.

K In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues: et induebatur purpura et bysso: et epulabatur quotidie splēdide. Et erat quidam mēdicus nomine Lazarus: qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: cupiens saturari de micis que cadebāt de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant: et lingebant vlcera eius. Factū est autē vt moreretur mendicus: et portaretur ab angelis in sinū abrahe. Mortuus est autē et diues: et sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cū esset in tormentis: vidit Abrahā a lōge, et Lazarū in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei: et mitte Lazarum vt intingat extremū digiti sui in aquā, vt refrigeret linguā meā: quia crucior in hac flāma. Et dixit illi Abraham: Fili recordare: quia recepisti bona in vita tua: et Lazarus

L similiter mala. Nunc autē hic cōsolatur: tu vero cruciaris. Et in his oibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint: neque inde huc trāsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eum in domū patris mei: habeo enī quinque fratres, vt testetur illis: ne et ipsi veniāt in locū hunc tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen et prophetas: audiant illos. At ille dixit. Non pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitētiam agent. Ait autem illi: Si Moysen et pphetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Luce. xvi.

¶ Homilia lectionis eiusdem habita ad populum in basilica beati Laurentij martyris: Dominica prima post Trinitatem.

Homilia .xl.

In verbis sacri eloquij fratres charissimi prius seruanda est veritas historie: et postmodum requirēda spiritalis intelligentia allegorie. Tunc namque allegorie fructus suauiter capitur, cum prius per historiam in veritatis radice solidatur. Sed quia nonnunque allegoria fidem edificat: et historia moralitatem:

M nos qui auctore deo iam fidelibus loquimur: nō abs re credimus, si ipsum loquendi ordinem postponamus: quatinus qui fidem iam rectam tenetis, prius de allegoria aliquid breuiter audire debeatis. Et qđ vobis de moralitate historie valde est necessarium, hoc in expositionis nostre ordine seruetur extremum: quia ea plerunque solent melius recoli que contingit postmodum audiri. Sensus ergo allegoricos sub breuitate transcurrimus: vt ad moralitatis latitudinem citius venire valeamus. ¶ Homo quidam erat diues qui induebatur purpura et bysso: et epulabatur quotidie splendide. ¶ Quem fratres charissimi, quem diues qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide: nisi iudaicum populum signat, qui cultum vite exterius habuit: qui accepte legis delicijs ad nitorem vsus est, non ad vtilitatem? Quem vero Lazarus vlceribus plenus, nisi gentilem populum figuraliter exprimit? qui dum conuersus ad deum, peccata confiteri sua non erubuit: huic vulnus in cute fuit. In cutis quippe vulnere virus a visceribus trahitur: et foras erumpit. Quid est ergo peccatorum confessio: nisi quedam vulnerum ruptio? quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestifere latebat in mente. Vulnera etenim cutis in super-

Fides edificat per allegoriam.

Diues malus iudaicum pplm representat.

Confessio aperit vulnus pcti.

A ficiem trahunt humorem putredinis. Et confitēdo pec
cata/quid aliud agimus/nisi malum quod in nobis la:
tebat aperimus? Sed Lazarus vulneratus cupiebat sa:
turari de micis que cadebant de mensa diuitis: et nemo
illi dabat: qr gentilium quēq ad cognitionē legis admit:
tere superbus ille populus despiciebat. Qui dum doctri:
nam legis non ad charitatē habuit/sed ad elationē: qua
si de acceptis opibus tumuit. Et quia ei verba desflue:
bant de scientia: quasi mice cadebant de mēsa. At cōtra

Predicatores dicūtur canes.

iacentis pauperis vulnera lingebant canes. Nonnunq̄
solēt in sacro eloquio/per canes/predicatores intelligi.
Canum etenī lingua vulnus dū lingit/curat: qr et docto
res sancti dum in confessione pctī nostri nos instruunt/
quasi vulnus mentis per linguā tangunt. Et qr nos lo:
quendo a peccatis eripiunt/quasi tangēdo vulnera ad
salutē reducunt. Quia enī canum nomine predicatorū

Ps. lxvij.

lingua signatur: a dño per psalmistā dicit: Lingua canū
tuorū ex inimicis ab ipso. Ex iudeis quippe infidelibus
sancti predicatores electi sunt: qui in assertione verita:
tis cōtra fures latronesq̄ venientes magnos pro dño (vt
ita dicā) latratus dederūt. Quo cōtra de quorūdam re:

Esaie. lvj.

probatione dicitur: Canes muti/non valentes latrare.
Quia ergo predicatores sancti peccata dānant: cōfessio

Jaco. v.

nem vero peccatorū approbant/dicentes: Confitemini
alterutrū peccata vestra: et orate pro inuicē: vt saluemi
ni. vlcera Lazari canes lingunt. Sancti etenī doctores

B dum gentium confessiones accipiunt/mentiū vulnera sa

Lazarus adiutus interpretatur.

luti restituūt. Unde et Lazarus bene interpretatur ad:
iutus: qr ipsi hunc ad ereptionē iuuant/qui eius vulne:
ra per lingue correptionē curant. Potest etiam per lin:

Adulatores signātur per canes lingentes.

ctionem canum/lesa adulantium lingua signari. Adulā
tibus etenī/vulnera nostra lingere est: q̄ plerunq̄ solent
etiam ipsa mala que nos in nobis reprehendimus/im:
probo fauore laudare. Contigit vero vt vterq̄ moreret.
Diues qui induebatur purpura et bysso/sepultus est in
inferno. In sinum vero Abrahe Lazarus ab angelis du
ctus est. Quid Abrahe sinus/nisi secretā requiē signifi:

Mat. viij.

cat patrū? De qua veritas dicit. Multi inquit venient ab
oriente et occidente: et recūbent cū Abraham/et Isaac/et
Jacob/in regno celorū: filij autē regni eijciētur in tene:
bras exteriores. Qui enim purpura et bysso indutus di:
cit: recte regni filius vocat. Qui de longinquo ad viden
dum Lazarum oculos leuat: qr dum per dānationis sue
supplicia infideles in imo sūt: fideles quoq̄ ante diem
extremi iudicij super se in requie attendunt: quorū post

Lingua mali diuitis qre dr plus ardere ceteris membris.

gaudia contēplari nullatenus possunt. Longe vero est
quod conspiciunt: qr illuc per meritū non attingunt. In
lingua autē amplius ardere ostendit: cum dicit. [Mitte
te Lazarum vt intingat extremū digiti sui in aquā: vt
refrigeret linguā meā: qr crucior in hac flāma.] Infide:
lis populus verba legis in ore tenuit: que opere seruare
contēpsit. Ibi ergo amplius ardebat: vbi se ostendit sci
re quod facere noluit. Quapropter bene de doctis et ne:

Eccles. vj.

gligentibus per Salomonē dicit: Omnis labor homi:
nis in ore eius: sed anima illius non implebit. quia quis
quis hoc solūmodo laborat vt sciat quid loqui debeat/

C ab ipsa refectione sue sciētie/mēte vacua ieiunat. Ab ex:
tremo digiti se tāgi desiderat: qr eternis supplicijs datus
optat operatione iustorū vel vltima participari. Cui re:
spōdetur qr in hac vita bona receperit: qr omne suū gau:
dium filicitatem transitoriā putauit. Habere hic etenim
possunt iusti bona: nec tñ hec in recōpensatione recipere:
qr bona meliora. i. eterna appetūt: eorū iudicio q̄libet bo:
na affluentia: cū sanctis desiderijs eluent: bona minime
videntur. Unde dauid pphetaqui regni diuitijs/mul:
tisq̄ obsequijs fulciebatur: q̄uis et hec ad necessitatē bo
na esse pspiceret: vnū tñ singulariter bono inhiāter estua

Ps. lxxij.

bat/dicēs: Mihi autem adherere deo bonum est. Inter
hec vero notandū est qd ei dicit: [Memento fili.] Ecce
enim Abrahem filium vocat: quem tamen a tormēto nō
liberat: quoniā huius infidelis populi precedentes pa:
tres fideles: qr multos a sua fide deuiasse cōsiderāt: cō
nulla cōpassione a tormētis eripiūt: quos tamen per car

Diues malus dr habuisse quinq̄ fratres.

nem filios recognoscunt. In tormētis autem diues po:
situs/quinq̄ fratres habere se perhibet: qr superbus idem
iudaicus populus/qui ex magna iam parte dānatus est/
sequaces suos quos super terram reliquit: quinq̄ libris
Moysi carnaliter intellectis/vel quinq̄ sensibus cor:
poris deditos nouit. Quinario ergo numero fratres q̄s

D reliquerat exprimit: qr quos ad spiritalē intelligētiam
non assurgere in inferno positus gemit: petit vt ad eos
Lazarus mittatur. Cui qr Moysen et pphetas habeāt/
dicitur. Sed ait [qr non credēt nisi quis ex mortuis re:
surrexerit] Cui protinus respōdetur. [Si Moysen et p:
phetas non audiunt/neq̄ si quis ex mortuis resurrexe:

Joan. v.

rit credent ei.] Certe de Moyse veritas dicit: Si crede:
retis Moysi: crederetis vtiq̄ et mihi. De me enī ille scri:
psit. Impletū ergo qd p Abrahe responsionē dicitur. Ex
mortuis enim dñs resurrexit: sed iudaicus ille populus
qr Moysi credere noluit: et etiam qui resurrexit ex mor
tuis/credere contēpsit. Cūq̄ Moysi verba spiritaliter
intelligere contēpsit/ad eū de quo Moyses locutus fue
rat/non puenit. Hec nos fratres charissimi pro indican
dis allegorie mysterijs succincte transcurrisse sufficiat:
nūc ad inuenda latius rei geste moralitatē animus recur:
rat. [Homo quidā erat diues: et induebatur purpura et
bysso: et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidā
mēdicus nomine Lazarus: qui iacebat ante ianuam di:

Testamēti noui precepta sunt faciliora q̄ veteris.

uitis/vlceribus plenus.] Nonnulli putāt precepta veteris
testamēti districtiora esse/q̄ noui: sed hi nimirū impro:
uida cōsideratione falluntur. In illo enī nō tenacia/sed
rapina mulctat. Ibi res iniuste sublata/restitutione qua
drupli punit. Hic aūt diues iste non abstulisse aliena re:

E prehēditur: sed propria nō dedisse. Nec dicit q vt quēq̄

Bona propria nō largiēs dānari potest.

oppressit: sed qr in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo
summopere colligendū est/qua pena mulctādus sit qui
aliena diripit/si inferni dānatione pcutitur qui ppria
non largitur. Nemo ergo securū se estimet/dicens: Ec
ce aliena non rapio/sed concessis licite rebus fruor: quia
diues iste nō idcirco punitus est/quoniā aliena abstulit:
sed qr acceptis rebus semetipm male dereliqt. Hoc quo:
q̄ fuit qd hūc inferno tradidit: qr in sua felicitate timidus
non fuit: qr accepta dona ad vsum arrogātie inflexit: qr
viscera pietatis ignorauit: qr peccata sua redimere etiā

Uestes preciosas ferre non sine pctō.

cū sibi abūdaret preciū noluit. Et sunt nonnulli qui cul:
tū subtilium preciosarumq̄ vestium non putāt esse pec:
catum. Quod si videlicet culpa non esset: nequaq̄ sermo
dei tam vigilāter exprimeret: q̄ diues q torquebat apud
inferos: bysso et purpura indutus fuisset. Nemo quippe
vestimēta precipua nisi ad inanē gloriā querit: videlicet
vt honorabilior ceteris esse videatur. Nam qr p sola in:
ani gloria vestimentū preciosius queritur: res ipsa testa:
tur: qr nemo vult ibi preciosis vestibus indui: vbi ab alijs
non possit videri. Quā culpā possumus melius etiam ex
diuerso colligere: qr si abiectio vilis indumēti virtus nō

Marci. j. Mat. iij.

esset/euāgelista vigilanter de Joanne nō diceret: Erat
indutus pilis camelorū. Sed notādū nobis est magno:
pere/i ore veritatis de superbo diuite et humili paupere
quātus sit ordo narrationis. Ecce enim dicitur: [Homo

F quidā erat diues. et protinus subinfertur: et erat quidā

Diuitum noia plus solēt sciri q̄ pauperum.

mēdicus nomine Lazarus. Certe in populo plus solēt
nota diuitū q̄ pauperum sciri. Quid est ergo q dñs de
paupere et diuite verbū faciēs/nomē pauperis dicit: et
nomē diuitis non dicit: nisi q deus humiles nouit atq̄ ap
probat: et superbos ignorat? Unde et quibusdā de mira:

Mat. vij.

culorū virtute superbientibus in fine dicturus est. Nescio
vos vnde sitis: discedite a me oēs operarij iniquitatis.

Exo. xxxiij.

At contra Moysi dicitur: Noui te ex noie. Ait ergo de
diuite: Homo quidā. Ait de paupere: Egenus nomine la:
zarus. Ac si aperte dicat: Pauperē humilē scio: superbū
diuitē nescio. Illum cognitū per approbationē habeo:
hunc p iudiciū reprobationis ignoro. Pensandum no:
bis est etiā/conditor noster quāta omnia consideratiōe
dispensat. Una etenim res nō propria re agitur. Nam ec
ce plenus vlceribus mēdicus Lazarus ante ianuā di:
uitis iacet. Qua de re vna dñs duo iudicia expleuit. Ha
buisset enim fortasse aliquā excusationē diues: si Lazarus
pauper et vlcerosus ante eius ianuā non iacuisset: si remo
tus fuisset: si eius inopia nō esset oculis importuna. Rur
sum si longe esset diues ab oculis vlcerosi pauperis: mi
norem tolerasset in animo tētationē paup. Sed dū ege
num et vlcerosū ante ianuā diuitis et delicijs affluentis
posuit/in vna eademq̄ re et ex visione pauperis nō miserē:
ti diuiti cumulū dānationis intulit: et rursum ex visione
diuitis tentauit quotidie pauperē pbauit. Quātas nāq̄
hunc egenū et vulneribus obsessum tētationes creditis

G

in sua cogitatione tolerasse/cũ ipse egeret pane: ⁊ nõ haberet sanitatẽ? Atq; ante se diuitẽ cerneret salutẽ ⁊ delicias habere cum voluptate: se dolore ⁊ frigore affici? Illum gaudere conspiceret: bysso ⁊ purpura vestiri: se deprimi vulnerib⁹? Illum affluere acceptis rebus/ se egere: ⁊ illum nolle largiri? Quãtus putam⁹ fratres mei tũc in corde pauperis tumult⁹ tẽtationis fuit: cui certe ad penã sufficeret paupertas: etiã si sanus fuisset: ⁊ rursum sufficeret egritudo/ etiam si subsidium adesset? Sed vt probaretur amplius pauper: simul hũc paupertas ⁊ egritudo tabefecit. Atq; insup videbat procedentẽ diuitem obsequẽtibus cunctis circũfulciri: ⁊ se in infirmitate ⁊ inopia a nullo visitari. Nam q: nemo ei ad visitandũ aderat: testatur canes/ qui licẽter vulnera lingebãt. Ex vna ergo re omnipotẽs deus duo iudicia exhibuit: dũ lazarum pauperẽ ante ianuam diuitis iacere pmisit: vt ⁊ diues impius dãnationis sibi augeret vltionẽ/ ⁊ tentatus pauper cresceret ad remunerationẽ. Conspiciebat ille quotidie cui nõ misereretur: videbat iste de quo probaretur. Duo inferius corda: sed vnus desup inspector: qui et hunc tentando exercebat ad gloriã/ ⁊ illum tolerãdo expectabat ad penam. Nam sequitur: [Factũ est aũt vt moreretur mẽdicus/ ⁊ portaret ab angelis in sinũ abrahe. Mortu⁹ est aũt ⁊ diues/ ⁊ sepult⁹ est in inferno.] Qui nimirũ diues eũ cui in hac vita misereri noluit: in suo iã supplicio posit⁹ patronũ querit. Nam ecce subiungitur:

Iudicia duo deus ex vna re exhibuit.

H

[Qui eleuãs oculos cũ esset in tormẽtis/ vidit Abrahã a longe: ⁊ lazarũ in sinu eius: ⁊ ipse clamãs dixit: Pater Abraham/ miserere mei: ⁊ mitte lazarũ vt intingat extremum digiti sui in aquã: et refrigeret linguã meã: q: crucior in hac flãma.] O quãta est subtilitas iudiciorũ dei. O q̃ districte agitur bonorũ actuũ malorũq; retributio. Certe superius dictũ fuit: q: in hac vita lazarus cadentes micas de mensa diuitis querebat: ⁊ nemo illi dabat: nũc de supplicio diuitis dicitur: q: de extremo digito lazari distillari aquã in ore suo cõcupiscit. Hinc ergo/ hinc fratres colligite: quãta sit districtio seueritatis dei. Diues enim iste qui vulnerato pauperi mense sue vel minima dare noluit: in inferno positus/ vsq; ad minima querẽda peruenit. Nam ⁊ guttã aque petiuit: qui micas panis negauit. Sed notandũ valde est quid sit q̃ diues in igne posit⁹/ linguã suã refrigerari petit. Mos quippe est sacri eloquij/ vt aliquãdo aliud dicat: sed ex eodẽ dicto aliud innuat. Superius aũt hũc superbũ diuitẽ dñs nõ loquacitati vacãtẽ dixerat/ sed supflue conuiuãtẽ. Neq; hũc de loquacitate notauit: sed cũ elatione ⁊ tenacia de edacitate peccasse. Sed q: abũdare in cõuiuijs loquacitas solet: is qui male hic cõuiuatus dicitur/ apud infernum grauius in lingua ardere perhibetur. Prima nãq; male cõuiuãtibus famulatur culpa loquacitatis: post loquacitatẽ vero ludendi etiam leuitas sequitur. Nam q: edacitatẽ lusus sequatur: testatur sacra scriptura: q̃ ait: Sedit populus mãducare ⁊ bibere: ⁊ surrexerũt ludere. Sed prius q̃ ad lusum moueatur corp⁹: ad iocos ac verba inania mouetur lingua. Quid ergo est quod innuitur: q: in tormẽtis positus diues linguã suã refrigerari postulat/ nisi q̃ is qui cõuiuãdo magis de loquacitate peccauerat/ p retributionis iustitiã in lingua atrocius ardebat: Sed cũ graui valde est pauore pẽsandũ hoc qđ ei p Abrahe responsionẽ dicitur: [Fili recordare q: recepisti bona in vita tua: ⁊ Lazarus sili mala. Nũc aũt hic cõsolatur: tu vero cruciaris.] Ista fratres mei sententia pauore potius indiget: q̃ expositione. Nã si qui estis qui in hoc mũdo exterioris boni aliquid accepistis: ipsum (vt ita dicã) bonũ exterius primescere debetis: ne vobis pro quotidianis vestrorũ actuũ recompẽsatione sit datũ: ne iudex qui hic bonis exterioribus restituit/ a retributione boni intimi repellat: ne honor hic vel diuitie: non adiumẽtũ virtutis: sed remuneratio sint laboris. Ecce enim dũ dicit: Recepisti bona in vita tua: indicat ⁊ diues iste boni aliqđ habuisse: ex q̃ in hac vita: bona reciperet. Rursumq; dũ de lazaro dr̃: q: receperit mala/ pfecto mõstrat et lazar⁹ habuisse malũ aliqđ qđ purgaret. Sed mala lazari purgauit ignis inopie: ⁊ bona diuitis remunerauit felicitas trãsitorie vite. Illũ paupertas afflixit et tersit: istũ abundãtia remunerauit ⁊ repulit. Quicũq; ergo bona i hoc seculo habetis: cũ vos bona egisse recolitis: valde de ipsis pertimescite/ ne cõcessa vobis pspiritas eorũdẽ

Actuũ bonorũ ⁊ malorũ retributio districtissime agit.

Conuiuia sunt plena loquacitatj.

Exo. xxxij.

Diues malus quare atrocius i lingua ardebat.

Bonum si qđ a deo habeam⁹ primescamus.

remuneratio sit bonorũ. Et cũ quoslibet pauperes nonnulla reprehẽsibilia perpetrare conspicitis: nolite despicere/ nolite desperare: q: fortasse quos supfluitas tenuissime prauitatis inquinat/ camin⁹ paupertatis purgat. De vobis omnimodo pertimescite: q: nonnullis etiam male acta/ pspera vita secuta est. De illis vero sollicite pensate: q: eorum vitã etiã magistra paupertas cruciat/ quousq; ad vite rectitudinẽ pducat. Sequitur: [Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnũ firmatũ est: vt hi q̃ volũt hinc ad vos trãsire/ non possint: neq; inde huc trãsmeare.] Qua in re valde querendũ est: quomodo dicat: hi qui volũt hinc ad vos trãsire non possunt. Quod enim hi qui in inferno sunt: ad beatorũ sortẽ transire cupiant: dubiũ non est. Qui vero iam in beatitudinis sorte suscepti sunt: quo pacto dicit q: trãsire ad eos qui in inferno crucian̄t volunt? Sed sicut transire reprobi ad electos cupiunt: i. e. suppliciorum suorũ afflictione migrare: ita ad afflictos atq; in tormentis positos transire iustorũ/ est mẽte ire per misericordiam: eosq; velle liberari. Sed qui volunt de beatorum sorte ad afflictos atq; in tormẽtis positos transire nõ possunt: quia iustorum anime q̃uis in sue nature bonitate misericordiam habeant/ iam tunc auctoris sui iustitie cõiuncte: tanta rectitudine cõstringũtur: vt nulla ad reprobos cõpassione moueantur. Ipsi quippe iudici concordant/ cui inherent: ⁊ eis quos eripere nõ possunt/ nec ex misericordia cõdescendunt: q: tantũ illos tunc a se videbunt extraneos/ quantũ ab eo quẽ diligũt auctore suo conspiciũt esse repulsos. Nec iniusti ergo ad beatorũ sortẽ transeũt: q: dãnatione perpetua constringuntur. Nec iusti transire ad reprobos possunt: q: erecti iam per iustitiã iudicij/ eis nullo modo ex aliqua cõpassione miserẽtur. Sed postq̃ ardenti diuiti de se spes tollit̃: ei⁹ animus ad pp̃inquos quos reliquerat/ recurrit: q: reproborũ mẽtem pena sua q̃q; inutiliter erudit ad charitatẽ: vt iam tunc etiam suos spiritualiter diligant: qui hic dum peccata diligerẽt: nec se amabant. Unde nunc subditur: [Rogo te ergo pater: vt mittas eum in domũ patris mei. habeo enim quinq; fratres: vt testetur illis/ ne ⁊ ipsi veniãt in hũc locũ tormentorũ.] Qua in re notandũ est: ardẽti diuiti quãta ad suppliciũ cumulant̄. Ad penã nãq; suam ei ⁊ cognitio seruat̄ ⁊ memoria. Cognoscit eni lazarũ quẽ despexit. Fratrũ quoq; suorum meminit/ quos reliquit. Perfecta quippe ei visio de paupere non esset/ si hũc in retributione non recognosceret. Et pfecta pena in igne nõ esset/ si non hoc qđ ipse patitur/ etiam suis timeret. Ut ergo peccatores in supplicio amplius puniantur: ⁊ eorũ vident gloriã quos contẽpserũt: ⁊ de illorũ etiã pena torquẽtur/ quos inutiliter amauerũt. Credendũ vero est/ q̃ ante retributionẽ extremi iudicij/ iniusti in requie quosdam iustos cõspiciunt: vt eos videntes in gaudio/ non solum de suo supplicio/ sed etiam de illorũ bono crucientur. Iusti vero in tormẽtis semp intuẽtur iniustos: vt hinc eorũ gaudium crescat: q: malũ conspiciunt quod misericorditer euaserunt: tãtoq; maiores ereptori suo gratias referũt: quanto vident in aliis qđ ipsi perpeti (si essent relicti) potuerunt. Nec illã tante beatitudinis claritatẽ apud iustorum animũ fuscat aspecta pena reproborũ: quia vbi iam compassio miserie non erit/ minuit pcul dubio beatorum letitia non valebit. Quid autẽ mirũ: si dum iusti iniustorum tormenta cõspiciũt: hoc eis veniat in obsequiũ gaudiorum: quãdo ⁊ in pictura niger color substernitur: vt albus vel rubeus clarior videat̄? Nã sicut dictũ est/ tanto bonis sua gaudia excrescunt: quãto eorũ oculis dãnatorum mala subteriacent: que euaserũt. Et quis eis sua gaudia ad pfruendũ plene sufficiant: mala tñ reproborũ absq; dubio semp aspiciunt: q: qui creatoris sui claritatem vident: nihil in creatura agitur: qđ videre non possint. Petenti autem diuiti vt Lazarus mittat̄: ab abraham protinus respõdetur: [Habent moysen et prophetas. audiãt illos.] Sed qui dei verba despexerat: hec audire nõ posse suos sequaces existimabat. Unde ⁊ respõdit diues: Non pater mi: sed si quis ex mortuis ierit ad eos/ penitentiã agent. Cui mox veraci sentẽtia dicitur: [Si Moysen et prophetas non audiant: neq; si quis ex mortuis resurrexerit/ credent.] quia nimirũ qui verba legis despiciũt: redẽptoris precepta qui ex mortuis resurrexit: q̃to subtiliora sunt: tanto hec difficilius imple-

Dãnati an velit trãsire ad saluatos ⁊ econtra.

Dãnati q̃q; vidẽt saluatos i augmẽtũ supplicij.

Iusti iniustorum tormẽta cõspicere piũ.

Precepta redẽptoris sunt subtiliora p̄ceptis legis

I

K

L

M

A

bunt. Minus est eni quicquid per legem dicitur/ quam hoc quod per dominum iubetur. Illa eni dare decimas precipit: redemptor vero noster ab his qui perfectionem sequuntur/ omnia dimitti iubet. Illa peccata carnis resecat: redemptor vero noster illicitas cogitationes etiam damnat. Si ergo Moysen et prophetas non audiunt: neque si quis ex mortuis resurrexerit/credent: quia hi qui minora legis precepta implere negligunt: saluatoris nostri mandatis altioribus obedire quando conualescunt? Et nimirum constat: quia cuius implere dicta renuunt: eius procul dubio credere recusant. Hec nos de ipsa rei geste consideratione dixisse sufficiat. Sed vos fratres et requiem lazari, et penam diuitis cognoscentes/ solerter agite/ culparum vestrarum intercessores querite: atque aduocatos vobis in die iudicij pauperes procurate. Multos etenim nunc lazaros habetis. ante ianuas vestras iacent: atque his indigent: que vobis iam satiatis quotidie de mensa cadunt. Verba sacre lectionis debent nos instruere ad implenda mandata pietatis. Quotidie Lazarum si querimus/ inuenimus. quotidie Lazarum et si non querimus/ cernimus. Ecce importune se pauperes offerunt. rogant nos: qui tunc pro nobis intercessores venient. Certe nos omnino rogare debuimus: sed tamen rogamur. Videte si negare debemus quod petimur: quando patroni sunt qui petunt. Nolite ergo misericordie tempora perdere: nolite accepta remedia dissimulare. Ante supplicium cogitate de supplicio. Cum quoslibet in hoc mundo abiectos aspicitis: etiam si qua reprehensibilia eorum esse videantur/ nolite despicere: quia fortasse quos morum infirmitas vulnerat: medicina paupertatis curat. Quorum si qua sunt talia que debeant iure reprehendi: hec si vultis/ ad vsum vestre mercedis inflectite/ vt ex ipsis eorum vitijs cumulentur vobis incrementa pietatis: quatinus panem pariter detis et verbum: panem refectionis cum verbo correptionis. et duo a vobis alimenta percipiat/ qui vnum querebat: vt et exterius cibo/ et interius satietur eloquio. Pauper ergo cum reprehensibilis cernitur: moneri debet: et despici non debet. Si vero reprehensionis nihil habet: venerari summopere sicut intercessor debet. Sed ecce multos cernimus/ quis cuius sit meriti nescimus. Omnes ergo venerandi sunt: tantoque necesse est vt omnibus te humiliare debeas: quanto quis sit ipse ignoras. Rem fratres refero: quam bene is qui presto est frater et compresbyter meus Speciosus nouit. Eodem tempore quo monasterium petij: anus quedam Redempta nomine/ in sanctimoniali habitu constituta/ in vrbe hac iuxta beate Marie virginis ecclesiam manebat. Hec illius Herundinis discipula fuerat: que magnis virtutibus pollens/ super prenestinos montes vitam eremiticam duxisse ferebatur. Huic due in eodem habitu discipule adherebant. vna nomine romula: et altera que nunc adhuc superest: quam quidem facie scio/ sed nomine nescio. Tres itaque he in vno habitaculo commanentes/ morum quidem diuitijs plenam/ sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hec autem quam prefatus sum romula/ aliam quam predixi condiscipulam suam magnis vite meritis anteibat. Erat quippe mire patientie: summe obedientie: custos oris sui ad silentium: studiosa valde ad continue orationis vsum. Sed quia plerunque hi quos iam perfectos homines estimant/ adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habent (sicut sepe imperiti homines necdum perfecte sculpta sigilla conspicimus: et iam quasi perfecta laudamus/ que adhuc artifex considerat et limat: laudari iam audit: et tamen ea tundere meliorando non desinit) hec quam prediximus romula/ ea quam greco vocabulo medici paralysim vocant/ molestia corporali percussa est: multisque annis in lectulo decubans/ pene omnium iacebat membrorum officio destituta. nec tamen hec eadem eius mentem ad impatientiam flagella perduxerant. Nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa virtutum: quia tanto sollicitius ad vsum orationis succreuerat: quanto et aliud quodlibet agere nequaquam valebat. Nocte ergo quadam eandem redemptam quam prefatus sum/ que vtrasque discipulas suas filiarum loco nutriebat: vocauit dicens: Mater veni: mater veni. Que mox cum alia eius condiscipula surrexit: sicut vtrisque referentibus et multis res eadem claruit: et ego quoque eodem tempore agnoui. Cumque noctis medio lectulo iacentis assisterent: subito celitus lux emissa/ omne illius cellule spatium impleuit: et splendor tante claritatis emicuit: vt corda assistentium inestimabili pauore perstringeret: atque (vt post ipse referebant) omne in eis corpus obrigesceret: et in subito stupore remanerent. Cepit namque quasi cuiusdam magne multitudinis ingredientis sonitus audiri: ostium cellule concuti: ac si ingredientium turba premeretur. Atque vt dicebant: intrantium multitudinem sentiebant/ sed nimietate timoris et luminis/ videre nil poterant: quia earum oculos et pauor depresserat: et ipsa tanti luminis claritas reuerberabat. Quam lucem protinus miri odoris est fragrantia subsecuta: ita vt earum animum quia lux emissa terruerat: odoris suauitas refoueret. Sed cum vim claritatis illius ferre non possent/ cepit eadem romula assistentem sibi et trementem redemptam/ suorum morum magistram/ blanda voce consolari/ dicens. Noli timere mater. non morior modo. Cumque hoc illa crebro diceret: paulatim lux que fuerat immissa/ subtracta est: sed et is qui subsecutus est odor remansit. Sicque dies secundus et tertius transijt: vt aspersa fragrantia odoris remaneret. Nocte ergo quarta eandem magistram suam iterum vocauit. Qua veniente viaticum petijt/ et accepit. Necdum vero eadem Redempta et alia eius discipula a lectulo iacentis abscesserant: et ecce subito in platea ante eiusdem cellule ostium duo chori psallentium astiterunt: et sicut ipse se dicebant sexus ex vocibus discreuisse: psalmodie cantus dicebant viri: et femine respondebant. Cumque ante fores cellule exhiberentur celestes exequie: sancta illa anima carne soluta est. Qua ad celum ducta/ quanto chori psallentium altius ascendebant tanto cepit psalmodia lenius audiri: quousque et eiusdem psalmodie sonitus/ et odoris suauitas elongata finiretur.

D

Hec ergo quamdiu vixit in corpore: quis illam haberet in honore? Indigna cunctis/ omnibus despecta videbatur. Quis eni ad illam accedere: quis ad illam venire dignaretur? Sed latebat in sterquilinio margarita dei. Sterquilinium fratres hanc ipsam corruptibilitatem corporis appello: sterquilinium abiectionem paupertatis nomino. Assumpta est ergo margarita que iacebat in sterquilinio: et posita in celestis regis ornamento. Iam inter supernos ciues emicat. Iam inter ignitos illos lapides eterni diadematis coruscat. O vos qui in hoc mundo diuites aut esse creditis aut estis: conferte (si potestis) falsas diuitias vestras veris diuitijs romule. Vos in huius mundi via omnia amissuri possidetis: illa nihil quesiuit in itinere/ et omnia inuenit in peruentione. Vos letam vitam ducitis: tristem mortem timetis: illa tristem vitam pertulit: ad letam mortem peruenit. Vos ad tempus queritis obsequium hominum/ illa despecta ab hominibus inuenit socios choros angelorum. Discite ergo fratres temporalia cuncta despicere. Discite honorem transeuntem contemnere: eternam gloriam amare. Honorate quos pauperes videtis: et quos foris conspicitis despectos seculi: intus arbitramini amicos dei. Cum his participamini quod habetis: vt hoc quandoque dignetur vobiscum participari quod habent. Pensate quod etiam magistri gentium dicitur: In hoc tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: vt et illorum abundantia/ vestre inopie sit supplementum. Pensate quod ipsa per se veritas dicit: Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Ad tribuendum ergo pigri cur estis: quando hoc quod iacenti in terra porrigitis: sedenti in celo datis? Sed hec omnipotens deus qui per me in vestris auribus loquitur: per se in vestris mentibus loquatur. Qui viuit et regnat cum patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Pauperes debemus nobis procurare pro aduocatis.

Misericordie tempora non sunt perdenda.

B

Exemplum cuiusdam sanctimonialis.

C

Mulieris religiose optima indicia.

E

Margarita quandoque latet in sterquilinio.

Diuitie vere valde discrepant a falsis.

Honores transeuntes contemnendi sunt.

ij. Corin. viij.

Mat. xxv.

F

Beati Gregorij pape Homilie quadraginta de diuersis euangelij lectionibus finiunt feliciter.

Laus deo.

¶ Sequitur tabula ad promptius inueniendū euangelia .xl. homiliarum diui Gregorij sm̄ numerū foliorū ac columnarū ordine alphabetico.

¶ Laus deo.

¶ Tabula materiarū e.xl. diui Gregorij Homilijs excerptarū.

Tabula materiarum

Tabule materiarũ finis.

¶ Incipit prologus beati Gregorij pape in septem psalmos penitentiales.

SI ille rex ꝛ propheta cõuenienter Dauid.i.manu fortis vocatus est: q̃ visum interfecit leonẽ suffocauit: goliath fortissimũ lapidis vni⁹ ictu p̃strauit: et gẽtes innumeras imperij sui ditioni subegit: nõ incongrue eodem nomine sanctã animã accipimus: que illũ qui quasi leo rugiẽs circuit querẽs quẽ deuoret/in seipsa interficit: ꝛ si quãdo eam sicut fortis armatus aperto certamine aggreditur: lapidis quem reprobauerũt edificantes/illũ ictu prosternit: corporis nihilominꝰ passiones subigit: atq; ad virtutũ officia conuertit. Psalteriũ quoq; eandẽ animã spũalibus exercitijs assuetã nõ inconuenienter nominamus. Sicut enĩ musicũ illud instrumentũ triangulũ decẽ chordarũ inferius quidẽ percutitur: superi⁹ vero sonare videtur: ita alia sancte trinitatis fide formata/decẽ legis p̃ceptis instructa: inferius percutitur: ꝛ superius audit: quia cum carnẽ aliquis p̃ceptis afflixerit: tunc suauissimũ deo in dulcedine melos reddit. Per psalmũ ergo meditationes ꝛ laudes et gaudia de deo in aĩo cõcepta accipim⁹: sicut cãtũ illius musici instrumenti psalmũ vocamus. Psalm⁹ ergo iste.i.hec meditatio, dauid.i.fideli aie virtutib⁹ exercitate attribuitur. aie.s.tendenti in finẽ.i.in xp̃m/qui est initiũ et finis. Christus finis dicit̃: vel q: est consummatio legis et prophetarũ: sicut ipse pendẽs in cruce testatus est: cũ aceto et felle potatus dixit: Consummatũ est. Vel quia bonorũ omniũ perfectio est: quia nullũ bonũ perficitur nisi qd̃ in summo bono solidatur. Sicut enĩ nobis non sufficit alios bonos querere: nisi ad eius studeamus agnitionẽ peruenire: ita eo inuẽto nullus iam melior queritur: quia ois creatura eo sub cuius pedib⁹ a patre oia sunt subiecta: inferior inuenitur. Pro octaua vero psalm⁹ iste factus asseritur: q: pro cõsideratione futuꝛe resurrectionis dñio decantatur. Omne p̃sentis vite tẽpus septẽ dieb⁹ euoluit̃: et ideo eterna dies que expleta horũ dierũ vicissitudine futura est/octaua vocat̃. Et q: pro cõsideratione extreme iudicij psalm⁹ iste cõcinitur: recte p octaua intitulatur. Vel q: sequit̃ finẽ carnalis ꝛ spũalis glorificationis: ideo octaua dicit̃ resurrectionis. Caro enĩ ex quattuor constat elemẽtis: aia tribus vegetatur naturis. Est enĩ rationalis ad discernẽdũ: concupiscibilis ad virtutes appetẽdũ: irascibilis ad vitia auersandũ. De hac eni ita p eũdẽ p̃phetã dicit̃. Irascimini: et nolite peccare. Qui enim se cõtra seipsum erexerit: ꝛ zelo rectitudinis inflãmatus: contra vitior se importunitates viriliter cõmouerit: in cõspectu interni iudicis nequaq̃ delinq̃t. Vel s̃m quosdã octaua dicitur: q: sequit̃ sex etates in hoc seculo viuentiũ: et septimã dormientiũ iustorũ. Hunc autẽ psalmũ in hymnis habendũ titulus astruit: q: qui tact⁹ dolore cordis intrinsecus/pctã sua cõfitẽs/cor i penitẽtia cõterit: suauẽ ad aures misericordis dei vocẽ exultatiõis reddit. Maius est enĩ angelis dei sup vno pctõre penitẽte gaudiũ: q̃ de noua gl̃ia nouẽ pleuerãtia iustor. Et q̃ pro indulgẽtie desiderio inq̃taꝛtes suas annũciat: in tabernaculis iustor dulciter hymnizat. Loquit̃ ergo i hoc psalmo fidelis aia octauã illã.i.diẽ iudicij tremẽdam considerãs: terrorẽq; districtionis diuine ꝛ reprobor dãnationẽ ppetuã prudentie intuitu contẽplãs. Et q: de suis meritis diffidẽs/in se qualiter in illo tremẽdo examine irã vltionis diuine effugere possit nõ inuenit: audacter quidẽ sed cõfidenter ad fontẽ mie factẽ est⁹ preoccupãs accedit: malẽs in hac vita p penitentiã et flagella conteri: q̃ in futuro horrẽdis supplicior cruciatib⁹ affligi. Quid ergo dicat audiamus: et illius exẽplo cũ fiducia ad thronũ glorie dei accedamus.

Jo.xix.

Ps.iiij.

Luce.xv.

A

Dominorum officium.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

¶ Vide quam bonum principium: quam affectuosum: quamque gratie plenum. In eo enim quod dominum eum vocavit: quod sibi misereri deberet: ostendit. Dominorum enim est servos alterutrum non negligere: delinquentes corrigere / non necare: fugientes requirere / non abdicare. [Domine ne in furore tuo] Solet fieri ut qui dominorum iram incurrunt: si eis reconciliari appetunt / patronos querant / intercessores adhibeant / advocatos adsciscant. Sed hec aia illius terribilis iudicij terrore perculsa / amoris dei desiderio accensa / moras non patitur: dilationem adversatur: et si ad bonum deum convenire distulerit: damnationem se evadere non posse arbitratur. Desiderium enim non sustinet: et in patientia modum non habet. Virtus ergo colligit: de misericordia conditoris confidit: et quasi cum presente videatur: loqui presumit: ac si dicat: Scio quidem quia ab oculis tuis meis expulsus sum meritis: sed tamen minor sum cunctis miserationibus tuis. Tu igitur domine cuius me servum esse non abnego / cuius imperijs obtemperare desidero: cuius suave iugum referre nequaquam recuso: [Ne arguas me in furore tuo] Sic me potius argue: dum tempus est misericordie corripe: dum dies salutis est exerce. Quisquis in hac vita flagellis atteritur: in mansuetudine corripitur: quia correptionibus emendatur. In illo autem tremendo examine iniquus quis in furore arguitur: quia penam interminabilem venia nulla comitatur. Absit ut in deo furorem esse credamus. Non enim esset incommutabilis: si eum commovere posset alicuius necessitas passionis. Sed quia aliter de deo nisi secundum humanum morem loqui non possumus / infinite damnationis sententiam / furorem vocamus. Non ut in illa iustitie severitate / aliqua animo perturbatione deus moveatur: sed quia in eos qui duplici sunt contritione conterendi / irremediabiliter vindicatur. [Ne arguas me in furore tuo] non humano more transitorio. Furor humanus sicut cito preterit: ita sue vigorem potestatis non nisi in corporibus exercet: divine vero vindicte animadversio non solum penas in corpore et anima multiplicat: verumetiam in damnatis immobiliter perseverat. [Neque in ira tua corripias me.] Sicut maior est furor quam ira: ita arguere maius est quam corripere. Eos corripimus / quos amantes emendamus. Et quia post mortem carnis alij eternis deputantur supplicijs: alij ad vitam per ignem transeunt purgationis: fidelis aia non solum furorem timet: sed etiam iram abhorret. Teste beato Augustino / hi omnes qui non posuerunt sibi fundamentum Christum / in furore arguuntur: quia eterno igne cruciantur. Qui autem eidem fundamento superposuerunt lignum / fenum / stipulam / in ira corripiuntur: quia igne purgati / ad beatitudinis requiem deducuntur. Dicat ergo fidelis anima quid fecit considerans: et quid sit receptura contemplans [Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me] Ac si aperte dicat Hoc solum tota cordis intentione efflagito: hoc indesinenter votis omnibus concupisco: ne me in illo tremendo examine / vel cum reprobis ferias: vel cum purgandis flammis vltricibus affligas. Et ut hoc fiat:

B

Furor an sit in deo.

Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

¶ In eo quod nomen venerandum repetit: pie precandi affectum se habere ostendit. Quasi dicat. Tu domine / quem suave videtur mihi sepius invocari: miserere mei dum tempus est misericordie. Hic me misericorditer corripe. Hic per flagella contere. Hic igne tribulationis exure. Et ne quid in me post huius vite terminum vindicandum invenias: oro ut per ignem tui amoris omnem in me vitiorum rubiginem consumas. Et hoc opus est ut facias: [Quoniam infirmus sum] Ex peccato primi parentis penam contraxi magne infirmitatis. non enim quod volo ago: sed quod odi malum illud facio. [Infirmus sum] quia ad malum pronus sum. Sed tu domine animarum debilium velox medice [Sana me] scilicet interius: omni vitiorum labe emunda [Quoniam conturbata sunt oia ossa mea] id est virtutes sic obscurate sunt: ut temptate virtutes simul conturbate sunt. Charitas enim confundit. humilitas impingitur. fortitudo deijcit. castitas impugnatur. Per ossa virtutes accipimus: per quas interiorem animam sustentamus. Sicut enim in ossibus est fortitudo corporis: ita in virtutibus robur invenitur animarum. Et plane debilis omnis comprehenditur anima nisi que fuerit virtutum fortitudine fulta. Postquam enim fordibus culpam incurrit primus humani generis parens / ab illa in qua positus fuerat mentis celsitudine decidit. claritatem visionis divine perdidit. suavissimas verborum dei epulas quibus interius reficiebatur amisit. Oculos carnis ad obscena et turpia videnda aperuit / qui prius aciem mentis qua lucis summe fulgorem intuebatur obscuravit.

Rom. vij

Ossa sunt virtutes.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine usquequo?

¶ Et quia me infirmum sentio: quia ossa mea conturbata agnosco: [Anima mea] id est ego quia mea est: quia per me corrupta est: quia per me debilis et egra facta est: turbata est ad gemitum: commota est ad compunctionem et lamentum: valde magna et multimoda turbatione. Turbatur enim quia peccavit: quia bonum dominum offendit: quia vitam perdidit: mortem incurrit. [Sed tu domine usquequo] turbaris contra me quia peccavi: quia te ad iracundiam delinquendo provocavi: Vel tu domine / demones quidem tuus forte non dominus naturaliter: malunt meam perditionem quam salutem. Sed tu domine qui non vis mortem peccatoris: singulariter domine / non absolute sed proprie: usquequo [Sanitatem differs sanare] Ecce in conspectu boni medici et curare valentis assisto. vulnera detego. preces emitto. dolores augeo. lachrymas effundo. Cur ergo dissimulas / cum non sit tibi minor potentia quam voluntas? Licet hoc celes in corde tuo: tamen scio quia vniversorum meminerit. Dis curatio quanto difficilius acquiritur: tanto acquisita cautius custoditur.

C

Job. x.

Convertere domine et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

¶ Remagis turberis supplico: ne ultra misereri differas peto. imo convertere domine. Sicut aia mea conversa est ad te per turbationem penitudinis: ita tu convertere ad eam per serenitatem miserationis. Et conversus [eripe animam meam] Impediunt eam vepres carnalium delectationum. detinent illam secularium illecebre cupiditatum. Sed tu qui potens es omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus / eam eripe igne tui amoris / terrenarum dumetis voluptatum quibus irretitur exure. extra omnem peccati appetitum illam tue manu fortitudinis trahe [Salvum me fac propter misericordiam tuam.] Parum est ut animam meam a mundi voluptatibus liberes: nisi me ab hostium temptationibus virtutis tue protectione conserves. Boni medici officium est non solum salutem restituere: sed etiam restitutam custodie sedulitate servare. Sic ergo et tu cum animam meam a carnalibus desiderijs eripueris: da mihi ut bono perseverantie: ne mundi demissos laqueos iterum temptationum incurram. Et hoc [propter misericordiam tuam] Non de meis meritis confidens ut me salvum facias supplico: sed de sola misericordia tua presumens sperare quod non de meis meritis spero.

Medici boni officium.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

¶ Peccata consummata generant mortem. Nisi enim conversus fueris: nisi animam meam eripueris: nisi me salvum feceris: in peccatorum me caligine id est in morte dimittis. quia si in morte fuero / tui procul dubio memoriam perdo. Et idem hoc scio quia in morte penitus tui memor esse nequibo: [quoniam non est in morte qui memor sit tui] Quomodo michi concederetur: quod omnibus denegatur? [In inferno autem etc.] Sicut de morte ad infernum peccator pervenit: ita de peccatorum multitudine in desperationis foveam cadit. Unde et scriptum est. Peccator cum venerit in profundum malorum: contemnit. Fidelis anima non exaudiri metuens / miserias quas perpessura est si non exauditur / enumerat: ut se maximo timore concutiat: et deum citius ad misericordiam flectat. Ait ergo [In inferno autem quis confitebitur tibi?] quasi dicat: Dico si non eripueris me: in morte futurum: nec non solum in morte futurum me prevideo: sed etiam in inferno. id est in desperatione me sepeliendum cognosco. Quia si in inferno fuero: tibi me confiteri non posse perpendo. Nullus enim in inferno confitebitur tibi. Et hoc est quod ait sub specie interrogationis [In inferno autem quis confitebitur tibi?] scilicet nullus. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. Aliter [Quoniam non est in morte qui memor sit tui] peccator ut animam meam liberes a carnalibus desiderijs

D

F

Prover. xviij.

Eccli. xv.

G que militent aduersus eā. Si enim hoc nō feceris/interficient me: quia a te/qui es vita mea/separabunt me. Cū enī tu sis illud idē anime/quod est aīa corpori: si tibi inseparabiliter nō inhesero: necessarie mortē incurro. Et si in morte fuero/tui memor nō ero: Quoniam non est in morte q̄ memor sit tui. Sicut nullius rei meminit caro mortua: ita nec te sentire preualet a te deo aīa diuisa. Nulla societas luci ad tenebras. Ubi autē tui ingredit memoria: ibi est lux veritatis immēsa. Quod tamē intelligi et aliter potest: quasi dicat. Immedicabile corpus est recidēdum: ne inficiat membra. In corpore mortali abscisio potius est necessaria q̄ medicina. Sed ego non sum vt membrū mortuū: cui medicina non proficiat: sed ullas nihil conferat. Nam sum memor tui. i. misericordie. Te enim medicū factorum misericordē non ambigo: longanimē agnosco: quod non facerem si in morte essem. Et hoc apparet a toto: quoniam non est in morte.

Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

¶ Dixerat superius saluū me facit tēpus est vt faciam: nam ego laboraui in gemitu meo. Adest miser/assit et misericordia. Miseriā meā ego cognosco: vulnus non dissimulo: peccatū nō celo. Nisi enī miserū me agnoscerē/in H gemēdo nō laborarē. Sed ego laboraui. i. studiose egi vt essem in gemitu: scz vt quousq̄ viuerē/gemēdū mihi putarē. Et [laboraui in gemitu] i. modo mihi proprio. Nemini enim sicut mihi ingemiscendū estimo: q̄r pre oībus me peccasse perpēdo. Et quia nō sufficit bene incipere/nisi studeat quis in bono opere perseuerare: adiungit. [Laboraui per singulas noctes] id est per singulas tenebrosas cogitationes. [Lectū meū] Per lectū conscientiam accipimus: quia sicut in lecto iacētes quiescimus: ita in ea vel legi dei/vel legi peccati consentimus. Et sicut in laboribus pressi/in lecto quiescētes reficimur: ita dū mundi huius aduersitatibus premimur: in bona conscientia interius delectamur: Paulo attestante/qui ait: Gloria nostra hec est: testimoniū conscientie nostre. Lectū ergo per singulas noctes lauat/qui conscientiā a cogitationibus tenebrosis lachrymis cōpunctionis emūdat. Et non solū conscientiā purificabo: sed etiā [lachrymis meis stratū meū rigabo.] Quia vilis lectus est stratum: per ipsum/carnē accipimus. Et qm̄ sicut stratū sacre cōculcatur: ita caro ab infirmo animo varie versatur sicut per eūdem prophetā dicitur. Uniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Rigat ergo lachrymis stratū suū: quia cōtinuo luctu et dolore carnis maculas diluit: et cordis duritiā imbre cōpunctionis emollit: vt sicut ortus recepta suaui pluuia euidēter germinat: ita caro lachrymarū fluentis rigata/bonorū operū et iustitie germē emittat. Cur aūt laborauerit/causam subdit: ac si dicat. ideo laboraui: ideo ingemui: quia

Lect⁹ conscientiā representat.

ij. Cor. j.

Psal. xl.

I **Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.**

¶ Humana natura ad imaginem primitus et similitudinē dei condita: per preuaricationis culpā a contemplationis diuine claritate expulsa: sicut imortalitatē in eterne beatitudinē pdidit: ita interiorē oculū anime scilicz rationabilē obscurauit. Et quia postea bonum a malo discernere noluit: volens postmodū/quid sibi sequendum/quid ue fugiendū esset/scire nequiuit. Et qr illū qui lux esset in quo non sunt vlle tenebre non tenuit: sicut in nocte/sic postea i meridie palpauit. Dicat ergo fidelis aīa: [Turbatus est a furore oculus meus.] Quia discernēdi recte voluntatē non habui: per furorē. i. damnationis sententiā ipsam eligendi potentiā amisi. Uel etiā illius a furore oculus turbatur: q̄ tremēdi illius iudicij damnari metu intuetur. Cū enim qd quis gesserit/qr ibi sit recepturus considerat: mētem que hoc preuidet malorum suorū cōsciam/ipse iudicij terror pturbat. Et qr ad illud iudiciū venire non trepidat nisi quē conscientia de peccatis accusat/ ideo adiungit. [Inueteraui inter oēs inimicos meos.] Ac si diceret. Ideo ad illud terribile examen deduci metuo: quia per cōsuetudinē et pseuerantiā prauorū operū/non nouū sed veterē me peccatorē agnosco. Cū enim sim inter inimicos meos/spūs videlicet malignos: quia corū a me suggestiones nō repu-

diū vel cōsenticēs/ in tenebrarū operibus inueteraui. i. in K veteris hoīs inobedientiā redij. Factus sum cōparabilis veteri vesti. Sicut enī vetus vestis nec ornatū adijcit: nec frigus repellit: ita ego nec frigus tentationis expellere valeo: nec proximos animas per doctrine verbū adorno. Uel inueteraui habitans inter inimicos meos. inimicos. s. catholice fidei/et christiane religionis.

Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē: quoniam exaudiuit dn̄s vocem fletus mei.

¶ Que societas luci ad tenebras: Que cōuētio Christi ad belial: aut que pars fidelis cū infidele: Sicut enim qui diabolum sequitur/sanctorū collegiū affectu et opere aspernatur: ita qui deo perfecte adheserit: impiorū cōsortiū nequaq̄ admittit. Quia ergo inueteraui conuersans inter inimicos meos/ne amplius aliquid vetustatis in me appareat: ne inimicorū cōuersatio notā mihi preuaricationis infigat: vos qui operamini iniquitatē: qui culpas vestras confiteri negligitis: qui in malis operibus impenitētes perseueratis: hic a me affectu discedite: hic vos a me operū dissimilitudine elongate: vt quia a deo recedistis hic animo/ et in futuro etiā corpore a me discedatis. Discedite vt amplius nō cōmunicē operibus vestris iniquis: [Quoniam exaudiuit dn̄s vocem fletus mei.] Laui pedes meos: quomodo inquinabo illos: Uocē flebilem dn̄s exaudiuit: qr ab omni inquinamēto carnis et spiritus me mūdauit. Quomodo autē exaudierit sit/ostēdit.

Cant. v.

L **Exaudiuit dn̄s deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.**

¶ Peccata dimittēdo/dn̄s orationē meā suscepit/perseuerātiam dando: quasi dicat. Non solum pro peccatis meis flenti delictorū mihi indulgentiā cōtulit: sed etiā ne eadem vlterius committerē/gratie sue vbertatē concessit. Dixerat superius. [Discedite a me oēs qui operamini iniquitatem.] Sed quia charitas non querit q̄ sua sunt: et hinc vera esse ostenditur/ cum ille diligitur qui aduersatur: ideo subiungit.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter.

¶ Ille veraciter charitatē habet/ qui et amicū diligit in deo: et inimicū diligit propter deū. Hinc nāq̄ p semetipsam veritas dicit: Diligite inimicos vestros/benefacite his qui oderunt vos. Ne ergo surda aure precepta transeat dn̄ica: p inimicis orat aīa exaudita. [Erubescāt et conturbētur.] Ergo qr propter pctā que perpetrauerā erubui: erubescēs vero vt ea diluerē ingemitu meo laboraui: exaudita veniā impetraui. Et vtinā meo exēplo erubescat quisq̄ q ad imaginē et similitudinē dei sit factus intelligit: et qualiter illā peccādo fedauit agnoscit. Si se eius cōspectu consideret: et decorē quē perdidit: et obscenitatē qua se velut quodā teterrimo colore pfudit: M de operū suorū qualitate (nisi sit lapis) erubescit. Nobilis aīa si quas aliquando peccati notas admiserit, verecūdiā tamē a se funditus nō repellit. Nā et illud verū est spē desperationis indiciū: si verecūdia nō sequit peccatū. Unde sub iudee specie continenti anime dicit: Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere. Qui enī neglecto dei timore peccata peccatis accumulat: profecto vt meretrix frontē obdurat. Sed qr minus est de anteacta vita erubescere: nisi quis etiā studeat ea que admisit/penitendo corrigere: subiūgit. [Et conturbent vehemēter.] Quisq̄s peccati sui modū cōsiderans/sibi iratus/contra seipsum grauiter qd egit puniēdo irascitur: per cōpunctionis lachrymas vehemēter cōturbatur. Quia vero per dolorē penitentie puenitur ad conuersionē: vitepsotinus additur. [Conuertātur.] Ille nimirum ad deum cōuertitur/ qui tam cogitatus suos q̄ etiam operationes ad deum semp dirigere conatur. Et qm̄ tēpus breue est: et finis peccatorū mors est: ne q̄s putaret in hoīs esse potestate/ quādo vias suas velit corrigere/repetit. [Erubescant se peccasse. Erubescant conuersionem distulisse. Et hoc faciant [valde velociter.] Dies enim dn̄i sicut fur in nocte ita veniet. Unde et Salomon: Ne tardes (inquit) conuerti ad dominū: neq̄ differas de die in diem.

Charitas in quo est veraciter. Luce. vj.

Hiere. iij.

ij. Pe. iij.

Eccle. v.

¶ Prologus secundi psalmi penitentialis.

A Sicut supra iam diximus/p David fidelis anima accipitur:cui et nois interpretatio/et operum magnificentia conuenienter aptantur. Fidelis ergo anima ea que in hoc psalmo dicuntur/intelligat:et ab isto numquam intellectu recedat. Intellectus vero David in hoc psalmo est/vt nemo se ante fidem de meritis suis/que nulla sunt/efferat. Nemo fide per gratiam accepta: de peccati impunitate presumat. Nemo bonum qd facit/sibi:sed gratie dei attribuat. Nemo per desidie torporem in bona operatione pigrescat. Videamus nunc quid dicat.

Expositio secundi psalmi penitentialis.

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.

Quasi dicat: Cum oes velint esse beati: diuersi de beatitudine diuersa sentiunt: et desideriorum suorum errores sectantes:ad beatitudinis portam per deuia venire ponunt. Sed quicquid illi estiment/illud est rarum:istud est catholicum:qz illi solum sunt beati/quorum remisse sunt iniquitates originales per baptismum. [Et quorum tecta sunt peccata] actualia post baptismum comissa. Si tegit infirmus vulnera/quomodo illi a medico adhibetur medicina? Homo si celare vulnus ceperit:latius extensum introrsum putrescit: Sic et peccatum nisi per confessionem detegatur:letaliter in intimis dilatat. Et sicut vulnus non ostensum etiam sanam carnem putredine inficit:ita peccatum nisi confitendo reijcietur:etiam si que ibi sunt bona corrupit. Non enim accepta sunt deo bona/que malorum admixtione maculantur. Sed aliud est qd a peccatore dole per obstinationem tegitur:aliud quod misericorde deo per remissionem operitur. Tegit medicus vulnus sanandum medicamine:tegit deus peccatum ea que multitudinem peccatorum operit/charitate. Si quis ergo peccata sua tecta esse desiderat:deo ea per vocem confessionis ostendat. Sunt tamen quedam peccata: que quotidie in hac vita vitantur/etiam a perfectis viris aut vix/aut nullatenus declinentur. Habent enim sancti viri aliquid quod in hac vita operire debeant:quia omnino est impossibile vt in locutione/aut etiam in cogitatione numquam delinquat. Studeant igitur viri dei/oculorum lingueqz culpas tegere meritis vite:student pondere bonorum operum premere immoderata verborum. Verum quomodo in electis est possibile/eorum transgressiones contegi:cum ab illo cuius oculis nuda et aperta sunt oia/non possunt abscondi? Sed qz hoc quod tegitur/inferius ponitur/et aliud aliquid superducitur/vt quod est subter positum/tegatur: tegere peccata dicimus/que quasi subterponentes abdicamus. Quibus nimirum quasi tegmen superducimus:dum bonorum operum nos illi dumento vestimus. Peccata itaqz tegimus/si bona facta malis actibus superponamus.

Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum:nec est in spiritu eius dolus.

C Si nosmetipsos iudicaremus:non vtiqz iudicaremur. Si nobis peccata nostra imputauerimus/non ea nobis imputat deus. Si ea satisfaciendo puniremus:nullum qui nos in futuro puniat inueniremus. Imputare sibi Adam peccatum suum noluit:quando culpam suam in creatorem retorsit/dicens: Mulier quam dedisti mihi sociam: dedit mihi de ligno/et comedi. Unde qz se confiteri culpabilem renuit: mortifere damnationis sententiam ad posteros misit. Iudicare autem seipsum nemo poterit:nisi qui virtutem animi ad vitia persequendum assumit: sicut per eundem prophetam dicitur. Persequar inimicos meos/et comprehendam illos:et non conuertar donec deficiant. Qui enim mollis est et dissolutus in opere suo/frater est opera sua dissipantis. Ideo dixit/Beatus vir. Quasi dicat. Ad hoc opus nemo assurgere preualet:nisi qui sancte fortitudinis vires habet. Quid enim fortius qz omnes animi sui motus rationi subigere: oia carnis desideria spiritus virtute frenare:proprias voluntates abijcere: contemptis visibilibus ea que non videntur amare? Unde et Salomon ait: Melior est patiens viro forti: et qui dominatur animo suo/expugnatore vrbium. [Nec est in spiritu eius dolus.] Illi quidem peccatum non imputabitur/in cuius spiritu dolus mendacij non inuenitur. Qui se iustum esse non simulat:qui ea etiam que occulte deliquit/non celat. Illi spiritu publicani ad templum ascendentis/dolus non fuit: quia dum illum que occulta non transeunt/placare voluit iudicem:confiteri se non erubuit peccatorem. dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Magis ergo iustificatus descendit:qz qui se de meritorum enumeratione iactabat. Denique ei iustus in principio sermonis accusator est sui. In pharisei vero spiritu dolus fuit/qui magis videri qz esse iustus optauit. Dum ergo ea que clamare debuerat/tacuit:miser quod sibi tacendum esset/clamauit. Et per superbiam/si qua in eo fuerant/minuit merita: qui humiliari contemnens/adauxit peccata. Et nos ergo exemplo huius publicani preoccupemus faciem huius iudicis in confessione: et effundamus coram illo corda nostra: leuantes puras manus sine ira et deceptione in habitu ordinato cum verecundia et sobrietate: vt qui omni temptationi patentes: manum effugere non possumus iudicis: per confessionem mundati/clementia experiamur misericordie.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

C Ille in cuius spiritu dolus non est/beatus est: e contrario ille in cuius spiritu dolus est: infelix est. Et hoc mihi experto credendum est: [nam inueterauerunt ossa mea/quoniam tacui dum clamarem.] Per ossa nimirum virtutes accipimus: quia per eas animam sicut corpus per ossa sustentamus. Que profecto inueterantur/quando a statu sue fortitudinis infirmantur. Sicut enim morborum infestationes corporis ossa debilitant:ita vitiorum importune turbationes anime virtutes infirmant. Ait ergo. [Inueterauerunt ossa mea.] Ac si dicat: Virtutes et iustitia/vel ratio et intelligentia/ita in me debilitate sunt: vt nec per me quidem vitijs resistere: nec animam egram et ad imaruentem/virtutum valeam fortitudine sustentare. Et quia per humilitatem confessionis ad nouum hominem peruenire nolui: per arrogantie iactantiam in veteris infirmitate permansi. Quare autem inueterauerunt/causam aperit cum ait. [Quoniam tacui dum clamarem tota die.] Cum clamare et tacere inter se repugnent/quomodo potest fieri vt aliquis taceat et clamet? Sed ille tacet nimirum et clamat: qui peccata quidem sua silentio contegit: merita vero per vocem magnificationis extollit. Aut certe ille tacet et clamat/qui peccata quidem preterita per confessionem non annunciare per cor impenitens alia committere accepta peccandi libertate non cessat. Nam qz peccatum clamor sit/testatur scriptura/que dicit: Clamor sodomorum et gomorreorum ascendit ad me. Et iterum: Descendam videre vtrum clamorem qui venit ad me/opere compleuerint. Peccatum quippe est voce/culpa est in actione: peccatum est clamore/est culpa cum libertate. [Dum clamarem tota die.] Tota die clamat/qui pro omni bono opere quod agit/laudari affectat: vel etiam tota die clamat/qui publice peccare non trepidat.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea/dum configitur spina.

C Sicut per noctem opera tenebrarum: ita per diem bonarum intelligimus lucem actionum. Qui ergo peccare non desinit:et ceteris se preferens/per bona opera superbit: die ac nocte diuine potentie iram incurrit. Vel [die ac nocte] id est in prosperitate et aduersitate [Grauata est super me manus tua.] Quia enim et in aduersis succubui/et in prosperis me nimis erexi: iram tue potentie super me prouocaui. [Conuersus sum in erumna mea/dum configitur spina.] quoniam manus tua que superbos humiliat/humiles exaltat: grauata est super me. Me enim superbum depressit: quia non solum peccatum mihi prauitas permisit:sed etiam de qua nimie gloriabar/iustitiam mihi difficilem fecit. Ideo [conuersus sum in erumna mea.] Qui enim de me presumens/quasi diuitem me prius et nullius egentem credidi:postea ad me rediens qz sum miser et infelix agnoui. Et hoc feci [dum configitur spina.] Per spinam omne peccatum ideo accipitur: qz dum confert delectationem quasi pungendo lacerat mentem. Tunc autem penitentis anima ad lamentum ducitur/cum perpetrata nequitia in memoria figeretur. In alia translatione non configi/sed confringi spina dicitur: qz nimirum mentem ad luctum vertit/et petit compunctio penitendo frangat. Quomodo autem sit conuersus ondit dum subdit.

Delictum meum cognitum tibi feci: et iniustitiam

Margin notes: B; C; Gen.iij.; Ps.xvij.; Fortitudo in quo consistit.; Prouer.xvj.; D; Lu.xviij.; E; Gen.xviij.; F; Tal. confringitur.; Peccatum omne spina dicit.

G

meam non abscondi.

¶ Cum omnia sint nuda et aperta oculis tuis: tamen quia ore confessio fit ad salutē: feci tibi cognitū delictū: dicens illud esse meū. Mihi enim quia deliqui imputo: me solum in operū meorum prauitate culpabilē clamo.

Delictum cognitum facere plus est q̄ ipm manifestare.

Plus est delictū cognitū facere: q̄ delictū manifestare. Ille enī delictū cognitū facit/qui nō solū quod fecit annūciat: sed etiam omne peccati causam ↄ originem narrat. Qui non superficietenus peccatum loquitur: sed et quando: et vbi: et quomodo: et si vel ignorantia / vel casu/vel studio deliquerit/cōfitetur.[Et iniustitias meas non abscondi.] Nullum in corde meo dolositatis scrupulū retinui: iniustū esse quicquid a me habeo intimaui.

Jaco. j.

Omne enim datū optimū: et omne donū perfectū desursum est.] Delictū meū cognitū tibi feci: et iniustitiā meā non abscondi.] Non solū q̄ deliqui / que mihi facienda fuerant bona pretereūdo aperui: sed quicquid commisi que pretereunda fuerant mala faciendo narraui.

Dixi confitebor aduersum me iniustitiā meam domino: et tu remisisti impietatē peccati mei.

¶ Ob delictū meum cognitū tibi feci: q̄ iniustitias meas non abscōdi: non fuit ex necessitate/vel alicuius leuitatis occasione: sed ex penitendi et confitendi premeditatione. Nam[dixi]id est in corde meo statui.[Confitebor aduersum me iniustitiā meā dn̄o.] Aduersum se confitetur: qui omnino cōfitetur quod aperit. Qui in peccati confessione sibi non parcit: quicquid peccauit / nō deo imputat: non deo annotat: non fortune attribuit: non diabolo: non constellationi ascribit. In eo autem cuesurū se credit: si sibi iratus se sine moderatione accusat.[Et tu remisisti impietatem peccati mei.] Attende quante sit indulgentie vitalis velocitas: q̄ta misericordie dei cōmendatio: vt cōfitentis delictū cōmissum venia: antequā ad cruciatum perueniat penitentia: ante remissio ad cor perueniat/q̄ confessio in vocem erūpat.[Tu remisisti impietatem peccati mei.] Tu qui solus parcis: qui solus peccata dimittis. Quis enim potest dimittere peccata nisi solus deus?[Remisisti impietatē peccati mei.]

Confiteri aduersum se quid est

D

Esaie xxxviij.

Proiecisti post tergū tuū oīa pctā mea. Non solū pctā remisisti: sed etiā ipsam impietatē: praue. s. operationis intentionē: vt iā nulla in corde meo malitie radix remaneat/ex q̄ pestifere actionis de cetero germē succrescat.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Job. xv.

¶ Scriptū est: q̄ nemo sine peccato: neq̄ infans cuius est vnius diei vita super terrā. Et iterū Job testatur q̄ celi non sunt mundi in cōspectu eius: et in angelis suis reperit prauitatem. Quāto ergo electus quisq̄ maiori sanctitate preminet: tanto magis de his sine quibus hec vita non ducitur / venialibus peccatis dolet. Quis aūt sanctior paulo: qui cum delectatur legi dei sm̄ interiorē hominē: et aliā legē in membris suis/legi mentis sue videret repugnantē: miserū se exclamans cōmemorat: et de se diffidens / de corpore mortis illi⁹ per dei gratiā liberari expectat. Idem nihil sibi conscius fuerat: sed nequaq̄ in hoc se iustificatū credebat. Sancti etenī viri licet magnis iam virtutibus polleant: habēt tñ adhuc de culpe obscuritate quod ferant. Et licet magna iam vite claritate luceāt: aliquas tamē peccati nebulas velut quasdā noctis reliquias nolentes trahūt. Quod diuine profecto pietatis dispēsatione agitur: vt qui ascēsiones in corde suo disposuit: ad humilitatē celsitudinē sua melius infirmitate subiectet: quatenus vnde paruia reprehensibilia humiliter patitur: inde verius in iustitie virtute roboretur. Et eo se in virtutis culmine erectus minimū sentiat: quo suis viribus etiā parua que eū impediunt non expugnat. Orat ergo pro remissione peccati oīs sanctus: quia sine peccati macula solus inuenitur homo Jesus christus. Denīq̄ de ipso solo legimus q̄ non haberet quottidie necessitatē: quemadmodū sacerdotes prius pro suis delictis hostiam offerre / deinde p̄ populo. Verū ne aliqd̄ intelligas transitoriū appeti in orone sctōrū: adiūgitur[ad te.] Electi etenī dei orantes vt ad deū perueniāt: infirmitatis sue incessanter excessus deplorāt: quia ex inde refectiōis intime dulcedinē sentiūt/ vnde vi suauissimi amoris p̄ lachrymas emittūt.[In

Rom. vij.

J

tēpore opportuno.] Ecce nūc tempus acceptabile/ecce nunc dies salutis: dicit aplš. Tempus opportunū: tempus gratie: dies remissionis: plenitudo tēporis. In quo propter nimiā charitatē suā qua dilexit nos deus/misit filiū suū factū ex muliere/factū sub lege: vt eos qui sub lege erāt / redimeret: vt adoptionē filiorū reciperemus. Sed quid est q̄ dicit in tēpore opportuno? Nunquid et ante aduentū christi non extiterūt sancti qui orarēt pro hac sua ↄ populi ignorantia? Fuerunt plane. Sed quia ipsum in carne venturū expectabāt: eumq̄ solū saluatorē suum esse sciebant/per eius nimirum fidem saluati sunt. Jamq̄ illud tēpus opportunū in corde susceperant: q̄ ad ipz toto cordis desiderio nihil hesitātes suspirabāt.

R

ij. Cor. vj.

Verumtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

¶ Aqua profunda verba ex ore viri. Et de hereticorū adinuētionib⁹ scriptū est: Aque furtiue dulciores sunt. Per aquarū ergo diluuiū multiplicitatē intelligimus doctrinarū. A quib⁹ nimirū Paulus nos prohibet/ dicēs. Doctrinis variis ↄ peregrinis nolite abduci. Quisquis eni hereticas ↄ phanas nouitates susceperit/longe a veritate abducit. Et eo ad littus misericordie dei non approximat: quo inanium garrulitatū fluctibus raptus: in procellosam se disputationū caliginē omnes recipiens ineptias iactat. Illis ergo tēpus opportunū nō est: qui de sua stulta sapientia inflati: vnde deum placare debuerant: inde eum magis per vanarū assertionum blasphemiā irritāt. Et excusando excusationes in peccatis: vt ad deum veniant non inueniunt remediū: quē per cōpendiū confessionis possent habere placatum.

Puer. ix.

Heb. xiij.

K

Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea, erue me a circundantibus me.

¶ Quasi dicat. Illi in diluuio aquarū. i. in multiplicitate doctrinarū ↄ excusationū ad te nō approximabūt: sed ego qui delictū meum cognitū tibi feci: qui iniustitias meas non abscōdi: qui a fidei vnitate non exorbito/ qui de me diffidens/de multitudine miserationū tuarū presumo: ad te per humilitatē confessionis approximo: nam tu es refugium meum. Maledict⁹ homo qui spem suam ponit in homine: et benedictus homo qui confidit in domino. Impugnāt me carnis illecebre: circūueniūt ignominiose passiones: perturbāt inordinati desideriorum tumultus. Sed eo tuti⁹ oīa despicio: quo de me vilis sentiēs: in solo virtutis tue munimine pfido.[Exultatio mea erue me.] In diuine contēplationis claritate electorū mentes quāto grauiores rerū tēporaliū tumultus tolerant: tanto in meditatione secure in perpetuū felicitatis suauius exultant. Et cū ceperint eis mundane peruersitatis inequalitates amarescere: tūc primum possunt interne quietis suauitatē sentire. Et q̄ nihil de seculo nisi tristitie fructus colligunt: deū solūmodo suū esse gaudium ducunt. Ceterum quoniā sm̄ apostolum/ omnes qui volunt pie viuere in christo/ persecutionem patiuntur: ideo subiungitur.[Erue me a circūdantib⁹ me.] Sancta etenī anima diuini amoris spiculis vulnerata/cū anhelare in deū ceperit: cū ad supernā se patriā per desideriū extendit: ad tentationē ei vertitur quicqd in hoc seculo amicum antea blādumq̄ putabatur: quia qui peccantem amare consueuerant: recte viuentem crudeliter impugnant. Voluptates nihilomin⁹ pristine ad memoriam redeunt: ↄ resistentem sibi graui aperti certaminis perturbatione affligunt. Orat ergo vt in his omnibus liberationis p̄sidiū a deo habeat: metuēs ne ipso fatigationis sue tedio deuicta succumbat.

Hier. xvij

M

ij. Tim. iij

Intellectū tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

¶ Pendent inferiora ex superioribus. Dixerat enī propheta superius remisisti impietatē peccati mei: nūc vero ipsius propiciationis diuine verba interserit: in quibus significat non solum de preteritis adeptū veniam/ sed etiā de futuris peccatis diuinitus sibi prouisam esse cautelam/dicēs.[Intellectū tibi dabo ↄ instruā te.] Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipiētibus: ↄ similis factus est illis. Qui nature rationalis dignitatē contra auctorē nostri pec

Ps. xlviij.

A cepta superbiendo perdidimus: per infusam cordibus nostris spiritus sancti gratiã quam in nobis peccatum obscurauerat/ intelligentie luce confessionis humiliatione reuocamus. Cum enim ad secretariũ cordis accedimus: et quã districtus iudex futurus sit/ qui nunc est patiens et longanimis consideramus: cum ad intuenda sanctorũ premia et iniquorũ damnationẽ oculos mentis attollimus: cũ de futuris incerti/ ne labamur metuimus: et ea que male egimus/ flendo punimus: tunc nimirum salutari a deo intellectu accepto: de cordis nostri habitaculo ignorantie tenebras effugamus. Sed quia minus est recte intelligere/ nisi studeat quis recte intellecta morũ honestate complere: additur. [Et instruam te.] Non te permittã perfunctorie voluntatis mee arcana cognoscere: sed et hoc tibi conferã/ vt etiam bonũ quod intellexeris/ peragas: et qualiter id agendũ sit/ cauta consideratione discernas. Sunt nãq3 nonnulli qui recte quidem offerunt: sed recte diuidere non sciunt: quia bonum quodlibet recta intentione incipiunt: sed habere in eodẽ bono opere discretionis virtutẽ postponunt. Et nimirũ quod bene inchoant: malo plerunq3 fine consummant: quia inde reatũ incurrunt criminis: vnde fructum habere potuerant virtutis. Quia vero nihil est bonum quod incipimus: ● perseueranti illud fine compleamus: recte subditur. [In via hac qua gradieris/ firmabo super te oculos meos.] Nos in hac vita viuimus: in via sumus qua

B ad patriã tendimus. Maligni autẽ spiritus iter nostrũ quasi quidã latrunculi custodiunt: et operi nostro insidiantes/ deceptionis sue vbiq3 laqueos tendunt. Facile ergo inter laqueos ambulantes labimur: nisi sapientie dei ducatu gubernemur. In hac vero via illeno graditur: qui temporaliũ rerum vel copiam cupiens: vel inopiam metuens: a recte operationis studio reuocatur. Sed quoniam is qui spiritu dei operatur/ non desidia corrumpitur: non timore repellitur: non labore lassatur: non incongrue subiungitur. [Qua gradieris.] Quia nimirũ semper de virtute in virtutẽ graditur/ qui a sancte operationis studio nulla antiqui hostis calliditate superatur. Super eum ergo qui in hac vita graditur/ deus oculos suos firmat: quia quicunq3 a boni propositi intentione nõ deficit: respectus ab eo diuine misericordie nunq3 recedit: quatinus cum semper in omnibus adiutorem habeat: ad quẽ indeficientis amoris desiderio incessanter anhelat. Unde et alibi per eundem prophetam scri-

Ps. xxxiij. ptum est: Oculi domini super iustos.

Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus.

Sancti viri cum mala sua superant: cum ad superna intuẽda bonorum operũ perfectionibus volant: nihil esse quod faciunt deputant: nisi etiã alios ab errore com-

j. Cor. xiij. pescant. Scriptũ enim est: Charitas non querit que sua sunt. Sollicite ergo discretionis inspectione in secretis cordiũ ipsam matrem virtutũ charitatẽ exquirunt: quã

C profecto se non habere comperiunt: nisi omnibus etiam inimicis eadem velint tribui que sibi optant impendi. Unde sancta anima que per cõfessionis vocem peccata sibi dimissa non dubitat: et ipsius promissionis diuine oraculo roborata: in eo quod superest vite: hostiũ insidias incurrere non formidat: ad proximos alloquendos cõuertitur: et ne ipsi ob hac immensitate pietatis dei indeuientur erronea/ hortatur dicens. [Nolite fieri sicut equus et mulus.] Ac si dicat. Quoniã quidem ad naturae vestre statum pietas diuina vos reuocat: et similitudinis sue imaginẽ quã inobedientia destruxerat: benignitas saluatoris nostri in vobis reformat: nolite diuitias bonitatis dei contẽnere: nolite sicut equus alienum sessorem indifferenter portare. Equus enim sicut dominũ suum ad portandũ recipit: ita etiam sine discretione alios qui volunt ascendere sessores admittit. Qui ergo timore dei postposito (qui dominus omniũ est) diabolice se potestati subiecerit: et animã/ que sedes sapientie esse debuerat/ fallacis domini ditioni mancipauerit: sine intellectu procul dubio sicut equus existit. Mulus vero sicut onus dñi sustinet: ita se cuilibet extraneo onerabilẽ prebet. Quisquis itaq3 domini illius cuius iugũ suaue/ et cuius onus leue/ precepta relicies: grauissimas peccatorũ sarcinas ferre non recusauerit: irrationabilẽ se profecto sicut mulum ostendit.

In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. D

Plerunq3 qui precepta dei aure cordis audire renuũt: persecutionum verberibus admonentur: vt aduersitatis amore penarũ dolores perferant: quos eterne vite premia non inuitant. De quibus nimirũ scriptum est: Sola vexatio intellectum dabit auditui. Sepe etenim amatores presentis seculi ita ab eodem quẽ diligit mundo despicitur et impugnatur: vt cum eo nequaq3 currere valeat: sed fractus aduersitate torpescat. Quod diuine profecto dispensatione miserationis agitur: qz in hoc mũdo despectus/ tanto celerius trahitur ad deum/ quãto nihil habet in seculo vbi delectetur. Orat igitur fidelis anima vt lubricos peccantiũ cursus mũdane aduersitatis virtus diuina coerceat: quatinus erroris sui desideria sequi non valeant: et hoc modo ad se reuersi/ saltem ex difficultate et impotentia peccandi resipiscant. Possumus quoq3 per chamum et frenum verba diuine legis accipere: que quia peccantibus aliquando grauiter minantur de pena/ aliquando suauiter blandiuntur de venia/ dum in ore fidelium veniũt: vagos eorum gressus more freni et chami reflectunt. Maxillas constringũt: quia vocem iactantie cõprimunt: dum qui ex vitio superbie solebãt iactare merita/ per humilitatis virtutẽ discunt confiteri peccata. Quare autem tantopere peccatorum hominũ etiam inuitam cõuersionem exoptet: ostendit cum subdit.

Esa. xxviij. Uexatio dat intellectum.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circundabit.

E Qui enim per superbiam erectus contra cõditorem peccata augere non desierit: et hic curarum aduersantiũ flagellis affligitur: et in futuro duplici nihilominus cõtritione cõteretur. Cui si ad iniquitatis sue cumulũ peccanti contigerit exterius proficere: hoc ipsum sibi est diuine animaduersionis flagella tolerare: qz modo in conspectu dei eo ipso interius deiicitur: quo falsa gloria in conspectu hominũ exterius eleuatur. Et illi sua in penã vertitur culpa: quia hoc ipsum fuit vere intus decrescere/ quod foras ostenditur profecisse. Hec quidem predicta inconfidentes inueniunt. [Sperantem autem in domino misericordia circundabit.] Diligentibus enim deũ/ omnia cooperantur in bonum. Qui in amore celestium fixus/ seculum perfecte despexerit: nulli omnino vanitati succumbit: nulla hunc aduersitas deiicit: nulla prosperitas corrumpit: flagellis proficit: quippe qui ea aut que perpetrauit peccata obliterat: aut que perpetrare poterat/ futura deuitat. Et sibi omnia fore existimat prospera que dilectoribus mundi parantur aduersa.

Rom. viij.

Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.

F Quasi diceret. Quãdo quidem sperantes in dño misericordie diuine clypeo muniunt. [Letamini in dño et exultate iusti.] Nõ est impijs gaudere/ dicit dñs: qz qui terrenarum rerum amore vincitur: in deo nullatenus delectatur. Et quãto quis ad temporalia ardentiori cura exarserit/ tãto magis ab eternis damnabili torpore frigescit. Iustis ergo solummodo vt in dño letentur dicitur: quia qui deum toto corde non diligũt: in eo letari quãdiu secularibus delectantur non possunt. Scriptum est enim: Quicunq3 amicus huius seculi esse voluerit: inimicus dei constituitur. Neq3 enim possumus hic gaudere cum seculo: et illic regnare cum christo. Sed iusti tantum in dño exultent: qz iã extra mundũ sunt facti: vt nec prosperitati in mũdo capiantur: nec aduersa pati nullo tacti presentium amore pertimescãt. Et notandũ/ quia nõ solum letamini dicit: sed etiam et exultate adiecit: vt intelligas eos nõ posse tristari in corpore: quibus diuine claritas miserationis fulget in mente. [Et gloriamini omnes recti corde.] Illi quidem qui habent cor ad terrena distortum/ non gloriantur in dño: quia spem suam posuerunt in mundo. Uos autem qui cor vestrũ erga dei voluntatẽ dirigitis: in spe beatitudinis eterne gloriari debetis: vt qui gloriatur/ in dño glorietur. Illa nãq3 sine dubio est vera gloria: quã nullius mestitie obtenebrat pena.

Iaco. iiij.

ij. Cor. x.

Prologus tertij psalmi penitentialis.

Sabbatũ requies interpretatur. Sabbatũ humanũ genus in primo parente habuit: qui quãdiu in conditoris sui obediẽtia perstitit: in suauis-

G

fimo contemplationis diuine lecto requieuit. In para-
diso namque primus homo delicijs potit⁹: sicut nullam in
anima poterat sentire esuriem: ita etiã omnẽ que ex car-
ne nascitur ignorabat passionem. At postquam diuini collo
quij peccãdo familiaritatem perdidit / mortis legibus
succumbẽs: requiem felicitatis eterne amisit. Et in pro-
cellosos mundane instabilitatis corruit fluctus: quia sta-
tum rectitudinis seruare contempsit. Fidelis ergo ani-
ma requiem in primo homine perditam ad memoriam
reuocans: et futurum nihilominus vite eterne sabbatũ
spiritus agilitate contemplans: ab omni spiritus et car-
nis optat corruptione eripi: et ad futuram indeficientis
beatitudinis requiem: cõsummato huius vite termino:
orat sine cunctatione perduci. Ait ergo.

Explanatio tertij psalmi penitentialis.

**Domine, ne in furore tuo arguas me: ne-
que in ira tua corripias me.**

Ignis purgatorij est grauior omni tribulatione presenti.

Quasi dicat. Scio futurum esse / vt post huius vite exi-
tum alij flammis expientur purgatorijs: alij sententiam
eterne subeant damnationis. Sed quia illum transito-
rium ignem omni tribulatione estimo presenti intolera-
biliorem: non solum in furore eterne damnationis opto
non argui: sed etiam in ira transeuntis timeo correptio
nis purgari. Tu ergo domine cui in spiritu meo seruio:
quem omnium saluatorem esse cognosco: ne arguas me in
furore damnationis perpetue: neque corripias me in ira ex-
purgantis vindicte. De furore et ira: quia sufficienter in
superioribus exposuimus: iterum tractare superfluum
putamus: ne eadem repetentes: legentibus fastidium ge-
neremus. Quare autẽ non debeat in ira corripi et in fu-
rore damnari: subiungit cum ait:

H

**Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et cõfir
masti super me manum tuam.**

Quanto quisque plus ceperit quod amisit intelligere:
tanto plus incipit corruptionis sue sententiam quam
subiuit lugere. Fidelis ergo anima perpendens quod
perdidit: considerans quod inuenit: videns se a paradi-
si gaudijs venisse ad miserias vite presentis: a societate
angelorum transisse ad curas necessitatum: pensat quot
subiacet periculis: que peccando gloriã perdidit eterne
incorruptionis. Nouit etiam quia morte nulla possit ra-
tione euadere: que posset / si non peccasset / semper viuere.
Has ergo sibi sagittas infixas esse conqueritur: quia iã
nobis est naturaliter inditum: quod primo homini fuit p
culpe vindicta illatum. Mortalitas et passibilitas sunt
sagitte: que nimirum nobis infixe sunt: quia quãdiu in pre-
senti seculo viuimus / ab eis liberari aliqua ratione ne-
quimus. Dicat ergo fidelis anima: Quando quidẽ pro
originali commisso mortalis effectus / magis huius se-
culi miserias sustineo: quam mereor penitentiam agere: tu qui
visitabis iniquitates in virga me implicas amaritudini-
bus vniuersis. Sed cum in hoc seculo peccati penam lu-
geam: saltem in futuro districte animaduersionis terro-
rem euadã. Quod vt facere debeas: Confirmasti super
me manũ tuam. Sicut studiosus magister frequenter
verbere puerum corripit: ita a me tue vindicte manus
nunquam recedit. Per manũ dñi quam super se asserit con-
firmatam miseriarũ frequentiã et assiduitatẽ intellige.
Quam ideo memorat / vt tanto facilius in futuro acqui
ratur venia: quanto maior hic fuit irrogata vindicta.
Possumus etiam per sagittas verba dei intelligere: que
corda quidem nostra transfodiunt: cum nobis altius in
fixa / amoris dei nos vulnere compungunt. Quomodo
autem sit continua hec pena quam patitur / ostendit di-
cens.

Mortalitatẽ et passibilitatẽ nemo euadere poterit.

I

Sagitte sunt verba dei.

**Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non
est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.**

Caro humana ex quo maledictionis promeruit sen-
tentiam / portare non desistit peccati continuã penã. Et
quia nec eius incessanter infirmitas debilitare tire dei fa-
ciem nobis indesinenter representat. Portamus namque
corpus mortale doloribus obnoxium: indigentijs impe-
ditum: quod nimirum tentationes sollicitant: sollicitudines
angustiant: angustie conterunt: contritiones affligunt. Quod si
etiam si aliquando videatur esse validum: ipsa sua va-
litudine magis incurrit infirmum. Quid enim infir-
mius quam assidue fame tabescere: difficultate somni lan-
guere: frigore dissolui: estu torreri? Que autem sanitas
esse poterit: vbi tot malorum multitudo concurrit? Dicat
ergo fidelis anima. Non est sanitas in carne mea. vt
videlicet corpus infirmum esse sentiat: quod tam facile
passionum inequalitas permutat. Ne autẽ intelligas pro-
pter peccati penam nõ infirmari in mente: quia dixerat
sibi non esse sanitatem in carne / subiungit Non est pax
ossibus meis a facie peccatorum meorum. Sicut iam di-
ctum est / per ossa virtutes accipimus: quia sine eis nul-
lum in anima robur habemus. Omnes autẽ virtutes in
conspectu dei vicaria ope se subleuãt: nec virtutes vere
sunt / si se inuicem aliqua diuersitate discordant. Vna
enim virtus sine altera / aut omnino nulla est / aut mini-
ma. Si enim aut castitatẽ humilitas deserat / vel humili
tatem castitas dereliquat: cum deus detestetur tam su-
perbiam quam immunditiam: quomodo oculis eius accepta
erit castitas elata: vel humilitas immunda? Non enim
bona accepta sunt deo / que malorum admixtione maculã-
tur: quia modicum fermentum totam massam corrumpit:
et qui in vno offendit: multa bona perdit. Et qui sine hu
militate virtutes congregat / quasi in ventum puluerem
portat. Quia ergo virtutes anime aut vitijs impugnan
tur: aut plerumque elatione deprimuntur: recte nunc dici-
tur Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorũ
Quotidieque peccatorum penam patior: quamuis ipsa pecca
torem facie contemplor. Et quia sentio penam / recogito
culpam. Vel non est pax ossibus meis a facie peccato-
rum meorum / quia videlicet nullam anima mea potest
habere requiẽ / donec aliquam peccati in se habeat recor
dationem.

Homo est debilis infirmus.

K

Virtutes sese inuicem proficiunt.

L

**Quoniam iniquitates mee supergresse sunt ca
put meum: et sicut onus graue grauate sunt
super me.**

Quasi dicat. Non est mirum si nõ est pax ossibus meis:
nam iniquitates mee grauate sunt super me sicut onus
graue. Iniquitas in talento plumbi sedet. Plerumque ani-
ma amoris dei desiderio accenditur: adeo vt etiam ad
summa ambienda sustolli videatur. Sed quia graui pec
catorum pondere premitur: eo citius ad ima labitur: quo
admissorum conscientia interius grauatur. Et quidẽ ascẽ
dere ad deum ea qua potest virtute nititur: sed ipso suo
conamine lassata: relabi compellitur. Causam vero tan-
te grauitatis premit cum ait. Quoniã iniquitates mee
supergresse sunt caput meum. Nisi enim iniquitates prin-
cipale cordis mei superando transcenderent: nequaquam tã-
ta me prauorum operum depressione grauarẽt. Sancti namque
viri si quando in mente tentationes tolerant: illicitum
cordis appetitum magna virtutis dominatione refrenant:
ne scilicet aliquo lapsu tentatori consentiant: nõ iam cogi-
tationum fugarum: sed serui crudelium dominorum existant.
Cum enim diabolicis anima subesse suasionibus cepe-
rit: quanto se hosti callido crebrius subijcit: tanto eum
sibi intolerabiliorẽ facit: vt ei iam in nullo resistere va-
leat / cui in vno sui oblita assensum prestat. Solerter itaque
vigilandum est: vt cum pulsare mentẽ culpa inchoat: per-
fectam culpam quis hinc sequitur attendat: ne si male
suasionis blandimenta non perspiciat / in nequissime te-
nebras perpetrationis nesciens ruat.

M

Diabolo consentire periculosum est.

**Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a
facie insipientie mee.**

Fidelis anima que in seipsam sibi non parcens vehe-
tur: deterior adhuc de se quam prius dixerat / confitetur:
dicens Putruerunt etc. Super curatum vulnus cicatrix
obducitur: dum signum preterite plage in resarcita cute
monstratur. Que nimirum cicatrix necessario corrumpi-
tur / si caro sanata iterum vulneratur. Ubi quanto ma-
gis extenditur inequalitas corporis: tanto difficilius
ostenditur efficacia curationis. Sed quid per vulnus
nisi peccatum exprimitur? Quid vero per cicatricem / nisi
penitentie actio designatur? Qui enim per penitentie la
menta peccatum corripit: quasi cicatricẽ vulneri superducit.
Sed si dimisse nequitie mentẽ iterum ad delectationẽ pertra-
hunt: superducte vulneri cicatrices putrescunt. Cicatrices
namque putrescere / est sanata iam peccatorum vulnera rursum in
tentationem serpere: atque de eorum iteratione delectationẽ
sentire. Cicatrices computrescere / est ex peccatorum suggestio

A nibus post superductã cutem penitentie/dolorẽ iterum
culpe in occulto cordis per putridas cogitatiões perpe
ti: tandẽ per opus miserũ quasi effuso fetore corrumpi.
Quare autẽ hoc sibi cõtigit/ostendit cũ ait: [A facie in:
sipientie mee.] Sicut summa prudẽtia est aliquem post
acceptã penitentiã sollicite sibi circũspectionis studio i
posterũ prospicere: ita miserabilis insipiẽtie est in istius
vite ambiguo quasi accepta securitate dormire. Per in:
sipientiam ergo negligentie/vulnus iam sanatũ compu
truit: quia dum per studium vigilantie mens ingrata si:
bi in posterũ prouidere noluerit: miserabilius ea que pri
us abdicauerat mala committit.

Prudentia summa in quo consistit.

Miser factus sum/ et curuatus sum vsq[ue] in fi:
nem: tota die contristatus ingrediebar.

C Tanto vnaqueq[ue] anima fit preciosior ante oculos dei/
quanto fuerit despectior ante oculos suos. Quid autem
infelicius q[uam] infelicitatem suam non cognoscere: et inter
ipsa vite discrimina nullum infirmitatis dolorem senti:
re? Sicut enĩ phrenetici mẽtis alienationẽ tolerãt: cum
se non solum nihil pati/ sed etiam incolumes putent: ita
qui mortali carne circundatus/erumnas presentis vite
non senserit: a virtute sapientie alienus existit. Innume
rabiles nanq[ue] humane deiectionis miserie: sicut corda
iustorum graui tristitie dolore cõsumerent: ita iniquo:
rum mentes ipsa sua importunitate delectant. Cum enĩ
omni vanitati patentes/sola que carnis sunt cogitant: et
lachrymarũ causas tripudiantes peragunt: mortis sue
negociũ ridentes exequuntur. De quibus profecto scri
ptum est: quia letantur cum malefecerint: et exultant in
rebus pessimis. Uerum qui ad sabbatum quietis eter:
ne peruenire desiderat: circunspectis quas patitur mise:
riarum multitudine: seipsum humilians dicat. [Miser
factus sum: et curuatus sum vsq[ue] in finem.] Usq[ue] in fi:
nem curuatur: qui inique voluptatis studium vsq[ue] ad ef:
fectum praui operis terrenis inhians protrahit: et ad ce
lestia ambiẽda non solum per gradum operis: sed nec p
intentionis volatum assurgit. Sed quia culpam sepe se
quitur penitentia: et plerũq[ue] qui cadit/ adijcit vt resur:
gat: sequitur. [Tota die contristatus ingrediebar.] Cũ
sollicito se timore mens humana circunspiciens/modo
que egit mala enumerat: modo que agere neglexit bona
ad memoriã reuocat: modo reprehensibilia esse in quib[us]
versatur conspicit: modo sibi recta opera adhuc deesse
perpẽdit: quia malorum tantorum in se remedium non
inuenit: tristitie intolerabilis pondere pregrauata tabe
scit: et tanto se durius in cogitatione dilaniat: q[uanto] terri
bilius esse quod imminet iudicium pẽsat. Tota autem
die contristatus ingreditur: qui miseriam esse deputat:
si quãdo ei prosperitas seculi fallaciter perniciosẽq[ue] bl[an]
ditur: sicut in canticis canticorũ sponsus ad sponsam lo:
quitur/dicens. Oculi tui columbarum. Columba enim
pro cantu gemitum habet. Quia ergo sancti viri seculi
blandimenta timentes et dolẽtes cum luctu et gemitu
tolerant/in quibus amatores mundi securi et gaudẽtes
exultant: sancta ecclesia columbis assimilatur: quia in:
de sanctus omnis cum dolore ingemiscit/ vnde iniquus
quisq[ue] cum gaudio hilarescit. Unde per Salomonẽ di:
citur: Risum reputaui errorẽ: et gaudio dixi: Quid fru
stra deciperis: Quare autem contristatus/ viam presen
tis vite ingrediatur/ostendit dicens.

B

prouer.ij.

Ars sue salutis memori multa debet agere.

Canti.j.

C

Eccle.ij.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionib[us]:
et non est sanitas in carne mea.

C In lumbis carnalis delectatio continetur: et inde ni
mirum humana generatio propagatur. Possumus er
go per lumbos animã accipere: quia sicut ex lumbis car
nales delectationes prodeunt: ita ex anima omnes cogi
tationes procedũt. Deinde cum illiciti operis tentatio
subrepit: per vanarũ cogitationũ fantasmata spũs mali:
gnus illudit. Sepe nãq[ue] sanctorum etiam virorum men
tes cogitationes illicite polluunt: et eos iam ad summa
tendentes/ terrenarũ rerum delectationibus tangunt.
Sepe etiam in ipso orationis tẽpore importune se illis
ingerunt: vt hoc ipsum sacrificiũ aliquo modo cõmacu:
lare valeant: quod in odore suauitatis deo acceptũ con:
trito corde et contribulato spiritu mactatur. Quod no:
bis aperte illud quod de Abraham scriptum est/innuit:
q[ui] circa solis occasum sacrificiũ offerẽs/ insistẽtes aues

Ubi animã representare possunt.

pertulit: quas ne oblatum raperent sacrificiũ / sollicite
abigere curauit. Nos ergo si quãdo in ara cordis sacri:
ficiũ deo offerimus: a malignis hoc spiritibus sollicite
custodiam[us]: ne tenebrosorũ importunitates cogitationũ
hoc aliquãdo valeant diripere: quod deo speramus vti:
liter offerre. Quod autem sequitur: [Non est sanitas in
carne mea] idem est quod ait apostolus. Non inuenio in
me (hoc est in carne mea) bonũ. Omnia nanq[ue] corporis
membra que ad vsum vite accepimus: ad erroris instru
mẽtum inclinamus. Oculos enim ad videndum obiecta et
turpia inflectimus. Aures libenter ad audiẽdas detra:
ctiones accõmodamus. Illecebros odoratus naribus
haurire cõcupiscimus. Iniquitatẽ in excelso loquimur
et inter fratres discordiam seminamus. Salutẽ etiã cor
poris redigimus in vsum vitiorũ. Omnia tandem qui:
bus vel vtiliter possemus ad dei seruitium: in praui ope
ris conuertimus instrumentũ. Non est in carne nostra
sanitas: q[uia] nulla pars nostri corporis intẽtata remanet:
per quam nos peccati desideriũ non titillet. Sequitur.

D

Membra oia ad vitium inclinamus.

Afflictus sum et humiliatus sum nimis: ru:
giebam a gemitu cordis mei.

C Qui enĩ dixerat/non est sanitas i carne mea: ne forte
in anima nihil pati putaretur: subiecit. [Afflict[us] sum et
humiliatus sum nimis] vt intelligas in animo grauissi:
mo iniquitatis pondere obrutum/ quem in carne vides
tot miserijs et passionibus afflictũ. Peccatũ enim sicut
peccantis mentẽ retibus delectationũ illaqueat: ita etiã
implicitã quasi mole superposita grauat: vt ad sublimia
leuari iam non valeat: quoniã iniquitatis eam grauitu:
do coarctat: sicut per psalmistã dicitur: Filij hominũ vs[que]
q[ue]quo graui corde? Plerunq[ue] enim et que agenda sunt
bona conspicimus: et ad hec assurgere cordis desiderio
non valemus. Et si forte mens aliquando ad bonum an:
helare inchoat: grauitas quam sustinet / cogit vt cadat:
quia ex pena peccati est: vt a bono quod p rationis iudi:
ciũ clare conspicitur: per vite meritũ anima infirma pel:
latur. Unde fit vt quia ad supernã lucem intuendã non
valet ascẽdere: peccatis exigentibus delectetur in tene:
bris iacere. Et quam a supernis deiecit necessitas: eam
in infimis illicita tenent voluptas. Nimis ergo humilia:
tus est: qui ex peccati pena non solum celestia non appe
tit: sed etiam carnalibus et terrenis cum amore et dele:
ctatione intendit. Sed quia plerũq[ue] tanto citius ad de:
um anima conuertitur: quanto longius se ab eo separa:
tam intuetur/ adiligitur. [Rugiebam a gemitu cordis
mei.] Rugitus gemitus est cordis cum magno dolore:
quia quanto vehementius penitentis animũ concutit:
tanto velocius ad aures diuine misericordie conscẽdit.
Et notandũ q[uod] dixit a gemitu cordis mei: quia sicut do:
lorem carnis generat amissio pecunie et pignoris: ita cor
dis dolorem confert exterminatio virtutum.

E

ps.iij.

Domine ante te omne desideriũ meum: et ge:
mitus meus a te non est absconditus.

C Tale est desideriũ meum: vt dignum sit in conspectu
tuo. Quia enĩ requiem pro qua semper est orandũ desi:
dero: esse corã te desideriũ meum confido. Sancti vi:
ri quia mundi gloriã contemnentes / superne claritatis
lumine illustrari solummodo cupiũt: diuine maiestatis
conspectui semper assistũt. Cum enim sola celestia appe
tunt: vsq[ue] ad cõtemplandũ deum per mentis desideriũ
ascendunt. Et quia q[uam] dulcis est dñs interius sentiunt:
nunq[uam] ab eo per praue voluntatis studium recedunt. Si
enim a deo helias propheta aliquo modo discessisset/ ne:
quaq[uam] dixisset: Uiuit dñs/ ante cui[us] cõspectum sto. Quo
contra de reprobis dicitur: Non apparebit in cõspectu
dei ois hypocrita. Hypocrita enim nequaq[uam] celos pene:
trat: quia per opus bonum non deum/sed humanas lau
des vel transitorios questus affectat. Et quia ad deum
desideriũ non dirigit: se ab eius oculis sub nequitie la:
tebris abscõdit. Qui autem per amorẽ spiritus celestia
appetit: oculis dei intentionẽ suã ostẽdit. Despiciamus
ergo terrena/et amemus celestia: vt possimus et nos di:
cere cum propheta: [Dñe ante te omne desideriũ meũ.]
Qui deũ amat: ipm solũ desiderat. Qui autẽ est deside:
rat: ad ipm cordis voce clamare non cessat. Nisi ei de cor
de desiderãtis magn[us] ad aures misericordis dei clamor
perderet: nequaq[uam] Moysi diceret: Quid clamas ad me:

F

iij.Reg. xvij.

Hypocrite sunt reprobati.

Exo.xiiij.

G Sicut ergo frigescēte charitate cor a bonis silet: ita clamorē emittit: cum charitas feruet. Et notandū: quia dicturus desideriū / premisit omne: vt intelligas illud deo non posse placere desideriū: quod praue voluntatis com maculat additamentū. [Et gemitus meus a te non est absconditus.] Omne desideriū in penam conuertitur: si non cito euenerit quod optatur. Desideriū eni non sustinet: quia sicut scriptū est / cupiditati sua celeritas tarda est: et cupienti animo nihil satis festinatur. Quisquis ergo de deo in corde desideriū concipit: quia statim quod optat non obtinet / ingemiscit. Igitur hoc anima cū premisisset desideriū: statim adiecit gemitū dicens: [Et gemitus meus a te non est absconditus.] Quasi dicat: Quia desideriū quod de te concipio / per iudicium approbas: ideo dolorē quē inde sustineo / non ignoras. Scire enim dei / approbare est: sed nescire est reprobare. Moysi nāq dicit: Noui te ex nomine. Et reprobis in fine dicturus est: Nescio vos. Non ergo a deo absconditur gemitus: q illi spūi qui discretor est cogitationū / existit acceptus.

Exodi xxxiij. Mat. xv.

Cor meum conturbatum est in me / dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum.

Ac si dicat Non est mirum si doleo / si gemo: nam [cor meū conturbatū est i me.] Latrones enim timeo: tēporalia damna formido: celi motus et terre perhorresco: vndiq sollicitudinibus angustor: vndiq angustijs premor: vndiq pressuris deijcior. Aduersitas me deprimit: successus extollit: cōuitia cōmouent: adulationes demulcent.

H Hec autē omnia ideo patior: [quia dereliquit me virtus mea.] Humanū cor ad omnē tentationis impulsum facile concutitur: si virtute constantie interius nō firmatur. Possumus quoq per hanc virtutē rationalitatem accipere: que ita in nobis per peccatū primi parētis hebetata est: vt dei in nobis obfuscantes imaginē / creaturas sequētes / relinquamus creatorē. Sequitur. [Lumē oculorum meorū et ipsum non est mecū.] Solet plerūq autē me peccanti cōtingere / vt mox cum in culpā labitur: a sui cognitione longius separet. Peccatū enim ipsum quod peragit: quasi murū quendā oculis se mentis opponit: adeo vt nec vnde ceciderit conspicere valeat: nec bonum quod sibi querēdum sit: cognoscat. Voluntarijs nāq tenebris obuoluta / quāto malis tenacius adheserit / tāto difficili⁹ intelligit bona perpetua que amisit. Lux quippe veritatis prauorū culpas subtiliter examinans / si ab opere repellitur: nequāq in corde versatur. Districto enim et occulto agitur iudicio: vt a quo inuenta negligitur: ab eo postmodū nec amissa requiratur: et qui illā non seruat in opere / notitiā illius non habeat in corde. Sed tunc homo lumen quodāmodo intelligētie habere incipit: cū cecitatis sue tenebras recognoscit. Quicūq ergo claritate luminis diuini illustrari desiderat /

I ignorantie sue primitus agnoscens caliginē / dicat [Lumen oculorū meorū et ipsum non est mecū.] Nec vacat quod ait [et ipm.] Ipsum sine quo cor humanum in tenebris est: sine quo viuere non valeo: sine quo bonum a malo discernere non queo. Sequitur.

Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerunt et steterunt.

Sciendū nobis est q hi qui spū prophetie replētur / sicut aliquando verba de se quasi de alijs proferunt: ita nonnunq de deo q̄si de seipsis loquuntur: vt in hoc quoq q vnū cum deo sint innuant: cū dei opera quasi sint sua narrant. Sic etiam fideles quiq quia in corpore christi (quod est ecclesia) positi / membra sunt christi: de eo q̄si de seipsis aliquādo loquitur: vt dum verba capitis sui christū induti / quasi sint sua enunciant / aliū esse qui per ipsos profatur ostendant. Spūs eni sanctus per eos loquitur: sicut ipsa veritas aplis loquēs testatur. Ait eni: Non eni vos estis qui loquimini: sed spūs patris vestri qui loquitur in vobis. Hinc etiam Paulus ait: An querite experimentū eius qui in me loqtur christus: Ipse est enim qui dixit: Aperi os tuū: et ego adimplebo illud. Ipse etiā ait: Ego ipse qui loquebar: ecce assum. Cum itaq non prophetas: sed se locutum esse denunciat: profecto quia ipse in eis loqueretur affirmat. Non autē admirandū est si de seipso aliquādo loquitur qui intus perficit: quando quidē ipse est qui os et animā per officiū

Matth. x. j. cor. xiij. ps. lxxx. Esaie. lij.

obsequentis adimplet. Sic ergo et in hoc loco enumeratis aliquibus humane infirmitatis miserijs / passionem suam cōmemorat: vt capiti cōgruere quod conuenit mēbris ostēdat. Et fiat nobis magnum cōsolationis remedium: si illū etiā passionis nostre fieri participem cognoscimus: quem laborum quos patimur / futurū remuneratorem speramus: sicut etiā alibi loquitur: Si me persecuti sunt: et vos persequētur. Ait ergo. [Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt.] Quasi dicat. Nō solum membra mea illis quibus predictum est modis conturbantur: sed etiam ego vt virtutē in primo parente perditam eis restituā: conturbationē sustinui: lumen nihilominus amissum reddam: solus inter mortuos liber: fact⁹ sum obediens patri vsq ad mortē. In qua morte [amici mei et proximi mei aduersum me rē.] Multi ex iudeis amicos se xpi dicebant: multi cum miracula facientem sequebantur. Multi eum dominū / multi vocabāt magistrum: sicut legis doctor: qui cum vellet eū capere in sermone / dicebat: Magister scimus quia verax es: et viam dei in veritate doces. Proximos quoq eosdem appellat iudeos / sm carnis sibi cognationem propinquos. Neq enim fratres eius credebant in eum. Qui omnes appropinquauerunt Christo: non mēte sed corpore: non passibus fidei: sed processu nequitie: non voluntate sequendi: sed intentione nocendi. Quod factum est quando congregati in atrio principis sacerdotum / qui dicebatur Caiphas: consilium fecerūt vt eum dolo caperent et occiderent. Aduersus eum steterunt quando constanter accusabant eū: et quando clamantes dicebant: Crucifige crucifige eum.

K Joā. xv. Mat. xxij. mat. xxvj. mar. xiiij. L

Et qui iuxta me erant / de longe steterūt: et vim faciebant qui querebant animam meam.

Scriptum est enim: Tunc discipuli omes relicto eo fugerunt. Et iterum: Stabāt autem noti eius de longe. [Et vim faciebant qui querebant animam meam.] Volente Pilato Christum dimittere: iudei clamabant. Si hūc dimittis / non es amicus Cesaris. Omnis qui se regem facit / contradicit Cesari. Vim ergo faciebant qui iudicem iniuste iudicare minis et clamoribus vrgebant. Animam Christi iudei querebant: non vt in eum crederent / sed vt illum perderent. Vel aliter [vim faciebant] quia sua vi et potestate Christo mortē inferre putabant Sed ipse eis dicebat. Nemo tollit a me animam meam: sed ego pono eam: et sumo eam. Et iterum. Potestatē habeo ponendi animam meam.

mat. xxvj. Ibidem. Joā. xix. Joan. x.

Et qui inquirebant mala mihi / locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.

Mala Christo principes sacerdotum inquirebant / quando falsum testimonium contra eum (sicut euangelica lectio testatur) querebant. Et omnibus inquisitis / locuti sunt vanitates. Dicit enim Euāgelista: quia non erat cōueniens testimonium ipsorum. sicut illorum qui dicebant. Hic dixit. Possum destruere templum dei / et in tribus diebus reedificare illud. [Et dolos tota die meditabantur.] Non enim casu aut ignorantia peccauerunt / qui scienter mendacia confinxerūt. Grauiori ergo pena plectūtur: quia eorum delicta qui ex precipitatione corruunt / exquisita per studium peccata trāscendūt: sicut in eadem passione sua veritas ait: Propterea qui me tradidit tibi / maius peccatum habet. Et alibi. Si non venissem / et locutus eis fuissem: peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et iterum. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit: peccatum non haberent: nunc autem et viderunt et oderunt et me et patrem meum. Tribus nāq modis peccatum admittitur. Aut ignorantia incurritur: aut infirmitate committitur: aut studio perpetratur. Sed sicut grauius est infirmitate q ignorantia delinquere: ita peius est studio q infirmitate peccare. Ignoranter quidem Paulus peccauerat / qui dicebat. Qui prius fui blasphemus et persecutor: sed misericordiam consecutus sum: quia ignorans feci. Per infirmitatem vero Petrus cecidit / quando mentis sue edificium fidei fundamento titubante cōcussit. Et quia subire mortem pertimuit: ad ostiarie vocem / vitam negauit. Unde post fletum amaritudinis a domino respicitur: quia electi quiq eo citius miserationis diuine diuitias inue

M mat. xxvj. Joan. xix. Joā. xv. Petrū triplicitercō mittit. j. Tim. j. Mar. xiiij

A nium: quo se si quando p carnis infirmitatē deliquerūt/ durius et amarius affligunt. Ex industria autem iudei peccauerūt/ qui cum quē inaudita miracula facientē vidēbant: execrabilis inuidie facibus accēsi: vt morti traderent/ consiliū querebant. Unde excusationē de peccato suo non habēt: quia etsi malum sit bona non agere: tamen nequius est bonorum doctorū acta odisse.

Ego autem tanq̄ surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

¶ Disce qui maledicta & irrisiones pateris: in omnib⁹ seruare patientiam: et obtrectantium linguas audire. Dissimula/ ne si tu contumelijs conuitia retuleris: a doctrina christi extorris inueniaris. Mediator nanq̄ dei et hominum homo christus Jesus: qui ad hoc venerat/ vt humilitatis et patientie preberet exemplum: non solum iniurias sustulit: sed nec conuitiantibus respondit: nos in hoc instruens: vt cum perfidorum iniurijs impetimur: etiā si vera dicere possumus/ ad contumelias reddendas non erumpamus: ne ministerium correptionis in arma vertamus furoris.

Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.

¶ Sicut homo non audiens erat: cui nihil ad obiecta respondenti/ pilatus dicebat. Non audis quāta aduersum te dicūt testimonia: Qui cogitationes iniquorū nouerat: blasphemantiū voces non audiebat. Nulla enim blasphemia eū mouere poterat: qui penitus omnē mutabilitatem ignorat: & qui posset eis vera pro falsis respondere: vt adimpleretur quod de eo per prophetā scriptū est: Tanq̄ ouis ad occisionē ductus est: et sicut agn⁹ coram tondente se sine voce: sic non aperuit os suum. Redargutiones enim in ore suo Christus nō habebat: qui vnde eos reprehenderet: nihil in cordibus/ nihil in actibus eorū laudabile videbat. In ore redargutiones non habebat/ qui vnde eos reprehenderet/ in promptu habebat: & in ore suo habebat vnde posset eos redarguere: ex quo nullus vnq̄ potuit mendacium audire.

Matth. xxvij. B

Esa.liij.

Quoniā in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus.

¶ Quasi dicat. Ideo omnia patienter sustinui: ideo ad eorū cōtumelias non respōdi: [Quoniā in te domine speraui.] Tibi enim dn̄e reuelaui causam meā. [In te dn̄e speraui:] non in sapientia seculi: non in diuitijs mundi: non in viribus corporis: non in nobilitate carnis: non in tutamento principum: non in presidijs amicoꝝ. Uerba sunt hec christi s̄m humanā naturam. Sic ergo & mēbrū christi si quādo persecutionibus affligitur: & si flagellis atteritur: si cōuitijs prouocatur: illū qui propositus est nobis forma iustitie/ in oībus imitet: non deficiat si causa sua non auditur apud terrenū iudicem: sciēs quoniā cōscium habet in excelsis regem celestē. Speret: quia si in hoc seculo immerito accipit damnationis sententiā: a deo accipiet in celo coronā. Sciat quis retributionis eterne gaudiū nequaq̄ in celo colligit: nisi prius in terra cum fletu & gemitu et amaritudine seminet: sicut scriptum est: Euntes ibant & flebant/ mittentes semina sua. Uenientes autē venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Sicut enim carne quiescente spūs deficit: ita ea laborante conualescit. Et quēadmodū carnē mollia nutriunt: ita animā dura ad alta sustollūt. Illa nāq̄ delectationibus pascitur: hec amaritudinibus vegetatur. Denique illam lenia refouent: istam vero aspera exercent. Et rursum sicut carnem dura cōuulnerant: ita spiritum mollia necant. Et sicut carnē laboriosa attenuāt: ita spiritū delectabilia angustant. Nos ergo quāto grauiora in hoc mūdo tentamēta perferimus: tanto spei nostre anchoram in deo immobilius figimus: vt dicere veraciter cum capite nostro possimus. [Quoniā in te dn̄e speraui: tu exaudies me domine deus meus.]

C

Ps.cxxv.

Carnis et aie diuersa sunt alimenta.

Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum cōmouentur pedes mei super me magna locuti sunt.

¶ Gauisi sunt iudei occiso christo: sed nō sunt ei supergauisi: quia in causa mortis eius ipso sunt inferiores inuenti. Qui enim vt a morte redimeret hominē/ mortis legibus subiacuit: tertia vero die victoriosissime a mortuis surrexit. Hoc est quod ante omnia secula clementissime dispensationis moderamine sapiētia dei statuerat. hoc est quod caro sine contagione peccati assumpta euidenter rogabat/ cū diceret: Pater: clarifica filiū tuum. Hoc etiā multo ante tempore per prophetiā manifestauerat dicens. Non dabis sanctū tuū videre corruptionem. Ipse enī dixit/ et facta sunt. sequitur. [Et dum cōmouentur pedes mei: super me magna locuti sunt.] Pedes dicti sunt apostoli: quia sicut pedes corpus deferūt: ita apostoli christū per oīm gentiū notitiā detulerūt: iuxta quod scriptū est: In omnē terrā exiuit sonus eorū. Qui nimirū cōmoti sunt/ quando eū quē pati viderūt/ esse filium dei dubitauerūt: sicut ille qui dicebat: Nos sperabamus q ipse esset redempturus israel. Pedibus ergo cōmotis: super christū inimici eius magna locuti sunt: quia apostolis cōturbatis et fugientibus: iudei illū reū esse mortis iudicauerūt. Possunt quoq̄ hec verba fideli anime conuenire. Habet nāq̄ fidelis anima inimicos suos in hac vita: habet qui contra eā interius dimicent: habet etiā qui eam extrinsecus impugnent. Sed super eam inimici gaudere non valent: quia consilij spiritu et fortitudinis repleta/ et suggestiones diabolicas abdicat: et rabiem persequētium calcat. Cuius affectus si timore aliquo senserint/ qui persequūtur arcem intentionis/ proposito promoueri: vel si cognouerint inuisibiles hostes prauis eam suggestionibus delectari: tanto grauiores tentationes ingerunt: quanto magis de victoria confidētes: quasi vnū ingrediēdi aditū inuenerunt. Difficile enī inimico resistitur/ si persuasionibus illius anima delectatur. Ideo vt non supergaudeant mihi inimici mei/ confido:

D

Joā.xvij.

Ps.xv.

Ps.xxxij.

Apli dicūtur pedes christi.

Ps.xviij.

Lu.xxiiij.

E

Quoniā ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.

¶ Malo enim occidi q̄ vinci. Flagella libenter patior: persecutiones amplector: visitationes desidero: correptiones cōcupisco. Sancti viri in hac vita flagellari desiderant: vt flagellis correcti/ et imminētes culpas videant: et commissas ante oculos ponant. Sepe enim delinquentes oculos flagella aperiūt/ quos inter vitia insolētie et securitatis tenebre concludūt. Sepe torpēns animus persecutionibus tangitur vt excitetur: quatinus qui statū sue rectitudinis per securitatē perdidit: in afflictione consideret quo peruenit. Sequitur [Et dolor meus in conspectu meo.] Sicut causam reddidit quare visibiles inimicos non timeat: quasi imputet beneficio quod ipsi inferūt pro tormento: ita etiā quare versutias diaboli nō timeat: subdendo manifestat. [Et dolor me⁹ in cōspectu meo semper] Scriptum est enim: Cor quod cognouit amaritudinē anime sue/ in gaudio illius non miscebitur extraneus. Nam qui omnes vite presentis erumnas frequenter cogitat: queq̄ sunt tranquilla que perdidit: q̄ cōfusa in quibus incidit pensat: quia superne patrie desiderijs accensus: mundo nequā et concupiscentijs eius moritur: nullis vanitatis mundane delectationibus occupatur.

Oculi flagellis aperiuntur.

Prouer.xiiij.

Quoniā iniquitatē meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

¶ Qui peccatū suū confitendo annūciat/ et pro eiusdē peccati satisfactione cogitare non cessat: quia nullam in mundo inuenit requiē: in cōspectu suo semper habet dolorē. Unde cum dixisset [Dolor meus in conspectu meo semper] quasi quomodo hoc fieri possit quereret⁹: subiecit dicens. [Quoniā iniquitatē meā annūciabo.] Hec sunt nanq̄ vere humilitatis testimonia: & iniquitatē suā quēq̄ cognoscere: et cognitā voce cōfessionis nunciare: et nunciatā penitentie satisfactione delere. At cōtra omne prauorū hominū vitium est: et peccatū labendo committere: et cōmissum negando abscondere: et vulgatum defendendo multiplicare. Sciendū tamen est quia peccata sua sepe et reprobi confitendo aperiūt: sed quia noue vite habitū immutare despiciūt: ea ipsa que confitentur/ flere obstinati contēnunt. Electi vero culpas suas non solū voce confessionis denunciant: sed etiam districte animaduersionis eas fletibus abolere procurāt. Ad penitentie nāq̄ se lamenta incitantes/ occulta se interpatione damnāt: et futuri iudicij timore percussi: si que in eis adhuc male gesta lateant/ diligenter inuestigant.

Humilitas vera q dd cognoscat.

G Sepe enim quod torpentes latuit: flentibus innotescit. Et qui reatū suū securi nesciūt / hunc in se contra secreti deprehendunt. Cogitemus ergo et nos pro pctō nostro: et amara illud penitētie inuectione psequamur: ne dū culpas nostras pensare negligimus: peccati pondus per negligentiā augeamus. Sequitur.

Inimici autē mei viuunt: et cōfirmati sunt sup me: et multiplicati [illegible] qui oderūt me inique.

¶ Occulti dispens[illegible] conditor noster et culpas mortaliū inspi[illegible] disponit: vt diuturne vite tempora qui[illegible] ad bene operandi auxiliū / iniquus ac[illegible] ad d[illegible]tionis augmētum. Si enī accepta qu[illegible] conuertit ad culpā: districtus eū vener[illegible] misericordie spatia cōuertit ad pen[illegible]unt super me.] Ad hoc namqz oīpote[illegible] peruersos patitur diutius viuere [illegible] praua quotidie opera augeant: et [illegible]li et eorū nihilominus persecutione cl[illegible] superbie tumentes / eo se grauius aduer[illegible]gunt / quo in mundo eis cuncta ad votum [illegible] intelligūt qz in vita sua plerunqz bona mali recipiūt: et ideo eos aut raro aut nunqz aduersa conturbant. Nam et iniquitatū suarum fautores perditos quosqz eo [illegible] tales inueniunt / quo mundi gloriā questu et mun[illegible] querūt. Unde et subditur. [Et multiplicati sunt [illegible] oderūt me inique.] Nihil est iniquius qz odium pro dilectione rependere: mala pro bonis retribuere: pro correptione iniurias respondere. Quod plerunqz mali faciunt: cum iustos qui eorū saluationē appetunt / execrabilis nequitie percussionibus affligunt. Atqz ideo subiungit.

Qui retribuūt mala pro bonis detrahebāt mihi: quoniam sequebar bonitatem.

¶ Qui reddit mala pro bonis / bonus non est. Qui non reddit bona pro bonis / ingratus est. Qui autem reddit mala pro bonis / iniquus est. Solent nāqz perditi hoīes bene viuentibus inuidiose detrahere: aut notā eis excogitati criminis infigere: aut pure vite innocentiā / simulationē vocare. Quare autē hoc faciant / ostendit cū ait. [Quoniā sequebar bonitatē.] Bonitatē sequitur qui christum imitatur. Cuius imitatores tanto in hac vita grauiora tentamenta perferūt: qūto longius corde a mūdo discedūt. Dicit enī apostolus: Oēs qui pie volunt viuere in xpo: persecutionē patiūtur. Et alibi scriptum est: Multe tribulationes iustoꝝ. Justi nāqz qui ea que dei sunt / tota intētione desiderant / et supra mundū facti / mūdana omnia quadā virtute dñationis cōculcant: non solū in occulto cordis diabolicas infestationes tolerant: sed etiam peruersoꝝ malitiā decorē sue conuersationis infamant. Uerū qz ad superandū nullus inuenitur id[illegible]neus: nisi qui fuerit virtutis diuine fortitudine f[illegible]tus: qui persecutoꝝ flagellis atteritur: qui detrahe[illegible] dentibus mordetur: presentiā et auxiliū diuine maie[illegible]tis expostulat: vt eius fultus presidio: cōtra omnia [illegible] patitur aduersa conualescat. Ait ergo.

Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.

¶ Illos procul dubio dñs relinquit / quibus constantiā in tribulatione nō tribuit. Necessario enī sequitur vt omni tētationi sit subditus: quicūqz a deo fuerit derelictus. Qui ergo tentamenta diaboli metuit: qui pati in hoc seculo aduersa pertimescit: ad deū tota virtute [illegible] festinat: clamet [illegible] deū medullis cordis / et dicat. [Ne derelinquas me [illegible] deus meus.] Quod verbū si cum affectu et desiderio [illegible]care studuerit: puto qz quandā in eo dulcedinē sentiet: quā sermo noster explicare non valet. Sequitur. [Ne discesseris a me.] Sācta anima que solū deū perfecte desiderat / precatur vt nec ad horam deus ab illa discedat. Nouit enim quia inter inimicos graditur: nouit quia omni tempore diabolus sibi aduersatur. Quia ergo omni tempore intelligit sibi iminere pericula: etiā momento temporis non potest esse secura.

Intende in adiutorium meum: domine deus salutis mee.

¶ Quasi dicat. Tu qui es adiutor in opportunitatibus in tribulatiōe: noli me velut alienū negligere: noli velut extraneum abdicare: immo intēde in adiutorium meū: atqz me inter letifera tentationum iacula protege: tu ab omī inimicoꝝ incursione defende: tu in corde meo intelligētie lucē illumina: tu me ab omī malo / auxilio tuo et virtutis circūda. Quod bene debes facere: quia tu es dñs meus. Te enim solum habeo dominum: te solū confiteor deum. Cōgruum ergo videtur vt qui es restitutor salutis in primo parente perdite: sis et conseruator eiusdem in me per gratiam restitute.

R

¶ Prologus quarti psalmi penitentialis.

Nota est historia de qua titulus iste sumptus est. Dauid enim captus pulchritudine Bersabee vxoris Urie: non solum cum ea carnaliter coiit: sed etiam occiso viro eam sibi in coniugiū copulauit. Postea vero cum venisset ad eum Nathan ppheta / eumqz suo iudicio / inducta de ouibus similitudine / condemnasset: non solum peccatum celare vel defendere noluit / sed etiam confessus quod fecerat: ad dura se penitētie lamenta cōuertit. In psalmo tñ nulla fit de historia mentio: sed magna cognoscitur animi dolentis affectio. Admonemur autem in hoc psalmo prospera metuere: et cōtra omnē seculi felicitatē acrius vigilare. Sepe nāqz presentis gaudia sequitur perpetua lamenta. Sicut enī per fletus ad gaudia ducimur / ita per gaudia ad fletū peruenitur. Ille nempe qui dixit: Beati qui lugent: qm̄ ipsi consolabuntur: ipsemet ait. Ue vobis qui ridetis nunc: quia plorabitis et flebitis. Quis sanctior Dauid? qui cum Saulis persecutionibus vrgeretur: non solum psequētem occidere non voluit: sed ipsi persecutori cū ipsum occidere posset / pepercit. Tāto enī in dei misericordiam spem suā fixerat: qūto miserabilius infirmitatem sue tribulationis sentiebat. Uerū vbi deuictis hostibus pressuris caruit: homicidium adulterio inceste securus adiecit. Admonemur etiā in hoc psalmo carnales cupiditates restringere: et de dei misericordia nūqz desperare. Quisquis ergo desperās de venia / agere penitētiam dubitat: Dauid penitentiam ad animum reducat. Audiamus et nos Dauid clamātem: et nos cum eo clamemus. Gementem / et congemiscamus. Audiamus flentem: et collacrymemur. Correctum: et colletemur.

ij. Reg. xj.

Prospera sūt metuēda.

Matth. v. Luce. vj.

L

¶ Expositio quarti psalmi penitentialis.

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam.

¶ Ponamus ante mentis oculos aliquē grauiter vulneratum: et vix iam vltimos huius vitalis aure trahētem anhelitus (qui et nudus in sterquilinio iaceat: et vulnus nōdum ligatū ostēdat) aduenientis medici desiderio cō[illegible]: et agnitum vt sui misereatur precari. Uulnus enī a[illegible] peccatum est: de quo dicitur: Uulnus et liuor / et plaga tu[illegible] est circūligata: nec curata medicamine: nec fota ol[illegible]. Agnosce interius vulneratē medicum tuū: et ei [illegible] tuoꝝ vulnera detege. Audiat cordis tui gemitū: [illegible] patet cogitationis arcanum. Moueant illum [illegible] tue: et quadā illū importunitate querēdi semper ad eum alta de pfundo cordis suspiria educito: perueniat ad eum dolor tuus: vt dicatur etiā tibi. Transtulit dñs peccatū tuū. Clama cum Dauid: vide quid ipse dixerit: [Miserere mei deus / secundum magnā misericordiam tuā.] Quasi diceret: Ingenti vulnere periclitor: qd nullus medicoꝝ curare valeat: nisi medicus ille qui est oīpotēs succurrat. Oīpotenti enī medico nihil est insanabile: qui sicut medetur sine precio / ita salutem restituit verbo. Desperarē ergo de vulnere: si nō presumerem de oīpotente. [Miserere mei deus: secundum magnam misericordiā tuā.] Querāt paruā misericordiā: qui ignorāter cōtraxūt culpam. Ego autē sicut grauiter cecidi: ita etiā sciēter peccaui. Sed tu oīpotens medice et contēptores corrigis: et nescientes instruis: et confitētibus ignoscis. Ueniā dñe Jesu ad me misericordia motus digneris accedere: qui descendens ab hierusalē in hierico protuens scilicet de summis ad infima: de vitalibus ad infirma: in angelos tenebrarum incidi: qui non solum gratie spiritualis mihi vestimentum abstulerunt / sed etiam plagis impositis semiuiuum reliquerūt. Uetinam peccatorum meorum vulnera: dara mihi recuperande salutis fiducia alligenta ne deterius seuiant si sanari desperent. Uerū nam oleum mihi remissionis adhibeas: et vinum com-

Esaie j.

M

ij. Reg. xij.

Luce. x.

A punctionis infundas. Qui si in iumentū tuū me imposue
Ps.cxij. ris/de terra inopem/et pauperem de stercore suscitabis.
j.Pet.ij. Tu es enim qui peccata nostra pertulisti: qui pro nobis
que nō rapueras exsoluisti. Si i stabulū me ecclesie tue
duxeris: corporis et sanguinis tui me refectione cibabis.
Si curam mei egeris: nec precepta tua pretereo: nec fre-
mentium rabiem bestiarū incurro. Custodia enim tua in
digeo: quādiu carnē hāc corruptibilem porto. Audi ergo
me samaritane spoliatū et vulneratum: flentem et gemen
tem: inuocantem et cum Dauid clamantem. [Miserere
mei deus: scdm magnam misericordiam tuam.]

Et scdm multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

¶ Peccata mea magna sunt et multa: et ideo non solum
magnam misericordiam expeto: sed etiam multitudinē
miserationum tuarū requiro: ne pro alijs quod merui
subeam supplicium: si vnū solū nō deleret peccatū. Per
miam/misericordie affectū intelligim⁹: p miseratione vero
ipsam mie exhibitionē signamus: iuxta qd scriptum est:
Mia et miseratio differunt. Misericors et miserator dns. Superfluū enim esset vtrūq
ponere: nisi esset varietas in significatione. Scire debe-
mus qr nemo est insanabilior eo qui sibi sanus videtur.
Ps.cx. Illud enim est clarū venture salutis indicium: si incipit
homo cognoscere semetipsum. Semetipsum aūt Dauid
cognoscebat: cū multitudinē miserationū querebat. Di-
cat et peccator cū eo. [Scdm multitudinē miserationū
tuarū: dele iniquitatē meā.] Immēsas et innumerabiles
B mūdo exhibuisti misericordias: quādo genus humanū
de seruitute diabolice tyrannidis eripuisti: et a peccatis
suis i sanguine tuo electos tuos lauisti. Lauet sanguis
iste peccatorū meorū maculas: qui totius mūdi potuit
delere offensas. Non postulo a te aurū: non lapides pre-
ciosos: non laboribus et naufragijs exquisita cōmercia:
nō peregrinas m[illegible] de remotis terrenarū regionum
multo ad nos d[illegible] delatas: que etiam fortium se-
pe virorū mētes [illegible] false pulchritudinis ima
gine illectas [illegible]. Uerum qd omnibus his est pre-
stantius e[illegible] remissionē peccatorū expeto. Que
tūc vera esse p[illegible] si addito fructu penitētie/gra-
tie tue muneribus cumuletur. Quid enim mihi prodest
malorum que feci impunitas: nisi etiam bene operandi
subsequatur facultas?

Amplius laua me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me.

¶ Quid iniquius q̄ alienam cōtrectare vxorē: virū ei⁹
nec scientem nec lachrymātem occidere? Et hoc quidē
fecerat propheta de gregib⁹ ouium sublatus: deinde post fe-
tantes ad regni gubernacula assumpt⁹: corporis fortitu
dine preditus: spiritualis gratie donis illuminat⁹. Qui
tanto grauius ceciderat: quāto celsius et regni gloria et
C excellētia virtutū ceteris preeminebat. Glorie nāq pre-
Petm pre lati grauius est q̄ subditi. cedentis preconium/sequētis culpe adauxit reatū. Tā-
to enim quisq grauius corruit: quāto anteq caderet/in
conspectu dei altius ascēdit. Dicat ergo. [Ampli⁹ laua
me ab iniquitate mea.] Prosit mihi dñe q ceciai. Lauē-
tur cum hac macula note delictorum: quas hactenus ne
glexi. Sepe nāq dū quedā male gesta plangimus: ipsa
vi amaritudinis ad discutiēdos nos excitati: alia in no
bis plāgenda inuenimus. Que admisse eo facilius obli
uioni tradimus/quo ea vel nulla vel leuia putam⁹. Sed
succrescens amaritudo penitentie/non solū maiora pec
cata cordi nostro cōgerit/sed etiā minima queq ad me-
moriam reducit. Que omnia tāto obstinatius prosequi-
mur: quāto omne malitie germen vigilantius extirpare
de corde conamur. Lauatur ergo amplius: cui non solū
quod in se punit peccatū dimittitur: sed etiā mala que
obduxerat obliuio/nihilominus delētur. Aque quibus
diluitur iniquitas: dona sunt sancti spiritus: que quasi
torrens de supernis venientis: sicut electorum corda ve
hementer irrigāt: ita etiam ab omni inquinamēto car-
nis et spiritus emundant. De hoc quippe torrente scri-
Ps.xlv. ptum est. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei. [Et a
peccato meo mūda me.] Inquinauit me facinorū collu-
uies: polluit peccati cōtagium: sed ad fontē cōfugio mi-
sericordiarum. Potēs es me et ab iniquitate abluere/
et a peccato mūdare. Inique egi innocētem opprimēs:
peccatum feci mihi ipsi non parcens. Sciebat enim pro-

pheta quia quicūq molitur ledere alium: prius pprio D
iaculo percutit semetipsum. Quid crudelius q̄ semet-
ipsum occidere? Si os mētientis occidit animā: quāto
magis gladius ferientis extinguit vitam? Unde scriptū
est. Miserere anime tue placēs deo. Et iterum. Qui sibi Eccli.xxx.
nequā est cui bonus erit?

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

¶ Quasi diceret. Scio quē inuocem. Iustū inuoco: qui
et peccata odio habet: et ista impunita non dimittit. Si-
cut eius misericordiam expeto: ita etiam iustitiā ipsius
attendo. Non sic postulo misericordiam accipere/vt ve
lim ab eo iustitiam suam auferre. Nolo vt peccatū meū
remaneat ipunitū. Sic misericordia est vt peccati igno-
scat: sic iustitia est vt peccatū impunitum non transeat.
Sed qr peccatū meū egoipse puniō: ideo vt tu me nō pu-
nias tā vehementer exoro. Ideo agnosco: vt tu ignoscas.
Ergo miserere mei/laua/mūda / quoniam iniquitatem
meā ego agnosco. [Et peccatū meū cōtra me est semp.]
Nō posui sup dorsum quod feci: non intueor alios/obli-
tus mei. Non affecto de oculo fratris festucam eijcere: et Mat.vij. et Lu.vj.
trabem que in oculo meo est/ nō considerare. [Peccatū
meū contra me est semper.] Quicūq misericordiam dei
inuenire desiderat: necesse est vt tam grauiter peccata
agnoscat: puniat culpas fletibus: faciem dñi in cōfessio
ne preueniat: ponat ante cordis oculos et culpas operis:
et vltime terrorem animaduersionis: penset q̄ districtus
iudex veniat: qui ideo peccatores sustinet: vt eis conuer E
sis minus inueniat qd condēnet. Ascēdat tribunal men
tis sue: cōstituat se ante se: videat feditatem suam vt cor
rigat: ne volens tandem videat et erubescat. Sit sibi iu
dex incorruptus: torqueat eum timor: erumpat cōfessio:
vt cum propheta possit dicere deo: [Iniquitatem meā
ego cognosco.]

Tibi soli peccaui et malū corā te feci: vt iustifice ris in sermonib⁹ tuis: et vincas cū iudicaris.

¶ Homo homini non peccat: qr eū aut par aut grauior
culpa inquinat. Deus sol⁹ iuste peccata vlciscitur: quia
ipse solus est in quo non potest inueniri quod puniatur.
Quia ergo solus deus parcit: solus iuste iudicat: ipsum
solum offendit qui peccat. Quo enim se quisq peccādo
dissimilem deo facit: eo tremēdam superni iudicis maie
statem offendit. Clamet ergo ad deum peccator: clamet
iniquitatū suarū conscius: clamet medullis cordis/vo-
cat. [Tibi soli peccaui] qr tu solus es sine peccato. [Et
malum corā te feci.] Ab alijs quidē peccatū meū igno-
rari potuit: te autē latere nequiuit. Penetrabilior enim
omni gladio ancipiti/penetras vsq ad diuisionē anime
et spiritus: ar[illegible] quoq et medullarū: et discretor es cogi
tationum cord[illegible] nulla creatura in cōspectu tuo est in-
uisibilis: qr omni[illegible] nuda et aperta sunt oculis tuis. Iustā
tum es sine pecca[illegible] et etiam [iustificeris in sermonib⁹
tuis: et vincas cū [illegible]aris.] Scribit apostolus dicens: Ro.iij.
Est autem deus ver[illegible] omnis autē homo mendax/sicut F
scriptum est: Iustificeris in sermonibus tuis. Si deus
verax est/necessario in verbis suis iustus est. Nam si in
sermonibus suis falsa verba inferret: iustus omnino nō
esset. Sed absit a fidelium cordibus: vt esse in deo men- Ps.cxliiij.
dacium putemus. Fidelis enim est in omnibus verbis Matthei xxiiij.
suis: et sanctus in omnibus operibus suis: sicut ipse dixit:
Celum et terra transibunt: verba autē mea nō transi-
bunt. Deum ergo veritas iustificat: hominem vero men
dacium condemnat. Sequitur. [Et vincas cum iudica
ris.] Preuidebat propheta deum in carne venturum/qui
humano condemnandus esset iudicio/ vt eterne mortis
homo careret tormento ideo ait. [Et vincas cum iu-
dicaris] quasi diceret. Omnes qui iudicati sunt: etiam
si multum fuerint in virtute prouecti/non omnino iniu-
ste subierunt iudicium: quia antequā iudicaretur/aliquo
modo cōmiserunt peccatum. Tu vero cum mortis iniu
ste sentētiam acceperis: quia solus homo inter homines
ab omnib⁹ peccatis es immunis: vincis ergo omnes iu-
dicatos/cum iudicaris vel tu deus pater in filio/vel tu
deus verbum in homine assumpto. Quod tamen intelli
gi et aliter potest: quasi dicat: Ideo vt miserearis precor/
vt laues/vt mundes/vt iustificeris in sermonib⁹ tuis. et
verax appareas in promissis. Promisisti eni iustis regnū.

G

eternum: et virtutū amatoribus vite eterne brauium preparasti. Sed nisi me et alios iustifices/non poteris inuenire quos dānes. Iustifica ergo me/vt tu iustificeris in sermonibus tuis/et vincas cū iudicaris. Iudicāt te/qui negant post ipsum reparationē fieri: et remissionem peccatorum nemini dandā adstruunt. Quos/si mihi peccatum remiseris: velut fabricatores mēdacij et peruersorum dogmatū cultores superabis. Vel iustifica me: vt iustificeris in sermonibus tuis. Promisisti enim quod de stirpe mea carnē sis assumpturus: sed si me de tāto non emūdes scelere: de cuius semine carnē assumas videoris indigens. Tu enim es qui dixisti: De fructu ventris tui ponā super sedem tuā. Laua ergo me ab iniquitate: ne sim fraudatus a promissione: [et vincas cū iudicaris.] Iudicatus dominus vicit: quia vnde in passione succubuit: inde maiorē sui gloriā resurgendo manifestauit. Iudicaturus vicit: quia quorū ad tempus iudicium moriendo subijt/eos iusto iudicio cōdemnatos eterna morte mulctauit.

Ps. cxxxi.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Opus est domine vt miserearis: quia ab inicio vite primordio/in peccati foueā incidi: et cōcupiscētie carnalis sordibus inquinate natiuitatis mee initia contraxi. Nō in me illa quā nouiter admisi/sola viget iniquitas: habeo in me etiam ex veteri quod ignoscas. [Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum.] Non ideo homines in peccatis cōcipiuntur: quia peccatū sit coniugibus cōmisceri. hoc enim opus castū non habet culpam in coniuge: quia nuptiale fedus non exorbitat a fide. Deus enim copulam maritalē instituit: quādo masculū et feminā in principio creauit. Qui quidē sine peccato filios ederent/si in paradiso positi/in cōditionis obedientia perstitissent: Sed quia a statu rectitudinis primus homo peccādo corruit: peccati penam ad filios misit. Carnalis enim delectatio pena peccati est: que ex radice peccati ita contrahitur: vt nullus absque illa in mundo generet. Sed sicut in Adam omnes moriuntur: ita et in Christo omnes viuificabuntur. Confiteatur ergo penitens de culpa quod meruit: vt consequi valeat de venia quod cupit.

Matrimonium dicitur castū.

H

j. Cor. xv.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Ideo vias meas a principio arguo: peccata mea ego ipse condēno: quia veritatē dilexisti. Veritatē deus diligit: quia sine vitione delictū nō deserit. Aut enim hoc homo in se puniens persequitur: aut postmodū deus districto examine vlciscitur. Siue ergo sit magna siue parua iniquitas/nisi puniatur ab homine penitēte/punietur a deo iudicante: sicut per quēdam sapiētem dicitur: Sciens quia non parceres delinquēti. Delinquēti non parcitur: quia ne vindicta peccatū non relaxatur. Veritatē itaque deus diligit: quia iustū iudiciū nō pretermittit. [Incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi.] Qui non est securus de munere venie: non est vehemens in executione vindicte. Et quidē ante aduentū Christi incertū fuit: si graviter lapsi possent habere veniam: et peccatorū remissio cōplures latuit/sed Dauid qui redēptorē mūdi vt peccata tolleret/futurū preuiderat/de peccatorū indulgentia nō dubitabat. Non ignorabat opus sapiētie dei a seculis absconditū/ante oīa tēpora dispositū: exhibitū in finem seculorum. Namque sapientia filius dei est: de quo scriptum est Christū dei virtutē et dei sapiētiā. Ipse est per quē oīa facta sunt: et sine quo factum est nihil. Ipse est de quo propheta dicit: Omnia in sapientia fecisti. Dignum autē fuerat vt per eū fieret remissio/per quē facta fuerat creatio: et ipse esset largitor gratie: qui fuerat omnibus auctor nature. Quā remissionē sicut in tēpore gratie confitentibus tribuit: ita ante aduentū suū est expectātibus prerogauit. Hec sunt incerta et occulta diuine dispositionis consilia/omnibus gētibus per dei sapiētiam vltimis temporibus reuelata. Que quia Dauid per spiritū cognouerat: de dei cōfidēter misericordia presumebat. An nō Niniuitis incerta erant: qui penitētiā agentes/sub predicatione Ione hesitando dicebant: Quis scit si conuertatur et ignoscat deus?

Pctā nisi hic puniātur: i alio seclo seuerissimā sentiēt pctōres vltionem.

I

j. Cor. j.
Ioan. j.
Psā. ciij.

Ione. iij.

Asperges me domine hyssopo et mundabor: lauabis me/et super niuem dealbabor.

Hyssopus est herba humilis/saxo quidē adherens: et parū vtilitatis in seipsa sui facie ostēdens: que tamē pulmonis inflationē deprimit: et virtuti sue acrimoniā si cōferatur ostēdit. Quid ergo per hyssopū: nisi Christi humilitas designat? Ipsa est enim que omnē in nobis reprimit contumaciam: sicut herba illa pulmoni inflato adhibet medicinam. Quis etenim iam dedignet in mūdo se pro deo abijcere: cū audiat dei filiū opprobria et derisiones subijsse? Quis supplicia pro deo perpeti arbitretur dedecus/cū ipse rex regū et dominus dominātium morte turpissima propter nos sit cōdēnatus: presertim cū ipse sit nobis positus forma iustitie: cuius et audire precepta: et sequi debeamus exempla: sicut ipse in euangelio ait: Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. Iuxta legis quoque testimonium/inquinatos mūdabat eiusdē herbe fasciculus vacce rufe cruore intinctus. Quid autē per vaccā/nisi ad sacrificium assumpta incarnationis dominice infirmitas designatur? Sicut enim per masculinū sexū solet fortitudo intelligi: sic et per femininū potest īfirmitas designari: et de eo scriptū est. Quia etsi mortuus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Ipse est enim summus pōtifex noster: qui in ara crucis pro totius mūdi sanitate/sui corporis hostiam obtulit. Pōtifex videlicet futurorū bonorū: qui per propriū sanguinē in sancta eterna redēptione inuenta semel intrauit. Hec autē vacca rufa dicitur: vt in ea sanguinis Christi rubor euidēter demōstret. De quo in cāticis canticorum sponsa loquitur dicēs. Dilectus meus candidus et rubicūdus. Candidus nimirum ex diuinitatis specie: rubicūdus ex passionis cruore. Hoc itaque hyssopo ille solūmodo aspergitur: qui vias dominice passionis imitatur. Sanctificatur vero aspersus: sicut per Paulū dicitur. Si enim sanguis taurorū et vitulorū et cinis vitule aspersos inquinatos sanctificat ad emundationē carnis: quāto magis sanguis Christi qui per spiritū sanctum semetipsum obtulit imaculatū deo/emūdabit conscientiam nostrā ab operibus mortuis ad seruiendū deo viuenti? Sequitur. [Lauabis me/et super niuem dealbabor.] Quēadmodū corpus aqua lauat a squaloribus sordium: ita gratia sancti spiritus animā purgat a maculis peccatorum. Quod vero ait: [Et super niuē dealbabor: ostēdit quia nulla pulchritudo que inest corpori: valet decori sancte anime comparari. Quid namque in corporibus niue cādidius? Et tamē qui vias passionis Christi sequitur/super niuē dealbatur. De sanctis etenim scriptū est: Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Quis vero ignoret solē niue cādidiorē? Preterea candor niuis cito perit: decor autem sanctorum in eternum manebit.

K

Hyssopus est herba christi humilitatem significās.

Mat. xj.

Vacca humanitatē christi significat.

ij. Co. xiij.

Canti. v.

Hebre. ix.

L

Mat. xiij.

Auditui meo dabis gaudium et letitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Tunc quidē verum et inestimabile gaudiū habituri sunt sancti: cū impijs eterna morte mulctatis: et in horrendā perpetui cruciatus voraginē per extreme dānationis sententiā missis: audituri sunt: Venite benedicti patris mei: percipite regnum quod vobis paratū est ab origine mūdi. In eo autē quod ait: gaudiū et letitiam/duplicē sanctorum venerationē intellige: qui visione claritatis dei in illa die quātum cogitare nō possumus illustrati: sicut animarū perfruentur beatitudine: ita etiam corporis vestientur incorruptione. De ipsis enim scriptū est: In terra sua duplicia possidebūt. Sancti etenim viri mūdi gloriam mentis despectu calcantes: oēs in se carnales voluptates mortificāt: vt in deo postmodū perenniter viuāt. Qui quoniam mūdi miserias pro deo pati minime refugiunt/beatitudinis eterne retributionē acquirūt. Que nimirū beatitudo et animabus eorū ante resurrectionē tribuitur: et corporibus nihilominus post iudicium confertur: sicut in apocalypsi Ioannes apostolus scribit dicens: Vidi sub altari dei animas interfectorum propter verbū dei: et testimonium quod habebāt: et clamabāt voce magna dicētes. Vsquequo domine sanctus et verus nō vindicas sanguinē nostrū: de his qui sunt in terra? Et date sunt eis singule stole albe: et dictū est illis vt requiescerēt tēpus adhuc modicū: donec impleatur numerus conseruorum et fratrum ipsorum: qui interficiēdi sunt sicut et illi. Quid namque est singulas illis stolas albas tribuere: nisi animabus eorū beatitudinis eterne immortalitatē cōferre: Quid vero est donec electorū numerus impleatur

Mat. xxv.

M

Esa. lxj.

Apo. vj.

A requiescere: nisi future resurrectionis gloriā expectare? In qua nimirum iterū singulas stolas albas accipient: qz immortalia z incorruptibilia corporum suorum vestimenta resument. Quia ergo sancti viri ad eterne felicitatis premia non solum anima sed etiam corpore post iudicium transeunt: recte de eis dicitur quia in terra sua duplicia possidebunt. Huius incrementi felicitatis ꝓpheta intuens ait. [Auditui meo dabis gaudium z leticiā: et exultabunt ossa humiliata.] Animarū nostrarum ossa virtutes sunt: que nimirū in hac vita humiliantur: quia assiduis tētationum impugnationibus indesinēter turbantur. Tentatio enim est vita hominis super terrā. In eterna autem vita non solum inuicte potestatis accipiēt fortitudinē: sed etiam nullā vitiorum aduersantium sentient impugnationem.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

¶ Quia peccata sua semp habet pre oculis: merito rogat vt deus faciem suam auertat ab ipsis. Superius nēpe propheta dixerat: Peccatū meū contra me est semp. Qui ergo peccatū suum semp videbat: continuū pro eo dolorem in corde gestabat. Et ideo oculos ab eius peccato deus auertit: qz ipse illud sine cessatiōe animaduertit. Non enim deus eorū peccata vlciscetur: qui in occul-
B to cordis de prauorū operum memoria affliguntur. Qui nimirū ad hoc semetipsos iudicāt / vt terribile omnipo-
[j. Cor. xj.] tētis iudicium euadāt: iuxta illud apostoli: Si nosmetipsos diiudicaremus: nō vtiqȝ iudicaremur. At contra reprobi qz ea que cōmiserūt / nequaqȝ conspiciunt: actus suos a cōspectu iudicis nō abscondūt. Et quāto magis errores suos ipsi considerare refugiunt: tāto magis eos conspectui diuine maiestatis opponūt. Delinquentium autē mala deus videt: nō vt approbet / sed vt condēnet: non vt foueat / sed vt puniat: nō vt semp patiatur / sed vt
[ps. xxxiij.] in iudicio vlciscatur. Deniqȝ oculi dñi sup facientes mala: vt perdat de terra memoriā eorū. Grauis vitio / nō solum de terra mala facientes expellere: sed etiam omnem penitus memoriā eoꝝ abolere. Consideremus ergo mala que fecimus: z ea ante mētis oculos sine intermissione ponamus: ne cū ante iudicis illius ꝯspectū venerimus: tunc primū quicquid gesserimus / nolentes videamus.
[Ps. xlix.] Impenitenti enim deus terribiliter minat dicēs. Existimasti inique ꝙ ero tui similis / arguā te / z statuā cōtra faciē tuā. Similis tui eſsem / si peccatū tuū impunitū dimitterem. Tu enim illud non solum nō vis punire: sed e post tergū proijcis / ne possis videre. Ego autē qui illud video: quid faciam? nūquid impunitū dimittā? Iudex sum z iustus: iudex sum z vltor iniquitatum. Quomodo ergo iniuste iudicabo? quomodo veritatē mēdacio mutabo? Tacui / nūquid semp tacebo? Tacui: qz misericor-
C diam prerogaui. Iniquitatē tuā dissimulaui: tēpus penitētie indulsi. Sed nunquid semp tacebo? immo arguā te: z statuā contra faciem tuā. Arguā quidē te de mendacio: quē do cordiū consilia manifestabo. A peccatis tuis auertis oculos tuos: z quendā tibi vane spei securitatē ꝓmittis. Et qz ipse te nō vides: ꝙ nec ego te videā suspicaris. Putas ꝙ te nō videā fornicantē: quē video adulterium cogitantē? Ex hoc itaqȝ te arguā: z statuā cōtra faciem tuā. Si non vis hic attendere faciem tuā: faciam vt agnoscas miseriam tuā. [Et oēs iniqtates zc.] Per
[Esa. xliij.] ꝓphetā dñs dicit. Ego sum qui deleo iniquitates tuas: et memor nō ero. Tu autē memor esto: z iudicemur. Audi qua cōditione iniquitatū tuarū se esse immemorē dicat: videlicet si tu memor fueris. Caue ergo ne vnqȝ qḋ deliquisti / a memoria tibi excidat: aut aliqua obliuione peccata tua obliteres: ne si carnalium voluptatū illecebris captus: iniquitatum tuarum memor non fueris: di-
[Ps. xlix.] catur tibi in tempore necessitatis: Proiecisti sermones meos retrorsum.

Cor mūdum crea in me deus: et spiritum rectū innoua in visceribus meis.

[Matth. v.] ¶ In euāgelio scriptū est: Beati mūdo corde. Si illum qui ab omni pctō mundus est / in cordis nostri hospitio habere volumus: oportet primo vt illud ab omni vitioꝝ sorde purgemus. Emūdemus ergo interiora mētis nostre: z diligenter peccatorū nostrorū secreta scrutemur: ne ex affectu nostro peccati delectatio pullulet: ne turpe desiderium cor in occulto titillet: ne passionū ex eo cōtētiones prodeant: ne peruersarū cogitationū dispēsatio-
D nes aliquādo erūpant. Templū enim dei non potest esse pollutū: qz scriptū est. Templū dei sanctū est / quod estis
[j. Cor. iij.] vos. Uerū quis gloriabitur mūdū se habere cor: aut immunē esse se a peccato? Si propheta pollutū labijs se esse asserit: cuius os seraphin carbone quē susceperat de altari purgauit: quid dicturi sumus nos / quos luxuria inquinat / inuidia angustat / ambitio precipitat / superbia exaltat? Non est em̄ virtutis humane ita ab illicitis motibus mūdare animū: vt per strepētium vocem nō sentiat cogitationū. Sed qz deo nihil est impossibile: clamemus ad deū tota virtute. [Cor mūdū crea in me deus: z spiritum rectū innoua in visceribus meis.] Uide ordinē. primo cor mūdū: deinde spiritū rectū ꝓpheta a deo requirit. Prius enim abrenunciandū est tibi omni peccato: z omnis a corde vitioꝝ feditas elimināda: vt omne quod agitur aut dicitur: eo purū in cōspectu dei ac lucidū appareat / quo ex bone intētiōis origine quasi de puro quodammodo fonte manat. Quomodo enim poterit esse perspicuū / quod in ipsa origine fuerit viciatū? Scriptū est
[Mat. xij.] enim. Bonus homo de bono thesauro ꝓfert bona: z malus homo de malo thesauro profert mala. Omnibus igitur carnalibus desiderijs a corde exclusis / pete a deo vt spiritū rectum renouet: ne forte spiritus ille immūdus inueniens domū de qua exiuit vacantē: assumptis alijs septē nequioribus se / cū eis ibi habitet: z fiāt nouissima tua
[Spūs innouare qd ē.] peiora prioribus. Hec est autē spiritus recti innouatio: vt omnem mūdi gloriam mēte despicias: mentē meditatione in cōditoris tui amore infiges: solliciis cōtumelijs patien-
E tiam custodias: z custodita patientia dolorē a corde repellas: omnibus te per humilitatē inferiorē deputes: de morte inimici nullatenus exultes: aliena nō ambias: ꝓpria egentibus distribuas: amicū in deo: z inimicū ꝓpter deū diligas: in afflictiōe ꝓximi teipm ꝑ cōpassionē affli-
[Ephe. iiij] gas. Hec qdē est illa spūs inouatio quā psuadet apls dicēs. Renouamini spū mētis vre: z induite nouū hominē: qui ſm deū creatus est: in iustitia z sctitate veritatis. Et iterū: Si qua igitur in xpo noua creatura: vetera transierunt: et ecce facta sunt noua. Ad veterē quippe hominē
[Hō vetus qd facit.] pertinet: mūdi huius gloriam cōcupiscere: animū a deo auertere: patiētiam nō seruare: opportunitatē vindicte exquirere: melioribus quibusqȝ despectis superbire: aliena diripere: propria retinere: nullum propter deū diligere: de inimici morte gaudere. Hec autem oīa ille respuit qui deū induit: quiqȝ in nouitate vite ambulare cōtēdit.

Ne proijcias me a facie tua: et spiritum sanctū tuum ne auferas a me.

¶ A facie dei proijcitur: cui spes venie post peccatū negatur. Qui enim peccauerit in spiritū sanctū: non remittetur ei neqȝ in hoc seculo neqȝ in futuro. Quis est autē qui peccat in spiritū sanctū: nisi qui non credit remissionē peccatorū? Remissio enī peccatorū: opus spiritussancti est. Nā z de baptismo xpi (in quo remissio peccatorū
[Joan. j.] danda erat) dixit Joannes. Ipse vos baptizabit in spi-
F ritu sancto et igne. Unde etiam super baptizatū dñm in colūbe specie spūs sanctus descēdit: vt ex hoc apte ostēderet: qz spiritualis gratia ꝑ lauacrū baptismatis credentium corda mūdaret. An non in spiritū sanctū Cain pec-
[Cain peccauit i spiritū sctm. Gen. iiij.] cauit / quādo dixit / Maior est iniquitas mea ꝙ vt veniā merear? Et quia de venia desperauit: ideo dixit. Ecce eijcis me a facie tua. De quo z postea subdit: ꝙ egressus sit a facie dñi. Uides quemadmodum ille qui in desperationis foueam labitur / a facie dei proijciatur. [Et spiritū sanctū tuū ne auferas a me.] Attende qualiter postulat: ne spem venie post peccatū amittat. Ubi spiritussancti presentia est: ibi desperatio esse nō potest. Fides enim
[Rom. viij] in spiritu datur: sicut apostolus ait: Deniqȝ ipse postulat
[j. Cor. xij.] pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et nemo in spiri-
[Rom. viij] tu dei loquens: dicit anathema Iesu. Nam in eo clama-
[Joan. iiij.] mus abba pater: qz scriptū est. Ueri adoratores / adorabunt patrem in spiritu et veritate.

Redde mihi leticiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

¶ Letabatur propheta de aduētu filij dei anteqȝ peccaret: z certus ꝙ de suo nasciturus erat semine: anteqȝ laberetur gaudebat. Sed postqȝ vxoris Urie amore deceptus

G

modū in peccādo nō habuit: ne sibi de hoc offensus subtraheret quod antea placatus promiserat/formidauit. Ideoq3 ait. [Redde mihi letitiam salutaris tui.] Salutaris quis est nisi dei hominūq3 mediator: De quo iste idem propheta in persona dei patris dixerat: Propter miseriam inopum et gemitū pauperū nūc exurgā: dicit dñs. Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo. Exurgere enim dicitur deus pater/cū filium mittit: qui quasi iacere visus est/cū seruos misit. Illi enim nemine saluare potuerūt: sed filius hominis venit querere et saluū facere quod perierat. Ideoq3 perfectā et manentē saluationem in eo se positurū astruit: et in eo fiducialiter se dicit agere: quem constat nihil omnino peccati habuisse. Qui enim grauium sibi cōscius est delictorū/non potest fiducialiter agere: qr poterit eū vel ille quē corripit reprehēdere: vel conscientia propria remordere. Redēptor vero noster eo libere loqui poterat: quo nūq3 peccati maculam ex natiuitate vel etiā ex operatione cōtraxit. Unde turbis iudeorū et principibus sacerdotū inuidētibus et detrahētib9 ipse dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato: Fiducialiter ergo agebat: quē in nullo cōscientia accusabat. Nam et de eo scriptū est: qr erat docens tanq3 potestatem habens: et non sicut scribe et pharisei. Huius ergo salutaris sibi reddi letitiam dauid postulat: in quo omnis ante aduentū ipsius electus sperabat. [Et spiritu principali cōfirma me.] Solet quibusdā contingere: vt dū se purgatos per satisfactionē reputant: ab interne mentis custodia animū resoluant. Qui quidem ipsa sua elatione depressi/eo deterius corruūt: quo sibi de indulgētia blādientes/vane spei securitatē promittūt. Inde est quod propheta exorat dicens: Letetur cor meū/vt timeat nomen tuū. Non dicit letetur vt securum sit/sed letetur vt timeat. Ac si aperte dicat. Ita me correctū facito gaudere de venia: vt tamē nūq3 desinā esse suspect9 de culpa. Sic et in hoc loco postq3 sibi reddi salutaris dei letitiam petijt: ne sibi dimissus ad deteriora prueret: illico adiunxit. [Et spiritu principali confirma me.] Sciebat enim qr infirma est omnis anima: nisi sancti spiritus fuerit virtute firmata. Nā et de apostolis dictū est: Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorū. Quid enim celorū nomine: nisi sancti apostoli designantur: Qui admirū verborū imbrib9 terrā cordis nostri inebriant: vēturi iudicij minis et terrorib9 intonant: miraculorū signis et operū sanctitate coruscant. Denique ipsi sunt qui enarrāt gloriam dei. Quibus profecto tūc spirit9 virtutē tribuit/cū in igneis linguis apparēs/in cordibus eorū diuini flāmas amoris accendit. Ad quidem aperte cognoscere possumus/si quales ante/quales post aduentū sancti spirit9 fuerunt/perpendamus. Qui enim ad passionē tendētem magistrū fugientes reliquerant/postmodū per adiunctā sancti spiritus gratiam roborati: constāter et publice nomē Christi predicabāt. Nā (vt reliquos pretermittamus) ipse apostolorū princeps qui mori metuens vitā negauerat: cū facto cōuētu cesis apostolis sacerdotes et scribe ne in nōie Christi loquerētur prohiberent/aiebat: Obedire oportet deo magis q̄ hominibus. Celorū igitur virtus de spiritu sancto est: qr per infusam sancti spirit9 gratiā facti sunt in Christi cōfessiōe fortes apostoli: qui pri9 fuerant ex fragilitate carnis infirmi. Nisi enim promissa charismatū dona illi dominici gregis pastores suscipereut: eorū corda nullo virtutis decore claruissent. Hec nāq3 virtus spirit9 sicut ab omni peccatū et mortis timore quos repleuerit efficit liberos/ita ab omni diabolice reddit tētatiōis incursu securos. Merito ergo cui salutaris dei in remissionē peccatorum letitia redditur: postulat vt in vera innocentia spiritus principalis virtute confirmetur.

Salutaris est mediator dei et hominū.

Ps. xj.

Joan. viij

Mat. vij.

H

Ps. lxxxv.

Ps. xxxij.

Apli celorū nōie representantur.

I

Act. v.

Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur.

¶ Illos diuina clemētia a peccatis per remissionē efficit liberos: quos preuidet vtilitati ecclesie post cōuersionem profuturos. Unde ananie de saulo dixit: Uade/quoniam vas electionis mihi est iste: vt portet nomē meum coram gentibus et regibus et filijs israel. Magno igitur fructu dimissa sunt illi a deo pctā. Qui eni pri9 blasphemus et persecutor ac iniuriosus extitit: postmodū plus omnibus laborauit. Propheta ergo qui deleri iniquitates suas/et spiritu sancto cōfirmari a dño postulat: q: nō sine fructu hoc sit futurū/affirmat dicens: [Docebo iniquos vias tuas.] Uniuerse vie dñi misericordia et veritas. Misericordia est: qua sine vllis precedētibus meritis/penitētibus veniam tribuit. Ueritas/qua post gratiam vocationis et venie: peccata impenitētium punit. Ille ergo cui peccata dimittūtur/vias dei iniquos docet: cū peccātibus si resipuerint/exēplo sui spem tribuit venie: et incōuertibilib9 (nisi ad veniā redeant) infert timorem gehēne. [Et impij ad te conuertētur.] Q3 vtilis est peccatorū remissio: que cōuersos non solū a peccatis liberos efficit: sed etiam alios a via impietatis et iniustitie retrahit: flāma charitatis accēdit. Hec est enī charitatis eiusdē probatio: vt cui per gratiā dei cōtigerit a peccatorū vinculis eripi: ipse ex zelo iustitie studeat ad spem venie delinquētes hortari. Nullū quippe tā gratū deo est sacrificium: q̄ zelus animarū. Exerceat ergo se in via dei/cui deus peccata dimisit: et exemplo suo peccatores quosq3 ad penitētie cōfugere remedium admoneat. Nō sit arbor infructuosa: aut ociosus operarius: sciens qr non solum mane venientibus ad veniam merces promittitur: sed etiam circa vndecimā horam vocatis vite eterne denarius prebetur.

Paulus vas est electionis.

Act. ix.

K

Ps. xxiiij.

Mat. xx.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

¶ Nisi primitus me a peccatis liberaueris: non potero alijs esse exēplū cōuersionis. Libera ergo me de sanguinibus: desiderijs videlicet carnalibus: que militant aduersus animā. Caro enim et sanguis regnū dei non possidebunt. [Deus deus salutis mee.] Nota in repetitione nominis: magnū affectū cordis: quasi dicat: Merito te vt me salues inuoco: qr tu solus es auctor salutis mee. Nam dñi est salus. A te solo est salus: qr ab omnib9 alijs est infirmitas/vanitas vanitatū/et omnia vanitas. Non saluatur rex per multā virtutē: et gigas nō saluabitur in multitudine virtutis sue. Denique fallax equus ad salutē. Ex quibus verbis colligitur q: nec ex diuitijs tēporalibus: nec ex corporali fortitudine salus acquiratur. [Et exultabit ligua mea iustitiā tuā.] Iustitia dei/fides est: sicut scriptū est: Credidit Abraā deo: et reputatū est illi ad iustitiā. qr iust9 ex fide viuit. Si ḡ iusti vita fides est: cōsequēs est eādē fidē esse iustitiā: sine qua q̄sq3 esse iust9 nō pōt. Hāc itaq3 dei iustitiā ille est exultatiōe enūciat/qui mūdi huius copiā nec cupiēs/nec inopiā metuens/omnem hereticā prauitatem impugnat. Uel iustitia dei est: q: non vult mortem peccatoris. Homini nempe iustū videtur/vt suam vlciscatur iniuriam. Dei vero iustitia est confitenti relaxare offensam.

L

j. Pet. ij.

j. Cor. xv.

Eccle. xij

Ps. xxxij.

Gen. xv.

Fide carens iust9 esse nō pōt

Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam.

¶ Nō aliter iustitiam tuā proferre potero: nisi tu labia mea aperias. Tu es enim qui ora superborū obstruis: et linguas infantium disertas facis. Hactenus os meū ego ipse aperui: et ideo ex vaniloquio peccatū cōtraxi. Nūc vero vt tu aperias desidero: qr nihil nisi quod suggesseris/loqui cōcupisco. Illius labia deus aperit/qui nō solum quid loquitur: sed etiam quādo et vbi et cui loquatur attendit. Sapientia nāq3 dei dicit: Dñs dedit mihi linguā eruditam. quādo. s. oporteat sermonē dicere. Merito ergo sapiēs est/qr accepit a dño quo tēpore sibi loquēdum sit. Unde non inconuenienter ait scriptura: Homo sapiens tacebit vsq3 ad tēpus. Hinc rursum scriptū est: Ori tuo fac ostium et vectē: et in verbis tuis iugū et stateram. Et fortasse hoc ostium sibi propheta postulabat a dño/cū dicebat: Pone dñe custodiam ori meo: et ostium circūstātie labijs meis. Debem9 enim os nostrū claudere/et diligētius obseruare: ne quis in iracūdiam excitet vocē nostrā: et cōtumeliam repēdamus cōtumelie. Iugū etiam in verbis nostris esse et statera precipitur: vt omne qd loquimur/et humilitate cōdiatur: et mensura pōderetur. Proferamus ergo sermones examinatos libra iustitie: vt sit grauitas in sensu: modus in verbis: pondus in sermone. Nec prius loquendo os aperiamus: q̄ expediat: sed examinemus verba nostra: si tacēdum hoc: si docendum aduersus hunc: si tēpus sit sermonis huius: postremo si a virtute modestie nō differat. Nihil indecēs: nihil inhonestum: nihil auidum sonans erumpat. Ue

M

Esaie. l.

Eccli. xx.

Ecclesi. xxviij.

Ps. cxl.

B

rum qz ad hec omnia idonei esse non possumus: nisi hoc a largitore omnis gratie percipiamus/ exclamandū est nobis cū propheta. [Dñe labia mea aperies: z os meum annūciabit laudē tuā.] Non est speciosa laus in ore peccatoris. Ideoqz propheta indulgētiam peccatorum primum a dño expetit: z postmodū laudē se dei annūciaturum esse promittit: nobis patenter innuens: qz illi soli laudis dei possunt sentire dulcedinē/ qui peccatorū suorum meruerint percipere remissionē. Unde scriptum est. Rectos decet collaudatio. Quid aūt laudabilius in deo/ q̄ misericordia/ Scriptū nāqz est: Confiteantur dño misericordie eius. Denique: Miserationes ei⁹ super omnia opera eius. Quis enim laudabile sit q̄ hominē de limo terre cōdidit/ laudabilius tamē est/ q̄ perditū propter filij sui morte redemit. Denique illud potestatis est/ hoc gratie. [Et os meū annūciabit laudē tuā.] Sunt enim plerique qui non suo ore laudāt deū. Alius suo laudat ore deum auarus. Aliusqz suo ore laudat luxuriosus. Nonne quasi alienū os sibi videtur assumere: dū ea conatur q̄ in corde non sentit proferre? De quibus profecto scriptum est: Cor eorū longe est a desciplina. propterea nō exultabūt. quia nimirū eorū laus ad omnipotentis dei aures nequaqz extollitur: quorū cor a semita iustitie per prauē intentionis studium elongatur. Tales erant illi de quib⁹ dominus dicebat: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me.

Ps.xxxij. — Psal. cxliij. — Gen.j. — Auarus et luxurios⁹ ore suo deum nō laudant. — Job.xvij. — Mat.xv. et mar.vij.

Quoniā si voluisses sacrificium dedissem vtiqz holocaustis non delectaberis.

B

Sciebat pp̄heta p spiritū/ qz illa legalium institutiones sacrificiorū/ ad inuisibilis essent oblationis intelligētiā transferenda: quia illud verum z acceptabile est sacrificium/ q̄ aliquis puro corde laudat deum. Unde et alio in loco dicit: In me sūt deus vota tua: que reddā laudationes tibi. Et itē. Immola deo sacrificiū laudis. Et rursum. Sacrificium laudis honorificabit me. Cū ergo dixisset: os meū annūciabit laudē tuā: illico subiunxit [Quoniam si voluisses / sacrificium dedissem.] Ac si dicat: Laudis tibi offerā sacrificium: sciens qz carnalium nolis obseruātiam cerimoniarū. [Quoniam si voluisses sacrificium/ dedissem vtiqz: holocaustis non delectaberis.] Ideo nolo cōfidere in carnalis ritu sacrificij: quia scio te hircorū z arietum occisione non delectari. Tu es enim qui dixisti: Nō accipiā de domo tua vitulos: neqz de gregibus tuis hircos.

Sacrificium deo acceptabile est ipsum puro corde laudare. — Ps.xlix. — Ps.xlix.

Sacrificium deo/ spiritus cōtribulatus: cor cō tritum z humiliatum deus non despicies.

Nequaqz vere penitētiam agit/ qui ex peccatorū suorum recordatione quandā spiritus tribulationē nō sentit. Quod quidē reprobis familiare est: qz etsi aliquādo peccata sua cōfitentur: eas tamen districte animaduersionis fletibus nō psequūtur. Electi vero etiam si minima sunt que in se punienda inueniunt / zelo rectitudinis cōtra se erecti: ad penitētie se lamēta studiose succēdūt.

C

Qui dū sancte cōtēplationis pēnis ad celestia se intuēda erigūt: eo subtilius si quid i seipsis vitiosum latebat inueniūt: quo ad diuine lucis claritatē vicini⁹ accedūt. Tāto qz eis displicet quod infirmū ex carne tolerāt: quāto eos delectat quod ex incorruptibilis vite suauitate degustant. Unde fit qz grauis in seipsos/ vel pro ociosis verbis/ vel pro vanis cogitationibus inuectione deseuiūt: et que leuia ante credi derāt: nūc vt grauia z mortifera perhorrescūt. Beneficia sibi diuinit⁹ collata cōspiciūt: culpas nibilominus ante cetera ad memoriam reducūt. Utrū hui⁹ corruptibilis erūnosas necessitates enumerant: quāta sit celestis glorie felicitas/ in meditatione pertractant. A qua qz per carnis fragilitatē retrahi se sentiunt: validissimi seipsos interius vulnere doloris transfigunt. Dū ergo hec omnia ante mētis oculos iusta consideratione recolligūt: vehementissime tribulationis igne intrinsecus inardescūt. Hec est illa spiritualis sanctorū tribulatio: quā in cordib⁹ eorū generat penitētie z desiderij dilati amaritudo. Hāc nimirū Job sentiebat/ cū dicebat: Loquar in tribulatione spiritus mei. Electorū etenim linguā a tribulatio spirit⁹ cōmouet/ vt restā prauiqz operis vox cōfessionis impugnet. [Cor cōtritū z humiliatum deus non despicies.] Multi habent cor cōtritum: qui non habent cor humiliatū. Sunt enim plerique qui etsi peccata sua fletib⁹ puniūt: pauperes tamen opprimere potestatis sue ditione non cessant. Et nimirū nequaqz purū sacrificium deo offerūt: qz detestabilis superbie illud admixtione corrūpūt. Uel sicut beat⁹ Hieronym⁹ hunc locū exponit: illi cor conterūt: sed non humiliant: qui peccata quidē que cōmiserūt deflent: sed tamen ea dē cōmittere etiam post fletus non timent. Dum enim errorū suorū consideratione reuocati/ ad ea que dimiserant redeunt: se cōtra conditorē suū per opera prauitatis extollunt. Ex superbie nāqz vitio est timorē dei contēnere: cōditoris precepta praue actionis trāsgressione calcare: celestis vite gaudia mēsura negligere: damnationis perpetue infinita supplicia non timere. Illorū ergo sacrificium deus non accipit: qui lachrymis quidē se cōpūctionis abluūt: sed eisdē a qu⁹ aū mūdari esse videntur/ peccatorū maculis in id ipsum reuertētes sordescunt. De talibus scriptū est: Qui baptizatur a mortuo: et iterum tāgit mortuū: quid prodest lauatio eius? Ille quippe lauatur a mortuo/ qui per penitētiam mūdatur a peccato. Quē si cōtigerit eadē q̄ puniterat iterādo peccata cōmittere: nihil contulisse videtur adhibita satisfactionis lauatio: quē maculauit inhonestius iterata (a morte) turpitudo. Quia igitur scriptū est: De⁹ superbis resistit: humilib⁹ aūt dat gratiā: illos qui superbiēdo ad peccata redeunt: diuina iustitia respuit. Illos vero qui contriuendo z humiliando post tergū non respiciunt: clementis dei non despicit: qz scriptū est: Prope est dominus his qui tribulato sūt corde: z humiles spū saluabit.

Job.vij. — Cor cōtritū sed non humiliatū q̄dā habēt. — D — Ecclesia. xxxiiij. — j. Pet.v. — Ps.xxxiij.

Benigne fac dñe in bona volūtate tua sion: vt edificentur muri hierusalem.

Sion speculatio interpretatur: per quā sancta significatur ecclesia. Que in culminē (cōrdibus) virtutū z scientie locata vestigijs: z celestem patriam a longe prospicit: et insidias spiritualium inimicorū cuneos: interiori intuitu deprehēdit. Cui deus tūc benigne fecit: quando filiū suū in mūdum misit. Ueniens aūt filius dei/ quā de diabolica potestate eripuit: sanctā sibi ecclesiam in vnitate spiritus cōfederauit. De quo Joannes ait: Qui habet sponsam/ sponsus est. Quid aūt benignius q̄ filium dei seruilem formā inducre: mortis legibus subiacere: proprio sanguine nos redimere: eterne vite aditū quē culpa obstruxerat aperire: corpe suo nos pascere: z de tenebrarū potestate eratos/ ad celestē gloriam/ z ad regnū nos lucis transferre. Quid denique benignius q̄ q̄ deus tradidit filium/ vt redimeret seruū. Benignitatem nihilominus dei quotidie sentit ecclesia: cū illam deus claritate sue cognitionis illuminat: inter seculi turbines fluctuātem spiritus sui virtute cōfirmat: suauitatis intime desiderio reficit: atqz per eam peccātibus peccata dimittit. Et notandum qz ait [in bona volūtate tua] vt intelligas nihil perfectū habere posse ex meritis: sed tamē conferri gratuito munere diuine miserationis. [Ut edificentur muri hierusalem.] Per hierusalē / q̄ visio pacis interpretatur / sancta anima accipitur: que futurā sanctorū pacem mentis intuitu cōspicit: z omnibus in se mortificatis hostib⁹ illicitorū motuū impugnationē nō sentit. Cuius muri virtutes sunt. Quos ille nimirū edificat: q̄ ex operibus iustitie z pietatis/ spirituale pstruere edificium nō cessat. Unusquisqz aūt hierusalem aut babylonis ciuis est. Sicut enim per amorē dei sanctus quisqz hierusalem ciuis efficitur: itaqz p amorē seculi omnis iniquus in babylonie structura operatur. Ad cōstruendū aūt huius spiritualis babylonic edificium peruersi qui qz illius antiqui Babel imitantur exemplū. Cuius/ teste sancta scriptura/ ciuitatis auctores z pro saxis lateres: z pro cemento bitumen habuisse leguntur. Per quod intelligitur qz mundi amatores/ carnalis vite cōstruunt municipium: quod ad vim ventorum z impet⁹ fluuij: facili impulsu velociter est subruendum. Notādum vero est: qz illi de quibus agitur/ de oriente venisse: z in campo sennaar habitasse perhibētur. Cū enim xp̄s vere sit oriens/ propheta attestante qui ait: Ecce vir oriens nomen eius: de oriente veniunt: qui a xp̄i cōsortio male viuēdo recedūt. Sennaar aūt interpretatur excussio dētiū/ siue fetor eorum. In campo ergo Sennaar habitant: qui positi nō i celsitudine virtutum: sed in planitie vitiorū: z detractionū morsib⁹ proximos lacerant: et in ociose vi-

Sion ecclesiam significat. — E — Joh.iij. — Perfectū nihil cōsequimur ex meritis. — Ciuis est quilibet hierusalē aut babylonis. — F — Zach.vj. — Sennaar quid representet.

G te volutabro iacētes/famie sue circūquaq; fetorē exha-
lant. Quorū dentes tunc omnipotens excutit: cū illorū
facta simul et verba confundit. Unde per prophetā scri-
ps.lvij. ptum est: Dentes peccatorū contriuisti. Et iterum: Dñs
conteret dentes eorū in ore ipsorū. molas leonū confrin-
get dñs. Nam de fetore eorū per alium prophetam scri-
Johel.j. ptum est: Computruerunt iumēta in stercore suo. Com-
putrescere est: carnales homines in fetore luxurie vitā
Esa.iij. finire. Et Esaias ait. Et erit pro suaui odore fetor/pro
zona funiculus. Quia nimirum hi prauī operis fetorem
emittunt/qui abiecto cingulo castitatis/funiculū inte-
Esa.v. runt lasciuie. De quibus dicitur per prophetā: Ve qui
trahit peccata sicut restem lōgam. Merito ergo qui in
Sennaar habitāt: de lateribus ciuitatē edificant: quia
qui terrenis dediti sunt voluptatibus carnis inseruiūt
de fragili materia mentis mutationē attollunt. Ceterū
qui contempta terrenarū opum cupiditate: et carnalis
vite abdicatis illecebris: per opera sanctitatis virtutū
in seipsis sanctificationem accumulant: hi profecto late-
res in lapides mutāt. Et neq; in arenis mundane confi-
dentie spiritualem structurā erigūt: sed in petra fidei(q
xps est) atriis nulli excidio obnoxia: ad similitudinē euā
gelice illius parabole cōstituūt. Talia pmirū recte cū
Esa.ix. Esaia possunt dicere: Lateres ceciderunt: sed quadris
lapidibus edificabimus. Sycomoros succiderunt: sed
cedros immutabimus. Lateribus quippe cadētib⁹/la-
pidibus quadris edificat: quisquis carnis lasciuiam di-
D scipline strictioris rigore castigat: qui membrorū legem/
mentis lege superat: qui corporis fortitudinē spirit⁹ vir
Esa.xl. tute cōmutat. Hinc nāq; per prophetā dicitur: Qui con
fidunt in dño/mutabūt fortitudinē. Qui vū nō dicit ac-
cipient sed mutabūt: aperte ostēdit: q; alia est fortitudo
que deponitur: et alia que nouiter inchoatur. Habent enī
sancti viri suam in hac carne positi fortitudinē: cū vel p
fide certātes/tormenta omnia constantie virtute despi-
ciunt: vel tētatiōes diabolicas armis spiritualibus p-
Cant.iij. tecti repellunt. De eis nāq; per Salomonem scriptū est:
En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt/ex
fortissimis israel. Lectulum quippe Salomonis fortes
ambiunt: q; intimam nostri redēptoris requiem: sancti
quiq; indefessa desiderij sedulitate cōtemplātur. Hinc
Prouer. de sancta ecclesia electorū dicitur: Fortitudo et decor in-
xxxj. dumentum eius. Qui enim ita se in virtutibus decorum
exhibet: vt tamen tentationum impugnationibus nō re-
pugnet: hic nimirū decore ad tēpus induitur: sed fortitu-
dine nequaq; vestitur. Quia vero sancti dei et ex operib⁹
iustitie fulgidi: et ex aduersariorū apparēt impugnatio-
Ibidem. nibus vestiti: recte de eis sub typo ecclesie dicitur: For-
titudo et decor indumentū eius. Quisquis ergo infirma
carnis fortitudine contēpta: in virile spirit⁹ robur ani-
mum excitat: quasi lateres in saxa quibus muri hierusa-
lem edificentur cōmutat. Possumus quoq; per hierusa-
I lem illā sanctā ciuitatē accipere/que ex viuis lapidib⁹
in celis construitur: et sicut sponsa ornata viro suo a deo
Gal.iiij. paratur. De illa nāq; dicit apostolus: Illa aūt que sur-
sum est hierusalē libera est: que est mater nostra. Que me-
rito dicitur libera: q; ab omni corruptionis molestia in-
uenitur aliena. Nec incōgrue hierusalē dicitur: q; verā
in seipsa pacem sine defectu experitur. Illa est enim ciui-
tas pacis in quā nullus hostis ingreditur: et ex qua nullus
ciuis egreditur. Ciuitas inquā cuius platee auro mun-
do struuntur: et in qua canticū leticie indesinēter canta-
Apo.xxj. tur. Que quidē (sicut scriptū est) nō eget sole neq; luna:
q; cū illam deus presentia sue claritatis illuminet: impos-
sibile est vt eā aliqua caliginis obfuscatio obscuret. De⁹
enī lux est: sicut ait in epistola sua Joannes apostolus:
j.Joā.j. et tenebre in eo nō sunt vlle. Et si tāta est claritas solis/
vt totā orbē suo terrā illuminet: quantū estimāda est dei
claritas: qui et ipsum solem cōdidit: et ei ad vtilitatē no-
stram hāc quā cernim⁹ luminis venustatē infudit? Hu-
ius igitur hierusalem muri edificātur: cū fideles ad vi-
tam predestinati/ad perfectionē iustitie deducūtur. Fi-
guram aūt hui⁹ ciuitatis illud Salomonis tēplum ex-
hibuit: in cuius edificatione lapidib⁹ extructa/mallei so-
nitus audit⁹ nō fuit. In sacris enim edificijs permāsu-
ri/adhuc foris per flagella tūdimur: vt in tēplo dñi post-
modum sine aliqua percussione discipline disponamur:
quatinus quicquid in nobis superfluū aut distortū est/mo-

do percussio resecet: et tunc sola in celesti edificio cōcor- D
dia veritatis liget. Nec mirū si tēplum eadē ciuitas di-
cat: que etiam tabernaculum dicitur: sicut scriptum est:
Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Apo.xxj.

Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblatio-
nes et holocausta: tunc imponēt super altare tu-
um vitulos.

¶ Edificata celesti hierusalem/sacrificiū dūtaxat iu-
stitie acceptū erit dño: q; ibi non erit opus offerri sacri-
ficium pro peccato. In hac enim vita q; in multis quo-
tidie delinquimus: oportet vt cōtriti cordis et cōtribula-
ti spirit⁹ deo sacrificiū offeram⁹. In resurrectiōe aūt/cū
corruptibile hoc induerit incorruptionē: et mortale hoc
induerit immortalitatē: nec vllus sanctorū peccare post-
modum poterit: nec quisq; ad deum pro peccato orabit.
In tantū nāq; peccatū delebitur: vt etiam pena peccati
omnino destruatur: sicut scriptū est: Absorpta est mors j.Cor.xv.
a victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors acu-
leus tu⁹? Stimulus eni mortis/peccatū est. Necessario
ibi peccatū deesse cōuincitur: vbi mortis aculeus nō in-
uenitur. Non igitur oportet ibi offerri pro peccato sa-
crificiū/vbi nec in cogitatione admittitur delictū. Sa-
crificium itaq; iustitie sancti in eterna vita deo offerēt:
q; in solo conditoris amore intēti: indefessas remunera- L
tori suo in leticia cordis laudes dicēt. Unde scriptū est
Beati q habitāt in domo tua dñe: in secula seculorū lauda- ps.lxxxiij
bunt te. Et iterū. Uox exultatiōis et salutis i tabernacu- ps.cxvij.
lis iustorū. Tūc electorū suorum oblationes deus acce-
ptas habebit: q; sanctas eorū meditatiōes nullius pra-
uitatis admixtio commaculabit. Holocausta nihilomi-
nus eorū accipiet: q; totū quod in eis erit/flāma diuine
charitatis accendet. Et tūc imponēt super altare tuū
vitulos. Altare dei filius est: de quo ipse dñs ait: Altare Exo.xx.
de terra facietis mihi. Quid est enim aliud altare de ter-
ra facere: nisi de dei filij incarnatione nō dubitare? Ip-
se est nanq; cui in hac vita cordium nostrorum sacrificia
imponimus: et in quo cogitationes illicitas one coalescāt Psal.
mactamus. Unde scriptū est. Beatus qui tenebit et allī- cxxxvij.
det paruulos suos ad petram. Ad petrā quippe paruu-
los nostros allidimus: cū oriētes motus illicitos imi-
tationis xpi intētione mortificamus. Scriptū est enim
Petra aūt erat xps. Ipse ergo est petra ad quā cogita- j.Cor.x.
tiones nostras tenemus: ipse altare cuius clemētie pec-
catorū victimas imponere presumimus. Denique pecca- j.Pet.ij.
ta nostra ipse portauit. Sup ipsum ergo vitulos in eter-
na vita sancti seipsos imponēt: q; per gratiā dei libera-
ti a lege peccati et mortis: q; nulli iugo legis postmodū
erūt subditi: totū attribuent gratie filij dei. Nullus enī Celum ne
hominum in celum ascenderet: nisi filius dei pro salute mini pate
nostra carnem sumpsisset. Uel certe vitulos super altare ret nisi fili
imponēt: cū deposita primi hominis vetustate/et morta- us dei car
libus exuti exuuijs: facti vituli: et innouati et puri in per- nem sum
petuū viuent. Quod si (vt premissum est) sm morale in- psisset.
telligentiā edificationē hierusalem accipere volumus:
huic quoq; versum eidem intellectui hoc modo conue-
nienter aptamus. Dictum est Dauid regi a dño: Non tu j.par.xvij.
edificabis mihi domum: q; vir sanguinū es. Postea ve-
ro filius eius rex nomine pacificus/et sapiētie gratiam M
a dño vltra mortales obtinuit: et tēplum mirifici operis
(sicut liber historiarū attestatur) deo israel edificauit.
In quo datur intelligi: q; dum cū hostilibus vitiorum
cuneis/virtutū oppositione cōfligimus: domū sapiētie
nequaq; edificare valemus. Ubi vero superatis aduersa-
riorum agminibus/et passionū depulsa barbarie/pacem
in nobis factā/omnibus mentis imperijs carne iam tē-
perante senserimus: tūc cordis nostri inuiolabile tēplū
dño construimus. In quo et sacrificium quod ex zelo iu-
stitie veritatem predicantes offerimus/deus accipiet:
oblatiōes sanctarū meditationū/et igne feruētis deside-
rij ardētium orationū holocausta assumit. Super alta-
re quoq; cordium nostrorū ponimus vitulos: si cornua
producentes et vngulas: et hereticorū scientias vtriusq;
testamēti auctoritate nouerimus cōminuere: et virtutes
a vitijs per studiū discretionis separare. Per vngulas Uitulorū
enim vitulorū/que finduntur/discretionē accipimus: per vngule di
cornua vero/vtriusq; testamenti precepta notam⁹. Uel scretionē
certe cornua producimus/si etiā in his que carnis sunt/ signant.

B

deo placere studeamus. Cornu nãq3 est de carne sit: car-
nem superexcedens durescit. Quisquis ergo carnis in-
firmitate deposita: etiam per carnis obsequium opera
virtutis effecerit: quasi cornua de carne producit.

¶ Prologus quarti psalmi penitentialis.

Oratio pauperis cũ anxiatus fuerit: et corã dño
effuderit precẽ suã. Quis est iste pauper/ cui᷒
in hoc psalmo notat oratio: nisi ille de quo ait

Phil.ij. Xps qui voluit esse pauper.

apostolus: Qui cũ esset diues: pauper pro nobis factus
est: Ipse enim vt nos diuitiis suarum efficeret partici-
pes: paupertatis nostre suscepit necessitates. Exinani-
uit nãq3 semetipsum/ formã serui accipiẽs: in similitudi-
nem hominũ factus: et habitu inuẽtus vt homo. Humi-
liauit semetipsum: factus obediens vsq3 ad mortẽ: mor-
tem aũt crucis. Sicut aũt pauper pro nobis factus est:
ita et pro nobis anxiatus est. Deniq3 et pro nobis est mor-

j.Cor.xv.

ti traditus: et pro nobis in ligno suspẽsus. Mortuus est
enim (vt ait apostolus) propter delicta nostra: et resurre-
xit propter iustificationẽ nostrã. Ex humana aũt natu-
ra habuit vt anxiaretur: et qua habuit etiam vt morere-

B

tur. Orat ergo caput nostrũ in psalmo hoc vt illuc redu-
camur per gratiam: vnde per primi parẽtis cecidimus

Oratio vnicuiq3 salutaris.

culpam. Potest etiam hec oratio cõuenire vnicuiq3 qui
pauperẽ se esse intelligit: et suarũ miseriam necessitatum
agnoscit: qui fallaces esse diuitias seculi istius conside-
rat: et q3 horrẽdum sit in manus dei viuentis incidere pẽ-
sat. Qui post tergũ reductis oculis cogitat vnde cecide-
rit: et circũspectis omnibus que imminent: quas inuene-
rit calamitates attendit. Hec itaq3 omnia ante mentis
oculos omnis pauper congerat: et pauperẽ xpm pro no-
bis anxiatũ considerans/ miseriarũ suarũ multitudinẽ
attendat. Quãta gloria in adam fuerit creatus recoli-
gat: et in his omnibus anxiatus/ non in oculis hominũ/
sed coram domino precem suam effundat/ dicens.

¶ Explanatio quarti psalmi penitentialis.

Domine exaudi orationem meam: et cla-
mor meus ad te veniat.

¶ In hac oratione quã exposituri sumus: quedam ipsi
attribuũtur capiti: quedã nostre conueniunt infirmita-
ti. Nec mirandũ si ea que nobis solũmodo cõgruũt/ qua-
si sine sua xps pronunciet. Unũ quippe corpus est tota
sancta vniuersalis ecclesia/ sub xpo Jesu suo videlicet

Col.j.

capite cõstituta. Unde ait apostolus: Ipse est caput cor-
poris ecclesie: qui est principium/ primogenitus ex mor-
tuis. Ipse est enim que per prophetã loquitur et dicit:

ps.xxvi.

Nunc exaltauit caput meũ: super inimicos meos. Pa-
ter enim filium/ qui est caput ecclesie: super inimicos ei᷒
exaltauit: cũ destructo mortis imperio/ in sue illum ma-

ps.cix.

iestatis equalitate cõstituit: cui et dixit. Sede a dextris
meis: donec ponã inimicos tuos: scabellum pedũ tuorũ.

Xps cum sua ecclesia est vera psona.

Xps itaq3 cũ tota sua ecclesia: siue q adhuc versat in ter-
ris: siue que cũ eo iam regnet in celis: vna psona est. Et
sicut est vna anima que diuersa corporis membra viuifi-
cat: ita totã simul ecclesiam vnus spiritussanctus vege-
tat et illustrat. Sicut nãq3 xps/ qui est caput ecclesie/ de

C

spiritusancto conceptus est: sic sancta ecclesia que corp᷒
eius est/ eodẽ spiritusancto repletur vt viuat: eius virtu-
te firmatur: vt in vnius fidei et charitatis cõpage subsi-
stat. Unde dicit apostolus: Ex quo totũ corp᷒ per nex᷒
et coniunctiones subministratũ et constructũ crescit in
augmentũ dei. Illud est corpus extra quod non viuifi-
cat spiritus. Unde dicit beatus Aug. Si vis viuere de
spiritu xpi/ esto in corpore xpi. De hoc spiritu non viuit
hereticus: non viuit schismaticus: nõ viuit excõmunica-
tus: non enim sunt de corpore. Ecclesia aũt spiritũ viui-
ficantẽ habet: q3 capiti suo xpo inseparabiliter adheret.

j.Cor.vj.

Scriptũ est enim: Qui adheret dño/ vn᷒ spiritus est cũ
eo. Pro mẽbris itaq3 orat caput in hoc psalmo vt corpo-
ris sui orationẽ deus pater exaudiat: et vt ei᷒ clamor ad
diuine maiestatis aures ascendat. Quotidie enim orat

Col.iij.

xps pro ecclesia, de quo testat᷒ apostol᷒ Paulus: Quia
sedens ad dexterã patris/ interpellat pro nobis. Deniq3
et ipse est propitiatio p peccatis nostris. Pot aũtẽ hec
oratio vnicuiq3 cõuenire fideli: qui a deo postulat in bo-
no perseuerãtiam: et ex sancti desiderij q3 etiam irremisse

Clamor est et bon᷒ et malus.

operationis emittit clamorẽ. Clamor aũtẽ aliquãdo in
bona: aliquando in mala significatione accipitur. Cla-

mat enim iustus cum operatur iustitiam ex desiderio.

D

Clamat et impius cum peccatũ adiungit peccato. Cla-
mabat Moyses cũ populum de egypti aca seruitute libe-
ratũ/ ad terrã promissionis per desertum deduceret. Cla-
mabat et populus gomorreus: cum ex frequẽtissima pec-
cati perpetratione deum ad iracũdiam prouocaret. De-
niq3 et Moysi tacenti dictum est a dño: Quid clamas ad

Exo.xiiij.

me: Et de illis ait dñs: Clamor sodomorũ et gomorreo-
rum ascendit ad me. Unde quidã nos admonet dicens:
Auferatur clamor de medio vestrũ. Hic aũtẽ p irremis-
sa operatione clamor accipitur/ cũ dicit [Clamor meus
ad te veniat.] Notandum vero est q cum premisisset ex-
audi orationẽ meã/ statim adiecit [et clamor meus ad te
veniat.] Illi enim a dño exaudiri merentur qui diuini
zelo amoris accensi: omnia que possunt bona operãtur.
Nam qui peruersis actionibus assuetus/ operib᷒ iniqui-
tatis inuigilat: nequaq3 dignus est exauditiõe cũ orat.

Mat.vij.

Hinc nãq3 per semetipsam veritas ait: Non ois qui di-
cit mihi dñe dñe: intrabit in regnũ celorũ. Si volumus
igitur vt ad aures dei nostra perueniat oratio: studea-
mus necesse est vt ab omni admixtiõe prauitatis nostra
mundetur operatio: vt possimus deo cum propheta di-
cere [Clamor meus ad te veniat.]

Nõ auertas faciem tuam a me: in quacũq3 die
tribulor inclina ad me aurem tuam.

¶ Ad similitudinẽ dñorũ dictũ est: qui cũ pro aliculus

Dominus suos irascẽs quid facit

suorũ culpa grauiter offenduntur: solent eũ a conspectu
suo expellere: et a familiarium ministerũ collegio separa-

E

re: et supplicante faciem auertere: rogãti veniam denega-
re. Deus vero licet cũ superbiendo ab eo auertimur: a no-
bis per iustitiam auertatur: tamen cũ humiliter ad eum
conuertimur/ ad nos per misericordiam cõuerti non de-

Mis dei est benignissima.

dignat. Ipse est enim qui dicit: Conuertimini ad me/ et
ego cõuertar ad vos. Et iterũ. Si impius egerit penitẽ-
tiam de omnibus peccatis suis que operatus est: et fece-

Eze.xviij.

rit iudicium et iustitiã: vita viuet/ et non morietur. Om-
nium iniquitatũ eius quas operat᷒ est/ nõ recordabor:
in iustitia sua quã operatus est viuet. Ecce patet nobis
sinus misericordie dei. Quare misericordiã dei a nobis
excludimus: quare vocationẽ ei᷒ audire dissimulam᷒?
Non enim solum a conuersis non auertitur/ sed etiam
auersos vt conuertantur hortatur. Hinc est enim quod
per prophetam dicit: Si dimiserit vir vxorem suam/ et
illa recedens duxerit virum alium: nunquid reuertetur
ad eam vltra: Nunquid non polluta et contaminata erit

Hiere.iij.

mulier illa: Tu aũt fornicata es cum amatoribus tuis
multis: tamen reuertere ad me: dicit dñs. Mulieris de-
relicte et fornicãtis similitudinẽ adducit: vt eius cogno-
scamus pietatẽ: et sciamus eo nos illum grauius offen-
dere/ quo non cessat nos etiam post delictũ vocare. Hec
aũt vocatiõis dei clementia parte exprimit/ cum homi-

Esa.xxx.

ni auerso per alium prophetã dicitur: Et erũt oculi tui
videntes preceptorẽ tuũ: et aures tue audient vocẽ post

F

tergũ monẽtis. Ille enim corã positus verba dei perci-
pit: qui antequã peccatũ perficiat: volũtatis eius precepta
cognoscit. Quasi enim adhuc ante faciem eius stare est:
necdũ cum peccãdo contẽnere. Ceterũ si abiecto timore
dei iniquitatẽ operari ceperit: quasi tergũ in faciem ei᷒
mittit. Sed et post tergũ subsequẽs deus ablicẽdem ad-
monet: qui etiam nequitia pperrata ad se eũ reuerti plus
dct. Audiam᷒ ergo vocẽ post tergũ monentis: et ad inui-
tantem nos deum/ saltem post peccata/ reuertamur: vt
si iustitiam vindicãtis formidare negligimus/ saltẽ vo-
cantis et miserentis pietatẽ erubescamus. [In quacũq3
die tribulor inclina. &c.] Ecce iam caput nostrũ sedet a
dextris dei: et tñ se dicit tribulari. Ubi ergo tribulatur/
nisi in corpore: Nam q in corpore tribuletur/ manifeste

Act.viij.

ostẽdit cũ Saulo psecutori dixit: Saule saule quid me
persequeris: Et Petro ait: Uenio romã itez crucifigi.
Qui enim in seipso iam pridẽ crucifixus fuerat in Pe-
tro iterũ se crucifigẽdũ dicebat. Sũt aũt in electorũ cor-
dibus etiam alia tribulatio quã in eis generat cõtinua
penitentie amaritudo. Qui enim mala que cõmisit/ ante
mentis oculos cõgerens/ pro singulis quibuscũq3 cõpũ-
gitur: in arcano cordis magna et amara doloris et me-

Consueto do bona viri electi

tus anxietate ptribulatur. Solent itaq3 electi viri ad ea
quorũ sibi sunt conscij peccata/ mẽtis intuitũ reducere:

et modis eorũ cauta singulatim cõsideratione pspectis: singula queq̃ deflere: vt hoc modo cordis sui prepararet habitaculũ: dum per vnũquodq̃ erroris sui deplorãt ex cessum. Hinc nãq̃ Hieremias ait. Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Diuisas quippe aquas ex oculis deducere / est dispertitas lachrymas vnicuiq̃ peccato tribuere: et iniquitatis gaudia satisfactionis doloribus compẽsare: quatinus dũ nunc huius / nunc illius delicti memoria mens acrius tãgitur: simul de omnibus singu lis amore purgetur. Quod vero ait: [Inclina ad me au rem tuã:] tale est: quasi dicat. Eger sum: nõ possũ me eri gere ad te: q2 non est hominis dirigere viam suã. Sed tu more fidelis medici / inclina ad me aurẽ tuã. Inclina au rem: q2 non erigo ceruicẽ. Scio enim q2 si me erexero / lõ gius discedis: si humiliauero / ppius accedis. Sicut em humiliato appropinquas: ita te ab elato elongas. Ideo ergo tribulor: vt ad me inclines aurem tuam.

Margin: G · Threñ.j.

In quacunq̃ die inuocauero te: velociter ex audi me.

¶ Nõ iam terrenus terrena desidero: sed a prima capti uitate liberatus / celestia pcupisco. Exaudi ergo me orã tem non pro diuitijs seculi: nõ pro gloria tẽporali: nõ p fecũditate pignorũ: nõ pro morte inimicorũ. Velociter aũt exaudi: vt in me adimpleas qđ dixisti: Adhuc loquente te / dicam ecce assum. Multi vocant deum: sed non inuo cant: q2 labijs tantũmodo / non cordis affectu orare pro curant. Qui vero deum toto corde desiderat / cõfidenter clamat: [In quacũq̃ die inuocauero te / velociter exau di me.] In die inuocat / qui in mẽtis puritate deum exo rat. Cuius iustitia cũ vias suas dño reuelauerit / sicut lu men educitur: et iudicium (sicut ait propheta) tanq̃ me ridies illustrat. Unde et scriptũ est. Sentite de dño in bo nitate: et in simplicitate cordis q̃rite illum. Cordis enim simplicitas dies est: quã fraus non obnubilat: non obte nebrat mẽdacium: nõ obscurat inuidia: non obfuscat do lus: quã lux veritatis illuminat: presentie diuine claritas illustrat. Scriptũ est enim: Cum simplicibus sermocina tio ei9. Deo aũt sermocinari est: per sue presentie illumi nationem humanis mentibus voluntatis sue arcana re uelare. Cum simplicibus igitur deus sermocinari dici tur: q2 illorum mentes de arcanis celestibus sue inspira tionis claritate illuminat: quos nulla caligo duplicita tis obnubilat. Quo cõtra de non simplicibus dicitur: Ui rum sanguinum et dolosum abominabitur dñs. Et Sa lomon ait. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum: et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu. Con stat ergo quia istos inhabitando illuminat: illos recedẽ do excecat.

Margin: H · Sapie.j. · Puer. xvj. · Ps.v. · Sapie.j. · I

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.

¶ Spectat hoc ad id quod dixit: velociter exaudi me. Quasi diceret. Opus est vt velociter me exaudias: quia dies mei defecerũt / videlicet ad defectũ velut fumus de uenerunt. Per dies suos hic vult intelligi omne tẽpus quo mãdata dei postposuit: et funestis perituraꝝ rerum accensus desiderijs: sibi non deo militans carnaliter vi xit. Habet enim in hac vita diem suã anima peruersa: que transitorio gaudet in tempore: et letifera carnalis delecta tionis perfruitur iocũditate. Hinc est q2 saluator noster preuaricatrici hierusalem / destructionis sue iustum excĩ dium comminans ait. Et quidẽ in hac die tua / que ad pa cem tibi. Diem etenim suã ille tunc populus habebat: q2 in rerũ labentiũ opulentia cõfidens: quiete et successu gau debat. Cuius nimirum oculos prosperitas clauserat: vt nec visitationis sue tẽpus cognosceret: nec imminẽtium malorũ contritionẽ videret. Sicut enim cordis oculos flagella aperiunt: sic mẽtis aciem aliquotiens successus prosperi retũdunt: adeo vt seipsam mẽs cognoscere non valeat: quã prosperitatis mũdane oblectatio captiuat. Hinc nãq̃ Salomon ait: Auersio paruuloꝝ interficiet eos: et prosperitas stultorũ perdet eos. Israeliticũ ergo populum prosperitas pdidit: cuius in die sua oculos ne futuri excidij vastitatẽ cognosceret / clausit. Hec est dies de qua Hieremias ait: Diem hominis non desideraui. Dicat et fidelis anima. [Defecerũt sicut fum9 dies mei.] Fumus sicut est oĩbus notũ in altũ quidẽ se in primis erigit: sed cito deficiẽs / quasi nõ fuerit euanescit. Sic ni

Margin: Alia puer sa hs hic diem suã. · Puer.j. · Hier.xvij.

mirum si humana supbia cũ rerũ opulentia intumescens / se in altũ extulerit / a statu sue celsitudinis corruens / ad ima ruit. Hinc nanq̃ per semetipsam veritas ait: Omnis qui se exaltat / humiliabitur: et qui se humiliat / exaltabit. Hinc p prophetã scriptũ est: Uidi impium superexalta tum et eleuatũ sicut cedros libani. Et trãsiui / et ecce non erat: quesiui eũ / et nõ est inuẽtus locus ei9. Qua in re per pendendum est / quo peruersorũ potẽtia qualiter destruitur: quorũ nec locus quidẽ post modicũ inuenitur. Sequitur. [Et ossa mea sicut cremium aruerũt.] Per ossa / robur et intelli gentiam possumus accipere: q̃ quasi sicca remanẽt: dum sectorũ et virtutũ pinguedinẽ nõ habẽt. De qua profecto pinguedine dicit propheta: Sicut adipe et pinguedine re pleatur anima mea. Uel per ossa / fortiores qui sunt in ec clesia accipimus: q2 sicut p ossa corpus nostrũ vegetatur ita per illos corpus xp̃i / qđ est ecclesia / regitur et sustẽtatur. Habet enim et corpus xp̃i carnẽ suã: infirmos scz / virtu tum carẽtes fortitudine: qui pfectorũ indigẽt sustẽtatio ne. De hac carne in psona xp̃i recte p Iob dicitur. Pelli mee / cõsumptis carnib9 / adhesit os meũ. Quod nimirũ i passione xp̃i impletũ est: qñ discipulis fugientib9 mulie res steterũt: et vsq̃ ad crucẽ secute sunt. Sicut enim: q2 in corpore hominis pellis exterius eminet: caro vero os sibus introrsus adheret. Pelli ergo cõsumptis carnib9 os xp̃i adheret: q2 fugientibus et dubitãtib9 apostolis / q̃ ei familiarius astiterãt: mulieres que quasi remotiores esse videbãtur: nec a cruce suspẽsi / nec a sepulti monumẽ to discedebãt. Quia vero sancti viri imperfectis delinquẽ tibus cõdolentes / eorũ infirmitati cõpatiuntur: recte nũc dicitur. [Ossa mea sicut cremiũ aruerũt.] Quod euiden ter ostẽdemus: si vnũ exẽplũ ad mediũ deduxerimus. Ui deamus vnũ de ossib9 xp̃i quomodo cũ infirmãtib9 infir metur / cũ dolentib9 doleat / cũ ardẽtib9 ardescat. Ait enĩ Quis infirmatur: et ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur et ego nõ vror? Uides quomodo omniũ in se infirmitates trãstulerat: omniũ casus velut proprios deflebat. Ideoq̃ ait: Ut lugeã oĩs qui peccauerũt: et nõ egerũt penitentiã. Denique et oĩb9 omnia factus est: vt oĩs lucrifaceret. Ossa ergo sicut cremiũ consumpto adipe arent: cum pfecti quã carnã sũt infirmitatib9 cõdolent: et se quasi spirituali pin guedine estimant vacuos: dũ illos aspiciunt virtutum auxilijs destitutos. Cuius infelicitatis causam manife ste aperit / cum subiungit.

Margin: K · Lu.xiiij. · Ps.xxxvj. · Ps.lxij. · Iob.xix. pelli mee cõsũpti et c. notabilis expositio. · L · ij.Cor.xi. · j.Cor.ix.

Percussus sum vt fenũ: et aruit cor meũ: quia oblitus sum comedere panem meum.

¶ Scriptũ est in Esaia: Oĩs caro fenũ: et oĩs gloria ei9 quasi flos agri. Et rursum: Uere fenũ est populus. Ho mo nãq̃ feno cõparabilis est: q2 p natiuitatẽ viret in car ne: p iuuẽtutẽ cãdescit in flore: per mortẽ aret in puluere. Ipse est enim (Iob attestãte) qui quasi flos egreditur et cõterit. Percussit mors et vix iido / q̃ ad oĩs homines ex iuste dãnationis sententia puenit: ex primi hominis peccato descẽdit. Unde et apostolus ait. Per primũ hominẽ petiũ intrauit: et p pctũ mors: et ita in oĩs homines mors ptrãsijt. Homo ergo qui si in creatoris obedientia psistisset posset ineternũ viuere: propter inobedientie culpã pcus sus est mortalitate. De qua nimirũ pcussione in hoc loco dicitur. [Percussus sũ vt fenũ / et aruit cor meũ.] Quia q̃ prim9 hõ peccãdo mortẽ incidit: ppagata generis huma ni successio a rationis intime viriditate cõsequenter exa ruit. Quare aũt cor hũanũ ab illo aruit virore in quo cõ ditũ fuit / subdẽdo manifestat. Ait enim. [Quia oblit9 sũ comedere panẽ meũ.] Panẽ suũ in paradiso prim9 hõ cõ ditus habuit: q̃diu incõcusso mẽtis vestigio cõditoris sui pcepta seruauit. Panis aũt eius fuit visionis diuine delectatio / verbi dei saturitas / interne quietis gaudiũ / lu cis inaccessibilis splẽdor / sapientie refectio / angeloꝝ so cietas / amor dei / iubiliũ spũs / contẽplationis suauitas / collocutionis desideriũ / securitas mẽtis / presentia crea toris. Quẽ panẽ tũc pfecto pdidit: cũ serpẽtis suggestio ni cõsensit. Transgressor ẽni veritũ: oblit9 est pceptũ. Unde factũ est vt q̃ tenebat arcẽ beatitudinũ: in lacũ laberet mi seriarũ. Et q̃ intime reficiebat suauitate dulcedinis / pa nẽ postmodũ manducaret doloris. Quisquis ergo illius portat imaginẽ / fact9 est de terra terren9 / panẽ suũ come dere obliuiscit: q2 terrene voluptatis capt9 illecebris / in verbo dei nõ delectaẽ. Panis etenĩ noster / verbũ dei est.

Margin: Esa.xl. hõ feno cõparatur · Iob.xiiij. · Rom.v. · M · Panis p̃mi hois. · Panis noster est verbũ dei

Luce.iiij. A

Hinc nanq; per semetipsam veritas ait: Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Sequatur ergo obliuionem cōmemoratio: et esuriem refectio comitetur: vt panē illum qui de celo descēdit mā-ducātes: et penā euadamus mortis perpetue: et vite participemus eterne: sicut dñs ait in euāgelio. Si quis mā-ducauerit ex hoc pane / viuet ineternum.

Joan.vj.

A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee.

¶ Arescēte corde propter panis et vini inopiā et obliuione / vox gemitus emittitur: qr vbi a desiderio vite eterne defecerit intētio: consequēter de corde procedit malarū cogitationū vociferatio. In qua nimirū os adheret carni: si ratio subigitur delectationi. Que nimirū vox gemitus dicitur: qr per eā ad tristitiam puenitur. Aut enī in hac vita generat dolorē penitētie: aut in futuro cruciatū parit vindicte. Possumus quoq; per vocē gemitus / vocē serpentis accipere: qua primis hominib⁹ vt de interdicto gustarēt persuasit: eosq; deos futuros fraudis sue dolositate promisit. Illa est enim vox gemitus per quā oēs peccauimus: per quā mortales et passibiles facti sumus. Vox per quā a celestibus gaudijs cecidimus: et in valle lachrymarū exulam⁹. Per hanc vocē os carni adhesit: qr Adam eue cōsensit. Habet in se vnusquisq; adā et euam. Sicut enim in illa prima hominis trāsgressione suggessit serpens: delectata est eua: cōsensit Adā: sic et quotidie fieri videm⁹ / vbi suggerit diabolus: delectatur caro: consentit spūs. Nos quippe cū tentamur / plerūq; in delectationē / aut etiam in cōsensum labimur. Sicut aūt peccatū illud subsecuta est mors: sic et peccato consentiens moritur anima: qr a vita sua / que deus est / separatur. Mortui enī sumus / quādo implemur ossib⁹ mortuorū. Mortu⁹ est sermo malus: qui ex ore nostro procedit. Scriptū nāq; est: Sepulchrū patēs est guttur eorū. Habemus aūt portas p quas mortui efferimur: corporis videlicet sensus: de quib⁹ ait propheta: Qui exaltas me de portis mortis. He sunt enī porte p quas mors ingredit: et p quas mortu⁹ effert. Nā q p illas mors ingrediatur: testat alius ppheta / qui ait: Intrauit mors per fenestras nostras. Qui enī vidit mulierē ad cōcupiscendū eā: mortē per oculorū fenestras admisit. Qui vero seminat inter fratres discordias: et iniquitatē in excelso loquitur: per oris portā mortuus effertur. Et quidē mihi hoc significare videtur iuuenis extra ciuitatis portā delat⁹: quē suscitauit Jesus. Signat enim hominē delectatiōe mortuum: et per praui operis iudicia iam extra portas perlatum. Obsecro domine Jesu vt cunctas mee ciuitatis portas iustitie facias: vt ingressus in eas / confitear nomini tuo / tueq; maiestati / cū iustis per eas intrantibus: vt mors ibi aditus ingressum non habeat: passio non dominetur: sed occupet salus muros eius / et portas illius laudatio.

Adā et euā vnusquisq; habet.

B

Ps.v.

Ps.ix.

Porte mortis sūt sensus nri.

Hier.ix.

Matth.v.

Luce.vij.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.

C

¶ Pellicanus auis est amans solitudinē / in qua venenatis animalib⁹ vescitur: et ideo per eā peccator designatur: qui in deserto huiusmōdi corde habitās: et noxijs istius vite captus illecebris / veneno delectatur diabolice persuasionis. Nycticorax / qui alio nomine bubo dicitur: in dirutarū domorū edibus moratur. Solet aūt nocte cantū cantare: per quod notātur hi qui in tenebroso tripudiant opere: et in medium suorū exultāt destructione. Sed qr sagena ecclesie missa in mari presentis seculi / nō solum malos pisces colligit: sed etiam bonos trahit: recte nunc dicitur.

Vigilaui / et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

¶ Vigilat qui ad aspectū veri luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat qui seruat operādo quod credit: sicut scriptū est. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua. Vestimētū tuū / fides tua est. vestimentū tuū / operatio tua est. Custodi ergo ne diripiāt alieni laborē tuū: ne denuderis: et appareat ignominia tua. Esto sicut passer solitarius in tecto. Per passerē que cauta et querula auis est et in domib⁹ nidificat: recte homo intelligit: qui

Apoc.xvj.

Passer hominē prudētē notat

in excelsis habitans: et solitudinē incolens: pro peccatis suis clamare non cessat. Prudentis enim et circūspecti viri est et in alto nidū ponere: et pro peccatis plorare: et solitudinē inhabitare: quatinus in opere terrena non appetat: et in lamentis veniā acquirat: et in habitatione interiorum strepit⁹ cogitationū effugiat: vt possit dicere cū propheta. Elongaui fugiens / et mansi in solitudine. Vel etiam caput nostrū / pellicanus fuit solitudinis: quādo natus est in iudea: que erat sola ciuitas plena populo: prophetis videlicet et iustis orbata: et spiritussancti virtute destituta. Nycticorax extitit: quādo his qui in tenebris erant / regnū dei euāgelizauit. De illo nāq; scriptū est: qr lux in tenebris lucet: et tenebre eam non cōprehenderūt. Si enim cognouissent: nunq; dñm glorie crucifixissent. Per domiciliū iudeos intelligimus: qui ex parte diruti erāt / et ex parte stare videbant: p eo q circūcisionē tenentes: legē et pphetas habebāt: sed in cū quē pphete in carne venturū predixerant: nequaq; credebant. Stabāt quidē in eis parietes carnalis obseruātie: sed corruerat tectum fidei et discipline. Occiderunt ergo vitā mortui: et lucē tenebre extinxerunt. Sed quid vltra fecerit audiamus. [Vigilaui / et factus sum sicut passer solitari⁹ in tecto.] Vigilauit / qr a mortuis resurrexit. Qui enim dormiuit in morte / vigilauit in resurrectiōe. Hinc nāq; ait: Ego dormiui et somnum cepi / et resurrexi. Hinc Jacob in benedictione ait: Catulus leonis iuda. ad predā fili mi ascēdisti: requiescēs accubuisti vt leo: et quasi leena. Quis suscitabit eū: Quis est iste catulus leonis / nisi ille de quo in Apoca. ad Joānem dr: Vicit leo de tribu iuda: Qui ad predam ascēdit / qr fortem armatū fortior superueniēs expugnauit. Arma ei⁹ abstulit: qr iure illo qd in hoib⁹ habere videbatur / eum priuauit. Ille enim dum ambijt illicita: pdidit acquisita. Spolia quoq; ei⁹ distribuit: quia vasa ire fecit vasa misericordie. Hinc ergo leo requiescens accubuit: qr mortem sponte subiuit. Sed nullus eum suscitauit: quia per diuinitatis sue potentiam ipse a mortuis resurrexit. Et quia post resurrectionem suam in celum ascendit: recte cum premisisset vigilaui: subiecit: [Et factus sum sicut passer solitarius in tecto.] quia solus inter mortuos liber / cum patre regnat in celo. Vnde et ait: Nemo ascendit in celum: nisi qui descendit de celo / filius hominis: qui est in celo. Ferunt philosophi q pellicanus filios suos statim vt nati sunt / interficit: postea vero per triduum multo dolore se afficit: et sic quodāmodo nature affectū ostēdit. Postea vero mater seipsam vulnerat: eosq; sanguine suo resuscitat. Quis vero pater noster et mater: nisi mediator dei et hominum homo christus Jesus: qui occidit in nobis omnem iniquitatem: vt meliorem inueniamus resurrectionem: sicut ipse ait: Ego occidam / et ego viuere faciam. Et de eo per prophetam scriptum est: Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos. Clamat adhuc in solitudine caput nostrum vel mēbrum eius / cum eos vocat qui nondum agnouerunt veritatem. Clamat in domicilio: dum eos ad penitentiam qui ceciderūt inuitat. Clamat in tecto / cum admonet vt foras mittamus timorem. Vnde in euangelio discipulis ait. Que in aure auditis / predicate super tecta.

D

Ps.liiij.

Threñ.j.

Joan.j.

j.Cor.ij.

E

Ps.iij.

Gen.xlix. Xpo dr catul⁹ leonis

Apoc.v.

Joan.iij.

Pellicani natura.

Deu.xxxij.

Osee.vj.

F

Matth.x.

Tota die exprobrabāt mihi inimici mei: et qui laudabant me / aduersum me iurabant.

¶ Quid iniquius: Venerat filius hominis querere et saluum facere quod perierat. Venerat inquam vt auferret gemitum dolentium: vt reconciliaret nos deo: sed iudei quos iniquitatis sue caligo excecauerat: p bonis mala retribuentes / illum quasi hostem oderāt: eiq; maledictionis conuitia exprobrantes inferebant cum dicerēt: Demonium habes. et cetera insanie deliramēta / que euāgeliorum liber continet. Qui et si et aliquando extrinsecus blandirentur / intrinsecus seuiebant: sicut hi qui eū capere in sermone volentes dicebant: Magister scimus quia verax es: et viam dei in veritate doces: et non est tibi cura de aliquo. Magistrum eum vocabant qui venerant non discendi intentione / sed nocēdi cupiditate. Nam q ita se res habeat / veritas manifestat: cū tentatores eos et hypocritas vocat. Quasi ergo aduersum eum iurauerant: qui ex consilio contra eum mendacia confingebant. Toto etiam vite huius tempore / veritatis ini-

Judeorū malitia.

Luce.viij.

Mat.xxij.

X

G
inici ecclesie dei exprobant: cum eam heretica prauitate
aut morum dissimilitudine impugnant. Plerique aut in
causa dei subdole et fallaciter intendentes / et esse se in cor
pore xpi simulant: et pacem ecclesie dei occulta machina:
tione perturbant. De quib⁹ profecto hic dicit: [Qui lau:
dabant me / adversum me iurabant.] Hi sunt qui veniunt

Mat. vij.
ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus aut sunt lupi ra
paces. Qui in verbis quidem socialem videntur habe:
re mansuetudinem: in corde vero hostilem gestant furo:

Simo̅ ma gus fuit ab apl'is bap tizatus. Act. viij.
rem. Talis erat ille simon magus ab apostolis baptiza:
tus / sed postea ab apostolorum principe propter nephan:
de venalitatis ambitione̅ reprobatus. Unde et dictum
est ei. Non est tibi pars in sermone isto. Dum enim spiri:
tus sancti gratiam precio comparare voluit / a doctrina
christi miser se alienauit. Ipse namque preceperat dicens:

Matth. x.
Gratis accepistis: gratis date. Hec est inquam heresis:
que ipsa nascentis ecclesie rudimenta temptauit: et ante ali:
as hereses prima apparuit. Cuius erroris vesania licet
extunc damnata fuerit: postea tamen in ecclesia germi:
ne pestifero pullulauit. Nostris vero maxime tempori:
bus malitie sue virus exercuit: et totius ecclesie pacem
schismatica infestatione turbauit. Concitauit enim ad:
uersus ecclesiam dei non solu̅ innumerabile̅ populi mul
titudinem / verum etiam regiam (si phas est dicere) po:

Regis ini qui condi tiones.
testate̅. Nulla enim ratio sinit vt inter reges habeatur /
qui destruit potius q̅ regat imperiu̅: et quoscunque habere
pot perversitatis sue socios / eos a consortio xpi efficit alie:
nos. Qui turpissimi lucri cupiditate illectus: sponsam

H
xpi captiua̅ cupit abducere: et passionis dn̅ice sacramen:
tum ausu temerario conte̅dit euacuare. Ecclesiam quip:
pe qua̅ sui sanguinis precio rede̅pta̅ saluator noster vo:
luit esse libera̅ / hanc ille potestatis regie iura transcende̅s
facere conatur ancillam. Quanto melius foret sibi dn̅am
sua̅ esse agnoscere: eique religiosoru̅ principu̅ exe̅plo deuo
tionis obsequiu̅ exhibere: nec contra deu̅ fastu̅ exte̅dere
dn̅ationis / a quo sue dn̅ium accepit potestatis: Ipse est

Puer. viij.
enim qui ait: Per me reges regna̅t. Sed imme̅se cecat⁹
cupiditatis caligine: et diuino (vt patet) ingrat⁹ bn̅ficio:
et co̅tra deu̅ fastuosus: terminos q̅s posueru̅t patres nr̅i:
conte̅pto diuino timore transgreditur: et co̅tra catholica̅
veritate̅ sue furore tyra̅nidis efferatur. Intantu̅ aut sue
temeritate̅ exte̅dit vesanie: vt caput omniu̅ ecclesiarum
romana̅ ecclesiam sibi ve̅dicet: et in dn̅a ge̅tium terrene
sus potestatis vsurpet. Qd̅ omnino ille fieri prohibuit /
qui hanc beato Petro apl'o specialiter co̅misit dicens:

Mat. xvj.
Tibi dabo ecclesiam meam. Obstruatur ergo os loque̅
tium iniqua: et omnis hereticorum acies obmutescat: q̅
nullas vires habet mendacium: quod ipsius voce veri:
tatis inuenitur destructum. Sequitur.

Quia cinerem tanq̅ panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam.

I
¶ Et hoc maxime scribe et pharisei rede̅ptore̅ nostru̅
criminabant: q̅ publicanos et pctores no̅ solu̅ no̅ respue:
bat: sed etia̅ cu̅ illis in cibo et potu co̅municabat. Unde

Mat. ix.
quida̅ coru̅ indigne ferentes dicebant: Quare cum publi
canis et peccatoribus ma̅ducat et bibit magister vester?
Sed ille qui non iustos sed peccatores vocare venerat /

Ibidem.
quid dicebat? Non est opus sanis medicus: sed male ha
bentibus. O imme̅sam dei clementia̅. O inestimabilem
gratie charitate̅. Illos volebat curare / qui salute̅ nole:
bant habere: qui aduersus salute̅ sua̅ armati et phrenetico
ru̅ more medicu̅ incusantes: volebant potius ex infirmi:
tate morte̅ incurrere / q̅ vita̅ ex salute inuenire. Sed cine
res rede̅ptor noster ma̅ducabat: q̅n in corpus suum eos

Iudei era̅t ci: neres.
traijciebat. Cineres na̅que era̅t: q̅ du̅ principe̅ tenebraru̅
magis q̅ auctorem sequerent luminis: in eoru̅ cordibus
quasi extinct⁹ fuerat diuini prorsus ignis amoris. Cine
res inqua̅ era̅t / videlicet nullo apti vsui: et sine charitatis
glutino oi̅no dissoluti. Quis no̅ has miret misericordie
dei diuitias? Quis iam de remissione pctoru̅ desperet?
Quis non credet se si conuertat / venia̅ co̅sequi: cum au:
diat etia̅ incredulos tanta benignitate admitti? Unde

Ro. viij.
ait apostolus: Si eni̅ cu̅ inimici essemus / reco̅ciliati su:
mus deo per morte̅ filij ei⁹: multo magis reco̅ciliati sal:
ui erimus ab ira p ipsum. Quia ergo rede̅ptor noster in
mu̅du̅ veniens / vasa ire fecit vasa misericordie: et omni:
bus ad se venie̅tibus pietatis sue sinu̅ aperuit: recte nu̅c

R
dicit. [Quia cinere̅ tanq̅ pane̅ manducaba̅: et potu̅ meu̅
cu̅ fletu miscebam.] Que aut esuries eius vel sitis fuerit /

Ioa̅. iiij. Io̅. v.
ipse euide̅ter ostendit / cu̅ ait: Meus cibus est vt faciam
volu̅tatem patris mei qui misit me. Et iteru̅. Me opor:
tet operari opera patris mei q̅ misit me / donec dies est.
Uenit nox / quando nemo operari potest. Que sunt hec
patris opera: que in die dicit et no̅ in nocte opera̅da: nisi
salutifera agri intellectualis cultura? Ipse est eni̅ homo
qui seminauit bonu̅ seme̅ in agro suo: ad cuius culturam

Mat. ix.
postea operarios destinabat: cu̅ diceret. Messis quide̅
multa: operarij aut pauci. Rogate ergo dn̅m messis: vt
mittat operarios in messem sua̅. Quis sit ergo iste ager /
ipse ostedit / cu̅ agru̅ mu̅du̅ / et seme̅ dixit esse verbu̅ dei. Se:
minauit ergo vt meteret: messuit vt ma̅ducaret. Huius
agri fructu̅ q̅tidie colligit: et quasi eo pascitur / cu̅ electo:
ru̅ profectib⁹ delectatur. Unde spo̅sus in ca̅ticis ca̅tico:

Cant. v.
ru̅ dicit: Comedi fauu̅ cu̅ melle meo. Habet iste bo̅ et vi:
nea̅ / scta̅m videlicet ecclesia̅: ad qua̅ excolenda̅ p̅mo ma:
ne operarios misit: et postea singulis quibusq̅ te̅porib⁹
mittere non cessauit. Patet ergo q̅ sicut agru̅ excoluit
vt comedat: ita vinea̅ pla̅tauit vt bibat. Bona vinea / que
vuaru̅ decorata colorib⁹ / et dilectionibus ac perseueran
tie palmitibus propagata: regi omniu̅ suaue̅ in fructib⁹
suis haustu̅ prebet. Bona inqua̅ vinea / que potest dicere

Cant. viij.
Uinea fui pacifico: in ea que habet populos. Que est il:
la que habet populos: nisi scta̅ ecclesia p totu̅ orbe̅ diffu:
sa? Illa na̅que habet populos: q̅ ex omni parte terraru̅ re:

L
cte crede̅tes co̅tinet. In hac ergo solu̅modo elect⁹ quis:
q̅ vinea efficitur: q̅ nullu̅ aliqua̅do fructu̅ ferre poterit /
qui ab vnitate ecclesie discedit. Eo eni̅ deo poculu̅ sub:
trahit: quo hereticoru̅ inepte garrulitati co̅sentit. Quid

Ioan. iiij.
enim sitit deus nisi fide̅ nostra̅? Unde et a muliere sama:
ritana quesiuit bibere: de cuius eu̅ no̅ legim⁹ aqua bibis
se: sed spirituale̅ potu̅ ei mulier obtulit: cum mu̅di eu̅ sal:
uatore̅ agnouit. In cruce quoq̅ positus sitiebat et peni:
tentiam peccantiu̅: et fide̅ exoptabat pfidoru̅. Sed vinea
dn̅i sabbaoth in patribus a deo plantata: et doctrine ara
tro et verbi ligonib⁹ per manus prophetaru̅ exculta: no:
uissime in amaritudine̅ versa: du̅ ei vinu̅ letitie ferre de:
buit: feralis inuidie acetum porrexit. Plerunq̅ eteni bo:
num vinum corru̅pitur: et in acetu̅ mutatur. Quis ergo
ille popul⁹ et in patribus sanct⁹: et in filijs nequa̅ extitit:
quasi primo vinu̅ / postmodu̅ vero acetu̅ fuit. Fueru̅t ta:
men aliqui etiam inter illos qui hu̅c omniu̅ saluatorem
crediderunt: fuerunt et qui de peccatoru̅ profundo ad mise:
ricordiaru̅ se patre̅ leuauerunt. Quis enim pluribus aut
maioribus criminibus vnq̅ obligatus extitit q̅ mulier

Mat. xvi. Luce. xix.
illa peccatrix de qua septe̅ (vt ait euangelista) demonia
eiecit? Nam et zaccheus publicanis et raptorib⁹ publica
n⁹ ipse et raptor pfuit: et ta̅ ad ipsi⁹ hospitiu̅ dei fili⁹ diuer

M
tit. Sed et simo̅ idigne tulit de admissio̅e mulieris: et tur:
ba murmurauit de hospitio pctoris. Poculu̅ na̅q̅ suu̅
cu̅ fletu miscuerat: et ideo sibi inimicoru̅ proteruitas ex:
probrabat. Quod quotidie in ecclesia fieri cernimus: cu̅
peccatores pro peccatis suis plangentes / xpm indui /
et ad ipsius intrare vnitate̅ videmus. Uel certe poculu̅
deo cu̅ fletu miscere / est alios ab exterioribus introrsus
trahere: alios ab interiorib⁹ exterius iactare. Scimus
enim: q̅ pot⁹ ab exteriorib⁹ interius trahitur: fletus ab
interiori exterius diriuatur. Quia ergo conditor noster
occulta nostra examinat: et no̅ solu̅ opera / verum etia̅ inten
tiones radicitus pensat / occulto eius iudicio fit vt quos
dam qui in oculis hominum iusti esse videntur repro:

Mat. ix.
bet: quosda̅ criminibus reos per penitentiam correctos
saluet. Et cum iuxta apostoli sententiam: neq̅ volentis
neq̅ currentis sed miserentis sit dei: alios qui corrue:
rant / misericorditer erigit: alios qui stare videbantur /
cadere iuste permittit. Ex peccato namq̅ primi paren:
tis accepim⁹: vt nec in ipsa iustitia stabiles esse possim⁹:
sed aut contra deum nobis bonum quod facimus impu
tando erigimur: aut contra proximos in superbiam le:
uamur. vnde et subditur.

A facie ire indignationis tue: quia eleuans allisisti me.

¶ Quia ei iuste da̅nationis sente̅tia̅ prim⁹ ho̅ peccando p̅:
tulit / qua̅ postmodu̅ nepotu̅ successio p̅sequenter incurrit:
ideo xps Iesus venit in mundu̅ pctores saluos facere: et

A

ab ea qua tenebantur dãnatione liberare. Ecclesia vero que corpus eius est/cui claues regni celorũ tribuit: ⁊ ligãdi atq; soluẽdi potestatẽ dedit: ideo peccatores quotidie suscipit: q; illam ire dei sententiam agnoscit. Quia enim per faciem personã agnoscimus hominis: recte p faciẽ ire/dãnationis intelligimus cognitionẽ. Nam q; iram indignationis agnoscat/manifeste ostẽdit: cũ subiungit. [Quia eleuans allisisti me.] Creatis ceteris animalibus/homo pre cũctis eleuat⁹ fuit: q; et libertate exstitit arbitrij preditus: ⁊ rationis lumine illustrat⁹. Cui etiam datũ est vt non sicut cetera animantia terrã semp aspiceret: sed vt ipso situ corporis celos erectus videret: vt ex hoc quoq; aperte cognosceret/q; ⁊ intẽtionem ad summa dirigere/et mentẽ deberet ad deũ leuare. Nam et terror eius ⁊ tremor omnibus animantibus incubuit: q; diuina voce eis prelatus fuit. Mortẽ quoq; nequaq; incurreret: si diuinis preceptis obediens nũq; peccaret. Sed cõditoris sui mãdata trãsgrediens/tãto grauius corruit: quãto antequã caderet altius stetit. Cadens igitur allisus est: q; peccare nõ metuens/et pro salute infirmitates pertulit: et pro vita mortem suscepit.

Homo dignitas super cetera animalia.

Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui.

¶ Grauis allisio/p quã lux in tenebras vertitur: ⁊ hilaritatẽ viror mutatur. Diem nãq; sicut vmbrã prim⁹ homo habuit/quãdo se a facie cõditoris abscondit. Nam inter opaca nemorũ latere voluit: vt ex hoc quoq; patenter ostẽderet quas cecitatis vmbras interi⁹ pertulisset.

B

Si eni in vmbra nõ esset/deũ esse localẽ nõ crederet: nec ab ei⁹ oculis putaret se abscõdi: a quo sciret etiã cordis occulta videri. Quesiuit ergo vmbrã corporis: qui pri⁹ incurrit vmbrã mẽtis. Dies nãq; ei⁹ inclinata fuerat: et ideo illi lumẽ sapientie interi⁹ nõ fulgebat. Sol etenim dũ inclinat/maiores vmbras efficit: ⁊ caloris sui magnitudinẽ paulatim subtrahit. Unde post meridiẽ Adam a deo vocat⁹ esse describitur: vt ab exteriorib⁹ agnoscamus quid interius gereretur. In meridie enim lux est purior: aer lympidior: estus feruentior. Quasi ergo meridies in Adã pectore inerat: dũ lumine diuine contẽplationis illustrat⁹: amoris summi facib⁹ ardebat. Sed hũc miser meridiem perdidit cũ peccauit. Ibi enim amoris refriguit incẽdium: caligauit claritas: defecit visio. Ueniens aũt in mũdũ lux vera dei filius: hanc nobis claritatẽ reddidit: cũ cordis nostri tenebras p̃sentie sue illuminatione fugauit. Unde scriptũ est: Populus qui ambulabat in tenebris/vidit lucẽ magnã. Magna lux remissio peccatorũ: donũ gratie: intelligẽtie claritas: cõtẽplationis gaudium: collatio virtutũ. Dedit enim nobis (vt ait apostolus) pignus spiritus/gustauim⁹ bonũ dei verbum/virtutesq; seculi superuẽturi. Hi sunt dies gratie quos nobis cõtulit excellentia bonitatis dei. In quib⁹ si noctẽ nequitie contẽnimus: ad celestis regni hereditatem inoffenso itinere ambulam⁹. Hinc etenim saluator

Adã vocatus ẽ post meridiem

Esaie.ix.

ij. Cor.v.

C

Joan.xi.

ait: Si quis ambulauerit i die/nõ offendit: q; lucẽ hui⁹ mũdi videt. Sed hi dies in nobis sicut vmbra declinãt/cũ peccatorũ nostrorum nebulas propiciationi diuine opponẽtes/⁊ mẽtis patimur caliginẽ: ⁊ diuine extinguimus charitatis ardorẽ. Scim⁹ autẽ q; sole ad occasum vergente/vmbre crescũt donec nox veniat: ⁊ lumen omnino diei deficiat. Sic nimirũ cũ in reprobor cordibus sol iustitie occidere ceperit: cecitatis vmbra vehemẽter excrescit: adeo vt diuino non illuminẽtur iubare/sed mortifera noctis inuoluãtur obscuritate. Sequitur. [Et ego sicut fenũ arui.] Nemo est qui nesciat q; quãtulibet tenera aut delectabilis herba sit: si apposita falce succiditur: ex coloris venustate cõfestim exuitur: ⁊ a radicis humore siccat. Sic pfecto quicũq; p opa prauitatis a deo recessit: necessario a virtutis intime humore arescit. Hinc etenim saluator discipulis ait: Sicut palmes nõ potest ferre fructũ a semetipso nisi mãserit in vite: sic ⁊ vos nisi in me mãseritis. Nam etsi florere in hac vita peccatores plerũq; videantur: ariditatẽ tamen suã in fine recognoscũt: dũ simul amittunt tridentis vite dulcedinẽ: ⁊ temporalis glorie dignitatẽ. In sapiẽtie quippe sue vanitate confisi: dũ sperant facile sibi cũcta suppetere/arbitrãtur vtiq; se religionis virtute non egere. Et dũ de inani sapientia se iactant: insipienter viuere nequaq; formidãt

Fenũ facile aret.

Joan.xv.

Et quia a vere sapiẽtie radice precisi sunt: in stulta sua sapientia aruerunt. Qui si voluerint in ipsa sapientie vitalis radice reuiuiscere: summopere studeant ad fontem vite mentis processu properare.

D

Tu autem domine in eternũ permanes: et memoriale tuum in generatione ⁊ generationem.

¶ Spectat hoc ad id quod ait: Ego sicut fenum arui. Quasi dicat. Qui diligẽs vanitatẽ/⁊ sequẽs mendaciũ/in eternitate ⁊ stabilitate persistere nolui: tẽporalis ⁊ instabilis factus/mortis ariditatẽ incurri. Sed tu dñe in eternũ permanes. Hec ergo est vnica spes salutis mee/vt tibi inhereã/vt sicut per me fact⁹ sum aridus: ita per te fiam eternus. Et in te viuẽs mortem effugiam: a quo discedẽs perdidi vitam. Nos quoq; scientes q; primus homo factus est de terra terrenus: secũdus de celo celestis: sicut terreni imaginẽ portauimus: ita celestis imaginem portemus: ⁊ cũ eo vnũ efficiamur: qui resurgens a mortuis/iam non moritur: ⁊ mors illi vltra non dominabitur. Ipse est enim qui factus est in spiritum viuificantem: cuius si membra fuerimus/quo caput nostrum precessit/pariter ascendemus. Cuius ascensus spem ipse nobis contulit: qui ait. Pater volo vt vbi ego sum/et ipsi sint mecum. Quod si ab eius separati fuerimus corpore: velut abscissa membra participatione caremus vite: nec cum eo in celum ascẽdim⁹. Cũ eo ẽ vnũ simus/q; sicut ipse ait: Nemo ascendit in celum/nisi qui descẽdit de celo filius hominis qui est in celo. Et notãdum quia non dixit viuis: sed permanes in eternũ. Homo etiam si multo tẽpore viuat/non tñ vno die pmanet: q; et sẽp mutetur/et cõditione mortis habet. De quo quidã sapiens perhibet dicens. Qui quasi flos egreditur ⁊ cõterit: ⁊ fugit velut vmbra: et nunq; in eodem statu permanet. De⁹ vero qui solus vere eternus/vere immortalis est/in eternum permanet: q; in eo nihil est transitoriũ/nihil mutabile/nihil qd alienum sit a sempiterna eius diuinitate. [Memoriale tuũ in generatione ⁊ generationẽ.] Quid magis memoriale in deo q; misericordia? De illa nanq; scriptũ est: Miserationes ei⁹/sup oĩa opera ei⁹. Misericordia dñi ab eterno vsq; in eternũ sup timentes eũ. Licet eni hoiem mirabiliter cõdiderit: mirabili⁹ tñ pditũ per filij sui mortẽ redemit. Hec memorialis dei misericordia in gñatione ⁊ generatiõe permanet: que oĩb⁹ per temporũ curricula viuentibus: vsq; in finẽ seculi patet.

Joã.xvij.

E

Uiuere et pmanere multũ differunt.

Job.xiiij.

Ps.cxliij.

Hõ mirabiliter cõdi⁹ est sed mirabili⁹ redẽptus.

Tu exurgens dñe misereberis sion: quia tempus miserendi eius: quia venit tempus.

¶ Si sion ad litteram accipimus: iudeorum in hoc loco ⁊ gentiũ vocationem notare valemus. Et videbitur hoc modo quasi precedentis verbi expositio: vt cum duas generationes nominat: qualiter in generatione ⁊ generatione misericordia dei sit permãsura ostendat. Ait ergo. [Tu exurgens misereberis sion.] Per filium de⁹ pater exurrexit: q; qui antea non cognoscebatur/per eũ in hominũ notitiã venit. Unde ⁊ verbum patris ⁊ splendor dicitur: q; per eum ⁊ voluntas dei agnoscitur: ⁊ ipsa diuinitatis essentia declaratur. Sion vero. i. iudaici populi misertus est: quando de eorũ progenie nasci voluit: et prius eos ad fidem vocauit. [Tempus miserendi] tẽpus plenitudinis intellige: quia iuxta apostoli sententiã/vbi venit plenitudo temporis/misit deus filium suũ natum ex muliere/factum sub lege: vt eos qui erant sub lege redimeret. Quod vero ait: [quia venit tempus] tẽpus nimirũ gratie vult intelligi: de quo dñs per prophetam dicit. Tempore accepto exaudiui te: ⁊ in die salutis adiuui te. Quod exponens apostolus ait: Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies salutis.

Sion notat iudeos et gẽtiles.

F

Gal.iiij.

ij. Cor.vj.

Ibidem.

Quoniam placuerũt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur.

¶ Per lapides sion/apl̃os intelligere possum⁹: qui de iudaico nati pplo/ecclesiã demũ ex seipsis edificauerũt. Qui pfecto lapides seruis dei placuerunt: cũ quales futuri essent: pphete p spm̃ viderũt. Nisi eni pphetis apl̃i placuissent: nequaq; de eis Esaias diceret. Qui sunt isti qui vt nubes volãt: ⁊ quasi colũbe ad fenestras suas? Et iterũ: O q̃ speciosi pedes euangelizantium pacẽ: euãgelizantium bona? Qui sunt pacem euãgelizantes/nisi apostoli christum predicantes? Ipse est enim pax nostra: vt

Apl̃i dicũtur lapides sion.

Esaie.lx.

Roma.x.

Ephe.ij.

G

ait apostolus: qui fecit vtraq; vnũ. Unde etiam ipso nato / hoib⁹ pacẽ redditam angeli pastoribus nũciauerũt: quã postea apli oibus gẽtibus publice predicauerunt.

Pedes speciosos habere debemus.

Per pedes vero euangelizantiũ / affectus intelligimus apostolorũ: qui quidẽ speciosi erant / quando non sua cõmoda / sed auditorũ vtilitatẽ querebant. Speciosi inquã erãt: qui terreni lucri inquinamẽta ex ipso opatiõis sue incessu nõ cõtrahebãt. Tũc nãq; corporeos pedes habere speciosos dicimur: quãdo nulla cenose vite labe fedamur. Quia ergo ex predicationis officio terrenas diuitias apostoli non querebant: recte de eis dicit: q pedes eorũ speciosi erant. Hinc nanq; Anna de deo pphetauit / dicens. Pedes sanctorũ suorũ seruabit. Quia ergo quales futuri essent apostoli / per spiritũ sanctũ pphete viderunt: recte nũc dicitur: q serui dei lapides sion placuerunt. Qui porro lapides terre miserti sunt: q penitẽtiã agentes a peccatis absoluerũt. Per terrã quippe peccatores accipimus. Unde serpenti a dño dictũ est. Terrã comedes oibus diebus vite tue. Antiquus enim hostis terram comedit: q peccatores quosq; in ventrẽ sue malitie abscõdit. Ipsq; hoim perditionẽ desiderans quodãmodo reficit: dum prauis eorũ operationib⁹ delectatur. Terre ergo sion apostoli miserti sunt: quãdo iudeos ab errore cõuersos a peccatis absoluerũt. Ecce construct⁹ est vnus paries domus dei: que est ecclesia: paries inquã ex circũcisione. veniet paries ex preputio / vt duo parietes in vnum iuncti lapidem angularẽ / vnam construant ciuitatem. Uideamus ergo quid sequatur.

j. Reg. ij.

Pctõres dnr terra. Gen. iij.

H

Et timebunt gentes nomen tuũ domine: & omnes reges terre gloriam tuam.

¶ Quasi dicat. Non solum misereberis: iudeos vocando / sed etiã gentiũ / eas ad fidẽ cõuertendo. Que quidẽ non resistent euãgelio: sed agnita veritate [timebũt gẽtes nomen tuũ dñe.] Timebũt inquã nõ timore seruili / sed casto & filiali. Timuerunt gentes deũ: quãdo spreta idolorũ cultura / & antique contẽptis supstitionis erroribus: baptismo sunt mũdati penitẽtie / et xpiane susceperunt instituta doctrine. In quib⁹ verbis notandũ: q nõ ait: sion timebit nomen tuũ dñe: sed gentes timebunt nomen tuũ: q etsi missus sit xps ad oues que perierũt domus israel: tñ illis verbũ dei repellẽtibus / & indignos se eterne vite iudicantib⁹: conuersi sunt ad gentes apostoli: que nomen xpi cũ gaudio susceperũt. Hinc nãq; aplõ ait: Dico xpm Iesum ministrũ fuisse circuncisionis propter veritatẽ dei ad cõfirmãdas traditiones patrũ. Gẽtes autẽ super misericordia honorare deũ: sicut scriptũ est. Propterea ɔfitebor tibi in gẽtibus: & nomini tuo cãtabo. Hinc rursus ait. Quod querebat israel: non est cõsecut⁹: electio autẽ cõsecuta est. [Et oẽs reges terre gloriam tuã.] Infirma mũdi elegit de⁹: vt confunderet fortia. Ignobiles vocauit / vt nobiles vinceret: piscatores elegit / vt reges subiugaret. Ecce impletũ est qđ de xpo predictum est: Oẽs reges terre timebũt gloriam tuam. Omne enim culmen seculi ad reuerentiã Christi flectit. Omnis dignitas humane conditionis ad obsequiũ xpi inclinatur: sicut ait aplˀs. Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortẽ / mortẽ autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: & donauit illi nomẽ qđ est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur: celestium / terrestriũ: & infernorũ. Gloria christi resurrectio est: per quã a diabolo regnũ abstulit / & mortis destruxit imperiũ. Qui enĩ in morte visus est infirmus: in resurrectione apparuit gloriosus. vnde dicit apostolus Et si mortuus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute.

Rom. xv.

Ps. xvij.

Rom. xj.

I

Phil. ij.

ij. Cor. xiij

Quia edificauit dominus sion: et videbitur in gloria sua.

¶ Causa est quare gentes & iudei ad fidẽ vocẽtur. Ex vtroq; enim populo edificata est sion spũalis: que in celsitudine virtutũ posita terrena deserit: celestib⁹ intẽdit: futura preuidet: hostium incursus non timet. Hui⁹ fundamenta in montibus sanctis sunt: q sicut ait apostol⁹: Iam non sumus hospites & aduene: sed ciues sanctorũ & domestici dei: superedificati super fundamentũ apostolorum & prophetarũ. In hac ciuitate deus homini coniungitur: sicut scriptum est. Ecce tabernaculũ dei cũ hominibus: & habitabit cũ eis. Synagogã enĩ reprobauit: ecclesiam elegit. Ideoq; scriptũ est. Diligit domin⁹ portas sion: sup omĩa tabernacula iacob. Illa nempe deus tabernacula deseruit: sion vero. i. ecclesiam presentia sue habitationis illustrauit. Unde & illic nequaq̃ conspicitur: hic aũt ab his qui mũdo sunt corde / mentis intuitu videtur. nam subditur. [Et videbitur in gloria sua.] In gloria sua xps videtur i ecclesia / qui in infirmitate visus est in synagoga. In qua infirmitate nequaq̃ a morte videbitur / qui imortalis & impassibilis fact⁹ / cũ patre de⁹ in illa iam celesti sede gloriatur. Unde dicit apostolus Et si nouim⁹ xpm sm carnẽ: sed iam nõ nouim⁹. Possumus quoq; per id quod superius dictũ est [tu exurgens misereberis sion] remissionẽ peccatorũ q̃ in ecclesia datur itelligere: & multiformis dona gratie / que quotidianis diuinitus incremẽtis cõsequitur. Que in illis deus multiplicat: quibus sion placent lapides. i. qui & apostolorum doctrinã recipiunt: et eorũ pro posse exempla imitantur. Sed iam ad sequentia reuertamur.

Ephe. ij.

Apo. xxj.

Ps. lxxvj.

K

j. Cor. j.

Respexit in orationem humilium: et non spreuit precem eorum.

¶ In humilium deus orationẽ respexit: quãdo ad humanam naturã reformandã filium in mũdũ misit. Hoc enĩ iustorũ requirebat oratio: hoc prophetarũ expectabat desideriũ: vt ille in mũdũ veniret / qui & a diabolice seruitute hominẽ redimeret: et vite aditũ quẽ culpa obstruxerat / gratuito pietatis sue munere reseraret. Hinc nãq; Esaias ait. Clamabunt ad dñm a facie tribulãtis: et mittet eis saluatorẽ et propugnatorẽ qui liberet eos. Ex quibus verbis liquido colligitur: q in eorũ respexit orationẽ / quibus in tribulatione clamãtibus nõ solum saluatorẽ cõtulit: sed etiam propugnatorẽ misit. Idem vero q̃ fuit saluator: fuit & propugnator. Saluator nãq; dei filius est: de quo scriptum est per prophetã. Deus ipse veniet / & saluabit nos. Unde etiam Iesus priusq̃ in vtero cõciperetur: vocat⁹ est ab angelo. Nã q propugnator sit / ipse ostendit cũ per prophetã ait. Ego qui loquor iustitiam: & propugnator sum ad saluandũ. Ex hoc preces non spreuit: q eis quod deprecabãtur indulsit. Si enim preces eorũ spreuisset: nequaq̃ ad eos liberãdos filium misisset. Hinc nãq; Moyses ad dñm ait. Obsecro domine mitte quem missurus es. Hinc propheta alius exclamauit dicens. Utinam dirũperes celos / & descenderes. Hinc etiam Dauid dixit: De⁹ iudicium tuum regi da. Iudicium suum regi deus pater dedit / quãdo dei filius carnis humane substantiam assumpsit. Hinc nãq; ad filium ipse pater ait: Postula a me / & dabo tibi gentes hereditatem tuã: & possessionem tuam terminos terre. Reges eos in virga ferrea: & tanq̃ vas figuli cõfringes eos. Patet ergo quia iudicium suũ illi dedit: cui et honorũ regnum: & incõuertibilium tradidit cõminutionẽ. Uas enim figuli postq̃ semel confringitur / nullo modo postmodum reparatur. Quid ergo per confractionem vasorum figuli / nisi extrema dãnatio designatur? Ibi enim per iudicij seueritatem quicunq; confringitur: nequaq̃ vlterius per penitentie remedium reparabitur. Quod profecto iudicium per dei et hominum mediatorem fiet: quia scriptum est: Pater non iudicat quenq̃: sed omne iudicium dedit filio. In humilium nihilominus orationem deus respicit: cum pro se vel alijs exorantes fideles exaudit.

Esaie. xix

L

Esa. xxxv.

Esa. lxiij

Exo. iiij.

Pater filio dedit iudiciũ.

Ps. ij.

Joan. v.

M

Ibidem.

Scribantur hec in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit dominum.

¶ Sicut ex duob⁹ populis primitus est constructa ecclesia: ita gemina est generatio in fidei vnitate collecta: carnalis scilicet et spiritualis. Siue ergo sion et ea que sunt supradicta / ad litteram intelligamus: siue per intellectum mysticum ad ecclesiam cuncta referãtur: conueniunt superioribus sequentia: et prelibatis exponenda concordant. dictũ est enim: Tu exurgens domine misereberis sion. Et iterum: Quia edificauit dominus sion. Nunc vero ait. [Scribantur hec in generatione altera] Quod enim iudeis fuit promissum: hoc in gentibus videtur impletũ. Si vero iuxta spiritualem intelligẽtiam per sion ecclesiam accipimus: per generationẽ alteram / spiritualem itelligimus: in qua nimirum diuine scripte sunt promissiones: quia quicquid de remissione peccatorum / quicquid de eternitate felicitatis scriptura sacra asserit: hoc in cordibus suis per amorem spũs: spũalis

Ps. ci.

A

lis generatio inscribit. Cui ⁊ dicitur: Audi israel precepta dñi: ⁊ ea in corde quasi in libro scribe. De hac preceptorū dei inscriptione p prophetā dñs dicit: Hoc est testamentū quod testabor eis: dabo leges meas in cordibus eorū: ⁊ in sensibus eorū scribā eas. Bonus pater/ qui filijs non terrene hereditatis iure: non luto aut lateribus constructas domus: non auri argenti ve prescribit acervos (que livoris plerūqꝫ ⁊ inuidie seminarium sunt: ⁊ superbie ac luxꝰ existūt fomēta) sed charitatis ⁊ dilectionis gratiam: iustitie ⁊ pietatis proponit edicta: ⁊ veritatis legem non in lapide/ vel mēbrana/ vel ligno/ vel cera sed in tabulis cordis perscribit: vt eterne filij promissionis vanis nunqꝫ cogitationibus occupentur: sed semper oipotentis patris testamētū quasi pre oculis habentes/ quid timere/ quidue sperare debeant cogitēt: ⁊ in exequēdis mādatis celestibꝰ/ votis oibꝰ elaborent. De his quippe ait propheta in psalmo. Hec est generatio querentium dñm: querētium faciem dei Jacob. Quid nobilius generatione diuina: quid sublimiꝰ celesti: quid castius cōceptione spūali? Voluit immaculatꝰ dñs vt homo sine macula nasceret peccati: ⁊ absqꝫ vitio carnalis delectationis humane sobolis propagaretur successio. Et ideo talem fecit Adam vt absqꝫ peccato filios ederet: si in cōditoris obedientia psistisset. Posset nāqꝫ fieri vt sicut absqꝫ delectatione fructus suos terra germinat: ita sine peccato filium mulier pareret. Et sicut ipse a deo Adā pure conditus fuerat: ita homo hominem pure procrearet.

Ps. xxiiij.

Filiū mulier sine pctō parere posset.

B

Quod homini cur esse incredibile videat: cū apibꝰ etiā hoc ipsum cōferatur? Sed qꝫ dño suo obedire humana anima renuit: anime imperio caro obtēperare cōtēpsit. Nam ⁊ rebellis ei semp postmodū extitit: ⁊ aduersus eā cuius ancilla fuerat/ se in superbiā erexit. Plerūqꝫ autē usqꝫ adeo erigit: vt ipsa dñe sue versa vice dñetur. Unde fit vt in filiorū pcreatione p delectationē in peccatū incidat: ⁊ bonū opus male operādo delinquat. Sed dei hominūqꝫ mediator sicut nobis quā perdideramus vitam cōtulit: ita etiam hāc in nobis generationē reparauit. Unde ⁊ de virgine ⁊ sine peccato nasci voluit: vt ex hoc patēter ostēderet qꝫ hoc etiam nobis inter innumera beneficiorū suorū dona cōferret. Ideoqꝫ Esaias ait: Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filium. Quā virginis cōceptionē nequaqꝫ signū esse diceret: nisi aliquid nobis in ipsa sua natiuitate quod credere debemꝰ signaret. Unde rursum scriptū est. O radix iesse: qui stas in signū populorū. Signū enī fuit populis illa xpi sine virili cōmixtione natiuitas: qꝫ his qui credūt in nomine eius/ datur eis potestatē filios dei fieri: his videlicet qui non ex sanguinibus: neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Sicut nanqꝫ beata Maria christum peperit virgo/ post partum incorrupta permansit: ita ⁊ mater ecclesia filios deo sine dolore generat: ⁊ virgo semper illibata perseuerat. Qui in hoc quoqꝫ qꝫ deū toto corde diligunt: patrem se deum habere euidenter ostendunt. Filiorum enim est diligere/ non timere. Porro in hac dilectione nequaqꝫ torpescūt ocio: aut opibꝰ insolescūt: sꝫ et in mādatis celestibus voluntatē dei custodiunt: ⁊ ex virtutū operatione nullam ab hominibꝰ laudē querūt. Ubi et subditur. [Et populus qui creabitur/ laudabit dñm.] In operibꝰ nēpe suis deum laudāt: qui bonū quod faciunt/ nequaqꝫ sibi/ sꝫ gratie dei attribuūt. Unde ⁊ Paulus cū plus omnibꝰ se laborasse dixisset: subiecit atqꝫ ait Non autē ego/ sed gratia dei mecū. Sed que i nobis sunt sanctitatis opera: ita sunt ad proximorū edificationem exterius trahēda: vt in eis nō fauor aut gratia humana requiratur: sed ipse a quo hec sunt hominibꝰ collata/ deꝰ laudetur. Hinc nāqꝫ p semetipsam veritas apostolis ait: Sic luceat lux vestra corā hominibus/ vt videant opera vestra bona: ⁊ glorificent patrē vestrū qui in celis est.

Esaie. vij.

C

j. Cor. xv.

Math. v.

Quia prospexit de excelso sancto suo: dominꝰ de celo in terram aspexit.

¶ Nec noua post creationē nasceretur: nec deum pfecte sanctorū vita laudaret: nisi per eū nos diuina miseratio respexisset: qui nos in nicodemo denuo nasci docuit. Aliter in regnū intrare non posse: nisi ex aqua ⁊ spū renascerēmur mōstrauit. Unde dū populum creandū dñm benedicturū esse propheta dixisset: causam illico nostre redēptionis adiecit: velut qui indubitāter sciret aliter nouū non posse creari populū/ nisi dñs ⁊ redemptor noster nouus homo veniret in mundū. Nec posse quēqꝫ amplius de vera salute ambigere/ cū sciret omnipotentē medicū ad infirmos descēdisse. Dicat ergo. [Quia prospexit de excelso sancto suo.] Prospicere dicimur: cum a longe intuemur. Quia ergo per verbi dei incarnationē non solū iudea que iuxta esse videbatur: sed etiā gētilitas liberāda erat per misericordiā: recte nūc dicitur: qꝫ prospexit de excelso sancto suo: iuxta qꝺ scriptū est: Pacē his qui longe: ⁊ pacē his qui prope. Redēptor noster non immerito excelsus dicit: qꝫ diuinitatis eius potentiam nemo mortalium intuetur. Deniqꝫ ⁊ sanctus extitit: ⁊ dei p oia fuit. Hinc nāqꝫ ipse de se in euāgelio ait: Quē deꝰ sanctificauit: ⁊ misit in mundū. Nam qꝫ dei per oia fuerit/ ipse testatur cum ait. Non potest filius a seipso facere quicqꝫ nisi quod viderit patrē facientē. Idē autē qui excelsus extitit: ipse etiam celum fuit. Sed excelsus ppter sublimitatem: celum vero propter diuinā inhabitationē. In eo enim (sicut testatur apls) habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et per pphetā quoqꝫ dñs ait. Celum mihi sedes est. Que aūt maior sedes dei qꝫ xpus? Celum igitur dei xps est: de quo dñs in terram aspexit: vt cum peccantibus quibusqꝫ spem per eū venie tribuit: de celo in terram aspexit: vt celum fieret qui terra fuit. Quod aperte ostenditur/ cum illico subiungitur.

D

Prospicere est a longe intueri

Ephe. ij.

Redemptor nr̄ qꝫ re excelsꝰ ⁊ celū dicit.

Joan. xv.

Col. ij.

Esa. lxvj.

E

Ut audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum.

¶ Sancti viri non incōgrue cōpediti dicitur: qꝫ ligati vinculis discipline dei: nequaqꝫ ad ea que exteriora sūt vagantur: et quasi gressum operis imobiliter figunt: dū a conditoris desiderio nusqꝫ discedūt. De his nāqꝫ cōpedibꝰ scriptū est: Inijce pedes tuos in cōpedes eius: et in torques illiꝰ collū tuū. Qꝫ pfecto cuiꝰ a prauitate gressꝰ cōpescitur: eiꝰ fides sanctarū varietate virtutū adornatur. Collum nāqꝫ fides est: per quā deo fidelis quisqꝫ cōiungitur: ⁊ quasi per collū capiti suo xpo ecclesia (que eiꝰ est corpus) unitur. Unde in laudē sponse in cāticis cāticorū dicit. Collū tuū sicut monilia. Quia enī (sicut Jacobus ait) fides sine operibꝰ mortua est: quasi collū spōse monilibꝰ circūdatur: dum fides scē anime operibus decoratur. Gemunt cōtinue cōpediti: qꝫ dū exilij sui tenebras electi cōsiderāt: ad claritatē visionis dei indesinēter suspirāt. Sꝫ eorꝫ gemitꝰ nequaqꝫ deꝰ audiret: nisi mediatorē nobis filium suum dedisset. Unde dicit apostolus: Per quē accessum habemꝰ ad patrē: ⁊ ipse est ppitiatio pro peccatis nostris. Cōstat ergo qꝫ nullius audiret gemitū deus/ nisi ille venisset per quē ad patrē habemꝰ accessum. [Ut solueret filios interēptorꝫ.] Filij interēptorū sunt imitatores martyrꝫ: eorū scꝫ qui vel p testamēto dei sua corpora tradiderūt/ et in sanguine agni lauerunt stolas suas: vel qui mēbra sua sup terrā mortificātes/ carnē suā cū vitijs ⁊ cōcupiscētijs crucifixerūt. Possumꝰ quoqꝫ p cōpeditos eos accipere/ qꝫ mortalitatis ⁊ passibilitatis vinculis se astrictos intelligūt: ⁊ miserijs humane necessitatis afflicti/ indesinēter gemunt.

Viri scti dicunt cōpediti et gemētes.

Eccli. vj.

Cant. j.

Jaco. ij.

Ephe. ij.

F

Ut annuncient in sion nomen domini: ⁊ laudē eius in hierusalem.

¶ Soluti a pctōꝝ vinculis/ eo magis in ecclesia nomē dei annunciant: quo eis dimissum est de pctōrū excessibꝰ quod timebāt. Quid vero aliud est nomen dñi annūciare/ nisi dei miam in ecclesia predicare? Dñorum enī est misereri. Hinc nāqꝫ de xpo dr: Bñdictus qui venit in noīe dñi. Scimus enī qꝫ mediator dei ⁊ hoīm homo xps Jesus iudex est humani generis: iuxta qꝺ scriptū est. Pater non iudicat quēqꝫ: sed omne iudiciū dedit filio. Qui si in primo aduētu venisset in noīe iudicis: nemo pfecto foret qui penā eterne euaderet damnationis. Omnes enī (vt ait apls) peccauerūt/ ⁊ egent gloria dei. Uenit ergo in noīe dñi: qui venit vt pctā dimitteret: non vt pctōres dānaret. Uenit inquā in noīe dñi primo: qui in noīe iudicis in aduētu veniet secūdo. In sion ergo nomen dñi annūciant: qui dei misericordiā populis predicāt. Sequitur. [Et laudē eius in hierusalē.] Unam ecclesiam propter diuersas causas diuersis appellat nominibus: sion eam nominans: sicut que ad alta sustollitur. Hierusalē vero que quasi iam mortificatis hostibus/ veram in se pacem

Mat. xxj.

Joan. v.

Rom. iij.

G

intuetur. Notandū vero q̄ nomen dñi prius annunciandū: postea vero posuit esse laudādū. Agnitionē enī nois laus sequit̄ cōfessionis. Quomodo enī credēt ei quē non audierūt? Que autē maior laus dei ē q̄ q̄ mūdus in vnitate fidei collect⁹ non solum opera eius annunciat: sed etiam vita cum operibus laudat? Unde ꝛ subditur.

In conueniendo populos in vnum: ꝛ reges vt seruiant domino:

Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

¶ In vnū cōuenerūt populi in ecclesia per totū orbem diffusa: que xp̄m credit esse filium dei. De hac vnitate dicit apostol⁹. Unus deus/vna fides/vnū baptisma. Extra hanc nemo laudat deum: nemo annūciat. Hanc designabat ille vnus qui post motionem aque in piscinam descendēs sanabatur. Nemo nāq̄ est qui vere possit inuenire salutis remedium/nisi ad vnitatē fidei veniat/ꝛ per sanctificationem vite xp̄m induēs/vnū cum eo fiat. Hinc nāq̄ per semetipsam veritas ait. Hec est vita eterna/vt cognoscant te solum verū deum: et quē misisti Jesum xp̄m. Per reges eos intelligas qui animorū suorū motus s̄m dei voluntatem dirigunt: eisq̄ regum more dominantur/dum in rationis eminentia quasi in regali solio presidentes: repugnātia queq̄ seruituti subijciunt: et pacatis omnibus/equitatis leges ꝛ innocētie iura in seipsis disponūt. siue etiam eos qui populis prefecti/in rerum culmine stare videntur: dum diuitijs affluūt: honoribus cumulātur: terreni preeminent dñationi imperij: et gloria mundane potētie extolluntur: non absurdū videbitur cū ꝛ illi in ipsa cordium suorū directiōe dño seruiunt: et isti religionis xp̄iane documēta tenētes/orthodoxe fidei iugo mētis colla supponant. In hoc igit̄ populorū ꝛ regū conuentu quilibet fidelis respōdit deo in via veritatis posit⁹: videlicet in xp̄o/qui viam se nobis proposuit/dicēs: Ego sum via ꝛ veritas ꝛ vita. Responsio aūt hec nō voce estimatur: sed opere. Non enī respondent dño q̄ vocati puerse viuūt: qui post illud diuinū semen in terra rationabili susceptū: spinas puersitatis/aut tribulos producūt nequitie: sed qui in omni bono se apt̄ātes/ꝛ de sua vocatione gratias deo referunt: ꝛ fructū deo centesimū/ vel sexagesimū/ aut etiam tricesimum in cordis innocētia ferūt. Notandū āt̄ q̄ dicit in via virtutis. Uirt⁹ nāq̄ xp̄i est gloria resurrectiōis ei⁹. Licet enī opera fecerit que nemo ali⁹ fecit: et miraculorū signa diuinitatis ei⁹ hūc astruāt: credendi tñ in eum nulla potētior/aut cōdecētior vis extitit: q̄ q̄ mortu⁹ et sepultus tertia die resurrexit. In via ergo virtutis dei respondet ecclesia: cū de gloria resurrectionis xp̄i nihil asserens ambiguū/nihil sentiēs obscurum/studet in mēbris suis xp̄o per baptismū ꝛ penitētiā cōmori: ꝛ p nouitatē vite xp̄m induens eidem cōuiuificari. Cū enī nihil in se lucidum/nihil vitale conspiciat: a solo deo se putat posse acquirere ꝛ luculentarū virtutū plenitudinē/ꝛ desideratā vite indeficientis eternitatē. Que etiā non nisi per gratiā dei potest aduertere quot sit obnoxia defectibus: quot infirmitatib⁹ subdita: quot miserijs vallata. Ideoq̄ dicit: [Paucitatē dierū meorum nūcia mihi.] quasi dicat. Qui ex meis viribus hoc cōsequi nō valeo: vt q̄ pauci sint dies mei intelligā: fac vt p gratiā tue inspirationis: et virtutū defectū/ꝛ huius vite breuitatem agnoscā: quatinus vite huius velocē ꝯsiderans trāsitū/ nullum in corde sentiam de amore illius affectum.

Ephe. iiij

Joā. xvij.

Reges q̄ ꝓprie di- cuntur.

D

Joā. xiiij.

Resurre- ctiōis glo ria est vir- tus xp̄i.

J

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione ꝛ generationem anni tui.

¶ Per dimidiū dierū/imperfectionē vite accipim⁹: in qua se fidelis quisq̄ nō reuocari de mūdi huius exorat exilio: nisi in die exitus sui trāsitorie adhuc vite amore occupat⁹ fuerit: ad illā eternitatis vitam trāsire minus possit. In hac vita dimidiū tñ dierū accipimus: q̄ etsi nos assidue solis huius materialis splendor illuminet: sequit̄ tñ nox/que assidue illuminatos obscuret. Roget ergo vnusquisq̄ vt dū in vite huius cursu mētis amore desigit: anteq̄ de adipiscēdis eternis satagat/a deo nō reuocetur. Sācti viri ꝛ si sunt mortali carne circūdati/ neq̄q̄ sunt in dimidio dierū: q̄ ꝑfecti desiderij amore a terrenis suspēsi/ illa beate vite eternitate iā in spe perfruūtur. Hinc nāq̄ Paulus dicit: Spe salui facti sum⁹. Hinc rursus ait. Nostra puersatio in celis est. Sic nāq̄ inoffenso cursu ad eternitatis statū pueniunt. Sic ante huius vite terminū/in eternitatis desiderio mentē figunt. Quod quidē euidenter ostēditur: cū protinus subditur. [In generatione ꝛ generationē anni tui.] ¶ Nota q̄ vitā suā dierū paucorū appellatione significat: eternam vero/annorū in generatione ꝛ generatione ꝑmanētium: vt p hoc quoq̄ prudēs lector intelligat ꝛ infinitā illius future felicitatis longitudinē/ꝛ labētē tēporalis glorie breuitatē. Quis enim nesciat annos dieb⁹ multo longiores? Quis vero etiā in annis finis potest intelligi: in gñatione ꝛ gñatione eos ꝑmāsuros dicit. Sapientia dicit: Generatio vadit/ꝛ gñatio venit: terra aūt ꝛ eternū stat. Hec est nanq̄ instabilis vite illi⁹ ꝑmutatio/vt decedētib⁹ aliis alij succedāt: qb⁹ postmodū simili mō deficientib⁹: alij non equali conditione oriātur. Ex quib⁹ tñ oib⁹ que in seculo fuerūt vel future sunt generationib⁹/ vna illa ꝛ diuina generatio pficitur: que in eternum claritatis dei cōsortio pfruetur. In hac itaq̄ annos. i. eternitatem dei ꝑmansurā dicit propheta: tūc videlicet cum generatio que precedit ꝛ que sequitur/ vna facta fuerit/ nouissima vtpote morte destructa: que anteq̄ in victoria absorbeatur: nihil stabile: nihil solidum: nihil dimittit illesum. Que tñ intelligi et aliter possūt: vt ad superiora hoc modo referātur. Dictū nāq̄ est superius: Populus qui creabit/laudabit dñm. Quomodo ergo laudet ostēdit cū ait. Respondit ei in via virtutis sue: ꝛ laudē eius annūciabūt in hierusalem. Hierusalē vero nō que seruit cū filijs (illa enī vocata nequaq̄ in laude respōdet) sed illa cui dictū est: Letare sterilis q̄ nō paris: erūpe et clama que nō parturis: vocata respōdet dño posita i via virtutis sue. Uia virtutis xp̄i / est imitatio constātie eius. In hac via populus creat⁹ / vel hierusalē intelligibilis respōdet dño: q̄ sicut pro nobis xp̄s aīam posuit: ita cōstantiā xp̄i sequēs pro fratrib⁹ aīam ponere in filijs suis nō recusauit. Quid vero respōderit ostēdit cū ait. Paucitatem dierū meorū nuncia mihi. Rogat innouat⁹ populus vel secūda filiorū spūalium mater vt breue sibi videatur huius tēpus tribulationis / cōparatione eterne felicitatis: ne dū nimis extēdi quas patitur persecutiones autumat: pro dilatione premiorū quasi tedio victa quā imitari proposuit xp̄i cōstātiam amittat. Tunc nobis deus quid sequi debeamus annūciat / cū voluntatis sue arcana nobis inspirat. Nunquid non paucitatē dierū suorū illi deus annūciauerat qui dicebat: Existimo q̄ non sunt cōdigne passiones huius tēporis ad futurā gloriam que reuelabitur in nobis? Nouerat enim q̄ tēporalium pressura passionū veloci fine ꝯcluditur: glorie vero celestis felicitas nullo termino angustatur. Possumus p paucitatē dierū etiam aliud intelligere. Fuerūt nāq̄ heretici qui dicerēt ecclesiam non esse generatē: sed in tēpore donati et ante finē seculi cōsūmandā: nō attendentes q̄ eis dñs in apostolis ꝓmisit dicens. Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq̄ ad cōsummationem seculi. Cōtra quos nūc d̄r: Paucitatē dierū meorū nuncia mihi. Constat q̄ p multiplicitatē dierū perēnis vita accipit: p paucitatē vero cursus istius scl̄i designat. Scriptū q̄ppe est: Lōgitudo dierū in dextera ei⁹. Quid enim p dexterā: nisi ꝑpetua vita designatur? Quis ergo sctōꝝ requies nullo clauditur termino: recte in dextera dei dieꝝ d̄r esse longitudo. Nā qd̄ hic d̄r: Paucitatē dierū meoꝝ nūcia mihi: tale est ac si dicat ecclesia. Sūt qui insipientie sue caligine ꝛ ꝑfidie detestabilis induti erroris⁹ asserant me in breui finiendā: ꝛ vsq̄ in finē seculi inhabitatorē nō habiturā: sed tu de cui⁹ non diffido ꝓmissionib⁹ nūcia paucitatē dieꝝ meorū mihi. Futura dieꝝ paucitas inquā data est ecclesie: q̄ toto istius vite tēpore debet fides xp̄iana in mūdo vigere. [Ne reuoces me in dimidio dierū meorū.] Per dimidiū dierū imꝑfectionē accipe tēporū trāseūtiū: in qua quasi de⁹ reuocari permitteret/si huic sententie hereticorum faueret. Hoc aūt ideo postulat/ne ab illis annis qui sunt in generatione ꝛ generatione: aliquando eam erroris peruersitas abducat.

Roṁ. viij

K

Eccle. j.

L

Roṁ. viij

M

Matthei xxviij.

ꝓuer. iij.

Initio tu domine terram fundasti: ꝛ opera manuum tuarum sunt celi.

¶ Initium dei filius est: de quo scriptū est: Ipse est ini:

A tium omnis creature. Quod etiam ipse euidenter ostendit/ cum se principium nominauit. Denique et in apocalypsi ad

Apoca.j.et xxij.

Ioanne idem ipse ait. Ego sum alpha et omega primus et nouissimus: initium et finis. In hoc itaque fundata est terra: quia in ipso fundata est ecclesia. Hinc namque apostolus dicit:

j.Cor.iij.

Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est: quod est christus Iesus. Hinc ipse dei et hominum

Mat.xvj.

mediator: ad apostolorum principem ait. Tu es Petrus/ et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Ipse est enim petra a qua Petrus nomen accepit: et super quam se edificaturum ecclesiam dixit. Terra autem dicta est ecclesia: tum quia

Ecclesia di terra.

messe fidelium populorum spiritali fecunditate exuberat: tum quia in soliditate fidei perpetua firmitate imobiliter perseuerat. Unde per Salomonem dicit: Terra in eternum stat.

Eccle.j.

Terra quippe in eternum stare dicitur: quia sancta ecclesia in hoc seculo a catholica fide nequaquam deficiet: et in futuro cum deo eterna stabilitate permanebit. Nam quia in hoc vita nullis aduersitatibus frangenda sit: nullis persecutionibus superanda: ipse super quem edificata est: euidenter ostendit cum ait. Porte inferi non preualebunt aduersus eam. Por-

Mat.xvj. Porte inferi que sunt.

te inferi hereses sunt: que dum multos in fide infirmos fucata verborum calliditate decipiunt: quasi infernorum eis aditum pandunt. Sunt etiam porte inferi quedam potestates huius mundi. Quid enim nero/ quid diocletianus/ quid denique iste qui hoc tempore ecclesiam persequitur: nunquid non omnes porte inferi? Quis cogitare sufficiat quanti promissionibus eorum deuocati sunt? Quanti eorum metu preterriti? Quanti afflictionibus eorum superati? quos omnes perpetue mortis profundum absorbuit: et ad cruciatum damnationis

B

eterne infernus admisit. Sed ecclesia in illius (de qua dictum est) petre soliditate fundata: nec minarum ventis concutitur: nec persecutionum fluminibus mouetur: nec corporalium penarum incommodis titubat: nec mortis ipsius timore vacillat. Illi vero qui inferni aditum sequacibus suis vel pote portas aperiunt: eam impugnare et persequi modis omnibus non desistunt. In quo quid aliud faciunt: nisi quod veritatis verba euacuare contendunt? Non preualebunt aduersus eam porte inferi dicit dominus: et tamen vt et preualeant conatur. Sed fidelis dominus in omnibus vijs suis: et sanctus in operibus

Mat.xvj. Ps.cxliiij.

suis. Initio enim terram fundauit: et opera manuum eius sunt celi. Quid per celos nisi predicatores sanctos accipimus?

Predicatores dicuntur celi.

Qui terram istam (de qua dictum est) verborum imbribus predicantes inebriant: subiectis fidelium perpetue damnationis exitium comminantes intonant: ad astruendam verborum fidem miracula facientes choruscant. Nam quia predicantis verba

Esaie.lv.

pluuie sint/ testatur dominus cum per prophetam dicit. Quomodo descendit imber et nix de celo/ et illuc non reuertitur: sed inebriat terram et infundit eam/ et germinare eam facit: et dat semen serenti et panem comedenti: sic erit verbum quod egredietur de ore meo. Quid apertius? Ecce sicut de celo descendunt pluuie: ita de predicatoribus verba emanant doctrine. Isti sunt nimirum qui enarrant gloriam dei. De quibus etiam

C

hic dicitur: quia opera manuum eius sunt celi. In precedentibus dicit propheta: Uidebo celos tuos opera digitorum tuorum. hic vero ait: Opera manuum tuarum sunt celi. Quid est quod ibi vocantur opera digitorum: hic vero manuum: nisi quod diuersa ibi dona sancti spiritus doctorum infundenda cordibus intelliguntur? Hic vero ipsa virtutum opera ex eisdem tamen donis in hominum procedentia notitiam vocantur. Quia enim per manus omne opus agitur: ipse virtutum operationes per manuum opera signantur. Primum namque humanis mentibus gratia spiritualis infunditur: postmodum vero in mente quid spiritus egerit/ in operibus demonstratur. Celi etiam doctores ecclesie dicti sunt: quia dominus in eis presidet: dum per eos sua iudicia exercet. Quibus namque regni celorum claues tribuit: eis ligandi atque soluendi potestatem dedit. Per eos ergo iudicat: quia quodcunque ab eis ligatum fuerit: ligatum. Scimus autem quia sedere iudicantis est: et ipse dominus per prophe-

Esa.lxvj.

tam dicit. Celum mihi sedes est. Si ergo sedes dei celum est: et in rectoribus ecclesie dominus iudicat: cum sedere iudicantis sit: necessario consequitur quod ecclesie rectores celi dicuntur. Qui profecto celi opera manuum sunt dei: quia hoc ipsum quod celi sunt/ ex

Ps.xxxij.

gratia virtutis acceperunt: sicut scriptum est. Uerbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Ipsi peribunt: tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent.

¶ Nemo iam spem suam ponat in homine. Ipsi enim celi etsi sint opera manuum dei/ peribunt tamen. Quomodo autem peribunt

D

nisi secundum corpus? Qui si secundum corpus perituri sunt / vbi resurrectio: quam non solum negare scelus est: sed etiam de ea dubitare/ summum nephas est. Patet itaque quia non sic peribunt vt non resurgant: sed vt eas quas in hac vita patiuntur/ necessitates corporis euadant. In ipsa enim corporis eorum resumptione quodammodo perisse videbuntur: cum perierit in eis corruptione: destructur quod animale est: vt quod spirituale est viuat: et iam quasi non sint quod fuerant: dum in aliam mutati naturam: in lumine claritatis dei perenniter exultant. Solus namque deus vere immortalis est: quia solus eternus et incommutabilis est. Unde dicit beatus Aug. Uera eternitas et vera immortalitas non est nisi in deitate trinitatis: cui quod est esse perfectum est: quia natura initio carens / incremento non indigens: sicut nullum finem/ ita nullam recipit mutabilitatem. Creature autem etiam ille quibus deus eternitatem dedit vel daturus est/ non penitus omnis finis aliene sunt: quia non sunt extra commutationem. Inter hec sciendum est: quia hi de quibus agitur / celi peribunt et non peribunt: quia morietur in eis

Celi peribunt et non peribunt.

illa quam ex carnali generatione contraxerunt corruptio. Et tamen in eis plenior erit/ quam in hac vita per speculum et in enigmate acceperint/ diuina inhabitatio. Celi hoc modo esse non desinent: dum ad recipiendum in semetipsis deum/ sinum cordis amplius laxent. Unde cum eos perituros propheta dixisset: subiecit atque ait: Tu autem permanes. Ac si patenter

E

dicat: Peribit quidem quicquid in eis ex humana habet corruptione: sed permanebit in illis quod ex tua acceperunt virtute. Tu enim permanes. Liquet ergo: quia in eis non moritur quicquid de diuinitatis participatione in ipsis habetur. Caro tamen in puluerem redigitur / vt postmodum per resurrectionem in melius reformetur. Unde et subditur: Omnes sicut vestimentum veterascent. Uestimenta sanctorum sunt corpora eorum. Unde de quibusdam scriptum est: Isti sunt qui

Apo.xxij.

non inquinauerunt vestimenta sua. Et iterum: Lauerunt stolas suas/ et dealbauerunt eas in sanguine agni. Que profecto vestimenta tunc veterascunt: cum animabus eorum ad celum tendentibus: ipsa eorum corpora in terre essentiam deducuntur. Quia vero mortalitatem corporis immutatio sequitur resurrectionis: consequenter adiungit dicens.

Et sicut opertorium mutabis eos/ et mutabuntur: tu autem idem ipse es/ et anni tui non deficient.

¶ Non pretereundum nobis est quod cum dixisset eos sicut opertorium mutandos: subiunxit: et mutabuntur. Signauit enim his verbis duplicem illam sanctorum in futura vita commutationem. In qua non solum corpora corruptioni in hoc seculo et morti obnoxia perpetuam percipient incorruptionem: sed etiam anime eorum et corda in eternam transibunt stabilitatem: vt sicut mori non poterunt: ita et peccare quidem non possint. et appareat in eis multiplicis bonitatis dei beneficium: cum et mortale induerit immortalitatem: et affectus non sentiet tentationem. Notandum quod opertorium dei: sancti dicuntur. Si-

F

cut enim homini nihil est vicinius quam vestis: ita deo nihil est vicinius sanctis. Sicut enim vestimentis suis homo circundatur: ita sanctis suis deus vestitur. Hinc namque per prophetam scriptum est: Uiuo ego dicit dominus: quia in sublimatione tua omnibus his velut vestimento vestieris. Hinc rursus de eo per alium prophetam dicitur: Myrrha et gutta et casia a

Esa.xlix. Ps.xliiij.

vestimentis tuis. Quia enim omnium virtutum odoramenta a sanctis procedunt/ recte dicitur: quia a vestimentis dei myrrha et gutta et casia procedit. Hic namque apostolus ait: Christi bonus

ij.Cor.ij.

odor sumus deo. Uestimenta ergo dei mutantur: quia sancti post mortem corporis/ in felicitatem transeunt vite celestis. Sequitur. Tu autem idem ipse es. Hec est vera dei eternitas: et vera eiusdem immortalitas: quia non solum nullius finis limite sempiterna eius virtus et diuinitas concluditur: sed quod potestas et voluntas ipsius nullatenus imperfectionis cuiuslibet aut inconstantie varietate permutatur. Unde ad Moysen de se posuit.

Exo.iij.

Ego sum qui sum. Et iterum. Hec dices filijs Israel. Qui est/ misit me ad vos. Ideo et hic dicit: Tu autem idem ipse es. Homo

Ibidem.

namque etsi ipse sit: non tamen idem est: quia hoc ex sue mortalitatis corruptione accepit/ vt in eodem statu diu permanere non possit. Quod de deo sentire nimis absurdum est. Sicut enim est eternus: ita incommutabilis: non diminutionem sentiens nec augmentis excrescens: non mutans propositum: non improbans quod semel est approbatum. Unde et subditur. Et anni tui non deficient. Si per annos dei/ eternitatem accipimus: qualiter anni eius non deficient / aperte videmus Qu

G

si per annos ipsam sanctorũ multitudinẽ intelligere volumus: anni non deficient: q2 cum illo qui nunq̃ deficiet vnũ fient. Reuolutionẽ enim quandã dierũ/annũ vocamus. Quid aũt sunt sctĩ nisi dies: et quid peccatores nisi nox? Hinc etenim scriptũ est: Dies diei eructat verbũ: et nox nocti indicat scientiam. Anni ergo non deficient: q2 sanctorũ chori postq̃ illam incõprehẽsibilem semel in semetipsis acceperint lucẽ: nullã amplius sentient ignorantie vel tẽtationis obscuritatẽ. Tunc enim dies videtur deficere: cũ aut nubium aut noctis tenebris obscuratus ceperit non lucere. Quod ab illa vita alienũ erit: q2 vera lux que obscurari non potest/in sanctis fulgebit.

Ps. xviij.

Filij seruorum tuorum habitabunt/ et semen eorum in seculum dirigetur.

Qui sunt filij in annis. i. in eternitate dei habitaturi: nisi apostolorũ imitatores/cũ deo in celesti regno perenniter mãsuri? Omnes enim fideles/apostolorũ dicũtur filij: q2 ab eis fuerũt in fide generati. Hinc nãq3 ad galathas apostolus ait: Filioli mei/quos iterũ parturio. In eo q̃ dicit filios illic ? nõ seruos habitaturos: ostẽdit q̃ ad celeste regnũ aliquis peruenire non valeat: nisi prius vetustate abiecta p nouitatẽ vite filius fiat. Nam ? ipsi quos seruos vocat/apostolorũ filij fuerũt/veterẽ videlicet cõuersationẽ abdicãtes: et in nouitate vite per xp̃m ambulãtes. Fuerũt igitur serui/fuerũt ? filij: serui propter laborẽ operis: filij propter mutationem nouitatis. Hinc est q̃ ex filijs israel qui ex egyptiaca seruitute liberati sunt/? mare rubrũ preeũte ductore Moyse trãsierũt/nullus terrã promissionis (exceptis duob⁹) intrauit: sed filij eorũ postea intrauerũt: ? patrib⁹ eorũ repromissa diuine largitatis beneficia acceperunt. Significabatur nãq3 per hoc q̃ ad promissam nobis eterne hereditatis terrã nemo potest ascendere: nisi qui prius per amorem spirit⁹ in nouitate vite didicerit ambulare. Duo: caleph videlicet ? Josue/caput designãt ? corp⁹/xp̃m. s. ? ecclesiam: qui soli ingrediuntur illam viuẽtium terram. Quod vero ait [semen eorũ in seculum dirigetur] electorũ voluit opera intelligi: que tunc profecto dirigũtur in seculũ: cũ oĩa spectãt ad deũ. Semẽ quippe suũ nequaq̃ dirigit/qui ex operibus suis aliquid trãsitoriũ querit. Opera aũt nr̃a idcirco semen dicta sunt: q2 sicut ex semine fructum colligimus: sic ex operibus nostris mercedẽ expectamus. Hinc nãq3 apostolus ait: Quecunq3 seminauerit hõ/hec ? metet. Qui eñi in hac vita semẽ boni seminauerit operis: in futuro fructũ eterne cõsequet remunerationis. Per seculum vero/illius beate vite intelligitur eternitas: que q2 per varias tẽporũ mutationes nullatenus diuiditur: vnius seculi appellatione non incõuenienter signatur. In illud ergo seculũ dirigam⁹ semẽ nostrũ et cibũ operemur nõ q̃ perit: s3 qui pmanet i eternã vitã. Dum tẽpus habemus/operemur bonũ: vt cũ ad indeficientem vite illius beatitudinẽ puenerimus: perpetuos fruct⁹ in celo colligamus. Ille enim vere perpetuus est fructus: per quẽ perpetuo viuimus: et perenni panis et vini satietate gaudemus. Perpetu⁹ inquã: q2 ? mãducando non minuitur: et vetustate non deterioratur.

Gal. iiij.

D

Gal. vj.

Ibidem.

J

Prologus sexti psalmi penitentialis.

Inter innumeras ? rutilantium operũ ? eminẽtium structurarũ varietates quibus tẽplũ Salomonicum adornatũ fuit: hoc quoq3 fuisse describitur: q̃ quindecim ad illud gradibus ascẽdebatur. Quod quidẽ non casu vel sine causa factũ credẽdũ est. Salomon quippe celestiũ scrutator secretorũ: et diuine receptaculum sapientie: sic tẽplum illud manufactum edidit: vt exinde templum aliud nõ manufactum signaret: quatenus ex corruptibili terrene dom⁹ edificio: incorrupte celestis templi quodãmodo imaginaretur pulchritudo. Ad illud nãq3 tẽplum qđ ex viuis in celo lapidibus cõstruitur: non plana aut spatiosa peruenitur via: vel gressu ascẽditur corporeo: sed processu fidei ? charitatis ascensu. Hinc nãq3 propheta dicit. Beat⁹ vir cui⁹ est auxilium abs te. ascensiones in corde suo disposuit. Dicit ascensiones in corde beati viri dispositas: et vnde ascendere debeamus ostendit cũ ait. In valle lachrymarum. In ea nãq3 exilij nostri dãnationem deplãgimus: et innumerabiles corruptionis humane defectus molestias. Quis enim lĩguis ? molestijs? Hinc etenim Job dicit: Si impius fuero: ve mihi est: si aũt iustus: nõ leuabo caput/saturatus afflictione ? miseria. Et iterũ. Temptatio est vita hominis super terrã. Quia enim in hac vita oĩa vidit esse plena laqueis et tẽtationibus: non in ea tẽtationes esse dixit: sed ipam esse tẽtationẽ memorauit. Laboriosa ei est vita tẽporalis/leuior fabulis/velocior cursore/instabilitate fluitans/imbecillitate nutans/cuius habitatio in luteis domib⁹: immo ipsa in luto subsistens: cui nulla est fortitudo: nulla propositi constantia: nulla a turbationibus requies: nulla a laboribus reclinatio. Quis deniq3 est quẽ non excruciet dolor: sollicitudo non vigeat: non subruat timor? Risus fletum sequitur: gaudiũ tristitia comitatur: esuriei succedit saturitas. Saturitatẽ iterũ excludit esuries: in nocte dies optatur: in die nox querit̃. In algore calorẽ estu refrigerium: ante cibũ suspiria: post cibũ tribulatio: ire indignationes exagitant: et innumerabiles miseros homines metus perturbant. Hec est vallis quã sancti viri mẽtis affectibus indesinenter exire disponunt: et ad illud ineffabile bonum: ad illud inestimabile gaudium ascendere: quod nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascẽdit. Qui etsi corpore quidem inter homines esse videantur: animas tñ suas ad celestia eleuant: ? illi puro ? summo bono atq3 immortali ? perpetuo adherẽtes: temporalia ? corruptibilia deserũt: ? mũdo superiores facti/in sinu diuine contẽplationis quiescunt. Ibi in illo celesti templo cordis oculis deũ cõspiciunt: imo ? in eiusdẽ templi structura ipsi quoq3 lapides sunt. Per quindecim vero illius tẽpli gradus: spiritualis sanctorũ signat̃ ascensus. Numerus enim iste in septem ? octo diuidit̃: ? ideo per eum gemina iustorum vita signatur: actiua videlicet/et contẽplatiua. Actiua nãq3 in mũdo versatur: contẽplatiua vero ad celestia erigitur. Quia vero septenario numero tẽporalis: octonario vero perpetua vita signatur: recte per eosdem numeros et cõtẽplatiua vita exprimit̃ et actiua. Hinc nãq3 pdicti tẽpli auctor Salomon dominũ exorãs ait. Da mihi domine partes septenarion et octo. Optabat enim regie dignitatis potẽtia preditus: ita sibi subditos populos regere: vt tamen cõtẽplationis diuine non defraudaretur perfectione. Ipsa nãq3 officij administratoria necessitate constrictus/cogebatur temporali actioni insistere: sed suauius eum contẽplationis diuine dulcedo reficiebat in mẽte. Potest etiã intelligi q̃ ille quindecim gradus ad illud diuine illuminationis templũ ascẽdat: qui semper? de virtutis dei amore correptus: temporalibus que per septenariũ numerũ designãtur/gradatim contẽptis/per scalas octo beatitudinũ ad sublimia prouehitur: donec deus deorum in sion mẽtis oculis videatur. Sed videm⁹ nũc (sicut ait aplŝ) per speculum in enigmate. Impossibile est enim vt quis luteri huius corporis ergastulo inclusus: aut mortalis carnis circũseptus voluмine?: ascẽdentem super cherubin ? super pennas ventorũ volantẽ deum cõspiciat: vel quãta sit eius potentia diuinitatis agnoscat. Unde per Joannẽ dicitur: Deum nemo vidit vnq̃. Et moysi deum videre querenti: respõsum est a domino. Non videbit me homo ? viuet. Et si tante claritas est solis vt oculis in eũ corporalibus non valeamus intẽdere: quãta est illi⁹ claritas q̃ fecit solem: vt eũ possimus in hac qua sumus corruptione videre? Ipsum vero per speculum i enigmate intueri (qđ humilis adductu sponsi accepit ecclesia) illius eterne visionis signum est/et future perfectionis imago: in qua non iam per fidem/sed p speciem ambulabim⁹: ? reuelata facie ipsam diuine maiestatis gloriã irreuerberatis oculis cõspiciem⁹. Quia ergo hi quindecim psalmi quandam spiritualis ascensus continent formam: recte sub eodem titulo oẽs prenotati sunt: vt sicut ad illud materiale templum per gradus ascendebatur lapideos: ita celeste illud templũ hec nobis cantica preferũt: per que in deo exultans anima/quasi per quosdam gradus ascendat. Ascẽdamus ergo non corpore/sed spiritu: non passibus sed affectibus: hũc psalmũ decantemus: ? in eo studeamus deo meditatione appropinquare: dicẽtes cum propheta:

Ps. lxxxiij.

Job. x.

R

Job. vij.

i. Cor. ij.

L

Vita actiua ? contẽplatiua p numerũ xv. designatur.

Eccle. xl.

i. Cor. xiij

M

i. Joã. iiij.

Ruth. iij.

Explanatio sexti psalmi penitẽtialis.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

A ¶ Attendat vnusquisq̧ in quo profundo iaceat: et q̃ lō ge a deo peruerse agens effectus sit. Clamet ad eū totis viribus q̃ intuetur abyssos et sedet sup cherubin: donec de pfundi tenebris erutus/supno illustret lumine: et cla ritate perfruatur cognitionis diuine. Clamauit Jonas ad deū de ventre ceti: de altitudine maris/de profundo inobedientie: et ad aures dei oratio illius puenit. qui eū eruit a fluctibus: eripuit a bestia: absoluit a culpa. Cla met et peccator que in a deo recedētem cupiditatū tēpe stas contriuit: quē malignus hostis absorbuit: quē pſen tis seculi fluctus inuoluit: agnoscat se esse in profundo: vt ad deū sua perueniat oratio. Quis vero psalmus iste ad ascendentes pertinet: videamus qualiter ad deū iu stus de profundo clamet. Quomodo enī nō profundus est qui ascensiones suas in corde suo disposuit: qui inten tionē cordis ad deū dirigit: qui laboris studiū ad celos attollit? Sed sciendū q̃ sancti viri eo se magis infimos et abiectos sentiunt: quo per mentis desideriū erecti/vi cinius ad deum accedūt. Tunc enim primū miseriā suā incipiunt perfecte cognoscere: cū dei presentiā ceperint in corde sentire. Hinc est q̃ Abraham qui collocutionis diuine gratiā meruit: puluerē se esse et cinerē memorat: dicens: Loquar ad dñm: cum sim puluis et cinis. Hinc Jacob postq̃ dñm vidit/neruo femoris emarcescente/ vno pede claudicauit: quia profecto debiles se esse et in firmos reputant: qui se ad videndum deum p studiū san cte cōtemplationis leuant. Qui dum spem suam in car ne ponere desinunt: quasi vnius cruris vires amittunt. Eoq̧ assuescūt celesti dūtaxat desiderio inniti/quo sen serint se a spe rerum temporalium debilitari. Et quasi neruum non habent in femore: dū non confidunt in car nali generatione. Omnia que sub celo sunt/vanitatē esse manēt: e cum presentis vite miserijs plenos se esse et obsi tos circūquaq̧ cōspiciunt: quasi de profundis ad deum clamāt. Magna pfunditas vita mortalis: in qua nihil est certum/nihil vitale/nihil tutum: nihil tranquillum. Magna inquam pfunditas/in qua peccator obruitur/ impius immergitur: iustus turbat. Ideo nanq̧ clamat et dicit [De profundis clamaui ad te domine] In quo notandum: quia non ait clamo: sed clamaui. Habes in hoc perseuerantie documētum: vt si primo non exaudi ris/ab oratione non deficias: immo precibus et clamore insistas. Uult deus rogari: vult cogi: vult quadā impor tunitate vinci. Ideo tibi dicit. Regnum dei vim patit tur: et violenti rapiunt illud. Esto ergo sedulus in ora tione: esto in precibus importunus: caue ne ab oratione deficias. Si dissimulat audire quem rogas/esto raptor/ vt regnū celorum accipias: esto violentus/vt vim etiam ipsis inferas celis. Quid hac rapina locupletius? quid hac gloriosius violentia? Bona violentia/qua deus nō offenditur sed placatur: proximus non leditur sed iuua tur: peccatum minuitur nō multiplicatur. Bona inquā violentia qua non queritur lucrum cito periturū: sed re gnū acquiritur sine fine māsurum. Discant qui res alie nas diuino postposito timore diripiunt: et rapinis pau perum magis peccata cumulare q̃ lucra augere nō ces sant: aliquid rapere quo et veras sibi vendicet diuitias: et gloriam laudis perpetue acquirant: ne in hoc quoq̧ auaritie arguātur: si cum possint preciosa et eterna diri pere: vilia solumet transitoria videantur auferre. Infe rāt et ipsis celis violentiam: et regnum celorū quadam orationis vi rapiant. Sint in precibus importuni: vt ex lōgo clamoris vsu dicere possint. [De profundis clama ui ad te dñe: dñe exaudi vocem meā.] Nominis veneran di repetitio/precādi adauget affectū. Mouetur enī de siderium/si nomē quod diligitur replicatur. Uidetur hic qui loquitur/quandā exauditionis causam pretendere: cum se insinuat clamasse: vt quasi iure debeat exaudiri: qui dudū institit clamori. Hinc et apostoli causam dño dedisse leguntur: cū chananea rogante dixerunt. Dimit te eam/quia clamat post nos. Ideo nāq̧ a dño exaudiri meruit: quia prima dñi responsione repulsa/clamare ne quaq̧ cessauit. Fide quippe et dilectione accensa/a cla more nō antea destitit: q̃ optatā filie salutem acquisiuit.

Jonas cla mauit ad deū: et ex auditus fuit.

Gen. xviij.

Gen. xxxij.

B

Spem in carne po nere non debem⁹.

Oratio de bet esse p seuerās.

Matt. xi.

Violētia est celis inferēda.

C

Mat. xv.

Fiant aures tue intendentes in vocem depre cationis mee.

¶ Ascendens iste maius aliquid rogare aggreditur: et in ipsa etiam sua oratione ascendit: cum hoc adeo expo stulat/vt quasi quodāmodo aures inclinās orationi sue deus intendat: ne forte sit mora in exauditione: si longe sint aures ab oratiōe. Uidetur enim quendā diuine mi serationis precipuū precari affectū: cum rogat eū quo dāmodo ad audiendū affectari: vt cum vocē velit audi re supplicantis: opus non differat exercere misericordie: humane in hoc sequens locutionis modū: quasi huius modi deus affectione indigeat: quē non effugit cogita tio: non latet voluntas: dum ei nec intentio silet: nec desi deriū tacet. Nam dum potens quilibet supplicantē ali quē audire negligit: quasi primo aditu repulsus/exaudi ri qui supplicat diffidit. Si vero qui rogat/primo liben ter audire ceperit: et alijs postpositis negocijs/verbis solūmodo rogantis intendere: continuo ille qui rogatu rus aduenit/quandā cōcipit impetrandi fiduciā: et ipsa quodāmodo spe animatus: suam liberius proloquitur causam. Magnum quippe bone voluntatis sue domin⁹ illi dedit iudicium: cū loquenti se prebuit incunctanter intentum. Sic et nos cum dari nobis veniam a deo que rimus: et celestis gratie vitalia dona conferri: si nobis deum presentem aliquibus suauitatis et dulcedinis sue senserimus indicijs: ad ipsius desideriū studiosius ani mamur: super his que cupimus/adipiscendis aliquate nus certiores effecti: cum ille quē anima nostra deside rat: desiderantibus nobis per misericordiam appropin quat. Ascendēs igitur iste qui ad illius incorruptibilis celsitudinem mentem leuare proposuit: aures dei depre cationi sue intentas deposcit: vt quia oratio sua ad deū per recte studium intentionis dirigatur/circa eum quē rogat: velociter exaudiatur. Ascendenti autem et proue cto viro: a domino per prophetā dicit: Adhuc loquente te dicam: ecce assum. Inter orationē et deprecationem hoc interest: quia oratio pro virtute perseuerātie: depre catio vero fit p peccatorū impunitate. Ideo qui ad cel situdinis arcem ascendere contēdit: dicat [Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee.] Depreca tur enim deum vt peccatoꝝ suorū obliuiscatur/vt pater esse velit: non iudex. Ideoq̧ subiungit dicens.

D

E

Ofo et de precatio differūt.

Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?

¶ Nomen repetit/vt affectū excitet. Iniquitatē deus obseruaret: si peccatoribus veniam negaret. Si solūmo do ostenderet seueritatē: nō etiā adhiberet pietatē. Quod si faceret/nemo eterne gloriam felicitatis expectaret: ne mo ad patiendū iusti examinis penā sufficeret. Omnes enim peccauerunt (vt ait apl̃s) et egent gratia dei. Ue rum quia penitentibus ex corde ignoscit: et peccatore cō uerso omniū iniquitatū eius obliuiscitur: quis iam de misericordia dubitet? Quis iā de venia desperet? Hoc etenī per prophetā dñs pollicetur dicens. Ego sum: ego sum qui deleo vinculā iniquitates tuas: vt iustificeris. Attēde qualiter peccati cōfessio peccata obliteret: que iustificat iniquū: tollit a deo memoriā peccatorū. Confi teamur vt deleātur nostra peccata: nec post cōfessionem ad ea reuertamur: sed iuxta aplm/in anteriora nos extē dētes: que retro sunt obliuiscamur. Non gestiam⁹ reuer ti in egyptū: aut sedere super ollas carniū: nec simus cō cupiscentes malorum: nec idola mentis veneremur: nec deū tētemus: nec in deserto mūdi huius murmuremus. Cōfiteamur de preteritis peccatis nos accusantes: con fiteamur de peccatorū indulgentia deū laudantes. Est nāq̧ confessio peccati: et confessio laudis. Si enim cōfes sio laudis nō esset: saluator noster nequaq̧ dixisset: Con fiteor tibi pater celi et terre. Nā quomodo pctm̄ confite retur: qui peccatū nō fecit? Precedat itaq̧ confessio/vt laudatio sequatur: sicut scriptum est. Rectos decet col laudatio. Habemus enī pontificē qui possit cōpati infir mitatibus nostris: de quo et aperte sequitur.

Rom. iij.

Ro. et gl̃ia.

Esa. xliiij

F

Phil. iij.

Confessio est et pcti et laudis.

Ps. xxxij

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine.

¶ Quis est ppitiatio nisi Christ⁹ Jesus/qui se obtulit sacrificiū deo/vt nos redimeret ab omni iniqtate/et mū daret sibi populū acceptabilē/sectatorē bonorū operū? denicq̧ Joannes ait. Ipse est ppitiatio pro peccatis no stris. Qui est apud deū: quia sedet ad dexterā dei: sicut dicit propheta. Dixit dñs dño meo: sede adextris meis:

Hebre. ix.

j. Joan. ij

Ps. cix.

G

donec ponā inimicos tuos: scabellū pedū tuorum. Apostolus quoq; perhibet: q ad dexteram patris sedens pro nobis interpellet. [Et propter legē tuā sustinui te dñe.] Lex dei misericordia est: qua peccantibus veniā contulit: reuertētibus eterne vite aditū patefecit. Hanc legē pro crucifixorib' suis patrē exorans Christus impleuit: hanc nobis tenendā verus magister indicit. Ait enī. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui vos oderūt: et orate pro persequētibus et calūniātibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in celis est. In quo profecto ostendit: quia filij dei aliter esse non possumus: nisi misericordie legē seruantes/inimicos diligamus. Hāc etiam nobis Paulus tenendā insinuat: cū ait. Fratres et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto/vos qui spūales estis/huiusmodi instruite in spū lenitatis: considerans teipsum: ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legē Christi. Quis autē portat alterius onera: nisi qui charitatē habet? Qui enī veraciter diligit/lesus non ledit: cōtumelijs vicē nō reddit: detrahētibus sibi non detrahit: qui eū oderūt/non odit. Scriptum nanq; est: Charitas patiens est: benigna est. Patiēs quidē vt aliena mala toleret: benigna vero vt ipsos etiā quos portat amet. Qui ergo illata mala equanimiter tolerat: quasi infirmi fratris onera portat. Hec est lex misericordie: p quā perpetuā euadere damnationē confidimus: per quā etiā saluatorē dñm nostrum Jesum Christū expectamus. Qui si (vt supra dictum est) iniquitates obseruaret/nemo sustinere sufficeret. Sustinem' autē eum propter legem suā/qui peccantibus in nos idcirco dimittimus: vt peccatorū nostrorū ab eo veniam percipiamus. Hinc nanq; per semetipsam veritas ait: Dimittite: et dimittetur vobis.

Luce .vj.

Filij dei esse nō possunt q inimicos non diligunt.

Gal. vj.

j. cor. xiij.

Charitas est patiēs & benigna.

H

Luce .ix.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino.

¶ Uide perfecte charitatis ordinem. Ascendens iste et in amore diuino proficiens/qui fide et dilectione introrsus accenditur/desiderio ad eterna erigit. Spe ad summa leuatur: proximorū non negligit curā: non postponit salutem: ad eos inter ipsa diuine gaudia contēplationis cōuertitur: et vt gradibus eisdē ad deum accedant hortatur/eis nimirum exemplū se proponens: vt si infirmitate aliqua impediātur a desiderio proficiētis: iā et perueniētis promoueātur exēplo. Ideoq; ait. [Sustinuit aīa mea in verbo.] Nolite diffidere/nolite dubitare: ponite corda vestra in virtute eius: quia sustinuit aīa mea in verbo eius. Qui manet in verbo: non fraudatur a regno. Aliter nāq; fructum facere non possumus: nisi in eo maneamus. Ideoq; ait: Manete in me/et ego in vobis. Ubi enim manendū nisi in ipso? Deficient domus: palatia corruent: destruētur ciuitates: ab imis sedibus turres euellētur. Postremo celū et terra transibunt: verbū autē dñi manet ineternū. Maneamus ergo in eo qui manet ineternū. Non sequamur vanitatem/deserētes veritatē: nec contristemur sicut ceteri qui spem non habent: sed sustineamus eum. Et si morā fecerit/expectemus: ne contingat nobis quod per prophetā dicitur. Ue his qui perdiderūt sustinentiā. vnde & subditur. [Sperauit aīa mea in dño.] Quicūq; mundane aduersitatis fract' molestijs: diabolice tentationis infestatione deiectus: a spe celestiū promissionū deciderit/sustinentie quā prius habuerat mercedē amittit. Qui vero sustinebit/magnā reportabit remunerationē. Fidelis enī dñs in oībus vijs suis. Promisit in hac vita penitentibus veniā. Manifestum est ergo quia sicut confitētibus remissionē tribuit peccatorū: ita a spe non decidētibus dabit regnū celorū. Ideo qui in verbo eius sustinuit: in dño sperare se dicit. Sicut enim maledictus homo qui confidit in homine: ita et beatus cuius est nomen dñi spes eius: et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Joan .xv.

Eccle. ij.

J

Ps. cxliiij.

Hie. xvij.

Ps. xxxix.

A custodia matutina vsq; ad noctem: speret israel in domino.

¶ Si ad literā hoc accipiamus: dehortari nos potius q monere videtur. Quis enī tā pusillanimis/vt vna tm̄ die speret in dño? Ubi iam erit illa Pauli sententia qua ait: Si autē quod nō videmus/speramus: per patientiā expectamus? Et parua vnius diei patiētia: & q breuis expectatio? Sed vt hunc locū melius intelligamus/ad vicesimi primi psalmi titulū curram'. Intitulatur enī pro assumptiōe matutina. Que est assumptio matutina: nisi resurrectio deo mane facta? Ibi nempe et custodia facta fuit/ad hoc vsq; prorūpente iudaice cecitate perfidie/vt quē viderant mortuū/crediderāt non resurrecturum. Et ne eum discipuli nocte raperent: custodibus sepulchrū munierūt. Alia translatio habet a vigilia matutina: per qđ aptius ipsa dñi resurrectio exprimitur. Qui enī dormiuit i morte: vigilauit in resurrectione. Ideoq; dicit: Ego dormiui/& soporatus sum/& resurrexi. Et iterū: Uigilaui: & fact' sum sicut passer solitarius in tecto. Hec itaq; resurrectio spei nostre fundamētū est: q: illuc nos peruēturos speremus/quo caput nostrū precessisse cognoscimus. Multos enim ante hanc resurrectionē legimus resuscitatos: et tamen dicit apl's: quia primitie dormientiū Christ'. Joānes quoq; pmogenitū mortuorum eū nominat. Quotquot enim ante eū resurrexerūt: iterū mortui sunt: Christ' vero resurgens a mortuis/iā non moritur. Christi ergo resurrectio spei nostre fundamentū est: quia in illa vita resurrecturos nos credimus: in qua nos cum eo victuros sine fine speremus. Nec debet iam homo de resurrectionis veritate ambigere: cum sciat verum hominē Christū a mortuis resurrexisse. Ad hoc enim mortuus est vt viueremus: accepit a nobis vt offerret pro nobis. Moriendo itaq; morte destruxit: resurgendo vite aditū nobis patefecit. Hinc est q eidē ecclesia dicit: Notas mihi fecisti vias vite. Ante adductum quippe eius/vite via omnibus ignota fuerat: tendentibus cunctis ad mortē/et ad inferos descendētibus etiā electis: donec ille veniret qui et impios ad iustificationem/et mortuos vocaret ad vitam: veram fidē astruens mortis & resurrectiōis sue indicijs/& doctrine noue nos formans institutis: per q nimirū et mortē possemus euadere: & in nouitate vite per adiunctā spūsancti gratiam ambulare. Possum' quoq; per custodiā matutinā ipsa fidei nostre rudimenta accipere: vt a tēpore accepti baptismatis: post illustrationem gratie salutaris: intentionem suā vnusquisq; ad eum diriget: et spem suā in eo singulariter ponat. Quasi enī matutinā lucem recipit anima: cū tenebris infidelitatis expulsis: et vitiorū detersa caligine: et emūdatis peccatorū maculis per lauacrum regenerationis: paulatim incipit deū agnoscere: et in lumine solidari cognitionis diuine. Est enī lumen cognitionis dei: de qua scriptum est: Illuminate vobis lumen cognitionis. Magnū lumen/qđ tenebras cordis euacuat: mētis oculos purgat: animos erigit: corda accēdit: et decet lenitas iustitie: desiderium virtutis adauget. Magnum lumen/per quod vitamus offendicula: precipitia precauemus: euadimus pericula: pertrāsimus laqueos: non timemus prospera: sustinemus aduersa: respuimus errorem: sequimur veritatem. Quis non desideret hoc illuminari lumine? Quis non hoc fulgore illustrari exoptet? Hinc est q propheta nos admonet dicens. Accedite ad eum/et illuminamini. Qui accedit per fidē/illuminatur per cognitionē. Statim autē post illuminationem/gratie spem sequi oportet. Hoc enī monet qui dicit [A custodia matutina vsq; ad noctē speret israel in domino.] Que est hec custodia: nunquid auri vel argenti: num monilū vel lapidū preciosorū: num vestium vel pecuniarū? Nonne hec sunt que mergūt hominē in interitum? Sed est his multo preciosius quod illuminatū custodiri oporteat. Dicit enī propheta: Judicia dñi vera/iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multū. Denique de sapiētia dictum est: quia est preciosior cunctis opibus: et oīa que desiderantur/huic nō valent cōparari. He sunt ergo diuitie quas custodire debet qui de nocte ad matutinū peruenit: multo preciosiores terrenis/& tēporalib' veriores: quas nec ignis exurere: nec tinea comedere: nec predo potest auferre. Hec etiā mihi videtur propheta sensisse cū in precedētibus quereret: In quo corrigit adolescētior viam suā? Ne si hoc sine discussione assereret/videretur quod adiunctū est: magis ex pcipitatione placitū: q ex iudicio diffinitū. Et vt consilium eo salubrius crederetur: quo propensiori meditatione examinatū videretur: secutus adiunxit. In custodiendo sermones tuos. Conuersus autem ad deum/ad interrogata respōdet: vt diuine pietatis remediū crederetur/qđ esset inuentū non piclum-

Ro. viij.

K

Ps. iij.

Psal. c.

Christ' est primitie dormientium.

Rom. vj.

L

Ps. xv.

Custodia matutina p quo accipitur.

Ps. xxxiij.

M

Ps. xviij.

Puer. iij.

Ps. cxviij.

Ibidem.

B

Threñ.iij

Iugũ portare debemus ab adolescentia.

petione humana/sed inspiratiõe diuina. Hic Hieremias ait: Bonum est viro cum portauerit iugũ ab adolescentia sua. Sedebit solitarius/et tacebit. Iugum est verbũ dei/mẽtis nrẽ collo impositũ: vt nec alta ceruice aut nutibus procedamus oculorũ: nec de accepta qualibet gratia infl[a]emur: nec extollamus in altum cornu nostrũ: nec aduersus deũ iniquitatẽ loquamur: sed in omnibus sicut dei ministros nosmetipsos exhibentes/alas nostras humiliemus: et iuxta aplm: Imitatores dei sicut filij charissimi existamus. Portandũ autẽ hoc iugum ab adolescentia: vt iuuẽtutis annos cõgrua disciplinę correctione vnusquisq̃ preueniat: ne si post decursũ iuuẽtutis annos iugũ tulerit: suorũ stimuletur rememoratione peccatorũ: et erroris vsu et peccandi cõsuetudine exagitetur: et nouis semp insurgẽtibus prelijs: eos in seipso sentiat impugnationũ tumultus: per quos quotidie aut victor existat: aut victus. Nam si ab ipsis adolescentie primordijs ceruicem verbi iugo subdiderit: omnibus in seipso rite compositis in pace sedebit. Sedebit quidẽ sic carnẽ subijciens: et de tribunali rationis quasi de iudiciaria sede omnibus internis motibus velut quibusdã ciuib⁹ edicta proponẽs. Sedebit inquã nullũ metuẽs hostẽ: nullã sentiens impugnationẽ. Stare nãq̃ pugnantis est: sedere vero feriati. Sedebit quoq̃ solitarius: id est ab omnium carnaliũ desideriorũ tumultu remotus. De hac solitudine Dauid dicit: Elongaui fugiens/et mansi in solitudine. Neq̃ enim rex potentissim⁹ qui tot milibus populorũ preerat: in solitudine habitabat. Habitabat autẽ in solitudine cordis sui: in qua nullos hostiũ spũalium impetus: nullos peruersarum cogitationum strepitus: nullos pateretur clamoris iniqui tumultus. Qui vero solitarius sedet/tacet: intelligẽs melius esse silere/q̃ loqui incaute. Hinc etenim scriptũ est: Homo sapiens tacebit vsq̃ ad tẽp⁹. Pri⁹ nãq̃ oportet discere q̃ docere. Ideo dictũ est. Audi israel. Neq̃ enim pri⁹ dixit loquere/sed audi. Sed ꝓphete dictum est a domino: Fili hominis/sta super pedes tuos: et audi quecũq̃ loquor ad te. Qui audit: tacet. Tacet ergo qui ĩ lege dei meditatur die ac nocte: et audit quid loquatur in eo dñs deus: qui loquitur pacem in eos qui cõuertũtur ad cor. Restat ergo vt dicamus quid sit q̃ vsq̃ ad noctẽ sperandum in dño dicit. Quis dubitat noctẽ tũc esse dici? Sic et vnicuiq̃ homini finis istius vite mors sua est. Potest quoq̃ per noctem intelligi ille extremi iudicij dies: quẽ ꝓpheta diẽ nominat tenebrarũ et caliginis: in qua ad celeste regnũ vocantur electi: vbi iam spes eorum terminabitur: receptis omnibus que in hac vita sperauerunt: et ad laudẽ dei concinentibus sanctis: Sicut audiuimus/sic vidimus in ciuitate dñi virtutum. Qđ enim videt quis/quid sperat? Speraũimus ergo in hac vita: vt qđ hic in spe concipimus: ibi in re habeamus.

Ps.liiij. Dauid cũ rex eẽt ĩ quiet ĩ solitudine manere potuit.

B

Prouer.xx.

Ezech.ij.

ps.lxxxiiij.

ps.xlvij.

Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

C

¶ Cõmendat nobis dei charitatẽ/vt nos ad sperandũ hortetur. Ex hoc enim vsq̃ ad noctẽ speram⁹: q2 eũ misericordẽ credim⁹: longanimẽ scim⁹. Unde nõ incõgrue per quẽdã sapientẽ dictum est: Tribularer si nõ scirem mias tuas dñe. Tribulationi quippe cordis nostri remediũ miserationis diuine occurrit: et contra differẽtis malum/firmissime spei adhibet cõsolationẽ: ꝓmissionũ diuinarũ certa nobis ꝓponens exempla: quibus peccantiũ salutẽ semꝑ libẽtius affert q̃ perditionẽ. Quosdã quoq̃ correctionem ad animũ reducẽs: quos etsi a statu rectitudinis error subtraxit: cõditoris tamẽ gratia in meli⁹ reformauit. Ecce grauiũ delictorũ mole obrutus: et de meritorũ qualitate diffisus: aspicio zaccheũ: intueor mariã: considero petrum: perpendo latronẽ: in quibus miserationis diuine splendor apparuit: atq̃ per eos spem venie peccãtib⁹ dedit. Hec sunt inestimabilis miserationis dei diuitie: humano quidẽ generi a seculis abscõdite: nouissimis vero tẽporibus p mediatorẽ dei et hoim declarate. Hec ꝑ sui immẽsitate adeo incõprehẽsibilia sunt: vt in explanatiõe eorũ manus torpeat: fatiscãt ingenia: eloquẽtie cõticescãt. Superãt enĩ sensum: sermonẽ trãscendũt: intellectũ excedũt. Quis enim digne enarrare sufficiat quante misericordie fuit/vnigenitũ dei filiũ de sinu patris ad publicum nostrũ descẽdere: carnem mortalem assumere: irrisiones pro nobis/vincula/flagella/crucẽ/mortẽq̃ tolerare: Quis cogitare valeat quãte fuerit grẽ/ouem perditam querere: quesitã inuenire: inuentã in humeris portare: Quis exponere queat/quãte fuerit miserationis/sacratissima preciosi sanguinis effusione gen⁹ humanũ redimere: et sacrosanctũ viuifici corporis et sanguinis sui mysteriũ membris suis tribuere: cuius perceptione corpus suũ (quod est ecclesia) pascitur et potatur/abluitur et sanctificatur. Ideo et plenitudo tẽporis tempus gratie noiatur. in quo iuxta Pauli vocẽ/Apparuit gratia saluatoris nostri dei omnibus hoibus/erudiẽs nos: vt abnegantes impietatẽ et secularia desideria/sobrie et iuste et pie viuamus in hoc seculo. Et iterũ: Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri. nõ ex operibus iustitie que fecimus nos: sed ẽm suam misericordiã saluos nos fecit. Hinc per Zachariã prophetam dicit: In die illa erit fons patens domus Dauid inhabitantibus hierusalẽ in ablutione peccatoris et mẽstruate. Quis est iste fons nisi vnigenitus dei filius? de quo per ꝓphetã deo dicitur: Apud te est fons vite. Qui nimirum tunc patẽs extitit: quãdo in mũdo visibilis apparẽs/pro liberatione nostra carnẽ suscepit. Qui etiã domus Dauid dictus est: quia ex semine Dauid ẽm carnẽ natus est. Hierusalem vero visio pacis interpretatur. Hi ergo hierusalem inhabitãt: qui ad amorẽ celestiũ mentẽ leuãt. Peccator vero et menstruata est: vel is qui delinquit in opere: vel mens que labit in praua cogitatione. Menstruata nãq̃ mulier ita in seipsa polluitur: vt aliena carne minime tãgatur. Quasi ergo mẽstruata illa est anima: q̃ etsi in praui operis effectum non ducit: in immundarũ tamẽ cogitationũ delectatione versatur. Quia igitur iã patet nobis fons misericordie redẽptor noster/toto hunc pectore hauriamus: vt extinguere sitim carnaliũ desideriorũ valeamus. Lauemus in eo maculas criminũ: notas diluamus carnaliũ cogitationũ. Et qui fontem misericordie/si clausus esset/querere debuimus: saltem apertũ et patentẽ non negligamus. Sperãdum nãq̃ nobis est: q2 ibi penitentie nostre locus non deerit: vbi innumerabilium hominũ compunctio locum inuenit. Ad hoc enim patet vt lauet: ad hoc fluit vt letificet: ad hoc redundat vt purget. Nam subditur.

Peccatorũ exẽplaria ad spẽ ꝑcredẽdũ.

Mia dei est ineffabilis.

D

ad Tit.ij.

ad Tit.iij

Zach.xiij

Filius dei dicit fons patens.

ps.xxxv.

E

Et ipse redimet israel ex omnibus iniq̃tatib⁹ ei⁹.

¶ Restat igitur vt israel efficiamur: et omnẽ transcendentes creaturã: in eum qui oĩa creauit/mẽtis aciem dirigamus. Disponamus ascensiones in corde nostro: et ꝑ eas ad conditorem angelorũ puro et simplici intellectu ascẽdamus. Quid enĩ tam suaue et tam iocundũ q̃ mentis oculis et cordis desiderio contẽplari deũ/atq̃ eius suauissimã degustare dulcedinẽ: dulcissimamq̃ sentire suauitatẽ? Adest nobis gloria redẽptoris nostri: q̃ nos a terrenis ad celestia erigat: oculos cordis nostri ad videndum solem iustitie aperiat: ac per hoc ex omnibus nos iniquitatibus nostris redimat. Qui viuit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

F

¶ Prologus sexti psalmi penitentialis.

De psalmi cẽtesimi quadragesimi secũdi titulo/iuxta quod pietas diuina cõtulerit locuturus/prius volo modos aperire ꝓphetie: quatenus dũ eius diuersitas ostẽditur: eius et intelligentia facilius acquiratur. Sciẽdum nanq̃ est: quia prophetia tribus modis fit: videlicet verbis/factis/somnijs. Quicũq̃ enim propheta futura innotuit/aut verbis/aut factis/aut somnijs prophetauit. Uerbis nãq̃ futura predixit Esaias cũ ait: Ecce virgo concipiet et pariet filiũ: et vocabitur nomen eius emanuel. Somnijs vero nabuchodonosor futura preuidit: que spiritu sancto Daniel repletus enodauit. Factis Abrahã futura nunciauit: quãdo vnicũ filiũ suũ ad sacrificia obtulit. Quẽ nimirũ/quẽ in hoc opere designat: nisi eũ qui proprio filio suo nõ pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illũ? Ipsa enĩ antiquorũ patrũ gesta nobis prophetie sunt: qui dum aliud agunt/et aliud innuunt: occulta nobis quasi per operis linguã produnt. Quod hoc in loco euidenter ostẽditur: cũ Absalon facta ad memoriã reducũtur. Absalon nãq̃ patrẽ persequẽs/ad hoc vsq̃ liuore feralis prorupit insanie: vt in seipso destrueret iura nature. Quẽ enĩ naturaliter amare debuerat vt patrẽ: eũ inhumane persequa

Prophetia tripliciter fit.

Esa.vij.

Ro.viij.

ij.re.xviij.

G — Absalon interptat par pris: & populū iudaicum signat. Ps. xvij.

batur vt hostẽ. Absalon autẽ pax patris interpretatur: non q̄ ei pax vlla cum patre fuerit: sed quis quãte pacis et patientie exstitit: in eius peruersitate pater ostendit. Quis autẽ per Absalon nisi iudaicus populus: quis ve ro per Dauid nisi redẽptor noster signatur? Hinc nanq̧ per prophetã veritas ait: Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt. Deniq̧ ipse est fili⁹ senior: qui adolescẽtioris inuentioni inuidens et saluti/domum re nuit intrare ecclesie. Qui profecto canticũ non cantat le titie: nec cõcinentiũ admiscetur choris: et annulo carẽs fidei/nec stola immortalitatis induitur: nec vituli sagina ti alimento satiatur. Qui etiã hedũ querit: quia agnum qui tollit pctã mũdi/nõ sequitur: et ideo inter hedos in iudicio statuitur: nec ad cenam nuptiarũ eius vocatur. Patrẽ ergo Absalon p̄secutus est: quia iudaicus popu lus dũ monita salutis respuit: in propria veniente dei fi liũ recipere recusauit. In tm̃ autẽ vesanie sue extendere conatus est rabiẽ: vt suũ occidere presumeret creatorẽ. In quo nimirũ facto patiẽtia Christi declarata est: qui non solũ eis malũ pro malo non reddidit: verũetiam ad mortẽ ductus pro eis orauit dicẽs: Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Unde et aplus admonet di cens: Christus pro nobis passus est/relinquẽs nobis ex emplũ: vt sequamur vestigia eius. Qui peccatũ nõ fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cũ malediceret/ non maledicebat: cũ pateretur/non cõminabatur. Orat autẽ caput in hoc psalmo pro membris: Christus pro ec clesia: virtus pro infirmitate. Orat quippe vt non seuere iudicẽtur: sed misericorditer exaudiãtur. Persequitur etiã hoc tẽpore schismaticus corpus Christi: impugnat hereticus ecclesiã: vnitatẽ infidelis perturbat. Sed cla mat ad deum ecclesia/ capiti suo Christo in vnitate spi ritus coniuncta. Que etsi omni tẽpore ad deum clamat: precipue tamen in tribulatione se ad orandum excitat. vnde et dicit: In die tribulationis mee clamaui ad te. Sed videamus quid dicat.

Lu. xxiij. — j. Pet. ij. — H

Explanatio septimi psalmi penitentialis.

Domine exaudi orationẽ meam: aurib⁹ percipe obsecrationẽ meam in veritate tua: exaudi me in tua iustitia.

Sancta vniuersalis ecclesia s̃m digniorem partẽ sui in spe celestiũ premiorũ roborata: sicut in electis habet quod conseruari desideret: ita in infirmis inuenit quod sibi dimitti exoret: sciẽs oẽs diuino egere auxilio: quos infelicis vite conditio angustat: cũ et iustus inter peri cula securus esse nõ valeat: et peccãtem non nisi sola gra tia diuine miserationis absoluat. Utrobiq̧ ergo paui da/vtrobiq̧ suspecta/et pro currentibus orat vt perue niant: et pro regressis obsecrat vt currant. Inter oratio nem autẽ et obsecrationẽ hoc interest: q̄ oratio pro per seuerantia virtutũ: obsecratio vero fit pro indulgentia peccatorũ. Orat ergo caput vel ecclesia: vt & bene operã tes in iustitia roborentur. In eo vero quod ait: Auribus percipe obsecrationẽ meã: delinquentiũ designat debi litatẽ: qui ad similitudinẽ egrotantiũ quadã oĩpotẽtis medici indigent condescẽsione/cum se non valeant ad eũ peccatores leuare. Uel auribus percipe. i. obsecrationib⁹ intende. Hoc nãq̧ per prophetã pollicetur dicens: Con uertimini ad me: et ego cõuertar ad vos. Unde et subdi tur: In veritate tua. In hoc enĩ vera apparet promis sio: quia cõuersio tribuitur remissio peccatorũ: iuxta qd̃ scriptum est: Iustificeris in sermonibus tuis: et vincas cum iudicaris. Exaudi me in tua iustitia. Qui glorie tur in se/non exauditur. Non exaudiunt illi qui ignorã tes dei iustitiã/ et suã volentes statuere/iustitie dei non sunt subiecti. Deniq̧ phariseus iustitiã suam in templo statuere voluit: et ideo a dño reprobat⁹ fuit. Gloriemur ergo in iustitia dei/si exaudiri querimus: vt nos cũ pro pheta dicere possim⁹: Exaudi me in tua iustitia. Quis autem gloriatur in iustitia dei: nisi qui nihil boni suis meritis tribuit: et iustũ esse quicquid aduersi tolerat sen tit? Gloriabatur Paulus in infirmitatibus suis: nihil boni nõ accepti se habere testabatur: humilitatis nobis exẽpla ꝓponens erat: vt qui gloriatur/in dño gloriet.

Oratio et obsecratio differẽtiã habẽt. — I — Esa. xlv. — Psal. l. — Lu. xviij. — j. Cor. j.

Et nõ intres in iudiciũ cum seruo tuo: quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens.

Qui contra cõditoris flagella murmurat: quasi cum eo in iudicium intrat. Dei nãq̧ accusat iudicium: qui se estimat iniuste percussum. Et quasi cum deo in iudicio contendit: qui inter flagella innocentẽ se ostendit. Hinc etenim dñs ad beatum Iob loquitur, dicens: Numquid qui contendit cum deo/ tam facile conquiescit? Utiq̧ qui arguit deum: debet et respondere illi. Tunc beatus Iob quasi deũ arguit: cũ de percussione sua an fuerit iu sta dubitauit. Nullius quippe delicti sibi cõscius: iniu ste se percussum credidit: quia merita sibi augeri ex per cussione nesciuit. Sed qui multa de operatiõe sua locu tus: audita sanctorum vita tacuit: quasi cum deo cõten dẽs facile cõquieuit. Uel certe ille cũ deo in iudiciũ in greditur: qui cum orauerit/murmurat si nõ exauditur. Quibus dicitur. An vultis mecum iudicio contẽdere? Quasi enĩ iudicio contendebãt: qui dicebant. Quare ie iunauimus: et nõ aspexisti? Humiliauim⁹ aĩas nostras: et nescisti? Siquidẽ stultũ est ab oratione deficere: si de⁹ differat cum rogatur exaudire. Et iniquũ arguere con ditorẽ/si effectus non sequitur orationẽ: presertim cum quid oremus sicut oportet nesciamus. Nonnullis quip pe impatiẽtibus dñs quod petebãt sepe cõcessit iratus: sicut ecõtra apostolo negauit propitius. Dedit enĩ regẽ petẽtibus s̃m desideria cordis eorũ: dedit etiã postulan ti diabolo: vt Iob simplicẽ et rectũ et timẽtem deũ ten taret. Malignos spũs exaudiuit: et in porcorũ gregem demonũ concessit legionem intrare. Non igitur pro ma gno quis habeat si fuerit exauditus: cum aliquid petat quod non impetrare plus prosit. Quod si postulata non obtinet: nõ se abijciat/aut de diuina erga se miseratiõe desperet: cũ forte ea peteret quibus acceptis vel affliga tur atrocius: vel inutilius prosperetur. Scriptum quip pe est: Auersio paruulorũ interficiet eos: et prosperitas stultorũ perdet eos. Quia non iustificabitur in conspe ctu tuo oĩs viuens. Scio multos in conspectu hominũ iustos videri: et ad spem celestiũ promissorum erectos in nocenter inmũdo viuere: qui etsi nõ delinquãt in opere: labũtur tamẽ aliquãdo vana aut peruersa cogitatione. Cuius enĩ mentẽ cogitationes vane non laniant: cuius cor temptationes non vexant: cuius animũ desideria car nis non turbant? Non ergo in cõspectu dei iustificatur qui corde delinquit: quod intuetur deus.

K — Murmuratores dicunt intrare in iudicium cum deo. — Iob. xxxix. — Hiere. ij. — Esa. lviij. — Dñs irat⁹ sepe concedit impatientibus qd̃ petũt. — L — Prouer. j

Quia persecutus est inimicus animã meã: hu miliauit in terra vitam meam.

Quis sit generis humani inimicus: ostẽdit qui para bolã zizaniorũ exponẽs ait. Inimicus autẽ diabolus est. Et apostolus Petrus ait: Inimicus vester diabolus tanq̧ leo rugiens circuit: querẽs quẽ deuoret. Ipse enĩ est qui aĩas persequitur: qui mortẽ inferre perpetuã mo litur. Ipse est inquã qui incautos decipit: et in via hui⁹ vite gradientibus laqueos tendit. Ideo propheta ait: In via hac qua ambulabã/absconderunt laqueũ mihi. Rursum de eo scriptũ est: Abscõdita est in terra pedica eius: et decipula illius super semitas. Dũ enim humane saluti inuidens perdere innocẽtem appetit: prius ei ali quid quod libeat ostendit. Quod dũ appetere incautus nititur: occulto peccati mucrone transuerberat. Quasi ergo in terra pedica absconditur: dum in terrenis cõmo dis pctm̃ occultatur. Decipula quoq̧ ab antiquo hoste super semitã ponitur: cum in actione huius mũdi quam mens appetit: peccati laqueus paratur. Ita nãq̧ in ter ra decipula ponitur: vt exposita esca ipsa non videatur. Sic nimirũ sic antiquus hostis dũ subuertere aliquẽ cu pit/quasi escã in muscipula/lucrũ in culpa ponit. Ad qd̃ dũ auiditatis amore viator inhiat: ex improuiso eũ pec cati laqueus suffocat. Quis huius hostis versutias non metuat: qui tanto est perniciosior/quãto occultior? Nõ enim que extra nos sunt auferre nititur: sed diripere the sauros interiores conatur. Nulla sibi temporaliũ bono rum cupiditas: nulla diuitiarũ ambitio: nullũ dignita tis desideriũ. sola interiora appetit: solas virtutes diri pit: solam animã occidit. Et si aliquando exteriora tan git: non ea aufert vt habeat: sed vt ea auferẽdo animã euertat. Nouim⁹ quomodo multos quotidie fraudib⁹ suis occupet: quomodo vestimẽtis gratie expoliet: dece ptos virtutũ priuet ornatu: diuitijs opum defraudet: li uorib⁹ infuscet temptationũ: vulneribus peccatorũ trãsfi

Diabolus est generis humani inimic⁹. — Mat. xiij. — j. Pet. v. — Ps. cxxxix. — Iob. xviij — M — Diabolus sola interiora appetit

A

gat. Hec est nanq; peruersitatis eius intentio: vt omnes noceat: omnes deijciat. Denique quos in vijs dei ambulātes viderit: et in proposito iustitie cognouerit fortiores: eos grauius persequitur: a statu rectitudinis subuertere conatur. Ideoq; ait. [Persecutus est inimicus animā meam: humiliauit in terra vitam meam.] Grauis persecutio. Qui ceperam amore celestium terrena relinquere: et contemptis diuitijs secularibus/in celis conuersari: iam impulsione diabolica cogor summa et eterna despicere: et de mundi huius prouidentia incerta cogitare. Terrenarum rerum curis aggrauor: carnalium voluptatum captus illecebris/ad ima deducor. Deprimit enim terrena habitatio sensum multa cogitantem. [Humiliauit in terra vitam meam.] Qui contemptis celestibus/ad ima solummodo appetenda deducitur: eius vita in terra humiliatur. Unde fit vt eo morti fiat proximus: quo a deo factus est per dissimilitudinem longinquus. Hinc nanq; apostolus ait. Qui volunt diuites fieri/incidunt in temptationem et in laqueum diaboli: et desideria multa inutilia: que mergunt homines in interitū. Unde et apte subditur:

Sap. ix.

j. Timo. vj. Diuitem velle fieri periculosum est.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.

¶ Quid infelicius? Uiuebam olim deo: mortuus seculo: nūc ecōtrario mortuus deo/mūdo viuo. Quid est enim peccatū nisi mors? Hinc etenī scriptū est: Nō est in morte qui memor sit tui. Et iterum: Intrauit mors per fenestras nostras. Mors nanq; est que animā a deo separat: sensuum internorū intercludit officia: diuinā deturpat imaginē: lucis adimit claritatē. Denique qui in Christo moritur: in sepulchro cōscientie tumulatur: ligatur concupiscentiarū institis: a cōspectu dei proijcitur: vnitie operitur: lapide iniquitatis intus clauditur. De talib⁹ scriptum est: Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorū. Hos tamen aliquando resuscitat Iesus: et sublato impenitudinis lapide/a tenebris ad lucem reuocat. Et cum pro eis ecclesia intercesserit/p ministeriū eos sacerdotū absoluit. Uenit ipse ad monumētum: ad lachrymas ecclesie cōmouetur: iubet vt ad iustitiā resurgat/qui pridem in iniquitate iacuerat. Tantūmodo opus est vt per confessionē foras veniat: sentiat cordis dolorem: timeat iudicium dei: ab iniquitate recedat. Habet etiam in hoc prophete documētum. Nam subditur. [Anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatū est cor meū.] Penitentis viri spūs anxiatur/cum superna desiderans: carnis corruptione deprimitur. Cum enī terrene labis pondere pregrauatus: sustolli ad altiora nititur: ipso suo conamine fatigat⁹ lassatur. Sed eo ertgius superiora desiderat: quo verius sarcinam agnoscit quā portat. Turbatur vero cor peccatoris in recordatione peccati: cum primum ceperit seipsum cognoscere: et quā longe a deo recesserit cogitare. Hec vacat qđ addidit: in me. Quasi enim extra se fuerat: qui spretis salubrib⁹ et eternis: de nocijs et tēporalibus cogitabat: qui egritudinis sue molestias non sentiebat: qui se videre cū cecus esset putabat. Sed eo in se redijt: quo seipm qualis fuerat recognouit. Scriptum nanq; est: Redite preuaricatores ad cor. Sed de filio prodigo narrauit dominus: quia cum distractis et profusis paternis bonis: vite celestis alimento egeret: in se reuersus sit. Non enim in se reuerteretur: nisi a se prius exisset. Ideoq; et pater eius ait: Hic filius meus mortuus fuerat/et reuixit: perierat/et inuentus est. Si ergo a patre a quo per inobedientiam discesseras/inueniri desideras: et deliciose in domo illius epulari: ad teipm statim reuertere: et discussis actibus tuis/vide excideris recordare: vt eo magis mouearis ad penitentiam: quo incipies cognoscere quod amiseris: et pdere quod inueneris. Sequitur.

B

ps. vi. Hier. ix.

ps. lxxv.

C

Esa. xlvj.

Peccator si a deo recipi desideret. ad seipm vt fili⁹ prodig⁹ reuerti debet.

Memor fui dierū antiquorū/meditatus sum in omnibus operibus tuis: et in factis manuum tuarum meditabar.

¶ Felices antiqui dies: nihil tenebrarum: nihil caliginis preferētes. Quas diuinitatis illustrabat presentia: securitatis purgabat serenitas: letitie immensitas decorabat. Dies gaudiorū et luminis: dies virtutū et pacis: dies deliciarū et suauitatis. Quos non perturbabat meror: non infestabat angustia: non obūbrabat infirmitas. Hos dies in paradiso habuit anima anteq̄ a statu rectitudinis per culpam caderet preuaricationis. sed eosdem tunc infeliciter perdidit: cum precepta cōditoris seruare contēpsit. Potest quoq; intelligi per antiquos dies/primorum parētum transgressio: per quā oculos eorum apertos testatur scriptura. Uel etiā illecebrosa isti⁹ mūdi prosperitas: fraudulenta quadā amenitate stultis arridens: cui maledicit iustus dicens: Pereat dies in qua natus sum. Sancti etenī viri mundi huius prospera magis q̄ aduersa metuētes: in ipsis successib⁹ suis seipsos discutiūt: et q̄ cito transeat mundane felicitatis fumus attendunt: reuoluentes quod scriptū est: In die malorum ne immemor sis bonorū. Si quē vero in mundo prosperari viderint: et in gloria diuitiarū suarum exultare: nō culmen dignitatis eius cōsiderant: sed finem illius mēte pertractāt: vt tanto obnoxius vera bona considerent: quāto apertius bona nō esse que transeunt vident. Hinc nanq; Iob dicit: Ego vidi stultum firma radice: et maledixi pulchritudini eius statim. Qui enim in multitudine diuitiarū suarum confidit: quasi in terra radicem firmauit. Sed vir sanctus eius maledicit pulchritudini: cum illius derogat prosperitati. [Meditat⁹ sum in omnibus operibus tuis.] Qui mundi huius diuitias fallaces esse agnouerit: et amore celestium cōtempserit terrena: meditatur in operibus bonis que vita hac trāseunte permaneant: et eterne vite premia ferant. Nec enim tēpore vtiliter viuitur: nisi ad comperandū meritum quo in eternitate viuatur. Sequitur. [Et in factis manuum tuarum meditabar.] Loquitur propheta ad deū. Opera manuum tuarum sunt celi. Et alibi. Celi enarrāt gloriam dei. Illi sunt celi qui enarrant gloriam dei: q opus manuum dei dicuntur: quia diuinam in se nō deformāt imaginem: charismatum non excludūt dona: anime speciem nō demoliunt. Qui nihil boni sibi, sed totū gratie dei tribuunt/scientes se nihil habere qđ non acceperit. Hoc enim operatus est in eis/qui vasa misericordie fecit eos: qui illos ante mundi cōstitutionem in seipso elegit: vt in se non glorient: nec altum sapiant/sed timeant: nec dicant in abundantia sua: non mouebor in eternum. In his meditatur/qui de babylone reuersus/exempla eorum sibi ad imitandum proponens/ne deceptus conuersatione eorum qui terrena sapiunt/in eadem que dimiserat relabatur: et fiat deterior erroris cōfusio: si post acceptū aratrum ceperit retro aspicere: aut ad tollendā tunicam in domū remeare. Eorum itaq; exemplo se ad bene operādum excitat: cum eis absens corpore/mente cōuersatur. Gloriam ergo beatitudinis eterne quā receperunt aut recepturi sunt/attēdit: vt eo magis ad opus bonum animetur: quo ceperit agnoscere quod egerunt: et sperare quod acceperunt.

D

Dies antiqui quid denotāt.

Iob. iij.

Eccli. xj.

Iob. v.

E

ps. cj.

ps. xviij.

ps. xxix.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

¶ Non sufficit bene velle/nisi sequatur et facere. Ideo qui in operibus bonis meditatū se dixerat: et in meditatione laudis sanctorū immoratū: secutus adiūxit. [Expandi manus meas ad te.] Hinc nanq; propheta nos admonet dicens: Leuemus corda nostra cum manibus ad deum. Quid est manus ad deum expandere/nisi operatione ad omnipotētem leuare? Denique ille manus suas contrahit: qui indigentibus nihil tribuit/qui vocē pauperis non exaudit. Hinc quidā sapiens admonet dicēs: Non sit manus tua ad dandū contracta/et ad accipiendum porrecta. Docuit ille manus expandere/qui dixit: Date elemosynā: et ecce oia munda sunt vobis. Et propheta testatur dicens: In die tribulationis mee deū exquisiui manibus meis. Quid est enim manib⁹ deum exquirere/nisi operibus sanctis saluatorē inuocare? Nec ociose additum est/ad te: quia sunt plerique qui in eo qđ bene agunt: laudari ab hominibus appetūt. Hi manus suas ad deum expandunt/qui per opera sanctitatis nō deum sed mundi gloriam querunt. De talibus dicit dominus: Amē dico vobis: receperūt mercedē suā. Expandamus ergo manus nostras ad deum/ne iustitiam nostram faciamus corā hominib⁹: nec cum fatuis virginibus lampades vacuas accipiamus: sed in vasis nostris oleum sumentes/venienti sponso occurramus: vt dicere cū apostolo possimus: Gloria nostra hec est/testimonium

F

Thren. iij

Pauperib⁹ non subuenientes dicūtur manus cōtractas habere.

Luce. xj.

ps. lxxv.

Mat. vj.

ij. Cor. j.

G

conscientie nostre. [Anima mea sicut terra sine aqua tibi.] Hoc est propter quod magis timoratus quisque se ad bene operandum excitat / si se non extollat de meritis: si in se superbiam humane presumptionis extinguat: si nihil se esse reputet: si virtutis incrementum a conditore expectet. Ideoque ait. [Anima mea sicut terra sine aqua tibi.] Quasi enim terra sine aqua: est anima sine gratia. Sicut enim terra que imbre non perfunditur: non vestitur herbis: non venustatur floribus: non abundat messe: sic anima gratia carens non operitur virtutibus: non cogitat de celestibus: non insistit vtilibus. Vitiato namque in primo parente libero arbitrio: iam nec velle quidem bonum possumus: nisi illius gratia adiuuemur: apud quem gressus hominis diriguntur. Scriptum quippe est: Preparatur voluntas a domino. Et dominus discipulis ait: Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Et apostolus: Deus est (inquit) qui operatur in vobis et velle et perficere: pro bona voluntate. Et iterum. Gratia dei saluati estis per fidem. Si ergo fidem sine gratia dei nemo habet: quis se facere fructum estimet sine adiutorio illius / qui ait: Posui vos vt eatis et fructum afferatis: et fructus vester maneat: Quicunque enim plantet aut riget: incassum vox correptionis exterius perstrepit: nisi ille incrementum dederit: sine quo nihil possumus facere.

Jo.xv. Phil.ij. Ephe.j. Jo.xv.

Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.

¶ Non incongrue a quodam sapiente dictum est. Cupiditati ipsa celeritas tarda est. Parum enim est desideranti iustificationes dei vt exaudiat: nisi etiam velociter exaudiatur. Addit etiam causam quare exaudiri debeat: quasi instantem iam spiritum non habeat: qui spem suam omnino in deo ponit. Dicendo enim defecit spiritus meus: pauperem spiritu se esse testatur: et de seipso non presumere: sed sacrificium deo spiritum contribulatum offerre. Agnoscit hoc etiam se ex gratia dei habere quod humiliatus est: confidens se eius auxilio erigendum / cuius gratia se sentit elisum. Hinc namque propheta dominum exorans ait. Auferes spiritum eorum / et deficient: et in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum / et creabuntur. Non enim receptaculum spiritus dei quisque efficitur: nisi spiritu suo primitus euacuetur. Nam nec requiescit spiritus dei / nisi super humilem et quietum: et trementem sermones dei. Denique qui tremit / deficit. Hinc propheta ait. Defecit in salutari tuo anima mea. Nisi enim quis a semetipso deficiat: ad eum qui supra ipsum est / non appropinquat. Hinc de regina Saba scriptum est: quod audita sapientia Salomonis: et visis ministris domus eius: non habebat vltra spiritum. quia electorum ecclesia de gentibus congregata / cognita Christi gratia / et euangelice doctrine inuentis magistris / abiecto superbie spiritu: omnique elationis fastu deposito: didicit de seipsa diffidere: et in regis sui misericordia magna sperare.

H — Ps.ciij. — Spiritus dei super quos requiescit. — Ps.cxviij. — iij.Reg.x.

Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum.

I

¶ Solent domini irati ab his quibus offensi sunt seruis oculos auertere: et si quando illi pro gratia supplicauerint: in partem aliam faciem declinare. Et quia recto eos intuitu conspicere nequeunt: animorum suorum motus in ipso corporis habitu ostendunt. Deus quoque idem delinquentibus auertitur: quia turpitudinem eorum sereno vultu inspicere dedignatur. Sed qui abiicit delinquentem / conuertitur ad penitentem: vocat etiam auersos: donat peccata conuersis: hortatur pigros: consolatur afflictos: docet studiosos: adiuuat dimicantes: confirmat laborantes: exaudit corde clamantes. Ipse namque per prophetam dicit: Conuertimini ad me: et ego conuertar ad vos. Sed quia conuerti ad eum sine ipso non possumus: quotidie cum propheta clamemus. [Ne auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum.] Auertente domino faciem / peccator in lacum descendit: quia nisi illum deus misericorditer respexerit: post multa perpetrata scelera / in desperationis foueam cadit. Nam et Petrus amare non fleuisset / nisi eum dominus respexisset. Est enim penitentia vnum de perfectis donis descendentibus a patre luminum. Nisi ergo benigna dei misericordia mentem hominis illuminauerit / impossibile est eum in nouam naturam mutari: cum scriptum sit: Non potest homo a se facere quicquam nisi datum fuerit desuper. Et apostolus. Fiduciam inquit talem habemus per Christum ad deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Si ergo nec cogitare aliquid a nobis sufficimus / quomodo sine respectu misericordie dei penitentiam agemus? Sunt enim tenebre vbi Christus non respicit: vbi lux illa vera non ingreditur: que sic lucet in tenebris / vt tamen non comprehendatur a tenebris. Ideoque propheta dominum exorans dicebat. Faciem tuam illumina super seruum tuum. Quid est autem facies dei / nisi quedam claritas cognitionis eius? Hanc cognitionis eius claritatem non vident qui misericordiam ipsius ignorant: qui de peccatorum suorum venia desperant. Illi denique in lacum descendunt: vbi lumen non vident misericordie: intentionem cordis non dirigunt ad celos: carnis satisfaciunt desiderijs: deum contemnunt: sicut scriptum est: Peccator cum in profundum venerit / contemnit. De talibus per Amos prophetam dominus intonat dicens: Si celauerint se ab oculis meis in profundo maris: ibi mandabo serpenti / et mordebit eos. Quid est enim celari in profundo maris / nisi in altitudine delitescere desperationis? Celat vero se qui non confitetur peccata sua. Non confitetur autem qui desperat de misericordia dei. Vel certe ille se ab oculis dei celat: qui a mandatis eius auertitur. Oculi enim domini / spiritus dei / qui legem id est mandata dedit. Qui ergo se ab oculis dei in profundo desperationis celauerint: potestatem accipit diabolus vt eos mordeat: et vt in ventrem eos sue malitie inducat. Ipse est enim serpens cui dictum est: Terram comedes omnibus diebus vite tue.

Esa.xlv. — ij.Cor.iij. — K — Tenebre sunt vbi Christus non respicit. — Ps.cxviij. — Prouer.xviij. — Amos.ix. — L — Gen.iij.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

¶ Quid est mane / nisi sequentis diei initium? Que autem dies nisi illa de qua propheta dicit: Melior est dies vna in atrijs tuis super millia? Et apostolus: Nox (inquit) precessit / dies autem appropinquabit. Abijciamus ergo opera tenebrarum: et induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. Illa est enim dies quam verus ille sol illuminat qui nescit occasum: quem non obtenebrat nubes: non obscurat nebula: non obumbrat turbo. Que recte vna dicitur: quia nullius finis termino angustatur. In hac quippe vita diem non habemus: in qua per fidem / non per speciem ambulamus. In qua cecitatis nostre patimur tenebras: et erroris humani deflemus caliginem. In qua assiduis meroris et angustie premimur nebulis: et per deuia trahimur / quasi captiui lumen sapientie non habentes: et in cogitationibus nostris euanescentes. Cum autem Christus apparuerit vita nostra: et reuelata facie deum videre ceperimus: tunc omnis effugiet caligo tenebrarum: omnis euanescet ignorantie fumus: omnis dissipabitur tentationis nebula: quia et corruptibile hoc induet incorruptionem: et mortale hoc induet immortalitatem. Illa erit claritatis et lucis dies: quam electis omnibus preparauit: qui eripuit nos de potestate tenebrarum: et transtulit in regnum filij dilectionis sue. Huius diei mane est futura resurrectio: iuxta quod scriptum est: Mane astabo tibi et videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es: neque habitabit iuxta te malignus. Et iterum: Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime: ad annunciandum mane misericordiam tuam. In eo quippe iustorum lucescet felicitas: apparebit gloria: videbitur exultatio: vbi absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum: vbi nouissima destruetur mors: vbi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. In illo autem mane auditam faciet dominus misericordiam suam: cum segregatis iustis ab impijs: ouibus scilicet ab hedis: dicet his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei: percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ibi nota fiet misericordia dei: quam in presenti vita mens humana capere non potest. Preparauit enim dominus diligentibus se / quod oculus non vidit / nec auris audiuit / nec in cor hominis ascendit. Ideo qui per bonam conuersationem a gratia dei venientem / ad desiderium eterne vite erigitur: dicit. [Auditam fac mihi mane misericordiam tuam] scilicet eternam. Misericordia enim domini ab eterno vsque in eternum super timentes eum. Quod si illa sanctorum felicitas misericordia est: et non meritis acquiritur: vbi erit quod scriptum est: Et tu reddes vnicuique secundum opera sua? Si secundum opera redditur / quo-

Ps.lxxxiij. — Rom.xiij. — Diem hac vita non habemus. — M — Ps.v. — Ps.xci. — Apo.xxi. — Mat.xiij. — Mat.xxv. — j.Cor.ij. — Prouer.xxiiij.

A

modo misericordia estimabitur? Sed aliud est s͠m opera reddere: et aliud propter ipsa opera reddere. In eo enim q̄ s͠m opera dicitur: ipsa operū qualitas intelligitur: vt cuius apparuerint bona opera: eius sit z retributio gloriosa. Illi nanq̄ beate vite in qua cum deo et de deo viuitur: nullus potest equari labor/nulla opera cõparari: presertim cum apostolus dicat: Non sunt condigne passiones huius temporis ad futurã gloriã que reuelabitur in nobis. Quãq̄ et ex hoc quoq̄ misericordia iure possit nominari: quia pro illis operibus datur que sine preuētu misericordie dei nemo assequitur. Unde in psalmis dicitur: Deus meus: misericordia eius preueniet me. Nisi enim vasa ire fecisset vasa misericordie: neminē ab illa perditionis massa cõuersatio sancta discerneret: neminē a pena perpetue mortis iustitia propria liberaret. Constat ergo quia quibus misericorditer tribuit vt in hac vita bene operentur: eis misericordius largitur vt in eterna beatitudine centuplicato fructu remuneretur. Hec est gratia quã pro gratia dandam sanctis dei apostolus perhibet: vt quibus in hac vita diuinitus detur gratia sanctificationis: eis ex hac quoq̄ ī futuro detur gratia eterne felicitatis. Quod vero ait [quia in te speraui] quasi causa est iuste petitionis: quia cum spem suam quis in deo posuerit: ad exorandū deum confidentior erit. Dixerat quoq̄ superius: Defecit spiritus meus. nūc vero in deo sperare se dicit. In quo maioribus vsus confidentie remedijs/spei nostre saluberrimū adhibet documentū: vt discamus parū esse quod a nobis deficimus: nisi nos transcendentes in deo proficiamus.

Ro.viij. — Ps.lviij. — Uasa ire fecit deus vasa mic.

B

Notam fac mihi viam in qua ambulē: quia ad te leuaui animã meam.

¶ Quis est qui peruenire possit ad audiendã mane vocem misericordie: nisi ambulauerit in via iustitie? Hinc propheta dominū exorans ait: Uiã iustificationū tuarum instrue me. Et illud: Dirige me in semitam rectam propter inimicos meos. Et dirige in conspectu tuo viã meam. Sciebat enim viam esse que recta videtur hominibus: cuius nouissima ad mortem ducunt. Ideoq̄ ait: [Notam fac mihi viam in qua ambulē: quia ad te leuaui animã meam.] Uide ordinem. Primū est vt a teipso deficias/nec super te causa iactantie rapiaris: sed omnibus inferiorē te sentias: z sic in te spiritū superbie extinguas. Non te generis nobilitas extollat: non erigat honor: non inflet prudentia. Qui enim confidit in homine/maledicto subiacet. Deinde sequitur vt in deo speres: vt derelictus (iuxta prophetã) a patre z matre/assumaris a dño: et eius presidio guberneris inter fluctuantis mundane tentationis. Postremo vt animã ipsam leues ad deum: et omni vanitate expulsa/in celestibus conuerseris: vbi deliciarum dei reficiaris dulcedine: et visionis eius perfruaris claritate. Nō tibi subrepat terrenarum delectatio cupiditatum: non vanitatū fantasmata mentem occupent: que cum animū in diuersa traxerint/tantam inducunt caliginē negligētie/et cecitatis tenebras opponunt: vt cū appetere ceperit infima: nullatenus erigatur ad summa. Si amore celestium accēsus fueris: et per istos ascenderis humilitatis gradus: poteris et tu dicere cum propheta. Ad te domine leuaui animã meã. Beatus qui hoc potest dicere. Beatus plane quem iniquitas non onerat: non reuocat delectatio: non inclinat voluptas: quē non grauat cupiditas: non deprimit opulentia: non trahit ambitio: sicut scriptū est. Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit.

Ps.cxviij. — Ps.xxvj. — Ps.v. — Ps.xxvj. — Terrenorū cōtēptus est saluberrimus. — C — Ps.cxxiij. — Ps.lxxxiij.

Eripe me de inimicis meis domine/ad te cõfugi: doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu.

¶ Qui in via ambulat/insidias metuit: hostiū timet incursus: predonū impetus perhorrescit. Ideo qui viam nosse salutis desiderat: vt etiã ab inimicis eripiatur exorat. Nouit q̄ inter inimicos graditur/in medio laqueorum. vndiq̄ pericula imminent: vndiq̄ ponuntur insidie: vndiq̄ incauti precipitantur. Aduersarius enim noster diabolus tanq̄ leo rugiens circuit: querens quem deuoret. Occupat incautos: inermes sauciat: incautos expoliat. Alios necat: alios captiuat: alios suffocat. Aliquando transfigurat se in angelū lucis: et incaute mentiti quedã agenda bona proponit: vt dum a proposito temptatus deciderit: et tentationū ventis velut arundo ceperit agitari: facilius ad delicti inducatur cõsensum. Inserit inutiles cogitationes: vana adhibet desideria: virtutū figmenta depingit. Si quem vero inuenerit fortiorem in bono proposito perseuerantem: cum acrius persequitur: et grauioribus admotis tentationū aculeis: extinguere conatur. Habet quoq̄ secū nequitie ministros: duces et satellites suos: cum quibus aduersus humanã fragilitatem congreditur: vt eo tanto facilius superetur: quanto non ab vno/sed a multis impugnatur. Cōtra hūc potētem aduersarium eiusq̄ plurimos apparatus nos instruebat Paulus cum diceret. Nō est vobis colluctatio aduersus carnem z sanguinem: sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum: cōtra spiritualia nequitie in celestibus. Quis tot inimicorū cateruas euadere: eorumq̄ insidias inuestigare potest? Non grauantur carne: nullis occupantur curis: sed sunt ad nocēdum parati. Quis hominum aduersus eos dimicās illesus abire potest: nisi auxilio diuine gratie vallatus fuerit: et scuto bone voluntatis eius coronatus? Etiam si bone operationis studio floreat: si lumine polleat virtutum: non poterit inimici rugientis superare nequitiam: nec potestatis inique reprimere vires: nisi illius fuerit fretus presidio: qui sic manet in nobis: vt etiam pugnet pro nobis. Restat ergo vt in omnibus diuine gratie auxilium postulemus: et ad illud inexpugnabile occurramus semper refugium: in quo nullius hostis timeamus incursum. Ad illud nempe refugium confugerat qui dicebat. [Eripe me de inimicis meis dñe: ad te cõfugi.] Et alibi. Domine refugiū factus es nobis. ¶ Notandū vero quia non ait protege me/sed eripe me: quasi dicat: Iã me fraudū suarū laqueis implicant: iam deceptionū astringunt nodis: iam retibus iniquitatum inuoluunt. Quis autē ad eripiendum idoneus: nisi ille cui cū propheta cātamus: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū. Laqueus contritus est: z nos liberati sumus? Et ne quis sibi placens de ereptione sua glorietur: adiunctū est. Adiutoriū nostrū in nomine dñi: qui fecit celum et terram. Ambulātes itaq̄ in via hac in qua abscōderūt laqueos nobis: totis ad deum medullis cordis clamemus. [Eripe me de inimicis meis domine/ad te confugi: doce me facere voluntatē tuam: q̄ deus meus es tu.] Iustum est vt deo suo omnis homo seruiat: creatura obediat creatori: domini sui mandata seruus non transgrediatur. Contendat christiana anima facere voluntatem dei sui/agnoscat creatorem suum: audiat vocem eius: dirigat viam eius: obediat preceptis eius. Et vt doceatur: postulet vt dirigatur: supplicet vt confirmetur. Hoc quippe sine auxilio diuine inspirationis assequi nemo potest: sed in omnibus diuina nobis est exorando clementia: vt infuso cordibus nostris spiritu cuius vnctio docet nos de omnibus: discamus que sit voluntas dei bona/beneplacens et perfecta.

Periculis multis sūt in via presentis seculi. — j. Pet.v. — D — Ephe.vj. — E — Ps.lxxxix. — Ps.cxxiij. — Uia christiana q̄d agere debet. — F — Rom.xij.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomē tuum domine viuificabis me in equitate tua.

¶ Qui a spiritu suo deficit: a spiritu dei deducitur. Dixerat autē superius suum spiritū defecisse. Cōstat itaq̄ quia ad malū eum suus spiritus deduxerat. Et fortasse deduxerat eum in regionem longinquã: in qua substantiam suam dissipasset: in qua fames esset verbi dei: ī qua vni ciuiū/videlicet diabolo (qui princeps est mundi huius nūcupatus) adherens/ad porcos mitteretur pascendos. Ubi porcorū cibis ventrem suum cuperet implere/id est malignorū spirituum suggestionibus carni sue satisfacere. Iam vero malo spiritu deficiente/dei bono assumptus: in terram rectam speret introduci: que tribulos non germinet et spinas/nec deserta sit vel inuia vel inaquosa: sed centenis exuberet fructibus/et delitijs habundet eternis. Qui enim spiritu dei aguntur: hi (iuxta apostoli vocem) filij dei sunt. Si autem filij/et heredes. Et si heredes: hereditatē possidentes. Que est autē hereditas: nisi terra viuentium? Hinc nãq̄ propheta ait: Mansueti hereditabunt terrã: et delectabuntur in multitudine pacis. Hinc rursus ait: Benedicentes ei: hereditabunt terrã. Et ne quis crederet terrã illam que trã-

Filij prodigi vitulis ī pulchris applicatio. — Ro.viij. — Ps.xxxvj.

G

Ps. xxxvj.
Ibidem.

situra est / benedicentibus et mansuetis hereditatē promitti: subiunxit atq; ait. Justi autē hereditabūt terrā: et inhabitabunt in seculū seculi super eā. et / Nouit dñs dies immaculatorū: et hereditas eorum ineternum erit. Si ergo hereditas filiorū est: et illi sunt filij dei / qui aguntur spiritu dei: eorum hereditas terra viuentiū sit: qui spiritu dei illuminant / i terrā rectā deducent. Ad quā quicūq; deducitur / in multitudine pacis delectat. Hāc pacis multitudinē dñs per prophetā pollicet dicēs. Dabo illis solatiū verū: pacem sup pacē. Super pacē enim quā dilectis suis in hac vita tribuit: in eterna felicitate aliā diuina miseratio dabit: vt iā caro nō repugnet spiritui: nec aliqua vllius tentationis subrepat occasio / omnib⁹ iam cōpositis: vt reformata in melius humana natura: nemo iam cadere / nemo possit peccare. Hec est pax christi: quā apostolis ipse promisit dicens: Pacem relinquo vobis: pacē meā do vobis. In quo notādū: q; cū bis eis suā pacē promisit / intelligamus sanctos dei quādam in hac vita pacem habere: sed verā perfectāq; pacem ibi solūmodo inuēturos / vbi eos iam nulla vana mouebit cogitatio: nulla turbabit illusio: cū eripuerit deus animas eorū de morte: oculos eorum a lachrymis: pedes eorum a lapsu. Hanc pacē christus solus habuit: quia solus inter mortuos liber: peccati aculeum in corde non sensit. Nos vero q̄diu corruptibili carne premimur / et corporis innectimur nodis: integre illius pfecteq; pacis ignari vane conturbamur: irrepētibus nobis terrenarum illecebris cupiditatū / et cogitationib⁹ vanis: que frequēter quasi facto agmine ex improuiso erumpētes / mētem confundunt: atq; alio q̄ proposuerimus animū trahunt. Non enim in potestate nostra est cor nostrū. Nō ad deū sm voluntatem nostram erigitur. deducitur ad ima: trahitur ad deuia. Si ergo in terrā rectam cupimus ingredi: a spiritu dei bono optemus deduci. [Propter nomē tuū domine viuificabis me in equitate tua.] Non viuit iustitie: nisi qui moritur iniquitati. Sicut autē quod seminauimus non viuificatur nisi moriatur prius: sic qui mundo et cōcupiscentijs eius non moritur / in fructu bonorum operū non multiplicatur. Superest ergo vt mortificemus mēbra nostra que sunt sup terrā: quatenus viuificet nos auctor vite. Ad hoc enim ipse mortuus est et resurrexit / vt nos peccatis mortui / iustitie viuamus. Hinc propheta dicit: Viuificabit nos post duos dies: et in die tertia suscitabit nos. Illa nempe resurrectio nostra vita fuit: p quā a morte anime liberati sumus: atq; vite restituti perpetue. Si enim credimus q Jesus mortuus est et resurrexit / ita et deus eos qui dormierūt per Jesum adducet cum eo. Vides quia qui Christo cōmoritur: cum eo cōuiuificat: sicut testatur apostolus dicēs: Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. Plus est autem viuificari in equitate / q̄ viuificari equitati. Deniq; qui in equitate viuificatur: in ipsam equitatē introducitur: vt nihil iniquū sapiat: nihil impium agat. Potest etiā per equitatē ipse Christus intelligi: in quo viuificatur qui mundo moritur. Deniq; corpore suo et sanguine pascimur et viuificamur: alimur et saginamur. Nec ociose additur propter nomē tuū. Ad omne enim bonū quod agimus / non nostrā sed dñi gloriam querimus. In eo naq; opus bonum deo acceptū efficitur: si ex virtute operis non serui / sed dñi nomen glorificetur.

Esa. xxvj.
Pacē sup pacem tribuit de⁹ dilectis suis.
Joā. xiiij.
H
Mortificem⁹ nos si viuere velimus.
Osee. vj.
Rom. vj.
Rom. vj.
I

Educes de tribulatione animā meā: et in misericordia tua disperdes oēs inimicos meos.

Cōsciētia delictorū est maxia oīm afflictionum.

¶ Inter multiplices humane anime tribulationes / et innumerabiles afflictionū molestias: nulla est maior afflictio / q̄ conscientia delictorū. Cū eni exterius patitur homo / ad deum confugit: ad virū fortitudinis recurrit. Singulare naq; et saluberrimū est consolationis remedium / tribulationes exterius patienti: vt si eum contristat orbitas: si angit paupertas: si venit infirmitas / recedat ab eo qui foris est strepitu: et ingressus in interiora mentis penetralia: ibi deum inuocet: vbi nemo videt. Restat quoq; vt ostium cordis contra illatas claudat molestias: vt sentientis exteri⁹ non sentiat impetus: sed in spe celestiū promissorū exultās postponat damna: molestias negligat: seculi blandimenta contēnat: humiliet se in confessione peccati: magnificet et laudet deum corripientem et consolantem. Q si male conscientie tribulationē perferēs / in arcano cordis deum nō inuenit: qui forte recessit ab hospitio cordis pro abūdantia iniquitatis: qd facturus est homo? vbi cōsolationē inueniet? vbi requiē perquiret? Grandis tribulatio vbi nullus euadendi aditus: vbi nulla libertatis spes: vbi nulla ereptionis fiducia. Si ad exteriora recurrit: si in trāsitorijs cōsolationē quesierit: ibi animi afflictio vegebit: sollicitudinū stimulabit calamitas: miseriarū turba vallabit. Que eni in tēporalib⁹ cōsolatio: quale in diuitijs gaudiū? Nunqd nobiscū permansure sunt? Nonne ille sunt spine / que semen verbi suffocāt? Que sicut acquisite letificāt: sic etiā omisse contristāt. Superest itaq; vt in tribulatione positus peccator ad eū recurrat: in quo solo vera est consolatio: et p istius vite noctes in lectulo cordis deū querat. Quē si primo nō inuenit: magis ad querendū animetur: surgat ad amorē celestiū: ciuitatē circūeat exultatione vniuerse terre fundatā: interroget vigiles qui custodiūt ecclesiā: nudetur pallio secularis ornatus: et charitatis sagitta interius vulneret. Nec prius a querēdo desistat / q̄ merentiū ɔsolatorē inueniat. Inuētū autē sūmopere teneat / donec redēptus ope adiutricis gratie: a cōscientie eripiatur tribulatione. Si eni naufragus cupiēs vitam in vndis seruare: semel adeptā tabulā nō ante dimittit: q̄ fractus labore seuientium procellarū deficiat: aut vehiculi presidio adiutus / optatū litus attingat: quis in huius maris magni et spatiosi naufragio dei nō amplectat sapientiā: cuius gubernet presidio: regimine deducatur? De ipsa naq; scriptū est: Lignū vite est his qui apprehēderint eā: et qui tenuerit eā / beatus. Que est autē dei sapientia nisi Christus? sm q apls ait Christū dei virtutē et dei sapiētiam. Teneamus ergo lignū salutis in pelago procellose tempestatis: per quod possimus et a periculo horrende mortis eripi: et de tribulatione diabolicarū tentationū educi. Dat nobis magnam ereptionis nostre fiducia / quod subditur: [Et in misericordia tua disperdes oēs inimicos meos.] Qui sint inimici humani generis / et christiane aie impugnatores: superiori satis expositione declaratū est. Quos tunc clemētia diuina disperdit: cū eis vires nocendi adimit: cum aduersus iacula tentationis diabolice scutū opponit sue protectionis. Quasi enim confusi abscedunt: cum se ad preualendum impotentes agnoscunt.

K
Diuitiarū gaudium est momētaneum.
L
Prouer. iij.
j. Cor. j.
Hostes humani generis qualiter disperdātur a deo

Et perdes omnes qui tribulant animā meam: quoniam ego seruus tuus sum.

¶ Justū est vt bonus seruus a bono domino adiuuet: cōtra hostiles muniatur incursus: a periculo liberetur. Sed qd est q se nominat seruū: cum seruus non maneat in domo ineternum? Hinc ipsa veritas discipulis ait: Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dñs eius. Et apostolus. Nō accepistis (inquit) spiritum seruitutis iterū in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorū: in quo clamamus / abba pater. Sed sciendū: quoniā sicut sunt duo timores: ita etiā sunt due seruitutes. Est enim timor penā habens: quem perfecta charitas foras mittit. Est et timor dñi sanctus permanens in seculum seculi; de quo etiam scriptū est: Initiū sapientie timor domini. Et iterū: Timentibus deum nihil deest. Ille igitur timor qui a charitate excluditur: ad seruum non manentē in domo pertinere videtur. Timor vero sanctus seruo illi conuenire noscitur: cui voce dominica dicitur: Euge serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis: super multa te constituam. intra in gaudiū domini tui. Quod vero ait [perdes omnes qui tribulant animā meā] ad illam beate vite felicitatē referēdum est: in qua nullum habebim⁹ aduersariū: nullum metuemus inimicum: cum absorbebitur mors in victoria: cum illa nouissima inimica destruetur mors: cū immutati fuerimus / et equales angelis effecti. Modo eni nihil quietis aut securitatis inuenire possumus / dū adhuc in nobisipsis ingemiscimus grauati: adoptionē expectantes redemptionē corporis nostri. Cum autē mortale hoc induerit mortalitatē / tunc nulla erit diabolice fraudis impugnatio: nullū heretice prauitatis dogma: nulla infidelis populi impietas: omnibus ita pacatis et compositis: vt in tabernaculis iustorum sola audiatur vox exultationis et salutis. Ibi sancti sine fine lauda-

Joan. xv.
Ro. viij.
Timor est duplex.
M
Eccli. j.
Luce. xix.
Vite beate excellētia.

bunt dei:et in lumine claritatis eius exultabunt: ciues effecti illius ciuitatis / que libera est et eterna in celis. Quã non obscurant tenebre:non obumbrat nox:nõ consummat vetustas: non in ea rutilat lumẽ solis/ aut lune splendor/aut stellarum iubar: non ibi lucerna queritur: non lampas accenditur:non lychnus aptatur. Claritas quippe diuina eam illuminat:sol clarificat iustitie:lux vera illustrat:lux inquã inaccessibilis:que nõ clauditur loco:non finitur tempore: non obumbratur tenebris: nõ variatur nocte. Hoc immenso et indeficiente et lucidissimo lumine illustrata hierusalem sancta (que est mater nostra) filios abdicat tenebrarum: ciues recipit pacificos:filios videlicet lucis et diei:filios adoptionis:consortes superne hereditatis. Nullus in eã ingredit impius: nullus habitat iniquus:nullus intrat immũdus. Muri eius ex lapidibus construũtur viuis:porte eius ex optimis adornantur margaritis:platee eius ex auro purissimo sternũtur:et canticum letitie sine fine in ea cãtatur. Ibi est lux sine defectu: gaudiũ sine gemitu: desiderium sine pena: amor sine tristitia:satietas sine fastidio: sospitas sine vitio: vita sine morte: salus sine languore. Ibi sancti et humiles corde:ibi spiritus et anime iustorum:ibi cuncti celestis patrie ciues:et beatorũ spirituũ ordines regem in decore suo videntes:et in gloria virtutis eius exultãtes. Perfecta viget in omnib' charitas:vna omnium letitia:vna iocunditas.

Domine Iesu verbũ patris:splendor paterne glorie:in quem desiderant angeli prospicere:doce me facere volũtatem tuam:vt a spiritu tuo bono deductus ad beatam illam perueniã ciuitatẽ vbi est dies eternus:et vnus omniũ spiritus: vbi est certa securitas/et secura eternitas: et eterna tranquillitas/ꝛ tranquilla felicitas: et felix suauitas/ et suauis iocunditas: vbi tu deus cum patre et spiritu sancto viuis et regnas per infinita seculorum secula. Amen.

Oratio auctoris pia et satis artificiosa.

¶ Deogratias.

¶ Finis explanationis diui Gregorij in septem psalmos penitentiales.

Tabula materiarũ in septẽ psalmos pñiales.

¶ Tabula materiarũ huius libri (videlꝫ expositionis Gregorij sup septẽ psalmos penitẽtiales) fm numerũ foliorum ac columnarũ signata.

Tabula materiarum

Finis.

A

¶ In nomine dñi incipiunt epistole ex Registro sancti Gregorij pape. Mense septembri indictione nona: que fuit ordinationis eius prima.

¶ Gregorius vniuersis episcopis per Siciliã constitutis: Ut semel in anno in vnum conueniant. Capitulum primum.

Eplã.j.

Ualde necessariũ esse perspeximus: vt sicut predecessorũ nostrorum fuit iudicium: ita vni eidemq; persone omnia committamus: vt vbi nos presentes esse nõ possumus: nostra per eũ cui precipimus representetur auctoritas. Quobrẽ Petro subdiacono sedis nostre: intra prouinciam Siciliam vices nostras deo auxiliãte commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare possumus: cui deo auxiliãte totum nostre ecclesie noscimur patrimonium commisisse. ¶ Illud quoq; fieri debere perspeximus: vt semel per annum ad syracusanam: siue Cathenẽsium ciuitatem: vniuersaliter bonore quo dignum est: sicut eidem iussimus fraternitas vestra conueniat: quatinus que ad vtilitatem ipsius prouincie ecclesiarumq; pertinent: siue ad necessitatẽ pauperum oppressorumq; subleuandam: vel ad monitionem omnium atq; correctionem eorum: quorũ excessus contigerit demonstrari: congrua cum eodem Petro subdiacono sedis nostre: debeatis moderatione disponere. A quo concilio procul absint odia facinorum nutrimẽta: atq; inuidia interna tabescat: et nimis execrabilis animorũ discordia. Sacerdotes suos cõcordia deo placita: et charitas recognoscat. Hec igitur omnia cum ea maturitate ac tranquillitate gerite: vt dignissime possit episcopale cõcilium appellari.

Habetur prima pte decretorũ dist. xciij. in prin. ca. Ualde.

B

¶ Gregorius Iustino pretori Sicilie. Quẽ redarguit de frumentis non ex integro transmissis. Capitulũ .ij.

Eplã.ij.

Quod lingua loquitur attestatur conscientia: quia dudum vos et nullius dignitatis occupationibus implicitos, multũ dilexi: multũq; veneratus sum. Ipsa nãq; incessus vestri modestia quibusdã cordibus exigebat: vt diligi et venerari etiam a nolẽte debuisset. Et cum vos venisse ad administrandã prelaturã Sicilie audiui: valde gauisus sum. Et quia quãdam inter vos atq; ecclesiasticos simulationẽ subrepere comperi / vehementissime contristatus sum. Nunc vero quia et vos administrationis cura: et me studium huius regiminis occupat: intantum vos recte diligere specialiter possumus: inquantũ generalitati minime nocemus. ¶ Unde per omnipotentẽ dominũ rogo / in cuius tremendo iudicio nostrorũ actuũ posituri rationes sumus: vt eius respectum semper gloria vestra ante oculos habeat: et nunquã quodlibet ex quo inter vos vl' partes dissensio proueniat / admittat. Nulla vos lucra ad iniustitiam pertrahant: nullius vel mine vel amicitie / a rectitudinis itinere deflectãt. Ecce sit vita breuis aspicite: ad quem quãdoq; ituri estis iudicem: qui iudiciariam potestatem geritis / cogitate. Solerter ergo intuendum est / q' cuncta lucra hic relinquimus: et solos dispendiosorum lucrorũ causas nobiscũ ad iudicium deportam'. Illa ergo sunt nobis commoda querenda: que nequaq; mors adimat: sed mansura in perpetuũ presentis vite finis ostendat. ¶ De frumentis autẽ que scribitis / longe aliter vir magnificus Citonatus asserit: quia solummodo tanta transmissa sunt: que pro transacte indictionis debito ad replendũ sitonicum sufficerent. De quare curam gerite: quia si quid minus huc transmittitur: non vnus quilibet homo / sed cunctus simul populus trucidatur. Ad regendũ vero Sicilie patrimoniũ / talem (vt estimo) virum / deo auctore transmisimus quo vobis / si (vt ego expertus sum) recta diligitis: omnino conueniat. Quod autẽ me et vestri memorem esse debeam admonetis: verum fateor: si et antiqui hostis insidijs iniustitia nulla subrepat / tãtam glorie tue modestiam didici: vt tuus non esse erubescam.

Respectũ ad deũ debemus habere.

C

Uita q̃ breuis sit aspicere debem'.

D

¶ Gregorius paulo scholastico. Maurentiũ magistrũ militũ et Petrũ subdiaconũ cõmendat. Capitulũ .iij.

Eplã.iij.

Quicquid mihi ex honore sacerdotalis officij extranei arrident / non val de penso. De vobis autẽ mihi hac ex re arridentibus nõ minime doleo: qui desideriũ meum plenissime scitis: et tamẽ profecisse me creditis. Summus enim mihi profectus fuerat si potuisset impleri quod volui. Si voluntatẽ meam quam dudum cognitã habetis / perficere optare quietis perceptione voluissem. Et quia nunc in ciuitate teneor romana: honoris huius vinculis religatus: habeo aliquid q' etiam vestre glorie exultem. Et quia viro excellentissimo domino leone exconsule veniente / vos in Sicilia remanere non suspicor: et cũ ipse quoq; tuo honore religatus / retineri rome reperis: quid merorisq; de amaritudinis ego patior agnosces. Ueniẽte autem viro magnifico domino Maurentio cartulario: et queso in romane vrbis necessitate concurrite: quia hostilibus gladijs foris sine cessatione confodimur. Sed seditione militũ interno periculo grauius vigemur. Petrum vero subdiaconum nostrum: quem pro regendo ecclesie patrimonio deo auctore transmisimus / vestre glorie per omnia commendamus.

E

¶ Gregorius Ioanni episcopo Constantinopolitano. Ipsius beati Gregorij confirmationẽ apud imperatorem procuranti amice conqueritur: et eius orationibus se committit. Capitulũ .iiij.

Epl. iiij.

Si charitatis virtus in proximi dilectione cõsistit: si sic diligere proximos sicut nos iubemur: quid est q' me beatitudo vestra non ita sicut se diligit? Quo enim ardore: quo studio: episcopatus pondera fugere volueritis scio: et tamen hec eadem episcopatus pondera ne mihi deberent imponi non restitistis. Constat ergo quia nõ me sicut vos diligitis: qui illa me voluistis onera suscipere: q̃ vobis iponi noluistis. Sed quia vetustam nauem vehementer confractã indignus ego infirmusq; suscepi (vndiq; enim fluctus intrant: et quotidiana ac valida tempestate quassate putride naufragium tabule sonant) per omnipotentẽ deum rogo / vt in hoc mihi periculo orationis vestre manũ porrigatis: qui et tanto enixius potestis exorare / quanto et a confusione tribulationũ: quas in hac terra patimur / longius statis. Synodicã vero epistolã de subsequenti festinatione transmitto: quia latorem presentium Bacandã fratrem et coepiscopum nostrum in ipso mee ordinationis initio multis et grauibus pressus occupationibus relaxaui.

¶ Gregorius Theotiste sorori iperatoris. Scribit de onere cure pastoralis: et vitam actiuam et contemplatiuam p' Rachel et Liam: Marthã et Mariã significari luculenter declarat. Capitulum .v.

F

Mens mea vestre venerationi quãta deuotione substernitur / explere verbis nequeo: nec tamen me prodere laboro: quia et me tacente in vestro corde legitis: quid de mea deuotione sentiatis. Miror autem q' in me collatas dudũ continentias vestras ex hac moderna pastoralis officij continentia distraxistis: in qua sub colore episcopatus / ad seculũ sum reductus: in quã tantis terre curis inseruio: quantis me in vita laica nequaq; deseruisse reminiscor. Alta enim quietis mee gaudia perdidi: et intus corruens / ascendisse exterius videor. Unde me a conditoris mei facie longe expulsum deploro. Conabar nãq; quotidie extra mũdum: extra carnẽ fieri. Cuncta fantasmata corporis ab oculis mẽtis abigere: et superna gaudia incorporaliter videre: et non solũ vocibus / sed medullis cordis ad dei speciem anhelans dicebam: Tibi dixit cor meum / quesiui vultum tuum: et, Uultum tuum domine requiram. ¶ Nil autẽ in hoc mundo appetens: nil pertimescens: videbar mihi in quodam rerum vertice stare: ita vt in me pene impletũ crederem: quod pollicente dño ex propheta didicissem: Sustollam te super altitudines terre. Super enim altitudinẽ terre sustollitur: qui et ipsa que alta et gloriosa presentis videntur seculi / per mentis de

Epl. v.

Esa. lviij.

(B) spectū calcat. Sed repente a rerum vertice tentationis huius turbine impulsus: ad timorem pauoremq̧ corrui: quia etsi mihi nil timeo/ eis tamen qui mihi commissi sunt/ multū formido. Undiq̧ causarum fluctibus quatior: ac tempestatibus deprimor: ita vt recte dicam: Ueni in altitudinē maris/ et tempestas demersit me. (Ps. lxviij.) Redire post causas ad cor desidero: sed vanis ab eo cogitationum tumultibus exclusus redire non possum. Ex hoc ergo mihi longe factum est quod intra me est: ita vt obedire nequeam prophetice voci: qua dicitur. Redite preuaricatores ad cor. (Esa. xlvj.) Sed stultis pressus cogitationibus/ solummodo exclamare compellor: Cor meum dereliquit me. (Ps. xxxix.)

¶ Contemplatiue vite pulchritudinem velut Rachelem dilexi/ sterilem/ sed videntē ac pulchram: que etsi per quietem suam minus generat: lucem tamē subtilius videt. Sed quo iudicio nescio/ Lia mihi in nocte coniuncta est: actiua videlicet vita fecunda. Sed lippa/ minus videns: quāuis amplius pariēs. Sedere ad pedes dñi cū Maria festinaui/ verba oris eius percipere: et ecce cum Martha cōpellor in exteriorib⁹ ministrare: et erga multa satagere. Expulsa a me (vt credidi) legione demoniū/ volui obliuisci quos noui: ad saluatoris pedes quiescere: et ecce mihi nolenti atq̧ compulso dicitur. Reuertere in domū tuā: et annūcia quanta fecerit tibi dominus. Sz quis inter tot terrenas curas valeat dei miracula predicare: cū iam mihi difficile sit saltē recolere. (D) Pressus enim in hoc honore tumultu secularium negociorū/ ex eis me esse video: de quibus scriptū est: Deiecisti eos dum alleuarentur. (Ps. lxxij.) Nec enī dixit deiecisti eos postq̧ alleuati sunt: sed dum alleuarentur: quia praui quiq̧ dū temporali honore suffulti foris videntur surgere/ intus cadūt. Alleuatio ergo ipsa ruina est: vt qr dū gloria falsa subnixi sunt: a gloria vera euacuātur. Hinc iterū dicit: Deficientes vt fumus deficient. (Ps. xxxvj.) Fum⁹ quippe ascendēdo deficit: et sese dilatando euanescit. Sic videlicet fit cum peccatoris vitā presens felicitas comitatur: quia vnde ostenditur vt alta sit/ inde agitur vt non sit. Hinc rursum scriptū est: Deus meus pone illos in rotam. (Ps. lxxxij.) Rota quippe ex posteriori parte attollitur: et in anteriorib⁹ cadit. Posteriora aūt nobis sunt bona presentis mūdi: que relinquimus: anteriora vero sunt eterna et permanētia: ad que vocamur: Paulo attestante/ qui ait. Que retro sunt oblit⁹/ in ea q̄ sunt priora me extēdēs. (Phil. iij.) ¶ Peccator ergo cum in presenti vita profecerit/ vt rota ponitur: quia in anterioribus corruens/ ex posterioribus eleuatur. Nam cum in hac vita gloriā percipit quam relinquit: ab illa cadit que post hanc venit. Et quidem multi sunt qui sic exteriores profectus regere sciunt: vt per eos nequaq̧ interius corruāt. Unde scriptū est: Deus potentes non abijcit: cum et ipse sit potens. (Iob. xxxvj.) Et per Salomonē dicitur: Et intelligens gubernacula possidebit. (Prouer. j.) Sed mihi hec difficilia sunt: quia et valde onerosa. et quod mens spōte non recipit: cōgrue nō disponit. Ecce serenissimus dñs imperator fieri simiam leonem iussit. (Imperator fieri simiā leonē iussit.) Et quidem prouisione illius vocari leo potest: fieri autem leo non potest. Unde necesse est vt omnes culpas ac negligentias meas nō mihi sed sue pietati deputet: qui virtutis mysteriū infirmo commisit. (I)

¶ Gregorius Narsi patricio. Cui exponit id quod apostolo Petro dicitur: Macta et manduca. Capitu. vj.

(Epla. vj.) Dum contemplationis dulcedinē alte describis: ruine mee mihi gemitū renouasti: quia audiui quid intus perdidi: dum foris ad culmē regiminis/ ascendi immeritus. Tanto autē me perculsum merore agnoscite: vt vix loqui sufficiam. oculos enī mentis mee doloris tenebre obsidet. Triste est quicquid aspicitur. Quicq̄d delectabile creditur: cordi meo lamentabile apparet. Penso enim ab alto quietis mee culmine corruens: ad quātū deiectus exterioris prouectus culmē ascendi: et pro culpis meis in occupationis exilium a facie dominatis missus: quasi destitute vidue vocib⁹/ cū propheta dico: Qui consolabatur me: lōge recessit a me. Quod vero causae et nominis similitudinē faciendo/ per scripta vestra clausulas declamationesq̧ formatis: certe frater charissime/ simiā leonē vocas. quod eo modo vos agere conspicimus: quo scabiosos sepe catulos: pardos vel tygrides vocamus. Ego enim bone vir quasi filios perdidi: quia per terrenas curas recta opera amisi. ¶ Nolite ergo me vocare noemi: id est pulchram: sed vocate me maram: quia amaritudine plenus sum. (B) (Gregori⁹ marā se vocari dicit.) Ex aūt me dicitis scribere non debuisse: vt in agro dominico cum bubalis non ararem: quia in ostenso beato Petro linteo et bubali et omnes fere oblate sunt: scis ipse quia subiunctū est macta et manduca. (Act. x.) Tu ergo qui easdem bestias necdū mactaueras: manducare iam per obedientiam cur nolebas? Aut nescis quia easdem quas scripsisti bestias oris tui gladius occidere recusauit? Quas ergo per compunctionē occidere potueris/ de reliquis necesse est vt in tui desiderij fame satieris. De causa autem fratrum nostrorum vt scripsisti/ ita futurū (si deus adiuuet) existimo. de qua modo serenissimis rerum dominis scribere omnino non debui: quia in ipso initio nō est a questibus inchoandū: sed dilectissimo filio meo Honorato diacono scripsi: vt opportuno tempore eis cōgrue suggerat: et mihi responsum sub celeritate indicet. Dominū Alexandrū: dominū Theodorum: filium meum Marinum: dominā Eusiriam: dominā Eudochiā: et dominam Dominicā: mea peto vice salutari.

¶ Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno. Cui dicit ab imperatore se reditum eius postulasse.

Capitulum. vij.

(Epla. vij.) Epistolā beatitudinis vestre: vt fessus requiē: salutem eger: fontē sitiens: vmbrā estuans accepi. Neq̧ enī illa verba per linguā carnis videbātur expressa: sed sic spiritalē amorē suum quem gestabat/ aperuit: ac si mens per seipsam loqueretur. (L) Sed durum valde fuit quod secutū est: quia amor vester terrena me portare onera precipit: et quem prius spiritualiter diligebatis: postea (vt existimo) temporaliter amantes/ vsq̧ ad terrā me superposito onere depressistis: ita vt mentis rectitudinē funditus perdens: cōtemplationisq̧ aciem amittens: non per prophetie spiritū/ sed per experimentū dicā: Incuruatus sum/ et humiliatus sum vsquequaq̧. (Ps. cxviij.) Tanta quippe occupationum onera deprimūt/ vt ad superna animus nullaten⁹ erigatur. Multis enī causarū fluctibus quatior: et tumultuose vite tēpestatibus affligor: ita vt recte dicam: Ueni in altitudinem maris: et tempestas demersit me. (Ps. lxviij.) ¶ Periclitanti igitur mihi orationis vestre manū tendite/ vos qui in virtutū littore statis. Ex vero me os dñi: et lucernam dicitis: et multis prodesse perhibetis: hoc quoq̧ mihi ad iniquitatum mearū cumulum accedit: vt cum vindicari in me iniquitas debuit: laudes pro vindicta recipiam. Quib⁹ autem hoc in loco terrenarū rerum tumultib⁹ premor: explere verbis nequeo: quod tamen colligere ex breuitate epistole potestis: in qua et mini⁹ loquor/ quē plus omnibus diligo. Preterea indico quia a serenissimis dñis quantis valui precibus postulaui: vt vos honore restituto/ ad sancti Petri apostolorū principis limina venire/ et quousq̧ ita deo placuerit/ hic mecū viuere cōcedāt: (M) quatinus dum vos videre meruero/ peregrinationis nostre tediū de eterna patria inuicē loquendo releuemus.

¶ Gregorius Bacande episcopo Formiensi. Menturiensem ecclesiam desolatam formiensi coniungit.

Capitulum. viij.

(Epl. viij.) Et temporis necessitas nos perurget: et imminutio personarū exigit/ vt destitutis ecclesijs salubri ac prouida debeamus dispositione succurrere. Et ideo quoniā ecclesiā Menturiensem funditus tā cleri q̧ plebis destitutā desolatione cognouim⁹: tuamq̧ pro ea petitionē/ quatin⁹ Formiane ecclesie (in qua corp⁹ beati Erasmi martyris requiescit: cui fraternitas tua preside) adiungi debeat: piam esse ac iustissimā prouidentes, necessarium duximus/ cōsulentes tam desolationi loci illius: q̄ ecclesie tue paupertati: redditus supradicte ecclesie Menturiēsis: vel quicquid ei antiquo modernoq̧ iure vel priuilegio potuit/ potest ve quolibet ratione competere: ad tue ecclesie ius potestatēq̧ hac precepti nostri auctoritate migrare: vt a presenti tempore sicuti de propria ecclesia debeas cogitare: et in competentia tua prouisione disponere: quatinus deinceps/ quod perire huc usq̧ potuit/ pauperum ecclesie tue vtilitatibus plerisq̧ proficiat.

¶ Gregorius Petro subdiacono. Disceptationem de possessione per. xl. annorum tempus possessa sine debito terminari mandat. Capitulum. ix.

A Epl.ix.

Gregorius seruus dei/ presbyter et Abbas monasterij sancti Theodori in Sicilia prouincia/ territorio Panormitano constituti/insinuauit nobis:homines fundi saloniaci/ iuris sancte ecclesie Romane/fines fundi gerdimie/colimitantis eidem prefato fundo ecclesie sancte Romane/quos quieto iure per innumeros annos possederunt: velle peruadere: et ideo volumus accedente te ad Panormitanã ciuitatẽ/questionem ipsam tali ratione discutere:vnio rei apud possessorẽ sicuti hactenus possessa est: videlicet permanẽte. vt si monasteriũ prefatũ sancti Theodori fines de quibus certatio mota est/ inconcussis quadraginta annis possedisse reperteris:nullam deinceps (etiam si quid sancte Romane ecclesie competere potuit) patiaris sustinere calumniã: sed quietem eorum incõcussam modis omnibus procurare. Sin vero auctores sancte ecclesie non eos possedisse quadraginta annis inconcusso iure monstrauerint:sed aliquam hec intra tempora motam fuisse aliquãdo questionem eorũdem finium:electis arbitris/ tranquille et legaliter sopiatur. Nos enim non solũ nunq̃ mota suscitari nolumus: verũetiam que praua forte admonemur:sopire modis omnib9 festinamus. Ita ergo experientia tua cuncta faciat effectibus mancipari: ne quã posthac huius rei questio ad nos reuertatur. Testamentum autem Bachãde quondã xenodochi in ea qua conditum est:volumus firmitate persistere.

Causa xvi.q.iiij. volumus.

Mense Nouembri. Indictione nona.

B ¶ Gregorius Honorato diacono Salonitano. De contentione ipsius contra episcopũ suum. Capitulũ.x.

Epi.x.

Ea que contra nos tu et episcopus tuus cõtrarïa direxistis scripta agnoscentes doluimus/ eo q̃ inter vos nihil charitas recognoscit. Veruntamen te in officio ordinis tui administrare precepimus:et si illic potest superante gratia causa vestri scandali definiri:multũ credimus vestre anime acquisiuisse. Sin vero discordia inter vos partes suas armauit:vt in timore scandali voluntas vestra debeat remanere:tu ad nostram audientiam indifferenter occurre:et episcopus tuus pro se dirigat quam elegerit personã instructã: vt omnia subtili ratione perpensa constituere/que visa fuerint partibus/debeamus. Scire vero te volum9: q̃ a te districte quesituri sumus:si non ea que vel proprie ecclesie/vel de diuersis ecclesijs similia sunt collecta/ sub omni nunc sollicitudine et fide seruentur. Nã si quid ex eis vel negligentia/ vel cuiusq̃ fraude deperierit: tu in hoc reatu constringeris:qui per archidiaconatus ordinem custodie eiusdem ecclesie arctius implicaris.

Mense Decembri. Indictione nona.

¶ Gregorius clementine patricie. Consolatoriã epistolam facit de morte Eutherij episcopi. Capitulũ.xi.

Epl.xi.

Epistolã glorie vestre suscipiens/que de transitu Eutherij quõdam magnifice memorie loquebatur/indicamus non minus animos nostros q̃ vestros esse tali merore cõfusos: eo q̃ opinionis probate viros huic paulatim subtrahi mundo conspicimus:cuius ruina in ipsis iam causarum effectibus comprobatur. Sed huic nos solerti decet conuersionis cautela subducere:ne sua nos secum pariter ruina circũplicet. Et quidem amicoꝝ nos amissio tanto debet tolerabilius contristare:quanto amissuros nos illos conditio mortalitatis exposcit. Sed tamen amissum carnalis vite subsidium:potens est ille cõsolari: qui vt adimeretur permittendo concessit et ipse ad locum qui destitutus erat consolator accedere. ¶ Diaconum vero Anatholium quem ad vos dirigi poposcistis/hoc nos facere non posse cause magis mod9 q̃ rigoris austeritas facit. Vicedominum enim eum constituimus:cuius arbitrio episcopum commisimus disponendum.

C

j.pte.dist. lxxxix.diaconum.

¶ Gregorius Joanni epõ de vrbe veteri. Admonet de iniusta vexatione monasterij tollenda. Capitu.xij.

Epl.xij. Cã.xvi.q. j.Agapit9

Agapitus Abbas monasterij sancti Gregorij insinuauit nobis plurima se a vestra sanctitate grauamina sustinere:et non solum in his que necessitatis tempore aliquod monasterio possint inferre subsidiũ: verũetiã q̃ in eodem monasterio missas prohibeatis celebrari. Sepeliri etiam ibidem mortuos interdicatis. Quod si ita est:a tali vos hortamur inhumanitate suspendi: et sepeliri ibidem mortuos vel celebrari missas:nulla vlterius habita contradictione permittatis:ne denuo querelã de his que dicta sunt/ predictus vir venerabilis Agapitus deponere compellatur.

D

¶ Gregorius Dominico episcopo Centũcellensi. Commendat luminosam viduam zemarchi. Capitu.xiij.

Epl.xiij.

Officij quidẽ sacerdotalis est/ vt viduis ac maritali regimine desolatis/impartiri solatia debeatis: vt vnde in hoc mundo humana conditione priuãtur:sacerdotali tuitione possint remedia reperire. Quoniã ergo Luminosa honesta femina relicta charissimi zemarchi tribuni/nostre se post deum tuitioni commisit:huic vos solatiari in quo sibi necesse fuerit/ admonemus:nullusq̃ sit et de quolibet molestus articulo. Sed quia comitiuã illam quam vir eius agendam susceperat:nunc Theodoro Palatino concedente/ipsi est mulieri vt peragere debeat attributũ: vel quem ipsi placuerit/donec presentis indictionis celebretur impletio: nullum eandem quousq̃ expleat inquietare permittas. Ita ergo facite: vt et deum vobis faciatis pro rebus talibus debitorẽ:et noster huiuscemodi de impensis a vobis solatijs/propensius animus gratuletur.

¶ Gregorius Demetrio episcopo Neapolitano. Precipit hereticos etiam cum periculo in communionẽ suscipere. Capitulũ.xiiij.

Epl.xiiij.

Stephanus presentiũ portitor:cum de quibusdam fidei catholice capitulis:eius a via veritatis mutaret intentio:pro hui9 rei dubietate a catholice se ecclesie cõmunione suspenderat: donec eũ deus veritatis iudex ad viam rectitudinis reuocaret: quem recepta satisfactione in fidem catholicã cõmunicasse cognoscas. Sed quia eum quosdã dubietatis sue socios ibidem in Neapolitana ciuitate habere cõperuimus:hoc nobis de his quoq̃ prefatus Stephanus pollicitus esse dinoscitur: vt si eorũ ambiguitatẽ anime nostre interpositionis periculo sanaremus: ipsos etiã ad communionẽ catholicam sine mora posse vel reluctatione cõuerti. Pro qua re presentib9 epistolis admonem9 nostra fide/nostroq̃ (sicut ipsi videtur poposcisse) periculo: eos in fidem catholicam communionẽq̃ suscipere: quibus potestis modis ad lucem de tenebris reuocare. Ne postquam ad nos huiusmodi causa perlata est: si silentio preterimus: de animabus eorum negligentie possimus subire iacturam.

E

¶ Gregorius Balbino episcopo Rosellano. Populonensem ecclesiam visitationis gratia commendat. Capitulum.xv.

Epl.xv.

Peruenit ad nos q̃ populonensis eccl'a ita sit sacerdotis officio destituta: vt nec penitentia decedẽtibus ibidem/ nec baptisma possit prestari infantibus. Huius igitur tam pie rei/tamq̃ necessarie mole cõmoti: iubemus dilectioni tue: vt huius preceptionis auctoritate cõmonitus: memorate ecclesie visitator accedas: vt vnum cardinalẽ illic presbyterũ: et duos debeas diacones ordinare. In parochijs vero prefate ecclesie tres similiter presbyteros: quos tamen dignos ad tale officium veneratione vite et morũ grauitate prouideris: et quibus in nullo obuient constituta canonice disciplinę: vt sancte cum digna cautela prouideatur ecclesie.

F

¶ Gregorius Seuero episcopo Aquileiensi. Precipit romam ob fidei causam venire. Capitulu.xvi.

Epl.xvi.

Sicut gradientẽ per deuia/carpentẽ denuo rectum tramitẽ/tota dñs auiditate cõplectitur: ita deum de deserente cognitã veritatis viam maiore merore/ q̃ gaudio quo de conuertente letatus fuerat/cõtristatur: quia minoris excessus est veritatem non cognoscere:q̃ in eadẽ cognita non manere. Aliud q̃ est quod ab errante committitur: aliud quod per scientiam perpetratur. Et nos siquidem quantum incorporatum te iam pridem fuisse in vnitatẽ ecclesie gauisi fueramus: abundantius nũc dissociatum a catholica societate confundimur. Pro qua re imminente labore prescriptum/iuxta christianissimi et serenissimi rerũ dñi iussionem ad beati Petri apostoli limina: cum tuis sequacibus venire te volumus: vt auctore deo aggregata synodo/de ea/que inter vos vertitur dubietate/quod iustũ fuerit iudicetur.

¶ Gregorius vniuersis episcopis italie. Scribit vt illi

G

los longobardorũ in heresi arriana baptizatos ad fidē catholicā conciliēt. Capitulũ. xvij.

Epi. xvij.

Quoniam nephandissimus Antharith in hac que nuper expleta est paschali solennitate lõgobardorũ filios in fide catholica baptizari prohibuit: pro qua culpa eum diuina maiestas extinxit: vt solennitatē paschalē vlterius non videret: vestrā fraternitatē decet / cunctos per loca vestra Longobardos admonere: vt quia vbiq; grauis mortalitas iminet / eosdem filios suos in arriana heresi baptizatos: ad catholicam fidē concilient: quatenus super eos irā diui omnipotentis placent. Quos ergo potestis admonete: q̃ta virtute valetis / eos ad fidē rectam suadendo rapite: eternã eis vitam sine cessatione predicate: vt cũ ad districti venerītis conspectũ iudicis: possitis ex vestra sollicitudine lucrum in vobis ostentare pastoris.

¶ Gregorius Petro subdiacono. Insinuat vt Marcello victus et vestitus necessaria ministret.

Capitulum. xviij.

Epi. xviij

Insinuatũ nobis est Marcellum Barubicane ecclesie ibidē in Panormitana ciuitate in monasterio sancti Adriani in penitentiã deputatum: non solũ victus necessitatē pati: sed et nuditatis nimiē sustinere molestiã. Pro qua re necesse habem⁹ strenuitati tue presenti iussione precipere: vt ipsi pro victu et vestimēto / stratoq; ad continentiã: pueroq; ei⁹ annonam q̃tum prospexeris satis esse / constituas: vt inopia

H

nuditatisq; eius tali prouidētia possint habere consultũ: et vt ea que eidem viro deputaueris: tuis postmodum possint rationibus imputari. Id ergo fac: vt et nostram iussionē impleas: et tu quoq; hoc ipsum bene disponendo haec ipsa possis ꝑticipari mercede. ¶ Preterea hoc tibi indagandũ mãdare curauimus: veteri que iam inoleuerat consuetudine postposita: vt si q̃ ciuitates in prouincia Sicilie pro peccatis per sacerdotũ lapsus a pastorali regimine vacare noscuntur: de clero ecclesiarum ipsarũ: vel ex monasterijs / si qui digni ad sacerdotalē locum possunt inueniri / perspicias: et ad nos inquisita primitus morum grauitate transmittas: vt grex viduatus loci per pastoris lapsum inueniri non debeat lõgo tempore destitutus. Si vero vacātia quidem loca reperis: et nullus tali dignitati ex eadem ecclesia congruus inueniatur: ad nos similiter inquisitione solerti renũcies: vt deus quem dignũ talibus ordinationibus indicauerit / valeat prouidere. Non enim oportet vt vni⁹ excessu grex diuinus per precipitia possit sine pastore diffluere. Ita enim et locorũ ordinatio prouenit: et reuertendi lapsis ad gradum priorem quo melius peniteant / suspicio non manebit.

¶ Gregorius Natali episcopo Salonitano. Precipit vt honoratum archidiaconem suo gradui restituat.

I

Capitulum xix.

Epi. xix.

Gesta que nobis in concilij vestri cõfecta secretario direxistis: in q̃b⁹ archidiacon⁹ Honoratus addicitur / plena esse cognouim⁹ semine iurgiorum: cum vno eodēq; tempore vna persona nolēs ad sacerdotij ordinem prouehit: que tanq̃ immerita a diaconatus officio remouetur. Et sicut iustum est vt nemo crescere compellatur inuitus: ita censendum puto similiter ne quisq; insons ab ordinis sui ministerio deijciatur iniuste. ¶ Uerumtamē quia inimica deo discordia tuas partes accusat: locũ et administrationē suam Honorato archidiacono restituas cõmonemus: atq; concordes diuinis ministerijs cõpetētia exhibere seruitia. Audiētie et questioni nostre si adhuc iter vos causa nutritur scandali / predictus archidiaconus occurrat admonit⁹: atq; dilectio tua pro partibus suis dirigat personam instructã: quibus presentibus solatiante dño nobis deposito studio personarũ que competunt fauori iustitie decernere valeamus.

Distinc. lxxiiij. ge: sta. in q̃n.

Discordia inimica est deo.

¶ Gregorius Natali episcopo Salonitano. Scribit se / gregem q; dominicum vt precibus adiuuet.

Capitulum. xx.

Epi. xx.

Scripta reuerētie tue que ꝑcessioni nostre gratias referebat / offerente Stephano diacono / (quem direxistis) accepimus: et nimirũ valde credenda sunt gratia et studio charitatis impensa: dũ pontificatus nostri congaudere ordinem ratio commonebat. Idcirco nos salutis tue causa reddidit lectore: conscientiam nostram indicamus: ipsius honoris onera me egro animo suscepisse. Sed q: diuinis iudicijs non poteram resistare: necessario mentem meam parti letiori reuocaui. Pro qua re reuerētiam vestram epistolario sermone deposcimus: vt tam nos q̃ christianus grex cure nostre cõmissus: orationis vestre solatijs perfruamur: quatenus ea valeamus presidij firmitate procellas temporum superare.

K

¶ Mense Februario. Indictione nona.

¶ Gregorius Nonnoso. Maurētium de possessione quã petijt: dicit se exauditurum. Capitulum. xxj.

Epi. xxj.

Omnipotens deus cordi vestro indicet quanta deuotione ac dilectione vobis coniungor. Et si hanc per epistolas implere nequeo: si quando tamen opportunitatē inueniã: rebus ostendere curabo. Salutationis preterea alloquium soluens indico: quia veniente humili vestro dño Maurentio de possessione quam gloria vestra petijt / per omnia parebimus.

¶ Gregorius Georgio episcopo Italie. Gratiarũ actiones facit. Capitulum. xxij.

Epi. xxij.

Bonitatem vestre excellentie quam semper cognitam habui / experimento superaddito recognoui. Unde omnipotentem deum deprecor / vt sua nos protectione custodiat: vobisq; et apud se gratiam: et apud serenissimos dominos largiatur. Si autē nulle hominum qui intersunt vos prauitates diuidant: esse me vestrum proprium valde certum tenete: et vobis dilectione coniunctum. Quod in omnipotente domino confido: quia hoc vobis etiam per documentum mee attestatiõis ostēdo. Salutationis igit̃ alloquiũ soluēs peto / vt quotiens vsus exegerit / vestris me affatibus releuare curetis.

L

¶ Gregori⁹ anthemio subdiacono. Ancillas dei: Paulinum presbyterum / et alios commendat. Capi. xxiij.

Epi. xxiij

Insinuatum nobis est ancillas domini quasdã Nolane ciuitatis in aboritana domo commorantes: nimiam victus vestitusq; penuriam sustinere. Quibus ex precepto dei nos subuenire cõuenit: et inopiam earum (quantum possumus) donante domino subleuare. Propterea experiētie tue presenti iussione mandamus: vt de hac presenti nona indictione: quadraginta in aurocis solidos dare debeas: et deinceps succedentibus indictionib⁹ annuos viginti solidos ministrare: qui tuis possint rationib⁹ imputari. Preterea Paulino presbytero monasterij sancti erasmi: quod in latere montis Soractis situm est: sed et duobus monachis in oratorio sancti Archangeli seruientibus: quod in Lucano castro iuxta sancti Petri Basilicam esse dinoscitur: binos te in presenti solidos dare precipimus: q̃ et ipsi tuis rationibus imputentur. Ita ergo fac vt impense mercedis tu quoq; participium sortiaris.

¶ Gregorius Joanni episcopo Constantinopolitano: Eulogio Alexandrino: Gregorio Antiocheno: Joanni Hierosolymitano: et Anastasio Patriarche Antiocheno apparibus. Scribit epistolam de onere pastorali sibi nuper imposito: in qua etiã plurima testimonia scripturarum exponit. Capitulum. xxiiij.

M

Ep. xxiiij. Dignitas sacerdotalis ac vita declarat̃ et officium.

Considerãti mihi q̃ impar meritis / ac toto animo renitens / pastoralis cure pondera portare compulsus sum: caligo meroris occurrit: et tristi cor nihil aliud / nisi ea que videri nil sinũt tenebras videt. Nam quid antistes ad dñm / nisi pro delictis populi intercessor eligitur? Qua itaq; fiducia ad deũ pro peccatis alienis intercessor venio / apud quē de proprijs securus non sum? Si fortasse quispiam apud potentē virum / qui et sibi iratus / et mihi esset incognitus / intercessorem suum me fieri quereret: protinus responderē. Ad intercedēdum venire nequeo: q: eius notitiam ex sedula familiaritate non habeo. Si igitur recte homo apud hominē de quo minime presumpsissem / fieri intercessor erubescerē / quãte hoc audacie est / q̃ apud deũ pro populo locum intercessoris obtineo: cui familiarē me esse per vite meritum non agnosco? Qua in re est mihi adhuc aliud grauius formidandum: quia sicut cuncti liquido cognouimus: cum is qui displicet / ad intercedēdũ mittitur: irati ad deteriora animus prouocatur. Et valde pertimesco / ne cõmissa mihi plebs fidelium / reatus mei

A additamento depereat: cuius nūcuiq; delicta dominus equanimiter tolerabat. Cum vero vtcunq; hunc timorem supprimo: et consolatam mentem ad pontificalis operis studia accingo: considerata ipsa rei immensitate deterreor. Perpēdo quippe q̄ omni cura vigilandū est: vt rector cogitatione sit mūdus: operatione precipuus: discretus in silentio: vtilis in verbo: singulis cōpassione proximus: pre cūctis contēplatione suspēsus: bene agētibus per humilitatē socius: contra delinquentiū vitia/ per zelū iustitie erectus. Que videlicet cuncta dū subtili studio et inquisitione perscrutor: ipsa me in singulis latitudo considerationis angustat. Nam (sicut predixi) curandū summopere est: vt rector cogitatione sit mundus: quatenus nulla hunc immūditia polluat: qui hoc susceperit officiū: vt in alienis quoq; cordibus pollutionis maculas tergat. Quia necesse est vt esse mūda studeat manus: que diluere sordes curat: ne tacta queq; deterius inquinet: si sordida ipsa stercoris lutū tenet. Scriptū nāq; est: Mundamini qui fertis vasa dñi. Dñi etenim vasa ferunt: qui proximorum animas ad interna sacrificia perducendas/ in cōuersationis sue exemplo suscipiūt. Apud semetipsum ergo quantū debeat mundari cōspiciat: qui ad eternitatis templū vasa viuentia in sinu proprie cōuersationis portat. Hinc diuina voce precipitur vt in Aaron pectore rationale iudicij vittis ligantibus

B imprimatur: quatenus sacerdotale cor nequaq; cogitationes fluxe possideant: sed ratio sola constringat. Nec indiscretum quid vel inutile cogitet: qui ad exemplum aliis constitutus/ ex grauitate semper debet ostendere quantā in pectore rationē portet. In quo etiā rationale vigilanter adiūgitur: vt duodecim patriarcharū nomina describantur. Adscriptos enī patres in pectore ferre/ est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehēsibiliter graditur: cū exempla patrū precedentiū indesinenter intuetur. Cum sanctorū vestigia sine cessatione cōsiderat/ et cogitationes illicitas deprimit: ne extra ordinis sui limitē/ pedem operis tēdat. Rursum cū me ad cōsideranda debita pastoris opera confero: perpendo quanta intentione curandū est/ vt sit operatione precipuus: quatenus vite viam subditis viuendo denunciet: et grex qui pastoris vocem/ moresq; sequitur: per exēpla melius q̄ per verba gradiatur. Qui enim loci sui necessitate exigitur summa dicere/ hac eadem necessitate cōpellitur summa monstrare. Illa nāq; vox libentius auditorū cor penetrat/ quā dicentis vita cōmendat: quia quod loquendo precipit/ ostēdendo adiuuat/ vt fiat. Hinc enī per prophetā dicitur: Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Ut videlicet qui celesti predicatione vtitur: ima iam terrenorū operū deserens: in rerū culmine stare videatur: tantoq; subditos facilius ad meliora pertrahat/ q̄nto per vite meritum de supernis clamat. Hinc diuina lege armū sacerdos in sacrificiū et dextrū accepit et separatū: vt non solum sit eius operatio vtilis: sed etiam singularis: nec inter malos tātūmodo que recta sunt faciat: sed bene quoq;

C operantes subditos: sicut honore ordinis superat: ita etiam morum virtute transcendat. Cui in esu quoq; pectusculū cum armo tribuitur: vt quod de sacrificio precipitur sumere: hoc de semetipso discat cōditori suo immolare. Et non solum pectore que recta sunt cogitet: sed spectatores suos ad sublimia armo operis inuitet. Nulla presentis vite appetat: nulla pertimescat: blandimenta mundi/ respecto intimo terrore despiciat: terrores autem considerato interne dulcedinis blandimento contemnat. Unde superne quoq; vocis imperio: in vtroq; humero sacerdos velamine superhumeralis astringitur: vt contra aduersa et prospera: virtutum semper ornamento muniatur: quatenus iuxta Pauli vocem: Per arma iustitie a dextris sinistrisq; gradiens: cum ad sola que anteriora sunt nititur/ in nullo delectationis infime latere flectatur. Non hunc prospera eleuent: nō aduersa perturbent: non blanda vsq; ad voluptatē demulceant: non aspera ad desperationē premant: vt dum nullis passionibus intentionē humiliat: quāta in vtroq; humero superhumeralis pulchritudine tegatur: ostendat. Quod recte etiam superhumerale ex auro/ hyacintho/ purpura/ bis tincto cocco/ et torta fieri bysso precipitur: vt quanta sacerdos clarescere virtutū diuersitate debeat: demōstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurū fulget/ vt in eo intellectus sapiētie principaliter emicet. Cui hyacinthus qui aereo colore resplendet/ adiungitur: vt per omne quod intelligendo penetrat: non ad fauores infimos: sed ad amorem celestium surgat: ne dū in suis incautus laudibus capitur: ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoq; ac hyacintho purpura permiscetur: vt videlicet sacerdotale cor/ cum summa predicat: in semetipso etiam suggestiones vitiorum reprimat: eisq; veluti regia potestate contradicat: quatinus nobilitatē semper intime regenerationis aspiciat: et celestis regni habitum moribus defendat. De hac enī nobilitate spūs per Petrum dicitur: Uos autē genus electum/ regale sacerdotiū. De hac etiā potestate qua vitia subigimus: Iohannis voce roboramur: qui ait. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatē filios dei fieri. Auro autem ac hyacintho et purpure bis tinctus coccus adiungitur: vt ante interni iudicis oculos/ omnis virtutum opera ex charitate decorentur: et cuncta que corā hominibus rutilant: hec in conspectu occulti arbitri flāma intimi amoris accendat. Que scz charitas: quia deū simul et proximū diligit: quasi coccus ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat: vt proximorū curam negligat: vel sic proximorū curam exequitur: vt a diuino amore tepescat: quia vnum horū quodlibet negligit: in superhumeralis ornamento habe

D re coccum bis tinctum nescit. Sed cum mens ad precepta charitatis tenditur: restat procul dubio: vt per abstinentiam caro maceretur. Unde et bis tincto cocco torta byssus adiungitur. De terra enim byssus nitenti specie oritur. Et quid per byssum/ nisi candēs decore munditie corporalis castitas designatur: Que videlicet torta pulchritudini superhumeralis innectitur: quia tunc castimonia ad perfectissime munditie candorē ducitur: cum per abstinentiā caro fatigatur. Cumq; inter virtutes ceteras etiam afflicte carnis meritū proficit: quasi in diuersa superhumeralis specie byssus torta cādescit.

E Rursum cū me ad considerandū debitū pastoris verbū ac silentium confero: pauenti cura perpendo: q̄ valde necesse est: vt et discretus sit in silētio: et vtilis in verbo: ne aut tacenda proferat: aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita indiscretū silentiū: hos qui erudiri poterant/ in errore derelinquit. Sepe nāq; rectores improuidi humanā amittere gratiam formidantes: loqui recta libere pertimescūt: et iuxta veritatis vocem: nequaq; iam gregis custodie pastorū studio: sed mercenariorū vice deseruiunt: quia veniente lupo fugiunt: dum se sub silentio abscondūt. Hinc nāq; eos dñs per prophetā increpat dicens: Non ascendistis ex aduerso: neq; opposuistis murum pro domo israel: vt staretis in prelio in die dñi. Ex aduerso quippe est ascēdere/ p defensione gregis/ voce libera huius mūdi potestatibus contraire. Et in die dñi in prelio stare: est prauis decertantibus ex iustitie amore resistere. Pastori etenim

F recta timuisse dicere: quid est aliud q̄ terga tacēdo prebuisse: Qui nimirū si pro grege se obiicit/ murū pro domo israel hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur: Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta: nec aperiebant tibi iniquitatem tuam/ vt te ad penitentiam prouocarent. Prophete quippe nonnunq̄ in sacro eloquio doctores vocantur: qui dum fugitiua esse presentia indicant: que sunt ventura manifestāt. Quos diuinus sermo falsa videre redarguit: quia dū corripere culpas metuūt: incassum delinquentibus promissa securitate blādiunt. Qui iniquitatē peccantiū nequaq̄ aperiūt: quia ab increpationis voce cōticescunt. Clauis quippe apertionis/ sermo est correptionis: q̄ increpādo culpam detegit: quam sepe nescit ipse etiam qui perpetrauit. Hinc Paulus ait: Ut potens sit exhortari in doctrina sacra: et eos qui cōtradicunt/ redarguere. Hinc p Malachiā dicitur: Labia sacerdotis custodient scientiā: et legem requirent ex ore eius: quia angelus dñi exercituum est. Hinc per Esaiā dñs admonet dicens. Clama/ ne cesses: sicut tuba exalta vocē tuam. Preconis quippe officiū suscipit: quisquis ad sacerdotiū ascendit: vt ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur: ipse scilicet clamādo gradiatur. Sacerdos vero si predicationis est nescius: quam clamosis vocem daturus est preco mutus:

Marginalia: Rector q̄lis esse dz. — j.q.j. necesse. — Esaie.lij. — Esaie.xl. — ij.Cor.vj. — j.Pet.ij. — Joan.j. — Locutio īcauta ī errorem pertrabit. — Eze.xiij. — Threñ.ij. — Prophete q̄nq; doctores vocantur. — Ad tit.j. — Mal.ij. — Esa.lviij.

G

Hinc est enĩ q super pastores primos in linguarum spe
cie spũs sanct⁹ insedit: quia nimirum quos repleuerit/
de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi precipitur
vt tabernaculũ sacerdos ingrediens/tintinnabulis am
biat: vt videlicet voces predicationis habeat: ne super
ni speculatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptũ

Exo. xxviij. Sacerdotes sonitũ debẽt da re.

quippe est: Audiatur sonitus qñ ingredit̃ vel egreditur
sanctuariũ in conspectu dñi: et non moriatur. Sacerdos
nãq ingrediens vel egrediens moritur/si de eo sonitus
non auditur: qr iram contra se occulti iudicis exigit: si
sine sonitu pdicationis incedit. Apte autẽ tintinnabu-
la vestimẽtis eius describũtur inserta. Vestimẽta etenĩ
sacerdotis/quid aliud q̃ recta opera debem⁹ accipere:

Ps. cxxxj.

propheta attestante/qui ait: Sacerdotes tui induantur
iustitiã. Vestimentis itaq illius tintinnabula inherẽt:
vt vite viam cum lingue sonitu ipsa quoq opera sacer
dotis clament. Sed considerandum quoq est vt rector
cum se ad loquendũ preparat/sub quãta cautele studio
loquatur attẽdat: ne si inordinate ad loquẽdũ rapitur:
erroris vulnere audientiũ corda feriantur: et cũ fortasse
sapiens videri desiderat: vnitatis compagẽ insipienter

Mar. ix.

abscindat. Hinc nãq veritas dicit: Habete sal in vobis:
et pacem habete inter vos. Per sal quippe/verbi sapiẽ-
tie designatur. Qui igit̃ loqui sapiẽter nititur: magno-
pere metuat/ne eius eloquio audientiũ vnitas cõfunda-

Roñ. xij.

tur. Hinc Paulus ait: Non plus sapere q̃ oportet sape-
re: sed sapere ad sobrietatem. Hinc in sacerdotis veste

H

iuxta diuinã vocem/tintinnabulis mala punica coniũ-
guntur. Quid enĩ per mala punica: nisi fidei vnitas desi-
gnatur? Nam sicut in malo punico vno exterius cortice
multa interius grana muniuntur: sic innumeros sancte
ecclesie populos vnitas fidei cõtegit: quos intus diuer-
sitas meritorũ tenet. Cũ ergo tintinnabulis mala pu-
nica iũgimus: cum per omne qd dicimus/vnitatẽ fidei
custodimus. Rursum/cum me ad cõsiderandũ confero
qualis rector in cõpassione: qualisq esse debeat in contẽ
platione: perpendo/vt et singulis compassione sit proxi-
mus: et pre cunctis contẽplatione suspensus: quatinus et
per pietatis viscera in se infirmitatẽ ceterorum transfe-
rat: et per speculationis altitudinẽ semetipsum quoq in-
uisibilia appetendo transcendat: ne aut alta petens/pro
ximorũ infirma despiciat: aut infirmis proximorũ con-

j. Cor. xij.

gruens/appetere alta desistat. Hinc est nãq q Paulus
in paradisum ducitur: celiq tertij secreta rimatur: et tã
in illa inuisibiliũ contẽplatione suspẽsus/ad cubile car-
naliũ mẽtis aciẽ reuocat: et eũ sanctũ sit coniugiũ/creã-
dorũ causa liberorũ: aliquid etiã eis et de voluptate lar-

j. Cor. vij.

gitur/dicẽs: Propter fornicationes autem vnusquisq
suam vxorẽ habeat: et vnaqueq suum virũ habeat. Vxo
ri vir debitũ reddat: similiter et vxor viro. Ecce iam ce
lestibus secretis inseritur: et tamen per condescensionis
viscera/carnaliũ cubile perscrutatur: et quẽ sublevatus
ad inuisibilia erigit: hunc mentis oculũ ad secreta con-
iugũ inflectit. Celũ contẽplatione trãscendit: nec tamẽ
stratum carnalium sollicitudine deserit: quia compage

J

charitatis summis simul et infimis iunctus: et in semet-
ipso virtute spũs ad alta valenter rapitur: et pietate in
alijs equanimiter ad ima reuocatur. Pro hac sue com-

ij. Cor. xj.

passione charitatis iterum apłus Paulus dicit: Quis
infirmatur/et ego non infirmor? quis scandalizat̃/et ego

j. Cor. ix.

non vror? Hinc rursus ait: Factus sum iudeis tanq̃ iu-
deus. Quod videlicet exhibebat non amittẽdo fidẽ: sed
extendendo pietatẽ: et in se personã infideliũ transfigu-
rans: vt ex semetipso disceret qualiter alijs misereri de-
buisset: quatin⁹ hoc illis impẽderet/qd sibi ipse/si ita es-

ij. Cor. v.

set/impendi recte voluisset. Hinc iterũ dicit: Siue men-
te excedim⁹/deo: siue sobrij sumus/vobis. quia et semet-
ipsum nouerat contẽplando transcendere: et eundem se
auditoribus cõdescendẽdo tẽperare. Hinc Jacob dño
desuper innitente/et uncto deorsum lapide: ascẽdentes
et descendentes angelos vidit: quia scz predicatores re-
cti nõ solũ sursum sanctũ caput ecclesie/videlicet dñm
contemplãdo appetunt: sed deorsum quoq ad membra
illius miserando descendunt. Hinc Moyses crebro ta-
bernaculũ intrat et exit: et qui intus in contemplatione
rapitur: foris infirmantiũ negocijs vrgetur. Intus dei
archana considerat/foris onera carnalium portat. Qui
de reb⁹ quoq dubijs semper ad tabernaculũ recurrit:

K

et corã testamẽti arca dñm cõsulit. Exemplum procul-
dubio rectoribus pbens: vt cũ foris ambigũt quid dis-
ponant: ad mentẽ semper quasi ad tabernaculũ redeãt: et
velut coram testamenti arca dñm consulant: si de his in
quibus dubitant/apud semetipsos intus sacri eloquij
paginas requirant. Hinc ipsa veritas p susceptionẽ no-
bis nostre humanitatis ostensa/in monte orationi inhe-
ret: miracula in vrbibus exercet: imitationis videlicet
viam bonis rectoribus sterniens: vt etsi iam summa con
tẽplando appetũt: necessitatibus tñ infirmantiũ compa-
tiendo misceãtur: quia tunc ad alta charitas mirabili-
ter surgit/cũ ad ima proximorũ se misericorditer attra-
hit: et quo benigne descẽdit ad infima/valenter recurrit
ad summa. Ji qua videlicet cõpassione necesse est vt ta-
lẽ se qui peest exhibeat: cui subiecti quiq occulta quoq
sua prodere non erubescãt: vt cum tentationũ suarũ flu-
ctus paruuli tolerãt/ad pastoris mentem/quasi ad ma-
tris sinũ recurrant: et hoc qd se inquinari pulsantis cul-
pe sordibus preuident: exhortationis eius solatio/et la-
chrymis orationis lauent. Unde et ante fores tẽpli ad
abluendas ingredientiũ manus mare eneũ (i. luterem)
duodecim boues portant: qui quidẽ facie exterius emi-
nent: sed ex posterioribus latent. Quid nãq duodecim
bobus/nisi vniuersus pastorũ ordo signatur? De quib⁹

j. Cor. ix.

lex Paulo disserente dicit: Non obturabis os boui tri-
turanti. Quorũ quidẽ nos aperta opera cernimus: sed

L

apud districtũ iudicẽ: que illos posterius maneãt in oc-
culta retributione/nescimus. Qui tamẽ cũ condescẽsio-
nis sue patientiã abluẽdis proximorũ cõfessionibus pre-
parant/velut ante fores templi luterẽ portãt: vt quisqs
intrare eternitatis ianuã nititur: tentationes suas men-
ti pastoris indicet: et quasi in boum lutere cogitationis
vel operationis manus lauet. Et fit plerũq vt dũ recto-
ris animus tẽtamenta condescẽdẽdo recognoscit: au-
ditis tẽtationibus et ipse pulsetur: quia et hec eadẽ per
quã populi multitudo diluitur: aqua proculdubio lute-
ris inquinatur. Nam dũ sordes diluẽtiũ suscipit: quasi
sue munditie serenitatẽ perdit. Sed hec nequaq̃ pasto-
ri timenda sunt: quia deo subtiliter cũcta pensante/tãto
facilius a sua eripitur/quanto misericordius ex aliena
tẽtatione fatigatur. Rursus cũ me ad considerandũ cõ-
fero: qualis in humilitate: qualisq esse rector debeat in
districtione: perpendo quoniã necesse est vt et bene agẽ-
tibus sit per humilitatẽ socius: et cõtra delinquentiũ vi-
tia per zelũ iustitie erectus: quatenus et bonis in nullo
se preferat: et cũ prauorũ culpa exigit: prioratus sui po-
testatẽ agnoscat: vt et honore suspẽso/equalẽ se subditis
bene viuẽtibus deputet: et contra peruersorũ culpas ex
zelo iustitie exercescat. ❡ Hinc est nãq q Petr⁹ aucto-
re deo sctẽ ecclesie principatũ tenens/a bene agente Cor
nelio et sese ei humiliter prosternẽte/immoderatius vene

Act. x.

rari recusauit: seq illi similẽ recognouit/dicens: Surge
ne feceris: et ego homo sum. Sed cũ Ananie et Sapphyre

M

culpã reperit: mox q̃ta potentia super ceteros excreuis-

Act. v.

set ostendit. Verbo nãq eorũ vitã percussit: quã spũ per-
scrutante deprehẽdit: et summũ se intra ecclesiã contra
peccata recoluit: quod honore sibi vehemẽter impenso/
corã bene agentibus fratribus non agnouit. Hic cõmu-
nionẽ equalitatis meruit sanctitas actionis: illic zel⁹ vl-
tionis vim aperuit potestatis. Hinc est q Paulus bene
agentibus fratribus prelatũ se esse nesciebat/cũ diceret:

ij. Cor. j.

Non qr dñamur fidei vestre: sed adiutores sumus gau-
dij vestri. Ad que illico adiũxit: Fide enĩ statis. ac si id
quod protulerat aperiret dicens: ideo nõ dñamur fidei ve
stre: qr fide statis. equales enĩ vobis sumus in quo vos
stare cognoscimus. Quasi prelatum se esse fratribus ne-

j. Thes. v.

sciebat: cũ diceret: Facti sumus paruuli in medio vrm.
et rursus: Nos aũt seruos vestros per christũ. Sed cum
culpam que corrigi debuisset inuenit: illico se magistrum

j. Cor. iiij.

esse recoluit/dicens: Quid vultis/in virga veniã ad vos?
Summus itaq locus bene regitur/cum is qui preest/vi-
tijs potius q̃ fratribus dñatur. Bene acceptã potesta-
tem regit/qui et tenere illam nouit et impugnare. Bene
hanc regit/qui scit per illam super culpas erigi: et scit cũ
illa ceteris in equalitate cõponi. Sic autẽ seruanda est
virtus humilitatis: vt non soluantur iura regiminis: ne dũ
platus quisq plus se q̃ decet deijcit/subditorũ vitã restrĩ-
gere sub discipline vinculo nõ possit: et sic seruãda est di-

Humilitatis virtus quõ est seruanda.

[A] [Uitia se sepe virtutes mentiuntur.] scipline seueritas: ne dū plusq̄ necesse est zelus accendi-
tur: mansuetudo funditus amittat. Sepe nāq̄ vitia vir-
tutes se esse mentiuntur / vt tenacia parsimonia / effusio
largitas / crudelitas zelus iustitie / remissio pietas velit
videri. Disciplina ergo vel misericordia multū destitui-
tur: si vna sine altera teneatur. Sed magna discretionis
arte seruāda est et iuste consulens misericordia: et pie se-
uiens disciplina. Hinc nāq̄ est quod docente veritate p
[Luce.x.] Samaritani studium semiuiuus in stabulum ducitur: 7
vinū atq̄ oleū vulneribus eius adhibetur: vt per vinum
scilicet mordeant vulnera: et per oleū foueātur. Necesse
quippe est: vt is qui sanandis vulneribus preest: in vino
morsum doloris adhibeat: in oleo mollitie pietatis: qua-
tenus per vinū mordeantur putrida: per oleū sanāda fo-
ueantur. Sit ergo amor: sed non emolliens. Sit vigor:
sed non exasperans. Quod bene illa tabernaculi arca si-
gnificat: in qua cum tabulis virga simul 7 manna est: q:
cum scripture sacre scientia in boni rectoris pectore si est
virga districtionis: sit et manna dulcedinis. Suscepto
itaq̄ pastoralis cure onere / cū cuncta hec atq̄ alia huius-
modi multa considero: videor qđ esse non possum: maxi-
me q: hoc in loco quisquis pastor dicitur / curis exterio-
ribus grauiter occupat: ita vt sepe incertū fiat vtrū pa-
storis officiū / an terreni proceris agat. Et quidem quis-
quis regēdis fratribus preest / vacare funditus a curis ex-
[B] terioribus nō potest: sed tamē curādum magnopere est /
ne ab his immoderate deprimatur. ¶ Unde recte ad
[Eze.xliiij] Ezechielē dicitur: Sacerdotes caput suū non radent /
neq̄ comā nutriant: sed tondētes attondeāt capita sua.
Quid enim signāt capilli in capite / nisi exteriores cogi-
tationes in mēte? Qui dum super cerebrū insensibiliter
oriuntur: curas vite presentis exprimūt: que ex neglecto
ac torpēti sensu q: inopportune prodeūt / quasi nobis nō
sentientibus procedūt. Quia ergo cuncti qui presunt / ha-
bere qđē sollicitudines exteriores debent: nec tamē eis
vehementer incūbere: sacerdotes recte 7 caput prohibē-
tur radere / 7 comā nutrire: vt cogitationes carnis de vi-
ta subditorum nec a se funditus amputent: nec rursum
ad crescendum nimis relaxent. Unde bene dicitur: ton-
dentes tondeant capita sua: vt videlicet cure tempora-
lis sollicitudinis et ad quantū necesse est prodeant: et ta-
men recidantur citius / ne immoderatius excrescant. Dū
igitur per administratā exteriorē prouidētiam corpora-
lis subditorū vita protegitur: 7 rursus per imoderatā al-
ta cordis intētio non impeditur: quasi capilli in capite
sacerdotis seruātur: vt cutem cooperiāt: 7 resecātur / ne
oculos claudāt. Sed hoc in loco huius discretionis mo-
deramina video seruari nō posse: q: tāti quotidie casus
imminent / vt mentē simul obruant: cū vitā corporalē ne-
cant. Unde fratres sanctissimi / per venturū iudicem ro-
go: per multorū milium angelorum frequētiam: p eccle-
siam primitiuorū qui conscripti sunt in celis: sub hoc pa-
[C] storalis cure onere lassescentē / orationis vestre interces-
sione me adiuuate: ne suscepta me pondera vltra vires
premāt. Memor vero qđ scriptū est: Orate pro inuicē vt
[Jaco.v.] saluemini: etiam impendo qđ peto. Sed recipiam quod
impēdo. Dū enim nos vobis p orationis opem coniun-
gimus: quasi ambulātes per lubricū / vicissim nobis ma-
num tenemus: fitq̄ ex magna prouisione charitatis: vt
eo singulorū robustius charitas perfigatur / quo in alte-
rū alter innititur. ¶ Preterea q: corde creditur ad iu-
[Rom.x.] stitiam: ore autē confessio fit ad salutē: sicut sancti euāge-
[Disti.xv.] lij quattuor libros / sic quattuor concilia suscipere et ve-
[ca.sicut.] nerari me fateor. Nicenū scilicet / in quo peruersum Arrij
dogma destruitur. Constātinopolitanum quoq̄ / in quo
Eunomij 7 Macedonij error conuincitur. Ephesinum
etiam primū / in quo Nestorij impietas iudicatur. Chalce-
donēse vero: in quo Eutichetis Dioscoriq̄ prauitas re-
probatur: tota deuotione complector: integerrima appro-
batione custodio: quia in his velut in quadrato lapide /
sancte fidei structura consurgit. Et cuiuslibet vite atq̄
actionis existat: quisquis eorū soliditatē nō tenet: etiā si
lapis esse cernitur / tamē extra edificium iacet. Quintū
quoq̄ conciliū pariter veneror: in quo epla que Ibe di-
citur erroris plena / reprobat: in q̄ Theodorus psonā me-
diatoris dei 7 hominū in duabus substātijs separās / ad
impietatis perfidiā cecidisse cōuincit: 7 in q̄ scripta quoq̄
Theodoriti p que beati Cyrilli fides reprehenditur: au-
su demētie prolata / refutantur. Cunctas vero quas prefa- [D]
ta venerāda concilia psonas respuūt / respuo: quas vene-
rantur / amplector: q: dū vniuersali sunt cōsensu cōstitu-
ta / se et nō illa destruit quisquis presumit aut soluere quos
religāt: aut ligare quos soluūt. Quisquis ergo aliud sa-
pit: anathema sit. Quisquis vero predictarū synodorū
fidē tenet: pax ei sit a deo patre p Jesum christū filiū eius:
qui cū eo viuit 7 regnat cōsubstantialiter deus in vnitate
spiritus sancti: per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Gregorius Anastasio patriarche Antiocheno. Cōque-
ritur de onere pastorali. Capitulum. xxv.

SCripta vestre beatitudinis: vti fessus requiē: [Epla.xxv]
salutē eger: fontē sitiens: vmbrā estuans acce-
pi. Neq̄ enī illa verba per linguā carnis vide-
batur expressa: q: sic spiritualem amorē suū quē gestabāt
aperuerūt: ac si mens p semetipsam loqueret. Sed durū
valde fuit qđ scriptū est / q: amor vester terrena me por-
tare onera precepit: 7 quē prius spiritaliter diligebatis /
postea (vt existimo) tēporaliter amātes / vsq̄ ad terram
me supposito onere depressistis: ita vt omnē mētis recti-
tudinē funditus perderem / contēplationisq̄ aciem amit-
terem: non per prophetie spiritū / sed per experimētum di-
cam: Incuruatus sum 7 humiliatus sum vsquequaq̄. Tan- [Ps.cxviij.]
ta me quippe occupationū onera deprimūt: vt ad super-
na animus nullatenus erigatur. Multis causarū flucti- [E]
bus quatior: et post illa quietis ocia: tumultuose vite tē-
pestatibus affligor: ita vt recte dicā: Ueni in altitudinē [Ps.lxviij.]
maris: 7 tēpestas demersit me. ¶ Periclitāti igitur mi-
hi manū orationis vestre tendite vos qui in virtutū li-
tore statis. Os vero me dūi: q lucernā dicitis: q lo-
quendo multis pdesse / multisq̄ posse lucere perhibetis:
existimationē mihi meam (fateor) i dubietatē maximā
perduxistis. Considero nāq̄ qui sum: 7 nihil in me ex hu-
ius boni signo deprehendo. Considero nāq̄ qui estis: et
vos mētiri posse non arbitror. Cū ergo credere volo qđ
dicitis / contradicit mihi infirmitas mea. Cū disputare
volo quod in laude mea dicitur: cōtradicit mihi sancti-
tas vestra. Sed queso vir sancte nobis aliqđ de hoc cer-
tamine nostro cōueniat: vt etsi non quod dicitis ita est:
sit ita q: dicitis. Preterea sicuti patriarchis alijs vel fra-
tribus: ita 7 synodicā vobis epistolā direxi: q: apud me se-
per hoc estis: quod ex omnipotentis dei munere accepi-
stis esse: non quod ex volūtate hominū putamini nō esse.
Latori vero presentium Bonifacio defensori aliqua in-
iūxi: q̄ sanctitati vestre debeat seriosius intimare. Ama-
toris autē vestri beati Petri apli vobis claues transmisi:
que sup egros posite / multis solēt miraculis coruscare.

¶ Gregorius Anastasio archiepiscopo Corinthieñ. Cō-
queritur de onere pastorali: 7 hortatur vt succurrat por-
titori presenti. Capitulum. xxvi.

IUdicia dei quāto sunt inuestigabilia / tāto de- [Epl.xxvi.]
bent humanis mētibus esse metuenda: vt q: ea
ratio mortalis comprehēdere non valet: his se [F]
necesse est humili cordis ceruice substernat: quatenus quo
eū regentis volūtas duxerit / illuc obedientibus mentis
gressibus prosequatur. Ego autē cōsiderans infirmita-
tem meam ad apostolice sedis culmē nō posse pertinge-
re: onus hoc malui declinare: ne i pastorali regimine im-
paris administrationis actione succumberē. Sed q: cō-
traire non est dūi disponētis arbitrio: obedienter secutus
sum qđ misericors de me regentis manus voluerit ope-
rari. Nam fraternitati vestre / 7 si presens nō eueniret oc-
casio: necessario fuerat indicādū q (licet indignū) me apo-
stolice sedi dūs preesse dignatus est. Cū ergo fieri hoc 7
causa posceret: 7 directi a vobis presentiū latoris (id est
Bonifacij defensoris) euenisset occasio: curauimus non
solū scriptis fraternitati vestre charitatis vota persol-
uere / sed etiam de ordinatione nostra (quod desiderabi-
le vobis fuisse credimus) indicare. Propterea charitas
vestra reciprocis litteris nos de vnitate ecclesie: et desi-
derabili nuncio salutis vestre letificet: quatenus 7 absentis
corporalis (quā nos locorū facit sustinere distinctio) ser-
mone sibi vicissitudine presentetur. Adhortamur etiam
vt q: memoratū superius presentiū portitorē pro neces-
sarijs quibusdā causis ad clementissimi principis vesti-
gia destinauimus: et mutabilitas tēporis multa solet im-
pedimenta itineris generare: quicquid ei siue in terrenis
itineris prouisione: siue etiam in procuratione nauigij

G

necessariũ fuerit: vestra sacerdotalis impēdat affectio: vt destinatũ iter celerius dño miserãte valeat explicare.

¶ Gregorius Sebastiano episcopo Risiniẽsi. De reuersione Anastasij patriarche. Capitulũ. xxvij.

Epistola xxvij.

QUamuis nullo merui beatitudinis vestre scripta suscipere: tamen ego etiã obliuiscentẽ me nõ obliuiscor: negligẽtẽ pulso: torpẽtem amoris stimulis inquieto: vt qui ex semetipso nõ vult impendere/vel pulsatus sciat reddere qđ debet. Preterea indico suggestionẽ me apud piissimos dños summis precib⁹ plenã fecisse: vt virũ beatissimũ dominũ Anastasiũ patriarcham cõcesso vsu pallij ad beati Petri apostolorum principis limina mecũ celebraturũ solẽnia missarũ transmittere debuisset: quatenus si ei ad sedē suam minime reuerti liceret/saltem mecum in honore suo viueret. Sed que causa cõtigerit vt eadē scripta retinerē: presentium lator vobis innotescet. Eiusdē tamē dñi Anastasij animũ cognoscite: et quicquid ei de hac re placuerit/vestris mihi epistolis indicare.

¶ Gregorius aristobolo expresecto et antigrapho. De expositione epistolarũ suarum. Capitulũ. xxviij.

Epistola xxviij.

AD explendũ affectũ meũ fateor: lingua nõ sufficit: sed quicquid de vobis sentio/vester vobis melius affect⁹ dicit. Quibusdã vero vos aduersitatibus laborare audiui. Sed non hac de re valde contristor: q: plerũq; nauis que peruenire ad alta pelagi per ꝓsperitatẽ poterat/in ipso nauigationis initio vẽtis aduersante repellitur/sed ad portũ repulsa reuocatur. Preterea si prolixã epistolam ad interpretandũ accipere fortasse contigerit: rogo nõ verbum ex verbo: sed sensum ex sensu transferte: q: plerũq; dũ proprietas verborum attenditur: sensuum virtus amittitur.

D

¶ Gregorius Andree de ibiria. Trãsmittit clauem a corpore sancti Petri & de cathenis eius. Capitulũ. xxix.

Epl. xxix.

OMnipotens deus dulcissimo cordi vestro indicet: q: et absens corpore a charitate vestra animo nõ recessi. Bona enim vestra etiam si obliuisci volo/nõ valeo. Hoc autē q me ad episcopatus ordinē cognoscitis peruenisse: si me diligitis/plãgite: q: hic huius mundi tante occupationes sunt: vt per episcopatus ordinem pene ab amore dei me videam esse separatũ. Qđ incessanter defleo: atq; vt ꝓ me dominũ exoretis: rogo. Preterea sanctissimã clauē: a sancti Petri apostoli corpore vobis transmisi: que super egros multis miraculis solet coruscare: nam etiam de eius catenis interi⁹ habetur. Eedē igitur catene que illa sancta colla tenuerant/suspense colla vestra sanctificent.

¶ Gregorius Joanni exconsuli atq; patricio et questori. Clauem sancti Petri et de catenis eius transmittit. Capitulum. xxx.

Epl. xxx.

BOna excellentie vestre expert⁹/tanto erga vos amore constringor: vt vestra memoria de meo pectore aboleri nullatenus possit. Sed contra amorem non modice contristor: q: quatenus me querere cognouistis: et ad inquietudinē perduxistis: vobis quidem omnipotēs deus qi hoc bono animo fecistis: bona eterna retribuat: sed me a tanto loci huius periculo qualiter voluerit absoluat: q: sicut peccata mea merebãtur: non romanorũ sed longobardorũ episcopus fact⁹ sum: quorũ sinthicie spate sunt/& gratia pena. Ecce vbi me patrocinia vestra perduxerũt. Gemo quotidie occupationibus pressus: & respirare nõ valeo. Sed vos qui adhuc valetis huius mũdi occupationes fugite: q: quãto in eo quisq; profecerit/tanto (vt videc) ab amore dei ampli⁹ decrescit. Preterea sanctissimã clauē a beati Petri apostolorũ principis corpore vobis trãsmisi: que sup egros multis solet miraculis coruscare. Nam etiam de ei⁹ catenis interius habet. Eedem igitur catene que illa sancta colla tenuerũt/suspense colla vestra sanctificent.

I

¶ Gregorius Philippo Comiti Excubitorũ. Causas italie commendat. Capitulum. xxxi.

Epl. xxxi.

INquantũ homo discutere & inuestigare iudicia superna non sufficit/intantũ sub eis debet ceruicem cordis inflectere: vt q: id quod sibi tribuitur: quo iudicio disponatur ignorat: nec ad appetendum locũ procax insistere: nec ad repellendũ contumax debet inueniri. Unde indignus ego ad suscipienda episcopat⁹ onera iussioni omnipotentis dei: vestreq; me voluntati subdidi. Cui me preesse largitate magis gratie q̃ iudicij extimatione voluistis. Potens est eni deus propter quē me indignũ diligitis/hãc vobis in perpetuũ repẽsare mercedē: vt gratiam quã indignis famulis eius impẽditis/apud eũ inuenire multiplici⁹ valeatis. Causas vero italie/vestre queso excellẽtie habeat mãdatas: vt dũ vos petẽtibus libenter impenditis/omne quod a deo petitis/quantocyus impetretis.

K

¶ Gregorius Romano Patricio et exarcho Italie. Exarcho scribit de blãdo epõ restituẽdo. Capitulũ. xxxij.

Epistola xxxij.

SCribendi ad excellẽtiam vestrã si causa omnino nulla suppeteret/nos tamē esse oportet charitate paterna de vestre salutis incolumitate sollicitos: vt qđ de vobis audire cupimus/internũciorũ frequẽtia cognoscam⁹. Preterea peruenit ad nos Blãdum episcopũ hortẽsis ciuitatis: longo iam tempore in ciuitate Rauẽnate a vestra excellẽtia detineri. Et fit vt ecclesia sine rectore/et popul⁹ quasi sine pastore grex cõsistens defluat: & ibidē infantes ꝓ peccatis absq; baptismate moriãtur. Et rursus q: non credimus q eũ excellentia vestra nisi pro aliquo probabili excessu causa tenuerit: oportet vt habita synodo palam fiat si qđ in eum crimen intenditur. Et si talis in eo culpa reperitur: que vsq; ad degradationē sacerdotij perducatur/aliam necesse est ordinationē inquiram⁹: ne ecclesia dei in his sine quib⁹ iã christiana nõ patitur esse religio/inculta ac destituta remaneat. Sin autē excellentia vestra aliter se habere q de eo qđ dicit esse perspexerit: eũ ad ecclesiam suam reuerti concedat: vt officiũ suũ in cõmissis sibi animabus adimpleat. Mense martio: Indictione. ix.

L

¶ Gregorius venãtio Cancellario italie. Uenantio ex monacho scribit: & icrepat de habitu monastico dimisso. Capitulum. xxxiij.

Epistola xxxiij.

MUlti hominum stulti putauerunt q si ad ordinem episcopatus eueherer/vos alloqui ac ꝑ epistolas frequẽtare recusarē. Sed non ita est: q: ipsa iam loci mei necessitate cõpellor: vt tacere nõ debeã. scriptũ quippe est: Clama ne cesses: sicut tuba exalta vocē tuã. Et rursus scriptũ est. Speculatorē te dedi domui israel: audies de ore meo verbũ/& annũciabis eis ex me. Ex qua videlicet annũciatione vel reticẽtia vel exhibita quid speculatorē vel auditorem sequatur/protinus intimatur. Si dicente me ad impiũ: Morte morieris: non annũciaueris ei neq; locut⁹ fueris: vt auertatur a via sua impia & viuat: ipse impius in iniqtate sua morietur: sanguinē autē eius de manu tua requirã. Si autē tu annunciaueris impio/& ille nõ fuerit cõuersus ab iniquitate sua/& a via sua ipia: ipse quidē in iniquitate sua morietur: tu autē animã tuã liberasti. ¶ Hinc etiã ephesijs Paulus dicit: Mundi sunt hodie manus mee a sanguine omniũ vestrũ. non enim subterfugi quominus annũciarem vobis omne dei consiliũ. Mundus ergo a sanguine eorũ nõ esset/si eis dei cõsiliũ annũciare noluisset: q: eũ increpare delinquentes noluerit: eos proculdubio tacendo pastor occidit. ¶ Hac igitur cõsideratione cõpulsus/velis nolis locutur⁹ sum: q: omni virtute aut te cupio saluari: aut de tua morte me eripi. In quo eni habitu fueris recolis: et superne districtionis animaduersione ꝓposita/sed quid sis dei aspirãte agnoscis. Culpam ergo tuã pensa dum vacat: districtionem futuri iudicij dũ valeas exhorrescere: ne illã amarã sententiã audias/cũ iã nullis fletib⁹ euadas. Pensa qđ scriptũ est: Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Ad ambulãdum quippe in hyeme torpor frigoris obsistit: & iuxta ꝓceptũ legis/ambulare in sabbato nõ licet. In hyeme ergo vel sabbato fugere conatur/qui iam districti iudicij tunc appetit fugere/quãdo ei iam nõ licet ambulare. ¶ Dũ vacat ergo/dũ licet/animaduersionem tanti terroris fuge. Pensa quod scriptũ est: Omne qđ potest manus tua facere/instanter operare: quia nec opus/nec ratio/nec sapientia/nec sciẽtia sunt apud inferos: quo tu properas. Teste euãgelio: scis quia diuina seueritas de ocioso sermone nos arguit: et de verbo inutili rationes subtiliter exquirit. Pensa ergo qđ factura est de peruerso opere/si quosdam in iudicio suo reprobat de sermone. Ananias pecunias deo vouerat/quas post diabolica victus persuasione subtraxit. Sed qua morte mulctatus est/scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit: qui eos quos

Esa. lviij. Eze. iij. Act. xx. Dist. xliij. Ephesijs M Matthei xxiiij. Eccle. ix. Matt. xij. Cã. xvij. qst. j. Ananias.

A dederat nūmos deo abstulit/considera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris:qui nō nūmos sed temet: ipsum deo omnipotēti: cui te sub monachali habitu de: uoueras/subtraxisti: Considera iudicium dei quod me retur qui semetipsum deououit:ꝑinuoꝗ mūdi deside: rijs irretitus/mētitus est quod vouit. Si mihi credide ris: si correptiōis mee verba secuturus audieris:ꝙ sine blanda ꝛ dulcia in fine cognosces. Ecce fateor/merens loquor/ꝛ facti tui tristitia astrictus/edere verba vix va leo:et tamē enim⁹ tuus actionis sue cōscius vix sufficie ferre qđ audit.erubescit/confunditur/auersat. Si ergo non valet verba ferre pulueris/quid factur⁹ est ad iudi: cium conditoris? Fateor tamē:ꝗ superne gratie esse mi sericordiam maximē credo/ꝙ te effugere vitā cōspicit: et tamē ad vitā adhuc reseruat:ꝙ superbientē te videt: ꝛ tolerat:ꝙ per indignos famulos suos verba tibi incre pationis ꝛ admonitionis administrat. Tantū est vt pē:

ij. Cor.vi.

sare sollicite debeas:qđ Paulus ait:Exhortamur vos fratres ne in vacuum gratiā dei recipiatis. ait enim/tē: pore accepto exaudiui te/ꝛ in die salutis adiuui te. Ec: ce nūc tēp⁹ acceptabile:ecce nunc dies salutis. Sed scio ꝗ: cū epistola mea suscipit/protinus amici conueniunt: litterati clientes vocantur:ꝛ de causa vite consiliū a fau toribus mortis queritur:qui dū non te:sed res tuas dili gunt/nulla tibi nisi que ad tempus placeant loquuntur.

B Tales enim fuerūt(sicut ipse reminisceris)dudū cōsilia rij qui te ad tanti facin⁹ ꝑduxerūt delicti. Ut tibi aliqđ secularis auctoris loquar:Cū amicis omnia tractanda sunt:sed prius de ipsis. Si vero in causa tua hominē cō: siliarium queris:consiliariū rogo me suscipe. Nullus ti bi fidelior esse ad consiliū poterit:ꝙ qui nō tua sed te dili git. Omnipotēs deus cordi tuo indicet/cor meū quāto te amore:quāta ꝗ charitate amplectitur: inquātū tamē diuina gratia non offendatur. Nam sic culpam tuā inse: quor/vt te diligā. Sic personā diligo/vt culpe vitiū non amplectar. Si igitur a me amari te credis/apostolor: li minibus presentaremeꝗ consiliario vtere. Si autē esse fortasse in causa dei minimus credor:ꝛ pro zelo mei ardo re suspectus sum/cūctā simul ecclesiam in cōsilio huius disceptationis adhibeo:ꝛ quicquid omnibus fieri salu: briter placet:ego in nullo contradico:sed quod in cōmu ne decernitur/letus impleo et subscribo. Impleat que monui:gratia diuina te custodiat.

Gregorius Petro episcopo Terracinen. De iudeis non persequendis. Capitulum.xxxiiij.

Epistola xxxiiij.

IOseph presentium lator iudeus nobis insinua uit ꝙ de loco quodam in quo ad celebrandas festiuitates suas iudei in Terracinensi castro consistētes conuenire consueuerāt: tuā eos fraternitatē expulisse:ꝛ in alium locū pro colēdis similiter festiuita:

C tibus suis:te quoꝗ noscente ꝛ cōsentiente migrauerint:ꝛ nunc de eodē loco expulsos se denuo conquerūtur. Sed si ita est:volumus vt tua fraternitas ab huiusmodi se q: rela suspendat:ꝛ ad locū quem sicut prediximus:cum tua conscientia quo congregētur adepti sunt/eis sicut mos fuit/ibidem liceat conuenire. Eos enim qui a religione christiana discordant/mā suetudine/benignitate/admo nēdo/suadēdo/ad vnitatem fidei necesse est cōgregare: ne quos dulcedo predicationis/ꝛ preuentus futuri iudi cij terror ad credēdum inuitare poterat/minis ꝛ terro ribus repellātur. Oportet ergo vt ad audiendum de vo bis verbū dei benigne cōueniant:ꝙ austeritatē que su: pra modum extenditur expauescant.

Gregorius Joanni episcopo Rauennati. De contro: uersia Joannis ꝛ Stephani episcopi. Capitulum.xxxv.

Epistola xxxv.

SI professionē ordinis nostri:et locū cui⁹ mini: steriū gerimus/attēdamus:oportet nos affli: ctis inquantū possumus comitāte iustitia sub uenire. Quoniam ergo gloriosum virū Mauritionē ex: prefecto insontē cōcedere i gestis ecclesiasticis cognoui mus:vestra fraternitas inquātū possibilitas subest/opē ferre festinet:non ꝙ(quod absit) de viri excellentissimi dñi Georgij prefecti iustitia dubitam⁹/aut in aliquo pu tamus eū rationis tramitē declinare/virū que i huius tante dignitatis administratione in bonis omnibus ha bemus expertum:sed quo et gloriosus vir Mauritio ex: prefecto rationes suas absꝗ suspitione oppressionis ex: ponat:et predictus excellentissimus vir dominus Geor gius prefectus rationes sine laceratione sue opinionis exequatur.

D

Gregorius Malcho episcopo Dalmacien. De con: tentionibus Joannis ꝛ Stephani. Capitulum.xxxvj.

Epistola xxxvj.

IOannes vir eloquētissim⁹: cōsiliarius viri ex: cellentissimi dñi Georgij prefecti ꝑ italiam in: sinuauit nobis contra Stephanū episcopū sco: densis ciuitatis quosdā se negociorū habere cōtrouer: sias:ꝛ petijt inter eū ꝛ se iudiciū debere consistere. Pro: pterea fraternitatē tuā presenti preceptione curauimus admonendā/ vt predictū episcopū ad eligēdū cōpellas venire iudicium. Et quicquid inter predictū Joannem virum magnificū ꝛ sepefatū episcopū electorū fuerit sen tentia diffinitū: ad effectū perducere non omittas:vt et actor de cōsecuta iustitia gratias referat/et pulsatus cū ad cognitionem deducitur/nihil contra se de illata inju stitia conqueratur.

Gregori⁹ anthemio subdiacono. Ut dñe paterichie et viuiane necessaria subministret. Capitm.xxxvij.

Epistola xxxvij.

DIscedenti tibi mādauimus/ꝛ postmodū pre: ceptis discurrentibus iniunxisse me memini/ vt curā pauperū gereres. Et si quos illic ege: re cognosceres:scriptis recurrētibus indicares:ꝛ vix de paucis hec facere curasti. Uolo aūt vt dñe Paterichie mee mox vt presentē iussionē susceperis/offeras ad cal: ciariū puerorū solidos quadraginta/et tritici modios quadringētos. Dñe palatine relicte vibici/solidos vigi: ti:ꝛ tritici modios trecentos. Dñe Uiuiane relicte feli: cis:solidos viginti:et tritici modios trecētos. Qui oēs simul octoginta solidi in tuis rationib⁹ imputētur. Sū: mā vero impensionū sub festinatione transmittito/et ad paschalem diem domino auxiliante occurrito.

E

Gregorius Felici episcopo Messanensi. De monaste rio sancti Theodori ordinando. Capitulum.xxxviij.

Epistola xxxviij.

ET tibi gratū cōfidimus si fratris tui viri vene rabilis episcopi Paulini peregrinatiōis one: ra releuent:et eius regimine cōmuni mercede beati Theodori monasteriū in ciuitate tua fundatū stu: diosius omnipotenti deo deseruiat. Quod etiam te vo: luisse facere/eius relatione cognouimus. Ideoꝗ recto: ri patrimonij nostri precepimus:vt monachos monaste rij memorati episcopi perquisitos ad vnū congreget:ꝛ in eodem monasterio cum ijs qui nūc ibi sunt/collocare non differat: quatenus eo rectore dignius animarū suar: rum curam exerceant. Quam rem venerationi tue into tescendam preuidimus: ne te omisso/ aliquid ordinatū in tua contristeris diocesi.

Gregorius Petro diacono. De monachis dispersis per Siciliam. Capitulum.xxxix.

F

Epistola xxxix.

UEnum Paulinus episcopus tauri ciuitatis prouincie briciorū nobis asseruit monachos suos occasione dispsos barbarice:eosꝗ nunc per totā vagari Siciliā: ꝛ eos (quippe sine rectore) nec animarū curam gerere:nec disciplinę sui habitus indul gere. Qua de re precipimus eosdem monachos te omni cura ꝛ sollicitudine perquisitos ad vnum reducere/ꝛ cū memorato episcopo rectoreꝗ suo in monasterio sancti Theodori in Messanensi ciuitate posito collocare:vt et hi qui nūc ibi sunt quos egere rectore cōperimus: et illi quos de cōgregatione eius inuentos reduxeris/ in vnū possint eo duce omnipotēti dño deseruire. Quā rem ꝛ Fe lici eiusdē ciuitatis episcopo nos significasse cognosce: ne preter suam notitiam in diocesi sibi concessa ordina: tum quippiam contristetur.

Gregorius Anthemio subdiacono. De monachis cir cunquaꝗ vagantibus. Capitulum.xl.

Epla.xl.

IOannes frater et coepiscopus noster directo ꝑ iustum clericū suū capitulari: inter alia plura hoc nobis noscit intimasse:aliquos monachos monasteriorū in Surētina diocesi positorū/de monaste rio in monasteriū(prout eis libuerit)transmigrare: et a proprij abbatis regula desiderio rei secularis abscede: re. Sed ꝛ quod non licere notū est: peculiaritati cor sin: gulos studere. Si quos autē a clericatu in monachicam conuersionē venire contigerit/nō liceat eis ad eandē vl aliam ecclesiam: quarū pridē milites fuerant: sua volun tate denuo remeare: nisi talis vite monachus fuerit: vt episcopus cui ante militauerat/sacerdotio dignū preui

G

derit: vt ab eo debeat eligi: et in loco quo indicauerit ordinari. Propterea experientie tue iussione presenti mandamus: vt neq₃ monacho vlterius de monasterio in monasterium liceat migrare: neq₃ eorũ aliquãdo peculiare quicq₃ habere permittas. Sed si quilibet hoc presumpserit/ in monasterio in quo ab initio cõuersatus est/ et sub abbatis sui regula de qua fugerat/ cũ cõpetẽti coertione reddatur. ne si tãtam iniquitatẽ fluxã inemendatã q₃ dimittimus/ perentium anime a prepositorũ anima requiratur. Et qr aliquos monachorũ vsq₃ ad tantũ nephas prosiliisse cognouim⁹/ vt vxores publice sortiantur: sub omni eos vigilãtia requiras: et inuẽtos digna coertione in monasteriis quorũ monachi fuerũt retransmittas. Sed et de clericis ad monachatũ venientib⁹ (sicut supra diximus) peragere non omittas. Ita enim dei placabis oculos/ et implere mercedis particeps inueneris.

Cã. xxxvij q. j. Et qr.

¶ Gregorius Leandro episcopo Hispaniarũ. De recharedo rege. Et de trina mersione baptismi. Cap. xlj.

Epła. xlj.

Respondere epistolis vestris tota intẽtione voluissem/ nisi pastoralis cure ita labor me attereret: vt mihi magis flere libeat q̃ aliquid dicere. Quod vestra quoq₃ reuerẽtia in ipso litterarũ meorũ textu vigilãter intelligit/ quãdo et negligẽter loquor quem vehemẽter diligo. Tantis quippe in hoc loco huius mũdi fluctibus quatior/ vt vetustam ac putrescentẽ nauem quã regendam occulta dei dispẽsatione suscepi/ ad portũ dirigere nullatenus possim. Nunc ex aduerso fluctus irruũt: nũc ex latere cumuli spumosi maris intumescũt: nunc a tergo tẽpestas insequit. Interq₃ hec oĩa turbatus cogor modo in ipsam clauũ aduersitatem dirigere/ modo curuata naui impetũ fluctuũ ex obliquo declinare. Ingemisco: qr sentio q̃ negligẽte me crescit sentina vitiorũ: et tẽpestate fortiter obuiante/ iamiamq₃ putride naufragiũ tabule sonant. Flens remini scor q̃ perdidi mee placitũ littus quietis: et suspirãdo terrã conspicio: quã tamen rerũ ventis aduersantibus tenere nõ possum. Si ergo me frater charissime diligis/ tue mihi orationis in his fluctibus manũ tẽde: vt quo laborantẽ me adiuuas: ex ipsa vice mercedis in tuis quoq₃ laboribus valentior existas. Explere autẽ loquẽdo nullatenus valeo gaudium meũ q̃ commune filiũ recharedũ gloriosissimũ regem ad catholicam fidẽ integerrima agnoui deuotione conuersum. Cuius dũ mihi p scripta vestra mores exprimitis/ amare me etiã quẽ nescio fecistis. Sed qr antiqui hostis insidias scitis: quoniã bellũ durius cõtra victores proponit: nũc cõtra eundẽ solertius sanctitas vestra euigilet: vt bene cepta perficiat: nec se de perfectis bonis operibus extollat: vt fidẽ cognitã vite quoq₃ meritis teneat: et qr eterni regni ciuis sit/ operibus ostẽdat: quatenus post multa annorũ curricula: de regno ad regnũ transeat. ¶ De trina vero mersione baptismatis/ nil responderi verius potest q̃ qd ipsi sensistis: qr in vna fide nihil officit sancte ecclesie cõsuetudo diuersa. Nos autẽ q̃ tertio mergim⁹/ triduane sepulture sacramenta signamus: vt dũ tertio infans ab aquis educitur/ resurrectio triduani tẽporis exprimatur. Quod si quis forte etiam pro summe trinitatis veneratione existimet fieri: neq₃ ad hoc aliquid obsistit baptizando semel in aquis mergere: qr dũ in tribus personis vna substãtia est: reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate vel ter vel semel immergere: quãdo et in trib⁹ mersionib⁹ personarũ trinitas/ et in vna potest diuinitatis singularitas designari. Sed qr nũc hucusq₃ ab hereticis infans in baptismate tertio mergebat/ fiendũ apud nos esse nõ censeo: ne dũ mersiones numerant: diuinitatẽ diuidant: dũq₃ qd faciebãt faciũt/ se morẽ nostrũ vicisse gloriẽtur. Dulcissime autẽ mihi fraternitati vestre codices direxi: quorũ notitiã subter inserui. Ea autẽ que in beati Iob expositione dicta fuerãt: et vobis dirigenda scribitis: qr hec verbis sensibusq₃ petẽtibus per homilias dixeram: vtcũq₃ studui in librorũ ductũ permutare: qui nũc a librariis conscribuntur. Et nisi portitoris presentiũ me festinatio coangustasset/ cũcta vobis trãsmittere sine aliqua imminutiõe voluissem: maxime qr et hoc ipsum opus ad vestrã reuerẽtiam scripsi: vt ei quẽ pre ceteris diligo/ in meo iudicer labore desudasse. Preterea si vobis indulgeri tempora ab ecclesiastica occupatione cognoscitis/ quid sentiam scitis: quia etiam absentẽ corpore presentem mihi te semper intueor/ qr vultus tui imaginẽ intra cordis viscera impressam porto.

H

iiij. sen. di. iij. iuxta finẽ. De con sec. di. iiij. De trina.

I

K

¶ Gregori⁹ Petro subdiacono Sicilie. De iniustis põderibus rusticorũ: aliisq₃ q̃ plurimis rebus necessariis: ac de vxoribus clericorum. Capitulũ. xlij.

Epła. xlij.

Quod responsalem tuum tarde dimisimus/ paschalis festiuitatis occupationib⁹ implicati/ eũ relaxare citius minime valuimus. Causas vero de quib⁹ indicãdũ curasti/ oẽs subtiliter perquirẽtes/ qualiter disposuimus/ inferi⁹ cognosces. Cognouimus rusticos ecclesie vehemẽter in frumẽtorum preciis grauari: ita vt instituta summa eis in cõparatione abũdãtie tẽpore nõ seruet. Et volum⁹ vt iuxta pcia publica omni tẽpore siue minus siue amplius frumẽta nascãtur: in eis cõparationis mẽsura teneatur. Frumẽta autẽ que naufragio pereũt/ per omnia volumus reputari: ita tamẽ vt a te negligẽtia ad transmittẽdum minime fiat: ne dũ trãsmittẽdi tẽpus negligit/ damnũ ex vitio vestro generet. Valde autẽ iniquũ et iniustũ esse prospexim⁹: vt a rusticis ecclesie de sextariaticis aliqd accipiat/ et ad maiorem modiũ dare cõpellantur/ q̃ in horreis ecclesie infertur. Unde p̃senti admonitione precipim⁹: vt plusq̃ decem et octo sextariorũ modium nunq̃ a rusticis ecclesie frumenta debeant accipi. Nisi forte si quid est qd naute iuxta consuetudinẽ supaccipiunt qd minui ipsi in nauibus attestãtur. Cognouimus etiam in aliquib⁹ massis ecclesie exactionem valde iniustissimam fieri: ita vt a septuaginta ternis semis (qd dici nephas est) cõductores exigantur: et adhuc neq₃ hoc sufficit: sed insup aliqd ex vsu iam multorũ annorũ exigi dicitur. Quã rem omnino detestamur: et amputari de patrimonijs fundit⁹ volumus. Sed tua experiẽtia siue in hoc quod per libram amplius: siue in aliis minutiis onerib⁹: et quod vltra rationis equitatem a rusticis accipitur pensẽt: et omnia in summã pẽsionis redigat: et prout vires rusticorum portant/ pẽsionẽ integrã et pẽsantẽ ad septuagena vina persoluãt: et neq₃ siliquas extra libras: neq₃ libram maiorẽ: neq₃ onera supra librã maiorẽ exigi debeãt: sed p estimationem tuã prout virtus sufficit/ in summã pẽsionis crescat: et sic turpis exactio nequaq̃ fiat. Neq₃ vero post obitum meũ hec ipsa onera que super pẽsum illata subtraximus: et in capite pensionis fecimus crescere: iterũ in quolibet addantur et inueniant: et summa pẽsionis augeri: et onera adiectionis insuper rustici psoluere cõpellantur. Volum⁹ vt securitatis libellos ita de pẽsionib⁹ facias/ quatenus in primis dicens tãtam pensionem vnusquisq₃ debere psoluere: inibi adiectis siliquis onerib⁹ vel granaticis. Quod autẽ ex his minutiis in vsu rectoris accedebat: volo vt hoc ex presenti iussione nostra: ex sũma pẽsionis in vsum tuũ veniat. Ante omnia hoc te volumus sollicite attẽdere/ ne iniusta põdera in exigendis pẽsionibus ponãtur. Sed si qua talia inueneris/ frange/ et noua et recta constitue: qr et filios meus et seruus dei diaconus iã talia inuenit/ que ipsi displicerẽt: sed licentiã hec immutãdi non habuit. Super iusta ergo põdera preter excepta et vilia cibaria nihil aliud volumus a colonis ecclesie exigi. Preterea cognouim⁹ q̃ prima illatio burdationis rusticanos nostros vehemẽter angustat: ita vt priusq̃ labores suos vendidare valeant: cõpellantur tributa persoluere: qui dũ de suo vnde dare non habent: ab auctionariis publicis mutuo accipiunt: et grauia cõmoda pro eodem beneficio persoluũt: ex qua re fit vt dispẽdiis grauibus coangustẽtur. Unde presenti admonitione precipimus/ vt omne quod mutuũ pro eadẽ causa ab extraneis accipere poterant/ a tua experientia ex publico detur: et a rusticis ecclesie paulatim vt habuerint accipiatur: ne dũ in tẽpore coangustentur: quod eis postmodũ sufficere poterat: in inferendũ prius compulsi/ vilius vendant/ et hoc eis minime sufficiat. ¶ Peruenit etiam ad nos q̃ de nuptiis rusticorũ immoderata cõmoda percipiant. de quib⁹ pcipim⁹ vt omne cõmodũ noptiarũ vnius solidi summã nullaten⁹ excedat. Si qui sunt pauperes/ etiam minus dare debeant. Si qui autẽ diuites/ prefati solidi summã nullaten⁹ transgrediantur. quod nuptiale cõmodũ nullatenus volumus in nostrã rationẽ redigi: sed ad vtilitatẽ cõductorũ proficere. Cognouimus etiã q̃ nõnullis cõductorib⁹ morientib⁹ parẽtes sui non permittũtur succedere: sed res eorũ ad vsus ecclesie ptrahũ

L

M

A

tur. de qua re diffinim⁹ vt parētes morientiū qui in pos-
sessione ecclesie degunt, heredes eis succedere debeant:
nec aliquid eis de substātia morientiū subtraheretur. Si
vero filios paruulos aliquis reliquerit/quousqꝫ ad eta-
tem talem veniant/ vt substātiam suā regere valeāt/per-
sone eligantur caute: quibus parentū eorū res tradi de-
beant ad custodiendū. ¶ Cognouimus etiam ꝙ si quis
ex familia culpā fecerit ecclesie: nō in ipso sed in ei⁹ sub-
stātia vindicatur. de qua re precipimus vt quisquis cul-
pam fecerit/in ipso quidē vt dignū est vindicetur. A cō-
modo autē eius omnino abstineatur. Nisi forte parū ali-
quid quod in vsum executoris/qui ad eū trāsmissus fue-
rit/proficere nō possit. Cognouimus etiam qꝫ quotiens
cōductor aliquid colono suo iniuste abstulerit: hoc qui-
dem a conductore exigitur: sed ei nō redditꝰ a quo abla-
tū est. de qua re precipimus vt quicquid violenter cuili-
bet ex familiis ablatū fuerit: ipsi restituatur cui ablatum
est: ꝛ vtilitati nostre non proficiat: ne nos ipsi auctores
violentie esse videamur. ¶ Preterea volumus vt si quā-
do eos qui in obsequio sunt experiētie tue in aliquibus
causis que sunt extra patrimonium transmittas: parua
quidē cōmoda ex eis accipiant: sed tamen ita vt in eorū
vtilitatē proficiant: quia nos sacculum ecclesie ex lucris
turpibus nolumus inquinari. ¶ Iubemus etiā vt hoc
experientia tua summopere custodiat/vt p cōmodū con-
ductores in massis ecclesie nunqꝫ fiāt: ne dū cōmodū que-
ritur/cōductores frequēter mutētur. ex qua cōmutatio-
ne quid aliud agitur nisi vt ecclesiastica predia nūqꝫ co-

B

lantur. Sed ipsa etiā libellarica (prout summa pēsionis
fuerit) moderētur. per cellas ꝛ cellaria non plus de mas-
sis ecclesie te accipere volumus/ nisi quātum cōsuetudo
est: tua autē que cōparari iussimus/ab extraneis cōpare-
tur. ¶ Peruenit aūt ad nos tres libras auri Petro cō-
ductori de sabpatriana iniuste ablatas: de ꝙ causa Fau-
stinū defensorē subtiliter require: et si manifeste iniuste ꝛ
incōpetenter ablate sunt / sine aliqua tarditate restitue.
Cognouimus etiam rusticos burdationē quam iam ab
eis exactā Theodosi⁹ minime psoluerat / iterū dedisse:
ita vt in duplo exacti sint. Ob ideo factū est: qꝫ ei⁹ sub-
stantia ad debitū ecclesie non sufficiebat. Sed quoniam
per filium nostrū seruū dei diaconū edocti sumus: ꝙ ex
rebus substantie eius possit hoc ipm damnū sufficienter
resarciri/ volumus quingentos septē solidos eisdem ru-
sticis sine aliqꝫ imminutione restitui: ne in duplo videan-
tur exacti. Si autē supra damnū rusticorū etiam .xl. soli-
di de rebus Theodosii remanent (quos apud te dixeris
habere) volumus vt filie ei⁹ reddātur: vt res suas quas
in pignore dederat/recipere debeat. Cui etiam baiolā
patris sui restitui volumus. Cāpanianus gloriosus ma-
gister militū .xij. solidos annuos Ioanni notario suo re-
liquerat ex massa varroniana: quos dare te annis singu-
lis sine aliqua dubitatione precipimus. Nepti cupii cō-
ductoris/ꝙ bis omne mobile eiusdē cupii perceperit: ex-

C

ceptis ducentis solidis: dare etiā de solidis illius te vo-
lumus solidos .xxv. Suppositorū aliquod argenteum:
pro vno solido dicitur esse appositū: et calix pro sex soli-
dis dicitur esse apposit⁹. Interrogato Dominico secre-
tario/vel aliis qui scire possunt /debitū recipe/ꝛ vascula
prefata restitue. Agimus autē gratias sollicitudini tue:
ꝙ de causa fratris mei precepi tibi vt argētū illi⁹ trās-
mittere debuisses: et sic obliuioni mandasti: ac si tibi ali-
quid ab extremo mancipio diceretur: qꝫ iam vel modo
non experientia: sed negligētia tua studeat implere: vel
quicquid eius apud Antoninū fuisse cognoueris: sub ea
velocitate retransmitte. De causa salpingi iudei episto-
la aliqua est inuicta/quā tibi fecimus transmitti: vt eam
relegens/et subtiliter causam eius/vel vidue cuiusdam
que in eodē negocio dicitꝫ implicata cognoscēs/de quin-
quaginta vno solidis: qui reddi debere noscuntur: sicut
iustū tibi fuerit visum/responsum facias: ita vt res aliene
iniuste nullo modo a creditorib⁹ defraudentur. Antoni-
no medietas legati sui data est: medietas redimet. quā
medietatē ex comuni substātia ei volumus adimpleri:
et nō solū ei: sed etiā defensorib⁹ ꝛ peregrinis: quibus le-
gati titulo aliquid dereliquit: ꝛ familie legatū persolui
volumus: quod tamē ad nos pertinet. Collecta ergo ra-
tione pro nostra parte (.i. pro nouē vnciis) persolue. De
solidis ecclesie Camisine volumus vt aliquid clericis

D

eiusdē ecclesie largiaris: quatenus ꝛ ii qui nūc inopiam
patiuntur/sustētationē aliquā habeant. Et si illic deus
voluerit ordinari episcopum/ habeat vnde subsistat.
¶ De lapsis sacerdotib⁹ vel leuitis: vel quolibet ex cle-
ro: obseruare te volumus: vt in rebus eorū nulla cōtami-
natione miscearis: sed pauperrima regularia monaste-
ria require: que sm deū viuere sciuntur: ꝛ in eisdē mona-
steriis ad penitētiam lapsos trade/ vt res lapsorū in eo-
dem loco proficiant: in quo agere penitētiam traduntur:
quatenus ipsi ex rebus illorum subsidiū habeāt/ qui de
correptione eorū sollicitudinē gerūt. Si vero parentes
habent/res eorū legitimis parētibus dentur: ita tamen
vt eorum stipēdium qui in penitētiam dati fuerint/suffi-
ciēter debeat procurari. Si qui vero ex familia ecclesia-
stica sacerdotes/vel leuite/vel monachi/vel clerici: vel
quilibet alii lapsi fuerint: dari eos in penitētiam volum⁹:
sed res eorū ecclesiastico iuri non subtrahi. Ad vsum ta-
men suū accipiant: vnde ad penitēdū subsistant: ne si nu-
dentur/locis in quibus dati fuerint/onerosi sint. Si qui
parētes in possessiōe habēt/ipsis res eorū tradēde sunt:
vt in ipsis iura ecclesie conseruentur. Ante triennium sub-
diaconi omnium ecclesiarū Sicilie prohibiti fuerant: vt
more Romane ecclesie/nullatenus suis vxorib⁹ miscerē-
tur. Quod mihi durum atqꝫ incompetēs videtur: vt qui
vsum eiusdē continētie nō inuenit: neqꝫ castitatē ante p-
misit/cōpellatur a sua vxore separari: atqꝫ p hoc (quod
absit) deterius cadat. Unde videtur mihi vt a presenti

E

die omnibus episcopis dicatur: vt nullum subdiaconū
facere presumāt: nisi qui se victurū caste promiserit: qua-
tenus et preterita mala que p propositū mētis appetita
non sunt: violenter non exigātur: ꝛ futura caute caueān-
tur. Qui vero post eandē prohibitionē: que ante triēniū
facta est/ continēter cum suis vxorib⁹ vixerūt: laudādi
atqꝫ remunerādi sunt: ꝛ vt in bono suo pmaneant/exhor-
tandi. eos autē qui post prohibitionē factā se a suis vxo-
ribus cōtinere noluerint: promoueri ad sacrū ordinē no-
lumus: ꝙ nullus debet ad ministeriū altaris accedere/
nisi cuius castitas ante susceptū ministeriū fuerit appro-
bata. Liberato negociatori qui se ecclesie cōmendauit:
qui habitat in massa Cinciana: annuā cōtinentiā a te vo-
lum⁹ fieri. Cuius cōtinētie summā ipse estima quāta esse
debeat: vt renūciata nobis in tuis possit rationib⁹ impu-
tari. De presenti vero indictiōe (vt iam a filio nostro ser-
uo dei diacono percepi.) Faustinum defensorē Ioannes
monachus quidā moriens in sex vnciis heredē dimisit:
cui hoc quidē qꝫ dimissum est trade: sed cōtestare eū vt
hoc facere vlterius non presumat. Sed pro labore suo
statue quid accipiat: vt ei vacuus labor suus esse nō de-
beat: et hoc meminerit: vt qui ecclesie stipēdiis subsistit/
ad lucra ppria nō anhelet. Si quid vero sine petō/sine
appetitu cōcupiscētie/per eos qui causas ecclesie agunt

F

ad ecclesiam venerit / dignū est vt labore suo ipsi vacui
esse non debeant. Sed nostro seruetur iudicio/qualiter
debeant remunerari. De argēto rusticiani causam subti-
liter require: ꝛ quod tibi iustū videtur/exequere. Alexā-
drū virū magnificū admone: vt causam suā cum sancta
ecclesia decidere debeat. Qꝫ si facere forte neglexerit: eā-
dē causam cum timore dei/honestate seruata: vt potes:
exequere. In qua re etiā largiri te volum⁹ aliqd: et si po-
test fieri/qꝫ aliis dādū est/ipsi relaxes: dūmodo causam
quā nobiscū habet/expleat. Donationē ancille dei que la-
psa est/et in monasterio data/ oi postposita tarditate re-
stitue: quatenus ipse locus (vt superius dixi) rerum eius
stipēdia habeat: qui eius sollicitudinis labores portat.
Sed quicquid ab aliis ex eius substātia tenetur/recolli-
ge: ꝛ monasterio prefato trade. Pensiones xenodochii
de via noua quātas mihi indicasti: qꝫ apud te habes: no-
bis dirige. Actionario autē quē in eodē patrimonio de-
putasti: prout tibi videtur: ei aliquid largire. ¶ De an-
cilla dei que cū Theodosio fuit: extranea nomine/ videt
Epla. j. Monasterium sancti Archangeli: quod tropeis est constitutum / id est in pretium possessionem / victus habere necessitatem didicimus. Hoc experientia tua diligenter fuigilet: et si eiusdem loci monachos hinc se tractare noueris: in quibus eos necessitatem habere manifesta veritate patuerit: eis subuenire hac auctoritate suffultus / modis omnibus festinabis: scituris tuis rationibus quicquid nostra preceptione prebuerit imputandum. Sed et terrulam ecclesie nostre vicinam quam solidum vnum et tremisses duos pensitare asseruerunt: ita est ibi libellario nomine ad summam tremissis vnius hic procede. Studij ergo tui sit hec omnia ita complere: vt (sicut diximus) eius loci monachi in dei seruitio (sicut decet) solerter persistant.

G ¶ Gregorius Preiectitio episcopo narniensi. De mortalitate et cōuersione longobardorum. Capitulum.ij.

Epla.ij.

Peruenit ad nos (peccatis imminētib⁹) in ciuitate vestra Narniensi mortalitatē omnino grassari: que res nos nimis addixit. Quāobrē salutātes fraternitatē tuam / instātissime suademus: vt a longobardorū siue romanorū qui in eodem loco degūt admonitione siue exhortatione nulla ratione cessetis: et maxime a gētiliū ⁊ hereticorū: vt ad verā / rectāq₃ fidem catholicā cōuertant. Sic enim aut diuina misericordia pro sua eis forsitā conuersione et in hac vita subueniet / aut si eos migrare cōtigerit a fuis (quod et magis optādum est) transient facinoribus absoluti.

¶ Gregorius Clero / nobilibus / ordini ⁊ plebi cōsistētibus Neapoli. De episcopo eligendo. Capi.iij.

Epla.iij.

Q Uamuis spiritualiū sincera deuotio filioꝝ ꝑ matre ecclesia: nullius adhortationis indigeat: ne tamē se neglectam existimet / epistolari debet alloquio prouocari. Propter quod dilectionem vestrā cōmonitione paterne charitatis aggredior / vt profusis lachrymis redēptori nostro vnanimiter gratias referatis: q̄ sub tam peruerso doctore vos per auia gradientes / ad iter rectū perduxit: et tam indigni pastoris crimina publicauit. Demetri⁹ siquidē qui vester ante episcopus dici meruerat: tātis ac talib⁹ negocijs inuētus est inuolutus: vt si fm suorū qualitatē facinoꝝ iudiciū sine misericordia recepisset / diuinis mūdanisq₃ legib⁹ durissima procuidubio fuerit morte plectēdus. Sed q̄ peni-

B

tentie reseruat⁹ / sacerdotij honore priuatus est: ecclesiā dei sine doctore diu vacare nō patimur: q̄ et canonicis regulis est ꝯstitutū / vt defuncto vel sublato pastore: diu sacerdotio priuari ecclesia nō debeat. Ideoq₃ charitatē vestrā scriptis presentib⁹ admonem⁹ / vt ad eligendū pōtificē nec mora / nec discordia / que cōsueuit scandala generare / proueniat. Sed talem vobis cū omni sollicitudine ꝑsonā exquirite: in qua et omniū adunata possit gaudere cōcordia: ⁊ sacris nullo modo canonib⁹ respuatur: quatenus officium quod nephādissimus hominū male gerendo polluerat / quisquis ille per dei gratiam fuerit ordinatus / ipso quoq₃ suffragante / digna valeat administratione complere.

¶ Gregorius Maximiano episcopo syracusano. Precipit vice sua esse super oēs ecclesias Sicilie. Capi.iiij.

Epl.iiij.

M Andata celestia efficacius gerimus: si nostra cū fratribus onera partiamur. Proinde sup cūctas Sicilie ecclesias reuerēdissimū te virum Maximianū fratrē ⁊ coepiscopū nostrū vices sedis apostolice ministrare decernimus: vt quisquis illic religionis habitu censetur / fraternitati tue ex nostra auctoritate subiaceat: quaten⁹ eis nō sit necessariū post hec ꝑ paruulis ad nos causis tanta maris spatia trāsmeando peruenire: sed si qua fortasse difficilia extitērit / q̄ fraternitatis tue iudicio nequaq̄₃ dirimi possint / hec solūmodo

I

nostrū iudiciū flagitēt: vt subleuati de minimis / in causis maiorib⁹ efficacius occupemur. Quas vero vices nō loco: sed ꝑsone tribuimus: q̄ ex trāsacta in te vita didicimus: quid etiā de subsequēti tua ꝯuersatione ꝑsumam⁹.

¶ Mense Decembri. Indictione decima.

¶ Gregorius Candido episcopo de Urbe veteri: de calumnioso egroto. Capitulum.v.

Epla.v. Cā.vij.q.i. cū percussio

Q Um percussio corporis vtrū ꝑ purgatione / an ꝑ vindicta cōtingat / vel in hoc iudiciū ignorat: nō debet a nobis addi flagellatis afflictio: ne nos culpe (qđ absit) offēsa respiciat. Et q̄ ꝑsentiū lator calūniosus ꝑ hac percussione quā sustinet: cōsueta sibi cōmoda ab ecclesia vestra asserit negari / iccirco fraternitatē tuā ꝑsentib⁹ hortamur epistolis: quaten⁹ nihil eū ad ꝑcipiēda q̄ ꝯsueta sunt / hec egritudo debeat īpedire: q̄ diuersis in ecclesia militātib⁹ / varia (sicut nosti) sepe contingit infirmitas. Et si hoc fuerint exēplo deterriti: nullus de cetero q̄ ecclesie militet / poterit inueniri. Sed si loci ei⁹ ordinē q̄ q̄ ei si san⁹ esset poterant ministrari / de ipsa equalitate que eccle pōt accedere: fraternitas tua diuini cōtēplatione iudicij egrotāti prebere nō desinat: quaten⁹ in huius rei administratione ad elemosynā potius videaris que sunt cōsueta exsoluēdo conuertere.

¶ Gregorius ordini ⁊ plebi cōsistenti neapol. de eligendo Paulo episcopo. Capitulum.vj.

Q Ualē de Paulo fratre ⁊ coepo nostro habeat charitas vestra iudiciū / directa a vobis relatio patefecit. Quē q̄m ita estis in paucis diebus experti / vt eum cardinalē habere desideretis / ꝑ hoc gratulamur. Sed q̄ in summis in rebus citū non oportet esse ꝯsiliū: ⁊ nos quid fiendū sit: matura subinde ꝑ hoc adhuc deliberatione disponim⁹: et vobis melius tractu tēporis qualem se exhibeat innotescet. Ideoq₃ filij dilectissimi predicto viro si eū vere diligitis / obedite: deuotiusq₃ ad eū mētib⁹ occursione pacifica cōuenite: quaten⁹ ita vos ad alterutrum dilectio mutue charitatis astringat / vt inimicus seuiēdo circūuolās / in nullo viā nanciscatur ad vestrā dissociādum vnanimitatem / quā subiepat. Prefatum quoq₃ ꝑ hoc dum fructū aiaꝝ quē desideramus deo nostro: ipso quoq₃ suffragāte facere senserim⁹ quicqđ post hec de ei⁹ persona / vestroq₃ desiderio cordi nostro inspiratio diuina ministrauerit: faciemus.

Epl.vj. K

¶ Gregorius Paulo episcopo Neapolitano. De officio sacerdotali. Capitulum.vij.

Epl.vij.

S I sacerdotale qđ suscepimus / secure ministramus officium / et diuinū adiutoriū / et dilectio nobis spiritualiū aderit sine dubio filioꝝ. Propterea ita se fraternitas tua in cūctis studeat exhibere: quaten⁹ testimoniū qđ de ea Neapolitane ciuitatis clerus / nobilitas simul habet et ꝑpls / bonitatis tue roborē augmēto. Sic ergo te in ꝑfati ꝑpli adhortatiōe assiduus debes occupatione ꝯstringere / vt ibi tui fructū quē ex eis fueris operat⁹ / i suis horreis diuin⁹ cōdat agricola. Quousq₃ vero de ijs q̄ a nobis ꝑdicti filij nri fiēda postuliāt: reuelāte dño deliberare possim⁹: clericos ex laicis ordinari necnon ⁊ manumissiones apud te in eadē eccla solenniter celebrari cōcedim⁹. Cōsuetudines aūt cleri suprascripte eccle ⁊ pbroꝝ te volum⁹ sine cūctatiōe ꝯsoluere. In cui⁹ etiā instructiōe ita diligēter inuigila: q̄ten⁹ ab incōgruis vel illicitis oīb⁹ abstinētes / i dei nri seruitiū digno obsecūdatiōis ministerio te hortāte cōsistāt.

L

¶ Mense Januario. Indictione.x.

¶ Gregorius Clero ordini ⁊ plebi consistenti neap. De Leontio illuc transmisso vt ei obediant. Capi.viij.

Epl.viij.

L Eontio viro clarissimo presentium portitori curā sollicitudinēq₃ ciuitatis iniūxim⁹: vt in cūctis inuigilās q̄ ad vtilitatē vestrā vel reipublice ꝑtinere dinoscit: ipse disponat. Ideoq₃ dilectionem vestrā scriptis presentib⁹ admonem⁹ / quatenus ei exhibere obediētiā in oīb⁹ debeatis: nec q̄sq₃ vestrū eū ꝑ vra vtilitate tractātem existimet cōtēnēdū: q̄ quisq̄s cōgrue ordinationi ei⁹ restiterit / nostre resultare dispositioni cognoscit. Quisq̄s vero eū in ijs q̄ supra retulimus audierit / nos audiet. Si quis aūt (qđ nō credimus) eū post hāc admonitionem nostram cōtēnēdum putauerit: ad suum procul dubio sciat pertinere periculum.

¶ Gregorius Castorio episcopo de Arimino. de oratorio sancte Crucis consecrando. Capi.ix.

Epl.ix. M

T Hemotea illustris femina petitoria nobis insinuatiōe suggessit: qđ habetur in subditis: intra ciuitatē Ariminensem in loco iuris sui oratoriū se ꝑ sua deuotiōe fundasse: qđ in honorē sancte crucis desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tue ciuitatis iure memorata cōstructio cōsistit: et nullum corp⁹ ibidē cōstat humatū esse / ꝑcepta primit⁹ donatione legitima. i. totius facultatis eius excepta familia / prius mobiliū vel immobiliū / seq₃ mouētiū vncijs octo retēto sibi vsu fructuario dieb⁹ vite sue / gestisq₃ municipalib⁹ alligatā: ꝑdictū oratoriū absq₃ missis publicis solenniter cōsecrabis: ita vt i eodē loco nec futuris tēporibus baptisteriū cōstruat / nec ꝑsbyterū cōstituas cardinalem. Et si missas forte maluerit fieri sibi: a dilectione tua presbyterū nouerit postulādum: quaten⁹ nihil a suo a quolibet sacerdote alio nullatenus presumat. Sanctuaria vero suscepta illic cum reuerentia collocabis.

¶ Gregorius Importuno episcopo. Transmittit Dominicum presbyterum. Capitulum.x.

Epl.x.

E A que pulchre disponitur / fraternitatem tuam credimus libēter amplecti. Et q̄ ecclesiam sancte Marie Campisonis in tua parochia positam presbytero vacare cognouim⁹: presentiū portitorē Dominicū presbyterū in eadē ecclesia vt preesse debeat / nos certū est deputasse. Ideoq₃ fraternitas tua ei tamq₃

A lumenta eiusdem ecclesie factas sine cunctatione presta: rixet decime fructus indictionis/ qui iam percepti sunt/ predicto viro fac sine mora restitui: quatenus eiusdem ecclesie vtilitates cuius emolumenta consequitur/ deo adiutore sollicite valeat procurare.

¶ Gregorius Joanni episcopo Vellitrano. Precipit in alium locum transmigrare. Capitulum.xj.

Epla.xj. Temporis qualitas admonet/ episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas/ ad alia que securiora putamus eiusdem dioceseos loca transponere: quo et habitatores nunc degere/ et barbaricum possit periculum facilius declinari. Propterea te Joannem fratrem/ coepiscopumque nostrum Vellitrensis ciuitatis/ sedemque tuam in locum quem Arenata ad sanctum Andream apostolum dicunt/ precipimus exinde transmigrari: quatenus et ab hostilitatis incursu liberior existere valeas: et illic consuetudinum solennium festa disponas.

¶ Gregorius Paulo episcopo. Scribit de persona Petri. Capitulum.xij.

Epl.xij. Ad hoc fraternitatem tuam Neapolitane ecclesie ad presens preesse constitui: vt quosque potuisses/ suasoria ad deum predicatione pertrahere. Et dum tota te oporteat hoc intentione peragere: priusque hic dominici fructum opereris/ reuerti festinas: petisque a me vt celeriter eandem debeam ecclesiam ordinare: dum me B us non sit animus in hac re ociosus. Sed quia vtilitates eius summa cupio firmitate valere: diuturna de hoc necesse habeo deliberatione tractare: vt eam digna possim ordinatione christo reuelante disponere. Interea ergo fraternitas tua ita inuigilare animarum lucris studeat: vt iudicium quod de te habeo/ operationis tue roboret effectu. De persona vero Petri diaconi quam scripsisti/ omnia mihi Theodorus vir consularis nunc indicauit. Et ideo postquam tibi adherere/ et ecclesiasticis cum vtilitatibus/ tua testificatione studere cognoui: nullius debet aduersitatem vel inimicitias formidare: sed quanto sibi alios inuidere perpendit: tanto vigilantius vt ei nihil nocere valeant/ in vtilitatibus ecclesie/ et dei seruitio perseueret. Fraternitas autem tua pro eius persona post hoc non debet esse suspecta: quia apud me nulla subreptio locum inueniet.

¶ Gregorius Paulino episcopo Liparitane ecclesiam sua auctoritate commendat. Capitulum.xiij.

Epl.xiij. Scire te volumus: quia Maximiano fratri et coepiscopo nostro scripsimus vt fraternitatem tuam ecclesie Liparitane ex nostra auctoritate preesse constituat. Cui te modis omnibus obedire necesse est: eiusque te ecclesie vtilitatibus precipimus decenter insistere: et queque eius commoditatibus cognoueris oportere: te volumus sine cunctatione peragere. Ecclesiam vero Tauritanensem/ quotiens opportunum tempus cognoueris: visitabis. Ita ergo fraternitas tua hec omnia implere festinet: vt et sui presentia Liparitanam salubriter disponat ecclesiam/ et visitationis studio Tauritanensem ecclesiam congregare et fouere non desinat.

C ¶ Gregorius Natali episcopo Salonitano. De Honorato archidiacono in locum suum restituendo. Capl.xiiij.

Epl.xiiij. Parte.j. dist.xiiij. Multis. Multis ab vrbe tua venientibus frater charissime didici/ pastorali cura derelicta/ solis te conuiuijs occupatum. Que audita non crederem/ nisi hec actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas: nequaquam exhortationi inuigiles: sed ipsum quoque vsum ecclesiastici ordinis ignores: hoc est in testimonium/ quia eis sub quibus es positus/ reuerentiam seruare nescis. Cum enim sancte memorie decessoris mei fueris scriptis prohibitus/ ne contra Honoratum archidiaconum tuum dolorem tam longe ingratitudinis in corde retineres: cumque a me sepe correptus fueris/ et hec tibi summopere fuerint interdicta: et mandata dei negligens/ et scripta nostra contemnens/ prefatum Honoratum archidiaconum tuum: quasi ad fortiorem honorem prouehens/ conatus es callida arte degradare. Unde actum est vt eo de archidiaconatus loco submoto/ alium accersires/ qui tuis moribus obtemperare potuisset: cum prefatus vir pro nulla tibi re (vt arbitror) displicuit: nisi quia vasa sacra et velamina tuis te parentibus dare prohibebat. Quam causam subtili voluimus et nunc ego/ et tunc sancte memorie decessor meus indagatione discutere: sed tu tuorum tibi actuum conscius personam ad iudicium instructam transmittere distulisti. Proinde fraternitas tua vel post frequentatam tollens admonitionem a culpe sue errore resipiscat: et prefatum Honoratum in suum morem vt mea scripta susceperit/ locum suscipiat. Quod D si forte facere distuleris/ vsum tibi pallij (qui ab hac sede concessus est) noueris esse sublatum. Si vero etiam amisso pallio in eadem pertinacia adhuc persistis/ dominici corporis ac sanguinis te scias participatione esse priuatum. Post que iam necesse est vt causas tuas subtilius indagantes/ an in episcopatu ipso persistere debeas: summa cura atque inquisitione debeamus tractare. ¶ Eum enimuero qui contra iustitie regulam/ archidiaconatum alterius se prouehi consensit/ ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus. Qui si vlterius in loco eodem ministrare presumpserit/ se participatione communionis sacre nouerit esse priuatum. ¶ Tu igitur frater charissime/ nequaquam nos amplius prouoces: ne duros valde in asperitate sentias: quos erga te positos in charitate contemnis. Restituto igitur loco suo Honorato archidiacono/ instructam personam sub festinatione transmitte: que mihi hoc debere ex ratione fieri suis possit allegationibus demonstrare. Eundem namque archidiaconem ad nos venire decreuimus: vt quicquid iustum/ quicquid omnipotenti deo placitum fuerit/ cognitis assertionibus partium decernamus. Nos enim nullum pro personali amore defendimus: sed auctore deo normam iustitie postposita cuiuslibet persone acceptione/ custodimus.

Ca.vij.q.j. Enimuero.

¶ Gregorius vniuersis episcopis per Dalmatiam constitutis. De Natali episcopo et Honorato archidiacono. Capl.xv.

E Epl.xv. Fraternitatem vestram licet desideremus scriptis discurrentibus frequenter visitare/ tamen preterea cum res exigit/ vtraque cupimus negocij vnius occasione persoluere: vt et fraternos de visitatione releuemus animos: et que superuenerunt/ ne mentem possint ignorata confundere/ subtilius explicare. Frater itaque noster Natalis Salonitane ciuitatis episcopus: cum Honoratum archidiaconem sedis sue ad ordinem presbyteratus vellet prouehere/ ac deinceps ille ad sublimiorem gradum crescere declinaret a sancte memorie decessore meo missa supplicatione poposcerat: ne ad hunc ordinem inuitus accederet. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia: sed causa ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc iam sancte memorie decessor noster scripta Natali fratri coepiscopoque nostro direxerat: interdicens ne predictum Honoratum archidiaconem inuitum proueheret: neve dolorem concepte ingratitudinis in corde suo retineret. ¶ Cumque et a nobis sepe correptus fuerit/ et hec eidem summopere fuerint interdicta: non solum mandata dei negligens/ sed et scripta nostra contemnens prefatum archidiaconem (vt dicitur) contra morem quasi ad fortiorem honorem prouehens/ conatus est callide degradare. Unde actum est vt eo de archidiaconatus loco submoto/ alium adsisceret: qui in loco depositi archidiaconi ministraret. Quem scilicet Honoratum arbitramur antistiti suo propterea displicere potuisse/ quia eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam et tunc sancte memorie decessor meus/ et nunc ego subtili voluimus indagatione discutere: sed is ipse sibi conscius/ personam ad iudicium postposuit destinare: ne actuum eius discussa potuisset veritas apparere. Nos itaque tot iam scriptis admonitum/ et hactenus pertinaciter obstinatum/ scriptis iterum directis per presentium latorem curauimus admonendum: quatenus Honoratum archidiaconem coniungente statim presentium latore in priore loco susciperet. Quem obdurato adhuc corde contumaciter ad eundem reuocare gradum si forte postponeret/ vsu eum pallij (quod ab hac sede concessum est) pro contumacia tot vicibus admissa priuari precipimus. Si vero etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseuerauerit: a dominici quoque corporis ac sanguinis participatione submoueri. Equum et est vt asperos de iustitia sentiat: quos erga se positos in charitate contempsit. Nos itaque nec nunc quidem a iustitie (quam prefatus antistes deseruit) semita deuiamus: sed restituto in locum suum eo cuius nobis culpa minime patuit/ precipimus Natalem episcopum instructam ad nos debere dirigere personam/ que rectam eius esse intentionem suis possit nobis allegationibus demonstrare. Nam et eundem archidiaconem venire fecimus: vt quicquid iustum/ quicquid omnipotenti deo placitum fuerit/ cognitis assertionibus partium decernamus. Nullum namque pro personali amore defendimus: sed auctore deo normam iustitie (postposita cuiuslibet acceptione persone) custodimus.

F

¶ Gregorius Antonino subdiacono. De natali episcopo et honorato archidiacono. Capitulum.xvj.

G Epi.xvi.

Honoratus archidiacon⁹ ecclesie Salonitane a sancte memorie decessore meo missa supplicatione poposcerat: vt ab antistite suo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinē contra morē nullatenus cogeretur. Hoc eniꝫ fieri sibi nō prouehēdi gratia/sed causa ingratitudinis ꝓhibebat. Pro qua re tūc iam sancte memorie decessor noster scriptis suis Natali fratri coepiscopoq; nostro interdixerat: ne predictū Honoratū archidiaconū inuitū ꝓueheret: neue dolorē concepte ingratitudinis diutius in corde retineret. Cūq; e a nobis hec eadē summopere fuerit interdicta/non solū mādata dei negligens: sed ⁊ scripta nostra cōtēnens: ꝓfatum archidiaconū quasi ad fortiorē honorē prouehēs/ conatus est arte callida degradare. Unde actū est vt eo de archidiaconatus loco summoto/aliū adsciscerent: qui eius obtēperare moribus potuisset. Quē Honoratū archidiaconū arbitramur antistiti suo aliūde displicere non potuisse: nisi q̄ cū vasa sacra suis dare parētibus ꝓhibebat. ℭ Quā causam subtilius voluimus ⁊ tunc sancte memorie decessor meus: ⁊ nūc ego indagatione discutere: sed ipse suoꝝ sibi actuū conscius/personā ad iudiciū postposuit destinare. Proinde experientiam tuā presentis precepti auctoritate du[illegible] fulciendā: quaten⁹ cōueniēs in salona Natalem fratrē coepiscopūq; nostrum saltē tot scriptis admonitū studeat adhortari: vt supra memoratū archidiaconem in suo statim loco suscipiat. Quod si facere hoc ꝯtumaciter (vt cōsueuit) forte distulerit: vsum ei pallij (q̄d ab hac sede cōcessus est) ex auctoritate sedis apostolice cōtradicito. Quē si etiam amisso pallio adhuc in eadē pertinacia ꝑseuerare perspexeris/ dñici quoq; corporis ac sanguinis eūdem antistitē participatione priuabis. Eū vero q̄ cōtra iustitie regulā/in archidiaconatū alterius ꝓuehi ꝯsensit/ab eiusdē archidiaconat⁹ honore deponi precipim⁹. Quē si vlterius in loco eodē ministrare ꝑsumpserit: ꝯmunionis sacre participatione priuamus. Equū enim est vt asperos de iustitia sentiat: quos erga se positos in charitate contēpsit. Restituto ergo loco suo Honorato archidiacono: instructā personā supradict⁹ antistes te cōpellente dirigat: q̄ intentionē eius esse vel fuisse iustā: suis nobis allegationibus possit demōstrare. Sed et eūdem archidiaconū ad nos venire precipimus: vt quicquid iustū: quicquid omnipotēti deo placitū fuerit/cognitis assertionib⁹ partiū decernamus. Nos enim nullū pro ꝑsonali amore defendimus/sed auctore deo normā iustitie postposita cuiuslibet acceptione ꝑsone seruamus. Malchū vero fratrē coepiscopūq; nostrum cura huic fideiussori cōmittere/vt ad nos q̄tocyus veniat: quaten⁹ omni mora ac dilatione postposita/actionum suarū expositis ratiocinijs/ad propria cū securitate valeat remeare.

H

Ca.vij.q.j Eum.

ℭ Gregorius Jobino episcopo illyrici. Plurimū gaudet: et de natali episcopo loquitur. Capi.xvij.

I Epi.xvij.

Licet ad reddēda paterne charitatis officia/ hostilitate itineribus occupatis/raritas portitorū impediat: quotiēs tñ occasio īcidetit: excellentiam vestrā nō desistimus scriptis discurrētib⁹ visitare: quatenus hos quorū aspectū presentium videre non possumus/eos aliquatenus scriptis valeam⁹ alternantibus intueri. Gaudemus itaq; q̄ eminētie vestre regimine/afflicte dñs voluit prouincie cōsulere: vt quā ex vna parte flagello barbarice vastationis vlcerat: hāc ex alia ꝑ eminētiam vestrā: quasi ꝑ superductā salutē curet. Largitā ergo vobis dignitatē ex solo munere donātis rēddite: ⁊ ex ipsa cōcessi regiminis administratione conditorē vestrū erga vos placabilē facite: quatinus cū ipse q̄d largitus est merito bonoꝝ operū/ad suā viderit gloriā reuocari: ⁊ in hac vos vita clariores efficiat: ⁊ premia vobis regni celestis cōcedat. Presentiū igitur latorem quē illuc pro ipsa exigui patrimonij administratione direximus/vestre excellentie cōmendamus. Nos enī charitatis vestre cōnexi vinculo/dñm petimus: quo sic actus vestros in hac vita dirigat: vt ipsorum merito ad eterna vos regna pducat. Natali aūt fratri et coepo nostro in nullo gloria vestra opem contra iustitiā ferat: q: tanto necesse est vt canonice vltionis vindictam sentiat/ quanto ⁊ ipse regulam canonicam ignorat.

ℭ Gregori⁹ Maximiano epo Syracusano. De quodā presbytero digno ad episcopatū ecclesie. Capi.xviij.

K Epi.xviij.

Felix vir consularis/presentiū lator/edocuit nos/esse quēdam in illis partibus presbyterum/qui ad episcopatus ordinē prouehi probate vite merito dignus appareat. Hunc ergo fraternitas tua coram se deduci faciat: eumq; (sicut cert⁹ sum) propter anime periculum diligenter examinet. Quem si ad hunc gradū prouehi dignum esse perspexerit: ad nos studeat destinare: vt eum disponente deo loco cui preuidetimus/possimus ordinare pastorē. Presentiū vero latorē Felicē virū consularē chartulariū/saluis fraternitatis tue iustitia/cōmendamus: quatenus in his que iuste poposcerit/fraternum inuenire possit affectum.

ℭ Gregorius Benenato episcopo visitatori cumane ecclesie. Uisitationē iniungit cumane ecclesie. Capitu.xix

Epi.xix.

Quoniam Cumane ecclesie Liberius quōdā antistes de hac luce migrasse cognoscitur: ꝓpterea visitationis destitute ecclesie fraternitati tue operam solēniter delegamus: quā ita te cōuenit exhibere/vt nihil de prouectionib⁹ clericorū/ redditu/ ornatu/ministerijsq;/ vel quicquid illud est/a quoq; presumat ecclesie. Et ideo charitas tua ad predictā ecclesiam ire properabit: ⁊ assiduis adhortationibus clerum plebēq; eiusdē ecclesie admonere te volumus: vt remoto studio diuersarū partium: vno eodēq; cōsensu talem sibi preficiendū expetant sacerdotem: qui et tanto ministerio dignus valeat reperiri: et a venerādis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus/cū solēnitate decreti/omniū subscriptionibus roborati/dilectionis tue testimonio litterarū ad nos sacrādus occurrat. Cōmonemus etiam fraternitatem tuam: vt nullum de altera eligi permittas ecclesia: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis in qua visitationis impendis officium: nullus ad episcopatū dignus (q̄d euenire non credim⁹) potuerit inueniri. Prouisur⁹ ante oīa/ne ad hoc cuiuslibet cōuersationis vel meriti laice ꝑsone aspirare presumāt: et tu periculum ordinis tui (quod absit) incurras.

L

ℭ Gregorius Joanni episcopo visitatori Nepesine ecclesie. visitationē nepesine iniungit ecclesie. Capi.xx.

Epi.xx.

Quoniam Paulo fratri et coepiscopo nostro Neapolitane ecclesie visitationis operam iniunximus: idcirco fraternitas tua visitationē ecclesie Nepesine nō desinat assumere: quaten⁹ exigēte paschali festiuitate: quicq̄d sacrorū solēnitas poscit/ te operante/modis oīb⁹ impleatur. Donec igitur quid de persona predicti fratris ⁊ coepiscopi nostri agēdum sit/deliberare possumus: ita in cūctis te fraternitas tua solertem vigilantēq; studeat exhibere/vt predictus vir absens nullo modo sentiatur.

ℭ Gregorius Rusticiano. De visitatione sanctorum locorum: et insidijs passiui. Capitulum.xxi.

Epi.xxi.

Epistolam excellentie vestre suscipiēs/votiuo sum incolumitatis eī⁹ nuncio releuat⁹: optans vt vitā actusq; vestros sua dñs misericordia ꝓtegat ⁊ disponat. Ualde autē miratus sum/cur deliberate vie eūdi ad loca sancta intentionē/⁊ votū boni operis defexistis: dū si quādo boni aliquod dono conditoris in corde cōcipitur: celeri necesse est deuotione cōpleri: ne dum callidus insidiator animū irretire nititur: subinde impedimēta suggerat/ quibus ad effectū minime desideria sua mens occupationib⁹ debilitata perducat. Unde necesse est excellentiā vestrā omnibus impedimētis pijs causis obuiantibus anteire: et ad fructum boni operis totis cordis nisibus inhiare: vt et in presenti seculo tranquille viuere/ et in futuro celeste regnū valeat possidere. Illud autem quod scripsistis/ Passiuum contra vos aliquas molitum fuisse calumnias: ꝑissimos vero imperatores non solum libenter non audisse/sed etiā aspere suscepisse: cuius hoc fuerit donum perpendite: et ad eum qui hominibus in hoc seculo ne quantum appetunt nocere valeant/potenter obuiat: totam spem mentis infigite: quatenus prauas hominū voluntates brachij sui oppositione reuerberet: ⁊ conatusq; eorum (vt consueuit) misericorditer ipse cōstringat. Gloriosum dñm Appionem: ⁊ dñam Eusebiam: dñum Eudoxium: et dñam Gregoriam mea per vos deprecor vice salutari.

M

ℭ Gregorius Joanni episcopo Rauennati. Commendat episcopos longe a se positos.

Capitulum.xxij.

A
Epi.xxij.

DOminicis mādatis precipimur proximos sicut nosmetipsos diligere: eorumqꝫ languoribus tanquam proprijs infirmitatibus condolere. Quorum memor fraternitas vestra cōpetenti sibi more Castoriū fratrem coepiscopumqꝫ nostrū: ⁊ prius cōpassione habita studuit visitare: et postmodum pro excrescenti molestia corporis Rauennati in vrbe suscipere. Unde non solū nos impense charitatis: sed ⁊ deū vobis fecistis procul dubio debitorem: cui in fratris infirmitate condoluisse probamini: ipsumqꝫ egrū in sui mēbri molestia/ nō solū visitasse: sed etiam suscepisse. Quē quidē ipse pro sua simplicitate illic ordinare omnimode renuebā: sed peretū importunitas fecit: vt contradicere nullatenus potuissem. ¶ Si aūt fieri potest/ multū mihi ⁊ ipsi cōsuletis: si eum ad me per Siciliam transmittatis: si tñ et graue nō esse perpenditis. De episcopis vero ad nos pertinentibus: qui tñ huc pro interpositione hostium venire nō possunt/ curā vestra fraternitas gerat. Ita tñ vt pro causis suis ad Rauēnatem vrbē nullatenus reuocētur: ne eos hoc tempore vexare aut fatigare in aliquo videamur. Sed si qua sunt que in eis videantur iuste reprehendi: debēt semper per fraternitatis vestre epistolas admoneri. Sin vero (quod absit) aliqua grauiora cōtigerit: hec ad nos subtiliter referre vos volumus: vt inquisitiōis vestre testimonio roborati/ que legibus canonibusqꝫ cōueniunt/ salubri iuuante domino consilio disponamus.

B
¶ Mense iulio. Indictione decima.

¶ Gregorius Iustino presbytero. De Leone episcopo suscipiendo. Capitulum.xxiij.

Epi.xxiij
Cā.ij.q.v.
Habet.

HAbet hoc propriū antiqui hostis inuidia: vt quos in prauorū actuū perpetratione/ deo sibi resistente/ decipere nō valet/ opiniones eorum falsa ad presens simulādo dilaceret. Quoniā igitur quedam contra sacerdotale propositū de Leone fratre ⁊ coepiscopo nostro sinister rumor aspersit: virū vera essent/ districta diutius fecimus inquisitione perquiri: ⁊ nullā in eo de ijs que dicta fuerant/ culpā inuenimus. Sed ne quid videretur omissum: quod nostro potuisset dubium cordi remanere: ad beati Petri sacratissimū corpus districta eū ex abūdanti fecim⁹ sacramēta prebere. Quib⁹ prestitis/ magna sum⁹ exultatione gauisi: qꝛ huiuscemodi experimento innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria vestra predictum virū cum omni charitate suscipiat: et reuerentiam ei/ qualem sacerdoti decet/ exhibeat: ne qua in cordib⁹ remaneat de ijs que sunt iā purgata/ dubietas. Sed ita supra scripto vos episcopo deuotissime oportet in omnibus adherere: vt cōgrue decenterqꝫ deum in eius persona (cuius minister est) videamini honorare.

¶ Gregorius Eusebio abbati. De contentione inter ipsum et Maximianum episcopum. Capi.xxiiij.

epi.xxiiij.

CRedat mihi charitas tua: qꝛ valde contristat⁹ sum de tristitia tua/ ac si in te iniuriam ipse pertulissem. Sed postmodū agnoui: qꝛ etiam reddēte reuerēdissimo viro fratre ⁊ coepiscopo nostro Maximiano/ gratiam atqꝫ cōmunionē tua dilectio ab eo cōmunicare nolebat. Cognoui ⁊ illud prius iustū fuisse quod factū est. Seruorū dei humilitas in afflictionis tēpore debet apparere. Qui vero se contra prepositos suos erigunt: profecto ostendūt/ qꝛ serui dei esse contēnūt. Et quidem ab illo hoc quod factū est/ minime fieri debuit: ⁊ te tamen omnino debuit diligēter suscipi: ⁊ rursum cū gratiam reddebat/ ad eū cū gratiarū actione debuit occurri. Quod qꝛ ita a te factū non est/ adhuc cognosco qꝛ nobis omnino lachrymarum opus est. ¶ Non enim grande est ijs nos esse humiles/ a quibus honoramur: quia et hoc seculares quilibet faciunt. Sed illis maxime humiles esse debemus/ a quibus aliqua patimur. nā Psalmista dicit. Uide humilitatē meā de inimicis meis. Nos cuius vite sumus/ qui humiles esse etiam patribus noluimus? Proinde dilectissime fili rogo: vt oēm amaritudo de corde tuo trāseat: ne forsitan finis vicinus sit/ ⁊ antiquus hostis per iniquitatē discordie/ viam regni celestis intercludat. Propterea cētum solidos per Petrū subdiaconum dilectioni tue dari fecimus: quos peto vt absqꝫ iniuria sui suscipiat.

C

Ps.lx.

¶ Gregorius Ioanni episcopo Squilatino. Uisitationem cuiusdam iniungit ecclesie. Capitulum.xxv.

PAstoralis officij cura nos admonet destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes: qui gregem dnīcum debeant sollicite gubernare. Propterea te Ioannē ab hostibus captiuatum Lisitane ciuitatis episcopum in Squilatina ecclesia cardinalem duximus necesse cōstituere sacerdotem: vt susceptā semel animarū curam/ intuitu future retributionis impleas. Et licet a tua ecclesia sis hoste iminēte depulsus: aliam que pastore vacat/ ecclesiam debes gubernare: ita tamen vt si ciuitatē illā ab hostib⁹ liberā effici: ⁊ dño protegēte ad priorē statū cōtigerit reuocari: in eam in qua prius ordinatus es/ ecclesiam reuertaris. Sin autē predicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur/ in hac in qua a nobis ordinatus es vel incardinat⁹ ecclesia debeas permanere. ¶ Precipim⁹ autē ne vnqꝫ illicitas ordinatiōes facias. Ne bigamū/ aut qui virginem nō est sortitus vxorē/ aut ignorantē litteras/ vel in qualibet parte corporis vitiatū/ penitētie/ vel curie/ vel cuilibet conditioni obnoxiū/ ad sacros ordines permittas accedere. Sed si quos huiusmodi reperēris/ non audeas promouere. Aphros passim vel incognitos peregrinos ad ecclesiasticos ordines tendētes/ nulla rōne suscipias: qꝛ aphri quidē aliqui manichei/ aliqui rebaptizati: peregrini vero plurimi etiā in minoribus ordinib⁹ cōstituti/ ad fortiores pretendisse honores sepe pbati sunt. Admonemus etiā fraternitatē tuam/ vt in cōmissis sibi animabus solerter inuigilet: ⁊ animarū magis lucris quā cōmodis vite presentis intendat. In cōtinēdis aut disponendis rebus ecclesie diligens insistat: vt omni ex parte susceptum digne te gessisse pastoris officiū venturus iudex cum ad iudicandū venerit/ debeat approbare.

D
Epi.xxv.
Cā.vij.q.i.
pastoralis

di.xxxiiij.
precipim⁹

E

¶ Gregorius Ioanni episcopo Squilatino. Ad idem admonet vtē. Capitulum.xxvj.

Epi.xxvj.

OBitum Paulini Tauriatinēsis ecclesie: sed et illius Turritane ecclesie antistitū/ directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutarum ecclesiarū fraternitati tue operam solēniter delegamus: quā ita te cōuenit exhibere: vt nihil de prouectionibus clericorum/ redditu/ ornatu/ ministerijsqꝫ/ vel quicquid illud est/ in patrimonio eiusdem a quoqꝫ presumatur ecclesie. Et ideo fraternitas tua ad predictas ecclesias ire properet: ⁊ assiduis adhortationib⁹ clerū plebēqꝫ earūdem ecclesiarū admonere festinet: vt remoto studio vno eodēqꝫ cōsensu talem sibi preficiendū expetāt sacerdotē: qui ⁊ tāto ministerio dignus valeat reperiri/ ⁊ a venerādis canonib⁹ nullatenus respuatur. Qui dū fuerit postulatus/ cū solēnitate decreti omniū subscriptionib⁹ roborati: et directionis tue testimonio litterarū ad nos veniat cōsecrādus. Cōmonētes etiā fraternitatē tuā/ vt nullū de altera eligi permittas ecclesia: nisi forte inter clericos earūdem ciuitatū in qb⁹ visitatiōis impēdis officiū/ nullus ad episcopatū dignus (qđ euenire non credimus) poterit inueniri. Prouisurus ante oīa ne ad hoc cuiuslibet cōuersationis vel meriti laice psone aspirare presumāt: ⁊ tu periculū ordinis tui (qđ absit) incurras. Monasteria aūt si qua sunt in ipsius parochia cōstituta: sub tua cura disponitoneqꝫ quousqꝫ illic pri⁹ fuerit epūs ordinat⁹ esse cōcedim⁹: vt sollicitudinis tue vigilantia: proposito suo congrua deo iuuante actione respondeat.

¶ Gregorius Ioāni/ clero/ ordini ⁊ plebi cōsistēti Crotone. De Ioāne visitatore eiusdē ecclesie. Capi.xxvij.

epi.xxvij.

UEstri antistitis obitū cognoscentes: cure nobis fuit/ destitute ecclesie visitationē fratri ⁊ coepo nostro Ioanni solēniter delegare. Cui dedimus in mādatis/ vt nihil de prouectionibus clericorum/ redditu/ ornatu/ ministerijsqꝫ a quoqꝫ vsurpari patiatur. Cui⁹ vos assiduis adhortationib⁹ cōuenit obedire: quatenus in ecclesiastico obsequio sacerdos exquiratur: qui a venerādis canonibus nulla discrepet ratione. Qui dum fuerit postulat⁹: cū solēnitate decreti oīm subscriptionib⁹ roborati/ ⁊ visitatoris pagina prosequēte/ ad nos veniat ordinandus. Prouisuri ante oīa/ ne cuiuslibet vite vel meriti laicā personā presumatis eligere. Et non solū ille ad episcopatus apicem nulla ratione prouehetur: verūetiam vos nullis intercessionibus veniā promereri posse cognoscite: sed oēs quos ex vobis de laica persona aspirasse contigerit/ ab officio et a cōmunione alienos faciendos procul dubio noueritis.

G

¶ Gregorius Joāni episcopo Rauennati. De Uiuiando et Sauiniano diacono. Capitulum. xxviij.

Epl. xxviij.

Iurgantium controuersias celeri sententia terminare: equitati proculdubio cōuenit & vigori. Quia ergo Uiuiādus p̄sentiū lator/fraternitatis tue cognitionē implorat: diaconē Sauinianum prīe quē se habere causam cōmemorat/fraternitas tua ad suū faciat accersiri iudiciū: & amota dilatione/cause veritatem subtili inquisitione discutiat: & quecūq̄ iusticie ordo dictauerit/ac tua fuerit sententia definitū/& obseruare et implere partes modis omnibus cōpellantur.

¶ Gregori⁹ Felici episcopo de actopoli. Uisitationē velitne/vixentine & blādane iniungit ecclesiaꝝ. Ca. xxix.

Epl. xxix.

Quoniam Uelina/Uixentina & Blandana ecclesia que tibi in vicino sunt constitute: sacerdotis noscuntur vacare regimine: propterea fraternitati tue earum solēniter operā visitationis iniūximus: illud pre omnib⁹ cōmonētes: vt vbi prefataꝝ ecclesiarū siue diocesos earū/vel diacones/siue religiose persone inuēte fuerint: districte canoniceq̄ vt viuāt/modis omnib⁹ admonere studebis. Nec passim eis in qualibet re sit excedēdi licētia: sed tuo moderamine atq̄ prouisione inculpabiliter in qua sunt cōuersatione vel habitu perseuerēt. Scituru s si quid secus accesserit/tuo neglectui modis omnibus imputari. Presbyteros quoq̄ vel diacones/si in aliquibus ecclesijs preuidebis ordinandos: si tales persone fuerint que canonicis regulis morum vel vite qualitate nullo modo reprobentur/habebis per omnia ordinandi licentiam. Ministeria vero earundem ecclesiarum vbi sint recondita/sollicita indagatione perquire: quibus repertis ad nostram notionem perducere festinato: vt cognoscentes quid fiendum sit/adiutore domino disponamus.

H

¶ Gregori⁹ Lucillo episcopo de Melita. De clericis terras aphricane ecclesie tenentibus. Capitu. xxx.

Epl. xxx.

Officij nostri decet valde propositum: subiectis magnopere suadere: vt rebus debeant seruare fidem in placitis: ac nō incōsiderate lucrādi rapiuntur studio: pacificam vertant cōuentionē in iurgiū. Peruenit itaq̄ ad nos/fraternitati s tue clericos/terras aphricane tenētes ecclesie: q̄ pensionē earundē possessionū dare contēnant. Quod si verū est: et ad fraternitatis tue hec sunt perlata notitiam: tua in hec desidia eoꝝ culpa nutrita est. Ob quā rē scripti s te presentibus admonemus: quatenus ad persoluendā pēsionem nulla mora nullaq̄ excusatione eosdē clericos vti permittas. Sed si fidem/honestatis contemplatione seruare postponūt: tua districtione cōpulsi: que rationi cōueniunt/cogāt implere. Nam si huius rei ad nos denuo querela recurrerit/& de te aliam estimationē habere incipiemus: & in illos vt dignum est vindicabimus.

J

¶ Gregori⁹ Benenato episcopo. Cumanam & Misitanam vnitas precipit esse ecclesias. Capi. xxxj.

Epl. xxxi. Cā. xvi. q. j. Et tpis.

Et tēporis qualitas/& vicinitas nos locoꝝ inuitat: vt cumanā atq̄ misitanam vnire debeamus ecclesias: quoniam hec non lōgo a se itineris spatio seiūcte sunt: nec peccatis faciētibus tanta populi multitudo est: vt singulos (sicut olim fuit) habere debeāt sacerdotes. Quia igitur cumani castri sacerdos cursum vite huius expleuit: vtrāq̄ nos ecclesiam presentis auctoritatis pagina vnisse/tibiq̄ cōmisisse cognosce: ꝓprīuq̄ vtriusq̄ ecclesiarū scito te esse pontificem. Et ideo te quecūq̄ tibi de earū patrimonio/ vel cleri ordinatione siue ꝓmotiōe: iuxta canonū statuta visa fuerint ordinare atq̄ disponere: habebis (vt proprius reuera sacerdos) liberā ex nostre auctoritatis consensu atq̄ permissione licētiā. Ubi vero cōmodius atq̄ vtili⁹ esse perspexeris: ibi habitato: ita sane vt alterā ecclesiā cui corporaliter presens non es/sollicita ꝓuidētiaq̄ cura disponas: quatenus diuina illic mysteria solēniter auxiliante domino peragātur. Fraternitas ergo tua tanto in adhortatione populi/lucrandisq̄ animabus sollicitiori cura semper inuigilet: quanto se vnitarum ecclesiarū gubernationis onera suscepisse cognoscit.

¶ Gregorius Joāni episcopo Rauenne. De Arnulpho. De episcopis hystrie. De baptizatis non rebaptizandis. Et de ordinatis non reordinandis. Aliaq̄ q̄plura. Capitulum. xxxij.

K

Epl. xxxij.

Quod scriptis vestre beatitudinis minime respondi/nō hoc torpori meo: sed languori deputate: q: peccatis meis facientibus/eo tēpore quo Arnulphus ad Romanā vrbē veniens/alios occidit/alios detrūcauit/tanta mestitia affectus sum: vt in colicā molestiā caderem. Ualde aūt mirabar quid esset q̄ illis mihi notissima sollicitudo vestre sanctitatis huic vrbi meisq̄ necessitatib⁹ minime prodesset: sed scriptis vestris discurrentibus/agnoui vos quidē sollicite agere: culpamq̄ non habere. Peccatis ergo hoc meis reputo: q: iste qui nūc interest/ et repugnat contra inimicos nostros dissimulat/& nos facere pacem vetat: quā iam modo (etiam si velit facere) omnino non possumus: q: Arnulphus exercitū Ancturith & Rodulphi habēs/eorū sibi dari precaria desiderat: vt nobiscū aliquid loqui de pace dignetur. ¶ De causa vero episcoporū hystrie omnia que mihi vestra fraternitas scripsit/ita esse iam ante deprehēdi in ijs iussionibus: que ad me a piissimis principibus venerūt: quatenus me interim ab eorum cōpulsione suspenderem. Ego quidem pro ijs que scripsistis/zelo atq̄ ardori vestro valde cōgaudeo: debitoremq̄ me vobis multipliciter factū profiteor. Scitote tamē q: de eadē re serenissimis dn̄is cum summo zelo dei & libertate rescribere nō cessabo. Mouere aūt vos nō debet prefati excellentissimi viri Romani Patricij animositas/q: nos quanto eū loco & ordine preimus: tanto si qua sunt ei⁹ leuia/tolerare mature & grauiter debem⁹.

L

Si quādo tñ est aliqua cū eo loc⁹ obtinēdi/aget apud eū fraternitas vr̄a/vt pacē cū Arnulpho: si ad aliquid parū possumus/faciam⁹: q: miles de romana vrbe ablatus est/sicut ipse nouit. Theodosiani vero qui hic remāserunt/togam non accipientes/vix ad murorū custodiā se accōmodent: & destituta ab omnibus ciuitas si pacem non habet/quomodo subsistet: Preterea de puella de q̄ scripsistis nobis/que de captiuitate redēpta est/volo vt requirat sanctitas vestra qualiter orta sit: q: ignota persona non facile inuestigari potest. Illud aūt qd̄ dicitis/vt is qui ordinatus est/iterū ordinetur/valde ridiculū est: & ab ingenij vestri consideratione extraneū: nisi forte quod exemplū ad mediū deducitur/de quo & ille iudicādus est qui tale aliquid fecisse ꝓhibetur. Absit aūt a fraternitate vestra sic sapere. Sicut enim baptizat⁹ semel/iterū baptizari non debet: ita qui cōsecratus est semel/in eodem iterū ordine non debet cōsecrari. Sed si quis forsitā cū leui culpa ad sacerdotium venit: pro culpa penitētia indici debet/& tñ ordo seruari. De Neapolitana vero vrbe excellentissimo viro exarcho instanter imminēte vobis indicam⁹: q: a rhegijs (vt cognouimus) cū Arnulpho se fecit: et reipublice cōtra fidē venit: & valde insidiatus est eidē ciuitati. in quā si celeriter dux nō mittatur: omnino iam inter perditas habetur. De hoc q̄ dicitis ioci se ciuitati seueri schismatici eleemosynam esse mittendā/idcirco vestra fraternitas sentit: q: que cōtra nos premia in palatiū mittat/ignorat. Que & si nō transmitteret nobis/cōsiderādū fuit q: misericordia prius fidelibus/ac postea ecclesie hostibus est facienda. Iuxta quippe est ciuitas phanum: in qua multi captiuati sunt. ad quā ego iam transacto anno transmittere volui; sed inter hostes medios non presumpsi. Uidetur ergo mihi vt Claudiū abbatē cū aliquāta pecunia ibi transmittere debeatis: et liberos quos illic pro pretio suo in seruitio teneri inueneritis: vel si qui adhuc sunt captiui/redimat. De summa vero eiusdē pecunie trāsmittenda/vobis certum sit/q: quicquid vos decreueritis/mihi placet.

M

Sinautē cum excellentissimo viro Romano Patritio egitis vt pacē facere cū arnulpho debeam⁹: ego ad vos personā aliam trāsmittere parat⁹ sum: cū qua mercedis cause melius fiant. De fratre aūt et coepiscopo nr̄o Natali valde contristabar: q: de illo quedā superba cognoueram. Sed q: mores suos ipse correxit/meā tristitiam simul meipsum vincendo cōsolatus est. Pro qua re fratrē et coepiscopum nostrū Malchū admone: vt prius q̄ ad nos veniat/et rationes suas ponat: & tunc demū aliubi vbi necesse est proficiscatur. Et si ei⁹ actus bonos cognoscimus: et fortasse vbi necesse est vt hoc ipsum patrimonium quod tenuit/restituamus.

¶ Gregorius Columbo episcopo numidie. De heresi donatistarum. Et de cura pastorali. Capitulū. xxxiij.

A
Epistola xxxiij.

NOtũ est charissime in christo frater / quãtiquus hostis qui primũ hominẽ de paradisi delicijs in hanc erũnosam vitã callida persuasione deposuit: et in eo iam tunc humano generi penã mortalitatis infixit / eadem calliditate nunc oviũ dñicarũ pastores / quo facilius gregem capiat / transfusis conetur venenis inficere: et iure iam potestati proprie vendicare. Sed nos qui (licet immeriti) sedẽ apostolicã vice Petri apostolorũ principis suscepimus gubernãdam: ipso põtificatus officio cogimur generali hosti quibus valemus nisibus obsistere. Porrecta igitur petitiõe insinuaverũt nobis presentiũ latores / Constantius et Mustelus (vt asserũt) ecclesie pudẽtiane diaconi Numidia provincia cõstitute: Maximianũ eiusdẽ ecclesie antistitem in loco quo degit / corruptũ premio donatistarum / episcopũ novã licẽtia fieri permisisse: cũ et si hoc anterior vsus pmitteret / manere atq̃ persistere fidei catholica prohiberet. Ob hoc ergo fraternitatẽ tuã scriptis presentibus necessario duximus adhortandã: vt veniente ad te Hilario chartulario nr̃o / adunato epor̃ vniversali cõsilio / habito per oculis terrore venturi iudicio / causa eadem subtili ac solerti debeat indagatione perquiri. Et si capitulũ hoc a presentiũ latoribus p̃dicto episcopo documẽtis idoneis fuerit approbatũ / a dignitate officioq̃ quo fungitur / modis omnibus degradetur: vt et ille ad penitentie lucra per agnitionẽ delicti redeat: et ceteri tẽtare talia nõ presumãt. Equũ enĩ est vt qui Jesum christum dñm nostrũ heretico accepta pecunia vendiderit:

B

(vt fertur) ab eius videlicet sacrosancti corporis ac sanguinis tractandis mysterijs submoueatur. Si qua autem inter eos extra crimen hoc demmoriũ quorũdam vel privatorũ negociorũ (sicut petitio diaconorũ ipsorũ cõtinet) versatur intentio: hanc tua fraternitas cum predicto chartulario nostro privata cognitione perquirat: et inter vtrãq̃ partẽ iustitia precedente definiat. Porro autem presentiũ latorũ insinuatiõe didicimus / donatistarum heresim pro peccatis nostris quotidie dilatari: et valde plures data per venalitatẽ licẽtia post catholicũ baptisma a donatistis denuo baptizari. Quod q̃ graue sit frater / oportet nos tota mentis intentione perpendere. Ecce lupus dñici gregem non iam in nocte latenter / sed in aperta luce dilaniat: et nos eũ grassari in oviũ necẽ cernimus: et nulla eĩ sollicitudine / nullis verborũ iaculis obviamus. Quos ergo fructus dño multiplicati gregis ostẽdemus: si et ipsum quẽ pascendũ suscepimus / ociosa mẽte cernimus a bestia devorari? ¶ Studeamus igitur eos nostrũ terrenorũ pastorũ imitatione succedere: qui hyemalis noctes / imbribus geluq̃ constricti ducunt sepe pervigiles: ne vel vna ovis / et non forte vtilis pereat. Quã et si insidiator ore voraci momorderit: quomodo satagũt / quibus cordis anhelãt estibus / in quas voces vt eruãt captũ pectus angustia stimulãte prosiliunt:

C

ne a gregis dño quicq̃d per incuriã perdiderit / exigat? Vigilemus ergo ne quid pereat: et si captũ forte q̃d fuerit: vocibus divinorũ eloquiorũ: ad gregem dñicum reducamus: vt ille qui pastor pastorũ est / vigilasse nos circa gregẽ suum suo dignetur iudicio comprobare. Hoc quoq̃ vos necesse est solerter attendere: vt si qua contra latores p̃sentiũ eiusdẽ episcopi recta fuerit petitio: subtili debeat indagatione perquiri: et si fortasse ipsi quoq̃ pro sua culpa iure feriendi sunt / nequaq̃ censemus esse parcendum.

¶ Mense Augusto. Indictione decima.

¶ Gregorius Januario epo Caralitañ. Inter alia scribit de Isidoro sine causa excõicato. Capitm. xxxiij.

Epistola xxxiiij.

SI sacerdotalis quod administramus officium mentis integritate p̃sensus: sic nos cum filijs nostris debet vnire concordia: vt sicut patres in nomine ista affectu probemur in opere. Dũ ergo tales nos esse quales p̃lati sumus oporteat: miramur cur adversus fraternitatẽ tuam tãta querimoniarũ moles exorta est. Quod quidem nos adhuc credere dubitamus. Sed vt veritatẽ valeamus agnoscere / Joannẽ sedis nostre notariũ nostra illic preceptione suffultũ direximus: qui partes in electorũ compellat adesse iudicio: et sua ad effectũ executione que fuerint iudicata perducat. Quocirca fraternitatẽ tuã scriptis presentibus adhortamur: vt causarum apd̃ se ante debeat merita pertractare. Et si qua se iniuste tulisse vel habere cognoscit / ante iudiciũ sacerdotij cõtemplatione restituat. ¶ Inter querelas autẽ multiplices: Isidorus vir clarissimus a fraternitate tua frustra se excõmunicatum anathematizatumq̃ conquestus est. Qđ ob quã rem factũ fuerit / dũ a clerico tuo qui presens erat / voluissemus addiscere: pro nulla alia causa / nisi pro eo q̃ te iniuriaverat / factũ innotuit. Que res nos vehementer affligit. Qđ si ita est / nil te ostendis de celestibus cogitare: sed terrenam te conversationẽ habere significas: dum pro vindicta proprie iniurie (qđ sacris regulis prohibetur) maledictionẽ anathematis inrepsisti. Unde de cetero omnino esto circũspectus atq̃ sollicitus: et talia cuiq̃ pro defensione proprie iniurie sue inferre deinceps nõ presumas. Nam si tale aliquid feceris: in te scias postea vindicandum.

D
Cã. xxiij. q. iiij. Inter querelas.

¶ Gregorius Joanni episcopo. Tristabernẽsiũ ecclesiam sue ecclesie vniri precipit. Capitm. xxxv.

Epi. xxxv
Cã. xvj. q. j. Postq̃.

POstq̃ hostilis impietas diversarũ civitatum (ita peccatis facientibus) desolavit ecclesias: vt reparandi eas spes nulla populo deficiente remãserit: maiori valde cura constringimur / ne defunctis earũ sacerdotibus / reliquie plebis nullo pastoris moderamine gubernate / per invia fidei / hostis callidi rapiantur (quod absit) insidijs. Huius ergo rei sollicitudine sepe cõmoti: hoc nostro cordi sedit consilium: vt vicinis eas mãdaremus põtificibus gubernandas. Ideoq̃ fraternitati tue curam gubernationemq̃ triũ tabernẽsium † ecclesie providimus cõmittendã: quã tue ecclesie aggregari vniriq̃ necesse est: quatenus vtrarũq̃ ecclesiarum sacerdos recte christo adiutore possis existere. Queq̃ tibi de eius patrimonio / vel cleri ordinatione seu promotione / vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere (quippe vt pontifex proprius) liberũ habeas ex nostra presenti permissione licentiã. Quapropter frater charissime dñicorum reminiscẽs salubriter mandatorũ: ita in cõmisse plebis regimine lucrandis animabus invigila: vt ante tribunal eterni iudicis constitutus / fructũ bone operationis (quod ad mercedẽ tuam pertineat) eidẽ redemptori nostro / in quo letari possis / exhibeas.

† al. treuerensium.

E

¶ Gregorius vniversis episcopis per Hyberniam. De causa trium capitulorum. Capitm. xxxvj.

Epistola xxxvj.

SCripta vestra summa cũ gratulatione suscepi: sed erit in me vberior valde letitia / si mihi de vestra contigerit reversione gaudere. Prima itaq̃ epistole vestre frons / graue vos pati persecutionẽ innotuit. Que quidẽ persecutio dũ nõ rationabiliter sustinetur: nequaq̃ proficit ad salutẽ. Nam nulli probaest retributionẽ premiorũ expectare pro culpa. Debetis enĩ scire sicut beatus Cyprianus dixit: quia martyrẽ non facit pena / sed causa. Dum igitur ita sit: incõgruum nimis est de ea vos quã dicitis persecutione gloriari: per quã vos cõstat ad eterna premia minime provehi. Reducat ergo charitatẽ vestrã tandem integritas fidei ad matrẽ que vos generavit ecclesiã: nulla vos animorum intẽtio a concordie vnitate dissociet: nulla persuasio repetendo vos a recto itinere defatiget. ¶ Nam in synodo in qua de tribus capitulis actum est: aperto liquet nihil de fide convulsum esse: vel aliquatenus immutatũ: sed sicut scitis / de q̃busdã illic solũmodo personis est tractatũ: quarum vna / cuius scripta evidẽter a rectitudine catholice fidei deviabãt / non iniuste dãnata est. Quod autẽ scribitis quia ex illo tempore inter alias provincias maxime flagelletur Italia: non hoc ad eius debetis intorquere opprobriũ: q̃m scriptũ est: Quẽ diligit dñs / castigat: flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit. Si igitur ita est vt dicitis: ex eo tẽpore magis dilecta est apud deum / et modis omnibus approbata: ex quo dñi sui meruit sustinere flagella. Quia vero nõ ita sit quẽadmodũ vos in eius insultatione affirmare conamini: rationẽ attendite. Postq̃ recordãde memorie Virgilius papa in vrbe regia cõstitutus / contra Theodorã tunc augustã vel acephalos dãnationis promulgavit sentẽtiã: tũc romana vrbs ab hostibus adita et captivata est. Ergo bonam causam habuerũt acephali: et iniuste dãnati sunt: post quorũ dãnationẽ talis cõtigerunt? Absit. Hoc enim nec nostrũ quẽpiã nec alios qui catholice fidei mysterijs instituti sunt / dicere vel aliquo modo cõsiteri cõvenit. His deniq̃ cogitatis / ab hac quãdoq̃ iã deliberatiõe recedite. Ut igi

F

Hebr. xij.

G tur de tribus capitulis animis vestris ablata dubietate posset satisfactio abundãter infundi: libru quẽ ex hac re sancte memorie decessor me⁹ Pelagius papa scripserat: vobis vtile iudicaui transmittere. Que si posito voluntarie defensionis studio/puro vigilãtiq corde sepius volueritis relegere: eũ vos per oĩa secuturos/et ad vnitatem vestrã reuersuros nihilominus esse confido. Porro autẽ si post huius libri lectionẽ in ea qua estis voluntatis deliberatione persistere: sine dubio nõ rationi operam: sed obstinationi vos dare monstratis. Unde iterũ habita locutione charitatẽ vestrã admoneo/vt qm deo suffragante fidei nostre integritas in causa triũ capitulorum inuiolata permansit: mentis tumore deposito/tanto citius ad matrẽ vestrã: que filios suos expectat et inuitat/ecclesiã redeatis: quanto vos ab ea quotidie expectari cognoscitis.

¶ Gregorius Natali epo Salonitano. De conuiuijs iustis et iniustis. Et de honorato archidiacono. Ca. xxxvij.

Epistola xxxvij.

Quasi oblita precedẽtium scriptorũ serie/sola vestre beatitudini que ad dulcedinem pertinerent/loqui decreueram: sed dum vestra epistola ad priora scripta ratiocinãdo reuocat: iterum fortassis quedã que minus libeant/narrare cõpellor. In conuiuiorũ etenĩ defensionẽ vestra fraternitas Abrahe conuiuiũ memorat. i quo/teste sacro eloquio/tres angelos suscepisse perhibetur. Sed hoc exemplo neq nos beatitudinem vestrã de cõuiuio reprehẽdimus: si hãc suscipere angelos in hospitalitate cognoscimus. Rursum narrat Isaac satiatũ benedictionẽ filio dedisse. Que vtraq veteris testamẽti quia ita sunt gesta per historiã/vt tamen signarẽt aliquid per allegoriã: vtinam valeamus sic res gestas legendo percurrere: vt possimus etiam gerendas precurrẽdo sentire. Ille quippe in tribus angelis vnũ salutans/trinitatis subsistẽtias vnius substãtie esse declarauit. Iste vero satiat⁹ benedixit filiũ: quia qui diuinis epulis repletur: illius sensus in prophetie virtutẽ tenditur. Diuine autem epule sacri eloquij verba sunt. Si igitur assidue legitis: si exemplũ ab exterioribus trahẽtes/interna penetratis: quasi de agri venatione satiati/mentis vẽtre repleti: vt antepositio filio: suscepto videlicet populo: possitis ventura nunciare. Sed iam in hoc seculo caligat qui de deo aliquid prophetat: quia pfecto dignum est vt hic iam per concupiscẽtiam minus videat: cuius sensus per allegoriã intus coruscat. Hec ergo ad vosmetipsos trahite: et si vos tales cognoscitis/nihil est qd de vestra estimatione dubitetis. Gaudere quoq beatitudinem vestrã inuenio: si voracis nomen cum rerum auctore sustineat. Quod ego breuiter expono: quia si de vobis falsum dicitur/nomen hoc veraciter cũ rerum auctore sustinetis. Si vero de vobis verum est/quod de illo falsum fuisse quis dubitet: absoluere vos nõ valet par nomen/quorũ dispar est causa. Nam cũ eo crucẽ etiã periturus latro suscepit: sed quem reatus pprius tenuit/par crucifixio nõ absoluit. Ego autẽ quantis valeo precibus deposco: vt sanctissimã fraternitatẽ vestrã auctore nostro non solũ nomen/sed etiã causa cõiungat. ¶ Conuiuia autẽ que ex intẽtione impẽdende charitatis fiunt: recte sanctitas vestra in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendũ est: quia tunc veraciter ex charitate prodeũt: cũ in eis nulla absentiũ vita mordetur: nullus ex irrisione reprehẽditur: et non inanes in eis seculariũ negociorum fabule: sed verba lectionis sacre audiũtur: cum nõ plus q necesse est seruitur corpori: sed sola eius infirmitas reficitur: vt ad vsum exercende virtutis habeat. Hec itaq si vos in vestris conuiuijs agitis: abstinentiũ fateor magistri estis. ¶ Quod ergo Pauli apostoli testimoniũ ad me posuistis/in quo ait: Qui nõ mãducat/mãducãtẽ nõ iudicet: omnino existimo incõgruum fuisse: quia neq ego non comedo: neq ad hoc a Paulo dictũ est: vt mẽbra Christi que in eius corpore. i. in ecclesia inuicẽ sibi charitatis cõpage connexa sunt/nullã de se vllo modo curã gerant. Sed si neq ego ad te: neq te aliquid pertineres ad me: iure tacere cõpellerer: vt eũ non reprehenderẽ qui emendari non posset. Hec ergo sententia solũmodo propter eos dicta est/qui illos iudicare student: quorũ sibi cura cõmissa nõ est. At postq nos auctore deo vnum sumus/si ea que nobis corrigẽda sunt tacemus/valde delinquimus. Ecce fraternitas tua egre se tulit de conuiuijs a me esse reprehensam: cũ ego qui etsi hunc non vita: tamen loco transgredior: ab oĩbus corripi/ab oĩbus emẽdari paratus sim. Et hunc solum mihi amicũ estimo: per cuius linguã ante apparitionẽ districti iudicis mee maculas mẽtis tergo. ¶ Illud autẽ frater dulcissime q tribulationibus pressum te legere posse abnegas: minus ad excusationẽ idoneũ puto: cũ Paulus dicat: Quecunq scripta sunt/ad nostram doctrinã scripta sunt: vt per patientiã et consolationẽ scripturarũ spem habeamus. Si igitur ad cõsolationem nostram sacra scriptura preparata est: tanto magis debemus legere: quanto magis nos conspicimus sub tribulationũ fasce lassari. Si vero in ea solũmodo sententia est fidẽdum quã in epistola vestra posuistis/qua dñs dicit: Cum tradent vos: nolite cogitare quõ aut qd loquamini: dabit enĩ vobis in illa hora qd loquamini. non enim vos estis qui loquimini: sed spũs patris vestri qui loquitur in vobis: sacra ergo ad nos eloquia frustra mãdata sunt: qr repleti spiritu/verbis exterioribus non egemus. Sed aliud est frater charissime q angustiati persecutionis tẽpore absq dubitatione cõfidere: aliud quod in trãquillitate ecclesie agere debem⁹. Oportet etenĩ nos per spm hunc modo legendo percipere que possumus: si cõtigerit causa in nobis esse/etiã patiendo demõstrare. ¶ Ualde vero in epistola vestra gauisus sum: q vos exhortationi studiũ dare fatemini. In hoc etenĩ scio qr curã vestri ordinis solerter agitis: si ad auctorẽ vestrũ et alios trahere curatis. Quod autem in eodẽ loco dicitis vos mei similes non esse: post obortam letitiã me illico contristastis: quia laudes meas per irrisionẽ dici existimo: quas per veritatẽ minime recognosco. Ago autẽ oĩpotenti deo gratias: quia per vos quidã heretici ad sanctã ecclesiã reuocant. Sed curare vobis necesse est: vt ipsi quoq q intra sancte ecclesie gremiũ cõtinentur: ita viuant/quatenus eius aduersarij prauis moribus non existant. Nã si nõ diuino desiderio/sed terrenis cupiditatibus/voluptatibusq deseruiunt: intra eius gremiũ filij alieni nutriuntur. ¶ Qr autẽ vos fatemini ecclesiasticos ordines ignorare non posse: ego quoq hoc de vobis per oĩa scio: atq idcirco valde contristor: quia cũ rerũ ordinẽ scitis/in me quod peius est sciendo deliquistis. Postq enĩ ad beatitudinẽ vestrã/et decessoris mei/et mea in causa Honorati archidiaconi scripta directa sunt: tunc contẽpta vtriusq sententia/prefatus Honoratus proprio gradu priuatus est. Qd si quilibet ex quattuor patriarchis fecisset: sine grauissimo scandalo tanta cõtumacia trãsire nullo modo potuisset. Tamen postq fraternitas vestra ad suum ordinẽ redijt/nec ego mee/nec decessoris mei iniurie memor sum. ¶ Qr vero dicitis nostris tẽporibus debere seruari que a meis quoq predecessoribus tradita atq custodita sunt: absit hoc a me/vt statuta maiorũ cõsacerdotibus meis i qualibet ecclesia infringam: quia mihi iniuriam facio/si fratrum meorũ iura perturbo. Sed cũ respõsales vestri advenerint: que inter vos et prefatum Honoratũ archidiaconem sint iusta cognoscã: et ex ipso meo examine perpẽdetis: quia si pars vestra per iustitiam fulta est: nihil aduersi a me perferetis: sicut nec ante pertulistis. Si vero sepe fato Honorato archidiacono in assertione sua iustitia suffragatur: ex eius absolutione mõstrabo/quia personas etiã quas noui/in iudicio nõ agnosco. ¶ De excõmunicationis vero articulo: que tamẽ interposita conditione gradus: secũdo vel tertio iam (vt ita dicam) ex necessitate subiuncta est: beatitudo vestra immerito queritur: cum Paulus apostolus dicat: In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiã. Sed ista iam trãseant: ad nostra redeamus. Si enim recte agit: ego dño Natali non possum coniunctus non esse: cuius me affectui valde esse debitorem noui.

Romã. xv.

Mat. x.

Causa xxv. q. i. Qr vero.

Cã. xxiij. qst. iij. De excõmunicationis.

ij. Cor. x.

Parte. j. dist. xliiij. Cõuiuia.

Ro. xiiij.

¶ Gregorius Maximiano epo Syracusano. De ecclesia Liparitana ordinanda. Capitulum. xxxviij.

Epistola xxxviij.

Locis inimicis ecclesia cõstituta/pastoris vacare nõ debet officio. Quia igitur ecclesia Liparitane sacerdote priuata dinoscitur: ideo Paulinũ Taurianensis ecclesie epm in pdicta ecclesia Liparitana fraternitas tua sine mora preesse cõstituat: vt officij sui administrationẽ in eadẽ ecclesia vigilanter exhibeat: et quecq eius vtilitatib⁹ cõuenire didicerit: ordinare nõ desinat. Cunctisq clerũ vt in oĩbus canonice

A ei obedire debeat/admoneas: quatenus prefate ecclesie in cūctis vtilitas/predicto fratre et coepo nostro dispo nente: Christo adiuuante procurari valeat.

¶ Data pridie Martij, Indictione.x.

¶ Gregorius Dōnico episcopo Carthaginensi gratiarū actiones reddit. Et de cura pastorali admonet: et de ecclesiasticis priuilegijs. Capitulum.xxxix.

Epistola xxxix.

Perlatas ad nos scriptas per Donatum / atq; Quoduultdeū / reuerēdissimos fratres et coepiscopos nostros: necnon & Victorē diaconē vel Angelū notariū vestre fraternitatis epistolas summa cū gratulatiōe suscepim⁹. In quarū etsi nos sustinuisse dispendiū tarditate putauimus: tamē de vberiori reperimus charitate compēdiū: vt hac dilatione tēporis: nō interrupta videatur: sed nutrita dilectio: quā miserante dño/contēplatione sacerdotij / lectionis vsu / etatisq; in vobis cognoscimus iam maturitate fundatā. Nō enim tā large de te flueret: si in tuis plurimas venas mētibus non haberet. Hanc ergo matrem custodēq; virtutū sanctissime frater incōcusse stabilitate teneamus. Nulle in nobis eam subdolorū lingue iminuant: nulle antiqui hostis insidie corrūpant. Hec nāq; diuisis iungit/et coniuncta custodit. Hec humilia sine tumore subrigit. Hec erecta sine deiectione submittit. Per hanc vniuersalis ecclesie vnitas (que est compago corporis christi) exequatione mētis gaudet in singulis / cū sit et disparilitas in

B diuersitate mēbrorum. Per hanc eadem mēbra & alieno gaudio in suis afflicta exiliunt: et alienis merorib⁹ etiā in suis leta contabescunt. Teste enim magistro gētium: dum si quid patitur vnum membrorū: cōpatiuntur cetera membra: et si gloriatur vnum membrium / congaudēt omnia membra: vos nō ambigo de nostre perturbatione ingemiscere: cum nos omnino certum sit de vestra pace gaudere. Quod vero ordinationi nostre fraternitas vestra cōgaudet: affectum mihi integerrime charitatis exhibet. Sed ex consideratione huius ordinis mentem meā (fateor) transuerberat vis doloris. Graue nanq; est pondus sacerdotij. prius quippe est sacerdoti necesse vt ceteris ad exemplum viuat: ac deinde seruandū / vt mētem per ostensa exempla nō eleuet. ¶ De predicationis semp ministerio cogitet: intentissimo timore considerēs q̄ recessurus ad percipiendū regnum dño / et talenta ser-

Luce.xix.

uis distribuens / dicat: Negociamini dū venio. Nō profecto negocium tunc vere nos agimus: si viuendo et loquēdo proximorū animas lucramur: si infirmos quoq; celestis regni gaudia predicādo / in superno amore roboramus: si proteruos ac tumidos / gehenne supplicia terribiliter insonando / flectimus. Si nulli contra veritatē parcimus. Si supernis amicitijs dediti: humanas inimicitias non timemus. Quod nimirum exhibēs / quasi quoddā se sacrificiū obtulisse deo Psalmista nouerat /

Psalm. cxxxviij.

cū dicebat. Nonne qui oderant te deus oderā illos: & super inimicos tuos tabescebā: Perfecto odio oderam illos: et inimici facti sunt mihi. Sed ad hoc ego pondus

C mee infirmitatis expauesco: et q̄ accepto regno paterfamilias redeat / rationē nobiscū positurus / aspicio. Sed qua cum mente sustineo / cui de suscepto negocio animarum lucrum aut nullū / aut pene nullū reporto: ¶ Tua ergo me oratione frater charissime adiuua: et que de me formidare me conspicis: in temetipso quotidie timore prouide sollicitudinis pēsa. Per charitatis quippe cōpagem: et tua sunt que de me loquor: et mea que te agere

C.i.xxv.q. ij.de ecclesiasticis.

te percipisco. ¶ De ecclesiasticis vero priuilegijs qđ vestra fraternitas scribit: hoc postposita dubitatione teneat: q; sicut nostra defendim⁹: ita singulis quibusq; ecclesijs sua iura seruamus. Nec cuilibet fauēte gratia vltra q̄ meretur impartior: nec vlli hoc quod sui iuris est / ambitu stimulante derogo: sed fratres meos per omnia honorare cupio: sicq; studeo honore singulos subuehi: dūmodo nō sit quod alteri iure ab altero possit opponi. Responsaliū vero nostrorū moribus valde congaudeo: in quibus mihi ostēsum est quātum me diligitis / qui ad me electos fratres et filios transmisistis.

¶ Data decimo Augusti. Indictione.x. ¶ Finis.

¶ Incipiunt epistole ex Registro beati Gregorij. Indictione.xj.

¶ Gregorius Petro subdiacono Campanie. De persecutione Pauli episcopi. Capitulum.xl.

Qualic in castello Luculano sit scelus in Paulo fratre et coepo nostro commissus / directa nobis fecit relatio manifestū. Et quia his diebus Scholasticus vir memorabilis Campanie iudex hic presens inuentus est: specialiter ei iniūximus / vt tante peruersitatis insaniā districta debuisset emēdatione corrigere. Sed quia nunc predicte relationis portitor nos vt personā dirigeremus admonuit: ideo Epiphaniū subdiaconē illuc direximus: qui vna cum prefato iudice a quibus excitata sit vel cōmissa seditio / inuestigare ac cognoscere possit / et digna vltione vindicare.

D Epla.j.

Experientia ergo tua ita tota virtute in hac causa solatiari festinet / quaten⁹ et cognosci veritas / & in delinquētes valeat vindicta procedere. Quoniā igitur mancipia gloriose clemētie in eodē scelere interfuisse: et voces que seditionē cōmouerant iactitasse dicuntur: si ita est / districte ea imminēti vltioni subdere: nec pro persona vilius sit vestra seueritas remissior: q; tanto amplius feriendi sunt: quāto (vtpote nobilis femine pueri) ex sola superbia deliquerūt. Sed et illud subtili vos oportet indagatione perquirere / vtrū ne predicta femina in tāta habuerit sceleris imanitate consiliū: aut si cū eius est scientia perpetratū: vt q̄ sit periculosum non solū manibus: sed etiā

E in sacerdotem verbis excedere: ex nostra cuncti possint defensione cognoscere. Si quid enim in hac causa lentatum fuerit vel omissum: ad tuam culpā / ac potius cognoscas pertinere periculū: nec aliquē apud nos excusationis locū inuenies. Nā quāto te apud nos res ipsa si districtissime fuerit perscrutata et emēdata cōmendat: tāto si lentata fuerit / nostram contra te scito indignationē excari. Mācipia autē si qua de cetero in monasterio sancti Seuerini vel in alia ecclesia eiusdē castelli de ciuitate refugerint: mox vt ad notitiā tuam peruenerit: nullo modo illic ea immorari liceat: sed intra ciuitatem in ecclesiā reuocētur: et si iustā contra dños suos querelā habuerint / cū congrua ordinatione de ecclesijs exire necesse est. Si vero venialē culpam cōmiserint / dñis suis accepto de venia sacramento / sine mora reddantur.

¶ Gregorius Paulo episcopo. Consolatoriam scribit epistolam. Capitulum.xli.

Licet nō mediocriter nos cōtristauerit cognita quā ea perpessus iniuria: habem⁹ aliquam tamen cōsolationis materiam: q̄ laudē tuam huic rei inesse cognouimus: ob id q̄ pro equitatis rectitudine hoc (quantū directa nobis patefecit relatio) pertulisti. Ut ergo ad maiorē fraternitatis tue gloriam applicetur: hec res constantiā tuam nec frangere: nec a via debet veritatis auertere. Nam maior in sacerdotibus merces est / in veritatis tramite etiā post iniurias permanere. Ac ne tante impietatis insania inulta remaneat / et in peius indisciplinatio perniciosa prorūpat: Scholastico viro memorabili Campanie iudici: quia hic presens inuētus est: vt hec digna coercitiōe vindicare debuisset / iniunximus. Sed quia homines tui a nobis vt personā dirigeremus / petiuerunt: propterea Epiphanium subdiaconem illuc nos transmisisse cognosce: qui vna cū suprascripto iudice inuestigare valeat ac cognoscere veritatem: quatenus in eos a quibus tm̄ facinus cōmissum constiterit vel perpetratum: sua instātia dignam faciat exerceri vindictam.

Epla.ij.

F

¶ Gregorius Joanni abbati. De Bonifacio preposito. De tunica sancti Joānis. De causa Floriani. De cura animarū. De hospitibus et de pauperibus. Capitm.xlij.

Epla.iij.

Persist dilectio tua vt frater Bonifacius in monasterio tuo a te debeat ordinari prepositus: quod ego valde miratus sum: quia ante factū non est. Nam ex quo illū tibi dari feci: iam eū ordinare debuisti. De tunica vero sancti Joānis oīno grate suscepi: quia sollicitus fuisti mihi indicare. Sed studeat dilectio tua mihi ipsam tunicam: aut (qđ melius est) eundē episcopū qui eam habet / cum clericis suis / et cū ipsa ad me trāsmittere: quatenus et benedictione tunice perfruamur: et de eodē episcopo vel clericis mercedē habere valeamus. Causam vero que cū Floriano vertit / incidere volui: etiā ei vel octoginta solidos mutuos dedi. Quos ille credo disponit sibi pro monasterij debito recompen-

G sari: et omnino volo eandem causam decidi: quia Stephanus chartularius dicitur imminere/vt eã predict⁹ Florianus in publico transferat. et graue nobis est cum publico litigare. ¶ Unde necesse est nobis aliqd cedere: vt possimus eandẽ causam ad compositionẽ perducere. Qd dũ factũ fuerit/dilectioni tue (deo auxiliante) nunciabimus. De fratrũ vero animabus esto sollicitus. Sufficiat iam q opinio monasterij per vestrã negligẽtiam inquinata est. Non frequenter foras egrediaris: in causis istis procuratorẽ institue: et tu ad lectionẽ atq orationẽ vaca. De hospitalitate esto sollicitus: quãtũ potes pauperibus largire: ita tamẽ vt serues qd Floriano restitui debeat. In ipsis autẽ fratribus monasterij tui quos video: non inuenio eos ad lectionẽ vacare. Unde considerare necesse est quãtum peccatũ est: vt ex aliena oblatione deus vobis alimoniã trãsmiserit: et vos mãdata dei discere negligatis. De sex vero vncijs domus: si autenticam chartulã nõ videm⁹ aut exemplaria: nil possumus facere. Sed Florentino dei famulo preceptum trãsmisi: vt si ei veritas constiterit: easdem sex vncias vobis restituat. Quib⁹ restitutis/reliquas sex vncias aut in emphiteosim damus/aut redditus cõmutamus.

¶ Gregorius Bonifacio episcopo Regien. De humanis laudibus vitandis. Capitulum. xliij.

Epla. iiij.

H Q Uibusdam venientibus agnoui fraternitatẽ tuã misericordie operibus vehemẽter insistere: atq omnipotenti deo gratias retuli: q iuxta egregij predicatoris vocem/nunc viuimus/si vos statis in dño. Sed illud (fateor) non leuiter mẽtem meam momordit: q eadẽ opera multis vosipsi nunciastis. ex quare collegi/q mens vestra non studeat dei oculis: sed humano iudicio placere. Unde necesse est frater charissime/vt cũ bona exterius agis/hec interi⁹ cũ magna cautela custodias: ne appetitus placendi hoibus subrepat: et ois labor boni operis incassum fiat. Nos eni qui sum⁹/quibus placeri ab hoibus queritur? Quid nanq aliud q puluis et cinis sumus? Sed illi tua fraternitas placere desideret: qui et non longe est vt appareat: et omne qd retribuerit/finem nullo modo habebit.

¶ Mense Octobri. Indictione vndecima.

¶ Gregorius Petro subdiacono Campanie. De violẽtijs laicorum reprimendis. Capitulum. xliiij.

Epla. v.

S Icut in iudicijs laicorum priuilegia turbare nõ cupimus: ita eis preiudicantib⁹: moderate volum⁹ auctoritate resistere. Violẽtos nãq laicos coercere/non contra leges est agere: sed legi ferre subsidiũ. Quia igitur Deusdedit gener Felicis de Dulcelio presentiũ latrici violentiam dicitur irrogasse: prefatamq rem illicite detinere: ita vt viduitatis ei⁹ delectio non misericordiã prouocare: sed eius inueniatur roborare maliciã: precipimus experientie tue: vt tam con- I tra prefatũ virũ: q in ceteris causis in quibus se asserit prefata femina preiudiciũ sustinere/tue ei solatiũ tuitionis impendas: nec a quolibet eã pregrauari permittas: ne vel ea que tibi salua tamen equitate mandãtur/in aliqua inueniaris parte negligere: vel vidue alijsq pauperibus: dum illic auxiliũ non inueniũt: ex huius itineris profligentur longinquitate dispendia.

¶ Gregori⁹ Joanni episcopo prime Iustiniane. De iniusta condẽnatione Adriani episcopi. Capitulum. xlv.

Epla. vj.

P Ost longas tribulationes suas quas Adrianus Thebane ciuitatis episcopus a consacerdotibus suis velut ab hostibus pertulit: in romanã ciuitatẽ cõfugit. Et licet aduersus Joannem Larissẽ epm eius fuisset prima suggestio: non ab eo in causis pecuniarijs reseruatis legibus iudicatũ: tamen post hec magis cõtra psonã fraternitatis tue: a qua nõ iuste se a sacerdotij gradu flagitabat esse deiectũ/grauissime querebatur. Sed nos indiscussis petitionibus nõ credẽtes/eadẽ que apud Joannẽ fratrẽ et coepiscopũ nostrũ: vel que apud fraternitatẽ tuã sunt acta relegim⁹. ¶ Et quidẽ de memorati Joannis episcopi Larissei iudicio: qd fuerat appellatiõe suspẽsum: sacris et pijssimi rerũ dñi ad Corinthi epm missis iussionib⁹ decreuerunt. Et nos quoq per presentiũ latores epistolis nostris ad prefatũ Joannẽ Larissẽ directis/Christo auxiliante decreuimus: cũ diuersi disceptatione iudicij: cuius examinationem tibi imperialia iussa tradiderãt: et inspecta gestorũ apud Joannẽ episcopũ de criminalib⁹ habitorũ serie vẽ- K tilaremus: reperim⁹ prope nil te quod ad noxam indicta sibi causas attinuit/exqsisse: sed machinationib⁹ quibusdã testes aduersus Demetriũ diaconẽ in damnatione eiusdẽ episcopi produxisse. Qui cum de illo (qd nec audiri phas est) testimoniũ dicentẽ se audisse phiberẽt. Quod dũ presens Demetrius cõtradiceret se dixisse: aduersus sacerdotalẽ morẽ disciplinãq canonicã: deiectũ honore suo diaconẽ proconsuli prouincie tradidisse. Qui cũ multis laniatus verberib⁹ aduersus episcopũ suum forsan aliqua potuisset tormẽtorum necessitate mentiri: vsq ad finẽ negocij nihil eum de quib⁹ interrogabat penitus inuenimus fuisse cõfessum. Sed nec aliis in gestis ipsis: siue per depositionẽ testiũ: siue per Adriani professionẽ: quod ei potuisset obesse/reperimus. Sed tantum fraternitas tua nescio quo mentis motu/diuino humanoq iure contẽpto/abruptã protulit in eius damnatione sententiã: que licet nõ esset appellatione suspensa/contra leges canonesq prolata/ipso non poterat iure subsistere. Postq tamẽ ex abũdanti appellatione tibi cõstat esse porrectã: mirati sum⁹ cur nec hoies tuos sm cautionem Honorato diacono nostro per respõsales tue ecclesie expositam/qui tui iudicij rationem potuissent reddere/transmisisti. Quod faciũ te vel de contumacia/vel de cõscientie trepidatione redarguit. Si igitur hec que nobis aperta sunt veritate vallãtur: qm occasione vicium nostrarũ cõsideramus nos iniusta psumere: de his alias L sm id qd a nobis deliberatũ fuerit: xpo auxiliãte decernemus. Quod vero ad presens attinet: cassatis pri⁹ atq ad nihilum redactis predicte sententie tue decretis: ex beati Petri apostolorũ pricipis auctoritate decernim⁹: triginta dierũ spatio sacra te cõmunione priuatũ/ab omnipotenti deo nostro tanti excessus veniã cum summa penitentia ac lachrymis exorare. Q si hanc sententiam nostrã te cognouerimus implesse remissius: nõ iam tãtum iniustitiã: sed et cõtumaciã fraternitatis tue cognoscas adiuuante domino seuertus puniendam. Prefatũ vero Adrianũ fratrẽ et coepm nostrũ ex tua sentẽtia (vt diximus) nequaq canonibus neq legibus existẽte damnatum: in suũ locũ atq ordinẽ reuerti Christo comitãte disponimus: vt nec illi fraternitatis tue noceat contra iustitie tramitẽ plata sententia: nec charitas tua propiciãda futuri indignatione iudicis/incorrecta remaneat.

¶ Gregorius Joanni episcopo Larisseo. De iniusta cõdemnatione Adriani. Capitulum. xlvj.

Epla. vij. Cã. xvj. q. j. Frater.

F Rater noster Adrianus Thebane ciuitatis episcopus ad Romanã vrbẽ veniens/lachrymabiliter est conquestus de quibusdã capitulis se a fraternitate tua/necnon a Joanne prime Iustiniane episcopo/non legitime neq canonice cõdemnatũ. Cumq per diuturnũ tempus nullã diuerse partis videremus huc aduenire personam: que eius debuisset obiec- M tionibus respondere: necessario cognoscende veritatis intuitu: ea que penes vos acta sunt/relegenda tradidimus. Ex quibus cognouimus Joannẽ atq Cosmã diacones vnum pro lubrico corporis: alterũ pro fraudibus ecclesiasticarũ rerum proprio depulsos officio: de pecuniarijs criminalibusq capitulis aduersus eũ pijssimis nostris impetratorib⁹ suggessisse. Que p iussiones suas te voluerũt: seruata videlicet iuris canonũq districtione cognoscere: ita vt de pecuniarijs quidẽ terres firmã iure sententiã. ¶ De criminalibus vero eorũ clementie habita subtilius examinatiõe suggereres. Q si tam recte iussiones tua fraternitas rectis quoq mẽtib⁹ accepisset/nunq viros pro suis excessibus proprio amotos officio: atq iam immerantis animi: ad accusationẽ passim sui suscepisset epi: maxime cum ex suggestione pijssimis diuis oblata corũ sit detecta fallacia: quia cũ consensu omniũ clericorũ hec contra suũ pontificẽ se suggessisse professi sunt. Post hec tamen vt breuiter quedam strictimq/que apud te sunt acta percurrã: primũ capitulũ penes fraternitatẽ tuam motum est Stephani Thebani diaconi: cuius vitam quasi sciens turpissimã Adrianus episcopus/non eũ sui ordinis honore priuauerat. Qd capitulũ: nullus deductorũ testiũ ad Adriani episcopi dicit peruenisse notitiã: nisi q solus Stephanus turpis vite suaq professione dãnabilis: dicitur esse cõfessus. Secundũ capitulũ aduersus eum videtur esse propositũ: de in-

B

fantibus eius iussa a sacri baptismatis susceptione prohibitis: atq; ita inabluta sorde peccati defunctos in tenebris. Sed nullus aduersus eum deductorũ testiũ professus est nosse se tale aliquid ad Adriani episcopi peruenisse noticiã: sed a matrib⁹ infantiũ: quarũ viri remoti p culpis (vt dicitur) a bec ecclesia fuerant: se cognouisse dixerunt. Sed nec inbaptizatos eos mortis tempus professi sunt occupasse: sicut accusatorium continebat inuidiosa suggestio: cũ in demetria de ciuitate baptizatos eos esse cõstiterit. Et hec quidẽ de criminalibus causis. ¶ De pecuniarijs vero qualiter a te fuerit iudicatũ: inquisitio deputatorũ a pncipe virorũ pijssimis iussiõe serenissimis principibus attestatur. Nam cum tuã sepefatus Adrianus suspẽdisset appellatione sententiã: quãtum ex quattuor testium depositionibus apud Ioannẽ prime iustiniane epm prolatis agnouimus / arctissime detrusus custodia: libellum in quo obiecta sibi cõfiteretur capitula: tue coact⁹ est fraternitate porrigere. Qui quidẽ in porrecto a se libello de pecuniarijs inuenitur tue cõsensisse sententie. Criminalia vero medio quodã dubioq; verborum calle transcurrit: vt et tua quibusdã subiectis nebulis frustraretur intentio: et ipse porro a cõfessione imperplexe locutionis obscuritate refugeret. Cũq; porrecta appellatio p homines eius / ceteraq; que penes te gesta sunt / pijssimis fuissent deportata pncipibus: deputatis

D

(vt diximus) Honorato diacono sedis nostre: et Sebastiano glorioso antigrapho / cunctisq; examinatis subtiliter: a serenissimis est dñis ab oĩbus iussionibus absolutus. ¶ Sed nescio quibus machinationibus exquisitis alia rursus est principalis iussio elicita: vt de cũctis antefatis capitulis Ioãnes prime iustiniane episcop⁹ rediens subtiliter iudicaret. In cui⁹ iudicio omnes clerici Adriani episcopi: et Demetri⁹ diacon⁹ inter tormẽta professus est: omnẽ hanc cõtra Adrianũ episcopũ calumniã fraternitatis tue machinatiõe pfectã. Nec aliqua de capitulis ipsis que i tua audiẽtia criminaliter obiecta fuerãt Adriano episcopo / sunt pbata. Sed puenit alia contra canones ac leges in Demetrio diacono eius aliisq; personis crudelis atq; dolosa discussio: in qua nihil pene repertũ est: ex quo sepe memoratus Adrianus dãnari legitime debuisset: sed magis ex quo potuisset absolui. Sed de Ioãne prime iustiniane vrbis antistite: ac de nequissimo eius dãnandoq; iudicio alias sumus iuuãte dño tractaturi. ¶ Adrianũ vero episcopũ reperimus / et tuo cõtra sacerdotales mores odio laborasse: et nullo iure pecuniarijs in causis eũ fraternitatis tue condẽnatũ fuisse sententia. Quia igitur et ab antefato Ioanne prime iustiniane episcopo cõtra iura canonesq; deposit⁹ / honoris sui gradu carere nõ potuit: in sua eũ reformari ecclesia: atq; in proprie dignitatis ordinẽ decreuim⁹ reuocari. Et cũ oportuisset te ex eo dñici corporis cõmunione priuari: q admonitione sancte memorie decessoris mei

C.3.xvj.q.j. Frater noster.

C

contẽpta (per quã eum ecclesiãq; ei⁹ de tue iurisdictione potestatis exemit) rursus in eis aliquid tibi iurisdictionis seruare presumpseris: tamen nos humanius decernẽtes / cõmunionisq; tibi sacramẽtum interim conseruantes / decernimus: vt fraternitas tua ab eo ecclesiaq; eius omnẽ antehabite sue potestatẽ iurisdictiõis abstineat: et sm scripta decessoris nostri / si qua causa vel fidei / vel criminis / vel pecuniaria aduersus pfatũ Adrianum consacerdotẽ nostrũ potuerit euenire: vel per eos q nostri sunt vel fuerint in vrbe regia respõsales (si mediocris est questio) cognoscatur: vel huc ad apostolicam sedem (si ardua est) deducatur: quatenus nostre audiẽtie sententia decidatur. Qui si contra hec que statuimus / quolibet tẽpore / seu quolibet occasione vel surreptione venire tentaueris: sacra scias te cõmunione priuatũ: nec eam te (excepto vltimo vite tue tempore) nisi concessa romani pontificis decernimus iussione percipere. Hec enim consona sanctis patribus definimus sanctione: vt qui sacris nescit canonibus obedire: nec sacris administrare: vel cõmunionẽ capere sit dignus altaribus. Res autem siue sacras siue alias mobiles immobilesq; eius ecclesie quas hactenus diceris retinere: quarũ noticiam nobis oblatam presentibus annectimus litteris: sine aliqua et dilatione fraternitas tua restituat. De quibus si qua inter vos questio vertitur: volumus vt apud responsalem nostrum in vrbe regia ventiletur.

¶ Gregorius Natali archiepõ Salonitano. Ut nõ deponatur episcop⁹ nisi in cõuẽtu eporum. Capitm. xlvij.

D

Cum cuncta negocia indagande sollicitudine veritatis indigeant: tum que ad delectionẽ sacerdotaliũ graduum pertinẽt / districtius sunt trutinanda: in quibus non tam de humanis cõstitutis / q de diuine quodammodo benedictionis refragatione tractatur. Que res quoq; nos in Floretij Epitaurane ciuitatis episcopi persona / ad exhortationẽ vestre fraternitatis admonuit. Nunciatum siquidẽ nobis est a quibusdam fuisse eũ in causis criminalibus accusatũ: et nullis canonicis probationib⁹ exquisitis: nec sacerdotalis consilij preueniẽte iudicio / eũ ab honoris officio non iure sed auctoritate depositũ. Quia ergo non potest quẽq; episcopatus gradu / nisi iustis ex causis cõcors sacerdotum summouere sententia: hortamur fraternitatem vestram: vt prefatũ virũ ex eodẽ in quo detrusus est eijci facias exilio: causamq; eius episcopali disceptatiõe perquiri. Et si in his in quib⁹ accusat / canonica fuerit pbatione conuictus: canonica pcul dubio est vltione plectẽdus. Qs si aliã q de eo estimatũ est / synodali fuerit inquisitione copertũ: necesse est vt et criminatores iusti districtionem iuris exhorreant: et in criminato innocẽtie sue seruẽtur illibata suffragia. Executionẽ vero antefati negocij cum Antonino subdiacono nostro: ex nostra preceptione mandauim⁹: quatenus eius instantia et que sunt legibus canonibusq; placita decernantur: et decreta iuuante domino mancipentur effectui.

Epla. viij

E

¶ Gregorius Antonino subdiacono. De Florẽtino episcopo iniuste deposito. Capitulum. xlviij.

Peruenit ad nos Florentinũ Epitauritane ciuitatis episcopũ preceptis prius rebus ei⁹ p quibusdã nõ approbatis criminib⁹ sine sacerdotali consilio fuisse damnatũ. Et quia non debet is penam sustinere canonicã / in cuius damnatione non est canonica prolata sententia: precipimus experientie tue / vt natali fratri et coepiscopo nostro debeas innuere: quatenus supradictũ virũ de eodẽ eijci faciat quo nunc dicit detrusus exilio. Cõuocatoq; episcopoꝝ cõcilio: si hec in quib⁹ accusatus est / ei canonice fuerint approbata / prefati Natalis fratris et coepiscopi nostri volum⁹ in eũ pcipitũ robur obtinere sentẽtiam. Sin autẽ generali fuerit iudicio absolutus: nec eum deinceps cuiuslibet preiudicio subiacere permittas: et prefate res districtis tue sollicitudinis restituãtur instãtia. Necesse est ergo vt quãto grauiora taliũ negocioꝝ perpẽdis pondera: tanto ea maturiori vigilantiorique studeas executione complere.

Epla. ix.

Causa. xj. q. iij. Non debet.

¶ Gregorius Sauino subdiacono. De chalcedonẽsi synodo / et de aliis trib⁹ synodis recipiẽdis. Capitm. xlix.

Excites maligni hoies turbauerũt animos vestros: non intelligẽtes neq; que loquuntur neq; de quibus affirmant: astruentes q aliquid de sancta chalcedonẽsi synodo pie memorie Iustiniani tẽporibus sit imminutũ: quã omni fide omniq; deuotione veneramur. Et sic quattuor synodos sancte vniuersalis ecclesie / sicut quattuor libros sancti euãgelij recipim⁹. De personis vero de quibus post terminum synodi aliquid actum fuerat / eiusdẽ pie memorie Iustiniani temporibus est ventilatum: ita tamen vt nec fides in aliquo violaretur: nec de eisdem personis aliquid aliud ageretur / q apud eandẽ sanctã chalcedonẽsem synodũ fuerat constitutũ. Anathematizamus autem si quis ex diffinitione fidei que in eadem synodo prolata est / aliquid imminuere presumit: vel quasi corrigendo eius sensum mutare: sed sicut illic prolata est / p oĩa custodimus. Tu ergo fili charissime / decet ad vnitatem sancte ecclesie remeare: vt finem tuum valeas in pace concludere: ne malignus spiritus qui cõtra te per alia opera preualere nõ potest: ex hac causa inueniat vnde tibi in die exitus tui in aditu regni celestis obsistat.

Epla. x.

F

¶ Gregorius ordini et plebi cõsistenti in albano. De ordinatione episcopi. Capitulum. l.

Probabilibus desiderijs nihil attollimus tarditatis: fratrem nãq; et coepiscopũ nostrũ hominẽ boniũ vobis ordinauimus sacerdotem.

Epla. xj.

¶ Mense Nouembrio. Indictione. xj.

¶ Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De causa Gregorij agrigentini episcopi. Capitulũ. lj.

G
Epla.xij.

P Ridem quidē fraternitati vestre scripseri:vt
eos qui aduersus Gregoriū episcopū agrigē:
tine ciuitatis aliqua dixerāt:ad Romanā ci:
uitate transmittere deberetis. Et vt nunc instātius fie:
ri debeat/presentibus adhortamur epistolis. Unde pso
nas ipsas/ceteraq̄ documenta.i.gesta et petitiones que
date sunt/festinate cū celeritate trāsmittere. Nec morā
aliquam excusationē q̄ per quā penitus permittimus:
quatenus eis in Romanā(sicut diximus) ciuitatē trā:
missis sub celeritate sciamus quid auxiliāte domino de
persona salubrius eius disponere debeamus.

¶ Gregori⁹ Agnello episcopo de Fūdis/qui nūc i ciui:
tate ordinatus est terracina. Precipit vt in terracinēsi
ecclesia sit episcopus. Capitulum.lij.

Epi.xiij.
Ci xxi.q.
j. Relatio

R Elatio cleri simul et populi terracinēsis gētis
nos valde letificat:ob hoc q̄ de tua fraternita
te bona testatur. Et quia defuncto Petro pon
tifice suo/te sibi cardinalem postulant constitui sacerdo
tem:eorū vota necessario cōplenda preuidimus:quate:
nus et illi se gaudeāt impetrasse quod postulant:et nos
cōcessisse quod expedit videamur. Quia igitur ob cladē
hostilitatis nec in ciuitate nec i ecclesia tua est cuiq̄ ha:
bitandi licentia:ideo te auctoritate nostra terracinensi
ecclesie cardinalē constituimus sacerdotē:admonentes
vt ita de aiabus populorū illic cōsistentiū deo protegen:
te debeas esse sollicitus:quatenus callidi peruersiq̄ ho:
stis insidie commisso tibi gregi:qualibet arte nocere nō
valeāt. Sed sollicitudinis tue grex circūscriptus custo
dia/digni se pastoris gaudeat meruisse tutamina. In
tuis actib⁹ plebi exēpla bene viuendi existant:aduersia
in te vires nō habeat. Tua predicatione qui litteras ne:
sciunt:quid diuinitus precipiatur agnoscant. In dei ti:
more populū quēadmodū viuere possit/tui mores insti:
tuant. Operibus exerce quod subiectos doces/et predi
cas. Actus tui in aliorū correptionē proficiant:in adiu:
torū sibi vite tue imitationē assumant. Sicq̄ te in cun:
ctis operibus exhibe:vt scripturē cōscriptionisq̄ te ha:
beat:quicūq̄ aut negligit/aut nō potest lectione forma:
ri. ¶ Tota igitur mentis intentione ita lucrū animarū
deo nostro facere festinato:vt digna te merces ante eius
cōspectū in die tribulationis inueniat. Quicq̄d vero de

H

xxi.q.j.
Relatio.

predicte reb⁹ ecclesie/vel eius patrimonio/seu cleri ordi
natione promotioneue/et oibus generaliter ad eā perti
nētibus:solerter atq̄ canonice ordinare/facereq̄ proui:
deris:liberā habebis(quippe vt sacerdos pprius)mo:
dis oibus facultatē. ¶ Illud quoq̄ fraternitatē tuam
scire necesse est:q̄a sic te predicte terracinensis ecclesie
cardinalē esse cōstituimus sacerdotē:vt et fundensis ec:
clesie pontifex esse non desinas:nec curā gubernationēq̄
eius pretereas:quia ita fraternitatē tuam sepe dicte ter
racinensi ecclesie/sicut prefati sumus/preesse precipim⁹:
vt antedicte fundensis ecclesie tibi iura potestatēue nul
lo modo subtrahamus.

xxi.q.j. Il
lud quoq̄

¶ Gregorius Clero ordini et plebi cōsistenti in terraci:
na. De agnello episcopo suscipiendo. Capitulum.liij.

I
Epi.xiiij.

D Ilectionis vestre desideria insinuata nobis
quā obtulistis petitio retulit:electionēq̄
vestram valde laudauimus:quia Agnellū fra
trem et coepiscopū nostrū probatum iam meritis/cardi:
nalem vobis constitui deprecamini sacerdotem. Et q̄a
grate laudādeq̄ petitioi nec effectū negari/nec morā
licebat innecti:Sm desideria petitionēq̄ vestrā supradi:
ctum Agnellum directa preceptione ecclesie vestre cardi
nalem esse statuimus sacerdotē. Pro qua re dilectionē
vestram paterna adhortatione admoneo:vt ei obedien:
tiam prebere in oibus debeatis:quatenus charitatis ve
stre solatio roboratus:curam gubernationemq̄ ecclesie
quam vobis probatur petentibus suscepisse:adiuuante
domino salubriter valeat implere.

¶ Mense Decembris. Indictione.xj.

¶ Gregorius Scholastico iudici campanie. De episco:
po in neapoli eligendo. Capitulum.liiij.

Epla.xv.

D Um de Neapolitane ciuitatis cura destitute
sacerdotis solatio vehementius angeremur:ss
peruenientes presentiū latores cum decreto in
Florentiū subdiaconē nostrū confecto/aliquid nobis in
tanto cogitationū pōdere releuationis inuenerant:sed
dum prefatus subdiaconus noster refugiēs ciuitatem/

ipsam ordinationē suā lachrymabiliter excusisset:quasi
ex maiori quadā desperatione nostrā cognoscite creuis:
se mestitiā. Atq̄ ideo salutātes hortamur magnitudinē
vestrā/vt conuocantes priores vel populū ciuitatis:de
electione alterius cogitetis:qui dignus possit cū christi
solatio ad sacerdotiū promoueri. In quo decreto solem:
niter facto:atq̄ ad hanc vrbem transmisso:ordinatio il:
lic tandem christo auxiliāte proueniat. Sin autem apti
nō inueneritis in quā possitis consentire personā:saltem
tres viros rectos ac sapientes eligite:quos ad hanc vr:
bem generalitatis vice mittatis:quorū et iudicio plebs
tota cōsentiat. Forsitan huc venientes prestāte dei mise:
ricordia talem reperient:qui vobis antistes irreprehen:
sibiliter ordinetur:quatenus destitute ciuitatis vestre
nec intrinsecus actuū suorum desit inspector:nec extrin:
secus adhibita sollicitudine sacerdotis hostilibus adi:
tus prestetur insidijs.

K

¶ Gregorius Petro episcopo Hariolis. Ualerianum
presbyterum cōmendat. Capitulum.lv.

Epla.xvj.

L Icet fraternitatē tuā pijs se causis non dubi
temus sponte impēdere:verūtamen quia pro
niorem eam nostra fieri arbitramur epistola:
idcirco presentibus tibi indicamus apicibus/horum la
torē Ualerianū presbyterū pro redemptione captiuorū
in illas partes aduenisse. cui tanto enixius in oibus de:
betis ferre solatiū:quanto eum mercedis intētione/lon
ginqui itineris laborē assumpsisse cognoscitis. Sic eni
et hic quod intendit/te adiuuante perficiet:et fraterni:
tas tua pro impēso solamine magnam apud deum sicut
desiderat retributionem inueniet.

L

¶ Mense Januario. Indictione.xj.

¶ Gregorius Gratioso subdiacono. De possessionibus
flore abbatisse reddendis. Capitulum.lvj.

Epi.xvij.
Causa.xij
q.ij. Reli
giosam.

R Eligiosam vitā eligētibus/cōgrua nos opor
tet cōsideratione prospicere:ne cuiusdā neces
sitatis occasio aut desides faciat:aut robur
(quod absit) cōuersationis cōfringat. Idcirco presenti
tibi auctoritate precipimus:quatenus domū positā in
hac vrbe regione quarta/iuxta locū qui appellatur gal:
linas albas:vel ceterum iuris sancte Romane eccle:cui
deo auctore presidemus/in qua campania quondā vxor
patricij māsisse dinoscitur:simul et ortū atq̄ hospitia q̄
intra eandē domū ianua cōcludit:flore abbatisse trade:
re debeas:proprietatis iure proculdubio possidēdam.
In qua domo monasteriū virginū/vbi cū cōgregatione
sua habitare possit:christo queat adiuuāte construere:vt
tam ipsa/q̄ etiā que in ei⁹ honore locoq̄ successerit/pre:
dictam domū et ortū cum oibus ad se pertinētib⁹(sicut
diximus) quieto inconcussoq̄ iure a nobis pietatis con
sideratione concessa valeat possidere.

¶ Gregorius Theodoro consiliario. Acosimū puerum
dono dat per epistolam. Capitulum.lvij.

M

Epi.xviij
Causa.xij
q.ij. Eccle
siastica.

E Cclesiasticis vtilitatibus desudātes/ecclesia:
stica dignū est remuneratione gaudere:vt qui
se voluntarijs obsequiorū necessitatibus spon
te subijciunt:digne nostris prouisionibus consolentur.
Quia igitur te virum eloquētissimū cōsiliariū nostrum
mancipiorū cognouimus ministerio destitutū:ideo pue
rum nomine acosimū/natione siculū:iure dñioq̄ tuo de
ri tradiq̄ precipimus. Quem quoniā traditū ex nostra
voluntate iam possides:huius te necesse fuit pro futuri
tēporis testimonio ac robore/largitatis auctoritateful
ciri:quatenus dño protegente secure eum semper et sine
vllius retractationis suspitione(quippe vt dñs) valeas
possidere. Neq̄ enim quēq̄ fore credimus/qui iam par:
uam largitatē pro tua sibi deuotione concessam deside:
ret vel tentet vllo modo reuocare:cum vno eodēq̄ tem:
pore/et verecūdum sit a decessoribus bene gesta resolue
re:et verecundū sit docere ceteros in suam quādoq̄ reso
lutoriam proferre largitate sententiam.

¶ Gregorius Petro subdiacono campanie. Ut de reli
quijs sancti Seuerini transmittat. Capitulum.lviij.

Epi.xix.

C Um nostrā pia diuinitatis inspiratione cōpun
gitur loca quondam execrandis erroribus de:
putata/in catholice religionis reuerētiam de:
dicare. Quia igitur ecclesiā positā iuxta domū merula
nam regiōe tertia:quā superstitio diu arriana detinuit:
in honorē sancti Seuerini cupimus cōsecrare:expedien

B

tis tua reliquias beati Seuerini summopere debita cũ veneratione transmittat: quatenus que vestris animis perficienda decreuimus/ implere omni potentie gratia suffragante possimus.

Gregorius Gratioso episcopo Numentano. Curã cõmittit ecclesie sancti anthemij. Capitulum. lix.

Epistola. xx.

Postq̃ hostilis impietas diuersarũ ciuitatum ita peccatis facientibus desolauit ecclesias: vt reparandi eas spes nulla populo deficiente remanserit: maiori valde cura cõstringimur/ ne defunctis earũ sacerdotibus/ reliquie plebis/ nullo pastoris moderamine gubernãte/ per deuia fidei/ hostis callidi (qđ absit) rapiãtur insidijs. Cui ergo rei sollicitudine sepe cõmoniti/ hoc nostro sedit cordi cõsiliũ: vt vicinis eas mãdaremus põtificibus gubernãdas. Ideoq; fraternitati tue curã gubernationemq; sancti Anthemij ecclesie/ in curiũ Sabinorũ territorio cõstitute, presulatus cõmittendam, quã tue ecclesie aggregari vtriusq; necesse est: quatenus vtrarũq; ecclesiarũ sacerdos recte xpo adiuuante possis existere. et queq; tibi de eius patrimonio vel de cleri ordinatione vigilanti ac canonica visa fuerint cura disponere: quippe vt põtifex proprius/ liberã habebis ex presenti nostra permissione licẽtiam. Quapropter frater charissime/ dñicorũ reminiscens mandatorũ/ salubriter ita in cõmisse plebis regimine lucrãdisq; aĩabus inuigila: vt ante tribunal eterni iudicis constitutus/ fructũ bone operationis qui ad mercedẽ tuã pertineat: cidẽ redẽptori nostro in quo letari possis/ exhibeas.

B

Mense Februario. Indictione. xj.

Gregorius paschali Demetiano atq; Castorio filijs vrbici defensoris de Liburtina. Reddit substantiã patris eorum. Capitulum. lx.

Epistola. xxj.

Officij nostri est/ orbatis ita parẽtibus ferre consultũ/ quatenus aliquid de his que iuste debentur ecclesie relaxantes/ eorũ possimus subuenire miserijs. Quia igitur facta subtilius ratione/ patrem vestrũ Urbicũ quondam defensorem de patrimonio sabinensi atq; carciolano (qđ eius fuerat cure cõmissum) constat in nõ modicã summã debitorẽ fuisse defunctum: et quia tota ei9 substantia per hoc sit ecclesie obligata/ nec tamen ad satisfactionẽ eorũ que cõsumpserat posset sufficere: nos tamen pietatis intuitu/ eiusdem patris vestri substantiã/ vos habere ac possidere permittim9 atq; concedimus: vestris procuidubio vtilitatib9 profuturã: securi q nullus vos denuo de hijs que vobis relaxantes concessimus: aliqua ratione concutiat.

Mense Martio. Indictione vndecima.

Gregorius Antonio subdiacono rectori patrimonij in dalmatia. De obitu natalis episcopi/ et de ordinatione episcopatus eius. Capitulum. lxj.

Epistola. xxij.

Natalẽ Salonitane ecclesie fratrẽ et coepiscopum nostrum obijsse/ discurrens in partibus illis fama vulgauit. Qđ si verũ est/ experiẽtia tua omni instantia omniq; sollicitudine clerum et populũ eiusdẽ ciuitatis admonere festinet: quatenus vno consensu ordinandũ sibi debeant eligere sacerdotẽ: factoq; in personã que fuerit electa decreto/ ad nos trãsmittere studebis: vt cũ nostro consensu (sicut priscis fuit tẽporibus) ordinetur. Illud quidem pre oĩb9 tibi cure sit: vt in hac electione/ nec datio quibusq; modis interueniat premiorum: nec quarũlibet personarũ patrocinia conualescant. Nam si quorũdã patrocinio fuerit quisq; electus/ voluntatibus eorũ/ cũ fuerit ordinatus/ obedire reuerenter exigente cõpellitur: sicq; fit: vt et res illius minuãtur ecclesie: et ordo ecclesiasticus nõ seruetur. Talẽ ergo te imminẽte personam debent eligere: que nullius incõgrue voluntati deseruiat/ sed vita ac moribus decorata/ tanto ordine digna valeat inueniri. De rebus vero vel ornamentis eiusdẽ ecclesie/ fideliter rerũ inuẽtarium facito te presente conscribi. Et ne de rebus ipsis possit aliquid deperire/ Respectũ diaconem atq; Stephanũ primiceriũ notariũ: vt ipsarũ rerum omnino gerant custodiã admoneto: interminans eis/ de propria eos satisfacturos esse substãtia: si quicq; exinde eorũ negligentia fuerit imminutũ. Malchũ autẽ fratrẽ et coepiscopũ nostrũ cõtestari te volumus: vt se penitus in hac causa non misceat. Nam si per eũ aliquid contra voluntatẽ nostrã factũ vel tentatũ potuerimus addiscere: nõ modicã ad se culpã et periculũ pertinere cognoscat. Sed et hoc eũ admonere curato: vt ad ponendas expledasq; rationes patrimonij nostri quod gessit/ debeat esse sollicitus. pro quibus etiã faciendis/ ex Sicilie partibus ad nos postposita excusatione venire festinet. In rebus igitur Salonitane ecclesie nullo modo se miscere presumat: ne amplius ei aut obnoxi9 aut possit esse culpabilis. Nã multa habere de rebus predicte ecclesie fertur: eũq; opinio pene auctorẽ extitisse in vẽditione rerum eius: vel alijs illicitis asseuerat. Quod si ita esse (sicut dicitur) manifesta veritate patuerit: certus sit inultũ hoc nullatenus remanere. Expensa vero que necessaria fuerit/ per economũ qui tẽpore mortis predicti episcopi inuẽt9 est/ erogetur: quatenus rationes suas futuro episcopo ipse (vt nouit) exponat. Cuncta siquidẽ que tibi agẽda mãdauim9/ cũ consilio magnifici atq; eloquentissimi Marcelli filij nostri te agere profecto necesse est: quatenus ita oĩa que huius precepti pagina cõtinet: sollicite strenueq; possis implere: vt nulla te neglectus culpa respiciat.

C

D

Gregorius Petro subdiacono campanie. De lapsu secundini: et ordinatione theodosij. Capitulum. lxij.

Epistola xxiij.

Quãuis horrenda execrandaq; nimis Secundinũ ad aures nostras peruenerit crimina cõmisisse: hoc tamen solũ ad eius dãnationẽ potest sufficere: quod etiã ipse de se dicitur fuisse confessus. Cognouimus autẽ ab eo dictũ q dũ tertius a loco esset abbatis: a statu habitus sui lapsu corporis ceciderit: et licet ad abbatis ordinem tãto inquinatus facinore nulla debuerit ratione proficere: tamẽ quia temerario postausu ac tanta pollutione detẽtus/ hoc indign9 arripuit: experientie tue huius auctoritatis tenore precipim9: vt prefato Secũdino remoto ab abbatis officio/ Theodosium quẽ congregatio ipsa sibi petijt ordinari/ in monasterio sancti Martini abbatẽ solẽniter per cũ cuius prouisio interest/ facias ordinari: quatenus in cura congregationis subiecte: adiuuante deo cauta possit sollicitudine vigilare. Possessiones vero vel ortos eiusdẽ monasterij ecclesiastica (inquantũ ratio patit) tuitiõe defende.

E

Gregorius Leontio episcopo. De infirmitate Castorij: et visitatione eius ecclesie. Capitulum. lxiij.

Epistola xxiiij.

Castoriũ fratrẽ et coepiscopũ nostrũ hic pro corporis sui molestia retinemus. Et q̃ nũc ad suã ecclesiã non valet remeare: propterea eo absente/ ecclesie ipsius/ fraternitati tue operã prouidimus visitationis delegãdam: admonẽtes charitatẽ tuã/ vt ita efficaciter oĩs vtilitates eius exerceat: quatenus tui presentia, proprium se/ absente habere nõ sentiat sacerdotem. Quicqđ autẽ tibi visum fuerit pro vtilitatib9 eiusdẽ ecclesie ordinare/ habebis modis omnib9 ex nostra permissione licentiam. Redditus vero vel ornamenta/ ministeriaq; ipsius/ sollicitudinis tue cura conseruet. Et preter ordinationes clericorum: cetera oĩa in predicta ecclesia tanq; cardinalẽ et propriũ te volumus agere sacerdotẽ.

F

Gregorius Uniuersis habitatoribus arimini. De infirmitate castorij: et visitatione leontij. Capitulum. lxiiij.

Epi. xxv.

Si in culpã vestrã filij dilectissimi intenti9 velitis intẽdere: assidua vos apud deũ debetis oratione purgare: q episcopũ vestrum nõ deuotamẽte nec vt filij suscepistis: quẽ inquietudo et tribulatio a vobis illata ad hoc vsq; pduxit/ vt molestiã corporalẽ incurreret. Quia leo nihil de his que nobis sunt scripta cognouimus: sed solã inesse debilitatẽ vidimus: pro qua eum hic retinere curauimus. Et quia illuc modo ad presens nõ valet remeare/ ecclesie vestre prouidim9 Leontium fratrẽ et coepiscopũ nostrũ visitatorẽ per oĩa deputare: cui etiã nostris scriptis iniunximus: vt omnia que ad curã vtilitatẽq; ecclesie pertinẽt: tanq; propri9 episcopus debeat ordinare. Uos ergo ei ita et in oĩb9 obedite: quatenus operã sibi visitationis iniunctã/ vestra virtute/ salubri in omnibus deuotione possit complere.

Gregorius magno presbytero ecclesie Mediolanensi. De excõicatione eius: et de epo eligendo. Capitulum. lxv.

Epi. xxvj.

Sicut exigente culpa/ quis a sacramento communionis digne suspẽditur: ita insontib9 nullo modo talis debet irrogari vindicta. Cõperimus siquidẽ q Laurẽtius quondã frater et coepiscopus noster nullis te culpis exigẽtibus cõione priuauerit: ideoq; huius precepti nostri auctoritate munit9/ officiũ

Cã. xi. q. iij. Illud quidem.

Cã. xi. q. iij. Comperimus.

G

tuũ securus peraget: et cõmunionẽ sine aliqua sume formidine. Illud preterea necessario te duxim⁹ adhortandũ: vt ita te in cunctis vtilitatibus ecclesie tue pure ac diligẽter exhibeas: quatenus nec offensa te aliqua de neglectu respiciat: et culpã si qua in te / propter quã dnici corporis ⁊ sanguinis cõmunione fueras priuat⁹ / vl' latens inuẽta est: tue fidei puritate detergas. Admone igit̃ clerum et populũ: vt ad eligendũ nullatenus dissentiant sacerdotẽ: sed vno consensu talẽ sibi eligant consecrãdum episcopũ: cui⁹ ⁊ actus laudabiles / ⁊ grata deo ⁊ hoibus possit esse persona: ne si aliter actũ fuerit / in diuersis (qḋ absit) studijs damnũ ecclesiasticis rebus eueniat.

Mense Aprili. Indictione. xi.

Gregorius Marmiano Abbati de panormo: et Beneriato notario rectori patrimonij panormitani. De bonifacio victore iniuste damnato. Capitulum. lxvj.

Epi. xxvij. C. a. xxiij. quest. iiij. Si ea.

Si ea de quibus vehementer deus offendit / insequi vel vlcisci differimus: ad irascendũ vtiqꝫ diuinitatis patiẽtiã prouocam⁹. Multa etenĩ ad nos mala de quibusdã in Panormitana ciuitate degentibus peruenerũt: que qm maiorem correctionem expectant: nec temere credẽda: nec desidiose querẽda sunt. Pro qua re Victori fratri et coepo nostro iniũxim⁹: vt si vera essent / et ea insequi debuisset ⁊ vlcisci. Nũc itaqꝫ huc veniens Bonifacius Victori presentiũ lator frustra se et cõmunione priuatũ: et alia se grauiora a pdicto episcopo queritur fuisse perpessum. Quia ergo nullus sine

H

cognitione dãnãdus est: eidẽ fratri et coepiscopo nostro scripsimus: vt si persona que de ipo quedã dicere possit / inuenta fuerit: eam ad nostrã debeat cognitionẽ dirigere. Ideoqꝫ huius precepti vos pagina necessario duximus adhortãdos: quatenus nullius personã attendẽtes: sed dei timorẽ habentes pre oculis: ibi cũ omni equitate si qua vobis de eo dicta fuerint / memores futuri iudicij / subtili debeatis indagatione perquirere. Et si in vestra cognitione cuiuscũ eũ facinorosi criminis reũ esse patuerit: tunc ex nostra auctoritate nõ solũ dnici corporis et sanguinis cõmunione priuatus sit: verũetiã in monasteriũ vbi penitentiã agere debeat / retrudatur: vt criminis sui maculas cõuenienti valeat apud eternum iudicem lamentatione purgare. Si vero aut nihil aduersus eũ in cognitione vestra dictũ fuerit; aut si quid dici cõtigerit: et verũ non esse cõstiterit: nec aliquibus illum iudicijs in hoc quod dicitur incidisse potueritis agnoscere / modis oibus renunciare nobis curabitis. Predictũ enim Bonifaciũ nullã a quolibet volumus molestiã sustinere: quoniã sicut iustũ est: vt in delinquentibus digna debeat vindicta procedere: ita iniquũ est quibusdã afflictionibus queqꝫ irrationabiliter subiacere.

Gregorius vniuersis epis per Italiam. Vt armenio in necessitatibus subueniant. Capitulum. lxvij.

Epistola xxviij.

I

Quicquid misericorditer ac respectu pietatis impenditur: et hic auctorẽ suũ adiuuat: et optatum et premiũ in die retributionis apportat. Quod cum ita sit / quia excellentiam vestrã valde diligo: mercedis vobis causas insinuo. Armeni⁹ itaqꝫ magnifici filius quondã Antonini illustrissimi viri: sua me egestate cõpulit: vt pro ipso vobis debuissem scribere. Qui quoniã (sicut nostis) vtroqꝫ parente orbatus est / eminentie vestre tuitionẽ et continentiã prestolatur. Unde pietas vestra piã cõsiderationis (vt cõsueuit) intuitu / inquantum vtile prospicit: et locum vel actionem prouideat: ex qua quotidianis stipendijs valeat contineri: qm hec maxima laus ⁊ merces est: si illa orphanis impẽdantur: que eorũ pro suis obsequijs poterãt genitorib⁹ exhiberi.

Gregorius presbyteris / diaconibus / et clero Mediolanẽ. ecclesie. De ordinando ad episcopatum Constantio diacono. Et admonitio de die iudicij. Capitulũ. lxviij.

Epi. xxix.

Epistolã dilectionis vestre suscepimus: cui tamen nullius erat inserta subscriptio: sed fidẽ / magni presbyteri / ⁊ Hyppoliti clerici potiorũ persone faciebant. Qua relecta / cõperimus omniũ vestrũ in Constantio filio nostro ecclesie vestre diacono cõuenire consensum: qui dudum mihi bene cognitus fuit. Et eũ in vrbe regia responsa sedis aplice facerem: longo mihi tempore adhesit: sed nihil vnqꝫ in illo quod reprehendi passim potuisset / inueni. Uerũtamẽ quia antique mos deliberationis intentio est / ad suscipienda pastoralis cure onera: pro nullius vnqꝫ miseri persona: orationibus prosequor electionẽ vestrã: vt oipotens deus qui futurorũ actuũ nostrorũ semper est prescius; talem vobis pastorẽ prebeat / in cuius lingua ⁊ moribus / exhortationis diuine pascua valeatis inuenire: in cuius mẽte et humilitas cum rectitudine fulgeat: ⁊ seueritas cũ pietate. qui vobis viam vite: nõ solum legendo vel loquẽdo: sed etiã viuendo possit ostendere: quatenus exemplo illius discat vrã dilectio: ad eterne patrie desideriũ suspirare.

K

Itaqꝫ nos filij charissimi officij nostri censura cõmonemus suademus: vt in hac suscipiendi antistitis causa nullus vestrum neglecta vtilitate cõmuni suo lucro prospiciat: ne si quisqꝫ propria cõmoda appetit: friuola estimatione fallatur: quia nec libero iudicio preferendam sibi personam examinat mens quam cupiditas ligat. Pensantes igitur que electis expediunt: et quẽ vobis diuina gratia pretulerit: integerrimã semper in oibus obedientiã prebete. Iudicari namqꝫ a vobis vltra non debet semel prelatus: sed tanto nunc subtiliter iudicandus est: quanto postmodũ iudicãdus non est. Cõsecrato autem vobis deo auctore pastori tota vos mente committite: atqꝫ in illo oipotenti dño qui vobis hunc pretulit deseruite. Sed quia iuxta meritũ plebiũ / solent superno iudicio persone prouideri pastorum: vos spũalia querite: celestia amate: temporalia vt fugitiua despicite: et certissimũ tenete: quia placentẽ deo pastorem habebitis: si vos in vestris actibus deo placetis.

C. viij. q. ij. Dilectissimi.

L

Ecce iam mundi hunc oia perdita conspicimus / que in sacris paginis audiebamus peritura. Euerse vrbes. Castra eruta. Ecclesie destructe. Nullus terrã vestrã cultor inhabitat. In nobis ipsis paucissimis / qui ad modicũ derelicti sumus / cũ superne percussionis cladibus / humanus gladius incessanter seuit. Mũdi igitur mala que dudũ vẽtura audiebamus / aspicim⁹. quasi pagine nobis codicũ: facte sunt ipse iam plage terrarũ. In interitu ergo rerũ omniũ pẽsare debemus: nil fuisse quod amauimus. Appropinquantem itaqꝫ eterni iudicis diem sollicita mente cõspicite: et terrorem ipsius penitẽdo preuenite. Delictorũ oim maculas fletibus lauate. Iram que eterna imminet / tẽporali lamento cõpescite. Pius eni conditor noster cũ ad iudiciũ venerit: tanto nos maiore gratia consolabitur: quanto nunc cõspicit / q̃ a nobis nostra delicta puniunt. Latorem vero presentium Ioannem subdiaconum nostrũ ad hoc deo fauente transmisimus: vt electum vestrũ sua immẽtia cũ dei oipotentis solatio sm morẽ pdecessoris eius faciat episcopũ cõsecrari. Nã sicut ab alijs nostra exigimus: ita singulis sua iura seruamus.

Gregorius Ioanni subdiacono. De electione et consecratione Constantij. Capitulum. lxix.

Epis. xxx Parte. j. dist. lxiij.

Quanto apostolica sedes deo auctore cunctis prelata constat ecclesijs / tanto inter multiplices curas / et illa nos valde sollicitat / vbi ad cõsecrandũ antistitẽ nostrũ expectatur arbitriũ. Defuncto igitur Laurentio ecclesie Mediolanẽsis episcopo /

M

sua nobis relatiõe clerus innotuit: in electione se filij nostri Constantij diaconi sui vnanimiter consensisse. Sed quoniã eadẽ nõ fuit subscripta relatio: ne quid quod ad cautelã pertinet omittamus: huius idcirco precepti auctoritate suffultũ genuã te proficisci necesse est. Et quia multi illic Mediolanensiũ coacti barbarica feritate cõsistunt: eorũ te volũtates oportet cõuocatis eis in cõmune perscrutari. Et si nulla eos diuersitas ab electionis vnitate disterminat: si quidem in predicto filio nostro Constãtio omniũ volũtates atqꝫ consensum perdurare cognoscis: tunc eum a proprijs epis (sicut antiquitatis mos exigit) cũ nostre auctoritatis assensu solatiante domino facias consecrari: quatenus huiusmodi seruata cõsuetudine / et apostolica sedes propriũ vigorẽ retineat: ⁊ a se concessa alijs sua iura non minuat.

Gregorius Romano patritio et exarcho Italie. De obitu Laurentij / et consecratione Cõstantij. Capi. lxx.

Epi. xxxj.

Obitũ Laurẽtij ecclesie Mediolanẽsis episcopi excellentiã vestram iam credimus cognouisse. et quia quantũ ex cleri relatione didicimus / in Constãtio filio nostro diacono eiusdẽ ecclesie omnium cõsistit electio: necesse fuit pro seruanda cõsuetudine militẽ ecclesie nostre dirigere: qui eũ in quo omniũ volũtates atqꝫ consensum concorditer cõuenire cognouerit: a

A suis episcopis (sicut vetus mos exigit) cũ nostro tamen assensu faciat cõsecrari. ¶ Proinde paterna dilectiõe persoluẽtes debitũ salutationis officiũ/quesum⁹ vt predicto Cõstantio seu fuerit consecrat⁹ ep̃us/necne:excellẽtia vestra vbi necesse fuerit:suũ dignet̃ impendere (iustitia fauente) solatiũ: quatenus hec vos merces / et hic apud inimicos vestros exaltet:e in futura vos vita apud deũ pueniẽter cõmẽdet. Deus est enim ꝓpitius/olim mihi magna fuit familiaritate coniunct⁹. Et vos quos nostros cognoscitis/habere vt vestros / et peculiariter diligere debetis.

¶ Gregori⁹ Honorato archidiacono Salonitano. De absolutione ipsius. Capitulum.lxxj.

Epi.xxxij. Dudũ quidẽ decessoris nostri / nostraq̃ precepto ad dilectionẽ tuã cucurrerat:in quã e de obiectis tibi calũniose capitulis fueras absolutus:et in tui gradus ordine sine aliqua te instituimus altercatione restitui. Sed qr rursus ante nõ multũ tẽporis spatiũ ad Romanã ciuitatẽ veniẽs/de aliquibus illicitis actis incõgrue/et de sacrorũ eũ cõquestus alienatione vasorũ:atq̃ dum pro hac re/ que tuis obiectionibus respõdere potuissent/sustinueremus in hac ciuitate personas: Natalis ep̃s tuus de hac luce migrauit:necessariũ iudicauimus easdẽ pceptiones tam decessoris nostri:q̃ nostras quas dudum (vt dictũ est) pro tua absolutione trãsmisimus:psentibus deinceps apicibus confirmare.

B ¶ Vobiẽ a cũctis tibi obiectis capitulis te plen⁹ absoluẽtes/in tui te ordinis gradu sine aliqua volumus alteratione permanere:vt nihil tibi penitus mora a prefato viro questio qualibet occasione piudicet. ¶ De his aũt capitulis de quib⁹ cõquestus es: Antonino subdiacono et rectori illic patrimonij sancte (cui deo auctore presidemus) ecclesie/instanter iniũximus: vt siquidẽ in his ecclesiasticas inuenerit immixtas esse personas:cũ summa causas ipsas districtione atq̃ auctoritate diffiniat. Sin autẽ cũ talibus res agitur/in quos ecclesiastice vigor nõ possit iurisdictionis extẽdi:de singulis quibusq̃ capitulis ꝓbatiões iter publica gesta deposit as:ad nos absq̃ vlla dilatione transmittat: vt instructi subtiliter sciamus qd de his debeamus (xp̃o auxiliãte) disponere.

¶ Gregorius Dinamio patricio Galliarũ e c. Crucem transmittit in qua de craticula sancti Laurentij relique continebantur. Capitulum.lxxij.

epi.xxxiij. Onstrat q̃ bene dispẽset propria / q̃ fideliter administrat aliena. Qd vr̃a nobis gl̃ia ostendit:que perenni muneri intẽta/beato Petro apl̃orũ principi suorũ redditũũ fructus intulit. Cui quia sua fideliter impẽdistis:hec apud eũ vestra munera fecistis. Sic quippe agere huius terre gloriosos de eterna gloria cogitãtes decet:vt in eo qđ tẽporaliter preualẽt/ mercedẽ sibi nõ tẽporalẽ parẽt. Proinde debitũ salutationis alloquiũ persoluẽtes:oipotẽtẽ dñm depcamur/ vt vitã vestrã et bonis psentibus repleat:et ad sublimia

C gaudia eternitatis extẽdat. Suscepimus namq̃ p Hilariũ filiũ vestrũ de pfatis ecclesie nostre redditibus gallicanos solidos quadrigẽtos. Trãsmisimus autẽ beati Petri apl̃i bñdictionẽ crucẽ paruulam: cui de catenis eius beneficia sunt inserta. Que illius quidẽ ad tẽpus ligauerũt: sed vestra colla in perpetuũ a peccatis soluãt. Per quattuor vero in circuitu partes de beati Laurẽtij craticula in qua perustus est / beneficia continentur: vt hoc vbi corpus illius pro veritate crematũ est / vestram mentem ad amorem domini accendat.

¶ Gregorius Petro subdiacono Campanie. De festo ep̃o a ciuibus suis contempto. Capitulũ.lxxiij.

epi.xxxiiij. Ueritur Festus frater et coep̃s noster a suis se clericis ac ciuibus despici atq̃ contemni. Pro qua re experiẽtie tue precipimus/vt trãquilla eos adhortatione cõuenias: quatenus si aliqua sunt que forte odiorum cause sunt/mutua eos/et deo placita charitate cõcilies: vt et ille quod filijs decet impendat: et illi quod patri oportet exhibeãt. Si que vero alie cause sunt/predicto episcopo te impendere pcipimus (salua tamen iustitia et equitate) solatium.

¶ Mense Maio. Indictione vndecima.

¶ Gregorius Petro subdiacono Cãpanie. De eligendo in Neapolitana ciuitate episcopo. Capitulum.lxxiiij.

D Epi.xxxv. Epius a vobis Paulus frater e coep̃s noster expetijt/ vt eũ ad ꝓpriã reuerti faceremus ecclesiã. Qđ qr rõnabile esse perspexim⁹: eius petitionẽ necessario duximus adimplẽdã. Proinde experiẽtia tua clerũ ecclesie neapolitane pueniat: quatenus duos vel tres de suis eligere:et hac ad eligendũ ep̃m trãsmittere nõ omittãt. Sed e sua nobis relatione insinuẽt: qm ij quos transmiserint / oim in hac electione vice fungant: vt ecclesie illi deo auctore su⁹ antistes valeat ordinari. Nã ampli⁹ eam sine ꝓprio nõ patimur esse rectore. Qui si fortasse admonitionẽ tuã quolibet modo differre tẽtauerint:ecclesiasticũ in eos vigorẽ exerce. Nã prauitatis de se dabit indiciũ/quisquis in hoc non spõte cõsenserit. Predicto autẽ Paulo fratri e coep̃o nostro cẽtum solidos/e vnum pueruũ orphanũ quem ipse elegerit/pro labore suo de eadẽ ecclesia facies dari. Illos autem qui cunctoꝝ vice huc venerint ad eligendũ ep̃m/admone: vt vestiariũ omne ep̃i sui sciant deferendũ:e quantum preuiderint secum argentũ adducãt: qđ in vsu suo habere possit: qui fuerit ep̃s ordinatus. Hec vero oia viuaciter / districteq̃ implere festina: e sub omni huc celeritate electos (sicut diximus) de clero transmitte: vt qr diuersi hic nobiles ciuitatis Neapolitane psentes sunt: vna cum eis de episcopali ordinatione et tractare/e adiutore domino deliberare possimus.

E ¶ Gregorius Anthemio subdiacono. De Januario ep̃o: et de Epiphanio presbytero. Capitulũ.lxxv.

epi.xxxvj. Uedam ad aures nostras grauia puenerũt: que q̃m canonicã emendationẽ expectant: idcirco experientie tue precipimus: quatenus vna cum Joanne notario/omni excusatione postposita/ Januariũ fratrẽ e coep̃m nostrum summa huc exhibere instantia non omittas: vt eo coram posito:ea que ad nos perlata sunt: subtili valeant indagatione perquiri. Pompeiana vero atq̃ Theodosia religiose femine iuxta postulationẽ suam: si huc venire voluerint: vestra eis in omnibus prebere solatia: vt desideria sua vobis queãt succurrẽtibus adimplere. precipue autẽ Isidorum eloquẽtissimũ (sicut petijt) studij vestri sit per oia vobiscũ adducere: vt cause eius qualitas quã contra ecclesiã Caralitanã habere dinoscitur: interius trutinata legalẽ valeat finem accipere. Preterea quoniã aliqua nobis de persona Epiphanij presbyteri facinora nunciata sunt: necesse est vt diligẽtius cuncta perscruteris: et seu mulieres cũ quibus perisse dicitur: seu alios quos de causa eadẽ scire aliquid senseris: huc pariter festines adducere: quatinus ecclesiastice districtiõi liquide possint aperiri / que vera sunt. Hec vero omnia ita efficaciter vtriq̃ curabitis adimplere: vt nulla te de neglectu culpa respiciat: scientes ad vestrum omnino pertinere periculum / si hec nostra quoquo modo fuerit lentata preceptio.

¶ Gregorius Libertino prefecto Sicilie. De presumptione nase iudei: e de mãcipijs cõparatis. Capi.lxxvj.

F epi.xxxvij. B ipso administrationis exordio: deus vos in causis sue voluit vindicta pcedere: et hanc vobis mercedẽ propitius cũ laude seruauit. Fertur siquidẽ q̃ Nasas quidã sceleratissimus iudeoꝝ sub noie beati Helie altare punienda temeritate cõstruxerit: multosq̃ illic xp̃ianoꝝ ad adorãdũ sacrilega seductione deceperit. Sed e xp̃iana (vt dicit) mancipia cõparauit: et suis ea obsequijs ac vtilitatibus deputauit. Dum igit seuerissime in eũ pro tãtis facinoribus debuisset vlcisci / gloriosus iustinus medicamẽto auaritie (vt nobis scriptũ est) delinitus / dei distulit iniuriã vindicare. ¶ Gloria autem vestra hec oia districta examinatione perquirat: e si huiusmodi manifestũ esse repererit / ita districtissime ac corporaliter in eũdem sceleratum festinet vindicare iudeũ: quatin⁹ hac ex causa et gratiã sibi dei nostri cõciliet: e his se posteris pro sua mercede imitandũ monstret exẽplis. ¶ Mancipia autẽ xp̃iana que: Dist.liiij. Mãcipia. cũq̃ eum cõparasse patuerit: ad libertatẽ iuxta legũ precepta sine ambiguitate pducite: ne (quod absit) xp̃iana religio iudeis subdita polluatur. Ita ergo oĩa districtissime sub omni festinatione corrigite / vt non solũ pro hac vobis disciplina gratias referamus: sed et testimonium de bonitate vestra / vbi necesse fuerit / prebeamus.

¶ Gregori⁹ vniuersis episcopis Corinthijs. De adriano episcopo. Capitulum.lxxvij.

G
Epistola
xxxviij.

DEsiderij nostri est/ad cōcordiā redire discordes: et vnitos esse in gratia/eos quos diutius ab alterutra dilectione volūtatis fecit esse diuersitas. Scripta igitur fraternitatis vestre relegētes/ agnouimus q hi qui contra Adrianū fratrem et coepm nostrū aliqua dixerāt: modo cū eodē epo in amicitiā cōuenissent: ⁊ magna nobis ad presens facta est de eorū vnitate letitia. Sed q̄m ea que dicta sunt/ indiscussa remanere non patimur: sedis nostre diaconū ad ea inuestigāda dirigimus: quia tunc iā nos facinoris qualitas vehementer impellit/ vt ea que audiuim⁹/ dissimulare nullatenus debeamus. Preserti cum accusatorem ⁊ accusatū inter se fecisse gratiā indicastis: hoc nobis necesse est subtilius perscrutari: ne fortasse eorū sit cōparata concordia: que si (qđ absit) nō ex charitate: sed ex premio facta cōstiterit: maiori hoc emēdatione plectendū est. Nā nos qui canonice (reuelāte deo) mala/ si quidē vera sūt/ resecare precedentia festinamus: cōmissam postmodum culpam sine vindicta nulla ratione dimittimus.

¶ Mense Junio. Jndictione vndecima.

¶ Gregorius Petro subdiacono Cāpanie. De Rumerio diacono et Catella puella. Capitulū. lxxviij.

epi. xxxix.

ANte aliquot dies tibi scripsimus: vt Rumerium diaconū Nucerine ecclesie interrogare subtiliter debuisses: ⁊ si nihil esset qđ ei ad sacerdotij gradum potuisset obsistere: huc eū cōsecrandū deo auctore transmitteres. Et ideo si facta interroga- [B] tione quā diximus/ supra scriptū ad nos diaconū transmissurus es: clerū et populū ciuitatis ipsius admonere curabis: vt cū eo q̄cūq; potuerint/ venire non differant: quatinus eis presentibus (si deo placuerit) qui ordinandus fuerit/ consecret. Preterea qr Felix defensor puellā noīe Catellam habere dicit: que cum magnis lachrymis/ ⁊ vehementi desiderio habitū conuersationis appetit: sed eam prefatus dn̄s suus cōuerti minime permittit: proinde volumus vt experiētia tua prefatū Felicē adeat/ atq; puelle eiusdē animū sollicite requirat: ⁊ si ita esse cognouerit: pretiū eiusdē puelle suo dn̄o pbeat: et huc eam in monasterio dandā cum personis grauib⁹ dn̄o auxiliante trāsmittat. Jta vero hec age: vt non per lentam actionem tuam prefate puelle anima detrimentum aliquod in desiderio suo sustineat.

¶ Gregorius Panthaleoni notario. De filia diaconi a Felice stuprata. Capitulum. lxxix.

Epi. xl.

QUestus est nobis Euangelus Sypontine ecclesie diaconus: filiā suam a Felice fuisse (qđ dici nephas est) stupratā. Pro qua re huius precepti auctoritate suffultū ad Sypontinā ciuitatē te proficisci necesse est: ⁊ adhibitis tibi sapientibus illic viris/ cum omni subtilitate veritatē curabis addiscere: et si ita reperteris: eam quam stuprauit/ aut vxorem factis nuptialibus instrumentis accipiat: aut corporaliter ca- [J] stigatum in monasteriū cū priuatiū cōione vbi penitentiam peragat tradere festinabis: ita vt nulla exinde ei sit quoquo modo egrediendi licētia: nisi hoc nostra permiserit fortasse pceptio. Preterea qr supradict⁹ diaconus de hostibus se redemptū: ac propterea debitū habere cōmemorat: tuo si talem eius substantiā nō esse cognoueris: que ad reddendum debitū ipm possit sufficere: Felici et fratri et coepo nostro te immīere precipimus vt ei⁹ pretium de ecclesia dare non differat: quatenus supradict⁹ Euangelus sine tarditate aliqua a debiti possit necessitate cui est suppositus liberari.

¶ Gregorius Felici episcopo Sypontino. De diuersis causis emendandis. Capitulum. lxxx.

Epi. xlj.

PRopositi nostri sollicitudo nos vehementer adstringit: vt ita rerū ecclesiasticarū (deo auxiliante) debeamus puidere cautelā: quatin⁹ in eis nulla possit ex neglectu prouenire iactura. Proinde fraternitas tua vna cū Bonifacio meō ⁊ Panthaleone latore presentiū sedis nostre notarijs res ecclesiarū/ q̄ apud Sypontinā noscūtur esse ecclesiā: curet subtiliter singulas quasq; describere: vt tā ministeria ecclesiarū/ q̄ etiā vsuale argētū vel quicqđ aliud est/ idē breuis a vobis cōscriptus/ veraciter rerū facta inspectione cōtineat. Nec quandā ad hoc morā vel excusationē fraternitas tua tenter adducere: sed omi excusatiōe cessante/ hec que a nobis iniūcta sunt: modis oīb⁹ iplere festina: eundēq; nobis breuē manu tua subscriptū: per ante dictū Panthaleonē trāsmitte: quatenus qđ de hoc fieri salubrius debeat: diuis possim⁹ grā suffragāte disponere. [K]

¶ Gregorius Felici epo Sypontino. De peruersitate Felicis nepotis eius. Capitulū. lxxxj.

Epi. xlij.

EXpectabamus fraternitatē tuam sua aliquos ad deū predicatione conuertere: et male agentes ad rectitudinē reuocare. Quia de re nimis cōtristamur: qr e diuerso in nepotis tui Felicis prauitate tua euidenter (qui talem nutristi) culpa mōstrata est. Peruenit itaq; ad nos q supra scriptus Felix Euangeli diaconi tui filiam stupro decepit. Quod si verū est: q̄uis grauī esset de lege pena plectendus: nos tū aliquatenus legis duritiā molliētes huiuscemodi: disponēdo precipimus: vt aut quā stuprauit vxorē habeat: aut certe si renuendū putauerit: districtius ac corporaliter castigatus/ ex cōicatusq; in monasteriū vbi penitentiā agat/ retrudatur: de quo ei nulla sit egrediendi sine nostra preceptione licentia. Jta ergo fraternitas tua vt hec cōpleātur studeat: quatenus nihil de his aliquo modo possit omitti. Nam si quid (quod nō credimus) tentatū fuerit/ et illi graue postea periculum imminebit: et te non leuis incipiet culpe respicere.

¶ Gregorius Bonifacio epo Regitano. De iniustitia Stephanie facta. Capitulum. lxxxij.

L
Epi. xliij.
Causa. xij
q. ij. Sicut.

SJcut ecclesia proprias res amittere nō debet: ita eā rapacitatis ardore inuadere alienas nō oportet. Stephania siquidē latrix presentiū: quasdā res suas tpibus decessoris tui Lucij quōdā epi ab actorib⁹ eius vi q̄ritur occupatas. Et qr sibi eas petijt iustitia fauente debere restitui: ppterea fraternitas tua cū dei timore hec q̄ asserit/ subtiliter curet addiscere. Et si ita/ quēadmodū supra scripta femina ait/ esse repererit: hoc q̄ male ablata sunt/ faciat sine aliq̄ dāno vel dilatione restitui. Nā valde durū est res alienas cōtra rationē ecclesiā detinere. Jta ꝗ querimoniā pfate mulieris salubiter finire festina: vt nec nos exinde denuo molestiā patiamur: nec te aut ꝓ vl̄ desidiosū hec causa demōstret.

¶ Gregorius Andree epo Tarentino. De cōcubina ei⁹ et muliere de matriculis verberata. Capitulū. lxxxiij.

Epi. xliiij
Dis. xxxiij
Habuisse.

TRibunal iudicis eterni secur⁹ aspiciet: quis quis reatus sui cōscius/ digna eū modo penitentia placare contēdit. Habuisse te siquidē concubinā: manifesta veritate cōperimus. De qua etiā cōtraria est quibusdā nata suspitio. Sed quia in rebus ambiguis absolutū nō debet esse iudiciū: hoc conscientie tue arbitrio cōmittendū. Quia de re si in sacro ordine cōstitutū eius te permistione esse recolis maculatū: sacerdotij honore deposito/ ad administrandū nullo mō presumas accedere: sciturus in aīe tue periculū ministrare: et deo nostro sine dubio te reddere rationē: si huius sceleris cōscius: in eo quo es ordine celans veritatē permanere volueris. ¶ Unde iterū adhortamur vt si te deceptū antiqui hostis calliditate cognoscis/ cōpetētē cum dū licet penitentia superare festines: ne cū eo particeps (qđ non optamus) in die iudicij deputeris. Si vero [M] huius reatus tibi cōscius non es: in eo te necesse est quo es ordine permanere. Preterea q̄m mulierē de matriculis contra ordinē sacerdotij cedi crudeliter fustibus deputasti: quā licet post octo menses exinde minime arbitramur fuisse defunctā: tū quia ordinis tui habere noluisti respectū: propterea duobus te mensibus ab administratione missarū statuimus abstinere. Jn quibus ab officio tuo suspensum: flere te cōuenit quod fecisti. Nam valde dignū est vt postq̄ te ad vite istius tranquillā rectitudinem laudabiliū sacerdotū exempla non prouocant: saltem correptionis medicina compellat.

¶ Gregorius Joanni epo Callipolitano. De andrea epo et matricula verberata. Capitulum. lxxxiiij.

Epi. xlv.

EX gestis q̄ ad nos fraternitas tua direxit/ inuentū est Andream fratrem ⁊ coepm nostrum habuisse sine dubio concubinā. Sed qr incertū est si eā in sacro ordine cōstitutus cōtigerit: necesse est vt eū sollicite adhortatiōe cōmoneas: vt si positus i sacro ordine/ eā se nouit miscuisse: ab eo in quo est officio quiescat: ⁊ nullatenus administrare psumat. Qui si forte cōsci⁹ sibi hui⁹ rei: pctīn suū supprimēs/ administrare presumpserit: sic sue periculū diuino iudicio imminere cognos-

A fcat. ¶ Matriculã vero quam fecit fuftibus caftigari: quis exinde poft octo mẽfes obijffe nõ credimus: quia tñ eã contra propofiti fui ordinẽ hmõi fecit affligi: duobus hunc mẽfibus a miffarũ folennitate fufpẽde: vt vel hec eũ verecundia qualẽ fe de cetero poffit exhibere/inftruat. Preterea oblata nobis petitione/que tenetur in fubditis: clerici predicti epi multa fe mala ab eo fuftinere cõmemorant. Ob quã rem fraternitas tua fubtiliter cuncta curet addifcere: et ita eã rationabili modo emẽdare atq3 difponere: vt nulla eis pro hac re huc remeandi de cetero neceffitas imponatur.

¶ Gregorius clero ecclefie Salonitane. De honorato ad epifcopatũ eligendo. Capitulum.lxxxv.

Epl.xlvj. Dilectionis veftre fcripta relegẽtes: electionẽ vos in Honoratũ archidiaconẽ veftrũ feciffe didicimus. et oĩno nobis gratũ fuiffe cognofcite: q3 olim expertũ virũ/ et grauẽ moribus / ad cpatus ordinẽ elegiftis. Cuius etiã et nos perfonã/qr dudũ eft nobis bene cognita/cõprobamus: eũq3 vobis iuxta defideriũ veftrũ et nos ordinari volumus facerdotẽ. Pro qua re hortamur vos in eius electione fine aliqua ambiguitate pfiftere. Nec quedã vos res ab eius debet perfona deflectere: qr ficut ifta laudabilis nunc probatur electio: ita fi (qd abfit) dilectionẽ veftrã ab eo quifq3 deuiare fecuxerit/et anime veftre grauamẽ/et opinioni maculã infidelitatis iponet. Eos vero q ab electionis veftre

B vnitate incõfiderate difcordant: vt vobifcũ fentire poffint/ ab Antonio fubdiacono nro fecim⁹ admoneri. Cui etiã de perfona Malchi fratris et coepi noftri qd oporteat fieri/iampridẽ iniũximus. Sed qm et ipfi fcripfim⁹: credim⁹ eũ ab inquietudine vrã fine mora defiftere. Qui fi fortaffe obedire quocũq3 modo neglexerit: cõtumacia ei⁹ canonice vltionis diftrictiõe modis oĩb⁹ multabit.

¶ Gregorius Columbo epo Numidie. De facris ordinibus: et de confilio faciendo. Capitulũ.lxxxvi.

Epl.xlvij. Ante q3 fraternitatis tue fcripta fufciperẽ: bonũ te dei famulũ effe/nunciante veridica opinione cognoui. Et poftq3 fufcepi certũ fuiffe hoc quod fama dudũ afperferat: plenius intellexi: meritifq3 tuis valde cõgaudeo: q3 teftes vite laudabilis mores tuos et actus oftẽdis. Hec ergo qm fuperna tibi fenfio maieftate collata/gratulor: et deum creatorẽ noftrũ vtiq3 benedico: q fernis humilibus/nũc fue dona nõ denegat. Quis oc te verum fateor: qr fic me fraternitas tua ad amorẽ fuũ flãma charitatis accendit: ficq3 tibi vnit⁹ eft meus fpũs: vt et videre te cupiam/et tñ abfente corde femper attendã. Hec igitur ita effe ex te bene cõfideras. Nam profecto plus in charitate animorũ vnitas: q3 corporalis poteft venerari pñtia. ¶ Preterea tota te mẽte/toto corde/totaq3 aĩa apoftolice fedi inherere ac effe deuotũ et nũc fcio/et priufq3 epiftola tua hoc teftimoniũ perhiberet/manifefte cognoui. Premiffo ergo ex charitate falutationis alloquio/ adhortor vt corũ que beato

C Petro aplorũ principi promififti / memor effe non defi-

Cã.j.q.j. Pueri. nas. ¶ Itaq3 erga primatẽ fynodi tue efto follicit⁹/ vt pueri ad facros ordines nullatenus admittãtur: ne tanto periculofius cadãt/q3to citius cõfcendere ad altiora feftinãt. Nulla fit in ordinatione venalitas. potẽtia vel fupplicatio perfonarũ nihil aduerfus hec que prohibemus/obtineat. Nã procul dubio deus offẽditur/ fi ad facros ordines quifq3 non ex merito/ fed ex fauore (quod abfit) aut ex venalitate prouehit. Hec aũt fi fieri cognofcis/nõ taceas: fed inftãter obfifte: qm fi hec aut inueftigare fortaffe neglexeris: aut intellecta celaueris: non folũ illos qui hec agunt/pcti vinculũ alligabis: fed et te hauđ reũ non leuis ante deũ culpa refpiciet. Oportet ergo canonica vltiõe fi qd tale cõmittitur/coerceri: ne tñ facinus (cũ aliorũ perdõ parcitur) vires ex diffimulatione percipiat. Prefentiũ igitur portitorẽ Victorinũ fraternitatis tue diaconẽ/quẽ tuum reor imitatorẽ exiftere: et cũ charitate fufcepi: et ad remeandum citius relaxaui: per quẽ etiam claues beati Petri in quibus de catenis ipfius inclufum eft/tibi mei pro benedictione tranfmifi. Propterea de vnitate ac pace concilij (quod deo auctore cõgregare difponitis) charitas tua animos noftros fubtiliter omnia indicando letificet.

¶ Gregorius Adeodato epo primati puincie numidie. Vt nullus ad facros ordines pcio afcẽdat. Ca.lxxxvij.

D Qualiter erga nos fraternitatẽ veftram charitas dilectionis adftrinxerit: fcriptorũ veftrorũ feries eu ideter innotuit. Magnifq3 fomitẽ nobis cõtulere letitie/ q3 eã et benigna pietate cõpofitã/et deo placita dilectione feruere cognouim⁹. Vt igif breuiter dixim⁹/ita mentẽ veftrã epiftola quã direxiftis expofuit: vt auctor eius abeffe minime crederetur. Nec enim abfentes iudicãdi funt/quorũ anim⁹ ab alterutra charitate nõ difcrepat. Quis autẽ nec virtus: nec etas vos (ficut fcribitis) ad nos venire pmittat: vt de fraternitatis veftre corporali poffim⁹ gratulari pñtia: tñ qr animus nofter vobis/vefterq3 nobis vnitus eft/viciffim nobis per oĩa prefentes fumus/dum nos vnita p amorẽ mente cõfpicimus. Salutantes preterea fraternitatem veftram/cõgruo charitatis affectu hortamur: vt officiũ primatus (quod deo haberis auctore) tota intẽtione fic ftudeatis fagaciter exhibere: quatenus ad hunc vos ordinem perueniffe/et aĩe veftre proficiat: et alijs in futuro exemplũ bone imitatiõis exiftat. ¶ Eftote ergo precipue in ordinatione folliciti: et ad facros ordines afpira-

Cã.j.q.f. Eftote. re/nifi prouectiores etate/et mundos opere/nullatenus admittatis: ne forte femper effe defínant: quod immature effe feftinãt. Eorũ eni qui in facro funt ordine collocãdi/prius vitã morefq3 difcutite: et vt dignos huic officio adhibere poffitis: non vobis potentia / aut fupplicatio quarũlibet furrepat perfonarũ. Ante oĩa autem cautos

E vos effe oportet / vt nulla pueniat in ordinatione venalitas: ne (qd abfit) et ordinatis et ordinãtib⁹ periculũ malus iminéat. Si qñ igitur de his tractari neceffe eft: graues expertofq3 viros confilijs veftris adhibete participes: et cũ eis cõmuni de hoc deliberatione penfate. Pre oĩbus autẽ Columbũ fratrẽ et coepm noftrũ in cunctis adhibere vos cõuenit. Credimus eni q3 fi illa que agenda funt/cũ eius cõfilio feceritis: nullus in vobis qd quibufq3 modis redarguere poffit/inueniet: nobi fq3 ita gratũ effe/tanq3 fi cũ noftro cõfilio agantur/cognofcite: qm vita morefq3 illius ita in oĩb⁹ funt nobis approbati: vt electis liquido cõftet/ qr quod cum ei⁹ confenfu agitur: nullius culpe macula fufcetur. Prefentiũ vero lator victorinus fuprafcripti coepi noftri diaconus veftro₃ preco ita exftitit meritorũ: vt aíos noftros de veftra vehemẽter actiõe reficeret. Et oramus oĩpotentẽ dñm: vt bona que de vobis oretenus retulit: placita fibi plenĩ⁹ factat operatiõe clarefcere. Cõciliũ itaq3 qd cõgregare difponitis: dũ deo fuerit folatiãte peractũ: de ei⁹ nos vnitate atq3 cõcordia letificate/ac reddite per oĩa certiores.

¶ Gregorius Theodoro epifcopo Lilibitano. De paulo in penitentiã dato. Capitulum.lxxxviij.

Epl.xlix. Fraternitatis tue grata nobis olim follicitudo eft: qr ea que de facerdotũ vita cognofcis: et pfcrutari curas: et inueftigata remẽdias. Ut ergo in hac follicitudine quã in te laudam⁹/ poffis fine diminutione perfiftere: ftudiofus efto ac vigilã: et fi q3 illic a quibuflibet (quod abfit) exceffus ppetrari cognoueris: fiquidẽ tales funt qui emẽdari ibidem poffint: ra-

F tionabiliter emẽdẽtur: alioquin fratri noftro Maximiano epo fcriptis renũciare feftina: vt quid fiendũ fit/a vobis informatus agnofcat. Nulla igitur res ab inueftigatione prauo₃ actuũ vel infinuatione te reuocet. nã q3to vigilantiã tuam modo laudam⁹: tanto culpabilior inuenieris/fi hmõi actus qualibet diffimulatione celaueris. Paulũ pfteres quõdã epm in monafterio i quo eft/in penitẽtia volumus pmanere. Res aũt que apud eũ inuente funt/in cimiliarchio ecclefie tue feruari modis oĩb⁹ ftudebis. De quibus etiã fm rerũ inuentarũ paginam fcriptum te facere volumus: et in fcriniũ ecclefie tue trãfmittere. Sed clericis eius (fi tñ illic aliqui prefentes fint) a pari aliud facere de fufceptũ te pueniat: in q tua fraternitas fateat: qr de fufceptũ de eifdẽ reb⁹ in fcrinio nro emifera: q̃tẽn⁹ dũ neceffe fuerit/cõpetẽti pfone res oẽs poffint fine detrimẽto reftitui. De bonifacio vo quedã grauis ad nos accufatio puenit. cui⁹ fcelera volum⁹: vt fi vera fint: fraternitas tua cũ loci fuatore pñtis examinet.

¶ Gregorius Maximiano epifcopo Syracufano ꝛc. De geftis fanctorum per Italiam. Capitulum.lxxxix.

Epl.l. Fratres mei q mecũ familiariter viuunt/omnimodo me cõpellũt aliqua de miraculis patrũ que in Italia facta audiuim⁹/fub breui-

G

tate scribere. Ad quam rem solatio vestre charitatis vehemẽter indigeo: vt ea que vobis in memoriã redeunt/ queq́ꝫ cognouisse vos contigit/ mihi breuiter indicetis. De dño enim Monoso abbate qui iuxta dñm Anastasiũ de pentumis fuit: aliqua retulisse te memini/ q̃ obliuioni mãdaui. Et hoc igitur/ et si qua sunt talia/ tuis peto epistolis imprimi: et mihi sub celeritate transmitti: si tamẽ ad me ipse non properas.

Gregorius Prisco patritio orientis. De humilitate tenenda in prosperis ꝛ aduersis. Capitulum. xc.

Epl. ij.

Si vite istius cursum veraciter attẽdamus/ nihil in eo firmũ: nihil inuenim⁹ stabile: sed quẽadmodũ viator modo per plana/ modo p aspera graditur: sic nobis vtiq́ꝫ in hac vita manẽtibus nunc prosperitas: nũc occurrit aduersitas. Deniq́ꝫ alternis sibi succedunt tẽporibus/ ꝛ mutua se vice cõfundunt. Dũ igitur omnia in hoc mundo mutabilitatis ordo confundit: nec eleuari prosperis: nec frangi debemus aduersis. Tota ergo mente ad illũ nos cõuenit anhelare/ vbi quicquid est/ firmũ permanet: vbi non mutatur aduersitate prosperitas. In hac ergo vita miro dei oĩpotentis moderamine idcirco agit/ vt vel prosperitatẽ aduersitas: vel aduersitatẽ prosperitas subsequatur: quatenus ꝛ humiliati discamus quicquid deliquimus flere: et iterum exaltati/ aduersitatis memoriam/ quasi humilitatis anchorã in mente teneam⁹. Non hoc ergo creatoris nostri ira est deputanda/ sed gratia: per quã discimus vt eius

D

dona tanto seruemus verius/ quãto humilius tenemus. Quia igitur perfectam vos dñorum gratiã auctore omnipotente deo reparasse cognouimus: magna pro vobis exultatione gaudemus: optãtes vt vitã vestram rerum omniũ gubernator et bonis sẽp presentibus fulciat: et ad gaudia perpetua extendat. Hoc vobis ideo loquor/ quia multũ vos diligo: atq́ꝫ me a vobis diligi scio. Sed hoc qđ me diligitis/ in latorem presentiũ Sabinianum diaconum demonstrate: vt vbi visus exegerit: vestra patrocinia consequatur. Vir autem gloriosus Castus pre collaudum vestrarũ/ in romanis partibus existit. quem vestre excellentie paterna dilectione commendo.

Gregorius Joanni episcopo Constantinopolitano. De Joanne presbytero: et de monachis Jsaurie cesis. Capitulum. xci.

Epl. iij.

Quãuis cause consideratio me mouet ad scribẽdum: tamen ꝛ charitas impellit: quia et semel et his sanctissimo fratri meo domino Joãni scripsi: sed non eius epistolas recepi. Alter enim mihi secularis quidã sub eius noĩe loquebatur. que si epistole eius fuerint: ego vigilãs non fui/ qui lõge de eo aliter credidi q̃ inueni. De causa enĩ reuerẽtissimi viri Joannis presbyteri scripserã/ atq́ꝫ de questionibus monachorũ Jsaurie: quorũ vnus ꝛ in sacerdotio positus/ in ecclesia vestra fustibus cesus est: ꝛ rescripsit mihi (sicut ex nomine epistole agnosco) sanctissima fraternitas tua: quia nesciuerit de qua causa scriberem. Ad quod scriptum vehementer obstupui: mecũ tacitus voluens: si verũ dicit: quid esse deterius potest: q̃ vt agantur talia contra seruos dei: ꝛ ipse nesciat qui presto est? Que enĩ potest esse pastoris excusatio: si lup⁹ oues comedit: ꝛ pastor nescit? Si autem sciuit sanctitas vestra et de qua causa scripserim: et quid vel contra Joannẽ presbyterum/ vel contra Anastasiũ Jsaurie monachũ atq́ꝫ presbyterũ gestum sit: et mihi scripsit contra hoc/ ego nescio: quid respondeã?

I

Sapi. j.

qñ per scripturã suam veritas dicit. Os quod mẽtitur/ occidit animã. Requiro frater sanctissime/ illa tãta abstinentia ad hoc puenit: vt fratri suo ea que nouit gesta/ negando velit abscõdere? Nunquid non melius fuerat illud os carnes ad vescendũ ingredi: q̃ de eo falsum sermonẽ ad illudendũ proximũ exire? precipue cũ veritas

Mat. xv.

dicat: Nõ quod intrat in os/ coinquinat hoiem: sed que exeunt de corde/ illa sunt que coinquinãt hominẽ. Sed absit hoc: vt ego de sanctissimo corde vestro tale aliquid credã. Ille epistole vestro nomine prenotate sunt: sed vestras eas fuisse non arbitror. Ego beatissimo viro domino Joanni scripseram: sed credo q̃ mihi familiaris vester ille iuuẽculus rescripsit: qui adhuc de deo nihil didicit: qui viscera charitatis nescit: qui in celestibus rebus ab omnib⁹ accusatur: qui insidiari quotidie diuersorũ mortibus per occulta testamenta/ nec dñm metuit:

nec hoies erubescit. Mihi crede frater sanctissime: si zelum charitatis perfecte habes/ ipsum prius corrige: vt ex his qui vobis vicini sunt/ etiã ij qui vicini non sunt/ exemplo melius emendẽtur. Illius linguã noli recipere: illis ad consiliũ vestre sanctitatis debet dirigi: nõ autem sanctitas vestra ad verba illius inflecti. Si enĩ illũ audit: scio quia pacẽ cũ suis fratribus habere non poterit. Ego enĩ attestante mihi conscientia fateor: quia cũ nullo hoie habere scandalũ volo: et quantũ valeo virtute declino. Et q̃uis cum oĩbus hominibus pacẽ habere summopere cupiã/ vobiscũ precipue: quos vehemẽter amo: si tamen ipsi quos noui/ vos estis. Nam si canones non custoditis/ et maiorũ vultis statuta cõuellere: nõ cognosco q̃ estis. Age ẽ frater sctissime atq́ꝫ charissime: vt nos iuicẽ recognoscam⁹: ne si ãtiqu⁹ hostis duos p scandalum mouerit: per nequissimã victoriã multos necet. Ego enĩ vt aperte indicẽ quia per elationẽ nil querorũ ille iuuẽculus de quo prelocut⁹ sum/ apud fraternitatẽ tuã culmen prauę actionis minime teneret: ipsa etiã que mihi de canonibus suppetũt: interim tacere potuissem: et ab ipso initio venientes ad me personas ad eam fiducialiter transmisissem: sciens q̃ eas sanctitas tua cũ charitate susciperet: sed iam nũc dico/ aut easdem personas in suis ordinibus suscipe/ eisq́ꝫ quietem prebe: aut si hoc fortasse nolueris/ omni mihi altercatione postposita/ de eorum causa statuta maiorũ et canonũ terminos custodi. Si vero neutrũ feceris/ nos quidẽ rixam inferre nolumus: sed tñ venientẽ a vobis nõ deuitamus. Quid autẽ de epis qui verberib⁹ timeri volũt/ canones dicãt: bene vestra fraternitas nouit. Pastores etenim facti sumus/ non percussores. Et egregius predicator dicit: Argue/ obsecra/ increpa cũ omni patiẽtia et doctrina. Noua vero atq́ꝫ inaudita est ista predicatio: que verberib⁹ exigit fidẽ. Sed de his multa i epistolis loqui nõ debeo quia dilectissimũ filiũ meũ Sabinianũ diaconẽ pro responsis ecclesiasticis faciẽdis: ad dñorũ vestigia trãsmisi: qui vobiscũ cuncta subtilius loquetur. Si nobiscũ litigare nõ vultis: paratũ cũ ad oĩa que iusta sunt inuenietis. Quẽ vestre beatitudini cõmendo: vt saltẽ ipse dñm illũ Joannẽ inueniat/ quẽ ego in vrbe regia sciui olim.

K

L

Parte. j. dist. xlv. Quid aũt. ij. tim. iiij.

Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De Agathone episcopo. Capitulum. xcij.

Epl. iiij.

Dudũ in Agathonẽ quõdam episcopũ/ iuxta qualitatẽ excessuum districtione est canonica vindicatũ: necesse est hũanitatis intuitu/ quẽadmodũ sustentari possit/ disponere. Propterea fraternitas tua ad Liparitanã ecclesiam/ in qua supradictus Agatho sacerdotis gessit officiũ/ festinet dirigere/ eiq́ꝫ ad presens exinde quinquaginta solidos qui eius possint proficere victũ/ trãsmittat. Nam nimis est impium/ si alimẽtorũ necessitati post vindictam subiaceat.

Gregorius Joanni episcopo Rauennati. De illicita vsurpatione pallij. Capitulum. xciij.

M

Epl. iiiij.

Non multũ temporis interuallũ est q̃ quedam nobis de tua fraternitate fuerãt nunciata: de quibus vobis veniẽte illuc Castorio notario sctẽ (cui deo auctore presidem⁹) ecclesie/ subtiliter nos indicasse meminimus. Peruenerat nãq́ꝫ ad nos quedã in ecclesia vestra contra cõsuetudinis atq́ꝫ humilitatis tramitẽ geri: que sola (vt bene nostis) est officij sacerdotalis erectio. Que si sapientia vestra mansuete/ vel cum episcopali suscepisset studio/ non de illis accendi debuerat: sed oportuerat te hec eadem cũ gratiarũ actiõe corrigere. Contra morẽ quippe ecclesiasticũ est si nõ patientissime toleratur (quod nobis absit) etiã iniusta correctio. Mota autem nimis est vestra fraternitas/ atq́ꝫ cũ tumore cordis/ quasi satisfaciẽs/ scripsit nobis pallio te nõ nisi post dimissos de secretario filios ecclesie/ ꝛ missarum tẽpore/ atq́ꝫ i letanijs vti. solẽnibus verbis aliqđ te vsurpasse contra generalis ecclesie cõsuetudinẽ apertissima veritate ꝓfessus. Quomodo enim fieri potest/ vt illud cineris atq́ꝫ cilicij tempore per plateas inter populorum strepit⁹ agas licite/ quod te agere in ꝯuentu paucorũ nobiliũ/ ꝛ in secretario ecclesie velut illicitũ excusasti? Illud tamẽ frater charissime tibi nõ putamus ignotum: quod pene de nullo metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditũ/ extra missarũ tempus vsum sibi pallij vendicasse. Et q̃ bene hanc consuetudinem

Parte. j. dis. c. cõtra

A generalis ecclesie noueritis: vestris nobis manifestissime significastis epistolis: quibus preceptū beate memorie decessoris nostri Joannis pape nobis in subditis transmissis asseritis: continens/ oēs consuetudines ex priuilegio predecessorū nostrorū concessas/ vobis/ ecclesieq́ vestre debere seruari. Confitemini igitur aliā esse generalis ecclesie cōsuetudinē/ postq̄ ea que vos geritis: vobis ex priuilegio vēdicatis. Nulla ergo vobis in hac re (vt arbitramur) poterit remanere dubietas. Aut enim mos omniū metropolitanorū etiā a tua est fraternitate seruandus: aut si tue ecclesie aliquid specialiter dicis esse concessum/ preceptum vel a prioribus romane vrbis pōtificibus: q hec Rauēnati ecclesie sunt concessa/ a vobis oportet ostendi. Nā si hoc non ostēditur: restat/ postq̄ talia agere neq̄ cōsuetudine generali: neq̄ priuilegio vendicas: vt vsurpasse te comprobes quod fecisti. Et quid dicturi sumus futuro iudici frater charissime: si illud quod graue iugū atq̄ vinculū ceruicis nostre non dico pro ecclesia/ sed pro quadam seculari nobis dignitate defendimus/ grauari nos iudicantes/ si tanto pondere vel paruū tēporis spatio careamus? Decorari pallio volumus: forsan moribus indecori: dum nihil in episcopali ceruice splendidius fulget q̄ humilitas. Oportet igitur fraternitatē tuam si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposito mente defendere: aut generalitatis vsum ex non scripto sequi: aut ex scriptis priuilegijs se tueri. Uel si postremo nihil horū est/ alijs B metropolitanis huius reprehendere volumus presumptionis exemplū. Sed ne forte putes: nos hec vobis scribentes: que pro fraterna sunt charitate neglexisse: scitote in nostro scrinio de priuilegio ecclesie tue subtiliter perquisitum. Et quidē quedam inuenta sunt que oīno possint fraternitatis tue intentionibus obuiare: nihil autem in quo de huiuscemodi capitulis pars vestre possit ecclesie roborari. Nam et de ipsa cōsuetudine tue quā opponis ecclesie/ que vobis olim/ vt a partibus vestris probaretur/ scripsimus: iam nos satis sollicitudinem gessisse cognoscite: inquirentes filios nostros Petrū diaconem/ atq̄ Gaudiosum primicerium: necnō et Michaeliū defensorē sedis nostre vel alios: qui pro diuersis responsis rauennā a nostris decessoribus sunt transmissi: et hec te in presentia sua egisse districtissime negauerūt. Apparet igitur secreto non potuisse geri/ nisi quod vsurpabatur illicite. Unde quod latēter subintroductū est/ nulla debet stabilitate persistere. Que ergo superflue a te vel a tuis decessoribus sunt presumpta: cū charitatis intuitu: atq̄ cū fraterne stude benignitate corrigere. Nullatenus nō dico per te: sed per aliorū vel decessorū tuorū normā ab humilitatis tenēs regula deuiare. Ut enim ea que superi⁹ dixi/ breuiter colligam: admoneo quaten⁹ nisi decessorū meorū munificētia tibi hec p priuilegiū attributa docueris: vt in plateis palliū vlterius ferre nō presumas: ne nō habere et ad missas incipias/ quod audacter C et in plateis vsurpas. De secretario autē quod fraternitas tua resedisse cū pallio/ et filios ecclesie suscepisse/ et fecit ex excusauit: nunc interim nihil querimur: quia synodorum sententiā sequentes/ minores culpas que negantur/ vlcisci recusamus. Hoc tamen quia semel et iterum sit factū cognouimus: sed fieri vlterius prohibem⁹. Fraternitas autē tua sit oīno sollicita: ne hoc quod presumptioni inchoanti adhuc ceditur/ in proficiente deterius vindicetur. Conquesti preterea estis q quidā de sacerdotali ordine Rauēnatis ciuitatis peccatis imminētibus grauibus sint criminibus inuoluti. Quorū causam vel illic te discutere volumus: vel huc eos (si tamen probationū difficultas pro locorū longinquitate nō impedit) ad hec ipsa discernēda trāsmittere. Qui si vel ad tuū iudiciū: vel ad nos/ maiorū fulti patrocinio (quod nos credimus) venire despexerint: et in obiectis sibi capitulis cōtumaciter respōdere nequiuerint: volumus vt eis post secundā et tertiā admonitionē tuam ministeriū sacri interdicas officij: atq̄ nobis de contumacia eorū scriptis tuis renūcies: vt deliberemus quēadmodū actus eorū debeas subtiliter perscrutari: atq̄ fm diffinitiones canonicas emēdare. Cognoscat igitur fraternitas tua de cā hac nos plenissime absolutos: et eorū vobis causas ipsas cōmisimus perquirendas: atq̄ oīa peccata eorum si inulta venerint: et omne pondus discussionis huius in tue anime redundare periculū: sciens nullam dilectionē vestrā D excusationē apud futurū iudicem habiturā/ si non excessus cleri tui cū summa canonici rigoris seueritate correxeris: et hos quibus hec fuerint approbata/ sacros vlterius ordines temerare pmiseris. ¶ Illud autē quod pro vtendis a clero vestro mappulis scripsistis: a nostris est clericis fortiter obuiatū: dicentibus nulli hoc vnq̄ alij cuilibet ecclesie concessum fuisse: nec Rauēnates clericos illic: vel i romana ciuitate tale aliquid cū sua conscientia presumpsisse. Nec si tentatū esset ex furtiua vsurpatione sibi p̄iudiciū generari. Sed etiā si in qualibet ecclesia hoc presumptū fuerit: asserūt emēdandū quod non concessione Romani pontificis: sed sola surreptione presumitur. Sed nos seruātes honorem fraternitatis tue: licet contra volūtatem antedicti cleri nostri: tamen primis diaconib⁹ vestris/ quos nobis quidā testificati sunt etiā ante eis vsos fuisse: in obsequio dumtaxat tuo mappulis vti permittimus: alio autē tempore vel alias personas hoc agere vehemētissime prohibem⁹.

Parte.i. dist.xciij. Illud autē

¶ Gregorius Cypriano diacono. De cosma multis debitis obligato. Capitulum.xciiij.

Epl'a.lv.

Cosmas ex varijs periculorū necessitatib⁹ multis se dicit debitis obligatū: ita vt pro eis a creditoribus suis/ suos dicat filios detineri. Que res si ita est: nos omnino cōmouet. Ob hoc hortamur dilectionē tuā: vt quia de rebus pauperū dandis agitur: causam eius cū summa subtilitate perquiras: et si inueneris eū predictis debitis veraciter inuolutū/ vt non sit E substantia vnde possit hec ipse persoluere: predictos creditores eius adeas: et propter recolligendos filios eius/ quanta cognoueris quātitate cōponas. Et quia (sicut dictum est) non habet vnde restituat: de rebus pauperū ex presenti nostra auctoritate persolue: sciens quicquid illic te prouidente datum fuerit: patrimonij nostri pensionibus esse reputandum.

¶ Gregorius Secundino episcopo. De auferendo baptisterio in monasterio monachorū. Capitulū.xcv.

Epl.lvj.

Pridē precepimus vt de monasterio sancti andree/ quod est super mascatas/ baptisteriū propter monachorū insolētias debuisset auferri: atq̄ in eodē loco quo fontes sunt/ altare fundari. Cui⁹ rei perfectio hactenus est protracta. Admonem⁹ igitur fraternitatē tuam/ vt nullā iam morā post susceptas presentes litteras nostras inferere debeas: sed repleto loco ipsorū fontiū/ altare ad sacra celebranda mysteria illic sine aliqua dilatione fundetur: quatenus et predictis monachis opus dei securius liceat celebrare: et non de negligentia vestra/ contra fraternitatem tuam noster animus excitetur.

¶ Gregorius Italice patricie. De rebus pauperū cum mansuetudine disponendis. Capitulū.xcvi.

Epl.lvij.

Suscepimus plenas dulcedine litteras vestras atq̄ incolumitatis excellentie vestre nos letificauit auditus. Circa quas tanta est nostre mētis sinceritas: vt nihil in earum tranquillitate simultatis reconditū: patern⁹ nos suspicari permittat affect⁹. F Sed omnipotens deus faciat: vt sicut de vobis nos bona sentimus: ita mens vestra nobis bona respōdeat: et dulcedinē quam verbis impenditis/ exhibeatis operibus. Nihil enim potest gloriosissima sanitas et pulchritudo in superficie corporis: si vulnus anime latet intrinsecus. Atq̄ illa magis cauēda est discordia: cui satellitiū pax prebet exterior. Illud vero quod epistolis predictis reuocare in memoriā nostram excellentia vestra studiose contendit: scriptū vobis sciat nihil cum scandalo: nihil cū forali strepitu vobiscū nos velle de causis pauperum definire. Hoc nos et scripsisse meminimus: et scimus nos metipsos iungere dño a causarū litigijs ecclesiastica moderatione cōpescere: atq̄ fm apostolicū illū sensum/ rapinā bonorū nostrorū cum gaudio sustinere. ¶ Sed illud scire vos volumus/ taciturnitatē atq̄ patientiā nostrā futuris post me pontificibus in rebus pauperū preiudiciū non facturā. Unde et nos explētes supra memoratā promissionē vestrā: iam de causis ipsis p̄uidimus reticendū: nec in his in q̄bus minus agi benigne cognouimus: desideram⁹ nos p nosmetipsos immiscere negocijs. Sed ne forte ex his conijciatis/ gl'iosa filia/ ea que ad concordiā pertinēt: adhuc nos oīno renuere: filio nos

G stro Cypriano diacono venienti ad Sicilie partes/indi
ximus:vt si quid de his salubriter/et sine peccato anime
vestre ordinare disponit/ex nostra auctoritate vobiscū
definiat:et nos nō amplius illis vexemur negocijs:quo:
rum cū mansuetudine est dispensandus effectus. Deus
autē oipotēs qui ea que oino impossibilia sunt/ad possi:
bilitatē bene nouit inflectere:ille vobis aspiret ꝛ causas
vestras cum pacis intentione disponere:et pro mercede
anime vestre/de rebus eis cōpetentibus huius ecclesie
consulere pauperibus.

¶ Gregorius fortunato epō neapolitano. De monaste:
rio gratiose abbatisse consecrando. Capitulum.xcvij.

Epl.lviij. R Eligiosis desiderijs sine difficultate prestari
decet effectum. Atq̃ ideo Gratiosa abbatissa
vna cū congregatione sua/oblata petitione q̃
tenetur in subditis:postulauit q̃ patricie recordatiōis
Rustica per vltimū volūtatis sue arbitriū in ciuitate nea
politana:in domo propria:in regione Herculēsi:in vico
in quo Lāpadius monasteriū ancillarū dei cōstitui se:
peliret: in quo prefatam Gratiosam abbatissam preesse
disposuit:simulq̃ ꝛ oratorium extruxisse dinoscitur:cui
et pro voto suo quattuor vncias totius substātie sue di:
misisse suggessit:quodq̃ in honorem beate Marie sem:
per virginis genitricisq̃ dei:et domini nostri Jesu chri
sti desiderauit consecrari.Et ideo frater charissime pre:
senti preceptione dilectionē tuam ducimus adhortan:
dam:vt inspecto primitus testamento:si iure subsistit:et
H easdem quattuor vncias verissime eidē monasterio col:
latas esse compereris:ad predictū locū cum postulaue:
rint:ingrauāter accedas:venerande solemnia dedicatio
nis impendens:vt quotiens necesse fuerit/a presbyteris
ecclesie in suprascripto loco deseruientibus celebrentur
sacrificia veneranda missarum:ita vt in eodem monaste
rio neq̃ fraternitas tua/neq̃ presbyteri preter diligen:
tiam discipline/aliquid molestiarū inferāt. Aut si quid
pro diuersorū deuotione cōmoditatis accesserit:siue au:
rum/siue argentū/siue prediū/siue vestimentū omnibus
modis constructio prefata possideat/ancillis dei in eo:
dem loco deseruientibus debeat proficere:quicquid of:
ferri ibidem contigerit.

¶ Gregorius Euticio episcopo Tandarino. De culto:
ribus idolorum conuertendis. Capitulum.xcviij.

Epl.lix. S Cripta fraternitatis tue benenato ecclesie tue
clerico deferente suscepi:gratiasq̃ omnipoten:
ti deo retuli/q̃ in causis sic et ijs que ad deū
pertinent/te occupatum esse cognouimus. Scripsisti si:
quidem nobis quosdam idolorū cultores/atq̃ anglorū
dogmatis/in ijs in quibus constitutus es partibus in:
uenisse:de quib⁹ plures asseruisti esse conuersos:aliquos
autē potentū nomine atq̃ locorū se qualitate defendere.
I Auxiliantes igitur bonis tue charitatis operibus/viro
glorioso pretori Sicilie nostra scripta trāsmisim⁹:qua:
tenus iuuante domino/qua potest tibi virtute concur:
rat:vt quod laudabiliter acceptū est/valeat salubriter
adimpleri. Oportet ergo fraternitatē tuam maximā in
hoc sollicitudinē gerere. Uere enī episcopalē vitam se:
queris:si per zelum linguāq̃ tuam:hos qui a fidei veri:
tate dissentiunt/in ecclesie vnitatem reduxeris.

¶ Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Quo:
modo in ecclesia sua conuersari debeat. Capitulū.xcix.

Epl.lx. S Cripta tue charitatis accepimus/quibus no:
bis īdicasti deo ꝓpitio te bene a filijs tuis nea
politanis ciuibus esse susceptū. De quibus oi:
potēti deo gratias retulim⁹. Oportet ergo affectui eorū
te tuis moribus compensare:malos coercere:bonis te
discrete atq̃ benignissime relaxare:ad sequendas eos
meliores partes frequentius admonere:quatenus et il
li paternos in te mores inuenisse se gaudeāt:et tu credi:
tam tibi regiminis causam cooperante domino studio:
sius exequaris.

¶ Gregorius Mauricio Augusto. De lege eius iniusta
vt milites in monasterio nō suscipiatur. Capitulū.c.

Epl.lxj. O Mnipotenti deo reus est/qui serenissimis dn̄is
in omne quod agit et loquitur/purus non est.
Ego aūt indignus pietatis vestre famulus/in
hac suggestione neq̃ vt epūs/neq̃ vt seruus iure reipu:
blice/sed iure priuato loquor:quia serenissime dn̄e/ex il
lo iam tempore dn̄s meus fuisti:quando adhuc dn̄s om

nium non eras. Longino viro clarissimo stratore venie: K
te dominorū legem suscepi:ad quā fatigatus tunc egri:
tudine corporis/respondere nil valui. In qua dn̄or pie
tas sanxit/vt quisquis publicis administrationib⁹ fue:
rit implicatus:ei ad ecclesiasticū officium venire non li
ceat. Quod valde laudaui:euidētissime sciens/quia qui
secularem habitū deserens/ad ecclesiastica officia veni
re festinat:mutare vult seculū:non relinquere. Quod ve:
ro in eadem lege dicitur/vt ei in monasterio cōuerti nō
liceat:dino mirat⁹ sum:dū ꝛ rationes eius possint ꝑ mo:
nasterium fieri:ꝛ agi potest vt ab eo loco in quo suscipit:
eius quoq̃ debita soluātur. Nam ꝛ si quisq̃ deuota men
te conuerti voluisset:prius res male ablatas redderet:ꝛ
de sua anima tanto verius/quāto expeditior cogitaret.
In qua lege subiunctū est/vt nulli qui in manu signat⁹
est/conuerti liceat. ¶ Quā cōstitutionē ego (fateor do:
minis meis) vehementer expaui:quia per eam celorum
via multis clauditur:ꝛ qd̄ nunc usq̃ licuit/ne liceat pro:
hibetur. Multi enim sunt qui possunt religiosam vitam
etiā cum seculari habitu ducere. Et plerique sunt qui nisi
oīa reliquerint:saluari apud deum nullatenus possunt.
Ego vero hec dn̄is meis loquens:quid sum nisi puluis
et vermis? Sed tamen quia cōtra auctorē omniū deum
hanc intendere cōstitutionē sentio:dn̄is tacere non pos:
sum. Ad hoc enī potestas sup omnes homines dn̄orum
meorū pietati celitus data est:vt qui bona appetunt/ad
iuuētur:vt celorū via largius pateat:vt terrestre regnū
celesti regno famuletur. Et ecce aperta voce dicitur:vt
ei qui semel in terrena militia signat⁹ fuerit:nisi aut ex: L
pleta militia:aut pro debilitate corporis repulsus:dn̄o
nostro Jesu christo militare non liceat. ¶ Ad hec ecce
per me seruū vltimū suum et vestrū respōdebit christus
dicens: Ego te de notario comitē excubitorū:de comite
excubitorū cesarē:de Cesare imperatorē:nec solum hoc/
sed etiam patrē imperatorū feci. Sacerdotes meos tue
manui commisi/ꝛ tu a meo seruitio milites tuos subtra
his? Responde rogo piissime dn̄e seruo tuo:quid venie
ti ꝛ hec dicenti responsurus es in iudicio dn̄o tuo? Sed
fortasse creditur/quia nullus eorum puro animo cōuer
tatur. Ego indignus famulus vester scio:quāti his die:
bus meis in monasterio milites conuersi miracula fece:
runt:signa et virtutes operati sunt. Sed per hanc legem
iam ne quisq̃ talium cōuerti valeat:prohibetur. Re qui
rat rogo dn̄s meus quis prior imperatorū talem legem
dederit/et subtilius estimet si debuit dari. Et quidem
cōsiderandum valde est:quia eo iam tempore prohiben
tur quiq̃ relinquere seculum:quo appropinquauit finis
ipse seculorū. ¶ Ecce enī mora non erit/et ardēte celo/
ardente terra/coruscātibus elemētis/cum angelis et ar
changelis/cum thronis ꝛ dn̄ationibus/cum principati
bus ꝛ potestatibus tremendus iudex apparebit. Si om
nia petā dimiserit/et solam hāc legē cōtra se direxit esse
prolatā:que rogo erit excusatio? Unde per eundem tre: M
mendū iudicē deprecor/ne ille tante lachryme/tāte ora:
tiones/tanta ieiunia:tanteq̃ elemosyne dn̄i mei ex qua
libet occasione apud oipotentis dei oculos fuscent:sed
aut temperando pietas vestra/aut immutando vigorē
eiusdem legis inflectat:quia tūc magis dominorū exer:
citus contra hostes crescit:quādo dei exercitus ad ora:
tionē creuerit. Ego quidē iussioni subiectus/eādem le:
gem per diuersas terrarū partes transmitti feci:et quia
lex ipsa omnipotēti deo minime concordet:ecce per sug:
gestionis mee paginā serenissimis dn̄is nunciaui. Utro:
biq̃ ergo que debui exsolui:qui ꝛ imperatori obediētiā
prebui:et pro deo quod sensi minime tacui.

¶ Gregorius Domitiano Metropolitano. De diabolo
corruptore sic:ꝛ sicilimitis iniuste occisis. Capitu.cj.

Epl.lxij. S Cripta dulcissime et suauissime beatitudinis
vestre suscipiēs/valde gauisus sum:quia mul:
ta mihi de sacra scriptura loquebantur. Et q̃
delectas in eis epulas reperi/eas auide comedi. In qui
bus quedam quoq̃ de causis exterioribus ꝛ necessarijs
sunt permixta. Et quasi mensi cōuiuiū preperātes cgi:
stis:vt oblate epule ex diuersitate melius placerent. Et
si quidē exteriores cause/velut inferiores ꝛ abiecti cibi
minus sapiunt:ita tamen a vobis prudenter dicte sunt:
vt libenter sumantur:quia et cibi contēptibiles plerūq̃
dulces ex cōdimento bene coquētis fiunt. Seruata au:

B

tem veritate historie: hoc quod dudū de diuina significatione dixerā/respui nullo modo debuit. Nam etsi mihi (quoniā ita vultis) significatio eius non congruit: ex ipsis tamen locis suis circunstantibus/hoc quod ex ea dictū est/sufficienter teneri potest. ¶ Nam ⁊ corruptor eius princeps terre dicitur: per quē aperte diabolus designatur: quia redemptor noster ait: Nūc princeps huius mūdi eijcietur foras. Qui etiam vxorē petit: quia malignus videlicet spūs festinat: vt liciter possideat animā/ quā prius occulta seductione corruperit. Unde Jacob filij vehemēter irati contra omnē Sichem domū eiusq; patriā gladios sumunt: quia a cunctis zelū habentibus ipsi quoq; insequendi sunt: qui maligni spūs adiutores fiunt. Quibus prius circuncisionē precipiunt: quos in dolore positos postmodū occidunt: Quia plerūq; magistri seueriores si zelum suū moderari nesciunt: quia per predicationē vitia corruptionis resecent/cum iam a delinquētibus plangitur: quod fuerat perpetratū: adhuc tamen ipsi per asperitatē discipline seuiunt/et duriores existunt. ¶ Qui enim iam et preputia absciderant/ mori minime debebant: quia qui culpā plangunt luxurie/⁊ voluptatē carnis in dolorē vertunt: a magistris sentire non debēt asperitatē discipline: ne ipse humani generis redemptor minus amet/si pro eo anima plusq; debet atteritur. Unde et eisdē filijs Jacob dicit: Turbastis me/et odiosum fecistis cananeis. Quando enim et hoc quod iam delinquētes plangunt: adhuc magistri crudeliter insequuntur: infirme menti ipse redēptoris sui amor tepescit: quia ibi se affligi considerat/ vbi sibi et ipsa nō parcit. Hec igitur dixerim: vt intellectū quē protuli/nō esse improbabilē ex locis circunstantibus demonstrarē.

Joan. xij.

Genes. xxxiiij.

D

Ea vero que ex eodē loco a vestra sanctitate in meā consolationē dicta sunt/libenter accipio: quia in intellectu sacre scripture respui non debet quicquid sane fidei non resistit. Sicut enī ex vno auro alij murenas: alij anulos: alij dextralia ad ornamentū faciunt: ita ex vna scripture scientia expositores quiq; per innumeros intellectus quasi varia ornamenta componūt: que tamen oīa ad decorē celestis sponse proficiūt. ¶ Ualde autē gaudeo: q; dulcissima beatitudo vestra etiā causis secularibus occupata/ ad intellectū sacri eloquij vigilanter ingenium reducit. Sic quippe necesse est vt si illa omnimodo cauere non possint: ista non omnimodo postponātur. Sed per omnipotentē dñm rogo: vt mihi in tantis tribulationū fluctibus laboranti: tende orationis manū: vt ex vestra intercessione ad summa releuer: q culparū mearū pōdere ad profundū premor. Imperatorē vero persarum etsi non fuisse conuersum doleo: vos tamen ei christianā fidē predicasse omnimodo exulto: quia etsi ille ad lucē venire non meruit: vestra tamē sanctitas predicationis sue premiū habebit. Nam et ethiops in balneū niger intrat/ ⁊ niger egreditur: sed tamē balneator nūmos accipit. De Mauricio autē bene dixistis vt in actione eius ab vmbra staturam cognoscam: id est/ in minimis maiora perpēdam. In hoc tamen ei credimus: quia eius vobis animam sacramenta et obsides ligant.

C

¶ Gregorius Nat. ⁊c. De causa Joannis episcopi ⁊ presbyterorum eius. Capitulum.cij.

Epl.lxiij.

Multa mihi dulcissima charitas vestra per epistolas suas in bone operationis laudibus est locuta: ad que omnia breuiter ego respōdeo. Nolite me vocare noemi. i. pulchrā: sed vocate me mara: id est amarā: quia amaritudie plen⁹ sum. De causa vero presbyterorum: que cum fratre meo/ et coepiscopo viro reuerentissimo Joanne patriarcha agitur: ipsum puto aduersariū patimur: que asseris velle canones custodire. Charitati autē tue breuiter fateor: quia omni virtute et omni pondere: eandem causam (auxiliante oipotente deo) exigere parat⁹ sum. In qua si videro sedis apostolice canones non seruari: dabit oipotens deus quid contra contemptores eius faciā. Quod autem charitas vestra scripsit mihi: vt filio meo dño Theodoro archiatro et expresecto pro vobis gratias agerem/ feci: et quantū potui/vos cōmendare minime cessaui. Peto autē mihi ignoscas: q; epistolis tuis sub breuitate respōdeo: quia tantis tribulationibus premor/vt mihi neq; legere/ neq; per epistolas multa loqui liceat. Hoc solū tibi breuiter dico: quia oblitus sum manducare panem meum: a voce gemitus mei. Omnes qui vobiscum sunt/mea pero vice salutari. Dōne Dñice salutes meas dicite. Cui minime respondi: quia cum sit latina/grece mihi scripsit.

Ruth.j.

D

¶ Gregorius Theodoro medico ⁊c. De iniusta lege Imperatoris: ne miles conuertatur. Caplm.ciij.

Epl.lxiiij.

Quanta bona oipotentis dei ⁊ serenissimi dñi mei Imperatoris habeā/lingua mea nō sufficit explere. Pro quibus bonis quid est meū retribuere: nisi eorū vestigia pure amare? Peccatis autem meis facientibus: ex quorū suggestione vel consilio nescio an vestro/trāsacto anno talē in republica sua legē protulit: vt quisquis est pure amat/flere vehementer debeat. Ad quā legē tunc respondere non potui: quia egrotus fui. Modo autē eidē dño aliqua suggessi. Precepit enī vt nullus qui actionē publicam egit/ nullus qui officio vel manu signatus/vel inter milites fuit habitus/ei in monasterio cōuerti liceat: nisi forte si militia eius fuerit expleta. Quā legem primū (sicut ij dicūt qui leges veteres nouerunt) Julianus protulit: de quo scimus omnes quātum deo aduersus fuerit. Quod si ideo serenissimus dñs noster fecit/quia forte multi milites conuertebantur/⁊ exercitus decrescebat: nunquid per virtutem militū subiugauit ei oipotens deus imperiū persarum? Nunquid non sole lachryme illius audite sunt: et eo ordine quē ipse nesciuit/ eius imperio persarū regnū subdidit? Ualde autē mihi durū videtur/vt ab eius seruitio milites suos phibeat: qui ei ⁊ omnia tribuit/⁊ dñari eum/non solū militibus/ sed etiā sacerdotibus cōcessit. Nunquid si intentio est seruandarū rerum/non poterāt ex ipsis monasteria que milites suscepissent/ aliena res reddere: atq; ad cōuersionē homines tantūmodo habere? Hec q; mihi valde dolent/eidem dño suggessi. Sed vestra gloria opportuno tēpore secrete suggestionē meā ei offerat. Nolo eam a responsali meo publice dari: q; vos qui ei familiarius seruitis/loqui ei liberi⁹ et apertius potestis: que pro ei⁹ sunt oīa: quoniā in multis est occupatus/⁊ vix animus eius inuenitur a curis maioribus vacuus. Tu quidē gloriose fili pro christo loquere. Si auditus fueris/lucrum est anime predicti dñi tui ⁊ tue. Si vero auditus non fueris/lucrum solūmodo tue fecisti.

B

¶ Gregorius Theotimo medico. De illo quod scriptū est. Erat illis cor vnum et anima vna. Caplm.ciiij.

Epl.lxv.

Fuerunt quidā veteres philosophorū: qui in duobus corporibus vnā esse animā dicerent: non affectus iungentes duos: sed vnā in duobus anime substantiam partientes. At cōtra nos esse in duorū mentibus vnam animā dicimus: non diuidendo substantiā: sed corda iungendo. Nam de illis primis fidelibus scriptū est: Erat in eis cor vnum et anima vna. Quod ego sic in actibus apostolorū lego: vt in me ⁊ dño Theotimo recognoscā: quia sic vnanimis mecum est/ vt presens corpore/nunq; mihi defuerit: ⁊ absens corpore/ semper per spiritū presens fiat. Ago autem omnipotēti deo gratias: qui charitatis sue gratiā mentis vestre visceribus infundit: et deprecor: vt magis magisq; in vobis dona sua augeat/et hic bona nobis presentia/⁊ in futuro seculo gaudia eterna concedat. Filium meū Sabinianum diaconum venientē charitati vestre cōmendo: petēs vt eo amore quo me diligitis: etiā nostros ametis.

Act.iiij.

F

¶ Expliciunt epistole Indictionis vndecime.

¶ Sequitur Liber Tertius.

¶ Epistole ex Registro beati Gregorij pape. Mense Septembri. Indictione.xij.

¶ Gregorius Constantio epo Mediolanen. Congratulatur q; bene receptus sit a suis. Capitulū primū.

Epla.j.

Scripta fraternitatis vestre suscipiens/ magnas oipotenti deo grās retuli: q; ordinationis vestre meruit celebratione releuari. Ex vero ex superno munere ⁊ electionē vestrā concorditer oīm cōuenit assensus: hoc fraternitas tua cū summa debet cōsideratione pensare: q; post deū valde est debitrix eis: qui sibi vos preferri tam subdita mēte voluerūt. Decet igit vos sacerdotali benignitate eorū moribus in oībus respōdere: eorūq; necessitatib⁹ pia cōpassiōe succurrere. Si quos

G rū fortasse sunt vitia/hec maturis obiurgationib⁹ incre pate: vt ipsa quoq; sacerdotalis idignatio virtute sit ad mixta dulcedinis: quatin⁹ et tunc a subiectis amari de: beat: etiā cū grauiter timet. Que res psonā vestrā apud eorū iudiciū in magnā quoq; reuerētiam adducit: qꝛ si: cut preceps furor vitatus q; despicitur: ita cōtra culpas discreta indignatio plerūq; quo tarda fuerit/eo ampli⁹ sit timenda. Joānes vero subdiaconus noster multa no bis bona tue fraternitatis rediens nunciauit. De quib⁹ omnipotentē dñm petimus: vt hec que cepit/ipse perfi: ciat: quatenus te interius exteriusq; profecisse/et nunc inter homines/et post inter angelos ostendat. Preterea palliū ad sacra missarū solēnia vtendum ex more trans: misimus. Sed peto vt dum hoc suscipitis/eius honorē ac gentium ex humilitate vendicemus.

Gregorius Cōstantio epo Mediolanēsi. De trib⁹ ca pitulis/et Theodelinda regina. De epis a cōione ei⁹ se: paratis: et Agone rege longobardorum. Capitulū.ij.

Epi.ij. Dilectissimus filius meus Bonifacius Diaco nus quiddā mihi ex scripto fraternitatis tue secreto nunciauit: qꝛ exquisita occasione poti⁹ ꝙ inuēta/tres se epi a fraternitatis vestre cōmunione se parauerint: dicentes vos in damnationē trium capitu: lorum consensisse/atq; cautionē fecisse. Et quidē si quid de tribus capitulis in quocūq; vel verbo vel scripto no: minatū est/bene fraternitas tua reminiscitur: quis de: cessor fraternitatis tue Laurenti⁹ districtissimā cautio nem sedi aplice remiserit: in qua viri nobilissimi/ex legi H timo numero subscripserunt. Inter quos ego quoq; tūc Urbanā preturā gerens/pariter subscripsi: quia postꝙ talis scissura pro nulla re facta est: iustum fuit/vt sedes aplica curā gereret: quatenus vnitatē vniuersalis eccle sie in sacerdotū mentibus per oīa custodiret. Quo au: tem dicit filiā nostrā Theodelindā reginā sese a cōione tua hoc audito nuncio suspendisse: cōstat per omnia/qꝛ etsi prauorū hominū verbis ad paululū seducta est: ve: nientibus tñ Hyppolito notario/et Joāne abbate/erit modis oībus vestre fraternitatis cōmunionē quesitura. Cui etiā meas epistolas direxi: quas fraternitas vestra sine dilatione transmittat. De epis vero qui se suspende re nisi sunt: aliam epistolā feci: quam cum eis ostendi fe ceritis: eos non ambigo de superstitione sue suphie apud fraternitatē tuā penitētiā acturos. Subtiliter autē mi: hi e breuiter indicastis/vel de Agone rege/vel de frāco: rum regibus que gesta sunt. Peto: vt vestra fraternitas que adhuc recognouerit/mihi modis oībus innotescat Si autem videritis: quia cum patritio nihil facit Ago longobardorum rex: de nobis ei promittite: quia parat⁹ sum in causa eius impendere: si ipse vtiliter aliquid cum republica voluerit ordinare.

Gregorius Constātio epo Mediolanēsi. De epis ab eo diuisis: et synodo chalcedonensi. Capitulum.iij.

I Epi.iij. Peruenit ad nos ꝙ quidā epi vestre diocesis ex quirentes occasionē potius ꝙ inuenientes/ sese scindere a fraternitatis vestre vnitate tē: tauerint: dicentes te apud Romanā vrbē in triū capitu lorū damnationē/cautionē fecisse. Qd videlicet idcirco dicunt: qꝛ quātum fraternitati tue etiam sine cautione credere soleam/nesciūt. Si eni hoc esset necessariū fieri/ verbis nudis vobis credi potuisset. Ego tamē nomina: ta inter nos neq; verbo/neq; scripto tria capitula reco: lo. Sed eis si citius reuertūtur/de suo errore parcendū i.Timo.i. est: quia iuxta Pauli apostoli vocem: Non intelligunt neq; que loquuntur: neq; de quibus affirmant. Nos enim auctore veritate/teste conscientia/fatemur nos fi: dem sancte Chalcedonēsis synodi per omnia illibatam custodire: nihilq; ei⁹ definitioni addere: nihilq; subtra: here audere. Sed si quis contra eam/eiusdemq; synodi fidem/siue plus minusue ad sapiendū appetit vsurpare: eum omni dilatione postposita/anathematizamus: atq; a sinu matris ecclesie alienum esse decernimus. Quē igi tur ista mea confessio nō sanat: nō iam Chalcedonēsem synodū diligit: sed matris ecclesie sinum odit. Si ergo ea ipsa que audere visi sunt/zelo loqui anime presumpse runt: superest vt hac satisfactione suscepta/ad fraterni tatis tue vnitatem redeant: seq; a corpore christi (quod est sancta vniuersalis ecclesia) non diuidant.

Gregorius Theodelinde regine Lōgobardorū. De synodo Chalcedonensi: et Constātio epo. Capitulū.iiij.

K Epi.iiij. Quorūdam ad nos relatione peruenit/ab ali quibus epis gloriā vestrā vsq; ad hoc scāda: lū contra sanctā ecclesiā fuisse perductā: vt se se a catholice vnanimitatis cōione suspenderet. Quod quantū vos pure diligimus: tantū de vobis fortius do: lemus: quia vos imperitis/stultisq; hoībus credētes: q non solū ea que loquūtur nesciunt: sed vix ea percipere que audierint possunt. Dicunt enim pie memorie Justi: niani tēporibus aliqua contra chalcedonensem synodū fuisse constituta: qui dū neq; legunt/neq; legētibus cre: dunt: in ipso errore manent: quē sibi de nobis ipsi finxe: runt. Nos enim teste consciētia/fatemur de fide eiusdē sancti Chalcedonēsis cōcilij nihil motum/nihil esse vio latū: sed quicquid predicti Justiniani tēporibus actū est: ita actum est vt fides Chalcedonēsis concilij in nul lo vexaretur. Si quis autē contra eiusdē synodi fidē ali quid loqui presumit vel sapere: nos eius sensum sub ana thematis interpositione detestamur. Cū ergo integrita: tem nostrā ex consciētie vestre attestatione cognoscitis: superest vt vos nunꝙ a catholice ecclesie cōmunione se: paretis: ne tot vestre lachryme/tantaq; bona opera pe: reant/si a fide vera inueniuntur aliena. Decet ergo glo: riam vestrā ad reuerentissimū fratrē e coepm meū Con: stantiū: cuius et fides/et vita bene olim mihi approba: ta est/sub omni celeritate transmittere: eiq; directis ve: stris epistolis indicare/ordinationē eius ꝙ benigne su: L sceperitis. Et quia ab ei⁹ ecclesie cōione in nullo separa: mini: quis in hac re me vobis superflue dicere arbitror: qꝛ et si quid in vestro animo dubietatis fuit: venientes fi lio meo Joanne abbate atq; Hyppolito notario ex cor: de vestro arbitror fuisse sublatum.

Gregorius Bonifacio Episcopo regio etc. De corre: ctione clerici eius. Capitulū.v.

Epi.v. Contumelia siquidē sacerdotū est/de diuinis cultibus admoneri. Quod eni ipsi debent exi: gere/turpiter exiguntur. Tamen ne (quod nō estimamus) in aliquo fraternitas tua ea que ad opus dei pertinent negligat: de hoc ipso specialiter te pẽuidi mus adhortandū. Admonemus itaq; vt nullatenus cle rus Regitane ciuitatis in causis quas eorū possit offi: cium: fraternitatis tue remissione laxetur. Sed in iis q ad deum pertinent/instantissime atq; studiosissime com pellantur. Opinionē quoq; predicti cleri tui studere te volumus: vt nihil de iis prauum/nihil quod contra ecclesiasticā disciplinā pertinet/audiatur. Ad ornatum quippe eius non ad feditatē actuū eorū pertinere debet Dis.xxxij. Subdiaconibus. officiū. Subdiaconibus vero tuis hoc quod de sicu: lis statuimus: decernimus obseruari. Nec illam defini: tionem nostrā cuiusꝙ sinas contumacia aut temeritate corrumpi: quatenus dum predicta omnia per te fuerint conseruata districtissime: nec admonitionis nostre (si cut et credimus) trāsgressor existas: nec in quolibet reꝗ M te remissionis accuset pastoralis tibi cōmissus ordo re: giminis.

Gregorius Cypriano diacono nostro/et rectori Si cilie. De Petronilla conuersa: et Agnello corruptore eius. Capitulum.vj.

Epi.vj. Ca.xix.q.iij.perlatū Perlatū est ad nos Petronillā nomie de pro: uincia Lucania genitā p exhortationē agnel li episcopi fuisse conuersam: resq; suas oēs quas habere potuit/licet sibi iure potuissent cōpetere: tamē eidē mo: nasterio quod ingressa est/etiā specialiter donatiōis ti: tulo cōtulisse. Morientēq; predictū epm dimidiā partē substantie sue agnello cuidam filio suo/qui notarius no stre esse fertur ecclesie: atq; dimidiā eidē monasterio re: liquisse. Sed cū propter irruentē Italie cladē ad Si ciliā refugissent: dicitur eam sepe notatus Agnellus cor rupisse ei⁹ moribus stupiasse: atq; sentiens grauidā/de monasterio seduxisse: resq; eius omnes tam proprias ꝙ eas quas de parte patris ipsius habere poterat/abstulis se: ac post perpetratū tantum facinus in sui eam dolo iu re defendere. Hortamur igitur dilectionē tuā vt predi: ctum virū vel antefatā feminā sub districta ad te facias executione perduci: causamq; ipsam sm̄ sui meritū sum ma subtilitatis examinatione perquiras. Et si ita inuene ris vt nobis nunciatū est: negociū tot iniquitatibus in: quinatū: cum summe pergatiōis seueritate determina:

A quatenus et anteftatum virũ: qui neq; ſuũ / neq; illius attendit habitũ: ⁊ tãtorũ cauſa fuit ſcelerũ / vitio diſtricta preueniat: ⁊ illa prius precedẽte vindicta: atq; in monaſterium ſub penitẽtia redacta: oẽs res que de ſepe dicto loco ablate fuerant: cũ omnibus illic ſuis fructibus atq; acceſſionibus reuertantur.

¶ Gregorius Genadio patritio ⁊ exarcho Aphrice. De peruerſo conſilio numidie. Capitulum.vij.

Epla.vij. Satis credim⁹ religioſam excellentie veſtre mẽtem aduerſus ea maxime que in eccleſijs gerũtur incongrua / diuini auctoris emulatiõe ſuccendi. Tãto igitur eccleſiaſticarũ correptionẽ cauſarũ vobis libenter ingerimus: quãto de pia veſtre mẽtis intentione confidimus. Cognoſcat ſi quidẽ excellentia veſtra quibuſdã de aphricanis partib⁹ venientib⁹ ad nos fuiſſe periatũ / plura in concilio numidie cõtra patrũ tramitem atq; canonũ ſtatuta cõmitti. Quarũ rerũ frequẽtes querelas: q; diutius tolerare nullatenus potuimus: Columbo fratri et coepiſcopo noſtro / de cuius grauitate ipſa eius que percrebuit dubitare iam nos non permittit opinio: cõmiſimus perquirẽdas. ¶ Quãobrẽ paterno ſalutantes affectu hortamur excellentiam veſtram: vt in cũctis que ad eccleſiaſticam correptionẽ pertinẽt: veſtri robur ei ſubrogetis auxilij: ne ſi quod male geritur / queſitum vel vindicatũ non fuerit: longorum vſurpatione temporũ cum maiori licẽtia in futuris creſcat exceſſibus. Scito autẽ excellẽtiſſime fili ſi victorias queritis:
B ſi de cõmiſſe vobis prouincie ſecuritate tractatis: nihil vobis magis aliud ad hoc proficere / q; zelari ſacerdotũ vitas: et inteſtina eccleſiarum quantum poſſibile eſt: bella compeſcere.

¶ Gregorius Januario epiſcopo caralitano Sardinie. De Theodoſia religioſa / et monaſterio conſtruendo. Capitulum.viij.

Epla.viij. Theodoſia religioſa femina in cõſtruẽdo monaſterio voluntatem Stephani quondã viri ſui complere deſiderans: petijt a nobis vt ad fraternitatem tuam noſtras trãſmitteremus epiſtolas: quibus per cõmendationem noſtrã tuũ facilius mereretur auxilium. Aſſerit ſiquidẽ hoc a ſuo coniuge conſtitutum / vt in predio quod appellatur piſcenas / quod ad xenodochi Thome quondã epiſcopi iura peruenit: monaſterium cõſtrui debuiſſet. Quia igitur in alienis hoc fundare rebus licet poſſeſſor permitteret: ei non tamẽ videtur cũ ratione refugere: petitionẽ eius preuidimus annuendã. i. vt in domo iuris ſui: quã Caralis aſſerit ſe habere: ancillarũ dei monaſteriũ debeat dño adiuuãte cõſtruere. Sed q; predictã domũ ſuam dicit ab hoſpitib⁹ atq; ſuperuenientibus onerari: hortamur fraternitatẽ tuam vt ſtudeas eis in cũctis concurrere: deuotioniq; ei⁹ tue prebeas tuitionis auxiliũ: vt mercedis defuncti atq; ei⁹
C ſtudij tuus te cõcurſus faciat ⁊ ſollicitudo participem. Reliquias vero quas ibidẽ poſtulat collocandas / volumus vt a fraternitate tua ſub debita veneratiõe cõdant.

¶ Gregorius Januario epiſcopo Caralitano. De monaſterijs ancillarũ dei. Et de concilio epiſcoporũ: et de epiſcopis: ſeruis ⁊ ancillis iudeorum. Et q; epiſcopi baptizatos infantes bis in frontibus ſignare non debeant: ſed preſbyteri ſemel in pectore ⁊ poſtea epiſcopi ſemel in fronte. Capitulum.ix.

Epla.ix. Satis quidẽ te ipſe paſtoralis zelus inſtigare debuerat: vt gregem quẽ ſuſceperas: etiã ſine noſtro ſolatio ſalubriter ac prouide tuereris: ⁊ a calliditate inimicorũ ſurreptionibus cũ diligẽti circũſpectione ſeruares. Sed q; charitatẽ tuã pro ſue infirmitatis augmento: noſtre quoq; pagina auctoritatis indigere comperimus: neceſſarium nobis fuit titubantes animos tuos ad religioſi vigoris ſtudiũ / fraterne dilectionis exhortatione firmare. Peruenit ſi quidẽ ad nos minus te monaſterijs ancillarũ dei in ſardinia ſitis / tuitionis impẽdere: et cũ diſpoſitũ a tuis pudenter fuiſſet deceſſoribus: vt quidã de clero probati viri curam gerẽtes earũ ſe neceſſitatibus adhiberent: nunc ita funditus eſt neglectũ: vt per publicas perſonas / pro tributis / aliiſq; muneribus ipſe per ſe principaliter deo dedicate femine cõpellantur ſubire: neceſſitatemq; habeant pro ſupplẽdis fiſcalibus / per villas / prediaq; diſcurrere: atq; virilibus incõpetenter ſe miſcere negocijs. ¶ Quod malũ fraternitas tua facili correptione remoueat: vt vnum probatũ
D virum vita moribuſq;: cuius etas atq; locus nihil de ſe praue ſuſpitionis obijciat / ſollicite deputet: qui ſic monaſterijs ipſis cũ dei timore poſſit aſſiſtere: quatenus vlterius eis pro quibuſlibet cauſis priuatis vel publicis extra venerabilia loca contra regulam vagari non liceat: ſed quicquid pro his agendũ eſt: per eũ quem deputaueris / rationabiliter peragatur. Ipſe vero referentes deo laudes / atq; coercentes ſemetipſas / in monaſterijs ſuis nullam occaſionẽ vlterius fidelium mentibus praue ſuſpitionis iniĳciãt. ¶ Si qua autẽ earũ vel p anteriorẽ n. Cã.xxvij. q.j. Si q. contiam: vel per impunitatis pœnã conſuetudinẽ ad lapſum adulterij deducta eſt: aut in ſtupri fuerit perducta voraginem: hanc poſt competẽtis ſeueritatem vindicte / in aliud diſtrictius virginum monaſterium in penitentiam redigi volumus: vt illic orationibus atq; ieiunijs vacet: ⁊ ſibi penitẽdo pficiat: ⁊ metuendũ ceteris arctioris diſcipline preſtet exemplũ. Is autẽ qui cũ huiuſmodi feminis in aliqua fuerit iniquitate repert⁹ / cõmunione priuetur / ſi laicus eſt: ſi vero clericus: a ſuo quoq; remotus officio / pro ſuis continue lugendis exceſſibus in monaſterium detrudatur. Epiſcoporũ etiam cõcilia ſicut iam tue mos dicitur fuiſſe prouincie / ſicq; ſanctorũ canonũ auctoritate precipitur: bis in anno celebrare te volumus: vt ſi quis inter eos a ſui forma ppoſiti actionis atq; moꝝ qualitate diſcordat: ſociali poſſit fratrum
E increpatione redargui: et pro ſecuritate cõmiſſi gregis / animarũq; ſtatu / paterna valeat circũſpectiõe tractari. ¶ Peruenit etiam ad nos / ſeruos ancillaſq; iudeorũ / fidei cauſa ad eccleſiam refugientes: aut infidelibus reſtitui oẽs: aut coꝝ / ne reſtituãtur / precium dari. Hortamur igitur vt nullatenus tam prauam cõſuetudinẽ manere permittas: ſed ſi quilibet ſeruus Judeorum ad venerabilia loca cõfugerit: cauſa fidei nullatenus eum patiamini preiudiciũ ſuſtinere. Sed ſiue olim chriſtianus: ſiue nũc fuerit baptizatus: ſine vllo pauperũ damno / religioſo eccleſiaſtice pietatis patrocinio / in libertatẽ modis omnib⁹ defendat. ¶ Preſbyteri baptizatos infantes ſignare bis in fronte criſmate nõ preſumãt. Sed preſbyteri baptizatos tangãt in pectore: vt epiſcopi poſtmodum tangere debeant in fronte. De cõſec. diſtin.iiij. Preſbyteri. Pro fundãdis etiã monaſterijs: que a diuerſis iuſſa ſunt conſtrui: ſi iniuſta perſpicis hec ab his quib⁹ iudicta ſunt / excuſatione differri: ſolerter ſm q; leges precipiunt / admonere te volum⁹ / Cã.xvj.q.j. Admonere. ne pie viuorũ aut defunctorũ voluntates tua (quod abſit) remiſſione ceſſentur. ¶ De monaſterio autẽ quod in domo ſua cõſtruẽdũ quondã Petrus aſſeritur precepiſſe / preuidimus: vt fraternitas tua ſubtiliter requirat relictorũ illic redditũ quãtitatẽ. Et ſi quidẽ modus habetur ſubſtantie / recollectis omnib⁹ q̃ de rebus ipſis imminute dicitur eſſe vel diſperſa: cũ omni ſtudio hoc ſine aliqua dilatiõe fundetur. Sin autẽ vel minus idonea vel dãnoſa facultas eſt / omnib⁹ (vt edictũ eſt) ſubtiliter
F inquiſitis / nobis renũciare te volumus: vt ſciam⁹ quid deliberare iuuante dño de eius cõſtructione poſſimus. Fraternitas igit̃ tua ita in cũctis predictis capitulis ſe ſolerter impẽdat: vt nec noſtre admonitionis ſeriem inuenia tur fuiſſe tranſgreſſa / nec diuini reo iudicij / de minori zelo paſtoralis exiſtat officij.

¶ Gregorius Januario epiſcopo Caralitano. De monaſterio conſtruendo. Capitulum.x.

Epla.x. Nos quidẽ arbitramur q; ad imminentiam expletionis piarũ rerũ / ipſe te tu⁹ ſatis ordo cõpellat. Sed ne zelum tuũ cuiuſlibet interuẽt⁹ remiſſionis emolliat / de his etiã te ſpecialiter iudicauimus exhortandũ. Peruenit ſiquidẽ ad nos Stephanũ veſtrũ de hac luce migrantẽ / ſupreme voluntatis eloquio monaſteriũ precepiſſe fundari. Cui⁹ deſideriũ a Theodoſia honeſta femina / herede eius / fertur q; hactenus dilatione ptrahitur. Quãobrem hortamur fraternitatem tuam: vt in extremũ de predicta cauſa ſtudium geras: atq; antenominatã feminam cõmoneas: quatenus intra annale ſpatium monaſteriũ (vt iuſſum eſt) debeat ordinare: ⁊ cuncta ſm defuncti voluntatẽ ſine altercatione conſtruere. Quod ſi intra predicti tẽporis metã aliqua pficere negligẽtia vel calliditate diſtulerit / vt ſiue in loco eo quo cõſtitutũ fuerat: ſeu certe ibi nõ poterit ⁊ alibi placet ordinari: ⁊ dilatione interueniẽte negligitur / tũc vo

G

lumus vt fraternitati tue edificetur studio: ordinatisq; omnibus/res atq; redditus (qui relicti sunt) per te loco ipsi venerabili sine imminutione aliqua socient. Sic enim et ante tremendũ iudicem tuã sententiam remissionis effugies: et scḋm piissimas leges/dilatas defunctorũ pias voluntates episcopali supplebis studio.

❡ Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De redditibus ecclesiarũ. Et nullum clericorũ in monasterijs abbatẽ esse debere. Iuuenculas fieri abbatissas vehementissime prohibet. Nullam virginem nisi sexagenariam velandam. Capitulum .xi.

Epla. xi.

OLim quidẽ fraternitati tue nr̃a fuerat auctoritate commissum/vt si que in Sicilia exciderẽt ecclesie ceterisq; venerabilib⁹ locis/vel incõgrue gererent/nostra vice corrigeres. Sed qꝛ post hec de quibusdam neglectis hactenus capitulis ad nos querela peruenit: rursus ad eorũ correptionẽ tuam fraternitatẽ specialiter preuidimus excitandã. ❡ Cognouim⁹ nãq; de redditibus ecclesiarũ nouiter acquisitis canonicam dispositionẽ quartarũ minime prouenire: sed episcopos locorũ tantũmodo distribuere quartã antiquorũ redditũum: nũc vero quesita suis vsibus retinere. Quam rem prauam/subintroductãq; consuetudinẽ fraternitas tua viuaciter emẽdare festinet: vt siue de preteritis redditibus/siue de ijs que obuenient quarte/scḋm distributionẽ canonicã dispensẽt. Incõgruũ nãq; est vnã eãdẽq; ecclesie substãtiam duplici quodãmodo iure censeri. i. vsurpationis et canonũ. ❡ Presbyteros/diaconos/ceterosq; cuiuslibet ordinis clericos: qui i ecclesijs militãt: abbates fieri p monasteria nõ permittas: sed aut admissa clericatus militia/monasticis nõ promoueant ordinibus: aut si in abbatis loco permanere decreuerit/clericatus nullaten⁹ permittãtur habere militiã. Satis enim incõgruũ est: si cũ vnũ ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere: ad vtrũq; iudicet idoneus: sicq; inuicem et ecclesiasticus ordo vite monachice/et ecclesiasticis vtilitatib⁹ regula monachat⁹ impediatur. ❡ Illud quoq; charitatẽ tuã cõmonere curauim⁹: vt si quispiam episcoporũ de hac luce migrauerit: vel (qḋ absit) pro suis fuerit remotus excessibus/conuenientibus hierarchicis et cũctisq; cleri prioribus/atq; in sui presentia inuentarium ecclesie rerum facientib⁹: omnia que reperta fuerint/subtiliter describãtur: ne (sicut antea fieri dicebatur) species quedam aut aliud quodlibet de rebus ecclesie: quasi pro faciendi inuẽtarij labore tollant. Sic nãq; ea que ad munitionem pauperum facultatis pertinent/desideramus expleri: vt nulla penitus in rebus eorum ambitiosis hominibus venalitatis relinquatur occasio. Visitatores ecclesiarũ/clericiq; eorũ qui cũ ipsis per nõ suę ciuitatis parochias fatigãtur: aliquod laboris sui capiant te disponẽte subsidium. Iustum nãq; est vt illic consequãtur stipendium: quo pro tẽpore suum cõmodare reperiunt obsequiũ. ❡ Iuuenculas abbatissas fieri vehemẽtissime prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua/nisi sexagenariam virginem: cuius etas hoc atq; mores exegerint/velari permittat: quaten⁹ tã prioribus/q̃ presenti capitulo tue districtionis instantia domino adiuuante correctis: et diu dissolutum rerum venerabilium statum canonicis nexibus religare festines: et diuina negocia non per incõgruas voluntates hominũ/sed competenti possint districtione disponi.

Cã. xij. q. ii. Cognouimus.

Cã. xvi. q. j. Presbyteros.

D

Cã. xij. q. ij. Charitatẽ tuã. et al. economie.

Cã. xx. q. i. Iuuenculas.

I

❡ Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De vxore cuiusdam ablata/et alteri data. Capitulum .xij.

Epla. xij.

TAnta nobis subinde mala que agũtur in ista prouincia/nũciãtur: vt peccatis facientibus (quod auertat omnipotẽs deus) celeriter eã perituram credamus. Presentiũ nãq; portitor veniens lachrymabiliter quest⁹ est: ante plurimos annos ab homine nescio quo: de possessiõe messanensis ecclesie/defontibus se suscepisse: et violẽter diuersis persuasionib⁹ puellã ipsius iunctam: ex qua iuuenculos filios iam habere se asseruit: et nũc violenter huic deiunctam abstulisse dicitur: atq; cuidam alij venũdedisse. Quod si verũ est: q̃ sit inauditũ/atq; crudele malũ: tua bñ dilectio pspicit. Ideoq; admonemus vt hoc tãtum nephas sub ea viuacitate quã te in causis pijs habere certissime scimus: requiras atq; discutias. Et si ita vt supradictus portitor insinuauit/esse cognoueris/nõ solum qḋ malefactũ est/ ad statum pristinum reuocare curabis: sed et vindictam que deum possit placare/exhibere modis omnibus festinabis. Episcopum vero qui homines suos talia agẽtes corrigere negligit atq; emẽdare/vehemẽter aggredere: proponẽs qꝛ si denuo talis ad nos de quoq; qui ad eum pertinet/querela peruenerit: non in eũ qui excesserit: sed in ipsum canonice vindicta procedet.

K

❡ Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De adeodati presbyteri iniusta expulsione. Capitulum .xiij.

Epi. xiij.

Cã. vij. q. j. Presentium.

PResentiũ latoris Adeodati querelam qui se a sui presbyteratus loco incongrue dicit expulsum: licet subdite tibi textus petitiõis explanet/tamẽ paulo latius iudicauim⁹ apertiusq; retexendã. Asserit nãq; a Quintiano fratre et coepiscopo nostro in loco suo pro quibusdã se suis ordinandis negocijs relaxatum: egritudinisq; causa per duorũ mensium spatium sue se ecclesie defuisse: cuius rei occasionẽ captãtem predictum fratrẽ nostrũ/alium loco ei⁹ illic presbyterũ ordinasse. Hortamur igit̃ fraternitatẽ tuã vt causam eius sollicite perquiras/districteq; discutias. Et si manifeste egritudinis (sicut dicitur) causa/ecclesie sue eũ defuisse reperis/nullam ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas preiudicium generari. Sed i locũ suum sine aliqua eũ fac dubietate restitui. Sin autẽ aliter se res habere dicitur: q̃ porrecta ab eo cõtinere videt̃ suggestio: causam eiusdẽ canonice legitimeq; perquirens quicq̃d tibi scḋm deum visum fuerit: iuuãte domino/ita stude decernere/vt nulla de hac re questio ad nos vlterius referatur. Illud aũt charitatẽ tuam specialiter admonemus: vt si vera fuerit hui⁹ suggestio: atq; in suũ fuerit ordinẽ restitutus/de presbytero qui in loco eius ordinatus est/subtiliter districteq; debeas esse sollicitus. Et si quidẽ sine datione aliqua ad eundem ordinẽ venit: vt in simoniacam heresim non potuisset incidere: in alia quelicũq; vacante ecclesia/eum volumus ordinari. Sin autẽ in eo quippiam (quod auertat dñs) fuerit tale repertum/ipso etiam presbyteratus priuetur ordine: quem nõ causa replende necessitatis ecclesie/sed sola comprobatur ambitione sumpsisse.

L

❡ Gregorius Maximiano episcopo Syracusano. De felice diacono. Capitulum .xiiij.

Epi. xiiij.

PResentium lator Felix diaconus/cũ nullatenus in hereticorũ dogma lapsus sit/nec a catholica fide discesserit: prauis illectus aduersus constantinopolitanã synodum suspicionibus/ab hystricorum se separatione remouerat. Qui cũ Romã venisset/recepta a nobis (iuuãte dño) ratiõe/excessum suũ recepta dñici corporis et sanguinis cõmunione correxit. Quia ergo (vt dictũ est) non in heresim incidit, sed a sacris generalis ecclesie mysterijs quasi recte studio intentionis errauit: imbecillitati eius atq; necessitatibus cõsulẽtes: maximeq; sustẽtationi ei⁹: pietatis intuitu prouidentes: in tua ecclesia Syracusana eũ preuidimus cardinandum: siue vt officium diaconatus expleat: seu certe vt sola eiusdẽ officij pro sustẽtanda paupertate sua cõmoda consequatur/in tue fraternitatis volum⁹ hoc pendere iudicio. Quod hortamur vt tua fraternitas implere festinet. Commendantes etiam personam eius: quatenus nullis eũ patiaris molestijs aut necessitatibus sublacere: ne vel nostre commendationis inueniaris tramitem neglexisse: vel minus exhibuisse q̃ tuus exigit ordo pauperibus: quia et nos ei annuũ quid de nostra ecclesia dari fecimus: vt eiusdem operis quod te hortamur exhibere/participes esse possimus.

M

❡ Gregorius Cypriano diacono rectori Sicilie. De ministerijs ecclesiarum per Siciliam recolligendis. Capitulum .xv.

Epi. xv.

PEruenit ad nos diuersos Italie sacerdotes Siciliam confugiẽtes/plurima secũ ecclesiarum suarũ ministeria detulisse: eaq; sine defunctis eis/siue male dispẽsãtibus/ppe oĩa deperijsse. Quas in re mori hortamur dilectionẽ tuã: quatenus transmittẽs per omnia Sicilie loca/sicubi vasa sacra/resq; ecclesiarum positas incaute reperteris/ea cum summa districtione recolligi facias: atq; adunatas sub notitia testiũ suscipias: susceptasq; apud singulos episcopos ecclesiarum depones: apud quos vsq̃dũ pacis tẽpus expoposcerit/iuuante dño debeant tutissime cõseruari. Omnib

A autem rerum ipsarum nō solum desuscepta eos qui eas tradunt percipere volumus: sed etiam e te notitias earum subtiliter retineri: vt dū necesse fuerit/ex hac cautela (iuuante domino) possint ab ijs quibus traduntur/sine imminutione restitui.

¶ Gregorius vniuersis episcopis per Dalmatiam. Ut nulli in salonitana ecclesia manus sine sua permissione imponant: & de Maximi presumptione. Capitulum.xvi.

Epla.xvi. Oportuerat quidē fraternitatē vestrā diuini respectu iudicij/clausis carnalibus oculis/ nihil quod ad deum pertinet: a recta mētis intentione omittere: nec cuiuslibet hominis faciē rectitudini iustitie pponere. Sed postq̄ mores vestri ita sunt secularibus traducti negocijs/vt obliuiscētes omnem sacerdotalis in vobis honoris tramitē: cunctisq̄ superni metus intuitū: non quid deo sed quid vobis placeat studeatis explere: necesse habuim⁹ hec ad vos districtiora specialiter scripta transmittere: quibus ex beati Petri principis apostolorū auctoritate precipimus/vt nulli penitus extra cōsensum permissionemq̄ nostram/ quātum ad episcopatus ordinationē pertinet/ in Salonitana ciuitate manus presumatis imponere: nec quēq̄ in ciuitate ipsa aliter q̄ diximus ordinare. Quod si contra hec quippiam vel spōte vestra vel a quolibet coacti presumpseritis vel temptaueritis agere/ decernimus vos a dominici corporis & sanguinis participatiōe priuatos: quatenus ex eadem vobis ipsa attrectatione vestra/ vel voluntate trans-

B grediende pceptionis nostre: a celestibus mysterijs alieni sitis: nec is quē ordinaueritis/ habeat episcop⁹. Nos nāq̄ nullum cuius vita repehēdi potest/ordinare temere volumus. Sed si Honorat⁹ diaconus indignus ostenditur: de vita moribusq̄ eius qui elect⁹ fuerit: nobis renunciari volumus: vt quicquid in hac re agendū est/cū consensu nostro salubriter permittamus impleri. Confidimus enim in omnipotentē dn̄m: q̄ quantū ad intētionem nostrā pertinet/nunq̄ quod nostram grauare possit animā/nunq̄ sinimus fieri quod nostram grauare possit ecclesiam. Sin uero in qualibet persona ita voluntarius omnium cōsensus accesserit / vt auctore deo digna sit: & non sit qui ab eius ordinatione dissentiat: hanc a vobis in eadē Salonitana ecclesia ex presentis epistole nostre concessa licentia volumus cōsecrari: excepta duntaxat persona Maximi/ de qua ad nos multa mala perlata sunt: que si ab appetitu maioris ordinis non cessaret: fiet (vt arbitror) quaten⁹ subtiliter discussa: ipso quoq̄ in quo est officio careat.

¶ Mense Septembri. Indictione.xij.

¶ Gregorius Felici episcopo Sypontino &c. De tribuno ab hostibus redimendo. Capitulum.xvij.

Epla.xvij. Qualiter succurrēdum sit redemptionibus captiuorum/ & sanctorū canonū/ & mūdanarū legum sanctio euidēter edocuit. Et cum omnibus notum sit/mirati sumus vt fraternitas tua in redemptionem tribuni clerici tui presentium latoris nulla mo-

C ta misericordia subueniret. Quod ergo sponte facere debuisti/nostra saltē facere festina adhortatione cōmonitus: ne si (quod non credimus) negligēdum putaueris/ incipiat tibi necessitas/quod voluntas fugit/imponere. Quia igitur supradictus Tribunus ab hostibus se predatum/ ac cētum duodecim solidis se perhibet cōputatum: ad quorū se deesse restitutionē vigeri: hec te oportet diligēter inquirere. Et si ita est: nec est vnde preciū in se datū reddere possit habere cognoueris: supradictos solidos de ecclesia redēptori eius restitue. Nam valde durum est si de ecclesia cui militat/remedium nullū veniat. Omissa itaq̄ excusatione/precium quod in eo datū manifesta veritate patuerit: sine aliqua mora (sicut sumus prefati) restitue: quatenus nec creditorē eius tēpore necessitatis afflicto subuenisse peniteat: & hic onere memoris exutus/mente libera officij sui ministerium sollicite ac competenter exhibeat.

¶ Mense Januario. Indictione.xij.

¶ Gregorius Mauro abbati a sancto Pancratio. Cōmendat ecclesiam sancti Pancratij. Capitu.xviij.

Epl.xviij. Ecclesiarū cura que sacerdotalib⁹ officijs euidēter iniūcta est/ita nos cogit esse sollicitos/ vt nullis ex his neglectus culpa appareat. Quoniā vero ecclesiā sancti Pancratij/que erat cōmissa presbyteris/ frequenter neglectam fuisse cognouimus/ ita vt

D venientes dominico die populi missarum solēnia audituri: non inuēto presbytero/murmurantes redirēt: hoc matura deliberatione nostro sedit arbitrio: vt eis remotis/monachorum cōgregationem in monasterio eidem ecclesie coherenti cōstituere cū dei gratia deliberemus: quatenus abbas qui illic preesset/curam & sollicitudinē antefate ecclesie habere modis omnibus debuisset. In quo etiā monasterio te Maurum abbatem preuidimus preponēdū: statuentes vt terras prefate ecclesie: vel quicquid illuc intrauerit: seu de redditibus eius accesserit/ antedicto monasterio tuo debeat applicari: atq̄ illic sine diminutione aliqua pertinere: ita sane vt queq̄ in ipsa suprascripta ecclesia fienda reparādaq̄ sunt: per te sine dubio reparentur. Sed ne remotis presbyteris quibus ecclesia ipsa fuerat ante cōmissa / vacare mysterijs videatur: idcirco huius tibi auctoritatis tenore precipimus: vt peregrinum illic debeas adhibere presbyterū: qui sacra missarum possit solēnia celebrare. Quem tamē et in monasterio tuo habitare: & exinde vite subsidia habere necesse est. Sed et hoc pre omnibus cure tue sit/vt ibidem ad sacratissimū corpus beati Pancratij quotidie opus dei procul dubio peragatur. Hec igitur que tibi precepti huius facienda serie deputamus: non solum te perficere: verūetiam & ab his qui in officio locoq̄ tuo

E successerint: sic in perpetuum seruari volumus et impleri/ vt nullus deinceps in supradicta ecclesia possit inueniri neglectus.

¶ Gregorius Leoni Acolito. Ecclesiam sancte Agathe in suburra commendat. Capitulum.xix.

Epla.xix. Decorū venerabiliū cura nos admonet de eorum vtilitate per omnia cogitare. Quia ergo ecclesia sancte Agathe sita in suburra: que spelunca fuit aliquādo prauitatis heretice: ad catholice fidei culturam deo propitiāte reducta est: adeo huius auctoritatis tenore cōmonitus/ pensiones omnium domorum in hac vrbe cōstitutarū: quas predictam ecclesiam temporibus habuisse gothorum constiterit: annis singulis congregare non desinas: & quātum in sartis tectis vel luminaribus: aliaq̄ reparatione eiusdē ecclesie necessarium fuerit / erogare modis omnib⁹ studebis. Quicquid vero exuberare potuerit/fideliter rationibus te ecclesiasticis inferre precipimus.

¶ Mense Aprili. Indictione.xij.

¶ Gregori⁹ Maximiano Presumptori in Salona. De excommunicatione illorum episcoporū qui ei manus contra canonum statuta imposuerunt. Capitulum.xx.

Epla.xx. Licet cetera cuiuspiam talia vere sint merita: vt nihil sit qd̄ ex his sacerdotalibus valeat ordinibus obuiare: tamē solius nefas ambitus seuerissima canonum districtione dānatur. Cognouim⁹

F itaq̄ q̄ vel surrepta vel simulata piissimorū principū iussione: dum vita dignus non fueris: te ad sacerdotij ordinem cunctis venerabilē prorupisse. Quod nos ideo sine vlla hesitatione credidimus: q̄ vitam etatēq̄ tuam non habem⁹ incognitā: ac deinde/ q̄ serenissimi dn̄i imperatoris animū non ignoramus: q̄ se in causis sacerdotalibus miscere nō soleat: ne nostris in aliquo peccatis grauetur. Additur inauditū nefas: qd̄ post interdictionem quoq̄ nostrā / que sub excōmunicatiōe tua/ordinātiūq̄ te facta est/ cesis presbyteris/ diaconib⁹/ceterisq̄ clero/ manu militari ad medium diceris deductus. Quā tamen nos consecrationē dicere nullo modo possum⁹: q̄ ab excōmunicatis est hominibus celebrata. Quia igitur sine vllius exēpli forma violasti talem tantāq̄ sacerdotij dignitatem: precipimus vt vsq̄ dum dn̄icis vel respōsalis nostri cognouerimus apicibus q̄ nō surreptitia: sed vera fueris iussione ordinatus: nullaten⁹ tu ordinatoresq̄ tui attrectare quicq̄ psumatis sacerdotalis officij: neq̄ vsq̄ ad rescriptū nostrum: ad cultum sacri altaris accedere. Quod si cōtra hec agere presumpseritis/anathema vobis sit a deo: & a beato Petro apostolorū principe: vt cōtemplatione iudicij vestri: ceteris quoq̄ catholicis ecclesijs: vitionis vestre prebeatur exemplum.

¶ Mense Maio. Indictione.xij.

¶ Gregorius Uenantio episcopo Lunensi. Quod iudeis non liceat christiana mancipia habere.

Capitulum.xxi.

G Epl'a.xxi.

MUltorum ad nos relatiõe peruenit / a iudeis in Lunensi ciuitate degẽtibus ad seruitium christiana detineri mãcipia: que res nobis tã to visa est asperior / quanto a fraternitatis tue patientia operosior. Oportebat quippe te respectu loci tui / atq; christiane religionis intuitu / nullam relinquere occasionem superstitioni iudaice: ne simplices anime nõ tã suasionib⁹ q̃ potestatis iure quodãmodo deseruirẽt. Quaobrẽ hortamur fraternitatem tuã / vt ſm piissimarũ legum tramitem / nulli iudeo liceat christianũ mancipiũ in suo retinere dñio. Sed si qui penes eos inueniuntur / libertas eis tuitionis auxilio ex legũ sanctiõe seruetur. Si vero qui in possessionibus eorũ sunt / licet et ipsi ex legũ districtione sint liberi / tamẽ q̃ colẽdis eorũ terris diutius adheserunt: vtpote conditionẽ loci debẽtes / ad colenda que cõsueuerant rura permaneant: pensiones predictis viris prebeant: que cuncta de colonis vel originarijs iura precipiunt peragant: nihil eis extra hoc oneris amplius indicatur. Q̃ si quisq; de his vel ad alium migrare locũ / vel in obsequio suo retinere voluerit: ipse sibi reputet q̃ ius colonarium temeritate sua: ius vero dominij sub iuris seueritate dãnauit. In his ergo omnibus ita te volum⁹ solerter impẽdi / vt nec direpti gregis pastor reus existas: nec apud nos minor emulatio fraternitatẽ tuã reprehensibilem reddat.

℄ Gregorius Constãtio episcopo Mediolanẽ. Ut venantio episcopo Lunensi concurrat. Capitm.xxij.

Epl'a.xxij H

QUorũdam de laudensium veniẽtum partib⁹ ad nos relatiõe peruenit: religiosos locorum ipsorũ ita ab ecclesiastice discipline tramite deuiasse: vt nullatenus in suis moribus actionibusq; canonice dispositionis statuta respiciãt. Que quia erant et examinanda subtilius / et seuerius vlciscẽda: presentium latorem Uenãtium fratrẽ et coepiscopũ nostrũ vt instanter emendarẽtur / admonui. Sed ꝓ magnitudine inquietudinis excedẽtium personarũ solum se nõ iudicauit in huiusmodi inquisitione sufficere: ideoq; postulauit a nobis vt in eodem examinãdo negocio fraternitatis tue ei addiceretur auctoritatis solatium. Quãq; igitur fraterna dilectio hoc a te et sine nostris scriptis debeat exigere: tamen presentib⁹ quoq; vos specialiter epistolis adhortamur: vt adhibito vobis predicto fratre nostro / cũctos clericos ceterosq; religiosos prenominate ciuitatis et territorij eius de excessibus quorũ aliquid est suspitionis: ad te venire cõpellas: atq; cũcta ſm deum propter futuri metum iudicij subtiliter inquirentes: si quẽ a canonũ statutis recessisse reperitis: canonica eũ vltione corrigite. Nec patiamini in locis vestris eos q̃ non gerũt in moribus qđ ostendunt in habitu: per abrupta diutius euagari. Quos oportet ad rectitudinis normam pastoralis vos circũspectione reducere. Ita ergo fraternitas tua cũctis solertius indagatis: que nobis in talib⁹ nũciata sunt corrigat / ordinet / atq; in futurũ sopire festinet: vt et anime tue proficiat: si tui causas vigilanter atq; viuaciter

I

perscrutaris officij: et nostrum minime frustrari permittas: quod semper de tue maturitatis habuimus districtione iudicium.

℄ Gregorius nobilibus ac possessoribus in sardinia insula consistentibus etc. De rusticis idolis seruientibus. Capitulum.xxiij.

Epl.xxiij

FRatris et coepiscopi mei Felicis / et filij mei Ciriaci serui dei / relatiõe cognoui: pene oẽs vos rusticos in vestris possessionibus idolatrie deditos habere. Et valde hac de re contristat⁹ sum: q̃ scio q̃ subiectorũ culpa / prepositorũ deprimit vitã: et cũ in subiecto peccatũ nõ corrigitur: in eos qui presunt / sententia retorquetur. Unde magnifici filij exhortor: vt omni cura omniq; sollicitudine animarũ vestrarũ zelũ habere debeatis: et quas ratiões omnipotẽti deo de subiectis vestris reddituri estis: aspicite. Ad hoc quippe illi vobis cõmissi sunt: quatenus et ipsi vestre vtilitati valeant ad terrena deseruire: et vos per vestrã prouidentiã eorũ animabus ea que sunt eterna prospicere. Si igitur impendũt illi quod debent / vos eis cur non soluitis qđ debetis: id est / vt assidue illos magnitudo vestra cõmoneat: ab idolatrie errore compescat: quaten⁹ eis ad fidẽ ductis / omnipotentem dominũ erga se placabilẽ faciat.

℄ Ecce enim mũdum hunc q̃ finis vicinus vrget aspicitis: q̃ modo humanus in nos / modo diuinus gladius seuiat videtis: et tamen vos veri dei cultores / a cõmissis

K

vobis lapides adorari cõspicitis: et tacetis. Quid queso in tremẽdo iudicio dicturi estis: quãdo hostes dei et sub potestate vestra suscepistis: et tamẽ eos deo subdere / atq; ad eũ reuocare cõtẽnitis. Unde debitũ salutatiõis alloquiũ soluẽs peto: vt magnitudo vestra attẽdere erga zelũ dei vehemẽter inuigilet: et q̃s quãtos ad xp̄m pduxerit / suis mihi epistolis indicare festinet. Quod ergo vos agere ex aliqua occasione forsitã minime valetis: predicto fratri et coepiscopo nostro Felici vel filio meo Ciriaco iniungite: eisq; ad opus dei solatium prebete: vt in remuneratione vite tanto possitis esse participes: quanto nunc bono operi solatium prebetis.

℄ Gregorius Januario episcopo Caralitano. De xenodochio ecclesie. De Epiphanio presbytero. De Paulo clerico malefico. De ordinationibus et nuptijs clericorũ. De virginibus velandis. De mulieribus a monasterijs egressis. Capitulum.xxiiij.

epl.xxiiij.

OPortebat si quidẽ fraternitatẽ tuã ita de reb⁹ pijs esse sollicitam: vt nihil ad explẽdas eas nostris admonitionib⁹ penit⁹ indigeret: tamen q̃ quedam ad nos peruenerũt que sunt corrigenda capitula: nihil est incongruum si nostre quoq; vobis pagina auctoritatis accedat. Quaobrẽ significamus puenisse ad nos / consuetudinẽ fuisse: vt xenodochia que sunt in caralitanis partib⁹ cõstituta / apud episcopũ ciuitatis singulis quibusq; tẽporibus suas subtiliter rationes exponerẽt: ei⁹ videlicet tuitione atq; sollicitudine gubernãda.

L

Quod q̃ tua hactenus fertur charitas neglexisse: hortamur vt (sicut dictũ est) tibi singulis quibusq; tẽporibus rationes suas xenodochi qui in eis sunt cõstituti vel fuerunt / subtiliter reddant. ℄ Atq; tales in eis qui presint ordinẽtur: qui vita / moribus / atq; industria inueniãtur esse digni. Sunt religiosi dũtaxat: quos vexandi iudices nõ habeant potestatẽ: ne si tales persone fuerint: quas in suũ possint euocare iudicium: vastãdarum rerũ debilitãque illic relaxent / prebeatur occasio. De quib⁹ rebus summam te curam gerere volumus / vt nulli sine tua licẽtia detur noticia: ne vsq; ad direptionẽ earũ / ex fraternitatis tue pueniat incuria. Preterea nostri latorẽ presentium Epiphaniũ presbyterũ quorũdam sacerdotũ litteris criminaliter accusatũ. Cui⁹ nos (vt valuim⁹) discutientes causam / nihilq; in eo obiectorũ reperiẽtes / vt ad locũ suũ reuerteretur / absoluimus. Criminis ergo eius auctores te volum⁹ perscrutari. Et nisi qui easdẽ transmisit epistolas / paratus fuerit hoc quod obiecit / canonicis atq; districtissimis probationibus edocere: nullatenus ad sancte ministerium cõmunionis accedat. Paulum vero clericũ qui sepe dicitur in maleficijs deprehẽsus: qui despecto habitu suo ad laicam reuersus vitã / in

M

Aphricã fugerat: si ita est / corporali prius puenientẽ vindicta: preuidimus in penitẽtiam dari: quaten⁹ et ſm apostolicam sententiã / ex carnis afflictione spiritus saluus fiat: et terrenas peccatorũ sordes / quas prauis cõtraxisse fertur operibus / lachrymarũ possit assiduitate diluere. Eis vero qui ab ecclesiastica cõmunione suspensi sunt: nullus religiosus ſm canonũ precepta ligatur. De ordinationibus vero vel de nuptijs clericorũ: aut de his que velantur virginib⁹ / nullus (vt nunc fieri dicitur) quicq; premij presumat accipere: nisi quippiam sua spõte offerre maluerint. In mulierib⁹ q̃ de monasterijs ad laicã vitam sunt egresse: virosq; sortite: quid fieri debeat: cũ predicto fraternitatis tue presbytero subtilius sum⁹ locuti: cui⁹ relatiõe sanctitas vestra potest plenius informari. Religiosi vero clerici cõuentus patrocinijsq; laicorũ caueant: qui tue modis oib⁹ ſm canones iurisdictioni subdãtur: ne remissione fraternitatis tue ei⁹ cui prees disciplina dissoluatur ecclesie. Eos autẽ qui predictas mulieres que egresse sũt de monasterijs excesserũt: et nũc dicuntur a cõmunione suspẽsi: si fraternitas tua de tali facinore digne penituisse preuiderit / ad sacramentũ cõmunionis te volumus reuocare.

Cã.xxvij. q.j. Eos autẽ qui.

℄ Gregorius Zabarde duci Sardinie. De Barbaricinis conuertendis. Capitulum.xxv.

Epl.xxv.

SCriptis fratris et coepiscopi mei Felicis et Ciriaci serui dei / glorie vestre bona cognouim⁹. Magnasq; omnipotẽti deo gratias egimus: q̃

B

talem ducem sardinie suscepit: qui sic sciat que terrena sunt/reipublice exsoluere: vt bene etiã nouerit oĩpotenti deo obsequia patrie celestis exhibere. Scripserãt etenĩ mihi q̃ eo pacto cũ barbaricinis facere pacẽ disponitis: vt eosdẽ barbaricinos ad xp̃i seruitiũ adducatis. Hac de re valde letat⁹ sum: et dona vestra (si omnipotenti deo placuerit) citius serenissimo pricipib⁹ innotesco. Uos ergo qđ cepistis explete: omnipotenti deo deuotionẽ vestre mentis ostẽdite: eos quos illuc ad conuertẽdos barbaricinos transmisimus: quantũ valetis adiuuate: scientes q̃ talia opera multũ vos et ante terrenos principes/ et coram celesti rege preualeant adiuuare.

¶ Gregorius Januario episcopo Caralitano. De ordinatione ecclesiarum. De rusticis paganis. De lapsis ad pristinum officium non reuocandis. Et de chrismate. Capitulum.xxvj.

Epl.xxvj. Cã.xj.q.j. Fratris.

Fratris et coepiscopi nostri Felicis/ et Ciriaci abbatis relatione cognouimus: q̃ in insula Sardinia sacerdotes a laicis iudicib⁹ opprimãtur: et fraternitatẽ tuam ministri sui despiciant: dumq̃ solum simplicitati a vobis studetur/ quãtum videmus/ disciplina negligitur. Unde hortor vt omni excusatiõe postposita: ecclesiã quã suscepisti/ auctore deo regas: disciplinam clericos tenere cogas: nullius verba metuere studeas. Archidiaconẽ vero tuũ (vt audio) cum mulieribus habitare prohibuisti/ et nũcusq̃ in ea prohibitione despiceris. Qui nisi iussioni tue paruerit: eũ a sacro ordine volumus esse priuatũ. ¶ Accidit aũt aliud valde lugendum: q̃ ipsos rusticos quos habet ecclesia tua: nũc vsq̃ in infidelitate remanere/ negligentia fraternitatis vestre permisit. ¶ Et quid vos admoneo: vt extraneos ad deum adducatis: qui vestros ab infidelitate corrigere negligitis? Unde necesse est vos per omnia in eorũ cõuersione vigilare. Nam si cuiuslibet episcopi in Sardinia insula paganum rusticũ inuenire potuero/ in eũdem episcopũ fortiter vindicabo. ¶ Jam vero si rusticus tãte fuerit perfidie et obstinatiõis inuentus/ vt ad deum venire minime consentiat: tanto pẽsionis onere grauãdus est/ vt ipsa exactionis sue pena compellatur ad rectitudinem festinare. ¶ Peruenit etiam ad nos quosdã de sacris ordinibus lapsos/ vel post penitẽtiam/ vel ante ad ministerij sui officium reuocari: qđ omnino p̃hibemus. et in hac re sacratissimi quoq̃ canones cõtradicũt. Qui igitur post acceptũ sacrum ordinẽ lapsus in peccatũ carnis fuerit/ sacro ordine ita careat/ vt ad altaris ministerium vlterius non accedat. ¶ Sed ne vnq̃ hij qui ordinati sunt pereant/ prouideri debet quales ordinẽtur: vt prius aspiciatur si vita eorum continens in annis plurimis fuit: si studium lectionis: si elemosyne amorem habuerunt. Querendum quoq̃ est ne forte fuerit bigamus. Uidendũ etiã ne sine litteris: aut obnoxius curie/ cõpellatur post sacrum ordinẽ ad exactionẽ publicam redire. Hec itaq̃ omnia diligenter fraternitas vestra inquirat: et dũ diligenter quilibet exquisitus ordinatur: non celeriter post ordinationẽ deponatur. Ea autẽ que fraternitati vestre scripsimus: cunctis sub vobis episcopis innotescite: q̃r ego illis scribere nolui/ ne honorẽ vestrũ videremur imminuere. ¶ Peruenit quoq̃ ad nos quosdã scandalizatos fuisse: q̃ presbyteros chrismate tangere in frõte eos qui baptizãdi sunt/ prohibuimus. Et nos quidẽ sm̃ vsum veterem ecclesie nostre fecimus: sed si omnino hac de re aliqui contristant: vbi episcopi desunt: vt presbyteri etiam in frontibus baptizãdos chrismate tangere debeant/ concedimus.

B

Cã.xcij. q.vj. Jam vero.

Parte.j. di.l. Peruenit.

C

Parte.j. disti.xcv. peruenit. De cõsec. di.iiij. presbyteri baptizatos. iiij. sĩnarũ di.vij.c.j.

¶ Gregorius Hospiten duci barbaricinorum. De barbaris conuertendis. Capitulum.xxvij.

Epi.xxvij

Cum de gẽte vestra nemo christianus sit: in hoc scio q̃ omni gẽte tua es melior: q̃r tu in ea christianus inueniris. Dũ enim barbaricini oẽs vt insensata aĩalia viuant: deũ verũ nesciãt: ligna autẽ et lapides adorent: in eo ipso quod deum verũ colis: quãtum oẽs antecedas/ ostẽdis. Sed fidẽ quã percepisti/ etiam bonis actibus et verbis exequi debes: et xp̃o (cui credis) offer quod preuales: vt ad eũ quoscunq̃ potueris adducas: eosq̃ baptizari facias: et eternã vitã diligere admoneas. Quod si fortasse ipse agere non potes/ q̃r ad aliud occuparis: salutans peto/ vt hominibus nostris quos illuc trãsmisimus: scilz fratri et coepiscopo meo Felici/ filioq̃ meo Ciriaco seruo dei: solatiari in omnib⁹ debeas: vt dũ eorũ labores adiuuas: deuotionẽ tuam omnipotẽti dño ostendas: et ipse tibi in bonis actibus adiutor sit: cuius in bono opere: famulis solatiaris. Benedictionẽ vero sancti Petri apostoli vobis transmisimus: quã petit vt debeatis benigne suscipere.

D

¶ Mense Junio. Indictione.xij.

¶ Gregorius Cãdido defensori. De albino luminibus priuato. Capitulum.xxviij.

Epistola xxviij.

Necessitatem patientibus pontificale cõuenit adesse subsidium. Pro quo experientie tue presenti auctoritate precipimus/ quatenus Albino priuato luminib⁹/ filio quõdam Martini coloni/ singulis annis duas tremisses sine aliqua dilatione prestare non desinat: id dubitatura suis hoc sine dubio rationibus imputari.

¶ Gregorius Januario episcopo Caralitano. De episcopo intra dardaniam ordinando. Capitulum.xxix.

Epl.xxix.

Peruenit ad nos in loco qui intra prouinciam Sardiniam dicitur phausiana: consuetudinẽ fuisse episcopũ ordinari: sed hanc pro rerũ necessitate longis aboleuisse tẽporibus. Quia autem nunc sacerdotum indigentia quosdam illic paganos remanere cognouimus: et ferino degentes modo/ dei cultum penitus ignorare: hortamur fraternitatẽ tuam: vt illic sm̃ pristinum modũ ordinare festinet antistitem: talẽ videlicet qui ad hoc opus moribus et verbo existat idoneus: et oberrãtes ad gregẽ dñicum pastorali studeat emulatione deducere: quatenus et illic ad animarũ vacante compendium: nec vos inueniamini superflua poposcisse: nec olim destructa frustra nos reformasse peniteat.

E

¶ Gregorius Cõstãtie auguste. De miraculis apostolorum Petri et Pauli. Et de monachis grecis mortuorum ossa effodientibus: deterrẽsq̃ vẽdere ea in orientẽ pro reliquijs. Et de sudario sancti Pauli. Capitlm.xxx.

Epl.xxx.

Serenitas vestre pietatis/ religionis studio/ et sanctitatis amore conspicua: propter eãque in honorẽ sancti Pauli apostoli in palatio edificatur ecclesiam/ caput eiusdem sancti Pauli: aut aliud quid de corpore ipsius suis ad se iussionibus a me precepit debere transmitti. Et dum illa mihi desiderarẽ imperari/ de quibus facillimam obedientiam exhibẽs/ vestram erga me amplius potuissem gratiã prouocare: maior me mestitia tenuit: q̃r illa precipitis: que facere nec possum/ nec audeo. Nam corpora sanctorũ Petri et Pauli apostolorum tantis in ecclesijs suis coruscãt miraculis atq̃ terroribus/ vt neq̃ ad orandum sine magno illuc timore possit accedi. Deniq̃ dum beate recordationis decessor meus: q̃r argentũ quod supra sacratissimũ corpus beati Petri apostoli erat: longe tamen ab eodẽ corpore fere quindecim pedum spatio: mutare voluit: signum ei nõ paruũ terroris apparuit. Sed et ego aliquid similiter ad sacratissimũ corpus sancti Pauli apostoli meliorare volui: et q̃r necesse erat vt iuxta sepulchrũ huiusmodi effodi altius debuisset: prepositus loci ipsius ossa aliqua: non quidẽ eidem sepulchro coniuncta reperit. Que quoniam leuare presumpsit/ atq̃ in aliũ locũ trãsponere: apparentib⁹ quibusdam tristibus signis/ subita morte defunctus est. Preter hec autem sancte memorie decessor meus idem ad corpus sancti Laurẽtij martyris quedã meliorare desiderans: dum nescit vbi venerabile corpus ipsius esset collocatum: et effoditur exquirendo: subito sepulchrum ipsius ignoranter apertum est: et hij qui presentes erãt atq̃ laborabant monachi et mãsionarij q̃ corpus eiusdem martyris viderunt: quod quidem minime tangere presumpserunt: omnes intra decem dies defuncti sunt: ita vt nullus vite superesse potuisset: qui sanctũ et iustum corpus illius viderat. Cognoscat autem tranquillissima domina: q̃r romanis cõsuetudo non est/ quãdo sanctorũ reliquias dant/ vt quicq̃ tangere presumãt de corpore: sed tantũmodo in pyxide brandeum mittitur: atq̃ ad sacratissima corpora sanctorũ ponitur. Qđ leuatum/ in ecclesia que est dedicanda/ debita cum veneratione reconditur: et tante per hoc ibidem virtutes fiunt/ ac si illuc specialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit vt beate recordationis Leonis pape temporibus: sicut a maioribus traditur: dum quidam greci de talibus reliquijs dubitarent: predictus pontifex hoc

F

G ipsum brandeum altaris forficibus inciderit: ex ipsa incisione sanguis effluxerit. In romanis nanq; vel totius occidentis partibus omnino intolerabile est atq; sacrilegum: si sanctorum corpora tangere quisq; fortasse voluerit. ¶ Quod si presumpserit, certum est quod hec temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de grecorum consuetudine: qui ossa leuare sanctorum se asserunt: vehementer miramur: et vix credimus. Nam quidam monachi greci huc ante biennium venientes: nocturno silentio iuxta ecclesiam sancti Pauli corpora mortuorum in campo iacentia effodiebant: atq; eorum ossa recondebant: seruantes sibi dum recederent. Qui cum teneri: et cur hoc facerent diligenter fuissent discussi: confessi sunt quod illa ossa ad greciam essent tanq; sanctorum reliquias portaturi. Ex quorum exemplo (sicut predictum est) maior nobis dubietas nata est: utrum verum sit quod leuare veraciter ossa sanctorum dicitur. De corporibus vero beatorum apostolorum quid ego dicturus sum: dum constet: quod eo tempore quo passi sunt: ex oriente fideles venerunt: qui eorum corpora sicut ciuium suorum repeterent. Que ducta vsq; ad secundum vrbis milliarium/ in loco qui dicitur catatumbas/ collocata sunt. Sed dum ea exinde leuare omnis eorum multitudo conueniens niteretur/ ita eos vis tonitrui atq; fulguris nimio metu terruit atq; dispersit: vt talia denuo nullatenus attentare presumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora: qui hoc ex domini pie-

H tate meruerunt/ leuauerunt: et in locis quibus nunc sunt condita: posuerunt. Quis ergo nunc serenissima domina tam temerarius possit existere/ vt hec sciens/ eorum corpora non dico tangere: sed vel aliquatenus presumat inspicere? Dum igitur talia mihi a vobis precepta sunt: de quibus parere nullatenus possem: quantum inuenio/ non vestrum est: sed quidam homines contra me pietatem vestram excitare voluerunt: vt mihi (quod absit) voluntatis vestre gratiam subtraherent: et propterea quesiuerunt capitulum: de quo vobis quasi inobediens inuenirer. Sed in omnipotente domino confido: quod nullo modo benignissime voluntati surripitur: et sanctorum apostolorum virtutem/ quos toto corde et mente diligitis: non ex corporali presentia/ sed ex protectione semper habebitis. Sudarium vero quod similiter transmitti iussistis: cum corpore eius est: quod ita tangi non potest: sicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia serenissime domine tam religiosum desiderium esse vacuum non debet: de cathenis quas ipse sanctus Paulus apostolus in collo et in manibus gestauit: ex quibus multa miracula in populo demonstrantur: partem aliquam vobis transmittere curabo: si tamen hanc tollere limando preualuero: quia dum frequenter ex cathenis eisdem multi venientes/ benedictionem petunt/ vt parum quid ex limatura accipiant/ assistit sacerdos cum lima/ et aliquibus petentibus ita concite aliquid de cathenis ipsis excutitur/ vt mora nulla sit. Qui-

I busdam vero petentibus diu per cathenas ipsas ducitur lima: et tamen vt aliquid exinde exeat/ non obtinetur.

¶ Mense Julio Indictione xij.

¶ Gregorius Anthemio subdiacono. De iudeis conuertendis. Capitulum. xxxj.

Epl. xxxj.

Hos quos de iudaica perditione redemptor noster ad se dignatur conuertere: rationabili nos oportet moderatione concurrere: ne victus (quod absit) inopiam patiantur. Ideoq; tibi huius precepti auctoritate mandamus: quatenus filijs iuste ex hebrea .i. Juliano redempto et fortune a tertiadecima succedenti indictione annis singulis solidos dare non differas: quos tuis noueris modis omnibus rationibus imputandos.

¶ Gregorius Pantaleoni episcopo Aphrice. De donatistis comprimendis. Capitulum. xxxij.

Epl. xxxij.

Hereticorum nephandissimam prauitatem qualiter lex persequatur instantius/ excellentie vestre non habetur incognitum. Si igitur quos et fidei nostre integritas/ et legum damnat districtio mundanarum: non leue peccatum est si vestris inueniant temporibus licentiam resurgendi. In illis igitur partibus quantum didicimus/ ita donatistarum creuit audacia/ vt non solum de suis ecclesijs auctoritate pestifera eijciant catholice fidei sacerdotes/ sed et quos vera confessione aqua regenerationis abluerat/ rebaptizare non metuunt. Valdeq; miramur (si tamen ita est) vt vobis illic positis huiuscemodi liceat hominibus prauis excedere. ¶ Primum siquidem quale de vobis iudicium hominibus relinquatis attendite: si hi qui aliorum temporibus iusta ratione compressi sunt/ vobis administrantibus viam sui excessus inueniant. Deinde perditorum animas deum nostrum de manu vestra scitote requirere: si tantum nefas (in quantum possibilitas exigit) emendare negligitis. Hec enim excellentia vestra non amare suscipiat. Nam quia vos vt filios proprios diligimus: propterea hec que vobis prodesse non ambigimus/ indicamus. Paulum vero fratrem et coepiscopum nostrum ad nos sub omni festinatione dirigite: ne cuiusq; impediendi cum aliqua occasio vel excusatio detur: vt veritatem plenius agnoscentes/ qualiter tanti facinoris vitio debeat peruenire/ deo adiuuante/ rationabili possimus tractatu disponere.

K

¶ Gregorius Theodelinde regine Longobardorum etc. De quarta synodo: et Constantino episcopo. Capitulum. xxxiij.

epl. xxxiij.

Quorundam ad nos relatione peruenit/ ab aliquibus episcopis gloriam vestram vsq; ad hoc scandalum contra sanctam ecclesiam fuisse perductam: vt sese a catholice vnanimitatis communione suspenderet. Quod quantum vos pure diligimus/ tanto de vobis fortius dolemus: quia vos imperitis stultisq; hominibus creditis: qui non solum ea que loquuntur nesciunt/ sed vix ea que audierint/ percipere possunt. Qui dum neq; legunt/ neq; legentibus credunt: in ipso errore manent quem sibi de nobis finxerunt. Nos enim veneramur sanctas quattuor synodos: Nicenam/ in qua Arrius: Constantinopolitanam/ in qua Macedonius: Ephesinam primam/ in qua Nestorius atq; Dioscorus: Chalcedonensem/ in qua Eu-

L tiches damnatus est: profitentes quod quisquis aliter sapit quam de quattuor synodis/ a fide veritatis alienus est. Damnamus autem quoscunq; damnant: et quoscunq; absoluunt/ absoluimus: sub anathematis interpositione ferientes eum qui earundem quattuor synodorum (maxime autem Chalcedonensis: de qua quibusdam imperitis hominibus nata est superstitionis occasio) fidei addere vel adimere presumit. ¶ Cum itaq; integritatem nostram ex aperta mea traditione seu professione cognoscitis: dignum est vt de ecclesia beati Petri apostolorum principis nullum vlterius scrupulum dubietatis habeatis: sed in vera fide persistentes vitam vestram in petra ecclesie/ hoc est in confessione beati Petri apostolorum principis solidate: ne tot vestre lachryme/ tantaq; bona opera pereant/ si a fide vera inueniatur aliena. Sicut enim rami sine virtute radicis arescunt/ ita opera quantumlibet bona videantur/ nulla sunt/ si a soliditate fidei disiunguntur. Decet ergo gloriam vestram ad reuerentissimum fratrem et coepiscopum nostrum Constantinum: cuius et fides et vita olim mihi bene est approbata: sub omni celeritate transmittere: eiq; directis epistolis indicare ordinationem eius quam benigne suscepis-

M tis/ et quod ab eius ecclesie communione in nullo separemini: vt vere/ sicut de bona ac fideli filia/ communi exultatione gratulemur. In hoc autem vos ac vestra opera deo placere cognoscite: si priusq; eius examen veniat/ sacerdotum illius iudicio comprobentur.

¶ Gregorius Leoni episcopo Cathanensi. De vxore speciosi diaconi in monasterium detrusa. Capitulum. xxxiiij.

Epistola xxxiiij. Cau. xxvij. q. ij. Multorum.

Multorum relatione comperimus hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse: vt subdiaconi suis licite miscerentur coniugibus. Quod ne denuo quisq; presumeret/ a seruo dei/ sedis nostre diacono/ ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum: vt eodem tempore hi qui iam vxoribus fuerant copulati: vnum e duobus eligerent. i. aut a suis vxoribus abstinerent: aut certe nulla ratione ministrare presumerent. Et quantum dicitur: Speciosus tunc subdiaconus hac pro re ab administrationis se suspendit officio: et vsq; in obitus sui tempus notarij quidem gessit officium: et a ministerio quod subdiaconem oportuerat exhibere: cessauit. Post cuius obitum/ quia relicta eius Honorata marito est sociata: a tua eam fraternitate in monasterio cognouimus deputatam. ¶ Ideoq; si (vt fertur) eius se maritus ab administratione suspendit: antedicte mulieri non debet officere quod ad secundam coniugij copulationem migrauit: presertim si non tali mente subdiacono iuncta est: vt a carnis voluptatibus abstineret. Si ergo ita se veritatem (quemadmodum edocti sumus) habere cognoscis: predictam te mulierem de monasterio per omnia conuenit relaxare/ vt ad suum maritum sine aliqua possit formidine

A

remeare. De cetero vero fraternitas tua sit omnino sollicita: et quos ad hoc iam officium contigerit promoveri/ hoc quam maxime diligenter inspiciat: ne si uxores habent/ miscendi se cum eis licentia potiantur: sed ad similitudinem sedis apostolice/ eos cuncta observare sua nihilominus districtione constituat.

¶ Gregorius Victori et Columbo episcopis Aphrice. De heresi donatistarum. Capitulum.xxxv.

Epi.xxxv

Qualiter neglectus inter initia morbus vires accipiat/ et nostris necessitatibus/ quicunque in hac sumus vita constituti/ probavimus. Huic igitur nascenti morbo si doctorum obstaret provisio medicorum: scimus quidem quia ante solet cessare quam nocent. Huius ergo considerationis ratio vehementer nos debet impellere: ut emanatis morbis initiantibus: totis festinemus possibilitate resistere: ne dum salubria adhibere medicamenta negligimus/ multorum nobis vita quos deo nostro cotidie lucrari/ subripiatur. Unde nos oportet ita causas ovium quibus custodes videmur esse prepositi/ vigilanti custodia atque sollicitudine premunire: quatenus lupus insidias undique pastores sibi repugnantes inveniat: et viam ingrediendi in eas non habeat. ¶ Comperimus siquidem donatistarum stimulos sic in illis partibus gregem turbasse dominicum: ac si nullius pastoris moderamine regeretur. Nunciatumque nobis est (quod dicere sine gravi dolore non possumus) quia plurimi eorum venenatis iam sunt dentibus laniati. Denique sacerdotes canonicos plurimos de suis ecclesiis temeritate repellere. Et multos insuper quibus salutem regenerationis aqua prebuerat/ rebaptizantes: pravitate nephandissima necasse dicuntur. Que res animos nostros valde mestificat: quia vobis illic positis dampnate presumptioni tantum scelus perpetrare licuerit. Quare de re fraternitatem vestram scriptis presentibus adhortamur: ut habito tractatu/ unitoque consilio/ ita nascenti huic adhuc morbo inhianter ac tota virtute debeatis obsistere: quatenus nec vires ex neglectu percipiat: nec in commisso vobis grege pestilentie damna concutiat. ¶ Nam si quolibet modo (quod non credimus) incipienti negligentie iniquitati resistere: plurimos erroris sui gladio vulnerabunt. Et est profecto gravissimum laqueo diabolice fraudis irretiri permittere: quos prius possumus ne alligentur eripere. Melius est autem ne quisque vulneretur obsistere: quam vulneratus qualiter sanari possit exquirere. Hoc itaque considerandum: sacrilegam pravitatem sedula oratione ac virtute qua valetis obviate: ut subsequens nuncius episcopi gratia suffragante de eorum nos victione letificet: magis quam de excessu contristet. Paulum preterea fratrem et coepiscopum nostrum ad nos quo potestis studio omni sub festinatione dirigite: quatenus ab eo causas subtilius tanti facinoris agnoscentes/ huic nephandissime pravitati cum creatoris nostri solatio medicinam digne possimus correptionis imponere.

B

¶ Gregorius Maximiano episcopo etc. Precipit expio bona patris reddi. Capitulum.xxxvi.

epi.xxxvi.

C

Exiplus presentium portitor Eusanium agrigentine civitatis episcopum suum fuisse memorat genitorem: matrisque sue res apud eum plurimas indicat mansisse. Qui quoniam intestatum inquit esse defunctum: ideo et res maternas sibi petit debere restitui: et antedicti episcopi patris sui se permitti substantia adipisci. Qua de re fraternitati tue huius precepti serie deputamus: quatenus diligenter curet addiscere: et si quid apud predictam ecclesiam de rebus matris ipsius inveniri potuerit (siquidem nihil est quod antedicto expio rationabiliter possit obsistere) eis sum suam faciat portionem restitui. ¶ Proinde et de rebus paternis quas ante episcopatum dinoscitur habuisse si eas in ius ecclesie sue quodammodo transtulit: ei quantum portioni eius legaliter scit competere: ut satisfieri possit immineat. Nam omnino et contra rationem et contra nostrum probatur esse propositum/ si cui ea que iuste competunt/ restitui ac satisfieri denegamus. Ita ergo hec fraternitas tua implere festinet: ut sic prascripto portitori ad nos denuo ex hac re nulla remeandi necessitas imponatur. Nam quod beate recordationis decessor noster preceptum direxerat ut lapso eo res eius omnes ecclesie remanerent: hoc ideo eum credimus precepisse/ ne per ea adhuc amplius deperiret: nunc vero equum esse pensamus: ut filium patris culpa non ingravet. Sed fraternitatis tue dispensatione: quicquid ei legaliter potest competere/ consequatur.

D

¶ Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi etc. De iuramento non dando civibus brixie. Et de nominatione Joannis inter missarum solennia et quattuor synodis. Capitulum.xxxvij.

Epistola xxxvij.

Scriptis sanctitatis vestre percursis/ in gravi vos merore esse cognovimus: maxime propter episcopum et cives Brixie: qui vobis mandaverint/ ut eis epistolam transmittatis: in qua iurare debeatis vos tria capitula minime dampnasse. Quod si decessor fraternitatis vestre Laurentius non fecit/ a vobis queri non debet. Si autem fecit/ cum universali ecclesia non fecit: et cautionis sue iuramenta transcendit. Sed quia eundem virum sua credimus sacramenta servasse: atque in unitate catholice ecclesie permansisse: dubium non est quod nulli episcoporum suorum iuraverit se tria capitula minime dampnasse. Ex qua re colligat sanctitas vestra: quia cogi non debet ad hoc quod a decessore vestro factum nullo modo est. Sed ne ij qui vobis ista scripserunt/ scandalizari videantur/ transmittite eis epistolam: in qua sub anathematis interpositione fateamini: neque vos aliud de fide chalcedonensis synodi tamen minuere: neque eos qui imminuunt recipere: et quoscumque dampnavit dampnare: quoscumque absolvit absolvere. Unde credo eis posse celerrime satisfieri. Quod autem scripsistis quia scandalizantur plurimi eorum: quia fratrem et coepiscopum nostrum Joannem ravennatis ecclesie inter missarum solennia nominetis: requirenda vobis consuetudo antiqua est: et si consuetudo fuit: modo a stultis hominibus reprehendenda non est. Si vero consuetudo non fuit: fieri non debet unde quibusdam scandalum moveri possit. tamen sollicite perquirere studuit si idem Joannes frater et coepiscopus noster vos ad altare nominet: quod minime oportet fieri. Et si ille vestri nominis memoriam non facit: quae necessitas cogat ignoro: ut vos illius faciatis. Quod quidem si sine aliquorum scandalo fieri potest: vos tale aliquid facere valde laudabile est: quia charitatem quam erga fratres vestros habetis ostenditis. Quod autem scripsistis quia epistolam meam regine Theodelinde transmittere minime voluistis: pro eo quod in ea quinta synodus nominabatur: si eam exinde scandalizari posse credidistis: recte factum est ut minime transmitteretis. Unde nunc ita facimus sicut vobis placuit: ut quattuor synodos solummodo laudaremus. De illa tamen synodo que in Constantinopoli postmodum facta est: que a multis quinta nominatur: scire vos volo: quia nihil contra quattuor sanctissimas synodos constituerit vel senserit: quippe quia in ea de personis tantummodo: non autem de fide aliquid gestum est: et de his personis de quibus in chalcedonensi constitutionibus continetur: sed post expressas synodos seu canones facta collectio et extrema actio de personis ventilata est. Nos tamen sicut voluistis/ ita fecimus: ut eiusdem synodi nullam memoriam faceremus. Sed et de episcopis que scripsistis/ predicte filie nostre regine scripsimus. Unicuique qui vobis scripsit aliqua contra Joannem fratrem et coepiscopum nostrum: vos per epistolas et dulcedine et ratione ab intentione sua compescere debetis. ¶ De fortunato autem fraternitatem vestram esse sollicitam volumus: ne vobis a malis hominibus in aliquo subripiatur. Nam audio eum cum decessore vestro Laurentio ad mensam ecclesie per annos plurimos nunquam comedisse: inter nobiles consedisse/ et subscripsisse: eumque fratre nostro sciente innumeris annis militasse. Et post tot annos modo videtur fraternitati vestre ut de statu sui conditione pulsetur. Quod mihi omnino incongruum videtur. Et ideo hoc per ipsum vobis sed secreto mandavi. Tamen si quid est rationabile quod ei possit opponi: in nostro debet iudicio ventilari. Ad filium vero nostrum dominum Dinamium si omnipotenti deo placuerit/ hominem nostrum in scripta transmittemus.

E

F

¶ Gregorius Marcello scholastico. De presumptione maximo. Capitulum.xxxviij.

Epistola xxxviij.

Glorie vestre charitas sic in nostro corde semper inuiglat/ et nihil sibi corporalis defendat absentia. Nam quis a carnalibus oculis longe est/ mentis tamen aspectibus nunquam deest. Frequenter enim nos voluntas ad scribendum desideranter impellit: sed occupatio non permittit. Hinc ergo nobilitatis vestre peritia non ignorat quantis sit locus noster occupationibus involutus: et a scribendi interdum cessamus officio non volentes

G

tis sed necessitatis esse ꝯsideret. Gloria aūt vestra q̄ tardius sua nos requirit epistola: que possit excusatiōe defendere nō videm⁹. In hoc igitur sola me debui tacitur nitate defendere/ sed seruos charitatis linguā meā nō ꝑtulit habere silentium. Salutātes itaq̄ cū omni affectu atq̄ dulcedine indicam⁹ nos grauiter cōtristatos: q̄ illa a nobis voluistis expetere: in quibus volūtatē vestrā perficere (q̄ obsistit ratio) nō valemus: contristare vos (q̄ nolumus) videmur. Nam hoc nos sine correctiōe relinquere/ ecclesiastica non sinit aliquo modo disciplina: nec vos pro talib⁹ decet petere: ne nō rectitudini sed indisciplinationi (qđ absit) videamini consentire. Causa vero eiusdē maximi: pro quo nobis scribitis (quē si missarū solēnia celebrare presumpserit: iam sacri corporis cōmunione priuauim⁹) matura quādo oportuerit deliberatione: sicut deo nr̄o placuerit/ iudicabit atq̄ disponetur. Oramus autē omnipotentē dñm: vt ⁊ hic vos sua ꝓtectione custodiat/ ⁊ ad eterne vite premia perducat.

Mense Augusto. Indictione. xij.

Gregorius Clero ordini et plebi cōsistenti Mortone. De obitu episcopi eorum et visitatione ecclesie.

Capitulum. xxxix.

epl. xxxix.

Vestri antistitis obitum cognoscētes: cure nobis fuit/ destitute ecclesie visitationē fratri et coepiscopo nostro Barbaro solēniter delegare. Cui dedimus in mandatis/ vt nihil de redditu/ ornatu/ ministerijsq̄ a quoq̄ vsurpari patiatur. cui⁹ vos essi duis adhortationibus conuenit obedire. Hoc tamē sci tote: quia ei ordinādi presbyteros ac diaconos: si necesse fuerit: quos dignos ad hoc officiū inuenire potuerit: dedimus licentiam: quatenus in ecclesiastico obsequio sacerdos exquiratur: qui a venerandis canonibus vlla nō discrepet ratione: et tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum postulatus fuerit: cum solenni decreto omnium subscriptionibus roborato: et visitatoris pagina prosequēte: ad nos veniat ordinādus. Prouisuri ante omnia ne cuiuslibet vite vel meriti laicam personam presumatis eligere. Et non solum illic ad episcopatus apicem nulla ratione promoueatur/ verūetiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite. Sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirare constiterit/ ab officio et a cōmunione alienos faciendos proculdubio noueritis.

H

Gregorius Valentino abbati. Ne monachi eius faciant sibi commatres. Capitulum. xl.

Epla. xl. Cā. xviij. q. ij. Peruenit.

Peruenit ad nos q̄ in monasterio tuo passim mulieres ascēdant/ ⁊ (qđ adhuc est grauius) monachos tuos mulieres sibi cōmatres facere: et ex hoc incautā cum eis cōmunionē habere. Ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos (quod absit) calliditate decipiat: ideo huius te precepti serie cōmonemus/ vt neq̄ mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas ascēdere: neq̄ monachos tuos cōmatres sibi facere. Nā si hoc denuo ad aures nostras quocunq̄ modo peruenerit/ sic te seuerissime noueris vltioni subdendum/ vt emendatione tue qualitate ceteri sine dubio corrigantur.

I

Gregorius Bonifacio magnifico Aphrice Gal. ⁊c. De fide sua apud sanctū Petrū exponēda. Capitulum. xli.

Epla. xli.

Si ita vt audieram magnitudo vestra intētione sollicita de sie sue salute cogitaret: nequaq̄ se mihi de fide sua per epistolas/ sed per semet ipsam potuit respondere. Nā q̄ in excusatione molestia corporalis adducitur/ expectato salutis tēpore/ laborē summopere potuistis ꝓ cōmodo eterne salutis assumere: vt et vos de nostra ratione: ⁊ nos de vestra credulitate gauderem⁹. Etenim que in eis scripsi epistolis/ replicanda nūc non sunt: neq̄ alia ratiocinatione monstrāda: quia apud nolentis animum quāuis sit euidēs ratio: hec ipsa obstaculū esse solet. Sed per vos venite ⁊ beati Petri apostolorum pricipis liminibus vosmet presentate: ⁊ cuncta que scripsi: mihi ex lectione monstrauero: cū quo vultis disputatione recedite. Hortor tamen vt dū vite spatium superest/ ab eiusdē beati Petri ecclesia: cui claues celestis regni cōmisse sunt: ⁊ ligandi ac soluendi potestas attributa: vestra anima non inueniatur diuisa: ne si hic beneficium eius despicitur/ illic vite aditum claudat. Si autē q̄ dubitationis vestre participes sunt: si ad me venire voluerint/ nullā ex me quasi ex potestate procedentē violentiā primescant. Nam nos licet in omnib⁹ causis: in ijs tamē precipue que dei sunt/ ratione magis stringere homines/ q̄ potestate festinamus.

K

Gregori⁹ Maximiano episcopo Syracusano. De clericis baucadensis. per Siciliam dispersis. Capitulum. xlij.

Epla. xlij

Indicauit nobis Baucada frater ⁊ coepiscop⁹ noster: quosdā de clero suo in Sicilie partibus ad sacros ordines peruenisse. Qui quoniā neq̄ presbyterū: neq̄ diacones se habere cōmemorat: eos ad se petijt debere trāsmitti. Proinde fraternitas tua vbicūq̄ illos (latore presentiū indicante) reppererit: hac eos sine dilatione transmittat: quatenus et illi ad ecclesiā in qua olim militauerunt reuocentur: ⁊ antedictus episcopus optatum de eis possit habere solatium.

Gregorius Fantino defensori. De cosma syro multis debitis obligato. Capitulum. xliij.

Epl. xliij.

Lator presentium Cosmas syrus in negocio qđ agebat: debitum se cōtraxisse perhibuit: qđ ⁊ multis alijs ⁊ lachrymis ei⁹ attestātibus verum esse credimus. Et q̄ centū quinquagita solidos debebat/ volui vt creditores illius cū eo aliquid paciscerentur: qm̄ ⁊ lex habet vt homo liber pro debito nullatenus teneatur: si res defuerint que possint eidē debito addici. Creditores ergo suos (vt asserit) ad octoginta solidos consentire possibile est. Sed q̄ multū est vt a nil habēte homine octoginta solidos petāt: sexaginta solidos per notarium tuū tibi transmisimus: vt tu cū eisdē creditoribus subtiliter loquaris: rationē reddas: q̄ filium ei⁹ quē tenere dicūtur: sm leges tenere nō possunt. Et si potest fieri/ ad aliqđ minus q̄ nos dedimus cōdescendāt. Et quicqđ de eisdē sexaginta solidis remāserit/ ipsi reddat: vt cū filio suo exinde viuere valeat. Si autē nil remanet: vel ad eādē summā debitū ei⁹ incidere stude: vt possit sibi libere postmodū laborare. Hic tamē solerter age: vt acceptis solidis ei plenariā munitionē scripto faciāt.

L

Gregori⁹ Rusticiane Patricie. De reditu ei⁹ a monte syna. Capitulum. xliiij.

Epl. xliiij

Excellētie vestre scripta suscipiēs/ libēter agnoui: qualiter ad montē syna perrexit. Sed mihi credite: ego quoq̄ voluissem vobiscum ire: sed vobiscū minime redire. Cuius mihi valde difficile fuit credere: q̄ ad loca sancta fuistis: patres multos vidistis. Nam credo si vidissetis/ tam celeriter ad Cōstātinopolitanam vrbē redire minime poteratis. At postq̄ talis ciuitatis amor de corde vestro nullo modo recessit: suspicor q̄ excellētia vestra sancta que corporaliter vidit/ ex corde minime attendit. Sed omnipotēs deus mentē vestram gratia sue pietatis illustret/ donet vobis sapere/ ⁊ tēporalia omnia q̄ sint fugitiua pensare: quia dū hec loquimur/ ⁊ tēpus currit/ et iudex superuenit/ ⁊ mundū quē sponte nolumus: ecce iam ꝓpe est vt inuiti relinquamus.

M

Dominū Aplonē ⁊ dñam Eusebiam/ eorūq̄ filias mea peto vice salutari. Dominā vero illam nutricē meā quā mihi per literas cōmendatis/ omnino diligo: et grauari in nullo volo. Sed tantis angustijs premimur/ vt ab angarijs atq̄ oneribus hoc iam tempore/ nec nosmetipsos excusaremus.

Expliciunt epistole Indictionis duodecime.

Explicit liber tertius sm computationem Gratiani in decretis.

Liber quartus.

Incipiūt epistole Indictionis decimetertie ex registro beati Gregorij pape.

Gregorius Joanni Rauennati archiepiscopo. ⁊c. Monasterium monachorū non per clericos nec laicos ordinandum. Capitulum. xlv.

Epla. j. Cā. xviij. q. ij. Peruenit.

Peruenit ad me q̄ in ecclesijs fraternitatis tue/ aliqua loca quondā monasterijs cōsecrata/ nunc habitacula clericorū aut etiā laicorū facta sunt: dūq̄ hi q̄ sunt in ecclesijs/ fingunt se religiose viuere: monasterijs preponi appetūt: ⁊ p eorū vitā monasteria destruuntur. Nemo etenī potest ⁊ ecclesiasticis obsequijs deseruire/ ⁊ in monachica regula ordinate persi-

Cā. xvj. q. j. Nemo.

A

stere: vt ipse monasterij districtionē teneat: qui quotidie in obsequio ecclesiastico cogitur permanere. Proinde fraternitas tua hoc quolibet in loco factū sit/emendare festinet: quia ego nullo modo patior loca sacra vt p clericorum ambitū destruantur. Uos itaq̧ ita agite: vt mihi hac de re correctam causam sub celeritate nuncietis.

¶ Gregorius Felici & Ciriaco abbatibus. De ordinando monasterio Theodosie. Capitulum.xlvj.

Epl.ij.

Querelam Theodosie religiose femine/subdite vobis lator series narrationis explanat: in qua plura & non ad sacerdotalem pertinentia mansuetudinē/contra Januarium fratrē et coepiscopū nostrū capitula comprehensa relegimus: ita vt post fundatum a se seruorū dei monasteriū: omne quod ad auaritie turbulentiam preiudiciūq̧ pertinet: tēpore dicatur oratorij ipsius dedicationis exhibitū. Et hoc si ita est: vt antefata eius suggestione cōperim?: et in hoc quicq̧ cognoscetis indecentius fuisse commissum: hortamur vt Musicū abbatem monasterij agilitani/remotis prius omnibus preiudicijs/studeatis vt monachos suos quos illic ordinare ceperat/summopere vocare festinet: quatenus ipso venerabili loco/decenti regulariq̧ modo per vos dño iuuante dispositone: frequēs nos predicte religiose femine de nō impletis bonis desiderijs suis querela concutiat: nec cū vestre detrimento sit anime: si tam

B

pium propositū aliqua vobis negligentibus: (quod non credimus) dilatione torpescat.

¶ Gregori? Dominico episcopo Carthaginēsi. De cōpescendis hereticis. Capitulum.xlvij.

Epl.iij.

Ueniens ad nos Prosper presentiū lator/responsalis vester/post alios vestre charitatis affectus: secundo nobis vestras epistolas cū allegatione principaliū iussionū/apud vos habite synodi chartulam porrexit. Quibus relectis: et de vestro gratulati sumus (quem pastoraliter geritis) zelo: et pullulasse nos dños occasione religionis illatas venalium personarum remouisse calūnias. Maxime aūt q̄ ita studuit fraternitas vestra ephebicanā incocussam seruare prouinciam: vt nullatenus deuias hereticorū sectas cū feruore sacerdotali coercere negligeret. De quibus etiam omnibus sopiendis/& antecq̧ charitatis vestre consuleremur apicibus/intantū nos subtilius definisse meminimus/ vt nihil rursus de his vobis respōderi necessarium credamus. Quicq̧ ergo hec ita se habeant: et desideremus oēs hereticos a catholicis sacerdotibus vigore semper rationeq̧ cōpesci: rā subtiliter inuictes omnino nos restigit: ne per ea que apud vos gesta sunt/aliorū cōsiliorū primatibus (quod auertat dñs) generetur scandalum. Sententia nāq̧ a vobis prolata est in conclusione gestorū. In qua dum pro inuestigandis illis hereticis admonetis: subintulistis eos qui negligūt/substātiarū dignitatisq̧ priuatione plectendos. Optimū est igitur frater

C

charissime: vt in his que forte corrigēda sunt/prius charitas interna seruetur: & timor mēte subiecti. Quod maxime vestre grauitatis proprium iudicamus: etiam per sonis dignitate minorib?. Tūc enim totis condenatis viribus hereticorū cōmodius obuiatis erroribus/cum sm morem sacerdotij vestri studueritis ecclesiasticam custodire concordiam.

¶ Gregorius Uictori episcopo panormitanō. De gregorio abbate & martia abbatissa. Capitulum.xlviij.

Epl.iiij.

Latorem presentium Gregoriū Abbatē atq̧ presbyterū monasterij sancti Theodori nulla quidē ratio permittebat vt post ipsum illius pene generalē vitra et preesse debuisset. Qui enī tot discipulos per suam negligentiam ad infernū duxit/reliquis vnq̧ preponi non debuit. Sed q̄ longa hic est apud nos penitentia afflictus/fraternitatē tuā necesse est cum in monasterium predictū recipere: locoq̧ suo constituere. Ita tamen vt Urbicus monasterij mei preposit? dare aliquē de seruis dei debeat: qui eius prepositus fiat: vt qd illius incuria negligitur/illius sollicitudine seruetur. Preterea et monasterio ancillarum dei/quod est sancti Martini/Martiā sanctimonialem feminā in monasterium aliud intrasse audio/huiusmodi migrasse. Uictoria que locū illius sequebatur (sicut audio) res monasterij dispersit/vt ad priorēq̧ loci pertingeret: et ipsa post abbatissa interim inueniri debuisset. Quā rem fraternitas tua

sub omni studeat celeritate corrigere: (cuius enim iam culpe sit intelligis) vt ego tam longe positus: que in ciuitate tua aguntur agnoscā: et tot curis occupatus/que fieri debeant disponam. Predictam itaq̧ Martiam in monasterium suum & locū suum volumus reuocari. Uictoriam vero Fantino defensori nostro trade: quatenus

D

ipse eam discutiens/cui quid de reb? monasterij dedit/inueniat. Quam discussam in monasteriū aliud dari volumus: nobisq̧ per Fantinum defensorem subtiliter renunciari: vt sciamus quid de ea debeat sententia certiori constitui. Multa autem mala in eodē monasterio per Anastasium medicum audio contigisse. Qui si quando in monasterium virginū seu ipse seu alius fuerit ingressus: fraternitatem tuam culpa respicit/que gregem cōmissum tenet/et custodire dissimulat.

¶ Gregorius Uenantio episcopo Lunēsi. De saturnino episcopo lapso. Capitulum.xlix.

Epla.v. Parte.j. Di.l. Accedens.

Accedens ad Gorgonam insulā fraternitas vestra discutiat id quod ad nos de Saturnino presbytero est perlatum. Peruenit nanq̧ ad nos: quia postq̧ pro crimine lapsus sui a sacerdotij ordine est deiectus: ad explēdum ministeriū sacerdotij presumpsit accedere: & omnipotēti deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra repererit: cum sacri corporis & sanguinis dñici participatiōe priuatū/in penitentiā redigat: ita vt vsq̧ ad diem obit? sui in eadem excōmunicatione permaneat: & viaticū tantūmodo exitus sui tempore percipiat. Si autē eum fraternitas

E

tua talem penitentiā agere cognouerit: vt ei iuste ad recipiendā inter laicos communionē et ante exitum debeat misereri: hoc in tue fraternitatis ponimus potestate.

¶ Mense Octobri. Indictione.xiij.

¶ Gregorius Cypriano diacono et rectori patrimonij Sicil. De manicheis cōprimendis. Capitulū.l.

Epl.vj.

De manicheis qui in possessionib? nostris sūt/ frequēter dilectionem tuam admonui: vt eos persequi summopere debeat: atq̧ ad fidem catholicā reuocare. Et si tēpus exigit/per te: si autē p causas alias nō licet/per alios solerter inquire. Peruenit ergo ad me: esse hebreos in possessionib? nostris/qui conuerti ad deū nullatenus volunt. Sed videt mihi vt per omnes possessiones in quib? ipsi hebrei esse noscunt/epistolas trāsmittere debeas: eis ex me specialiter promittēs q quicūq̧ ad verū dñm deum nostrū Jesum xpm ex eis conuersus fuerit/onus possessionis eius ex aliqua parte imminuetur. Quod ita quoq̧ fieri volo/vt si quis ex eis conuersus fuerit: si solidi pensionē habet: tremissis ei relaxari debeat: si tres vel quattuor/vnus solidus relaxetur. Si quid amplius/iam iuxta eūdem modū debet relaxatio fieri: vel certe iuxta q̧ dilectio tua preuidet: vt & ei qui cōuertitur/onus releuetur: & ecclesiastica vtilitas non graui dispendio prematur. Nec hoc inutiliter facimus/si pro leuandis pensionū oneribus/eos ad xpi gratiam perducamus: q: etsi ipsi minus fideliter veniūt/hi

F

tamen qui de eis nati fuerint/iam fidelius baptizantur. Aut ipsos ergo/aut eorū filios lucramur. Et ideo nō est graue quicquid de pensione pro xpo dimittimus. Preterea ante hoc tēpus Joanne subdiacono veniēte/mihi tua dilectio aliquas scripsit: que omnia hora eadem relegēs/multos dies interposui: & post multorū dierum moram tantū in memoria retinēs q̄ legerā/ad singula respōdi. Sed nunc (vt arbitror) vnum mihi capitulum excidit: et de eo suspicor nihil respondisse. Scripseras enim vt minuti solidi rusticis per manus quorūdam debiti cōductorū darentur: ne tollentes ab aliis: aut in angariis/aut rerum precijs grauarentur. Quod capitulum mihi gratissimū fuit. Et siquidē iam scripsi: ea seruā que scripta sunt. Si autem ex eo (vt suspicor) minime aliquid rescripsi/cōmonitione certa ad dandos solidos pro vtilitate rusticorū non debes immorari: quādo & res ecclesiastica nō perit: et ex ea vtilitas rusticorū leuatur. Sed et alia si qua sunt que vtilia esse consideras/omni ambiguitate postposita debes exhibere.

¶ Gregorius Felici episcopo in Sardinia. De obediētia maioribus exhibenda. Capitulum.lj.

Epl.vij.

Qualiter obedientia vel sit reuerētia prepositis exhibenda: et tuis quoq̧ subiectis ipse nō ambigis. In qua re est valde vtile si id quod

G

disciplinę vigor imponit: nullo cogēte humilitas laudāda seruauerit. Peruenit itaq; ad nos q fraternitas tua Joanni fratri nostro prime iustinianę episcopo ſm morem parere despiciat: et nec decreto eius: nec relationi quam ad nos direxit / iuxta cōsuetudinem voluisse subscribere. Quod si ita est / contristamur: quia superbię de te manifestum prebes indicium. Quod q̃ sit precipue in sacerdote culpabile / diuine admonitionis clamant eloquia. Propterea hortamur vt mentis tumore deposito / ordinatori tuo antedicto fratri et coepiscopo nostro humilem te exhibere / ac parere non desistas: quatenus et deus gaudeat in fraternitatis vestre cōcordia: et alij de te sumant bonitatis exemplum. Nam si (quod non credimus) te in superbia permanere contigerit / districtā canonicęq; disciplinę correctionē contumacię tuę nos sciamus vicissim imponere. Bene ergo facis / talem te sponte salubri cōsideratione prebere: qualis esse canonica correctione exigēte cōpelleris. Nam nec tibi denuo post nostram admonitionē licebit ad tuę volūtatis arbitrium contra morem maioribus tuis inobedientē existere / nec tante nos indisciplinationis ecclesiasticam cognoscas dissimulare vel differre vindictam.

Gregorius Petro notario in Sardinia. De ministerijs miriensis ecclesię recipiendis. Capitulū .iij.

Epi. viij.

MInisteria ecclesię miriensis que secū squillatrum quondā episcopus Seuerinus detulerat: presentium sibi portitores restitui postulant. Quia ergo res ecclesiastice cauta debēt sollicitudine premuniri: hoc nobis visum est: vt in eadē ecclesia seu ciuitate episcopus cui ministeria ipsa tradi possint / debeat ordinari. Sed qm̃ Leonē archidiaconem aliosq; clericos eiusdem ecclesię esse illic cōmemorant: experientię tuę precipimus: quaten9 eos ad suam ecclesiam proficisci: ac eligere ordinandū episcopum sibi cōmoneat: vt dum deo illic fuerit propitio cōsecratus: ipse ecclesię suę res sine aliqua ambiguitate recipiat.

D

Gregorius Vniuersis Episcopis per Illyricum. De ordinatione Joannis episcopi. Capitulum .iiij.

Epi. ix.

ET nobis cōfert de sollicitudine vestra letitiā: et fraternitatē vestrā de sua reddit ordinatione securam: si antique consuetudinis ordo seruatur. Quia ergo per epistolas quas ad nos per Maximianum presbyterum et Andream diaconem direxistis: in personam Joannis fratris et coepiscopi nostri cōsensum omniū vestrum / et serenissimi principis conuenisse cognouimus voluntatem: magna nos exultatio habuit / talem deo auctore ad sacerdotij officium fuisse prouectum / qui dignus cunctorum est electionis iudicio comprobatus. Proinde iuxta postulationis vestre desiderium / predictum fratrem et coepiscopum nostrum in eo in quo est sacerdotij ordine constitutus: nostri assensus auctoritate firmamus: ratamq; nos eius consecrationē habere dirigētes pallium indicamus. Cui quoniam iuxta morem nostras vices commisimus peragēdas: ideo fraternitatem vestram necessario preuidimus adhortandam: quatenus ei in his que ad ordinem ecclesiasticū / rectitudinemq; pertinēt disciplinę: siue in alijs quibus canonum decreta non obstant: parere nullo modo differatis: vt charitatē vestram syncero cum iudicio elegisse / exhibita valeat obedientia declarare.

I

Gregorius Joanni episcopo Rauēne. De vsu pallij. Capitulum .iiij.

Epi. x.

FRaternitatē vestram valde inuenio cōtristatam pro eo q in letanijs induere pallium rationis censura prohibetur. Sed per excellentissimum Romanū patritium: et per eminētissimū prefectū: atq; per alios ciuitatis sue nobiles viros importune expetit vt hoc debeat cōcedi. Nos autē sollicite requirentes ab Adeodato diacono quōdā fraternitatis tuę cognouimus: q: minimē cōsuetudo fuerit decessorib9 tuis / vt in letanijs pallio nisi in solēnitate beati Joānis baptiste / et beati Petri apostoli / et beati martyris Apolinaris vterētur. Cui quidē nequaq; credere debuimus: nisi q: multi apud ciuitatē fraternitatis vestre responsales sepius fuerūt: qui se fatētur tale aliquid nunq; vidisse. Et hac de re multis potius credēdum est / q̃ vni pro sua ecclesia aliquid attestanti. Sed q: nos fraternitatem vestram contristari nolumus: et petitionē filiorū nostrorū apud nos minime frustrari: vsum pallij (donec subtilius veriusq; aliquid cognoscamus) in letanijs solennibus. i. die natalitio beati Joannis Baptiste: et beati Petri apostoli: vel Apollinaris martyris: atq; in ordinationis vestre celebratione concedimus. In secretario vero ſm morem pristinum susceptis ad dimissis ecclesię filijs: induere vestra fraternitas palliū debeat: atq; ad missarū solēnia ita proficisci: et nihil sibi amplius ausu temerarię presumptionis arrogare: ne dum in exteriori habitu inordinate aliquid arripitur / ordinate etiā que licere poterant amittantur.

N

Gregorius Petro episcopo Trecalonitano. De visitatione agrigentine ecclesię. Capitulum .iv.

Epi. xi.

QUoniam agrigentine ecclesie a nobis fraternitati tuę visitationis cōmissa est cura: laboribus tuis aliquid ex ea vtile prospexim9 cōsulendū. Propterea Marciano fratri et coepiscopo nostro scripsimus: vt quartam quam eiusdem ecclesię episcopū oportebat accipere: a die visitationis tue: vel quousq; illic eam sollicitudinem gesseris / tibi debeat applicare. Unde fraternitatem tuam necesse est mente sollicita cogitare: vt cuius fructus ecclesię perceperit / opera studeat solerter impēdere: atq; ad deum illic animos cōgregare: prauos ab iniquitate compescere: incipientes bona opera: verbo exhortationis nutrire. Memor quod de ecclesia vniuersali dictum est: Panem ociosa non comedit.

Puer. xxxi.

Gregorius Gaudentio episcopo Noleno. Uisitationem capuane iniungit ecclesię. Capitulum .vi.

L

Epi. xij. Parte .j. distin. xvj. Quoniā.

QUoniam Sixtus Capuane ecclesie episcop9 in romana ciuitate posit9 / de hac luce migrauit: cure nobis fuit / que vniuersis ecclesijs a nobis impenditur / ad fraternitatē tuā presentia scripta dirigere: vt memorate ecclesie visitator accedas: sic tamen vt nihil de prouentionibus clericorū / redditu / ornatu / ministerijsq; / vel quicq̃d prefati loci esse patuerit / a quoq; presumi patiaris: sed omnem vigilantiam atq; cautelam circa clerum plebemq; eiusdem ecclesię exhibere te conuenit: vt in vigilijs obsequioq; ecclesiastico sedule ac deuote debeant deseruire: quatenus fraternitatis tuę instantia atq; adhortatione tales se in seruitio diuino exhibeant / vt irreprehensibile eorum valeat obsequium reperiri.

Gregorius clero ecclesię Capuane degenti Neapol. De visitatione ecclesię eiusdem gaudentio commisse. Capitulum .vij.

Epi. xiij.

QUoniam Sixtus Capuane ecclesie episcop9 hic positus de hac luce migrauit / cure nobis fuit / destitute ecclesię visitationem fratri et coepiscopo nostro Gaudentio nolane ciuitatis episcopo solēniter delegare. Cui dedimus in mandatis / vt nihil de prouentionib9 clericorum / redditu / ornatu / ministerijsq; / a quoq; vsurpari patiatur. Cui9 vos assiduis adhortationibus conuenit obedire: quatenus in ecclesiastico obsequio / atq; in dei laudibus vigilanti debeatis cura persistere: moresq; vestros sub digna ecclesiastici regiminis disciplina componere. Nec quisq; vestrum eius audeat preceptionibus obuiare: sed omni tam ecclesiastice obseruatione / q̃ etiam ecclesię vestrę custodia / eius prouisionibus obedientiam exhibere: quatenus dum eius regimini vestra fuerit obedientia commodata: et ecclesię vestre in nullo negligatur vtilitas: et eius sit cura propensior.

M

Gregorius Joanni episcopo Rauenne. De irrisorio dictatu eius. De duplicitate morum et operum. De contumelia seruorum. De doctrina clericorum. De inordinato vsu pallij: et cura pastorali: et alijs plurimis rebus. Capitulum .viij.

Epi. xiiij.

PRimum me hoc contristat: quia mihi fraternitas tua duplici corde scribit: et alia blandimenta in epistolis suis exhibet: alia in lingua sua seculariter ostendit. Deinde graue mihi est: quia irrisiones illas quas habere notarij adhuc pueri solent: vsq; hodie frater meus Joannes in lingua sua retinet. Mordaciter loquit: et quasi de tali astutia letat. Amicis presentib9 blandit: de absentib9 obloquitur. Tertio graue mihi et omnino execrabile est / q: seruis suis qua hora furit / turpis criminis imponit: et effeminati et adhuc grauiter hoc

B

apertius vocetur. Post hec accessit q disciplina ad vi-
tam clericorum custodiendam nulla est: sed tantummodo
solum clericis suis dominium exhibet. Ultimum vero est
quod tamen pondere elationis primum est: scz de vsu pallij
extra ecclesiam. Quod decessorum meorum temporibus facere
nunq̃ quisq̃ presumpsit: nunq̃ a decessoribus eius pre-
sumptum est, sicut responsales nostri testantur: excepto
si reliquie conderentur. Quod tamen de reliquijs: vnus
tantummodo potuit inueniri: qui meis diebus in despe-
ctum meum cum summa audacia non solum faciebat, sed
etiam frequentabat. Ex quibus omnib' inuenio: q̃ ho-
nor episcopat' vestri totus foris in ostensione est: non in
mente. Et quidem omnipotenti deo gratias ago: q̃ eo tem-
pore quo ad me hoc peruenit, quod ad aures decessorum
meorum nunq̃ peruenerat: Longobardi inter me et rauen-
natem ciuitatem positi fuerant. Nam ostendere fortassis ho-
minibus habui, quantum scio esse district'. Ne autem credas
q̃ ego ecclesiam tuam in aliquo grauari aut minui volo:
recordare in missarum Romanarum solemnibus vbi Rauen-
nas diaconus stabat: et require vbi hodie stetit cogno-
sces q̃ ecclesiam Rauennatem honorare desidero. ¶ Sed
vt quisq̃ quodlibet ex superbia arripiat: hoc ego tolera-
re non possum. Tamen hac de re iam diacono n̄ro ad Con-
stantinopolim scripsi: vt ponens qui sub se etiam tricenos
et quadragenos episcopos habent: requirere debeat. Et

D

si cubi istic visus est: vt in letanijs cum pallijs ambulent, ab-
sit vt per me Rauennatis honor ecclesie in aliquo immi-
nui videatur. Hec ergo omnia que superius dixi, frater
charissime recogita: diem tue vocationis attende: quas
rationes de sarcina episcopatus redditur' es, considera.
Emenda illos mores notarij. Uide quid in lingua, quid
in actu episcopum deceat. Esto totus pur'. Fratrib' tuis
non aliud loquaris: et aliud in corde habeas. Nec appe-
tas vltra videri q̃ es: vt possis vltra esse q̃ videris. ¶ Cre-
de mihi, quando ad hunc locum veni, tante delibera-
tionis fui: tanteq̃ charitatis circa fraternitatem tuam, vt si
eandem charitatem meam custodire voluisses: adhuc talem
fratrem sicq̃ te pure diligentem: tibiq̃ omni deuotione con-
currentem nunq̃ inueneras: sed cognitis verbis ac mo-
ribus tuis, fateor resilui. Rogo ergo per omnipotentem
deum, emenda omnia illa que premisi: maxime duplici-
tatis vitia. Permitte me amare te: et ad presens, et ad fu-
turam vitam vtile tibi esse poterit: vt a tuis fratrib' ame-
ris. Ad hec autem mihi non verbis, sed moribus responde.

¶ Gregorius Joanni episcopo prime Justiniane. De
vsu pallij et cura pastorali. Capitulum.lix.

Epl.xv.
Parte.j.
dist.lxiij.
Quia.

Manifestum bonitatis esse liquet indicium, ubi vni'
electione cunctorum conuenire consensum. Quia
igitur suscepta fratrum et coepiscoporum nostro-
rum relatio, ad locum vos sacerdotij totius pcilij vnito con-
sensu, et serenissimi principis voluntate declarat accersi-
ri: gratias omnipotenti deo creatori nostro magna cum ex-
ultatione retulimus: qui vitam actusq̃ vestros ita de pre-

E

teritis fecit esse probabiles, vt omnium vos (qd est valde
laudabile) faceret placere iudicio. Quibus nos quoq̃
in personam fraternitatis tue per omnia consentim'. Atq̃
omnipotentem dominum deprecamur, vt charitatem vestram sicut
sua gratia elegit: ita in omnib' sua protectione custodiat.
Pallium vero ex more transmisimus: et vices vos apo-
stolice sedis agere iterata innouatione decernimus: admo-
nentes vt ita vos circa subiectos debeatis exhibere pla-
cabiles: vt rectitudinem vestram diligere prouocentur
potius q̃ timere. Quos si culpa forte poposcerit: its ex-
cessus emendare curabitis, vt paternum affectum de animo
nullo modo relinquatis. Estote in custodia commissi gre-
gis vigilantes atq̃ solliciti: et discipline zelo districti:
ne lupus insidians nec ouile turbare dominicum, nec noce-
re ouibus aliqua fraudis occasione preualeat. Animas p
lucrum deo nostro tota mentis intentione facere festina-
te: nomen nos pastoris non ad quietem, sed ad laborem
suscepisse cognoscite. Exhibeamus ergo in opere quod
signamur in nomine. Sacerdotij prerogatiuam si recta
consideratione pensemus, sollicitis et bene gerentib' in
honorem negligentib' aut profecto erit in onus. ¶ Si-
cut igitur laborantes, et circa animarum salutem sollicitos
hoc nomen ante deum eternam ducit ad gloriam, ita de-
sides ac torpentes vrget ad penam. In lingua nostra vi-
tam esse aliam plebs commissa agnoscat. Sit illis frater-

D

nitatis vestre doctrina: gratus correctionis stimulus: et
vite imitationis exemplum. Quid enim diligere et quid
timere debeant, charitatis vestre sermo predicationis
aperiat: fructum efficacia vestra eterne huiusmodi retri-
butionis acquirat. Inter hec vo et huiusmodi ista vos
principaliter deliberationis cura constringat: ne vnq̃
ordinationes facere temptetis illicitas: sed si quos ad cle-
ricatus ordinem, vel potiorem forte gradum promoue-
ri contigerit: non premijs aut precibus, sed meritis or-
dinentur. In nulla ordinatione fraternitati vestre com-
moda quolibet modo surrepant: ne laqueis simoniace
(quod absit) heresis oos illigetur. ¶ Quid enim prodest ho-
mini (sicut veritas docet) si totum mundum acquirat:
et sue faciat anime detrimentum: Unde necesse est vt de-
um in omni quod gerimus, attendamus: peritura et tem-
poralia contemnamus: atq̃ ad eternitatis bona cordis
desiderium dirigamus. Exenia autem vestre sanctita-
tis suscipere omnino nolueram: quia valde esset incon-
gruum: vt a predatis atq̃ afflictis fratrib' munera per-
cepisse videremur. Sed responsales vestri alio me argu-
mento vicerunt: ad eum illa deferentes, a quo non posset
oblatio vestre fraternitatis repelli. Illud enim vobis pre
omnibus studendum est, vt venturo iudici animarum
(sicut prediximus) non peritura munera pcuretis: qua-
tenus et vos de vestra mercedis operatione, et nos pari-
ter de nostra adhortatione respiciat.

Mat.xvj.

E

¶ Gregorius Uenantio Episcopo Lunen. De lapsis
presbyterorum, diaconorum, et subdiaconorum.

Capitulum.lx.

Epl.xvj.

Relecto textu quam fraternitas tua direxit epi-
stole, sollicitudinem tuam diligenter innotuit.
Sed cognita nos corporis tui molestia contri-
stauit. Uerumtamen dnica patienter debent sustineri fla-
gella. Nam frequenter ad emendationem egritudo conce-
dit. Et hoc ante deum hominem purgatum statuit: quod in
hac illum ad presens vita contristat. Unde necesse est vt
creatori nostro etiam in infirmitate positi gratias refe-
ramus: et vt in illa nobis vite castigatio ista pficiat ex-
oremus. Preterea ad fraternitatis tue consulta respon-
dentes: statuimus diaconem et abbatem de portu veneris,
quem indicas cecidisse: ad sacrum ordinem nō debere vel
posse vllo modo reuocari. Quem quidem sacro ordine pri-
uatum in penitentia deputare te conuenit. Cui' si postea
actus, conuersatioq̃ meruerit: priorem inter alios mona-
chos (vbi tu tamen decreueris) standi locum obtineat.
¶ Subdiacones quoq̃ quos similis culpa constringit,
ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos com-
munionem accipiant. In portu autem veneris loco lapsi
diaconis, alium qui hoc officium implere debeat, ordi-
nabis. Saturninum vero expresbytero, vt nunq̃ ad sacri
ordinis ministerium presumat accedere, scriptis cauere
decreuimus. Sed cum in insulis Gorgona atq̃ capraria
sollicitudinem de monasterijs gereret: et in eo in quo est
statu, sine cuiusq̃ aduersitate manere permittim'. Fra-
ternitas ergo tua commissos sibi vigilanti cura custodiat:

Parte.j.
di.l. Pre-
terea.

F

a malis actibus sua (vt valet) predicatione corripiat:
quatenus et officij sui inueniatur (sicut decet) implere
propositum: et deum sibi retributorem sue faciat actionis
existere. Nos vero omnino vos videre cupimus: atq̃ in
deo de vestra presentia et salute gaudere. Uestem vero ei
que baptizanda est direximus: atq̃ vt nobis talia scribe-
tis, semper optamus. Codicem vero regule pastoralis
domno Columbo presbytero transmittendum per harum
portitorem direximus: quem vos nolite detinere. Nam
visui vestro alium sub celeritate transmittemus.

¶ Gregorius Constantio episcopo Mediolanen. De
his qui depositi sunt quomodo ad penitentiam deputen-
tur. Capitulum.lxi.

Epl.xvij.
Parte.j.
di.l. Si lap-
sis.

Si lapsis ad suum ordinem reuertendi licentia con-
cedatur, vigor canonice proculdubio frangit
disciplinę: dum preuersionis spe prauae actionis
desideria quisq̃ concipere non formidat. Fraternitas si
quidem vestra nos consuluit: si Amandinus expresbytero et
abbate qui a suo est decessore culpa exigente depositus: in
eo quo fuerat ordine constitutus, debeat reuocari. Quod q̃-
dem nec licere: nec fieri posse aliqua ratione decernimus.
Eius tamen si conuersio forte meruerit: sacro per omnia
sicut est priuatus officio, in monasterio eum ante alios

G vt preuideritis monachos ordinate. Illud igit̃ pre om nib⁹ studete: vt lapsos in sacrũ ordinẽ nullı⁹ vobis sup plicatio aliquo modo reuocare suadeat: ne huiusmodi non statuta: sed temporaliter dilata credat̃ esse vindicta. ¶ Vitalianũ vero ex presbytero de quo scribitis vt di stricte debeat custodiri / in Siciliam dirigi facientes: vt spe discedẽdi sublata / in penitẽtie se sentẽtiis lamẽta cõ stringat. Iobinũ quoq̃ de portu veneris quẽdam dia conem et abbatẽ suo decreuimus priuandũ officio: atq̃ vt alter in eius loco debeat ordinari / scripsimus. Simi liter etiam ⁊ tres subdiacones quos fraternitas vestra lapsos innotuit: a suo semper vacare / ac decreuim⁹ pri uatos officio: quib⁹ nihil aliud q̃ inter laicos sacra est prebenda cõmunio. Saturum vero ex presbytero ne ad sacri ordinis ministeriũ presumat vnq̃ accedere / depu tauimus facere cautionẽ. Eumq̃ in eadẽ qua fuerat in sula sacri ordinis priuatione volumus permanere: per mittentes ei curam ⁊ sollicitudinẽ de monasterijs habe re vel gerere: quoniã ⁊ ex suo lapsu cautiorẽ factum eum credimus cõmissos sibi iam nunc sollicitius custodire. ¶ De Ioãne autẽ ecclesie vestre notario charitas nos qua vos diligimus: olimq̃ dileximus: vt scriberem⁹ ad monuit: ne dum ei⁹ culpa prouocat: aliquid qd ad pecca tum pertinet / fieri mãdaretis. Hoc ergo cauẽtes / eccle vestre res subtiliter modis quib⁹ potueritis inquirite: dũmodo nec deũ offendatis / nec ille vos vnde apud ho mines accuset / valeat inuenire. Nam nos Ioannẽ nõ de fendendo: vel cõtra rationẽ cõmendando eius personã /

D sed ne vestra magis anima stimulante furore in aliquo grauaretur / scripsimus. Unde necesse est vt (sicut prefa ti sumus) ecclesiam vestram subtili inuestigatione cum dei timore perquirere minime negligat̃. Preterea mul tum nos de Fortunati persona charissime fraternitatis vestre mirari fecit epistola. Sz aut a vobis minime scri pta ipsa dictata sunt: aut certe si vestra sunt / nos in eis fratrem nostrum dñm Constãtium nequaq̃ agnoscim⁹. ¶ Debuistis etenĩ et adhuc debetis attẽdere: qr pro ve stra est opinione quod scribimus. Nam dum illic se pre dictus Fortunat⁹ violentiã sustinere / nec defensoris au xilio muniri potuisse cõmemorat / quid aliud nisi vestrã attingit inuidiã: Ergo vt nec opinionem vestrã hec res apud quosdã obfuscet: nec ecclesie vestre sit (si bona cau sa est) detrimẽtũ: instructam hic debetis mãdare perso nã: vt cause qualitas trutinata sine vestra possit inuidia terminari: quoniã presertim post eius querelam: si illuc pro vestris partibus fuerit dicta sententia / non rationa biliter / sed sola potestate credetur superatus. Nos vero pro charitate qua vobis astringimur: que pro opinione vestra sunt vt facere debeatis / nõ desistimus admonere. Scientes qr etsi vos ad tempus adhortatio ista contri stat: postea tñ deposita contentionis intẽtione letificet.

¶ Mense Septembri. Indictione. xiij.

I ¶ Gregorius Romano exarcho per Italiam. De spe cioso presbytero: et sanctimonialib⁹ ad seculũ reuersis. Capitulum. lxij.

Epi. xviij A Pud excellẽtiam vestram prauorũ audacis correptionis debet aculeos / magisq̃ defen sione inuenire solatiũ. Nam satis graue est / vt illic habere prauam contingat actionẽ refugiũ / vnde discipline debet prodire censura. Peruenit itaq̃ ad nos speciosum quẽdam presbyterũ: qui causa poscẽte in mo nasterio a Ioanne fratre ⁊ coepiscopo nostro fuerat de putat⁹: contra sui pastoris exinde voluntatẽ exijsse: ⁊ ec clesiastice cõstitutionis vigore despecto / antedicto epo vestra fretum tuitione resistere. Quod qr excellentie ve stre sine dubio pulsat inuidiam: necesse est vt ab ei⁹ vos (habita discretione) debeatis tuitione suspendere: ne si nominis vestri occasione pastori suo inobediens vel cõ tumax extiterit: ad tempus et vestros contra vos iudi ces defensare / atq̃ excellentiam vestram hac ex re coga tur offendere: et nos pariter de vestra discordia contri stare. ¶ Comperimus preterea (quod dici nephas est) quasdam mulieres que nuncusq̃ in religioso atq̃ mona chico habitu permãserũt: sacrã vestem ⁊ suam velaturã deponere / ⁊ coniugibus (quod sine graui referre nõ pos sumus dolore) sociari. Sed hoc quidẽ vt dicere vel attẽ tare presumãt / fauoris vestri patrocinio fulciri dicitur: qd nos credere peruersitatis ipsius acerbitas non per

mittit. Petimus ergo vt tãto vos peccato miscere nul latenus debeatis. Nam huiusmodi iniquitatẽ ipunitã propter deum nullo modo patimur remanere. Unde ite rum quesumus: vt excellentia vestra in talium se causa rum defensione nõ misceat: ne ⁊ deum sibi offendat iniu riam: et inter nos aliorum paria t culpa discordiam. B

¶ Mense Februario Indictione. xiij.

¶ Gregorius Cypriano diacono. De obitu maximia ni: et de episcopo eligendo. Capitulum. lxiij.

A Marissimas tue dilectionis epistolas de dñ ni Maximiani obitu mẽse Nouẽbris suscepi. Et quidẽ ille ad premia desiderata peruenit: sed infelix populus Syracusane ciuitatis lugẽdus est: qui pastorẽ talem diu habere nõ meruit. Proinde dile ctio tua sollicitudinẽ gerat: vt in eadẽ ecclesia talis de beat ad ordinandũ eligi: qui post dñm Maximianum eiusdẽ regiminis locũ nõ videatur immerito sortiri. Et quidem credo q̃ Traianũ presbyterũ maxima pars eli gat: qui (vt dicitur) bone mentis est: sed quãtũ suspicor / ad regẽdũ locũ illum idoneus non est. Tamen si melior inueniri non valet / ⁊ ipse nullis criminib⁹ teneatur inuo lutus: condescẽdi ad eũ / cogẽte nimia necessitate potest. Si aũt mea volũtas ad hanc electionẽ queritur: tibi se creto indico qd volo: qz null⁹ mihi in eadẽ ecclesia post dñm maximianũ tam dign⁹ videtur q̃ Ioannes archi diaconus Cathanẽsis ecclesie. Qui si fieri potest vt eli gatur / credo q̃ apta valde persona inueniatur. Sed ipse quoq̃ prius de criminibus que impedire possunt: a te se crete requirẽdus est. A quib⁹ si liber inuẽtus fuerit / eli gi iure potest. Quod cũ factũ fuerit / etiã frater ⁊ coepi scopus noster Leo ei cessionẽ prestare debebit: vt liber ad ordinandũ possit inueniri. Hec ergo dilectioni tue indi care curaui: tue iam sollicitudinis intererit / vt ois solli cite circũspicias: et ea que sunt deo grata disponas. Epi. xix. L

¶ Gregorius Ioãni episcopo Squillatino. Uisitatio nem ecclesie Rauẽnatis commendat. Capi. lxiiij.

Epi. xx. O Bitum Ioãnis antistitis directa relatio pate fecit. Quapropter visitationis destitute ecclesie fraternitati tue operam solenniter delegamus. quam ita te puenit exhibere / vt nihil de prouectionibus clericorum / redditu / ornatu / ministerijsq̃ / vel quicquid illud est i patrimonio eiusdẽ / a quoq̃ presumatur eccle sie ⁊c. Sm modum prehabitum.

¶ Gregorius clero / ordini / et plebi consistẽti. Rauenne. De visitatore seuero. Capitulum. lxv.

Epi. xxi. U Estri antistitis obitũ cognoscentes / cure no bis fuit / visitationẽ destitute ecclesie fratri ⁊ coepiscopo nostro Seuero Paulino solenni ter delegare: cui dedimus in mandatis: vt nihil de pro uectionibus clericorũ / redditu / ornatu / ministerijsq̃ a quoq̃ vsurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhorta tionibus conuenit obedire ⁊c. Sm morem habitũ.

¶ Gregorius Cypriano diacono. De obitu Theodori: et alio episcopo eligendo. Capitulum. lxvj. M

Epi. xxij. O Bitum Theodori episcopi dilectionẽ tuã iam credimus cognouisse. Sed qr ipse testamẽtũ di citur cõdidisse: subtiliter te ne quid de rebus ec clesie sue consumpsisset / oportet inquirere. Et siquidem eũ exinde aliquid incongrue minuisse didiceris: ita age vt res ipse ab eo cuius interest modis omnibus reparẽ tur. Clerũ vero ⁊ populũ loci ipsius admonere te conue nit: vt omni dilatione postposita / eligant qui sibi reuerẽ te deo debeat episcopus ordinari.

¶ Gregorius Castorio Notario. De morte Ioannis et alio episcopo eligendo. Capitulum. lxvij.

Epi. xxiij N Imis nos Ioannis fratris ⁊ coepiscopi nostri mors cognita contristauit. Maxime q̃ ciui tas illa hoc tẽpore amisit pastoralis cure sola tium. Quis igitur plurime vtilitates exposcũt: vt eccle sie ipsi sacerdos sine mora xp̃o auctore debeat ordinari: ideo experientie tue precipimus: quatenus clerũ et po pulum omni instãtia studeat adhortari / vt consecrandũ sibi non differant eligere sacerdotem. Quos tamen pre omnibus admonere te volumus: vt in generali cause vti litates proprias non attẽdant. Nulla ergo sit in hac ele ctione venalitas: ne dum premia appetunt / discretionẽ electionis amittant: et illum dignum ad hoc esse arbi trentur officium: qui nõ meritis / sed dationibus placuerit.

B

¶ Specialiter enim et absolute cognoscant: quia non solū indignus est sacerdotio: sed et alijs profecto erit culpis obnoxius / quisquis dei donū precijs presumpserit venalitate mercari. Non itaq; largus premijs / sed dign⁹ meritis eligatur. Nam et electū et eligentes par pena respiciet: si sacerdotij sinceritatē mente sacrilega violare temptauerint. Siue aūt vnus / siue duo electi fuerint: quinq; de prioribus presbyteris / et quinq; de precedentib⁹ diaconibus simul venire per omnia cōmoneto. De clericis vero preter eos qui venire deliberant: si quos alios presentes esse necessarios estimas / ad nos sine mora transmittito: vt ad ordinandū dei ecclesiam / nec excusatio / nec aliqua possit preuenire dilatio.

¶ Gregori⁹ Castorio diacono. De peruersitate episcoporum: et Ualerio monacho. Capi.lxviij.

epi.xxiiij.

Quedam ad nos de Pisaurensi episcopo peruenerūt: que indiscussa nullo modo sunt relinquenda. Propterea experientie tue pcipim⁹: vt de vita et actibus ipsius subtili indagatione studeat perscrutari. Et si quid fortasse repererit / quod sacerdotij (quod absit) integritatē valeat maculare: ad nos eū cū scriptis tuis de his que in veritate cognoueris: omni modo sub cōpetēti cautela trāsmitte: vt informati deo reuelāte subtilius veritatē: quid fieri debeat / pertractemus. Non solū aūt de eo: sed et de aliorū quoq; sacerdotum te vita conuenit esse sollicitū. Et si de quolibet sinistrum quippiam sentire potueris / nobis renūctare festinas: vt actuū prauitas salubriter cum dei solatio debeat emendari. Peruenit quoq; ad nos Adeodatū quendā ciuem pisaurēsem filio atq; vernaculo suo de quibusdā heredibus institutis Thomā deputasse tutorē: hanc cōditionem adijciens / vt si forte heredes ipsius in pupillari etate de hac vita trāsirent: omnis eius substantia per manus antedicti tutoris debuisset pauperib⁹ erogari. Sed defunctis qui heredes fuerūt instituti / ne defuncti possit volūtas īpleri / supascript⁹ tutor a quibusdā dicitur impediri. ¶ Propterea si (sicut edocti sumus) ita esse i veritate cōpereris / cure atq; sollicitudinis tue sit / antedictū tutorē rationabiliter tueri atq; defendere: vt que q; sibi iniuncta sunt / valeat effectui mācipare. Sed quoniam dicitur eūdē tutorē velle aliquid in diaconia que ibidem cōstituta est emere: sūmopere ei solatiari festina: vt ea que mercedis intuitu pijs causis relicta sunt: te concurrente sine cuiusq; possint impedimēto cōpleri. Ualerianum vero monachū quē emendatū in monasterio beati Joannis in classe posito tradidisti: in eodē eū monasterio sine dubio volumus permanere. Preterea ne quam necessitatem in expensis tua experientia patiatur: de redditibus sancte Romane ecclesie: qui illic te p̄uidente aggregati sunt: omnes expensas tuas te facere volumus. Et si quid supfuerit / nobis cū veneris defer.

C

¶ Gregorius Uincomali defensori. Dat sibi potestatē inter ceteros defensores. Capitulum.lxix.

Epi.xxv.

Ecclesiastice vtilitatis intuitu id nostro sedit arbitrio: vt si nulli conditioni vel corpori teneris obnoxius: nec fuisti clericus alterius ciuitatis: aut in nullo tibi canonum obuiant statuta: officiū ecclesie defensorū accipias: vt quicquid pro pauperum cōmodis tibi a nobis iniunctū fuerit: incorrupte et viuaciter exequaris: vsurus hoc priuilegio quod in te habita deliberatione contulimus: vt omnibus que tibi a nobis fuerint iniuncta: cōplendis operam tuā fidelis exhibeas: redditurus de actibus tuis sub dei nostri iudicio rationem. Hanc aūt epistolam Paterio notario ecclesie nostre subscribendam dictauimus.

Mense Martio. Indictione.xiij.

¶ Gregorius Gaudentio episcopo Nolano. De capuanis clericis Neapoli degentibus. Capitulum.lxx.

Epi.xxvi.

Qui ecclesiasticis famulantur obsequijs / ecclesiasticum (vt possibilitas exigit) debēt adipisci subsidium. Proinde fraternitatē tuā presentibus hortamur affatibus: vt clericis Capuane ecclesie: qui in ciuitate Neapolitana consistunt: quartam in presbyterum eorum de hoc quod ante ecclesie singulis annis accesserit: iuxta antiquā cōsuetudinē distribuere sm personarū studeat qualitatē: quaten⁹ aliquod stipēdiorū habētes solatium / ministerium / officiaq; suū circa eandem ecclesiam deuotiori mente prouocētur implere. ¶ Preterea decem solidos quos Rustico archidiacono suo Festus episcopus suprascripte ecclesie abstulit / fraternitas tua omni cessante ambiguitate restituat: qui in tantā dicitur paupertatem peruenisse / vt cōferendum illi potius esset / q̄ aliqd ab eo auferēdū. Durū enī est et procul a sacerdotis officio: personam positam sub necessitate negligere: et studio congregandi indecenter inhiare pecunije.

D

¶ Gregorius Cypriano diacono. De cicerone monacho. Capitulum.lxxi.

epi.xxvij.

Benenatus frater et coepiscopus noster Ciceronem quendā monachū qui pro suis excessib⁹ a dilectissimo filio nostro diacono Petro / tunc aūt subdiacono et rectore patrimonij nostri: est in penitentiam deputatus / iuris ecclesie sue famulū esse perhibet: eūq; sibi cū rebus suis postulat debere restitui. Necesse est ergo vt dilectio tua studiose perquirat. Et si ita verū esse pititerit / suprascriptū Ciceronē cū rebus suis que apud Fantinū defensorē dicūtur esse deposite: dño mirenatis ecclesie sine aliqua dilatiōe restitue: vt postq; a monachica conuersatione culpe lapsus arripuit: iugū domini sui quod euadere in conuersatione poterat: permanens recognoscat.

¶ Mense augusto. Indictione.xiij.

¶ Gregorius Cypriano diacono. De monachis Theodosij abbatis. Capitulum.lxxij.

E

epi.xxviij.

Peruenit ad nos insinuante Theodosio abbate monasterij scti Martini / tres se illic in Sicilia monachos / quos p̄ vtilitate monasterij sui transmiserat / ibidem retinuisse: et petijt a nobis vt cum tuo eos solatio in suum debeat monasterium reuocare. Dilectio ergo tua q̄ nos huiusmodi causas zelare feruenter cognouit: eos sollicita faciat indagatione perquiri: et inuentos ad suprascriptū abbatē cui cōtumaces extiterunt / sub cōpetēti cautela atq; districtione transmitti. Esto itaq; sollicit⁹ ne regularis districtio vel dilatione aliqua: vel deputatorū remissiōe ledatur. Presentium vero portitorib⁹ qui pro agēdis eiusdē monasterij vtilitatibus a supradicto Theodosio abbate noscūtur esse trāsmissi: in omnibus te instanter volumus prebere solatia: quaten⁹ te cōcurrēte / rationabiliter que sibi iniuncta sunt / valeant explicare. Mancipia aūt eiusdē monasterij que predict⁹ abbas ab hominib⁹ ecclesie nostre indebite phibet detineri / necesse est te modis omnibus perscrutari. Et si ita repereris / sine aliqua ei facito dilatione restitui.

¶ Gregori⁹ Seuero scholastico Exarcho. De agilulfo rege longobardorum. Capitulum.lxxiij.

Epi.xxix.

Qui assistūt iudicibus / et sinceris erga eos dilectionibus obstringūtur: illa eis suadere debent atq; suggerere: que et animā saluēt / et opinioni non derogent. Proinde q̄m nouimus quāta fidei sinceritate excellētissimū exarchū diligatis: teriē eo magnitudini vestre que acta sunt indicare curauimus: vt hec cognoscētes / ad cōsentiendū eū rōnabiliter puocetis. Scitote aūt q̄ Agilulfus lōgobardorū rex generalē pacē facere nō recusat: si tñ ei dñs patricius iudiciū esse voluerit. Nā multa sibi in locis suis intra pacis terminū q̄rit esse cōmissa. Et q̄m sibi (si rō iudicātiū inuenerit) satisfieri postulat: et ipse quoq; se satisfacturū modis oib⁹ pollicet: si quid a partib⁹ suis cōmissum fuerit in pace pmissū. Quia ergo rōni nō ambigitur puenire qd petit: oportet esse iudiciū: vt si qua ab vtraq; parte malefacta sunt / cōponant: dūmodo generalis pax valeat deo ptegēte firmari. Nā qualiter sit nobis oib⁹ necessaria / bene nostis. Sapiēter itaq; sicut cōsueuistis agite: vt excellētissimus exarch⁹ ad hoc sine mora debeat cōsentire: ne p eū pax renui (qd nō expedit) videat. Si eni cōsentire noluerit: nobiscū q̄dem specialē pacē facere repromittit. Sed scim⁹ q̄ et diuerse insule et loca sunt alia pcul dubio peritura. Hec aūt cōsideret / et pacē habere festinet: quaten⁹ in hac saltē dilatiōe et nos quietē possim⁹ habere ad modicū / et Reipublice resistēdi vires adiuuāte dño meli⁹ reparent.

F

¶ Gregorius Helie presbytero et abbati pūincie Isaurie. De epiphanio diacono: et de solidis. Capi.lxxiiij.

Epi.xxx.

Dulcissima sanctitatis vestre scripta suscepi: in quibus mihi satisfecistis vt contristari nō debeam q̄ sm meū desiderium ad beati Pe-

G

tri apostolorum principis limina nō venistis. Et ego q̄dem omnino vos videre volui: sed si molestia corporis aut etatis infirmitas obstitit/aut impedimēto fuit: hoc mihi sufficit vt vbicunq; tua sanctitas fuerit/pro me sollicite oret: quia et si locis corpore diuidimur/charitate semper indisiuncti sumus. Euāgelista autem sicut mandastis transmisimus. Filium vero nostrū Epiphanium mandastis vt ad sacrum ordinē prouehere deberemus/ vobisq; retrāsmittere. Sed in vno vos audiuim⁹: i alio aūt minime audire potuim⁹. Diaconus quidē fact⁹ est: sed quisquis semel in hac ecclesia ordinē acceperit: egrediendi ex ea vlterius licentiā non habet. Si ergo vos videre non potui: hac ex re cōsolatione habeo/q: in filio vestro requiesco. ¶ Solidos aūt nobis voluistis pro necessitatibus celle quinquaginta transmitti: quos multū esse existimātes: ex eis nobis decē donastis: vt quadraginta mitterem⁹. Sed ne forsitan vel hoc graue esset/adhuc alios nobis ex eis estis dignati largiri. Sed q: vos valde in cōtinentia nostra benignos inuenim⁹: eidē benignitati vice simili respōdemus. Quinquaginta transmisimus: ⁊ ne forsitan minus essent/alios decē superaddidimus. Ne vero ⁊ hoc adhuc min⁹ esset: alios duodecim iungi fecimus. In hoc aūt cognoscimus charitatē vestram: q: de nobis ita presumitis/sicut vos presumere debetis. Sed p omnipotentē dñm rogo/vt assiduas preces pro nobis faciatis: quatenus de peccatis in quibus obligatus teneor: ⁊ tribulationibus quibus premor: eius absoluar: et patrie celestis gaudijs perfruar. Hoc aūt quod pro me qualiter oratis/in epistolis vestris indicastis/cognoscite q: valde me releuauit. Sed iā post petitionē meā ampli⁹ facite: quā etiā me non petente fecistis. Prefatū vero dilectissimum filium meū Epiphanium diaconē: q: huic ecclesie diaconatu interueniente ligauimus: sanctitatē tuam non debet contristare: q: sancto Petro apostolo principi: q: per temetipsum corpore nō vales: et per filium tuū ipse deseruias: vt lucro celestis remunerationis pfruaris. Sancta aūt trinitas sua te protectiōe custodiat: et in presentis vite eremo a subsequentibus atq; obuiantibus hostib⁹ regat: vt ⁊ si qua sunt nostra preterita peccata relaxet: ⁊ ea que adhuc āte faciem veniunt/a nobis manu sue pietatis amoueat. Ipsa te du. at ⁊ ipa perducat: atq; in eterno gaudio suscipiat. Det tibi ad electorum sortem pertingere: et pro peccatore me/vt absolui merear/orare.

H

¶ Mense Iunio. Indictione xiij.

¶ Gregorius Mauricio augusto. Cōqueritur se fatuū appellatum. De sacerdotibus honorandis exemplū ponit constantini: et de frumentis.

Capitulum. lxxv.

Epl. xxxi.

In serenissimis iussionibus suis dñorū pietas dum me de quibusdā redarguere studuit/parcendo mihi minime pepercit. Nam in eis vrbane simplicitatis vocabulo me fatuum appellat. In scriptura etenim sacra cum in bona intelligentia ponitur simplicitas: sepe prudētie aut rectitudini sociatur. Unde etiam de beato Iob scriptum est: Erat vir simplex et rectus. et beatus Paulus apostolus admonet dicens: Estote simplices in malo: ⁊ prudentes in bono. Et per semetipsam veritas admonet dicens. Estote prudētes sicut serpētes: ⁊ simplices sicut colūbe. Esse valde inutile iudicans: si aut simplicitati prudentia/aut prudentie simplicitas desit. Ut ergo seruos suos ad cuncta eruditos efficeret/esse eos ⁊ simplices sicut columbas/et prudentes vt serpentes voluit: quatenus in eis ⁊ serpentis astutia columbe simplicitatē acueret: ⁊ colūbe simplicitas serpentis astutiam tēperaret. Ego igitur qui in serenissimis dominorū iussionibus ab Arnulphi astutia deceptus/non adiuncta prudentia simplex denuncior: constat procul dubio quia fatuus appellor: quod ita esse ego quoq; ipse confiteor. Nam si hoc vestra pietas taceat/cause clamant. Ego enim si fatu⁹ non fuissem/ad ista toleranda que inter longobardorū gladios hoc in loco pattor/minime venissem. In ea aūt re quā de Arnulpho perhibui: q: toto corde venire ad rem publicam parat⁹ fuit: dū mihi non creditur/etiam mentitus esse reprehēdor. Sed ⁊ si sacerdos non sum/scio graue esse hanc iniuriam sacerdoti: vt veritati seruiens/fallax credat. Et dudum noui: quoniam Arnulpho plus est creditum q̄

Iob. j.

Rom. xvj.

Matth. x.

mihi. Leoni amplius est, creditū q̄ mihi: ⁊ nunc eis qui esse ad medium videntur: plusq; meis assertionibus credulitas impendit. Et quidē si terre mee captiuitas per quotidiana momēta nō excresceret: de despectione mea atq; irrisione letus tacerem. Sed hoc me vehemēter affligit: q: ego vnde crimen falsitatis tolero/inde Italia quotidie ducitur sub lōgobardorū iugo captiua. Dūq; meis suggestionibus in nullo creditur/vires hostiū immaniter excrescunt. Hoc tamē pissimo dño suggero: vt de me mala omnia quilibet existimet: de vtilitate vero reipublice et causa ereptionis Italie nō quibuslibet facile pias aures prebeat: sed plus reb⁹ q̄ verbis credat. Sacerdotibus autem nō ex terrena potestate dominus noster citius indignetur: sed excellenti consideratione propter eum cuius serui sunt/eis ita dominetur/vt etiā debitā reuerentiam impēdat. Nam in diuinis eloquijs aliquando sacerdotes dij/aliquando angeli vocentur. Nam et per Moysen de eo qui ad iuramentum deducendus est dicitur: Applica illū ad deos: id est ad sacerdotes. Et rursum scriptum est. Dijs non detrahes. scilicet sacerdotibus. Et propheta ait. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: et legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Quid ergo mirum si illos nostra pietas dignetur honorare: quibus in suo eloquio honorem tribuens: eos aut angelos: aut deos ipse etiam appellat de⁹? Ecclesiastica quoq; testatur historia: quia cum pie memorie Constantino principi in scripto oblate accusationes contra episcopos fuissent: libellos quidem accusationis accepit: et eosdem qui accusati fuerāt episcopos conuocans/in eorum cōspectu libellos quos acceperat incēdit: dicens. Uos dij estis/a vero deo constituti. Ite/et inter vos causas vestras discutite: quia dignum non est vt nos iudicemus deos. In qua tamen sentētia pie domine/sibi magis ex humilitate: q̄ illis aliquid prestitit ex reuerentia impensa. Ante eum quippe pagani in republica principes fuerunt: qui verum deum nescientes/deos ligneos et lapideos colebant: et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum si christianus imperator veri dei sacerdotes dignetur honorare: dum pagani (vt prediximus) principes/honorem impendere sacerdotibus nouerunt: qui dijs ligneis et lapideis seruiebant? Hec ergo pietati dominorū non pro me: sed pro cunctis sacerdotibus suggero. Ego enī homo peccator sum. Et quia omnipotēti deo incessanter quotidie delinquo: aliquod mihi apud tremēdum examen illius esse remedium suspicor: si incessantib⁹ quotidie plagis ferior. Et credo/quia eundem omnipotētem dominum tanto vobis amplius placatis: quanto me ei male seruientem districtius affligitis. Multas enim iam plagas acceperam/et superuenientibus dominorum iussionibus inueni consolationes/quas non sperabam. Si enim possum has celeriter plagas enumero. Primum q: mihi pax subducta est: quam cum longobardis in tuscia positis sine vllo reipublice dispendio feceram. Deinde corrupta pace de Romana ciuitate milites ablati sunt. Et quidē alij ab hostibus occisi: alij vero Narnijs et Perusij positi: et vt perusium teneretur/Roma relicta est. Post hoc plaga grauior fuit aduētus Agilulphi: ita vt oculis meis cernerem romanos more canum in collis funibus ligatos qui ad franciā ducebantur venales. Et quia nos qui intra ciuitatem fuimus/deo protegēte manus eius euasimus: quesitum est vnde culpabiles esse videremur: videlicet cur frumenta defuerint: que in hac vrbe diu multa seruari nullatenus possunt: sicut in alia suggestione plenius indicaui. Et quidem de memetipso in nullo turbatus sum: quia teste conscientia fateor: aduersa quelibet pati paratus sum: dummodo hec omnia cum salute dumtaxat mee anime euadam. Sed de gloriosis viris Gregorio prefecto et Castorio magistro militum non mediocriter sum afflictus: qui et omnia que potuerunt fieri/nullo modo facere neglexerunt: et labores vigiliarum et custodie ciuitatis/in eadem obsessione vehementissimos pertulerunt: et post hec omnia graui dominorum indignatione percussi sunt. De quibus patenter intelligo: quia eos non sua acta: sed mea persona grauat. Cum quibus q: pariter in tribulatione laborauerant/post laborē pariter tribulantur. Q: autem dominorum

K

Cā. xj. q. j. Sacerdotibus.

Exo. xxij.

Ibidem.

Mala. ij.

L

M

A pietas illud mihi pauendũ et terribile omnipotentis dei iudicium inueniat: rogo per eũdem omnipotentẽ dominum: ne hoc vlterius quidẽ faciat. Nam adhuc nescim⁹ quis sibi qualis sit. Et Paulus egregi⁹ predicator ait: (j.Cor.iiij) Nolite iudicare ante tẽpus/donec veniat dñs: qui et illuminabit abscõdita tenebrarũ: et manifestabit cõsilia cordium. Hoc tamen breuiter dico: qm̃ indignus et peccator: plus de venientis Jesu misericordia q̃ de vestre pietatis iustitia presumo. Et sunt multa que de iudicio illius hoĩes ignorant: qr fortasse que vos laudatis/ille reprehendet: et que vos reprehẽditis: ille laudabit. Inter mitto ergo incerta/ad solas lachrymas redeo: petens vt idem omnipotẽs deus piissimũ dñm nostrum et sua hic manu regat/et in illo terribili iudicio liberum ab oĩbus delictis inueniat. Et me ita placere si necesse est hominibus faciat/vt eternam eius gratiam non offendam.

¶ Gregorius Mauricio Augusto. De Joanne episcopo Constãtinopolitano: qui sibi vniuersale nomen arripuit. Et de peruersitate epĩscoporũ. Capitulũ.lxxvj.

(Epi.xxxij) Piissimus atq̃ a deo cõstitutus dñs noster: inter ceteras augustorũ ponderũ curas: conseruande quoq̃ sacerdotali charitati rectitudine studijs spiritalis inuigilat: videlicet pie veraciterq̃ cõsiderans/neminẽ posse recte terrena regere: nisi nouerit diuina tractare: pacẽq̃ reipublice ex vniuersalis ecclesie pace pẽdere. Que enim serenissime dñe virtus hu-B mana/quodq̃ carnei robur brachij cõtra vestri xp̃ianissimi culmen imperij irreligiosas presumeret manus erigere/si studeret concors sacerdotũ mens redẽptorẽ suũ pro vobis atq̃ vt oportebat meritis exorare? Aut quis ferocissime gẽtis gladius in necem fideliũ tanta crudelitate grassaretur/nisi nostra vita qui sacerdotes nominamur et non sumus: a prauissimis grauaretur operib⁹? Sed dũ nos cõpetentia nobis relinquimus/et nobis incõpetentia cogitamus: peccata nostra barbaricis viribus sociamus/et culpa nostra hostium gladios exacuit: que reipublice vires grauat. Quid aũt dicturi sumus/qui populũ dei cui indigne presumus: peccatorũ nostrorum oneribus premimus: qui quod per linguã predicamus/per exempla destruimus: qui iniqua docem⁹ operibus/et sola voce ea que sunt iusta pretẽdimus. Ossa ieiunijs atterũtur: et mẽte turgemus. Corpus despectis vestibus tegitur: et elatione cordis purpuram superamus. Jacemus in cinere/et excelsa respicimus. Doctores humilitatis/duces superbie: ouina facie/lupinos dẽtes abscondim⁹. Sed quis horũ finis est: nisi q̃ hominib⁹ suademus: deo autem manifesti sumus? Vnde prouidentissime piissimus dñs noster ad cõpescendos bellicos motus pacem querit ecclesie: atq̃ ad huius compagem sacerdotum dignatur corda reducere. Quod quidẽ ego opto: atq̃ quãtum ad me attinet/serenissimis iussionibus obedientiã C prebeo. Quia vero non causa mea/sed dei est: et quia non solus ego/sed tota turbatur ecclesia: qr pie leges: quia venerande synodi: qr ipsa dñi nostri Jesu christi mandata superbi atq̃ pompatici cuiusdam sermonis inuentione turbantur: piissimus dñs locum secet vulneris: atq̃ resistentem egrũ auguste auctoritatis vinculis cõstringat. Adstringendo eũ/statũ reipublice subleuatis: dũ talis reciditis/de regni vestri prolixitate tractatis. Cunctis enim euãgelium scientibus liquet: q̃ voce dñica sancto et omniũ apostolorum Petro principi apostolo totius (Joã.xxi.) ecclesie cura cõmissa est. Ipsi quippe dicit: Petre amas (Lu.xxij.) me: pasce oues meas. Ipsi dicitur: Ecce satanas expetijt cribrare vos sicut triticũ: et ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua. et tu aliquãdo cõuersus confir(Mat.xvj.)ma fratres tuos. Ipsi dicitur. Tu es Petrus: et sup hãc petram edificabo ecclesiam meam: et porte inferi nõ preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum: et quodcũq̃ ligaueris super terram: erit ligatum et in celis: et quodcũq̃ solueris super terram/erit solutũ et in celis. Ecce claues regni celestis accipit: potestas ei ligandi et soluẽdi tribuitur. Cura ei totius ecclesie et principatus cõmittitur: et tamen vniuersalis apostolus non vocatur: et vir sanctissimus consacerdos meus Joannes vocari vniuersalis episcopus conatur. Exclamare compellor ac dicere: O tẽpora/o mores. Ecce cuncta in europe partibus barbarorũ iuri sunt tradita. Destructe vrbes: euerse castra: depopulate prouincie: nullus terrã cultor inhabitat. Seuiunt et dominantur quotidie in ne- D cem fidelium cultores idolorũ: et tamen sacerdotes qui in pauimẽto et cinere flentes iacere debuerũt: vanitatis sibi nomina expetunt: et nouis ac prophanis vocabulis gloriantur. Nunquid ego hac in re piissime dñe propriã causam defendo? Nunquid specialem iniuriam vindico: et nõ magis causam oĩpotentis dei/et causam vniuersalis ecclesie? Quis est iste qui cõtra statuta euãgelica/cõtra canonum decreta/nouũ sibi vsurpare nomen presumit? Vtinã vel sine aliorũ imminutione vnus sit: qui vocari appetit vniuersalis. Et certe multos Constantinopolitane ecclesie in hereticos voraginem incidisse nouimus sacerdotes/et non solum hereticos/sed etiam heresiarchas factos. Inde quippe Nestorius/qui mediatorem dei et hominũ Jesum xp̃m duas esse personas existimans: quia deũ fieri hominẽ potuisse non credidit: vsq̃ ad iudaicã perfidiam erupit. Inde macedonius/qui cõsubstantialem patri et filio spiritũ sanctum deum esse denegauit. Si igitur illud nomen in ea ecclesia sibi quisq̃ arripuit: quod apud bonorũ omniũ iudiciũ fuit: vniuersa ergo ecclesia (quod absit) a statu suo corruit/quando is q̃ appellatur vniuersalis/cadit. Sed absit a cordib⁹ xp̃ianorũ nomẽ istud blasphemie/in quo oĩm sacerdotũ honor adimitur: dũ ab vno sibi demẽter arrogatur. Certe pro beati Petri apostolorũ principis honore per venerãdã Chalcedonẽsem synodũ Romano põtifici oblatum est. Sed nullus eorũ vnq̃ hoc singularitatis voca- E bulum assumpsit/nec vti cõsensit: ne dum priuatũ aliqd daretur vni: honore debito sacerdotes priuarentur vniuersi. Quid est ergo q̃ nos huius vocabuli gloriã et oblatam non querimus: et alter sibi hanc arripere etiam non oblatã presumit? Ille ergo magis est piissimorũ dñorũ preceptione flectẽdus/qui preceptis canonicis obediẽtiam prebere cõtẽnit. Ille coercendus est/qui sancte vniuersali ecclesie iniuriam facit: qui corde tumet: qui gaudere de nomine singularitatis appetit: qui honori quoq̃ imperij vestri se per priuatũ vocabulum supponit. Ecce oẽs hac de re scãdalum patimur. Ad vitã ergo rectã reuertatur auctor scandali: et omnia sacerdotum iurgia cessabunt. Ego enim cunctorũ sacerdotũ seruus sum/inquantũ ipsi sacerdotaliter viuunt. Nam qui contra omnipotentem dñm per inanis glorie tumorem/atq̃ cõtra statuta patrum suam ceruicem erigit/in omnipotenti domino confido: quia meam sibi nec cũ gladijs flectit. Quid aũt nuper in hac vrbe ex huius audito vocabuli gestum sit: Sabiniano diacono ac responsali meo subtilius indicaui. Cogitet ergo dominorũ pietas de me proprio suo: quem specialiter pre ceteris semper fouit atq̃ continuit: qui et vobis obedientiam prebere desidero: et tamen de mea negligẽtia reperiri reus in superno tremẽdoq̃ iudicio pertimesco. Ac ꝑm petitionẽ predicti Sa- F biniani diaconi: aut piissimus dominus ipsum digne tur iudicare negocium: aut sepe nominatum virum vt ab hac tandẽ intentione cesset/deflectere. Si ergo iudicio pietatis vestre iustissimo/vel clementibus admonitionibus cesserit/omnipotenti deo gratias referimus: atq̃ de concessa per vos omni ecclesie pace gaudemus. Sin autem in eadem diutius cõtẽtione persisterit/hac de re iam veritatis sententiam certam tenemus: que ait: Omnis qui se exaltat/humiliabitur. et rursus scriptum (Lu.xiiij. et.xviij.) est: Ante ruinam exaltabitur cor. Ego autem dominorum iussionibus obedientiam prebens/predicto consa(Puer.xvj.)cerdoti meo et dulciter scripsi: et humiliter vt ab hac inanis glorie appetitione sese emẽdet admonui. Si igitur me audire voluerit: habet deuotum fratrem. Si vero in superbia persistit/iam quid assequatur aspicio: qr illum sibi aduersarium inuenit: de quo scriptũ est: Deus super(Jaco.iiij.)bis resistit/humilibus autem dat gratiam.

¶ Gregorius Constantie auguste. De peruersitate iudicij in sardinia: et superbia Joannis episcopi.

Capitulum.lxxvij.

(Epi.xxxiij.) Cum serenissimam dominã sciam de celesti patria atq̃ anime sue vita cogitare: culpam me cõmittere vehementer existimo/si ea que pro timore oĩpotẽtis dñi sũt suggerẽda/siluero. Dũ in Sardinia insula multos esse gẽtiles cognouissẽ/eosq̃ adhuc prauę gẽtilitatis more/idolorũ sacrificijs deseruire: et eiusdẽ insule sacerdotes ad p̃dicãdũ redẽptorẽ nostrũ torpere

B existere: vnum illuc ex italie episcopis misi: qui multos
gentilium ad fidẽ dño cooperante cõuertit. Sed quidã
rem mihi sacrilegã nũciauit: q3 hi q̃ in ea idolis immo-
lant/iudici premium persoluũt: vt eis hoc facere liceat.
Quorũ vero quidã baptizati essent/et imolare iam idolis
desiuissent: adhuc ab eodẽ insule iudice etiã post bapti-
smum premiũ illud exigitur: quod dare prius pro idolo
rum immolatione consueuerant. Quem cũ predict⁹ epi-
scopus increparet/tm̃ se suffragiũ permisisse respondit:
vt nisi de causis etiam talibus impleri non possit. Cor-
sica vero insule tãta nimietate exigẽtium/ et grauamine
premitur exactionum/vt ipsi qui in illa sunt: eadem que
exiguntur/complere vix filios suos vendẽdo sufficiant.
Unde fit vt derelicta pia republica/possessores eiusdẽ
insule ad nephandissimã longobardorũ gentẽ cogantur
effugere. Quid enim grauius: quid crudelius a barba-
ris pati possunt/q̃ vt constricti atq3 cõpressi suos vende
re filios cõpellantur: In Sicilie aũt insula Stephan⁹
quidã maritimarũ partium chartularius tãta preiudicia
tãtasq3 oppressiones operari dicitur/inuadẽdo loca sin-
gulorum: atq3 sine dictione causarũ per possessiones ac
domos titulos ponendo: vt si velim acta eius singula q̃
ad me peruenerũt dicere/magno volumine hec explere
nõ possim. Que omnia serenissima dña solerter aspiciat:
et oppressorũ gemitus cõpescat. Hec enim ego ad pijssi-
mas aures vestras peruenisse non suspicor. Nam si pue-
nire potuissent/nũcusq3 minime permãsissent. Que pijssi
mo dño apto sunt tẽpore suggerẽda: vt ab anima sua ab

D imperio: atq3 a filijs suis tale hoc tãtũq3 facinus pecca-
ti q3 pondus amoueat. Qui scio quoniam dicturus est: q3
nobis in italie expensis transmittitur/quicquid de pre-
dictis insulis aggregat. Sed ego suggero/vt etsi min⁹
expense in italia tribuantur: a suo tñ imperio oppressoꝝ
calamitates nõ mitigantur. Nam idcirco fortasse tante
expense in hac terra minus ad vtilitatẽ proficiunt: q3 cũ
peccati aliqua admixtione colligũtur. Precipiãt ergo
serenissimi dñi nil cũ pctõ colligi. Nã scio q3 et si pauꝛ rei-
publice attribuitur vtilitatib⁹/ex eo multũ respublica
adiuuatur. Quã etsi fortasse cõtinget expẽsis minorib⁹
minus adiuuari/melius est tñ tẽporaliter nos non viue
req3 vos ad eternã vitã obstaculũ aliqd inuenire. Que
enim mẽtes/qualia viscera parentũ esse possunt/perpen-
dite/quãdo filios suos distrahũt/ne torqueantur: Qua-
liter aũt miserendũ sit filijs aliorũ/hoc hi sciunt qui ha-
bent proprios. Unde mihi hec breuiter suggessisse suffi-
ciat/ne si ea que in his partibus aguntur/pietas vestra
non cognosceret: me apud districtũ iudicem silentij mei
culpa mulctaret.

¶ Gregorius Constantie Auguste. De superbia Joan-
nis episcopi: et de maximo p̃uaricatore. Capi.lxxvij.

epi.xxxiiij

Omnipotens deus/q̃ pietatis vestre cor sue dex-
tera maiestatis tenet: et nos ex vobis protegit:
et vobis pro temporalib⁹ actibus eterne pmia
remunerationis parat. Nam Sabiniano diacono respõ

E sali meo scribente cognoui in causis beati Petri aposto
lorum principis contra quosdam superbos/humiles fa-
cientes et blandos/quãta se iustitia vestra serenitas im-
pendat. Et in redẽptoris nostri largitate cõfido: q3 bo-
num hoc in serenissimo dño et pijssimis filijs in celestis
quoq3 patrie retributione recipietis. Nec dubiũ est pec-
catorum vinculis solutos/eterna vos bona recipere/q̃
in causis ei⁹ ecclesie ipsum vobis cui potestas ligandi et
soluendi data est/debitorẽ fecistis. Unde adhuc peto vt
nullam preualere cõtra veritatẽ hypocrisim permittatis:
quia sunt quidam qui iuxta egregij predicatoris vocẽ/
per dulces sermones et bñdictiones seducũt corda inno
cẽtiũ: qui veste quidẽ despecti sunt/sed corde tumet. Et
quasi in hoc mũdo cũcta despiciunt: sed tñ ea que mũdi
sunt/simul cũcta adipisci querũt. Qui indignos se omni
bus hominibus fatentur/sed priuatis vocabulis contẽ
pti esse nõ possunt: q3 illud appetũt: vnde omnib⁹ dignio
res esse videantur. Uestra itaq3 pietas/quã omnipotẽs
deus cũ serenissimo dño vniuersomũdo preesse cõstituit:
illi per fauorẽ iustitie famulatũ suũ reddat: a quo ius tã
te potestatis accepit: vt quanto verius in executione ve
ritatis auctori omniũ seruit/tãto securius cõmisso sibi
mundo dñetur. Preterea indico q3 pijssimi dñi scripta
suscepi: vt cũ fratre et cõsacerdote meo Joanne debeam

esse pacific⁹. Et quidẽ sic religiosum dñm decuit: vt ista R
sacerdotibus preciperet. Sed cũ se noua presumptione
atq3 superbia idem frater meus vniuersalẽ episcopũ ap
pellet: ita vt sancte memorie decessoris mei tpe ad scribi
se in synodo tali hoc superbo vocabulo faceret: quãuis cũ-
cta acta illi⁹ synodi sede cõtradicẽte aplica soluta sint:
triste mihi aliquid serenissimus dñs innuit: q3 non eum
corripuit/qui superbit: sed me magis ab intẽtione mea
declinare studuit: qui in hac causa euãgeliorũ et canonũ
statuta/humilitatis atq3 rectitudinis virtute defendo.
Que in re a predicto fratre et cõsacerdote meo ptra euã-
gelicam sententiam/cõtra beatũ quoq3 Petrũ apostolũ:
et contra oẽs ecclesias: contraq3 canonũ statuta agitur.
Sed est omnipotens dñs: in cuius manu sunt omnia: de
quo scriptũ est: Nõ est sapientia/non est prudentia/non Prover.xxi.
est consiliũ cõtra dñm. Et quidẽ sepe prefatus sanctissi-
mus frater serenissimo dño multa suadere conatur: sed
bene noui: q3 tante ille orationes eius et lachryme nil ei
a quoq3 cõtra rationẽ aut animã suã surripi permittũt.
Triste tamen valde est/vt patienter feratur quaten⁹ de-
spectis omnibus/predictus frater et coepiscopus meus
solus conetur appellari episcopus. Sed in hac eius sup
bia quid aliud nisi propinqua iam antixp̄i esse tempora
designantur/quia illum videlicet imitatur: qui spretis in
sociali gaudio angelorũ legionibus/ad culmen conat⁹
est singularitatis erũpere/dicens. Super astra celi exal- Esa.xiiij.
tabo solium meũ: sedebo in monte testamẽti: in laterib⁹
aquilonis: et ascendã super altitudinẽ nubiũ: et ero simi- L
lis altissimo. Unde per oĩpotentẽ dñm rogo: ne pietatis
vestre tẽpora permittatis vni⁹ hominis elatione macu-
lari: neq3 tam peruerso vocabulo vllũ quoquo modo pre
beatis assensum: atq3 hac in causa nequaq̃ me pietas ve
stra despiciat: q3 etsi peccata Gregorij tanta sunt/vt pa-
ti talia debeat: Petri tñ apostoli peccata nulla sunt/vt
vestris tẽporibus pati ista mereatur. Unde iterum atq3
iterũ per oĩpotentẽ dñm rogo: vt sicut parentes priores
vestri principes sci Petri apli grãm quesierũt: ita vos
quoq3 et hanc vobis querere et conseruare curetis: et pro-
pter peccata nostra: qui ei indigne seruim⁹: ei⁹ apud vos
honor nullatenus minuatur: qui et modo vobis adiutor
esse in omnibus: et postmodũ vestra valeat pctã dimitte-
re. Uiginti autẽ iam et septem annos ducimus/q̃ in hac
vrbe inter longobardorũ gladios viuimus. Quibus q̃
multa hac ab ecclesia quotidianis dieb⁹ erogãtur: vt in-
ter eos viuere possimus: suggerẽda nõ sunt. Sed breui-
ter indico/sicut in Rauẽne partib⁹ dñorũ pietas apud
primũ exercitũ Italie sacellariũ habet: qui causis super
uenientibus quotidianas expẽsas faciat: ita et in hac v-
be in causis talibus eoꝝ sacellarius ego sum. Et tamen
hec ecclesia: que vno eodẽq3 tẽpore clericis/monasterijs/
pauperib⁹/populo/atq3 insuper longobardis tam mul-
ta indesinenter expẽdit: ecce adhuc ex omniũ ecclesiarũ
premitur afflictione: que de hac vni⁹ hominis superbia M
multũ gemunt/etsi nihil dicere p̃sumũt. ¶ Salonitane Parte.j.
vero ciuitatis episcopus me ac responsali meo nesciẽte dist.lxiij.
ordinatus est: et facta res est que sub nullis anteriorib⁹ salonitane
principibus euenit. Quod ego audiens/ad eundem pre
uaricatorẽ qui inordinate ordinatus est/protinus misi:
vt omnino missarũ solẽnia celebrare nullo modo presu-
meret: nisi prius a serenissimis dñis cognoscerem si hoc
fieri ipsi iussissent: quod ei sub excõicationis interpositio-
ne mandaui. Et contẽpto me atq3 despecto/in audaciã
quorũdam secularium hominũ: quib⁹ denudata sua eccle
sia premia multa prebere dicitur/nũcusq3 missas facere
presumit: atq3 ad me venire sm̃ iussionẽ dñorum noluit.
¶ Ego aũt preceptioni pietatis eorum obediens: eidẽ
maximo qui me nesciente ordinat⁹ est: hoc q̃ in ordina-
tione sua me vel responsalem meũ pretermittere presum
psit: ita ex corde laxaui: ac si me auctore fuisset ordinat⁹.
Alia vero peruersa illius. s. mala corporalia que cogno-
ui: vel q3 cum pecunijs est electus: vel q3 excõmunicatus
missas facere presumpsit: propter deum irrequisita relin
quere non possum. Sed opto et dñm deprecor: quatenus
nihil in eo de his que dicta sunt/valeat inueniri: et sine
periculo anime mee causa ipsius terminetur. ¶ Prius
tamen q̃ hec cognoscantur/serenissimus dñs discurren-
te iussione precepit: vt eum venientẽ cũ honore suscipiã.
Et valde graue est vt vir de quo tanta nũciant: cũ ante

A requiri et discuti debeat/honoretur. Et si eporum cause mihi comissorum apud pijssimos dños aliorum patrocinijs disponantur: infelix ego in ecclesia ista quid facio? Sed vt epi mei me despiciat: et contra me refugiũ ad seculares iudices habeant: oipotẽti deo gratias ago: peccatis meis deputo. Hoc tamen breuiter suggero/q: aliquantulũ expecto: et si ad me diu venire distulerit: in eo exercere districtionẽ canonicã nullo modo cessabo. In oipotenti dño cõfido: quia longam pijssimis dñis vitam tribuet: et nos sub manu vestra non fm peccata nostra: sed fm gratie sue dona disponet. Hec ergo tranquillissime domine suggero: quia integerrime serenitatis eius constantia quãto mouetur zelo rectitudinis atq; iustitie/non ignoro.

¶ Gregorius Sebastiano epo Sermiẽsi. De malitia romani: et de Bonifacio defensore. Capitulum.lxxix.

Epistola xxv.

Dulcissima atq; suauissima fraternitatis tue scripta suscepi. Que mihi quis nũq; desit a corde: sinceritatẽ tamẽ vestrã quasi corporaliter presentẽ fecerunt. Sed oipotentem dñm rogo/vt sua vos dextera protegat: nobisq; et hic tranquillã vitam/et quando ei placuerit premia eterna cõcedat. Sed peto/si illo me amore diligitis/quo presentẽ semper amastis: vt pro me enixius exoretis: quatenus oipotens deus a peccatorũ meorũ nexibus me citius soluat: et corruptionis huius pondere exutũ suo conspectui liberũ existere faciat. Cuius eni inextimabilis sit celestis patrie dulcedo que trahat: multi tamẽ in hac vita dolores sunt q ad

B amorẽ celestiũ quotidie impellũt. Qui mihi in hoc ipso solũ vehementer placent: quia placere in hoc mundo aliquid nõ permittũt. Que enim frater sanctissime de amici vestri dñi Romani psona in hac terra patimur: loqui minime valeam?. Breuiter tamẽ dico q: eius in vos malitia gladios longobardorũ vicit: ita vt benigniores videantur hostes qui nos interimũt: q reipublice iudices: qui nos malitia sua rapinis atq; fallacijs in cogitatiõe cõsumunt. Et vno tẽpore curã episcoporũ atq; clericorũ/monasteriorũ quoq; et populi gerere: contra hostiũ insidias sollicitũ vigilare: contra ducũ fallacias atq; malitias suspectũ semper existere: cuius laboris/cuius doloris sit: vestra fraternitas tãto veri? pẽsat: quãto me qui hec patior/purius amat. Preterea debitũ salutationis alloquiũ soluẽs/indico q ad me Bonifacio defensore referẽte peruenerit: quia vir sanctissimus pater noster dñus Anastasius patriarcha in vna suarũ ciuitatũ regendam vobis ecclesiã cõmittere voluit: et consentire noluistis. Quẽ sensum ac sapientiã vestram valde ego libẽter amplexus sum: laudaui vehemẽter: et vos felices/me infelicẽ esse deputaui: q hoc tali tẽpore regimen ecclesie suscipere cõsensi. Si tamẽ animus veller fortasse fratribus condescendendo: et misericordie operibus intentus: ad hoc vnq; cõsentire decreuerit: peto vt amori meo alium

C minime preponatis. Sũt enim in Sicilia insula ecclesie vacãtes episcopi: et si vobis placet auctore deo ecclesiã regere iuxta beati Petri apostoli limina: cũ eius adiutorio melius potestis. Sin vero non placet/feliciter instate. pro nobis infelicibus exora. Omnipotens autẽ deus in quocunq; vos esse loco voluerit: sua protectione custodiat: et ad celestia vos dona perducat.

¶ Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino et Anastasio episcopo antiocheno. Ut communiter insequãtur superbiam Joannis episcopi. Capitulum.lxxx.

Epistola xxxvi. Rom.xi. i Thess.ij.

Um predicator egregi? dicat: Quãdiu quidẽ sum gentiũ apl'us: ministeriũ meũ honorificabo. qui rursus alib dicens: Facti sum? vt paruuli in medio vestrum: exemplum proculdubio nobis sequẽtibus ostendit: vt et humilitatẽ teneamus in mente: tamẽ ordinis nostri dignitatem seruem? in honore: quaten? nec i nobis humilitas timida: nec erectio sit superba. Ante hos siquidẽ annos octo sancte memorie decessoris mei Pelagij tẽpore: frater et coepus noster Joannes in Constãtinopolitana vrbe ex causa alia occasionẽ querẽs synodum fecit: in qua se vniuersalẽ appellare conatus est. Quod mox idem decessor meus vt agnouit: directis litteris ex auctoritate sancti Petri apli eiusdem synodi acta cassauit. Quarum videlicet epistolarũ sanctitati vestre exemplaria studui destinare. Diaconẽ vero qui iuxta morẽ pro responsis ecclesie faciendis pijssimorũ dñorum vestigijs adherebat: cũ prefato cõsacerdote nostro missarũ solẽnia celebrare prohibuit. ¶ Cuius ego quoq; sententiã sequens/similia pdicto cõsacerdoti nostro scripta transmisi. quorum exemplaria vestre beatitudini censui transmittẽda: hoc precipue intẽdẽs: vt hac de re/qua ex noua superbia tota vniuersalis ecclesie viscera perturbãtur: prius sepefati fratris nostri animũ modesta intentione pulsemus. Qui si nequaq; a sue elationis rigore voluerit inclinari/tũc quid fieri debeat/cũ oipotentis dei solatio subtilius pertractet. Sicut eni venerãda vestra sanctitas nouit/mihi per sanctã Chalcedonẽsem synodum pontifici sedis apostolice (cui deo disponẽte deseruio) hoc vniuersitatis nomen oblatũ est. Sed nullus vnq; decessorũ meorũ hoc tã prophano vocabulo vti consensit: q: videlicet si vnus patriarcha vniuersalis dicitur/patriarcharũ nomen ceteris derogat. Sed absit hoc. absit a christiana mente id sibi velle quẽpiam arripere/vnde fratrũ suorũ honorẽ imminuere ex quãtulacũq; parte videatur. ¶ Cũ ergo nos hũc honorẽ nolum? oblatũ suscipere: pensate q ignominiosum sit hunc sibi quẽpiã violẽter vsurpare voluisse. Propterea sanctitas vestra in suis epistolis neminẽ vnq; vniuersalem nominet: ne sibi debitũ detrahat: cum alteri honorẽ offert indebitum. Nec hac in re de serenissimis dñis animũ vestrũ mordeat sinistra suspicio: quia oipotẽtem dominũ metuit: et contra statuta euãgelica: cõtra sacratissimos canones agere aliquid nullo modo cõsentit. Ego

E vero quis a vobis per lõga terrarum atq; maris spatia disiunctus sim: sum tamẽ oino vobis corde coniunctus. Jdcoq; de vestra beatitudine erga me modis oibus cõfido: quia cũ me vicissim diligitis: a me non longe estis. Unde magis gratias referimus grano illi synapis: quod ex modici despicabilisq; seminis specie: ita est ramis ex eadẽ radice surgẽtibus/atq; se distẽdẽtibus vsquaq; diffusus: vt in eis volatilia celi cuncta nidificet. ¶ Gratias q; sit fermẽto illi qd tribus farine satis totius humani generis massam in vnitate cõspersit. Atq; paruo lapidi/qui abscissus de monte sine manibus/occupauit vniuersam faciẽ orbis terre. Qui ad hoc se vsquaq; distẽdit: vt ex omni humano genere in vnitatẽ redacto toti? corpus perfloreretur ecclesie: atq; ita ad totius compaginis pertineret cõmodũ: mẽbrorum particularis ista distinctio. Unde nos quoq; vobis non longe sumus: quia in illo qui vbiq; est/vnum sumus. Agamus ergo ei gratias/qui solutis inimicitijs/in carne sua fecit vt in omni orbe terrarũ vnus esset grex/et vnum ouile sub se vno pastore: memores semp quid nos pdicator veritatis admoneat/dicens: Solliciti seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Et/Pacẽ sectamini cum hominibus et sanctimoniã: sine qua nemo videbit deum. Qui alijs quoq; discipulis dicit: Si fieri potest/qd ex vobis est/cum oibus hominib? pacẽ habẽtes. Uidit eni pacẽ bonos cum malis habere nõ posse: et idcirco sicut nostis premisit/si fieri põt. Sed

Ephe.iiij. Heb.xij. Rom.xij.

F q: pax nisi in duabus partib? firmari non valet: cũ hanc mali fugiũt: boni tenere medullitus debent. Unde et mire dicitur: quod ex vobis est: vt videlicet in nobis maneat/etiã cũ a prauorũ hominũ mẽte repellitur. ¶ Quã videlicet pacẽ tunc veraciter tenemus: cũ superborũ culpas cũ charitate simul et iustitia insistẽte prosequimur: cũ eos diligimus: et eorum vitia odio habemus. Opus quippe dei homo est: sed opus hois vitiũ. Nos ergo discernamus quid deus: quid autem homo fecerit: et neq; propter errorẽ odio habeamus hoiem: neq; propter hominẽ diligamus errorẽ. Unita ergo mente insequamur in hoste malum superbie: vt ab hoste suo videlicet errore prius ipse homo liberetur. Prestabit vires oipotens redẽptor noster charitati atq; iustitie: prestabit nobis longe a nobis positis vnitatẽ spirit? sui: ipse cuius artificio quasi in arce modũ quattuor mundi cõstructa laterib?/atq; in putribiliũ lignorũ cõpage/et bitumine charitatis adstricta/nullius aduersitatis spũs/nullius venientis extrinsecus tumore fluct? perturbetur ecclesia. ¶ Sed quẽadmodũ illius gubernãte gratia petendũ est vt nulla nos superueniẽs exterius vnda cõturbet: ita ex totis orandũ est visceribus frater charissime: vt sue prouidentie dextera cumulum sentine in nobis interioris exhauriat. Aduersarius quippe diabolus qui contra humiles seuiens sicut leo rugiens circuit querẽs quem deuoret: i. Petri.v

G

non iam (vt cernimus) caulas circuit: sed ita valide in quibusdā ecclesie necessarijs mēbris dentes figit: vt nulli sit dubiū/quia nisi vnanimiter fauente dño cūctorum prouida pastoꝝ turba concurrat: omne (qđ absit) citius ouile dilaniet. Perpendis frater charissime qđ e vicino subsequitur: cuius et in sacerdotibus erūpunt tam puersa primordia. Quis eni iuxta est ille de quo scriptū est:

Job.xlj.

Ipse est rex super vniuersos filios superbie (qđ nō sine graui dolore dicere cōpellor) frater ꝛ coeps noster Joannes mandata dñica: apostolica precepta: regulas patrū despiciens: xū per elationē precurrere conatur in nomine. ¶ Vestre autē beatitudini indicet oīpotens deꝰ: ꝙ graui consideratiōnis huius gemitu torqueor: ꝙ ille quondā mihi modestissimus: ille oibus dilectus: ille qui in eleemosynis/orationibus/atqꝫ ieiunijs videbatur occupatus: ex eo in quo sedebat cinere: ex ea quam pretendebat humilitate: iactantiā sumpsit: ita vt vniuersa sibi tentet adscribere: ꝛ oīa que soli vni capiti coherēt (videlicet Christo) per elationē pompatici sermonis eiusdem Christi sibi studeat mēbra subiugare. Nec mirū ꝙ ille tētator qui initiū ois peccati scit esse superbiā: et tūc ea in primo homine ante oia vsus est: et nunc eā quibusdā hominibus ponit in fine virtutū: vt qui aliquatenꝰ bonis vite studijs eius videbantur crudelissimas manus effugere/eis in ipsa meta boni operis/ꝛ in ipsa quodāmodo apponat perfectionis conclusione tendiculā. Unde magnopere orandū est: et oīpotens deus assiduis precibus

H

implorādus: vt hunc a mente illiꝰ auertat errorē: hoc ab vnitate atqꝫ humilitate ecclesie malū suphie et confusionis amoueat. Et fauente dño oibus viribus concurrendū atqꝫ prouidendū: ne in vnius veneno sermonis viuentis in Christi corpore mēbra moriātur. ¶ Si eni hoc dici licenter permittitur: honor patriarcharū omniū negatur. Et cū fortasse is in errore perit/qui vniuersalis dicitur: nullus iā episcopꝰ remansisse in statu veritatis inuenitur. Oportet ergo vt constāter ac sine preiudicio seruetis sicut accepistis ecclesias: et nihil sibi in nobis hec tētatio diabolice vsurpationis adscribat. State fortes: state securi: scripta cum vniuersalis nois falsitate nec dare vnqꝫ nec recipere psumatis. Oēs episcopos cure vestre subiectos/ab huiꝰ elationis inquinatione prohibete: vt vniuersa vos ecclesia patriarchas/nō solū in bonis operibus/sed i veritatis auctoritate cognoscat. Si qua autem forsan aduersa subsequūtur/vnanimiter persistētes etiā moriendo debemus ostendere quia in dāno generalitatis nostrū specialiter aliquid non amamus. Dicamꝰ

Phil.j. j.Pet.iij

cū Paulo: Mihi viuere Christꝰ est: ꝛ mori lucrū. Audiamus quod primus omniū pastoꝝ dicit: Si quid patimini propter iustitiā/beati eritis. Mihi eni credite: qꝛ honorē quē pro predicanda veritate suscepimus: si necessitatis causa exigat: securius pro eadē veritate relinquimus ꝙ tenemus. Pro me autem sicut vestram charissimā beatitudinē decet orare: vt hoc quod vobis loqui audeo/operibus ostendam.

I

¶ Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno. Congratulatur de reuersione eius. Capitulum.lxxxj.

Epistola xxxvij.

Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibꝰ bone voluntatis: quia magnus ille fluuius qui quondā arentia antiochie saxa reliquerat: tandem ad propriū alueum reuersus/subiectas et iuxta positas valles rigat: vt ꝛ vnum tricesimū/et aliud sexagesimū: aliud vero centesimū fructū ferat. Jam nunc dubiū nō est: multos in eius vallibus animarū flores excrescere: rosasqꝫ ad maturos fructus per lingue vestre flumina peruenire. Unde oīpotenti deo debitam laudē cordis atqꝫ oris vocibus ex oibus medullis reddimus: et in vestra beatitudine nō vobis tantūmodo/sed oibus qui vobis subiacēt cōgaudemꝰ. Suscepi vero epistolas dulcissime mihi atqꝫ suauissime sanctitatis vestre/ipsum (vt ita dicam) laborē sudātes †. ¶ Et quidē scio ꝙ post illa quie-

†al.suadētes.

tis culmina/in quibus secreta celestia cordis tangebas manu: graue valde sit exteriora tolerare. Sed memento quia apostolicā sedem regis/et dolorē citius temperas: quoniā oibus omnia factus es. In libris regū sicut perfecta vestra sanctitas nouit: quidā describitur ꝙ vtraqꝫ manu p dextera vtebatur. In qua re ego de dulcissimo atqꝫ sanctissimo dudū patrono domno Anastasio dubiꝰ nō sum: quia dū terrena opera ad celestē vtilitatē ptrahit: in vsum dextere vertit sinistram: vt celestis intentio

K

opus suū videlicet dextera peragat: et cura temporalium dū ad iustitie vtilitatē ducit: ad fortitudinē dextere sinistra pmittetur. Et quidē hec esse sine graui labore et tedio/nequaqꝫ possunt. Sed recordemur laboris precedētiū/et dura nō erunt que toleramus. ¶ Per multas eni

Act.xiiij.

tribulationes oportet nos introire in regnū dei. Et su-

ij.Cor.j.

pra modū grauati sumus: supra etiā virtutē: ita vt tederet nos viuere. Sed et ipsi in nobis responsum mortis

Ro.viij.

habuimus: vt non simus fidentes in nobis. Et tamē nō sunt cōdigne passiones huius tēporis ad futurā gloriā que reuelabitur in nobis. Quomodo igitur sine labore trāsire possumus estum huius seculi: infirme nos oues: in quo grauiter sudasse nouimꝰ ꝛ arietes? Quātas vero in hac terra tribulationes de longobardorū gladijs: de iniquitatibus iudicū: de insolentia atqꝫ importunitate causarum: de cura subiectorū: de molestia etiā corporis patior/explere nec calamo/nec lingua sufficio. De quibus et si qua breuiter possum loqui/dubito ne vestre sanctissime pietati: dum de suis tribulationibus affligitur: etiam meas augeam. Sed omnipotēs deus/et sue largitate pietatis sanctissime vestre beatitudinis mētē omni consolatione repleat: et indignum me aliquando ab his que patior malis quiescere pro vestra intercessione cōcedat. amen. Gloria. Que videlicet verba de scriptis vestris accepta/idcirco in meis epistolis pono/vt de sancto Ignatio vestra beatitudo cognoscat: quia nō solum

L

vester est: sed etiā noster. Sicut enim magistrū eius apostolorū principē habemꝰ cōmunē: ita quoqꝫ eiusdē principis discipulū nullus nostrum habet priuatū. Benedictionē autē vestrā qua debuimus mente suscepimus: bene redolentē: bene sapientem. Et oīpotenti deo gratias agimus: quia et odore sunt et sapora que agitis: que dicitis: que datis. De vita igitur vestra dicamus pariter: Dicamus omnes: Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis.

¶ Gregorius Joanni episcopo Constantinopolitano. De pace sancte ecclesie ab eo per vniuersale nomē turbata. De synodo per pelagiū papam quassata. Exemplum proponit diaboli contra deum superbientis. Et de superbia eius nimia. Capitulum.xcij.

Epistola xxxviij.

Eo tempore quo fraternitas vestra in sacerdotalē honorē prouecta est: quātam ecclesiarū pacē atqꝫ cōcordiam inuenerit recolit. Sed quo ausu/quoue tumore nescio/nouum sibi conata est nomē arripere/vnde omniū fratrum corda potuissent ad scandalū peruenire. Qua in re vehementer admiror: quia ne ad episcopatū venire potuisses: fugisse velle te memini. Quē tamen adeptū ita exercere desideras: ac si ad eum ambitioso desiderio cōcurrisses. Qui eni indignū te esse fatebaris: vt episcopꝰ dici debuisses: ad hoc quādoqꝫ pductꝰ es/vt despectis fratribꝰ/eps appetas solus vocari. Et quidē hac de re sancte memorie decessoris mei pe-

M

lagij grauis ad sanctitatē vestrā scripta transmissa sunt. In quibus synodi que apud vos de fratris quondam et consacerdotis nostri Gregorij causa cōgregata est: propter nephādam elationis vocabulum/acta dissoluit: et archidiaconū quē iuxta morē ad vestigia dñorum transmiserat: missarū vobiscum solēnia celebrare prohibuit. Post eius vero obitū/cū indignus ego ad ecclesie regimen adductus sum: et ante per alios responsales meos: et nunc per cōmunē filiū meū Sabinianū diaconē alloqui fraternitatē vestrā: vt a tali se presumptiōe cōpesceret: nō equidem scripto/sed nudo sermone curaui. Et si emendari nollet: cum missarū solēnia cū fraternitate vestra celebrare prohiberi: vt sanctitatē vestram prius sub quadā verecūdie reuerētia pulsarem: quatenus si emendari nephādus ac prophanus tumor verecūde non posset: tunc ad ea debuisset que sunt districta atqꝫ canonica perueniri. ¶ Et quia rescanda vulnera prius leui manu palpanda sunt: rogo/deprecor/ꝛ quanta possum dulcedine exposco: vt fraternitas vestra cūctis sibi adulantibus/atqꝫ erroris nomen deferentibus cōtradicat: nec stulto ac superbo vocabulo appellari consentiat. Vere enim flens dico: atqꝫ ex intimo viscerū dolore peccatis meis reputo: quod ille meꝰ frater nūcusqꝫ ad humilitatē reduci nō valuit: qui ad hoc in episcopatus gradu cōstitutus est: vt alioꝝ animas ad humilitatē perducat. ꝙ

A

ille qui veritatē docet alios/semetipsum docere/nec me
quoq; deprecante consensit. Perpende rogo quia in hac
presumptione temeraria pax totius turbetur ecclesie: et
gratie cōtradicit cōmuniter oībus effuse. In qua nimi:
rum ipse tū crescere poteris: quantū penes temetipsum
decreueris. Tantoq; maior efficeris: quanto te a superbi
et stulti vocabuli vsurpatione restringis. Atq; inātum
proficis/inquantū tibi nō studueris derogādo fratrib⁹
arrogare. Humilitatē ergo frater charissime totis visce
ribus dilige: per quā cūctorum fratrū concordia/et sanc
te vniuersalis ecclesie vnitas valeat custodiri. Certe

i. Cor. i.

Paulus apls cū audiret quosdā dicere: Ego sum pau:
li: ego Apollo: ego vero Cephe: hanc dilacerationē cor:
poris dñici/ per quā membra eius alijs quodāmodo se
capitibus sociabāt: vehemētissime perhorrescens excla:
mauit/dicens: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus

i. Cor. i.

est: aut i nomine Pauli baptizati estis? Si ergo ille mē
bra dñici corporis certis extra Christū quasi capitibus:
et ipsis quidē apostolis subijci particulariter euitauit:
tu quid Christo/vniuersalis scilz ecclesie capiti in extre
mi iudicij es dicturus examine: qui cūcta eius membra
tibimet conaris vniuersalis appellatione supponere?
¶ Quis rogo in hoc tam peruerso vocabulo nisi ille ad
imitandū proponitur/qui despectis angelorum legioni
bus/secū socialiter cōstitutis/ad culmē conatus est sin:
gularitatis erumpere: vt et nulli subesse/et solus omnib⁹

B

preesse videretur? Qui etiā dixit: In celū conscēdam: su

Esa. xiiij.

per astra celi exaltabo soliū meū. Sedebo in mōte testa:
menti/in lateribus aquilonis. Ascēdam super altitudi:
nem nubiū: similis ero altissimo. Quid enim fratres tui
oēs vniuersalis ecclesie epi/nisi astra celi sunt? Quorum
vita simul et ligua inter peccata erroresq; hominū quasi
inter noctis tenebras lucent. Quib⁹ dū cupis temetipm
vocabulo elationis preponere: eorūq; nomen tui cōpara
tione calcare: qd aliud dicis/nisi in celū cōscendā: super
astra celi exaltabo solium meū? An non vniuersi epi nu:
bes sunt: qui et verbis pdicationis pluūt: et bonorū ope
rū luce coruscāt? Quos dū vestra fraternitas despiciēs/
sub se premere conatur: quid aliud dicit nisi hoc qd ab
antiquo hoste dicitur: Ascendam super altitudinem nu:
bium? Que cūcta ego cū flens cōspicio/et occulta dei iu
dicia pertimesco: augētur lachrymę: gemitus se in meo
corde nō capiunt: qd ille vir sanctissimus dñs Joannes/
tante abstinētie atq; humilitatis/suorū familiariū sedu
ctione linguarū ad tātam superbiā erupit: vt in appeti:
tu peruersi nois illi esse conetur similis/qui dū superbe es:
se similis deo voluit/etiā donate similitudinis gratiam
amisit: et ideo veram beatitudinē perdidit: quia falsam
gloriā quesiuit. ¶ Certe Petrus apls primū mēbrum
sancte et vniuersalis ecclesie est. Paul⁹/Andreas/Joan
nes: quid aliud qz singulariū sunt plebiū capita? Et ta:
men sub vno capite oēs mēbra sunt ecclesie. Atq; vt cun

C

cta breui cingulo locutiōis astringā: sancti ante legem/
sancti sub lege/sancti sub gratia/oēs hi perficientes cor
pus dñi/in mēbris sunt ecclesie cōstituti: et nemo se vnqz
vniuersalē vocare voluit. Vestra autem sanctitas agno
scat quantum apud se tumeat/que illo noie vocari appe
tit: quo vocari nullus presumpsit: qui veraciter sanctus
fuit. Nunquidnā (sicut vestra sanctitas nouit) per vene:
randū Chalcedonēse cōsiliū huius aplice sedis antisti:
tes (cui deo disponēte deseruio) vniuersales oblato ho:
nore vocati sunt? Sed tamen nullus vnqz tali vocabulo
appellari voluit: nullus sibi hoc temerariū nomen arri:
puit: ne si sibi in pōtificatus gradu gloriā singularitatis
arriperet: hanc omnibus fratribus denegasse videretur.
Sed hec scio quia vestre sanctitati ab illis oritur: qui
nobis deceptiosa familiaritate deseruiunt: contra quos
peto vt vestra fraternitas solerter inuigilet: nec se eorū
verbis fallendū prebeat. Tanto eñ maiores hostes cre:
dendi sunt/quāto magis laudibus adulātur. Relinque
tales: et si omnino decepturi sunt: saltē terrenorū hominū/
et non sacerdotū corda decipiāt. Sine mortuos sepelire

Luce. ix.

mortuos suos. Vos autem cū propheta dicite. Auertan

Psal. lxix.

tur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge euge. Et

Psal. cxl.

rursus. Oleum autem peccatoris non impinguet caput
meum. Unde et bene quidam sapiens admonet: Multi
sint pacifici tui: consiliarius autē sit vnus tibi de mille.
Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala. Anti:
quus enim hostis cor robustū irrūpere non valet: suble:

D

ctas ad infirmas personas querit: et quasi cōtra alta me:
nia scalis appositis ascendit. Sic Adā per subiectā mu:

Gen. iij.

lierē decepit. Sic beato Job cum filios occidit: infirmā
mulierem reliquit: vt qui eius cor p se minime poterat:
saltē si posset per mulieris verba penetraret. Quicūq; er
go iuxta vos infirmi ac seculares sunt/ sua semper per:
suasione atq; adulatione frangantur: quia inde eternas
dei inimicitias pariunt: vnde ipsi peruersi amatores vi:
dentur. Certe olim clamabatur per apostolū Joannem:
Filioli nouissima hora est. Fm qd Christ⁹ predixit. Pe:

i. Joan. ij.

stilētia et gladius per mundū seuit: gentes insurgūt gē:
tibus: terra concutitur: orbis cū habitatoribus suis ter:
ra dehiscēte sorbetur. Omnia eñi que predicta sunt/fiūt.
Rex superbie prope est: et (qd dici nephas est) sacerdo:
tum est pparatus exitus: quia ceruici militāt elationis:
qui ad hoc positi fuerant/vt ducatū preberent humilita
tis. Sed hac in re etiā si nostra lingua minime contradi
cat: illius virtus contra elationē in vltionē erigitur: qui
superbie vitio p semetipm specialiter aduersatur. Hinc

Jaco. iiij.

enim scriptū est: Deus superbis resistit: humilibus autē
dat gratiam. Hinc rursus dicitur: Immūdus est apud
deum qui exaltat cor. Hinc cōtra superbientem hominē

Eccli. x.

scriptum est: Quid supbis terra et cinis? Hinc per semet

Luc. xiiij.

ipsum veritas dicit: Omnis qui se exaltat/humiliabit.

c. et xviij.

Que vt nos ad viam vite per humilitatem reduceret/in
semetipsa dignata est quod nos admonet/demonstrare:
dicens: Discite a me quia mitis sum/ et humilis corde.

Matth. xi

E

Ad hoc nāq; vnigenitus dei filius formam infirmitatis
nostre suscepit: ad hoc inuisibilis/non solū visibilis/sed
etiā despectus apparuit: ad hoc cōtumeliarū ludibria/
illusionū probra/passionū tormenta tolerauit: vt super:
bū nō esse hoīem doceret humilis de⁹. Quāta igit humi
litatis virtus est/propter quā solā veraciter edocēdam/
is q sine estimatiōe magnus est: vsq; ad passionē mortis
factus est paruus? Quia enim originē perditiōis nostre
se prebuit superbia diaboli: instrumētum redemptionis
nostre inuēta est humilitas dei. Hostis quippe noster in:
ter oia conditus/videri supra oia voluit elatus. Redē:
ptor autem noster magnus manens supra oia/fieri inter
oia dignatus est paruus. Quid ergo nos epi dicimus/q
honoris locū ex redemptoris nostri humilitate suscepi
mus: et tamē superbiā hostis ipsi⁹ imitamur? Ecce noui:
mus creatorē nostrū de sue celsitudinis culmine vt hu:
mano generi daret gloriā/descendisse: et nos de infimis
creati/de fratrū minoratione gloriamur. Humiliauit se
vsq; ad nostrū puluerē deus: et in celo os suū ponit: et su
per terrā lingua pertransit puluis humanus/et non eru:
bescit: nec metuit extolli homo putredo/et fili⁹ hominis
vermis. Reducamus ad animum frater charissime hoc
qd per sapientissimū Salomonē dicitur: Ante contritū

Eccli. xxij.

exaltabitur cor. Ubi e
diuerso subiūgitur/ante gloriā humiliabitur. Humilie
mur ergo mēte: si ad solidā conamur venire celsitudinē.
Nequaqz per elationis fumū oculi cordis obscurētur: q

F

quāto magis excreuerit: tāto celerius euanescit. ¶ Pē
semus quid nos precepta admoneant redēptoris nostri
dicentis. Beati pauperes spiritu: qm ipsorū est regnum

Matth. v.

celorū. Hinc etiā per prophetā dicit: Super quē requie:

Esa. lxvi.

scet spūs meus/nisi super humilē et quietū/et trementem
sermones meos? Certe cū dñs ad humilitatis viam ad:
huc infirmātia discipulorum corda reduceret/dixit: Si

Matt. xx.

quis vult inter vos primus esse: erit omnium minimus.

et Mar. x.

Quia in re aperte cognoscitur/ quoniā ille veraciter su:
blimis est: qui in suis cogitationib⁹ humiliatur. Formi
demus ergo in illorū numerū adscribi: qui primas in sy

mat. xxiij.

nagogis cathedras querūt: et salutationes in foro: et vo:
cari ab hominib⁹ rabbi. Quo ptra discipulis dñs dicit:
Vos aūt nolite vocari rabbi. Unus aūt magister vester

Ibidem.

est: vos autē oēs fratres estis. Et patrem nolite vocare
vobis super terrā, vnus est eñi pater vester. Quid ergo
frater charissime in illo terribili examine venientis iudi
cis dicturus es: qui non solum pater: sed etiam genera:
lis pater in mundo vocari appetis? Caueatur ergo ma:
lorū praua suggestio: fugiatur omnis instigatio diabo:
li. Oportet quidem vt veniant scandala: veruntamen ve

mat. xviij.

homini illi per quem scandalum venit. Ecce ex hoc ne:
phando elationis vocabulo ecclesia scinditur. Fratrum

G

omniū corda ad scandalū prouocantur. Nunquid nam
[Ibidem.] mente excidit: quod veritas dicit: Qui scandalizauerit
vnum de pusillis istis qui in me credūt: expedit ei vt su-
spendatur mola asinaria in collo eius: et demergatur in
[i.Cor.xiij.] profundū maris? Scriptū vero est: Charitas nō querit
que sua sunt. Ecce vestra fraternitas sibi arrogat etiam
[Rom.xij.] aliena. Rursus scriptū est: Honore inuicē preuenientes.
Et tu conaris eā oībus tollere: quē tibi illicite desideras
singulariter vsurpare. Ubi est frater charissime qd scri-
[Rom.xij.] ptū est: Pacē habete cum oībus et sanctimoniā: sine qua
[Math.v.] nemo videbit deū? Ubi est quod scriptū est: Beati paci-
fici: qm filij dei vocabūtur? ¶ Considerare nos cōuenit
ne qua radix amaritudinis sursum germinans īpediat:
et per illā coinquinētur multi. Quod tamē si cōsiderare
negligimus / cōtra tante elatiōis tumorem iudicia sup-
na vigilabūt. Et nos quidē in quos talis tātaqz per au-
sum nephariū culpa committitur: seruam⁹ qd veritas pre-
cepit dicens: Si peccauerit in te frater tuus: vade et cor-
[mat.xviij.] ripe cum inter te et ipsum solū. Si te audierit: lucratus
eris fratrē tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecū
adhuc vnū vel duos: vt in ore duoꝝ vel triū testium stet
omne verbū. Qz si non audierit eos / dic ecclesie. Si autē
ecclesiā non audierit: sit tibi sicut ethnicus et publican⁹.
Ego itaqz per respōsales meos semel et bis verbis humi-
libus hoc qd in tota ecclīa peccat / corripere studui: nūc
per me scribo. Quicqd facere humiliter debui / nō omisi.
Sed quia in mea correptione despicior: restat vt ecclesiā
debeam adhibere. Hec itaqz dicēs: oīpotēs deus frater-
[H] nitati vestre indicet / quāto circa vos amore cōstringor:
quātūqz in hac causa nō cōtra vos: sed pro vobis lugeo.
In qua tamē preceptis euāgelicis: institutionibus cano-
nū: vtilitatibus fratrū personā preponere nō possum: nec
eius quem multū amo. Scripta autē sanctitatis vestre
dulcissima atqz suauissima de causa presbyterorū Joan-
nis et Athanasij suscepi: de qua vobis in subsequentibus
dño adiuuante respondebo: quia sub tantis tribulatio-
nibus circūfusus barbarorū gladijs premor: vt nō dico
multa tractare: sed mihi respirare vix liceat.

¶ Gregorius Aniano diacono constātinopolitano. De superbia Joannis episcopi vitāda. Capitulum.lxxxij.

[epl.xxxix.] De causa fratris nostri viri reuerētissimi Joan-
nis episcopi Constātinopolitani: duas episto-
las facere volui. Sed vna breuiter facta est / q̄
vtrūqz habere videtur admixtū. i. et rectitudinē / et blan-
dimētum. Tua itaqz dilectio eam epistolam quā nūc di-
rexi: propter voluntatē imperatoris dare studeat. Nam
de subsequēti talis alia trāsmittitur: de qua eius superbia
non letetur. Ad hoc enim vsqz peruenit: vt sub occasione
Joannis presbyteri gesta huc trāsmitteret: in quibus se
pene per oēm versum Economicon patriarchā nomina-
ret. Sed spero in omnipotentē deū quia hypocrisim illi⁹
superna maiestas soluet. Miror autem q dilectionē tuā
fallere potuit: vt permitteres dño imperatori persuade-
ri: quaten⁹ ad me sua scripta de hac causa trāsmitteret:
[J] in quibus admoneret / vt cū eo pacē habere debuissem.
Qui si iustitiā tenere vult: illū debuit admonere: vt se a
superbo vocabulo cōpesceret: et protinus inter nos pax
fieret. Tamē qua id calliditate a pdicto fratre nro Joā-
ne factum sit / minime (suspicor) pensasti. Idcirco enim
hoc ille fecit: vt audiretur dñs imperator: et ille in sua va-
nitate cōfirmatus esse videretur: aut nō a me audiretur:
et eius animus contra me irritaretur. Sed nos rectam
viam tenemus: nihil in hac causa aliud nisi omnipotētē
dominū metuētes. Unde tua dilectio in nullo trepidet.
Omnia que in hoc seculo videt alta esse cōtra veritatē /
pro veritate despiciat: in oīpotētis dei gratia: atqz beati
Petri apostoli adiutorio cōfidat. Uocē veritatis reco-
[Jo.xiiij.] lat dicentis: Maior est q in celis est: q̄ qui in mūdo. Et in
hac causa quicqd agendum est: cum summa auctoritate
agat. Postq̄ enī defendi ab inimicorū gladijs nullo mo-
do possumus: postq̄ pro vtilitate reipublice / argentum /
aurū / mancipia / vestes perdidimus: nimis ignominio-
sum est / vt per eos etiam fidem perdamus. In isto enim
scelesto vocabulo consentire / nihil est aliud q̄ fidē per-
dere. Unde sicut tibi iā transactis epistolis scripsi / nūq̄
cum eo procedere presumas.

¶ Gregorius Theodoro medico. Gratias refert de pecunijs pauperibus transmissis. Capitulum.lxxxiij.

[N] [Epla.xl.] Ago oīpotenti deo gratias: quia eoꝝ qui se vi-
cissim veraciter diligūt / loca animū non diui-
dunt. Ecce enī dulcissime et gloriosissime fili
longe a vobis distamus corpore: et tamē presentes vobis
existim⁹ charitate. Hoc vestra opera / hoc scripta testan-
tur: hoc de pñsenti expertus sum: hoc de absenti vrā gloria
recognosco. Hoc vos et hoībus amabiles / et oīpotenti
deo dignos in perpetuū faciat. Quia enī virtutū mater
est charitas: idcirco bonos operum fructus profertis: q̄
ipsam cordidem fructuū in mente radicē tenetis. Ea au-
tem que in redemptionē captiuorū / deo vobis aspirāte
transmisistis: letus (fateor) et tristis accepi. Letus vide-
licet vobis / quos de preparāda mansione celestis patrie
cogitare cognoui. Tristis vero vehemēter mihi: qui su-
per curā rerum sancti Petri apostoli: adhuc etiam de re-
bus dulcissimi filij mei dñi Theodori rationes positu-
rus sum: sollicite an negligēter eas expēderim / requirē-
dus vado. ¶ Oīpotens autē deus: qui menti vestre sue
mie viscera infudit: qui vobis sollicite cogitare cōcessit
hoc qd de saluatore nostro per egregiū predicatorē dici-
[ij.cor.viij.] tur: quia pro vobis egenus factus est / cum diues esset: in
eiusdē saluatoris aduentu / vos virtutibus diuites ostē-
dat: ab omni culpa liberos assistere faciat: et pro terrenis
celestia: pro transitorijs gaudia vobis eterna concedat.
Hoc autē quod pro vobis agi apud sacratissimū corp⁹
sancti Petri apostoli scribitis / certū tenete: quia etsi lin-
gua vestra taceat: fieri charitas vestra iubet. Sed vtinā
[L] digni simus / qui pro vobis orare debeamus. Quia vero
dign⁹ ego nō sim: non ambigo. Sed multi hic digni sunt:
qui ex oblatione vestra ab hostibus redimūtur: et fideli-
ter nostro creatori deseruiunt: de quibus hoc egistis qd
[eccl.xxix.] scriptū est: Abscondē eleemosynā in sinu pauperis: et hec
pro te exorabit. Sed quia ille plus diligit: qui plus pre-
sumit: erga dulcissimā mentem gloriosissimi filij mei do-
mini Theodori habeo aliquā querelā: quia donum inge-
nij: donū rerū: donū misericordie atqz charitatis a scīā
trinitate percepit: sed tamē secularibus indesinēter cau-
sis adstringitur: assiduis processionib⁹ occupat: et quo-
tidie legere negligit verba redēptoris sui. Quid est au-
tē scriptura sacra: nisi quedā epistola oīpotentis dei ad
creaturā suā? Et certe sicubi esset gloria vestra alibi cō-
stituta / et scripta terreni iam imperatoris acciperet: non
cessaret: nō quiesceret: somnū oculis nō daret: nisi prius
quid sibi imperator terrenus scripsisset / agnouisset. Im-
perator celi / dñs hominū et angelorum / pro vita sua tibi
suas eplās trāsmisit: et tamē gloriose fili easdē epistolas
ardenter legere negligis. Stude ergo quesō et quotidie
creatoris tui vba meditare. Disce cor dei in verbis dei:
vt ardentius ad eterna suspires: vt mens vestra ad cele-
stia regna maioribus desiderijs accendatur. Tanto enī
tunc maior ei erit requies: quanto modo ab amore cōdi-
[M] toris sui requies nulla fuerit. Sed ad hec agenda infun-
dat vobis oīpotens deus consolatorē spiritū. Ipse mē-
tem vestram sua presentia impleat / et implēdo leuet. De
me autē cognoscite: qz multas hic et innumeras amari-
tudines patior. Sed ago oīpotēti deo gratias / quia mi-
nus affligor valde q̄ mereor. Charissimū autē filiū meū
susceptū vestrū dominū Marsetē glorie vestre cōmendo.
Quē quidē scio cōmendatū in oībus haberetis: sed facere
vos rogo qd facitis: vt dum peto quod fieri video: mer-
cedi vestre me petendo subiūgam. Preterea excellentie
vestre benedictionē / ea qua trāsmissa est charitate susce-
pi. Unam vero anatē cum duobus paruulis atticis pro
vestri amoris gratia transmittere presūpsi: vt quotiens
ad respiciendum eam vester oculus ducitur: memoria
etiam mei inter occupatiōes tumultusqz causarū in ani-
mum vestrum reuocetur.

¶ Gregori⁹ Luminoso abbati monasterij sancti Thome de Ariminis. Scribit omnia grauamina a monasterio illius auferenda. Capitulum.lxxxv.

[Epla.xli.] Petitionē tuā congregationisqz tue libēter su-
scepimus: et in statuta iurisqz formā tuis preci-
bus accōmodātes effectum. Castorio siquidē
fratri et coepiscopo nostro: nostra pceptione trāmissa est
epistola: successoribusqz eius a te monasterioqz tuo cun-
ctam lesionis funditus abstulimus potestatē: vt nec vl-
tra in vestro versetur grauamine: nec monasterij res de-
scribantur: nec publica illic debeat esse processio: ille vi-

A delicet ei iurisdictione relicta: vt in defuncti abbatis locum/ aliũ quẽ dignũ cõmunis cõsensus cõgregationis elegerit/ debeat ordinare. Uos autẽ ita perfecte/ in dei opere estote solliciti: et assidue operam orationi date: ne nõ videatur magis vobis quesita mentis in oratione securitas: sed male (quod absit) degentibus episcopalis cultura districtio.

Gregorius Leontio epõ visitatori Ariminẽsis ecclesie. De visitatiõe ariminẽsi meli⁹ procurãda. Capitulum.lxxxvi.

Epla.xlij

Clero Ariminensis ecclesie/ cuius visitator es/ conquerente comperim⁹: q̃ remotis oĩbus clericis fraternitas tua hominib⁹ sui patrimonij eius gubernationẽ ceterasq̃ vtilitates cõmiserit peragẽdas. Quod si ita est: querelã eiusdem cleri ineptã esse non credimus. Ea de re hisce hortamur affatibus/ vt oĩa que ad suprascriptam ecclesiã pertinẽt per proprios eius hoies: quos ipse preuideris siue per diaconem istorẽ presentiũ gubernari agiq̃ disponas: vt nulla eis aduersum te iuste murmurãdi relinquatur occasio. Si vero quedã de eis infidelitatis est fortasse suspicio: cũ eis quoq̃ hoies tuos in actione constitue: vt alterna erga se sollicitudine debeant esse custodes: rationes tibi modis oĩbus posituri. Quicqd vero de redditib⁹ ecclesie ipsius accesserit: quattuor iuxta consuetudinẽ oportet fieri portiones: vnã scilicet que clero prebenda sit: aliã pauperibus. De reliquis autem duabus partib⁹ tres fieri volumus. Unã fartis tectis profuturã. Aliã pro sustentatione sua Castorio proprio epo dirigẽdã. Reliquã tibimet

B retinẽdam. Si quis igitur in suprascripte ecclesie clero dignus sit presbyter vel diaconus: siue in gradu alio ordinari: liberã habebis ex nostra auctoritate eũ promouendi licẽtiam. In lucrandis ergo aiabus inuigila: circa cleri rectitudinẽ esto sollicit⁹. Utilitates ecclesie (cuius visitationẽ geris) iniuste perire vel deteriorari nulla subiectione permittas: ne (qd absit) et apud deũ perpetui labem periculi: et apud nos reatum culpe possis incurrere. Comperimus preterea aliquid te annone de publico consequi: et hac ex re verecũdia comprimi: atq̃ in causis ecclesie: vel defensione pauperũ (vt congruit) nõ esse efficacẽ. Propterea abstinẽdum est ab hoc quod verecundiã incutit: et stipendijs que de ecclesia consequeris: debes esse cõtentus. Nam si aliter facere post nostrã adhortationẽ volueris: aliam de te estimationẽ habebimus. Quippe qui cõmissos tibi auaritie militare doces quos sufficiẽtibus stipẽdijs institutis nõ esse contentos.

Gregorius Castorio episcopo Ariminensi. Ut luminoso abbati eiusq̃ monasterio/ nullam inquietudinẽ faciat. Capitulum.lxxxvij.

Epl.xliiij.

Luminosus abbas monasterij sanctorum Andree et Thome/ in Ariminensi ciuitate cõstituti: quas nobis lachrymabiliter preces effuderit: indite text⁹ petitiõis informat. Pro qua re fraterni-

C tatẽ tuã hortamur/ vt obeũte abbate monasterij ipsius/ ecclesia tua in describẽdis prouidẽdisq̃ acquisitis acq̃ rẽdis vel eiusdẽ monasterij rebus nulla se occasione permisceat. Abbatẽ vero eidẽ monasterio non aliũ: sed quẽ

Cã.xviij. q.ij. Abbatem.

dignũ moribus atq̃ actib⁹ discipline monastice cõmuni consensu congregatio tota poposcerit: te volumus ordinare. Missas aũt illic publicas per epm fieri oĩmodo prohibemus: ne in seruorum dei secessibus/ popularib⁹ occasio prebeatur vlla cõuẽtibus: et simpliciores ex hoc animas plerũq̃ (qd absit) in scandalũ trahat frequẽtior quoq̃ introitus mulierũ. Hanc autẽ scriptorũ nostrorum paginam omni in futuro tempore a te vel post te episcopis ordinãdis/ firmã statuimus illibatãq̃ seruari: vt et tua ecclesia iuuante dño suo tãtũmodo sit iure contẽta: et monasteriũ illud nulli vlterius aliqua ratione generali canonice vel iurisdictioni deseruiens/ remotis vexationibus ac cunctis grauaminibus/ diuinum opus cũ summa animi deuotione perficiat.

Gesta synodi habite a beato Gregorio papa tempore Mauricij augusti in vrbe roma. Capitulum.lxxxviij.

Epl.xliiij

Regnante in perpetuũ dño nostro Iesu xpõ/ tẽporibus piissimi ac serenissimi dñi Mauricij/ Tiberij et Theodosij augustorũ eiusdem dñi/ Imperio Mauricij anno tertiodecimo/ indictione tertiadecima/ quinto die mẽsis iulij: Gregorius papa corã sanctissimo beati Petri corpore cũ epis oĩbus ac Romane ecclesie presbyteris residẽs/ astãtibus diaconib⁹ et

D cũcto clero dixit: In sancta romana ecclesia: cui diuina dispẽsatio preesse me voluit: dudũ consuetudo est valde reprehẽsibilis exorta: vt qdã ad sacri altaris ministeriũ cãtores eligantur: et in diaconat⁹ ordine cõstituti/ modulationi vocis inseruiãt: quos ad predicationis officiũ/ elemosynarũq̃ studiũ vacare cõgruebat. Unde fit plerũq̃ vt ad sacrum ministeriũ dum blãda vox queritur: quẽri congrua vita negligatur: et cantor minister deũ morib⁹ stimulet: cum populũ vocibus delectat. Qua in re presenti decreto cõstituo/ vt in sede hac sacri altaris ministri cantare nõ debeãt: solũq̃ lectionis euãgelice officiũ inter missarũ solẽnia exsoluant: psalmos vero ac reliquas lectiões censeo per subdiacones/ vel si necessitas fuerit/ per minores ordines exhiberi. Si quis autẽ contra hoc decretũ meum venire tentauerit/ anathema sit. et oẽs respõderunt: anathema sit. Uerecundũ mos tã: poreẽ indiscretionis inuoluit/ vt huius sedis põtificibus ad secreta cubiculi seruitia laici pueri ac seculares obsequãtur: et cũ pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo: plerũq̃ clerici qualis sit in secreto sit vita sui põtificis nesciunt: quã tamen (vt dictũ est) pueri sciunt seculares. De qua re presenti decreto cõstituo: vt quidã ex clericis vel etiã ex monachis electi/ ministerio cubiculi põtificalis obsequãtur: vt is qui in loco est regiminis/ habeat te-

E stes tales/ qui vitã eius in secreta cõuersatione videant: et ex visione sedula exemplũ profectus sumãt. Cõsuetudo noua in ecclesia hac et valde reprehẽsibilis erupit/ vt cum rectores eius patrimonij vrbana vel rustica predia iuri illius cõpetere posse suspicãtur: fiscali more titulos imprimãt: atq̃ hoc quod cõpetere pauperibus estimãt/ non iudicio sed manibus defendant. Et cũ per predicatores suos veritas dicat: Nihil per contentionem: etiam

Phil.ij.

ipsum litigiose contẽtionis malũ trãscendũt: et res quelibet cũ estimatur ecclesie posse competere/ per vim tenetur. Proinde presenti decreto constituo: vt si quis ecclesiasticorum vnq̃ titulos ponere siue in rustico/ siue in vrbano predio sua sponte presumpserit/ anathema sit. Et respõderunt omnes. Anathema sit. Is autẽ qui ecclesie preest: si hoc vel ipse fieri preceperit: vel sine sua preceptione factum digna punire aduersione neglexerit: anathema sit. Et respõderũt omnes. Anathema sit. Sicut indignos nos pro beati Petri apostoli reuerẽtia mens fidelium veneratur: ita nostram infirmitatẽ decet semetipsam semper agnoscere: et impensẽ sibi venerationis onera declinare. Ex amore quippe fideliũ/ huius sedis rectorib⁹ mos vltra meritũ erupit: vt cum eorũ corpora humãda deferunt: et hec dalmaticis contegãt: easdẽ dalmaticas pro sanctitatis reuerentia sibimet partiendas populus scindat: et cũ assint multa a sacris corporibus apostolorũ martyrũq̃ velamina/ a peccatorum corpore sumitur: qd pro magna reuerentia reseruatur. De qua re presenti decreto constituo: vt feretrum quo Romani pontificis cor-

F pus ad sepeliendũ ducitur: nullo tegmine veletur. Quã decreti mei curã gerere/ sedis huius presbyteros ac diacones censeo. Si quis vero ex eorũ ordine hec curare neglexerit: anathema sit. Et responderũt oẽs. Anathema sit. Antiquã patrũ regulã sequens/ nihil vnq̃ de ordinationibus accipiẽdum esse constituo: neq̃ ex datione pallij/ neq̃ ex traditiõe chartarũ/ neq̃ ex ea quã noua per ambitionẽ simulatio inuenit appellatiõe pastelli. Quia enĩ ordinãdo epo pontifex manũ imponit: euãgelicã lectionem minister legit: cõfirmationis autẽ eius epistolã notarius scribit: sicut pontificẽ non decet manũ quã imponit vendere: ita minister vel notarius non debet in ordinatione sua eius vocẽ suam vel calamũ vẽdidare. Pro ordinatione vero vel pallio seu chartis atq̃ pastello eũdem qui ordinãdus vel ordinat⁹ est/ oĩno aliqd dare prohibeo. Ex quibus predictis rebus si quis hunc aliquid cõmodi appellatione exigere vel deferre forte presumpserit: in districto dei oĩpotẽtis examine reatu subiacebit. Is autẽ qui ordinatus fuerit/ si non ex placito/ neq̃ exactus/ neq̃ petitus/ post acceptas chartas et palliũ aliquid cuilibet ex clero gratie tantũmodo causa dare voluerit: hoc accipi nullo modo prohibemus: quia ei⁹ oblatio nullã culpe maculã ingerit: que ex accipientis ambitu nõ processit. Multos de ecclesiastica familia nouim⁹ ad oĩpotentis dei seruitiũ festinare: vt ab humana serui-

G

tute liberi/in diuino seruitio valeãt i monasterio cõuersari. quod si passim dimittimus/oibus fugiendi ecclesiastici iuris dominiũ/occasionẽ prebemus. Cui vero festinantes: ab oĩpotentis dei seruitio incaute retinemus: illi inuenimur negare quedã/qui dedit oĩa. Unde necesse est vt quisquis ex iuris ecclesiastici seruitute ad dei seruitiũ conuerti desiderat: probetur prius in laico habitu constitutus: ⁊ si mores eius atq̃ cõuersatio bono desiderio eius testimoniũ ferunt: absq̃ retractatione seruire in monasterio omnipotenti dño permittatur: et ab humano seruitio liber recedat: q̃ diuini obsequij districtiorẽ appetit seruitutem. ¶ Subscriptio episcoporũ.

Gregorius dei gratia eps his decretis subscripsit. Maurianus epus ciuitatis Rauẽne subscripsit. Paulus epus ciuitatis Nepesiñ. Joannes eps ciuitatis Surrẽtine. Gratian⁹ ciuitatis Romẽtume. Joannes eps ciuitatis Falartine. Angelus epus ciuitatis Terracinẽsis. Romanus eps ciuitatis Blentane. Dñicus eps ciuitatis Cẽtũcellẽsis. Pelagius episcopus ciuitatis Anagnine. Felix epus ciuitatis Portuensis. Joannes epus ciuitatis Uilliterne. Candidus epus ciuitatis Bulcinen. Luminosus eps ciuitatis Ferentine. Baldinus eps ciuitatis Rosellis. Secũdinus epus ciuitatis Tauromenie. Marcianus eps ciuitatis Ferẽn. Homobonus eps ciuitatis Albanẽsis. Dñicus eps ciuitatis Utriculane. Constantius epus ciuitatis Narniẽsis. Fortunatus eps ciuitatis Neapolitañ. Anastasius eps ciuitatis Tiburtine. Proculus eps ciuitatis Penestine. ¶ Subscriptio presbyterorũ.

H

Laurentius presbyter tituli sancti Syluestri subscripsit. Joannes presbyter scti Uitalis. Speciosus pbyter sancti Clemẽtis. Deusdedit pbr sancti Joannis et Pauli. Andromacus presbyter apostolorũ. Cresceus pbyter sancti Laurentij. Rusticus pbr sancte Susanne. Uilibus presbyter sancti Marcelli. Petrus pbr sancti Julij ⁊ Calixti. Spectat⁹ presbyter sancti Uitalis. Stephan⁹ pbyter sancti Martij. Felix pbr sancti Sixti. Petr⁹ pbr sancte Balbine. Justus pbr sanctorũ Nerei et Achillei. Speciosus pbr sancti Damasi. Maurus pbr sancte Prisce. Placid⁹ presbyter sancte Balbine. Uictor sancte Cecilie. Joannes sancti Grisogoni. Auentius sancte Praxedis. Andreas sancti Marci. Joannes sancti Joannis et Pauli. Agapitus apostolorũ. Felix sancte Sabine. Bonus scti Eusebij. Bassus sancti Prudentis. Joannes sancti Syluestri. Albinus sanctorũ Marcellini et Petri. Antonius sancte Balbine. Candidus sancti Clemẽtis. Romanus sancti Marcelli. Leo sancti Damasi. Auentius sancti Quiriaci. Fortunatus sanctorũ quattuor coronatorũ.

¶ Gregorius Andree scholastico. De ordinatione mariniani presbyteri ad episcopatũ. Capitulum. lxxxix.

Epla. xlv.
I

Excellentissimi viri dñi patritij voluntatem in persona Donati archidiaconi implere voluimus: sed quia valde periculosum est anime/temere cuiq̃ manũ imponere: cure nobis fuit/vitã actusq̃ eius subtili inuestigatione discutere. Et qm̃ multa inuenta sunt/sicut eidem domino patritio scripsim⁹: que eum procul ab epatu remouerẽt/dei iudiciũ metuẽtes/in ordinãdo eo nõ presumpsimus consentire. Sed nec Joannem presbyterũ psalmorũ nesciũ presumpsimus ordinare: quia hec eũ res minus sui profecto habere studiũ demõstrabat. His igitur remotis/cum ad eligẽdũ de suis a nobis partibus vrgerẽtur/et nullum se habere ad hoc officiũ faterentur idoneũ: maior q̃ nos vna cum eis teneret afflictio: tandem venerabilẽ fratrẽ presbyterũ Marinianũ: quẽ diu mecũ didicere in monasterio conuersatũ: cõmuni concordantiq̃ voce ac q̃ consensu sepius petiuerunt. Cui refugienti/diuersis modis vix aliquando potuit suaderi: vt eorũ preberet petitioni cõsensum. Et qr bene nobis ei⁹ vita est cognita: atq̃ in lucrandis animabus illũ nouimus esse sollicitum: nullam in ordinatione ipsius morã attulimus. Gloria itaq̃ vestra eũ (sicut decet) suscipiat: nouitatiq̃ eius consolationis auxiliũ prebeat. Nã oibus (sicut nostis) cuiuslibet officij valde onerosa est nouitas. Ego autem magnã cõfidẽtiã habeo/ quia oĩpotẽs deus qui eũ dignatus est suo gregi preponere: et ad interiora illum curãda excacuet/et ad exteriora gerenda gratie sue pietate cõfortabit. Sed quia post longa quietis ocia/eius (vt prediximus) nouitas pculdubio perturbatur: peto vt cũ venerit tempestatũ secularũ procellas fugiens: semper apud vestrã mẽtem portum quietis inueniat: ⁊ de vestre bono charitatis hilarescat. Quantum vero vobis cum illo conuenire valeat: citius cognoscetis: quia ad episcopatũ venit inuitus.

K

¶ Gregorius Leandro episcopo hispaniarũ. De libris in expositionẽ beati Job. Capitulum. xc.

Epl. xlvi.

Quanto ardore videre te sitiã: quia valde me diligis: in tui tabulis cordis legis. Sed quia longo terrarum spatio disiunctũ te videre nequeo: viuum quod mihi de te dictauit charitas feci: vt librum regule pastoralis: quem in episcopat⁹ mei exordio scripsi: et libros quos in expositionẽ beati Job iam dudum me fecisse cognouisti: sanctitati tue cũ cõmuni filio probino presbytero venienti transmitterẽ. Et tue quidẽ charitati in eo opere tertie ⁊ quarte partis codices non trãsmisi: qr eos solũmodo inuenio/quos ex eisdẽ partib⁹ codices iam monasterijs dedi. Hos itaq̃ sanctitas tua studiose pcurrat: ⁊ peccata mea studiosius defleat: ne mihi culpe grauioris sit/q̃ quasi scire videor: qđ agere pretermitto. In hac vero ecclesia quantis causarũ tumultibus pmor: ipsa charitati tue epistole mee breuitas innotescit: quãdo ei parũ loquor/quẽ magis oibus diligo.

¶ Gregorius nobilibus Syracusanis. De episcopo eligendo. Capitulum. xci.

Epl. xlvij
L

Laudis vestre testimoniũ/quã direxistis epistola/electionis vos onera sapiẽter declinasse significat. Et qm̃ nostro hoc arbitrio cõmisistis: ac multa bona de venerãde memorie quondã Maximiano epo referentes: talem vobis ordinari deposcitis: vos quidẽ sicut decet fideles filios/facitis: quia hec de digno sollicitoq̃ patre testamini: et obtrectantib⁹ alijs bona ipsius etiam post obitũ nõ tacetis. Unde oramus omnipotẽtem dñm/vt et vobis p sinceritatis vestre voluntate retribuat: ⁊ obloquentibus clementer ignoscat. Hoc tamen sciat magnitudo vestra: qr ciuitati illi quẽ dare possimus: maximiano reuerentissimo similẽ nõ habemus. Sed qr a clero et plebe ecclesie syracusane Agatho/ab aliqbus autẽ alter eligit: hic qui a clero et plebe electus est: ad nos interim venire necesse est: vt vtrisq̃ cominus cõstitutis: ille q̃ deo placuerit ⁊ vtilior visus fuerit/ordinetur. Nam desiderij nostri est/talẽ illic cũ christi gratia ordinari pontificẽ/qui bonorũ supradicti epi cuius vos actionibus testimoniũ perhibetis: in omnib⁹ debeat (deo adiutore) imitator existere.

¶ Gregorius Joanni abbati de regio. De correctione monasterij sancti Andree. Capitulum. xcij.

epl. xlviij

Ea que ad correptionẽ religiosarũ pertinẽt personarum/nos preterire nõ decet nec conuenit. Peruenit itaq̃ ad nos: i monasterio sancti Andree: quod iuxta vulcanũ est positum/multa ppetrari facinora. Atq̃ ideo nostre auctoritatis preceptione suffultum: ad id te monasteriũ proficisci necesse est: et omnia que dicuntur/subtili inuestigatione discutere. Et si ita (quod absit) inueneris: sic in illos regulariter vindicabis: vt digna eos correctio a prauis et illicitis de cetero doceat actibus abstinere.

M

¶ Gregorius Petro et prudentio episcopis de histria. Scribit de fide eis satisfacturũ se. Capitulum. xciij.

Epl. xlix.

Deus qui letatur in vnitate fidelium: et reuelat querentibus veritatẽ: cordibus vestris dilectissimi fratres aperiat/quãto vos desiderio in gremio cupis sancte vniuersalis ecclesie cõtineri: ⁊ in eius manere vnitate concordes. Quod fore non dubito/ si abiecto contẽtionis stimulo/satisfieri vobis veraciter de his de quib⁹ est dubietas intendatis. Remeantis autẽ Castorij notarij mei relatione edoctus sum/fraternitatẽ vestrã ad me habere desideriũ veniendi: si pmissum fuerit: quia nullam molestiã sustinebit. Hoc ego cognoscens/⁊ opto/⁊ successus ardore charitatis inuito: vt ad me veniẽdi debeatis laborẽ assumere: quatenus pariter conferentes/que vera ⁊ redemptori nostro sunt placita/ et cõmuniter loquamur/et modis oibus teneam⁹. Ego vero diuine protectionis gratia suffragãte/satisfacere vobis de quibus dubitatis paratus sum: et confido de oĩpotentis dei misericordia: q̃ ita vobis satisfactio mea interi⁹ inherebit: vt nihil charitati vestre de cetero post

A sit ambiguũ remanere. Nã illa que sanctissime quattuor synodi sapuerunt atq; diffinierunt: sicuti predecessor noster sanctissimus Leo papa: ita ea et nos sapimus/ sequimur ac tenemus: nec ab earũ fide aliquo modo dissentimus. Sed quia plus persona presens q̃ epistola satisfacit: hortor dilectissimi fratres vt ad me venire sicut prefatus sum debeatis: quatenus ratione percepta ad concordiã sancte vniuersalis ecclesie dissensio vos nulla dissociet. Hoc tamẽ certa sit vestra charitas/ q̃ vos t cũ affectu quo decet suscipio: et cum gratia relaxabo. Nec aliquã vos vel quoscũq; alios q pro hac ad me causa venire voluerint: afflictionẽ vel molestiam sustinere permitto. Sed seu ad consentiendũ mihi cor vestrũ misericordia diuina cõpunxerit: siue (qđ absit) in ea vos durare dissensione contigerit: ad propria vos remeare quando volueritis/ iuxta promissionẽ meã sine lesione vel molestia relaxare curabimus.

¶ Gregorius Joãni episcopo Corinthiorũ. De Anastasio episcopo deposito: et diacono eius. Capitulũ.xciiij.

Epla.i.

Equitatẽ atq; sollicitudinẽ Secundini fratris t coepiscopi nri que olim bene nobis est cognita/ etiã series iudicati et scriptorũ vestrorũ mõstrauit. In qua re valde placuit: letosq; nos reddidit: q in causa Anastasij quondã episcopi quã et examinãdam iniunximus: vigilantiã suã t diligẽter exercuit: t cognita crimina (vt iustitia poscebat t oportuit) vindicauit. Sed

B dei in oibus gratias oipotenti deo referimus: qui delinquẽtibus quibusdã accusatoribus/ cognitioni eius veritatẽ ne tantorũ causa facinorũ latere potuisset: ostendit. Quoniã vero in eadẽ sententia in qua supra scriptũ Anastasiũ iuste damnatũ constat atq; depositũ: sic quosdam supra scriptus frater t coepiscopus noster virus psonas est: vt nostro arbitrio reseruaret: idcirco quid de eis tenendum seruandũq; sit/ presenti epistola perspeximus. Paulũ itaq; diaconẽ latorẽ presentiũ/ quẽ et culpa sua vehementer cõfundat atq; redarguat: q deceptus promissione/ ab accusatione nup depositi quõdã episcopi sui destiterit: et cupiditatis studio silere cõtra animã suam potius q̃ prodere vera consenserit: tamen quia plus esse conuenit nos misericordes q̃ districtos: hanc ei culpam ignoscimus: atq; eũ in ordine locoq; suo recipiendũ esse cẽsemus. Nã ei a tẽpore prolate sententie afflictionẽ quã pertulit/ credim⁹ ad vindictã huius posse culpe sufficere. Euphemiũ vero atq; Thomã: qui pro deserenda accusatione sacros ordines acceperunt: eisdẽ sacris priuatos ordinibus esse: atq; ita sicuti sunt depositi volumus permanere: nec vnq̃ eos sub qualibet excusationis specie sacros in ordines reuocari decernimus. ¶ Nam nimis indignũ t contra ecclesiastice regulã disciplinẽ est/ vt honore quẽ nõ ex meritis/ sed pro sceleris premio perceperunt/ fungãtur. Quia tamẽ plus misericordie q̃ districte nos conuenit operam dare iustitie: eosdẽ Euphemiũ atq; Thomã in ordine locoq; tãtũmodo vnde ad ordines sacros promoti fuerant volumus reuocari: t cunctis diebus vite sue eorũdem locorũ cõtinentiã sicut cõsueuerãt ante percipiant. Clematiũ vero lectorem simili benignitatis intuitu/ in ordinẽ locũq; suũ reuocandũ esse constituo. Quibus et oibus. i. Paulo diacono/ euphemio: Thome atq; Clematio cõmoda sua sm locum t ordinẽ in quo quisq; eorũ est: sicut solitus erat accipere: a presenti tertiadecima indictione vestra fraternitas sine aliqua studeat imminutione prebere. ¶ Quia igitur supra scriptus Paulus diaconus multa se pro vtilitate ecclesie vestre memorat expendisse: et vt ea possit recipere: fraternitatis vre solatio desiderat adiuuari: hortamur vt si ita est: omni ei possibilitate ad recipiẽda que dedit debeatis cõcurrere: atq; vestris eum auxilijs adiuuare: quia nulla ratio patitur: vt in his que pro vtilitate generalitatis impendit/ aliquod sustineat iniuste dispendiũ. Preterea tres libras auri: quas imminẽte supra scripto fratre et coepiscopo nostro Secũdino: eũdẽ Paulũ diaconẽ pro vtilitate vestre dedisse constat ecclesie: fraternitas vestra eas cessante dilatione restituat: ne (quod absit) non rationabiliter: sed sola cum grauare voluntate tantummodo videatur.

Cãu.ij.q̃st.iiij.paulũ.

Causa.ij.q.iij.Euphemiũ.

C

¶ Mense Augusto. Indictione decimatertia.

¶ Gregorius Virgilio epo Arelatensi. De vsu pallij: et de sacris ordinibus per venalitatem non dandis: et de simoniaca heresi condemnanda. Capitm̃.xcv.

D Epla.ij.

Omnis bona est charitas/ que absentis per imaginem/ presentia sibimetipsis exhibet per amorẽ: diuisa vnit/ confusa ordinat/ inequalia sociat: imperfecta cõsummat. Quã recte predicator egregius vinculũ perfectionis vocat: quia virtutes quidẽ cetere perfectionẽ generãt: sed tamẽ eas charitas etiã ligat: vt ab amantis mente dissolui iam nequeãt. Hac itaq; virtute frater charissime plenũ te esse reperio: sicut mihi de te et hi qui ex gallicanis partibus veniunt: et epistole tue ad me directe verba testãtur. Quod vero in eis iuxta antiquũ morẽ/ vsum pallij/ ac vices sedis aplice postulasti: absit ne aut trãsitorie potestatis culmen/ aut exterioris cultus ornamẽtũ i vicib⁹ nostris ac pallio quesisse te suspicer. Sed quia cũctis liquet vnde in gallicanis regionibus fides sancta prodierit: cum priscam cõsuetudinẽ sedis aplice fraternitas vestra repetit: quid aliud q̃ bona soboles ad sinum matris ecclesie recurrit? ¶ Libẽti ergo animo postulata cõcedimus: ne aut vobis quicq̃ de debito honore subtrahere: aut precellẽtissimi filij nostri Childeberti regis petitionem contempsisse videamur. Sed iam vbi studio maiori res indiget: vt cũ honore crescit/ etiã sollicitudo proficiat: et erga ceterorũ custodiã vigilantia excrescat: vite quoq; merita subiectis in exemplum veniant: t nunq̃ sua per suscepti honoris gratiam/ sed lucra celestis patrie vestra fraternitas acquirat. Nostis enĩ quid beatus aplus gemẽs dicat: Oes enim que sua sunt querũt: nõ q̃ sunt christi Jesu. Quibusdã naq; narrantibus agnouimus in galliarum vel germanie partibus nullũ ad sacrum ordinẽ sine cõmodi datione peruenire. Quod si ita est/ flens dico/ gemens denũcio: quia cũ sacerdotalis ordo intus cecidit: foris quoq; diu stare nõ poterit. ¶ Scimus quippe ex euãgelio quid redẽptor noster per semetipsum fecerit: quia ingressus tẽpliũ/ cathedras vendentiũ colũbas euertit. Columbas enim vendere/ est de spũ sancto quẽ deus oipotens consubstãtialẽ sibi per impositionẽ manuũ hoibus tribuit/ cõmodum tẽporale percipere. Ex quo (vt predixi) malo iam innuitur quid sequatur. Quia qui i templo dei colũbas vendere presumpserũt: eorũ deo iudice cathedre ceciderunt. qui videlicet error in subditis cũ augmẽto propagatur. Nam ipse quoq; qui precio ad sacrũ ordinẽ pducitur: iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus paratior est alijs venundare quod emit. Vbi est quod scriptũ est: Gratis accepistis: gratis date? Et cum primũ simoniaca heresis sit contra sanctã ecclesiã exorta: cur nõ perpẽditur: cur nõ videtur: quia eũ quẽ quis cũ precio ordinat/ prouehẽdo agit vt hereticus fiat? ¶ Alia quoq; nobis res est valde detestabilis nũciata: q quidã ex laico habitu p appetitũ glorie tẽporalis defunctis episcopis tonsurant/ t fiũt subito sacerdotes. Qua iste iam notũ est qualis ad sacerdotiũ venerit/ qui repẽte de laico habitu ad sacrum transit ducatũ. Et qui miles nunq̃ extitit: dux religiosorũ fieri nõ pertimescit. Quã iste suã predicationẽ habiturus est: qui fortasse nunq̃ audiuit aliena? Aut quãdo aliena mala corrigat: qui necdum sua fleuit? Et cũ ad sacros ordines Paul⁹ aplus neophitũ venire prohibeat: sciendum nobis est: quia sicut neophitus tunc vocabatur qui adhuc nouiter erat plãtatus in fide: ita nunc inter neophitos deputamus: qui adhuc nouus est in sancta cõuersatione. ¶ Scimus autem q edificati parietes nõ prius tignorũ pondus accipiunt/ nisi a nouitatis sue humore siccentur: ne si ante põdera q̃ solidẽtur accipiant: cunctã simul fabricam ad terram deponant. Et cũ ad edificiũ arbusta succidimus/ vt prius viriditatis humor exiccari debeat expectam⁹: ne si eis adhuc recẽtibus fabrice pondus imponitur: ex ipsa nouitate curuentur: et cõfracta citius corruant: que immature in altũ leuata videbantur. Cur ergo hoc non subtiliter in hoibus custoditur: quod in lignis quoq; ac lapidibus tanta cõsideratione perpẽditur? Quia de re necesse est vt vestra fraternitas precellentissimũ filiũ nostrum Childebertũ regem admonere studeat: vt huius peccati maculã a regno suo fundit⁹ repellat: quaten⁹ oipotens deus tanto illi apud se maiora retribuat: quanto eũ conspicit et amare quod ipse diligit: et vitare quod odit. ¶ Itaq; fraternitati vestre vices nostras in ecclesijs q sub regno sunt precellentissimi filij nostri Childeberti/

Philip.ij. E

Mat.xxi.

Matth.x.

F

Parte.i. dist.xlviij. Sicut.

G

iuxta antiquū morem deo auctore cōmittimus. Singu-
lis siquidē metropolitis sm priscam consuetudinē pro-
prio honore seruato / pallium quoqꝫ transmisimus: quo
fraternitas tua intra ecclesiā ad sola missarum solennia
vtat. Sicubi autē longius episcopoꝝ quisqꝫ pergere for-
te voluerit: sine tue sanctitatꝫ auctoritate ei ad loca alia
transire non liceat. Si quis vero inquisitio de fide / vel for-
tasse aliarū rerum inter episcopos causa emerserit: que
discerni difficilius possit: collectis duodecim episcopis
ventiletur atqꝫ decidatur. Si aūt decidi nequiuerit: di-
scussa veritate ad nostrū iudiciū referatur. Omnipotēs
autem deus sua vos protectione custodiat: honoremqꝫ
perceptum vos in moribus seruare concedat.

Parte.j. di.c. Pallium.

Gregorius vniuersis episcopis galliarū. De Virgi-
lio eis prelato / et de synodo. Capitm.xcvj.

Epla.liij. Parte.j. di.lxxxix. Ad hoc.

Ad hoc diuine dispēsatiōis prouisio / gradus
et diuersos constituit ordines esse distinctos:
vt dum reuerētiam minores potioribus exhi-
berent: et potiores minoribus dilectionem impēderent:
vna concordie fieret ex diuersitate cōtextio: et recte offi-
ciorum gereretur administratio singulorū. Neqꝫ enim
vniuersitas alia poterat ratione subsistere: nisi huiusmo-
di magnus eā differentie ordo seruaret. Quia vero crea-
tura in vna eademqꝫ qualitate gubernari vel viuere nō
potest: celestiū militiarū exemplar nos instruit: quia dū
sunt angeli / sunt archāgeli / liquet q̄ non equales sunt: sed
in potestate et ordine (sicut nostis) differt vnus ab alte-
ro. Si ergo inter hos qui sine peccato sunt / ista cōstat
esse distinctionē: quis hominū abnuat huic se dispositio-
ni libenter submittere: cui nouit etiā angelos obedire?

H

Hinc etenim pax et charitas mutua se vice cōplectuntur:
et manet firma concordie in alterna et deo placita dile-
ctione sinceritas. Quia igitur vnūquodqꝫ tunc salu-
briter cōpletur officiū: cum fuerit vnus ad quē possit re-
curri prepositus: idcirco opportunū esse perspeximus / in
ecclesijs que sub regno precellentissimi filij nostri Chil-
deberti regis sunt / sm antiquā consuetudinem fratri no-
stro Virgilio Arelatēsis ciuitatis epo vices nostras tri-
buere: quatenus et catholice fidei integritas (.i. sancta-
rū quattuor synodorū) deo protegēte sollicita deuotio-
ne seruetur: et si inter fratres / cōsacerdotesqꝫ nostros ali-
qua euenerit forte cōtentio: auctoritatis sue vigore / vici-
bus nempe sedis apostolice funct⁹ / discreta moderatio-
ne compescat. Cui etiā iniunximus vt si quarūdam cau-
sarū tale fuerit certamen exortū: in quo aliorū presentia
opus sit / cōgregatis sibi in numero cōpetenti fratribus
et coepiscopis nris / salubriter hoc seruata eqtate discu-
tiat: et canonica integritate definiat. Si quā vero cō-
tentionē (quod longe faciat diuina potētia) de fidei cau-
sa euenire contigerit: aut negociū emerserit cuius vehe-
mēs sit fortasse dubietas: et pro sui magnitudine iudicio
sedis aplice indigeat: examinata diligētius veritate / re-
latione sua ad nostrā studeat perducere notionem: qua-
tenus a nobis valeat cōgrua sine dubio sententia termi-

I

nari. Et quoniā necesse est vt ad eū cui nostras vices in-
iunximus: quotiēs oportere perspexerit pro facieda col-
latione aptis debeant episcopi tēporib⁹ cōuenire: horta-
mur vt null⁹ mādatis ei⁹ inobediens esse presumat: nec cō-
muni congregationi interesse postponat: nisi aut corpo-
ris infirmitas quēpiam fortasse vetuerit: aut cuiusqꝫ eū
cause iusta excusatio minime venire pmiserit. Qui tamē
qui prohibente aliqua necessitate nequiuit in synodū cō-
uenire: loco suo presbyterū aut diaconē dirigant: quate-
nus que a nostro vicario deo auxiliante fuerit definita /
ad eū qui absens est / per ipsum quē miserit / fida relatio-
ne perueniāt: vt incōcussa firmitate seruētur: et nullus
ea que cōstituerit / audeat occasionis excusatio violare.
Hoc etiam vos pariter preuidimus admonēdos: vt
nullus vestrum ad lōginquiora loca sine prefati fratris
et coepi nostri Virgilij auctoritate tentet aliquo modo
proficisci: sciētes quia et predecessorū nostrorū qui vi-
ces suas eius predecessoribus contēpserint / sic procul du-
bio mandata definiūt. Hortamur preterea / vt de officio
suo sit quisqꝫ vestrum sollicitus / vt qui promissam capit
mercedē pastionis accipere: cōmissum sibi gregē sollici-
tudine et oratione custodiat: ne lupus insidiās oues cre-
ditas inuadēdo dilaniet: et sit in retributione pena pro
munere. Optamus igitur fratres charissimi / et totis om-

nipotentē dnm precibus exoramus: vt dilectionē vestrā in

K

amoris sui pdātia faciat magis magisqꝫ feruescere: atqꝫ
in pace ecclesie / et in vna vos cōcedat manere cōcordia.
Nunciatum vero nobis est q̄ per simoniacam heresim ad
sacros quidam ordines adducantur: et hoc suprascripto
fratri et coepiscopo nostro Virgilio per omnia prohibē-
dū mandauim⁹: qđ et vestra fraternitas recognoscat et
studiose custodiat: et ipsa coram vobis est epła relegēda.

Gregorius Childeberto regi Frācorum. De multis
rebus corrigendis in regno eius. Capłm.xcvij.

Epla.liiij.

Litteras nos excellentie vestre vehemēter fecit
epistola: que pia vos affectione de honore et
reuerentia sacerdotali testatur esse sollicitos.
Dicetenim cūctis ostēditis fideles dei vos esse cultores /
dū sacerdotes ipsius grata ac debita veneratiōe diligi-
tis: et explana deuotione qđqđ ad eorū augmentū perti-
net / agere festinatis. Unde et grāter q̄ scripsistis acce-
pimus: et que voluistis / alio libenti cōcessimus: atqꝫ ideo
fratri nostro Virgilio Arelatēsis ciuitatis epo: vices no-
stras iuxta antiquū morē / et excellentie vestre desideriū
deo fauēte cōmisimus: eiusqꝫ etiā et pallij vsum sicut prisca
habuit cōsuetudo / cōcessimus. Sed quia aliqua ad nos p-
lata sunt: que et omnipotentē deum nimis offendunt: et q̄
plurimū sacerdotij honorē reuerentiāqꝫ cōfundūt: que-
sum⁹ vt potestatis vestre eminente cēsura / modis omni-
bus emendetur: ne dum laudande deuotioni vestre reg
temerarie ac peruerse repugnant aliorum (qđ absit) cul-

L

pa aut regnū vestrū grauetur: aut anima. Peruenit
autem ad nos / obeūtibus episcopis / quosdam ex laicis
tōsurari / atqꝫ ad epatum precipiti saltu cōscendere. Et
qui discipulus non fuit: inconsiderata ambitione magi-
ster efficitur. Et qui quod possit docere nō didicit: facer-
dotiū tantūmodo gerit in nomine: nam laicus in sermo-
ne pristino perseuerat et opere. Quomodo ergo p aliorū
peccatis intercessurus est / qui sua pūnit⁹ non defleuit?
Talis enim pastor non munit gregem / sed decipit: qui dū
cōtradicente verecūdia / nō potest alijs hoc qđ ipse non
facit persuadere: quid est aliud nisi vt plebs dñica pre-
donibus populāda remaneat / et inde sumat interitum /
vnde salutifere protectionis magnū debuit habere sub-
sidium? Quod q̄ prauū sit / q̄ peruersum / ex sua quoqꝫ or-
dinatione excellentie vestre celsitudo ppendat. Cer-
tum nāqꝫ est non vos ante exercitui ducē preponere: nisi
vobis labor eius fidesqꝫ probata cōstiterit: nisi eū ante-
acte vite virtus et sollicitudo aptū esse monstrauerit. Si
vero nō alijs nisi huiusmodi viris cōmittit gubernand⁹
exercit⁹ / qualis dux esse debeat animarū / ex istius bene
rei cōparatione colligitur. Sed verecundū nobis est / et
dicere pudet: q̄ ducatū sibi sacerdotes arripiūt: qui ex-
ordium religiose militie non viderunt. Simul autē et il-
lud valde execrandum nobis est nūciatum: q̄ sacri ordi-

M

nes p simoniacā heresim .i. accepto precio conferant. Et
quia pestiferū nimis est: et sctē ecclesie vniuersali cōtra-
rium / in sacrū quēpiam ordinem nō meritis / sed precio
collocari: hortamur vt tam detestabile facinus de regno
suo excellentia vestra prohiberi precipiat. Nā ipse se ad
hoc officium ostendit penitus indignum: qui donum dei
pecunia mercari non metuit: et cōmodis presumit appe-
tere: quod habere per gratiam non meretur. Hec igitur
precellentissime fili idcirco admoneo: q̄ animā vestram
saluari desidero. Que etiam dudū scribere volui: si volū-
tatē meā innumere occupationes minime prepedissent.
At postq̄ se congruum rescribendi tēpus ingessit / qđ fa-
cere me oportuit / nō omisi. Salutantes itaqꝫ excellentiā
vestrā / paterne charitatis affectu petimus vt ea que
suprascripto fratri et coepiscopo nro fieri / seruarique man-
dauimus: fauore vestri presidio cōpleantur: nec cuiusqꝫ
ea aliquo modo elatione aut superbia cōuelli permitta-
tis. Sed sicut per predecessores eius singulos in patrijs
vestri regno seruata sunt: ita quoqꝫ auxilio vestro sollici-
ta et modo deuotione seruētur. Oportebit ergo vt hoc
nobis vicarie rependatur: et sicut nos vestrā implere nō
distulimus voluntatem: ita et vos propter deum et beatū
Petrum apostolorū principem nostra faciatis in oībus
seruari statuta: quatenus excellentie vestre laudabilis
et deo placita se circūquaqꝫ tendat opinio.

Gregorius Martiniano episcopo Rauenne. De vsu
pallij ei concesso. Capitulum.xcviij.

B Epl.liiij.

Apostolice sedis beniuolentia / et antique consuetudinis ordine puocati / fraternitati tue quam in Rauennati ecclesia gubernationis suscepisse constat officiu / pallij vsum puidimus concedendu. Quo no aliter te vti meminieris / nisi in propria tue ciuitatis dimissis iam filijs ecclesia pcedes a salutatorio ad sacra missaru solemnia celebranda. peractis ergo missis / id i salutatorio rursum curabis deponere. Extra ecclesia vero non amplius illo tibi nisi quater in anno / in letanijs quas ad decessore tuu Joanne expssimus: vti pmisimus: hoc nihilominus admonentes: vt sicut a nobis huiuscemodi decoris vsum ad sacerdotalis officij honorem largiente dno pcepisti: ita etia moru atqz actuu probitate ad christi gloriam susceptu adornare contendas officiu. Sic eteni alterno eris inuice decore conspicu: si ad huiusmodi corporis habitu / mentis quoqz tue bona concordent. Omnia etia priuilegia que tue pri de concessa esse constat ecclesie: nostra auctoritate firmamus / et illibata decernimus permanere.

Gregorius Joanni episcopo Corinthiorum. Quomodo grege dei gubernare debeat. Capitulum.xcix.

Epl.lv.

Postqz deus noster / cui nihil occultu est / de ecclesie sue gubernatione nephanda pollutionis peste abijciens / vos ad ei voluit regimen adducere: magna vobis precauendu est prouisione: vt post vulnera et diuersa priora mali pastoris contagia / in fraternitate vestra grex dnicus consolatione ac salubre medicamentu inueniat. Sic ergo pcedentis pragis maculas

D

manus vestre actionis abstergat: vt nulla execrande prauitatis illius vestigia / nulla sinat manere memoria. Sit igitur erga subiectos sollicitudo laudabilis. Exhibeatur cum mansuetudine disciplina. Sit cu discretione correptio. Ira benignitas mitiget: benignitate zelus exacuat: et ita alteru condiatur ex altero: vt nec imoderata vltio plusqz oportet affligat: nec iteru frangat rectitudine discipline remissio. Instructio comissi populi / fraternitatis vestre sit actio. Uideat in vobis qd diligat: cernat qd imitari festinet. Exemplo vestro viuere doceatur. A recto itinere te duce no deuiet. ad deum vos sequendo perueniat: vt tot ab humani generis saluatore retributiones accipias: quot lucra ei operatus fueris aiaru. Labora itaqz frater charissime: et ita tota mentis et cordis ad hoc

Luce.xix.

efficacia dirige: quaten mercaris in futuro audire: Euge serue bone et fidelis: intra in gaudiu dni tui. Palliu vero sicut per epistolam vestram (qua per Andream fratrem et coepm nrm suscepim) postulastis / direxim: quo ita vos vti necesse est: sicut predecessores vri vsi concedentibus nris predecessoribus approbatur. Preterea puenit ad nos qz in illis ptibus nullus ad sacru ordine sine comodi datione peruenit. Qd si ita est / flens dico / gemens denuncio: qz cum sacerdotalis ordo intus cecidit / foris quoqz diu stare non poterit. Scimus quippe ex euangelio / qd redemptor nr per

C

Mat.xxi.

semetipsum fecerit: qz ingressus templu / cathedras vendentiu columbas euertit. Columbas eni vendere / est de sancto spu (que deus oipotens consubstantiale sibi per impositione manuu hoibus tribuit) comodu temporale percipere. Ex quo (vt predixi) malo / iam innuitur quid sequatur: qz qui in templo dei columbas vendere presumpserut: horu deo iudice cathedre ceciderut. Qui videlicet error in subditis cu augmento propagatur. Nam ipse quoqz q ad sacru ordine pducitur: iam in ipso prouect sui radice viciatus / paratior est alijs venundare qd emit.

Matth.x.

Et vbi est qd scriptu est: Gratis accepistis / gratis date: Et cu primu simoniaca heresis sit exorta contra sanctam ecclesiam: cur no perpenditur: cur no videtur: quia cu que quis cu precio ordinat / prouehendo agit vt hereticus fiat: Quia ergo hanc nephandissima prauitate sancta vniuersalis oino damnat ecclesia: hortamur fraternitate vestra / vt ta detestabile / et ta imane pctm de locis oibus que sub se sunt / sollicitudinis sue modis oibus compescat instantia. Nam si quid tale aliquid deinceps fieri senserimus / iam non verbis / sed canonica hoc vltione corrigemus: et de vobis (qd non oportet) aliud incipiemus

Parte.j.
de.c.nouis
Causa.j.q.
j.De ordi
nationib.

habere iudiciu. Nouit aute fraternitas vestra: qz prius palliu nisi dato comodo non dabatur. Quod qm incongruu erat facto consilio ante corpus beati Petri apostolorum principis / tam de hoc / qz de ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus. Oportet

D

ergo vt neqz p comodu / neqz per gratia / aut quorunda supplicatione / aliquos ad sacros ordines consentiatis vel pmittatis adduci. Hec est pctm (sicut diximus) graue: et sine correptione hoc no patimur remanere. Suprascriptu vero andream fratrem et coepm nostru ob hoc tarde suscepimus: qz renunciante fre et coepo nro Secundino didicimus epistolas nostras sibi cu in Joannis larissei epi executione fingisse. Et nisi bona vra nobis que audiuimus suasissent: nulla illu habuimus ratione suscipere.

Gregorius vniuersis epis per Helladam prouincia constitutis. Ut nullu per premiu ordinet. Pariterqz exponit qz dns cathedras columbas vendentiu euertit. Ca.c.

Epl.lvj.

Gratias oipotenti deo vobiscu fratres charissimi refero: qui latens vulnus qd antiquus hostis intulerat / ad omniu fecit puenire notitia: et de ecclesie sue corpore salutifera illud incisione compescuit. Ex qua re et gaudendu nobis est / et dolendu. Gaudendu quippe de correctione facinoris: dolendu vero de casu fratris. Sed qm pleruqz alterius casus / alterius solet esse cautela: hoc quisquis timet cadere / attendat: et aditum hosti non prebeat: no putet latere qd agitur: na veritas clamat: Nihil opertu qd non reueletur: et occultum

Matth.x.

qd no sciatur. Hec eteni vox actioni nre iam preco est: et ipso teste modis oibus adducitur ad publicu / quod agitur in secreto. Aut qs actus suos ante illu nitatur abscondere: q eoru et testis et iudex est: Quia vero nonnuqz du aliud attenditur: aliud no cauetur: oportet vt contra oes hostis insidias quisqz debeat esse sollicitus: ne du in vno vincit / superetur in altero. Nam et terrenus hostis qui

E

munita loca cupit inuadere: pugnadi arte sic vtitur. Latenter quide ponit insidias: et ad vnius loci se expugnatione totus ostendit: vt du ad defensione loci illius vbi instat periculu conuenitur: loca alia de quibus nulla est suspicio capiantur. Et euenit vt q cognitus resistentiu virtute repulsus est: latens obtineat qd certado no potuit. Sed qz in his oibus diuine protectionis auxilio opus est / voce cordis singuli clamemus ad dnm / dicentes: Dne

Ps.xxxix.

ne longe facias auxiliu tuu a me: ad defensione mea respice. Manifestu nanqz est quia nisi ipse auxiliator fuerit: et ad se clamantes defenderit: hostis noster vinci no poterit. Preterea epistola charitatis vestre per Andream fratre et coepm nostru suscipiens / pallium Joanni fratri nostro corinthioru epo nos transmisisse cognoscite: cui vos magnopere conuenit obedire: quatenus du hoc sibi et antique consuetudinis ordo defendat: et bone eius

Ca.j.q.j.
Quibusdam.

quos ipsi testimoniu perhibetis / inuitent. Quibusdam naqz narrantibus agnoui qz in illis partibus nullus ad sacru ordine sine comodi datione perueniat. Quod si ita est flens dico / gemens denuncio: qz cu sacerdotalis ordo intus ceciderit / foris quoqz diu stare non poterit. Scimus quippe ex euangelio: quid redemptor noster per semetipsum fecerit:

Mat.xxi.

qz ingressus in templu / cathedras vendentiu columbas euertit. Columbas quippe vendere / est de sancto spiritu (quem sibi consubstantiale deus ops per impositionem

F

manuu hoibus tribuit) comodu temporale percipere: ex quo (vt predixi) innuitur qd sequatur: qz qui in templo dei columbas vendere presumpserut: eoru deo iudice cathedre ceciderut. Qui videlicet error in subditis cu augmento propagatur. Na ipse quoqz q ad sacru ordine pducitur: ia in ipsa prouect sui radice viciatus / paratior est alijs

Matth.x.

vendere qd emit. Et vbi est quod scriptu est: Gratis accepistis: gratis date: Et cu primo contra sancta ecclesiam simoniaca heresis sit exorta: cur no perpenditur: cur non videtur: quia cu que quis cu precio ordinat: prouehendo agit vt hereticus fiat: Ideoqz hortamur vt null vestru denuo hoc fieri patiatur: sed neqz gratia alicuius: neqz supplicatione aliquos ad sacros ordines audeat pmouere: nisi cum quem vite et actionis qualitas ad hoc dignu esse monstrauerit. Nam si aliter factu denuo senserimus: districta ac canonica illud nouerit vltione pcepsi.

Explicit liber quartus sm computatione Gratiani.

Explicium epistole Indictionis.xiij.

Sequitur Liber quintus.

Incipiunt epistole Indictionis.xiiij. ex Registro beati Gregorij pape huius nois primi.

Gregorius Mariniano episcopo Rauenne. de testamento a Joanne epo condito. Capitulum.cj.

G Epl̄a.j.

SIcut iniusta poscētibus nullus est tribuendus effectus: ita legitima desiderantiū nō est differēda petitio. Presbyteri igit̄ ac diaconi atq; clerus fraternitatis vestre oblata nobis petitione conquesti sūt Joannē quondā decessorē tuū condito testamento diuersa in ecclesie sue grauamina conferri pcepisse. Et peruenit vt hec in damnum ecclesie (prohibēte quippe lege) nulla deberēt occasione p̄solui. Et quis post hereditas illius successioq; repudiata est:ad hec se satisfacienda ratio nulla constringat: veruntamen ex abūdāti his te hortamur affatibus: vt ea que de ecclesia sua / vel de acquisitis in episcopatu rebus cōtra legū seri statuta disposuit: fraternitas vestra nec auctoritatem prebeat: nec aliqua ratione cōsentiat. Si quid aūt de proprijs rebus quas ante episcopatū habuit: qd̄ quidē prius ecclesie sue nō cōtulit: fieri voluit vel decreuit: firmū per oia robur obtinere necesse est: nec quisq; ecclesiasticorū id contra rationē tentet qualibet excusatione cōuellere.

Cā. xij. q. v. q: vero.

Quia vero dū viueret / sepius a nobis expetijt: vt ea que in monasterio illo contulerat: qd̄ iuxta ecclesiā sctī Apollinaris ipse cōstruxerat: nostra debuissemus auctoritate firmare: et nos facturos hoc esse promisimus: fraternitatē vestrā necessario duxim⁹ adhortandā / vt nihil de his q̄ illic cōtulit atq; cōstituit / aliquo modo patiatur imminui: sed oīa firma studeat stabilitate seruari.

H Hui⁹ igitur monasterij et collatarū illic rerū: quia in testamento qd̄ cōdidit fecisse noscitur mentionē: sciendū vobis est non ea nos ideo cōfirmasse / q̄m supremā eius sequimur voluntatē: sed quia ei hoc (sicut diximus) viuēti promisimus. Hec itaq; sic sollicite fraternitas vestra implere festinet: quatenus et que in suprascripto constituit / ⁊ a nobis sunt firmata / seruentur: et illa que in damnū dari vel fieri per testamentum sue decreuit ecclesie: nullam (prohibente nempe lege) obtineant firmitatem.

Gregorius clero et plebi ecclesie Rauenne. De Maximiano episcopo / q̄ recte fidei sit. Capitulum. cij.

Epl. ij.

PEruenit ad nos quosdam homines maligni spirit⁹ instigatione persuasos / erga opinionē fratris et coepiscopi nostri Maximiani mentes vestras corrumpere falsa locutione voluisse: dicentes q̄ idem frater noster minus q̄ decet sanctam chalcedonensem synodum veneretur. De qua re oībus vobis ⁊ ipse presens de integritate sue fidei satisfaciat: et nos pro omnia testamur eum a cunabulis in sancte vniuersalis ecclesie gremio nutritum: rectam predicationem fidei cum vite sue attestatione tenuisse. Veneratur enim sanctam nicenam synodū / in qua Arrius: Constantinopolitanā / in qua macedoni⁹: Ephesinam primā / in qua Nestorius: et sanctam chalcedonensem synodū / in qua Nestorius / Dioscorus / atq; eutices damnatus est. Si quis autem contra harum quattuor synodorum fidem: ⁊ contra sancte memorie Leonis Pape tomum atq; definitionē aliquid vnq̄ loqui presumat: anathema sit. Proinde satisfactionem plenissimam recipientes / charitate integra / puro corde / pastorē vestrū diligite: vt apud deū purius fusa eiusdē vobis valeat pdesse itercessio pastoris.

I

Gregorius Maximiano presumptori ecclesie Salonitane. Q: per simoniacam heresim ordinatus est.

Capitulum. ciij.

Epl. iij.

QUotiens cōtra ecclesiasticā quid gestū dicit̄ disciplinā: ne nos ante deū culpa ex dissimulatione redarguat / irrequisitū hoc relinquere non audemus. Peruenit itaq; ad nos q̄ per simoniacā heresim fueris ordinatus. Sed et alia de te multa hic dicta sunt: de quibus vnum q̄ maxime fuit / propter qd̄ necesse habuimus te summopere p scripta nostra prohibere ne missarū solēnia celebrare debuisses: donec quid esset / verius potuissemus addiscere. Ne ergo filij ecclesie diu videantur non habere pastorē: et ne per hec que dicuntur / si indiscussa remāserint / huiusmodi se vitiū tēdat in plurimos: hortamur vt ad nos venire omi postposita excusatione festines: q̄tenus seruata iustitia / hec cognoscere et finire s̄m canonica instituta christo reuelante possimus. Ita autē fac / vt ad veniendū amplius iam moras nō ingeras: ne ipsa te magis absentia obnoxium his que dicūtur assignet / et nos in te hec res non solum propter dicta crimina que purgare subterfugis: sed etiam propter inobedientie culpam durius / scilicet vt in contumacem / cogat ex concilio ferre iudicium.

K

Gregorius cypriano diacono. Precipit modios tritici pauperibus erogare duo milia. Capitulum. ciiij.

Epl. iiij.

Venon frater ⁊ coeps noster quosdam i ciuitate sua alimoniarū necessitatem innotuit sustinere: quibus quoniā (vt possibile est) aliquod desideramus ferre consultū: idcirco dilectionē tuā antedicto fratri et coepiscopo nrō mille modios tritici: aut si plus leuare potuerit / vsq; ad duo milia scriptis te debere presentibus deputamus. Hortamur igitur vt in his prebendis nullā morā aut excusationem adducas: quatenus dum tempus sinit: ⁊ hic cum dei adiutorio sine periculo ad propria remeare: et citius valeat necessitatem patientibus subuenire.

Gregorius Brunichilde regine francorum. Candidum pbrm rectorē patrimonij cōmendat. Capitulū. cv.

Epl. v.

EXcellentie vestre predicandam ac deo placitā bonitatē ⁊ gubernacula regni testantur: ⁊ educatio filij manifestat. Cui non solū incolumem rerum tēporaliū gloriā prouida sollicitudine conseruastis: verūetiā eterne vite premia prouidistis: dū mentem ipsius in radice vere fidei materna (vt decuit) ⁊ laudabili institutione plantastis. Unde non immerito contigit: vt cūctis gentiū regnis precelleret: quippe qui eorūdem gentiū creatorē ⁊ pure colit / et veraciter cōfitetur. Sed vt laudabilius in eo fides cū operibus enitescat: adhortationis vestre eum verba succedant: quatenus sicut sublimē illum inter homines potentia regalis ostēdit: ita ante deū magnum faciat pietas actionis. Quia vero multarū rerū experimenta nos admonēt de excellentie vestre christianitate confidere: idcirco paterno salutantes affectu: q̄sumus vt propter amorem beati Petri apostolorū principis: quem toto vos scimus corde diligere: dilectissimū filiū nostrū candidū presbyterū presentium portitorē: vna cum patrimoniolo: ad cuius eū gubernationē transmisimus / auxilij vestri patrocinio foueatis: quatenus potestatis vestre gratia roboratus / patrimoniolum ipsum quod pauperū cōstat expēsis pficere: ⁊ salubriter regere: et si qua ex eide ablata sunt / vestro fultus auxilio diligenter inquirere: ⁊ deo propitio in pristinum possit reformare statū. Ad ipsius vero patrimonioli regimen proprius ecclesie homo transmissus est. Excellentia ergo vestra ita se libenter in his que poscimus dignetur impendere: vt beatus Petrus apostolorū princeps cui a dn̄o Jesu christo ligandi ac soluēdi data est potestas: et hic excellentiā vestrā in sobole gaudere cōcedat: et post multorū annorū curricula a malis omnibus absolutam ante conspectum eterni faciat iudicis inueniri.

L

Gregorius Childeberto regi frācorū. Candidū presbyterum commendat. Capitulum. cvj.

M Epl. vj.

QUanto ceteros hoies regia dignitas antecellit: tanto ceterarū gentiū regna regni vestri profecto culmen excellit. Esse autē regē (q: sūt et alij) non mirū est: sed esse catholicū / qd̄ alij non merent̄ / hoc satis est. Sicut eni magne lāpadis splendor in terre noctis obscuritate / luminis sui claritate fulgescit: ita fidei vestre claritas inter aliarū gentiū obscurā perfidiā rutilat ac coruscat. Quicqd̄ autē reges se ceteri gloriantur habere / habetis. Sed ipsi in hac re vehemētius superātur / q̄m hoc principale bonū nō habēt qd̄ habetis. Ut ergo sicut fide / ita ⁊ actione vincant̄ / benignā se excellētia vestra suis subiectis semper exhibeat. Et si qua sunt que ei⁹ animū offendere valeant: ea indiscussa non sinat. Tunc eni vere regi regū .i. oipotenti dn̄o amplius placebit / si potestatē suā restringēs / min⁹ sibi crediderit licere q̄ potest. Cū igit̄ sinceritatē fidei ⁊ mente seruatis et opere: beati Petri apl̄orū principis amor q̄ in vobis est euidenter ostēdit: cuius res sub xp̄iane religionis intuitu sub vestri culminis ptāte bene hactenus gubernate ⁊ cōseruate sunt. Sed q̄m Dinami⁹ patrici⁹: qui ex nostra cōmendatione rebus ipsis sollicitudinē impēdebat: eas modo gubernare (vt cognouim⁹) nō potest: ne patrimoniolū ibidē cōstitutū faciente negligentia deperiret: idcirco p̄sentiū portitorē dilectissimū filiū nostrū Candidū pbrm ad id gubernandū transmisimus: quē excellen

B

tie vestre/pmissa paterna charitate salutationis alloqo in oibus comendamus: petentes vt si aliqd illic fortasse preiudiciu factu est: aut res eiusde patrimonii ab aliq detinetur: pratia vestre iusticia corrigatur: et iuri pristino q ablata sunt reforment: quatenus sicut fides vestre: ita et actus oibus (qd est valde gloriosum atq laudabile) gentibus enitescat. Claues pterea sci petri i qbus de vinculis catenaru eius inclusu est: excellentie vre direximus: que collo vestro suspese a malis vos oibus tueant.

¶ Gregorius Theodoro et Demetrio philippo zenoni et aicisiono epis epiri. De ordinatioe andree epi. De vsu pallij: et qd sit in teplo dei colubas vedere. Capitulum.cvij.

Epi.vij.

Scriptoru vestroru insinuatio fratres charissimi patefecit Andrea fratre nostru Nicomeditane ciuitatis epm deo propitio solenniter ordinatu. Cuius qm consecratione cleri et prouincialiu prouenisse significatia assensu: gaudemus/atq bona que de ipso testamini/vt in eo maneat: et dei gratia cooperante augmentu accipiat/exoramus: quia bonitas ppositoru/salus est vtriq subditoru. Oportet ergo vt ea que in psona ipsius placere vobis laudates ostedistis/imitari studiosius festinetis. Nam et apud homines culpa/et apud deu pena est nolle quecq bonu imitari qd placet. Testimonio itaq vro obedietia fide accomodet: nullus ei in his que integritate seruata ecclesie pro comuni vtilitate

B

inuenerit/cotradicat. Deuotione sua qsq vestru libenter exhibeat: vt du deo placita inter vos sacerdotalis fuerit et no ficta concordia: nulla vos a charitatis mutue vinculo inuidia dissoluere valeat aut turbare diuersitas. Nec eni callido hosti in cordibus vestris vllus erit accessus: qm scit se nullatenus nec capi posse nec recipi: vbi plene sincereq locu charitas inuenerit. Estote pterea solliciti fratres charissimi: et comisso gregi vigilantia qua suscepistis (vt debetis) ipedite: inimici fraudibus sollicitudine et oratione resistite: et obedite incotaminata fide: deo nro/cui pestis populu resignate: vt officiu vobis sacerdotale ante conspectu eterni iudicis no ad pena/sed pficiat ad corona. Suprascripto igit andree fratri et coepo nostro palliu nos direxisse agnoscite: atq priuilegia cuncta cocessisse que pdecessores nostri eius pdecessoribus contulere. Preterea puenit ad nos q sacri ordines in illis partibus cu uatione comodi coferatur. Quod si ita est/flens dico/gemens denuncio/q cu sacerdotalis ordo intus ceciderit/foris quoq diu stare no poterit. Scimus quippe ex euagelio quid redeptor noster p semetipsum fecerit: q ingressus templu/cathedras vendentiu columbas euertit. Colubas eni vedere/est de spu sancto/que deus opa cosubstantiale sibi p impositione manuu hoibus tribuit comodu teporale percipere. Ex quo (vt pdixi) malo iam innuitur qd sequatur: q q in teplo dei colubas vendere psumpserut: eoru (deo iudice) cathedre ceciderut. Qui videlicet error in subditis cu augmeto ppagatur. Nam

C

ipe quoq q ad sacru ordine perducitur: iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus/paratus est alijs vedere qd

Mat.x.

emit. Et vbi est qd scriptu est: Gratis accepistis: gratis date? Et cu prima cotra sancta ecclesia simoniaca heresis orta sit: cur no perpeditur: cur no videtur/q eu que quis cu precio ordinat: prouehedo agit vt hereticus fiat? Pro qua re admoneo atq cotestor vt oino debeatis esse solliciti: vt nihil sibi commodi datio/nil gratia/nil quarulibet supplicatio personaru in sacris ordinibus vendicet. Sed ille ad hoc officiu pducatur: que moru grauitas comendat et actio. Nam si (qd no credimus) fieri tale aliqd senserimus: canonica illud (vt dignu est) seueritate corrigemus. Deus autem opa qui sapientie sue potentia cuncta mirabiliter ordinat/et misericorditer ordinata custodit: ipse vobis et velle tribuat/et operari qd pcipit.

C.j.q.i. Quibusdam.

Mat.xj.

¶ Gregorius Mariniano episcopo Rauenne. De vsu pallij. Capitulum.cviij.

Epi.viij.

Apostolice sedis beniuolentia atq antique cosuetudinis ordine puocati/fraternitati tue qua in messanesis ecclesie gubernatione suscepisse costat officium: pallij vsum duximus concedendu: illis videlicet teporibus atq ordine: qbus decessore quoq tuu esse vsu no ambigimus: hoc nihilominus admonentes/vt sicut a nobis huiuscemodi decoris vsum ad sacerdotalis officij honore accepisse te gaudes: ita etiam moru atq actuum probitate ad gloria in xpo nostra/susceptu adorna-

re contendas officiu. Sic etenim alterno erit inuice decore cospicuus: si ad huiuscemodi corporis habitu metis quoq tue bona concordet oia. Oia eni priuilegia que tue pridem concessa esse constat ecclesie: nostra auctoritate firmamus/et illibata decernimus permanere.

D

¶ Gregorius Bonifacio episcopo Regitano. vbi ei carinensem coniungit ecclesiam. Capitulum.cix.

Epi.ix.

Postq ecclesie carinesis/defuncto eius antistite/aliu ordinari/nec loci desertio/nec sinit imminutio psonaru/maiori cura constringimur/ne defunctis earu sacerdotibus/cosistentes ibide si pastoris fuerit moderamine destituti/p nulla fidei hostis calidi rapiant insidijs. Sed hoc nro sedet cordi cosilium/tue ea sollicitudini debere comitti: qd facere p presentia scripta pspeximus. Cuius vt cura gubernationeq studio sius habere gereregs festines: tue eam ecclesie aggregari viniriq censemus: quatenus vtrarumq ecclesiarum sacerdos recte xpo adiutore possis existere: et quecq ibi de eius patrimonio vel cleri ordinatione ac canonica vigilantia visa fuerint cura disponere: quippe vt sacerdos proprius/libera habebis ex presenti nostra permissione licentia. Quapropter frater charissime/dnicoru reminiscens salubriter mandatoru: ita in comisse plebis regimine/iu crandisq alabus inuigila: vt ante tribunal eterni iudicis costitutus: fructu bone operationis (qd ad mercede tua ptineat) redeptori nro/in q letari possit/exhibeas.

¶ Gregorius Candido pbro eunti ad patrimoniu gallie. Patrimoniu sci petri comendat i gallijs. Cap.cx.

E

Epi.x.

Pergens cu vtilitate dno deo nostro iesu xpo ad patrimoniu qd est in gallijs gubernandu/volumus vt dilectio tua ex solidis quos accepit/vestimeta pauperu/vel pueros anglos q ab annis decem et septe vel decem et octo sunt i monasterijs dati/vt deo pficiant coparet: quatenus solidi galliaru q in terra nostra expendi no possunt/apud locum propriu vtiliter expendantur. Si qd vero de pecunijs redituu que dicuntur ablate/recipere potueris: ex his quoq vestimenta pauperu coparare te volumus: vel (sicut pfati sumus) pueros qui in oipotentis dei seruitio pficiat. Sed quia pagani sunt qui illic inueniri possunt: volo vt cum eis presbyter transmittatur: ne quid egritudinis contingat in via: vt quos morituros cospexerit/debeat baptizare. Ita igit tua dilectio faciat/vt hec diligenter implere festinet.

¶ Gregorius Fortunato epo Neapolitano. De Gratiano diacono/et cura pastorali. Capitulum.cxj.

Epi.xj. Parte.j. dis.lxxj. Fraternitatem.

Fraternitate tua a nobis petisse recolimus/vt gratianu ecclesie benephrane diaconu tue concederemus ecclesie cardinandu. Et qm nec epm: cui obsecudare nec propria habet ecclesia: hoste scz phibete/quo suu debeat ministeriu exhibere: petitione tua non duximus differedam: idcirco scriptis tibi presentibus eu necessario duximus cocedendu: habituro licetia diaconu illu nostra interueniente auctoritate ecclesie tue deo ppitio constituere cardinale. Quia vero puenit ad nos: clericos alias q ciuitati ac parochie tue religiosas psonas ad alijs couenire/fieri hoc de cetero prohibemus: et neq clericu tuu et neq monachu vel quelibet ciuitatis aliam religiosam persona parochie tue conueniri quoq/vel ad alterius volumus iudiciu exhiberi. Sed si qs cotra hmoi psonas cuiuslibet negocij mouere voluerit questione: fraternitate tua nouerit adeundam. Aut si forte (vt assolet) aliqua illis quolibet modo fuerit nata suspicio: et electorum desiderauerit fortasse iudiciu: sub

F

tua executione eligendi fas habeant cognitores: quatenus hoc mo nec tu amisisse iurisdictione: nec actor apud suspectu litigando videat preiudiciu sustinere. Hoc eni seruandu et Anthemio subdiacono nos pcepisse cognosce. Oportet ergo vt fraternitas tua erga monasteria ciuitatis parochieq sue oes subiectos pastorali cura diligenter inuigilet: et de vita actuq eoru sit oino sollicita: vt sicut nos hec tibi priuilegia seruare dinoscimur: ita et tu vigilantia tua in cunctis (vt decet) solerter exhibeas: quatenus in nullis reposita de neglectu reprehensibilis inueniri. Porro aute si tu (qd no opinamur) dissimulandu putaueris/rectori patrimonij ecclesie nre qui illic est vel fuerit constitutus/noueris esse licentia: vt quod sponte postponis/eius facere instantia modis omnibus vrgearis. Sed et illud studere te conuenit: vt hi qui contra quoslibet

G

bet iurisdictioni tue suppositos causam habuerint: nul= lis apud fraternitatẽ tuam frustratorijs debeãt dilatio nibus lacessiri: ne ad fatigationẽ ⁊ dãnũ vlterius hec tibi seruasse priuilegia videamur.

Gregorius Montano ⁊ Thome. Libertatem per te= stamentum dat. Capitulum. cxij.

Epi. xij. C. i. xij. q. ij. Cum re demptor.

Cum redẽptor noster totius conditor creature ad hoc propitiatus humanã voluerit carnẽ as sumere: vt diuinitatis sue grã dirupto quo te nebamur capti vinculo: seruitutis pristine nos restitue= ret libertati: salubriter agit si hoies quos ab initio na= tura creauit liberos et protulit: ⁊ ius gentiũ iugo substi tuit seruitutis: in ea in qua nati fuerant / manumittẽtis beneficio / libertate reddãt. Atq; ideo pietatis intuitu: et hui⁹ rei cõsideratione permoti / montanũ atq; thomã famulos sctẽ Romane eccl'ie / cuĩ (deo adiutore) deser= uim⁹ liberos ex hac die ciuesq; Romanos efficim⁹: oẽq; vestrũ vobis relaxam⁹ seruitutis peculiũ. Et q2 tu mõ= tane aios ad puersionẽ fateris appulisse monachicã: id= circo duas vncias quas tibi quondam Gaudiosus pbr̃ per supmẽ sue volũtatis arbitriũ institutionis modo no scitur reliquisse / hac die tibi donamus atq; cõcedimus: oia scz monasterio sancti Laurẽtij: cui Constãtia abba= tissa preest: in quo cõuerti deo miserãte festinas: modis oibus pfutura. Si qd vero de rebus supra scripti Gau= diosi te aliquo modo celasse pstiterit: id totũ ecclesie no stre iuri sine dubio mancipetur. Tibi autẽ suprascripto

H

Thome: quẽ pro libertatis tue cumulo etiã inter nota= rios volum⁹ militare / quinq; vncias quas pfat⁹ Gau= diosus pbr̃ per vltimã voluntatẽ hereditario tibi noie dereliquit: simul et spõsalia que matri tue cõscripserat: similiter hac die q; huius manumissionis paginã dona= mus atq; cõcedimus: ea sane lege atq; cõditione subne= xa: vt si sine filijs legitimis / hoc est de legitimo suscepti cõiugio te obire cõtigerit / oia que tibi concessimus / ad ius sctẽ Romane ecclesie sine diminutione aliqua reuer tantur. Si autẽ filios de cõiugio (sicut diximus) cogni tos lege susceperis: eosq; supstites reliqueris: earũdem te rerũ oium sine quadã statuim⁹ cõditione psistere: et te stamenti de his faciẽdi liberã tibi tribuimus potestatẽ. Hec igitur que per huius manumissionis chartulã sta= tuimus atq; concessimus: nos successoresq; nostros sine

Cã. xxv. q. j. Iustitie

aliqua scitote refragatione seruare. Nam iustitie ac ra= tionis ordo suadet: vt qui sua a successoribus desiderat mandata seruari: decessoris sui proculdubio voluntatẽ et statuta custodiat. Hanc autẽ manumissionis paginã Paterio notario scribendã dictauimus: et propria ma= nu vna cum tribus presbyteris prioribus ⁊ tribus dia= conibus pro plenissima firmitate subscripsim⁹: vobisq; tradidimus. Actum in vrbe Romana.

Gregorius Cypriano diacono rectori Sicilie. De or dinando epo lilibitane ecclesie. Capitulum. cxiij.

Epi. xiij. J

Lilibitane clerus eccl'ie huc pro ordinãdo si= bi veniens sacerdote / licentiã eis de requirẽ= do sibi epo nos dedisse cognoscas. Qui repe= rientes deciũ forẽsem pbr̃m sibi eũ cõsecrari multis pre= cibus poposcerũt. quorũ petitionẽ necessariũ duximus adimplere: et ideo dilectio tua in oibus ei solatiari non negliget: vt q2 Theodorus quondam eiusdem ecclesie eps̃ dereliquit plurima que emẽdari debeãt / tuo in om= nib⁹ adiut⁹ auxilio (dũtaxat eq̃tate seruata) a causarũ inquietudinib⁹ liberior / in dei laudibus possit existere.

Gregorius Narsi Comiti. De Pelagiana heresi. De anima Ade i peccato mortua. De synodo ephesina: et de causa Joannis presbyteri. Capitulum. cxiiij.

Epi. xiiij.

Charitas vestra sollicitudinẽ nostre opinionis habẽs / scribere studuit qd de illo codice q̃ con tra Athanasiũ pbr̃m trãsmissus est / sensit. Quẽ nos ex parte aliqua subtiliter percurrẽtes / in manichei inuenimus dogma cecidisse. Sed is qui loca aliqua esse heretica signo extra posito ostendit: ipse quoq; in pelagia nã heresim labitur: q2 quedã loca catholice dicta / et oi= no orthodoxa velut heretica annotauit. Hoc est vbi scri= ptũ est q2 cũ peccauit Adã / eius est aĩa mortua: qualiter mortuã dixerit / inferius ostẽdit: q2 statum sui beatitudi nẽ amisit. Hoc quisquis negat / catholic⁹ nõ est. De⁹ au=

Genes. ij.

tẽm dixerat: Qua hora comederitis: morte moriemini. Cũ ergo comedit de ligno vetito Adam: quia in corpo= re mortu⁹ nõ est nouimus: q2 post hoc filios genuit: atq;

K

annis multis vixit. Si itaq; in aĩa mortu⁹ nõ est (qđ di ci nephas est) ipse mẽtitus est: q̃ hũc pdixit die qua pec= casset / moriturũ. Sed sciendũ est: q2 mors duobus acci dit modis: aut absentia viuẽdi / aut a qualitate viuẽdi. In hoc ergo q2 comedẽdo vetitũ eius aĩa dicit mortua: nõ absentia viuẽdi / sed a qualitate viuẽdi: vt postmodũ viueret in pena: qui ad hoc creatus fuerat vt beate viue ret in leticia. Hunc ergo locũ q̃ in eodẽ codice qui mihi a fratre meo Joãne epo transmissus est / annotauit here ticũ pelagianus est: q2 sentẽtia ista euidẽter pelagij est. Quã Paulus aplus aperte in suis epistolis destruxit. Que loca epistolarũ eius singula dicere pretermitto: quia scienti loquor. Pelagi⁹ vero qui in ephesina synodo dã= natus est / ea intẽtione hoc dixit: vt ostẽderet nos a xp̃o vacue redẽptos. Si enĩ nos per Adã in aĩa mortui non sumus (quod dicere nephas est) vacue redẽpti sumus. Ephesinã autẽ synodũ perscrutãtes / de Adeãno et faus et ceteris alijs: qui illic dicuntur esse dãnati: oĩno nihil inuenimus: ⁊ existimamus q2 sicut Chalcedonẽsis syno dus in vno loco ab eccl'ia Constantinopolitana falsata est: sic aliqd in ephesina synodo factũ est. Charitas ergo vestra vetustos oĩno codices eiusdẽ synodi requirat: et illic inde videat si qd tale inuenitur: mihiq; eundẽ codi= cẽ quẽ inuenerit trãsmittat: quẽ mox vt legero / retrãsmit=

L

to. Nouis enĩ codicibus passim nõ credat. ex qua re du= bius factus sum: et nihil adhuc volui de hac causa pdi= cto fratri meo Joanni epo rescribere. Romani autẽ co= dices multo veriores sunt q̃ greci: q2 nostri sicut nõ acu mina: ita nec impostura habẽt. De Joanne vero pbr̃o co= gnoscite: q2 illi⁹ causa per synodũ decisa est. in qua apte cognoui / q2 eius aduersarij eũ facere hereticũ volebãt: et dis conati sunt: sed minime potuerũt. Vestros qui no stri sunt / mea vice salutare: et nostri qui vestri sunt p me vos multũ salutãt. Ops de⁹ sua te manu / iter tot spinas ptegat / vt eos illesus / quos dñs elegit flores decerpas.

Gregorius Joanni epo Constãtinopolitano. De Jo= anne presbytero iniuste damnato. Capitulũ. cxv.

Epi. xv.

Sicut hereticorũ prauitas zelo recte fidei com primẽda: ita vere cõfessionis est integritas am plectẽda. Nã si credi fideliter confitentũ despi= citur: cunctoꝝ in dubiũ fides adducitur: atq; errores ex incauta generãtur districtione mortiferi. Et hinc nõ so= lũ errantes oues ad caulas minime dñicas reuocantur: sed etiã intro positi e ferinis dẽtibus laniande crudeliter exponũtur. Hoc ergo frater sctissime subtiliter perpen= damus: et sub pretextu heresis affligi quempiã veraciter profitẽtẽ fidẽ catholicã nõ sinamus: ne (qđ absit) here sim fieri sub emendationis magis specie permittamus. Valde autẽ mirati sumus cur hi qui in causa fidei iudi= ces cõtra Joannẽ chalcedonẽsis ecclesie pbr̃m a vobis

M

fuerant deputati: negligẽtes veritatẽ / opinioni credide rint: et credere districte profitẽti noluerint: maxime dũ accusatores ipsius marcianistarũ (quã cõmemorabant) heresim: vnde eũ reũ moliebãtur efficere: interrogati q̃ esset nescire se manifesta pfessione riderent. Ex qua re euidẽter agnoscitur: q2 personã ipsius sine dei respectu nõ iuste / sed cõtra aĩas suas sola grauare voluntate tã= modo voluerint. Nos itaq; facto concilio (sicut gestorũ apud nos habitoꝝ tenor ostẽdit) dicta que erãt necessa= ria subtiliter perscrutãtes ac tractãtes: qm in nullo eũ= dẽ dictũ pbr̃m reũ inuenire potuimus / pcipue q2 libell⁹ quẽ delegatis a vobis iudicibus obtulit: recte fidei per oĩa sinceritati pcordat: ea propter eorũdẽ iudiciũ repro bãtes sententiã / nostra eũ diffinitione catholicum / ⁊ ab omni heretico crimine liberũ esse xp̃i dei redẽptoris no stri mia et gratia reuelãte denũciamus. Quem quoniã ad vestrã transmisimus sanctitatẽ: oportet vt eũ (sicut se cunctis exhibet) benigne suscipiat: et charitatẽ illi sa= cerdotalẽ impẽdat: atq; a cuncta eũ inquietudine tuea= tur: nec quenq; se in eius molestia occupare permittat: sed sicut alios ab oppressione defenditis: ita huic vestra subtrahere solatia non debetis.

Gregorius Mauricio Augusto. De Joanne presby= tero recipiendo iniuste damnato. Capitulum. cxvj.

Epi. xvj.

Cum sincera in vobis xp̃ianissime principũ ve lut emissum celeriter iubar fidei rectitudo re= splẽdeat: cumq; notum sit oibus seruitatẽ ve=

A

stram: quã deo pollet proprio/ integrã professionẽ vehementer amplecti/ et toto corde diligere: necessarium esse valde perspeximus pro his quos vna eademq; fides illustrat/ suggerendo deposcere: quatenus dominorum pietas sua eos gratia protegat: et ab omni molestia tueat. Quorum dum confessionẽ quidam despiciunt: vere fidei contradicere videntur. Nam cum ore confessionẽ fieri clamet apostolus ad salutem: qui recte confessioni credere non cõsentit: in eo quod alium improbat/ se accusat. Relatis igitur in conciliis que contra Ioannẽ chalcedonẽsis presbyterũ ecclesie acta sunt/ simul et serie iudicati/ maiorẽ illum iniustitiã sustinuisse cognouimus: quippe quem clamantẽ se atq; mõstrantẽ catholicũ esse non reatus culpa: sed diu accusatio incerta contriuit. Instantiã q; accusatores ipsius/ marcianistarũ quã cõmemorabãt heresim se nescire aperta responsione pfessi sunt. Et qui illico in ipso fuerant iudicij limine repellendi: in accusatione eius permanere incerti permissi sunt: sed ne dicta eum saltem lacerare potuisset opinio/ libellum fidei protulit: in quo se patẽter ostendere fidei recte professorem studuit e sequacẽ. Sed hunc a sanctissimo Ioãne fratre et coepo nostro iudices deputati: iniuste ac irrationabiliter negligentes: dum in eo? se nititur occupare grauamine: se potius reprehẽsibiles ostẽderunt. Nam nullus ambigit/ infidelitatẽ esse/ fidẽ fidelibus non habere. Qz

B

ergo oibus subtiliter rimatis atq; tractatis/ catholicũ supra scriptũ Ioannẽ pbrm sancti concilij mecũ diffinitio diuine potẽtie reuelãte gratia declarauit: nec quedã in ipso heretice macule prauitatis inuẽta est: obsecro: vt pia serenitatis vestre protectio illesum illũ ab omni molestia seruari precipiat: ne catholice fidei confessorẽ aliquã sinat inquietudinẽ sustinere. Nam veraciter cõfidẽ & non credere/ nõ est heresim purgare/ sed facere. Quod si licuerit/ surgit infidelitatis occasio: e ipsi in eas quas incaute volunt euadere culpas incurrũt. Hec igit serenissimus dñs pia prouidentia cõsideret: et sicut poposci profusis iterum precibus rogo: vt affligi denuo innocentem velut obnoxiũ non permittat: quatenus deus olpotens qui placitã sibi catholice rectitudinis integritatẽ clementiã vestrã amare cernit atq; defendere: et hic deuictis hostibus pacate vos imperare reipublice: et cum sanctis suis in eterna faciat vita regnare.

¶ Gregorius Theotisto cognato imperatoris. Cõmendat Ioannẽ presbyterũ iniuste damnatũ. Capi. cxviij.

Epi. xvij.

S cimus excellentie vestre xpianitatẽ bonis insistentẽ semper operibus: idcirco mercedis vobis causam quã nos diligere certum est/ prouidemus: vt nos vestris meritis pcedẽdo iungamur. Indicamus itaq; vobis Ioannẽ pbrm latorẽ presentiũ liberũ ab his qb? accusatus fuerat extitisse. Cui? fidẽ sacro consilio subtili examinatione (vt petijt) perscrutãtes/

C

nullã in eo culpã praue confessionis inuenimus. Sed q; recte fidei deo miserẽte professor ac cultor apparuit: nostra eum diffinitione absoluimus. Presertim cũ accusatores ipsi? que esset marcianistarũ: quã cõmemorabant heresim se nescire pfessi sunt. Et propter paterno salutãtes affectu/ cõsumus: vt fauoris vestri eũ gratia tueri dignemini. Et ne quisq; illũ frustra post hoc velit affligere: aut aliquã ei pro hac re quolibet modo molestiã irrogare: ita eum excellentie vestre defensio contra hec instãtius pro sua mercede protegat ac defendat: vt nec hũc amplius tribulatio iniusta cõsumat: et eius vobis vicẽ humani generis cõditor ac redẽptor quẽ sincera cõfessione colitis: inter bona plurima que agitis recõpenset.

¶ Mense Octobri. Indictione. xiiij.

¶ Greg. Ioãni epo syracusano. De vsu pallij. C. cxviij.

Epi. xviij

A postolice sedis beniuolẽtia/ ac antique consuetudinis ordine prouocati/ fraternitati tue quam in Syracusana ecclesia gubernationis officiũ constat suscepisse: pallij vsum prouidimus concedẽdum: illis videlicet tẽporibus atq; eo ordine quibus decessorẽ tuũ vsum esse non ambigis: hoc nihilominus admonentes: vt sicut a nobis huius pallij vsum ad sacerdotalis officij honorẽ accepisse te gaudes: ita etiam morum atq; actuũ pbitate ad gloriam in xpo nostrũ ipsũ semper adornare contendas officiũ. Sic enim alterno eris insignitũ honore cõspicuus: si ad huius corporis habitum mens quoq; tua cõcordet. Oia enim priuilegia que tue pridẽ concessa esse constat ecclesie: nostra auctoritate firmamus: et illibata decernimus permanere.

D

¶ Gregorius Dñico episcopo Aphricano scribit: petens pro se orari. Capitulum. cxix.

Epi. xix.

E pistolarũ vestrarũ plena sacerdotali charitate elocutio: ita sanctitatẽ vestrã memoriter nostris facit mẽtibus inherere: vt non credatur abesse corpore/ quippe que per affectũ semper manet in corde. Ut ergo hec quã ad alterutrũ habemus dilectio/ celestiũ nobis cõmodũ acqrat gaudioq; nostri simus inuicẽ adiutores: et auxiliũ nobis orationis mutue porrigamus: quatenus diuina mia clementie sue nobis dono concedat e pdicare qd diligit: et sequi hoc qd per nos predicare cõcessit. Sicq; officij nostri ministeriũ pietatis sue protectione disponat: vt fructũ de creditis eidẽ venienti dño reportem?: et ad futura equitatis premia cum aliorũ iocro eius adiuuãte gratia pducamur. ¶ Quia vero scriptum est: Orate pro inuicẽ/ vt saluemini: vt ad hec peruenire mereamur/ et me pro vobis apud sacratissimũ beati Petri apostolorũ principis corpus: et vos pro me apud sanctũ Cyprianũ martyrẽ orationibus decet incumbere. Preces etenim nostre tanto celerius in dñice pietatis aurem subleuãtur: quãto eas vicissim pro nobis fusas charitatis ardor exacuit. Sed q; sanctitas vestra nudis me verbis alloqui recusat: epistolis quoq; xenia coniũxit. Que nos cũ grãtiã actione suscepimus: sed tñ plus mentis vestre affectu/ q; rerum copia delectamur.

Iaco. v.

¶ Gregorius Cypriano diacono. Precipit adiutoriũ impendere Ioanni epo. Capitulum. cxx.

E

Epi. xx.

S icut dilectio tua studiose laborauit pro persona fratris et coepi nostri Ioãnis/ vt in Syracusana ecclesia auctore deo debuisset ordinari: ita nũc necesse est vt p dilectionis tue studia et quoq; regiminis solatia ministretur. Quendã eni pbrm propriũ habuisse se perhibet: q tñ a fratre et coepo nostro Leone in catinẽsi ecclesia dicitur ordinatus: et q; innouã ecclesiã vadit: et suos illic proprios hoies habere necesse est: vt cũ causarũ tumultibus pmitur: in secreto suo inueniat vbi requiescat: predicto fratri et coepiscopo nño leonĩ blande et leniter persuadere debes: vt ei prefatũ presbyterũ cedere debeat: ne quẽ tam benignus ad ordinandũ cessit: ordinatum destituere fortasse videatur. Sed sicut idem frater et coepo noster Ioãnes quantũ ego in eius mẽte didici/ ei? se esse archidiaconũ/ nec ob episcopatũ susceptũ obliuiscitur: ita cũ sepefatus frater et coepo noster Leo suum propriũ debet attendere: et non solum de vnius persona presbyteri: sed in quacũq; re eius solatio indiguerit/ suũ ei ministrare auxilia.

Mense Nouembri. Indictione. xiiij.

¶ Gregorius Petro epo Hydrontino visitatori brundusij et Gallipolch. Capitulũ. cxxi.

Epi. xxi.

P astoralis nos cura cõstringit ecclesijs sacerdotis moderamine destitutis/ sollicita consideratione prospicere: ne proprio decedente rectore/ contrariũ (quod absit) aliquid patrũ regulis oriatur. Quia igitur ecclesias brundosij/ lippias atq; Gallipoli obeũtibus earũ põtificib?/ oino destitutas agnouimus: idcirco fraternitati tue visitationis earũ operã duximus iniũgendã. Quã ita te cõuenit exhibere: vt nihil de prouectionib? clericorũ/ redditu/ ornatu/ ministerijsq; vel qcquid illud est in patrimonio earum/ a quoq; pariteris immunui. Et ideo fraternitas tua ad pdictas ecclesias ire properabit: et assiduis adhortationib? clerũ plebemq; earum dẽ ecclesiarũ admonere festinet: vt remoto studio/ vno eodẽq; consensu tales sibi preficiẽdos expetant sacerdotes/ qui e tãto ministerio digni valeãt reperiri: et a venerãdis canonib? nullaten? respuantur. Qui dũ fuerit postulati/ cũ solẽnitate decreti oim subscriptionibus roborati: e dilectiõis tue testimonio litterarũ ad nos veniant consecrãdi: prouisurus ante oia ne ad hoc cuiuslibet cõuersationis seu meriti laice persone aspirare presumãt: e tu periculũ ordinis tui (quod absit) incurras. Monasterijs autẽ si qua sunt in earũ parochijs constituta: sub tue cura dispositioneq; quousq; illic fuerit proprius episcopus ordinatus/ esse concedimus: vt sollicitudinis tue vigilantia proposito suo cõgrue deo adiuuante actione respondeant.

F

Mense Ianuario. Indictione. xiiij.

G ¶ Gregorius Petro epō Alexādrie de Corsica. De baptisterio faciendo in possessione cellasscuptas. Ca. cxxij.

Epi. xxij.

Qvoniā in insula Corsica in loco nigeuno in possessione que cellasscuptas appellatur: iuris sancte romane (cui deo adiutore deseruim⁹) ecclesie: basilicā cū baptisterio in honorē beati apostolorū principis Petri/atq₃ Laurētij martyris pro lucrandis eis duo fundari precepimus: iccirco fraternitatem tuā his hortamur effatib⁹: quatenus predictū locū debeat incūctāter accedere: et venerāde solēnis dedicationis impendēs/predictā ecclesiam et baptisteriū solenniter cōsecrare te volumus. Sanctuaria vero recepta sua cum reuerentia collocabis.

¶ Gregori⁹ Anthemio subdiacono. De pigmenio amalphicano episcopo. Capitulum. cxxiij.

Epi. xxiij. Cā. vij. q. j. peruenit

Peruenit ad nos pigmeniū Amalphicane ciuitatis epm in ecclesia sua residere non esse contentū: sed foris per diuersa loca vagari. qd videntes alij nec ipsi in castro se retinēt: sed ipsius exēplū sequētes/foris magis eligūt habitare. Et qī agētes ipsi potius ad suam hostes depredationem inuitāt: iccirco hac tibi auctoritate precipim⁹: vt supradicto epō interminari nō desinas: quatenus hoc de cetero facere non presumat: sed in ecclesia sua sacerdotali more residear. Quē si forte nō emēdari post tuā interminationē cognouerjs/in monasterio eū deputare/ et nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere debeas: nostra iterū preceptione cognoscas.

H ¶ Gregorius Mariano epō Rauenne. De disceptatione inter ecclesiā rauennatē/ et claudinū abbatē. Cōmemorat dubias q̄sq₃ causas rome determinādas. Ca. cxxiiij.

epi. xxiiij.

Scripta fraternitatis vestre Vigilio diacono deferēte suscepimus: quibus indicastis quosdam de clero et populo clamitasse: cōtra leges et canones esse: vt inter ecclesiā vestrā et claudinū abbatē causa hic examinari debeat ac iudicari. Qui si ecclesiasticū ordinem/vel inter quos vertitur/nossent aduertere: se a superflua querela modis oībus abstinerēt: presertim quia nec causa dici illic possit/ vbi se predictus abbas a decessore vestro questus est iniustitiā ptulisse: et eā hactenus laborare. Hoc enī poterat fortassis opponi/si nō ad maiorē recurreret/et apud eū cause sue peteret meritū terminari. Nāqd nō ipse nosti q̄ in causa que a Joanne pbro contra Joannem cōstantinopolitanum fratrē et coepm nostrū orta est: sm canones ad sedē apostolicā recurrit: et nr̄a est sententia definita? Si ergo de illa ciuitate vbi princeps est / ad nostrā cause cognitionē deducta est: q̄nto magis negociū qd cōtra vos est: hic est veritate cognita terminandū? ¶ Vos aūt tot stultorū verba nō moueāt: nec per nos credatis aliquod dispēdium ecclesie vestre fieri. Nā si seruū dei diaconē vestrū

I atq₃ Castoriū notariū nr̄m requiretis / ab eis agnoscetis qualiter causam istā iam decessor vester voluerit ordinare. Fraternitas autē vestra sapiēter egit personas pro negocio ipso trāsmittere: et verba inania nō audire. Confidimus autē in oīpotenti deo: q̄ examinata subtilius veritate/ita deo placitus huic cause finis imponet: vt nec aliqua denuo q̄rela remaneat: nec pars quelibet contra iustitiā pregrauetur. Sparta vero quā apud decessorē vestrū dilectissimus filius noster Petrus diaconus tunc illic defensor reliquerat: nobis per Secundinum seruum dei: atq₃ Castorium notarium presentium portitores transmittite.

¶ Gregorius Maximo in salona/qui epatum arripuit. Precipit vt būiliatus romā veniat: et Paulino epō et honorato archidiacono ēpius vim nō inferat. Ca. cxxv.

Epi. xxv.

Dvm scriptis nostris quesitis quibusdā excusationibus differs obedientiā exhibere: dum pro veritatis satisfactione totiens a nobis admonitus venire postponis: ijs que aduersum te dicta sunt/fidē ex hoc magis accōmodas: et vel si qua alia deesse videbātur que grauent aut noceant: id agis vt sola te dilatio faciat et accuset esse culpabilem. Humiliare tandē: et obedientie te submitte: atq₃ ad nos sine excusatione aliqua venire festina: vt requisita et cognita veritate: sm dei timorē / quicquid equū canonicūq₃ fuerit/ decernatur. Cert⁹ enī esto: quia iustitiā tibi/ et canonū statuta seruabimus: atq₃ cause tue reuelāte dño veritatis auctore amicā iustitie finē imponemus. ¶ Nam qd aīs vt illic psonā dirigere debeam⁹/qua presente de his que dicūtur/possit esse pbatio: esset vtcūq₃ excusabile si vnq̄

K Cā vj. q. v. Quotiēs.

ratio et qui accusat/necessitatē pbationis imponeret. At postq̄ non tibi sed accusantib⁹ hoc on⁹ imponit: ad nos (sicut pfati sumus) dilatiōe cessante venire nō desinas: aut sine mora aderit accusator/qui ea q̄ de simoniaca heresi vel alijs dicta sunt/congruenti pbatione suffulciat: aut certe in his que ad sanctitatē negocij ipsi⁹ ptinēt/interueniēte bt̄o Petro aplor principe/ dispēsatio iusta preueniet: quaten⁹ nulla ante deū dissimulatione pro eo q̄ hec ad nostrā cōscientiā puenere/reatus culpe possit cōfundere. ¶ Quod vero iudices serenissimos dños: vt illic debeat esse cognitio pcepisse: nos q̄dē nullas eorū alias de hac remisit vt ad nos venire debeas/iussiones accepimus. Sed et si forsitan p republice sue vtilitate (que diuina sibi largitate pcessa est) multa cogitātibus/ et in diuersis sollicitudinibus occupatis suggestū est: et coriussio per obreptionē elicita: postq̄ a nobis et oībus notū est pijssimos dños disciplinā diligere/ et ordines seruare/canones venerari/ et in causis se sacerdotalib⁹ nō miscere/ instanter exequimur quod et illorum iuuat animā. atq₃ rēpublicā: et ad quod nos terribilis tremēdiq₃ iudicis respectus impellit. Quiesce ergo a fictis excusationibus: et huc adesse non differas: vt veritatis indagatione roborati/ cause tue tandē terminus imponat. ¶ Nos

L autem valde te pertimescere ac oīno trepidare cognouimus: ne hoc fortasse in te vlciscamur q̄ sine nostro cōsensu ad sacerdotalē ordinē cognosceris inordinate prorupisse: intolerabilis quidē culpa est: sed hāc sm iussiones serenissimi dñi imperatoris (si nequaq̄ ampli⁹ in contumacie tue errore persisteris) laxamus: atq₃ de hac te cōtra te minime mouemur. Sed et alia q̄ nobis dicta sunt irrequisita pterire nō patimur. Quia vero dudū scripta tibi transmisimus: vt quoadusq₃ voluntatē eiusdē serenissimi dñi cognosceremus: missarū solēnia nullo modo celebrare auderes: sed tu elata mēte egisti callide ne eadē scripta susciperes: que tñ eorū esset sententia/quoquo modo cognouisti/sed seruare noluisti: ideo ea q̄ tibi prius scripta transmisimus cōfirmamus: vt missarum solēnia celebrare non audeas/donec omnia que contra te dicta sunt: subtiliter inquisita fuerint ac discussa. Quia si peruerso forsitan ausu celebrare psumpseris: ab interdicte pridem cōionis interminatione liberū te non esse cognoscas. Nam etiā si alij excessus desint/pro ista solūmodo culpa supbie/ dñici te corporis ac sanguinis cōione priuamus. Pro qua re obedientiā quā decet exhibens/ad nos summopere (sicut diximus) venire festina: ita vt triginta dierū spatiū habeas: quatenus iter tuū prepares: et omni excusatione postposita/huc adesse non differas. Si qua autē a iudicibus/ vel manu militari/ vel a populo ad cōtradicēdū itineri tuo occasio fuerit exorta: qua calliditate agatur/agnoscimus. ¶ Ipse ergo videas

M quā vel hic hoībus: vel in futuro iudicio oīpotenti deo de tua reddas obligatione rationē: qui districtā in te ex tuo contēptu prouocasti sententiam. Preterea peruenit ad me: q̄ Paulinus frater et coepus meus: et Honoratus ecclesie Salonitane archidiacon⁹ pro eo q̄ presumptioni tue noluerūt prebere cōsensum/grauia a te molestias patiant: ita vt datis fideiussoribus sint constricti: quatenus eis ciuitatē vel domos suas egredi oīno non liceat. Quod si ita est/ vel sero iam ad sensus salutis rediens/ scriptis presentib⁹ acceptis/ab vtrorūq₃ te suspēde molestia: vt eis libere sit licētia/ vel ad me veniēdi (si voluerint) vel quomodolibet alibi p suis vtilitatib⁹ pficisci.

¶ Gregorius dilectissimis filijs/clero et nobilibus Salone consistentibus. Capitulum. cxxvj.

Epi. xxvj.

Pervenit ad me quosdā peruerse mētis homines vt dilectionis vestre animos vulnerarēt/ vobis insinuare conatos: q̄ ego contra Maximū quodā odio mouear: et non magis que canonica: sed ea que foris sunt exequi concupiscā. Sed absit hoc/ absit a sacerdotali animo: vt in quolibet causa priuato zelo moueatur. Ego autē et vestre dilectioni prouidēs/ et mee anime oīpotentis dei iudiciū pertimescens: eiusdem Maximi causam subtiliter exquiri desidero: si nullis criminibus pressus que sacro ordini contradicunt: si non per simoniacā heresim. i. pecunia quibusdā se eligen-

Cā. j. q. vij. Ego.

A tibus prebendo: ad sacerdotale pertingere officiū conatur. Tūc enī liber pro vobis apud dūm intercessor erit: si nō obligatus de suis ad locum intercessionis venerit. ¶ Cuius tamen culpa superbie in aperto monstratur: q̄ euocatus vt ad nos venire debeat/diuersis excusationibus renititur/refugit/metuit. Unde ergo trepidat/si eū de his in quib⁹ incriminatus est: cōsciētia nō accusat? Ecce enī iam diu dilectio vestra sine pastore est: et sicut vobis omnipotens deus innotescat/vehemēter destitutioni vestre/ et medullitus/ et toto corde cōpatior. Audio enī que in grege dūi dilacerationes fiant. Sed cum pastor deest/ quis contra lupos inuigilat? Ideoq̄ predictum Maximū: vt huc ad nos veniat vrgete: quatenus si hunc innocentē inuenire possimus/cōfirmemus. Sin vero ea que de eo dicta sunt/ vera patuerint: non iam tā diu dilectio vestra per interpositionē persone eius destituta sit. De me enī certū tenete: quia nec odio/nec priuati studij zelo contra eum mouear: sed quicquid canonicum/iustūq̄ fuerit/auctore deo decerno. ¶ Mirat⁹ autem valde sum: quia in tanto Salonitane ecclesie clero vel populo vix duo ex sacris ordinib⁹ inuenti sunt: scz frater scz et coeps noster Paulinus/ et dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdē ecclesieq̄ communicare Maximo sacerdotiū rapiēti: minime consentirent: et se xp̄ianos esse cognoscerent. Debuistis enī filij charissimi pensare ordines vestros: et quē sedes ap̄lica B repellebat/repulsum cognoscere: vt pri⁹ si posset ab illatis criminib⁹ mūdaretur: et tūc ei vestra dilectio cōmunicaret: ne particeps obligationis ei⁹ existeret. Nos tñ erga charitatē vestrā viscerib⁹ pietatis adstringimur: et quia quosdā violēter pressos ad consentiendū ei/ et ad cōtecandū cognouimus: oīpotentē dūm deprecamur/ vt vos ab omni reatu peccatorū vestrorum atq̄ ab oibus vinculis aliene obligationis absoluat: vobisq̄ et in presenti vita sue protectionis gratiā tribuat: et nos de vobis in eterna patria gaudere concedat.

Parte.i. dist.xciij. Miratus.

¶ Mense Martio. Indictione.xiiij.

¶ Gregorius Candido episcopo de vrbe veteri maiore. De presbyteris ordinandis. Capitulum.xxvij.

epl.xxvij.

Indicauit nobis fraternitas tua se non habere pbros: et ex hac causa necessitatē non modicā sustinere: et q̄ in quibusdā monasterijs in sua parochia constitutis quosdā esse monachos perhibet q̄ ad hoc apti possint esse officiū: et eos secū nostra auctoritate ad hunc postulat ordinē pmoueri: propterea presentibus vobis licentiā damus epistolis/monachos de monasterijs in tua parochia positis cum consensu abbatis sui tollere/ et pbros ordinare. ¶ Sed illud pre oib⁹ estote solliciti/ vt vitā actusq̄ horū qui i hoc sunt officio C constituendi/subtiliter debeatis inquirere: et tūc eos si digni fuerint ordinare. Si vero aliqua in eis culpa celauerit/ que hos ad hūc ordinē canonica prohibitione prohibeat: nō pmittat: nullius vobis supplicatio aut grā persone surrepat: vt talib⁹ debeatis manū iponere: ne (qđ absit) hic honor/ et illis pena/ et vobis incipiat esse peccatū.

¶ Gregorius Mariano episcopo Rauenne. De importunitate clericorū in monasterio. Capitulū.xxviij.

epl.xxviij

Miramur cur sic in breui fraternitatis tue fuerit imutata discretio: vt ea que postulat/non aduertat. et quare dolem⁹: q̄ manifestū prebet indiciū plus apud te verba male suadentiū valuisse/ q̄ diuine lectionis studium profecisse. Cum ergo monasteria oporteat defensare/ et religiosos illic summopere cōgregare: vt lucrū de animarū cōgregatione possis efficere/in eorū te e diuerso grauamina (sicut iste tue testātur) desideras exercere: quod est deterius nos tue culpe studes fieri debere participes: scz dum cū nostro consensu monasteriū quod decessor tuus cōdidit/cupis sub quarundā rerū atq̄ causarū nomine pregrauare. Debes enī recolere: q̄ te p̄sente/diuersis etiā presbyteris et diaconib⁹ clericisq̄ tuis p̄sentib⁹: contra ipsius preceptū sicut postulauere cōcessim⁹. Ubi tamē eiusdē decessoris tui dispositio: quā fecerat de monasterio ipso/firmata ē: tu nunc ista dissimulās/ cōtraria nos poscis debere precipere. Et hec quidē scim⁹ nō tua sunt: sed dū incōgrua dicētes audire non renuis: non solū opinionē tuam: sed grauas et animā. ¶ Quia ergo te multū diligo/instāter admoneo: q̄ sic recte cōsideres: vt nō plus pecunie q̄ aiabus studeas. Illud a latere respiciendū est: ad hoc autē D tota mentis intētione laborandū ac vehemētius innitēdum. Huic rei operā et sollicitudinē vigilāter impēde: quia redemptor noster a sacerdotis officio nō querit aurum/sed aīas. Preterea peruenit ad nos: q̄ monasteria que sub fraternitate tua sunt cōstituta: clericorū importunitatib⁹/ et diuersis eorū molestijs pregrauētur: qđ ne de cetero fiat/ districta hoc interminatione compesce: quatenus monachis illic degētibus libere in dei nostri laudibus liceat exultare. Romanum vero atq̄ dūicum clericos/qui de hac vrbe ausu temerario sine nr̄a p̄sumpserūt benedictione decedere: licet maiori fuerint vltione plectendi: tamen relaxari eis benignitatis studio debet: vt ad suum remeare officium videantur.

¶ Suprascripto mense April. Indictione.xiiij.

¶ Gregorius Secundino seruo dei non aparibus. De pace agilulfi: et Mariniano epō increpādo. Cpm.xxix.

Epl.xxix.

Postq̄ reuertens Castori⁹ oia nobis que inter vos et Arnulphū regem acta sunt indicauit: ne excusationē contra nos de mora potuisset aliquis inuenire/sub omni cū celeritate illuc transmittendū preuidimus. Ab eo ergo que sunt agenda cognosces: xp̄o sollicitus: et oīmodo imine/ vt pax ista debeat ordinari: quia (q̄tum dicit) aliqui hoc ipedire conātur. pro qua re festina sollicite agere: vt labor vester sine effectu nō valeat remanere. Nā iam et partes iste/ et diuerse insule in graui sunt periculo posite. ¶ Fratrē nostrū Marinianū epm verbis quibus valeo excita: q̄ obdormisse eū suspicor. Nā venerūt quidā ad me senes mē dicantes: quia me discussi sunt a quibus qđ acceperint: E et per singula retulerūt q̄ra eis et a quibus i itinere data sunt. Quos dū sollicite de predicto fratre requirerē qđ eis dedisset: respōderūt se eū rogasse: sed ab eo se omnino nihil accepisse: ita vt neq̄ panē in via acceperint. qđ dare oibus illi ecclesie semp familiare fuit. Dixerūt enī. Rūdit nobis dicēs. Non habeo qđ vobis dare possim. Et miror si is qui vestes habet: argentū habet: cellaria habet: qđ pauperib⁹ debeat dare/nō habet. Dic ergo ei: vt cū loco mutet et mentē. Non sibi credat solā lectionē et orationē sufficere: vt remotus studeat sedere: et de manu minime fructificare: sed largā manū habeat: necessitatē patiētibus cōcurrat: alienā inopiam suam credat: quia si hec non habet: vacuū epi nomē tenet. ¶ Quedā vero eū per epistolā meā de aia sua admonui: sed nihil mihi oīno respondit. Unde credo q̄ eā neq̄ legere dignatus est. Pro qua re iam necessariū nō fuit: vt eū per epistolā meā admonere aliquid debuissem: sed tantū illa scripsi/ que in causis terrenis consiliarius dictare potuit. Nam ego ad hominē non legentē fatigari in dictatu non debui. Tua ergo dilectio secreto ei omnia loquatur: et admoneat qualiter se disponere debeat: ne per presentem negligētiam/ vitam (quod absit) priorē perdat. F

¶ Gregorius fratribus et coepis/sacerdotib⁹/leuitis/ et omni populo rauenne. Excōmunicat quendā qui nocte contestationem posuit. Capitulum.xxx.

Epl.xxx.

Quidā maligni spūs consilio repletus/contra Castoriū notariū ac respōsalē nostrū nocturno silentio in ciuitatis loco contestationē posuit: in eius crimine loquentem: nobisq̄ etiam de facienda pace callide contradicentē. Et quia quisquis veraciter loquitur/semetipsm innotescere nō debet formidare: oportet vt publice exeat: et quequ in contestatione sua loqui presumpsit ostendat: q̄ si non exierit/ neq̄ publice presus fuerit: quisquis ille sit qui hoc agere presumpsit: vel consensum in tante iniquitatis consilio prebuit: ex dei et dūi nostri Iesu xp̄i spū definimus/ vt sancti eius corporis ac sanguinis participatione priuatus sit. Si vero quia latet/ et qui nescitur/teneri a disciplina nō valet: tanti mali conscius/ etiā prohibitus corpus ac sanguinē dūi percipere presumit: anathematis vltione percussus sit: vt fallax ac pestifer a sancte ecclesie corpore sit diuisus. Si quis aūt forsasse talis est: quē nos huius facti actorē ac participē esse scientes/ad eum bona optantes/ epistolas trāsmittamus: ipsa pro eo apud omnipotentē dūm deprecatio sit vacua. Si autem in eadem ciuitate egressus ad publicū potuerit docere que dixit: vel certe sciens se non posse que scripsit ostendere/ errorē suū fuerit aperte confessus: dūici corporis ac sanguinis partici

G

pastione non sit priuatus: neq; a corpore sancte ecclesie alienus existat: quia nos apud omnipotētē dñm ex nostris quotidie culpis agnoscimus: vt quatenus seruato discipline moderamine: aliorum tamē erratis parcendo indulgeamus. ❡ Mense Aprili. Indictione. xiiij.

❡ Gregorius Fortunato epõ Neapolitano. De iudeis et de mancipijs ab eis comparatis. Capitulum. xxxj.

Epi. xxxj.

Fraternitati vestre ante hoc tēpus scripsim⁹/ vt hos qui de iudaica superstitione ad xpianam fidē deo aspirante venire desiderant/ dominus eorū nulla esset licentia vendendi: sed ex eo quo voluntatis sue desideriū prodidissent/ defendi in libertatē per omnia debuissent. Sed quia quantū cognouim⁹/ nec voluntatē nostrā/ nec legū statuta subtili sciente discretione pensare: in paganis seruis hac se non arbitrantur conditione cōstringi: fraternitatem vestram oportet de his esse sollicitā: & si de iudeorū seruitio non solum iudeus/ sed etiā quisq; paganorū fieri voluerit xpianus/ postq; volūtas eius fuerit patefacta: ne hunc sub quolibet ingenio vel argumēto cuipiam iudeorū vendendi facultas sit: sed is qui ad christianā conuerti fidem desiderat: defensione vestra in libertatē modis oībus vendicetur. ❡ Hi vero quos huiuscemodi oportet seruos amittere: ne forsitan vtilitates suas irrationabiliter estimēt impediri: sollicita vos hec conuenit consideratione seruare: vt si paganos quos mercimonij causa de exteris finibus emerint: intra tres menses dñi emptor cui vēdi debeant nō inuenitur/ fugere ad ecclesiā forte cōtigerit: et velle se fieri dixerint xpianos: vel etiā extra ecclesiam hanc talē voluntatē prodiderint: preciū eorū a xpiano scz emptore percipiāt. Si autem post prefinitos tres menses quisq; huiusmodi seruorū velle suū edixerit/ et fieri voluerit xpianus: nec aliquis eū postmodū emere: nec dñs qualibet occasionis specie audeat venundare: sed ad libertatis proculdubio premia perducatur: quia hūc nō ad vendēdū: sed ad seruiendū sibi intelligitur reseruasse. Hec igitur omnia fraternitas vestra ita vigilāter obseruet: quatenus ei nec supplicatio quorundā valeat: nec persona surrepere.

Parte. j. dist. liiij. Fraternitatem.

H

❡ Gregorius Leoni epõ cathinensi. De samareis q̃ pagana mancipia emerūt et circūcidūt. Capi. xxxij.

Epi. xxxij.

Res ad nos detestabilis et oīno legibus inimica peruenit: que si vera est/ fraternitatē vestrā vehementer accusat: quia eam de minori sollicitudine probat esse culpabilē. Cōperimus autem q; samarei degētes cathine pagana mācipia emerint: atq; ea circūcidere ausu temerario p̃sumpserint. Atq; idcirco necesse est vt oimodo zelum in hac causa sacerdotalē exercens/ cū omni hoc viuacitate ac sollicitudine studeas perscrutari: et si ita reperreris: mancipia ipsa sine mora in libertatē modis oibus vindicare: et ecclesiasticā eis tuitionē impendere: nec quicq; dños eorū de precio quolibet modo recipere patiaris: qui non solū hoc dāno mulctandi: sed etiam alia erant pena de legibus ferendi.

I

❡ Gregorius Castorio Notario. De vsu pallij ſm morem antiquū Andree epõ. Capitulum. xxxiij.

epi. xxxiij. alias Ꝺm dña Andreas.

Uir magnific⁹ dñs Andreas crebro mihi iminet de vsu pallij ſm antiquam consuetudinem in Rauennati ecclesia restituendo. Et scis quia Joannes epus mihi scripserit/ q; in letanijs solennibus consuetudo fuit eiusdem ecclesie/ epos vti pallio. Huius ecclesie diacon⁹ Adeodatus cum me pro eadē causa fortiter rogaret: iureiurādo satisfecit: q; quater in anno vti letanijs pallio eiusdē loci epi solebant. Predict⁹ dñs Andreas i epistolis suis dicit/ q; p̃terq; in quadragesima/ oi tpe Rauēnas eps in letanijs pallio vtebatur. Et ipas asserit letanias solēnes/ q̃s nō erubescit dicere quotidianas. Ꝺñ oino mirat⁹ sum. Sed tua experiētia nulli⁹ personā/ nulli⁹ verba cōsideret: solū dei timorē & rectitudinē ante oculos habeat: & seniores personas: et eiusdē ecclesie archidiaconē/ quē non suspicor pro alterius honore periurare/ et alios antiquiores qui in sacris ordinibus ante Joannis epi tempora fuerant/ requirat; vel si qui maturiores sunt extra sacros ordines: et veniant ante corpus sancti Apollinaris; et tacto eius sepulchro/ iurent. que consuetudo ante Joannis epi tempora fuerat. quia sicut scis/ idē vir multū p̃sumptor extitit: & multa sibi per superbiā conabatur arrogare. Et quicquid a fidelioribus viris & grauibus iuratū fuerit/ ſm iudiculū qui subter annexus est/ hoc volum⁹ in eadē ecclesia cōseruari. Sed vide ne negligēter agas: ne quis fidē tuam aut deuotionē tuam in hac causa corrumpat. zelum eni tuū scio. age sollicite: ita tamen vt predicta ecclesia contra iustitiā non grauetur: sed vsus qui ante Joannis epi tempora extitit/ ei cōseruetur. Personas autē non duas vel tres ad satisfaciēdū tibi/ sed quātas antiquiores et grauiores inueneris require: vt neq; qđ vsus fuit antiquior eiusdem ecclesie denegem⁹: neq; quod nouo ausu appetitū est/ cōcedamus. Sed oia age blande & dulciter: vt actio tua districta sit/ et lingua mitis. Spatium que illic omissa est: sicut iam quidem scripsimus: totum reuoca: & hoc qđ tibi filius noster Bonifacius diaconus et vir magnificus Maurētius chartularius scripsit: sollicite attende. Juro ergo per patrē et filiū & spiritū sanctū/ inseperabilē diuine potentie trinitatē: et hoc corpus beati Apollinaris martyris: me pro nullius fauore persone: neq; cōmodo aliquo interueniente testari: sed hoc scio & per memetipm cognoui: quia ante tempora Joannis quondā epi Rauēnas eps presente apocrysario sedis aplice illo atq; illo: illis et illis diebus consuetudinē vtendi pallio habuit: et non cognoui quia hoc latenter vel absente apocrysario vsurpasset.

K

❡ Gregorius Anthemio subdiacono. De receptione captiuorum. Capitulum. xxxiiij.

epi. xxxiiij

L

Quantus dolor/ quātaq; sit nostro cordi afflictio de his que in partib⁹ Cāpanie cōtigerūt/ dicere non possum⁹: sed ex calamitatis magnitudine potes ipse cognoscere. Ea de re pro remedio captiuorū qui tenti sunt/ solidos experientie tue per horū portitorē Stephanū virū magnificū trāsmisim⁹: admonentes vt omnino debeas esse sollicitus/ ac strenue peragas: & liberos homines quos ad redēptionē suam sufficere non posse cognoscis: tu eos festines redimere. Qui vero serui fuerint/ & dños eorū ita pauperes esse cōpereris/ vt eos redimere non assurgāt: & hos quoq; comparare non desinas. Pariter etiam et seruos ecclesie qui tua negligentia perierūt: curabis redimere. Quoscūq; autē redemeris/ subtiliter nota que noia eorum: vel quis vbi maneat: siue quid modis oibus/ seu vnde sit cōtinuo facere studebis: quā recū possis afferre cū veneris. Ita autē in hac re te studiose exhibere festina/ vt ij qui redimēdi sunt/ nullū te negligente periculū possint incurrere: et tu apud nos postea vehementer incipias esse culpabilis. Sed & hoc q̃ maxime age: vt si fieri pōt/ captiuos ipsos minori possis precio cōparare. Substantiā vero sub omni puritate atq; subtilitate describe: et ipsam nobis descriptionem cum celeritate transmitte.

❡ Mense Maio. Indictione. xiiij.

❡ Gregorius Secundino epõ Zaurone. De Syncero latore presentis epistole. Capitulum. xxxv.

M

epi. xxxv.

Et legum ratio/ & equitas admonet naturalis/ vt quisquis hereditatē aut renuit/ aut parentum successione se abstinet: hereditaria nō debeat onera sustinere. Quia ergo Syncerus lator presentiū Hilariū socerū suū omnino inopem defunctū innotuit: et vxorē suā filiosq; ipsius in qualibet re eius se substantie minime miscuisse: et ad persoluendū paternū debitum eam ab eius creditorib⁹ queritur perurgeri: idcirco fraternitas vestra diligenter inquirat: et si ea que ait/ veritate subsistūt/ sacerdotalē illis studeat tuitionē impendere: nec eos contra rationis ordinem vexari: aut damnū permittat aliquod sustinere. Nam valde durum est: vt vnde nullū sensit cōmodū: sustineat iniuste dispēdium. Supradictus autē portitor/ si huc cum vxore sua venire voluerit: quia illic se dicit non posse subsistere/ vestris propter deum solatijs portantur: nec cuiusq; eos illic aduersitas pro sua tantū voluntate retineat: aut eis irrationabiliter molestus existat: sed liberam habeant quo voluerint eundi licentiam: quatenus viuendi subsidium sibi saltem deo largiente reperiant.

❡ Mense Junio. Indictione. xiiij.

❡ Gregorius Columbo epõ Numidie. De Petro quodam epõ: et de donatistis. Capitulum. xxxvj.

epi. xxxvj.

Scripta fraternitatis vestre sacerdotali plena dulcedine presentium portitore rogitano diacono deferente suscepimus. Et valde nos cog

A

letificauit benigna locutio. Presertim/ q p ea de vestra/ quod desiderij nostri est/incolumitate cognouimus. De deuotionem vero sanctitatis vestre et olim nouimus/ et nūc sicut scribitis sic habemus. Nam qualis erga nos sinceritas fraternitatis vestre sit/ satisfactione non egemus: qr eam ex mētis nostre: q̄ circa vos est/ dilectione cognoscim⁹. Suprascripto autē latori quē nobis epistolariter cōmendastis: scripta ad rectorē patrimonij Sicilie dedimus: vt aduersum partē facere que iusta sunt vrgeat: quatenus frustratoria excusatione postposita/ ad finem citius perducatur totius cause contentio. Indicamus itaq̄ sanctitati vestre venisse ad nos quēdam hominem Petrū nomine/ qui se asserit fuisse episcopū: atq̄ cause sue a nobis remediū postulasse. Et pri⁹ quidē retulit q̄ digne esse miseratione potuissent: sed requirētes/ postea multo aliter q̄ indicauit inuenimus: et vehementer nos eius actio cōtristauit. Sed qr cause ipsius interna subtiliter nequaq̄ addiscere tam longo itineris interuallo disiuncti potuimus/ eā/ incerti quippe/ definire nequiuimus. Nunc vero quoniam remeans supradictus diaconus secū eū relaxari poposcit: et ipse ad vos se petijt debere trāsmitti: scientes sanctitatē vestram/ zelum (sicut decet) fidei: et amorē debere iustitie: nobis gratū fuit: et ea q̄ petiuerūt concessim⁹. Quis ergo presentes causam subtilius potestis scire: hortamur vt eidē Petro ita seruare quicquid iustū canonicūq̄ fuerit debeatis/ quatenus et rectitudinis vigor a vobis in omnib⁹ impleatur:

B

et causa ipsius ꝑm dei timorē et ecclesie videatur regulas iudicata. Si quis vero cōscius vel particeps ꝓfato Petro in his que accusat/ dicitur extitisse/ subtiliter requirēdum est: et veritate cognita/ similiter canonice iudicādum. Preterea relatio ad nos eius dum: et recte fidei inimica peruenit: q(qd dici nephas est) catholici homines et religiosi (qd est deterius) filios mācipiaq̄ sua/ vel alios quos in potestate habent: in donatistarū heresi baptizari consentiunt. et ideo si verum est: fraternitas vestra hoc summopere studeat emendare: quaten⁹ sinceritas fidei vestra sollicitudine incemerata cōsistat: et innocētes anime que catholico baptismate saluari poterant: hereticorum infectione non pereant. Quisquis ergo de his personis quas superius cōmemorauimus/ quēq̄ suorū apud donatistas passus est baptizari/ ad catholicā eos fidem omni virtute omniq̄ instantia studeat reuocare. Si quis vero talium de cetero hoc fieri de suis qualibet excusatione pertulerit/ a clero sit modis omnibus alienus.

Gregorius Anthemio subdiacono. Alexandriam relictam vincomali commendat. Capitulū.xxxvij.

Epistola xxxvij.

Quanto vidue bene viuentes virorū sunt solatio destitute: tāto eis enixius ecclesiastica est impēdenda tuitio. Atq̄ ideo hui⁹ tibi precepti pagina deputamus/ quatenus Alexandrie magnifice femine relicte quondā Vincomali omni instantia omniq̄ sollicitudine/ vbi necesse fuerit (seruata. s. equitate)

C

tuitionē festines impēdere: atq̄ eius vtilitatib⁹ studiose concurrere: nec eam a quoq̄ vexari permittas/ aut molestiam sustinere: sed ita (sicut prediximus) vbi causa poposcerit: ope tue sollicitudinis potiatur/ vt nullus se in afflictione oppressioneq̄ ipsius te illic coram posito senserit aliquatenus occupare.

Gregorius Cypriano diacono Joannem religiosum commendat. Capitulum.xxxviij.

Epistola xxxviij.

Joannem religiosum presentium latorē qui ex histricorū schismate ad sinū sancte ecclesie deo reuelāte accepta ratione reuersus est: dilectionem tuam (equitate seruata) habere necesse est in omnibus cōmēdatū: atq̄ ei in quibus causa poposcerit/ ecclesiasticam tuitionem impēdere. Cui etiam pro dispēdiorum suorum subsidio/ ab hac quartadecima indictione annis singulis octo solidos dare te volumus/ quos tuis per omnia noueris rationibus imputandos.

Gregorius Dono episcopo messanensi. Georgium si emendare se voluerit/ cōmendat. Capitulum.xxxix.

Epistola xxxix.

Georgius presentium portitor degere (vt ait) in ciuitate vestra desiderans/ apud fraternitatem vestrā nostra se petijt epistola cōmendari. Cui quoniam a praua se promisit actione cōpescere: qd petebat/ preuidimus nō denegādum. Et ideo sanctitas vestra de anima ei⁹ studeat ꝓpter deū esse sollicita: atq̄ eum adhortationibus suis ad viā deo placitā reuocare.

D

Et si adiuuāte dño (vt ꝓmisit) ab omni se prauitate suspēdens: viuere honeste voluerit: fraternitas vestra ꝓ mercede sua: vt prospexerit/ eius sustentationi subueniat: ne forsitan ad male agēdū excusationē sibi ex necessitate videatur assumere. Quid autē fraternitas vestra ex ei⁹ importunitate sit passura cōsideret: qui ad vos cum nostris epistolis venit: quem nos sine auctoritate aliqua importunum valde in prece pertulimus.

Gregorius Rufino episcopo viuonensi. De presbytero ordinādo in ecclesia massanicboterana. Capitulum.xl.

Epla.xl.

Ex habitatorum massanicboterane/ quorū episcopus pro quibusdam culpis in penitentiam deputatus est: relatione cognouimus/ nullū illic esse presbyterū: qui sacra posset missarum solemnia celebrare: intantum vt etiā filios suos sine baptismate asserant remansisse: et quia hac pro causa magnopere petiuerūt sibi in eadē ecclesia cui fraternitas vestra operam visitationis impēdit: debere presbyterum ordinari: ꝓpterea propter scriptis vos presentibus adhortamur: vt de clero eiusdem ecclesie requirere debeatis: cuius vita et mores ad hoc possint officium conuenire: et eum illic presbyterum festinetis auxiliante domino consecrare. Nam valde durum est/ vt quousq̄ causa episcopi eorū subtiliter requiratur/ non habeat ecclesia illa presbyterum qui sacrum illic opus valeat celebrare.

E

Mense Julio. Indictione.xiiij.

Gregorius Victori epo panormitano. Capitulum.xli.

Epla.xli.

Urbicus abbas monasterij sancti Herme: qd panormi situm est: a nobis cum aggregatione sua magnopere postulauit in eodem monasterio presbyterum: qui sacra missarū solēnia celebrare debeat/ ordinari. Et qr huiusmodi non est differenda petitio/ fraternitatē vestrā scriptis presentib⁹ necessario duximus adhortādā: vt eum qui ad hoc ministeriū de hac congregatione electus fuerit: cuius vita/ mores et actio tanto possint ministerio cōuenire/ sine mora auxiliante dño valeat cōsecrari: quaten⁹ nec ille de monasterio suo hac pro causa egredi: nec extraneū sibi ad peragendum sacrum opus cogatur adducere.

Gregori⁹ Venantio patritio et monarcho. De discordia inter ipsum et Joannē episcopū. Capitulum.xlij.

Epla.xlij.

Multum ea quam direxistis iam nos cōtristatos inuenit epistola: qr inter vos et Joannem fratrem et coepiscopū nostrum (de quorū desiderabamus gaudere concordia) scandalum prodiisse cognouimus. Qualis enim causa fuisset: non vsq̄ ad hoc debuit furor erumpere: vt armati homines vestri (sicut audiuimus) in episcopū irruerent: et diuersa hostili more mala cōmitterent: atq̄ vos hec res a paterna charitate interim diuideret. Nunquid non poterat quelibet cōtentio fuerit: tranquille disponi: vt nec partium vtilitas detrimentum/ nec sentiret gratia lesionē. Cuius autē grauitatis/ cuius sanctitatis/ cuius mā suetudinis supradictus frater noster sit: nō habemus incognitū. Ex qua re colligimus: qr nisi vis eum doloris nimia coegisset/ ad hanc rem de qua vos cōtristatos asseritis: eius fraternitas nullo modo peruenisset. Nos tamē vt hoc eo scribēte cōperimus: illico ei scripsimus: admonētes vt et oblationes vestras sicut ante susciperet: et missas in domo vestra nō solum celebrari permitteret/ sed si velitis etiam ipse perageret: causamq̄ suā seruata charitate exequi debuisset. Et quia nullos discordes vel fieri volum⁹ vel manere: eandem adhortationē iterandam esse prospeximus. Unde necesse est charissime fili/ vt et vos sacerdotalem illi reuerētiam exhibere (sicut decet filios) debeatis: nec eius ad iracundiam animos prouocetis. Nam cū quo fidam estis gratiā habituri: si vobis (qd absit) cum sacerdote fuerit discordia? Itaq̄ animorū errore deposito/ sic agere causas quas habetis inuicem studete: vt et charitas inter vos intemerata permaneat: et alterutra mansuete procuretur vtilitas.

F

Gregori⁹ Joanni episcopo syracusano. De discordia inter ipsum et venantiū patritiū facta. Capitulū.xliij.

Epl.xliij.

Qlamuis causa fuerit q̄ fraternitatis vestre animos ad iracundiā nō immerito ꝓuocaret: vt nec oblationes dñi venātij voluissetis suscipere: nec in domo ipsius sacra missarū sineretis solēnia

G celebrari:tamẽ q̃ ita terrena agi debet vtilitas:vt nullũ vos iurgium a charitatis valeat connexione disiungere:proinde charitatẽ vestrã (sicut dudũ scripsimus) adhortamur:quatenus et oblationes antedicti viri omnino in dulcedine et deo placita debeatis sinceritate suscipere:et in domo ipsius missarũ peragi mysteria pmittatis:aut sicut scripsimus/si fortasse voluerit/per vos debeatis accedere:et celebrando apud eum missas/priorẽ gratiã reformare. Oportet nã q̃ filijs sacerdotalem vos amorẽ impendere:et in causis (prout ratio suffragatur) iurisdictionẽ ecclesie vestre minime preterire. Hoc ergo considerans/necesse est/vt ita se circa eos fraternitas vestra discreta moderatione exhibere studeat:vt et q̃d negocij q̃litas exigit/salubriter peragat:et a paterne charitatis gratia non recedat.

¶ Gregorius Bono abbati. De monasterio eius in melius transmutando. Capitulum.cxliiij.

Epistola xliiij.

Ecclesiastica dampnum nõ sentit vtilitas/si res aliis competentes/cognita veritate restituantur.atq̃ ideo cognouimus Joannem quondã presbyterũ sancte Romane (cui deo auctore presidem⁹) ecclesie:in domo iuris sui posita in hac vrbe roma iuxta thermas agrippinas oratorium construxisse:ibiq̃ quosdam redditus legati titulo per testamẽti sui seriem reliquisse. In quo etiam oratorio seruorũ dei cõgregationẽ esse cõstituit.⁊ hec omnia vt debuissent impleri/testamẽti sui pagina sancte memorie decessori nostro Pelagio dicitur deputasse. Sed q̃ morte occupatus:necdũ hoc

H occurrit implere:⁊ domus ipsa cũ horto suo a bductoribus nostre ecclesie detinetur:et idcirco hactenus necdũ voluntas defuncti completa est:nostra sollicitudine pie dispositionis voluntatẽ:et hoc quod decessori nostro iniunctum est/preuidimus esse complendũ. Ideoq̃ necessarium esse perspeximus / vt dedicari oratoriũ ipm protegente dño debuisset : et q̃ monasterium vbi prius fuisti/in ruine erat periculo constitutũ:te illic cũ congregatione tua consistere per omnia debere : quatenus et in suprascripte dom⁹ monasterio esse cõgregatio potuisset:⁊ imminens res periculum euitaret. Unde necesse est vt et nũc/⁊ in futuris tẽporibus dei illic laudes per eã que modo est vel successura est congregationẽ modis omnibus celebrentur. Considerantes igitur antedicti presbyteri volũtatẽ/perpetuo illic tẽpore monasteriũ esse : atq̃ ad eandẽ domũ in integro cum horto suo: et rebus inferius designatis:que a testatore relicte sunt:proprietatis iure cõstituimus pertinere.i. massam magulianẽ sem cũ appendicijs suis:via numẽtana:milliario plus min⁹ vndecimo:tabernã in hac vrbe: que est posita iuxta palacenis:⁊ Salgamũ positũ ante domũ suprascripti monasterij. Oportet ergo vt ita dilectio tua diligẽter inuigilet: vt dei illic (sicut prefati sumus) laudes deuote vt moris est celebrentur:et suprascripte res in eius ius pertinẽtes/ nulla te negligẽte occasione depereant. Hanc enim sollicitudinem nõ solum a te:sed etiam a tuis successoribus

I in predicto oratorio ⁊ rebus superius designatis constituimus nihilominus exhiberi.

¶ Gregorius Leontio episcopo Ariminensi. De ecclesia sancti Stephani dedicanda. Capitulũ.cxlv.

Epla.xlv. Basilicam beati Stephani martyris/ quam fraternitas vestra incẽdio asserit concrematam: quam etiam nuper instauratã esse cõmemorat: facultatẽ tribuimus dedicãdi : in qua etiam reliquiarũ sanctuaria eiusdẽ beati Stephani martyris volum⁹ collocari. Et ideo frater charissime ad predictã te ecclesiã ire necesse est:et tam ecclesie q̃ etiam altaris nouiter cõstructi dedicationẽ solẽniter exhibere: vt expectantium de eadẽ cõsecratione deuotio dño valeat auxiliante cõpleri. Quicquid preterea eidẽ loco a fundatorib⁹ olim concessum est: in ea qua dimissum est voluntate ac firmitate volumus permanere.

¶ Gregori⁹ Felici episcopo pisaurẽsi. De decimis monasterij a Joanne constructi. Capitulum cxlvj.

Epla.xlvj Miramur fraternitatem vestram q̃ serie precepti neglecta : quã ad vos sancte memorie decessor noster dederat:monasterium a Joanne presentiũ portitore constructũ/aliter q̃ ante q̃ cõsuetudinis vius exigit cõsecrasse. Cũ etiã in eodẽ precepto inter alia mandatũ sit:vt locũ ipsum absq̃ missis publicis dedicares:vt ad nos peruenit/cathedra posita illic publice missarũ solẽnia celebrãtur. Quod si verum est/hiis vos hortamur affatib⁹:vt omni excusatione cessante/cathedram vestrã exinde amoueri modis omnibus faciatis:nec denuo illic missas publicas peragatis. Sed et sicut consuetudo et precepti tenor eloquitur:si missas ibidem sibi celebrari voluerint / ad te presbyter dirigatur. In eodẽ autẽ monasterio cõgregationẽ seruorũ dei:sicut predict⁹ Joannes ⁊ petijt:⁊ nunc est:cũ dei gratia semp volum⁹ permanere. Calicẽ vero quem sibi a fraternitate vestra ablatum innotuit:ei (si ita est) restituere festinate. Hec ergo sanctitas vestra ita studeat adimplere / vt denuo ad nos predictus portitor pro hac causa necessitatem remeandi non habeat.

K

¶ Gregorius Leoni episcopo Fanẽsi. De schismaticis ad vnitatem ecclesie redeuntibus. Capitulum.cxlvij.

Epi.xlvij Sicut in schismaticis prauo studio pdurãtes/ obiurgãdi detestãdiq̃ sunt:sic ad sinũ matris ecclesie redeũtes /consolandi ac nihilominus refouẽdi. Quia igitur Joannes religiosus presentiũ lator recepta ratione ad vnitatem sancte ecclesie ab errore histricorũ deo miserante conuersus est: ea propter fraternitatem vestrã hortari preuidim⁹: vt eũ (salua ratione) habere debeat in omnibus cõmẽdatum/atq̃ suo fauore protegere. Cui etiam ne possit post cõuersionẽ alicui ne-

L cessitati succũbere:aliquid de ecclesia illi preuid im⁹ annis singulis consulẽdum. Quia ergo vestre sanctitati se summopere petijt cõmendari: prouidendũ vobis pro vestra mercede est:vt (sicut diximus) vestris in omnib⁹ solatijs fulciatur.

¶ Gregorius Presbyteris/diaconib⁹ ⁊ clero/nobilib⁹ ac populo Jadere consistentibus ⁊ militibus:qui maximo preuaricatori cõmunicauerant. Capitulũ.cxlviij.

epi.xlviij. Peruenit ad me quosdã vestrũ ignorantia vel necessitate deceptos/his qui ab apostolice sede culpa (sicut nostis) exigẽte/cõmunione priuati sunt:cõmunicasse: quosdã vero se salubri discretione (protegente dño) suspẽdisse:et quantũ de constãtibus gaudeo/tantũ de deuiantib⁹ ingemisco: quoniam sacre cõmunionis mysteria:que ad absolutionẽ vobis diuina pietate concessa sunt:in detrimentũ magis sue anime p̃ceperunt. Et q̃ sicut vobis omnipotẽs deus vehemẽter innotescat/charitati vestre medullit⁹ ⁊ ex toto corde cõpatior:paterno affectu obtestor atq̃ suadeo:vt ab illicita cõmuniõe se quisq̃ suspẽdat:⁊ quos apostolica sedes in cõmunionis sue cõsortiũ nõ recipit/omnino refugiat: ne inde reus ante conspectum eterni iudicis vnde poterat saluari cõsistat. Comperi autẽ q̃ quidã peruerse mẽ-

M tis homines illic insinuare conati sunt:q̃ ego cõtra maximum quodã odio mouear:et non ea que canonica/sed ea potius que furoris sunt/exequi cõcupiscam. Sed absit hoc/absit a sacerdotali animo:vt i qualibet causa priuato zelo moueatur. Ego vero populo in illis partibus consistenti/ac mee anime pricidẽs:⁊ omnipotẽtis dei iudicium pertimescens:causas eiusdẽ maximi exquiri volo:cũ omni sinceritate reuelãte dño quod est canonicũ definiri. Cui quoniã frequẽter scripsimus/vt non prius sacra missarũ solẽnia celebraret/q̃ causam potuissemus agnoscere:alioquin esset cõmunione priuat⁹: et hoc iam superbie ipsius culpa in aperto monstratur:q̃ sepius (sicut dixi) admonitus vt ad nos veniret/diuersis excusationib⁹ renititur/refugit/metuit. Unde ergo trepidat/ si eũ de his que dicta sunt/cõscientia non accusat? Hoc ergo cognoscẽtes / postq̃ vobis nullam de ignorãtia excusationem assumere potestis: rogo/hortor/⁊ moneo:vt a phibite vos cõmunionis cõsortio per omnia suspẽdatis:ne cuiq̃ sacerdoti suprascripto Maximo cõmunicãti/contra animã suã quisq̃ vestrũ cõmunicare presumat. Qz tamẽ audio (sicut prefatus sum) quosdã vestrũ ignorantia lapsos:quosdã etiam ad cõmunicandũ violenter esse oppressos:oĩpotentẽ dñm deprecor/vt ⁊ eos qui huic prauitati minime cõsenserũt/perpetua gratie sue protectione custodiat:⁊ optata eis largitate respõdeat. Et illos quos aut studium/aut ignorantia/aut alia quelibet causa traxit in culpã / ab omni reatu peccatorũ/atq̃ ab omnib⁹ vinculis aliene obligationis absoluat in omnibus:qui ⁊ in presenti vita protectionis sue gratiã tribuat: et nos de vobis in eterna patria gaudere concedat. Ut

cã.xj.q.iij. Rogo.

A igitur hec vobis intercessio apud deū saluatorē nostrū proficiat: adhortantibus nostris/pro anime vestre salute obedientiam exhibeter: ab illis sacram cōmunionem percipite: quos se antedicti Maximi communione abstinuisse vel abstinere cognoscitis.

Gregorius Urbico abbati monasterij hermetis: qđ in panormo situm est. De agathone suscipiendo.

Capitulum.cxlix.

Epl.xlix.

Quisquis diuina inspiratione compunctus/relictis seculi huius actionibus/ad deum cōuerti festinat: ita cū charitate suscipiendus est: et blandis per omnia cōsolationibus refouendus: vt in eo quā elegit (deo adiuuante) delectetur modis omnibus cōuersatione persistere. Quia igitur Agatho presentium lator in monasterio dilectionis tue cōuerti desiderat: hortamur vt cū omni eū dulcedine ac deuotione suscipias: atq ad eternā vitā eius desiderium continua adhortatione succendas: et circa anime ipsius salutē diligēter studeas esse sollicitus: quatenus dū in dei nostri seruitio (te admonēte) deuota mēte persisterit/e illi proisse seculum reliquisse: et tibi eius cōuersio proficiat ad mercedē. Quē tamen ita suscipiendū esse cognosce: si et vxor ipsius similiter cōuerti voluerit. Nam dū viri vtrorumq corpus cōiugij copulatione sit factum/incongruū est partem conuerti: et partem in seculo remanere.

Cā.xxvij. q.ij. Agatho.

Gregorius Palladio episcopo Sanctonis. De reliquijs apostolorum Petri et Pauli suscipiendis.

B

Capitulum.cl.

Epla.l.

Veniens lator presentiū Leupericus presbyter vester insinuauit nobis fraternitatem vestrā ecclesiam in honore beati Petri et Pauli apostolorum/necnon Laurentij atq Pancratij martyrum cōstruxisse: atq illic tredecim altaria collocasse: ex quibus quattuor necdū dedicata comperimus remansisse: ob hoc q superscriptorū sanctorum reliquias illic collocare deo annuente disponitis. Et qr reliquias sanctorum Petri et Pauli: necnon Laurētij atq Pancratij martyrū cū veneratiōe prebuimus: hortamur vt eas cū reuerētia suscipere et collocare (auxiliāte dño) debeatis. Prouisuri ante omnia/vt seruientibus ibidem non debeant alimoniarum deesse suffragia.

Gregorius Brunichyldi regine Francorum. De reliquijs apostolorū Petri et Pauli. Capitulum.clj.

Epla.lj.

Epistolarū vestrarū series: que religiosum animum et pie mētis studium cōtinebat: nō solum voluntatis vestre fecit nos laudare propositū: sed etiam libēter insinuatis postulata cōcedere. Nec enī nos negare decuit: qđ christiana deuotio et recti cordis desiderium flagitabat: presertim cū illa postulari et tota amplecti mēte cognouimus: que credentium fidē valde protegere: et animarū salutē operari nihilominus potuerunt ac seruare. Atq ideo congruo honore vestrā excellentiam salutātes/indicamus latorē presentium Leuparicū: quē vos esse presbyterū scripsistis: per quem eloquia vestrarū suscepimus litterarum: reliquias nos beatorū apostolorū Petri et Pauli: iuxta excellentie vestre petitionē cū ea veneratione qua dignū est prebuisse. Sed vt

C

a vobis magis magisq laudabilis et religiosa possit clarere deuotio: prouidēdū vobis est/vt sanctorū beneficia cū reuerentia et debito honore condantur. Et seruientes ibidē nullis oneribus nullisq molestijs affligātur: ne forsitan necessitate exterius imminēti/in dei seruitio inueniantur segnesq reddātur: et iniuriam (qđ absit) neglectaq beneficia sanctorum collata sustineant. Quieti ergo eorum excellentia vestra prospiciat: quatenus dum vestro beneficio liberi ab omni fuerint inquietudine custodiri: et illi deo nostro secura mente laudes exsoluant: et vobis in eterna vita merces accrescat.

Gregorius Pelagio de turinis et Sereno de Massilia episcopis galliarum a partibus. Commendat Augustinum. Capitulum.clij.

Epla.lij.

Licet apud sacerdotes habentes deo placitā charitatē/religiosi viri nullius cōmendationis indigeant: qr tamen aptū scribēdi tēpus ingessit/fraternitati vestre nos trāsmittere scripta curauimus: insinuantes latorē presentium Augustinū seruū dei: de cuius certi sumus studio: cū alijs seruis dei illuc nos pro vtilitate animarum (auxiliante dño) direxisse. Quem necesse est vt sacerdotali studio sanctitas vestra adiuuare: et sua ei solatia prebere festinet. Cui etiam vt promptiores ad suffragādum possitis existere/causam vobis iniungimus subtiliter indicare: scientes q ea cognita/tota vos propter deum deuotione ad solatiādum (qr res exigit) cōmodetis. Candidū preterea presbyterum cōmunem filiū quē ad gubernationē patrimonioli ecclesie nostre transmisimus/charitati vestre in omnibus commendamus.

D

Gregorius Uirgilio episcopo arelaten. metropol. gallie. Augustinum episcopum et candidum cōmendat.

Capitulum.cliij.

Epla.liij.

Quāuis fraternitatē vestram bonis esse intentam operibus: et sponte se in causis exhibere deo placitis confidamus: verūtamen vtile esse fraternitatē vos alloqui veritate credimus: vt solatia que vos viro decet impendere nostris quoq prouocati epistolis augeatis. Atq ideo indicamus sanctitati vestre Augustinū seruū dei presentium portitorē: cuius zelum et studium bene nobis est cognitū/cū alijs seruis dei pro animarū nos illuc cōpēdio transmisisse: sicut ipse vobis coram positus poterit indicare. In qua re oratione vos eum et auxilijs adiuuare necesse est: atq vbi opus exegerit/solatiorū vestrorū ei prebere suffragia: et paterna ac sacerdotali illum consolatione (sicut conuenit) refouere: quatenus dū sanctitatis vestre fuerit solamina consecutus/siquid deo nostro lucrifacere (sicut optamus) valuerit: et vos possitis pariter mercedē acquirere: qui ad bona opera suffragij vestri deuote copiā ministratis. Candidū autē presbyterū cōmunē filium/et patrimoniolum ecclesie nostre fraternitas vestra (quippe vt vnanimis nobis) studeat habere cōmendatū: vt aliquid inde pauperum alimonijs sanctitate vestra valeat adiuuāte proficere. Quia igitur patrimoniolū ipsum per annos plurimos predecessor vester tenuit: et collectas apud se pensiones seruauit: fraternitas vestra cuius sint res vel cui erogētur consideret: atq eas anime sue respectu suprascripto filio nostro Candido presbytero nobis restituat dirigendas. Nam valde est execrabile: vt quod a regibus gentium seruatū est: ab episcopis dicatur ablatum.

E

Gregorius Desiderio Uienensi et Siagrio Augustino episcopis gallie a partibus. Augustinum cōmendat.

Capitulum.cliiij.

Epla.liiij.

De fraternitatis vestre sincera charitate bene confidimus: q amore beati Petri apostolorum principis hominibus nostris vestra deuota solatia cōmodetis: presertim dum cause qualitas exigat: vos etiā sponte cōcurrere: et laborare magis oportere. Indicamus itaq sanctitati vestre Augustinū seruū dei presentium portitorē: cuius zelus et studiū bene nobis est cognitū: cū alijs seruis dei pro animarū illic causa (disponēte dño) direxisse: cuius relatione quid sibi iniunctum sit: subtiliter agnoscens fraternitas vestra et modis omnibus in quibus causa popocerit/impēdat solatia: vt boni operis adiutores (sicut decet et conuenit) possitis existere. Ita ergo fraternitas vestra in hac re se deuotam studeat demonstrare: vt bona que de vobis opinione narrāte didicimus: vera esse opere comprobemus. Dilectum vero cōmunem filium Candidū: cui patrimoniolū ecclesie nostre cōmisimus in illis partibus constitutū/vobis per omnia commendamus.

F

Gregorius Protasio episcopo de aquis gallie. Et Uirgilio episcopo de pensionibus ecclesie iniunxit.

Capitulum.clv.

Epla.lv.

Quantus in vobis beati Petri apostolorū principis amor excellat: non solū officij vestri prerogatiua/sed etiam deuotio quā circa vtilitates ecclesie ipsius geritis patefecit. Quā qr Augustino seruo dei presentiū latore cognouimus referente/de affectu et veritatis studio qđ in vobis est/valde cōgaudemus: et gratias agimus: qr etsi corpore absentes: mente tamē et animo nobiscū vos esse monstratis: quippe erga quos charitatē fraternā (vt conuenit) exhibetis. Ut igit bona que de vobis predicauit opinio/verū possit veritas confirmare: Uirgilio fratri et coepiscopo nostro dicite: vt pēsiones quas predecessor eius per annos plurimos de patrimoniolo nostro percepit/et apud se retinuit: ad nos (qr pauperū res sunt) studeat destinare. Qui si forte aliq se

G modo (quod non credimus) excusare voluerit / vos qui
veritatem ipsam subtilius nostis: reuera qui in ecclesia
ipsa tēpore illo curam vicedñi gerebatis: qualiter se ha-
beat causa differētie: z ne res sancti Petri z pauperū ei⁹
apud se retinere debeat / admonete. Sed et si fortassis ho-
minibus nostris necessarium fuerit / vestrū in causa testi
monium non negate: vt tam pro veritatis q̄ pro volun-
tatis vestre deuotione beatus Petrus apostolus: cuius
amore hec facitis: sua vobis et hic z in futura vita inter
cessione respōdeat. Candidū presbyterū cōmunē filium
cui patrimoniolum ipsum cōmisimus: sanctitati vestre
magnopere cōmendamus.

¶ Gregorius Stephano abbati a gallijs. Ut sollicit⁹
sit circa congregationē sibi cōmissam. Capitm. clvi.

Epla. lvj. L Ectos nos relatio Augustini serui dei presen-
tium portitoris effecit / q dilectionē tuam (vt
oportet) vigilantē esse narrauit: denics z pre-
sbyteros et diacones / cunctāq̄ cōgregatione vnanimes
viuere ac concordes affirmat. Et quoniam prepositorū
bonitas / subiectorū salubris est regula: omnipotentē do
minum deprecamur: vt in bonis te semper operibus gra
tia sue pietatis accendat: z cōmissos tibi ab omni diabo
lice fraudis temptatione custodiat: et tecū cū charitate et
placita sibi viuere conuersatione concedat. Quia vero
humani generis inimicus insidiari nostris actibus non
H quiescit: sed assidua calliditate hoc nititur: vt deo seruien-
tes animas in qualibet parte decipiat: ideo dilectissime
fili hortamur / vt sollicitudinē tuam vigilāter exerceas:
et ita commissos tibi oratione et cura prouidenti custo-
dias: vt lupus circuiens nullam dilaniandi occasionem
inueniat: quatenus dum deo nostro incolumes quorum
suscepisti curam reddideris: z premia labori tuo gratia
sua respondeat: et tibi eterne vite desideria multiplicet.
Cocleares vero et circulos quos direxisti / suscepimus:
z charitati tue gratias agimus: quia qualiter pauperes
diliges ostēdisti: qui ad vsus eorum que sunt necessariu
transmisisti.

¶ Gregorius Arigio patritio de gallia. Augustinum
episcopum et Candidum presbyterum commendat.
Capitulum. clvij.

Epla. lvij Q Uanta in vobis bonitas / quātaq̄ mansuetu-
do cū Christo placita charitate resplendeat:
latore presentiū Augustino seruo dei referēte
comperimus atq̄ omnipotēti deo gratias agimus: qui
hec vobis pietatis sue dona concessit: per que inter ho-
mines valde laudabiles / et ante conspectū ipsius (quod
est veraciter vtile) gloriosi possitis existere. Oramus er
go omnipotentē dñm / vt hec in vobis que cōcessit dona
I multiplicet: z sua vos cū omnibus vestris protectiōe cu
stodiat: z ita actionē glorie vestre in hoc seculo disponat:
vt z hic vobis z in futura gloria (quod magis optādum
est) vita proficiat. Salutātes itaq̄ gloriam vestram pa-
terna dulcedine petim⁹ / vt lator presentium / et serui dei
qui cū eo sunt: vestra in quibus necesse fuerit / solatia cō-
sequātur: quatenus dum vestrū fauorē inuenerit / iniun-
cta sibi melius (adiuuāte dño) valeat adimplere. Preter-
ea filiū nostrū Candidū presbyterū quē ad gubernatio-
nem patrimonij ecclesie nostre qd illic est trāsmisimus:
vobis per oīa cōmēdamus: confidētes a deo nostro vos
mercedis vicem recipere: si rebus pauperum solatia sue
gloria vestra deuota mente prestiterit.

¶ Gregorius Theodorico z Theodeberto regib⁹ fran
corum. De Augustino seruo dei. Capitulum. clviij.

Epl. lviij. P Ostq̄ deus omnipotens regnū vestrū fidei re
ctitudine decorauit: z integritate xp̄iane reli-
gionis inter gentes alias fecit esse conspicuū:
magnam de vobis materiam presumēdi concepimus: q
subiectos vestros ad eam cōuerti fidē per omnia cupia-
tis: in qua eorū nempe reges estis z dñi. Atq̄ ideo perue-
nit ad nos Anglorū gentē ad fidem christianā deo mise-
rante desiderāter velle cōuerti: sed sacerdotes suos e vi
cino negligere: z desideria eorū cessare sua adhortatione
succendere. Ob hoc igitur Augustinū seruum dei presen
tium portitorē (cuius zelus z studium bene nobis est co
gnitum) cū alijs seruis dei prouidimus illuc dirigendū.
Quibus etiam iniunximus vt aliquos secū e vicino de-
beant presbyteros ducere: cū quibus eorū possint mētes
agnoscere / z voluntatē admonitione sua (quātum deus
donauerit) adiuuare. ¶ In qua re vt efficaces valeant K
atq̄ idonei apparere: excellentiā vestrā paterna salutan
tes charitate quesumus: vt hi quos direximus / fauoris
vestri inuenire gratiā mereantur. Et qz animarū causa
est: vestra eos potestas tueatur z adiuuet: vt deus omni
potens qui vos in causa sua deuota mente z toto studio
solatiari cognoscit: causas vestras sua protectione dispo-
nat: z post terrenā potestatē ad celestia vos regna perdu
cat. Preterea dilectissimū filium nostrū Candidum pre
sbyterum / et patrimoniolum ecclesie nostre / quod i illis
partibus est constitutū: vt cōmendatū excellētia vestra
habere debeat postulamus: quaten⁹ beatus Petr⁹ apo-
stolorum princeps sua vobis intercessione respondeat:
qui mercedis intuitu / tuitionē in rebus pauperum ei⁹
impenditis.

¶ Gregorius Brunichilde regine Francorū. De cōuer
sione Anglorum z Augustino. Capitulū. clix.

E Xcellentie vestre xp̄ianitas ita nobis veraci- Epla. lix.
ter olim innotuit / vt de bonitate eius nullaten⁹
dubitemus: sed magis certū modis omnibus
teneamus: quia in causa fidei deuote z studiose occurrat:
et religiose sinceritati sua solatia copiosissime subminis-
stret. Ex qua re bene confidētes paterna charitate salu-
tantes indicamus ad nos peruenisse / anglorū gētem deo
annuente velle fieri xp̄ianam: sed sacerdotes qui in vici-
no sūt / pastoralē erga eos sollicitudinē nō habere. Quo-
rum ne anime in eterna dānatione valeant deperire: cu- L
re nobis fuit presentium portitorē Augustinū seruū dei /
cuius zelus z studium bene nobis est cognitū / cum alijs
seruis dei illuc dirigere: vt per eos potuissem⁹ ipsorum
voluntates addiscere: z de eorū cōuersione vobis quoq̄
annitētibus inquantū est possibile cogitare. Quib⁹ etiā
iniunximus / vt ad agenda hec e vicino secū debeāt pre-
sbyteros ducere. Excellentia ergo vestra: que prona in
bonis cōsueuit esse operibus: tam pro nostra petitione /
q̄ etiā diuini timoris cōsideratiōe / eū dignet in omnib⁹
habere cōmēdatum: atq̄ ei tuitionis sue gratiā vehemē
ter impēdat: z labori eius patrocinij sui ferat auxilium:
z vt plenissime possit habere mercedē / ad suprascriptam
Anglorū gētem sua tuitione securū iter prouideat: qua-
tenus deus noster qui in hoc seculo vos bonis sibi placi
tis decorauit / hic et in eterna requie cū suis vos sanctis
faciat gratulari. Preterea dilectū filium nostrū Candi
dum presbyterū et patrimoniolū ecclesie nostre quod il-
lic constitutū est: vestre xp̄ianitati cōmendātes / petim⁹
vt tuitionis vestre gratiam in omnibus consequatur.

¶ Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino. De lau
de charitatis / z persecutione longobardorū. Capitm. clx.

M Ater z custos bonorū omnium charitas / que Epla. lx.
multorū corda vniendo cōstringit: absentem
nō estimat eū quē oculis mētis habet presentē. M
In huius ergo radice cū frater charissime tenemur: ni
hil sibi in nobis corporalis absentia / nihil poterit regio-
num vendicare longinquitas: quippe qz scitis longe a nobis
non sumus: qui vnū sumus. Hoc autē esse nobis cū cete-
ris fratribus commune semp optamus. Est tamē aliqd
quod nos erga alexandrinā ecclesiam quadā peculiari-
tate constringit: et in eius amore promptiores existere spe-
ciali quodāmodo lege compellit. Nam sicut omnib⁹ li-
quet / qz beat⁹ euāgelista Marcus sancto Petro aposto
lo magistro suo Alexādriam sit transmissus: huius nos
magistri z discipuli vnitate constringimur: vt z ego sedi
discipuli presidere videar propter magistrū: et vos sedi
magistri propter discipulum. ¶ Ad hāc autē vnitatem
cordium etiā vestre sanctitatis meritis ligamur: quos
auctoris sui salubriter sequi instituta cognoscim⁹: z sem
per ad magistri sui gremium vnde illi predicatio salu-
tis exorta est / tota se conferre deuotione sentimus. Atq̄
ideo sanctitatis vestre susceptis apicibus: quātū cor no-
strum de fraterna visitatione gauisum est: tantū de indi-
ctis que significastis oneribus mestitia premitur: et fra
terna compassione vobiscum gemimus qd doletis. Sed
qz in diuersis se tēdit vbi cōcussio / et communi necessitate
minus est de propriis dolēdum: sed studēdum magis est
vt patienter tolerando vincamus: quod omnino deuita
re non possumus. Quāta autē nos a longobardorū gla-
dijs in quotidiana nostrorū ciuiū depredatione vel de
truncatione atq̄ interitu patimur / narrare recusamus: ne

B dum dolores nostros loquimur/ex compassione quã nobis impenditis/vestros augeamus. Preterea ante aliquãtum temporis cõmuni filio Sabiniano diacono responsis ecclesie in vrbe regia facienti/scripta nostra trãsmisimus: q̃ vestre fraternitati debuisset dirigere. Que si suscepistis/miramur cur nobis ad ea minime respondistis. Et ideo quia cauẽdum est ne cuiuslibet superbia scandalum ecclesijs introducat: necesse est vt eadem scripta subtiliter relegentes: omni studio et tota intentione que ad honorẽ vestrũ et pacem ecclesie pertinẽt/cõseruetis. Omnipotẽs aũt deus qui pietatis sue gratia sacerdotalem vobis animũ et charitatẽ contulit: in suo vos seruitio protegat/atq̃ ab omni aduersitate interi⁹ exteriusq̃ custodiat: et cõuerti ad se errantium animas vestra propitius predicatione concedat. Latorem autẽ presentiũ Isidorum diaconẽ cõmunem filium cũ ea qua oportuit charitate suscepimus: benedictionẽ vobis sancti Marci euangeliste deferentẽ. Et vos quidẽ bone vite merito resplendẽtes ea q̃ paradiso vicina sunt/bene olentia nobis ligna transmisistis. Nos vero quia videlicet peccatores sumus/ab occidẽte vobis ligna trãsmisimus: que construendis apta nauibus/nostre mẽtis tumultũ signãtia/in marinis semper fluctibus agitãtur: et quidẽ transmittere maiora voluim⁹/sed hec nauis ãgusta nõ recepit.

¶ Mense Augusto. Indictione.xiiij.

¶ Gregorius Gennadio patritio exarche africe. De Paulo episcopo. Capitulum.cixj.

Epla.lxj. B

Excellẽtiam vestrã non ambigimus reminisci: quia ante bienniũ pro Paulo fratre et coepiscopo nostro scripsim⁹: vt ei ad nos venire desiderãti/dignitatis vestre suffragia preberetis: ob hoc q̃ a donatistis insecutionis dicebat molestiã sustinere: quatenus postq̃ vbi contra eos nunciatũ est habere subsidiũ non posse: cognita veritate/fraterna ei cõpassiõe potuissemus ferre consilium: et salubri dispositione quid cõtra pestifere presumptionis insaniam debuisset fieri/tractaremus. Et quantũ nobis predictus frater innotuit/nõ solum nullum meruit cuiusq̃ habere solatiũ/sed ne minime ad romanã potuisset vrbẽ accedere/diuerso est impedimento prohibit⁹. Cui tamẽ dũ vestrã relegi fecissem⁹ epistolam: respõdit se nõ quorũdam odio qui donatistas prohibebat laborare: sed magis pro defensione catholice fidei multorũ perhibet ingratitudines sustinere: multaq̃ alia retulit: que quoniam aptũ dicẽdi tẽpus nõ existit/silentio reticere preuidimus. ¶ Quia ergo non de rebus terrenis/sed de animarũ salute tractatur: et vestra atq̃ illius diuersa existit assertio: nihil indiscussa veritate subtiliter respõdere potuimus: quia tẽpore quo excellentie vestre scripta suscepimus/corporis egritudine tenebamur. Sed dũ nos omnipotens deus si ei placuerit/pristine saluti reddiderit/veritatẽ diligẽti (vt possum⁹) inquisitione rimabimur. Et si in ea que voluerimus ad:

C discere: ita causam deo miserãte disponemus: vt animarum quarũ vos cure pro vestra mercede studere dignamini: salus non solũ que ab errantibus iam amissa est reparetur/sed etiã que nostre fidei cultrix est/redẽptoris nostri gratia disponente seruet. De suprascripto autem episcopo: quẽ communione priuatũ esse asseritis: valde mirati sumus: cur nobis hoc non primatis eius/sed excellentie vestre epistola indicauit.

¶ Gregori⁹ Dominico episcopo Carthaginis. De laude charitatis: et cura pastorali. Capitulum.cixij.

Epla.lxij.

Ere mirabilis charitatis virt⁹ est dilecte frater/que aduẽtu superne gratie postq̃ spiritualis iclinauit ad infima: postq̃ ipsum sibimet vnũquemq̃ carnalibus illecebris discordãtẽ pacauit hominu⁹ ita in humanis se dilatauit mẽtibus/vt sublimia inclinaret: humilia sublimaret: pacaret discordãtia: feroces mansueta faceret: dissociata conglutinaret: scissa sarciret: diuisas tot aquarũ terrarũq̃ spatijs climatũq̃ diuersitatibus hominũ nationes compaginatas ad vnam mentib⁹ sue vinculo suauitatis adstringeret. Huius amplitudinis preconia quando humane infirmitatis exponere lingua sufficiat: Cui⁹ autẽ laus in celis pfecta est: in terris vero forma eius ostendenda potius est q̃ dicenda: vt qualis quãtaq̃ sit: postq̃ ore nostro plene non potest: ex nostre magis compassione monstretur. ¶ Quam et si vtcũq̃ laudamus ore/simul necesse est vt fateamur

manu: ne si laudatori eius tantũ est quisq̃ et non factor/ sentẽtiam sibi magis exacuat: quia in conspectu iudicis hoc fauoribus exaggerat quod omisit. Hanc nos licet locorum interuallis disiuncti/atq̃ corpore longe a vobis positi/auxiliante dei potẽtia erga vos studiosissime conseruemus: hanc vos non solũ circa nos: sed erga fratres filiosq̃ vestros paternis/fraternisq̃ oportet visceribus exhibere. Nã quomodo hoc non sit studiosissime faciendum: quãdo eius non tam in fratrũ/filiorũq̃ est/q̃ in inimicorum quoq̃ dilectiõe perfectio? Quãobrem charissime nos quos pastoralis cure cõstringit officium/diligamus fratres. Ipsos quoq̃ aduersarios nostros propter mandatum dñi cũ nostro circa nos copulemus affectu. Pacem sequamur cũ omnib⁹ et sanctimoniam: sine qua nemo videbit deum. In pijs versemur operibus: virtutibus polleamus: fulgeat in nostro pectore rationale iudicij cum superhumeralis actione coniunctum. Ita in dei conspectu procedamus: atq̃ totius israel. Huiusmodi cõmisso nobis gregi prebeamus exẽpla: vt videãt nostra opera bona: et glorificent patrem nostrũ qui in celis est. Sit in lingua sermo: sit zeli feruor in animo: vt vere de illorum dicamur numero de quibus legit: Apparuerũt

D

Act.ij.

illis dispertite lingue sicut ignis: seditq̃ supra singulos eorũ. Vere eni in nobis ignee lingue residẽt/si in fraterna filiorũq̃ exhortatione diuini feruore spiritus accendamur. Creditũ nobis agrũ dñicum exerceamus. Dum

E licet/seminemus in timore dñi: tẽpus est/bonũ facientes non deficiamus. Tempore enim suo metemus non deficientes. Simus de illis de quibus psalmista dicit: Euntes ibant et flebant/mittẽtes semina sua. Ad cui⁹ rei fructum nos prouocãs subdidit: Venientes autem venient cum exultatione/portantes manipulos suos. Vigilem⁹ itaq̃: et relinquẽtes terrena negocia/celestib⁹ anhelemus. Ea que retro sunt obliuiscẽtes: in his que ante sunt/nosmetipsos enixius extendamus. Mẽs nostra seculari varietate non diffluat: sed tota in vnũ currat atq̃ confluat flumen: quẽ mira suauitate Dauid respexerat/cũ dicebat: Vnam petij a dño: hanc requirã: vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite mee. Hoc amore liquefiant boni corda rectoris. In his se mens tota suspẽdat. Dũ adhuc in terris sumus positi/frequẽs a nobis lachrymarũ imber in celo cõpũctionis nube fructificet. Tunc enim bene atq̃ vere dilecte mi frater ad proximorũ dilectionem descẽdimus/si in dilectione dei ex toto corde/ex tota anima et mẽte atq̃ ex totis virib⁹ persistimus. Xenia vero tẽporalia a vobis directa licet nos talib⁹ nõ egeamus: tamẽ cum debita charitate suscepimus. Egemus autẽ debita charitate atq̃ cõmissi vobis regiminis sollicitudine gratulari. Multo enim nobis hec dulcissima fiunt: cum sacerdotũ mentes pie conuersationis fuerint suauitate condite.

Ps.cxxv.

Ibidem.

Ps.xxvj.

¶ Gregori⁹ Mauricio Tiberio Augusto episcopo. De donatistis/et episcopis ad eũ trãsmissis. Capitulum.cixiij.

Epl.lxiij. F

Nter armorũ curas et innumeras sollicitudines: quas indefesso studio pro christiane reipublice regimine sustinetis: magna mihi cum vniuerso mũdo letitie causa est/q̃ pietas vestra custodie fidei: qua dñorum fulget imperiũ: precipua sollicitudine semper inuigilat. Vnde omnino cõfido quia sicut vos dei causas religiose mẽtis amore tuemini/ita deus vestras maiestatis sue gratia tuetur et adiuuat. Qualiter autem pietatis vestre serenitas contra donatistarũ flagitiosissimã prauitatẽ cõsideratiõe iustitie et sincerissime religionis zelo cõmota sit: directarũ lucidissime tenor insinuauit iussionũ. Sed venientes viri reuerẽtissimi ex aphricana prouincia episcopi: asserũt ita esse incauta dissimulatione postpositas/vt nec dei illic iudiciũ haberet in metu: nec principales hactenus iussiones sortirẽtur effectum. Hoc etiam subiungẽtes/quia in prefata prouincia donatistarum premijs preualentib⁹ fides catholica publice venundetur. ¶ At cõtra gloriosus vir Gennadius de vnorũ mihi similis questus est: qui talia querebatur. Cui etiã duo alij in re eadem testimoniũ ferebant. Sed quia in causa ipsa secularis iudicis intereat: eosdem episcopos ad pietatis vestre existimaui esse vestigia dirigẽdos: vt per semetipsos serenissimis auribus suggerent: que se ferentur pro fide catholica ptulisse. Eapropter obsecro vt dñorum christianitas pro salute anime/et vita piissime for

G bolis: sua eos quos tales esse cognoscit/districta vlcisci
iussione precipiat: et ruinam pereuntium ereptionis ma-
nu suspendat: atq; insanis mentibus correptionis medi
cinam adhibeat: et errorum ab eis morbos expellat: qua
tenus dñi pie prouisionis vestre remedio/pestifere praui
tatis fuerit caligo depulsa/et vera illic fides radios sue
serenitatis asperserit: celestis vos ante redemptoris sui
oculos triũphus expectet: qr quos exterius ab hoste de-
fendistis: etiam interius a diabolice fraudis veneno (qđ
est gloriosius) liberatis.

℄ Gregorius Athanasio presbytero de Isauria. De cõ-
demnatione heretica. Capitulum. clxiiij.

Epi. lxiiij

SIcut de eis quos ab vnitate ecclesie heretice
prauitatis error abscidit/ affligimur et dolem⁹:
ita his quos intra sinũ suũ catholice fidei pro-
fessio continet/cõgaudemus. Et vt pastorali sollicitudi
ne illorum nos oportet impietatib⁹ obuiare: sic pijs eo-
rum professionib⁹ congruit fauorẽ impendere: et sincera
esse que sapiunt declarare. Atq; ideo dũ tibi Athanasio
presbytero monasterij sancti mile: cui est vocabulũ tan-
naco: quod in Lycaonia est prouincia cõstitutum: cõtra-
ria integre fidei fuisset orta suspitio: vt professionis tue
potuisset integritas apparere: ad apostolicam sedem cui
presidem⁹/elegisti recurrere: asserẽs etiã te corporaliter
verberatũ aliquã iniuste ac violenter fecisse. ℄ Et quõ
ea que vi impulsionis fiunt: canonum minime cẽsura re-
cipiat: et iure habeantur infirma: qr ipse ea dissoluit qui
B iniustum fateri compellit: sed magis illa suscipienda est
et amplectenda confessio: que ex spõtanea volũtate mon
stratur procedere: sicut apud nos fecisse dignosceris: ne
quid tamen nobis ambiguũ potuisset existere: sanctissi-
mo Joanni quondã fratri et coepiscopo nostro Cõstan-
tinopolitane ciuitatis antistiti/de te presidim⁹ scriben
dũ: vt suis nos quid actũ esset epistolis informaret. Qui
sepe a nobis admonitus / rescribens innotuit codicem
apud te fuisse inuentũ: in quo plurima cõtinebãtur here
tica: et ob hoc se aduersus dilectionẽ tuã fuisse cõmotũ.
Quem qr ad nos studuit pro satisfactione transmittere/
priores eius partes sollicita lectione percurrimus. Et
quoniam manifesta in eo heretice prauitatis venena re-
perimus: ne denuo debuisset legi/vetuim⁹. ℄ Sed quia
hunc te simpliciter testatus es legisse: et ad amputãdam
ambigue suspitionis materiam libellũ nobis manu tua
porrexisti per scriptũ: in quo fidem tuam exponens/oẽs
generaliter hereses: vel quicquid aduersus catholice fi-
dei vel professionis integritatẽ est: apertissime condẽna-
sti: et cuncta que sancte quattuor vniuersales synodi reci
piunt/te semper recepisse ac recipere: et que cõdẽnant/cõ
dẽnasse/condẽnareq; professus es: eam quoq; synodum
que iustiniani tẽporibus de tribus capitulis facta est: et
suscipere et custodire promisisti: et prohibitus a nobis co
dicem ipsum legere: in quo pestifere fraudis virus inne-
xum est libentissime consensisti: reprobans etiam atq; cõ
F dẽnans ea omnia que contra catholice fidei integritatẽ
in eo dicta vel latenter inserta sunt: nec eum te legere de-
nuo promisisti: hac ratione permoti/postq̃ etiam ex pro
bata a te libelli pagina/fide tua nobis catholica deo
custodiẽte perclaruit: ab omni te heretice peruersitatis
macula: iuxta professionẽ tuam liberũ esse decernimus:
atq; catholicum: et sincere fidei in omnibus professorem
atq; sequacem/Christi Jesu saluatoris gratia claruisse
pronunciamus: liberam quoq; tribuimus licentiam ad
tuum monasterium in tuo te loco vel ordine nihilomin⁹
remeare. De hoc quoq; et dilecto fratri nostro Constan-
tinopolitane ciuitatis antistiti: qui in supradicti sancti
Joannis loco ordinat⁹ est: nostra volumus scripta trãs-
mittere. Sed quia consuetudo nõ est vt prius q̃ ad nos
eius synodica deferãtur/debeamus scribere: idcirco di
stulimus. Sed postea ei (hec dum impleta fuerint) indi-
cabimus.

℄ Explicit liber quintus sm computationẽ Gratiani.
℄ Expliciunt epistole Indictionis. xiiij.

Sequitur liber sextus.

℄ Incipiunt epistole beati Gregorij pape per
Indictionem quintamdecimam.

℄ Gregori⁹ Fortunato episcopo Neapolitano. De mu
liere quadam viro iungenda. Capitulum. clxv.

CUius rei causa cum
matre sua huc cõpulsa anno preterito
presentium venerit lator: fraternitas
vestra cautius nouit. Quam qr mari-
tus suus clericus vester ab hoc quod
de seruili fuerat cõditione pulsata: a
suo noscitur remouisse cõsortio: vosq;
hic positos asserũt promisisse: vt si liberã probare se ad-
iuuante dño valuisset: suo eã vos coniugi reformare: fra
ternitas vestra cognoscat: qr reuelante deo libertatis au
ctore approbata sit libera: nullaq; seruilis in ea macula
inuẽta. His igitur cognitis/sine mora aliqua suo p vos
eam volumus marito restitui: nec vlterius idem vir ei⁹
argumẽta sibi aliqua occasione exquirat: quib⁹ eã possit
abijcere. Nam si a vobis (qđ non credimus) minime fue
rit adimpletũ: eamq; recipere forte distulerit: vos illud
cognoscatis cum districta vindicta corrigere.

Epla. j. R Cã. xxix. q. ij. Cui⁹ rei causa.

℄ Gregorius Columbo episcopo Numidie. De Pau-
lo episcopo. Capitulum. clxvj.

Epla. ij.

EPistolam fraternitatis vestre harũ latore dia
cono vestro deferente suscepimus. In qua no-
bis de persona Pauli episcopi que apud vos
acta sunt/ indicastis. Quod tã sero factũ est/vt persone
ipsa hic iam valuisset minime reperiri. Nam et vir excel
lentissim⁹ filius noster Gẽnadius patritius suũ ad nos
pro causa eadẽ cancellariũ destinauit. Sed dũ fecissem⁹
inquiri: vtrũ cũ eo nobis corã positis vellet inire consili
cium: respondit ad hec se minime fuisse transmissum: sed
L solummodo tres quosdam huc de eius ecclesia deduxis-
se: qui cõtra eũ plurima dicere debuissent. Dũ ergo neq;
illum ad inferẽdas actiones paratum inuenimus: neq;
personarum illarum nos qualitas mouit: qr in accusa-
tione episcopi valuissent idonei reperiri: sepedicto Pau
lo episcopo ad vrbem se regiam relaxari debuisse preci-
bus petenti/ non potuimus cõtradictionis moras affer-
re: sed mox eũ sm petitionẽ suã cum alijs duobus secum
deductis episcopis ambulare permisimus. Si qua ergo
fuere que contra eũ dici rationabiliter poterant: mox eo
huc veniente vestra debuit (quod non fecit) fraternitas
cuncta subtiliter indicare. Ex enim multorũ vos inimi
citias ob hoc qr nostris vos frequẽtius visitamus episto
lis patienter gestis: dubium nõ est reuerẽdissime frater ho
nos prauorũ odia sustinere: diuinisq; intẽtos operibus
peruersorũ aduersitatibus lacerari. Sed quãto hec que
sunt praua circũstant/ tanto in cõmissi vobis cura regi-
minis debetis constantius occupari: circa gregis Chri-
sti inuigilare custodiam: quãtoq; iniquorum vos cõtra-
rietas premit/tanto alacriores/ac de promissa remune-
ratiõe certissimos / pastoralis sollicitudinis cura debet
accendere: quatenus pastori summo lucrum de iniuncto
M vobis opere valeatis offerre.

℄ Gregorius Gennadio patritio de aphrica. De Rufe-
rio et Anastasio. Capitulum. clxvij.

Epla. iij.

HIs qui se apud excellentiam vestrã nostris de
siderant epistolis cõmendari: securi de vestra
benignitate facimus quod petimur. Ruferi⁹
siquidem comes cũ alijs cõciuib⁹ suis a vobis (vt cogno-
uimus) ad aphricanã euocari prouinciã: petiuerũt scri-
ptorum nostrorũ suffragia sibi apud vos prodesse. Qua-
propter excellentiam vestrã paterno salutantes affectu:
petim⁹/vt eos in nullo a quoq; patiamini apud vestros
animos contra iustitiam pregrauari: sed sicut circa com
missos vobis pia discretione vos nouim⁹ inuigilare cau
telis: ita vt de his tranquille disponere inspirante vobis
dño debeatis: atq; de insule ipsius sollicit⁹ tractare cau
telis: ne si illuc exercit⁹ sine persona vtili/que hũc guber
nare valeat/et incauta dispositione transmittitur/adiu-
mentũ hostibus prebeatur. Qui autẽ Anastasium tribu-
num (quẽ illic excellentia vestra ordinauerat) bene fecisse
egisse/atq; in nulla lesione eũ asserũt miscuisse se. pricipiat
quem etiam nũc esse remotũ grauiter ferũt: precipiat ex
cellẽtia vestra illic eũ iterũ destinari/suisq; adhortatio-
nibus formari: vt qui de bona actione iam placuit: nul-
lius ad male agendũ suasionib⁹ incitetur: ne temporũ iu-
dicium quod ex bona administratione habere meruit:
deterius perdat (quod non optamus) agendo contra-
ris. Ita ergo petimus vt vestra excellentia faciat: qua-

B

Epistola.iiij.

tenus bonum vestrum quod testatur epistolica: etiam corporalis cognoscat.

¶ Gregorius Cyriaco episcopo Constantinopolitano De conseruanda pace sancte ecclesie. Capitulum.clxviij.

Dudum vos in vrbe regia responsa sedis apostolice sacerdotem bona vestre sanctitatis agnoui. Et quia vobis animarum nunc cura commissa est: valde gaudeo. Et quamuis indignus/omnipotentem dominum quibus valeo precibus exoro: vt in vobis suam gratiam semper augeat: vosque ad eternam patriam faciat animarum lucra congregare. Quia vero ad hoc opus ad quod producti estis/ infirmos vos esse dicitis: scimus quia prima virtus est cognitio infirmitatis: atque ex eo colligimus posse vos bene susceptum ministerium implere: quia vos videmus infirmitatem propriam ex humilitate cognoscere. Omnes enim infirmi sumus: sed ille est infirmior/qui suam considerare non valet infirmitatem. Vos vero beatissimi fratres ideo fortes estis: quia de fortitudine propria diffidentes/in omnipotentis dei virtute confiditis. Quantum vero mens mea charitati vestre ligata sit: verbis epistolaribus explere non possum. Sed oro vt omnipotens deus eandem que inter nos est charitatem/ex gratie sue dono multiplicet: omnemque occasionem scandali auferat: ne sancta ecclesia confessione vere fidei vnita/et coniunctia fidelium cordibus constipata: detrimentum aliquod (quod absit) sacerdotibus inter se discrepantibus sentiat. Quis ego in omne quod loquor: in omne quod superbis quorundam actibus contradico: ex dispensatione domini largitate charitatis intime custodiam nunquam relinquo: sed sic ea que sunt iustitie/foris exequor: vt ea que intus amoris et dilectionis sunt/minime postponam. Vos autem semper mihi amoris mei vicem reddite: et ea que pacis et dilectionis sunt/custodite: vt vnum in mente permanentes / quo nullam dissensionem inter nos intrare permittimus: eo obtinere que petimus/apud dominum ex ipsa melius cordium nostrorum vnitate valeamus. Preterea Joannem Chalcedonensem presbyterum et Athanasium Lycaonie sanctitati vestre commendo: vt nullus vobis contra eos falsidica locutione surrepat: quia eorum fidem subtiliter discussi: eosque rectos in suis confessionibus: que et scripto date sunt/inueni. Sancta autem trinitas sua vos manu protegat/et circa animarum custodiam semper vos vigilantes et sollicitos reddat: quatenus in eterna retributione valeatis non solum de vestro opere/ sed etiam de subiectorum vestrorum melioratione coronari.

¶ Gregorius Cyriaco episcopo Constantinopolitano. De custodienda charitate et vnitate sancte ecclesie: vbi etiam inserit multa testimonia valde vtilia sacre scripture. Capitulum.clxix.

Epistola.v.

Communes filios Georgium presbyterum et theodorum diaconem vestrum ea qua decuit charitate suscepimus: vosque ab ecclesiasticarum rerum cura ad animarum regimen venisse gaudemus: quia iuxta veritatis vocem: qui in modico fidelis est: et in magnis fidelis est. et bene ministranti seruo dicitur: Quia enim in pauca fidelis fuisti: supra multa te constituam. Cui etiam mox de eterna retributione subiungitur: Intra in gaudium domini tui. In scriptis autem vestris vos magnopere requiem quesisse narratis. Sed per hoc ad pastoralem sollicitudinem vos congrue venisse ostenditis: quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est: ita fugientibus offerendus est. Et sicut scriptum est: Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Et rursus idem predicator egregius dicit: Si vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt: et vnus pro omnibus mortuus est Christus: vt qui viuunt/iam non sibi viuant: sed ei qui pro eis mortuus est et resurrexit. Et pastori sancte ecclesie dicit: Simon Joannis amas me? Pasce oues meas. Ex quibus verbis colligitur: quia si is qui valet/omnipotentis dei oues renuit pascere/ostendit se pastorem summum minime amare. Si enim vnigenitus patris pro explenda vtilitate omnium/de secreto patris egressus est ad publicum nostrum: nos quid dicturi sumus/si secretum nostrum preponimus vtilitati proximorum? Quies itaque nobis ex corde appetenda est: et tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam sicut toto desiderio debemus occupationem fugere/ita si desit qui predicet/occupationis onus libenti necesse est animo subire. Quod et duorum prophetarum opere docemur: quorum vnus predicationis officium vitare conatus est: et alter appetiit. Nam mitteri se domino Hieremias respondit dicens. A/a/a/domine deus nescio loqui: quia puer ego sum. Et cum omnipotens deus personam ad predicandum quereret/dicens: Quem mittam/et quis ibit ex vobis? vltro se Esaias obtulit dicens. Ecce ego: mitte me. En ab vtrisque exterius diuersa vox prodiit: sed non a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt precepta charitatis: dei videlicet amor/et proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias officium predicationis appetiit: per contemplatiuam vero Hieremias amori conditoris sui sedulo inherere desiderans: ne mitti ad predicandum debeat/contradicit. Quod ergo laudabiliter vnus appetiit: hoc laudabiliter alter expauit. Iste ne tacite contemplationis lucra loquendo perderet. Ille ne damna studiosi operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtrisque est subtiliter intuendum: quia et is qui recusauit/plene non restitit: et is qui mitti voluit/ante se per altaris calculum purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quisque sacra ministeria audeat: aut quem superna gratia eligit/sub humilitatis specie superbe contradicat. ¶ Magno autem desiderio vos in epistolis vestris inuenio serenitatem mentis querere: et repulsa perturbatione/ad tranquillitatem cogitationis anhelare. Sed qua ratione ad hoc vestra fraternitas pertingere possit/ignoro. Qui enim regendam nauem suscipit/tanto amplius necesse est vigilet/quanto amplius littus relinquit: vt aliquando futuras procellas ex signo preuideat: aliquando venientes aut directo clauo si parue sint superet: aut si vehementer intumescunt/dato in obliquum latere declinet. et sepe solus vigilat/cum cuncti illi quibus nulla nauis cura commissa est/quiescunt. Quomodo autem suscepto pastorali onere habere serenitatem cogitationum potestis: cum scriptum sit: Ecce gigantes gemunt sub aquis? Juxta Joannis etenim vocem/aque populi sunt. Et gigantes sub aquis gemere est: quia quisquis in hoc mundo quasi quadam corporis mole/ordine potestatis excreuerit/tanto pondera maioris tribulationis sentit: quanto super se regendorum populorum curam susceperit. Sed si sancti spiritus virtus afflictam mentem afflauerit: protinus hoc quod israelitico populo corporaliter factum est/nobis spiritualiter contingit. Scriptum quippe est: Filij israel ambulauerunt per siccum per medium mare. Et per prophetam dominus pollicetur dicens: Cum transieris per aquas/tecum ero: et flumina non operient te. Illos enim flumina operiunt/quos actiones huius seculi mentis perturbatione confundunt. Nam qui sancti spiritus gratiam tenet in mente/transit aquas: et tamen fluminibus non operitur: quia etiam inter medias populorum turmas sic peragit gressus sui itineris: vt non submittat actionibus seculi caput mentis. Ego quoque qui indignus ad locum regiminis veni/infirmitatis mee conscius/secretiora loca petere aliquando decreueram: sed superna mihi iudicia aduersari conspiciens/iugo conditoris subdidi ceruicem cordis: hoc precipue perpendens: quia quelibet occulta loca sine dei gratia animam saluare non possunt. quod aliquando in ipsis quoque conspicimus erratibus electorum. Nam Loth in peruersa ciuitate iustus fuit: in monte peccauit. Sed ista cur dicimus/cum maiora nouerimus? ¶ Quid enim paradiso iocundius: quid celo securius: et tamen homo ex paradiso peccando/et angelus cecidit e celo. Illius ergo nobis virtus querenda est/ et gratia postulanda: sine quo nusquam absque periculo et culpa: cum quo nusquam sine iustitia esse non possumus. Curandum ergo est: vt perturbatio cogitationum non erumperet animum: nam repelli funditus nulla tenus potest. Quisquis enim est in loco regiminis/aliquando necesse est habeat etiam terrenas cogitare: et exteriorum quoque curam gerere: vt grex commissus valeat ad ea que sibi sunt explenda subsistere. Sed magnopere semper prouidendum est: ne hec eadem cura modum transeat: vt cum ad cor licenter admittitur/nimis excrescere non permittatur. Unde recte per Ezechielem prophetam dicitur: Sacerdotes caput suum non radant: neque comam suam nutrient: sed tondentes attondeant capita sua. Quid enim per significationem sunt capilli in capite/ nisi cogitationes in mente? qui dum super cerebrum insensibiliter oriuntur: curas vite presentis designant: que ex sensu negligenti quia importune aliquando prodeunt: quasi nobis non sentientibus procedunt. Quia igitur cuncti qui presunt/habere quidem sollicitudines exteriores debent: nec tamen eis vehementer incumbere:

Matth.xxv. — C.viij.q.j. in scriptis — Hebre.v. — ij.Cor.v. — Joan.xxj. — C — Hiere.j. — Esaie.vj. — E — Exod.xv. — Esa.xliij. — F — Ezec.xliiij.

G
sacerdotes recte ꝛ caput prohibentur radere/et eqꝫ mam
nutrire/vt cogitationes carnales de vita subditorū nec
a se funditus amputent/ nec rursus ad crescendū nimis
Ezec. xliiij.
relaxent. Ubi ꝛ bene dicitur: Tondentes tondeant capi
ta sua: vt videlicet cure tēporalis sollicitudines ꝛ quan
tum necesse est prodeāt/et tamē recidant citi⁹/ne immo
deratius excrescant. Dum igitur ꝛ per administratā ex
teriorem prouidētiam corpoꝝ vita protegitur: ꝛ rursus
ꝑ immoderatā cordis intētionē nō impeditur: capilli in
capite sacerdotis ꝛ seruātur vt cutē cooperiāt: et resecā
tur ne oculos claudāt. Preterea epistolas vestras dire
ctas plenas fide suscepimus. Atqꝫ omnipotenti deo gra
tias agimus: qui inconsutilem tunicā desuper cōtextam:
videlicet ecclesiam suam/vicaria cōfessione fidelium in
vnitate gratie ab omni erroris scissione custodit: et con
tra percuntis mūdi (vt ita dicam) tot culparū diluuiū/
ex multis lignis arcam cōstruit: in qua omnipotētis dei
electi seruentur ad vitā. Nam cū vicissim nobis fidei no
stre confessionē transmittimus/et charitatē nostrā erga
vos ostēdimus: quid aliud in sancta ecclesia agim⁹/nisi
arcam bitumine linimus/ ne vnda erroris intret: et vel
spirituales quosqꝫ tanqꝫ hoīes intret/vt carnales tanqꝫ
animalia occidat? Sed cum sapienter a vobis recta fi
des prolata sit: restat vt procuuldubio debeatis pacē cor
H
dium prudentius custodire: propter hoc quod veritas
Mar. ix.
dicit: Habete sal in vobis: ꝛ pacem habete inter vos. Et
Ephe. iiij.
Paulus apostolus admonet dicens: Solliciti seruare
Heb. xij.
vnitatem spiritus in vinculo pacis. qui rursus ait: Pa
cē sequimini cū oib⁹ ꝛ sanctimoniā: sine qua nemo vide
bit deū. Quā videlꝫ pacē tūc nobiscū veraciter habebi
tis: si ꝓphanas nois suphiam declinetis: iuxta qđ idē ma
j. Timo. vj.
gister gentiū dicit: O Timothee depositū custodi: deui
tās ꝓphanas vocū vanitates. Nimis qppe iniquū est: si
hi qui predicatores humilitatis facti sunt: de vani nois
Gal. vj.
elatione glorient: cū verus predicator dicat: Mihi autē
absit gloriari nisi in cruce dñi nři Jesu xpi. Ille ergo ve
re gloriosus est: q non de tēporali potētia/sed pro xpi no
mine de sua passione gloriatur. In hoc itaqꝫ vos medul
lit⁹ amplectimur. In hoc sacerdotes vos esse recognosci
mus/si repulsa vanitate verboꝝ/sanctitatis locū cū san
cta humilitate teneatis. Ecce enī in nephādi appellatio
ne nominis scādalizati sumus: et nō minimas querelas
seruamus in mēte: ꝛ promimus in voce. Uestra autē fra
Matth. v.
ternitas nouit quid veritas dicit: Si offers munus tuū
ante altare: et ibi recordatus fueris: qꝛ frater tu⁹ habet
aliquid aduersum te: relinque ibi mun⁹ tuū: et vade pri⁹
reconciliari fratri tuo: ꝛ tūc veniens offeres munus tuū.
Qua in re pēsandū est: qꝛ cū omnis culpa oblato sacrifi
cio deleatur/tm̄ est malū scādali alieno cordi generati/
vt ab eo qui peccauerit/nec ipsum sacrificium dñs acci
piat: quod delere peccatū solet. Curate ergo cordis ve
I
stri festine scādalū detergere: vt possit omnipotēs deus
oblationis vestre sacrificium acceptabile habere. Pre
terea cū recta a vobis fides veraciter et subtiliter sit ꝓ
lata/inter eos quos ꝑ sanctissimas generales synodos
dānādos esse censuistis: Eudoxiū quēdā vos dānasse cō
perimus: cui⁹ nomē in latina ligua neqꝫ in synodis/neqꝫ
in libris beate memorie episcopoꝝ Epiphanij Augusti
ni et Philastri: quos cōtra hereticos ꝑcipue disputasse
nouimus/positū reperimus. Qꝫ si de eo veraciter de ca
tholicis patrib⁹ dānat: eius procuuldubio sententiā sequi
mur. Uos tamē si in synodica vestra epistola eos quoqꝫ
nominatim dānare voluistis/ qui extra sanctas synodos
per patrū scripta dānantur: multos scriptis suis vestra
fraternitas minus posuit: si autē eos quos generales sy
nodi respuūt: hūc vnum amplius. Sed inter hec sciendū
est: quia vt nobis liceat rectā fidē libere fateri: et cuncta
que agenda sunt/concorditer in pace disponere: pro sere
nissimorum dominorū vita/propria quoqꝫ sobole incessanter orandū est/vt omnipotēs deus eorū pedibus bar
baras nationes subijciat: longa eis et felicia tēpora con
cedat: quaten⁹ per christianū imperium ea que in Chri
sto est/fides regnet.

¶ Gregorius Mauricio Augusto. De ordinatione Cy
riaci episcopi. Capitulum. clxx.

Epla. vj.
OMnipotens deus qui pietatē vestram pacis ec
clesiastice fecit esse custodē: in ipsa vos fide ser
uet: quā vos sacerdotali vnitate seruatis: cuiqꝫ
supne pietatis iugo cor humiliter subditis/celesti grā
tia agitur/vt hostes vestros pede fortitudinis premat.
Non enim parue potuit esse mercedis: qꝫ Joanne sancte
memorie de hac luce subtracto/ad ordinandum sacerdo
tē pietas vestra diu hesitauit: tempus paulo longius di
stulit: cū metu omnipotētis dñi consilium quesiuit: vt vi
delicet causa dei cum magno debuisset timore disponi.
Unde ꝛ aptū valde existere in pastorali regimine fratrē
atqꝫ cōsacerdotē meū Cyriacum existimo: quē ad eundē
ordinem pietatis vestre cōsilia longa genuerūt. Qui in
administrandis dudū rebus ecclesiasticis qꝫ sollicitus/
et quomodo fuerit exercit⁹/ cūcti nouim⁹. vnde ꝛ super
na gestum dispositione nō ambigo: vt qui bene minima
gesserat/congrue maiora susciperet: atqꝫ a cura rerum/
ad animarū regimina transiret. Pro qua re totis precib⁹
bus deprecamur: vt bonū hoc omnipotēs deus serenita
ti dñorum pieqꝫ eorū soboli et in presenti seculo atqꝫ in
perpetua remuneratione retribuat: et predicto fratri et
consacerdoti meo: qui dominico gregi prelatus est: ani
marū curā plena sollicitudine exhibere cōcedat: vt irre
prehēsibiliter possit subiectorū suorum ꝛ praua corrige
re: ꝛ recta ad crescēdum fouere: quatenus de eo pietatis
vestre iudicium nō solum ante homines/sed etiam ante
superne quoqꝫ maiestatis oculos cōualescat. Uenerabi
les autē viros Georgiū presbyterū: ꝛ Theodorū diaco
L
nem pro iussione dñorum atqꝫ pro immanitate hyemalis
tēporis in hac vrbe moras perpeti non permisi.

¶ Gregorius Mauricio Patritio/ Petro Domitiano
ꝛ Elpidio episcopis ꝛc. De ordinatione Cyriaci episco
pi: atqꝫ reprehēdit declamationē eius de ordinatione: qꝛ
clamauerūt hec dies quā fecit dñs. Dicit quoqꝫ quia nō
cōuenit homini nisi solum filio dei. Sed culpā ignoscit:
quia ex charitate processit. Capitulū. clxxi.

Epla. vij.
ORdinationē viri sanctissimi Cyriaci fratris et
consacerdotis mei cū magna vos letitia susce
j. Cor. xij.
pisse vehementer exulto: et qꝛ Paulo apostolo
predicāte didicimus: si gaudet vnū membrū/cōgaudēt
cetera mēbra: pēsare vos necesse est/quāta vobis hac in
re exultatione congaudeo: in qua nō vnum membrū: sed
multa Christi mēbra gauisa sūt. Sicut tamē scripta fra
ternitatis vestre potui transcurrēdo perpēdere: magna
letitia in immoderatā eiusdē fratris mei laudem vos ra
puit. Nā hūc sicut solem i ecclesia apparuisse dicitis: ita
vt cuncti clamaretis. Hec dies quā fecit dominus: exul
temus ꝛ letemur in ea. Et certe sequētis vite promissio
Mat. xiij.
est: qua dicitur: Fulgebunt iusti sicut sol. Nam in hac vi
ta adhuc quisqꝫ positus quātalibet virtute polleat: quo
modo sicut sol fulget: in qua corpus qđ corrumpitur ag
Sap. ix.
grauat animā: et deprimit terrena inhabitatio sensum
Ibidem.
multa cogitātem? In qua videmus aliam legem in mē
Roma. vij.
bris nostris repugnātem legi mentis nostre: et captiuos
nos ducentem in lege peccati: que est in mēbris nostris:
M
in qua et in nobismetipsis responsum mortis habemus/
vt non simus fidentes in nobis. In qua etiam propheta
Psal. liiij.
clamat: Timor et tremor venerunt super me: et contexe
eccl. xxvij.
runt me tenebre. Nam ꝛ qđ scriptum est: Sapiens vt sol
permanet: fatuus vt luna mutatur: non ad claritatis ful
gorem: sed ad perseuerantiam boni operis comparatio
est solis deducta. Bonum vero ordinationis eius initiū
potuit videri: sed necdum potuit de perseuerantia a vo
bis laudari. Quod autem hec dies quam fecit domin⁹:
clamasse vos dicitis: de quo hoc dictum sit/ pensare de
Psa. cxvij.
buistis. Premissum quippe est: Lapidem quem repro
bauerunt edificantes: hic fact⁹ est in caput anguli. A do
mino factum est istud / et est mirabile in oculis nostris.
Atqꝫ de hoc eodem lapide protinus subditur: Hec dies
quam fecit dominus. Ipse enim qui pro fortitudine con
structionis dicitur lapis/pro illuminationis gratia ap
pellatus est dies: qui etiam factus est: quia incarnatus
est. In quo exultare ꝛ letari precipimur: quia erroris no
stri tenebras sue in nobis virtutis luce superauit. In crea
ture autē laudem vox illa dari nō debuit: que soli conue
nit creatori. Sed cur ista reprehendo/qui quantum gau
dia mentem rapiunt/scio: Charitas etenim vestre ma
gnam nobis letitiam genuit/quam videlicet mentis le
titiam in fauore lingua secuta est. Qđ cum ita sit/lau
ista culpa iam dici non potest: quam charitas inuenit.
Mihi vero de sanctissimo fratre meo dici hucusqꝫ de

A bui: quod sufficienter accipere: q scirem quis esset qui hanc mihi precipue dudum sue magnitudinis ꝓbationem dedit, q in tam multis dispensationis ecclesiastice causis occupatus tranquillū coꝛ inter turbas turbulentas frequētius tenuit: seqꝫ ipsum semper sub mansuetudine restringit. Quod videlicet non parue laus magni ⁊ incōcussi est animi: inter causarum turbas non fuisse turbatum. Preterea assiduis insistere fraternitas tua precibus debet, vt omnipotēs deus in predicto fratre ⁊ cōsacerdote nostro bene cepta custodiat: et semper ad meliora ꝑducat. Hoc sāctissimis vobis: hoc subiecto ei populo semper orandum est. Nam ita sibi regentium merita connectuntur et plebium, vt sepe ex culpa precedentium deterior fiat vita subiectorū: et sepe ex merito plebium delinquat vita pastorum. Quia enī mala actio presidentis valde noceat subditis, testātur pharisei: de quibus scriptum est. Claudītis enim regnum celorum ante homines. Vos enim non intratis: nec introeuntes sinitis introire. Et quia culpa plebiū multum noceat vite pastorum, in Dauid facto cognoscimus. Ille enī deo attestante laudatus: ille supernorum mysteriorum conscius: tumore repentine elationis inflatus, populum numerando peccauit: ⁊ tamen vindictam populus Dauid peccante suscepit. Cur hoc? quia videlicet ſm meritum plebium disponūtur corda regentium. Iustus vero iudex peccantis vitium ex ipsorum animaduersione corripuit, ex quorum causa peccauit. Sed quia ipse sua sci-

(Matth. xxiij.) (ij. Reg. ij. et xxiiij.)

B licet voluntate superbiēs, a culpa alienus non fuit, vindictam culpe etiam ipse suscepit. Nam ira feriens que corporaliter populum percullit, rectorem quoqꝫ populi intimo cordis dolore prostrauit. Hec itaqꝫ considerate inuicem: et sicut is qui vobis, plebibusqꝫ prelatus est, intercedere pro omnibus, ita pro eius cōuersatione ⁊ moribus orare omnes debetis: vt apud omnipotentem deum et vos illius valeatis imitatione proficere, ⁊ ille meritis vestris adiuuetur. Cuncti autem concorditer pro serenissimis dominis, eorumqꝫ pia sobole cum magnis inquātum possumus assidue fletibus oremus: vt eorum vitam gratia protegens superna custodiat: et christiano imperio gentium colla substernat.

¶ Gregorius Stephano episcopo. De Maria patricia conuersa: et constantinum prefectum commendat.

Capitulum. clxxij.

(Epl. viij.) S Cripta vestre sanctitatis medullata mihi charitatis verba locuta sunt: ita vt per calamum sic in epistolas animus transiret, ac si mihi per semetipsum loqueretur. Qua de re magnas omnipotenti deo gratias refero: quia ⁊ diuisis corporibus: nobisqꝫ a vobis recedentibus longe: charitas inter nos permanet indiuisa. Et quidem multum mihi ⁊ vltra q̄ indignus audire debui, fauorem in epistolis demonstratis. Et scriptum est. Ne laudes hominem q̄ diu viuit. Tamen et si audire talia non dignus fui, orationib⁹ vestris peto, vt dignus efficiar: vt si bona in me non ideo dixistis quia sunt: ideo sint quia dixistis. De gloriosa autem Maria patricia valde letatus sum: q in sancto dei ouili aggregata est: quod ex vestra factum assidua predicatione non dubito: quia ex ipso fructu ostenditis quantū pro fide catholica laboratis. Multos etiam per illam venire ad ecclesiam suspicor: quod totum vestre laudi proficit: quia scriptum est. Ubi plurime segetes, ibi maxima fortitudo boum. Manifestatur enim virtus predicantium, vbi surgit seges animarum. Cōmunem vero filium excellentissimum virum dominū Constantinū prefectum quantum plus diligitis, tantum exhortari continue debetis: vt in causis in quibus mixtus est, semper omnipotentis dei iudicium ante oculos cordis habeat: eiqꝫ soli placere studeat: qui et in presenti vita valet protegere, et celestis patrie premia compensare.

(Eccli. xj.) (C) (Puer. xiiij.)

¶ Gregorius Joanni episcopo Syracusano. Gratias agit de bonitate elemosynarum.

Capitulum. clxxiij.

(Epl. ix.) B Enedictionē quā pauperibus fraternitas vestra transmisit, lator presentium homo vester Candidus nobis dispēsantibus suis manib⁹ erogauit: quod vobis ſm animum vestrum fortasse parum visum est. Nos tamen ſm modum vestre substantie esse nimium ⁊ vltra modū estimamus: vt qui illic apud vos innumeros pauperes habetis: pro explēda largitate misericordie, etiam loca alia ⁊ longe posita requiratis. De causis vero alijs a vobis scriptis prioribus iam respondisse memini: et nihil aliud querere debetis, nisi vt sub consideratione solius omnipotentis dei cūcta faciatis: et nullius persona vos a vigore disciplinę emolliat: neqꝫ vehementis indignatio in rigore (quod absit) aliquo immoderate districtionis obduret. Preterea audio q aliqua de his q̄ scripsisse me memini, fraternitas vestra ad mensam suam corā extraneis legi faciat: quod mihi nō videtur esse faciendum: quia hoc quod vos pro charitate facitis, possunt quidā quātum ad me est, vane glorie deputare. Ideoqꝫ coram extraneis antiquorum dicta legite: ex quorum auctoritate valeāt q̄ audierint informari.

(D)

¶ Gregorius Agnello episcopo de Ariminio. De preposito ordinando, ⁊ cura monasterij.

Capitulum. clxxiiij.

(Epl. x.) F Ilio nostro secūdo seruo dei renunciante didicimus: q dilectio tua prepositū nō habēs, omnino in regendis fratrib⁹ elaboret. Si ergo qui vos ex ordine sequitur, talis est vt circa celle ordinationem fratrumqꝫ custodiam, necnon ⁊ in lucrandis animabus solers valeat inueniri: is debet ad hūc locum incunctanter accedere. Si vero talis non est: qualem locus exposcit: de quolibet etiam vltimo gradu si talis inter fratres (domino protegente) fuerit repertus: qui vite meritis dignum conuersationis sue prebeat documentum: diuiniqꝫ in eo timoris vigor inuigilet: huius profecto non locus sed est vtilitas profecto prouidenda: vt tali exemplo ad bone imitationis normā cuncti se fratres extendant: nec eos adhuc locus inferior ad bene operādum tepidos reddat: dum in illo qui profecerit, de presenti quod imitentur aspiciant. Dilectioni quapropter tue in hac ordinatione sit nulla dubietas: q non locus, sed actio apta perquiritur: quia et ante deū ille prioris obtinet locum, qui in eiusdem oculis (etiam si hic abiectus sit) bone actionis instrumēto placuerit. Circa fratres nanqꝫ sollicita vos (sicut confidimus) decet inuigilare custodia: ne a recto conuersationis itinere per illicitas euagando cogitationes exorbitent: atqꝫ inimico per inertem custodiam irruptionis aditum prestent. Sed eos orationi decet instātius adherere, quatenus pia cepta eorum, sue propitiationis dono perficiant: et imperfecta ad cumulum faciant perfectionis ascendere.

(E)

¶ Gregorius Rufino episcopo Ephesi. Commendat clericum quendam litteras nescientem.

Capitulum. clxxv.

(Epl. xj.) A Dilectiarum vestrarū antiqua nos charitas monuit fraternitatem vestrā scriptis presentibus visitare. Magno etenī sumus gaudio recreati: q de vestre salutis indicio prospera cuncta cognouimus: sed in his omnipotentem dominum deprecamur: vt sicut nos in presenti vita (que quodā modo vmbra future est) de transitoria prestitit corporis incolumitate gaudere, ita illa celesti patria (in qua vita vera est) de perfecta anime salute gratulari, communiqꝫ faciat exultatiōe gaudere. Harum nāqꝫ lator nostris se apud vos desiderans epistolis commendari, a nobis inquisitus: vtrum (sicut decet clericum) litteras didicisset: eas se ignorare respondit. Quid ergo commendationis de eo apud fraternitatem vestram amplius agam, ignoro, nisi vt de eius anima debeatis esse solliciti: ac circa eū pastorali inuigilare studio: vt qui nescit legere, lingua vestra illi sit codex: in bono predicationis vestre vel operis: quod imitetur aspiciat. Solet enim plerumqꝫ strictius coꝛ viua vox trahere: q̄ lectio dicta per transitum. Sed dum hec ei interius spiritualis a vobis magisterij doctrina tribuetur, exterior quoqꝫ sollicitudo non desit: vt eius adiumento ad spiritualia appetenda perueniat. Transitoria quoqꝫ percipiat: ne si hoc despicitur, desit cui predicatio ministretur.

(F)

¶ Gregorius Respecte abbatisse de Gallijs Massilie. De priuilegijs monasterij sui.

Capitulum. clxxvj.

(Epl. xij.) P Je postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri: quatenus et deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et vtilitas postulata vires indubitāter assumat. Proinde monasterio

G quod in honorẽ sancti Cassiani est consecratũ/in quo p̄esse dinosceris: iuxta petitionẽ filiorũ nostrorum Dinamij atq̃ Aurelianj qui id religiosa deuotiõe domui sue iuris iuncti vnijsse edificijs comprobãtur: p̄uilegia precuidimus indulgeri. Constituentes/vt obeũte antedicti monasterij abbatissa non extranea/sed quã cõgregatio sibi de suis elegerit ordinet: quam tñ si digna hoc ministerio iudicata fuerit: eiusdem loci episcopus ordinet. In rebus aũt vel in dispositione monasterij eiusdẽ: nec episcopum/neq̃ ecclesiasticorũ quẽq̃ aliquã habere decernimus potestatẽ: sed hec ad sollicitudinis tue curam vel que post te in eodẽ loco fuerit abbatissa/statuim⁹ p omnia pertinere. Die siquidẽ natalis vel dedicationis supradicti monasterij episcopo illic missarũ sacra conueniat solennia celebrare. A quo tamẽ ita est hoc officiũ exsoluẽdum/vt cathedra eius nisi predictis diebus dũ illic missarũ solẽnia celebrat/non ponatur. Quo discedẽte similiter etiam cathedra illius de eodẽ oratorio auferatur. Ceteris vero diebus per presbyterũ qui ab eodẽ episcopo fuerit deputatus: missarũ officia peragantur. ¶ Preterea erga vitã actusq̃ ancillarũ dei sine abbatisse que in suprascripto fuerit monasterio cõstituta: episcopo sm̃ dei timorẽ/sollicitudinẽ statuimus adhibere/vt si aliquã de illic habitãtib⁹ exigẽte culpa oportuerit vltioni submitti: ipse iuxta sacrorũ canonum vigorẽ modis oibus debeat vindicare. His ergo a nobis statutis

H atq̃ cõcessis: ita te in cõgregationis tue dispositione custodiã stude sollicitiorẽ exhibere in omnib⁹ exhibere/vt iniqui hostis malicia nihil ibi quod maculari possit inueniat. Hec igitur omnia que huius pagina preceptionis amplectitur: monasterio tuo in omnib⁹/et ab omnibus in perpetuũ seruari xp̃o protegẽte censemus: quatenus indultorum priuilegiorum beneficia: in sua semper inuiolabiliter firmitate permaneant.

¶ Mense nouembri. Indictione.xv.

¶ Gregorius Fortunato episcopo Fanensi. Scribit sacra vasa pro redemptione captiuorum venundanda.

Capitulum.clxxvij.

Epi.xiij. Sicut reprehẽsibile et vltione dignũ est sacrata quẽq̃ vasa (preterq̃ in his que lex et sacri canones precipiũt) venũdare: ita nulla est obiurgatione vel vindicta plectendũ: si pietatis causa pro captiuorum fuerint redẽptione distracta. Quia ergo fraternitate vestra indicante cõperimus ad redẽptionem captiuorum mutuã se fecisse pecuniam: et eã vnde solueret non habere: atq̃ ob hoc cũ nostra vos auctoritate sacrata velle vasa distrahere: in hac re: qr et legũ z canonũ decreta consentiunt/nostrum cõsensum prebere curauimus: z in destrahendis sacratis vasis vobis licẽtiam indulgemus. Sed ne eorum vẽditio ad vestrã possit inuidiam pertinere: oportet vt in Iohãnis defensoris nri presentia vsq̃ ad quantitatẽ debiti distrahi/et eorum solui

I precium creditoribus debeat: quatenus dum hec res huiusmodi fuerit obseruatione cõpleta: nec creditores mutue pecunie dãna sentiant: nec fraternitas vestra inuidiam nunc vel quandoq̃ sustineat.

¶ Gregorius Constãtio episcopo Mediolanensi. De nõ curandis obtrectationibus malorum.

Capitulum.clxxviij.

Epi.xiiij. Antiquus humani generis inimic⁹ quib⁹ vos linguarũ iaculis/z malorũ cordium insidijs existimauit impetendos: relatione multorũ

Ca.xj.q.ij. Sed in cũctis. iamdudum me audisse cognoscite. Sed in cũctis que in hac vita aduersa proueniunt/sola est (sicut nostis) omnipotẽtis dei districtio pensanda: atq̃ ad cor semper proprium recurrẽdum: vt nullius nos ibi lingua implicet: vbi cõscientia non accusat. Quẽ enim cõscientia defendit: z inter accusationẽ liber est: z liber vel sine accusatione esse nõ potest: si sola que interius audit cõscientia accusat. De vestra igitur sanctitate absit a xp̃ianorũ iudicio: vt ea que maledicorũ hominum rumoribus conficta sunt/credamus in qualicũq̃ modulo suspitionis adducti: qr ex sacri eloquij testimonio tenemus: vt maiora mala cum forsitã dicuntur: nisi probata credi nõ debeãt: sed probata citius vlcisci. ¶ Nam ipse qui omnia creauit/et cuncta que condidit intuetur deus malorũ grauium

Gen. xviij vltione cõmotus ait: Clamor sodome z gomorre ascendit ad me: descẽdã vt videam vtrũ clamorem qui ad me venit opere cõpleuerint: z vlciscar: an non est ita vt sciã?

K Quo enim descenderet deus: vt que essent facta cognosceret? Aut quid non is qui vbiq̃ est sciret? Sed vt nostre ignorantie exemplũ discretionis daret: quatin⁹ debeam⁹ mala grauia audita non credere: ipse se dicit ad cognoscendum descẽdere: de quo omnibus liquet: quia et non descendens omnia sciret. Hec igitur dixi/vt nimie esse leuitatis ostẽderem: si quis mala grauia credere studeat: que probari non possunt. Unde sanctitas vestra debet mentem suam a maledicorũ hominũ rumoribus atq̃ obtrectatione disiungere: et sola que eterne vite sunt: atq̃ ad vtilitatem subditorum proficiunt/cogitare: quia z ad hoc fortasse antiquus hostis tali cura implicari vos voluit: vt dum fraternitatis vestre animus erga ea que sua sunt indesinẽter occupatur/aliena min⁹ cogitet: et nullum verbi solatium subditis inferat: atq̃ peruerse agentibus nulla districtione contradicat. Sic nanq̃ in corporali prelio fieri solet: vt is qui in certamine vexillum portat/ipsum hostis vehementer impetat: quatenus si ipse qui a ceteris attẽditur/vulnus acceperit: multitudo omnis citius dispersa capiatur. Hoc igitur opinionis illate vulnus sentire vestra fraternitas nõ debet: sed vitam atq̃ meliorationem sibi commissorũ curare: quatenus venturo iudici bonam possitis et de vestra innocẽtia/z de subiectorum melioratione ponere rationem. Cetera autẽ que ad vtilitatem tẽporis congruũt/

L per Marianũ defensorem vestrum vobis verbo intimãda mandaui. Illum vero episcopum quem a fraternitate tua inuentum⁹ esse depositum: postq̃ sacri canones (sicut nostis) vltra tres menses ecclesiam precipiant nõ vacare: si manifestũ in eo crimen apparuit: loco eius episcopum studij vestri sit modis omnibus ordinare: quia diu sine proprio rectore esse non debet ecclesia.

¶ Mense Maio. Indictione.xv.

¶ Gregorius Georgio presbytero z Theodoro diacono ecclesie Constantinopolitane. Quos dominus descẽdens ad inferos/secum assumpserit.

Capitulum.clxxix.

Epi.xv. Memor bonitatis vestre atq̃ charitatis/memetipsum valde reprehẽdo: q̃ vos ad remeãdum citius relaxaui. sed quia semel ac secundo importune mihi de relaxatione vestra vos insistẽtes vidi/perpendi ne graue esset/si vestra apud nos dilectio moraretur. Postq̃ vero cognouimus vos propter hyemis tempus iam longo tempore in itinere remansisse/fateor citius dimissos esse vos dolui. Si enim iter propositum vestra dilectio peragere non valebat: meli⁹ fuerat vt apud me morã q̃ extra me faceret. Preterea post discessum vestrum dilectissimis filijs meis diaconib⁹ narrantibus agnoui q̃ dilectio vestra dixisset omnipotentem dominũ saluatorem nostrũ Iesum christum ad in-

M feros descendentem: omnes qui illic confiterentur eum deum/saluasse: atq̃ a penis debitis liberasse. ¶ De qua re volo vt fraternitas vestra longe aliter sentiat. Descẽdens quippe ad inferos/solos per suam gratiam liberauit: qui eum z venturũ esse crediderunt: z precepta eius viuendo tenuerũt. Constat autem quia post incarnationem domini nullus ex his etiam saluari potest: qui fidẽ illius tenent/et vitam fidei non habent: quia scriptum

ad Titũ.j. est. Confitentur se nosse deum: factis autẽ negant. et Io-

j. Joã.ij. annes ait: Qui dicit quia nouit eum/et mandata eius non custodit: mendax est. Iacobus quoq̃ frater domini

Iaco.iij. scribit dicens. Fides sine operibus mortua est. Si ergo fideles nunc sine operibus bonis non saluãtur: z infideles ac reprobi sine bona actione domino ad inferos descendente saluati sunt/melior illorũ fors fuit/qui incarnationem domini minime viderunt/q̃ horum qui post incarnationis eius mysterium nati sunt. Quod quante fatuitatis sit dicere vel sentire: ipse dominus testatur di-

Mat.xiij. scipulis dicens. Multi reges et prophete voluerunt videre que vos videtis: z non viderũt. ¶ Sed ne dilectionem vestram in mea disputatione immorer: quid de hac heresi Philaster in libro quem de heresibus scripsit dixerit cognoscat. Cui⁹ hec verba sunt. Sunt heretici qui dicunt dominũ in infernum descẽdisse/et omnibus post mortem etiam ibidem se nunciasse/vt confitentes ibidẽ

Ps.vj. saluarentur: cũ hoc sit contrariũ dicenti p̄phete Dauid

Rom.ij. In inferno autẽ quis cõfitebit tibi? Et apostol⁹. Quot.

B quot sine lege peccauerunt: sine lege peribūt. Cuius verbis beatus quoq Augustinus in eo libro cōcordat: quē de heresib⁹ scripsit. Hec itaq omnia pertractātes/nihil aliud teneatis/nisi quod vera fides per catholicā ecclesiam docet: quia descendēs ad inferos dominus illos solūmodo ab inferni claustris eripuit/ꝗs viuentes in carne per suam gratiam in fide ꝛ bona operatione seruauit. Quod enim per euāgelium dicit: Cum exaltatus fuero a terra/omnia traham ad meipsum: omnia videlicet electa: nam trahi ad deum post mortem non potuit: qui se a deo male viuendo separauit. Omnipotēs deus sua vos protectione custodiat/ vt vbicūq estis: et in anima ꝛ in corpore gratie eius auxilium sentiatis.

Margin: Joā.xij.

¶ Gregorius Agnello episcopo Terracinensi. De obitu Becande: ꝛ visitatione ecclesie eius. Capitulū.clxxx.

Margin: Epi.xvj.

Obitum Becande antistitis directa relatio patefecit: quapropter visitationis ecclesie destitute fraternitati tue operam solēniter delegam⁹. quā ita te cōuenit exhibere/ vt nihil de prouectionibus clericorū/reddituvel ornatu ministeriisq: vel quicquid est in patrimonio eiusdem: a quoq̄ presumatur. ecclesiā monere festinet: vt remoto studio/vno eodemq cōsensu talem sibi preficiendū expetāt sacerdotē/ qui tāto ministerio dignus valeat reperiri: ꝛ a venerādis canonibus nullatenus respuatur: qui dum fuerit postulatus/cū solēnitate decreti omniū subscriptionib⁹ roboratī: et dile-

D ctionis tue testimonio litterarū ad nos sacrādus occurrat: cōmonentes etiam fraternitatē tuā/vt nullū de altera eligi permittatis ecclesia: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis in qua visitationis impendis officiū: nullus ad episcopatū dignus (quod euenire non credim⁹) potuerit inueniri. Prouisurus ante omīa ne ad hoc cuiuslibet conuersationis seu meriti laice psone aspirare presumant: et tu periculū ordinis tui (qḋ absit) incurras.

¶ Gregorius Sabiniano episcopo Jadrentinū. De non cōmunicando maximo preuaricatori. Capitulū.clxxxj.

Margin: Epi.xvij.

Si dispēsationis ecclesiastice regulā/ꝛ antique consuetudinis ordinē/ sollicita studuissem cōsideratione pēsare/ nec tibi aliqua illicite presumptionis culpa surriperet: nec alij occasione tui peccati discrimen incurreret. Itaq cognouisse te nō est ambiguū: qꝛ dum ad nos quedā de maximo puenissent/que sacerdotij prouectū non leuiter impedirēt: nostrū in ei⁹ persona non fuisse ꝯsensum: nec prius eū voluisse ad hoc quod nitebatur accedere: ꝗ digna de his que dicta erāt satisfactio pueniret. Quod cū seruare et tu omnimodo debuisses/actū magis est vt antedictus Maximus cecementis auiditate episcopatū arripiens/ ad suā te incautē voluntatē: contra nostrum vetitū inclinaret. Sed ne vel tunc irrequisita que ad nos perlata fuerāt permanerent/nostris vt huc veniret epistolis est accersitus. Qui etiam prauo studio differentē: cure nobis fuit sub inter-

C dictiōe cōmunionis iteratis epistolis admonere/ vt ad nos pro sui purificatione venire (excusatione postposita) properaret: sed elegit excōmunicationi succūbere: ꝗ obedientiam exhibere. Unde cōtigit vt peruerse ipsius mentis prauitas in suam alios secū (quod dici nephas est) perditionem cōuolueret. Hunc aūt qꝛ ab eius te nequitia cognouimus dissentire: denicq vt nec ei cōmunices: nec nominis ipsius facias inter sacra missarū solēnia mētionem: vt anime tue vel sero te ab eo discordasse proficiat: scriptis te presentibus adhortamur/ quaten⁹ ad nos mora submota venire nō differas: sed ꝛ alios tecū (quos tamen potueris) episcopos/ceterosq religiosos festines adducere: vt causa subtilius examinata: et vestra (si res exegerit) congrue/decenterq debeat absolutio prouenire: et hi qui in peccato eiusdē temeritatis collapsi sunt: ad viam salutis auxiliante beato Petro apostolorum principe dispositione deo placita reuocentur. Sciat autem quisquis ad nos episcopus vel religiosus venerit/nullum se preiudicium vel iniustitiam sustinere: sed ita interius cognita veritate: que redēptori nostro placuerit ordinari: quatenus ex ipsa nostra dispositione domino suffragante cunctis appareat non nos ꝓprio odio contra aliquem: sed dei zelo et ecclesiastici ordinis libramine commoueri.

¶ Gregorius Martino diacono et abbati. De absolutione eius. Capitulum.clxxxij.

Margin: D, Epi.xviij.

Sicut veraciter aduersus religiosos dicta criminis digna sunt vltione plectenda: ita ab illicitis sunt nihilominus absoluendi quādo nullus eos culpe reatus adstringit. Quia igitur aliqua nobis de te fuerant nunciata: que officij tui propositū non leuiter macularent: cure nobis fuit ea diu ac subtili inuestigatione perquirere. Et quoniam nil quod tibi noceret inuenimus: ne qua de his que dicta fuerāt/suspitio remaneret/ad plenissimam te satisfactionē si ab eis insons extiteris: ad sacratissimū corpus beati Petri apostolorum principis districta fecimus sacramenta prebere. Et ideo postꝗ nobis (vt oportuit) satisfactū est: dilectionem tuā preuidimus modis omnibus absoluendā/ atq ad tuā te ecclesiam: in eo videlicet quo fuisti loco et ordine per omnia statuimus remeare: ꝛ nullam te a quoꝗ contradictionē vel inquietudinem de his que ad nos perlata fuerant sustinere: admonentes vt ita te de cetero cautum sollicitūq debeas exhibere: quatenus et officio tuo moribus et actione respondeas: et omnis contra te penit⁹ aduerse opinionis dicendi subtrahatur occasio.

¶ Mense Maio. Indictione.xv.

¶ Gregorius Cypriano diacono. De conuentu episcoporum: ꝛ consolatione libertini. Capitulum.clxxxiij.

Margin: Epi.xix.

Nouit dilectio tua hanc olim consuetudinem tenuisse: vt fratres ꝛ coepiscopi nostri Romā semel in triennio de Sicilia conuenirent: sed nos eorum labori consulentes /constituisse: vt suā huc semel in quinquēnio presentiam exhiberent. Et quia tam

E diu est ꝙ huc minime conuenerunt/ eos hortari te volumus: vt natalē sancti Petri hic deo perducente nobiscum debeant celebrare. Sed ne forte pectori aliqua possit nasci suspicio: si eos huc admonitos venire cognouerit: voluntatem nostram intelligens/ita hoc ex te facere stude/vt et ipsi (sicut predixi mus) ad diem constitutum huc veniant: ꝛ nulla de eis pectori possit esse suspicio. Lilitanum vero et Regitanum episcopos vt huc veniant/pariter cōmonebis. Circa libertinum vero virum magnificum esto sollicitus: vt nullus illum dolus decipiat: quia aliqua nobis de rauennati vrbe scripta sunt. ipsamq ad te epistolam misimus: vt ex ea qualiter te erga eū debeas exhibere/possis addiscere. Consolare autem eum: vt se nō affligat: qꝛ credimus ꝙ nos dilectissimus atq excellentissimus filius noster exarchus non contristet. Nam de persona ipsius scribere non distulimus. Sed quia in pado idem exarchus occupatus est: minime scripta eius suscepimus.

¶ Gregorius Fortunato episcopo et Anthemio defensori. De desponsata conuersa. Capitulum.clxxxiiij.

Margin: Epi.xx.

Atelius presentium lator nobis innotuit/sororem suam que Stephano cuidam fuerat despōsata / diuine propiciationis instinctu/neapoli in monasterio esse cōuersam: atq eundem Stephanum domū et res eius aliquas indebite detinere. ¶ Et quia

F decreta legalia desponsatam si conuerti voluerit / nullo omnino censuerunt damno mulctare: fraternitas tua vna cum anthemio subdiacono veritatem diligenti curiositate studeat perscrutari. Et si vt edocti sumus/domum vel quid aliud suprascriptum Stephanum iniuste tenere cognoscitis/cum adhortatio vestra instanter admoneat: vt que indebite detinet/sine aliqua mora vel altercatione restituat: ne rerum alienarum restitutionē sub qualibet excusationis specie differat. Quem si adhortationem vestram negligere fortasse cognoscitis: nobis tam hoc ꝗ etiam qualiter se cause veritas habeat/ subtiliter indicate: quatenus cognito negocij merito/ aliter cogatur (equitate suadente) restituere. quod facere propria sponte honestatis consideratione contemnit. Latorem vero presentium fraternitati tue commendantes hortamur vt eum illic moras pati hac pro causa diutius non permittas.

¶ Gregorius Candido presbytero Gallie. De redemptione captiuorum a iudeis detentorum.

Capitulum.clxxxv.

Margin: Epi.xxi.

Dominicus presentium portitor lachrymabiliter nobis innotuit quattuor fratres suos de captiuitate a iudeis redemptos esse: atq eos nūc Narbone in eorūdem iudeorū seruitio detineri. Et qꝛ oino graue execrādūq est xpianos esse in seruitio iu-

G

deorum: dilectionẽ tuã scriptis presentib⁹ adhortamur: vt cũ omni subtilitate ꝛ sollicitudine studeat perscrutari. Et si reuera ita est: atq; manifesta tibi veritate constiterit: q; nec ipsi vnde se redimant: nec suprascriptus possessor habet: eos studij tui sit redimere: sciens q; quicq̃d in eis dederis: tuis sine dubio rationibus imputabitur.

¶ Mense Januario. Indictione. xv.

¶ Gregori⁹ Gregorie cubicularie auguste. De eo quod scriptũ est. Dimissa sunt ei peccata multa: aliisq; testimonijs multis De misericordia dei. Capitulum. clxxxvi.

Epi. xxij.

Desiderata dulcedinis vestre scripta suscepimus: quib⁹ vos oĩno de peccatorũ multitudine studuistis accusare: sed scio q; oĩpotentem dñm feruenter diligitis: atq; in eius mia cõfido: q; illa de vobis sententia ex ore veritatis processit: que de quadã sancta

Luce. vij.

muliere dicta est. Dimissa sunt ei peccata multa: qm̃ dilexit multũ. Quomodo aũt fuerint dimissa/ in hoc etiam mõstratũ est qđ postmodũ est sequutũ: q; ad pedes dñi sedebat: ꝛ verbũ ex ore illius audiebat. In cõtẽplatiua enĩ vita suspẽsa/ iam actiuã transcẽderat: quam adhuc

Matthei xxviij. Lu. xxiiij.

Martha illi⁹ soror tenebat. Sepultũ quoq; dñm requisiuit: studiose ad monumẽtũ inclinata corp⁹ illius nõ inuenit. Sed etiã recedẽtib⁹ discipulis ipsa ante ianuam monumẽti plorãs pstitit: ꝛ quẽ mortuũ querebat: viuentem videre meruit: et quia resurrexisset dñs/ discipulis

D

nunciauit. Et hoc mira dispensatione pietatis dei fuit: vt ex ore mulieris nũciaretur vita: q; ex ore mulieris mors fuerat in paradiso propinata. Que alio quoq; tẽpore cũ Maria altera dñm post resurrectionẽ vidit: ꝛ accedens pedes eius tenuit. Huc rogo ante oculos: que manus/ cuius tenuerunt pedes. Illa mulier que fuerat in ciuitate peccatrix: ille man⁹ que fuerãt iniquitate pollute: illius tetigerũt pedes: qui ad patris dexterã sup angelorum verticẽ sedet. Pensemus si possum⁹ q̃ sint ista superne pietatis viscera: vt mulier q̃ in pfundo voraginis fuerat demersa p culpã: ex amoris pẽnis sic in altũ leuaret per grãm. Impletũ est dulcissima filia/ ipletũ qđ de hoc sancte ecclesie tẽpore prophetica nobis voce promissum

Zach. xiij.

est. Et in die illo erit domus Dauid fons patẽs in ablutionẽ peccatoris ꝛ mẽstruate. Domus enĩ Dauid nobis peccatorib⁹ fons patẽs in ablutionẽ est: q; ab iniquitatum nostrarũ sordibus per Dauid filium saluatorẽ nostrũ aperta iam misericordia lauamur. Quod vero dulcedo tua in suis epistolis subiunxit: importunã se mihi existere/ quoadusq; scribã mihi esse reuelatũ q; peccata tua dimissa sunt: rem ꝛ difficilem etiam et inutilẽ postulasti. Difficilẽ quidẽ/ q; ego indignus sum cui reuelatio fieri debeat. Inutilẽ vero: q; secura de peccatis tuis fieri nõ debes: nisi cũ iam in die vite tue vltimo plãgere eadem peccata minime valebis. Que dies quousq; veniat/

I

semp suspecta/ semp trepida metuere culpas debes: atq;

ij. cor. xij.

eas quotidianis fletib⁹ lauare. ¶ Certe Paul⁹ apostolus iam ad tertium celũ ascẽderat: in paradisum quoq; ductus fuerat: arcana verba audiuerat: que homini lo-

j. Cor. ix.

qui nõ liceret: ꝛ tñ adhuc trepidãs dicebat: Castigo corpus meũ/ ꝛ seruituti subijcio: ne forte alijs predicãs/ ipse reprob⁹ efficiar. Adhuc timet qui iam ad celũ ducitur: et iam timere non vult qui adhuc in terra conuersatur? Perpẽde dulcissima filia q; mater negligentie solet esse securitas. Habere ergo i hac vita nõ debes securitatem:

Prouer. xxviij. ps. ij.

per quã negligens reddaris. Scriptũ est enĩ. Beat⁹ vir qui semper est pauidus. Et rursus scriptũ est: Seruite dño in timore: ꝛ exultate ei cum tremore. In pauco ergo huius vite tẽpore mentem vestrã necesse est vt tremor teneat: quatenus per securitatis gaudium sine fine postmodum exultet. Omnipotẽs deus sancti spirit⁹ sui gratia mentẽ vestrã repleat: et post fletus quos quotidie in oratione funditis/ ad gaudia vos eterna perducat.

¶ Gregori⁹ Theotisto pariter ꝛ Andree. De duob⁹ generibus cõpũctionis. Necnon gratias agit de pecunia i redẽptionẽ captiuorũ collata. Et de miraculo p clauẽ sancti Petri transpositam facto. Capitu. clxxxvij.

Epi. xxiij.

Quod in tãto tumultu causarũ vestra excellentia posita: sacri verbi vbertate plena est: atq; ad eterna incessantẽ gaudia suspirat: magnas omnipotenti deo gratias ago: quia hoc in vobis impletum video: quod de dilectis patrib⁹ scriptũ est. Filij au-

Exo. xv.

tem israel ambulauerunt per siccum per mediũ mare: ac contra: Ego veni in altitudinẽ maris: et tempestas de-

ps. lxviij.

mersit me. Uos vero ad repromissionis patriã inter vn-

K

das causarum secularium siccis (vt video) gressibus ambulatis. Agam⁹ ergo gratias spiritui qui corda que implet leuat: qui inter tumultus hominũ/ solitudinem in mente facit. In cuius presentia nullus locus compũcte anime est secretus. Eterne enim suauitatis odorem trahitis: atq; ideo sponsum anime ardenter amatis: ita vt

Cant. j.

cum celesti sponsa ei dicere possitis: Trahe me post te: in odorem vnguentorum tuorũ currimus. ¶ In epistolis autẽ excellentie vestre hoc minus reperi: q; mihi de serenissima dña indicare noluistis: q̃ studiose legat: vel i lectione qualiter compũgatur. Prodesse quidem ei multum debet vestra presentia: vt inter causarũ fluctus quas assidue patitur: ex quib⁹ velit nolit foras trahitur/ semper ad amorem celestis patrie interi⁹ reuocet: et hoc quoq; inuestigare debetis: quoties ei pro sua anima lachryme dantur: vtrum adhuc ex timore/ an iam ex amore com-

Cõpũctionis duo sũt genera

pungatur. Duo quippe sunt compũctionis genera: sicut scitis. Unum quod eternas penas metuit/ aliud qđ celestibus premijs suspirat: quia deum sitiens anima prius timore compũgitur: post amore. Ante enim semetipsam in lachrymis afficit: quia dum malorũ suorum recolit/ pro his perpeti supplicia eterna pertimescit. ¶ At vero cum longa merons anxietate fuerit formido consumpta/ quedã iam de presumptione venie securitas nascit: et in amore celestium gaudiorũ animus inflãmatur. Et

L

qui prius flebat anteq; duceretur ad suppliciũ/ postmodum flere amarissime incipit q; differtur a regno. Cõtẽplatur etenim mens qui sint illi angelorũ chori: que ipsa societas beatorũ spirituum: que visio interne charitatis dei: ꝛ amplius plangit q; a bonis perẽnibus deest: q̃ flebat prius cum mala eterna metuebat: sicq; fit vt pfecta compũctio formidinis trahat animã ad compunctionẽ dilectionis. Quod bene in sacra veraciq; historia figura-

Iosue. xv.

ta narratione describit: que ait. Axa filia caleph sedens super asinam suspirauit. Cui dixit pater suus. Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionẽ. Terram australẽ ꝛ arentẽ dedisti mihi: iunge ꝛ irriguam. Et dedit ei pater suus irriguum inferius/ ꝛ irriguũ superius. ¶ Axa quidẽ super asinã sedet/ cũ irrationabilibus carnis sue motib⁹ anima presidet. Que suspirãs a patre terram irriguã petit: quia a creatore nostro cum magno desiderio querẽda est lachrymarũ gratia. Sunt nãq; nonnulli qui iam in dono percipiunt libere p iusticia loqui: oppressos tueri: indigentibus propria tribuere: ardorẽ fidei habere: sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. Hi nimirum terram australem ꝛ arentem habent: sed adhuc irriguo indigẽt. In bonis enim operibus positi/ in quibus magni atq; feruentes sunt: optãt valde vt aut timore supplicij/ aut amore regni celestis peccata sine quibus viuere non possunt: quotidie plorent. Sed q;

M

(vt dixi) duo sunt compunctionis genera: dedit ei pater suus irriguum superius/ et irriguũ inferius. Irriguum quippe superius accipit anima/ cum se in lachrymis regni celestis desiderio affligit. Irriguũ vero inferius accipit/ cũ inferni supplicia flendo pertimescit. Et quidẽ prius inferi⁹: et post irriguũ superius datur. ¶ Sed q; compunctio amoris magna dignitate preeminet: necesse fuit vt prius irriguũ superius/ ꝛ post irriguũ inferi⁹ diceret. Uos ergo que operãte omnipotẽte dño vtraq; cõpũctionis genera experimẽto nostis: quãtũ per verba serenissime dñe vestre prodestis/ quotidie sollicite pscrutari debetis. Peto autẽ vt paruulos dños quos nutritis/ pcipue moribus instruere curetis: ꝛ gloriosos eunuchos qui eis deputati sũt admoneatis: vt ea illis loqui debeãt: que eorũ mẽtes in charitate circa se inuicẽ/ et erga subiectos in mãsuetudine cõpungãt: ne si quid odij modo inter se conceperint: in aperto postea erũpat. Uerba siquidẽ nutrientiũ aut lac erũt si bona sunt/ aut venenũ si mala. Talia ergo nunc eis suggerant/ que postmodũ ostendãt q̃ bona fuerint/ que a nutritorũ suorũ ore susce-runt. ¶ Preterea triginta auri libras dilectus fili⁹ meus Sabinianus diacon⁹ ab excellentia vestra transmissas in redemptionem captiuorum dandas/ atq; pauperibus erogandas detulit: de quibus vobis gaudeo/ sed mihi pertimesco: quia apud tremẽdum iudicem non solum de sancti Petri apostolorũ principis substãtia: sed

B etiam de vestris rebus rationem redditurus vado. Uo-
bis aūt omnipotens deus pro terrenis celestia: pro tem-
poralibus eterna restituat. Indico vero q̄ ex Crotonē-
si ciuitate que super adriaticū mare interra Italie posi-
ta/ transacto anno a lōgobardis capta est: multi viri ac
multe mulieres nobiles in predā ducte sunt: et filij a pa-
rentibus: parentes a filijs: et coniuges a coniugib⁹ diui-
si: ex quibus aliqui iam redempti sunt. Sed q̄ grauia p̄-
cia eis indicunt/multi apud nephandissimos longobar
dos hactenus remanserunt. Mox autem medietatē pe-
cunie quam transmisistis/in eorum redemptionē trans-
misi. ¶ De medietate vero ancillis dei quas vos greca
lingua monastrias dicitis/lectisternia emere disposui:
q̄ in lectis suis graui nuditate in hui⁹ hyemis vehemē-
tissimo frigore laborabant: que in hac vrbe multe sunt.
Nam iuxta notitiam qua dispensantur/tria milia repe-
riūtur. Et quidē de sancti Petri apostolorū principis
rebus: octoginta annuas libras accipiunt. Sed ad totā
multitudinē ista quid sunt: maxime in hac vrbe/vbi oīa
graui precio emuntur. Harū vero vita talis est: atq̄ in-
tantum lachrymis et abstinentia districta: vt credamus
q̄ si ipse non essent/nullus nostrum iam per tot annos ī
loco hoc subsistere inter longobardorū gladios potuis-
set. Preterea benedictionem sancti Petri apostoli cla-
uem a sacratissimo eius corpore transmisi: de qua videli-
cet claui hoc est gestum quod narro miraculū. Dū eam
D quidam longobardorum ciuitatē ingressus in transpa-
danis partibus inuenisset: q̄ scti Petri clauis esset de-
spiciens/sed pro eo q̄ eam auream vidit/facere sibi ex il-
la aliquid aliud volens/eduxit cultellū vt eā incideret:
Qui mox cultellum cum quo eā per partes mittere vo-
luit/arreptus per spiritū/sibi in gutture defixit/eadēq̄
hora defunctus cecidit. Et dū illic rex longobardorum
Antharith atq̄ alij multi eius homines adessent: et is q̄
se percusserat/seorsum mortuus: clauis vero hec seorsum
iaceret in terra: factus est omnibus vehementissimus ti-
mor: vt eandem clauem de terra leuare nullus presume-
ret. Tunc quidā lōgobardus catholicus: qui sciebatur
orationi et eleemosynis deditus/Minulfus nomine/vo
catus est: atq̄ ipse hanc leuauit de terra. Antharith ve-
ro pro eodem miraculo aliā clauem aureā fecit: atq̄ cū
ea pariter ad sancte memorie decessorē meū transmisit:
indicans quale per eam miraculum contigisset. Ipsam
ergo vestre excellentie transmittere studui: per quam om-
potens deus superbientem et perfidum hominem per-
emit: vt per eam vos qui eū timetis et diligitis: et presen-
tem salutem et eternam habere valeatis.

¶ Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno. De Cy-
riaco episcopo et prophano vocabulo. Capi.clxxxviij

epi.xxiiij. D Esideratē suauissime vestre sanctitatis episto-
lam communi filio meo Sabiniano diacono
deferente suscepi: in qua nō lingue sed vite ver-
C ba profluebāt. Et nō mirū si bene loquitur qui perfecte
viuit. Quia enī per magistrū spiritū in schola cordis per
precepta vite didicistis terrena cūcta despicere: ad cele-
stem patriā festinare: quantū vos in bono pfecistis/tan-
tum bona etiā de alijs sentitis. Dum vero in scriptis ve-
stre beatitudinis multa de me dici laudabilia audirē/
intellexi studiū: q̄ cōmemorare voluistis non quid sum:
sed quid esse debeā. Illud vero qđ me dicitis morū meo-
rum debere reminisci/et maligno spiritui querenti aias
cribrare/pro nulla causa locū dare: ego quidem malis
semper me morib⁹ recolo: atq̄ eosdē in me mores si pos-
sum vincere ac delere festino summopere. Si tñ (vt vos
creditis) aliquid boni habui/in omnipotētis dei adiu-
torio cōfido: q̄ oblitus nō sum. Sed sanctitas vr̄a (vt vi-
deo) in premissis verbis dulcedinis/et subsequenti hoc
verbo epistolā suā api esse similē voluit: que mel simul et
aculeū portat: vt me et melle satiaret/et aculeo pūgeret.
¶ Sed inter hec ego ad meditandā Salomonis vocē
Prouerb. xxvij. redeo: q̄ meliora sunt vulnera diligentis q̄ inimici blā-
dientis oscula. Quod vero dicitis pro nulla causa dare
nos locū scandalo debere: hec mihi et pijssim⁹ dominus
filius vester (pro cuius vita incessanter orandū est) iam
sepius scripsit: et quod ille ex potestate/scio q̄ hoc vos ex
amore dicitis. Nec miratus sum vos in vestris epistolis
imperialis verba posuisse: quia habent inter se maximā
cognationem amor et potestas. Nam vtraq̄ principalu-
ter presumunt: vtraq̄ per auctoritatē semper loquūtur. D
Et quidē in suscipiendis fratris et consacerdotis nostri
Cyriaci synodica epistolis dignum non fuit vt pro causa
prophani vocabuli moras facerem: ne vnitatē sancte ec-
clesie perturbarem: sed tamen de eodem superstitioso et
superbo vocabulo eum admonere studui/dicens: q̄ pa-
cem nobiscū habere non posset/nisi elationē predicti ver-
bi corrigeret: quā primus apostata inuenit. Uos tamen
eandē causam nullam esse dicere non debetis: q̄ si hanc
equanimiter portamus/vniuerse ecclesie fidem corrum-
pimus. Scitis enī quāti non solum heretici sed etiā he-
resiarche de Constantinopolitana ecclesia sunt egressi.
Et vt de honoris vestri iniuria taceam/si vnus episco-
pus vocatur vniuersalis/vniuersa ecclesia corruit: si vn⁹
vniuersus cadit. Sz absit hec stultitia/absit hec leuitas
ab auribus meis. In omnipotente autē dn̄o confido: q̄
qđ pmisit/citius impleturus est: Omnis qui se exaltat/ Lu.xiiij. et xviij.
humiliabitur. Hec occupatus in multis/ad epistolarū
vestrarū dicta in breuitate respondi: nam que modo lo-
qui per scripta non debeo/in animo signata manēt. Pe-
to vt me beatitudo vestra in suis sanctis orationib⁹ sem-
per ad memoriam reducat: quatenus a malis me tempo-
ralibus et eternis vestre intercessiones eripiant. Pro se-
renissimo autem dn̄o imperatore studiose et feruēter ora-
te: q̄ valde est eius vita mundo necessaria. Cesso autem
amplius dicere: quia et vos non dubito scire. E

¶ Gregorius Theodoro medico constantinopolitano
De largitate eleemosynarum eius. Capitulum.clxxxix.

D Ilectissimus filius meus Sabinianus diaco- Epi.xxv.
nus ad me reuersus/nulla glīe vestre scripta
detulit: sed ea que transmissa sunt/captiuis et
pauperib⁹ depostauit. vnde et intellexi causam: ideo enī
homini loqui per epistolas noluistis: q̄ omnipotēti deo
verbum in bona operatione feceratis. Habet enī vestra
operatio vocem propriam: que ad aures dei secreta cla-
mat: sicut scriptum est: Abscōde eleemosynā in sinu pau- Eccl.xxix
peris/et hec pro te orabit. Et quidē mihi (fateor) triste
est aliena expendere: et super eas quas de substātia eccle-
siastica habeo: adhuc etiā de rebus sanctissimi filij dom
ni Theodori rationes ponere. Uestre tñ benignitati cō-
gaudeo: quia sollicite attenditis atq̄ custoditis hoc qđ
veritas dicit: Date eleemosynam/et ecce omnia munda Luce.xj.
sunt vobis. Et hoc quod scriptū est: Sicut aqua extin- Eccli.iij.
guit ignem: sic eleemosyna extinguit peccatum. Paul⁹ ij.cor.viij
quoq̄ apostolus ait: Uestra abundātia illorū inopiā sup-
pleat: vt et illorū abundātia vestre sit inopie supplemen-
tum. Thobias filiū admonet dicens: Si multū tibi fue- Thob.iiij
rit/abundāter tribue: si autē parum/etiā de exiguo libē-
ter impartire. Uos itaq̄ hec omnia precepta seruatis:
sed pro nobis vt oretis petimus/ne laborum nostrorum
fructus indiscrete et non sicut necesse est dispensemus: ne
vnde vos peccata minuitis/nos inde cumulemus. Om-
nipotens autē deus sue vos protectione custodiat: nec
vobis in terreno palatio humanam gratiam tribuat: vt
post longa vos tempora ad celestis palatij gaudia eter- F
na perducat. Benedictionē vero sancti Petri apostolo-
rum principis quem multum diligitis/clauem a sacra-
tissimo eius corpore vobis transmisimus: in qua ferrum
de catenis eius clausum est: vt quod illius collum liga-
uit ad martyrium/vestrū ab omnibus peccatis soluat.

¶ Gregorius Andree. De contemnendo hoc seculo.
Capitulum.cxc.

M Agnitudinis vestre scripta suscipiēs/cogni- Epi.xxvj.
ta salute vestra gauisus sum: et de benignita-
te pijssime domine: que erga vos suam gratiā
ostendere dignata est: valde letatus. Et q̄ domina Con-
stantia clarissima puella prius q̄ nuptias faceret: ab hu-
ius mundi illecebris est erepta/vehementer exulto. Il-
lud autē q̄ vos in militiā spōsum eius intrasse dixistis:
et q̄ serenissimo domino imperatori cōmendari volui-
stis: vt vobis aliqua iniungat: vbi vos velles esse existi-
mat: mētem meam non modico merore tetigit: quia ego
bonitatem morum vestrorum ad aliud tendere semper
existimaui. Multos autē noui qui in seruitio reipubli-
ce positi vehementer affliguntur: q̄ eis non licet vacare
et peccata sua plangere: et vos quare nescio occupari de-
sideratis. Cur enī magnifice fili non cōsideras: q̄ mun-
dus in fine est: Omnia vrgētur quotidie/ad reddēdas

G rationes eterno et tremēdo iudici/ ducimur. Quid ergo aliud nisi de aduentu illi⁹ cogitare debem⁹? Uita enim nostra nauigāti est similis. Is nāq; qui nauigat/ stat/ sedet/ iacet/ vadit: q̃ impulsu nauis ducitur. Ita ergo et nos sumus: qui siue vigilantes/ siue dormiētes/ siue tacētes/ siue loquētes/ siue ambulātes/ siue volentes/ siue nolentes: per momēta tēporū quotidie ad finē tendimus. Cum igit̃ finis nostri dies aduenerit/ vbi nobis erit omne qḋ modo cū tanta cura querit̃/ et cū sollicitudine congregat̃? Non ergo honor/ nō diuitie querende sunt/ que dimittūtur. Sed si bona querimus: illa diligamus que sine fine habebimus. Si autē mala pertimescimus/ illa timeam⁹ que a reprobis sine fine tolerant̃. Hoc ipsum vero esse in obsequio pijssimi principis/ quāta est mētis occupatio in appetitu terrene gratie: et quātus est timor ne hec eadem grā perdat̃ si adepta fuerit? Perpende ergo que pena sit/ aut ꝓsperitatis desiderio fatigari: aut aduersitatis timore pauescere. Unde magis suadeo vt magnitudo vestra in suo ꝓposito quondā/ in pauco tēpore delectabili receptaculo peregrinatiōis viuere studeat: et quietā ac tranquillā vitā ducere: sacris lectionib⁹ vacare: celestia verba meditari: in eternitatis amore se accendere: de terrenis rebus s̄m vires bona opa agere/ et regnum perpetuū in eorum remuneratione sperare. Sic autē viuere/ iam in eternitatis vita partem habere est.

H Hec magnifice fili loquor: q̃ multum te diligo. Et q̃ in procellis et fluctus cordis tendis/ verborū meorū funibus te ad littus reuoco: et si trahentē sequi volueris: que pericula euaseris: que gaudia inueneris: in ipso quietis huc littore positus agnosces. Preterea gratias ago: q̃ me de duabus personis que cū glorioso Gallicio venerunt: cautū reddere studuistis: Quis persone ei⁹ quam prius magnitudo vestra nominauit/ iā in malis non modicū experimentū tenemus. Sed q̃ mala sunt tēpora/ omnia cum gemitu portamus. Omnipotens autē deus sua vos ꝓtectione custodiat: detq; vobis et hic bene agere: et apud se in perpetuum in eterna vita gaudere.

¶ Gregorius Marie religiose. De persecutiōe nō timēda: et salute plurimorum amicorum.

Capitulum.cxci.

epi.xxvij.

C Um romanum defensorem ad vrbem regiam mitterem/ diu scripta vestra requisiui: sed inueniri minime potuerūt: postmodū vero inter multas aliorū epistolas sunt inuenta: in quib⁹ mihi dulcedo vestra suas afflictiones et tribulationes spirit⁹ indicat: et aduersitates malorū hominū manifestat. Sed rogo in his omnibus reuoces ad mentem hoc quod credo q̃nunq; obliuisceris: Quia omnes qui volunt viuere in Christo/ persecutionē patiuntur. Qua in re ego fidenter dico: quia minus pie viuis/ si minus persecutionem pertuleris. Idem quoq; doctor gentiū quid aliud discipulis dicat audiamus. Ipsi scitis fratres introitū nostrū ad vos: quia non inanis fuit: sed ante passi et contumelijs affecti. Ecce dulcissime fili/ predicator sanct⁹ ingressum suum vacuum fuisse perhibuit: si cōtumelias non pertulisset: et tua charitas dici bona vult: sed mala perpeti recusat. Unde necesse est vt inter aduersa se strictius accingat: vt desideriū ad amorē dei atq; studium bone operationis ipsa plus aduersitas augeat. Sic semina messiū gelu cooperta fertili⁹ germinat. Sic ignis flatu premitur vt crescat. Scio quidem quia ex tot malarum linguarum sermonibus peruersis tempestatē validam pateris: in mente contradictionum fluctus sustines. Sed redeat ad animā quod per psalmistam dominus dicit: Exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te ad aquas contradictionis. Si enim inter cōtradicētes ea que dei sunt egeris: tunc verus operator probaris. Dulcissima autē vestra charitas mihi scripsit/ vt monasterijs que per orationes et magisterium vestrum a filio nostro dño Paulo instituta sunt/ aliquid admonendo scriberem. Sed si dei sunt vasa: scio quia per compunctionis gratiam fontem sapientie intus habent: et nec siccitatis guttas paruulas suscipe nō debent. Perfecta vero vestra sapientia recolit: quia in paradiso pluuia non fuit: sed fons ascendebat de medio paradisi qui irrigaret faciem terre. Ille ergo anime que per compunctionis gratiam fontem in semetipsis habent: de aliena lingua pluuiam necessariam nō habent. Per scripta autem vestra mihi transitum domine Eusebie nunciastis: et magna exultatione gauisus sum: quia illa bona anima feliciter ad suam patriam peruenit: que in patria laborabat aliena. Gloriosas aūt filias meas dnā Dominicam/ et dñam Eudochiam mea vice salutate. Sed q̃ predictam dominam Dominicam iam diu est q̃ audio prepositam factam: hoc circa eam vestra charitas vigilet: vt quia iam seruire in labore terreni palatij nō compellitur/ omnes mundi huius strepitus perfecte fugiat: totā se deo cōsecrans: nihil de se extra se relinquat. Sed et quantas volet animas in creatoris sui seruitiū colligat: vt earū mentes per verbum eius gratiam compunctionis accipiant: et tanto celerius ipsa ab omnibus peccatis suis absoluta sit/ quāto per eius vitā et linguā etiam aliarum anime peccatorum suorum nexibus eruperint. Quia aūt nemo hominum in hoc mūdo sine peccato est: (et qḋ ē aliud peccare nisi a deo fugere?) fiducialiter dico etiam eandem filiam meā peccata aliqua habere. Ut ergo domine sue/ id est eterne sapientie perfecte satisfaciat: que sola fugit/ cum multis redeat. Auersionis enim sue culpa nulli imputabitur: que reuertens lucrū reportat. Dominam aūt Alexandrum et dominam Theodoram mea per vos pero vice salutari. Quod vero scribitis: vt excellentissime filie mee domine Gurdie: et sanctissime filie eius dñe Theoriste: et magnificis eorū hominibus domino Marino et dño Christodoro scribere debeam: eosq; aliquid de anima sua admonere: bene scit dulcissima vestra magnitudo: q̃ hodie in Constātinopolitana ciuitate: qui de latino in grecū dictata bene transferant/ non sunt. Dum enim verba custodiunt/ et sensus minime attendunt: nec verba intelligi faciunt/ et sensus frangūt. Pro qua re pdicte filie mee dñe Gurdie breuiter scripsi: nam ceteris tacui. Duas autē camisias: et quattuor oraria vobis transmisi: que predictis viris ex bñdictione sancti Petri peto humiliter offerri. Preterea quidā moriens vnum mihi puerulum dimisit: de cuius anima cogitans/ cū dulcedini vestre trāsmisi: vt in eius viuat in hac terra seruitio/ per quem ad libertatem celi valeat peruenire. Dilectissimum aūt filium meū Anatholium diaconem/ quem ad facienda responsa ecclesie in vrbem regiam transmisi: peto vt frequenter dulcissima vestra charitas visitet: vt post labores quos in causis secularibus patitur/ in verbo dei vobiscum requiem inueniat: et quasi quodam candido linteo eiusdem laboris terreni sudorem detergat. Quem personis omnibus: que vobis note sunt commendate: Quis scio quia si perfecte cognoscitur/ commendatione non eget. Uos autem quantum sanctum Petrum apostolum/ quantum me diligitis: in ipso modo monstrate. Omnipotens aūt deus dulcissimam mihi charitatem vestram ab interioribus hostibus exterioribusq; custodiat: et quādo ei placuerit/ ad celestia vos regna perducat.

K L

¶ Gregorius Cyriaco episcopo Constantinopol. De submouendo prophano vocabulo.

M

Capitulum.cxcij.

epi.xxviij

S Cripta beatitudinis vestre suscepim⁹: que nobis non lingue: sed anime verba loquebantur. Aperiebant etenim mentem: que tamen mihi clausa nō erat: quia per memetipsum sanctitatis ipsius experimentum tenebam. Unde omnipotenti deo incessanter gratias refero: quia si erga nos in corde nostro virtutum mater charitas permanet: bonorum operum ramos nunq; amittitis: quia ipsam bonitatis radicē tenetis. Oportet ergo vt mihi atq; omnibus fratribus vestris eius charitatis pulchritudinem in hoc primū opere monstretis: vt verbum superbie: per quod graue scandalum in ecclesijs generatur/ auferre festinetis. hoc modis omnibus implentes: quod scriptū est: Solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Et rursus: Nullam occasionē dare aduersario maledicti gratia. Tunc enim ostensa charitas vera est/ si per typum superbie inter nos schisma non fuerit. Ego enim Jesum testem inuoco in anima mea: quia a summo vsq; ad vltimum nullī hominū dare scandali occasionem volo. Omnes magnos esse et honorabiles cupio: quorum tā honor honori omnipotētis dei non detrahat. Nā quisquis se cōtra deum honorari appetit: mihi honorabilis non est. Sed vt cognoscatis quā erga vestrā beatitudinē habeā volūtatē:

Marginalia: ij.Tim.iij — j.Thes.ij. — I — ps.lxxx. — Ephe.iiij — j.Tim.v.

B dilectissimũ filium meũ Anatholium diaconẽ ad piissimorum dñorũ vestigia transmisi: qui eorũ pietati ac vestre fraternitati satisfaciat: q nulli in hac causa nocere appeto: sed humilitatẽ deo placitã: et sancte ecclesie concordiam custodire. Et q hostis omnipotẽtis dei Antixps iuxta est / illud lose cupio: ne proprium quid inueniat non solum in moribus / sed etiam nec in vocabulo sacerdotũ. Ea ergo que nouo modo introducta sunt / ipso ordine quo illata sunt / auferãtur: et pax in dño illibata permanebit. Nam que erit inter nos dulcedo: que charitas si nosmetipsos voce refouemus / et rebus pũgimus: Hoc ergo vestra scitas agat / vt bona que dicitis / nos in cordis medullis sentiam⁹: quaten⁹ dũ in vnanimitate concordia fuerint sacerdotũ / pro piissimorũ dñoꝝ vita deprecãtes tanto citius exaudiri mereamur / quanto et orationes vestras ante dei oculos pax illuminat: et discordie macula non obscurat.

Gregorius Anastasio Presbytero. De contentione inter ipsum et hierosolymorũ episcopũ. Capi.cxciij

Epi.xxix. Mat.xij. Qualis bon⁹ homo de bono thesauro cordis sui bona profert: hoc tua charitas et semp viuendi modo mihi in epistola sua loquendo mõstrauit: in qua inueni duos quosdã de virtutib⁹ litigantes: te videlicet pro charitate: atq aliũ pro timore et humilitate cõtendere. Et q̃uis in multis occupat⁹: quis B greceque lingue nescius: in contẽtione tamen vestra iudex resedi: sed requisita veritate in meo iudicio contradictorem tuũ ipse vicisti per apostolicã sententiam: quam vobis contendẽtibus protuli: q timor nõ est in charitate: j.Joa.iiij. sed perfecta charitas foras mittit timorẽ: quoniã timor penam habet: qui aũt timet / non est perfect⁹ in charitate. Tua itaq fraternitas quantũ in charitate perfecta sit scio. Et q omnipotẽtem deum multũ diligit: oportet vt de proximo multũ presumat. Non enim loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciũt: sed et nos merita bona iũgũt / aut mala disiungũt. Quis ergo adhuc incertũ est quis interius qualis sit / cur nõ audebas scribere: cũ inter me et te qui sit superior ignores: Et quidẽ bene te viuere scio: me aũt multis oneratũ peccatis noui. Sed etsi ipse peccator es / me tamẽ multo melior: quia tu tua tantũmodo: ego vero et eorum qui mihi cõmissi sunt peccata porto. In hoc ergo te altũ: in hoc te magnũ aspicio: qui ante humanos oculos in magno atq in alto loco minime profecisti: in quo sepe dũ exterius ab hominibus honor tribuitur / ad ima animus mergitur: q curis discerpentibus grauatur. Tibi aũt oipotẽs deus iuxta Ps.lxxxiij. hoc quod scriptũ est: Ascensus in corde disposuit / in cõualle lachrymarũ. Multo aũt mihi altior / multo sublimior videri poteras: si neq ducatũ monasterij qđ neos dicitur suscepisses: quia in eodem monasterio (sicut audio) monachoꝝ quidem species tenetur: multa vero sub sanctitatis habitu secularia agũtur. Sed etiam ad hoc te existimabo celesti gratia peruenisse: si ea que in loco il C lo omnipotenti deo displicent: te fuerint duce correcta. Sed quia inter patrẽ eiusdẽ monasterij et pastorem Hierosolymorũ ecclesie semper esse iurgia consueuerũt: credo q omnipotẽs deus idcirco dilectionem tuã et sanctissimum fratrẽ et cõsacerdotem meũ ambos esse vno tẽpore Hierosolymis voluit: vt ea que predixi iurgia tollerẽtur. Nũc ergo ostendite quãtũ vos pariter amastis. Scio q vtriq abstinentes / vtriq docti / vtriq humiles estis vnde necesse est vt saluatoris nostri gloria in vobis iuxta vocẽ psalmiste resonet: in tympano et choro laudetur. In tympano etenĩ corium ex pelle sicca est: in choro vero vocum concordia. Quid igitur per tympanũ nisi abstinentia: quid per chorum nisi vnanimitas designatur: Quia ergo per abstinẽtiam dñm laudatis in tympano: peto vt per vnanimitatem laudetis in choro. Per semet Marci.ix. ipsam quoq veritas dicit. Habete sal in vobis: et pacem habete inter vos. Quid per sal nisi sapiẽtia designatur: Col.iiij. Paulo attestante q ait. Sermo vester in gratia semper sale sit cõditus. Quia ergo per doctrinam verbi celestis sal habere vos nouimus: restat vt per charitatis gratiã etiam inter vos pacem toto corde teneatis. Hec charissime frater dico: q vtrosq vos multũ diligo: atq omnino pertimesco ne orationum vestrarum sacrificia ex aliqua inter vos dissensione maculentur. Benedictionem vero quam et prius per exhilaratum Secundicerium per

postmodum per Sauinianum diaconem transmisistis / D cum gratiarum actione suscepi: quia de sancto loco decuit vos sancta transmittere: et cui assidue ministratis / ex vestro ipso munere demonstrare. Omnipotens deus sua vos dextera protegat: atq a malo omnibus seruet illesos.

Gregorius Mauricio augusto. Q qui vniuersalem se nominat / precursor sit antichristi.

Capitulum.cxciiij.

Epi.xxx. Dominorũ pietas prouida ne quid fortasse scandali in vnitate sancte ecclesie ex sacerdotũ dissensione generari potuisset: semel ac bis me admonere dignata est / vt responsales fratris et consacerdotis mei Cyriaci benigne susciperẽ: eosq ad remeandum citius relaxarẽ. Et licet piissime dñe apte et prouide cũcta percipiat: ego tamen inuenio q eorum iudicio indiscretus esse ex hac tali admonitione reprehẽdor. Nã quidnam si ex superbo ac prophano vocabulo meus nõ in modico est animus vulneratus / tante indiscretionis esse potui / vt nescirem quid vnitati fidei / quid cõcordie ecclesiastice deberem: et fratris mei respõsales et synodicam epistolam suscipere cuiuslibet cause amaritudine interueniente recusarem: Absit hoc. Nimis mihi fuerat desipuisse / sic sapere. Aliud nãq est quod cõseruãde vnitati fidei: atq aliud quod debemus comprimende elationi. Distinguenda ergo erant tẽpora / ne predicti fratris mei ex quolibet articulo nouitas turbaretur. Vn E de et responsales eius cum magno affectu suscepi. Quicquid debui charitatis exhibui: meliusq eos q consuetudo prisca fuerat honoraui: et mecũ feci eos sacra missarum solẽnia celebrare: quia sicut meus diaconus ad exhibenda sancta mysteria illi nõ debet ministrare qui elationis culpam aut committit / aut cõmissam ab alijs ipse non corrigit: ita ministri illius in celebratione missarũ mihi adesse debuerunt: qui (custodiente deo) in superbie errorẽ non cecidi. Eũdem vero fratrem et cõsacerdotem meũ studiose admonere curaui: vt si habere pacẽ omnium concordiamq desiderat: ab stulti vocabuli se appellatione compescat. De qua re mihi in suis iussionibus dominorum pietas precepit dicens: vt pro appellatione friuoli nominis inter nos scandalum generari nõ debeat. Sed rogo vt imperialis pietas penset: quia alia sunt friuola valde innoxia / atq alia vehemẽter nociua. Nunquid non cũ se antichristus veniens deum dixerit / friuolum valde erit: sed et nimis perniciosum: Si quãtitatem sermõis attendimus / due sunt syllabe. Si vero pondus iniquitatis / vniuersa pernicies. Ego aũt fidẽter dico / q quisquis se vniuersalem sacerdotem vocat: vel vocari desiderat / in elatiõe sua antichristum precurrit: q superbiendo se ceteris preponit. Nec dispari superbia ad errorem ducitur: q sicut peruersus ille / deus videri vult super omnes homines / ita quisquis iste est qui solus sacerdos appellari appetit: super ceteros sacerdo F tes se extollit. Sz qm veritas dicit: Ois qui se exaltat / Lu.xiiij. humiliabitur: scio q quelibet elatio tãto citius rumpi et.xviij. tur / quanto amplius inflatur. Illus ergo pietas vestra precipiat / ne quod per appellationẽ friuoli nominis scãdalum gignant / qui in superbie typum ceciderũt. Nam peccator ego: qui auctore deo humilitatem teneo / admonendus ad humilitatem non sum. Omnipotens aũt de⁹ serenissimi dñi nostri vitam / et ad pacem sancte ecclesie / et ad vtilitatẽ reipublice Romane per tẽpora longa custodiat. Certi etenim sumus: quia si vos viuitis / qui celi dominum timetis / nulla contra veritatem superba prȩualere permittitis.

Gregorius Eulogio episcopo Alexandrino et Anastasio episcopo Antiocheno. De responsalibus Cyriaci episcopi in causa fidei cõmissoꝝ. De suo diacono cum eo non processuro. De dãnatione Eudoxij sibi incognita. De historia sozomeni ab apostolica sede reprobata. De anima Ade q in peccato mortua est. Dicit quoq eum p penitentiam saluatum. Et q diabolus cor hominis ingreditur. Capitulum.cxcv.

Epi.xxxi. Charitas qua vobis valde constrictus sum: tacere me minime permittit: vt sanctitas vestra q̃ cũcta apud nos agitur agnoscat: et falsis rumoribus nõ decepta / sue iustitie atq rectitudinis viam sicut perfecte cepit / perfectius teneat. Responsales siquidem

G

dem fratris & coepiscopi nostri Cyriaci venientes eius
ad me synodicam detulerūt epistolam. Et quidē inter
nos et ipsum (sicut vestra beatitudo nouit) propter ap-
pellationē prophani nominis est grauis discordia: sed
in causa fidei trāsmissos responsales eius existimaui esse
suscipiendos/ne culpa elationis que in cōstantinopoli-
tana ecclesia pene cōtra oēs sacerdotes exorta est:diuer
sionem fidei & rixam ecclesiasticę faceret vaticam. Eosdē
vero responsales: qz hoc omnino humiliter precabātur:
missarum solēnia mecū celebrare feci: qz sicut & serenissi-
mo dño imperatori nostro intimare studui: responsales
fratris & cōsacerdotis nostri Cyriaci mihi cōmunicare
debuerunt: qz auctore deo in elationis errorē non ceci-
di. Meus vero diaconus cū predicto fratre nostro Cy-
riaco missarū solēnia celebrare nō debet: qz per propha-
num vocabulum culpā superbie aut cōmisit / aut sequi-
tur: ne si (quod absit) procedit / et in tali elatione posito
vanitatē stulti nominis confirmare videamur. Eundē
vero fratrem admonere studui / vt se a tali elatione corri
gat: qui si hāc non correxerit / pacem nobiscum nullo mo-
do habebit. Preterea idem frater noster omnia in suis
synodicis catholice (deo auctore) locutus est. Quēdam
vero Eudoxium dānauit: quem neqz in synodis dāna-
tum inuenimus: neqz a decessoribus eius in suis synodi-
cis reprobatū. Et canones quidem constantinopolita-
H ni concilij Eudoxianos dānant: sed quis fuerit eorū au-
ctor eudoxius / minime dicūt. Romana autem ecclesia
eosdem canones vel gesta synodi illius hactenus non
habet nec accipit: in hoc aūt eandem synodum accepit:
qđ est per eam cōtra macedonium definitum. Reliquas
vero hereses que illic memorate sunt / ab alijs iam patri
bus damnatas reprobat. De eudoxianis vero nihil hac-
tenus agnouit. In historia autem Sozomeni: de quo-
dam eudoxio qui Constātinopolitane ecclesie episcopa
tū arripuisse dicitur: aliqua narrant. Sed ipsam quoqz
historiam sedes apostolica recipere recusat: quoniam
multa mentitur: & Theodorum mopsuestie nimium lau
dat: atqz vsqz ad diem obitus sui magnū doctorē eccle-
sie fuisse perhibet. Restat ergo vt si quis illam historiā
recipit / synodo que pie memorie Iustiniani temporib⁹
de tribus capitulis facta est cōtradicat. Qui vero huic
contradicere non valet / illam historiam necesse est vt re-
pellat. In latina vero lingua de hoc eudoxio nuncusqz
neqz in philastro: neqz in beato Augustino qui multa de
heresib⁹ conscripserūt: neqz in alijs patribus aliquid in-
uenim⁹. Charitas igitur vestra si quis apud grecos p-
batorū patrū de eo sermonem fecit: suis mihi epistolis
innotescat. Preterea ante triennium cogente causa mo
nachorum Isaurie qui heretici accusabantur / satisfaci-
ens mihi quondā frater & cōsacerdos meus dñs Ioan-
nes litteras misit: quibus nitebatur ostendere eos ephe
I sine synodi diffinitionibus cōtradixisse: & velut ex eadē
synodo certa nobis quibus ipsi obsisterent capitula de-
stinauit. Inter alia aūt scriptū illic cōtinebatur de ade
anima: quia in peccato mortua nō fuerit: eo q diabolus
in cor hominis nō ingrediebatur: et si quis hoc dixisset /
anathema esset. ¶ Que cū mihi relata fuissent / valde cō
tristatus sum. Si enī Ade (qui primus peccauit) anima
in peccato mortua nō est: quomodo de ligno vetito ei di
Gen.ij. ctū est: In quacūqz die comederitis ex eo / morte morie-
mini: & ecce comedit Adam & Eua de ligno vetito: & ta-
men in carne sua vltra nongentos annos postmodum vi
xerunt. Constat itaqz qz in carne nō est mortuus. Si er-
go in anima mortuus non est (quod dicit nephas est) fal-
sam sententiam de illo protulit deus qui dixit: qz qua die
comederet / moreretur. Sed absit hic error: absit a vera
fide. Nos enim primū hominē qua die peccauit / anima
mortuū dicimus: atqz per hunc omne genus humanum
in hac mortis & corruptionis pena dānatū. Per secūdū
vero hominē & modo a morte anime / & postmodū ab om
ni corruptiōe carnis in eterna resurrectiōe liberari nos
posse cōfidimus. Sicut aūt et predictis responsalib⁹ di-
ximus: Ade animam in peccato mortuā dicimus: non a
substantia viuendi: sed a qualitate viuendi. Quia enim
aliud est substantia: atqz aliud qualitas: non est eius ani
ma ita mortua vt non esset: sed ita mortua: vt beata non
esset. Qui tamen Adam postmodū per penitētiam ad vi
tam rediit. Quod vero diabolus cor hominis ingredia-

K tur: si euangelio creditur / non negatur. Ibi enim scriptū
est: Et post buccellā introiuit in eū sathanas. et rursus
Ioā.xiij. ibi dicit: Cū diabolus iam semisisset in cor iude vt tra-
deret eum iudas. Hoc autē qui negat: in pelagianā he-
resim cadit. Quia ergo pscrutātes ephesinā synodū / ni-
hil in ea tale inuenimus contineri: de Rauēnati quoqz
ecclesia vetustum valde codicem eiusdē synodi ad nos
deferri fecimus: & synodū quā habebamus: cū ita cōcor-
dare inuenimus: vt in nullo discreparet: & nihil aliud cō
tinet in definitione anathematis & reprobatiōis: nisi qđ
duodecim capitula beate memorie Cyrilli reprobent.
Hanc autē totam rationē multo lati⁹ subtiliusqz predi-
ctis responsalibus eius in presenti positis reddidimus
atqz ei plenissime satisfecim⁹. Igit ne vel hec vel aliqua
similia illic surrepant que sanctā ecclesiā scandalizent /
necesse nobis fuit hec ipsa sanctitati vestre indicare. Et
qz vos te fratrē & coepiscopum nostrum Cyriacū nouerī-
mus orthodoxorum: tñ propter alios cauti esse debemus:
vt anteqz ad publicū prodeant errorū semina conculcen
tur. Scripta autē vestre sanctitatis cōmuni filio Sabi-
niano diacono veniēte suscepi. Sed qz harum lator iam
ad egrediēdū paratus retineri non potuit: ad hec respō-
sali meo diacono veniente respondebo.

¶ Gregorius Dominico episcopo Carthaginensi. Ne
monachi contra abbates ab episcopis defendantur.

Capitulum.cxcvi.

Epi.xxxij

Licet fraternitatē tuam erga monasteriorum
curā pastorali vigilātia credamus esse sollici
tam: ea tñ que de monasterio in aphricana p-
uincia posito cognouimus: vobis necessario preuidim⁹
L indicare. Querit autē Concodeus abbas lator presen-
tium: qz si quādo monachos quibus preesse dinoscitur:
sub regulari voluerit disciplina restringere: monasteriū
temere deserunt: & licite quocūqz voluerint vagātes exi-
stant. Quia ergo hoc et ipsis omnino perniciosum est: &
alijs perditionis monstrat exemplū: hortamur fraterni-
tatem vestrā vt si ita est / ecclesiasticā in illos correptio-
nem exerceat: & cōgrue eos districtione a tali pculdubio pre
sumptione cōpescat: atqz ita ad obediendū salubri pro-
uisione superbientes animos iugo discipline subijciat:
vt quos ad huius prauitatis excessum / eorū poterat imi-
tatio prouocare / emēdatio a culpa reuocet: & suis (vt di-
gnum est) doceat prepositis obedire. Qz vero a quibus-
dā episcopis excedētes monachos phibet defensari: fra-
ternitas vestra i hoc studeat esse sollicita / & eos a tali de
fensione: sua modis oībus interminatione suspendat.

¶ Mense Iulio. Indictione.xv.

¶ Gregorius Dinamio & aurelie per Franciam. Vt ad
meliora pficiant. Et de codice transmisso. Capi.cxcvij.

epi.xxxiij.

Scriptorum vestrorū paginis lectione percussa /
magnā nobis studio vestro indicato contulit
letitiam: quia per hoc qz vos sacre lectionis pa
bulo querere: & superne patrie desiderare gaudia nuncia-
M uit: dilectionem vestram religiosam conuersationē non
solum amare nomine: sed etiam tenere vita monstrauit.
Et quoniā desiderata vos adepturos esse confidimus:
vehementi vobis cor nostrū exultatione congaudet. Nā
qz huiuscemodi desiderium gratia diuina non deserat /
ipsa nos veritas testimonio sue vocis informat dicens:
Mat.vij. Omnis qui querit / inuenit: qui petit / accipit: & pulsanti
Luce.xi. aperietur. Hac itaqz fulti certitudine / de eiusdē redem-
ptoris nostri misericordia nihil ambigere: sed spe debe-
mus indubitata presumere. Nec enim muneris sui largi
tate frustrabitur: sed vires obtinendi prorsus indulget /
qui velle concessit. Nam iam ipsum desiderantes appe-
tere / donū est. Qz tamen ita de gratia debemus superna
presumere: vt non simus negligētes in oratione vel ope-
Lu.xviij. re: voce eiusdē veritatis exprimitur. Oportet semp ora-
re / & non deficere. Petamus igitur orando: queram⁹ le-
gendo: pulsemus operādo. Sit igitur mens vigilans: sit
vndiqz suspecta: sit vbiqz sollicita: vt insidiātis possit la-
queos precauere. Sed qz quāto hostis noster cautū con
tra se vnūquēqz cognoscit / tanto corda sibi resistentium
subtili molitur arte subuertere: omnipotentem dñm assi
duis lachrymis et deprecatione poscamus: vt nos vene-
ni ei⁹ non sinat infectione corrūpi: sed cōtra certamina &
latentes suggestiones quas ingerit: potētie sue nos scu-
to circūtegat: in quo iacula illius illisa frangantur: & cor

B

nostrum percussionis ipsius contectos nō vulneret: sed gratie sue dono eius nobis insidias et intelligere donet et vincere. Codicē vero quē dirigeremus: talē qui vos vt petistis instrueret/minime paratū habuimus: sed in subsequenti transmittemus.

¶ Gregorius Rustice vxori Joannis vt ad virum suum reuertatur. Capitulum.cxcviij.

Epistola xxxiiij.

Lectos nos vestre nimis epistole reddiderunt: q vos mutari eccłie sociatos deo protegente cognouimus. Et quidē sicut ✝ ipse scribitis/ante hoc facere debuistis: qz tantis viri coniugē/nec ad modicū esse decuit a cōmunionis vnitate disiunctā. Cōsiderare enī debuisti gloriosa filia quāta multitudo fideliū in matris ecclesie sinu cōsistat: quātiq virtutibus sacerdotes qui in ista fide defuncti sunt coruscarunt: vel quāta ad corpora sua miracula faciāt: atq eos nō diiudicare: sed plus tātis viris ac sacerdotibus q tibi credere debuisti. Inter hec tamē oīpotenti deo gratias agimus: qui ita cordi vestro lumē sue veritatis infudit: vt erroris sui pulsa caligine: rectā vobis viā quā sequi ✝ tenere debeatis ostēderet. Gloriosum autē cōiugē vestrū quousq viuimus/a nobis dimittere nolumus: ✝ ideo eum ad vos reuerti nullatenus consideratis. Et quidē ipse ad vos venire desiderat: sed postq̄ in ciuitate romana est: nō potest/nō ei licet: quia amoris nostri oīno tenetur vinculis alligatus. Melius est ergo vt vos ad eū venire modis oībus festinetis: quia caput suum potius mēbra ✝ sequi debēt: et quocūq iuerit/comitari.

B

¶ Gregorius dño epō Messanensi. De vasis sacris pro redemptione captiuorū distrahēdis. Capitulū.cxcix.

Epistola xxxv.

Et sacrorū canonum/et legalia statuta permittunt ministeria ecclesie pro captiuorū esse redēptione vendenda. et ideo qm̄ Faustinus lator presentium vt filias suas de iugo potuisset captiuitatis eruere: trecentorū triginta solidorū probatur debitū cōtraxisse: ex quibus triginta reddidit/ad reliquē quātitatis restitutionē eū certū est non posse sufficere: fraternitatē tuā his hortamur affatibus: vt de argento Meriensis ecclesie cuius miles esse dinoscitur: qd apud vos est/quīdecim et libras accepto ab eo desuscepto dare modis oībus debeatis: vt eo venūdato/✝ restituto debito/necessitate valeat obligationis absolui. ¶ Sed et illud fraternitas vestra debet esse sollicita/vt si quidē de predicta ecclesia vsuale argentū est: supra scriptā quātitatē accipiat: alioquin de sacratis vos vasis hac in re eā quā prediximus quātitatē prebere necesse est. Nam sicut omnino graue est frustra ecclesiastica ministeria venūdare: sic iterum culpa est imminēti huiusmodi necessitate res maxime desolate ecclesie captiuis suis preponere: et in eorum redemptione cessare.

¶ Gregorius Joanni epō Syracusano. De contētionibus monasteriorū terminandis. Capitulum.cc.

Epistola xxxvj.

C

Ne religiosorū virorū corda secularium rerū contentio a mutua (qd absit) charitate disiungat: magna est sollicitudine studēdū/vt facillimū fine res possit in altercationē deducta percipere. Quia ergo indicante Cesario abbate monasterij sancti petri: qd in loco est qui Balas dicitur constitutū: cōperimus inter eum ✝ Joannē abbatē monasterij sancte Lucie in Syracusana ciuitate cōstituti graue esse exortā de quibusdā finibus questionem: ne ipsa inter eos valeat cōtentio prolongari: certamina eorū agrimensoris definitione pspeximus finiēda. Et ideo scripsimus Fantino defensori: vt Joannem agrimensorē: qui de Romana vrbe panormū profectus est: illuc ad fraternitatē vestram debeat destinare. ¶ Hortamur ergo vt cum eo ad loca de quibus est contentio debeatis accedere: et vtriq parte cominus cōstituta/per loca que in lite sunt/vestra facta sis presentia terminari: quadraginta tamē annorū vtriq parti pscriptiōe seruata. Quecūq vero diffinita fuerit: ita seruari fraternitas vestra sollicite studioseq prouideat: vt denuo nec iurgium exinde aliquod excitari: nec querela ad nos valeat aliqua peruenire. Cesarius abbas venerabilis quia noster olim fuerit: fraternitatē vestrā credimus nō latere: et ideo eū vobis (salua equitate) in omnibus commendamus: et quia in secularibus causis omnino inexpertus est: vestra eum sollicitudine necesse est adiuuari. sic tamen vt in cunctis (sicut decet) rationem et iustitiam conseruetis.

D

¶ Gregorius Eulogio epō Alexandrino. De quattuor aplicis sedibus: et de lignis transmissis. Capitlm.ccj.

Epistola xxxvij.

Suauissima mihi sanctitas vestra multa in epistolis suis de sancti Petri apostolorum principis cathedra locuta est/dicens q ipse i ea nūcusq in suis successoribus sedeat. Et quidē ego indignū me esse non solū in honore presidentiū: sed etiam in numero stantiū agnosco. Sed cūcta que dicta sunt/in eo libēter accepi: quod ille mihi de Petri cathedra locutus est: qui Petri cathedrā sedet. Et cū me specialis honor nullo modo delectet/valde tamē letatus sum: qz vos sanctissimi qd mihi impēdistis: vobismetipsis dedistis. Quis enim nesciat sanctā ecclesiā in aplorū pncipis soliditate firmatā/qui firmitatē mētis traxit in noīe: vt Petrus a petra vocaret: Cui veritatis voce dicitur. Tibi dabo claues regni celorū. Cui rursus dicit. Et tu aliquādo cōuersus confirma fratres tuos. Iterūq. Simon Joannis amas me: pasce oues meas. Itaq cū multi sint apli: pro ipso tamē pncipatu sola aplorū pncipis sedes in auctoritate cōualuit: q in tribus locis vnius est. Ipse enī sublimauit sedē: in qua etiā quiescere/✝ presentē vitā finire dignatus est. Ipse decorauit sedē in qua euangelistā discipulū misit. Ipse firmauit sedē in qua septē annis q̄uis discessurus sedit. Cū ergo vnius atq vna sit sedes cui ex auctoritate diuina tres nunc epi presidēt: quicqd ego de vobis boni audio/hoc mihi iputo. Si quid de me boni creditis: hoc vestris meritis imputate: qz in illo vnum sumus qui ait. Ut omnes vnū sint: sicut et tu pater in me/et ego in te: vt ✝ ipsi in nobis vnū sint. Debitum autē salutationis alloquiū persoluens/indico qz magno gaudio exultoq vos cōtra hereticorū latratus assidue laborare cognoui: atq oīpotētem dīm deprecor: vt beatitudinē vestrā sua protectione adiuuet: quatenus per linguā vestrā de sinu sancte ecclesie omnē radicem amaritudinis euellat: ne rursum germināds impediat multos: et per illā coinquinētur multi. Accepto etenī talēto cogitatis qd preceptū est: Negociamini dum venio. Ego autē etsi negociari nō valeo: lucris tamē negocij vestri cōgaudeo: hoc videlicet sciens: quia et si me participē operatio non facit: laboris vestri me participem charitas facit: qz (sicut existimo) bonū proximi etiā ocioso cōmune fit: qui de alterius actibus gaudere cōmuniter scit. ¶ Preterea ligna transmittere volui: sed beatitudo vestra si essent necessaria nō indicauit: et maiora multo mittere possumus: sed nequaq̄ talis nauis huc mittitur: que hec capere valeat. Minora autē mittere verecundū puto. Quid tamē facere debeā/beatitudo vestra suis mihi epistolis innotescat. Paruulam vero benedictionē de amatoris vestri sancti Petri eccłia sex minora aquitanica pallia/✝ duo oraria trāsmisi. qz enī multū diligo/etiā de paruis presumo. Habet enī ipsa dilectio auctoritatē suā: ✝ oīno certa est qz iniuria nō erit in omne qd amādo psumpserit. Suscepi autē benedictionē sancti euangeliste Marci iuxta breue vestris epistolis insertū. Sed quia collatū ac lurithen non libēter bibo: pre sumēs cognidiū requiro: qd in hac vrbe post multa tēpora vestra innotescere transacto anno sanctitas fecit. Nam nos hic a negociatoribus nomen cognidij et non substantiā cōparamus. Peto autē vt contra oēs amaritudines quas in hac vita patior/vestre me sanctitatis oratio fulciat: atq ab his apud oīpotentem dominū suis intercessionibus defendat.

E

Jo.xvij.

Lu.xix.

F

¶ Gregorius Cypriano rectori nostro per Siciliā. De episcopo Lucen. ecclesie ordinando. Capitulum.ccij.

Epistola xxxviij.

Habitatores Lucensis ciuitatis quendam ad nos presbyterū adduxerūt: q eis debuisset episcopus ordinari. Sed qz minime dignus inuētus est/ne diu sine pprio possint cōsistere sacerdote: a nobis admoniti in scrinio promiserunt aliū studiose querere: ✝ ad nos consecrādum deo adiuuāte perducere. Et ideo ad dilectionē tuam latore presentiū venīēte Marcianū pbrm diocesios Taurianēsis ecclesie: qui nunc habitat in ecclesia que est in massalergis constituta: diocesis Cathenēsis ecclesie: ad te facito modis oībus euocari: atq cū studij tui sit de criminibus que ad episcopatū accedere non permittūt: cū omni subtilitate requirere. Et si eorum se expertē esse respōderit/cū presentiū portitore eū festina dirigere: vt facto in eum decreto ad nos veniat

Mat.xvj.

Lu.xxij.

Jo.xxj.

Aliutrech

G deo adiuuante/ordinandus. Si vero est aliquid quod ei possit obsistere: hunc qui ad dilectionem tuam venit: cum omni cura et celeritate dimitte: vt eo ad loca sua remeante/ alter secundum ea que premissa sunt requiratur.

Gregorius Mariano epo rauenne. De ordinando epo in Corneliensi ecclesia/loco alterius lapsi. Capitulum.ccij.

Epistola xxxix.

Fraternitatis vestre epistola nunciante cognouimus corneliensis ecclesie filios assidua supplicatione in loco lapsi quondam epi sui consecrandum sibi a vobis poscere sacerdotem: atque vos quid de eare fieri debeat dubitare: et nostrum eundem expectare mandatum. Postquam ergo quemque criminaliter abscedentem in locum de quo lapsus est nulla permittit ratio reuocari: et vltra tres menses ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittunt: ne cadente pastore dnicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet: fraternitas vestra deprecationi eorum consentire: et in loco lapsi debet epm ordinare. Nam vos non petentes eos etiam ante vestris ad hoc debueratis adhortationibus admonere: postulantes nulla vos oportet excusatione differre: quia ecclesia dei diu viduata proprio epo remanere non debet.

Gregorius Martiniano epo Rauenne. De submouendo clericorum dominio in monasterijs. Capitulum.cciij.

Epistola xl.

Dudum ad nos multorum relatione peruenerat/monasteria in Rauenne partibus constituta omnino clericorum vestrorum dnio pregrauari: ita vt occasione quasi regiminis ea (quod dici graue est) velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes decessori vestro epistolas misimus: vt hoc emendare per oia debuisset. Sed quia vite est termino citius occupatus: ne hoc onus monasterijs remaneret: fraternitati vestre hec eadem nos scripsisse recolimus. Et quia (vt comperimus) in huius rei hactenus correptione cessatum est: hec ad vos iterum preuidimus scripta dirigere. Hortamur ergo: vt omni mora/omnique excusatione submota/ ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis grauamine releuare: quatenus nullam deinceps in eis clerici vel hi qui in sacro sunt ordine constituti/ob aliud habeant nisi orandi tantummodo causa accedendi licentiam: aut si forte ad peragenda sacra misteria fuerint inuitati mysteria. Sed ne pro cuiuslibet monachi aut abbatis promotione aliquod onus fortasse sustineant: studendum vobis est: vt si quispiam abbatum aut monachorum ex quocunque monasterio ad clericatus officium vel ordinem sacrum accesserit: non illic aliquam habeat vlterius (vt diximus) potestatem: ne monasteria huius occasionis velamine: ea que prohibemus/sustinere onera compellantur. Hec itaque oia vigilanti cura emendare: iam secundo commonita sanctitas vestra non differat: ne si post hoc negligentes vos esse (quod non credimus) senserimus: aliter monasteriorum quieti prospicere compellamur. Nam vobis notum sit quia tante necessitati seruorum dei congregationem amplius subiacere non patimur. Ne vero aliqua vobis excusatio de monachis oriatur: personam huc quam preuiderit vtilem ex opere fraternitas vestra transmittat: et nos qui cum eo ad vos venire possint: monachos deputamus: quos vt prospexeritis debeatis in monasterijs ordinare: si tamen talia loca sint/ vt sit ibi vnde subsistere valeat.

C. xvi. q. j. Ne pro cuiuslibet.

I

Gregorius Cypriano diacono per Siciliam. De paula et quodam iudeo. Capitulum.ccv.

Epistola xli.

Questa nobis est Paula presentium latrix quendam Theodorum ex iudeo sibi nimis frustra inimicum existere: intantum vt (quod dici nephas est) iniquitate maleficiorum eam ledere molitur: atque ab hominibus ecclesie Messanensis eundem Theodorum contra hoc facinus fortius vindicari. Dilectio igitur tua studeat: vt nullus ecclesiasticorum predicte mulieri in hac causa temptet aduersus existere. Sed ad inuestigandum hoc ipse (vt potueris) esto sollicitus. Et si suprascriptus theodorus tante iniquitati obnoxius esse patuerit: ita hoc districta vltione per hos quorum interest facias vindicari: vt et deo placari possit: et alijs exemplum correptionis sit.

Explicit liber. iij. Registri beati Gregorij Pape.

Incipit Liber quartus.

Explicit liber Sextus secundum aliam computationem domini Gratiani in decretis.

Explicitunt epistole Indictionis. xv.

Liber. vij.

Incipiunt epistole beati Gregorij pape. Indictione prima.

K

Gregorius Sabiniano diacono. De causa Maximi et presumptione eius. Capitulum primum.

Epistola j.

De causa Maximi preuaricatoris quid actum sit cognouisti. Sed postquam serenissimus dns imperator iussionem transmisit vt ordinare minime debuisset: hec ad altiorem superbiam erupit. Ramboles gloriosi viri Patricij Romani ab eo premia acceperunt/eumque ita ordinari fecerunt: vt Antonium subdiaconum et rectorem patrimonij nisi fugisset occideret. Ego autem epistolas transmisi: postquam eum ordinatum contra rationem cognoui et contra consuetudinem: vt missarum solennia celebrare non presumeret: nisi prius a serenissimis dnis cognoscerem/quid de eius persona iussissent. Que scripta mea publice relecta/ et in ciuitate posita/publice scindi fecit: atque in contemptum sedis apostolice apertius exiliit. Quod ego qualiter patiar scis/ qui ante paratior sum mori: quam beati Petri apli ecclesiam meis diebus degenerare. Mores autem meos bene cognitos habes: quia diu porto: sed si semel deliberauero non portare: contra oia pericula letus vado. Unde necesse est cum dei auxilio periculo succurrere: ne cogatur excedendo peccare. Uide que dico: et pensa ex quanto dolore sunt. Peruenit vero ad me quod transmisit nescio quem clericum/qui diceret quod Malcus epus in custodia pro solidis occisus sit. De qua re vnum est quod breuiter suggeras serenissimis dnis vestris: quia si ego seruus eorum in morte longobardorum me miscere voluissem: hodie longobardorum gens nec regem: nec duces: nec comites haberet: atque in summa confusione esset diuisa. Sed quia deum timeo: in morte cuiuslibet hominis me miscere formido. Quod autem Malcus epus neque in custodia fuit: neque in aliqua afflictione: sed die qua causam dixit/et addictus est: nesciente me a Bonifacio notario in domum eius ductus est: cui et prandium factum est: vbique prandidit/et honoratus est ab eo: nocte subito mortuus est: iam dilectionem tuam arbitror cognouisse. Exhilaratum autem nostrum pro ea re dirigere volui. Sed quia iam eandem causam actam existimaui: idcirco me retinui. Dno autem Romano dilectio tua dicat: quia pro felice/sicut scripsit ad virum excellentissimum magistrum epistolas: si deus iusserit facio: et per hominem meum transmitto. Nam modo postquam nulli alteri scribendum mihi fuit soli magistro scribere. Cui etiam dicendum est: quia Cerellus palatinus substantiam eius: quantum virigatinus dicit: male exterminat. Cui vix potui imponere/ vt expensas eidem virigatino in monasterio quo lectioni vacat/et laborare non potest/ parum aliquid de substantia matris sue dare debuisset.

L

Gregorius Crysanto episcopo Spolitano. De conuertendis ab idolorum cultura. Et de quinquaginta solidis baptizandis transmissis. Capitulum. ij.

M

Epistola ij.

Suscepta epistolis fraternitatis vestre/magnas omnipotenti deo gratias retulimus: qui de congregatione multarum animarum nos dignatus est releuare. Et ideo fraternitas vestra sollicite studeat opus quod cepit auxiliante dno ad perfectionem deducere. Et siue eos qui aliquando fideles fuerunt: sed ad cultum idolorum negligentia aut necessitate faciente reuersi sunt: festinet cum indicta penitentia aliquantorum dierum ad fidem reducere: vt reatum suum plangere debeant: et tanto firmius teneant hoc ad quod deo adiuuante reuertuntur: quanto illud perfecte deseruerit vnde discedunt. Siue eos qui necdum baptizati sunt admonendo/rogando/de venturo iudicio terrendo/rationem quoque reddendo: quia ligna et lapides colere non debent: festinet fraternitas tua omnipotenti domino congregare: vt in aductu eius cum districtus dies iudicij venerit/in numero sanctorum possit tua sanctitas inueniri. Quod enim opus vtilius et sublimius acturus es: quam vt de animarum viuificatione et collectione cogites: et tuo dno qui tibi locum predicandi dedit/immortale lucrum reportes? Transmisimus autem fraternitati tue quinquaginta solidos pro vestimentis eorum qui baptizandi sunt comparandis. Presbytero quoque ecclesie que in Regengnomonte sita est/possessionem quam tua fraternitas petijt/ dari fecimus: ita vt quantum prestat/tantum de solidis quos

A accipere cõsueuerat/minus accipiat. Uestra autẽ frater nitas petijt: vt sibi epm in ecclesia que nõ longe ab eodẽ monte est facere debeat: quod oĩno libenter accepi: quia quantũ vicina fuerit/tm̃ prodesse aĩabus illic cõsistenti-
C.l.j.q.j. Latorem. bus amplius poterit. Latorẽ vero presentiũ pro intercessione sanctitatis vestre acolitũ fecimus: quem ad obsequia tua transmisimus: vt si in lucrãdis animabus amplius seruierit: proficere amplius possit.

¶ Gregorius Anastasio epõ antiocheno. Consolatoriã scribit epistolã de aduersitatibus huius mundi. De barbarorũ gladijs/ac diuersis aduersitatibus. Capitm̃.iij.

Epl'a.iij. Suscepi epistolas suauissime beatitudinis vestreque pro verbis lachrymas pluebãt. Uidi nãq̃ in eis nubẽ more suo in altũ volãtem: sed quandã caliginẽ tristitie ferentem: nec penetrare in ipso exordio facile valui/vnde ex quo iret: quia per ipsa quã dixi caligine ad plenum causas nõ intellexi. Hoc tamẽ sanctissimos vos semper sicut et facitis redacere ad mẽ
ij.Ti.iij. tem decet: qd̃ predicator gentiũ dicit. In nouissimis tẽporibus instabũt tempora periculosa: et erunt homines seipsos amãtes: cupidi: elati. et cetera/que mihi labor est dicere: et vobis nõ est necessariũ audire. Ecce in senectute sctã vestra beatitudo multis tribulationib⁹ laborat: sed perpẽdat cuius sedẽ teneat. Nunquid non illius cui
Jo.xxj. voce veritatis dictũ est: Cũ senueris/alius te cinget/et ducet quo tu non vis? Sed hec dicens recolo q̃ sanctitas vestra in multis aduersitatibus etiã a iuuentute desudauit. Cũ bono ergo rege dicat. Recogitabo oẽs an-
Esaie xxxviij. nos meos in amaritudine aĩe mee. Sunt autẽ multi qui delectationẽ suã (sicut scribitis) de nris sibi vulneribus
Jo.xvj. faciũt. sed scim⁹ q̃ dixit: Plorabitis et flebitis vos: mũ-
B dus autẽ gaudebit: vos autẽ contristabimini. Et protiIbidem. nus adiũxit. Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

¶ Quia vero iam predicta patimur: restat vt etiã promissa sperare debeamus. Hi enĩ de quib⁹ dicitis: qz ipsi
Mat.vij. addũt onera qui subleuare debuerant: scio quia illi sunt qui veniunt in vestitu ouium: z intus sunt lupi rapaces. Sed tanto magis tolerãdi sunt: quãto non solũ per maliciosam mentẽ: sed etiã per religiosum habitũ persequitur. In hoc autẽ qd̃ soli pre alijs haberi appetũt: qd̃ dignũ nõ fuerat vt vel cum fratribus haberent/nullo modo turbamur: quia in oĩpotenti confidimus: quia hi qui aliena appetũt/etiã suis citius priuãtur. Scimus enim
Lu.xiiij. qui dicit. Quia oĩs qui se exaltat/humiliabitur. Et rur
Puer.xvj. sum scriptũ est: Ante ruinã exaltabitur cor. His autem dieb⁹ (sicut inuenio) noua hereticorũ bella cõsurgũt: de quibus vestre beatitudini iam antea scripsi: ita vt pphetas/euangelia/et dicta patrũ oĩa euacuare moliantur. Sed permanẽte vita vestre sanctitatis/in protectoris nostri gr̃a speramus: q̃ eorũ oĩa citius obmutescãt: que cõtra soliditatẽ veritatis aperta sunt: qz et quãlibet acuti gladij mittãtur cũ saxũ feriũt: fracti resiliũt. Hoc autẽ magna oĩpotentis dei est gratia: q̃ in ipsis qui a sancte
Luce.xj. ecclesie doctrina diuisi sunt: vnitas non est: quoniã omne regnũ in se diuisum nõ stabit. ¶ Et sancta ecclesia sub-
C tilius in sua semper eruditione instruitur: dũ hereticorũ questionibus impugnat: ita vt aperte impleat quod per
Ps.liiij. psalmistã contra hereticos de deo dictũ est. Diuisi sunt ab ira vultus eius: et appropinquauit cor illius. Nam dum ipsi in suo prauo errore diuidunt: cor nobis dei appropinquat: quia eruditi aduersitatib⁹/intellectũ eius subtilius inuenimus. Que autẽ mala a barbarorum gladijs: que a peruersitate iudicũ patimur: beatitudini vestre narrare refugio: ne eius gemitũ augeã quẽ minuere consolãdo debueram. Sed in his oĩbus auctoris nostri
Jo.xvj. me precepta consolantur dicentis. Hec locutus sum vobis: vt in me pacẽ habeatis. In mundo presurã habebi-
Lu.xxij. tis. Persecutorum quib⁹ dictũ est: Hec est hora vestra/et potestas tenebrarum. ¶ Si ergo potestas lucis postea
Matth.v. erit: quia electis dictum est: Uos estis lux mũdi: et sicut
Ps.xlviij. scriptũ est: Obtinebũt eos iusti in matutino: omne qd̃ in hora et potestate tenebrarum patimur/lugendũ non est. Indicat autem mihi suauissima sanctitas vestra q̃ mecum (si potuisset fieri sine charta et calamo) loqui voluisset: et dolet q̃ nobis orientis pene et occidentis spatium interiacet. Sed hoc quod sentio/verũ dico: et in charta mihi mens vestra sine charta loquitur: quia in verba vestre sanctitatis sola charitas sonat: et diuisi locis nõ sumus: qui ex dono omnipotentis dñi dilectionis vinculo
D vniti sumus. Cur igitur accipere pẽnas colũbe deargentate queritis: quas iam habetis? Penne quippe ei⁹ sunt charitas dei/et proximi. Per ipsas enim sancta ecclesia euolat. per ipsas terrena oĩa transcendit. quas si vestra sanctitas nõ haberet/ad me cũ tanta charitate p epistolas nõ venisset. ¶ Rogo autẽ vt pro mei cordis infirmitate enixius oretis: quatenus oĩpotẽs deus mẽtem meã a malis oĩbus pro vestra intercessione tueatur: et citius me de tot procellis huius tẽpestatis eripiat: atq̃ in eterne quietis littore pducat. Benedictiones vero locupletissimas omnes que directe sũt suscepi: que mihi vir dei pauper spiritu trãsmisisti: de quibus dicitis. Quid enim dei pauper nisi ea que pauperis sunt? Sed nisi vos p humilitatis spiritũ pauperes essetis: benedictiones vestre locupletes non fuissent. Oĩpotens deus sua vos a malis omnibus protectione defendat: z quoniã vita vestra bonis omnibus valde est necessaria/post longa adhuc tempora vos ad celestis patrie gaudia perducat.

¶ Gregorius episcopo Wessalino. De precio pro sepultura aliqua nunq̃ recipiendo: et proponit exemplũ Abrahe et sichimitarum. Capitulum.iiij.

Epl'a.iiij. Filius noster Faustinus vir eloquentissimus ad nos veniens questus nobis est q̃ pater ei⁹ quondã Peltrasius aliqua vestre ecclesie se-
B pulture sue gratia iuris alieni reliquerit. Et quidẽ qd̃ de hac re seculi leges habeant: et ipsi nostis/z nos audiuim⁹: qz heres ad soluẽdũ cogit: si auctor ei⁹ vel testator aliena legauerit. Sed quia fraternitatẽ vestrã lege dei/non autem lege seculi nouimus viuere: valde mihi iniustũ videtur: vt calix electrinus z puer qui cuiusdã ecclesie in possessione eius posite diocesios cõsentine ecclesie esse perhibetur/a tua fraternitate teneatur. Cũ enim et vir reuerẽtissimus Palladius nunc epõ/tunc vero archidiaconus ita fuisse testatus est: vos oĩno eius fidei credere/z aliena rest ituere debuistis. Fibulã vero aurcam quã predictus vir moriens pariter reliquit: considerare (vt arbitror) debuisti/que esset summa eius substãtie. Si quid esset vnde hi quos reliquerat/sustẽtari debuissent: et tũc p sepultura eius accipere: quis Fin nostrũ instituti nouerit: nos illicitã antiquã cõsuetudinẽ a nostra ecclesia oĩno vetuisse: nec cuiq̃ assensum pbere: vt loca humani corporis precio possint adipisci. ¶ Nam si gentiles (vt arbitramur) viri sichimite Abrahe p Sarre mortua: atq̃ in loco proprio humãda sepulturã gratis obtulerunt: z vix magna ei⁹ importunitate coacti sunt vt preciũ de loco sepulture perciperẽt: nos qui epi dicimur/de humandis fidelium corporibus pensa quid facere debemus. Hoc ergo fraternitatis vestre iudicio cõmitto. Et hec quoq̃ nobis predictus eloquẽtissimus vir questus est Sisinniũ defensorẽ ecclesie tue irrationabiliter iuri
F suo mancipia competẽtia detinere. De quibus etiã iudicio sancte memorie Maximiani epi vt ea detẽtator reddere/esse asseris definitũ: sed eorũ restitutionẽ hacten⁹ voluntarie distulisse. Hortamur ergo fraternitatẽ tuã/vt si manifeste causa iam iudicata est: que statuta sunt/compleant. Alioquin deputato defensore ad fratris z coepi Secundini nostri partes fac iudiciũ conuenire: vt dum cuius sint iuris mãcipia de quib⁹ questio vertitur: eius fuerit sententia declaratũ: nec hic preiudiciũ: nec ille videatur iniuriam sustinere.

¶ Gregorius Brunichilde regine Francorum. De pallio Siagrio epõ concedendo/et sacris ordinibus premio non concedẽdis: et de schismaticis. Capitulum.v.

Epl'a.v. Quanta in oĩpotentis dei timore excellẽtie vestre mens soliditate firmata sit: inter alia bona que agitis/etiã in sacerdotũ eius laudabiliter dilectione mõstratis: et magna nobis fit de xp̃ianitate vestra letitia: qm̃ quos veneramẽs vt famulos vere ea xp̃i diligitis/augere honoribus studetis. Decet enim vos excellentissima filia/decet tales existere: vt subiecte possitis esse dñatori. In coeni timore regni potestat j vestre et subiectis gentibus cõfirmatis: in quo timori omnipotentis dñi mentis colla subijcitis: et vnde vosmetipsas seruitio creatoris subditis: inde vobis vestros subditos ad seruitiũ deuotius obligatis. Susceptis itaq̃ epistolis vestris/valde nobis excellentie vestre studium placuisse signamus: atq̃ fratri et coepo nostro Siagrio

G pallīū dirigere s̄m postulationē vestram volumus: propter qđ et serenissimi dn̄i Imperatoris quāstū vobis dia conus noster qui apud eū responsa ecclesie faciebat innotuit: pia voluntas est: et concedi hec oīno desiderat: atqȝ multa de predicto fratre nostro tam vobis ꝙ etiā alijs testificātibus ad nos bona perlata sunt: maxime vitam eius Joanne regionario ad nos remeante cognouimus. Et quid in fratre nostro Augustino fecerit audientes, redemptorē nostrū benedicimus: qꝛ eū sacerdotis nomen etiā operibus implere sentimus. Sed res plurime restiterunt: que nos hoc interim facere minime permiserunt. Primū siquidē quia is qui pallium ipsum venerat accepturus: schismaticorū tenetur errore implicat⁹. Deinde ꝙ non id ex vestra petitione: sed ex nobis transmissum voluistis intelligi. Extra hoc aūt qꝛ nec is qui eo vel desiderat: directa ad nos hoc sibi largiri speciali petitiōe poposcerat: et tantam causam nullo modo prebere sine eius postulatione debuimus: maxime quia ꝛ prisca consuetudo retinuit: vt honor pallij nisi exigētibus causarū meritis et fortiter postulāti dari non debeat. Nos tamē ne vestre excellētie desiderijs sub pretextu cuiusdā excusationis forsitan videremur velle differre: dilectissimo filio nostro Candido p̄sbytero pallīū preuidim⁹ dirigendum: iniungētes ei vt vice nostra congrua id debeat obseruatione tribuere. Unde necesse est vt ex eo ope supra scriptus frater et coep̄s noster Siagrius facta cum aliquantis suis ep̄is petitione hoc sperare: atqȝ eam predicto debeat dare presbytero: quaten⁹ digne eiusdē pallij vsum cū dei grā valeat adipisci. Ut ergo hec vobis cura ante oculos creatoris nostri i fructu sit, christianitatis vestre sollicitudo diligēter inuigilet: et nullū qui sub regno vestro est, ad sacrum ordinē ex datione pecunie, vel quarūlibet patrocinio personarū seu proximitatis iure patiat accedere: sed ille ad episcopatū vel alterius sacri ordinis officiū eligat: quē dignū vita et mores ostenderint: ne si (qđ non optamus) honor venalis fuerit sacerdotalis: simoniaca in illis partib⁹ heresis: que prima in ecclesia prodijt: et patrū sentētia dānata est, cōsurgat: et regni vestri (qđ absit) vires imminuat. Nam graue omnino et vltra ꝙ dici potest facinus est: spiritū sanctū: qui oīa redemit, venundare. Sed et hoc cure vobis sit: vt qꝛ (sicut nostis) Neophitū egregius p̄dicator ad sacerdotij regimen oīno vetet accedere: nullū ex laico pariamini ep̄m consecrari. Nam qualis magister erit: qui discipulus non fuerit? Aut quēadmodū ducatū gregi dn̄ico prebeat: qui discipline pastoris subdit⁹ ante non fuerit? Si cuius ergo vita talis cōstiterit, vt ad hūc dignus sit ordinē p̄moueri: prius ministerio debet ecclesie deseruire: quatenus longe exercitationis vsu videat qđ imitetur, et discat qđ doceat: ne forte onus regiminis conuersionis nouitas nō ferat: et ruine occasio de prouectis in maturitate cōsurgat. Qualiter autē se excellētia vestra erga fratrē et coep̄m nostrū Augustinū exhibuerit: quātamqȝ illi sibi deo aspirante charitatē impēderit: diuersorū fideliū relatione cognouimus: pro quo gratias referentes, diuine potentie misericordiā deprecamur: vt ꝛ hic vos sua protectiōe custodiat: et sicut inter homines, ita quoqȝ et post multorū annorum tēpora, in eternis faciat vita regnare. Preterea hos ꝙs ab vnitate eccl̄ie schismaticorum error dissociat: ad vnitatem studete concordie pro vestra mercede reuocare. Nam non ob aliud ignorantie sue hactenus cecitate voluūtur: nisi vt ecclesiasticam fugiant disciplinā: et peruerse habeant (vt voluerint) viuendi licentiā: quia nec quid defēdāt: nec quid sequantur intelligūt. Nos autē chalcedonēsem synodū de qua illi sibi pestifere nebulas excusationis assumunt, per oīa veneramur et sequimur: et si quis de fide eius minuere aut addere aliqd presumpserit: anathematizamus. Sed ita illos erroris labes imbibit: vt ignorantie sue credentes, vniuersalē ecclesiā atqȝ oēs quattuor parochias nō ratione: sed maliciosa mēte tm̄modo refugiant: ita vt is qui ad nos a vestra excellentia missus est: cū quereretur a nobis cur ab vniuersali ecclesia separatus existeret: se ignorare p̄fessus sit. Sed neqȝ qđ diceret: neqȝ qđ aliud audiret: voluit scire. Hoc quoqȝ pariter hortamur, vt et ceteros subiectos vestros sub discipline debeatis moderatione restringere: vt idolis non immolent: cultores arborū non existant: de aialiū capitibus sacrificia sacrilega non exhibeāt: qꝛ peruenit ad nos ꝙ multi christianorum et ad ecclesias occurrāt: et (quod dici nephas est) a culturis demonum non discedāt. Qm̄ vero oīno deo nostro hec displicēt: ꝛ diuisas mētes nō possidet: prouidete vt ab his debeant illicitis salubriter coerceri: ne (qđ absit) nō eis ad ereptionē: sed ad penā sacri fiat baptismatis sacramentum. ¶ Si quos igitur violentos: si quos adulteros: si quos fures vel alijs prauis actibus studere cognoscitis: deū de eorū correctione placare festinate: vt super vos flagellū perfidarū gentiū: quod (quantū vidimus) ad multarū nationum vindictā excitatū est: nō inducat: ne si (qđ non credimus) diuine vltionis iracundia scelesorū fuerit actione cōmota: belli pestis interimat, quos delinquētes ad rectitudinis viam dei precepta non reuocant. Necesse est ergo vt omni studio et oratione assidua ad redemptoris nostri conuerti misericordiā festinemus: vbi tutus oībus locus est: vbi magna securitas. Nam illic quēqȝ solide persistentem nec periculum cōterit: nec metus exagitat. Codicē vero (sicut scripsistis) predicto dilectissimo filio Candido presbytero vobis offerēdum trāsmittimus: quia boni vestri studij esse participes festinamus. Oipotēs deus sua vos protectione custodiat: atqȝ a perfidis gētibus regnū vestrum sui brachij extensione defendat: vosqȝ post longa annorum curricula ad gaudia eterna perducat.

K

Cā. xxiij. q. iiij. Si quos.

Distinc. c. Prisca.

H

I

¶ Gregorius Uenantio episcopo Lunensi. De monasterio suo consecrando. Capitulum. vj.

L Ep̄la. vj.

Fraternitatis vestre insinuatione didicimus (que habet in subditis) intra ciuitatē Lunēsem in domo ꝛ propria monasteriū ancillarū dei pro vestra deuotione fundasse: quod in honore beati Petri apostolorū principis: et sanctorū martyrū Joannis et Pauli: atqȝ Herme et Sebastiani desideras consecrari. Et ideo frater charissime: si nullū corp⁹ ibidem constat humatū: data primitus a fraternitate tua donatione legitima. i. calice argenteū vnū habētē vncias sex: patenā argēteam habentē libras duas: syndones duas: coopertoriū super altare vnum: lecta strata numero. x. in erementis cap. xx. in ferramentis cap. xxx. in cespite fundum faborianum: ꝛ lumbricate in integro constitutū in territorio Lunensi miliario ab vrbe eadem plus minus secūdo: iuxta fluuiū macra cū seruis duobus. i. Mauro et Joanne, et boum parū. ij. hm̄ gestisqȝ municipalibus alligatis predicti monasterij oratorium absqȝ missis publicis solenniter consecrabis. et cetera s̄m morem.

¶ Mense Nouembrio. Indictione prima.

¶ Gregorius Amos episcopo hierosolymitano. De petro acolito fugitiuo. Capitulum. vij.

Ep̄la. vij.

Cum fraternitatē vestrā confidamus canonum statuta, et vigorē diligere discipline: ne clerici vestri vobis ad custodiam discretionē ecclesiastici ordinis falsitas surripere valeat: eius culpā sanctitati vestre indicare prospeximus: vt sollicitudine vestre discipline possit submitti quā refugit. Cōperimus autē ꝙ Petrus acolitus: quē dilectissimo filio nostro Sabiniano diacono responsa ecclesiastica facienti: obseruare in vrbe regia feceramus: fugiens ad vestram ecclesiā venerit. Quod si verū est: in tuto eum facere fraternitas vestra: ꝛ iuncta huc studeat occasione remittere. Aut si forte hoc metuens a vestra discesserit ecclesia, et per diuersa loca (ne comprehendi valeat) latitet: in omnib⁹ parochijs vestris et diligēter requiratur iniungite: et inuentum ad nos (sicut prefati sumus) retransmittite. Quem etiam volumus per vos: quia sit communione priuatus agnoscere: nec dominici corporis ac sanguinis quousqȝ ad nos redeat: audeat mysteria sumere: nisi forte vicino mortis insistente periculo.

M

¶ Gregorius Leonij episcopo Catenensi. De portionibus clericorum. Capitulum. viij.

Ep̄l. viij. Cā. xvj. q. j. Ad hoc.

Ad hoc locorum gradus, rationis ordo distinxit: ꝛ iudicia esse cōstituit: vt nec prepositi in opprimendos se frustra valeāt occupare subiectos: nec subiectis iterum cōtra suos prepositos effrenata sit resultandi licentia. Et ideo qꝛ per. xv. nuper indictionē elapsam ecclesie tue acoliti (dato contra te capitulari) quedā cōquesti sunt: ne aut in tue fraternitatis inuidia remanerēt: aut illos i suis videremur petitionibus nō audire: dilectissimo filio nr̄o Cypriano diacono

[B] ea subtiliter inquirēda mandauim⁹. Qui inuēcta cognoscens: quid de capitulo vnoquoq; decreuerit: inquisitioni nostre est subtilius patefactum. Et quia inter alia de quarta portione clerus hoc tenēdum statuit: vt vnā portionem hi qui in sacro loco sunt positi: et reliquas duas clerus accipiat: et latores presentiū Donatus presbyter: necnon et Theodosianus atq; Uiator diacones: aliorū quoq; qui in sacrato sunt ordine constituti: relationē ad nos deferētes conquesti sunt hoc contra antiquā cōsuetudinē in suo grauamine preiudicialiter statutū: quippe qr de eadē quarta semper duas se partes / et tertiā clerū perhibent consecutū: et petierūt ne hec diffinitio in suo preiudicio pmanet: nos hoc fraternitatis tue dispositioni oportere preuidimus cōmittendū. Uolum⁹ ergo vt quicquid ecclesie tue ex reddituvel quolibet alio titulo fortassis accesserit: quartā exinde portionē sine diminutione aliqua debeat segregare: atq; eam ƒm dei timorem presbyteris / diaconibus / ac clero vt tibi visum fuerit: discrete diuidere: ita sane vt vnicuiq; sicut meritum laboris exegerit: libera tibi sit / iuxta qđ preuideris / largiendi licentia: quatenus et hi qui merent: etiam temporali se sentiant cōmodo cōsolatos: et alij adiuuante dño / eorū ad melius contendāt imitatione proficere.

Gregorius Uitaliano episcopo Sipontino. De filia tulliani magistri militie. Capitulum.ix.

[Epla.ix. Cā.xxvij. q.j. Si custos.]

Si custos religiosi habitus / aut esse nosces epo: filiā gloriose memorie Tulliani magistri militie: te illic posito / nec projectis religiosis vestibus ad secularē reuerti habitū: nec ad nos licuisset per: uersam epistolam destinare. Sed qr nimia desidia ac torpore depzimeris / in tuo dedecore res ad presens illicita [B] impune cōmissa est. Nā (sicut pfati sumus) si sollicit⁹ extitisses / prius ad nos vitio mulieris prauissime: q̃ culpa debuit peruenire. Quis ergo tātum debes / tantumq; es negligens: vt nisi canonicē in te fueris coertionem expertus: i alijs discipline districtionē nescias custodire: qualiter debeas esse sollicitus / congruo tibi (si dño placuerit) tēpore demōstrabim⁹. Presentis igit scripta suscipiēs euigila: et excitatus saltē exequere quod prestus nuncusq; ignauia distulisti. Instantie ergo tue sit / predictam mulierē vna cū Sergio defensore nostro comprehendere: et statim non solū ad male contemptū habitum sine aliqua excusatione reuocare: sed etiā in monasteriū / vbi omnino districte valeat custodiri / detrudere: et ita omnem circa illā sollicitudinē exhibere: vt q̃ sit nefariū quod cōmisit: ex tua possit districtione cognoscere. Qua in re si quis (quod nō credimus) clericorū vel laicoꝝ aliquo tibi ingenio tētauerit obsistēdum: a sacratissime eū cōmunionis participatiōe suspēdere: nobisq; renunciare festina: vt quāiū sit execrabile qđ psumpserit / postq̃ cōsideratiōe ppria non aduertit / emēdatiōis qualitate cognoscat. In his autē oībus ita te cautū stude ac vigilantem ostēdere: vt culpā tuam nō geminare neglectus: sed aliquantisper valeat sollicitud ominuere.

[C] Gregorius Sergio defensori. De filia Tulliani magistri militie. Capitulum.x.

[Epla.x.]

Si homo esses / aut discretionē aliquā habuisses / ita regularis discipline debuisti custos existere: vt ea que illicite illic cōmittunt / antevindicta corrigeret / q̃ ad nos eius nuncius peruenire. Sed dum nimia te facit stultitia negligentē: non solū de illis offendimur: sed etiā ad vlciscendū desidiā tuam nihilominus prouocamur. Omni ergo dilatione omnique excusatione postposita / filiā gloriose memorie Tulliani magistri militie: que projectis quas spontaneas assumpsit religiosis vestib⁹: indumentis se laicis deturpauit: vna cū fratre et coepo nostro Uitaliano festina cōprehendere: atq; ad religiosum rursus habitū reuocare: ac in monasteriū mittere: vbi stricte oīno valeat custodiri. Nec eius custodiā aliquatenus releuari permittas: quousq; nostra denuo scripta susceperis. Nam si quolibet modo in hac re negligens vel lentus extiteris: ita in te noueris districtissime vindicandū: vt qđ ex te nescis: pena possis resecante cognoscere: qr (sicut diximus) si intellectū hominis habuisses: hec que modo facere pceperis / ante debueram etiam cum vltione facta cognoscere.

Gregorius Eusebio Thessalonicensi. Urbitio Dyrrachitano. Constātino mediolanensi. Andree nicopol. Ioanni corinthi. Ioāni prime iustiniane. Ioanni cretensi cōritano. Ioanni larisseo. Mariano rauēnde. Ias. claral. Sarb. et omnib⁹ episcopis sicilie. De lege imperatoris: q̄ ex militari habitu null⁹ ante triennium suscipiēdus sit. Capitulum.xj. [D]

[Epla.xj. Parte.j. dist.liij. Legem.]

Legem quā piissimus imperator dedit: ne fortasse hi qui militie vel rationibus sunt publicis obligati: dū causarū suarū periculum fugiunt: ad ecclesiasticū habitū veniāt: vel in monasterijs cōuertant: vestre studui fraternitati trāsmittere: hoc maxime exhortās / q̄ hi qui seculi actionib⁹ implicati sunt / in clero ecclesie prepropere suscipiēdi nō sunt: quia dum in ecclesiastico habitu nō dissimiliter q̃ vi perāt viuunt: nequaq̃ studēt seculum fugere: sed mutare. Qz si etiam tales quoq; monasteriū petunt: suscipiendi nullo modo sunt: nisi prius actionibus publicis absoluti fuerint. Si qui vero ex militarib⁹ viris in monasterijs cōuerti festināt: nō sunt temere suscipiendi: nisi eorū vita fuerit subtiliter inquisita. Et iuxta normā regularē debēt in suo habitu p triennium probari: et tunc monachicum habitū deo auctore suscipere. Qui si ita sunt probati atq; suscepti: et pro aīa sua penitentiam de perpetratis culpis agere student: pro eorū vita et lucro celesti: non est eorū conuersio renuenda. Qua de re etiam serenissimus et christianissimus imperator (mihi credite) omni modo placatur: et libenter eorū conuersionē suscipit: quos in rationibus publicis implicatos non esse cognoscit. [B]

Mense Decembri. Indictione prima.

Gregorius Sabiniano epo Jadertino. De penitētia eius et Florentino episcopo. Capitulū.xij.

[Epla.xij.]

Sicut perseuerāti culpe debetur dure vindicta: ita resipiscentibus est venia concedēda. Nam vt res illa contra se merito iracūdiā excitare: sic hec in sua prorsus dilectione solet cōcordiā propagare. Et ideo quia fraternitatē tuā a consortio et cōmunione maximi: vbi te prius neglectus impulerat: interim postea grauitas sacerdotij ad animū reducta suspēdit: vt eius sola nullatenus patereris esse congregatione cōtentus: nisi et in monasterij te claustra recipiēs dudū cōmissa defleres: et apropter in nostrā te gratiā ac cōmunionē receptū esse nō dubites. nā quantū nos pri⁹ culpa tue charitatis offenderat: tantū penitentia mitigauit. Hortor igitur dilectissime frater vt gregi dñico pastoralē sollicitudinē instanter impendas: lucrum de cōmissis ouibus facere diligenter inuigiles: vt tanto tibi copiose retributio mercedis exuberet: quāto i aduētu eterni iudicis multiplices laboris fructus obtuleris. Stude itaq; in culpa lapsos eruere: stude errātibus regrediendi viā ostēdere: stude cōmunione priuatos ad cōmuniōis salubriter gratiā reuocare. Sit ceteris charitatis vestre reuersio exceptionis officiū: sit salutis exemplū: quaten⁹ dū errantes gressus ouiū ad septa summi pastoris sollicitudinis vestre cura direxerit: nec ipse luporū dentibus relinquātur expositi: et te in eterna vita (quod summopere petendū est) digne cōpensatio retributionis excipiat. [F] De causa vero quā nobis scripsistis / vt debeamus ne in vrbe regia contra vos surripiatur esse solliciti: animos vestros res ista non turbet. Nam responsali nostro dño studiose mandauimus: vt sollicitū cautūq; se debeat exhibere. Et cōfidimus de dei nostri potētia: qr id agit vt vos nullius cōtra rationem aut turbare quoquo modo aut pmere possit aduersitas. Preterea habitatores epitauriensis ciuitatis florentiū (quē suū esse dicunt epm) sibi a nobis restituendū studiosissime poposcerūt: asserētes frustra eū ad solā tāmmodo voluntatē natalis episcopi detrusum exilio. Et ideo si quid de eius causa fraternitas vestra cognouit: nobis suis subtiliter epistolis innotescat. Si autem necdum cognouit / requirat: nobisq; renunciet: vt quicquid de eo statuendū sit certi / deliberare adiutore domino valeamus.

Mense Februario. Indictione prima.

Gregorius Candido Abbati monasterij sancti Andree ad cliuū scauri. De contentione inter ipsum et mauricium. Capitulum.xiij.

[Epla.xiij.]

Sicut loci nostri cōsideratio prouidere nos admonet: vt monasteriorū negocia pacis intētio salubri fine distinguat: sic iterū ratiōe cōstringimur / consensus nostri auctoritate que vtiliter decisa

G fuerint/roborare: ne forte cuiq̃ excusatiõis obiectu (q̃d a religioso proposito et equitate valde dissentit) aliquid in dubiũ contẽtio recidius perducat: et gignat ex pace litigiũ. Proinde q̃m inter te et Candidũ abbatẽ monasterij sancti Andree apostoli/ positi in hac vrbe romana in cliuo scauri/ agentẽ vtilitates eiusdem monasterij: et Maurentiũ gloriosum magistrũ militie: causa successionis hereditarieq̃ Joannis fratris cõsanguinei predicti viri qui in suprascripto monasterio conuersus est ac defunctus: cum nostro quoq̃ consensu cõmode sollicitaq̃ transactionis pagina interueniente decisa est: deniq̃ q̃ (cũ fidei memorati gloriosi sinceritas olim nobis veraciter nota sit et bene cõperta) vt ad satisfactionem posset oĩo sufficere: etiam dato corporaliter sacramẽto firmaret nihil se i fraude versatum: aut aliquid occultasse: sed omnia in integro prodidisse: idcirco huius decreti/ preceptiq̃ nostri serie transactionem decisioneq̃ inter te et prefatum Maurentiũ gloriosum habitã/ ratã habẽtes: per oĩa cõfirmamus: nec in totũ partem ve aliqua ratione conuelli: sed eam habere perpetuã decernimus firmitatẽ. Cui rei si quis (quod nõ credimus) contrariã afferre quoquo modo tentauerit volũtatem: ille quidẽ reum se ante deũ esse nouerit: qui nititur ea que vtiliter sunt finita rescindere: nam eidẽ decisioni transactioniq̃ nihil se derogare cognoscat. Ut ergo et sepedicti gl̃osi Maurentij maneret illibata securitas: et tu nihil de his q̃ decisa sunt valeas dubitare: H simile ei preceptũ pro vtraq̃ partium munitione concessimus.

¶ Gregorius Adeodato et Maurẽtio episcopis aphrice a paribus. Perseuerantiam boni operis cõmendat/ laudatq̃. Capitulum. xiiij.

Epl. xiiij.

M Ultũ frater charissime sinceritatis tue bono congaudeo/ q̃ grauitatẽ qua preditum te dudũ audierã/ presentiũ portitoris Pauli fratris et coepi nostri testificatio cõfirmauit. Qui tanto latius quãta i nobis sollicitudo ecclesiastici ordinis/ quãtaq̃ cura sit rectitudinis indicauit: quanto hoc et plenius cõperit: et in sua amplius defensione cognouit. Quia ergo magnum (sicut nostis) coram deo nostro est in bonis queq̃ indesinenter operibus permanere/ fraternitatis vestre se sollicitudo ad fouẽdas partes iustitie decẽter exacuat: et cõtra ecclesiastici vigoris moderamina/ put possibile fuerit prouisionis sue sollicitudine fieri nihil pmittat. Nec vos res aliqua ab huiusmodi intẽtione remoueat: sed si qua sunt que dilectionis vestre sinceritatem offendũt: et regulas canonice discretionis excedũt: vigilãtem studete curã imponere: atq̃ ea hortando: suadendo: terrẽdo emẽdare/ charitatis vnitate seruata: inquãtũ vires suppetũt: deo adiuuãte cõtẽdite: et excessus auctorem/ coertionis freno sacerdotali cõstringite: atq̃ eũ ab inuio itinere lingua duce et actione reducite: et ita vestrã in oĩbus efficaciã exhibete: vt deus oĩpotens qui bone volũtatis auctor/ et intẽtiõis inspector est/ velle veI strum et hic adiuuet: et in futura vita remuneret. Supradictum vero Paulũ fratrem et coepiscopum nostrũ fraternitati vestre commendãtes hortamur: vt idonee charitatem vestram debeat experiri quam predicat.

¶ Gregorius Uictori et Columbo episcopis numidie. De contentione parochiarum. Capitulum. xv.

Eplã. xv.

Q Uanto cordi nostro letitiã ecclesie ordo inculpabiliter custoditꝰ infundit: tanto recisus tedium doloris imponit: q̃ prauitatis temeritas in euersionẽ discipline tentat et que sunt olim laudabiliter statuta dissoluere: et que fortius puniẽda/ p̃sumere. Presentiũ itaq̃ portitoris Crisonij fratris et coepi nostri querela ad nos insinuãte peruenit: q̃ nulla exigente culpa/ vel concilij definiente sentẽtia/ ecclesie eius parochie antiquitus deputate/ a Ualẽtione fratre et coepo nostro/ ante fere quindecim annos sint irrationabiliter occupate: atq̃ eũ insup nec decessoris ipsius ad suũ (q̃d dici graue est) arbitriũ abstulisse. Qd si ita veritas se habet: q̃ peruersum/ q̃ue sit execrandũ (precipue religioso preposito) dicere non valeamus. Hac igitur in re q̃ necessitas/ neq̃ aliqua debet esse dilatio: fraternitatem vestrã presenti epistola cõmonemus/ vt sollicitius requiratis. Et si querela eius manifesta esse cõstiterit: ablatarũ rerum et occupatarum parochiarum restitutionem dilectio vestra sine mora succurrere prouideat: et ita oĩa vobis solatiãtibus cessante excusatione: iustitia fauente recipiat: K vt nec hũc labor obseruationis afficiat: nec de eiꝰ damno aliquid lucri inuasor acquirat. Accendat ergo vos zelus equitatis: accendat iustitie rectitudo. Ad custodiendam in cunctis antiquã ecclesiastici ordinis dispositionẽ: operam instanter impendite. Districtos sollicitosq̃ vos inter culpas et innocẽtiam exhibete: quatenus et iustitiam habentibus magna de rectitudinis vestre sit zelo fiducia: et inquietis de futuro omnis excedẽdi empetatur occasio.

¶ Gregorius Columbo episcopo numidie. Paulũ episcopum commendat. Capitulum. xvj.

Eplã. xvj.

Q Ualiter de fraternitatis vestre debeamꝰ charitate cõsidere: ex mẽtis nostre quã circa vos habemꝰ qualitate colligimus. Nec aliter vos apostolicã sedẽ diligere/ q̃ ipsa vos diligit arbitramur. Unde necesse est: vt eos quos in ecclĩa beati Petri apostolorũ principis (vt oportet) deuotos esse cognoscimꝰ: vobis cuius vitã et actio sacerdotis ornat et dignitas/ peculiarius cõmendemus: de cuius scilz sinceritate firmũ experimentũ de preteritis iam tenemus. Frater igitur et coepiscopꝰ noster Paulus presentiũ portitor/ quãtis illic fluctibus: quãtisue aduersitatibꝰ quatietur/ sanctitatẽ vestrã memorat nõ latere. Qui quoniã querelas quas de eo ad vos peruenisse signastis: nõ veras esse/ sed L instigatione aduersantiũ contra se asserit excitari: et oĩa se fidit patrocinãte veritate: vobis cognoscẽtibus adiutore posse dño superare: hortamur dilectissime frater vt ei in quibus fuerit iustitie ratio manifesta/ manum decẽter prebere solatij: atq̃ sacerdotali cum compassione debeas adiuuare. Nulla ergo vos res ab equitatis studio/ nulla suspẽdat potentia personarũ. Sed imitens precepis officio/ oĩa que sunt certitudini aduersa/ cõtemne. In defendendas partes iustitie/ constãter insiste. Odia pro veritate (si qua sunt) sustinere non renuas: vt tanto maiorẽ in aduentu redẽptoris nostri fructum mercedis inuenias: quanto eius mandata non negligẽs/ in fauorẽ iustitie et defensionem impenderis.

¶ Mense Martio. Indictione prima.

¶ Gregorius Bonifacio primo defensori priuil. primicerij Defensori priuilegiũ primicerij cõcedit. Ca. xvij.

Epistola xvij.

E Cclesiasticis vtilitatibus fideliter insudãtes/ congrue remunerationis sunt beneficio prosequendi: vt et nos respondisse eorũ digne obsequijs videamur: et illi ex indulta consolationis gr̃a vtiliores existant. Quis igitur defensor officium in causis ecclesie et obsequijs noscitur laborare pontificum: hac eos concessa prospeximus recõpensationis prerogatiua gaudere: constituẽtes sicut in schola notariorũ atq̃ subdiaconorũ per indultã longe retro põtificum largitatẽ M sunt regionarij constituti: ita quoq̃ in defensoribꝰ septẽ qui ostensa sue experiẽtie vtilitate placuerint: honore regionario decorẽtur. Quos quolibet per absentiã pontificis et sedendi in cõuentu cleri eorum habere licẽtiam: et honoris sui priuilegia in omnibus statuimus obtinere. Preterea si quis ad prioris locũ veniens/ in alia fortasse prouincia propter vtilitatẽ propriã degit: hunc necesse est primatus loco per oĩa curare: vt ille prior defensorum omniũ possit existere: qui et ante priorstus locum in ecclesiasticis vtilitatibus obsequijs pontificis nõ destitit per seduiã presentiam permanere. Hec itaq̃ cõstitutionis nostre decreta: que pro defensorũ sunt priuilegijs et ordinatione disposita: perpetua stabilitate et sine aliqua constituimus refragatione seruari: siue que scripto decreuimus: seu que in eis in nostra presentia videnẽ esse disposita: nec a quoq̃ pontificũ i totũ partẽue ea quslibet occasione cõuelli decernimus vel mutari. Nam nimis est asperũ et precipue bonis sacerdotũ moribus inimicum/ siti quẽpiam quecũq̃ rationis excusatione: et que bene sunt ordinata rescindere: et exẽplo suo docere ceteros sua quandoq̃ post se constituta dissoluere.

¶ Mense April. Indictione prima.

¶ Gregorius Mariniano epo Rauẽnati. Priuilegiũ dat monasterio sctõꝝ Joannis et Stephani. Capĩm. xviij.

Epl. xviij. Cã. xviij. q. ij. Quã sit.

Q Uam sit necessariũ monasteriorũ quieti prospicere: et de eorũ perpetua securitate tractare/ anteactũ vos officiũ quod in regimine monasterij exhibuistis informat. Et ideo quia monasteriũ

A

beatorũ Joãnis et Stephani: q̃d in classitana est ciuitate cõstitutũ: cui cõmunis filius Claudius abbas preesse dinoscitur: multa a predecessoribus vestris preiudicia atq̃ grauamina pertulisse cognouimus: oportet vt fraternitatis vestre prouisio eorũ de futuro quietem salubri ordinatione disponat: quatenus cõuersantes illic in dei seruitio ipsius quoq̃ gratia suffragãte mente libera perseuerẽt. Sed ne ex ea que magis emendãda est consuetudine quisq̃ illic quolibet tẽpore quicq̃ molestie psumat inferre: necesse est vt hec que inferius numerãda curauimus: ita fraternitatis vestre studio debeãt custodiri: vt ex eis nõ possit vlterius inferẽde inquietudinis occasio

Ead̄e cã. et capl'o.

reperiri. ¶ Nullus igitur vltra audeat de redditibus/ de rebus vel chartis predicti monasterij vel de loco aliquo qui ad eũ pertinet: quocunq̃ modo qualibet exquisitione minuere: nec immissiones vel dolositates aliquas facere. Sed si qua forte causa inter rauennatẽ ecclesiam et pfatũ monasteriũ euenerit: z pacifice non potuerit ordinari: apud electos a partibus timentes deũ sine volũtaria dilatione medijs sacrosanctis euãgelijs finiatur.

Ea.q.et.c.

Defuncto vero abbate: nõ extraneus nisi de eadẽ cõuersatione: quẽ sibi propria voluntate cõgregatio elegerit: et qui electus fuerit sine dolo vel venalitate aliqua/ ordinetur. q̃ si aptã inter se personã inuenire nequiuerint: solerter de alijs monasterijs sibi similiter eligant ordinandum.

Ea.q.et.c.

¶ Neq̃ veniẽti abbati quecunq̃ persona qualibet occasione in suo monasterio preponatur: nisi forte extantibus (q̃d absit) criminib' que sacri canones punire mon-

B

strantur. Pariter autẽ custodiendũ est vt inuito eiusdẽ monasterij abbate ad ordinãda alia monasteria/ aut ad ordinis vel clericatus officiũ tolli exinde monachi non debeãt. Sed si abũdãtes fuerint/ et ad celebrãdas deo laudes vel vtilitates monasteriorũ complendas sufficiant: abbas cũ deuotione de his qui supfuerint offerat: quos dignos corã deo putauerit. Q̃ si sufficiẽter habens dare noluerit: tũc rauẽnas episcopus ad ordinãda alia mo-

Vbi.s.

nasteria de his qui supsunt tollat. Ad ecclesiasticũ tamẽ officiũ nullus exinde producatur: nisi quem abbas loci admonitus propria volũtate obtulerit. Quisquis autẽ ex predicto monasterio ad ecclesiasticũ ordinẽ peruenerit: vlterius illic nec aliquã potestatẽ: nec licentiam habeat habitandi. ¶ Obseruandũ quoq̃ est vt descriptio rerũ aut chartarũ eiusdẽ monasterij ab ecclesiasticis fieri nõ debeat: si quãdo res exigit: sed abbas loci cũ abbatibus alijs rerũ inuentarũ attestationẽ faciat. Quotiẽs autem pro vtilitate monasterij sui ad romanũ pontificẽ abbas venire vel trãsmittere forte voluerit: ei modis omnibus liceat. Preterea cum episcoporũ aduẽtus desiderãter a monasterijs debeant expectari: q̃ tamẽ hospitandi occasione predictũ monasteriũ temporib' decessoris vestri nobis fuisse nunciatum est pregrauatum: oportet vt

Cã.xviij. q.ij. Visitandi.

hoc sanctitas vestra decẽter debeat tẽperare: vt visitandi exhortandiq̃ gratia ad monasteriũ quotiens placuerit/ ab eiusdẽ ciuitatis antistite accedatur. Sed sic cha-

C

ritatis officiũ illic episcopus impleat: vt grauamen aliquod monasterium non incurrat. Vestrã quoq̃ fraternitatem predictus abbas non solum nõ metuat ad monasterium frequẽter accedere: sed etiã desiderabiliter concupiscat: sciens q̃ per vos substantia monasterij omnino grauari non possit.

¶ Gregorius Mariniano episcopo Rauenne. De claudio abbate. Capitulum.xix.

Epl'a.xix.

Quod cõmunẽ filiũ Claudiũ abbatẽ latorem presentiũ longo apud nos bacten' mora retinuit: res illa fecit q̃d magnum nobis (sicut nostis) erat in verbo dei solatiũ. quem etiam hic adhuc voluerãmus diutius retinere: nisi et ipse ad suum monasteriũ festinasset: et nos cõgregationi fratrũ eius presentiã esse oĩno necessariã sciremus. Et ideo quia illũ sicut petijt et exigebat vtilitas/ relaxandũ esse prospeximus: cõmendãtes eũ/ hortamur vt sanctitas vestra sacerdotali illũ affectione suscipiat: paternã illi monasterijsq̃ ipsi' charitatẽ (sicut decet) impendat: benignitatis sue cũ cõsolatione refoueat: in eius se tuitionẽ instanter accõmodet: et presidij sui beneficio liberum ab omni inquietudine redditũ/ quieti et vtilitatibus fratrũ vacare pmittat: atq̃ peculiariter sicut a nobis eũ scit diligi diligat: quatenus et charitatis vestre affectũ (quem olim expertus est) in se multiplicius recognoscat: et nos in vobis inue-

D

nisse se gaudeat.

¶ Gregorius Agnello episcopo Terratine. De his qui idola colebant et arbores. Capitulum.xx.

Epl'a.xx.

Peruenit ad nos quosdã illic (quod dici nefas est) arbores colere/ et multa alia contra xp̃ianam fidem illicita perpetrare. et miramur cur hoc fraternitas vestra districta emendare vltione distulerit. Ea propter scriptis vos presentibus adhortamur vt hos diligenti inuestigatione perquiratis: et veritate cognita/ talem in eis faciatis exerceri vindictã: quaten' et deus placari possit/ et alijs eorum vitio correptionis exemplum sit. Scripsimus autẽ et Mauro tunc vicecomiti/ vt fraternitati vestre in hac re debeat adhibere solatia: dũmodo ad cõprehendendos eos inuenire excusatione aliquã nõ possitis. Quia vero cõperimus multos se a murorũ vigilijs excusare: sit fraternitas vestra sollicita/ vt nullũ nec p nostre vel ecclesie sue nomen: aut quolibet alio modo defendi a vigilijs patiat: sed oẽs generaliter cõpellant: quatenus cũctis vigilãtibus/ melius auxiliante dño ciuitatis valeat custodia procurari.

¶ Gregorius Mariano episcopo rauenne. De molestia vxoris cuiusdam Joannis. Capitulum.xxj.

Epl'a.xxj.

Joannes presentium portitor queritur vxorem suã molestias Georgij cuiusdã refugientẽ diu in septis venerabilibus residere: et nullũ hactenus inuenire solatiũ. Cuius quia de conditione esse con-

E

trouersiã asserit: et vestre eam fraternitati petijt cõmendandam: his vos hortamur affatibus: vt eidem mulieri seruata equitate tuitionẽ debeatis impẽdere: et a nullo eam contra rationis ordinẽ grauari aliquo modo pmittatis: Sed si de statu eius questio pceuerat: studij vestri sit: vt sine oppressione aliqua/ legali modo ad iudiciũ veniatur: quatenus dũ veritate cognita quod iuris ordo suaserit: fuerit definitum: neutra se pars aliquod doleat preiudicium pertulisse.

¶ Gregorius Joanni episcopo Syracusano. De Felice quodã samareo vendito. Capitulũ.xxij.

Epl'a.xxij.

Felix presentium portitor questus nobis est: eũ sit de christianis natus parentibus: a quodam christiano/ samareo se (q̃d dici scel' est) esse donatũ. Et dũ huiusmodi supstitiõis hoĩes xp̃iana quolibet modo mancipia possidere/ nec ratio legis: nec reuerentia religionis admittat: se tamẽ per decẽ et octo annos in eius asserit seruitio permãsisse. Sed cognoscentes hoc sãcte memorie decessore vestro maximiano ab eo se zelo (sicut decuit) sacerdotali cõmoto de samarei seruitio nefario dicit liberatum. Sed quia eiusdẽ samarei filius post quinq̃ annos factus dicitur christianus/ z supradictum Felicẽ in eius seruitium (quantũ ipse dicit) quidã nituntur redigere: sanctitas vestra hec que edocti sumus/ diligẽter inquirat: et si ita ei esse constiterit: eum tueri studeat: et a nullo suo qualibet occasione grauari

F

permittat: quia dum superstitiose secte mancipia dños suos ad fidẽ precedẽtia seruitio eorũ aperte redigi iura prohibeãt: quanto magis hic de christianis parentibus natus/ z factus a paruulo christian'/ hãc non debet questionem aliquo modo sustinere: maxime quia nec patris eius esse seru' potuit: quem liquet ex praua potius presumptione penã posse venientẽ de legibus sustinere? Et ideo (sicut diximus) ita eũ sanctitatis vestre defensio rationabiliter tueatur/ vt nulli eum sub quolibet argumẽto sit aliquatenus affligendi licentia.

¶ Gregorius Rusticiane patritie. Vt romã veniat. Et de precio in captiuos expenso. Capl'm.xxiij.

Epl'a.xxiij.

Jamdudũ vestre excellentie me scripsisse: et sepius monuisse reminiscor: vt beati Petri apostolorũ pricipis limina festinet reuidere. Et q̃ tãta sit Cõstãtinopolitane ciuitatis delectatio: que ue romane vrbis obliuio ignoro. obtinere apud vos hec ex re nunc usq̃ nil merui. Quantũ enim ad colligẽdas eterne vite mercedes vestre sic expedire possit: quãtum etiã gloriose filie vestre dñe Eusebie in omnibus cõgruat: et nos subtiliter attẽdimus: et vos cõsiderare subtilius potestis. Filiũ meũ Petrũ hominẽ vestrũ: quẽ vltra etatẽ suã sapere/ et maturitati studere cognoui: si requiritis/ inuenietis quãtus hic omniũ habitantiũ circa excellentiam vestrã amor sit: quantũq̃ desideriũ vt vos reuide-

G

re mereamur. Et si precipiente deo/sanctis eloquijs admonemur/vt etiā inimicos diligere debeamus: pensandū nobis est quāte culpe sit etiā amātes minime amare. At si forte dicitur ꝙ amamur: nos certissime scim⁹: quia nemo potest diligere quos non vult videre. Sin vero gladios Italie ac bella formidatis: sollicite debetis aspicere quanta beati Petri apostolorū principis in hac vrbe protectio est: in qua sine magnitudine populi ꝛ sine adiutorijs militū tot annis iter gladios illesi (deo auctore) seruamur. Hec nos/qui amamus vos/dicim⁹. ¶ Sed omnipotēs de⁹ quicqd anime vestre in perpetuū: quicqd opinioni dom⁹ in presenti cōspicit expedire/cōcedat. Decē vero auri libras quas in captiuoꝝ redemptionē excellētia vestra transmisit: prefato filio meo deferente suscepi. Sed peto vt superna gratia: que vobis cōcessit eas pro anime vestre mercede tribuere: mihi etiā concedat sine aliquo peccati contagio dispēsare: ne vnde vos peccata detergitis: nos inde maculemur. Omnipotēs de⁹ qui debilitatē corporis vestri/et peregrinationē vestram conspicit: de sua semper gratia et dulcissimi filij mei dñi Stretegij vos vita et salute consoletur: quatenus eū ꝛ vobis per longa tēpora/ꝛ sibi ad eternitatē nutriat: vosq cum omni domo vestra/ꝛ bonis presentibus repleat: et supernam gloriā habere concedat. Gloriosum vero dominum

H

Eudoxium nostra petimus vice salutari.

¶ Gregorius Faustino defensori. De cōuersione iudeorum in agrigentino territorio. Capitulum. xxiiij.

Epistola xxiiij.

Domina abbatissa monasterij sancti Stephani: qđ in agrigentino est territorio constitutū: indicāte cōperimus: multos iudeorū ad christianam fidē diuina gratia inspirante velle conuerti: sed esse necessariū vt aliquis illuc ex nostro mādato debeat proficisci. Proinde huius tibi auctoritatis tenore precipimus: vt omni excusatione submota: ad predictū locum pergere: et desideriū eoꝝ tuis (deo propitio) adhortationibus adiuuare festines. Quib⁹ tamē si lōgum vel triste videtur solemnitatē sustinere paschalē/ꝛ eos nunc ad baptisma festinare cognoscis: ne (qđ absit) longa dilatio eorū retro possit animos reuocare: cum fratre nostro episcopo loci ipsi⁹ loquere: vt penitētia ac abstinentia quadraginta dierum indicta: aut die dñico: aut si celeberrima festiuitas fortassis occurrerit: eos omnipotentis dei misericordia protegēte baptizet: quia et temporis qualitas propter eam que sibi imminet cladē: impellit vt desideria eorū nulla debeant dilatione differri. Quoscūq vero ex eis pauperes: et ad vestē sibi emendā non sufficere posse cognoscis: te eis vestē quā ad baptisma habeāt comparare volumus ac prebere: in quibus precium qđ dederis/tuis noueris rationibus imputādum. Si vero sanctū pascha elegerint expectare: iterū cū epo loquere: vt modo quidē cathecumini fiant: atq ad eos frequēter

De conse. di. iiij. Ne quod.

I

accedat: geratq sollicitudinē: et animos eorū admonitione sue adhortationis accēdat: vt quāto que expectatur est longa festiuitas: tanto se preparēt: vt eam desiderio feruenti debeant sustinere. Preterea cū omni studio ac diligētia studij tui sit perscrutari: verū supradictum monasteriū cui antedicta dña preest: sufficiēs sibi sit: an necessitatē aliquā patiatur. Et quicquid in veritate cognoueris: vel quid de his qui baptizari desiderāt/actū fuerit: nobis subtiliter indicare festina.

¶ Mense Junio. Indictione prima.

¶ Gregorius Sauiniano episcopo Jadertino. De obedientia eius: et contumacia maximi. Capitulū. xxv.

Epi. xxv.

Scis frater charissime de sinceritate tua letificor/ꝙ eā sollicite discretione iudicij: ꝛ vbi obediendū est obedire/et vbi resistendū est resistere studio sacerdotali cognosco. Cū quanta nāq te deuotionis alacritate submiseris his que ob culpam preteriti excessus indiximus: litterarū tuarū quas per latorem presentiū direxisti: pagina reserauit. Nec enim poterat aliter a dilecto fratre suscipi/ꝙ a diligēte mādatum est. Unde in omnipotētis dei miseratione cōfido: quia ita eius te gratia protegit: vt per hoc etiā ab alijs absolutus/feliciter peruisse gaudeas. De hoc vero ꝙ se contristari charitas tua maximi preuaricatoris ꝛ excōicati emulatione significauit: turbari non debet: sed decet vt ad modicum tumentes inaniter fluctus patienter tolerando sustineas: et vndarū spumas perseuerantie virtute substernas. Nouit enim patientia leuigare qđ graue est: et constantia superare qđ seuit. Animos ergo tuos aduersitas non deijciat/sed accendat. Audaciorē te in oībus vigor sacerdotalis ostēdat. Nā vera documēta veritatis sunt/promptiorē in duris: et fortiorem se quēq quādoq in contrarijs exhibere. ¶ Ut igitur rectitudinis robur a bono deliberationis sue nulla valeat impulsione cōuelli: mentis gressus in eius petre soliditate (sicut cepisti) dirige: in qua redemptorē nostrū per totū mundū fundasse nostis ecclesiā: quatenus certa sinceri cordis vestigia in deuio itinere non offendant. Ea vero q nobis scripsisti: vel presentiū lator coram positus explicauit: non nos credatis negligēter omittere: sed de his oīno sollicite cogitemus. Dilectissimo autem filio nostro Anatolio diacono iam et prius/ꝛ nunc iterum oīa subtiliter indicauimus: hortātes vt quicquid ad vtilitatē ac quietem charitatis vestre vel filiorū vestrorū pertinet: creatoris nostri auxilio suffragāte agere districte ac studiose festinet. Et ideo fraternitatē vestram nec meror afficiat: nec inimicitia cuiuslibet affligat. Nam diuinitatis gratia opitulāte/in proximo adesse cōfidimus: vt et prefati preuaricatoris et excōicati presumptio districtius reprimatur/et vestra quies (sicut desideratis) adueniat. Excellentissimo quoq filio nostro exarcho: qui nobis eum studet cōmēdare: de prauitate ipsius scribere nequaq omisimus. ¶ Presbyterū vero de quo nos fraternitas tua latoris presentiū relatione consuluit: nulla ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere: aut reuocari posse cognoscas. Circa quē tamen mitius agēdum est: propterea ꝙ cōmissum facinus facili dicitur professione cōfessus. Preterea pariter hic portitor qđā ecclesie vestre priuilegia a nostris concessa predecessoribus intimauit. De quibus scriptis charitatis vestre nos subtilius volumus informari: vel si qua ex eis scripta in ecclie vestre scrinio relacent: eorū huc exemplaria transmitti necesse est: vt quicqd ad honoris vestri reuerētiā vel gentiū prefate ecclesie pertinet: libenti animo preparare possimus. Glorioso autem cōmuni filio dño Marcello: si huc venire voluerit/instātius suadete: quia oīno cum videre desidero. Si vero illic stare elegerit: ita vos ei in charitate qua cōuenit exhibete: vt affectui ipsi⁹ quē circa vos habet/respondere (sicut condecet) valeatis. Omnipotens de⁹ gratie sue dono vos custodiens protegat: ꝛ cor vestrū in ea que ei sunt placita semper accendat.

K

Parte. j. di. l. Presbyterum.

L

¶ Gregori⁹ Uictori episcopo panormitano. De iudeis non opprimendis iniuste. Capitulum. xxvj.

Epi. xxvj.

Sicut iudeis non debet esse licētia quicq in synagogis suis vltra ꝙ permissum est lege presumere: ita in his q eis cōcessa sunt/nullū debēt preiudiciū sustinere. Que autē nobis in hac vrbe Romana habitātes hebrei pro his qui panormi degūt/conquesti sunt: data vos ab eis petitio que in subditis tenetur/informat. Si igit querimonia eorū veritate fulcitur: oportet ꝙ paternitas vestra legis serie diligēter inspecta/itecis quicquid hac de re decretum est: custodire debeat ac seruare: vt nec ipsa aliqd iniustū facere/nec illi pati preiudiciū videātur. Si vero est aliquid quod ad restituendum ea que sunt expostulata rationabiliter possit obsistere: iudices a partibus eligātur: qui ea que equitati cōueniant/valeant definire. Et si forte illic contētio ipsa finiri nequiuerit: ad nos venire causam necesse est: quatenus sine vestra inuidia: que amica iustitie visa fuerint/decernantur. Quousq ergo causa ipsa finem accipiat/a consecratione locorum que ablata dicūtur/fraternitas vestra se suspendat.

M

¶ Gregorius Joanni episcopo Syracusano. De clericis sacra vasa vendentibus. Capitulum. xxvij.

Epi. xxvij.

Quia peruenit ad nos: ꝙ quidā ex Italie ecclesia clerici vasa sacra in Sicilia venundarent: idcirco Pantaleonē notariū nostrum direximus: vt eadē vasa sollicita inquisitione requireret. Qui postq in vestre sanctitatis est obsequio occupatus: eandē causam eū cognouim⁹ neglexisse. Oportet ergo vt fraternitas tua congrua debeat sollicitudine prouidere: et tēpore quo vtile esse crediderit: eū ad peragenda ea ipsa debeat relaxare: quatenus et ipsa de illo possit habere solatiū: et ipse salubriter valeat que sibi mandata sunt deo adiuuante peragere: quia necesse est vt indictione sub

A sequenti huc veniat / et subtiliter nos coram positus de cunctis informet.

Gregorius episcopo Syracusano. De presumptione clericorum Cathinensium. Capitulũ.xxviij.

epi.xxviij Parte.j. dist.xciij. peruenit.

Ecclesiastici vigoris ordo cõfunditur:si aut temere illicita presumãtur:aut impune non concessa tenentur. Peruenit itaq; ad nos diacones ecclesie Cathinensis calciatos cõpagis procedere presumpsisse:qđ quia nulli hactenus per totã Siciliam licuit/nisi solis tantũmodo diaconibus ecclesie Messanensis:quibus olim a predecessoribus nostris non dubitatur esse concessum/ bene recolitis. Quia ergo tante temeritatis ausus non est leuiter attẽdendus : cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat : et si ita sicut ad nos peruenit inuenerit verũ esse: verũ vel a se/vel aliçuius hoc auctoritate presumpserint/nobis subtiliter innotescat:vt cognita veritate quid fieri debeat/disponamus. Nam si negligenter ea que male vsurpantur omittimus/excessus viam alijs aperimus.

Mense Junio Indictione prima.

Gregorius Eulogio episcopo Alexãdrino. De libris Eusebij:et lignis transmissis. Capitulum.xxix.

Epl.xxix.

Ualis semp est docti viri allocutio: quis aut discit audiẽs quod nescire se nouerat:aut cognoscit (qđ est amplius) id quod se et nescisse nesciebat. Quo in re ex audientiũ numero ego nunc factus sum : cui sanctissima vestra beatitudo scribere studuit vt cunctorũ martyrũ gesta : que pie memorie Constantini tẽporibus ab Eusebio cesariensi collecta sunt: trãsmittere debeam⁹. Sed hec neq; si collecta sunt:neq; si sunt:ante vestre beatitudinis scripta cognoui. Ago ergo gratias:qr sanctissime vestre doctrine scriptis eruditus cepi scire quod nesciebã. Preter illa eni que in eiusdem eusebij libris de gestis sanctorũ martyrũ continentur:nulla in archiuo huius nostre ecclesie:vel in Romane vrbis bibliothecis esse cognoui : nisi pauca quedã in vnius codicis volumine collecta. Nos autem pene omnium martyrũ distinctis per dies singulos passionibus/ collecta in vno codice nola habemus/ atq; quotidianis diebus in eorum veneratione missarũ solennia agimus. Non tñ in eodẽ volumine quis qualiter sit passus indicatur:sed tñmodo nomen/locus/et dies passionis ponitur. Unde fit vt multi ex diuersis terris atq; prouincijs per dies (vt predixi) singulos cognoscãtur martyrio coronati. Sed hec habere vos beatissimos credimus. Ea vero que trãsmitti voluistis:querentes quidẽ nõ inuenimus:sed adhuc nõ inuenientes querimus/et si potuerint inueniri/transmittemus. De ligno autẽ (qđ scribitis) quia breuia fuerint: nauis per quã transmissa sunt:qualitas fecit:qr si maior nauis venisset : potuim⁹ ligna etiã maiora transmittere. Quod autẽ dicitis:quia si maiora transmittimus/preciũ datis:largitati quidem gratias agimus:sed accipere preciũ (euangelio interdicẽte) prohibemur. Nos eni ea que trãsmittimus ligna nõ emim⁹: et quomodo possumus precium accipere / cũ scriptũ sit

Matth.x.

Gratis accepistis:gratis date? Nunc ergo iuxta modũ nauis per naucleũ parua ligna trãsmisimus:quorũ notitia subter annexa est. Sequenti vero anno:(si omnipotẽti deo placuerit) maiora preparamus. Benedictionẽ autẽ sancti Marci euãgeliste (immo qđ est verius) sancti Petri apostoli in ea dulcedine qua est transmissa suscepimus:et salutationis alloquiũ persoluentes petim⁹ vt beatitudo vestra pro nobis orare dignetur : quaten⁹ et a malis presentibus mereamur citius eripi :et a futuris gaudijs non excludi.

Gregorius Eulogio episcopo Alexãdrino vbi commemorat in sancta Chalcedonensi synodo papã Romanum vniuersalem appellatum. Capitulum.xxx.

Epl.xxx.

Ommunis filius presentiũ lator sanctitatis vestre scripta deferẽs/egrũ me reperit/egrũ reliquit:qua ex re contigit vt ad largũ vestre beatitudinis fontem breuis epistole mee vix parua potuisset aqua respirare. Superni autẽ muneris fuit/vt i doloris corporis posit⁹ : suauissime vestre sanctitatis scripta susciperẽ:que me de doctrina Alexandrine ecclesie:de conuersione hereticorũ:de concordia fideliũ sublimiter letificaret : quatenus ipsa mentis letitia immanitatẽ mihi molestie tẽperaret. Et quidẽ de bonis vestris nova semper exultatione gaudem⁹:sed tñ ita nos perfecte agere/ noua esse nullo modo deputamus. Qr eni crescit sancte ecclesie populus: qr ad celeste horreũ spiritales segetes multiplicãtur:hoc de oĩpotentis dei gratia: que in beatissimis vobis large influit:nunq; habuimus incertum.

Gratias itaq; oĩpotenti deo soluimus: qr impletũ videmus in nobis esse: qđ scriptum est. Ubi plurime segetes/ibi manifesta fortitudo boum. Si eni bos fortis aratrũ lingue in terrã cordis audientiũ non transfixisset:tãta fidelũ seges minime surrexisset. Sed quoniã vere in bonis que agitis:scio qr et alijs congaudetis: vestre vobis gratie vicem reddo:r non dissimilia nuncio:qr dum gens anglorũ in mundi angulo posita/ in cultu lignorũ ac lapidum perfida nuncusq; remaneret: ex vestre mihi orationis adiutorio placuit / vt ad eam monasterij mei monachũ in predicationẽ transmittere deo auctore debuissem. Qui data a me licẽtia/a germaniarũ epis / eps factus/cũ eorũ quoq; solatijs ad predictã gẽtem in fine mundi perductus est:r iam nunc de eius salute et opere ad nos scripta peruenerũt:qr tantis miraculis vel ipse/ vel hi qui cum eo trãsmissi sunt:in gente eadẽ coruscant: vt apostolorum virtutes in signis que exhibent/imitari videantur. In solennitate autem dñice natiuitatis que hac prima indictione transacta est:plusq; decem milia Angli ab eodẽ nunciati sunt fratre et coepo nostro baptizati. Quod idcirco narraui:vt cognoscatis quid i Alexandrino populo loquendo: r quid in mundi finib⁹ agitis orãdo. Uestre enim orationes sunt in eo loco vbi non estis:quorum operationes sancte monstrantur in eo loco in quo estis. Preterea de Eudoxij heretici persona de cui⁹ errore in latina lingua nihil reperi/ mihi a vestra beatitudine largissime gaudeo satisfactũ. Uirorũ quippe fortissimorũ Basilij Gregorij atq; Epiphanij testimonia ptulistis:r manifeste pemptũ cognoscimus eũ in quẽ heroes nostri tot iacula dederũt. De his vero erroribus qui nunc in Cõstantinopolitana ecclesia probãtur exorti:doctissime omnia: et vt iudiciũ tante sedis pferre decuit/respõdistis. Unde oĩpotenti deo gratias agimus/ quia adhuc arce dei insunt tabule testamenti. Quid est eni sacerdotale cor nisi arca testamẽti? in qua quia spiritalis doctrina viget: pculdubio tabule legis iacent. Indicare quoq; vestra beatitudo studuit iam se quibusdã non scribere superba vocabula/que ex vanitatis radice prodierũt:r mihi loquitur dicens:sicut iussistis: qđ verbũ iussionis peto a meo auditu remouete:qr scio quis sum:qui estis. Loco eni mihi fratres estis:moribus patres. Nõ ergo iussi:sed que vtilia visa sunt:indicare curaui. Non tñ inuenio vestrã beatitudinẽ hoc ipm qđ memorie vestre intuli: perfecte retinere voluisse. Nã dixi nec mihi vos : nec cuiq; alteri tale aliquid scribere debere:et ecce in prefatione epistole: quam ad meipsum qui phibui direxistis/superbe appellationis verbũ/vniuersalẽ me papã dicentes/imprimere curastis. Qđ peto dulcissima mihi sanctitas vestra vltra non faciat: qr vobis subtrahitur : qđ alteri plusq; ratio exigit prebetur. Ego eni non verbis quero psperari:sed morib⁹. Nec honorem esse deputo in quo fratres meos honorẽ suũ perdere cognosco. Meus nãq; honor est:honor vniuersalis ecclesie. Meus honor est/fratrũ meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum:cũ singulis quibusq; honor debitus nõ negat. Si eni vniuersalẽ me papã vestra sanctitas dicit:negat se hoc esse qđ me fatet vniuersum. Sed absit hoc. Recedãt verba que vanitatẽ inflãt:charitatẽ vulnerãt. Et quidẽ in scta chalcedonensi synodo atq; post a subsequẽtibus patrib⁹ hoc decessorib⁹ meis oblatũ vestra sanctitas nouit. Sed tñ null⁹ eoz vti hoc vnq; vocabulo voluit:vt dũ in hoc mundo honorẽ sacerdotũ diligerent omniũ:apud oĩpotentẽ deũ custodirent suũ. Proinde debitũ salutationis alloquiũ soluẽs:peto vt in sctis orationibus vestris mei memores esse dignemini:quatenus a pctõ meorũ nexibus:quia meis meritis nõ valeo: vestris intercessionib⁹ me oĩs absoluat.

Parte.j. dist.xcix. Ecce.

Gregorius Secundo episcopo taurorũ. De querimonia monachorũ monasterij castelliensis. Capitulũ.xxxi.

Epl.xxxi.

Querimonia monachorũ monasterij Castelliensis oblata ab eis petitio que tenetur in subditis/patefecit. Proinde fraternitas vestra hec que asserunt/ sollicita perscrutari cura studeat. Et si ea

G inuenerit in veritate subsistere: rationem tuitionis illis impẽdat: et monasterium quod monasterio eorum vnitum est/ s(ecundu)m cõsuetudinem deputatis de congregatione eorum illic monachis ,puideat ordinari: q(uia) rationis ordo non patitur/ vt monasterium ip(su)m/ et maxime contra voluntatem fundatorum/ ab eorum dispositione/ ad arbitriũ suum: presertim laica persona subducat: aut aliquid sibi in id ius debeat vendicare.

¶ Gregorius Dominico episcopo carthaginis. De laude charitatis. Capitulum. xxxij.

Epl. xxxij. Scripta sanctitatis vestre: que latore presentiũ deferente suscepimus: ita sacerdotalem modestiam loquebantur: vt auctoris sui corporalem nobis quodãmodo presentiam blãdirẽtur. Nec enim sermo rarus aliq(ui)d officit: vbi manet in animis cõtinu(us) dilectionis affect(us). Magna autẽ charitatis virt(us) est dilecte frater: que sinceritatis sue vinculo aterna mutuo affectu corda cõstringit: et ea a gratie non sinit cõpage dissolui: disiũcta cõiũgit: vnita custodit: et ignotos sibi imagine reddit cognitos per amorem. Quisquis igitur in huius cardine mẽtem figit/ eum de superne patrie habitaculo cuiuslibet aduersitatis impulsio nõ euellit: quoniã quocũq(ue) se verterit/ a mandatorum limine non excedit. Unde et in eiusdem charitatis laude per egregium predicatorem dicitur: Que est vinculum p(er)fectionis. Quante itaq(ue) sit laudis aspicimus: que p(er)fectionem non solũ in mente generat/ sed etiã ligat. Quia igitur huius virtutis igne succẽsum tuarũ te prodit locutio litterarũ: vberi in d(omi)no exultatiõe letificor: atq(ue) opto vt hec i te magis magisq(ue) resplẽdeat: q(uia) lux gregis flãma est pastoris. Decet enim decet d(omi)nicum sacerdotẽ morib(us) et vita clarescere: quatenus in eo tanq(uam) in vite sue speculo plebs cõmissa et eligere q(uo)d sequat(ur): et videre possit q(uo)d corrigat. Scientes preterea vnde in aphricanis partibus sumpserit ordinatio sacerdotalis exordiũ/ laudabiliter agitis q(uod) sedẽ apostolicam diligẽdo/ ad officij vestri originem prudenti recordatione recurritis: et probabili in eius affectu constãtia permanetis. Certũ quippe est: q(uod) vestro honori additis/ quicquid reuerentie ac deuotionis ordini sacerdotali exhibetis: q(uia) per hoc vt vicaria erga vos dilectione adstringi debeat/ inuitatis. Quod superest charissime frater/ omnipotentẽ d(omi)n(u)m assidua oratione poscamus: quaten(us) cordis nostri gressus in veritatis sue tramitẽ dirigat: et vt ad celestia regna perducat/ nominis officium protectionis sue gratia operib(us) nos exhibere concedat.

Col. iij.

H

¶ Gregorius Joãni schillitano. De oppressione monachorum castellien(sis) monasterij. Capitulum. xxxiij.

epl. xxxiij. Graue nimis et contra sacerdotale constat esse propositũ: velle cuiusq(ue) monasterij priuilegia olim indulta confundere: et ad irritũ que sunt p(ro) quiete disposita niti deducere. Questi itaq(ue) nobis sũt monachi castelliẽsis monasterij: q(uo)d in fraternitatis vestre ciuitate est constitutum: quia eidem monasterio quedã contra ea que a predecessoribus nostris permissa: ac consuetudine longa seruata sunt/ festinetis superinducere: et antiquã ordinationẽ quadã preiudicij nouitate turbare. Proinde his fraternitatẽ vestrã hortamur affatibus/ vt si ita est/ ab eius molestia se sine aliqua excusatione contineat: et que ei sunt diutius custodita: nullius occasionis tentet vsurpatione conuellere: sed cũcta illibate/ et sine aliqua studeat refragatione seruare: et plus sibi in eodem monasterio q(uam) predecessoribus suis licuit: nouerit non licere. ¶ Quia vero pariter questi sunt fraternitatem tuam quedam de monasterio sub xenij quasi specie abstulisse: necesse est vt si quid te indecenter recolis accepisse: sine dilatione restituas: ne auaritie te grauiter culpa redarguat: quẽ largũ erga monasteria sacerdotalis magis debuerat munificẽtia demonstrare. Seruatis itaq(ue) o(mn)ibus: que a tuis (sicut diximus) predecessorib(us) permissa sunt ac seruata: cure tue sit circa act(us) ac vitam cõsistẽtiũ illic monachorum vigilãtẽ insistere: et si quẽpiã illic praue cõuersari: aut in aliquã immunditie (q(uo)d absit) culpam inueneris incidisse: districta ac regulari emẽdatione corrigere. Nam sicut ab his que incongrue vsurpãtur/ fraternitatẽ vestrã volumus abstinere: ita in his que ad disciplĩne rectitudinẽ vel animarũ custodiã pertinent/ esse sollicitã modis o(mn)ib(us) admonemus. Indicauerunt etiã predicti monasterij monachi castrũ quod

I

K schillitanũ dicitur/ in solo iuris monasterij eorum esse fundatũ: atq(ue) ob hoc habitantes illic factis libellis solatiũ annis singulis spopondisse persoluere: sed postea contẽpsisse: et ob eadem se prestatione superuacue suspendisse. Fraternitas ergo vestra subtiliter veritatem curet addiscere: et si ita reppererit/ instanter studeat vt ea que promiserunt (quia et ratio exigit) prebere nõ differant: quatenus et illi quiete quod tenent/ possideãt: et monasterij iura preiudiciũ non incurrant. Preterea questi nobis sunt predicti monasterij monachi abbatẽ suũ terrã intra schillitanũ castrum: que in sexcentos pedes extenditur: sub pretextu fabricãde ecclesie fraternitati tue donationis titulo concessisse: et ideo volumus quantũ parietes possunt edificate ecclesie circundare/ iuri ecclesie vendicari. Quicquid vero extra parietes eiusdem ecclesie esse potuerit/ ad iura monasterij sine difficultate aliqua reuertatur: quia mundanarũ legũ nec sacrorũ canonũ statuta permittunt res monasterij de iure eius quolibet titulo segregari. Et propter donationẽ eiusdẽ terre: que contra rationem facta est: sine aliqua dilatione restitue.

¶ Gregorius Leontio exconsuli. De celesti Hierusalẽ et babylone. Capitulum. xxxiiij.

epl. xxxiiij Quia in magna domo non solum sunt vasa aurea et argentea: sed et lignea et fictilia: et quedam quidẽ in honore: quedã autẽ in cõtumelia: quis ignoret q(uod) et in vniuerse ecclesie sinu/ alij velut vasa cõtumelie rebus deputent(ur) infimis: alij vero vt honoris vasa rebus deputẽtur mũdis? Et tamen plerũq(ue) contingit: vt et ciues babylonie in angaria seruiant hierusalẽ: et ciues hierusalẽ id est celestis patrie in angaria deputentur babylonie. Cũ enim electi dei magnis moribus prediti: modestia ornati: lucra propria non querẽtes/ terrenis deputãtur rebus: quid aliud q(uam) sancte hierusalẽ ciues in babylonie opere seruiunt? Et cũ quidã in prauis moribus effrenati/ locũ sancti honoris tenent: atq(ue) in ipsis que benefacere videntur: propriam laudem querunt: quid aliud q(uam) ciues babylonie superne hierusalẽ angarias exsoluunt? Sic enĩ iudas apl(u)s admixtus dĩs redemptorẽ humani generis predicauit: signa cum ceteris fecit. Sed quia babylonie ciuis fuit: hierusalẽ celesti opus suum in angaria persoluit. At contra Joseph in egyptũ ductus/ terreno palatio seruiuit: curã ministerij in rebus temporalibus gessit: quicq(ui)d iuste regno transitorio debebatur exhibuit. Sed quia scẽ hierusalẽ ciuis extitit: seruitiũ babylonie in sola (vt dictũ est) angaria ministrauit. Huius ergo bone vir esse te sequacẽ credo: quẽ terrenis actib(us) implicatũ/ mãsueto sp(irit)ũ agere: humilitatis arcem per omnia custodire: et singulis que iusta sunt tribuere cognosco. Tanta enim de vestra gloria a multis bona referuntur/ vt mihi hec non libeat audire sed cernere. eius tamen quẽ videre me nõ licet: bona me pascit opinio. Sancte autẽ ecclesie (id est omniũ electorũ) typũ tenẽs mulier/ que alabastrũ fudit/ domũ repleuit vnguento. Et nos quotiens de bonis aliquid audimus/ suauitatis auram quasi per narẽ trahimus. Et Paulus ap(osto)lus cũ dicebat: Christi bonus odor sumus deo: patenter datur intelligi quia saporem se quidẽ presentibus: sed odorẽ absentib(us) exhibebat. Nos itaq(ue) qui per presentie saporem non possumus: per odorem vestre absentie nutrimur. Hoc etiam valde gaudemus q(uod) munera q(ue) transmisistis/ vestris moribus dissimilia non fuerint. Oleum quippe sancte crucis: et aloes lignũ suscepimus. Unum quod tactum benedicat: aliud quod incensum redoleat. Decebat igitur vt bonus vir ea transmitteret: que irã nobis domini placare potuissent. Alia quoq(ue) i cellariis multa misistis: quia sicut mẽte et carne subsistim(us) necessariũ fuit vt a vobis nũc i vtroq(ue) cõtineri deberemus. De q(ui)bus transmissis cur dulcissima mẽs vestra valde se erubescere fatetur/ atq(ue) eidem verecũdie scutũ charitatis opponere? Sed i his ego verbis o(mn)inõ gaudeo: quia in tali eius attestatione cognosco q(uod) nũq(ue) possit aliena tollere: et hoc ip(su)m erubescit: q(uod) propria largitur. Parua vero appellatis munera vestra/ que magna sunt: sed credo vt adhuc amplius ex ipsa glorie vestre humilitate proficiant. Et petitis vt hec bona mente suscipiam. Sed inter ista ad memoriam cuiusdam vidue duo minuta reducite. Si enim illa deo placuit: que bono animo pauca obtulit: cur non hominibus placeat: qui

L

M

Luce. vij.

ij. Cor. ij.

Lu. xxi.

A mente humili multa dedit? Preterea benedictionem vobis sancti Petri apostolorū principis: clauē sanctissimi sepulchri eius: in qua benedictio de catenis illius est inserta: transmisimus: vt quod eius collum ligauit ad martyriū: hoc vestrū ab omnibus peccatis absoluat.

¶ Expliciunt epistole Indictionis prime.

¶ Incipiunt epistole Indictionis secunde ex Registro beati Gregorij pape.

¶ Mense septembri. Indictione secunda.

¶ Gregorius Januario episcopo Caralitano. De exarata messe cuiusdā ante missarū solemnia dñicorū die: et terminis eradicatis post missarū solemnia. Capitulum.j.

Epla.j. Causa.ij. q.vij. paulus.j.

Predicator omnipotentis dñi apostolus dicit: Seniorē ne increpaueris. Sed hec eius regula in eo seruanda est, cū culpa senioris exemplo suo nō trahit ad interitū corda iuniorum. Ubi autē senior iuuenibus exemplū ad interitū prebet: ibi districta increpatione feriendus est: nam scriptū est. Laqueus iuuenum oēs vos. Et rursus propheta dicit: Et peccator centū annorū maledictus erit. Tanta autē nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit: vt eam nisi adhuc humanitus pensaremus: ipsa iam maledictione feriremus. Dictū quippe mihi est: q dñicorū die priusquā missarū solēnia celebrares: ad exarandā messem latoris presentiū perrexisti: et post exarationē eius missarū solēnia celebrasti. Post missarū solemnia etiā terminos possessionis illius eradicare minime timuisti. Quod factū que pena debuit insequi: omnes qui audiunt sciunt. Dubij autē de tanta hac peruersitate fueramus: sed filius noster Cyriacus abbas a nobis requisitus: dū esset Caralis/ita se cognouisse phibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus: hortamur aliquādo respisce senex: atq a tanta leuitate morū/et operū peruersitate cōpesce. Quanto morti vicinior efficeris: tāto fieri sollicitior atq timidior debes. Et quidē pene sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatē tuā cū senectute nouimus/interim tacemus. Eos vero quorū cōsilijs hec egisti: in duobus mēsibus excōmunicatos esse decreuimus: ita tamē vt si quid eis intra duorū mensiū spatiū humanit° euenerit: benedictione viatici non priuetur. Deinceps autē ab eorū cōsilijs cautus existe: te quoq sollicite custodi: ne si eis in malo discipulus fueris/quibus in bono magister esse debuisti: nec simplicitati tue vlterius: nec senectuti parcamus.

Esa.xlij. Esa.lxv. Parie.j. di.lxxxvj. Tanta.

B

¶ Gregorius Januario episcopo caralitano. De pace facta cū rege longobardorū. Capitulum.ij.

Epla.ij.

Quid in sardinia hostes nostri fuerūt operati/priusquā fraternitatis vrē epistola ad nos perueniret/agnouimus. Et quia hoc futurū dudum metuimus: euenisse quod preuidim° nobiscū nunc gemimus. Et si fm ea que iam vobis: q excellentissimo filio nostro Gennadio hoc fore nunciantes scripsimus: sollicitudo fuisset adhibita: inimici illuc aut non accederent: aut accedentes periculū qd fecerāt mererent. Uel nunc ergo ea que contigerunt/vigilantiā vestrā in futura excitēt. Nam et nos quicquid prodesse possumus: facere dño auxiliante nequaquam omittim°. Cognoscatis autem abbatē quem ad Agilulphū ante multū iam tēpus trāsmisimus: pacē cum eo (deo propitio) quantū vobis ab excellentissimo exarcho scriptū est/ordinasse. Et ideo quousq pacta de cōfirmatione pacis ipsius conscribantur: ne forte hostes nostri in hac dilatione ad partes illas iterū velint accedere: murorū vigilias: et sollicitudinem in locis facite oībus adhiberi. Et cōfidimus in redēptoris nostri potētia: quia aduersariorū nobis incursus vel insidie denuo non nocebūt. Hoc vero quod scripsistis: multos cōtra vos nobis querelas deponere: verum est: sed inter diuersa non nos sic res alia cōtristauit quō id qd nobis dilectissimus filius noster Cyriac° abbas retulit: quia die dñico ante missas messem de agro quē donatus possidebat/feceris exarari. Quod ne parū esset: expleto sacrificio/p temetipsum illuc accedēs terminos effodisses. Ob quā rem hortor vt officiū quod geris/sollicita mente cōsideres: et quicqd grauare potest aut opinionē tuā aut animā: omnino refugias: et te committere illud nullius suasione cōsentias. Nam nō terrenarū rerū curā: sed animarū te ducatū suscepisse cognoscas. Ibi ergo cor figere: ibi sollicitudinē: ibi totum debes studiū adhibere: atq de earū lucro diligenti° cogitare: vt dū venienti dño multiplicata que tradidit talenta reddideris: retributionis ab eo fructū consequi: et inter fideles famulos in eterna merearis gloria exaltari. Hoc autē quod obiurgo vel increpo: non ex asperitate/sed ex fraterna scito dilectione descendere: q sacerdotē te apud oīpotentē deū non nole (quod solū ad penā est) sed etiā meritis (quod ad mercedē respicit) inueniri desidero. Nam dum vnū in redemptoris nostri corpore mēbrū sumus: sicut in culpa tua dilaceror: ita quoq in bona actione letificor. Illud preterea qd vultis: vt personam a nostro latere deputemus: cui causas vestras insinuare nobis referēdas subtiliter debeatis: dilectissimo filio nostro Petro: et theodoro consiliario: quecūq vultis scribite: vt per eorū nobis insinuata: quicqd de his ratio suaserit: dño valeat reuelāte disponi. De fratre autem et coepo nostro Mariniano dum pax cum predicto Agilulfo perfecte fuerit consummata: erit cognitio: et fiet quicquid rationis ordo dictauerit.

D

¶ Gregori° Marcellino proconsuli dalmatie. Scribit redarguēs de fauore maximo preuaricatori p̄stito. Ca.iij.

Epla.iij.

Epistolā magnitudinis vestre suscepimus: in qua vos nostrā incurrisse ingratitudinē indicastis: atq ob hoc p directā satisfactionē habere nostrā velle vos gratiā. Et quidē tanta ad nos de vestra magnitudine peruenerūt/quāta a fideli viro minime cōmitti debuerant. Uos enim tanti mali de causis maximi oēs astruūt auctores existere: p quos spoliatio illius ecclesie vel tantarū alarū perditio: atq inaudite p̄sumptionis audacia sumpsit initiū. Et quidem q nostrā vos velle gratiā habere petitis: cōuenit vt redemptori nostro pro his talibus satisfacere tota intētione mentis (vt dignū est) cū lachrymis debeatis: quia si illi satisfactū non fuerit: quid nostra relaxatio vel gratia poterit certe conferre? Dū tñ adhuc in presumptorē ruinis vel errātiū defensionib° inesse vos cernim°: qlis vel deo: vel hoīb° vestra sit satisfactio nō videm°. Tūc eni deo et hoībus se satisfacere magnitudo vestra pariter euidenterq cognoscat/si et deuia ad rectitudinē: et p̄sumptiua ad humilitatis normā reducat. Qd si factum fuerit/per hoc vos et dei percepturos et hoīm gratiam cognoscatis.

E

¶ Gregori° Andree scholastico. Castoriū chartulariū recommendat. Capitulum.iiij.

Epla.iiij.

Qualiter de glorie vestre debeamus sinceritate p̄sumere: cognite deuotionis qualitas: quā beato Petro apostolorū principi olim exhibuistis/ostēdit. Cuius licet causis mente vos adesse promptissima confidamus: non tñ ab re est: si ea que spōte egistis/nostra ex abundāti epistola deposcamus. Atq ideo salutantes paterne charitatis affectu petimus: vt quia latorē presentiū Castoriū chartulariū nostrū pro necessarijs illic causis direximus: vestra eū ope in oībus adiuuetis: atq illi bonitatis vestre cōsilio quecūq necesse fuerit concurratis: quatenus fultus christianitatis vestre solatio/ad explenda que sibi iniūcta sunt: solers et idoneus possit inueniri. Sic etenī et vos que vestra sunt facitis: et nos pro vobis enixius orare compellitis. Omnipotens deus gratie sue vos tuitione premuniat: et ita actus vestros in suo sicut desideratis propitius timore disponat: vt et a malis omnibus hic erutos: et ad gaudia vos eterna perducat.

F

¶ Gregori° Januario epō Caralitano. Scribit de excessu Petri neophiti contra iudeos. Capitulū.v.

Epla.v.

Judei de ciuitate vestra huc venientes questi nobis sunt: q in synagogā eorū que caralis sita est/Petrus qui ex eorū supstitione ad xpiane fidei cultū deo volēte pductus est: adhibitis sibi quibusdā indisciplinatis/sequēti die baptismatis sui: hoc est dñico in ipa festiuitate paschali/cū graui scandalo sine vestra occupauerit voluntate: atq imaginē illic genitricis dei dñiq nostri/et venerandā crucē: vel birrum album quo de fonte surgens indutus fuerat: posuisset. De qua re et filiorū nostrorū eupaterij gloriosi magistri militū: atq magnifici pij in dño presidis/aliorūq nobiliū ciuitatis vestre ad nos hec eadē scripta attestantia concurrerūt. Qui etiā adiecerūt a vobis hoc presensum: et predictū Petrū ne hoc auderet fuisse prohibitū. Quod

G cognoscentes / omnino laudauimus: quia sicut reuera bonum decuit sacerdotem / nil fieri vnde iusta esset reprehensio voluistis. Sed quia per hoc quod minime vos in his que praua sunt miscuistis: displicere vobis quod factum est demonstrastis: considerantes hec de re vestre voluntatis intentum / ac magis iudicium: his hortamur affatibus / vt sublata exinde cum ea qua dignum est veneratione / imagine atque cruce: debeatis quod violenter ablatum est / reformare: quia sicut legalis diffinitio iudeos nouas non patitur erigere synagogas: ita quoque eos sine inquietudine veteres habere permittit. Ne ergo supradictus Petrus: vel alij qui ei in hac indisciplinationis prauitate prebuere solatium: sine consensu hoc zelo fidei se fecisse respondeant vt per hoc quasi eis necessitas fieret conuertendi: admonendi sunt: atque scire debent: quia hac circa eos temperantia magis vtendum est: vt trahatur ab eis velle non renitentium / non vt adducantur inuiti: quia scriptum est. Voluntarie sacrificabo tibi. Et ex voluntate mea confitebor illi. *(ps. liij.)* Sanctitas ergo vestra gratiam inter ciuitatis sue habitatores adhibitis sibi filijs suis: quibus vna vobis hec displicent: sacerdotali adhortatione (sicut condecet) studeat facere: quia in hoc maxime tempore quando de hoste formido est / diuisum habere populum non debetis. Quia vero non minorem de vobis: quam de nobis sollicitudinem gerimus: hoc quoque pariter indicandum curauimus: quod finita hac pace / Agilulfus longobardorum rex pacem non faciat. *D* Unde necesse est vt fraternitas vestra / dum licet / ciuitatem suam vel alia loca fortius muniri prouideat: atque immineat vt abundanter in eis condita procurentur: quatenus dum hostis illuc (deo sibi irato) accesserit / non inueniat quod ledat: sed confusus abscedat. Sed et nos pro vobis quantum possumus cogitamus: et his quorum interest / vt se ad obsistendum deo adiutore preparare debeant / imminemus: quia sicut vos nostras tribulationes vestras attenditis: ita quoque nos vestras afflictiones nostras similiter reputamus.

¶ Gregorius Eusebio archiepiscopo thessal. De pace et Luca presbytero heretico. Capitulum. vj.

Epl. vj. Si quam magna sit frater charissime pacis virtus attendimus: quo a nobis studio sit colenda agnoscimus. Hanc quippe dominus et redemptor noster in magno munere discipulis suis relinquere ac dare dignatus est: vt eos qui firmitate ei fidei coherebant: per hanc sibi pia faceret participatione consortes. Scriptum namque est. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. *(Mat. v.)* Quisquis ergo patris heres esse desiderat / filius existere bene custodiendo non renuat. Nam qui locum prebet discordie: ipse profecto tanti se muneris exortem esse constituit. Cum igitur fidei tue sinceritas catholica nobis (vt oportuit) deo propitio sit rectitudine declarata: magna nimis admiratione suspendimur: vt eos quos bene credere et recte sentire cognoscis / *I* frustra quorundam scandalizari vitio patiaris: vt aliorum culpa / fraternitatis tue feriatur opinio. Nam quomodo sine erroris suspitione sit / qui patientiam prestat erranti? Aut quam de se estimationem prebeat: si ea que feruor fidei postulat: aperta purgari satisfactione non studet? Fertur siquidem Lucam presbyterum tuum: et Petrum chalcedonensem synodum nolle suscipere: atque ex hoc filiorum tuorum orthodoxorum corda non leui scandalo perturbari. Quorum quia zelus non solum laudandus: verum etiam omnino fouendus est: hortamur vt cum omni viuacitate ac sollicitudine fraternitatis hoc vestre rimari cura non desinat. Et si ab hac eos insontes prauitate repererit: scandalum de filiorum suorum mentibus habita eorum satisfactione remoueat: atque inter omnes hereses seuerum ac nestorium anathematizent: vt quibus sinistra de eis suspitio discessionem amore fidei genuit: gignat purificatio charitatem. Et salubriter vnius concordie nectat affectus: quos catholice sincera et vna tenet confessio veritatis. Nec satisfactio dubitantibus existimetur indigna: *(mat. xviij.)* quia dominica voce precipitur: Ne contemnatis vnum ex his minimis. Qui ergo non despici a precipiente desiderat: preceptoris verba non renuat: quia et is quem vas electionis redemptor sibi noster testatus est esse: seruare nos vnitatem spiritus in vinculo pacis admonuit. Unde quisquis hoc se teneri salutis vinculo non recusat: que sunt pacis studeat: et locum hosti non prebeat: vt facta fortius valeat vnitate calcari: qui in fratrum seua poterat diuisione grassari. Si vero (quod non optamus) erroris huius deprehenduntur iaculo vulnerari: ecclesiastice *K* adhortationis est adhibenda curatio: vt aut inter oues dominicas (si sanati fuerint) permaneant: aut ab vnitate ecclesiastici corporis excidantur: quatenus et magnum ex damno modico lucrum fiat: et totum faciat liberum pars amissa. Nam et prouidi sollicitudo pastoris ouem languidam que curationem non recipit / ne alias languoris sui labe contaminet: a sanarum consortio non differt ejicere: sciens ceterarum se sanitatem non aliter nisi huius posse eiectione seruare. Proinde iterum fraterna charitate commoneo / vt summa hoc vigilantia perscrutari: et summo que scripsimus seruare studio debeatis: nec rectam fidem quam geritis / aliorum dubia consortio faciatis. Nam qui non corrigit resecanda / committit. Itaque magna vobis sollicitudine magna omnino prouisione pensandum est: vt nec alijs eorum persona scandalum: nec vobis opinio sit nociua: quatenus tanto fraternitati vestre de commissis ouibus pastoris lucra proficiant: quanto vos ad earum custodiam et sincera dilectio: et credita fecerit cura sollicitos.

¶ Gregorius Januario episcopo Caralitano. De grauinie abbatisse sacramento. Capitulum. vij.

Epl. vij. Ca. xix. q. iij. Quia ingredientibus.

Quia ingredientibus monasterium conuertendi gratia / vlterius nulla sit testandi licentia: sed res eorum eiusdem monasterij iuris fiant: aperta legis definitione decretum est. Quod cum pene omnibus notum sit / in magna nos Grauinie abbatisse monasterij sanctorum Gauini et Luxorij insinuatio admiratione perduxit. Que siricam monasterij sui abbatissam postquam regendi suscepit officium: condito testamento legata quibusdam asseruit reliquisse. *L* Et dum de scitate vestre sollicitudine quereremus / cur res monasterio competentes ab alijs pertulerit detineri: communis filius Epiphanius archipresbyter vester presens inuentus respondit memoratam abbatissam vsque ad diem obitus indui se monachica veste noluisse: sed in vestibus quibus loci illius vtuntur presbytere permansisse. Ad hec replicabat predicta Grauinia hoc pene ex consuetudine licuisse: adeo vt abbatissam que ante suprascriptam siricam fuerat: talibus visam fuisse vestibus allegaret. Cum ergo de qualitate vestium nec nos mediocriter cepissemus ambigere: necessarium visum est / vt tam cum consiliarijs nostris / quam cum alijs huius ciuitatis doctis viris quid esset de lege tractarem. Qui tractantes responderunt Postquam solenni more abbatissa ab episcopo ordinata est: et in monasterij regimine per annos plurimos vsque ad vite sue transitum prefuit: vestis qualitatem ad culpam forte episcopi respicere: qui eam sic permiserit: non tamen potuisse monasterio preiudicium irrogare: sed res ipsius eidem loco ex eo quod illuc ingressa abbatissa constituta est / manifesto iure competere. Et ideo quia ex dimissis illicite rebus xenodochium possessionem asseris indebite retinere: his vos hortamur affatibus: vt quia et monasterium et xenodochium ipsum *M* in vestra est ciuitate positum: omni cura ac studio prouidere debeat: quatenus si possessio ipsa ex nullo precedenti contractu: sed ex memorate sirice legato descendit: antedicto monasterio postposito strepitu vel excusatione reddatur. Si vero ex alio forte dicitur obuenisse contractu: aut fraternitas vestra inter partes cognita veritate quod legalis suaserit ordo definiat: aut mutuo sibi consensu arbitros eligant: qui earum valeant allegationes discindere. A quibus quicquid fuerit statutum / ita vestra prouisione seruetur: vt nullum inter venerabilia loca iurgium remaneat: que magnopere alterna pacis sunt fouenda concordia. Alia igitur omnia que ex testamento prenominate sirice detinentur / quippe quod nullum esse legali sanctione permittitur: necesse est vt iuri monasterij fraternitatis vestre sollicitudine sacerdotali per omnia studio reparentur: quia imperiali constitutione aperte sancitum est: vt ea que contra leges fiunt non solum inutilia: sed etiam pro infectis habenda sint.

¶ Gregorius Vincentio atque plurimis episcopis. De tempore pasche requirendo. Capitulum. viij.

Epl. viij. Cognouimus quod mos vester sit insule post paschalem festiuitatem vobis euntibus aut directis responsalibus vestris ad metropolitanum vestrum vtrum sciatis / an minime / ipse vobis de venturo pascha scripta debeat denunciatione mandare. Et quantum dicitur quidam vestrum hoc facere secundum consuetudinem postponentes: aliorum quoque ad non obediendum corda peruertunt. Additur etiam quod ex vobis aliqui pro ecclesie sue emergentibus.

B causis transmarina petentes: sine predicti metropolitani sui cognitione vel epistolis (sicut canonū ordo consti tuit) audeat ambulare. Hortamur ergo fraternitatē vestrā: vt antiquā ecclesiarū vestrarū cōsuetudinē exequētes: tam de suscipienda pascali denunciatione: q̄ etiam si quemq̄ vestrū pro causis proprijs vbicūq̄ cōpulerit ambulare necessitas: ab eodem metropolitano vestro secūdum indictam vobis regulā petere cessionē debeatis: nec eum postponere in aliquo presumatis: excepto si (qđ non optamus) contra eūdem metropolitanū vestrū habere vos aliquid cause contingat: vt ob hoc sedis apostolice iudiciū requiratis. Nam ijs qui petere festinant licentiam (quod scitis) per canones etiam antiquorū patrum institutione habere permissum est.

¶ Gregorius Basilio de schismaticis et de peruerso cōsilio Iustini. Capitulum.ix.

Epl.ix. Inter hec q̄ mihi de sciente victorias nunciastis: magna me letitia releuatum esse cognosci te: q̄ latores presentiū de capitana insula vnitati sancte ecclesie cōiungi festinantes / ad beatū Petrū apostolorū principē ab excellentia vestra trāsmissi sunt. In hoc eni contra hostes vestros amplius preualetis / si eos quos dei hostes agnoscitis / sub iugo veri dn̄i reuocatis: tātoq̄ vestras causas apud hostes fortiter agitis / quāto dei causas in hostibus sincera ac deuota mēte feceritis. Quod aūt exēplar iussionis que ad vos pro schismaticorū

B defensione transmissa est: mihi ostendi voluistis: pensare sollicite dulcissima mihi vr̄a excellentia debuit: quia q̄uis iussio ipsa subrepta est: nō tn̄ in ea vobis preceptum est / vt venientes ad vnitatem ecclesie repellatis / sed vt venire nolentes hoc incerto tempore non cōpellatis. Unde necesse est vt hec ipsa pijssimis imperatorib⁹ nostris suggerere festine debeatis: quatenus cognoscāt q̄ eorum tēporibus schismatici cum oīpotentis dei solatio et labore nostro sua sponte reuerti festināt. Que autē de insule capitane ordinatione decreuerim: per reuerētissimū fratrē et coep̄m meū Marinianū vestra excellentia agnoscat. Illud vero cognoscite: q̄ me non modice contristauit: q̄ maior domus vestre qui petitionē ep̄i volentis reuerti suscepit: eum se perdidisse professus est: et postmodū ab aduersarijs ecclesie tenebatur. Quod non negligētia sed venalitate eius factū arbitror. Unde miror q̄ in eo culpā hanc minime vestra excellentia vindicauit. Sed tn̄ q̄ hoc miratus sum: memetipsum citi⁹ reprehendi. Nam vbi dn̄s Iustinus consilium prebet: qui pacē cum catholica ecclesia non habet / ibi non possunt heretici addici. Preterea sancti Petri apostolorū principis natalitium diem in Romana ciuitate vos facere velle perhibetis. Et omnis oīpotentē dn̄m vt sua vos misericordia protegat: et vota vestra vos implere concedat. Sed predictus vir eloquētissimus peto vt simul ve

C niat: qui si non venerit / a vestris obsequijs recedat. Ad certe si vestra excellētia fortasse emergētibus causis venire nequiuerit: ipse aut sancte ecclesie vnitati cōmunicet: aut peto vt vestrorum consiliorū particeps non sit. Bonum enim virum audio: si pessimi non esset erroris. De causa vero maximi: quia importunitatē dulcedinis vestre iam ferre non possumus: quid decreuimus / Castorio notario suggerente cognoscetis.

¶ Gregorius Mariniano episcopo Rauēne de episcopis hystrie / scynosano et capitulensi. Capitulum.x.

Epl.x. Latores presentiū ad nos viri clarissimi atq̄ defensores venerunt: asserentes q̄ in castello quod nouus dicitur: ep̄s quidā Ioannes nomine / de pānonijs veniens fuerit constitutus: cui castello coniuncta insula que capitana dicitur / erat quasi per diocesim cōiuncta. Adiungunt autē q̄ eodem ep̄o violēter expulso: alius illic fuerit ordinatus. De quo tn̄ hoc placuisse referūt: vt non in predicto castro: sed in sua insula habitare debuisset. Qui cū illic cū eis degeret: in errore se schismatis detinere noluit: atq̄ cū omni plebe sua excellētissimo filio nostro Callinico exarcho petitionē dedit vt catholice ecclesie cū oībus qui cum ipso erāt (sicut prediximus) vniri debuisset. Qui (vt aiunt) a schismaticis persuasus post semetipsum rediit: et nunc oīs ille populus qui in predicta insula consistit: sacerdotis prectione priuatus est: quia dum sancte ecclesie vniri desiderat: illū iam recipere non potest qui ad schismaticorū errorē

D reuersus est: et petunt sibi ordinari aliū debere. Sz nos quia cūcta necesse est districte et subtiliter p̄scrutari: hoc ordinandū esse p̄uidimus / vt fraternitas tua ad eundē ep̄m mittat: eumq̄ reuerti ad ecclesie vnitatē et ad propriam plebē admoneat. Qui si iam monitus redire contempserit: grex dei decipi non debet in errore pastoris. Et idcirco sanctitas tua illic ep̄m ordinet: eandēq̄ insulam in sua diocesi habeat: quousq̄ ad fidem catholicā hystrici ep̄i reuertātur: vt et vniuscuiusq̄ ecclesie sue diocesos iura seruemus: et destituto a pastore populo non desit protectio et cura regiminis. In his tamen oībus fraternitatē tuam decet sollicite vigilare: vt plebs eadē que ad ecclesiā venit / studiosius admoneatur: quaten⁹ constanter in sua reuersione fixa sit: ne vagis cogitationibus in erroris iterū foueam relabatur. Excellentissimū vero exarchum petere studeat: vt hec ipsa suis suggestionibus pijssimis imperatorū auribus innotescat: quia q̄uis iussio que ad eum delata est / subrepta esse videatur: non tn̄ in ea iussione et preceptū est: vt volentes ad ecclesiā redire non permittat: sed vt inuitos hoc interim tēpore minime compellat. Huius ergo cause ordinationē in suā curam predictus filius noster suscipiat: quatenus suis responsis agat: vt quicquid ordinauerit / dubium non fiat. Quod tamen et nos cōmuni filio Anatholio scripsimus: vt hec pijssimis principibus subtiliter innotescat. Excellentissimi filij mei domini Callinici exarchi assidue et importune pro persona maximi scripta

E suscepi. Cuius importunitate victus: nihil habui qđ amplius facere debuissē: nisi eiusdē maximi causam tue fraternitati cōmitterē. Si igitur ad fraternitatē vestrā venerit idem maximus / deducatur et Honoratus eius ecclesie archidiaconus: et cognoscat sanctitas tua si recte ordinatus est: si in simoniacam heresim lapsus non est: si et de criminibus corporalibus nihil obuiauit: si se non cognouit excōicatū quando missas facere presumpsit: et quicq̄d sub timore dei tibi visum fuerit / decerne: vt nos dispositioni tue consensum deo auctore prebeamus. Si autem tuā fraternitatē suspectā predictus filius noster habuerit: etiā reuerētissimus vir frater noster Constantius mediolanensis ep̄us rauennā veniat: tecū resideat: et de eadem causa pariter decernite: et qđ vtrisq̄ vobis placuerit / mihi placiturū esse certū tenete. Sicut enim obstinati esse humilibus nō debemus: ita districti existere superbis debemus. Vestra ergo fraternitas sicut in scripture sacre paginis didicit: quicquid iustum perpēderit: in eius negocio decernat.

¶ Gregorius Serentino ep̄o et pluribus alijs. De reliquijs concedendis Gregorio ex p̄fecto. Capitulū.xi.

Epl.xi. Gloriosus filius noster Gregorius expfectus: sanctuaria beatorū martyrū in diocesis vestre locis quiescentiū / sibi postulat debere cōcedi: in quorū honorē Basilicā proprijs sumptib⁹ edificare de

F siderat. Et ideo fratres charissimi p̄fati viri desiderijs ex nostra vos p̄ceptione cōuenit obedire: vt deuotionis sue in consecratione quam postulat potiatur effectu.

¶ Gregorius episcopo chrisanto. De reliquijs collocandis in ecclesia sancte Marie. Capitulum.xij.

Epl.xij. Paulus ecclesie Reatine diacon⁹ petitoria nobis insinuatione poposcit: vt ad fores in basilica beate marie semper virginis genitricis dei et dn̄i nostri iesu xp̄i: que est intra ciuitatē Reatinā posita: reliquie beatorū martyrum hermetis et hyacinthi et maximi debeant collocari. Et ideo frater charissime si in eodem loco nullū corpus constat humatū: sanctuaria predictorū martyrū cum reuerentia sine ambiguitate suscepta diligenter consecrabis.

¶ Gregorius Seuero ep̄o Anconitanē. De argento ecclesie apud serenū diaconē deposito requirendo. Capi.xiij

Epl.xiij. Uir reuerentissim⁹ Passiuus frater et coep̄s noster ad nos veniens / indicauit argentū ecclesie sue a decessore suo fabio apud serenum diaconē tuū pro tēporis qualitate esse depositū. Cuius parte aliqua restituta / partē apud eum asserit iacere: et restituere eam quadā excusatiōe differre. Proinde hisfraternitatē tuā hortamur affatibus: vt eum admonere studeat / quatenus que accepit / sine cōtentiōe restituat. Aut si forte ab eius restitutione aliquā se excusare ratione confidit: necesse est vt inter eū et auctores firmare eos

G

clesie vna cum Armenio fratre et coepo nostro cognoscere debeatis: et subtiliter veritate discussa ita huic cause finē īponere: vt nec antedictus diaconus pti p̄iudicium: nec p̄fata iniuste damnū videatur ecclesia sustinere.

¶ Gregorius Demetrio et Valeriano clericis firmanis. De pecunia expensa ab ecclesia pro eorū redēptione. Capitulum. xiiij.

Epl. xiiij.

Et sacrorū canonū statuta: et legalis pmittit auctoritas licite res ecclesiasticas ī redēptionē captiuorū īpēdi. Et ideo q̄ edocti a vobis sumus: ante annos fere decē z octo/ virū reuerentissimū quendā Fabiū epm ecclesie Firmane pro redemptione vestra: ac patris vestri passiui fratris et coepi nostri: tūc vero clerici: necnon matris vestre libras. xx. argenti de eadē ecclesia hostibus impendisse: atq̄ vos ex hoc quandam habere formidinē: ne hoc quod datum est/ a vobis quolibet tēpore repetatur: huiꝰ precepti auctoritate suspitionē vestrā preuidimus auferendā: constituētes nullam vos exinde heredesq̄ vestros quolibet tēpore repetitionis molestiā sustinere: nec a quoq̄ vobis aliquam obijci questionē: quia ratio equitatis expostcit: vt quod studio pietatis impensum est: ad redemptorū onus vel afflictionem non debeat pertinere

¶ Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. Vt consecret ecclesiam sancti Petri apostoli/ et sancti Michaelis archangeli. Capitulum. xv.

Epl. xv.

H

Theodosius abbas monasterij sancti Martini petitoria nobis īsinuatione suggessit (q̄ habetur ī subditis) in domo quondā Martini: ex eius volūtate decessorem suū Andreā abbatē monasterij (in quo monachi habitare debeant) construxisse. Et quia id in honorē beati Petri apostolorū principis et sancti archangeli/ postulat dedicari: dilectionē tuam presentibus apicibus duximus adhortandā: quatenus ad predictū locū cū postulauerit ingrauanter accedas: venerande solēnia dedicationis impendens. Et quotiens necesse fuerit / a presbyteris ecclesie tue in loco sctō deseruientibus celebretur sacrificia veneranda missarū: ita vt in eodē monasterio nec fraternitas tua: nec presbyteri preter diligentiā discipline aliquid molestiarū inferant: aut si quid illic pro diuersorū deuotione cōmoditatis accesserit: sibi existiment vendicari: cū monachis in eodē loco deseruientibus debeat proficere/ quicquid a fidelibus offerri contigerit.

¶ Gregorius Romano defensori. De monasterio in Sicilia construendo. Capitulum. xvi.

Epl. xvi.

Filius noster Theodosius abbas monasterij a Liberio quondā patricio in campanie parte constructi/ nobis noscitur intimasse Rusticam quondā illustrē feminā ante nos fere viginti e vno annis cōdito testamento Felicē iugalē suum heredem instituisse: eiq̄ de construēdo illic in Sicilia monasterio hac cōditione interposita delegasse: vt si intra anni spatiū oīa libertis dimissa legata non solueret/ vel predictū monasteriū ita (vt voluit) minime ordinaret: tunc sancta Romana ecclesia portionē quā in fundo Comas habere visa est: sibi deberet sine dubio vendicare: et ipsa ad persoluenda eadē legata vel constructionē ipsius monasterij solatia commodaret. Vnde quia (vt fertur dicitur) dimissa res hactenus minime ipsi monasterio est cōpleta: atq̄ ab eius nūc usq̄ heredibus possessionis pars aliqua detinetur: cū omni subtilitate experientia tua causam exquirat atq̄ discutiat. Et primū quidē si in cōditione testamenti heres incidit: per quod nostra habeat causas ecclesia: inuestigare te volumus atq̄ euidenter addiscere: et vtilitatē pauperū (sicut rei ordo poposcerit) exequi: et illic pro ordinatione celle illius/ vel redintegratione dimisse rei instāter esse sollicitū: quatenꝰ pia testatricis voluntas in vtroq̄ valeat adipleri: z detētatores iniusti culpā retentionis indebite ex iusta amissione cognoscant. Cū omni ergo viuacitate te causam hanc et exquirere/ et ad effectū volumus (dño auxiliāte) perducere: vt pia ordinantis deuotio tandē sortiatur effectum. Sed z monasterio ipsi in oībus (salua iustitia) solatiari te volumus: vt laice persone quasi ex conditoris nomine que iuuaminis debuerit ferre solatiū: ledendi non habeant (sicut asseritur) facultatem.

¶ Gregorius Romano defensori. Patrimoniū ecclesie in Sicilia cōmendat. Capitulum. xvij.

Epl. xvij.

Propositi nostri cura nos admonet ecclesiasticas vtilitates strenuis agendas mādare personis. Et ideo quia te Romanum defēsorem fidelē sollicitūq̄ probauimus extitisse/ patrimoniū sancte romane/ cui deo miserāte deseruimꝰ ecclesie/ in partibus syracusanis/ carbinēsibus/ agrigentinis vel milēsibus constitutū: a presenti secunda indictione gubernationi tue preuidimus cōmittendū. Vnde necesse est te ita sic indesinēter accedere: vt diuini p̄sideratione iudicij/ nostre quoq̄ admonitionis memoria te efficaciter ac fideliter studeas exhibere: vt nullius neglectus vel fraudis (qđ absit) inueniaris sustinere periculū. Magis autē id agas: quatenus de fide et industria tua diuine possis gratie commendari. Ad familiā vero eiusdē patrimonij fm morē precepta direximus: vt nihil sit quod te ad peragenda ea que tibi iniuncta sunt: valeat impedire.

¶ Gregorius colonis patrimonij Syracusani. Vt obediant Romano defensori. Capitulum. xviij.

Epl. xviij.

Agnoscatis volo quia ad sollicitudinem vos defensoris nostri dispositio nostra ptinere constituit. Et ideo precipimus vt ea que vobis peragenda pro vtilitatibus ecclesiasticis preuiderit et iniūxerit: sine aliqua debeatis difficultate obedire. Cui talem dedimus potestatem: vt eos qui inobedientes vel attentauerint contumaces existere: districta vltione corripiat. Pariterq̄ illi demādauimus/ vt mācipia que foris latitant/ vel a quoq̄ aliqui fines inuasi sunt: sollicitudinis sue instātia in iure ecclesiastico reuocare non differat. Nouerit is etenim periculo suo fuisse cōmonitum: vt nullam aliquando violentiā rebus alienis/ vel raptū aliqua excusatione facere presumat.

L

¶ Gregorius Petro Siciliensi. Vt romano patrimonium ecclesie commendasset. Capitulum. xix.

Epl. xix.

Scientes deuotionis affectum paternis cōmendationibus ampliari: necesse est vt ea que agere vos sponte confidimus: glorie vestre in his fauorē nostris augere epistolis festinemus. Indicamꝰ itaq̄ Romano defensori latori presentiū/ patrimonium ecclesie qđ in Syracusanis/ carbinēsibꝰ/ et vicinis locis noscitur esse constitutū: dei protegēte gratia credidisse. Et propterea salutantes paterno affectu petimus vt vestra eum fouere prouidentia debeatis/ atq̄ ei in omnibꝰ vestrum (sicut de vobis cōfidimus) auxilium cōmodetis: vt dum in glorie vestre solatio vel fauore subsidium consolationis habuerit: et vos qualem circa nos charitatē geritis manifestius ostendatis: z nos volūtati vestre respondere dum necesse fuerit per oīa festinemus.

¶ Gregorius Libertino expfecto. De patrimonio in Sicilia Romano commendato. Capitulū. xx.

M

Epl. xx.

Glorie vestre et experta z cognita nos deuotio puocat epistolari vos alloquio causis ecclesiasticis exhibere adiutorē. Et ideo q̄ Romano defensori presentium portitori causam patrimonij ecclesie nostre qđ in Syracusano atq̄ carbinēsi territorio situm est: deo auctore cōmisimus: salutantes gloriam vestram petimus/ vt occurrere illi ac ferre solatium in omnibus debeatis. Et ne forsan de nouitate minus aliqua que sunt vtilia cōprehēdat: vestris eū subtiliter cōsilijs informate: atq̄ ad agēda hec vestram illi (sicut cōsueuistis) operā adhibete: quatenus dum vobis operātibus vtiliter que iniūcta sunt peregerit: et vos de bono vestro mercedem recipere valeatis: et nos p glorie vestre vita oīpotētis dei misericordiam exorare enixiꝰ inuitemur. De capitulo aūt de quo modo lator presentium est locutus/ vel reuerētissimus frater noster Ioānes scripsit: interim vel tētari vel agi nil potuit: q̄ persona apud quā agi poterat: necdum est in potestate aliqua confirmata.

¶ Gregorius Libertino Citidano. Romanum defensorem commendat. Capitulum. xxi.

Epl. xxi.

Gloriae vestre bonitas nūcio veraci diffusa: tantam nobis de se certitudinem p̄bet: vt nihil de eo diffidere: s; magis sicut reuera sapiēti filio ecclesie nostre debeamus specialiter causam cōmēdare. Et ideo Romanum defensorem nostrum presentiū portitorē ad gubernationē patrimonij ecclesie nostre in carbinensibus vel syracusanis partibꝰ constitui: deo protegēte trāsmisimꝰ. Salutātes igit paterna dilectiōe glo

B

riam vestrã/petimus vt in cunctis affectũ vestre chari
tatis inueniat:et fauoris vestri solatijs quocũq; necesse
fuerit potiatur: vt vobis presentibus nos absentes esse
non sentiat:quatenus cũ iniuncta sibi salubriter vestra
ope expleuerit:et nos vobis gratiarum possimus esse de
bitores:et beatus Petrus apostolorũ princeps: in cuiꝰ
causis vos impenditis: hic vobis et in futuro cõpenset.

¶ Gregorius Joanni epõ Syracusano. De querimonia
leontij contra leonem episcopum. Capitulum.xxij.

Epl.xxij.

Filius noster gloriosus vir Leontius ex con
sulato de fratre et coepõ nostro Leone grauį
ter est questus: nosq; eiꝰ querela omnimodo tur
bauit:qui a ita precipitanter et leuiter ab epõ agi nõ de
buit. Quã causam subtiliter exequendã Romano defen
sori cõmisimus. De vestra autẽ fraternitate qui ab eo di
rectus est queritur q Marcelli viri clarissimi medici
defensione fratris et coepiscopi nostri Domitiani metro
polite vtilitas grauetur. Et quidem tueri iuste filios su
os vel sicut est forte sancte ecclesie negocia fraternitas
vestra debet:et nullam occasionẽ dare aduersarijs ma
ledicti gratia. Quod tamen vos per oĩa custodire: etiã
ista loquendo non ambigo:et idẽ tamen Romano veniẽ
ti etiam de hac causa iniunximus: vt vobiscum debeat
que sunt recta disponere.

¶ Gregorius Romano defensori. De Stephania et Ca
lixeno filio eius. Capitulum.xxiij.

B
Epl.xxiij

Quamuis ea que ad ecclesie iura pertinent/alie
nari legis ratio non permittat:tẽperanda ta
men interdũ est censura districtionis: vbi mi
sericordie respectus inuitat: maxime quando tanta est
quãtitas/que nec dantẽ onerat:et accipientis paupertã
iuxta aliquid consolatur. Et ideo quia Stephania pre
sentiũ latrix cũ Calixeno filio suo paruulo:quẽ de Pe
tro quondã viro suo se suscepisse/et nimia asserit paupe
rie laborasse:huc veniens assidua obsecratione et lachry
mis a nobis exigit/vt domũ possessionis in ciuitate Ca
thenensium:quam Ammonia quondam socrus eius/ec
clesie nostre titulo donationis obtulerat: eidem Cali
xeno restitui faceremus:memoratam Ammoniã asserẽs
alienandi eam non habere licentiã:sed ante fati Calixe
ni per oĩa iuris esse. Cui rei filius noster Cyprianꝰ dia
conus:qui causam cognitã habuit:contradictor extitit:
inquiens q predicte mulieris querimonia non haberet
iustitiã:nec posse rationabiliter ad filij sui nomẽ domũ
ipsam vendicare siue repetere. Sed ne supra scripte mu
lieris lachrymas inanes relinquere: et plus sequi rigo
ris viam q causas videamur pietatis cõplecti: hac ti
preceptione mãdamus/vt memoratã domũ sepefato Ca
lixeno simul et donationẽ ab Ammonia factã de domo
ipsa(quia illic in Sicilia esse noscitur)reddere debeas:
quia(sicut diximus)melius est in dubijs non districtio

C

nem exequi:sed ad benignas potius partes inflecti:pre
sertim dum ex parue rei cessione nec ecclesia grauatur:et
orphano atq; pauperi misericorditer subuenitur.

¶ Gregoriꝰ Romano defensori. Laicis nõ temere tui
tionem ecclesiasticã impendere. Capitulum.xxiiij.

epl.xxiiij.

Peruenit ad nos quia quidã homines mino
rem omnimodo discretionẽ tenẽtes/in suis nos
periculis implicari desiderant:atq; ita volũt
ab ecclesiasticis personis defendi: vt ipse quoq; persone
ecclesiastice ex eorũ culpa teneãtur. Idcirco presenti te
preceptione admoneo:et per te fratrẽ et coepm nostrum
dominũ Joannẽ vel ceteros qui interesse possunt:vt pa
trocinia ecclesiastica/siue mea suscipiatis scripta: siue
etiã minime fuerint directa/sub tanto moderamine de
beatis impẽdere: quatenus hi qui in furtis publicis im
plicati sunt/a nobis non videãtur iniuste defendi:ne opi

ca.xiiij.q.
vj.Si qui.

nionem male agentium ex indiscrete defensionis austu
in nos vllo modo trãsferamus:sed quantum decet eccle
siam:admonendo/et verbũ intercessiõis adhibendo/qui
bus valetis succurite:vt ex alijs opem feratis: et opinio
nem sancte ecclesie non inquinetis.

¶ Gregorius Fortunato epõ Neapolitano. Visitatio
nem Messenatensis ecclesie iniungit. Capitulum.xxv.

Epl.xxv.

Cognoscentes messenatẽ ecclesiã sacerdotis re
gimine destitutã/visitatiõis eiusdem ecclesie
fraternitati tue operam solenniter delegamus
Quam ita te conuenit exhibere/vt nihil de prouectioni

D

bus clericorũ/redditu/ornatu/ministerijsq;: vel quicqd
aliud est in patrimonio eiusdem a quoq; presumat eccle
sie. Et ideo charitas tua ad predictã ecclesiam ire prope
rabit:et assiduis adhortationibus plebem/clerũq; eius
dem ecclesie admonere festinet: vt remoto contentionis
diuerso studio:vno eodẽq; consensu talem sibi preficien
dum expetãt sacerdotem:qui et tãto ministerio dignus
valeat reperiri:et venerandis canonibus nullatenus re
spuatur. Qui dum fuerit postulatus/cum solẽnitate de
creti oĩm solẽnitatibus roboratus:et dilectionis tue testi
monio litterarũ ad nos sacrãdus occurrat. Cõmonẽtes
etiã fraternitatem tuã/vt nullum de altera eligi permit
tas ecclesia:nisi forte inter clericos ipsiꝰ ciuitatis:in qua
visitationis impẽdis officium: nullus ad episcopatum
dignus(quod euenire non credimus)potuerit inueniri.
Prouisurus ante omnia ne huc cuiuslibet conuersatio
nis vel meriti laice persone aspirare presumant:et tu pe
riculum ordinis tui(quod absit)incurras.

¶ Gregorius clero/ordini/et plebi cõsistenti Messane.
De eligendo episcopo. Capitulum.xxvj.

Epl.xxvj.

Cognoscẽtes ecclesiam vestrã sacerdotis regi
mine destitutã:cure nostre fuit visitationẽ eius
dem ecclesie/fratri et coepõ nostro Fortunato
solẽniter delegare. Cui dedimus in mandatis: vt nihil
de prouectionibus clericorũ/redditus/ornatu/ministe
rijsq; a quoq; vsurpari patiatur. Cuiꝰ vos assiduis ad
hortationibus conuenit obedire:et remoto strepitu: vno
eodemq; cõsensu talẽ expetite sacerdotẽ: qui et a venerã
dis canonibꝰ nulla discrepet ratione: et tãto ministerio

E

dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit postulatꝰ/cum
solẽnitate decreti omniũ subscriptionibus roboratꝰ: et
visitatoris pagina prosequente/ad nos veniat ordinan
dus. Prouisuri ante omnia/ne cuiuslibet vite vel meri
ti laicam personam presumatis eligere. Et non solum il
le ad episcopatꝰ apicem nulla ratione prouehetur/verũ
etiam vos nullis intercessionibus veniã promereri pos
se cognoscite:sed omnes quos ex vobis de laica persona
aspirasse constiterit: ab officio et a cõmunione alienos fa
ciendos proculdubio noueritis.

¶ Gregorius Antonio subdiacono/et Dominico abba
ti atq; presbytero a partibus. De cõcordia facta inter ec
clesias et monasteria. Capitulum.xxvij.

Epl.xxvij

Sicut graue et plenũ vituperationis est/inter
personas oĩpotenti deo militãtes/de seculari
bus negocijs ortã diu controuersiã permane
re:ita laudabile et studio est religioso cõueniens/ terre
nis gratã deo pacẽ preferre cõpendijs:et ex rebꝰ trãsito
rijs mensura semper charitatis lucra mercari. Et ideo
quia de possessionibus Fatent/Rasuniani/et Labinia
ni:positis in prouincia Sicilia territorio Panormita
no de quibus inter prepositos monasterij sanctorũ Ma
ximi et Agathe quod Lucusianum dicitur:et e diuerso
administratores Xenodochij in hac vrbe constituti:qđ
Valerij nuncupatur:longa se traxit cõtentio:nunc vero

F

inter te Antoniũ subdiaconẽ nostrum memorati Xeno
dochij prepositũ: et e diuerso dilectissimũ filium nostrũ
Dominicũ abbatẽ atq; presbyterũ dicti monasterij pa
ctis interuenientibus salubris processit (deo auctore) deci
sio:igit necesse est vt oĩs discordie possit occasio preueni
ri:ea q gesta sũt/interueniẽte auctoritate firmari. Pro
inde per huiꝰ precepti seriẽ hoc decernendũ esse perspe
ximus/vt oĩa instrumenta/vel quicquid est aliud quod
partibus(quod absit)ad inuicẽ contra se venire cupien
tibus quoquo modo vel ex temporis prescriptione/seu
aliter opem de lege/aut quocũq; priuilegio poterat mi
nistrare:sit(sicut et vos poscitis) vacuũ/et omni virtute
cassatũ: et solis pactorũ inter vos nunc habitorũ pagina
validã perpetuãq; robur obtineat. Cui si quid forte in
curia vel imperitia minus firmitatis insertum est:vires
plenissime munitionis et soliditatis ex hac nostra aucto
ritate suscipiat: nec superesse aliqđ valeat: vnde ea que
religioso studio prouide(vt oportuit) ac pacifice termi
nata sunt:quocũq; tempore quicq; dubietatis incurrãt:
sed omnia que in eisdẽ pactis tenent ad scripta/firma/il
libata/et sine aliqua refragatione persistant: quatenus
amota penitus totius altercationis materia: inter eos
quos charitatis immutabiliter decet manere cõcordia:
nulla queat deinceps litigiose contentionis occasio ge

G

nerari. Pro munitione vero suprascripti monasterij me
morato Dominico abbati atq̃ presbytero preceptum si:
mile dedimus.

¶ Gregorius Venantio episcopo Lunensi. De conten:
tione Adeodate et matris eius. Capitulū.xxviij.

Epi.xxviij.

Qualiter sit Adeodate ancille dei/ latricis presen:
tiū/ aduersus Fidentiā matrē suam querimo
nia: ex pagina petitiōis oblate que tenetur in
subditis: fraternitas vestra cognoscit. Et qm̄ equitatis
censura admonet: vt maximū conuersis (salua ratione)
cpale debeat esse solatium: idcirco his fraternitatem ve:
stram eplis adhortamur: vt predictam matrem ipsi⁹ ad
se faciat euocari: et tranquilla ei adhortatione suadeat:
vt facere spōte non desinat qd̄ legali potest rōne cōpelli:
quatenus nec illa affligi: nec ista videatur preiudicium
sustinere. Que si (qd̄ non credimus) admonitionem ve:
stram differre voluerit: predicte Adeodate religiose cō:
tra eam tuitionem impendite: atq̃ vestris eam solatijs
apud iudicem/ vel quocūq̃ visus exegerit/ instantius ad
iuuate. Et ita in exequendam vos hanc causam impen:
dite: vt legali ratione constricta: inuita vegeatur facere
quod sponte postponit. Memoratam vero latricem fra:
ternitas vestra ita seruata equitate habeat in omnibus
commendatam: vt vobis ei tuitionem impendentibus/
in eo quem assumpsit habitu sine aliqua (deo protegēte)
concussione permaneat.

¶ Gregorius Antonio subdiacono cāpanie. De massa
veneris Stephano abbati. Capitulum.xxix.

H

Epi.xxix.

Equitatis ius exigit/ vt hoc qd̄ a predecessori:
bus nostris cognita veritate est redditum: no:
stra indebite denuo ecclesia tenere non debeat
ne (qd̄ oīno contra religiosum constat esse propositum)
non vera/ sed imaginaria ac magis dolosa fuisse restitu:
tio videatur. Et ideo qm̄ Stephanus abbas monaste:
rij sancti Marci: qd̄ cōstitutum iuxta muros Spoleta:
ne ciuitatis esse dinoscitur: questus est nobis massam ve
neris in puincia cāpania sitam territorio Minturnensi:
quam ei beate memorie decessoris nostri Benedicti red
ditam preceptione cognouimus/ ab ecclesia nostra nūc
indebite retineri: idcirco hac tibi auctoritate pcipim⁹/
vt si manifeste ab ecclesie nostre hoib⁹ detinetur/ in iure
eam predicti monasterij sine aliqua mora vel altercatio:
ne restituas. Si vero non a nostris/ sed a quibusdam for
sitan extraneis detinetur: strenue te agere sollicitudine
volumus/ vt in iure modis omnibus memorati debeat
monasterij reformari: quatenus et ipse qd̄ suum est/ te so:
latiāte sine aliqua fatigatione recipiat: et alter de dispē:
dio monasterij iniuste lucrum non habeat.

¶ Gregorius Fausto. De ministerijs ecclesiasticis a fi:
lio Constantij recipiendis. Capitulum.xxx.

Epi.xxx.

Sicut res ecclesiastice cōpetentib⁹ personis sine
aliqua sunt dilatione reddēde: ita restituēdis
adhibenda cautela est: vt nulla possit postmo:
dum ex ipa nasci restitutione molestia. Et ideo qm̄ tem

I

pore quo quidā Consentius defensor paterne glorie ve:
stre/ cōmissi sibi patrimonij cāpanie curā gessit/ ministe:
ria ecclesie vulterne/ que erat pro peccatis clero et ponti
fice destituta/ apud se ppter iniūctam sibi sollicitudinē
tulisse dinoscitur: que vos nunc reddere sine nostro con:
sensu dubitare cognouim⁹: ea propter hisvos hortamur
epistolis/ vt ea Anthemio subdiacono sub depositi emis
sione restituere sine aliqua difficultate debeatis: quate:
nus et res ecclesie in tuto apud eos quos cōuenit habeā:
tur: et gloria vestra ab omni dubitatione sit libera.

¶ Gregorius Anthemio subdiacono. De ministerijs
ecclesie vulterne. Capitulum.xxxi.

Epi.xxxi.

Comperimus ministeria ecclesie vulterne: que
Consentius defensor propter iniūctam sibi sol:
licitudinem deficiente clero vel episcopo eius:
dem ecclesie tulerat: apud heredem ipsius remansisse.
Et qr gloriosum virum Faustum filium ipsius ea red:
dere sine nostro consensu dubitare cognouimus: nostris
eum hortati sumus epistolis: vt experientie tue ministe:
ria eiusdem eccl'e reddere sine dubietate aliqua debuis
set. Et ideo experientia tua ministeria ipsa sub deposita
emissione suscipiat: atq̃ in tuto habere studeat: et mo:
dum ac qualitatem ipsorum nobis facta notitia omni
subtilitate innotescat.

¶ Gregorius Andree. De infirmitate ei⁹: et q flagellat
deus omnē filium quem recipit. Capi.xxxij.

K

Epi.xxxij

Audiēs q gloriā vestram vehementer affixe:
rit luctus et egritudo/ valde condolui. Sed
protinus agnoscens q te morb⁹ perfecte reli:
querit/ dolorē mox in letitiā verti/ magnasq̃ oīpotenti
deo grās retuli: quia percussit/ vt sanaret: afflixit/ vt ad
gaudia vera perduceret. Hinc enī scriptū est: Quem dili

Hebr.xij.

git dñs castigat: flagellat aūt omnē filiū quē recipit. Hic
per semetipsam veritas dicit. Pater me⁹ agricola est: et

Joh.xv.

omnē palmitē in me nō ferentē fructū tollet eū: et eū qui
fert fructū/ purgabit eū: vt fructū plus afferat. Palmes
enī infructuosus tollitur: qr peccator fundit⁹ eradicat.
Palmes vero fructuosus purgari dicitur: qr per disci:
plinā reciditur: vt ad vberiorē gratiā perducatur. Sic
enim spicarū grana tribulis attrita: aristis et paleis nu:
dātur. Sic oliue prelo presse: in olei pinguedinē defluūt
Sic botri vinearū tunsi calcibus: in vinum liquescunt.
Gaude igitur bone vir quia in hoc flagello tuo et proue:
ctu conspicis q ab eterno iudice amaris. Preterea filiā
meam gloriosam coniugē vestrā mea peto vice salutari.
Omnipotens autē deus celesti vos protectione custodi
at: vosq̃ et modo consoletur de largitate donorū: et post:
modum de retributione premiorum.

¶ Gregorius Venantio epō Lunensi. De presbyteris
et diaconibus aldioni ordinandis. Capitulū.xxxiij.

L

epi.xxxiij.

Quotiens ea que hortari nos cōuenit/ postula
mur: moras ad cōcedendū facere nō debem⁹:
ne differre bona desideria/ que magis fouēda
sunt/ videamur. Et ideo quia gloriosus aldio magister
militū in ciuitate ipsius pbyteros vel diacones oīno (si
cut suis nobis epistolis indicauit) desiderat ordinari:
eos qui ad consecrandū eligūtur/ fraternitas vestra di:
ligenter inquirat. Et si nihil est qd̄ canonice eorum ordi
nationē impediat: deo illos propitio studeat ordinare.
Cum quibus nos etiā loqui cōuenit: vt adhortationis
sue sollicitudine degentē illic populū ab infidelitate re:
uocare: ac contendant a gentiliū cultu suspendere: atq̃
eos in oīpotentis dei doceāt timore persistere: et premia
eterne vite diligere: quatenus hec consecratio et illis an
te deum ad gloriam: et habitanti illic populo proficiat
ad salutem.

¶ Gregorius Constantio Mediolanensi. De pecunia
Virgilio prestita. Capitulum.xxxiiij.

epi.xxxiiij

Quamuis ita fraternitas vestra cōueniens sibi
grauitate discreta sit: vt non admonita: sed ex
se quid cui sit impendendū intelligat: tamen
quia lator presentium Joannes vir memorandus: qui
prefecture vices illic actur⁹ aduenit: nostra se petijt epi:
stolis cōmendari: sanctitas ei vestra: dum necesse fuerit/

M

salua ratione presidiū sui fauoris impendat: et ita eū sa:
cerdotaliter studeat suis solatijs adiuuare: quaten⁹ vo:
bis presentibus nec aliorū debeat iniuste oppressionib⁹
laborare: nec ipse alijs contra rationem grauis existat.
Quia vero peruenit ad nos q Virgilius qui vices illic
ante hunc prefecture gessit: per scriptorū nostrorū occa:
sionē: quibus eū petitione eius cōpulsi cōmendauimus:
mutuas a vobis (vt ita dicam⁹) pecunias exegisset: egre
(si verū est) sustinemus: vt hoc nō ex se: sed quasi per no:
stram epistolā obtineret. Et ideo fraternitatē tuā scire
necesse est ita sibi a nobis eos qui hoc exigant cōmenda:
ri: vt eis adesse inquantū possibile et iustū est debeat: nō
tamen vt ecclesie sue huius rei occasione aliquod gra:
uamen imponat.

¶ Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De iu:
deis et christianis mancipijs. Capitulum.xxxv.

epi.xxxv.

Cognoscētes qualis fraternitatē vestram zelus
pro christianis mancipijs: que iudei de gallia:
rum finibus emūt accenderit: adeo nobis sollici
tudinē vestrā placuisse signamus: vt inhibēdos eos ab
huiusmodi negociatione vestra etiā deliberatio iudica:
ret. Sed Basilio iudeo cū alijs hebreis veniente cōperi
mus hanc illis a diuersis iudicibus reipublice emptio:
nem iniūgi/ atq̃ euenire vt inter paganos et xpianī pari:
ter cōparentur. Unde necesse fuit ita causam ordinatio:
ne cauta disponi: vt nec mandātes frustrari: nec hi q con
tra voluntatē suā se inquiūt obedire: aliqua sustineāt in
iuste dispēdia. Proinde fraternitas vestra hoc vigilan

A

ti sollicitudine obseruari ac custodiri puideat: vt reuer tentibus eis a prefata puincia: xpiana mancipia que ab ipsis adduci contigerit: aut mandatorib⁹ cōtradantur: aut xpianis emptorib⁹ intra diem quadragesimũ vendãtur. Et transacto hoc dierum numero/nullus apud eos quolibet modo remaneat. Si aũt quedã ex eisdẽ mãcipijs talem egritudinẽ fortasse incurrerint: vt intra statutos dies vẽdi nõ valeant: adhibẽda sollicitudo est/vt dum saluti fuerint pristine restituta/similiter modis oĩbus distrahantur: quia rem que culpa caret: ad damnũ vocari non cõuenit. Quoniã vero quotiens nouũ quid statuitur/ita solet futuris formã imponere: vt multis dispẽdijs preterita non commodẽt: si qua apud eos mãcipia de emptione anni preteriti remanserũt: vel a vobis nup oblata sunt/vel apud vos sunt posita/habeãt alienãdi licentiam: ne detrimẽtũ ante prohibitionẽ possint ignorãtes incurrere: quod eos dignũ est postmodũ vetitos sustinere. Nunciatũ preterea nobis est suprascripti Basilium filijs suis deo propitio xpianis quedã mãcipia ad hoc velle titulo donationis cõcedere: vt ei hui⁹ occasionis obtentu/dñi solũmodo nomine ablato deseruiant: ꝛ post hoc si ad ecclesiam cõfugiendum forte crediderint/vt fieri debeant xpiana/non in libertatẽ/sed eorũ dominio: quib⁹ antea donata sunt/vendicentur. In qua re fraternitatẽ vestrã decẽter puenit vigilare. Et si quia filijs

B

suis mancipia donare voluerit: vt cuncta fraudis tollatur occasio: fiant modis omnib⁹ xpiana: ꝛ in domo eius non maneant: sed cũ res exegerit: vt eorum debeat vti solatijs/hoc illi iubeantur impẽdere/quod etiam a filijs filij ei decet/ꝛ propter deum conuenit exhiberi.

Gregorius Chrisanto episcopo Spoletano. De monachis ab eo non defensis. Capitulum.xxxvj.

Epistola xxxvj.

Cum sit proprium disciplinae ab illicitis prohibere: et excessus culpas salubriter resecare: studiose eius seruanda cẽsura est. Nam si negligitur: cũcta in confusionẽ deueniunt: dũ alter destruit/quicqd ea custodiendo alter edificat. Valentinus itaq; presbyter questus est nobis: q si monachus monasterij ipsius exigente culpa fuerit cõmunione puuat⁹: ad loca vestra se cõferat: et cõmunionẽ sine aliqua reseruatiõe pcipiat. Et si ita se res habet: quoniam non solum regularis ordo dissoluitur: sed etiam perditionis ex hoc materia ministratur: qui sub vobis sunt presbyteris districte ac sollicitius interdicere vos necesse est: vt hoc facere de cetero nõ presumant. Sed si forte iniuste se excõmunicatum quis queritur: fraternitas vestra et subtili indagatione cognoscat: et ita causã cognita veritate disponat: vt nec iniustitia diu insontis afflictione pcualeat: nec disciplinẽ vigor aut frangi/aut ex indiscreta valeat presumptione dissolui. Et pariter suprascript⁹ presbyter nobis questus est diaconẽ quendam duo iuris sui sub hac cõditio-

C

ne manumisisse mãcipia: vt monachi fieri/et in eodẽ monasterio debuissent/vbi ipse fuerat/permanere: adijciẽtẽ vt si quis cõtrafacere psumpsisset: iugo iterũ seruitutis per omnia subderetur: atq; vnũ ex eis hanc omnino conditionem despexisse: et monasterium temerario ausu deseruisse: atq; se inter clericos sociasse. Fraternitas igit vestra ꝛ hoc subtili indagatiõe discutiat: et si ita repererit: sic sacerdotali se zelo hac in re decenter exhibeat/vt nec illi monasterium descrẽdi facultas sit/et manumittẽtis voluntas nihilominus cõseruata/aliqua preteriri excusatione non valeat.

Gregorius Anthemio subdiacono. De Mauro multis debitis obligato. Capitulum.xxxvij.

Epistola xxxvij.

Maurus presentium portitor in quadringẽtis solidis quasdã merces a felice viro memorãdo se asserit suscepisse: atq; promisisse sex siliquas per solidũ lucri causa persoluere precij. Quas lucri quantitate in vnũ cõgesta: duas se cautiones/id est vnã de quadringẽtis quinquaginta/ꝛ alterã de quinquaginta solidis emisisse: spondens certo tẽpore qd debeat exsoluere. Sed qꝛ (vt pbibet) in eisdẽ mercib⁹ passus est nõ leue dispendium/ꝛ restitutis quadringentis decẽ solidis qd reliquũ lucri est implere cõpellitur: atq; ex hoc maiori se necessitati ac potius desperationi ingemit subiacere: et propterea aliquo sibi subuenire petit auxilio: experiẽtia tua (si ita est) apud magnificũ filium nostrũ vna cũ reuerentissimo fratre ꝛ coepiscopo nostro Fortunato: ac glorioso filio nostro Maurentio magistro militũ (qꝛ et ipsi scribimus) agere studeat: vt hac in re (sicut xpianum decet ꝛ nobile) plus benignus q rigidus: plus misericors esse debeat q districtus: et lucrũ de dãno alterius nõ expectet: sed recepta precij sit sorte cõtentus: quaten⁹ quicquid pauperi cesserit/omnipotẽs ei deus multiplicata (sicut promisit) restitutione compẽset. Ita ergo studiose experientia tua agat: vt illi modis omnibus hoc pro mercede ipsius imponere: ꝛ hũc ab afflictiõe possit obligationis eruere.

D

Gregorius Romano defensori Sicilie. De gaudioso penuria sustentanda. Capitulũ.xxxviij.

Epistola xxxviij.

Diuinorũ nos admonent eloquia preceptorũ: necessitatem patiẽtibus/ecclesiasticũ prebere subsidium. Quia ergo dilectissimus filius noster Cyprianus diaconus gaudiosum defensorem sedis nostre: qui Syracusis degere comprobatur: paupertatis asseruit inopia cõstringi: idcirco experientie tue presentium auctoritate mandamus: vt a presenti secunda indictione sex solidos annis singulis ei dare non differas: vt et ille huius remedij solatio potiatur: ꝛ tu quod dederis tuis sine dubio noueris rationibus imputandum.

Gregori⁹ Romano defensori. Fantino defensori. Sabino subdiacono. Adriano notario. Felici subdiacono. Sergio defensori. Bonifacio defensori a partib⁹ ꝛ sex patronis. Vt episcopi cum mulieribus non habitent.

E

Capitulum.xxxix.

Epistola xxxix.

Quia sicut caute puisio/culparũ vias obstruere/ꝛ nonit que sunt noxia declinare: ita neglectus patet excessibus: et que sunt cauenda solet incurrere: magnã sollicitudinis oportet curam impẽdere: ꝛ fratrum sacerdotũq; nostrorũ opinioni pariter ꝛ cautele prospicere. Peruenit autẽ ad nos quosdam episcoporum sub pretextu quasi solatij in vna domo cũ mulieribus cõuersari. Et ideo ne p hoc aut subsannatorib⁹ iusta obtrectatiõis detur occasio: aut facilem antiquus humani generis inimicus materiã deceptiõis assumat: huius tibi serie preceptionis iniungimus/vt strenuum te studeas ac sollicitum exhibere. Et si qui episcoporũ (quos cõmissi tibi patrimonij finis includit) cum mulieribus degunt: hoc omnino compescas: et de cetero eas illic habitare nullo modo patiaris: exceptis eis quas sacrorum canonum censura permittit. i. matrem/amitam germanam/ꝛ alias huiusmodi/de quibus praua nõ possit esse suspitio. Melius tamẽ faciunt: si etiam a talium se cohabitatione contineant. Nam legitur q beatus Augustinus nec cũ sorore habitare cõsuerit/dicens. Que cũ sorore mea sunt: sorores mee non sunt. Docti ergo viri cautela magna nobis debet esse instructio. Nã incaute presumptionis est/quod fortis pauet/minus validum non timere. Sapienter enim illicita superat: qui didicerit etiam nõ vti cõcessis. Et quidẽ nos nullos in hoc nolentes adstringimus: sed sicut facere solẽt medici: ꝛ si ad tempus tristem curã/tamen pro salute dictamus. Et ideo

F

circo necessitatẽ nõ imponimus: sed si imitari doctũ sanctumq; virum elegerint/ipsorũ voluntati relinquimus. Tua igitur experientia: vt seruari debeant que prohibẽda mandauimus: studium ꝛ sollicitudinẽ gerat. Nam si aliter postmodũ inueniri cõtigerit/nõ leue se apud nos nouerit periculum incursurã. Preterea cure tue sit eosdem fratres nostros episcopos adhortari: vt subiectos sibi in sacris videlicet ordinibus constitutos/quod ipsi seruant/ad similitudinẽ sui modis omnibus seruare cõmoneant. Hoc tantummodo adiecto: vt hi (sicut canonica decreuit auctoritas) vxores quas caste debent regere/non relinquant.

Gregori⁹ Romano defensori. De calixeno filio Stephanie. Capitulum.xl.

Epla.xl.

Mense Nouẽbrio psentis secũde indictionis/experientie tue preceptione nostra mandauimus: vt Calixeno filio Stephanie domũ certine possessiõis: quã Ammonius auus eiusdẽ Calixeni ecclesie nostre facta donatione contulerat: reddere ei donationẽ eãdem tandẽ debuisses. Quod hec (vt dicitur) excusatiõe facere distulisti: qꝛ notitia eiusdẽ donatiõis nõ esset de publicis caraxata. Quod incõgrue te dixisse cognoscas: dũ ad munitionẽ tuã pcepti nostri pagina posset valde sufficere. Proinde psenti auctoritate susceptis/

G

predictam domū ꝛ donationē antefato Calixeno orphano sine mora restituite. Nam qđ iustum ꝛ ipse sentis: nouimus: et nos tamē predicto eidem orphano supradictā domum ex benignitate largimur.

¶ Gregorius Agilulpho regi lōgobardorum. Gratias agit de pace facta. Capitulum.xlij.

Epl'a.xlij.

Gratias excellentie tue referimus: qꝛ petitionē nostrā audientes/pacem que vtrisqꝫ esset partibus profutura: sicut de vobis confidētiam habuimus/ordinastis. Ex qua re excellentie vestre prudētiam ꝛ bonitatē valde laudauimus: qꝛ pacem diligēdo/deum vos (qui auctor est ipsius) amare monstrastis. Nā si (qđ absit) facta non fuisset: quid aliud agi habuit/nisi vt cum peccato et periculo partium, miserorū rusticorū sanguis: quorū labor vtrisqꝫ pficit: funderetur? Sed vt prodesse nobis eādem pacem sentiamus: quēadmodū a vobis facta est/paterna charitate salutātes petimus: vt quotiens se occasio dederit: ducibus vestris per diuersa loca/et maxime in his partibus cōstitutis/vestris precipiatis epistolis: vt hanc pacē (sicut promissum est) pure custodiant: ꝛ occasiones sibi aliquas non querant: vnde aut contentio quedā: aut ingratitudo nascat: quatenus voluntati vestre amplius agere gratias valeamus. Latores vero presentium/sicut re vera homines vestros/in eo quo decuit affectu suscepim⁹: qꝛ iustū fuit vt viros sapientes/ꝛ qui pacem factam deo propitio nunciauerūt: cum charitate ꝛ suscipere ꝛ dimittere deberemus.

H

¶ Gregorius Theodelinde Longobardorum regine. Gratias refert de pace facta. Capitulum.xliij.

Epl'a.xliij

Quia excellentia vestra ad faciēdam se pacem studiosius ꝛ benigne sicut solet impēderit: renunciante filio nostro Probo abbate cognouimus. Neqꝫ enim aliter de xpianitate vestra fuerat cōfidendum/nisi quia in causa pacis laborē ꝛ bonitatē vestram modis omnibus monstraretis. Unde omnipotenti deo gratias agim⁹: qꝛ ita cor vestrū sua pietate regit: vt sicut rectā fidē tribuit/ita quoqꝫ placita sibi vos semper operari concedat. Non enim excellentissima filia de sanguine qui ab vtraqꝫ parte fundēdus fuerat: paruam te credas acquisisse mercedē. Ex qua re volūtati vestre gratias referētes/dei nostri misericordiā deprecamur: vt bonorū vobis vicem in corpore et in anima hic ꝛ in futuro compenset. Salutātes preterea paterna dilectione hortamur: vt apud excellentissimū coniugem vestrū illa agatis: quaten⁹ xpiane reipublice societatē non renuat. Nam sicut ꝛ vos scire credimus: multis modis est vtile si se ad eius amicitias cōferre voluerit. Uos ergo more vestro: que ad gratiā partiū pertinēt/semp studete: atqꝫ vbi causa mercedis se dederit laborate: vt bona vestra amplius ante oīpotentis dei oculos cōmendetis.

I

¶ Gregorius Felici in Sicilia. De reuerentia ꝛ iustitia Joannis episcopi. Capitulū.xliiij.

Epl.xliiij.

Cum reuerētissimi fratris nostri Joānis episcopi hīi nobis nota sit grauitas: mirati nos glorie vestre valde fecit epistola: q nihil eū ꝓm admonitionē nostram facere voluisse significabat. Et quidem durū nobis videbatur: aut nobis non credere/aut de illo talia suspicari: quippe cui⁹ cogniti nobis mores et actio tale non permittebāt habere iudicium. Cū ergo noster animus dubius in vtroqꝫ penderet: comperimus eum inter vos ꝛ ecclesiam suā voluisse esse iudicium: sed vestrā magis gloriā distulisse. Quod negare neqꝫ homo vester lator presentium potuit. Et cōtristati sumus cur gloria vestra que iudiciū refugit/contra eū queri voluerit: postqꝫ cōstat qꝛ qđ rationis fuit: vel vltro (vt scripsimus) obediuit. Nec ei scribere iterū necessariū erat/ne distulisse prius ꝓm animū videretur. Sed ne vos contristare forsitan videremur: exabūdanti rursus preuidim⁹ scribēdum. Et quoniam certi sumus qꝛ quicquid equitas ordinauerit/facere non recusēt: oportet vt gloria vestre animos suos contra eius inuidiam nō accēdat: sed studeat inire iudicium: in quo vna eadēqꝫ cognitione et momenti ꝛ proprietatis causa valeat distingui. Nā nos venire ad iudiciū cupientē/preiudicialiter scribere quedam non possumus: qꝛ ita nos vni parti accōmodare decet auditū/vt tamē alteri/presertim inaudite allegationis/sine dubio rē integrā reseruem⁹. Et ideo agite sicut diximus: vt negociorū vestrorū merita veritate cognita iudicij cēsura definiat. Nam dū nullum velimus preiudicium sustinere/multo magis vobis/sicut reuera filijs/volumus seruari quod iustum est.

K

¶ Gregorius Joanni episcopo Syracusano. De possessionibus iniuste peruasis. Capitulum.xliiij.

Epl.xliiij

Ante aliquantum tēporis filius noster vir gloriosus Felix/suis nobis epistolis questus est: quarundā possessionū suarū fines ab hominibus ecclesie vestre violenter esse puasos: ꝛ nullā se apud vos inuenire iustitiā. Sed nobis incredibile visum est/hoc aut vobis esse presentib⁹ perpetratū: aut certe si ad aures vestras puenit/nō fuisse correctum. Ne tamē eius ꝑtermittere querimoniā videremur: fraternitati vestre scripsim⁹: vt aut ea si vera essent cōpesci/aut certe actores ecclesie sue cū eo faceret subire iudicium. Post hec vero homine cū epistola ad nos dirigēs/indicauit nihil vos facere voluisse. De qua re/scientes sanctitatis vestre discretionem/dū noster animus dubitaret: comperimus illum magis distulisse. Nam vos paratos extitisse: vt deberet esse iudiciū. Et quis hac de causa denuo vobis nō fuerat scribendū: quippe qꝛ ea que rationis sunt/ante vos manifestum est facere voluisse: tamen ne querelam ipsius neglexisse forsitan videamur: hanc ad vos idcirco epistolam dedimus: hortantes vt cum eo etiam nunc mora postposita/vestros ad iudicium homines trāsmittatis: in quo et momenti et proprietatis valeat questio

L

terminari: vt posthac nec ille habeat quod queratur: nec ecclesia vestra tenere aliquid preiudicialiter videatur. Si vero homo quē ad nos misit/schedā ꝓpromissi ac iudicati ꝓtulit/vbi legebatur possessionem eam que asinaria dicit: quā ab hominib⁹ vestris inuasam nup asseruit: decessoris vestri recordāde memorie maximiani tēporibus esse ex iudicio restitutā/necessarium esse preuidim⁹ ei⁹ exēplar trāsmittere: ꝛ ideo si ita actū manifeste cognoscitis: si possessio ipsa decessore vestro consentiente restituta est: ꝛ a dicto viro possessa: sine aliqua eā facite contētione restitui: manēte scilꝫ ꝓprietatis sicut in eodē iudicio cōstitutū est questione. Si vero aliter esset: et hoc pariter iudicij necesse est diffinitione distingui. Hec igit oīa sic fraternitas vestra indita sibi tranquillitate sine aliqua mora fieri prouideat: quatenus nec contra vos murmur excitetur inuidie/nec vobis predictus vir importunus denuo cogatur existere.

¶ Gregorius Sergio defensori. De Pantaleone notario/ꝛ substantia auunculi eius. Capitulum.xlv.

Epl.xlv.

Quia pātaleo notarius sit in ecclesiasticis vtilitatibus occupatus: experientia tua non habet incertū. Et ideo qꝛ Joannes auunculus megalis socrus ipsi⁹ nullo alio ꝓximiore existēte obisse intestatus/ꝛ sine filijs memoratur: ne per absentiam generi sui illa dānū possit incurrere: qꝛ (si ita est) lex predi-

M

ctam mulierē ad intestati auūculi successionē vocare dinoscitur: hac tibi preceptione iniungimus: vt reuerētissimum fratrē ꝛ coepiscopū nostrum Uitalianum atqꝫ Bonifacium notarium in solatio tuo adhibeas: et quascūqꝫ res eum qui defunctus est cōstiterit reliquisse/sub breui annotari: quousqꝫ predict⁹ Pantaleon redeat: in totum studiose facere debeas. Quod vt melius possis implere/filium nostrū Joannē virū memorādum tribunū in tuo pariter stude adhibere solatio. De quo omnino confidimus: qꝛ si ei volūtatem nostrā prodideris: deuote se tibi accōmodare non denegat. Pariter etiam studij tui sit: quoniam quedā apud se sacrata predictus Joannes habuisse ministeria perhibetur: ꝛ ea diligenter inquirere: ꝛ cum omni cautela in tutū facere: nobisqꝫ subtiliter quicquid inuentū fuerit indicare. Ita ergo experientia tua/hec que scripsimus facere sollicite ac vrbane festinet: vt non possit esse culpabilis. Nam si negligēdū esse putaueris: ita te nostros nouerit motus incurrere/vt nulla te postmodum possis excusatione defendere.

¶ Gregorius Sabino subdiacono. De Bonifacio episcopo ꝛ clero suo accusato. Capitulum.xlvj.

Epl.xlvj.

Clerus ecclesie regitane multa contra reuerentissimū fratrem nostrum Bonifacium episcopū suū data nobis petitione conquestus est: petēs vt ad nos debuisset habere veniēdi licētiam/quatenus cause ipse hic subtiliter probarētur. Sed qꝛ nos interim predictū fratrē nostrum hic modo nō preuidimus vedu

A cendum/visum nobis est illic deputare causam eandem cognoscendam. Et ideo medijs sacrosanctis euangelijs experientia tua: vna cum Paulino proculo Palumbo vel Benerio atque Marciano reuerentissimis fratribus coepiscopisque nostris sine cuiusque persone respectu: tam clericorum querela/quam aduersus suum (sicut diximus) habent episcopum: vel si quam forte ille contra eos habuerit/cum omni equitate ac sollicitudine perscrutetur. Et quicquid in veritate cognouerit: nobis vna cum predictis fratribus nostris subtiliter diligenterque significet: vt renunciatione vestra redditi certiores: quid fieri debeat/decernamus.

Gregorius Anastasio episcopo Antiocheno. De cura pastorali. De eo quod non recte fidei homines ad sacros ordines minime prouehi debeant. Et de obseruatione quatuor conciliorum: Et de damnatione pelagij et celestini. Capitulum.xlvij.

Epi.xlvij. Fraternitatis tue scripta suscepi/professionem fidei recte seruantia. Magnasque omnipotenti deo gratias retuli: et immutatis gregis sui pastoribus: fidem quam semel sanctis patribus tradidit: etiam post vos immutabilem custodit. Predicator autem egregius dicit: Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est: quod est christus Jesus. Quisquis ergo cum dilectione dei et proximi/fidei que in christo est/firmitatem tenet/eundem Jesum christum dei et hominis filium apud se posuit fundamentum. Sperandum ergo est/quia vbi christus fundamentum est/bonorum quoque operum sequatur edificium. Ipsa quoque per se veritas dicit: Qui non intrat per ostium in ouile ouium/sed ascendit aliunde/ille fur est et latro: qui autem per ostium intrat: pastor est ouium. Qui paulopost subijcit dicens. Ego sum ostium. Ille ergo ad ouile ouium intrat per ostium: qui intrat per Christum. Ipse autem per Christum ingreditur/qui de eodem creatore ac redemptore humani generis vera sentit et predicat/et predicata custodit. Cui men regiminis ad officium portandi oneris suscipit: non ad appetitum glorie transitorij honoris. Cure quoque suscepti ouilis solerter inuigilat/ne oues dei aut peruersi homines praua loquentes dilaniēt: aut maligni spiritus obiectamenta viciorum suadentes deuastent. Certe beatum Jacob qui pro vxoribus suis diu seruierat/dixisse meminimus: Viginti annis fui tecum: oues tue et capre steriles non fuerunt. Arietes tui gregis non comedi: nec captum a bestijs ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam: quicquid furto perierat/a me exigebas. Die noctuque estu vrgebar et gelu: fugiebat somnus ab oculis meis. Si igitur sic laborat et vigilat qui pascit oues laban/quanto labori/quantisque vigilijs debet intendere/qui pascit oues dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat: qui propter nos homo factus est/quod dignatus est fieri quod fecit. Ipse et infirmitati mee/et tue charitati spiritum sui amoris infundat/atque in omni sollicitudine custodiat: circumspectionis oculum nostri cordis aperiat. Quod vero ad sacros ordines recte fidei viri perducan C tur: eidem omnipotenti deo gratie sine cessatione soluende sunt: et pro vita piissimi et christianissimi domini nostri Imperatoris/et tranquillissima eius coniuge/et mansuetissima sobole semper orandum est: quorum temporibus hereticorum ora conticescunt: quia etsi eorum corda in insania peruersi sensus ebulliunt/catholici tamen Imperatoris tempore praua que sentiunt/eloqui non presumunt. Preterea dum de sanctorum conciliorum custodia tua fraternitas loqueretur: sanctam ephesinam synodum primam se custodire professa est. Sed quia ex annotatione heretici codicis: qui ad me ex regia vrbe transmissus est: agnoui hoc quod quedam capitula catholica cum hereticis fuerant reprehensa: quia quidam illam ephesinam primam synodum in eadem vrbe existimant: que quondam ab hereticis traditur esse composita: omnino necesse est vt charitas vestra eidem synodum apud sanctam Alexandrinam atque Antiochenam ecclesiam requirat: et qualiter in veritate se habeat/inueniat. Uel si placet/hic dirigimus que ab antiquitate seruata in scrinijs habemus. Illa enim synodus que sub pie memorie ephesine imagine facta est: quedam in se oblata capitula asserit approbata: que sunt celestini atque pelagij predicamenta. Et cum celestinus atque pelagius in ea synodo sint damnati: quomodo poterant illa capitula recipi/quorum damnabant auctores? Quia vero peruenit ad nos in orientis ecclesijs nullum ad sacrum ordinem nisi ex premiorum datione peruenire: si ita esse vestra fraternitas agnoscat/hanc primam oblationem omnipotenti deo offerat:

vt a subiectis sibi ecclesijs errorem simoniace hereseos D compescat. Nam (vt alia taceam) quales esse in sacris ordinibus poterunt/qui ad hoc non merito sed premijs eueheuntur? Omnipotens deus dilectionem tuam gratia celesti custodiat: et det de his qui sibi commissi sunt/fructum multiplicem ac mensuram superaffluentem ad eterna gaudia reportare concedat.

Gregorius Bone abbatisse. De monasterio eius in melius transmutando. Capitulum.xlviij.

Epistola xlviij. Ecclesiastica damnum non sentit vtilitas: si res alijs competentes cognita veritate restituantur. Cognouimus itaque Joannem quondam presbyterum sancte Romane ecclesie cui auctore deo deseruimus: in domo iuris sui posita in hac vrbe Roma iuxta thermas Agrippinas oratorium construxisse: atque illic quosdam redditus legati titulo reliquisse: in quo etiam oratorio seruorum dei congregationem esse constitute. Et hec omnia vt debuissent impleri/testamenti sui pagina sancte memorie Pelagio decessori nostro mandauerat. Sed quia morte occupatus hoc non occurrit implere: et domus ipsa cum orto suo ab auctoribus nostre ecclesie detinetur: iustitie nos ratio vehementer incitat: huiusmodi pie dispositionis arbitrium adimplere. Sed quoniam illic pro difficultate temporis noua seruorum dei congregatio adhiberi non potuit/feminarum saltem ibi congregationem constituendam esse decernimus: atque ideo et locum ipsum solenniter dedicare. Et quia monasterium tuum/vbi prius fuisti/in ruina erat periculo E constitutum: te illic cum congregatione tua consistere deo annuente perspeximus: quatenus et in suprascripte domus monasterio iuxta voluntatem defuncti: domino redemptori nostro seruiens habitare congregatio debuisset: et imminens potuisses periculum euitare. Preterea considerantes antedicti presbyteri voluntatem: perpetuo illic tempore monasterium efficeat quod ad eandem domum in integro cum orto suo et rebus inferius designatis: a testatore relicte sunt: proprietatis iure constituimus pertinere. Id est massam maguliensem cum appendicijs suis via numentana milliario plus minus .xj. tabernam in hac vrbe que est posita iuxta palatinistios: et falgamum positum ante domum supradicti monasterij. His igitur ita concessis atque dispositis: dilectio tua diligenter inuigilet: vt et dei illic laudes salubri studio deuotissime (vt moris est) celebrentur: et supradicte res ad ius ipsius pertinentes/nulla te negligente occasione depereant. Hanc enim sollicitudinem non solum te sed etiam eas que loco tuo successerint in predicto monasterio et rebus superius designatis constituimus nihilominus exhibere.

Gregorius Mariniano archiepiscopo Rauenne. De ariminensi ecclesia propter infirmitatem episcopi destituta. Atque hortatur ciues alium eligere. Capitulum.xlix.

Epi.xlix. Qualiter ordinati a nobis sacerdotis/corporis que nostra impediente molestia/ariminensis ecclesia pastorali hactenus sit regimine destituta: pridem fraternitas vestra cognouit. Quem dum habitatorum loci illius precibus permoti sepius hortaremur: vt si de eadem capitis qua detinebatur molestia/melioratum F se esse sentiret: ad suam (auxiliante domino) reuerteretur ecclesiam: datis inducijs in hoc quadriennio expectatus est. Quem dum monitu cleri ciuiumque illinc venientium: nosque precibus vrgentium: instantius hortaremur: vt si valeret/cum eis auxiliante domino remearet: datis in scriptis supplicatione nos petijt: vt quia ad eiusdem ecclesie regimen vel susceptum officium pro eadem qua detinetur molestia assurgere nullatenus possit: ecclesie ipsi ordinare episcopum deberemus. Unde quia cunctarum ecclesiarum iniuncta nos sollicitudinis cura constringit: ne diutius gregi fidelium desit custodia pastoralis: illorum precibus huiusque ex sui impossibilitate renunciatione compulsi: visum nobis est eidem ariminensi ecclesie debere episcopum ordinari: et datis ex more preceptis/clerum plebemque eiusdem ecclesie non destitimus admonere: quatenus ad eligendum sibi antistitem concordi prouisione concurrant. Hortamur igitur vt fraternitas vestra eum quem vno consensu omnes elegerint: sicut et ipsi a nobis poposcisse noscitur/ad se faciat euocari: quem cauta ex omnibus examinatione discutite. Et si ea in eo que in textu heptatici more muleta sunt: minime domino fuerint opitulante reperta: atque fidelium personarum relatione eius nobis quidem vita placuerit: ad nos eum cum decreti pagina vestre quoque addita testificationis epistola destinate: quatenus

G eiusdem a nobis ecclesie disponēte domino consecretur antistes.

¶ Gregorius Leoni episcopo in corsica. Propter infirmitatem episcopi sui precipit altū eligendū. Capitm. i.

Epl'a. i.

Pastoralis nos cura constringit: ecclesijs sacerdotis moderamine destitutis / sollicita cōsideratione concurrere. Et ideo quia ecclesia vestra diu sacerdotis proprij corporis qua noscis impediente molestia / pastorali est regimine destituta / vestris precibus permoti / eiusdē episcopū non destitim⁹ admonere: vt si ex eadē molestia se melioratū esse sentiret: ad suscepti sacerdotij debuisset remeare mysterium. Qui semel a nobis sepius ve cōmonit⁹ / eadē vigēte molestia nūc in scriptis nobis supplicatione porrecta noscit intimasse: nullatenus se ad regimen eiusdē ecclesie vel suscepti officiū (impediēte molestia) assurgere posse. Qua persone eius desperatione cōpulsi / necessariū duximus de ordinatione nos eiusdē ecclesie cogitare. Hortamur ergo vt vos oēs eodēq; consensu / remoto strepitu / talem vobis preficiendum eligatis (auxiliante dn̄o) sacerdotē: qui a venerandis canonibus nullatenus respuatur: et tāto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dū fuerit postulatus / cū solēnitate decreti / omniū solēnitatibus roboratis: et visitatoris pagina prosequēte / ad nos veniat ordinandus: quatenus ecclesia vestra (disponente dn̄o) proprium valeat habere sacerdotē. Volum⁹ autē vt cū quē vniuersitas vestra elegerit / ad fratrē et coepiscopū nostrū Marinianum Rauenā sine dilatione aliqua perducatis: vt ab eo subtiliter inquisitus atq; perspectus / ipsius quoq; ad nos veniens testimonio roboretur. H

¶ Gregorius Leoni episcopo in corsica. De eligendo episcopo in Arimino. Capitulum. ij.

Epl'a. ij.

Pastoralis nos cura constringit: ecclesijs sacerdotis moderamine destitutis / sollicita cōsideratione cōcurrere. Et ideo quia Ariminēsis ecclesia cui fraternitas vestra visitatiōis impēdit officiū / diu sacerdotis proprij / corporis (qua noscis) impediēte molestia / pastorali est regimine destituta: cleri vel ciuiū precibus permoti: eiusdē episcopū non destitimus admonere: vt si ex eadem molestia se melioratū esse sentiret: ad suscepti sacerdotij debuisset ministeriū remeare. Qui semel a nobis sepiusue cōmonitus / eadē vigente molestia nunc in scriptis nobis supplicatione porrecta noscit intimasse: nullatenus se ad regimē eiusdē ecclesie vel suscéptum officium impediēte molestia assurgere posse. Qua persone eius desperatione cōpulsi: necessarium duximus de ordinatione nos eiusdē ecclesie cogitare. Hortamur ergo vt clerum / plebēq; ecclesie eiusdē sollicite debeatis admonitione cōpellere: vt sibi cū dn̄i auxilio talem preficiendum eligant sacerdotē / qui et aptus tanto ministerio valeat inueniri: et a venerādis canonibus nullo modo respuatur. I Qui dum fuerit postulatus / cū solēnitate decreti omnium subscriptionibus roborati: vestrarum quoq; testimonio literarū huc sacrādus occurrat: quatenus ecclesia ipsa proprium (auxiliante domino) habere valeat sacerdotem.

¶ Gregorius Anthemio cāpano subdiacono. De testamento importuni attellane ciuitatis epi. Capitulū. iij.

Epl'a. iij.

Quorūdam ad nos relatione peruenit: quod Importunus Attellane ciuitatis episcop⁹ dū de hac luce migraret: condito testamēto in octo vncijs totius substātie sue nurū suā heredē instituerit: et ecclesiam suā in residuis quattuor. Hortamur ergo experientiam tuā / vt sollicita inquisitione discutias: et quicquid ecclesie ipsius esse patuerit: a qualibet persona detineri nullatenus patiaris: nisi hoc solū quod eū ante episcopatus ordinē proprium habuisse constiterit. Quicquid vero vel ante ecclesie ipsius esse cognoueris: vel in episcopatus ordine predictum episcopū acquisisse: in eiusdē ecclesie cōseruetur dominio: nec quisq; exinde aliqd vsurpare qualibet occasiōe psumat. Clerū vero plebēq; eiusdem ecclesie cū omni te volum⁹ instantia cōmonere: quatenus pficiendū sibi sine dilatiōe aliqua eligāt sacerdotē: qui clerū / plebēq; vel res ecclesie ipsius cauta regularíq; valeat obseruatiōe disponere. Pariter etiā clerum / plebēq; ipsi⁹ ecclesie vel aliarū que et vnite sunt corā instantius cōmoneto: quaten⁹ et ipsi oī mora dilationeq; postposita / aptū sibi eligere debeāt sacerdotē: ne diu (et tali presertim tēpore) pastoris ppriji sint regimine destitute. K

¶ Gregorius Secūdino serúo dei incluso. De insidijs antiqui hostis. De chalcedonēsi synodo omnodo recipiēda. De Iba et Cyrillo. De ordinatione apostolice sedis. De sacerdotali officio post lapsū si penitentia secuta fuerit in pristinū gradū restituēdo. De munerib⁹ ab eo trāsmissis. De paruulorū animab⁹ que sine baptismo moriūtur. Et de imaginib⁹ transmissis. Capitm. iiij.

Epl'a. iiij.

Dilectionis tue scripta suscepi: que in meo sensu / amoris melle condita sapuerūt. O quanta aspiratione vite plena sunt: que per gratiā spiritus proferūtur? Non in eis cui⁹ eloquentie non verborum typus apparebat: sed solam veritatis atq; charitatis radicē tenentia: per omne qd̄ locuta sunt / celestis patrie amorē flagrabant. In eis vero tua a me dilectio petere studuit: vt ad hanc libellū exhortatoriū scribere deberem. Sed scire te necesse est fili charissime: quia tātis podagre dolorib⁹ / tantisq; curarū tumultibus premor: vt quis nunq; me aliqd fuisse reminiscar: valde tamē me vidicā nō esse qui fuerim. Ad autem tua se charitas et vltra etatē quinquagenariā adhuc iuuenilib⁹ desiderijs afferis subiacere / in hoc quoq; diuini oraculi iplet preceptū: quod scriptum est. Iustus in pricipio accusator est sui. Nec tamen dubito maiores te insidias hostis callidi ptpeti: qui maiora cōtra eū bella preparasti. Tāto quippe ille deceptiōis molimina ardētius exquirit / quāto te celestis patrie feruentius inhiare cognoscit. Et nos quidē qui vitā cū plurib⁹ ducimus: etsi formidolosi ac timidi: tamen qui cōtra antiquū hostē bella proposuimus: quasi in acie stamus. Vos autē qui solitariā vitā ducitis: quasi aliud quam monachos diperim / qui feruore virtutis etiam ante aciem exire festinatis: Cur ergo cum non singulariter hostis imperat: a quo se ipsi singulariter spectat? Et nos quidē qui inter homines viuimus: sepe per homines a callido hoste tētamur. Vos autem qui viam vite presentis extra hominū frequētiam ducitis / tāto maiora certamina pati necesse est: quanto ad vos ipse temptationum magister accedit. Neq; enim vacare orationib⁹ ac laudibus dei sine aliqua interruptione tēporis potestis: quia etsi intentio continue prompta est: ipsa tamen humanitatis infirmitas ad semetipsam relabitur: vt aliquādo fessa iaceat: atq; ab studij exercitatiōe torpescat. Antiquus vero hostis mox vt ociosam mentē inuenerit / ad eā sub quibusdā occasionib⁹ locuturus venit: et quedā ei de gestis preteritis ad memoriā reducit. Audita quodam verba indecēter cogitationi resonat. Et si qua quondum turpiter acta sunt: eorū species oculis cordis opponit: vt quē de presentib⁹ non valet inquinare: de malis trāsactis violet. Et decepta mens sepe inde delectationē reparat: vnde diu iam se per penitētiam afflixit: ita vt vere cū psalmista dicat. Computruerūt et deteriorate sunt cicatrices mee / a facie insipientie mee. Cicatrix quippe figura est vulneris / sed sanati. Cicatrix ergo ad putredinem redit: quādo peccati vulnus qd̄ iā per penitentiā sanatū est: in delectatione sui animū concutit. Sepe quod nunq; fecimus / per hostis callidi insidias cordis oculis videm⁹. Eliq; insensibiliter in hoc delectatio surripit / quatenus iā plāgat que fecerat / tedet tamē infelicē animū quedā non fecisse que plāgat. He sunt cordis nostri tenebre: quas in hac vita volētes nolētesq; sustinem⁹? Quis contra hec querēdus est: nisi adiutor in opportunitatib⁹ in tribulatione? Valde autē libēter accepi quod tua me charitas de sua dubitatione requisiuit: an orientales ecclesie / fidē atq; doctrinam sancte memorie Leonis sequātur: ne fortasse earū sensus inter semetipsos pro triū capitulorū defensione diuisus sit. Vnde certā dilectionē tuā esse desidero: quia predicte sanctissime orientales ecclesie vno sensu / vna doctrina fidē eiusdē sancte memorie Leonis tenent: sanctāq; chalcedonēsem synodū tenobiscū custodiunt atq; venerātur: vt null⁹ esse episcop⁹ reputetur: qui eiusdē synodi defensor: sectatorq; non fuerit. Hinc est etiā quod quoties in quattuor precipuis sedib⁹ antistites ordināntur: synodales sibi epistolas vicissim mittūt: in quib⁹ se sanctā Chalcedonēsem synodū cū alijs generalib⁹ synodis custodire fatentur: sicut et nos auersamur / atq; anathemate plectendos ducim⁹: qui de fide eiusdem synodi aliquid minuere / vel aliqd in ea addere presumunt. Nā synodus que post eam generaliter facta est: idcirco a nos-

Prouer. xviij.

L

M

Psa. xxxvij.

A bis recipit: qꝛ eiusdē synodi in oībꝰ sequar/honorē illiꝰ auctoritatemq; custodit. Unde necesse est vt dulcissima mihi tua dilectio in hoc quod precipue in bonis moribus viuit:q; se per abstinentiā affligit:q; doctrine dei vehementius insistit:hoc studiosius cogitet:ne errorē schismaticorū sequēs/a sancta vniuersali ecclesia diuisa possit inueniri. Et quid tot labores proderūt:si i vnitate fidei inuēti non fuerint:que ante dei omnipotētis oculos in bonis actionibꝰ animā precipue custodiūt? Hinc enim dicitur: Una est colūba mea:pfecta mea. Hinc ad Moysem dñs dicit: Est locus penes me:ꝛ stabis super petrā. Quis est locus qui non sit in deo:dū cūcta ab ipso;q; quē creata sunt cōtinent? Sed tamē est locꝰ apud eū:videlicet sancte ecclesie vnitas:in qua sup petrā statur:dū confessionis eius humiliter soliditas tenetur. De quo loco subiūgitur. Tūc videbis posteriora mea. In petra enī/ id est in sancta ecclesia stantes/dei posteriora videbimꝰ: quādo iam ea q̄ in fine promissa sunt celestis patrie gaudia contēplabimur. Peruerū autē homines qui triū capitulorū occasione reperta/ ecclesiasticam disciplinā fugiunt:de suis carnalibus actibꝰ reprehēdi pertimescūt: subesse sedis apostolice preceptis nolunt:ꝛ nos quasi de fide reprehendūt:quā ipsi nesciunt. Et dū neq; in fide recti sunt:neq; in bonis operibꝰ inueniūt:studēt vt certare pro fide videantur. Sicq; fit vt quotidie deteriores fiāt/ dū in eis culpa grossescit: que quasi de zelo feruoris/videri etiā laudabilis appetit. Sed iuxta hoc quod scriptum est: Ex operibꝰ eorū cognoscetis eos: vitam eorū tua charitas attendat:ꝛ meritū intētionis aspiciat. Ut B enī dilectioni tue de eadē re breuiter loquar:sacra Chalcedonēsis synodus vsq; ad diffinitionē fidei:ꝛ prolationem canonū de generalibꝰ causis locuta est. Nā post ꝓlationem canonū: specialia episcopoꝝ certamina sopire curauit. Epistola vero quā in ea reuerentissimus Ibas denegat suā:q; in extrema parte synodi iaceat:agnoscis. Que videlicet epistola:nestorium inauditū:ꝛ inquisitione non facta dānatū asserit. Cyrillum vero in appollinaris dogma cecidisse suspicatur. Et si totꝰ superius textꝰ predicte synodi legitur: quātū hec epistola eidē synodo aduersetur:inuenitur:quia felix sancta synodus ꝛ nestorium (sicut est) hereticū denūciat:et beatū Cyrillum patrem catholicū veneratur. Epistola ergo que illum defendit qui a synodo dānatus est: et illū accusat qui a synodo veneratur:proculdubio diffinitioni sancte synodi probatur aduersa. Sed qꝛ eius defensores solent dicere q; hanc ibas eo tēpore scripsit quo adhuc Cyrillus propter.xij.capitula que necdū exposuerat/ dubiꝰ habebatur:in ipsa hec epistola perpēde:qꝛ legitur q; inter orientales episcopos:ꝛ beatū Cyrillum pax fuerit celebrata. Si ergo post cōcordiam pacis: post satisfactionē amote dubitationis/hec eadem epistola scripta est:cōstat quia non est catholica:que patrē catholicū: atq; in toto synodi volumine laudatum/hereticū appellat. Hec paucis dixi:qꝛ et quibus precipue causis hac in re dubitationē C tua charitas habet:in epistolis nō inueni. Et qꝛ tua sanctitas hoc a nobis requisiuit: vt sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemꝰ: dū se dicit de hoc canones diuersos legisse: ꝛ diuersas sententias inuenisse:alias resurgēdi: alias nequaq; posse:ideo generalissima q̄ a niceno ꝯcilio incipiūt/cū reliq̄s quatuor inuenimꝰ concordātia. Nā ꝛ nos precedētes patres sequi debemꝰ:q̄ auctore deo/a sacra doctrina illorū non discordamꝰ. A capite itaq; incipientes / vsq; ad quartū altaris ministrū/hanc formā seruandā cognoscimus: vt sicut minorē maior precedit in honore/ita et in crimine. Et quē maior sequitur culpe: maiori plectatur vindicta: que post penitentiā credatur esse fructuosa. Quid enim prodest triticū seminare:ꝛ i fructū illiꝰ nō colligere? Aut domū construere: et non illic habitare? Post dignā igitur satisfactionē credimus posse rediri ad honorē/dicente propheta. Nūquid qui cadit:nō adijciet vt resurgat? et/Qui auersus est/nō reuertetur? Et peccatori ait. In quacūq; die cōuersus ingemueris: tūc saluꝰ eris. Unde et psalmista ait. Cor mūdū crea in me deus:ꝛ spiritū rectum innoua in visceribꝰ meis. Ne proijcias me a facie tua:ꝛ spiritū sanctū tuū ne auferas a me. Dū enī petijt ne a dño proijceretur pro culpa sua:alienā rex et propheta simul rapuisse vxorem tremefactus expauit:et propheta indicante flagitium suum/penitētiā agens addebat: D Redde mihi letitiam salutaris tui:et spiritu principali confirma me. Si enim cōdignā deo penitētiam nō fecisset:nequaq; alijs predicaret. Ait enim. Docebo iniquos vias tuas:ꝛ impij ad te cōuertētur. Dū enim peccata ꝓspexit propheta mundatus per penitētiam: non dubitauit predicādo curare aliena. et sacrificium de semetipso deo offerre studuit/quū dicebat. Sacrificiū deo spiritꝰ contribulatꝰ. Ad hoc ista sufficerent/sed omnis sententia quo plus sacre scripture testimonijs cōfirmatur/faciliꝰ creditur. De hoc enim propheta dicit: Nolo mortē peccatoris:sed vt cōuertatur ꝛ viuat. De hoc peccātibus dicitur. Peccator in quacūq; die ꝯuersus ingemuerit/saluus erit:oēs iniquitates eiꝰ obliuioni tradentur. Si enī redēptor noster:qui peccatores nō perdere/sed iustificare venit:in obliuione peccātium delicta dereliquit/quis hominū condēnanda reseruat: quū apostolus dicat: Si deus iustificat/quis est qui cōdēnet? Ad fontē misericordie recurrētes/euangelij proferamꝰ sentētiam. Gaudeo (inquit) sup vno peccatore penitentiam agēte/magis q̄ sup nonagintanouē iustis qui nō indigēt penitentia. Et ouem perditā/nonagintanouē nō errātibus relictis/humero pij pastoris ad ouile reportatā dñs ipse testat. Si ouis pdita errās post inuētionē ad ouile humero reportat:cur post penitentiā ad ecclesie ministeriū lapsus non reuocet? Quid enī est grauiꝰ: aut carnale delictū admittere (sine quo pauci inueniūtur) aut dei filiū iureiurādo negare? In quo tamē hūc ipsum beatū Petrū apostolorū principē (ad cuiꝰ sacrū corpꝰ indigni sedemus) lapsū esse cognoscimꝰ. Sed post negationem penitētia secuta est:ꝛ post penitētiā misericordia data est:qꝛ postea ab illo ab apostolatu deiectꝰ non est:q̄ ante quidē ipm se negare predixit. Tibi hec fili charissime dicta sufficiāt:vt illū quē cōspicis delicta fletu delere/in cōspectu diuinitatis nō dubites miam cōsequi:qꝛ ille peccatorē reuersum nō despicit/qui peccatores sanguine suo redimere venit. De ordinationibꝰ vero apostolice sedis pontificū: verū post beatissimū virum Hormisdā aliqua sint addita:vestra charitas requirit. Sed vsq; ad Uigilij pape tēpora:expositas ordinationes presulū esse cognoscas. Alioē vero/thymiama/styracem et balsamū/sanctorū martyrū corporibus offerēda/latore presentiū deferēte trāsmisimus. In extremo vero epistole quesisti quid eis respōdendū sit:q̄ dilectionē tuā de paruulorū animabꝰ requirunt:qui sine gratia baptismatis moriūtur/dicētes:si corpus originali tenetur culpa: vnde anima que a deo datur/rea erit:que adhuc in actuali delicto corpori non cōsensit? Sed hac de re dulcissima mihi tua charitas sciat:quia de origine anime inter sanctos patres requisitio nō parua versata est:sed vtrū ipsa ab Adā descēderit/an certe singulis detur/incertū remansit. Eamq; in hac vita insolubilē fassi F sunt esse questionē. Grauis enim est questio: nec valet ab homine cōprehēdi:quia si de Adam substantia anima cū carne nascitur:cur nō etiam cū carne moritur? Si vero cū carne nō nascit:cur in ea carne que de Adam prolata est/obligata peccati tenetur? Sed cū hoc sit incertū/ illud incertū non est:qꝛ nisi sacri baptismatis gratia fuerit renatus homo: omnis anima originalis peccati vinculis est obstricta. Hinc enī scriptū est: Non est mūdus in cōspectu eius:nec vnius diei infans super terrā. Hinc Dauid ait. In iniquitatibꝰ conceptus sum:ꝛ in delictis peperit me mater mea. Hinc ipsa veritas dicit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto:nō introibit in regnū celorū. Hinc Paulus ait: Sicut in Adam oēs moriuntur:ita et in xpo oēs viuificabunt. Cur ergo infans qui nihil egit/in conspectu omnipotētis dei nō valet esse mundꝰ? Cur psalmista ex legitimo cōiugio prolatus/ in iniquitate cōceptus est? Cur nisi qui mūdatus aqua baptismatis fuerit/mundus non est? Cur in Adam oīs homo moritur/si originalis peccati vinculis non tenet? Sed qꝛ genus humanū in parēte primo velut in radice putruit:ariditatē traxit in ramis. Et inde omnis homo cū peccato nascitur: vnde primus homo permanere noluit sine peccato. De his autē subtilius et latiꝰ loqui debueram:sed dum me ꝛ curarū tumultus premit:et barbaritas vt laxari debuissē importunꝰ extitit: vnde multa debui/pauca locutꝰ sum. Rogo aūt omnipotētē deū: vt sua te gratia protegat:ꝛ beati Petri apostolorū princi

Cant.vi.
Exodi xxxiij.
Exodi xxxiij.
Mat.vij.
Psal. par te vi.l.
Psā.xl.
Psā.l.
Psā.l.
Ibidem.
Ibidem.
Ezec.xviij.
Ro.viij.
Luce.xv.
Ioan.xv.
Psā.l.
Ioan.iij.
i.Cor.xv.

G

cipis intercessione a malis omnibus illesum seruet: quatenus feruor celestis desiderij in tua mente quotidie ardentius excrescat: vt semp nouus: et semper seipso robustior ad celestia premia multiplicius percipienda pertingas. Transmisi autem duos bonilitarū codices: quas viri in ecclesia dum adhuc loqui preualerēt: vt quia ipse te videre: tibiq; sedule colloqui nō possunt charitati tue vel per ea que scribere valui/absens non sim. Exiguū quoq; vestimētum transmittere studui: per quod tua charitas: qz australi in animo calore feruet: foris a corpore arcturi frigus repellat. Peto autē vt pro me orare enixius debeas: vt tue intercessionis ope: a malis presentib⁹ eripi/ꝛ eternis merear gaudijs presentari. Imagines quas tibi dirigendas per Dulcidiū diaconem rogasti misimus. Unde valde nobis tua postulatio placuit: quia illum toto corde/tota intentione diligis/cuius imaginē pre oculis habere desideras. Ab re non facimus: si per visibilia inuisibilia demonstramus. Sic homo qui alium ardēter videre desiderat: aut sponsam amans videre conatur: si cōtigerit eam ad balneū/aut ad ecclesiam ire: statim per viam incedēti se preparat: vt de visione eius hilaris recedat. Scio quidē q̄ imaginē saluatoris nostri nō ideo petis/vt quasi deum colas: sed ob recordationē filij dei in eius amore recalescas: cui⁹ te imaginē videre cōsideras. Et nos quidem nō quasi ante diuinitatē ante illā prosternimur: sed illum adoramus quē per imaginē/aut natū/aut passum: sed ꝛ in throno sedētem recordamur. Et dum nobis ipsa

H

pictura quasi scriptura ad memoriā filiū dei reducit: animū nostrum aut de resurrectiōe letificat/aut de passione demulcet. Ideoq; direximus tibi surtarias duas/imaginem dei saluatoris/et sancte dei genitricis Marie/beatorūq; apostolorū Petri ꝛ Pauli continētes: per supradictum filium nostrū: ꝛ vnam crucē: clauim etiā pro benedictione a sanctissimo corpore Petri apostoloꝝ principis: vt per ipsum a maligno sis defensus: per cuius signū munitū te esse credis: ꝛ ex eo te ꝓtegat/qui iuuenilia semper suggerit recordari: vt in bonis actibus perseuerās/alios in ei⁹ amore accēdas: ꝓpter quē te fecisti haberi/vt vite huius mala quoq; inimicus suggerit retroacta mētis ꝓuentibus quasi facilius inardescas: pro cuius amore vitam etiā velis finire. Ipse quoq; te protegat vsq; in finē: qui cunctū mūdū dignatus est redimere Jesus christus dn̄s noster qui viuit ꝛ regnat in secula seculorū. Amen.

Gregorius Adeodate illustri. Eam ad superna meditanda corroborat. Capitulum.liiij.

Epl.liiij.

Magnā nobis letitiam glorie vestre ingessit epistola: que eterne vite desideriū vos habere signauit: sed qz huiusmodi studiū fugitiua solet mūdi gloria prepedire: hortamur vt mētis vestre saluberrimā deliberationē res qlibet transitura non reuocet:

I

nec ab incepto eā tramite deuiet. Sed magis superne patrie amor accēdat: ꝑni a mānsuri sollicitē: et ad vēturi iudicis ꝓmissionē certa semꝑ aspiret: atq; ex tēporalib⁹ eterna mercet: vt ex hoc et in vera glīa efficet inter matronas possitis celestes adscribi. Reducite ad oculos ꝓsperitates tēporū/multitudinē hoim/dignitatū pōpas/matronarū gloriā/diuitiarū abūdantiā. Attēdite hec oia vbi vel qd facta sunt: ꝛ ex hoc pensate q̄ nulla sint: et qz qui ista diligit: somniū vigilans videt. Hec itaq; recordatio magna vobis debet esse instructio: qm̄ ꝓ magnis diligi non debet quicqd fine cōcludi̇tur. Illa ergo petēda: illa summopere diligēda sunt: que nec inuēta transeūt: nec adepta deficiunt. Sed qz ad bonū desideriū anhelare sine diuine misericordie gr̄a nullus valet: oramus oīpotentē dn̄m: vt hec vobis ꝛ diligēdi velle/ꝛ posse tribuat obtinēdi: quaten⁹ ꝛ hic vos in suo viuere timore cōcedat/ꝛ postea in sanctarū matronarum sorte recipiat. Paterna itaq; charitate gloriā vestrā salutātes indicam⁹ de causa fratris ꝛ coepi nr̄i Decij hoc nobis visum fuisse: vt eā audiēdā fratri et coepo nr̄o Joanni: ꝛ Leontio viro glorioso (qz bon⁹ ꝛ iust⁹ vir dicitur) cōmittere deberem⁹: securi maxime: qz vbi ꝓdicti fratris ꝛ coepi nr̄i in iudicio charitas interest: nec eis surripiatur: nec pars ecclesie possit preiudicium sustinere.

Gregorius Januario episcopo Sardinie. Ut nihil ꝓ sepultura exigendum est. Capitulum.lv.

Epl̄a.lv. Ca.xiij.q.ij.Questa.

Questa nobis est Nereida clarissima femina q̄ ab ea centū solidos pro filie sue sepultura fraternitas vestra nō erubescat exigere: atq; ei sic per doloris gemitū/maiorē dispēdij studeat inferre molestiā. Qd̄ (si ita se veritas habet) qz graue nimis est/ꝛ ꝓculnimis est a sacerdotis officio/precij de terra concessa putredini querere/ꝛ de alieno velle facere luctu compēdiū ab hac se patratione fraternitas vestra contineat/ꝛ molestia ei de cetero nō existat. Maxime qz ꝛ ortolanum quendam/de quo se ipsam asserit filiū suscepisse/ecclesie vestre nō in parua quātitate munificū memorat extitisse. Hoc autē vitiū ꝛ nos postq; (deo auctore) ad episcopat⁹ honorem accessimus: de ecclesia nostra oīno vetuimus: et prauam denuo cōsuetudinē nequaq; vsurpari permisimus:

K

memores qz dum Abraam a filijs ethei: hoc est ephron/filio seor/sepulchri terrā precio ad humandū corp⁹ cōiugis postularet: preciū accipere renuit: ne cōmodum videret de cadauere consecut⁹. Si ergo tante considerationis paganus vir fuit/quāto magis nos q̄ sacerdotes dicimur: hoc facere non debemus? Unde ne hoc euenire vitium: ne vel in alienis denuo tentari presumat: admoneo. Sed si quādo aliquem in ecclesia vestra sepeliri conceditis: siquidem parentes ipsius/proximi/vel heredes pro luminarib⁹ sponte quid offerre voluerint/accipi non vetam⁹. Peti vero aut aliquid exigi omnino prohibem⁹. Quod valde irreligiosum est: ne aut venalis fortasse (qd̄ absit) dicetur ecclesia: aut vos de humanis videamini mortib⁹ gratulari: si ex eorū cadaueribus studeatis querere quolibet modo compendium. Alias vero causas quas predicte Nereide est complexa petitio/hortamur vt aut pacifica (si fieri potest) ordinatione definias: aut certe in deputatum a nobis iudicium personam instructā dirigere nō omittas: quia ad hoc Redemptū defensorem nostrū presentium portitorē illuc direximus: vt ꝛ partes in iudicio obseruare compellat: et executionis sue instantia ad effectum que fuerint iudicata perducat.

Gen.xxiij.

L

Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi. De clericis cumanis ad vnitatem ecclesie reducendis. Capitulum.lvj.

Epl̄a.lvj.

Latore presentium cōmuni filio Euētio diacono qui fraternitatis vestre nobis scripta detulit/referēte cognouimus: clericos ecclesie Cumensis quos sacerdotali studio reuerti ad vnitatē ecclesie monuistis/respōdisse/non sibi talem a vobis affectum impendi: vt ad hoc redire charitate suadēte preualeant: asserētes res diuersas suas iniuste ab aliꝭ (inter quos ꝛ a nostra ecclesia possessionem que villa auriana dicitur) detineri. Nos quidē sanctitatis vestre sollicitudinē omnino laudauim⁹: quia qd̄ vos oportuit facere: minime neglexistis. Sed nec nos predictā possessionē: si eis iure cōpetit: etiam si ad cōmunionē forte reuerti distulerint/cōtra rationis ordinē patimur detineri: sed eā cognita volumus veritate restitui. Si vero ad vnitatē ecclesie (qd̄ optamus) deo se inspirante conuerterint/etiam si nihil illis cōpetat: eam illis parati sumus cōcedere. Nam nulla occasione excusare volumus: quod ad matris ecclesie si-

M

num redire desiderabiliter expectamus. De oībs vero quos in capitulare trāsmisso ex substātia et italie ecclesie competere signastis: vel predictus vobis portitor indicauit: in subsequenti illuc personam transmittemus: cui inter alia curabimus euidēter iniungere: vt veritatem congrua indagatione cognoscat: et quicquid iustū fuerit faciat. Nam nos qui alios contristare contra equitatē non patimur: multo magis vos quos multum diligimus/tristes relinquere nō valemus. De alijs autem causis: quale nostrum ad singula sit responsum/supradicti Cōmunis filij relatione cognoscetis. Scripta vero ad dilectissimū filium nostrū Anatholium diaconem pro cōmendatione hominum vestrorum (sicut voluistis) fecimus.

Gregorius Anatholio diacono Constan. Homines constantij episcopi recōmendat. Capitulum.lvij.

Epl̄a.lvij.

Reuerentissimus frater ꝛ coepiscop⁹ noster Cōstantius suos hoies illuc ꝓ ecclesie sue vtilitatibus festinās trāsmittere/tue eos dilectioni voluit cōmēdari. Proinde inquātū (deo iubēte) potueris: eis (salua ratiōe) vbi necesse fuerit/concurras atq; feras solatiū: quaten⁹ dū tua fuerint (sicut dignū est) opitulatiōe suffulti: ꝛ ipsi illic mini⁹ valeāt laborare: ꝛ predict⁹ frater noster eccl̄e sue vtilitates adiut⁹ te suffragāte cognoscat.

Gregorius Fantino defensori. De synagogis iudeorum irrationabiliter occupatis. Capitulum.lviij.

A
Epl.lviij.

Ante aliquantū tēpus Uictori fratri ɂ coepi:
scopo nostro scripsimus: vt quoniā quidā iu:
deorum data nobis petitione questi fuerunt:
synagogas i ciuitate panormitana positas/cū hospitijs
suis fuisse ab eo irrationabiliṫ occupatas: quousq; cau:
sa verū iuste factū esset: potuisset agnosci: ab eoꝝ suspēde
ret se congregatione: ne forte in eoꝝ sola volūtate versa:
ri iudicium videret. Et quidē nos predictū fratrem no
strum incongrue aliquid egisse: sacerdotij eius respect⁹
facile credere non permisit. Sed qꝛ Salerio notario no:
stro: qui illic presens postea inuētus est/renūciante cōpe
rimus / nulla extitisse causam ꝑ qua potuissent rationa:
biliter occupari: atq; esse incōsulte ac temere ꝯsecratas:
idcirco experientie tue precipimus/vt qꝛ qđ consecratū
est: iudeis vltra non valet restitui: quātū a filijs glorioso
venātio patricio/ɂ vrbicio abbate/synagoge ipse cū his
hospitijs que sub ipsis sunt vel earū parietib⁹ coherent:
atq; hortis sibi cōiunctis/estimate fuerint: studij tui sit
vt prefatus frater et coepiscopus noster dare pretiū de:
beat: quaten⁹ hoc qđ occupari fecit: in ius ecclesie ipsius
valeat prouenire: ɂ illi oppimi: aut aliquam pati iniusti
tiam nullo modo videantur. Codices vero vel ornamen
ta pariter ablata queruntur. Que si manifeste culta sunt:
ɂ ipsa sine ambiguitate aliqua volum⁹ restitui: qꝛ sicut il
lis quicq; in synagogis suis facere: vt ɂ ipsi prius scripsi
mus/vltra q; lege decretum est/nō debet esse licētia: ita

B

eis contra iustitiam ɂ equitatē nec preiudicium nec ali
quod debet inferri dispendium.

Gregorius Fantino defensori. De Nanno iudeo.
Capitulum.lix.

Epla.lix.

Indicauit nobis nānus iude⁹ presentium porti
tor/nauē suā atq; res suas cādidū defensorē no
strū cū alijs creditorib⁹ occupasse: atq; eas ꝑ
credita quā debuerat pecunia vendidisse: et a cūctis de:
bitis cautionib⁹ restitutis solum apud se prefatū defen:
sorem obligationis chirographū tenuisse: ɂ sepius se sup:
plicantē ideo reddere contempsisse: qꝛ (vt ait) fore eū de
bitī satisfacta. Experiētie ergo tue precipimus/vt cum
omni subtilitate curet addiscere: ɂ si ita repererit/distri:
cta compulsione perurge: quatenus omni mora postposi
ta/cautionem predicti portitoris restituat. Ita ergo sol
licitudo tua studeat/vt denuo ad nos hac de causa que:
rela non redeat.

Gregorius prefecti illustri. Gesta inter ipsum ɂ fanti
num defensorem approbat. Capitulum.lx.

Epla.lx.

Quotiens in conuentionibus quibusdā noster
expectatur assensus: ne in dubiū veniant que
geruntur: ratio ea ꝑ securitate partium debet
habita solidare. Proinde cognoscētes quid inter dile:
ctionē tuā ɂ Fantinum defensorē ac rectorē patrimonij
partium panormitanarū conueneris de portionibus ti:

C

bi competētibus in massalena et samāteria: in prouin:
cia sicilia ɂ in territorio panormitano: ɂ domo in panor:
mitana ciuitate sita: quā ecclesie nostre dudū titulo do:
nationis obtuleras: nostrū in his accōmodamus assen:
sum: atq; omnia sicuti inter vos gesta sunt/per huius ra
tionis paginā ꝯfirmam⁹: nec quicquā eorū a nobis/suc:
cessoribusq; nostris deduci in irritum profitemur: quia
valde ecclesiastice est moderationi cōueniens: vt queq;
ordinata fuerint vel decisa/nulla in posterum debeāt re:
fragatione turbari.

Gregorius Martino scholastico. Qꝫ episcopoꝝ cau
se magna cū diligētia sunt perscrutāde. Capitulū.lxi.

Epla.lxi.

Cum de negocijs cuiuslibet exorta occasio ma:
ioris (vt magnitudini tue notū est) requisitio:
nis indigeat: quāta cura: quātaq; vigilātia epi
scoporum cause debeant perscrutari: sapientia tua con:
sideret. In ea vero epistola: quā per latorē presentiū trā
misistis: pro quibus ad nos causis a Cremētio fratre et
coepiscopo nostro trāsmissus fueris: superficietenus in:
dicastis: ɂ earū radicē penit⁹ tacuistis. Quarū si nobis ori
go vel fuisset qualitas lιteri⁹ manifesta: qđ de eis diffinie
dū esset/predicti fratris vestri animos respōsione vtiq;
patēti ac congrua firmaremus. Illud tñ nobis omnino
displicuit: qꝛ aliquos episcopoꝝ sine primatis sui episto:
lis ad comitatū profectos esse: vel conuentus significas
illicitos celebrare. Sed qꝛ (sicut prefati sumus) causarū
origo vel qualitas omnino nobis ignota est/prouiciare
aliquid definitiue non licet: nec possumus: vt ne (qđ re:
prehensibile nimis est) de rebus non bene cognitis pro:
ferre sententiam videamur. Unde valde necessarium fue

D

rat si hic pro plenissima instructione nostra/magnitudo
tua nostris interrogationib⁹ respōsura: tempore quo in
sicilia dilata est/perrexisset. Sed tñ postq; fratrē ɂ coepi
scopū nostrum Ioannē vidistis: in eo ɂ vos vidisse nos
credimus. Et ideo qꝛ decisidē nobis ɂ ipse causis scribe
re studuit/ei que nobis sunt visa rescripsimus. Qui quo:
niam maturi prouidiq; cōsilij sacerdos est: si cū ipso cau
sas pro quibus missus est tractare volueris: certi sumus
qꝛ in eas/ɂ quod vtile est: ɂ qđ rationem habet/inuenies.

Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De depo:
nendo lucillo episcopo. Capitulum.lxij.

Epl.lxij.

Que aduersus lucillū Miletine ciuitatis epi:
scopum querela cōmota sit: ex epistolarum ve
strarum: ɂ gestorū que ad nos direxistis pagi:
na/declaratū est. Et ideo quia tanti facinoris vitio nul:
la debet dilatione differri: fraternitas vr̃a tres vel qua:
tuor de fratribus ac consacerdotibus sibi nostris adhi:
beat: vt ipsis quoq; presentibus predicta ac satisfacta ve
ritate predictū lucillum de episcopatus ordine quē hu:
ius sceleris cōtagio maculauit/studeat sine ambiguita:
te deponere. Quia vero presbyteri quidā vel diacones
prodite iniquitatis fuisse conscij ac participes memorā
tur: sanctitas vestra subtili indagatione discutiat. Et si

E

ita repererit/ab honoris sui ɂ ipsos similiter gradu deij
ciat: ɂ in monasterijs vbi digne valeant penitētiam age:
re/deputet. Sed qꝛ per hos multi in huius labē peccati
perhibentur esse collapsi: cūctos qui rei esse claruerint/
dñici corporis ac sanguinis participatione priuare vos
conuenit: atq; eos vestris epistolis strictius admonere:
vt letanijs ɂ orationibus operam dent: peccati quā con:
traxerunt maculam flendo tergant. Quibus quando sit
ꝑm modū penitentie reddenda cōmunio: iudicio vestro
cōmittimus. Hoc tamen sollicite vos prouidere necesse
est: vt his qui mortis vrgētur periculo/viaticum non ne:
getur. Cure preterea sit vobis/clerum et populū mileti:
ne ciuitatis hortari: vt qꝛ sine proprio pastore esse nō po:
terunt: ordinādum sibi eligāt deo propitio sacerdotem.
Causam vero presbyterorum ac diaconorū: qui in lapsu
accusati sunt/sollicite omnino rimamini. Et si rei crimi
nis esse patuerint: seueram in eis vltionem ɂ canonicam
exhibete: vt quanto illoꝝ iniquitas deum potuit ad ira:
cūdiam prouocare/tanto eum vos placare emendatiōe
districtissima valeatis.

Gregorius Ioanni episcopo syracusano. Contra ali:
quorum murmurationem/rationem reddit de misse or:
dinatione. Capitulum.lxiij.

Epl.lxiij.

Ueniens quidā de sicilia mihi dixit q; aliqui
amici eius vel greci vel latini: nescio qđ qua:
si sub zelo sancte romane ecclesie de meis dis
positionib⁹ murmurarent/dicētes: Quomodo ecclesiā
constātinopolitanam disposuit cōprimere: qui eius con:

F

suetudines per omnia sequitur? Cū enim dicerem quas
cōsuetudines sequimur: respōdit: Qꝛ alleluia dici ad mis:
sas extra pētecostes tempora fecistis: quia subdiacones
spoliatos procedere: qꝛ Kyriel. dici: qꝛ orationē dñicam
mox post canonē dici statuistis. Cui ego respondi: qꝛ in
nullo eorum secuti aliam ecclesiam sumus. Nam vt alle:
luia hic diceretur/de hierosolymorum ecclesia ex beati
Hieronymi traditiōe/tēpore beate memorie damasi pa
pe traditur tractū: ɂ ideo magis in hac sede illam cōsue
tudinem amputauim⁹: que hic a grecis fuerat tradita.
Subdiacones autē vt spoliatos procedere facerē/anti:
qua cōsuetudo ecclesie fuit. Sed placuit cuidam nostro
pontifici/nescio cui: qui eos vestitos ꝑcedere precepit.
Nam vestre ecclesie nunquid traditionē a grecis acce:
perunt? Unde habēt ergo hodie vt subdiaconi lineis in
tunicis procedāt/nisi qꝛ hoc a matre sua Romana eccle
sia perceperūt? Kyriel. aūt nos neq; diximus neq; dici:
mus sicut a grecis dicitur: qꝛ in grecis simul oēs dicūt:
apud nos autē a clericis dicitur/a populo respōdetur: ɂ
totidem vicibus etiam Xpel. dicitur: quod apud grecos
nullo modo dicitur. In quotidianis aūt missis alia que
dici solent tacemus: tantūmodo Kyriel. ɂ Xpel. dicim⁹
vt in his deprecationis vocibus paulo diutius occupe:
mur. Orationē autē dñicā idcirco mox post pcē dicim⁹:

G qꝛ mos apostolorū fuit: vt ad ipsam solūmodo orationē oblationis hostiam consecrarent. Et valde mihi inconueniēs visum est/ vt precē quā scholasticus cōposuerat/ super oblationē diceremus: ⁊ ipsam traditionem quā redēptor noster cōposuit/ super eius corpus ⁊ sanguinē nō diceremꝰ. Sed ⁊ dñica oratio apud grecos ab omni populo dicitur: apud nos autē a solo sacerdote. In quo ergo grecorū cōsuetudines secuti sumus: qui aut veteres nostras reparauimus/ aut nouas et vtiles cōstituimus: in quibꝰ tamen alios cōprobamur imitari? Ergo vestra charitas cū occasio dederit vt ad cathenensem ciuitatē pergat/ vel in syracusana ecclesia eos quos credit atqꝫ intelligit qꝛ de hac re murmurare potuerūt: facta collocatione doceat: ⁊ qñ alia ex occasione eos instruere nō desistat. Nam de constantinopolitana ecclesia (quod dicūt) quis eam dubitet sedi apostolice esse subiectā? Quod et dñs piissimus imperator: ⁊ frater noster Eusebius eiusdem ciuitatis episcopꝰ assidue profitētur. Tamen si qd boni vel ipa vel altera eccl̃ia habet: ego ⁊ minores meos quos ab illicitis prohibeo/ in bono imitari paratꝰ sum. Stultus est enim: qui i eo se primum existimat: vt bona que viderit/ discere contemnat.

Gregorius Joanni episcopo Syracusano. De epō cōstātinopolitano de crimine accusato. Capitulum. lxiiij.

Epl. lxiiij

H Fraternitatis vestre scripta suscepi/ in quibꝰ indicastis Martinū virum eloquētissimū de aphricana prouincia Syracusas venisse: vobiscū aliqd secretū locutū fuisse. Et quidē fraternitas vestra quotiēs occasionē reperit/ amorē suum circa beatū Petrū apostolū non cessat ostendere. Unde omnipotenti deo gratias agimꝰ: qꝛ vbi illa est/ ibi nos absentes nō inuenimur. Causam tamē de qua agit/ necdū sanctitas vestra subtiliter agnouit. In quodā enim crimine byzacenus primas fuerat accusatꝰ: ⁊ piissimus imperator eū iuxta statuta canonica per nos voluit iudicari. Sed acceptis decem auri libris/ tunc Theodorus magister obstitit/ vt minime fieret. Tamen piissimus imperator admonuit vt transmitteremꝰ: ⁊ quicquid esset canonicū faceremus. Sed videntes contrarietates hominū/ eādem causam inire voluimus. Nūc autē idem primas aliqua de consilio suo loquitur. Et valde dubium est verū pure an certe: qꝛ a coepiscopis suis impetitur: nobis modo talia loquatur. Nā qꝺ se dicit sedi apostolice subijci: si qua culpa in episcopis inuenitur: nescio quis ei episcopꝰ subiectus non sit. Cum vero culpa non exigit/ oēs ſm rationem humilitatis equales sunt. Tamen quod vestre fraternitati placet: cū predicto eloquētissimo Martino loquimini. Uos enī tractate quid agere debeat. Cui nos de causa breuiter rescripsimus: qꝛ ⁊ hominibus incognitis passim nos credere non debemꝰ. Si tamē vos qui eū

I in presenti conspicitis: et loquēdum fictus aliquid indicatis: vestre hoc charitati cōmittimus: de cuius amore in omnipotētis dei causa certi sumꝰ. Que autē vos agitis: nos egisse non dubitetis.

Gregorius Uitali defensori. Ut presidium defensionis non prestet clericis ab episcopis suis punitis pro eorum excessibus. Capitulum. lxv.

Epl̃a. lxv.

I Ndicatū est nobis qꝺ quidā caralitane ecclesie clerici disciplinā sui refugientes episcopi/ contra eū solatium tue defensionis exquirant: atqꝫ per hoc illi (quod dici graue est) contumaces existant. Quam rem (si ita est) omnino dure suscepimus. Dicitur etiam qꝺ sue actus deserētes ecclesie/ in aliorum se obsequijs ac laboribus occupantes/ vbi nomen dederūt militie/ inueniantur extranei. Experientia ergo tua nihil deinceps tale aliquid facere presumat: sed si cuiusqꝫ clerici (vt assolet) culpe casus emerserit/ in qua te sibi petere debeant adiutorē: ad eūdem episcopū reuerēter accede: ⁊ sicut cause meritū cognoueris/ apud eū non defensor culpe: sed potius intercessor existe: vt hac prouisione ⁊ poscenti feras auxilium: ⁊ iura prepositi non turbent. Si qui vero sunt qui iusta poposcerit: eis per te auxiliū sedis apostolice non est negādum. Sed tamen ita seruāda est vniuscuiusqꝫ episcopi reuerētia/ vt clericorū disciplina per defensionis tue experiētiam minime soluatur. Dictum est nobis etiam qꝺ rustici possessionis eiusdē caralitane ecclesie iura propria deserentes: in priuatorum possessionibus culturā laboris exhibeāt. Ex qua re agitur vt possessiones ecclesie proprio in alios occupato cultore deperēant: atqꝫ ad tributa sua persoluenda idonee

K non existant. In qua re experientiam tuā volumus omnino esse sollicitā: ne tale quicqꝫ fieri posthac nostra auctoritate data tibi permittere debeas: scituras qꝺ si neglexeris: nostros exinde de minori contra te sollicitudine animos commoueri. Cognouimus etiam qꝺ monasteria seruorum dei vel etiam feminarū pro suo quisqꝫ libito ⁊ diuersarum causarū executione perturbāt. quod omnino nō grate suscipimus: tuamqꝫ experientiam ex hoc cōmonemus: ne quēqꝫ hoc vsurpare denuo accepta nostra auctoritate permittas: sed vt episcopis loci ipsiꝰ sub cuius degunt moderamine: cure sit eorum causas vtilitatesqꝫ disponere. Ualde enim est incongruū: vt omisso eo/ alios quilibet eorum se causis admisceat. Sed ille eorū vitam competenti regularique debet moderatione disponere: qui pro cōmissis eorum sibi animabus compellitur reddere rationem.

Gregorius Januario episcopo caralitano. De clericis suis ei non obediētibus: ⁊ alijs multis. Capitulum. lxvj.

Epl. lxvj.

P Eruenit ad nos qꝺ quidam de vestris clericis spiritu elationis inflati (quod dici graue est) fraternitatis vestre iussionibus obedire postponant: atqꝫ in aliorū se magis obsequijs ac laboribꝰ occupantes: sue deserāt (vbi sunt necessarij) actus ecclesie.

L Ex qua re nimiū admiramur/ cur in eis ecclesiastice nō teneatis regulam disciplinē: nec eos dissolute vagantes in deuijs/ ad normā suscepti officij districti moderaminis freno restringatis. Dicitur etiam qꝺ aliqui ex eisdē contumacibus clericis/ vt defendi contra vos valeant/ ad vitalis defensoris nostri patrocinia cōuolarint. Unde ad eum scripta nostra direximus: ne quēqꝫ clericorū vestrorū cōtra vos irrationabiliter denuo audeat defensare: sed si culpe casus emerserit/ et grauis nō est/ sed veniam mereatur: intercessor apud vos magis accedere debeat qꝫ defensor. Ne ergo tale ad nos deinceps de subiectorum vestrorū contēptu quicqꝫ proueniat/ precauete. Cognouimus etiam qꝺ monasterio sancti Juliani quedam vidua suam substantiam derelinquēs/ a clerico vestro: qꝺ eiusdē defuncti mulieris actꝰ dū adhuc viueret gubernabat: ipa sit direpta substātia: nūcqꝫ callidū ad reddēdum existere. Hortamur ergo vt eū si (vt dicitur) ita verū esse patuerit/ districta faciatis executione cōstringi: quatenꝰ res monasterio derelictas restituere sine imminutione festinet: ⁊ qꝺ ad ire seruata fidei sue puritate non debuit: vel cū pudoris sui dāno reddere cōpellatur. Ut vero verecundum sit vt fraternitatē vestrā nos admonere videamur: quatenꝰ clericum suum sub disciplinē vigore constringat: credo qꝺ eadem fraternitas vestra tacita etiam ipsa consideret. Contra idolorum nāqꝫ cul-

M tores vel aruspicū atqꝫ sortilegorū: fraternitatē vestram vehemētiꝰ pastorali hortamur inuigilare custodia: atqꝫ publice in populo contra huiusmodi viros sermonem facere: eosqꝫ a tanti labe sacrilegij: ⁊ diuini intētione iudicij: ⁊ presentis vite periculo/ ad hortatione suasoria reuocare. Quos tamē si emēdare se a talibus atqꝫ corrigere nolle reppereris/ feruēti cōprehēdere zelo te volumꝰ: et si quidē serui sunt/ verberibꝰ cruciatibusqꝫ: quibꝰ ad emendationem peruenire valeāt/ castigare. Si vero sunt liberi/ inclusione digna districtaqꝫ sunt in penitentiam dirigendi: vt qui salubria/ ⁊ a mortis periculo reuocātia audire verba contemnūt: cruciatus saltē eos corporis ad desideratam mētis valeat reducere sanitatē. Indicatū etiam nobis est qꝺ laicis quibusdā curā vestri patrimonij cōmittentes: postmodū in rusticorū vestrorū depredationibus: atqꝫ per hoc ⁊ fatigationibus fuerunt deprehēsi: ⁊ reddere res (quas indecēter retinēt habitas) qꝫ sue ditionis (quippe vestre nō suppositi curationi) postponant: vobisqꝫ despiciant actuū suorū reddere rationē. Quod si ita est: districte a vobis discuti cōuenit: atqꝫ inter eos ecclesieqꝫ vestre rusticos causam examinare subtilius. Et quicquid in eis fuerit fraudis inuentū/ cū pena legibus statuta reddere cōpellantur. De cetero vero cauendum a fraternitate vestra est/ ne secularibus viris atqꝫ nō sub regula nostra degētibus res ecclesiastice cōmittātur: sed probatis de vestro officio clericis. In quibus si qd reperiri poterit prauitatis/ vt i subditis/ emēdare quod illicite gestū fuerit valeatis: quos apud vos

habitus sui magis officium commendet q̃ excusat.

¶ Gregorius Anatholio diacono constan. De his qui ex hystrie partib⁹ ad vnitatẽ fidei venerũt. Capi.lxvij.

Epl.lxvij. Latores presentiũ: qui de hystricoꝝ scismate ad vnitatẽ ecclẽe deo miserante reuersi sunt: multa de prauitate episcopoꝝ qui in illis ꝑ bus sunt: conquerũtur. Et q: ea pro re constãtinopolim festinãtes sua sibi petũt adesse debere solatia: dilectionẽ tuã his hortamur affatib⁹: vt eis saluа ratione solatiari debeat atq; occurrere: quatenus te opitulante et minus illic fatigati: quod iustũ est / facilius valeant adipisci.

¶ Gregorius Constantino episcopo Mediolanẽsi: De maximo salonitano episcopo. Capitulum.lxviij.

epl.lxviij. Maxim⁹ salonitane ecclesie p̃uaricator / postq̃ per potestates maiores seculi obtinere nihil valuit: ad minores sese cõtulit. Nobisq; tam nimietate pccõ q̃ attestatione bonoꝝ operũ preualere cõtendit. Ex quo re inhumanũ credidi: si is qui se quasi multũ timere me dicit / in aliquo tẽperatiorẽ minime inuenire potuisset. Et ideo decreui vt reuerẽtissimus frater ⁊ coepiscop⁹ noster Marinian⁹ ei⁹ cãm debeat in rauennati vrbe cognoscere. Si aũt ꝑsona eius suspecta fortean habetur / volumus vt vestra quoq; fraternitas (si et laboriosum nõ est) ad eandẽ ciuitatẽ fatigare se debeat: et cũ predicto fratre in eodem iudicio pariter sedere. Quicquid aũt vestre vtriusq; sanctitati placuerit / sciatote mihi modis omnib⁹ placiturũ: ⁊ vestrũ ego iudiciũ meũ deputo: et que vtriq; vos relaxanda esse cẽsetis / me relaxare certũ tenete. Hoc tñ sollicite pẽsantes: ne aut cũ peccato remissi / aut cũ iniuria sancte ecclesie esse videamur austeri. Huius aũt cause executionẽ Castorio chartulario iniunximus / vt ipse nobis debeat cuncta q̃ acta fuerint / subtiliter renunciare.

¶ Gregorius Eusebio thessalonicẽsi: aliisq; cõplurib⁹ episcopis. De superbia Ioannis episcopi cõstãtinopolitani ⁊ Cyriaci. Capitulum.lxix.

Epl.lxix. Ei scepti regiminis cura constringimur officii nostri sollicitudinẽ vigilanter extendere: ⁊ fratrum nostroꝝ animos sermone admonitionis instruere: vt nec ignorãtes presumptio praua decipere: nec sciẽtes dissimulatio quedã valeat excusare. Cognoscat siquidẽ fraternitas vestra Ioannẽ quẽdã Constantinopolitane ciuitatis antistitẽ / cõtra deũ / cõtra pacẽ ecclesie / ⁊ omniũ despectũ ⁊ iniuriã sacerdotũ / modestie ac mẽsure sue terminos excessisse: illicite in synodo superbũ ac pestiferũ Ecomenicon: hoc est vniuersalis sibi vocabulum vsurpasse. Quod beate recordationis pelagius decessor noster agnoscẽs / omnia gesta eiusdẽ synodi (preter illa q̃ illic de causa venerãde memorie Gregorii episcopi antiocheni sunt habita) valida omnino districtione cassauit: districtissima illũ increpatione corripiens: vt se a nouo ⁊ temerario superstitionis nomine cohiberet: adeo vt suũ illi diaconẽ (nisi tñ nefas emẽdaret) procedere ꝓhiberet. Cuius nos rectitudinis zelo per omnia inherẽtes / statuta ipsius sine refragatione deo protegente seruamus: q: dignũ est vt rectam decessoris sui viam gressib⁹ inoffensis incedat / quẽ de eodẽ loco ad reddendã rationẽ eterni iudicis tribunal expectat. In qua re ne q̃d omittere q̃d ad pacẽ ecclẽe ptinet videremur: nris eundẽ sanctissimũ Ioãnẽ scriptis semel iterũq; cõuenimus: vt amoto superbie vocabulo / cordis sui elatione ad humilitatẽ quã magister ⁊ dñs noster docuit: inclinaret. Quẽ qm̃ neglexisse cõperimus: hec eadẽ ⁊ beatissimũ fratrem ⁊ consacerdotẽ nostrũ cyriacũ successorẽ ipsius cõcordie studio non destitimus admonere. Sed quia iam (vt videmus) mũdi huius termino propinquãte / in precursione sua apparuit humani generis inimic⁹: vt ipsos qui ei cõtradicere bene atq; humiliter viuẽdo debuerũt per hoc superbie vocabulũ precursores habeat sacerdotes: hortor atq; suadeo vt nullus vestrũ hoc nomen aliquando recipiat: nullus id cõsentiat: nullus scribat: nullus vbi fuerit scriptũ admittat: vel subscriptionem suã adiiciat. Sed sicut omnipotẽtis dei ministros decet: integrũ se ab huiuscemodi venenata infectione custodiat: et callido insidiatori in se locũ nõ prebeat: qm̃ hoc in totius ecclesie iniuriã ac discissionem / ⁊ (sicut diximus) in omnium vestrũ despectũ fit. Nam si vnus (vt putat) vniuersalis est / restat vt vos episcopi non sitis. Preterea ꝑuenit ad nos: q̃ fraternitas vestra ad vrbẽ cõstãtinopolim sit cõuocata. Et q̃uis piissimus noster impator agi illic illicita non pmittat / tñ ne pueri homines conuẽtus vestri occasione percepta aut per huius nois superstitionem locũ subreptionis requirãt: aut ob aliam rem facere synodum cogitent: quatenus hoc in ea callidis machinationib⁹ inducãt: q̃uis sine aplice sedis auctoritate atq; consensu nullas queq; acta fuerint vires habeãt: verũtamen coram oĩpotẽte deo cõtestor ⁊ admoneo: vt nullus vestrum illic quibuslibet blandimẽtis: quibuslibet premiis: quibuslibet terrorib⁹ teneatur assensio: sed ꝑ eterni iudicii consideratione: aduersos vos prauis desideriis salubriter ac vnanimiter exhibete: et pastorali constantia / atq; apostolica auctoritate suffulti / predonem / truẽtẽq; lupũ excludite: et in discissionem ecclẽe seuiẽtẽ non cedite: nec de hac re quacũq; surreptione synodum patiamini (que neq; legitima quidẽ / nec synodus dicenda est) celebrari. Hoc quoq; pariter admonem⁹: vt si forte nil actũ de huius peruersi nois mẽtione fuerit: sed de alia re synodus forte colligit̃: oĩno sitis cauti: circũspecti: vigilãtes atq; sollicitissime quid illic circa locum aliquem vel personã preiudicialiter siue illicite: vel aduersus canones censeatur. Sed si quid incidẽtis vtilitatis causa tractãdũ est: sic causa de qua agit̃ formas accipiat vt statuta vetera nulla cõuellat. Unde iterum corã deo et scris ipsi⁹ admonem⁹: vt hec oĩa sũmo studio: et tota mẽtis intẽtione seruetis. Nam si qs (q̃d nõ credim⁹) scripta p̃sentia aliqua ipte neglexerit: a beati Petri aploꝝ pncipis pace se nouerit segregatũ. Ita ergo fraternitas vestra agat: vt cũ pastor pastoꝝ in iudicio venerit / de loco regiminis quem accepit: reatum habere non possit.

¶ Gregorius Maurentio magistro militum Theodorum commẽdat oppressum. Capitulum.lxx.

Epl.lxx. Ualde mirati sumus q̃ vobis in Neapolitana ciuitate positis / venire ad nos ꝓ quibusdã causis Theodorus vir memorãd⁹ presentiũ portitor cogeretur: maxime dũ in illa fere cõtra antiquum morem a fratre ⁊ coepo nostro fortunato querat̃ preiudicium ptulisse: quã ad curã dispositionẽq; patroni ciuitatis eiusdẽ gloria vestra teste asserit sine dubio ptinere. Qz si ita se res habet / oĩno cõtristamur: cur in eius vos defensione veritas non pmouit: vt ⁊ libere q̃d esset ratio diceretis: et reseruari q̃d longa sibi cõsuetudo iure vendicat faceretis. Quia ergo graue nimis est cõtra veterẽ vsum sacerdotes sibi quicq̃ arripere: vnde in laicorum videntur actus incidere: predicto fratri coepiscopoq; nostro scribere que nobis iusta visa curauimus: ipsoriũq; ad vos scriptorum exẽplar transmisimus: vt ex eis quid debeat scrutari gloria vestra cognoscat. Preterea indicauit nobis supradictus portitor: Uectano qui comes fuit in missinati castello / propterea q̃ eũ nobilẽ fuisse nouerat: et paupertate nimia laborabat: viginti vinas vini ꝑ duos annos de insula procbite: que ei vicina erat / misericordie intuitu se fuisse largitũ: ⁊ nũc eas de eadem insula successorẽ ipsius tanq̃ debitas violenter exigere. Et quoniã hoc ne deceteto tentari debeat / postulat prohiberi: gloria vestra curet addiscere. Et si hoc q̃d queritur / veritate subsistit: et hec ante cõsuetudo non fuit: huiusmodi grauamen iustitia suadente cõpescat: ⁊ studeat vt pietatis administratio in prefata insula onus preiudicii non imponat. Quia vero priuilegia ciuitatis sue / vel causas insule illius / a nobis glorie vestre petit cõmẽdandas: hortamur vt vestrã ei tuitionẽ impẽdere seruata equitate quocũq; necesse fuerit debeatis: et si qua in re vtilitas populi cui preest cõtra rationis (sicut ait) ordinem pregrauatur: imposita onera vsq; ad modũ iustitie vobis suffragãtib⁹ releuẽtur: nec priuilegia eoꝝ quolibet modo calcent̃: sed oĩa que vsus antiquitatis statuit / in omnibus intemerata seruẽtur. Ita ergo in his gloria vestra se decẽter exhibeat / vt et ipsa ptes fouere iustitie comprobetur: ⁊ hi qui cõmẽdati sunt / bona nobis vestra que de vobis cupimus semper audire / renuncient.

¶ Gregorius Passiuo episcopo firmano. Mandat consecrare oratorium sancti Sauini. Capitulum.lxxi.

Epl.lxxi. Ualerianus notarius ecclesie firmane fraternitatis tue peritoris nobis insinuatione suggessit: que habetur in subditis: in fundo visis noiuris sui iuxta muros ciuitatis firmane oratorium

G se ꝓ sua deuotione fundasse. Quod in honorē beati martyris Sauini desiderat ꝯsecrari. Et ideo frater charissime si in tue parochie memorata cōstructio iure ꝯsistit: et nullū corpus ibidē constat humatū: percepta primit⁹ donatione legitima / id est in redditu solidos tres / liberos a tributis fiscalibus / gestisq; municipalibus allegata: predictū oratoriū absq; missis publicis solēniter cōsecrabis: ita vt in eodē loco nec tpib⁹ futuris baptisteriū cōstruatur: nec presbyterū constituas cardinalem. Et si missas ibi fieri forte maluerit: a dilectione tua presbyterum nouerit postulandum: quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote vllatenus presumatur. Sanctuaria vero recepta / sui cum reuerentia collocabis.

¶ Gregorius Crisanto episcopo Spoletano: Mandat sanctuaria sancti sauini valeriano notario firmano dari. Capitulum.lxxij.

Epl. lxxij. Ualerianus notari⁹ ecclesie firmane sanctuaria beati martyris Sauini oblata petitione sibi postulat debere concedi: quaten⁹ in eius nomine oratorium proprijs cōstructū sumptibus possit solēniter cōsecrari. Et ideo frater charissime prefati desiderijs ex nostro te mandato cōuenit obedire: vt deuotionis sue in cōseruatione quā postulat / potiatur effectu.

¶ Gregorius cōstantio episcopo panormitano. Ecclesie Terracinēsis visitationē cōmittit. Capitulū.lxxiij.

Epl. lxxiij. Fraternitati vestre eccl'ie terracinēsis visitationis operā nos olim mādasse recolim⁹. Sed qꝛ puenit ad nos ꝙ peccatis facientib⁹ nec cle-

H rus illic nec plebs tāta remāserit: quib⁹ debeat interim episcopus ordinari: vtile esse ꝓspeximus eandē ecclesiā vel quicqd ipsius est / quousq; illā vt dño placuerit ordinemus: vestre deo auctore dispositioni cōmittere. Et idō sollicitudinē vos cōuenit adhibere: vt quicqd possessionibus ecclesie ipi⁹ in qualibet re accedere potuerit / vobis in reparationē eiusdem ecclesie siue cleri ipsius subuentionē proficiat: quatenus et nos remediū pro vestro labore capere / et illi aliqd valeāt sustētationis habere solatiū. Mobilia vero predicte ecclesie facta subtiliter volumus describi notitia: nobisq; transmitti: vt ex hoc qd fieri debeat / auctore dño disponam⁹. Circa act⁹ autē vel disciplinā cleri vel filiorum ecclesie ipsius magnā te habere curam necesse est: atq; ita super pastorali studio vigilare: vt de aīabus eorum non culpabilis sis: sed apud oīpotentē deum mercedē potius possis acquirere.

¶ Gregorius Maurētio magistro militū. Theodosiū abbatem cōmendat. Capitulum.lxxiiij.

Epl. lxxiiij. Filius noster Theodosius abbas monasterij qd a liberio quodā patricio in cāpanie partibus noscit esse constructū / a nobis ꝑcib⁹ impetrauit: vt eū cum cōgregatione sua vestre deberem⁹ glorie cōmendare. Asserit enī se in maiorū vigilijs vltra vires suas vehemēter affligi. Petim⁹ ergo gloriā vestrā: vt (siquidē est possibile) de eodē per vos onere releuet.

I Si vero ex toto vt nō fiat hoc est oīno difficile / vel ita illi ex nostra cōmēdatione ipsum leuigātes pōdus sollicitudinis tēperetis: vt dū in dei laudibus liberior vacare voluerit / pro vobis (cui⁹ opere vt leuationē aliquā habeat / factū est) securior valeat dñm exorare: sed et nostrā sibi apud gloriam vestrā sentiat epistolā profuisse.

¶ Gregorius Crisanto episcopo Spoletano. De ordinatione clericoꝝ Uiuanensis ecclesie. Capitulū.lxxv.

Epl. lxxv. Ante hoc bienniū fraternitati tue Uiuanēsis ecclesie visitationis deputauimus officiū: in quo de more scrinij nostri nihil vos de prouectionibus facere voluimus clericorū. Nunc vero venientes huc presentiū portitores ꝑdicte ecclesie clerici: dixerunt sacerdotes se nec in eadē ecclesia: nec in eius parochijs habere. Hortamur igitur fraternitatē tuā: vt si quidem talē potuerint reperire ꝑsonā: qui dign⁹ ad episcopalis officij apicē valeat promoueri: huc eū cū solēnitate decreti: vestrarūq; testimonio litterarū celerius dirigatis. Sin vero hoc inueniri nō potest: cum omni studio ac viuacitate ꝑsonas exquirite: qui illic ī presbyterij ordine valeant consecrari. Quorū vitā actusq; subtili pri⁹ inquisitione discutite: vt in nullo eis vel sacri canones / vel ecclesiastice regule valeant obuiare: vt hac prouisione populus illic degens cōmunione qua se priuatos ob sacerdotū necessitatē flebiliter conqueritur / recepisse se gaudeant: et in ecclesijs illis sacra missarū solēnia deesse non debeāt. Sed et pro cōsignādis infantib⁹ fraternitas tua illuc curet accedere: vt nihil sit quod pastoralis sollicitudinis neglecta vos cura remordeat.

K

¶ Gregorius Castorio notario Rauenne. De legitimo vsu pallij. Capitulum.lxxvj.

Epl. lxxvj. Dum florentinus rauennatis ecclesie diacon⁹ apud nos pro reuerētissimo fratre et coepiscopo nostro Mariniano de vsu pallij ageret: requisitus a nobis que esset antiqua cōsuetudo / respōdit ꝙ in omnib⁹ letanijs pallio Rauēnatis ecclesie episcopus vteretur. Quod ita nō esse et ab alijs didicimus: et epistolis Joannis quondā episcopi quas ei ostēdi fecimus: euidēter apparuit. Sed hoc asseruit qd dicere iussus est. Nam tēpore quo a te idē Joannes quondā episcopus est inhibitus ne pallio inordinate ac temere vti presumeret / scripsit nobis hanc fuisse priscā consuetudinem: vt ciuitatis ipsius episcopus pallio in letanijs solēnib⁹ vteretur. Quarū tibi literarū exēplaria ꝓ tua informatione transmisimus. Adeodatus vero predicte ecclesie diacon⁹ / dū apud nos tempore quo hic fuit / similiter de eiusdē vsu pallij agere enixi⁹ studeret: volētes cognoscere veritatē / eū similiter que esset cōsuetudo curauimus requirēdū. Qui vt credi sibimet suaderet: atq; a nobis valeret qd petebat exigere: sub iureiurādo testat⁹

L est: antiquā consuetudinē fuisse / vt i quattuor aut quinq; solennibus letanijs pallio ciuitatis sue episcopus vteretur. Experientia ergo tua diligenter inuigilet: et cum omni sollicitudine quot letanie solēnes ab antiquitate fuerint / requirat. Nec eas solēnes nominādo requirere studeat: sed maiores: vt ꝑ hoc qd nobis prefatus Adeodatus diaconus testatus est: et predicti Joānis epi fateatur epistola: dū cōstiterit quante letanie solēnes fuerint: quoties indui solebat in letanijs palliū cognoscētes: libentissime cōcedamus. Sed hoc nō ab illis perquirat: qui ab ecclesiasticis exhibentur: sed ab alijs quos sine fauore partis esse cognoscit. et queq; sollicita indagatiōe repererit: nobis subtiliter indicet: vt veritate (sicut diximus) cognita / fratris et coepiscopi nostri reuerentissimi Mariniani animos releuemus.

¶ Gregorius Leontio epo Erogatori. De eo ꝙ amet anima amantem se. Capitulum.lxxvij.

epl. lxxvij. In nostra mēte vestra magnitudo quāte sit dulcedinis / ex vestra (vt suspicor) mēte pensatis: quia sicut scriptū est / amat aīa amātem se. In eo ergo qd me diligitis / vos quoq; a me diligi scitis. Et ꝙ prius illuc Castorio chartulario nostro veniente / vobis minime scripsi: non torporis fuisse credite: sed egritudinis et occupationis. Nam nos et presentes vos videre cupim⁹: et absentibus colloqui saltem per epistolam desideramus. Unde et optamus vt vos beatus Petrus

M apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat: quatenus in omnipotentis dei gratia perfrui presentia vestra mereamur.

¶ Gregorius Eulogio patriarche Alexandrino. De possessione ecclesie / et lignis. Capitulum.lxxviij.

epl. lxxviij. Scripta dulcissime vestre sanctitatis latore presentium deferente suscepi: que mihi de ei⁹ causa citius terminanda locuta sunt. Sed mox vt venit: qualiter possessio quā querebat / ab ecclesia nostra teneba tur agnouit: sibiq; ipsi citius rationem reddidit. Ea autē q cū alijs habuit: sine strepitu decidit. De causa vero de qua mihi omnino scribendū fuerat / nihil vestra sanctitas scripsit: in qua me et tardum esse iudicauit: que ne fortasse i scādalo diuisionis erūperet / eiusdē diuisionis nolui auctor existere. Elegi enim vt ea que secutura sunt / per alios exirēt. Sed subsequēti tempore (deo auctore) ꝓbabitis: qꝛ in causa i qua deo placere cupio / homines non formido. De qua vobis iam etiam in Constātinopolitanā vrbē venientib⁹ scribere curaui. Ligna vero (sicut beatitudo vestra scripserat) maiora parauerā: sed ita parua nauis huc transmissa est / vt nisi recisa ea secū ferre nō posset. Que recidi nolui: sed vestro iudicio quid de his fieri debeat reseruari. Si aūt non sunt necessaria hic / ea in alijs vsib⁹ aptamus. Peto aūt vt pro me enixi⁹ vestra sanctitas orare debeat: qꝛ et podagre doloribus⁹ et barbaroꝝ gladijs: et curarū afflictionib⁹ incessanter premor. Sed si mihi oratiōis vestre opē impendistis /

A credo q̄ me contra aduersa omnia fortiter inuenis.

¶ Gregorius Mariniano episcopo Rauenne. Quid de maximo agendum sit. Capitulum.lxxix.

Epi.lxxix. Que de causa Maximi sint agēda: ex epistolis quas ad vos ante transmisimus/agnouistis. Sed q̄ qualis hac de re fraternitatis vestre voluntas sit/ac magis petitio: presente latore Castorio chartulario nostro renūciante cognouim⁹: ideo si idem Maximus corā vobis ꝛ ꝑdicto chartulario nr̄o de simoniaca heresi ꝑstito se sacramēto purgauerit: atq̄ ꝺ alijs ante corpus sancti Apollinaris (sicut scripsimus) tm̄modo requisit⁹/liberū se esse respōderit/causam ipsius/fraternitatis vestre/ de eo q̄ excōmunicat⁹ missarū solēnia agere ꝑsumpsit/iudicio cōmittimus: qua debeat penitētia talis culpa purgari. Et ideo quicquid vobis ſm deū placet/securi disponite: nec aliquid de nobis dubiū habeatis. Nam si quid a vobis hac de causa fuerit ordinatum/nos ꝛ grate suscipimus/ꝛ libēter admittim⁹. Hortamur tn̄ vt debeatis esse solliciti: ꝛ ita que sienda ꝑspicitis tēperetis: quaten⁹ ꝛ illi qđ videbitur benigne ꝑstetis: ꝛ vigoris ecclesiastici geniū (vt oportet) cōgrua dispēsatione seruetis. Suprascriptū vero portitorē in presenti qđ vobiscū ei sit agendū instruximus. A quo cūcta subtiliter addiscētes/sic vos in oīb⁹ exhibete/ vt in vr̄a sollicitudine nostram fuisse presentiam sentiamus.

B ¶ Gregorius Castorio notario. Post penitētiam cōsolatoriam maximo dare iubet epistolam. Capitulum.lxxx.

Epi.lxxx. Quanto credi tibi a nobis/ꝛ necessarias vides causas iniungi/tāto te strenuū debes ꝛ sollicitum exhibere. Proinde si Maximus salonitanus ꝑdicto sacramēto firmauerit simoniaca se heresi non teneri: atq̄ de alijs ante corpus sancti Apollinaris tm̄modo requisit⁹ innoxiū se esse respōderit: ꝛ de inobedientia sua penitētiā (sicut deputauimus) egerit: volumus vt ad cōsolandū illū epistolam quā ad eū scripsimus (vbi ei ꝛ gr̄am nostrā: ꝛ cōmunionē nos reddidisse signauimus) experientia tua dare debeat: quia sicut in cōtumacia persistētib⁹ seueros nos esse cōuenit/sic iteꝝ humiliatis ꝛ penitētib⁹ negare locū venie nō debemus. Preterea de fratre nostro Sauiniano episcopo Jadertino/atq̄ Honorato archidiacono salonitano vel alijs qui se ad sedem apostolicam contulerunt cū eodē Maximo/omnino studiose agēdum est: vt illos in ea qua decet charitate suscipiat: ꝛ dolorē contra eos nullo modo in corde retineat: sed pura cum eis gratia ꝛ sincera dilectione viuat.

¶ Gregorius Maximo salonitanensi episcopo. De vsu pallij concesso. Capitulum.lxxxi.

Epi.lxxxi C Quamuis culpabilibus ordinationis tue primordijs graue malum per inobediētie culpā addideris/nos tamē sedis apostolice auctoritatem eo quo decuit moderamine tēperantes/nūq̄ cōtra te vsq̄ adhuc (vt causa poscebat) exarsimus. Sed vt longius se ingratitudo nostra quā tu tibi excitasti produceret: credita nos sollicitudo vehemēter angebat: ne quedam illicita que de te audieramus/negligēter omittere videremur. Que si bene consideres/ipse per te satisfacere differendo firmabas: atq̄ ex hoc aduersum te zelum nostrum acrius incitabas. At vbi tandem salubri consilio vsus/iugo te obedientie humiliter submisisti: et tua dilectio penitentiam agens/digna se (vt putauim⁹) satisfactione purgauit/redditam tibi gratiam fraterne charitatis intellige: atq̄ in nostro te receptum cōsortio gratulare: quia sicut perseuerantibus in culpa districtos: ita resipiscentibus nos benignos esse decet ad veniam. Postq̄ ergo fraternitas tua apostolice sedis cōmunionem se reparasse cognouit: personā ad nos transmittat: que pallium tibi deferendum ex more percipiat. Nam quemadmodum illicite perpetrari non patimur/sic que sunt consuetudinis non negamus. Licet aūt ad hec concedenda dispensatio nos loci nostri vocauerit/multum tamen a nobis petitio dulcissimi atq̄ excellentissimi filij nostri domini Galinici exarchi vt temperantius erga te ageremus/exegit. Cuius charissimam volūtatem nec pertulimus/nec potuimus contristare.

¶ Gregorius Anatholio diacono Marcellinum commendat. Capitulum.lxxxij.

Bonis deuotisq̄ filijs ita nos exp̄e dignū est rīdere: vt q̄ debitū reddim⁹/id qđ vltro nos cōuenit impēdere/duplicem⁹. Quia igitur lator presentium filius noster magnificus Marcellinus sic in causa fr̄is ꝛ coepiscopi Maximi atq̄ hystricoꝝ exhibuit/et in ecclesie nostre vtilitate festinat impēdere/ vt sinceritatis sue affectū non solū verbis sed etiā opere magis magisq̄ valeat demōstrare: iccirco dilectionē tuam his hortamur affatib⁹: vt ei in vrbe regia venienti toto studio/totaq̄ intētione occurras: atq̄ cū ita in omnibus tuis studeas solatijs adiuuare/vt oportētis dei ac tuis fult⁹ auxilijs/minus illic debeat laborare. Que etiā ita sicut reuera nostrū propriū attēdere: atq̄ ei affectū mee charitatis in omnib⁹ studebis impēdere: quatenus ꝛ de preteritis sibi vicem redditā recognoscat: et magnā de futuro deuotionis sue (quā ecclesiasticis exhibere vtilitatib⁹ pollicetur) spē possit retributionis assumere. Quū vero (quātum didicimus) predictū magnificū filiū nostrum serenissimus dn̄s imperator ad sua sub festinatione iusserat vestigia properare: ꝗ̄sua opportunitate inferre te cōuenit: q̄ non inobedientie culpa: sed fratris ꝛ coepiscopi nostri Maximi eū causa retinuit. Que etsi tarde sinem tn̄ eo studēte pcepit. Hoc aūt dilectionē tuā volumus sollicite attēdere: ne se in quacūq̄ causa vbi grauamen est pauperum/misceri ꝯsentiat: ne forte potētia personarū aliquatenus pressus/cogatur agere quod anime illius non possit expedire. Cuncta ergo cum dei timore tractans: eternam maxime mercedem perpendite.

¶ Gregorius Fantino defensori. De molestia Januarie ab anastasio. Capitulum.lxxxiij.

Epi.lxxxiij Januaria presentiū latrix maximā se molestiā ab ingenuo Anastasio atq̄ Bonifacio ꝑtra iustitiam pati cōmemorat: adeo vt de possessione quā per plurimos ānos asseritur possedisse: eā (sicut ipsa ait) nitātur expellere. Et q̄ cōtra eos se ecclesiastica debere petijt tuitione defendi: experientia tua ꝑdictos viros ad se euocet: eosq̄ admoneat: vt mali facere nihil ꝑsumant. Sed si quid sibi cōtra suprascriptā mulierē credunt iuste posse cōpetere/iudices cū ea eligant: ꝛ que inter eos fuerint diffinita: tuo pro quiete partium solatio compleantur. Si vero eos differre cognoueris: antefate mulieri (salua equitate) tuitionē impēdas: et eā contra rationis ordinem nullo mudo grauari permittas.

¶ Gregori⁹ Fortunato episcopo Neapolitano. Januarie reliquias sanctorum Seuerini ꝛ Juliane dare iubet. Capitulum.lxxxiiij.

Epistola lxxxiiij. Januaria religiosa femina: petitoris nobis insinuatione suggessit: quod habetur i subditis: in massa furiane iuris sui oratorium se ꝓ sua deuotione fundasse: quod in honorē sanctoꝝ Seuerini cōfessoris/et Juliane martyris desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tue parochie memorata constructio iure consistit/ꝛ nullum corpus ibidē constat humatum/percepta primitus donatione legitima/id est in reditu prestantes libetos a tributis fiscalib⁹ solidos decem/gestisq̄ municipalibus alligata: predictū oratorium absq̄ missis publicis solēniter consecrabis: ita vt in eodē loco/nec futuris tēporibus baptisterium constituatur/nec presbyterum constituas cardinalem. Sed si missas ibi fieri suprascripta conditrix forte maluerit/a dilectione tua presbyterum nouerit postulandum: quatenus nihil tale a quolibet alio sacerdote vllatenus presumatur. Sanctuaria vero suscepta sui cum reuerentia collocabis.

¶ Gregori⁹ Fortunato episcopo Neapolitano. Januarie reliquias sanctorum Seuerini ꝛ Juliane dari iubet. Capitulum.lxxxv.

Epi.lxxxv. Januaria religiosa femina sanctuaria beatoꝝ Seuerini cōfessoris/ꝛ Juliane martyris oblata petitione sibi postulat debere concedi: quatenus in eorum nomine oratorium proprijs sumptibus constructum possit solēniter consecrari. Et ideo frater charissime presate Januarie desiderijs ex nostra te preceptione conuenit obedire: vt deuotionis sue in cōsecratione quam postulat potiatur effectu.

¶ Gregorius Cōstantio episcopo Mediolanen. De reliquijs sanctorum Joannis et Pancratij martyrum. Capitulum.lxxxvi.

G
epi.lxxxvj

LAtor presentiū Eventius diaconus fraternitatis vestre nobis talis intimat sibi a vobis iniuncta: vt reliquias beati Pauli apostoli: sed et beatorum Joānis et Pancratij per eū ad vos dirigere deberemus. Quam petitionem vestrā curauimus effectui mancipandam. Fraternitas ergo vestra solito studio perscrutari non differat: quatenus in locis quib⁹ ꝓdende sunt: luminaria vel alimonia ibidē seruientium ante dedicationem loci ipsius debeant profligari/ ⁊ sic in eisdē locis directa/ sanctuaria sui cū reuerentia collocentur: ne loca deo dicata si predicta ꝓuisio omissa nunc fuerit/ futuris tēporibus destituta (quod absit) seruientium reperiantur obsequijs.

Gregorius Fortunato episcopo Mediolanēsi. De visitatione Cadinēsis ecclesie. Capitulum.lxxxvij.

Epistola lxxxvij.

COgnoscētes ecclesiam cadinēsem diu sacerdotis proprij regimine destitutā/ fraternitati tue eiusdē ecclesie visitationis operā solēniter delegamus. Quā ita te conuenit exhibere: vt nihil de prouectionib⁹ clericoꝝ/ redditu/ ornatu/ ministerijsq; vel quicquid illud est i patrimonio eiusdē/ a quoq; psumat eccl'ie. Et ideo fraternitas tua ad predictā eccl'iā ire ꝓperet: ⁊ assiduis adhortatiōib⁹ cleꝝ/ plebēq; eiusdē eccl'ie admonere festinet/ vt remoto studio/ vno eodēq; ꝯsensu talē sibi pficiendū expetāt sacerdotē: qui ⁊ tāto ministerio dign⁹ valeat reperiri: ⁊ a venerādis canonib⁹ nullaten⁹ respuatur. Qui vō fuerit postulatus/ cū solēnitate decreti oim subscriptionibus roboratt/ ⁊ dilectionis tue testimonio litterarū ad nos sacrād⁹ occurrat. Cōmonētes etiā fraternitatē tuā: vt nullum de altera eligi pmittas ecclesia: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis: in que visitationis ipēdis officiū: null⁹ ad episcopatū dign⁹ (qđ euenire nō credim⁹) potuerit inueniri. Prouisur⁹ añ oia ne cuiuslibet ꝯuersationis seu meriti laice psone aspirare psumāt: et tu periculum ordinis tui (quod absit) incurras.

H

Gregorius clero/ ordini/ ⁊ plebi consistēti Cadinas. De episcopo eligendo. Capitulum.lxxxviij.

Epistola lxxxviij.

COgnoscentes ecclesiam vestrā diu sacerdotali regimine destitutā/ cure nobis fuit eiusdem ecclesie visitationem fratri et coepiscopo nostro Gaudioso Egubine ecclesie solēniter delegare. Cui dedim⁹ in mādatis: vt nihil de prouectionib⁹ clericorum/ redditu/ ornatu/ ministerijsq; a quoq; vsurpari patiatur. Cui⁹ vos assiduis adhortationibus cōuenit obedire: et remoto strepitu: vno eodēq; cōsensu talē vobis pficiēdū expetere sacerdotē: qui ⁊ a venerādis canonib⁹ nullo discrepet ratiōe: ⁊ tāto ministerio dign⁹ valeat reperiri. Qui vō fuerit postulat⁹/ cum solēnitate decreti oim subscriptionib⁹ roboratt: ⁊ visitatoris pagina ꝓsequēte ad nos veniat ordinād⁹. Prouisuri ante oia/ ne cuiuslibet vite vel meriti laicam personā presumatis eligere. Et non solū ille ad episcopat⁹ apicem nulla ratione ꝓuebatur: verūetiam vos nullis intercessionibus veniā promereri posse cognoscite. Sed oēs quos ex vobis de laica ꝑsona aspirasse constiterit: ab officio et a cōmunione alienos faciendos proculdubio noueritis.

I

Gregorius Seuero episcopo Anconitano. Visitationem iniungit Ausine ciuitatis. Capitulum.lxxxix.

Epistola lxxxix.

POstq; ciuitas Ausina deo iuuāte recuperata est: atq; a republica teneri dinoscit: magna de ecclesia ipsa sollicitudo habenda est: maxime quia gloriosus filius noster Baban magister militū a nobis pro hac re auxilium sperasse dinoscitur: atq; ideo ad fraternitatem tuā presentia curauimus scripta dirigere: vt eidem ecclesie ex more visitator accedas. Quam ita te conuenit exhibere: vt nihil de prouectionibus clericorum ⁊c. vt supra epistola.lxxxvij.

Gregorius clero/ ordini et plebi Ausine ciuitatis. De eligendo episcopo. Capitulum.xc.

Epi.xc.

COgnoscentes ecclesiā vestrā diu pastorali sollicitudine destitutā: postq; ciuitatē vestrā recuperatā/ ⁊ in iure reipublice (auxiliante dño) cognouimus restitutā: cure nobis fuit ecclesie vestre visitationem fratri ⁊ coepiscopo nostro Seuero Anconitane ciuitatis solēniter delegare. Cui etiā dedimus in mādatis ⁊c. vt supra epistola lxxxviij.

Gregori⁹ Fortunato episcopo Neapolitano. De abbate instituendo. Capitulum.xci.

K
Epi.xci.

QUia seruorū dei pater quē in neapolitana ciuitate trāsmiserā: deo (sicut ei placuit) disponente defunctus est: visum mihi est latorē presentiū Barbatianū monachū pro eorūdem monachorū gubernatione trāsmittere. Quē ad psens prepositū esse decernim⁹/ vt si ei⁹ vita tue fraternitati placuerit: hunc post aliquātū tpis eoꝝ patrē debeas ordinare. Sunt eni bona q in eo placeāt. Sed hoc est in illo vehemēter vitiū: q valde sibi esse sapiēs videt. Ex qua radice quāti rami peccati valeāt prodire: pariter agnoscit. Tua itaq; fraternitas circa eū sollicite inuigilet: ⁊ si hunc cautū in regimine: ⁊ humilē in suo sensu fieri cognouerit/ tūc eum ad abbatis honorē (deo auctore) pducat. Si vō min⁹ in hūilitate pficit: ei⁹ ordinationē differat/ mihiq; renunciet.

Gregorius Victori epō Panormitano. De ordinando sacerdote in monasterio Precoritano. Caplm.xcij.

Epi.xcij.

DEsiderium quod ad religiosum propositū: et animaꝝ salutē pertinere monstrat: sine aliqua (deo auctore) est dilatione complendum. Et ideo q monachorū cōgregatio que in monasterio Precoritano cōsistit/ pro sacris missarū solēnibus peragendis presbyteri indigere probatur officio: atq; de sua sibi cōgregatione in hoc ordine postulent consecrandū: fraternitatē vestram scriptis presentib⁹ adhortamur: vt eū quē sibi de cōgregatione sua vnanimes duxerūt eligendum/ in predicto monasterio sine mora vel excusatione aliqua presbyterū debeat ordinare: atq; cū nec in ecclesia/ nec in loco alio obseruare: sed illic iugiter permanere et nostre quoq; auctoritate constituat: quatenus ⁊ ille dum alibi non fuerit occupatus/ in officio suo assidu⁹ possit ⁊ vtilis inueniri: et cōgregatio que sibi eum posset ordinari/ quotiens necesse fuerit/ ipso sacrificij solēnitatē veneratione debita celebrante: valeat refoueri.

L

Gregorius Basilio. De schismaticis. Caplm.xciij.

Epi.xciij.

MUltum cor nostrum vestre magnitudini congaudet: q sic vos studiosos in vestris actionibus inuenim⁹: vt vobis apud homines gloriam: ⁊ apud omnipotentē deū premia mercedis acquiratis. Inter alia igit laudāda que agitis/ qualiter vos contra hystricorum schisma pro vnitate ecclesie amoris olim feruor accēderit: ⁊ multoꝝ testificatione/ ⁊ nostrorū modo plene relatione cognouim⁹. Unde redēptoris nostri misericordiā exoram⁹: vt sua vobis in oibus gratia suffraget: ⁊ effectu vos implere tribuat: qđ velle concessit. Quia ergo hec in re tanto cōmoda retributionis accrescit: quāto ⁊ studiū laboris augetur: paterna dilectione salutātes: hortamur vt opportunitate occasionis inuēta: efficaciā vestrā exercere enixius debeatis. Atq; id modis qb⁹ possibile fuerit omni studio agere ꝑtendatis: quaten⁹ predicabile desideriū vestrū de reuersiōe erraiantiū adiuuāte dño cōpleatis. Presentiū vero portitorē Castoriū chartulariū nostrū: quē pro quibusdā illic causis trāsmisim⁹: magnitudo vestra vt bona sua multiplicet/ suis in oibus studeat solatijs adiuuare. Omnipotens de⁹ sua vos ꝓtectione cū filijs ⁊ omni domo vestra ab omni aduersitate tueatur atq; custodiat: vobisq; ⁊ ꝑsentis vite prosperitatem: et letitiam future concedat.

M

Gregorius Mastaloni. De zelo eius iusto ꝓ domino. Capitulum.xciiij.

epi.xciiij.

REsponsalium vestroꝝ relatione comperimus: q pro amore vnitatis ecclesie tantus vos diuini zeli ardor accēderit/ vt quoscūq; valueritis nō desinatis ad sinū matris ecclesie reuocare: atq; vt bonus fidelisq; famul⁹ lucrum quotidie de accepto dono/ domino ⁊ redēptori nostro cū summa mentis intētione facere nō desistatis. Et quidē vestientē ad nos vt potuim⁹ ex corporalis visus ostēsione vidicim⁹: bonū vero qđ ex diuina inspiratione in mētis tue charitate manebat occultū: desiderabilius nūc operis attestatione cognoscimus. Unde diuine misericordie gratias ineffabili laude reddentes: hortamur dilectionē tuam: atq; quib⁹ valemus admonitionibus confortamus: vt quātū te acceptū talentū occultātis pena perturbat: tantū lucrum facientiū atq; per hoc de celestis regni pceptione letantiū dñice vocis inuitatio te desiderabiliter ad petenda corroboret. Scire te nāq; dilectissime fili cōuenit: q fructus hui⁹ quē apprehēdisti studij/ retributiōis sue nō careat fine. Et ideo ꝑpedictū te nulla/ vel si est/ debet pterire

A tas perturbare:qꝛ quãto ex difficultate cause bonũ perfici dño cooperante valuerit:tanto tibi erit ⁊ gloriosius retributionis spes. Excellentior nãq; nescitur ex desperatione victoria/quecũq; fuerit laboris nimij adepta sudoribus. Cognouimus etiam ꝙ Theodosius filius noster tui sequax:bonitq; cooperator studij/pariter tecũ in sollicitudine lucrandarum animarũ solerter inuigilet. Cui omnipotentẽ deũ intercessione beati Petri apostolorum principis retributorẽ citius esse confidimus.

¶ Gregorius Gulfari magistro militũ. vt melius quotidie proficiat. Capitulum.xcv.

Epl.xcv. Latores presentiũ de Histrie ad nos partib⁹ venientes/tanta nobis bona glorie vestre retulerunt/vt in reddendã nos vobis gratiaꝝ actionem vehementer accẽderent. Cognouimus nãq; ꝙ inter curas iniũcte vobis gubernationis illarũ partiũ precipuam de animarum lucris sollicitudinẽ habeatis: ⁊ ita errantium corda ad vnitatẽ festinare vos ecclesie reuocare:vt quantum ad desideriũ vestrum pertinet:nullum illic ab apostolica segregatũ remanere velitis ecclesia: tantusq; vos beati Petri apostoloꝝ principis amor accenderit: vt oues ipsius cui a dño omniũ creatore sunt tradite/summo redintegrare cũ desiderio cupiatis. Habe gloriosi fili ex tanto taliq; opere presũptã de diuina retributione fiduciã:in qua vos nõ solum nostra adhortatio: sed apostolicus quoq; sermo confirmat:qꝛ is qui cõ-

B uerti fecerit peccatorẽ ab errore vie sue/saluabit animã eius a morte:⁊ operit multitudinẽ peccatoꝝ. Quantalibet enĩ sit tẽporalis affluentia vel certe prosperitas/habet finẽ suum terminũ mortis. Hoc vero qđ de aiarum lucris apprehẽdistis studiũ:tenet fixam spei sue certitudinem/eterne sancte vite retributionẽ. Quapropter paterno salutationis affectu hortamur gloriã vestrã: vt ꝓ vnitate sancte fidei zelũ quẽ vobis ipse vnitatis auctor tribuit/studiosi⁹ peragatis: et quousq; potueritis/in sinum matris ecclesie ab schismatis sui reuocãtes errore/adhortatione cõtinua foueatis. Hoc etiã peragẽtes: vt et quos per vos dñs suo ouili redintegrari ꝓcesserit:ita defensionis vestre solatijs ꝓtegatis/vt nõ sit quo hi qui adhuc in errore sunt positi/reuertẽtes ad salubre consilium valeant applicare. Dum enĩ vos causas dei in terra agitis:ipse ⁊ hic actus vestros protectionis sue feliciter ope disponit:⁊ in eterna vobis vita quam cupitis/ꝓ tanto bono vestro retributio existet.

¶ Gregorius Romano defensori. De histrianis ad vnitatem ecclesie reuersis. Capitulum.xcvj.

Epl.xcvj. Presentium portitores huc de histrie partib⁹ venientes/ad episcopũ suũ:qui nũc in Sicilie degit partibus:cũ nostro se peruenisse solatio poposcerũt. Quos hinc ordinantes fecimus ambulare.

C Suscipiẽs ergo eos experiẽtia tua ordinet qualiter ad predictũ episcopũ suũ velocius valeant puenire:ne sicut astruũt/schismaticorũ illarũ partiũ eos alij ad ꝑsuadẽdum preueniãt. Quãtũ enim indicant: ipse episcopus ꝓ vnitate fidei ad nos habet desideriũ veniendi. Concurrendũ ergo illis est:vt bona que cupiunt/dño adiuuãte valeãt perficere. Sed experiẽtia tua aut per se si in vicino est:aut suis epistolis eũdem epm̃ adhortet̃/ vt propiciante dño/ad apostoloꝝ limina ꝓperare festinet:sciturus ꝙ a nobis cũ omni suscipiat̃ affectu. Cui expensam itineris qualiter ad nos veniat/prebere te volum⁹. Sin vero onerosum illi est huc venire:et Siciliam habitare disponit:atq; i vnitate ecclẽie apđ scripturaꝝ ꝑuersores cũ cautela ꝑmanere ꝑsentit:⁊ hoc nobis tua suggestione indicare nõ differas:vt qualiter illic cõsultũ habeat/expensare auxiliãte dño disponamus. Sed ⁊ harũ latores quẽadmodũ ad episcopũ suũ veniãt/tue cõcursionis sit atq; solatij:vt venientes a nobis nihil minus sentiant.

¶ Gregorius Gallinico exarcho Italie. De schismaticis ad ecclesiam redeuntibus. Capitulum.xcvij.

Epl.xcvij Apud excellentiã vestrã tanto nobis que petimus:velut impetrata iam credim⁹:quanto et hoc qđ petit̃/ab officio nr̃o non discrepat: et vos inter curas fluctuationũ seculariũ eterne quoq; ex hoc cumul⁹ retributiõis expectat. Harũ siquidẽ latores de Histrie ad nos partib⁹ venientes/schismaticorũ inter quos erãt positi vitãtes errorẽ: vnitati ecclẽie subdi salubriter cupierũt. Quorũ boni intẽtionẽ operis ꝑ-

pendẽtes:in sinũ matris ecclesie ꝓpetenti cũ exhortatione suscepimus:eosq; nostre desiderãtes ecclesie militare grate cõcessimus. Premisso quapropter excellentie vestre paterne salutationis affectu:petimus vt eos ꝓ bono desiderij sui quo ad apostoloꝝ principis petrã solidã cõcurrerũt:ne fluctuãtium adhuc erroribus mixti naufragium desperate salutis incurrerẽt/habere dignemini cõmẽdatos:quatenus ad ꝓpria remeantes/nullis ꝓpter hoc bonũ qđ appetisse noscitur: ꝑuersorũ inquietudinibus perturbentur:sed magis in oib⁹ auxiliũ vestre tuitionis inueniãt:vt ex eorũ quiete/aliorũ adhuc in schismate positorũ corda flectãtur:atq; horũ per bonũ vestri patrocinij prouocati sequaces existant. Ad augmẽtũ nãq; mercedis vestre ꝑtinet/si inter curas bellicas sicut corpus ab exteriori hoste:sic animam ab interni insidiatoris impugnatione protegatis.

D

¶ Gregorius Mariniano epo Rauẽne. De schismaticis ad ecclesie vnitatem reuersis. Capitulum.xcviij.

epl.xcviij. Latores presentiũ ad nos de Histrie partib⁹ veniẽtes/vnitati se ecclesie subdi auxiliante dño cupierunt. Quos pro sui laude desiderij cũ affectu suscepimus:eosq; de cõseruatione adepte vnitatis premisse exhortatione nostre quoq; (sicut eorũ desiderium erat) ecclesie fecimus militare. Quos fraternitas vestra gratẽter excipiat:eisq; opẽ vt exegerint libẽter impẽdat: quaten⁹ ad propria reuertentes/nullis (vt boni operis sui peniteant) ꝑuersorũ inquietudinib⁹ fatigent̃. Magis aũt apud excellentissimũ filiũ nr̃m Exarchũ id studiosius peragite:vt suis illos iussionib⁹ apud eos quorum illic interest securos in omnibus reddat:vt horum quiete aliorũ quoq; adhuc in schismate positorũ animi ad conuersionis gratiam prouocentur.

E

¶ Gregorius habitatoribus Capree insule. De episcopo eis constituendo. Capitulum.xcix.

Epl.xcix. Redẽptor noster dei hominũq; mediator cõditionis humane nõ immemor/sic imis summa cõiungit:vt ipse in vnitate ꝑmanẽs/ita tẽporalia occulto instinctu pia cõsulẽs moderatione disponat: quaten⁹ de ei⁹ manu antiqu⁹ hostis nullaten⁹ rapiat/quos ante secula intra sinũ matris ecclesie eos durandos esse prescivit. Nã etsi quisq; eorũ inter quos corporaliter degit/flatib⁹ motus ad tẽpus vt palmes titubet/radix tñ recte fidei q ex occulto prodit/diuino iudicio virẽs manet:que accepto tẽpore fructũ de se ostentare valeat qui latebat. Quod in vobis nũc ex desiderio vestro gestum esse superni respect⁹ illustratiõe cognoscim⁹: q schismaticorũ inter quos habitatis ꝑniciẽ refutantes/eos dunari ouili dñico mente ꝓptissima ipsa rei operatione mõstratis. Quib⁹ enĩ scissura displicet/sanos velle se esse testãtur:⁊ reprobãtes errorẽ/ostẽditis vos amare quod rectũ est: vitare qđ deuium. Hinc est ꝙ nos et vestra vndũ directa petitio/et latorũ presentiũ respõsaliũ vestrorum salubria postulantiũ letificauit aduẽtus:ꝓ quos significastis vos ⁊ deuios reprobare gressus errãtiũ:⁊ rectum salutis iter querere/ꝓ qđ vnitati vos sancte ecclẽie reformãtes/ad retributionẽ bene operãtium/qui intra eius sinũ cõstituti sunt debitã/tẽderetis. Vñ sic laudabilẽ/vestreq; interniũ aĩe ꝓfuturã volũtatẽ vestrã cum omni gaudio sum⁹ libẽter amplexi. Hoc cũ dñi auxilio disponẽtes: vt siquidẽ episcopus quẽ vobis in vr̃a reformari petiueratis ecclẽia/a schismaticorũ lapsu se segregans/ecclesie voluerit vnitati coniungi:fratri et coepo nostro Mariniano euidẽter scripsim⁹ qualiter petitionẽ vestrã ex nostra auctoritate debeat confirmare. Sin vero (quod optandũ a nobis nõ est) ab illorũ se noluerit schismate separare/idẽ quomodo vestra ecclẽia propriũ habere valeat sacerdotẽ/ꝑdicto fratri ⁊ coepiscopo nostro scripsimus:quatenus in vtroq; ⁊ pia mentis vestre deuotio sortiatur effectũ:⁊ grex dominicus contra insidiantis inimici iacula sit securus.

F

¶ Gregorius Felici in Sicilia. Cõqueritur ab ecclesiasticis possessiones fuisse occupatas. Capitulum.c.

Epl.c. Susceptis magnitudinis vestre epistolis cõtristati sumus:ꝙ ab actorib⁹ ecclesie Syracusane quasdã possessiões (quas vos tenuisse dicitis) occupatas irrationabiliter indicastis. Sed credim⁹ qꝛ hoc ad fratris ⁊ coepi nostri Joannis notitiã nõ peruenit. Nã absolute poterat cognita veritate si quid illicite fa-

G ctum est/emēdare. Et ideo qr legali prouisione decretū est tam momēti ꝙ proprietatis causam in vno eodemq; iudicio debere cognosci: nec nos cōtra laudita aliquid possumus definire: predicto fratri nostro scripsimus/ vt actores ecclesie sue deputare debeat: q nobiscū sine mora electorū possint subire iudiciū: ne aut vos res vr̄as sine cognitione (sicut querelā facitis) amittere: aut pars altera videatur ꝑiudiciū sustinere. Gloria ergo vestra nullas in eligēdo iudices moras interserat aut difficultates: vel differat ad causam accedere. Nam omino de supradicti fratris ꝛ coepiscopi nostri moribꝰ certi sumus: qr facere quicquid rationis ordo exegerit / non recuset.

Gregorius Joanni episcopo Syracusano. Ut cū felice iudiciū subeat. Capitulum ci.

Epl.ci.

Felix vir memorādus fulsnebis epistolis ꝙ stus est: fraternitatis vestre actionarios possessiones quas tenuerat / illicite et ꝯtra iuris ordinem ꝑuasisse: petēs ablatas sibi restitui: ꝛ se cū eis (si tñ causam voluerint dicere) paratū esse i iudicio sine aliqua dilatione ꝯsistere. Quod si ita est: qr quid legalis rō habeat nō nescit: oportet vt oī mora postposita / actores vestre ecclesie deputetis / vt cū eo debeant eligere cognitores: qui tam momēti ꝙ pncipalis rei questiones cognoscere valeant ꝛ finire: ne si qualibet occasione dilatū fuerit: ꝛ ipse pati preiudicium / ꝛ partes ecclesie non habere iustitiam videātur. Ita ergo agite / vt sub omni celeritate iudiciū eligaf. Nā nos sic causas ecclesie vestre fieri volumus / vt nec dispēdiū cōtra equitatē sustineat: nec ad vestram possit aliquid inuidiam sustinere.

H

Gregorius Theodoro curatori Rauēne. De pace facta cum longobardis. Capitulum.cij.

Epl.cij.

Licet multa de vobis ad nos olim (referētibꝰ respōsalibus nostris) que animos nostros letificarēt peruenerint: nūc aūt remeans filius noster Probus abbas / tāta de glorie vestre amplꝰ charitate retulit / quāta de bono reuera ꝛ xp̄ianissimo decet filio ꝑdicari. Et qm̄ tm̄ sib affectū impēsum ac tāe studium i ordinādā pace vos habuisse narrauit: quale nec in nostris ciuibꝰ q illic ante inuēti sunt extitit: superne ꝑtectionis miam postulamus / vt hāc vobis vicē in corpore ꝛ in aīa hic et in futuro retribuat: qui pro multorū salute vigilanter agere que erant vtilia nō cessastis. Indicamus itaq; arnulphū de seruāda pace: nō vt rex ipsius iurauit: sed sub ꝯditione si sibi in quoq; excessum nō fuerit: aut si nullus cōtra Arogis exercitū ambulauerit: sacramenta ꝑstitisse. Quod qr omnino iniquū ꝛ dolosum est / nos tanq; si nō iurasset putamꝰ: qr in aliquid parum facilē sibi exercendi occasionē inueniet: ꝛ plus nos si de eo suspecti nō fuerimꝰ / decipiet. Unanimi frida vero ad cuiꝰ consiliū idē arnulfus cūcta agit / oīno iurare despexit. Et id contingit vt ex pace quā multū desiderauimꝰ / nos in his partibus nullū pene remedium habere possimus: qr de eisdē hostibus de quibꝰ suspecti nūcusq; fuimus: adhuc et in posterū suspecti sumus. Cognoscat preterea gloria vestra homines regis qui huc trāsmissi sūt / imminere: vt in pacto debeamꝰ subscribere. Sed recordātes corū que Agiluiphus Basilio viro clarissimo consulis super nos in beati Petri dixisse ferf iniuris: quāuis hoc penitus idē Agilulphus negauerit: a subscriptione tñ abstinere ꝑcauidimus: ne nos qui inter eū ꝛ excellētissimū filium nostrū dominū exarchū petitores sumus et medij: si quid forte clam sublatū fuerit / falli in aliquo videamur: ꝛ nostra et promissio in dubium veniat: ꝛ si qua de futuro (quod absit) necessitas fuerit / occasionē inueniat: qualiter nostre petitioni consentire non debeat. Et ideo petimus vt sicut et a predicto filio nostro excellentissimo poposcimus / gloria vestra ea qua nobis charitate vīcta est pagat: quatenꝰ anteꝙ homines ipsi ab Arogis reuertātur: rex eis sub festinatione scripta transmittat: que tñ ad nos deferātur: in quibꝰ eis ꝑcipiat vt nos subscribere nō petāt. Sed si tantū est / gloriosū fratrē nostrum / vel de episcopis vnū / aut certe archidiaconē subscribere faciemus. De ꝑsona vero Augusti gratias agimus: atq; studemꝰ vt cū aduersario suo causam suā ſm equitatē definiat: quia ita illi ne illuc exhiberet laborē imponi volumus: vt nō aduersario ipsius iustitiā non negemꝰ. De aliis aūt qr digne vobis gratias agere nequimus occurrimꝰ: in subsequētis respōsalem dirigimus: ꝑ quem in charitate qua ad alterutrū nexi sumus: amplꝰ miserante domino constringemur. Preterea glorie vestre merorꝰ nos vehementer afficit. Sed qr vir sapiens ea que per consolationem dicenda sunt / cuncta nouit / verbis consolari cessamus: sed oratione prosequimur / petētes vt omnipotens deus vitam ꝛ salutem vestrā vestrorumq; omniū pietatis sue ꝑtectione custodiat: ꝛ cor vestrum in afflictione positum consoletur.

I

K

Gregorius Occiliano tribuno. De ordinatiōe ciuꝰ: ei de Sauino episcopo. Capitulum.ciij.

Epl.ciij.

Cognoscentes magnitudinē vestrā de Rauennatis partibꝰ cū ordinatione excellētissimi filij nostri dn̄i exarchi hydrontinā ciuitatē feliciter remeasse / grate suscepimus: et dn̄m exoramus quo actus vestros sue ꝓpitiationis opitulatione disponat. Sauinus siquidē frater et coeps noster ad nos veniēs / graues nobis ciuiū suorum querelas innotuit: asserēs a viatore ex tribuno hydrontine ciuitatis multa se hactenus illicita ꝑtulisse. Magnitudinē ergo vestrā paterno salutantes affectu hortamur: vt quicquid pridē male gestum esse cognoscitis: iudiciaria debeatis emendatione corrigere. Scitis eteni ꝙ locus ipse ecclesie nostre sit ꝓprius: ꝛ ipsi pauci qui illic rustici remāserūt: si in aliquibus incōpetētibus angarijs vel oppressionibꝰ affligunf: locū ipsum deserūt: et (qđ nō optamus) hostibus datur illum occasio peruadēdi. Predictū ergo episcopū omnesq; habitatores loci ipsius vobis peculiariter cōmendamus: vt non solū nullis illicitis iniunctionibus onerentur: sed magis ex cōmendatione nostra vestro sibi in oībus sentiant adesse solatia: vt ꝛ beatus Petrus apostolorum princeps cuiꝰ res ipsa est / vobis retributor existat: et nos in vestris promptius vtilitatibus cōmodemus.

L

Gregorius Sauiniano episcopo Callipoli. De hominibꝰ suis ab aduersarijs defendendis. Capitulum.ciiij.

Epl.ciiij.

Indicatum nobis est ꝙ hoies callipolitani castri: in quo te ꝓpitiante dn̄o esse cōstituimus sacerdotē / grauibꝰ diuersorū molestijs affligantur: atq; in longinquis angarijs multisq; dispēdijs conterantur. Hortamur ergo fraternitatē tuā: vt qr ꝛ locus ipse nostre (sicut cunctis notū est) ecclesie esse dinoscif: sollicitudinē tuā recte defensionis zelo succēdas: ꝛ eos nequaq; non permittas illicitis pregrauari: qr et exemplaria tibi priuilegiorū ecclesie de scrinio nostro ob hoc fecimus dari: quatenus informatus ex oībus qualiter habitatores loci illiꝰ defensare valeas / non ignores. Uolumus etiam vt masse ipsiꝰ callipolitane hoies sub sollicitudinis tue cura / a futura tertia indictione habere debeas: atq; de eorum releuādis molestijs esse cautissimum: ꝛ adhibita sollicitudinis cura / vniuscuiusq; vires quid prestare de sua pensione ecclesie vtilitatibꝰ valeāt / caute cognoscere: ac ſm vires suas ad ꝑsoluēdū queq; disponere. De qua ordinatiōe fraternitas tua subtiliter facta notitia qđ dare ipsi hoies totiꝰ callipolitane masse possūt: indicare nō differas: vt sciamꝰ quid exinde disponere auxiliāte dn̄o valeamus. Ad sergium vō defensorem ꝑcepta direximꝰ: vt in hac tibi re non solum non audeat esse contrarius / sed vobis magis vbi valuerit solatia subministret.

M

Gregoriꝰ Sergio defensori. De fruniscendo obnoxio ecclesie hydrontine. Capitulum.cv.

Epl.cv.

Reuerētissimus frater noster Petrus hydrōtine ciuitatis episcopus questus est nobis per Uincētium diaconem suū: fruniscēdum ecclesie sue in multis existere debitorē: et nō solū nolle eū satisfacere de his quibꝰ tenetur obstrictus: sed etiam cōtēnere subire iudicium. Unde experiētie tue presenti auctoritate precipimus: vt eū admonere studeat: quatenus si qđ de obstrictu ecclesie se redhibere cognoscit / satisfacere dilatione postposita non desistat. Alioquin mora cessante ad electorū se cōpellēte accedat iudicium. Et quicquid veritate cognita medijs sacrosanctis euangelijs fuerit statutum: ita ad effectum executionis tue instantia perducatur: vt huiꝰ rei querela ad nos denuo non redeat.

Gregorius Sergio defensori. De Petro puero fuga lapso. Capitulum.cvi.

Epl.cvi.

Filius noster vir Magnificus Occila tribunus Sirōtine ciuitatis ad nos veniēs puerū vnū Petrum noie artis pistorie ex iure germani sui ad eū noscitur ꝑduxisse. Quē nūc fuga lapsum

A

ad partes illas reuerti cognouimus. Experientia ergo tua antequam ad reatinã ciuitatẽ valeatis ipse contingere: sub qua valueris celeritate / vel ad episcopũ hydrõtine ciuitatis: vel ad predictũ tribunũ: vel ad aliũ quẽ i loco tuo te habere cognoscis / scripta dirigas: vt vxorẽ vel filios pdicti mãcipij sub oi habere debeant cautela: atque de ipso sollicitudinẽ gerere: vt puenirẽ valeat detineri: et mox cũ reb⁹ suis oia quẽ ad eos ptinent: naui imposita per fidelẽ personam huc modis omnibus destinari. Experientia itaque tua cũ oi hoc studeat efficacia solertiaque perficere: ne de neglectu vel mora nostros (quod nõ optamus) animos offendas.

Gregori⁹ Fortunato episcopo Neapolitano. Ne milites in monasterio virginũ hospitentur. Capitu.cvij.

Epl.cvij.

Innotuit nobis latrix presentiũ angela abbatissa quod intra monasteriũ ipsius milites hospitentur. Et omnino de fraternitatis vestre solicitudine mirati sumus / cur hoc patienter tulerit: et nõ illud cũ omni celeritate fecerit emẽdari. Unde hortamur vt vel nũc studij vestri sit instãter eis quorũ interest imminere: quatenus sine aliqua exinde excusatione tollantur: et nullus illic vlterius hospitium accipiat / ne callidus hostis occasionem inueniẽs deceptione religiosi habitus (quod absit) valeat exultare.

Gregorius fortunato episcopo Neapolitano. De diuisione populi neapolitani. Capitulum.cviij.

B

Epl.cviij.

Quorũdam in Neapolitana cõsistentium ciuitate relationẽ de quibusdam capitulis Stephano deferente suscepimus. De quib⁹ Theodorus vir magnificus maior populi ad nos veniens / ante quest⁹ iam fuerat / a fraternitate tua in eis fuisse preiudicia irrogata. Sed et alterã quorũdam relationẽ in pdicta vrbe degentiũ: qui predicti maioris populi partem sequuntur / accepimus. Ex quib⁹ liquido cõperimus in duas se partes populũ diuisisse. Et quod nobis triste et tibi graue est inter habitatores memorate ciuitatis pdisse discordiam: quorum vnitati studere debueras ac cõcordie: ideo fraternitatẽ tuã his hortamur affatibus: vt cessante omni excusatione / personã huc instructã sub festinatione transmittas: que aut in electorũ: aut certe in deputatorũ a nobis iudiciorũ quã p tuis partibus sunt agenda / aduersariorũ intentionib⁹ ac obiectis per omnia valeat respondere: vt veritate cognita / salubrẽ hic finẽ causa suscipiat: quatenus rationabiliter omnib⁹ capitulis que in altercationẽ venerũt terminatis / nulla in hac cõtentione ingrauedo vires accipiat: sed sola inter te et filios tuos pax (sicut decet) et charitas perseueret. Quis ergo exorte contẽtiones nulla illic possũt ratione distingui: quippe vbi tãta in habitatorib⁹ est nata dissensio: vt

C

nullus sit qui possit in iudicio respõdere: siue defendẽde alterius partis studio remaneret: ita fraternitas tua agat vt in transmittenda persona (sicut diximus) nullã tarditatem qualibet excusatione subiungat.

Gregorius Sereno episcopo Massiliensi. De imaginibus in ecclesijs non confringendis. Capitulum.cix.

Epl.cix.

Quod fraternitati vestre tã sero transmittimus / non hoc torpori / sed occupationi deputate. Latorẽ vero pñtiũ dilectissimũ filiũ nostrũ Cyriacum monasterij nostri patrẽ vobis in omnib⁹ cõmendamus: vt nulla hũc in massiliensi ciuitate mora detineat: sed ad fratrẽ et coepiscopũ nostrũ Syagriũ cũ sanctitatis vestre solatio deo protegente proficiscatur. Preterea indico dudũ ad nos peruenisse quod fraternitas vestra quosdã imaginũ adoratores aspiciẽs / easdẽ ecclie imagines confregit atque proiecit. Et quidẽ zelũ vos / ne quid manu factũ adorari possit / habuisse laudauimus: sed frãgere easdẽ imagines nõ debuisse iudicam⁹. Idcirco enĩ pictura in ecclesijs adhibetur / vt hi qui litteras nesciũt / saltem in parietibus videndo legant que legere in codicibus non valẽt. Tua ergo fraternitas et illas seruare / et ab earum adoratu populum prohibere debuit: quaten⁹ et litterarum nescij haberent vnde scientiam historie colligerent: et populus in picture adoratione minime peccaret.

Gregori⁹ Syagrio betherio virgilio et desiderio episcopis a paribus. De simoniaca heresi: et quod neophitus non ordinetur: nec episcopi cum mulieribus maneant. Capitulum.cx.

D

Epl.cx.

Caput nostrũ quod xps est / ad hoc sua esse mẽbra nos voluit: vt per cõpagem charitatis et fidei: vnũ nos in se corp⁹ efficeret. Cui ita corde adherere nos conuenit: vt quod sine ipso nihil esse possumus: per ipsum possimus esse quod dicimur. Ab arce capitis nostri res nulla nos diuidat: ne obes / si eius esse mẽbra refugimus / relinquamur: et velut electi de vite palmites arescamus. Ut ergo redemptoris nostri esse habitaculũ mereamur: in dilectiõe ipsius toto mẽtis studio maneamus. Ipse nãque ait: Qui diligit me / sermonẽ meũ seruabit: et pater meus diliget eum: et ad eũ veniem⁹: et mãsionem apud eũ faciemus. Sed quoniã bonorũ auctori herere aliter nõ valemus: nisi cupiditatẽ a nobis (que oim malorũ radix est) abscindamus: per scripta presentia quod alternos a dinuicem desiderate visitationis sermone nos sociant: fraternitatẽ vestrã institutis apostolicis cõmonemus: vt patrũ regulis et precepti diuicis innitẽtes / de tẽplo fidei auaritiam (que idolorũ est seruitus) excludamus: vt in domo dñi nil noxiũ / nihil debeat esse cõfusum.

Jo.xiiij.

Nuncio siquidẽ apud nos olim discurrẽte vulgatũ est quod in galliarũ partib⁹ sacri ordines per simoniacam heresim conferãtur. Et vehemẽti tedio meroris afficimur / si in ecclesiasticis officijs quẽque habeat locũ pecunia: et fit seculare quod sacrũ est. Quicũque vero hoc precij studet datione mercari: dũ nõ officiũ / sed nomen attẽdit: sacerdos nõ esse sed dici tãmodo inaniter cõcupiscit. Quid scz: quid p hoc aliud agitur: nisi vt nulla de actu probatio: nulla sollicitudo de moribus: nulla sit de vita discussio: sed ille solũmodo dign⁹ / qui dare preciũ suffecerit / estimetur? Ex qua re si recti libraminis examinatione pẽsetur: dũ improbe ad inanẽ glorie locũ festinat vtilitatis arripere: eo ipso magis quod honorẽ querit / indign⁹ est.

j.q.j.ca. Quicũque.

E

Sicut aũt is qui inuitat⁹ renuit / quesit⁹ refugit / sacris est altarib⁹ admouẽdus / sic qui vltro ambit: vel importunũ se ingerit: est pcul dubio repellẽd⁹. Nã qui sic nitit ad altiora pscẽdere / quid agit nisi vt crescẽdo decrescat et ascẽdẽdo exterius: interi⁹ ad pfunda descẽdat? Itaque fratres charissimi in sacerdotib⁹ ordinandis sincertas vigeat: sit simplex sine venalitate psensus: pura preferat electio: vt ad sũma sacerdotij non suffragio vẽditorũ puectus / sed dei credat esse iudicio. Nã quod graue oino sit facinus / dei donũ velle p̃cio cõparare vel vẽdere / euãgelica est testis auctoritas. Redẽptor enĩ dñs et redemptor nr ingressus / cathedras vẽdentium colũbas euertit. Quid est colũbas vẽdere: nisi preciũ de manus impositione pcipere: et sanctũ spiritũ quẽ ops deus hominib⁹ tribuit / vendidare? Quorũ sacerdotiũ ante oculos dei cadere / cathedrarũ vtique signãter euersione signatũ est. Et tñ exerit adhuc nequitie prauitas vires suas. Nam cogit vendere quos decepit vt emerẽt. Et dũ non attẽditur quod diuina voce pcipitur: Gratis accepistis: gratis date: agitur vt crescat: et geminata fiat in vno codẽque delicti cõtagio / emẽtis scz et vendẽtis. Et cũ liqueat hãc heresim añ oẽs radice pestifera surrepsisse: atque i ipsa sue origie apostolica esse detestatione dãnatã / cur non cauetur / cur nõ perpẽditur: quod benedictio illi in maledictionẽ conuertitur: qui ad hoc vt fiat hereticus / promouetur? Plerũque ergo aduersarius alias dũ nõ potest in his que ad faciẽ sunt praua surrepere: callide specie quasi pietatis inlecta / nititur supplãtare. Suadetque forsitan debere ab habẽtibus accipi: vt sit quod possit nõ habẽtibus erogari: dũ modo vt sic venena mortifera eleemosyne celata obũbratione transfundat. Nam nec venator feram: aut auẽ auceps deciperet: vel piscem piscator caperet: si aut ille laqueum in aperto proponeret: aut ille hamum in esca absconditũ non haberet. Omnino ergo metuenda et cauenda est hostis astutia: ne quos aperta nequit tentatione subuertere / latẽte telo seuius valeat trucidare. Neque enĩ eleemosyna reputãda est: si pauperibus dispẽsetur quod ex illicitis rebus accipitur: quia qui hac intẽtione male accipit: vt quasi bene dispenset: grauatur potius quam iuuatur. Eleemosyna redẽptoris nostri oculis illa placet: quod non de illicitis reb⁹ et iniquitate cõgeritur: sed quod de reb⁹ cõcessis et bene acquisitis impẽdit. Unũ etiã illud certũ est: quod et si monasteria aut xenodochia vel quid aliud de pecunia que p sacris ordib⁹ dat / cõstruatur: mercedi nõ pficit: quoniam dũ peruersus et emptor honoris in locũ sanctũ trãsmittit: et alios ad sui similitudinẽ sub cõmodi datio

Mat.xxj.

Matth.x.

j.q.j.c. Cũ liqueat.

F

j.q.j.c. nõ ẽ putanda.

G

de cōstituit:plura male ordinādo destruit: q̄ ille potest edificare qui a deo pecuniam ordinationis accepit. Ne ergo sub obtentu elemosyne cū peccato aliquid studeamus accipere:aperte sacra scriptura nos ꝓhibet dicēs:

puer.xxi.

Hostie impiorum abominabiles/que offerūtur ex scelere. Quicquid enī in dei sacrificio ex scelere offertur:omnipotētis dei nō placat iracūdiam:sed irritat. Hinc rursus scriptū est:

puer.iij.

Honora dn̄z de tuis iustis laborib⁹. Qui ergo male tollit:vt quasi bene prebeat: cōstat sine dubio q̄ dn̄m nō honorat. Hinc quoq̄ per Salomonē dicitur:

Eccl'a. xxxiiij.

Qui offert sacrificium de substātia pauperis:ac si victimet filium in ꝯspectu patris. Quātus aūt dolor patris sit perpēdamus:si in eius cōspectu filius victimetur. Et hinc facile cognoscimus:quantū apud deum dolor exasperatur/qn̄ ei sacrificiū ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinādū est dilectissimi fratres sub obtētu elemosyne/peccata simonis ac hereseos perpetrare. Nā aliud est propter pctā elecmosynas facere: aliud propter elecmosynas peccata cōmittere. ¶ Hoc quoq̄ ad nos peruenisse nō desit mili dignū detestatione cōplectimur:q̄ qdā desiderio honoris inflati/defunctis episcopis tonsurantur/et fiunt repēte ex laicis sacerdotes; atq̄ inuerecūde religiosi propositi ducatū arripiūt:q̄ nec esse adhuc milites didicerūt. Quid putam⁹ quod isti subiectis prestaturi sunt/qui anteq̄ discipulat⁹ limē attingant/ tenere locū magisterij non formidant? Qua de re necesse est:vt

H

Quis inculpati quisq̄ sit meriti: ante tn̄ per distinctos ordines ecclesiasticis exerceatur officijs. Videat quod imitetur:discat quod doceat:informet qđ teneat vt postea non debeat errare qui eligitur viam errātibus demōstrare. Diu ergo religiosa meditatiōe poliatur vt placeat: ⁊ sic lucerna super candelabrū posita luceat:vt aduersa vētorum vis irruens/cōceptā eruditionis flāmā nō extinguat:sed augeat. Nam cū scriptū sit:vt prius quis ꝓbetur:⁊ sic ministret:multo amplius ante probādus est: qui populi intercessor assumitur:ne fiant causa ruine populi sacerdotes mali. Nulla igitur ꝯtra hoc excusatio/nulla potest esse defensio: q̄ cunctis liquido notū est que sit in huius rei negligētia egregij sollicitudo doctoris:q̄ neophitum ad ordines vetat sacros accedere. Sicut autem

Dis. pte dis.xl viij. ca. Sicut neophit⁹.

tūc neophit⁹ dicebatq̄ in sancte fidei erat cōuersatione plātat⁹/sic modo neophit⁹ habēdus est:qui repēte in religionis habitu plātat⁹/ad ambiendos honores sacros irrepserit. Ordinate ergo ad ordines accedēdū est:nam casum appetit: qui ad sūma loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascēsum. Et cū idē apostolus

j. Thi.v.

docet inter alia sacri ordinis instituta discipulum:manum nō esse cuiq̄ citius imponēdam: quid hoc celerius/ quid ve precipitētius: q̄ vt exordiatur a summitate principium:⁊ ante esse incipiat episcopus q̄ minister? Quisq̄s

j.q.j.c.nō ē putandū l fi.ca.

ergo sacerdotium nō ad elationis pompā:sed ad vtilitatem adipisci desiderat/prius vires suas cū hoc qđ est subiturus onere metiatur:vt ⁊ impar abstineat:et ad id cū

I

metu etiam qui se sufficere existimat accedat. Ab re aūt non facimus:si a argumentū rationabile/vsum rerum irrationabilium colligamus. Apta nāq̄ edificationib⁹ de siluis ligna succiduntur:nec tn̄ adhuc viridibus edificij pōdus imponitur / nisi eorū viriditatē multorū dierū mora siccauerit/et apta ad necessariū vsū effecerit. Que obseruātia si forte negligitur:citius superimposita mole franguntur: ⁊ gignit ruinam ad auxilium res prouisa. Hinc enim et medici:qui curā gerunt de corpore/quedā adiutoria recēti adhuc cōfectione formata/ indigētibus nō offerūt:sed macerāda tēporib⁹ derelinquūt. Nam si immature quis dederit/ dubiū nō est q̄ sit causa periculi/ res salutis. Discāt itaq̄/discāt in officio suo sacerdotes quibus animarū credita est cura / seruare qđ diuersarū artium homines docēte ratione custodiūt: ⁊ a precipiti se ambitione si non metu/saltem pudore cōtineāt. Sed ne forsan adhuc praue se cōsuetudinis quisq̄ velit obiectu defendere:fraternitatis vestre discretio rationis eos freno coerceat:et labi in illicitis non permittat: quia quicquid vitione dignū est:non ad imitationis:sed in exēplū potius debet correptionis adduci. Neq̄ aūt hoc quod similiter corrigendū est/ patimur negligenter omittere. Nam quid prodest clicta munijsse:si per vnū locū perniciosus hosti prebeatur accessus? Cū his itaq̄ q̄ in sacro sunt ordine constituti: habitare mulieres prohibentur.

De quibus ne antiquus humani generis inimicus exultet:omniū definiendū consensu est:vt preter eas quas sacri canones cōplectunt/alias secū mulieres habere non debeant. Que interdictio et si forte aliquib⁹ ad tempus amara est:certū est q̄ postmodū ex ipsa anime vtilitate dulcescit:si vnde inimicus superare potuit/superet. Nec hoc quoq̄ in hac sollicitudinis parte relinquim⁹:quod de habēdis per parochias cōcilijs patrum prouidētia vtilitatis causa sancitum est. Vnde nequa inter fratres dissensio: nequa inter prepositos et subiectos sint fomenta discordie:in vnū cōuenire sacerdotes necesse est: vt et de incidētibus causis disceptatio:⁊ sit salubris de ecclesiastica obseruatione collatio: quaten⁹ dū per hoc ⁊ preterita corrigunt/⁊ regulā futura suscipiunt: omnipotēs dn̄s fratrū concordia collaudetur. Cuius vobis adesse presentiā:si hec obseruabitis/scitote: q̄ scriptū est: Vbi

N

mat.xviij.

fuerint congregati duo aut tres in nomine meo: ibi sum in medio eorū. Si ergo adesse dignatur vbi duo vel tres fuerint: quāto magis non deerit: vbi plures cōuenerint sacerdotes? Et quidē q̄ de habēdo bis in anno cōcilio patrū sit regulis statutū/non latet. Sed ne forte aliqua impleri hoc necessitas non permittat:semel tn̄ sine excusatione aliqua decernimus congregari:vt expectatione concilij nihil prauū/nihil presumatur illicitū. Nam pleruq̄ etiā nō amore iustitie/metu tn̄ examinis abstinetur

L

ab hoc quod omniū notum est posse displicere iudicio. Hanc frater charissime obseruātiam nostris relinquendam posteris teneamus: ⁊ omnia que ad eruditionē nostram sacris apicibus scripta sunt/ meditemur: atq̄ ad ea quosciq̄ possumus incitemus. Certū quippe est:q̄ si toto corde preceptis nos salutarib⁹ occupam⁹/olim vitiorū labem effugim⁹:q̄ dū in his quib⁹ edificamur innitimur: locum sine dubio deceptionis excludim⁹. De his itaq̄ que superius dicta sunt/fraternitatē vestrā (auctore deo) volum⁹ synodū cōgregare:atq̄ in ea reuerētissimo fratre nostro Aregio coepiscopo/ ⁊ dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantib⁹/ oīa que sanctis canonib⁹ (sicut predixim⁹) sunt aduersa/districte sub anathematis interpositione dānent: id est/vt nullus ꝓ adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod cōmodum presumat:vel ꝓ datis accipere: nec ex laico habitu quisq̄ repente audeat ad locū sacri regiminis peruenire. Neq̄ vt alie mulieres cum sacerdotib⁹ habitēt/nisi que sacris (vt predictū est) canonibus sunt permisse. De quib⁹ electis reuerētissimus frater noster Syagrius episcopus cum omni synodo dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate remeante: nobis que acta sunt/ studeat renunciare: vt subtiliter agnoscentes quid/⁊ cum qua cautela/vel qualiter sit decretū/omnipotenti deo de vita vestra ac moribus gratias incessabiliter persoluamus.

¶ Gregorius Aregio episcopo. Consolatoriam scribit epistolam. De interitu hominū suorum:⁊ vsum dalmaticarū cōcedit:⁊ de synodo faciēda hortat. Capitm.cxj.

Epi.cxj.

Fraternitatis vestre afflictio quā de amissione vestrorū vos hominum habuisse cognouimus/ tātā nobis causam meroris intulit:vt q̄ nos de duobus charitas vnū fecit:cor nostrum in vestris specialiter vestris tribulationibus sentiremus. Sed in hoc do-

M

lore multū me consolata est sanctitatis tue ad animū reducta discretio:quā et patienter ferre tristitiam:⁊ decet de morte/spe vite alterius/longam non habere mestitiā. Ne tamen aliqua adhuc tribulatio in vestra mente se teneat:hortor quiesce dolere:desine tristis esse. Nam indecēs est de illis tedio afflictionis addici:quos credendū est ad veram vitam moriendo peruenisse. Habent forsitan illi iustam lōgi doloris excusationē/qui vitam alteram nesciūt:qui de hoc seculo ad melius esse transitū nō confidunt. Nos autem qui nouimus/qui hoc credimus et docemus/contristari nimiū de obeuntibus non debemus:ne quod apud alios pietatis tenet speciē/hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentie quodāmodo genus est:contra hoc quod quisq̄ predicat/ torqueri mestitia: dicente apostolo: Nolumus autem vos ignorare fra-

j.the.iiij.

tres de dormientibus/vt non contristemini:sicut et ceteri/qui spem non habent. Hac itaq̄ frater charissime ratione perspecta:studendum nobis est/ vt (sicut dixim⁹) de mortuis nō affligamur: sed affectū viuētib⁹ impēdamus:quibus ⁊ pietas ad vtilitatem:⁊ sit ad fructū dilec-

A

ctio. Proinde obiurgando/hortando/suadendo/blandiendo/consolando prodesse quibus possumus festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit: prauis aculeus: tumidos retundat: iratos mitiget: pigros exacuat: desides hortatu succendat: refugientibus suadeat: asperis blandiatur: desperatos consoletur. Et quia ductores dicimur/ viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes: aditus contra hostis insidias solliciti muniamus. Et si quando per deuia ouem de commissis gregibus error abduxerit: toto illam annisu ad caulas reuocare dñicas contendamus: vt de pastoris noie (quod habemus) non supplicium: sed premium consequamur. Quia ergo in his oibus diuine gratie adiutorio opus est: omnipotentis dei assiduis precibus clementiam exoremus: quatenus ad hec nobis operanda et velle tribuat: et posse concedat: atque in ea nos via cum fructu boni operis: quam se pastor pastorum esse testatus est/dirigat: vt sine quo facere nihil assurgimus: per ipsum implere omnia valeamus.

Parte.j. di.xxv.ca. Communis

Preterea communis filius Petrus diaconus nobis innotuit: quod fraternitas vestra tempore quo hic fuit poposcerit vt sibi et archidiacono suo vtendi dalmaticis licentiam preberemus. Sed quia ita dominum suorum infirmitate compulsus festinanter abscessit: vt nec ipse merore incumbens diu (vt dignum erat) et res desiderata poscebat insisteret imminere: et nos in multis implicitos ecclesiastice rationis consideratio noui hoc inconsulte et subito non permitteret indulgere: idcirco postulate rei prolongatus effectus est. Nunc vero charitatis tue bona reuocantes

B

ad animum/huius auctoritatis nostre serie petita concedimus: atque te vel archidiaconum tuum dalmaticarum vsu decorandos esse concessimus: easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmisimus. Preterea in ea synodo quam contra simoniacam heresim per fratrem et coepm nostrum Syagrium decreuimus congregari: sanctitatem vestram volumus interesse: atque eidem fratri ita pallium quod transmisimus tribui: si prius se promiserit illicita que prohibuimus/per definitionem synodicam a sancta ecclesia remoueri. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrentibus nunciare: vt ipse cuius nobis sanctitas valde experta est/nos reddas de omnibus certiores.

¶ Gregorius Syagrio episcopo Augustudunensi. De conuersione gentis Anglorum/et Augustino episcopo: et de synodo. Capitulum.cxij.

Epistola cxij.

Magistra bonorum omnium charitas: que nil superbe extranetum: a superbia nil confusum: ita exercet corda et corroborat: vt nihil graue/nil difficile existimet: sed fiat totum dulce quod agitur. Huius igitur cum sit proprium nutrire concordiam: seruare coniuncta: dissociata coniungere: praua dirigere: et virtutes ceteras perfectionis sue munimine solidare: quisquis in eius radices se inserit: nec a viriditate deficit: nec a fructibus inanescit: quia humorem fecunditatis opus efficax non amittit. Atque ideo multum tibi condelector atque congaudeo quod

C

sic eadem charitate te preditum multorum testificatione comperio: et te ipse que sacerdotis sunt decenter exhibeas: et aliquid te laudabiliter imitandum ostendas. Quia igitur in predicationis opere (quam diu cogitans Anglorum genti per Augustinum quondam monasterij mei prepositum nunc fratrem et coepm nostrum impendere studui) ita sollicitum atque deuotum/adiutoremque in oibus te (vt oportuit) fuisse cognouimus: vt magnum me sibi fraternitas tua hac de re faceret debitorem: tanterei consideratione commonitus: ne infructuosus erga te viderer existere/fraternitati tue petitionem nulla pertuli ratione postponere. Proinde secundum postulationis tue desiderium/pallij te vsu: quod intra ecclesiam tuam habere debeas: ad sacra tantum missarum solemnia celebranda (deo auctore) percuidimus honorandum. Quod tamen ita tibi dandum esse decreuimus/si prius per synodi definitionem emendari promiseris que corrigenda mandauimus: quia dignum profecto esse credimus: vt cum mentis grauitate qua deo te propitio pollere didicimus: habitus quoque exterioris clarior in te cultus accresceret: presertim cum te hunc non ad superflue elationis pompam/ sed pro genio et honore tue arbitramur ecclesie petiuisse. Cuius ne indumenti munificentiam nudam videamur quodammodo contulisse: hoc etiam pariter prospeximus concedendum: vt metropolite suo per omnia loco et hono

re seruato/ecclesia ciuitatis Augustudune (cui oipotens deus preesse te voluit) post Lugdunensem ecclesiam esse debeat: et hunc sibi locum et ordinem ex nostre auctoritatis indulgentia vendicare. Ceteros vero episcopos

D

Parte.j. dist.xvij. ca. Epos.

secundum ordinationis tue tempus/siue ad consedendum in concilio/siue ad conscribendum/vel in qualibet alia re sua attendere loca decreuimus: et suorum sibi prerogatiuam ordinum vendicare: quia omnino rationis ordo nos admonet vt cum vsu pallij aliqua simul (sicut diximus) largiri priuilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento: cura quoque sollicitudinis debet accrescere: vt cultui vestro actionis quoque ornamenta conueniant: oportet vt cuncta in cunctis se studiose vestra fraternitas exerceat. Sit circa subiectorum actus vigilans: vestrum illis exemplum instructio et vita magistra sit. Lingue vestre exhortatione discant quod metuant: et doceantur quod diligant: vt dum talenta credita lucro multiplicata reddideris/in die retributionis audire cum his merearis: Euge serue bone et fidelis: intra in gaudium domini tui. Curam preterea congregande synodi: quam vobis atque alijs fratribus nostris pro illicitarum rerum prohibitione fiendam scripsimus: vestre specialiter sollicitudini noueritis incumbere. Unde quia precellentissimos filios nostros Francorum reges magnam vobis nouimus dilectionem impendere: omni vos studio omnique agere annisu necesse est: vt quod de synodo congreganda mandauimus/fraternitatis vestre vigilantia compleatur: atque oia illic que pro animarum salute scripsimus censeantur: quatenus per hoc et vos zelum vestrum/et qualiter vobis illicita displiceant ostendatis: et nos vtiliter prouidisse: qui vestram ad hoc pre ceteris personam elegimus/videamur.

Parte.j. dist.c.ca. Rationis

Mat.xxv. c.et lu.xix.

E

¶ Gregorius Brunichilde regine Francorum. De laicis ad episcopatum non adhibendis. De simoniaca heresi. De synodo. De iudeis christiana mancipia possidentibus. Ca.cxiij.

Epistola cxiij.

Postque excellentie vestre sollicitudo/regia est vbique gubernatione laudabilis: ad augmentum glorie sue vigilantiorem se debet et prouidam exhibere: vt quos consilio regit exterius: perire interius non permittat: quatenus per fructum pie sollicitudinis post huius (quod geritis) temporalis regni fastigium: ad eterna (deo auctore) possitis regna pertingere. Quod quidem hac vobis confidimus posse ratione contingere: si inter alia bona de ordinandis curam sacerdotibus gesseritis. Quorum officium in tantam illic (sicut didicimus) ambitionem perductum est: vt sacerdotes subito (quod graue nimis est) ex laicis ordinentur. Sed quid isti acturi: quid populo prestaturi sunt: qui non ad vtilitatem/sed fieri ad honorem episcopi concupiscunt: Hi ergo qui necdum quod docere debeant didicerunt: quid aliud agunt nisi vt paucorum prouectus illicitus/fiat multis interitus: et in confusionem ecclesiastice moderationis obseruantia deducatur: quippe vbi nullus regularis ordo seruatur. Nam qui ad eius regimen improuidus/et ob hoc precipitatus magis accedit: qua admonitione subiectos edificet: cuius exemplum non rationem docuit: sed errorem: Pudet profecto/pudet alios tales imperare: quod ipsi nesciunt custodire. Nec illud quidem quod simili emendationi tradendum est/preterimus: sed oino execrabile et esse grauissimum detestamur: quod sacri illic ordines per simoniacam heresim: que prima contra ecclesiam orta/ et districta maledictione damnata est/conferantur. Hinc igitur agitur: vt sacerdotij dignitas in despectu: et sanctus sit honor in crimine. Perit vtique reuerentia: adimitur disciplina: quia qui culpas debuit emendare/committit: et nefaria ambitione honorabilis sacerdotij ducitur in deprauatione censura. Nam quis denuo veneretur quod venditur: aut quis non vile putet esse quod emitur? Unde valde contristor: et terre illi condoleo: quia dum sanctum spiritum/quem per manus impositionem oipotens deus hominibus largiri dignatur/diuino munere habere despiciunt/ sed premijs assequuntur: sacerdotium illic subsistere diu non arbitror. Nam vbi dona superne gratie venalia iudicantur: ad dei seruitium non vita queritur: sed magis contra deum pecunie venerantur. Quia igitur tantum facinus non solum illis periculum: verum etiam vestro regno satis est noxium: salutantes excellentiam vestram paterno affectu/ petimus vt de huius prauitatis emendatione deum vobis placabilem faciatis. Et vt nulla deinceps valeat occasione committi/synodum fieri iussio vestra constituat: vbi presen

Parte.j. dis.lxj.ca. Sacerdotale.

F

G te dilectissimo filio nostro cyriaco abbate / sub districta anathematis interpositione debeat interdici: ne vllus ex laico habitu subito ad episcopatus audeat gradū accedere: neq; pro ecclesiasticis ordinibus quilibet quicq̄ dare / vel ausus sit accipere: vt dn̄s et redemptor noster sic que vestra sunt faciat: sicut excellentiam vestram in his que sua sunt: pia esse viderit deuotione sollicitā. Curā vero et sollicitudinē eiusdē synodi quā fiendā decreuimus / fratri coepo nostro Syagrio / quē vestrū nouimus / specialiter delegare curauimus: quē petimus vt et supplicantē libenter audire / et opere iuuare dignemini: quatenus qđ ad mercedē vestrā respiciat / remoto huius mali cōtagio in cunctis finibus iuri vestro subiectis / pia et deo placita procedat ordinatio sacerdotū. Cui fratri nostro pro eo q̄ se in ea predicatione que Anglorum genti (auctore dn̄o) facta est / deuotū vehementer exhibuit: palliū ad missarū solennia vtēdum transmisimus: vt quia iuuare spūalia studuit / apostolorū principis solatio in ipso q̄q; inueniatur spūali ordine profecisse. Omnino preterea admirati sumus: q̄ in regno vestro iudeos xp̄iana mancipia possidere permittitis. Quid em̄ sunt christiani oēs nisi membra christi? Quorū videlicet membrorū caput cuncti nouimus quia fideliter honoratis. Sed q̄ diuersum sit: excellentia vestra perpendat: caput honorare: et membra ipsius hostibus calcāda submittere. Atq; ideo

H petimus vt excellentie vestre cōstitutio de regno suo huius prauitatis mala remoueat: vt in hoc vos amplius dignas cultrices omnipotentis domini demōstretis q̄ fideles illius ab inimicis eius absoluitis.

¶ Gregorius Theoderico et Theoberto regibus francorū aparibus. De simoniaca heresi. Et vt ex laicali habitu nullus fiat epūs. De synodo facienda. Capitm̄. cxiiij.

Epistola cxiiij.

Cum regni vestri nomen inter ceteras gentes gratia olim xp̄iane religionis effulserit / valde studendū est / vt vnde gloriosiores ceteris gentibus eminetis: inde olpotēti dn̄o qui dat salutem regibus / perfectius placeatis / et fidē quā colitis / adiutricē in oībus habeatis. Optaueramus quidē precellētissimi filij nostrū ad vos solita dirigere visitatiōe sermonē: vt charitatis officijs paternū monstraremus affectū. Sed quia animū res contristat illicita: sic vnū nos conuenit exhibere / vt aliū sub silētio (qđ emēdatione indiget) minime relinquamus. Quod si diligēter attenditis: pro salutis vestre nos loqui prorsus icolumitate cognoscetis.

C. i. q. i. c. Fertur.

Fertur autē simoniacam heresim (que prima contra dei ecclesiam diabolica plantatione surrepsit: et in ipso ortu suo / zelo aplice vltionis percussa atq; damnata est) in regni vestri finibus dn̄ari: cū in sacerdotibus fides sit eligēda cū vita. Si em̄ vita deest: fides meritū nō habet: beato Jacobo attestante: qui ait. Fides sine operibus mor-

Jaco. ij.

tua est. Que enī opera esse valeant sacerdotis / qui honorem tanti sacramenti conuincitur obtinere per premiū? ex qua re agitur vt ipsi quoq; qui sacros ordines appe-

I tūt: non vitam corrigere / non mores cōponere studeant: sed diuitias quibus honor sacer emitur / satagāt cōgregare. Hinc fit etiā vt insontes et pauperes a sacris ordinibus prohibiti / despectiq; resiliant. Et dum innocētia displicet: dubiū non est q̄ premiū illic delicta cōmēdēt: quia vbi aurū placet: ibi et vitiū. Hinc igitur nō solum in ordinatoris et ordinati animā letale vulnus infligitur / verū etiā excellentie vestre regnū eorū culpa (quorū magis intercessionibus iuuari debuerat) pregrauatur. Si enī dignus is sacerdotio creditur / cui nō actionis merita / sed premiorum copia suffragatur / restat vt nihil sibi in honores ecclesiasticos grauitas / nil defendat industria: sed totū auri prophanus amor obtineat. Et dū vitia remunerātur honore: in locum vltoris is qui fortasse fuerat vlciscēdus adducitur: atq; hinc sacerdotes non proficere / sed perire potius iudicantur. Vulnerato nāq; pastore / quis curādis ouibus adhibeat medicinā? Aut quando populū orationis clypeo tuebitur: qui seculis se hostibus feriēdum exponit? Aut qualē de se fructū producturus est: cuius graui peste radix infecta est? Maior ergo metuēda est locis illis fore calamitas: vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur: qui dei in se magis iracūdiam prouocant: quā per semetipsos populis placare debuerant. Audiuimus autē quia ecclesiarū predia tributa nūc prebeāt: et magna super hoc admiratione suspendimur: si ab eis illicita queratur accipi / quibus etiā licita relaxentur. Nec hoc quoq; malū sollicitudo nostra patitur negligenter omittere: q̄ quidam instinctu glorie inanis elecci: ex laico repente habitu sacerdotij honorem arripiunt: et (quod dicere pudet / et graue tacere est) regendi rectores / et qui docendi sunt doctores nec erubescunt fieri: nec metuunt. Ducatū animarū impudēter assumunt: quibus via oīs ignota ductoris esset: quo vel ipsi gradiantur / ignari sunt. Quod q̄ prauum / q̄ue sit temerarium: seculari etiā ordine et disciplina monstratur. Nam dum dux exercitus non nisi labore et sollicitudine expertus eligitur: quales animarū duces esse debeāt: qui ad epatus culmen immatura cupiūt festinatiōe cōscēdere: huius saltem rei comparatione cōsiderent / et aggredi repēte inexpertos labores abstineāt: ne ceca honoris ambitio et ipsis in penā sit / et alijs pestifera erroris semina iaciat: quippe qui nō didicerunt / qđ ipsi doceant. Proinde paterno salutantes affectu petimus excellentissimi filij: vt hoc tam detestabile malum de regni vestri studeatis finibus prohibere: et nulla apud vos excusatio nulla cōtra animā vestram suggestio locum inueniat: q̄ faciētis procul dubio culpam habet: qui qđ potest corrigere / negligit emendare. Qua de re vt magnū omnipotēti domino munus valeatis offerre: synodum congregari precipite. In qua sicut fratribus / coepiscopisq; nostris mandauimus / presente dilectissimo filio nr̄o Cyriaco Abbate / sub anathematis debeat obligatione constitui: nullum pro ecclesiastico ordine aliquid vnq̄ dare / nullum accipere: nec quēq̄ ex laicis ad sacerdotiū repente transire: quatenus hanc vobis mercedem / et hic: et in futura vita redemptor noster cuius sacerdotes interius ab hoste perire nō sinitis / recompenset. Omnino preterea admirati sumus / q̄ in regno vestro iudeos christiana mācipia possidere permittitis. Quid enim sunt christiani omnes / nisi membra Christi? Quorū videlicet membrorū caput cuncti nouimus quia fideliter honoratis: sed q̄ diuersum sit excellētia vestra perpendat / caput honorare / et membra ipsius hostibus calcanda permittere. Atq; ideo petimus vt excellentie vestre cōstitutio de regno suo huius prauitatis mala remoueat: vt in hoc vos amplius dignos cultores omnipotentis domini demonstretis: q̄ fideles illius ab inimicis eius absoluitis.

K / L

¶ Gregorius Virgilio episcopo Arelatensi. De priuilegio monasterij Arelaten. Capitulum. cxv.

Epi. cxv. C. xxv. q. ij. ca. Cū pie.

Cum pie desideriū voluntatis / et laudande deuotionis intentio sacerdotalibus sit semper studijs adiuuāda: cura est sollicitudinis adhibenda: vt ea que pro quiete monachorū religiosorūq; conuersatiōis fuerit ordinata / nec dissimulatio negligere / nec quedam valeat presumptio perturbare. Sed sicut hoc quod ratio exigebat vtilitatis / oportuit definiri: ita qđ definitū est / non debet violari. Igitur gloriose memorie Childebertus Francorum rex catholice religionis amore succēsus: intra muros Arelaten. ciuitatis monasteriū virorum (vt scripto reperimus) pro sua mercede constituēs / quedā ibidē pro habitantiū sustētatione cōcessit. Cuius ne voluntas vnq̄ duceretur in irritū: et ea que pro quiete monachorū disposita fuerant / turbarētur: quecq; cōtulit in iure monasterij / epistolis suis aplica petijt auctoritate firmari. Hoc quoq; sue petitioni subiungēs / vt eidem monasterio tam in dispositione rerum: q̄ in ordinatione abbatis: quedā pariter priuilegia largiremur. Sciēs quippe eam apostolice sedi reuerētiam a fidelibus exhiberi / vt que eius fuissent decreto disposita / nullius deinceps illicite vsurpatiōis molestia quaterētur. Vnde quia effectum et regia volūtas / et res valde desiderata poscebat: a predecessore nostro Virgilio Romane sedis antistite ad predecessorē vestrum Aurelianū scripta trāsmissa sunt: vbi oīa que amplectende volūtatis studium deposcebat: aplice auctoritatis libenter annisu firmata sunt: q̄ difficultatem pati non potuit huiusmodi res petita. Sed vt fraternitas vestra: que fuerant tēpore illo decreta cognoscat / antedicti predecessoris nostri scripta his preuidimus scriptis adiungi. Quibus lectione percursis hortamur vt oīs sacerdotali (sicut decet) studio inuiolata conserues: nihilq; illi de indictis / nihil premittas de illicitis irrogari: nec ea quadam patiaris vsurpatione conuelli. Nam licet ea que semel aplice sedis auctoritate sancita

M

A

sunt/nil egeant firmitatis: ex abūdātia tamē nostra cū:
cta q̄ pro huius rei quiete a p̄decessore nr̄o statuta sunt/
nostra iterū auctoritate in oībus roboramus. Fraterni:
tas ergo vestra ita se in custodiēdis eis exhibeat: quate
nus et omnē occasionē inquietudinis excludat: et alijs
hec operari studeat: dum se in custodiēda defuncti p̄ijssi
ma voluntate sollicitā (vt decet) exhibuerit z deuotam.

¶ Gregorius Desiderio episcopo. De priuilegijs eccle:
sie sue. Capitulum.cxvj.

Epl.cxvj.

Fraternitatis vestre desideriū Ioānis regio:
narij relatione cognouimus. quod quidem li
bēter pareti summo implere/si diligēter fueri
mus de his que retulit informati. Inquit autē a vestra
sibi relatū dilectione q̄ ecclesie vestre quedā olim priui:
legia ab apostolica sede cōcessa sunt: atq̄ vsum pallij et⁹
sacerdotes antiquitus habuisse. Quod quia vobis ma:
gnopere poscitis reformari: in ecclesie nostre scrinio re:
quiri fecimus: et inueniri nil potuit. Sed qm̄ quāto stu:
diosius ista cupitis adipisci: tanto vos arbitramur esse
sollicitos: in requirendis chartis ecclesie vestre vigilan
tius curā impendite: et si qua exinde scripta inueniri po
tuerint que nos valeant informare: huc cure vestre sit
transmittere. Nam qui noua concedimus/vetera liben:
tissime reparamus.

¶ Gregorius Syagrio ep̄o Augustudun̄. De menate et
theodoro ep̄is male viuentibus. Capitulum.cxvij.

B

Epistola cxvij.

Cum sacerdotalis dignitas alijs videatur di:
gnitatib⁹ eminere: ita quisquis ea ornat⁹ est/
cunctis se imitandū debet ostendere: vt exem:
plo sui nulli nocere: sed vitā potius valeat cōponere sub:
iectorū. Nam si actus dissentiat a nomine: quanto ponti:
ficatus ipse plus erigit: tāto magis addicit. Itaq̄ Me
naē quendam ep̄m: qui illic de diocesi Romane ecclesie
nostra ordinatione profectus est: in tātam se leuitatē di:
dicimus exhibere: vt z nobis de eo maior sit verecūdia:
et illi episcopatus nomē non sit in honore: sed onere. Et
quia pudoris nobis est de eo illa cognoscere: que in alia:
rum prouinciarū oīno reprehēdimus sacerdotibus: fra:
ternitas vestra eū illic immorari amplius nō permittat:
sed ad nos quātocyus reuerti cōpellat: ac magis inuēta
per oīa occasione transmittat: vt sub ea qua dignum est
obseruātia refrenatus/seculares mores ad sacerdotalē
studeat cōuertere grauitatē. Nam satis notū atq̄ per:
niciosum est: vt imitatiōe ipsi⁹/que edificari debuerāt/
destruātur. In qua re non solū ille culpabilis: sed etiam
qui nō restiterit inuenitur. Quia vero Theodorus qui:
dam ep̄us de diocesi reuerēdissimi fratris nostri Constā
tij Mediolanēsis ecclesie ep̄i disciplinā (vt dicitur) cui:
tans/illic venisse firmat: hortamur vt et isto diligentius
requisito/ad episcopū suum vestra fraternitas transmit

Sap.iij.

tat. Et quia sicut legitur: Qui abijcit disciplinā/infelix

C

est: nulla eum illic se excusatiōe patiamini retinere: qua:
tenus ipsi qui leuitatis eorum vitio possunt decipi/libe:
rentur: et de ipsis habere mercedem ne in hac stultitia
pereant valeatis.

¶ Gregori⁹ Virgilio z syagrio episcopis gallie. De sya
gria defendenda. Capitulum.cxviij.

Epistola cxviij.

Commissi officij qualitas me fratres charissi:
mi in vocē cogit doloris erumpere/et dilectio
nem vestrā anxietate charitatis exasperare: q̄
illic vos nimiū negligētes et remissos dicitur extitisse/
vbi studium vestrū acriter iustitie rectitudo/z zelus de:
buit castitatis accēdere. Peruenit eīn ad nos Syagriā
quādam vitā religiosam/mutatis etiā vestib⁹ assecutā:
postea marito violēter esse (qd̄ dici iniquū est) sociatam:
et nullo vos in eius defensione dolore permotos. Quod
si ita est/vehemētius ingemisco: ne apud oīpotentē dn̄m
(quod absit) mercenarij officiū: z non pastoris meritum
habeatis. Quippe qui in ore lupi ouē laniandā sine cer:
tamine reliquistis. Quid eīn dicturi: quā ve rationē futu
ro estis iudici reddituri: quos stupri scortatio nō cōmo:
uit: quos ad defendendū fauor nequaq̄ religiosi habit⁹
excitauit: quos ad tuendā pudicitie integritatē sacer:
dotalis cōsideratio non erexit? Vel nunc ergo neglect⁹
ad memoriā redeat: huius recordatio culpe sollicitet: et
officij vestri cōsideratio ad p̄dicte mulieris vos adhor:
tationē impellat. Et ne forte per tempus trāsisse in vo:
lūtatem necessitas: lingua illi vestra medela sit: atq̄ ad:

monentibus vobis/orationibus operam det: de memo:
ria lamenta penitētie nō recedāt: redemptori nostro co:
penitens exhibeat: z castitatis danna quā ei corpore ser

D

uare nō licuit/fletu resarciat. Quia ergo p̄dicta mulier
res suas etiā nunc pijs (vt fertur) desiderat causis impē:
dere: hortamur vt fraternitatis vestre hac in re fauorem
inueniat: solatijs potiatur: et seruata cōpetenti filijs por
tione: fas illi sit de substantia sua iudicare qd̄ velit. Ve:
strum enim sine dubio bonū facitis: si bona volentibus
opem fertis. Hec igit̄ dilectissimi fratres que loq̄mur/
ex quanto procedāt amore pensate: et oīa cum ea qua di:
cunt̄ charitate suscipite. Nam dū vnū in rēdēptoris no:
stri corpore corpus sumus: in his que vobis nocere sen:
tio/simul vror. Qua autē intentione/quoue affectu hanc
vobis epistolā miserim: cordi vestro veritatis auctor ape
riat. Et ideo hec fraterna vos admonitio non cōtristet:
quia et asperū poculū libenter accipitur: qd̄ intentione
salutis offertur. Quod superest/charissimi fratres/iun:
ctis dei nostri misericordiā precibus exoremus: vt vitā
nostrā in suo propitius timore disponat: quatenus z hic
illi sacerdotaliter deseruire: z in cōspectu ipsius in futu
ro securi assistere et sine metu valeamus.

¶ Gregorius Syagrio episcopo Augustudun̄. De vrsi:
cino tauritane ciuitatis episcopo. Capitulum.cxix.

Epl.cxix.

E

Si in rebus secularibus suum cuiq̄ ius et pro:
prius ordo seruādus est: quāto magis in eccle
siasticis dispositionib⁹ nulla debet induci con
fusio: ne ibi discordia locū inueniat/vnde pacis debent
bona p̄cedere? Quod hac ratione seruabitur: si nihil po
testati: sed totū equitati tribuitur. Peruenit siquidē ad
nos est/dilectissimū fratrē nostrū Vrsicinū Tauritane
ciuitatis ep̄m: post captiuitatē et depredationē quā per:
tulit/graue in parochijs suis/que in francorū site termi
nis perhibentur/preiudiciū pertulisse: deniq̄ vt alter il
lic contra ecclesiastica statuta nullo eius crimine depo:
scente cōstitueretur antistes. Et ne leue forsitan videre
huius rei preiudiciale cōmissum: etiā aliqd doloris est
additū: vt res et ecclesie sue quas habere potuit/tollerē
tur. Et si hec veritate subsistūt: quia crudele nimis est/
et aperte sacris canonibus inimicū/vt ab altari proprio
insontē ambitio remoueat sacerdotē/qui nō meretur ex
crimine successorē: suā in hui⁹ preiudiciū cuncti causam
attendāt/et qd̄ nolunt perpeti: nec alijs imponāt. Nam
si praue rei aditus anteq̄ diu patescat nō clauditur: vsu
fit latior: et erit cōsuetudine licitū: qd̄ ratione cōstat esse
prohibitum. Sed pre ceteris fraternitatis vestre sollici
tudo pro nostra cōmēdatione/ac diuine cōsiderationis
intuitu/in eius senilius defensione impendat: et a suis
illū amplius contra rationē remotum esse parochijs nō
permittat. Sed tam per se/q̄ supplicando p̄cellentissi
mis regibus/quos vos in nullo credimus cōtristare/id
peragat: vt z hoc qd̄ malefactū est corrigatur: et que vio

F

lenter ablata sunt/veritate patrocināte reddātur: quia

Prouer. xviij.

cum scriptū sit: Frater fratrē adiuuans exaltabitur/tā:
to se ab omnipotente deo charitas vestra nouerit rece:
pturam: quanto precepta ipsius in adiuuando fratre li:
benter atq̄ constanter fuerit executa.

¶ Gregorius Theoderico et Theoberto regibus Frā
corum. De Vrsicino episcopo. Capitulum.cxx.

Epl.cxx.

Summū in regibus bonū est/iustitiā colere: ac
sua cuiq̄ iura seruare: et subiectis nō sinere qd̄
potestatis est fieri: sed qd̄ equum est custodire.
Quod quia vos et diligere et oīno confidimus custodi:
re: excellentie vestre indicare ea que emendationē expe:
tunt inuitamur: vt per hoc oppssis succurrere/et vobis
mercedē acquirere nostris epistolis valeamus. Fratrē
itaq̄ et coep̄m nostrum Vrsicinū Tauritane ciuitatis
antistitem in parochijs suis que intra regni vestri sunt
terminū cōstitute/oīno dicit̄ preiudiciū sustinere: adeo
vt contra ecclesiasticā obseruātiam: cōtra sacerdotalem
grauitatē: et contra sacrorū canonū definita: nullo eius
exigēte crimine/alter illic nō metuerit ep̄s ordinari. Et
quia parū visum est si illicitis non ingererentur illicita/
etiā res ecclesie sue (vt fertur) ablate sunt. Quod si ita se
veritas habet: quoniā intolerabile nimis est/vt vi opp̄i
meretur cui culpa non nocuit: premisso paterna charita:
te salutationis alloquio petimus vt quod excellētia ve
stra amore ecclesiastice reuerētie/et equitatis contēplas

G

tione sponte potest impedere/nostra studeat benignius intercessione cōcedere: et iustitiā illi (sicut de equitatis eius bono cōfidimus) faciat in oībus custodiri: atq3 patefacta veritate: et quod illicite actum est corrigi: et res et violēter ablatas equitate iubeat fauēte restitui. Nec qd ad tempus eius ab hostibus detinetur/ debet illi aliquid officere: sed hoc ad subueniēdū xpianitatis vestre magis ac magis debet animos pmouere: vt largitatis vestre munere cōsolatus: captiuitatis quā pertulit: non possit damna sentire. Pro vtilitate ergo anime vestre/ hec apud vos exhortatio locū inueniat: vt ad mercedem vestram delectionē ipsius porrecta manu iustitie releuetis: quatenus p hoc quod equitatē sacerdotibus custoditis: eorum precibus ante dei semper oculos floreatis.

Gregorius Brunichilde regine Frācorum. Hilariū commendat. Capitulum. cxxi.

Epistola cxxi.

Cum in regni regimine virtus iustitia/ et potestas egeat equitate: nec ad hoc alterū sine altero possit sufficere: quāto in vobis amore borū cura prefulgeat/ ex hoc vitiq3 ostēditur patēter: dum tur bas gentiū laudabiliter gubernatis. Quis ergo hec cōsiderās/ de excellētie vestre bonitate diffidat: aut de impetratione sit dubius: quādo illa a vobis q subiecti vos libēter posse nouit impendere: decerte postulande? Lator itaq3 presentiū Hilarius excellentie vestre famulus: nostra se interuentione apud potestatē vestram estimās adiuuari: cōmendationis nostre sibi poposcit epistolas

H

suffragari: certū tenens sibi vberius (sicut ceteris cōcedit) promereri: si nostra pro eo intercessio loqueretur. Proinde paterne charitatis affectu salutationis psoluētes alloquia: petimus vt qr quorūdam se perhibet nequitia aduersitatibus laborare: excellentie vestre eū tuitio muniat: et ne cōtra rationem valeat pregrauari: sua illū iussione tutū esse precipiat: quatenus dū vobis iubētibus atq3 propitijs nullius aduersitas iniuste et pro sola tātūmodo volūtate locū habuerit: et nos de impetratis que pro vestra magis mercede poscimus gratias referamus: et excellentie vestre beatus Petrus apostolorum princeps: quē in omnibus cōcedendo que petimus christiana deuotione veneramini/ recompenset.

Gregorius Vitaliono et Aregio. Hilariū cōmendat. Capitulū. cxxij.

Epistola cxxij.

Ad magnā glorie vestre laudem accedit q Hilarius presentiū lator valido se fidit presidio releuari/ si assequi fauorē tuitionis vestre meruerit. Qd adeo (sicut est) magnum existimat: vt ad hoc obtinendū etiam nostrā sui cōmendationē adhibere studuerit adiutricē. Hunc igitur qm ad vestrū patrocinium videmus desideranter velle confugere: scribere pro eo nō iudicauimus differendū: considerātes tanto vos defensionem petētibus libēter impartiri/ quāto eam i tristitia et in stricto positos cognoscitis suppliciter expectare. Ea de re gloriā vestrā paterna dulcedine salutātes: petim9

I

vt quia predictus portitor aliquorum inimicitijs se cōtra rationem asserit subiacere/ patrociniū vestrū qd magnopere cupit/ inueniat: et nullā illū contra equitatē molestiā: nullā vexationē patiamini sustinere: sed ab omni eū afflictione: quā nō ratio: sed aduersantiū volūtas ingesserit: patrocinij vestri gratia tueatur: vt et hic optatū se in vobis (vt sperat) letetur inuenisse refugiū: et aliquid vobis ad mercedē pficiat: ac vestrū quidē in nobis alij similiter querere discant in tribulatione solatium.

Gregori9 Asclepiadoto. Hilariū cōmēdat. Ca. cxxiij.

Epistola cxxiij.

Qui terrenis rebus adherēt: quātū eis prestādi locus cōceditur: tanto proniores in causis debent mercedis existere: vt fructu boni operis et hic eorū quibus seruiunt gratia perfruātur: et celestis regni aulam introire postea mereantur. Unde licet hoc diligere/ et in hoc vos esse confidamus intentos: verūtamen quia paternū alloquiū aliquid bonis mentib9 semper addit: hortamur vt quotiēs congruum (iuuandi tempus affuerit: nequaq3 quod operandū vobis est) differatis. Nam qui fratrē relictū releuat: apprehēsum eripit: merentē consolat: ab illo sibi retribui: eū totū impēdit non dubitet/ qui ait: Quod vni ex minimis istis fecistis: mihi fecistis. Quia igitur Hilarius presentium portitor pro eo q frustra cōtra se quorūdam perhibet inimicitias exarsisse: vestre se tuitioni nostra petijt epistola cō

Mat. xxv.

mendari: certus q patrocināttibus vobis cuiq3 cōtra rationem aduersitas ei nocere non valeat: idcirco paterno gloriam vestram salutantes affectu: petimus vt fauoris vestri gratia muniatur: et quod ceteris iusta petētibus indulgetis: huic quoq3 pro nostra intercessione largius impendatis: atq3 eum contra equitatē opprimi non sinatis: sed manū illi auxilij vbi rationis ordo vocauerit/ porrigatis: quatenus ad mercedē glorie vestre: et ipse in vobis qd omnino ardue quesiuit inueniat: et vos afflicto et humiliter supplicanti videamini (quod valde gloriosum est) subuenisse.

K

Gregorius Claudio in hispanijs. De familiaritate regis Gothorum. Capitulum. cxxiiij.

Epistola cxxiiij.

Quia vnguēti more bonorū flagrat opinio: vestre glorie de occidentibus partibus huc vsq3 odor tetendit. Cuius profecto aure suauitate respersus: multū fateor quē nesciebā dilexi: atq3 intra sinum cordis amoris manu te rapui: nec iam eum nesciēs diligebā cui9 bona cognouerā. Qui enī mihi magna intentione notus: sed corporis visione manet incognitus: de eo proculdubio veraciter dicere possum: qr personam illius scio: sed domū nescio. Magna autē vestre laudis datur assertio: q excellenti gothorū regi vestra gloria fedule adherere perhibet: qr dum malis boni semp displicēt: bonos vos esse certū est: qui bono placuistis. Propterea debitum salutationis alloquiū soluens: opto vos in his que cepistis exerceri: vt in vobis compleatur veridici Salomonis illa sententia que ait. Iustorum semita quasi lux splendens procedit: et crescit vsq3 ad perfectum diem. Nūc enim cum lux nobis veritatis infulget: cū sese regni celestis suauitas mētib9 aperit: iam quidē dies est: sed adhuc perfectus non est. Tunc autem dies perfectus erit/ quādo iam quicq3 de nocte peccati in mēte nostra non erit. Uos autem vsq3 ad perfectū diem crescite: vt quousq3 patria eterna videat: bonor hic augmēta dilatētur: quatenus tanto post in retributione maior sit fructus muneris: quanto nunc studium creuerit laboris. Propterea dilectissimū filiū nostrū Cyriacū monasterij nostri patrē vestre glorie cōmendamus: vt pacto qui ei iniūcta sunt: nulla illū remeandi mora prepediat. Omnipotēs deus celestis vos brachij protectione tueatur: et nunc gloriosos inter homines: et post longa annorum curricula inter angelos esse concedat.

L

Prouer. iiij.

Gregorius Leandro episcopo Hispaniarū. De laude charitatis. De honore sue predicatiōis. De pallio ad sacra tantū missarū solennia transmisso. Capitulū. cxxv.

Epistola cxxv.

Sanctitatis tue suscepi epistolā/ solius charitatis calamo scriptā. Ex corde enī lingua tinxerat qd in charte pagina refūdebat. Boni autem sapiētesq3 viri cū legeretur affuerunt: quorū statim viscera in cōpunctione cōmota sunt. Cepit quisq3 amoris manu in suo corde te rapere: quia in illa epistola tue mētis dulcedinē nō erat audire/ sed cernere. Accendebātur et mirabantur singuli: atq3 ipse ignis audientiū demonstrabat qui fuerit ardor dicētis. Nisi enim prius in se faces ardeant: aliū nō succendūt. Ibi ergo vidimus quanta charitate tua mens arserit: que sic et alios accendit. Uitā vero vestrā (cuius ego semper cum magna veneratione reminiscor) minime nouerant: sed eis altitudo vestri cordis patuit ex humilitate sermonis. Uitā autem meā cunctis esse imitabilē illa vestra epistola loquitur. Sed qd non est ita vt dicitur: sit ita quia dicitur: ne qui non solet/ mētiatur. Ad hec autē breuiter cuiusdā bone mulieris verba loquor. Nolite me vocare noemi i. pulchrā: sed vocate me mara: quia amaritudine plena sum. Neq3 enī bone vir hodie ego sum ille quē nosti. Multū fateor exterius proficiēdo/ interius cecidi: neq3 de eorū numero esse pertimesco: de quibus scriptū est: Deiecisti eos dū alleuarētur. Cū alleuatur enim deijcit: qui honoribus proficit/ et moribus cadit. Ego enī vias mei capitis sequēs/ summopere esse decreuerā opprobriū hoim/ et abiectio plebis: atq3 in eius sortē currere: de quo rursus per psalmistā dicitur. Ascēsus in corde suo disposuit in valle lachrymarū: vt videlicet tāto verius in eo asceaderem/ quāto per conuallem lachrymarum foris humilius iacerē. At me multum nunc deprimit honor oneroßus: cure innumere perstrepunt: et cū sese ad deū animus colligit: hūc suis impulsibus/ quasi quibusdam gladijs

M

Ruth. j.

Ps. lxxij.

Ps. lxxxiij.

B

scindūt. Nulla cordis quies est. Prostratū in infimis ia
cet sue cogitationis pondere depressum. Aut rara valde
aut nulla hoc in sublimia penna cōtemplationis leuat.
Torpet ignaua mens: et circūlatrātibus curis tēporali
bus iam pene ad stuporē deducta: cogitur modo terre-
na agere: modo etiā que sunt carnalia dispēsare. Aliquā-
do vero fastidio exigēte cōpellitur/ quedā etiā cū culpa
disponere. Quid multa loquar? Victa suo pondere san-
guinē sudat. Nisi em̄ sanguinis noīe culpa censeret: psal-
mista nō diceret. Libera me de sanguinib⁹. Cū vero cul
pam culpis iungim⁹: hoc quoqꝫ qđ per aliū prophetā di-
ctū est implem⁹. Sāguis sanguinē tetigit. Sanguis em̄
sanguinē tāgere dicit: cū culpa culpe adiungitur: vt ini-
quitatis cumulus multiplicet. Sed inter hec per oipo-
tentē deū deprecor/ in perturbationis fluctibus lapsum
tue orationis manu me teneas. Quasi em̄ prospero flatu
nauigabā: cū trāquillā vitā in monasterio ducerē. Sed
procellosis subito motibus tēpestas exorta/ in sua pertur-
batione me rapuit: et prosperitatē itineris amisi: qꝛ quie-
te perdita mentis naufragiū pertuli. Ecce nūc in vndis
versor: et tue intercessionis tabulā quero: vt qui in naui
integra diues peruenire non merui: saltem post dāna ad
littus per tabulam reducar. De podagre vero molestiis
sanctitas vestra ve scribit affligitur: cui⁹ dolore assiduo
et ipse vehemēter attritus sum. Sed facilis erit consola
tio: si inter flagella que patimur: queqꝫ fecim⁹ ad memo-
riam delicta reuocam⁹: atqꝫ hec non iam flagella sed do

(margin: Psā.l.)

(margin: Osee.iiij.)

B

na esse conspicimus: si quia carnis delectatione peccaui
mus/ carnis dolore purgamur. Preterea ex benedictio-
ne beati Petri apostolorū principis palliū vobis trans-
misimus ad sola missarū solennia vtendū. Quo trāsmis-
so: valde debui qualiter vobis esset viuendū admonere.
Sed locutionē supprimo: quia verba moribus antecitis.
Omnipotens de⁹ sua vos protectione custodiat: atqꝫ ad
celestis remunerationē patrie cum multiplici animarū
fructu perducat. Ego autem quāta occupatione depri-
mor et debilitate/ breuis attestatur epistola: i qua ei quē
multum diligo/ parum loquor.

Gregorius Recharedo regi Visigothorū. De mune-
ribus sancto Petro trāsmissis. Factū Dauid ad memo
riam reducit qui aquā noluit bibere. Crucē transmittit
in qua de ligno domini erat/ et de capillis sancti Joan-
nis baptiste. Capitulum.xxxvj.

(margin: Epistola xxxvj.)

Explere verbis excellētissime fili nō valeo: quā
tum tuo opere/ tua vita delector. Audita quip
pe noui diebus nostris virtute miraculi: qꝫ per
excellētiam tuā cuncta gothorū gens ab errore arriane
heresis in fidei recte soliditate trāslata est: exclamare cū
propheta libet. Hec est immutatio dextere excelsi. Cui⁹
enim vel saxeum pectus tanto hoc opere cognito nō sta-
tim in omnipotentis dei laudib⁹/ atqꝫ in tue excellentie
amore mollescat? Hec me fateor que per vos acta sunt se
pe conuenientibus filiis meis dicere: sepe cum eis pari-
ter admirari delectat. Hec me plerūqꝫ etiam contra me
excitant: qꝛ piger ego et inutilis tunc inerti ocio torpeo:
quando in animarū congregationib⁹ pro lucro celestis
patrie reges elaborāt. Quid itaqꝫ ego in illo tremendo
examine iudici venienti dicturus sum: si tunc illuc va-
cuus venero: vbi tua excellentia greges post se fidelium
ducet/ quos modo ad vere fidei gratiā per studiosam et
cōtinuam predicationem traxit? Sed est mihi bone vir
hoc ex dei munere in magna consolatione: qꝛ opus san-
ctū quod in me nō habeo/ diligo in te. Cūqꝫ de tuis acti
bus magna exultatione gaudeo: ea que per laborem tua
sunt: per charitatē mea fiūt. De cōuersione igitur gotho
rum in vestro opere/ et in nostra exultatione libet cū an-
gelis exclamare: Gloria in excelsis deo: et in terra pax ho
minibus bone voluntatis. Nos em̄ (vt existimo) gratia-
rum amplius oipotenti dn̄o debitores sum⁹: qui etsi vo-
biscum nihil egimus: vestro tamen operi congaudendo
participes sumus. Beatus vero Petrus aplorum prin-
ceps q̄ libenter munera excellētie vestre susceperit: ipsa
cunctis liquido vita vestra testatur. Scriptum quippe
est: Vota iustorū placabilia. Neqꝫ eni in omnipotentis
dei iudicio quid datur: sed a quo datur aspicitur. Hinc
est enim qđ scriptū est. Respexit dn̄s ad Abel et ad mu-
nera eius: ad Caim autem et ad munera eius nō respexit
Dicturus quippe quia dn̄s respexit ad munera: prius

(margin: Ps.lxxvj.)

C

(margin: Luce.ij.)

(margin: Prouer.xv.)

(margin: Gen.iiij.)

sollicite quia respexit ad Abel. Ex qua re patēter osten-
ditur: quia nō offerens a muneribus: sed munera ab offe
rente placuerūt. Vestra itaqꝫ oblatio q̄ sit grata ostēdi-
tis/ qui daturi aurū/ prius ex conuersione gentis subdi-
te animarum munera dedistis. Ex vero transmissos ab-
bates: qui oblationē vestrā beato Petro apostolo defe-
rebant/ vi maris dicitis fatigatos ex ipso itinere ad hi-
spaniās remeasse: non munera vestra repulsa sunt q̄ post-
modū peruenerūt: sed eorū qui transmissi fuerāt constan
tia est probata: an scirēt sancto desiderio obiecta pericu
la vincere: et in fatigatione corporis mente minime lasse
ri. Aduersitas enim que bonis votis obiicitur: probatio
virtutis est/ non iudiciū reprobationis. Quis em̄ nesciat
q̄ prosperū fuit q̄ beatus Paulus apostolus predicatu
rus ad Italiam veniebat: et tamē veniens naufragium
pertulit? Sed nauis cordis in marinis fluctib⁹ integra
stetit. Preterea indico: qꝛ creuit de vestro opere in lau-
dibus dei hoc qđ dilectissimo filio meo Probino pres-
bytero narrante cognoui: quia cū vestra excellentia con
stitutionē quādam contra iudeorū perfidiā dedisset: hi
de quibus prolata fuerat/ rectitudinē vestre mentis in-
flectere pecuniarū summā offerendo moliti sunt: quā ex-
cellentia vestra contēpsit: et oipotentis dei placere iudi
cio requirens/ auro innocentiam pretulit. Qua in re mi-
hi Dauid regis factū ad memoriā venit: cui dum concu-
pito aqua de cisterna bethlehemitica que inter hostiles cu
neos habebatur/ ab obsequētibus militibus fuisset alla
ta/ protinus dixit. Absit a me: vt sanguinē iustorū homi
num bibā. Quā quia fudit et bibere noluit: scriptum est.
Libauit eam dn̄o. Si igitur ab armato rege i sacrificiū
dei versa est aqua contēpta: pensemus quale sacrificium
oipotenti deo rex obtulit: qui pro amore illius nō aquā
sed aurum accipere contēpsit? Itaqꝫ fili excellentissime
fidēter dicam quia libasti aurum dn̄o: quod contra eum
habere noluisti. Magna sunt hec et oipotentis dei laudi
tribuēda. Sed inter hec vigilāti sunt studio antiqui ho
stis insidie cauende: qui quanto maiora in hoibus dona
conspicit/ tanto hec auferre subtilioribus insidiis exqui
rit. Neqꝫ enim latrūculi in via capere viatores vacuos
expetūt: sed eos qui auri vascula vel argēti ferunt. Vis
quippe est vita presens. Et tāto quisqꝫ necesse est vt insi-
diantes spūs caueat: quanto maiora sunt dona que por-
tat. Oportet ergo excellentiā vestrā in tanto hoc de con-
uersione gētis subdite munere quod accepit/ summope-
re custodire prius humilitatē cordis: ac deinde mundi-
tiam corporis. Cū em̄ scriptū sit: Omnis qui se exaltat/
humiliabitur: et qui se humiliat/ exaltabitur: profecto li
quet quia ille veraciter alta amat/ qui mentē suā ab hu-
militatis radice nō desiccat. Sepe nāqꝫ malignus spūs
vt bona destruat quibus prius aduersari non valuit: ad
operantis mētem post peractā operationē venit: eamqꝫ
tacitis cogitationibus in quibusdā sui s laudibus excu-
tit: ita vt decepta mens admiret ipsa q̄ sint magna que
fecit. Que dum per occultū tumorē apud semetipsam ex
tollitur: eius qui donum tribuit/ gratia priuatur. Hinc
est eni q̄ per prophete vocē cōtra superbientē animā di-
citur. Habēs fiduciā in pulchritudine tua: fornicata es
in nomine tuo. Fiduciā quippe anime in pulchritudine
sua habere: est in semetipsa de iusta actione presumere.
Que in suo noie fornicatur: quādo in hoc qđ recte egit/
non conditoris laudē dilatari appetit: sed sue opinionis
gloriā requirit. Hic rursum per prophetā scriptum est:
Quo pulchrior es/ descende. Anima etenim vnde est pul
chrior/ inde descēdit: quādo ex virtutis decore quo exal-
tari apud deū debuit: ab eius gratia per suā elationē ca
dit. Quid ergo in his agendū est: nisi vt malignus spūs
cū nobis ad eleuandā mentē reducit bona que egimus/
nos semper ad memoriā mala nostra reuocemus: quate
nus et nostra cognoscamus esse que peccando fecimus:
et solius oipotentis dei munera/ cū peccata declinamus.
Custodienda est quoqꝫ mūditia corporis in studiis bo-
ne actionis: quia iuxta vocē predicantis apostoli/ Tem
plum dei sanctū est/ quod estis vos. Qui rursus ait. Hec
est enim volūtas dei/ sanctificatio vestra. Quam sancti-
ficationē quid dixerit/ ostendēs protinus adiunxit. Vt
abstineatis vos a fornicatiōe: vt sciat vnusquisqꝫ vestrum
suum vas possidere in sanctificatione et honore: et non in
passionib⁹ desideriis. Ipsa quoqꝫ regni gubernacula ex-

D

E

(margin: j.Paral.xj.)

(margin: Lu.xiiij. c.z.xviij.)

F

(margin: Ezec.xvj.)

(margin: Ezech.xxxij.)

(margin: j.Cor.iij.)

(margin: j.Thessa.iiij.)

G ga subiectos magno sunt moderamine tēperanda: ne potestas mentē surripiat. Tunc enim regnū bene regitur/ cū regnandi gloria animo non dn̄atur. Curandū quoq; est ne ira surrepat. Ne fiat citius omne quod licet. Ira quippe etiā cū delinquentiū culpas exequitur: nō debet menti quasi dn̄a preire: sed post rationis tergū velut ancilla famulari: vt ad faciem iussa veniat. Nā si semel mentem possidēs ceperit: iustū esse deputat etiā quod crudeliter facit. Hinc enī scriptū est. Ira viri iustitiā dei non operatur. Hinc rursus dicitur: Sit ois homo velox ad audiendū: tardus autē ad loquendū: & tardus ad iram. Hec autē vos auctore deo oia seruare nō ambigo. Sed occasione admonitionis exorta: bonis vestris actib⁹ me furtiue subiungo/ vt cū non admoniti facitis: quādo vobis admonens additur: iam non soli faciatis. Omnipotens autē deus in cunctis actibus vestris/ celestis brachij extensione vos protegat: vobisq; & p̄sentis vite prospera/ et post multa annorū curricula gaudia concedat eterna. Clauim vero paruulā a sacratissimo beati Petri apostoli corpore pro eius benedictione trāsmisimus: in qua inest ferrū de catenis eius inclusum: vt quod collū illius ad martyriū ligauerat: vestrū ab oībus peccatis soluat. Crucē quoq; dedi latori presentiū vobis offerendam: in qua lignū dn̄ice crucis inest: et capilli Joannis baptiste. Ex qua semper solatiū nostri saluatoris per intercessionē precursoris ei⁹ habeatis. Reuerētissimo autem fratri & coep̄o nostro Leandro pallium a beati Petri apostoli sede transmisim⁹: qđ & antique cōsuetudini/ & nostris moribus/ & eius bonitati atq; grauitati debeamus. Item in anagnostico ante lōgum tempus dulcissima mihi vestra excellētia neapolitano quodam iuuene veniente mādare curauerat: vt pijssimo imperatori scriberē: quatenus pacta in chartophylacio requireret: que dudū inter pie memorie Justinianū principē et iura regni vestri fuerant emissa: vt ex his colligeret quid vobis seruare debuisset. Sed ad hoc faciendū due res mihi vehemēter obstiterūt. Una quia chartophylaciū predicti pie memorie Justiniani principis tēpore: ita surripiēte subito flāma incensum est: vt oīno ex eius tēporibus pene nulla charta remaneret. Alia aūt/ qr̄ qđ nulli dicēdū est ea que contra te sunt/ apud temetipsum debes documenta requirere: atq; hec pro me in mediū proferre. Ex qua re hortor vt vestra excellentia suis moribus cōgrua disponat: et queq; ad pacē pertinent/ studiose peragat: vt regni vestri tempora per longa sint annorū curricula in magna laude memoranda. Preterea transmisim⁹ clauim aliam a sacratissimo beati Petri apostoli corpore: que cum digno honore reposita/ queq; apud vos inuenerit benedicendo multiplicet.

Jacob. Ibidem.

H

C Gregorius Italie patricie & Uenātio. Conqueritur de doloribus eius. Capitulum cxxvij.

Epistola cxxvij.

Quosdā de sicilia venientes affectu quo debui de sospitate vestre excellentie requirere curaui. Sed de assiduitate egritudinum mihi tristia respōderunt. Hec autē dicens nec ego vobis de meipso inuenio aliud quod debeam nunciare: nisi q̄ peccatis meis exigentibus ecce iam vndecim menses sunt q̄ valde rarū est si de lecto surgere aliquādo potuero. Tantis enī podagre tantisq; molestiarū doloribus premor/ vt vita mea mihi grauissima pena sit. Quotidie enim in dolore deficio: & mortis remediū expectādo suspiro. In clero vero huius vrbis & populo tanti febriū languores irruerunt: vt pene nullus liber/ nullus seruus remāserit/ qui esse idoneus ad aliquod officiū vl̄ ministeriū possit. De vicinis autē vrbibus strages quotidie mortalitatis nobis nūciātur. Aphrica autē qualiter mortalitate & languoribus vastetur: quanto viciniores estis: tanto credo q̄ subtilius cognouistis. De oriēte vero qui veniūt/ grauiores desolationes nunciant. In his itaq; oībus q̄r appropinquāte fine mundi generalem percussionem esse cognoscitis: affligi nimis de proprijs molestijs non debetis. Sed sicut sapientes nobiles decet/ omne cor ad aiarum curā reducite: districtū iudiciū quāto sit vicinius/ plus timete. Studijs pietatis intendite: de qua scriptū est q̄ promissionē habeat vite presentis & future. Potēs est autē oipotēs deus vitā vestre excellentie et hic in longo tempore conseruare: et post multa annorum curricula ad gaudia eterna perducere. Dulcissimas filias meas

I

domnā Barbarā et domnā Antoniā mea pro vice salutari. Quas oro vt superna gratia protegat: eisq; prosperari in omnibus concedat.

K

C Gregorius Donello erogatori. De prouisione Romane ciuitatis. Capitulum cxxviij.

Epistola cxxviij.

Epistolā glorie vestre plenā boni filij charitate suscepimus: ex qua quidem de molestia corporis vestri noster est animus cōtristatus. De diuina tamē miseratiōe cōfidimus: q̄ qui vos miserā et delectā diligere fecit Italiā: ipse vobis et corporis salutem restituat/ & in eterna retributione cōpenset. De militari enī toga quā vos contra voluntatē vestrā principali significastis iussione iterū suscepisse/ oīno sumus libēter complexi: sciētes quia magnitudo vestra cautiori sollicitiorisq; prouisione militari necessitati concurrat. De sex vero cētenarijs: qui in cimiliarcho rauēnati ecclesie fuerāt cōmēdati/ sicut vestra testatur epistola/ ab excellētissimo Exarcho in quotidiana militū prefectura sūt mutati: qui vt hactenus minime restaurent/ cui⁹ sit causa cognoscitis. Qđ enim scripsistis/ hoc p̄dicto filio nostro Exarcho visum esse: vt q̄r pax ad conclusionē tenuit de pecunijs hinc cōpetētibus/ p̄mū vt togā illarū partiū faciatis: gloria vestra caute prospiciat si vel fieri debet: vel sit quoquo modo presumendum: vt si prefectura illarum partiū acceptas pecunias recuperare negligit: he partes ob hoc periculū de militis nuditate sustineāt. Sed ij quib⁹ mutuate ipse dicunt pecunie/ debēt a mutuante cōstringi: quatenus sicut nouerūt expense centenaria ipsi restituāt: et pecunie que sine erogantis nō possunt tangi periculo/ subtracte quibus debētur/ admisso qđ nobis imminet periculo: minime alijs dispergantur indebite. Et hoc quidē nos nec cum nouo in causa virorumanarū partiū ignauo agimus. Cui quippe cōstat q̄ si pax reparata minime fuerit: belli tempore in his locis nisi solius diuine potentia maiestatis: humanū non preualet subuenire remediū. Sciēs ergo magnitudo vestra volūtatem dn̄orum principū quanta de Romane ciuitatis cura precipue subuētione sit prouisa: quod ex donis eorū euidenter agnoscitur: sed et partiū istarū imminēs periculū oīno cure tue est et ciuitatis cū pecunijs hic venire. Quod si omissum fuerit: et aduersi aliqđ (quod non optamus) euenerit; neq; apud deū/ nec apud rerū dn̄os cuiuslibet obtentu persone vos excusare quoquo modo valeatis. Romana enim ciuitas peccatis nostris faciētibus diuersis est attrita languoribus: vt nec q̄ in murorum custodia sint idonei persistant.

L

C Gregorius Maximo episcopo Salonitano. De vsu pallij et ratione eius. Capitulum cxxix.

Epistola cxxix.

Susceptis fratris et coepi nostri mariniani epistolis: sed & Castorio chartulario nostro remeāte fraternitatē vestrā plenissime de his quib⁹ dubietas fuerat/ satisfecisse cognouim⁹: magnasq; oipotenti deo gratias agimus: quia de meo corde medullit⁹ omnis rancor sinistre suspitiōis euulsus est. Pro qua re Stephanū cōmunē filium diaconē vestrū cū summa volui celeritate laxare. Sed hunc apud me vel paucis diebus immorari: dolores crebri meorū egritudinū cōpulerunt. At postq̄ meliorari vel modicū cepi/ cū protinus cū gaudio transmittere curaui. Itaq; pallium ad sacra missarum solēnia vtendū ex more transmisimus: cuius vos volumus per omnia geniū vendicare. Huius enim indumēti honor/ humilitas atq; iustitia est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet in p̄speris humilē/ et in aduersis (si quādo euenīāt) cū iustitia erectam: amicā bonis: peruersis cōtrariam. Nullius vnq̄ faciē pro veritate loquentē premens: misericordie operibus iuxta virtutem substātie insistens: & tamen insistere etiā supra virtutē cupiens: infirmis cōpatiens: bene volentibus congaudens: aliena damna propria deputans: de alienis gaudijs tanq̄ de proprijs exultans: in corrigendis autē vitijs seuiens: in fouēdis virtutibus auditorū animū demulcens: in ira iudiciū sine ira tenens: in trāquillitate autē seueritatis censurā nō deserens. Hec est frater charissime pallij accepti ratio: quam si sollicite obseruaueris/ qđ foris accepisse ostēderis: intus habes. Preterea fratrē & coep̄m nostrū Sauinianū fraternitati vestre in oībus commendo: et si que cause sint/ interim postponātur. Charitas inter vos firma p̄maneat: vt sic de

M

A exterioribus: si quando contentio vertit examen veniat: quatenus mentē charitas nō relinquat. Cōmunē quoq filium Honoratū archidiaconē cōmēdamus. De quo (si ita est) sicut per Castorium chartulariū nostrum didicimus: quia per eum iam tres antea archidiaconi seruare cōsuetudinē ecclesiasticā / qui quinquēnio expleto excedo compulsi sunt: tue quidē volum⁹ vt charitati sanctitatis inueniat. Nam flagitari iudiciū non debet de causa quā ipse iudicauit. Sin vero ita nō est: omni mētis tumore depresso / omniq odio postposito / debet in charitate recipi: et nullatenus a loco in quo inuctus est / amoueri. Meliasi. quoq clericū: qui ad nos confugerat / cōmuni filio Stephano diacono fiducialiter dedimus: certi quia quē nos vestre fraternitati transmittim⁹: vos in eo non odium: sed gratiam potestis ostendere. Omnipotēs deus sua vos protectione custodiat: detq vobis ita agere: vt post huius tēporalitatis fluctus / ad eterna valeamus simul gaudia peruenire.

Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi. De philagrio. Capitulum.cxxx.

Epl.cxxx. Licet multū fraternitatē vestrā ad seruādam sibi iustitiā philagrij portitoris presentiū fragiliū cecitatis inuitet: verūtamē qr ad restaurāda q sibi preiudicialiter asserit detineri: p nos vos voluit fieri promptiores / presentia ad vos scripta preuidimus dirigenda. Questus autē est campū cum vinea sua

B ab ecclesie vestre hominibus irrationabiliter occupatū. Quod si ita est / quāq ante iudiciū possessio ei deberet violenter ablata restitui: tamen quia peruenit cōmuni filius Euentius diaconus vester: consentiēte prefato latore cōstituit per quinq testes partē ecclesie vestre satisfacere posse / eiusdē ecclesie iuris illū esse. Ideoq fraternitas vestra predictum philagriū contra iustitiam laborare non faciat: sed modis quibus potuerit / veritatē diligenter inquirat. Et si manifeste sicut hic cōstituit / probari potuerit vestri iuris esse: huic propter deum citius satisfaciendū est / vt a sua intētione sine labore discedat. Alioquin ante omnē contentionem res eius tua vestra prouisione reddatur / vt sua cuiq parti integra post hoc maneat de proprietate cognitio. Quia vero pro eo q vobis nescientib⁹ inde discessit / vestros se existimat animos offendisse: fraternitas vestra ei dulcedinē sue charitatis ostendat: vt cognoscat se longe aliter q debuit de sacerdote credidisse. Sed qm et sanctorū apostolorū liminib⁹ se (vt ait) presentare desiderat: quoties venire voluerit / nullius impedimento auertat: sed vestrū magis habeat in hac parte solatiū. Indicauit preterea predictus portitor q collecta facta inter alios ciuitatis Ianuēsis habitatores: ipse dare pariter cōpellatur. Et miramur vt qui magis misericordia dignus est: vobis presentibus pregrauetur. Qd si ita est / denuo ab eo per quēlibet exi-

C gi vestra sanctitas non permittat: quia cum quē cecitas sua grauat: inhumanū nimis est in collatione affligere: cui si esset magna necessitas: debuit ex collatione misereri. Quia vero ab ecclesia Dertonensi puerū suum iniuste queritur detineri: fraternitas tua predicte ciuitatis episcopo curet scribere: vt (si ita est) sine aliqua illū contentione restituat. Qui si aliū esse forte responderit: aut apud vos / aut apud arbitros causa hec cognoscēda sine excusatione est aliqua facienda. Nam idē Philagrius puellam suam cum filijs et nepotib⁹: de qua (vt ait) nulla est questio: eundē puerū suum noīe Maurū maritū suum secum immoruit. Ex qua re actū est vt per eū de quo est cōtentio / etiā alij de quibus nulla est questio / teneant. Qd si veritate subsistit: puella illi cum filijs et nepotib⁹ sine aliqua altercatione reddēda est: et tunc de suprascripto Mauro questiōe vētilata: quod ratio suaserit / terminetur. Qd si forte et de vxore ipsius aliqua dicitur esse contentio: et hoc quoq ita interuētu iudicij finiatur: vt vobis illic presentib⁹ ad nos de memoratis causis denuo predictus portitor necessitatē remeandi non habeat.

Expliciunt epistole Indictionis secunde.

Incipiunt epistole Indictionis tertie ex registro beati Gregorij pape.

Liber Octauus.

Gregorius Romano defensori. De Lucillo epo qui mi nisteria ecclesiastica iniuste abstulit. Capitulum.j.

D Epla.j. Nihil proficit sacerdotū culpas vlcisci: et cōmissa digna delectiōe crimina vindicare: si eis qui conuicti facinore deponunt / amissio honoris solatium / et casus sui ceperint esse compendium. Questus itaq nobis est frater et coeps noster Traianus Lucillū quondā insule Melitensis epm / flagitij sui iniquitate perterritū: nō solum res ecclesie cuius nō rector / sed inimicus potius extitit / abstulisse: verum etiam plurima eum eidē ecclesie competentia de preteritis retinere. Quippe qui in fabricā / vel sartatecta ipsius nihil pertulit expendere: sed mente sacrilega suis totum studuit compendijs applicare. Et quia graue nimis ac contra deum est: vt sua illi delectio non sit pena: sed commodū: experientia tua eum districte cōmoneat: vt quicquid abstulit / vel apud se de preteritis retinet: sine mora restituat. Qui si indita sibi nequitia negare forte voluerit / quia facile dicitur posse cōuinci: vna cū reuerentissimo fratre et coepo nostro Ioanne syracusano residens / subtili inquisitione huius rei veritatē rimamini: quatenus probatiōe habita / quicquid eū tulisse vel surripuisse claruerit: palā verecundia confusus restituat: qd inuerecunde clam abstulit. Petrum autē predicti Lucilli filium / similiter tui studij sit admonere: vt quia et ipse su-

E prascripte ecclesie tulisse plurima perhibetur: honesta ea consideratione restituat: alioquin vestro et ipse est iudicio presentādus / vt precedēte subtili inquisitione / vtrorumq causa valeat vno fine concludi. Preterea petijt a nobis suprascriptus Traian⁹ frater noster: vt de monasterio suo quod in ciuitate Syracusana situ est: ei quattuor vel quinq dari monachi debuissent. Quod pro ei⁹ solatio nequaq existimauimus denegādum: quia ad locum proficiscēs incognitū / si proprios quorū cōsolatione vtatur non habeat: mens affecta tristitia minus se ad ea q vtilitatis sunt erigit: et ante incipit succūbere q laborare. In qua re ne suprascripti reuerētissimi fratris et coepi nostri Ioannis priuilegiorū videremur prerogatiuam minuere: ita hoc illi noueris esse concessum: vt tamen fratris et coepi nostri Ioannis sit arbitrio per oia reseruatū. Quia ergo petitioni sue predictus frater noster adiecit: vt pueros quos de pecunia sua cōparauit ac suos patrisq sui codices / aut res alias ꝓprias quas in eodē monasterio habet / ei sit tollēdi licētia: ratio nos hoc negare nō pertulit. Sed ne postulata videamur indiscrete cōcedere: hanc tenendā obseruātiā scito / id est / vt quicquid postq ab abbatis remotus est officio / comparauit: vel quolibet titulo acquisiuit: libera illi tollēdi facultas sit. Sed et hoc qd de monasterio illo in quo cōuersus est: qd in prouincia Valeria in possessione iuris sui patrē eius manifestū est cōstruxisse: pellēte hostilitate discedens abstulit / secumq detulit: sine aliqua dubietate ei reddēdum est: quia alterius inquisitionis iuo effu-

F git: quod semel monasterij fuerit obsio sociatū. Si quid autē dum adhuc illic abbatis fungeretur officio acquisiuit: non suum sed monasterij ipsius esse cognoscat. Et ideo de iure illud eiusdē monasterij auferri vlteri⁹ quolibet modo nō patimur. Legatū autē quod antedictum fratrē nostrū illud capitulano conditrix supradicti monasterij singulis annis de eodē monasterio p vltimā voluntatē suam habere cōstituit: experiētia tua solatiante iustitia faciētesine aliqua faciat dilatione percipere.

Gregorius Mauricio Augusto. De denarijs sancto Petro transmissis. Capitulum.ij.

Epla.ij. Dominorū pietas: que suos cōsueuit misericorditer famulos continere: ita benigna hic subuentione resplēduit: vt cunctorū debiliū inopia / largitatis eius sit cōsolatione subleuata. Pro qua re lachrymabili prece oēs deposcimus: vt oipotēs deus qui clemētie vestre ad hoc corda cōpunxit / incolume in amore sui constantia dñorū seruet imperiū: et victorias eorum in cunctis gētibus auxilio sue maiestatis extendat. Triginta itaq libras auri quas confamulus meus busa detulit: Scribo sacerdotibus / egenisq et alijs fideliter erogauit. Et quia quedā in hāc vrbē sanctimoniales femine ex diuersis prouincijs fugiētes / post captiuitatē venerūt / ex quibus quantū locorū possibilitas recipit: alique in monasterijs date sunt: que vero in eis mini

G me capi potuerunt/singulariter degentes inopē vitā du
cunt: placuit vt hoc quod eccle/trūcio/aliisq debilibus
superesse posset: eis erogari debuisset: dūmodo nō solum
dñorum misericordiā indigētes indigene: sed aduenien
tes etiā peregrini susciperēt. Unde actū est vt simul oēs
pro vita dñorum cōcorditer orarent: quatenus oīpotēs
deus longa vobis et quieta tempora tribuat: et pietatis
vestre felicissimā sobolē diu in Romana republica flore
re concedat. Loge quoq militū ita per predictum cōsa
culū meū Scribonē presente quoq glorioso Rasco fa
cte sunt: vt dona dñorū cuncti sub disciplina debita gra
tias agendo susciperēt: et hoc quod eis prius dari con
sueuerat: omne murmur auerterent.

Gregorius Fortunato episcopo neapolitano. De mo
nasterio Romani consecrando. Capl̄m. iij.

Epla. iij.

Fraternitati vestre esse nō putamus incogni
tum: quia Romanus clarissime memorie vir
per vltime sue volūtatis arbitrium in domo
iuris sui ecclesiā que in ciuitate vestra sita est / edificari
deputauit. Et quia (deo miserāte) defuncti noscitur vo
luntas impleta: sanctitas vr̄a illic ingrauāter accedat:
et si nullū ibidē corpus cōstat humatū: locū ipsum in ho
norē sanctorū Herinctis atq Cyriaci: necno et pācratij
solēniter studeat absq missis publicis cū veneratiōe de
bita pscrare: ita vt in eodē loco baptisteriū nunq̄ cōsti
tuatur: nec pb̄yterū cōstituas cardinalē. Sed quotiēs
H missas sibi degentes illic monachi fieri voluerint: a dile
ctione vestra pbr̄m nouerint postulandū: quaten⁹ nihil
tale a quolibet alio sacerdote nullatenus presumatur.

Gregorius Fantino defensori. De mancipijs Roma
ni spectabilis viri. Capitulum. iiij.

Epla. iiij.

Mancipia iuris romani spectabilis memorie vi
ri: q̄ in domo sua q̄ in neapoli sita est / monaste
riū ordinari cōstituit / habitare in sicilia per
hibentur. Et q̄a monasteriū ipm iuxta voluntatem eius
noscitur ordinatū: experiētia tua presentiū portitori ib⁹
qui ad recolligēda mācipia ipsa illuc directi sunt: oī stu
dio solatiari festinet. Et recollectis eis / possessiones il
lis vbi laborare debeāt / te solatiāte cōducat. Et quicqd
eorū labore accesserit: reseruato vnde ipsi possint subsiste
re: reliquū ad predictū monasteriū experientie tue cura
annis singulis auxiliante dño transmittatur.

Gregorius Sauino subdiacono Regionario. De Si
linnio presbytero culture idolorū dedito. Capl̄m. v.

Epla. v.

Cum plerūq quod in laicis culpa non est: hoc
crimen in sacro sit ordine cōstitutis: quanta in
eis districtiōe puniēdū sit piaculare flagitiū /
qui zelo rectitudinis vtitur: non ignorat. Quorū dam si
quidē relatiōe perlatū est quia Silinnius regitane ciui
tatis presbyter (qd̄ auditu ipso intolerabile nimis est)
idolorū venerator ac cultor est: adeo vt in domo sua qd̄:
dam idolū positū habere presumeret. Sed et (qd̄ nō dis
I simile nephas est) sodomitico illū scelere maculatū. Et
ideo quia tanti facinoris iniquitas districta atq subtili
inuestigatiōe querēda atq plectēda est: hac tibi auctori
tate precipimus: vt vigilanti studio / et diligenti oīno cu
ra perquiras. Et si qua indicia apprehendere huius rei
potueris: eum in custodia districta: quousq nobis renū
cies redigas: vt qualiter immanissimū facinus discuti
debeat ac puniri / deliberare possimus. Scito autē q̄ stu
diū / zelusq tuus qualis cōtra nefandissima sit crimina:
hec causa est sine dubio mōstratura: per quā te apd̄ nos:
aut multū de sollicitudine cōmendari: aut periculose de
neglectu noueris accusari. Unde necesse est: vt ita te vi
gilantē in hac requisitione studeas exhibere: quatenus et
nos de sollicitudine tua letificare: et deum tibi facias esse
placabilē. Hoc quoq nobis de predicto presbytero nun
ciatū est / q̄ Uictorianus presbyter ei cū diuersis rebus
vel ornamētis auctoritati sue pecuniā cōmendasset: qui
dum depositū abnegaret / iudicio habito cōuictus est: et
vnde reddere debuisset / addictus sit. Et q̄ eo restituere
id qd̄ condēnatus est differēte / is qui deposuisse dicitur
obijt: et necessitate eius perhibentur filij laborare: et hoc
experientia tua diligēter inquirat: atq ita (salua ratio
ne) ad finem hanc causam perducat: dūmodo (si ita est)
nec ille res alienas perfida mente retineat: et orphani qd̄
suum est vel amisso patre recipiant.

Gregorius Sauino subdiacono. De iniustitijs Sto
paulo et Marcello facta. Capitulum. vj. K

Epla. vj.

Latores presentiū Stopaulus atq Marcell⁹
liberti quondā comicioli excubitoris: questi
nobis sunt: asserentes duas substantie sue vn
cias quas libertis suis idem dñs eorum per paginā te
stamenti sui legauerat / ab herede filia ipsius maria vxo
re pardi clerici necdū sibi esse cōpletas. Et vt legatum
ipsum differre valeat: ab herede eadē ipsius statu sui si
bi fieri terrorē insinuant. Et quoniā ea que relicta sunt /
tua postulant iustitia adimpleri: idcirco tibi hac aucto
ritate precipimus: vt predictā Mariā cōmoneas / quate
nus voluntatē patris / auctorisq sui implere nō differat:
studijq tui sit / vt nullis contra rationem dispēdijs de
beant subiacere. Q̄ si forte ab hac se solutione aliqua ui
titur occasione defendere: medijs sacrosanctis euange
lijs causam subtiliter perscrutari: et ita que legis ac iu
stitie ordo postulauerit diffinire conuenit: atq diffinita
effectui mancipare: vt hec ad nos denuo querela non re
deat. Quia vero cōperimus duas vncias substantie sue
predictū testatorē ecclesie sancti Georgij vbi se sepeliri
voluit legauisse: cure tue sit vt easdem duas vncias sub
stantie sue (si tamen necdū complete sunt) predicto loco
modis oībus vendicare debeas: vt pie volūtatis inten
tio: etiā inuita herede ad effectū per omnia perducatur: L
nec in hac re amplius differri que relata sunt patiaris.
Nam sacrilegū et contra leges est: si quis quod venera
bilibus locis relinquitur: praue voluntatis studijs / suis
temptauerit compendijs retinere.

Gregorius Theodoro curatori. Joānem prefectum
commendat. Capitulum. vij.

Epla. vij.

Quāuis glorie vestre bonitas semel sibi cōmē
datos nesciat obliuioni mandare: verūtamē
scientes hec eadē iterata charissimū filiū non
onerose suscipere: scribere nos que iam dudū scripsim⁹ /
non piget. Quia ergo Joannes gloriosissimus filius no
ster prefectus vrbis ad deducēdam hac coniugē suā la
torē presentiū Joannē clarissimū virū illic noscit transi
misisse: paterna dilectione salutantes petimus: vt q̄ me
moratus gloriosissimus filius diutius hic consistere nō
potest: venienti coniugi ipsius glorie vestre sinceritas pa
trocinij sui opem ferat. Et vt securius iter suū (deo cu
stodiēte) peragere valeat ad Perusinā ciuitatē milita
ri / eā solatio fulciri disponat: quatenus et antedictus glo
riosus vir ampli⁹ patrocinijs vestris sit deditus: et nos
dulcissime glorie vestre gratias referamus.

Gregorius Mariniano episcopo Rauenne. Joannē
prefectum commendat. Capitulum. viij.

Epla. viij

Gloriosissimus filius noster Joānes prefectus
vrbis ad hoc illuc latorē presentiū Joannē vi
rum clarissimū destinauit: vt gloriosam coniu
gem ipsius deo debeat protegente huc perducere. Quā M
et nos hic volumus per oīa aduenire: vt predictū glorio
sissimū filiū nō diuisum: sed totū habere possim⁹. Frater
nitas itaq vr̄a sollicitudinē gerat: ne qd̄ impedimentū
ad veniēdum sustineat: atq vt hic citius adesse valeat /
studiose concurrat. Et ita se circa eā quociēs exegerit
vsus exhibeat: vt nec suū abesse coniugē sentiat: et nos in
vobis modis oībus presentes esse cognoscat.

Gregorius Mariniano epō Rauenne. De sanctimo
niali de monasterio egressa / et marito sociata. Capl̄m. ix.

Epla. ix.

Si latoris presentium Stephani viri clarissimi
querela veritate subsistit / oīno nos fraternitas
vestra contristatos intelligat: cur tam pigra
vel desses extiteris / vt ante ad nos facti prauitas q̄ cor
rectio perueniret. Questus itaq est q̄ cognatam eius (cui
aliquādo Petrus quidā nequissimus diabolico instin
ctu de monasterio exire suaserat: atq a gratioso nota
rio nostro fuerat mutato habitu vnde exierat reuocata)
nequissim⁹ vir iniqua suasione de monasterio rursus ej
ciēs / apud se nūcusq impudice retineat. Ex qua re valde
nos (sicut diximus) tua desidia cōtristauit: cur necdum
in monasteriū reuocata sit ac retrusa. Uel nūc ergo pro
positi tui consideratio et zelus te castitatis accendat: id
summopere modis quibus potueris studere: vt asperi
tatem quā de tante iniquitatis perpetratiōe cōcepim⁹ /
eis citius valeas correctione mollire. Nam et vitali de
fensori precepimus: vt vobis hac in causa solatiari non
differat. Sed quia memoratus Petrus ab hoc filij no

B stri magnifici Floreni dicitur defensari: apud eum vo
bis cũ omni studio et charitate instanter agendum est:
vt eam sine aliqua faciat dilatione restitui: quem credi-
mus hoc (quia bonus dño vir esse dicitur) sine mora fa-
cturũ. Et si forte (quod non credimus) aliqua hoc fue-
rit excusatione dilatũ: tũc etiã publice contestãdus est.
Atq; fraternitas nobis vestra renũciet: vt exinde in ve-
bem regiam scribamus: quatenus quod fieri honeste ne-
gligitur: ea qua dignum est vltione plectatur.

¶ Gregorius Joanni episcopo Syracusano. De decem auri libris Basilio cypriano episcopo transmissis.

Capitulum.x.

Epla.x. GLoriosi filij nostri / Cethegus atq; Flora iuga
les / pro certis causis suis Maximũ virum cla
rissimũ Palatinũ priuatarũ ad Siciliã trans-
mittentes / decẽ libras auri a reuerentissimo filio nostro
Basilio capuane ciuitatis epõ: qui illic iam esse dinosci-
tur: suis vtilitatibus profuturas dari de pensionibus ec-
clesiastici patrimonij voluerunt. In quarũ restitutione
ne qua mora fieret: aut difficultas forte cõtingeret: quã-
titatem ipsi dilectissimo filio nostro Bonifacio diacono
tradiderũt. Et ideo quia nostros nos filios (et presertim
vbi damnũ minime sentit ecclesia) non conuenit contri-
stari: his fraternitati tue mandamus apicibus: vt supra
scripto fratri / coepiscopoq; nostro Basilio / et Maximo
viro clarissimo scḋm voluntatẽ predictorũ filiorũ nostro-
D rum Cethegi atq; Flore / gloriosiq; personarũ / decem li-
bras auri sine tarditate post subditam desuscepto pagi-
nã dare debeatis: quatenus dũ nulla in accipiendo eis
mora puenerit: et illi mãdata sibi (vt nouerint) vtiliter
exequãtur / et pars ecclesie rationabiliter sit munita.

¶ Gregorius Romano defensori. De Basilio episcopo in causis forensibus occupato. Capitulũ.xi.

Epl.xi. Parte.j. dist.lxxx viij.c.per latum. PErlatũ ad nos est reuerentissimũ fratrem no
strũ Basiliũ episcopũ velut vnum de laicis in
causis secularib⁹ occupari: et pretoria inutili-
ter obseruare. Que res quoniã et ipsum vilẽ reddit / et re
uerentiam sacerdotalẽ annihilat: statim vt experientia
tua hoc preceptũ susceperit: eũ ita ad reuertendũ distri-
cta executione cõpellat: quaten⁹ ei illic te insistẽte quiq;
diebus sub qualibet excusatione immorari nõ liceat: ne
si quolibet modo eum ibidẽ morã habere permiseris: cũ
ipso apud nos grauiter incipias esse culpabilis.

¶ Gregorius Gudiscalco duci Cãpanie. De infractione monasterij sancti Archangeli.

Capitulum.xij.

Epl.xij. xi.q.iij. Illa prepositorum. ILla prepositorum sollicitudo vtilis est: illa est
cautela laudabilis: in qua totũ ratio agit: et fu
ror sibi nihil vendicat. Restringenda ergo sub
ratione potestas est: nec quicq; agendũ / priusq; cõcitata
ad tranquillitatẽ mens redeat. Nam cõmotionis tem-
pore iustũ omne putat ira qḋ fecerit. Peruenit itaq; ad
nos magnitudinẽ tuam vsq; ad hoc esse impetu furoris
impulsam / vt non solũ frangi ianuas monasterij sancti
C archangeli: verũ etiã diripi exinde quod ibi inuentũ est
feceris. Insuper aũt sic cõtra abbatẽ eiusdẽ monasterij
dixeris exarsisse: vt nisi occultans se / iracũdie tue tẽpo-
re latuisset: non leue discrimẽ incurrisset: deniq; vt metu
tuo perterritus / de domo in qua se olim receperat / exire
nuncusq; non audeat. Quod ne frustra fecisse forsitan vi
dearis: fugam monachi ipsius / qui ad hostes abiit: ad
eius (sicut ad nos perlatũ est) crimẽ impingis: asserẽs q
cum ipsius voluntate fugerit. Quod si ita est / contrista-
mur: et valde vestram sapientiã miramur. Nam si licitũ
putatis: vt aliorũ culpa aliis sit nociua: multi huic pos-
sunt crimini subiacere. Diuersorũ enĩ nobiliũ serui: mul
tarũ ecclesiarũ clerici: diuersoq; monasteriorũ monachi:
multorũ iudicũ hoies: sepe se hostib⁹ tradiderũt. Ergo
si hoc credit / seruorũ vtiq; usũ / clericoq; episcopi / mona-
chorum abbates / diuersoq; fugaciũ iudices / oẽs sub cul
pa sunt et crimine cõstituti. Nunquid et diebus magni-
tudinis tue multi de ciuitate in qua consistis / ad longo-
bardos milites fuga non lapsi sunt? Et quis tante indi-
scretionis tanteq; possit stultitie reperiri: vt eorũ iniqui
tatẽ tibi extimet applicandã? Hec itaq; sollicite pensa-
ns: atq; ex te aliorũ causas estimans: et in quorundã aduersita-
tates falsis suspitionibus nõ vacaris. Si vero est aliqs
qui de predicti monasterij abbate possit aliquid dicere

D quod ad culpam reatumq; eius pertineat: nos hoc non
negligi: sed magis vna quidem cum eis quorũ interest /
causam omnino districte et sollicite volumus perscruta-
ri: vt aut feriat vindicta culpabilem: aut absoluat veri-
tas innocentem. Si autem nullus inueniri potuerit: qui
contra eum hoc quod solus ipse perhibes asserat: horta-
mur magnifice hĩi / vt a memorati monasterij abbatisq;
ipsius te aduersitate cõtineas: et potius tuitionem illis
et propter deum charitatem impẽdas. Et si quid est vn-
de animi vestri fortassis offensi sunt / pro nostra eis inter-
uentione remittite: et ita vos sicut christianos conuenit
et prudentes / in eorũ mag. adiuuamine commodate: qua-
tenus et nos vobis gratias referamus: et ante omnipotẽ
tem dñm mercedem pro impensis seruis eius beneficiis
ac solatiis acquiratis.

¶ Gregorius Fortunato epõ Neapolitano. Fuscũ abbatem et monasterium ei⁹ cõmendat. Capitulũ.xiij.

Epl.xiij. QUãuis et ratio et loci sui qualitas fraternita-
tem vestrã cõmoneat / tuitionem monasteriis
et maxime sub se constitutis impẽdere: verũ-
tamen q̄ latorem presentium Fuscus abbas suum a nobis
voluit et abũdãti monasterium cõmẽdari: his vos affa-
tibus hortamur: vt quia frustra monasterium ipsum in-
quietudine dicitur laborare: sanctitatis vestre illud de-
fensio tueatur: et ab aliquo illud grauari cõtra rationis
ordinem non permittat: quatenus dum nullum id iniu-
E ste rei pondus afflixerit: et vos videamini quod sacerdo
tis est salubriter impendisse: et degens illic congregatio
que in dei laudibus occupatur: nullis irrationabiliter
molestiis valeat subiacere.

¶ Gregorius Romano defensori. De Fusco abbate et xenodochio sancti Theodori. Capitulum.xiiij.

Epl.xiiij. FUscus abbas monasterij sanctoq; Herasmi /
Maximi / atq; Juliane (qḋ Neapoli ab Ale-
xandra clarissime memorie femina (sicut no-
sti) fũdatum est: que etiam et heredem instituit) massam
papyrisnẽsem que illic i Sicilia sita est / cũ xenodochio
sancti Theodori suprascriptum monasterium suum asse
rit habere cõmunem. Sed vt ad diuidendam eam cum
his quoq; interest / dilationem nõ debeat sustinere: expe-
rientie tue sibi petit adesse solatium. Proinde hui⁹ tibi
serie preceptionis iniũgimus: vt et cõcurrere / atq; in oi-
bus solatiari festines: quatenus massa ipsa scḋm portiones
cõpetentes sine mora aliqua diuidatur. Sed ne forte vi
catur: q: a predicto monasterio possessiones que hic cõ-
munes sunt / detinentur: esse ex hoc excusatio non debet:
q: et ipse paratus est sine difficultate diuidere. Quia
vero legatum quod predicte Alexãdre a Pompeio reli
ctum dicitur / ab eodem xenodochio (quippe quod ei in
octo vnciis iure perhibetur hereditario successisse) me-
moratus abbas suo facit monasterio redhiberi: et hoc
quoq; experientia tua curet addiscere: et si ita est / agere
studeat / vt quod relictum est / modis oibus exsoluatur.
F Ita ergo sollicitudo tua in hec se te exhibeat / vt suffra-
gante iustitia / predicti abbatis labor quẽ vt ad nos ve-
niret assumpsit: vacuus esse non debeat.

¶ Gregorius Fãtino defensori. De Fusco abbate et cõstantino celle sue presbytero. Capitulum.xv.

Epl.xv. FUscus abbas monasteriorum sancti Archã-
geli quod mechatis dicitur / atq; sanctorum
Maximi / Herasmi / et Juliane / asserit Con-
stãtinum celle sue presbyterum / ob tẽporis qualitatem
se in Siciliam transmigrasse / et codices monasterij sui
atq; vela secum pariter deportasse. Quem quoniam de-
functum perhibet: et ea que celle sue esse cõmemorat: sibi
postulat debere restitui: experiẽtia tua veritatem curet
addiscere: et si ita est / oĩa que monasterij ipsius sunt / sine
aliqua faciat dilatione restitui. Nam contra rationem
est; vt qḋ de monasterio pro temporis (sicut dictum est)
qualitate sublatum est: ab ei⁹ debeat iure separari. Ita
ergo experiẽtia tua agat: vt veritatem addiscens / predi
ctum illic abbatem vel quem vice sua transmiserit: dila
tionem frustra sustinere minime patiatur.

¶ Gregorius Clemẽtine patricie. De malis hominib⁹ discordiam seminantibus. Capitulum.xvj.

Epl.xvj. ABbate quodam ad nos referente peruenit: q
glorie vestre a quibusdã sit maledicta nũcia-
tum: q: aliquem (quod absit) cõtra vos stimu

G lium habeamus. Quod si ita est: quicūq̧ hoc fallaciter confinxerūt/sub puritatis vobis specie duplices extiterunt: vt se quasi fideles ostenderent: et vos de nobis prenefacerēt dubitare. Ego autem gloriosa filia: bona tua olim cognoscens: et precipue castitatem que tibi ab adolescentia connexa fuit/in magna semper veneratione et dilectione te habui. Sed ne vel nunc aliud cor meum esse gloria vestra suspicetur: nullum mihi odij vel tracūdie circa vos scrupulum inesse significo: sed paternam me vobis dilectionem exhibere cognoscite. Unum tamen qđ ad me perlatum est/reticere nō debeo: ne minus esse charitatis incipiat: si silentio prematur/quod ad emēdationem dicēdum est. Nūciatum siquidem mihi est: q̄si quādo vos quisq̧ offenderit: dolorem irremissibiliter retinetis. Qđ si verum est/qr quātum vos diligo/tātum contristor: peto vt hoc a vobis vitium nobiliter excludatis: et fm boni operis segetem/inimici semen crescere nō sinatis. Dñice orationis verba ad memoriam reducātur: et nō apud vos plus valeat culpa q̄ venia. Excessus glorie vestre bonitas superet: et magis salubriter ignoscendo deuotum faciat quem potest persistens facere aspertas indeuotum. Relinquatur illi vnde verecūdiam habeat: et non struetur qđ doleat. Nam plerūq̧ plus virtū habet discreta in correctione remissio/q̄ in exequēda vltione districtio: adeo vt nōnūq̧ hec fideliorem atq̧ subiectum: illa vo obstinatum faciat et emulum. Et quidē

D hec non ad hoc diximus vt zelo vos rectitudinis subtrahatis: sed ne tales sitis in minimis/quales esse debetis in maximis. Nam si quādo seueritatem excessus qualitas exigit: agēdum est vt et culpam vltio corrigat: et correctio post gratia non negetur. Hec igit̄ qr paterna suadente dilectione pro vestra vos anima commonemus/cum ea que dicuntur charitate suscipite: atq̧ ea ad glorie vestre vtilitatem assumite: vt bona vestra et apud homines clariora/et apud omnipotētem dominum possint esse purissima. De nobis autem sicut reuera charissima filia fiducialiter in cunctis presumite. Et quia de vestra cupimus prosperitate semper audire: discurrentib⁹ nos sepius epistolis releuate.

Gregorius Clemētine patricie. De amando a surentinis electo. Capitulum.xvij.

Epl.xvij. AMandum presbyterum a surentinis ad episcopatum gl'iosa filia electū esse cognoscas. Quē qr huc scripsimus debere transmitti/cōtristari de ei⁹ absentia non debetis: qr nec abscedere creditur/qui mēte vobiscum est. Et qm̄ pastorem querētibus/is q̄ vobis olim placuit/gratus est: oīpotētem deū benedicētes christiana magis in hoc deuotione gaudete. Et vt ad nos celerius aiqo pfuturus venire debeat/ hilariter studete: qr sincere charitatis est exultare: quādo is qui diligitur/ad hoc vocatur vt crescat.

Gregorius Anthemio subdiacono. De amando presbytero ad se dirigendo. Capitulum.xviij.

Epl.xviij. POstq̄ is qui ad episcopatum Surentine ciuitatis electus fuerat/aptus nobis visus nō est

I Amandum presbyterum oratorij sancti Seuerini/quod in castro luculano situm est/elegerūt. Eapropter experientie tue precipimus: vt eundem presbyterum excusatione postposita sub omni ad nos studeat festinatione transmittere: quatenus petentium desideria cum christi auxilio (si nihil est quod eum impediat) impleantur. Cuius vite vel actus quia melius possunt illic vbi diu est cōuersatus agnosci: cure tue sit cum fratre et coepiscopo nostro Fortunato de eo diligenter inquirere. Et si nulla sunt que ad sacrum ordinem obsistere valeāt: ad nos debet omni postposita tarditate transmitti. Ne aūt gloriosa filia nostra Clementina hoc moleste suscipiat/ad eam experientia tua pergat: et cum ei⁹ voluntate hoc faciat. Sin vero remitti fortasse voluerit/hac eum (sicut diximus) sine mora experiētia tua transmittat: quia ita animi filiorum nostrorum a nobis pacādi sunt: vt tamen animarum vtilitas a nobis nō debeat prepediri.

Gregorius Anthemio subdiacono. De monachis surentinis. Capitulum.xix.

Epl.xix. PErvenit ad nos q̄ monachi quos in surentina ciuitate pro complenda (sicut nosti) Antonini quōdam defensoris voluntate transmisimus: pecuniā quā acceperant/ad emendas possessiones

M expendant. Que res quoniā non leuem eis necessitatem in breui indicat imminere: ideo experientia tua hac auctoritate cōmonita prouideat atq̧ dispenset: vt solidos ipsos incaute vitiose q̧ erogare non debeant. In quare vt sollicitudo tua possit esse laudabilis/cū omni studio ac vigilantia possessiones ad comparandū exquire. Ex quarū fructibus serui dei alimoniā cōsequentes/nec acceptos solidos incassum expendere/nec ipsi valeant victus necessitatē incurrere. Ita ergo omni vigilātia/omniq̧ intētione in hoc te exhibere festina: vt efficacia tua et illis periculum/et a nobis omnem possis curam sollicitudinis amouere.

Gregorius Joanni proconsuli Italie. De annona Neapolitana subtracta. Capitulum.xx.

Epl.xx. QUicquid tribuitur pauperi: si subtili consideratione pensetur/non est donum sed mutuum: quia quod dat/multiplicato sine dubio fructu recipitur. Scripsistis autē nobis vt dulcitis agenti vices vestras dicere deberemus: ne quid superbie typo auderet expendere. Et quamq̄ sit laudabile futura prospicere: quia tamen infirma omnino cautela est que pietatis adiutorio nō munitur: in hac sollicitudine vestra qđ nos pro vobis contristaret/inuenimus. Fertur itaq̧

L q̄ annonas atq̧ consuetudines diaconie q̄ neapoli exhibetur/eminentia vestra subtraxerit. Quod minus fortasse fuerat obstupendū/si Joannis decessoris vestri nō fuissent tempore ministrate. Si igitur hec ille cuius cunctis notū est q̄ fuerit grauis actio non negauit/qualis sit sapientia vestra consideret: si vel in aliquo bono opere maius homo vos superet. Nulla enim occasione hoc subtrahere vos decuit. Quod et si forte nullus vestris voluisset rationibus imputare: hoc de proprio vos impendere non debuit grauare precario: vt huius pietas in vestro esset patrona iuuamine/que ministra fuisset in opere. Hec itaq̧ eminentia vestra potētia qua pollet inspicere: atq̧ hoc quod a predecessoribus eius nō est ademptū/vt solite valeat ministrari/largitatē bonitatis sue debeat magis ostēdere: quatenus nec in his que fm iussionē agitis/aduersitatē aliquam incurratis: et hui⁹ vobis officij administratio/et coram hoībus laudē parare: et corā omnipotenti deo possit prouidere mercedē.

Gregorius Leoni episcopo Catinēsi. De monachis monasterij sancti Uiti tam nequiter viuentibus: vt mulieribus se coniungere sine metu audeant. Capitulum.xxi.

Epl.xxi. MArcianus monachus monasterij sancti Uiti quod in ethna monte est positū/consensu (vt ait) congregationis eiusdem monasterij ad nos veniens: questus est multas monasteriū ipm a quibusdam molestias ac preiudicia sustinere. Inter que illud nos quoq̧ vehementissima exacerbatione cōmouit: q̄ in tantum monasteriū ipsum innotuit celerat ac despici: vt etiam monachis ibidem degentibus mulieribus se iungi sine metu sit licitū. Quod si ita est/fraternitatē

O tuā q̄ graue et apud deum peccatum/et apud homines culpa respiciat: ipse poteris iudicare: quippe quia nullis te preualeas excusatione defendere. Aut enim hec fieri nescisti: et culpa neglectus vehemēter argueris. Aut certe factum recognouisti: et grauiorē erga te videris indignationē exigere: cur tantum facinus vltione districtissima non punisti. Itaq̧ scriptis fraternitatē vestrā presentibus admonemus: vt cū omni hoc vigilantia inuestigare festinet. Et si huiusmodi iniquitatē a quibusdā perpetratam inuenerit: ita huius peruersitatis facinus digna studeat emendatione corrigere: quatenus et deū placare: et aliis ne de cetero quid simile perpetretur/custodie possit disciplinā ostendere. Molestias vero quas predictū monasteriū pati/vel ea quamta eius perhibentur inua se/sanctitas vestra cognoscat: et ita se inquantū iustū est/in protectione eiusdē exhibeat: vt in nullo contra equitatis ordinem valeat aliquo modo pregrauari. Preceptum vero beate recordationis predecessoris nostri Pelagij datum ad lapidium predecessorē vestrum cuius subtus exemplaria fecim⁹ adscribi: sine aliqua volumus refragatione seruari.

Gregorius Hadriano notario. De supradictis monachis. Capitulum.xxij.

A

Epi.xxij.

Res ad nos omnino detestabilis et nephanda peruenit. et miramur cur si veritate subsistit/eā minime cognouisti. Veniēs aūt ad nos Marcianus monachus monasterij sancti Viti/quod in mōte ethna est positū: oblata nobis petitione q̄stus est inter alia: ita monachos eiusdē monasterij peruerse ac nequiter viuere: vt etiam mulieres sibi sociare (quod dici nephas est) audeant. De qua re quia fratri et coepiscopo nostro Leoni scripsim⁹/requisita veritate: si ita repererit/districtissima hoc studeat seueritate corrigere: necesse est vt in hac re tua quoq̄ se experientia ad inuestigandam veritatem: et puniendum tantum scelus omnimodo sollicite debeat exhibere: vt neq̄ remisse/neq̄ negligenter agi aliquid videatur. In alijs vero vtilitatibus memorati monasterij solatia tua inquantū ratio poposcerit equitatis/impende: quaten⁹ et si quid ei (sicut dicit) inuasum est/sm̄ iustitiam reformetur: et de cetero preiudicium illic aliquod contra dei timorem/et legum ordinem nullo modo generetur.

Gregorius Fortunato epo Neapolitano. De Mauricio monacho cū alijs fuga lapso. Capitulum.xxiij.

Epi.xxiij.

Cum fraternitas vestra minus erga monasteria sibi subiecta studet esse sollicita: et ipsa culpam reprehensionis incurrit: et nos de sua icuritate contristat. Peruenit autē ad nos Mauricium quendam qui nuper in monasterio Barbaciani cōuersus est/ablatis secū alijs monachis/fuga de eodem monasterio discessisse. Qua in re predictū nobis Barbacianū precipitatio sua vehementer accusat: qui temere secularē hominē et non ante probatū tonsurauit. Nunquid vobis scripsimus vt prius probaretis: et tunc si aptus esset/abbatem facere deberetis? Vel nunc ergo circa eum quem elegistis/estote solliciti. Nam vos illo delinquente delinquetis: si ita ceperit se exhibere vt se ad fratrum regimē ostendat indignū.

B

Preterea monasterijs oībus fraternitas vestra districtius interdicat vt eos quos ad conuertendū susceperint: priusq̄ bienniū in conuersatione compleāt: nullo modo audeant tonsurare. Sed hoc spatio vita moresq̄ eorum sollicite cōprobētur: ne quis eorum aut non sit contentus quod voluit: aut ratū non habeat quod elegit. Nam dum graue sit/inexpertos hominum sotiari obsequijs: quis possit dicere q̄ sit grauius ad dei seruitiū improbatos applicari? Miles vero si cōuerti voluerit/priusq̄ nobis renūcietur: nullus eū sine nostro cōsensu qualicūq̄ p̄sumat ratione suscipere. Quod nisi diligenter fuerit custoditū: omnem subiectorū in te culpā inexcusabiliter noueris redundare: qui minus te erga eos rebus ipsis testaris esse sollicitum.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De restituendis iniuste ablatis. Capitulum xxiiij.

Epistola xxiiij.

Si scriptorū nostrorū seriem voluisses diligenter aduertere: aut sponte restituere que tulisti: aut certe personā instructā sm̄ admonitionem nostrā in causa transmittere debuisti.

C

Et dum te modo quodam excusare contēdis/asserens in his q̄ contra fraternitatē tuā a parte contraria gesta sunt: non voluntarie: sed magnis te constrictū coniurationibus miscuisse: ea que scripsim⁹/quasi intelligere distulisti: et magnificos viros Faustū atq̄ Dominicū non a te: sed a quibusdam filijs tuis indicasti esse transmissos: ac per hoc: vt alijs litigātibus/ipse que tuleras retineres. Pars vero altera epistole tue textum addiscēs crebra nobis allegatione cepit insistere: vt ea que abstuleras/redderentur: paratā se inquiens/si quid contra eam magnifici viri predicti suorum vel aliorū nomine mouere voluerint/respōdere. Quod quia nec nobis a ratione visum est ordine dissentire/presertim postq̄ admonitus instructā personam ad dicendam causam transmittere neglexisti: idcirco fraternitatē tuam hortamur/illico vt presentia scripta susceperit/Theodorico viro magnifico maiori populi portas/et rustico viro clarissimo seniori aqueductum sine aliqua contentione restituat: ne in hac re moram: vel aliquā excusationē interserat: ne culpā indiscretionis icurrat: si quod vltro facere debuerat/admonita differendū qualibet sorte putauerit. Hac itaq̄ memoratis viris primitus reformata/liberū tibi sit si quā cōtra eos postea apud nos hic causam mouere volueris. Sin vero non ipse sed filij tui (vt asseris) causam se habere querantur: vnde eos publico debeāt pulsare iudicio: eis est liberum in quolibet loco voluerint/cause sue negocium contra eos legaliter propositum terminare.

D

Gregorius Fortunato episcopo neapolitano. De petro a pueris false accusato. Capitulum.xxv.

Epi.xxv.

Valde nos vestra mirari fecit fraternitas: vt causam clerici sui aut noluisset/aut non assurgeret desinire. Petrus itaq̄ presentium portitor ad nos veniēs/questus est/pueros a quibus de temptatione sceleris falso se asserit criminatum: non vt oportuit esse discussos/sed tātūmodo Abotenus inquisitos: et sibi hoc solum ne vobiscum procedere audeat/interdictum. Aut enim vera fuere que dicta sunt: et iuxta cause qualitatem canonice fuit coercitioni subdēdus. aut falsa: et diu nō debuit in crimine remanere. Quia ergo et ratio indixit: et hic pro sui purificatione sollicitus/que aduersum se dicta sunt/apostolicam sedem adijt: et iusta examinatione finiri perquirit: necesse est vt vna cum Anthemio subdiacono nostro subtili ac districta discussiōe a pueris illis veritatem exigere debeatis. Et si predict⁹ portitor attentati facinoris reus esse patuerit: canonica modis oīb⁹ vltione plectatur. Si vero insons fuerit declaratus: celeri absolutione respiret: et vobiscum habeat procedendi licentiam: q: sicut reis competens exercenda vindicta est: ita innocentibus non est absolutio differenda. Sic ergo huic cause sollicite fraternitas vestra finem studeat imponere: quatenus nullam de neglectu valeat reprehensionem incurrere.

E

Gregorius Anthemio subdiacono. De Petro a pueris false accusato. Capitulum.xxvj.

Epi.xxvj.

Petrus clericus lator presentium quest⁹ est nobis a quibusdam se puerio fallaciter criminatum: et causam suam nō vt oportuit districta examinatione discussam: nec se ab aliquo condēnatum/sed solum ab episcopo suo ne cum eo procedere auderet inhibitum. Quod audiētes oīno egre tulimus: q: veritate subtiliter perquisita/aut reum/vt cause exigebat qualitas/condēnare: aut certe debuit innocentem absoluere. Quia igitur et causa exigit/et memoratus portitor magnopere postulat vt hac de re subtilis debeat haberi discussio: presenti tibi auctoritate precipimus: vt vna cum reuerentissimo fratre nostro Fortunato coepiscopo atq̄ (si visum tibi fuerit) glorioso filio nostro Maurentio attentati criminis veritatem subtili nimis indagatione ac discussione studeatis addiscere: et ita aut culpam vlcisci: aut festinetis innocentiam releuare: vt nec vos videamini negligētes in aliquo extitisse: nec hec amplius sine definitione causa remaneat.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano. De saponarijs ciuitatis sue. Capitulum.xxvij.

Epistola xxvij.

Augustinus presentium portitor/q̄ reliquorū saponariorū ciuitatis vestre vice se dicit esse transmissum: questus nobis est q̄ Iohānes vir clarissimus palatinus multis eos frustra affligat incōmodis: atq̄ noua plurima eorū corpori preiudicialiter nitatur impendere. Deniq̄ vt (sicut ait) eos promittere sibi compellat: vt si quis arti eorū sociari voluerit/quicquid commodi de introitu eius accesserit/ipsi proficiat.

F

Adijciēs quoq̄ pactum inter se de quibusdam rationabilibus artis sue capitulis iuxta priscam consuetudinē olim consensu interposita esse pena confectum: atq̄ id sacramēto interueniēte firmatum: et ab eo nūc velle quosdam ex suis/eius scz patrocinio fretos/abscedere: atq̄ ita contrauenire tuitionem cupientibus impendere: vt (q̄d dici graue est) plus in defensione eius presumptionem habeant/q̄ de pena periurium: vel de sacramento prestito possint habere formidinem. Quod si ita se res habet: quod etiam ipsi q̄d ait/aduersum est: quippe qui alieno se peccato sua defensione constituit esse participem: fraternitas vestra paterna cum adhortatione cōueniat: vt ab huiusmodi se actu cohibeat: et preiudicialiter illis nihil imponat: nec eos dispendijs contra rationem affligat. Pariter etiam prouidēdum est: vt et pactum vbi sacramēta sunt prestita conseruentur: et cum dispendio aīe sue tēporalia lucra contraueniēdo non appetat: ne et periurij crimen incurrat: et commoda praue desiderata nō capiat. Et si (q̄d non credimus) admonitionem vestram predictum Iohannem virū clarissimum videris forte differre

G cum eminentissimo filio nostro prefecto stricte loquimini: vt ipse hoc sicut in presenti dici ferim⁹/quomodo preuiderit/rationabiliter faciat emēdari: quatenus et eos qui tuitionis vestre suffragia quesiuerint: quorūdam voluntas iniuste non opprimat: et ille ab opere se indecenti prohibitum/pro sue magis anime vtilitate cognoscat.

¶ Gregorius Tizasimos militi. De rebus ecclesiasticis in publico competentibus.

Capitulum.xxviij.

Epistola xxviij.

Epistolas vestras greco sermone dictatas/me iudico suscepisse: in quibus dicitis q̄ quedam religiosa loca responsum iuri publico de reb⁹ ei competētibus reddere contēnāt. Quā res me omnino cōtristauit: quia nostri est habitus: non solum preiudicia minime facere/s; etiam facta equanimiter portare: nisi forte quia res pauperum defendere rationabiliter cogimur: ne apud omnipotentem deum culpabiles inueniri valeamus. Proinde Fantino defensori que scripserunt glorie vestre transmisi: vt ipse religiosos quosq; in panormitania partibus apud electos iudices venire compellat: et suorū actuum rationem reddant. Omnipotēs de⁹ celestia vobis misericordie largitatem prebeat: vt per cūcta que agitis: eius gratie seruiatis.

¶ Gregorius Fantino defensori. De redditibus ecclesie hospitibus dandis. Capitulum.xxix.

Epi.xxix.

D Sabinus vir clarissim⁹ presentium lator nobis indicauit/hanc olim ibi consuetudinem conuenisse: vt diuersis superuenientibus/ciues eiusdem ciuitatis de proprio expensas expenderēt. De qua re dum se quererentur affligi: hoc illos cum Theodoro quondam episcopo conuenisse: vt in ecclesia ei certe portiones substantie sue donatione conscriberentur: et hoc in se onus susciperet: atq; securis eis redditis/ipse de ecclesia quicquid esset necessarium erogaret. Si vero per tertiādecimam et primam indictiones/quibus predicte ciuitati defensoria officium absente episcopo de proprio expendisset: qđ de ecclesia poterat erogari. Et quia sibi quod expendit/postulat debere restitui: idcirco experiētie tue precipimus/vt reuerentissimo fratri et coepiscopo nostro Decio studeat imminere: quatenus aut pacifica (si ita est) eū eo ordinatione decidat: aut certe si qua se ratione a restitutione expensarū credit defendere posse/in iudicio tuo partes assistant: et exquisita diligētius veritate/ita quicquid tibi equitatis ordo suaserit/mora postposita definito: vt et rōnabiliter causa finem accipiat: et partes apud te nulla fatiget in obseruatione dilatio. Si autem donationes (de quib⁹ dictum est) ecclesie sue esse onerosas existimat: et reddere eas donatorib⁹ fortasse voluerit: si qui ex eis q̄ eas recipiūt/clerici sunt: a te similiter moneantur: vt aut ſm portiones suas que erant soliti dare persoluant: aut certe si causari voluerint: contentiones partium/tua necesse est cognitione distingui: vt nulla se pars inaudita queratur preiudicium sustinere. Alias vero causas que cum memorato reuerētissimo viro fratre nostro suprascriptus portitor habere se asserit: tuo similiter volumus medijs sacris euāgelijs iudicio definiri.

J

¶ Gregorius Constantino episcopo Mediolanensi. De Pompeio episcopo innocenter condemnato.

Capitulum.xxx.

Epi.xxx.

Relectis epistolis quas ad nos per Marianū latorem presentium transmisistis/gratam nobis sollicitudinem vestram fuisse rescripsim⁹/q̄ ea que ad vos de fratre et coepō nostro Pompeio (qui adhuc ita a nobis nominandus est) peruenerunt: dissimulare minime pertulistis. Sed si qualis fuit in requisitione cura/talis fuisset in discussione subtilitas: nihil ex hoc qđ de eo dictum est/fuisset ambiguum. Sed vtrum vera an esse composita patuisset: iam contra ipsum dudum in Sicilia apud reuerēde memorie fratrem nostrū Maximianum epm talis questio (vt cognouimus) mota est. Sed q̄ causa ipsi⁹ subtili omnino inuestigatione quesita est: inuentus est innocens/qui fuerat accusatus in crimine. Nūc ergo quoniam illa que cōtra eum dicta sunt/non sub illa qua decuit districtione quesita sunt: et gesta que exinde apud fraternitatem vestram confecta sunt/neq; ad condēnationem nec ad absolutionem eius probantur posse sufficere: non leuis res agitur/vt incaute vel in transcursu debeat definiri. Nam graue est satis et indecens/vt in re dubia certa dicatur sententia. Et hec quidē gesta esse poterant ad definiendū satis idonea: si accusatio eū confessio sequeretur: si tamen eandem confessionem subtilitas examinis ex occultis eliceret: et nō afflictio vehemens extorqueret: que frequenter agit: vt noxios sese fateri etiā cogantur innoxij. Nam postq̄ prefatus episcopus (vt dicitur) cruciari custodia/et macie famis se asserit/scire debetis si ita est/vt non noceat si sic fuerit extorta confessio. Nunquid quando sententiā tales cause suscipiunt: et ad sedem apostolicā appellatur: nonne et persona que iudicatur presens est: vt districtissime atq; ab omni latere veritas queratur: vt tunc si debeat necne manere sententia decernatur? Nec non et si predictus episcopus ad sedem apostolicam appellare voluerit/causa ipsius interius et cum omni diligentia est perscrutanda. Et ideo postq̄ et persona absens est/et gesta que ad nos transmisistis/nobis (sicut prefati sumus) sufficere idonea non videntur: temere aliquid de episcopi persona decernere nec possumus nec debemus: ne (quod absit) reprehensibiles inueniamur in nostris: qui eius aliorum iure cōpetit retractare sententias. De clematis autem quod vobis indicatū est: nos et longius q̄ vos positi scimus. Et quia verum non sit/minime dubitamus. Uestra tamen fraternitas bene fecit pro informatione nostra scribere quod audiuit.

K

¶ Gregorius Libertino expraefecto. De aduersitatib⁹ patienter tolerandis. Capitulum.xxxi.

L

Epi.xxxi.

Quanta vos seculi huius premat angustia/incognitum non habemus. Sed quia in summa tribulatione positis sola est cōsolatio misericordia creatoris: in eum spem vestrā ponite: ad ipsum tota vos mente conuertite: qui et iuste quē vult permittit affligi: et confidentē in se misericorditer liberabit. Ipsi ergo gratias agite: et patienter queq; illata sunt sustinete. Nam recte mentis est/deum non solū in prosperis benedicere: sed etiā in aduersitatibus collaudare. In his ergo que patimini/nullū contra deū murmur cordi vestro surrepat: quia ad quid hoc creator noster operetur/ignotū est. Forsitan enim magnifice fili aliquid illū in prosperis positus offendisti: vnde te clementi amaritudine vult purgare. Et ideo nec tēporalis te frāgat afflictio: nec rerum dāna distruciēt: quia si in aduersis gratias referens deum tibi patiens feceris esse placabilē: et que amissa sunt/multiplicata redduntur: et super hoc gaudia eterna prestantur. Petro autē ne indutiosum educatis q̄ viginti annuos vestitus ad pueros vestros per Romanū defensorem scripsimus prebert: quia de beati Petri apostoli rebus q̄uis parua sint que offerūtur/p magna semper benedictione suscipienda sunt: quoniam et hic vobis valebit maiora impēdere: et apud omnipotentem deum beneficia eterna prestare.

¶ Gregorius Secundino Tauromitanensi. De vxore Leonis carthrij. Capitulum.xxxij.

M

Epistola xxxij.

Presentium portitor Leo carthrarius ad nos veniens indicauit vxoris sue causam/que relicto eo pro fornicationis crimine quo de extreme eius stimulatā dicebat: atq; ob hoc religiosam vestem induerat: se culpabilem nullatenus extitisse: adeo vt (sicut ait) requirente fraternitate vestra/cui huius rei cognitionem ante hoc fere triennium mādaueram⁹: in nullo claruerit eum post initū cōiugiū in fornicatiōis culpā collapsum: adijciens quoq; q̄ eidem vxori sue districtissima sacramenta prebuerit/insontē se ea de re/vnde etiā illam mordebat suspitio/permansisse: et idcirco propria eam sponte ad se reuersam. Sed quia communione illū cum familia sua pro hoc solummodo a fraternitate vr̄a priuatam asserit/quod ad eum clam postpositis vobis redierit: volumus familia quidem ipsius vt sacram cōmunionē recipiat: et dñe ea culpa in huius afflictionis pena familiā diu non teneat. De ipsa vero hoc est de vxore predicti portitoris hoc vos obseruare necesse est: vt si manifeste constat quia contra coniugē suū dicere nihil potuit/sed insuper suspitio ipsius prestito (vt edocti sumus) sacramento amputata est: et vtiq; post hoc sua ad eū sponte reuersa est: et in ea quoq; tēperanda est cēsura iudicij: vt longo iam tempore minime cōione priuetur. Si autem aliter se veritas q̄ vobis insinuatum est for

B tatis habuerit: fraternitati vestre subtiliter scripta nos instruant: vt quid faciendū sit/nostris iterum discurrentibus epistolis agnoscatis.

¶ Gregorius Secundino episcopo Tauromitan. De mendacio Marciani episcopi nescienter dicto.

Capitulum.xxxiij.

Epistola xxxiij.

Scripta fraternitatis vestre suscepimus: in quibus indicastis reuerentissimū fratrem nostrū Marcianū Lucensis ciuitatis episcopū aliter nobis de causa ecclesie contra monasteriū sancti Christophori quod in vestra diocesi est constitutū/intimasse: non quidē fallendi voluntate: sed quia a clericis suis nō fuerat veritatis naturā diligenter instructus. Et quoniā scribitis Dulcinū decessorē ipsius nihil de rebus ecclesie sue fuisse testatum/sed de propriis ac magis que in predicto monasterio fideliū oblatione collata sunt/eulogiam condidisse: atq; sex vnctas ecclesie/et sex eidē monasterio iure hereditario reliquisse: necesse est vt si ita esse non ex opinione sed absolute in veritate recolitis: nullam predicto monasterio fratris molestiā irrogari: precipue dum eandem causam iam temporibus reuerende memorie Maximiani epi vos atq; fratrē nostrū coepiscopū Ruffinū ex eius deputatione audisse ac decidisse testemini: adeo vt inter partes ea que inueniri poterant/partirentur: et quod ecclesie fuit intrinsecus redderet. Volumus ergo vt pars vtraq; conticeat: et ea que a fraternitate tua vna cū predicto Ruffino quondā episcopo statuta sunt: inconuulsa persistant: quatenus nec pars ecclesie denuo iniuste questionē inferre: nec monasterium

B irrationabiliter videatur post vestrā maxime definitionem controuersiam sustinere.

¶ Gregorius Eulogio episcopo clusino. De Joanne episcopo ordinando. Capitulum.xxxiiij.

Epistola xxxiiij.

Gloriosus filius noster Anfidus ad nos scripta transmisit/indicās q in castro balneum regis dicto/vna cum habitatoribus loci ipsius sibi Joannē diaconem elegerit episcopū ordinandū: de cuius omnino vita bona testatus est. Sed quia que sunt canonica nescitis: et nos inexpertis vel incognitis manus temere non audemus imponere: fraternitas vestra cum omni sollicitudine ac vigilantia diuersis quibus potuerit modis de vita actibusq; ipsius requirere studeat. Et si nihil est quod ei canonice possit obsistere: requirendū quoq; est si in opere dei studium habuit/vel psalmos nouit. Et si talis fuerit/cum ad nos cū testificationis sue epistola dirigat. Si vero aliter fuerit: vestris nobis similiter epistolis indicate: et habitatores loci ipsius adhortamini: vt si iste aptus non fuerit/sicut et supra scripto Anfido filio nostro scripsimus/aliam sibi eligāt qui ad hoc officiū cum gratia dei aptus valeat inueniri.

¶ Gregorius Eulogio patriarche Alexādrino. De heresi agnoitarum. Capitulum.xxxv.

Epistola xxxv.

Transacto anno suauissime sanctitatis vestre scripta suscepi: quibus pro egritudinis mee nimietate respondere nunc usq; non valui. Ecce

C enī iam biennū pene expletur quo lectulo teneor: tantisq; podagre doloribus affligor: vt vix in diebus festis vsq; ad horarū trium spatiū surgere valeam missarū solemnia celebrare. Mox aūt cum graui compellor dolore decumbere: vt cruciatū meum possim interrumpēte gemitu tolerare. Qui dolor interdū mihi lentus est: interdū nimius. Sed neq; ita lentus vt recedat: neq; nimius vt interficiat. Unde fit vt qui quotidie in morte sum: quotidie repellar a morte. Nec mirū/quia peccator grauis talis corruptionis carcere diu teneor inclusus. Unde com-

Psa.cxli. pellor clamare. Educ de carcere animā meam/ad confitendū nomini tuo. Sed quia meis hoc precibus obtinere non mereor: rogo vt vestre sanctitatis oratio sue mihi intercessionis adiutoriū prebeat: meq; a peccati et corruptionis pondere liberā reddat in illam quā bene nostis libertatē glorie filiorū dei. Scripsit autē mihi dulcissima et semper honoranda beatitudo vestra: q; ei communis filius Anatholius diaconus de Constantinopolitana vrbe scripserat: ad me quosdā monachos de Hierosolymorū partibus venisse: qui me aliquid de agnoitarū errore requirerent: et dicitis quia petiit vt vestra mihi sanctitas scriberet quid de eadem debuissem inquisitione sentire. Sed neq; ad me de hierosolymorū partibus

D requirentes aliqui monachi venerunt: neq; eūdem communem filium nobis potuisse aliquid aliud q̄ erat scribere: sed interpretem suspicor in eius epistolis errauisse. Nam idem diaconus mihi iam ante biennium scripsit: quia a predictis partibus ad Constātinopolitanam vrbem talia requirentes monachi venerunt: meq; studuit requirere quid sentirem. Cui ego ante longum tempus q̄ vestra scripta susciperem/respondi: que postmodum in epistola vestre sanctitatis inueni: atq; oīpotenti deo magnas gratias retuli: quia de cūctis inquisitionibus Romanorum atq; grecorum patres (quorū nos sequaces sumus) vno spiritu sunt locuti. In multis enim eandem vestram epistolam ita reperi/ac si cōtra predictam heresim scripta latinorum patrum legerem. Et quantum potui de sanctissimo fratre meo amare bonum et laudare/perpēditte: in cuius ore venerādos patres quos multum diligo/recognoui. Sic ergo illi laus sit in excelsis et gloria: cuius dono adhuc in sede Petri clamat vox merci: de cuius effusione spiritus/cum sacerdos ad perscrutanda mysteria/scz ad sancta sanctorū intrat/in sancta ecclesia velut in tabernaculo ex labiis predicationis spiritalis tintinnabula resonant. Recta itaq; et valde laudabilis est vestra predicatio. Sed omnipotentem dominum deprecamur: vt diu vos etiam in hac vita custodiat: vt de dei organo quod estis/in mūdo latius vox veritatis sonet. Pro me autem peto intercedite: vt huius

E peregrinationis via que mihi asperior facta est/cum celeritate finiatur: quatenus qui ex meis non valeo/ex vestris meritis possim ad eterne patrie pmissa pertingere: et cum celi ciuibus gaudere.

¶ Gregorius Maximo episcopo Salonitano. De Juliano Scribone/et de Frontinianistis.

Capitulum.xxxvi.

Epistola xxxvi.

Ad Romanam veniēs vrbem communis filius presbyter Veteranus/ita me podagre doloribus debilem reperit: vt fraternitatis tue epistolis per me respondere nullatenus valuissem. Et quidem de sclauorum gēte que vobis valde imminet/et affligor vehementer et conturbor. Affligor in his que iam in vobis patior: cōturbor: quia per Hystrie aditum iam ad Italiam intrare ceperunt. De Juliano aūt scribone quid dicam: qn̄ ꝙdo vbiq; video: q; nobis peccata nostra respōdeāt: vt et foris a gētibus/et intus a iudicibus conturbemur. Sed nolite de talibus omnimodo contristari: quia qui post nos vixerint/deteriora tempora videbūt: ita vt in cōparatione sui tēporis/felices nos existimēt dies habuisse. Inquantum vero pietas et fraternitas tua/opponere se pro pauperibus et oppressis debet. Que etiā si prodesse minime valuerit: ipsi oīpotenti deo mentis deuotio sufficit quam dedit. Scriptum est enim: Eripe

Prouer. xxiiij. eos qui ducūtur ad mortem: et qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Et si dixeris/vires nō suppetūt: qui inspector est cordis/ipse intelligit. In omni ergo q̄d agis/inspectorem cordis appete habere placatū. Quicquid vero est vnde illi placeas: facere non omittas. Nam humani terrores et gratie fumo sunt similes: qui leui au-

F ra raptus euanescit. Hoc certissime scito: q; placere deo et prauis hominibus nullus potest. In tanto se ergo existimet fraternitas tua omnipotenti deo placuisse: quanto se peruersis hominibus displicuisse cognouerit. Ipsa tamen defensio pauperum moderata et grauis sit: ne si quid nimio rigide agi noscitur: iuueniliter vos arbitrentur homines superbire. Sed talis necesse est vt inueniat pro oppressis vestra defensio: quatenus et humiles protectionem sentiant: et oppressores non facile inueniāt q̄d ex maliuola

Ezech.ij. mente reprehendant. Attende ergo quod ad Ezechielem dicitur: Fili hominis/increduli et subuersores sunt

Job.xxx. tecū: et cum scorpionibus habitas. Et beatus Job ait: Frater fui draconum/et socius struthionum. Et Pau-

Phili.ij. lus discipulis dicit: In medio nationis praue et peruerse/inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Tanto ergo debemus cautius ambulare/quanto nos scimus inter dei inimicos viuere. De frontianistis autem fraternitas tua sit omnino sollicita: et sicut cepit/studeat quatenus ad sinum sancte ecclesie reuocentur. Si qui vero ad me venire voluerint/et rationem recipere: prius iusiurandum prebeāt q; non permittāt fore q in eorum errore (etiam ratione recepta) persistant. Et postmodum

G

cis tua sanctitas promittat: q2 a me nullam violentiam patientur: sed rationem reddo. Si veritatem cognouerint: suscipiant. Si non cognouerint / illesos dimitto. Si qui vero contra vos ex eis ad nos venire voluerint: minime eos fraternitas tua retineat: q2 venientes aut rationem recipient: aut scio / q2 aliter profecto terram illam vlterius non videbunt.

¶ Gregorius Innocẽtio epõ. De libris Job transmittendis: et de libris sancti Augustini. Capitulum. xxxvij.

Epistola xxxvij.

Uaculenta eminentie vestre / et condita cordis melle facũdia: ita sui nobis saporem medullitus infudit / et in suo amore nos rapuit: vt nobis et dulce sonet quod scribitis: et sapiat suaue qd agitis. nec immerito: q2 qui bonis studijs comptus est / iudicio magnus est / non fauore. Prefecture aũt vos suscepisse cingula cognoscẽtes / letitie se miscuit nostre tristitia. Nam ex vna parte letati de profectu dulcissimi filij / contristati sumus ab altera: quia q̃ graue sit consultis tẽporibus locis maioribus esse prepositos: ex nostro preõsus dolore sentimus. Unde omnino studẽdum est: vt res aspera fiat mercedis occasio. Nam (sicut nostis) de terra plena tardius frumẽtum egreditur: et de spinis rosa producitur. Dum ergo seminandi vobis congruum tempus est / bonorũ operum serere semina non cessetis: vt maiores in die messis letitie manipulos reportetis: atq3 ad eternam gl̃iam ex transitorij honoris merito veniatis.

H

Cognoscẽtes quale studium in preparãdis drumonib9 gesseritis / sollicitudinem vestram (desiderato nuncio) releuamus: indicantes cum longobardorũ rege vsq3 ad mensem martium future quarte Indictionis de pace (propitiante dño) conuenisse. Que si retineatur ignoramus: q2 idem rex obijsse postea nunciat9 est: licet adhuc habeatur incertum. De anamũdaro aũt que scripsistis fecimus: sed volũtatem vtinam sequatur effectus: quia quãtum ad nos ptinet / afflictis intercessionis nostre solatium non negamus. Qd vo in expositione sancti Job transmitti vobis codicem voluistis / de vestro oĩno studio gaudemus: qm illi rei eminẽtiam vestrã studere cõspicimus: que nec totos foras vos exire permittat / et ad cor iterum secularib9 curis dispersos recolligat. Sed si delicioso cupitis pabulo saginari / beati Augustini patriote vestri opuscula legite: et ad comparationem siliginis illi9 nostrum furfurem nõ queratis. Quale preterea patrocinium qualẽq3 affectum in vtilitatib9 pauperum beati Petri aplõz principis amatoris sui gloria vestra prebuerit / Hilario chartulario nostro testificãte didicimus. Ex qua re vberes gr̃as exsoluentes / oĩpotẽtis dñi miam exoram9: vt grẽ sue ptectione vos muniat: et nec malos cõtra vos hoies exteri9 / nec malignos spũs interius preualere pmittat. Sed ita actiones vestras in suo propitius timore disponat: vt sicut fecit inter hoies / ita quoq3 post longeue etatis decursus / in sanctoz suorum vos esse faciat numero gloriosos.

J

¶ Gregorius Januario episcopo Caralitano. De oppressionibus minorum a maioribus in sardinia.

Capitulum. xxxviij.

Epistola xxxviij.

Ualiter in Sardinia minores vel paupers ab eis qui illis maiores sunt opprimãtur / reuerẽtissimi fratris nostri Carthaginensis epi atq3 eminentissimi filij nostri Innocentij prefecti epistole testãtur: a quib9 vt que nobis scripta sunt noueritis: ipsarum vobis epistolaz exemplaria preuidimus transmittenda. Et ideo q2 ea que nobis petenda sunt / offerũtur: studiose agẽdum est: vt ea que promittuntur / opere compleãtur. Si qui coz de quib9 est questio / in ecclesiam fortasse refugerint: ita debet causa disponi / vt nec ipsi violentiam patiantur: nec hi qui dicuntur oppressi / damna sustineant. Cure ergo vestre sit / vt eis sacramentum ab his quoq3 interest / de seruãda lege z iustitie pmittatur: et per omnia commoneãtur exire / atq3 suorum actuum reddere rationem: quibus etiam ecclesie vestre defensorem deputare vos conuenit. Cuius sollicitudine ea que illis fuerint promissa seruẽtur: quatenus nec alijs noxia sint: et ipsis ecclesiastica (salua ratione) possint prodesse suffragia. Ita ergo fraternitas vestra faciat vt hec que eius studio emendanda sunt: mora per eam vel impedimentum aliquod non contingat.

¶ Gregorius Adeodato abbati Neapolitano. De vnitate monasterij Gazarensis ad Neapolitanum.

K

Capitulum. xxxix.

Epistola xxxix.

Quorundam monachorũ eiusdem monasterij ad nos relatione peruenit: monachos monasterij gazarẽsis qd situ in plagia est: ex monachos sancti Sebastiani monasterij: qd Neapoli i domo quõdam Romani cõstructũ est: vbi deo miserante (sicut dictum est) abbatis geris officium: se monasterium q3 suum vniri magnopere poposcisse: adeo vt chartas oĩs eiusdẽ monasterij tuo monasterio (vt dicit) tradidisset. Sed q2 monasteriũ ipm in Neapolitana est dioceli constitutum: e quid constituere (qd absit) preiudicialiter videamur: volum9 vt quousq3 Neapoli ordinet antistes / tuo interim monasterio antefatũ gazarense monasteriũ cum oĩbus ad se pertinentibus sit vnitũ. Cum vero propitiante dño Neapoli fuerit epus ordinatus: vtrum in perpetuũ hec vnitio extendi: an temporalis esse debeat: maturius ac solidius cum dei gratia pertractabimus. Quia vero monasteriũ puteolis constitutũ / quod falcidis dicitur: ita esse destitutũ a monachis perhibetur / vt non solũ dei illic opus minime celebretur: sed etiã pene pro derelicto (quod dici graue est) habeatur: idcirco illud monasterio tuo cũ oĩbus ad se pertinentibus in perpetuũ duximus vniendũ: admonentes vt monachos in predicta vtraq3 monasteria debeas deputare: qui et curam illic diligenter habeant: et opus dei regulari studeant institutione peragere: atq3 ita se in his (sicut cõuenit) exhibere: vt nec illos de neglectu / nec te de minori sollicitudine culpa confundat. Quicquid vero ad eadẽ monasteria pertinere cognosces: si ab aliquibus irrationabiliter detinetur: ex hac nostra auctoritate repetendi / exigẽdi q3 / atq3 tuo monasterio vendicãdi habebis per omnia (deo iuuante) licentiã: quia dignũ est vt quorum curam geris: rebus nullo modo defraudaris. Monachos aũt quos in monasterio puteolis sito deputaueris: sub tua quidẽ disciplina: sed tamen Puteolano epõ (cuius diocesis est) non Neapolitano noueris subiacere.

L

¶ Gregorius clero / et nobilibus ciuibus Neapolitanis. De eligendo eis episcopo. Capitulum. xl.

Epi. xl.

Ec nouũ / nec reprehẽsibile est in eligendo episcopo populi se vota in duas partes diuidere: sed graue est quando in huiusmodi causis nõ ex iudicio: sed ex solo fauore venit electio. Prius enim q̃ scripta ad nos vestra recurrerent: Joannẽ diaconem qui ab altera parte electus est: paruulã habere filiã quorundam relatione cognouimus. Unde si rationẽ voluissent attendere: nec alij eũ eligere: nec ipse debuerat consentire. Nam qua presumptione ad episcopatũ audet accedere: qui adhuc longã sui corporis continentiã (filiola teste) cõuincitur nõ habere? Petrus autẽ idem diaconus quẽ a vobis electũ esse asseritis / omnino (quantũ dicitur) simplex est. Et nostis: quia talis hoc tẽpore in regiminis debeat arce cõstitui: qui non solum de salute animarũ: verumetiã de extrinseca subiectorũ vtilitate z cautela sciat esse sollicitus. Nã de eo insuper ad nos peruenisse cognoscite / q2 solidos dederit ad vsuras: qd vos oportet cũ omni subtilitate perquirere: et si ita constiterit / alium eligite: et ab huius vos persona sine mora suspendite. Nam nos amatoribus vsurarũ nulla ratione manus imponimus. Si vero subtili habita inquisitione hoc falsum esse patuerit: quia persona eius nobis ignota est: et vtrum ita sit de simplicitate eius quod ad nos perlatũ est ignoramus: cũ decreto a vobis facto ad nos venire necesse est: vt de vite moribusq3 ipsius sollicitius requirentes / sensum quoq3 pariter agnoscamus: vt si huic iudicio aptus extiterit: vestra in eũ (adiuuante domino) desideria cõpleamus. Studij preterea vestri sit / etiã alium qui aptus sit prouidere: vt si forte huic ordini hic non videatur idoneus / sit in quo se vestra declinare possit electio. Nam graue cleri illius erit opprobriũ: vt si hic forsasse approbatus non fuerit: alium se dicant qui eligi debeat / non habere.

Ca. viij. q. j. c. nec nouum.

Parte. j. di. lxviij. c. Prius q̃.

Parte. j. di. xxxix. c. Petrus.

M

Parte. j. di. xlvij. c. de Petro.

Parte. j. dist. lxj. c. Studij.

¶ Gregorius Dominico episcopo Carthaginẽsi. De pestilentia aphricana. Capitulum. xlj.

Epl'a. xlj.

Uanta in aphricanis partib9 lues irruerit / iam dudũ cognouimus: z q2 necdũ a tali percussione est libera: geminati in nobis dolorũ fuit gemitus. Sed inter hec mala / z alias calamitates

A

innumeras desperata cor nostrum charissime frater tribulatione deficeret: nisi fragilitatē nostram vox diuca premunisset. Olim enī fidelibus euangelice tuba lectionis insonuit: appropinquāte fine mundi pestilentiā/bella/et alia multa que adhuc (sicut nostis) ī metu sunt/euētura. Que ergo prescientes patimur: affligi ex his nimiū tanq̄ de incognitis non habemus. Nam plerūq̄ et genus mortis in alterius mortis consideratione leuamen est. Quantas ergo detruncationes/quantasq̄ crudelitates vidimus: quibus mors sola remediū/et erat vita tormentū? Nōne cū Dauid optio esset mortis oblata/recusatis fame et gladio/populū suū elegit dei manu succūbere? Ex qua re colligite/in his qui diuina percussione intereūt: quanta sit gratia: quando eos vocatione obeunt quam prophete sancto pro munere cōstat oblatā. Itaq̄ creatori nostro in cūctis aduersitatibus gratias referamus: atq̄ de eius misericordia confidētes/patiēter oīa toleremus: quia satis min⁹ patimur q̄ meremur. Quoniam tamen ita temporaliter flagellamur/vt sine eterne vite cōsolatiōe minime relinquamur: necesse est vt quanto his signis nunciātibus venturū iudicem in proximo nō nescimus: tāto rationes nostras quas in eius sumus examine posituri: bone actionis studio et fletu penitentie muniamus: vt tāte nobis percussiones fauente eius gratia non damnationis initiū: sed beneficiū purgationis existāt. Quia vero ea infirmitatis nostre natura est/vt non possimus de obeūtibus non dolere/fraternitatis

B

vestre doctrina tribulatis sit solamen. Mēsura illis bona que promittūtur/insinuet: vt spe certissima roborati/in cōparatione futuri muneris discāt de amissione temporaliū nō dolere. Verba eos lingua (sicut et credimus) magis ac magis a praui operis perpetratiōe coerceat: bonorū premia/malorū penas edisserat: vt qui bona minus diligunt: saltē mala pertimescāt: et ab his se q̄ sunt plectenda contineāt. Nam in flagellis positos: flagellis digna cōmittere/contra ferientē est specialiter superbientes sententie acrius iracundiam irritare. Neq̄ est plurimum genus dementie/nolle quempiā a malis suis tuste quiescere: et deū intuitē a sua velle vltione cessare. Sed quoniā in his diuino adiutorio opus est/in cunctis dilecte frater precibus oīpotentis clementiā exoremus: vt et nos digne ista tribuat exhibere/et populorum ad hec operanda misericorditer corda cōpūgat: quatenus in timore ipsius actus nostros salubriter ordinantes: et ab ingruētibus malis eruti: et ad superna venire gaudia ei⁹ duce gratia (sine qua nihil possumus) mereamur.

¶ Gregorius Eulogio patriarche Alexādrino. De hereticis agnoitis: et expositio euāgelij de ficulnea/sub testimonio scilicet Augustini. De eo qd scriptum est: Nemo scit diem iudicij/nec filius/nisi pater solus. De eo quod dicitur: Adam vbi es? Et ad Caim: Vbi est frater tuus? Et de Lazaro: Vbi posuistis eum? que omnia vtiliter exponit. Capitulum.xlij.

Epl.xlij. puer.xxv.

Sicut aqua frigida anime sitienti: sic nuncius bonus de terra longinqua. Quis vo mihi esse nūcius bonus quātum ad sancte ecclesie adiutorium potest: nisi vita atq̄ incolumitas suauissime mihi vestre sanctitatis: que ex precepta luce veritatis/et eandem ecclesiam predicationis vbo illuminat: et ad meliorem viam morum suorū exēplis conformat? Quotiēs au-

C

tem in corde meo vnanimitatem vestram relego/atq̄ in corde vestro fixum me permanere cognosco: ago omnipotenti deo gratias: quia diuidi locis charitas non potest. Nam etsi corpore longe disiungimur: mente tamen indiuisibiles sumus. Communis aūt filius Anatholius diaconus suis mihi scriptis innotuit/in vrbe regia nōnulla ecclesiastica quedam de causis terrenis mota. Sed credo q̄ prius hoc mihi nunciauerit: q̄ de causis ecclesie beatitudo vestra loqueretur. Et gaudeo: quia vbi vos adesse cōtingit/me non arbitror defuisse. Nam veritatis minister Petri sequax/et sancte ecclesie predicator scit q̄ illa loqui potuisti/que de sede Petri apostoli per os doctoris sonare debuerūt. Ante hos aūt dies Abramio Alexandrino veniēte sanctitati vestre rescripseram: vel quid de scriptis vestris que contra hereticos agnoitas edidistis sentirem: vel cur tarde respōderim. Sed abramius nauigij necessitate cōpulsus/diu phibetur in Neapolitana ciuitate demoratus: atq̄ in eo sensu qd dudum

D

scripseram/ita rescribo: q̄ de doctrina vestra contra hereticos qui dicūtur agnoite/fuit valde quod admiraremur: quod aūt displiceret/non fuit. In eodem aūt sensu iam dudum cōmuni filio nr̄o Anatholio diacono plurima scripseram. Ita aūt doctrina vestra per oīa latinis patrib⁹ cōcordauit: vt mirum mihi non esset q̄ in diuersis linguis sensus non fuerit diuersus. Nam hoc qd de ficulnea dixistis: in eo sensu proprie beatus Augustinus loquitur: q̄ cum euāgelista subiūgit: Nōdum enim erat tēpus ficorum: aperte cognoscitur q̄ per ficum dn̄s in synagoga fructum quesierat: que folia legis habuit/sz fructum operis non habebat. Non enī poterat creator oīm nescire q̄ fructum ficus non habuit: qd dum tempus ficorum non esset/omnes poterāt scire. De eo vero qd scriptum est: Quia diem et horā neq̄ fili⁹ neq̄ angeli sciunt: omnino recte vestra sanctitas sensit: quoniam nō ad eundem filium/iuxta hoc qd caput est/sed iuxta corpus ei⁹ qd nos sumus/est certissime referendum. Quā de re multis locis idem beatus Augustinus eo sensu vtitur. Dicit quoq̄ aliud qd de eodem filio possit intelligi: q̄ de⁹ omnipotens aliquādo more loquitur humano/sicut ad Abraham dicit: Nunc cognoui quia times deum. Non quia se deus tūc timeri cognouerit: sed quia tūc eīdem Abraham fecit agnoscere quia deū timeret. Sicut enī nos diem letum dicimus: non q̄ ipse dies letus sit/sed q̄ nos letos facit: sic dictū est non q̄ ipse nesciat diem/sed quia hunc sciri minime permittat. Vnde et pater solus

Marci.xi.

Mar.xiij.

Gen.xxij.

E

dicitur scire/q̄ consubstantialis ei filius/ex eius natura qua est super angelos/habet vt hoc sciat quod angeli ignorāt. Vnde et hoc intelligi subtilius potest/q̄ incarnatus vnigenitus: factusq̄ pro nobis homo perfectus: in natura quidē humanitatis nouit diem et horam iudicij: sed tū hūc non ex natura humanitatis nouit. Quod ergo in ipsa nouit/non ex ipsa nouit: q̄ deus et homo factus/diē et horam iudicij non nisi per deitatis sue potētiam nouit: sicut cum ei in nuptijs mater virgo diceret vinū deesse/respōdit: Quid mihi et tibi mulier? Nōdum venit hora mea. Neq̄ enī Iesus angelorū dn̄s hore subiectus erat/qui inter cūcta que creauerat/horas et tēpora fecerat: sed q̄ mater virgo cum vinum defuit/per eū miraculum fieri volebat/statim et responsum est: Quid mihi et tibi mulier? Ac si aperte diceret: Vnde facere miraculum possum/hoc mihi ex patre/nō ex matre est. Ex matre enī mori poterat: q̄ ex natura patris miracula faciebat. Vnde et in cruce positus/eādem matrem moriēs recognouit: quam discipulo cōmēdauit dicēs: Ecce mater tua. Ait ergo: Quid mihi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Ac si dicere: In miraculo qd ex tua natura nō habeo: te minime recognosco. Sed cum hora mortis venerit/cognosco te matrē: q̄ vnde mori possum hoc ex te habeo. Itaq̄ scīētiam quā ex humanitatis natura non habuit: ex qua cū angelis creatura fuit: hanc se cū angelis (qui creature sunt) habere denegauit. Diem ergo et horā iudicij scit deus et homo. Res aūt valde manifesta est: q̄ quisquis nestorianus non est/agnoita esse nullatenus potest. Nam qui ipsam dei sapiētiam fatetur incarnatam: qua mente valet dicere esse aliqd qd dei sapiētia ignoret? Scriptū est: In principio erat verbum: et verbū erat apud deū/et de⁹ erat verbū. Oīa per ipsum facta sunt. Si oīa/procul dubio etiā dies iudicij et hora. Quis ergo desipiat vt dicere presumat q̄ verbū patris fecit qd ignorat? Scriptum quippe est: Sciēs Iesus q̄ oīa dedit ei pater in manus. Si oīa/profecto diem iudicij et horā. Quis ergo ita stultus est vt dicat q̄ accepit filius in manibus qd nescit? De eo vero loco in quo mulieribus de Lazaro dicit: Vbi posuistis eum? Ita specialiter sensimus que sensistis: quia si negant scisse dn̄m vbi fuerat Lazarus sepultus/atq̄ ideo requisisse: procul dubio cōpellūtur fateri/quia nesciuit dn̄s in quibus locis se Adam et Eua post culpam absconderant: cum in paradiso dixerat: Adam vbi es? aut cum Caim corripuit/dicēs: vbi est Abel frater tuus? Qui si nesciebat: cur protinus adiūxit: Sanguis fratris tui de terra clamat ad me? Sed hoc loco Seuerianus Gaualensis aliud loquitur dicens/q̄ hoc mulierib⁹ dn̄s per increpationem q̄si dixerit/q̄ mortuum Lazarum vbi posuerūt requisiuit. Ac si aperte Eue culpam memorās mulierib⁹ diceret: Ego virū in paradiso posui: quē vos posuistis in sepul-

Joan.ij.

Joan.xix.

Joan.ij.

F

Joānis.i.

Luce.x.

Joan.xi.

Gen.iij.

Gen.iiij.

G chro. Ad hoc ꝟo mihi idem cõmunis filius Anatholius diaconus respõdit aliã questionem dicẽs. Quid si obijciatur mihi: quia sicut immortalis mori dignatus est: vt nos liberaret a morte/ et eternus ante tempora fieri voluit temporalis: ita dei sapientiam ignorantiam nostram suscipere dignatam esse/ vt nos ab ignorantia liberaret? Sed ad hoc ei necdum respondi: qꝛ graui nãcaꝗ infirmitate detentus sum. Jam nunc autem vestra cepi oratione conualescere: et ei/ si ita perfecte conualuero vt dicere valeam: adiuuãte dño respondebo. Ex quibus vobis mihi nihil dicẽdum est/ ne videar docere que nostis: quia et medicamina vim medendi perdunt: que mẽbris sanis et fortibus apponuntur. Jndicamus preterea quia grauem hic difficultatem interpretum patimur. Dum enim non sunt qui sensum de sensu exprimant: sed transferre semper ꝓprietatem volũt: oẽm dictoꝝ sensum confundunt. Unde agitur vt ea que translata fuerint/ nisi cum graui labore intelligere nullo modo valeamus. Benedictionem ꝟo sancti Marci euãgeliste et vestre beatitudinis accepi. Ligna aũt transmittere volui: sed qꝛ nauis parua fuit que venit/ ea portare non potuit. Quia hec ipsi qui viderunt Alexandrini venientes dixerunt ꝙ parua sunt. Nam alia dñovobis maiora parauerã: que necdum ad Romanam ciuitatem tracta sunt: qꝛ expectaui vt veniente Alexandrina naui trahi debuissent: et in loco vbi incisa fuerant remanserunt. Omnipotens de⁹
D vitam vestram ad edificationem sancte ecclesie per lõga tempora custodiat: vobisqꝫ aspiret vt pro me enixi⁹ orétis: vt quem ꝓpria peccata deprimũt/ vestre apud omnipotentem deum preces leuent.

¶ Gregorius Uenantio episcopo Lunensi. De abbatissa ordinanda. Capitulum. xliij.

Epl. xliij. FRaternitatis vestre adeo nobis sollicitudinem placuisse scribimus: vt nostri studij esset ea que voluistis effectu complere. Quia ergo scripsistis vt ꝑsonam transmittere deberem⁹: que in monasterio qđ in ciuitate vestra situm est/ abbatisse regere possit officium: quam diuina misericordia suffragante/ in regimine eiusdem monasterij strenuam posse existere arbitramur/ illuc preuidim⁹ dirigẽdam: vt a vobis deo ꝓpiciante abbatissa debeat ordinari. Nam ad nos huc tãtũmodo causa orationis venit. Quã ergo memoratam ancillam dei ad vestrã volũtatem et scripta transmisimus: hortamur vt circa eã monasteriũqꝫ ipsi⁹ sollicitudinem gerat fraternitas vestra: atqꝫ degẽtem illic cõgregationem in Jesu xpi dei et redẽptoris nostri seruitio adhortationis sue voce/ et bonoꝝ operũ exhibitione corroboret: et ita se erga exteriores vtilitates ei⁹/ vbicũqꝫ necesse fuerit/ et causas exhibeat/ vt cõuersantes ibidẽ magnũ in vobis subsidiũ (sicut decet) inueniãt: et nulli⁹ rei eas necessitas deprimat: quaten⁹ dum vobis ꝓuidẽtib⁹ omnis eis fuerit amota necessitas: in oratione dei et laudib⁹ omnipotentis dñi secura valeãt mẽte ꝑsistere. Sic etenim agetur vt et illis electa cõuersatio ad salutẽ: et vobis ꝓficiat ad mercedem. Nam gratia prorsus maior acquiritur: si de cõmissis ouib⁹ lucrum offerat dño sollicitudo pastoris.
I

¶ Gregorius Uenantio episcopo Lunensi. De petitionibus agrippini et seruandi. Capitulum. xliiij.

Epl. xliiij. QUid petitio Agrippini ꝑbri vel seruãdi diaconi cõtineat ecclesie fesulane subiecta vobis pagina patefacit. Et ideo si ea que illic continentur/ veritate subsistunt: atqꝫ tales persone ad vos venerint quibus credi aliquid debeat: vsqꝫ ad viginti solidos: aut si plus vobis visum fuerit/ in reparationem ecclesiarum: que in ruinis esse perhibentur/ sub testamenti pagina dare vos cõuenit: quatenus et illic remedium fit: et vestra debeat esse monitio. De ceteris vero rebus que apud nos sunt/ pro memoria futuri temporis ex eisdem susceptum emittite: vt dum deus pacem donauerit/ res ipse iuri ecclesie cuius sunt/ sine aliqua valeãt dilatione vel controuersia reparari.

¶ Gregorius Palladio presbytero de monte syna. De detractionibus non curandis. Capitulum. xlv.

Epl. xlv. EPistolis dilectiõis tue susceptis/ filium meum Simplicium redire curaui: et qua feruore tua charitas vageretur/ inueni. De qua tamen
Matth. x. ꝟbi mei cõsolatione nõ indiget: cũ ipsa veritas dicat: Si patrẽfamilias Beelzebub vocauerit: quãto magis domesticos eius: Que iterũ dicit: Si de hoc mũdo essetis/ mũdus qđ suum erat diligeret. Sed qꝛ de hoc mũdo nõ estis: sed ego elegi vos de mũdo/ ꝓpterea odit vos mundus. Mũdum vero corda carnalia designãs: que diligũt mundum. Hec igitur cũ perfecte te scire audiam/ miror dilectionem tuam verbis hominum cõtristatam. Inter verba enĩ laudantium siue vituperantium / ad mentem semper recurrendum est: et si in ea non inuenitur bonum quod de vobis dicitur / magna tristitia generari debet. Et rursum si in ea non inuenitur malum quod de vobis homines loquuntur: in magnam debem⁹ letitiam prosilire. Quid enim si homines laudant/ et conscientia accuset? Aut que debet esse tristitia si omnes accusent: et sola cõscientia nos liberos demõstret? Habemus Paulum dicentem. Gloria nostra hec est: testimonium cõscientie nostre. Job quoqꝫ dicit: Ecce in celo testis meus. Si ergo nobis est testis in celo: testis in corde: dimitte stultos foris loqui qđ volũt. Quid aliud detrahentes faciũt/ nisi in puluerem sufflant: atqꝫ in oculos suos terrã excitant: vt vnde plus detractiones perflant: inde magis nihil veritatis videant? Uocandi tamen sunt etiam ipsi: et tranquille admonẽdi: eisqꝫ satisfieri modis oĩbus debet: sciẽtes quid de iudeis veritas dicit: Ne forte scandalizem⁹ eos. Si aũt satisfieri sibi ex veritate noluerint: habes cõsolationem quam in sancto euãgelio conspicias: qꝛ cum dño dictum fuisset: Scis quia pharisei audito hoc ꝟbo scandalizati sunt/ respõdit: Sinite illos/ ceci sunt/ et duces cecoꝝ. Paulus quoqꝫ apostolus admonet dicens: Si fieri potest (quod ex vobis est) cum oĩbus hominib⁹ pacem habẽtes. Dicturus quippe cum omnibus pacem habentes: qꝛ hoc difficile esse prospexit/ premisit: si fieri potest. Sed tamen adiũxit qđ possit fieri: cum dixit/ qđ ex vobis est: quia si nos in mente charitatem cõtra odiẽtes seruare cupimus: etsi illi nobiscum pacem nõ habẽt: nos tamen cum illis sine dubio habemus. In oĩb⁹ ergo fili dilectissime cor custodi: sicut scriptum est: Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita ꝓcedit. Hec breuiter pro charitatis commemoratione rescripsi. Sed peto vt pro me orare debeas: quatenus omnipotẽs deus/ et a malis me spiritibus/ et a peruersis hoĩbus custodire dignetur: qꝛ in hac vite mee peregrinatione mala me simul et multa circũdant: ita vt cum Psalmista iure dicam: In me pertransierunt ire tue: et terrores tui cõturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die: circundederunt me simul. Celestis gratia et nos in vrbibus et vos in eremo protegat: quia antiquus hostis terrarũ locis a tẽtatione non excluditur: quia si in paradiso hominem strauit / quis locus extra paradisum esse potest: in quo mentes hominum penetrare non valeat? In solo ergo creatoris nostri protectione fidẽdum est: cui ex intimo corde clamemus: Esto mihi in deum ꝓtectorem/ et in locum munitum/ vt saluum me facias. Transmisimus vobis de benedictione sancti Petri apostoli cucullam et tunicam / quas ea petimus charitate suscipi: qua a nobis transmisse sunt.

Joan. xv.
K
ij. Cor. i.
Job. xvj.
Mat. xv.
L
Puer. iiij.
Ps. lxxxvij
Ibidem.
Ps. lxx.
M

¶ Gregorius Ecclesio episcopo clusino. De episcopo caute eligendo. Capitulum. xlvj.

Epl. xlvj. SCripta fraternitatis vestre suscipiẽtes: contristati sumus ꝙ vos per estatẽ grauiter infirmatos et adhuc debiles esse cognouim⁹. Et licet sanctitatem vestram videndi desiderium haberemus: bene tamen fecistis isto vos illic tempore continere: ne veniẽtes huc de egritudinis vestre molestia recidiuam nobis tristitiam faceretis. De episcopatu autem laudauimus qđ personam non temere elegistis: sꝫ caute (sicut decuit) extitistis. Uenientibus enĩ vobis (si deo placuerit) cõmuni deliberatione tractabimus: et qđ vtile visum fuerit/ deo auxiliãte disponemus. Unum autem caballum vobis qualem inuenire potuimus/ de benedictione sancti Petri transmisimus: vt habeatis cum quo post infirmitatem vectari possitis. De causis ꝟo pro quibus isto res presentium huc venerunt: quid actum sit/ ipsoꝝ oĩa renunciatione cognoscetis. Preterea ecclesijs ad quas sine labore potestis accedere: fraternitas vestra officiũ visitationis impendat: vt hi qui illic deo ꝓpitio baptizantur: inconsignati non debeant remanere.

¶ Gregorius Joanni episcopo Syracusano Crescentium vicarium commendat. Capitulum. xlvij.

A Epl. xlvij

Cum lator presentium Crescētius vicarius noster quem ad se filius noster gloriosissim⁹ dñs Leontius ex consulatu precepit occurrere:exire de septis venerabilib⁹ dubitaret:ne qua per eū excusatio alijs fortasse nasceretur:aut publica diceretur vtilitas impediri:et vt egredi debuisset/equitatē seruari ꝓmitti fecim⁹. Et ideo qꝛ hoc illi res sicut iussus fuerat/illic suasit occurrere:fraternitas vestra ei saluꝰ ratione concurrat:atqꝫ apud predictū gloriosissimū dñm vestrū agere cū ea qua consueuit charitate studeat: vt in nullo cum cōtra leges aut rationē patiatur aliquo modo pregrauari:sed iustitiam ei sicut christianitati eius conuenit/in omnibus faciat custodiri:quatenus ⁊ ipse ad mercedem suam quod equitatis ordo exigit videatur salubiter seruasse:et hic se contra ea que promitti fecimus/ grauari non sentiat.

¶ Gregorius Joanni episcopo syracusano. Apolloniū magistrum militum cōmendat. Capitulum.xlviij.

Epistola xlviij.

Quamuis glorioso Apollonio magistro militū cōmuni filio paternam vos pietatē nouerimus īpēdere : qꝛ tamē eādē dilectiōis modū: quē circa eū sacerdotaliter exhibetis: nris credidit apicib⁹ augmētandū:idcirco eū fraternitati vestre his epistolis cōmēdamus:hortantes vt paternā in vobis(sicut decet)ꝯsolationē inueniat:et solatijs vestris(sicut vsus exegerit)comitāte iustitia portatur:quatenus dū vestrā

B

erga se amplius fuerit dilectionē expert⁹:⁊ ipse qd deuobis cōfidit agnoscat:⁊ nostrā sentiat epistolā profuisse.

¶ Gregorius Leontio excōsuli. Apolloniū cōmendat. Capitulum.xlix.

Epla.xlix

Scientes gratia paterna vos scripta suscipere: si illud peragere studeam⁹:gloriā vestrā vltro nō eē dubiū operari/ vt filiorū nostroꝝ desideria non patiamur contristari. Et ideo qꝛ gloriosus fili⁹ noster apollonius magister militū lator presentium nostris se apud vos voluit apicibus cōmendari: salutātes gloriam vestrā paterna dilectione petimus: vt saluarone/gratiam vestri fauoris inueniat: ⁊ patrocinij opem in quocūqꝫ necesse fuerit/ consequatur:quatenus dū gloria vestra ea que sponte cōsueuit impēdere/nostre quoqꝫ cōmendationi prestiterit:et ipse se opratū in vobis gaudeat inuenire subsidium : et nos vberes sincerissime bonitati vestre gratias referamus.

¶ Gregori⁹ Domiciano episcopo Metropolitano. De Leontio ⁊ substātia Theodori episcopi. Capitulū.l.

Epla.l.

Quam magne charitatis sit in mēte vestra sinceritas/etiam res ipsa testatur:qꝫ dilectionis affectū quē corā positis exhibetis/seruare absentibus non cessatis. Proinde multum nos ad diligendum gloriosum Leontium cōmunē filium epistolarū vestrarum testificatio prouocauit : qꝛ dū illū sanctitati vestre in amicitijs indicastis esse coniunctū:qualis iam sit ostēditur:scilicet qꝛ bono viro nisi bonus placere nō potuit. Et ideo non immerito diligendus est:qui vobis inuenitur familiariter cōiunctus. Idē autē gloriosus vir

C

in sicilia se retinuit:⁊ ad romanā vrbem necdū venit. In his tamē q̄ ei pro publica vtilitate serenissimorū dñorū iussione māddata sunt:inquātū ratio siuit/minime suffragari distulimus. Gloriosum enim Gregoriū exprefecto vel alios qui in septis ecclesiasticis residebant/hortari studiose curauimus:vt exire/et rationes suas exponere debuissent. Qui egredientes cū Marco viro Magnifico scribone:qui ad exhibitionē eorū venerat : accepto verbo ad siciliā ire parati sūt. Preterea de substātia Theodori episcopi quē ecclesie vestre iam scripsistis fuisse suppositam/plus ampli⁹ aliud quod fieri posset non fuit/qꝫ vt antefato gloriosissimo Leontio de quo tanta testificamini:cui et causam ipsam asseritis cōmendatā:atqꝫ Joanni fratri ⁊ coepiscopo nostro:de cuius sanctitate ⁊ solicitudine certi sumus:huius negocij audientiam mandaremus:hortātes vt et veritatē cū omni studeāt subtilitate perquirere: ⁊ ita contētionibus partium ſm iustitiam citius finem imponere:quatenus nec homines sancte fraternitatis vestre longa valeat illic dilatio retinere:nec pars altera inauditā se pati preiudicium conqueratur. Quicquid enim alteri hac de re fuerit statutū/certi estote qꝛ sine mora cōplebitur. Nam sicut sine iudicio quēqꝫ nolumus condēnari/ita que diffinita fuerint/nulla patimur excusatione differri. Omnipotens autē deus

D

sua vos protectione atqꝫ propitiatione circūtegat:gressusqꝫ vestros in timoris sui tramite conseruet:vosqꝫ pro me ad orandum excitet: vt ⁊ vestris intercessionib⁹ mea studia in viam vite dirigantur.

¶ Gregorius Leontio exconsuli. De causa libertini:et quis iris viri causa debeat esse. Capitulum.lj.

Epla.lj.

Cautionis exēplar libertini ad me studuit gloria vestra trāsmittere: quatenus mihi ostenderet cum qua obligatione vel mente ad pieture dignitatē idem libertinus accesserit. Que a glorioso fratre meo Palestino patricio vel consiliario meo viro magnifico theodoro relecta/ mihi subtiliter insinuata est: atqꝫ execrabilis ⁊ mihi ⁊ cūctis apparuit:qui cognoscere valuerūt. Sed debet gloria vestra meminisse : qꝛ nūqꝫ epistolas meas pro cōmendatione alicuius accepit: nisi vt protectionē vestrā fauente iustitia prestaretis. Et qꝛ de eodē libertino tota simul ꝓuincia gratias referebat/ indicaui . Nam vel quis esset/ vel quales causas habuerit: neqꝫ vnqꝫ professus sum:nec hacten⁹ simpliciter scio. Nam licet in ista causa cautionis culpabilis inuenitur: ⁊ de alijs causis quid pro se alleget nescio: vnum tamen bene atqꝫ constanter noui: qꝛ si quē rebus publicis fraudem fecit:substātia eius cedi debuit/non libertas. Nam in hoc quod liberi ceduntur: vt taceam qꝫ omnipotēs de⁹ offenditur: vt taceam qꝫ opinio vestra vehemēter grauatur:pijssimi tamen imperatoris nostri oīno tēpora fuscātur. Hoc enim inter reges gētium et imperatores romanorum distat: qꝛ reges gētium dñi seruorū sunt:imperator vero Romanorū dñs liberorū. Unde ⁊ vos quidem

E

quicquid agitis:prius quidē seruata iustitia/deinde custodita ꝑ omnia libertate agere debetis. Scriptū est: Qd tibi non vis fieri: alteri non feceris . Et per semetipsam veritas dicit. Que vultis vt faciant vobis hoīes: et vos facite eadē illis. Libertatē ergo eoꝝ qui vobis in discussionē cōmissi sunt vestrā/specialiter attendere debetis: ⁊ si ipsi a maioribus vestris iniuriari libertatē vestrā non vultis/subiectorū vestrorū honorādo libertatē custodire debetis. Scim⁹ enī qui dixit: Celū ⁊ terra transibunt: verba autē mea nō transibūt. Cui⁹ qꝛ verba nō trāseunt: sed per omnia implent: metuamus quod iterū dicit: In qua mēsura mēsi fueritis: in ea remetietur vobis. Quid autē gloria vestra existimat: qꝛ si superbe/si crudeliter agimus: despecto deo nobis hominē placamus? Nullo modo. Nam ipse qui despicitur:eū contra nos cui despecto deo placere volumus/irritat. Curemus ergo per omnia placere deo:qui potēs est etiam iratos homines ad mansuetudinem reducere. Nam (sicut dixi) etiam mansueti homines indignante deo ad iracūdiam prouocātur. Si autē dicit qꝛ sine verberibus atqꝫ terrorib⁹ fraudes publice inueniri non possunt: hoc admittere poterā/si in ratiociniorum causa dñs Leontius non venisset. Nam verum est qꝛ illi solent manibus excedere/qui in sensu ⁊ lingua deficiunt: de quo se mihi vestra gloria non valet excusare. Nā vel que audiuis/vel que dicitis/subtiliter exquirens/inueni qꝛ homines sine causa cedistis: qui auxiliante deo verbis agere oīa potestis. De causis vero eoꝝ quos discutitis: verū fateor qꝛ multa audiēs que nunqꝫ ante cognoui/vehemēter erubesco. Unde ⁊ vobis ⁊ pijssimo dño imperatori taceo . Nam si mihi cōstare potuisset qꝛ iustas causas de suis rationib⁹ haberēt: prius per epistolas vos pulsare habui. et si audisset⁹ minime fuissem: serenissimo dño imperatori suggererem. Sed quia mihi de suoꝝ rationibus nihil cōstat: ideo (sicut dixi) ⁊ vobis et pijssimo principi hactenus nihil dico. Turpe est enim

Tob.iiij.

Mat.vij.

Matthei xxiiij.

Mat.vij.

F

hoc defendere: qd mihi nō cōstiterit iustū esse: quia ego homines propter iustitiam diligo: non autem iustitiam ꝑpter homines postpono. Ita ergo age gloriose fili/vt in actione cōmissa prius illum habeas placatū/qui continet omnia: ac deinde serenissimi principis vtilitatē cū omni sollicitudine impleas. Nā ⁊ in eius actione a quo tibi cōmissa est: esse negligentem non sine peccato existimo. Sed qꝛ oīpotente deo largiente/idonea est vestra sapientia et rationes vigilanter ac subtiliter exquirere: et creatoris vobis iudicium per mansuetudinem placere: quotiēs ira animū inuadit/mētē edoma: vince teipsum. Differ tēpus furoris: ⁊ cū trāquilla mens fuerit/qd placet vindica. Ira enim in vindicta meloꝝ sequi debet ra

G

tionē animi/non pacere: vt quasi ancilla iustitie post tergum veniat: ꝛ nō lasciua ante faciem prosiliat. Aliquādo vero ostendēda est/ꝛ non exhibēda. Aliquādo exhibēda est: sed nunq̄ sequenda. Quando enim in executione iustitie placata mēte irascimur: iracūdiam ꝛ non sequimur et exhibem⁹. Ira eni q̄ animū pturbat: quāta cōsideratiōe cauēda est: monstratur. De qua scriptum est. Sit omnis homo velox ad audiendū: tardus autē ad loquendū/ et tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam dei non operatur. Hinc rursum scriptū est. Quis potest habitare cum homine cuius spiritus facilis est ad irascēdū? Hinc iterum dicitur. Noli esse cū homine iracūdo: neq̄ ambules cū viro furioso: ne forte discas semitas eius/ꝛ sumas scādalum anime tue. Contra hec in laude patiētie dictum est. Melior est vir qui vincit irā: q̄ qui capit ciuitatē magnā. Hinc Dauid personam in se infirmorum sumēs ait: Turbat⁹ est pre ira oculus meus. Atq̄ ex ipsa perturbatione quid sequatur: adiunxit dicens. Inueteraui inter oēs inimicos meos. Ex ira quippe cum turbatus fuerit oculus cordis/inter inimicos nostros ad vetustatē reducimur: q̄ inter malignos spiritus ad vetusti hominis similitudinem reuocamur. Cum igitur irā que cor permouet/sacra eloquia tot testimonijs detestētur: perpēdam⁹ qua intentione debemus hoc vitium fugere: qđ deo iudice/in testimonio illius totiēs reprobatur. Alia quoq̄ occurrit opinio: q̄ alij pro alijs grauātur. Ex quibusdam que ex principali iussione expensa sunt: minime reputant. Nō si verū sit nescio. Si tamen ita est: hoc omnino facere

H

et pro timore eterni iudicij: ꝛ pro ipsius humane consideratonis ratione minime debetis. Ecce gloriose fili amore dei tuoq̄ prouocatus/cūcta que sensi/que audiui/breuiter indicaui. Sapiētis autē viri est: ꝛ breuiter audita latius pensare: et queq̄ deo displicent/in celeritate corrigere. Omnipotens deus celestis vos gratie protectione circundet: ꝛ hic vos ꝛ a prauis actibus: et a peruersis hominibus tueatur: et apud se postmodū in eterna patria pia remuneratione letificet.

¶ Gregorius Amātino domestico. De cautionib⁹ Joannis palatini. De persona libertini. Capitulum. liij.

Ep(isto)la. liij.

EA que per Paulum latorem presentium: et Exmarchum excubitorē gloria vestra transmisit: eo quo voluistis modo suscepta sunt. Sed ꝛ excellētissimo filio nostro Exarcho per suprascriptū excubitorem qui ad eū profectus est: scripsimus vt cautiones agentium vices Joannis prefecti simul et palatini huc transmittere debeat. Indicātes ei: q̄ nisi illas direxerit/ vsq̄ ad aduētus vestros ea que a gloria vestra trāsmissa sunt: non tangātur: sed vobis remeantibus conseruētur. De persona autē gloriosi Libertini quedam ad nos ante peruenerant: et necesse fuit vt ea vobis sicut reuera filijs quos diligimus/minime taceremus. Et quēadmodum in glorie vestre epistolis inuenimus/moleste illa (qđ nō decuit) suscepistis: dū quādo nihil asperum scripsisse meminimus: sed hortati sumus vt cū eo charitatē et gratiam haberetis.

I

Sed q̄ ad hec aspera vobis rescribentibus/me ipsam ad nos epistolam mitteretis: per somnium vos scripsistis esse prohibitos: omnipotenti deo gratias agimus: qui sic vos vigilātes custodit: vt etiam dormientes admoneat. Sed q̄ in eodem somnio ꝛ a me vos de eadē causa reprehensos scribitis/qualis sim/vel ex hoc colligite. Et quādo vos paterna adhortatione cōuenio/ moleste suscipere non debetis: q̄ qui dormientibus purus sum: vigilantibus duplex esse non patior.

¶ Gregori⁹ Romano defensori. De insulis neapolitanis. Capitulum. liiij.

Ep(isto)la. liiij.

PEruenit ad nos q̄ quidā praue voluntatis studio/contra seniores et ciues neapolitane ciuitatis de insulis iuris eorum Leontio glorioso filio nostro nitātur surripere: vt eos iniuste dānis possint afficere atq̄ affligere. Idcirco tibi hac preceptione iniūgimus/vt debeas esse sollicitus: quatenus apud eū nullus locus surreptionis hac de causa inueniatur: vbi forte aliqđ dictum fuerit: vel episcopum preiudicialiter quid (quod non credimus) facere forte cognoueris: ex nostro illi mādato dicere te volumus: vt malorū hominū verbis assensum prebere: ꝛ in hoc peccato se miscere non debeat: q̄ licet retro principū iussionibus omnino de eisdem insulis sint muniti: nobis tamē cū in regia vrbe fuimus suffragātibus/ita serenissimi domini Mauritij principis elicita iussione/eorū stricte iura munita sunt: vt nō habeant vnde iuste debeāt formidare. Pro qua re vt ꝛ tu diligenti⁹ informari: et antedicto glorioso filio nostro (si causa sedederit) liquido satisfacere valeas: earum tibi iussionū exemplaria preuidimus transmittēda. Sed et si necessarium fuerit/ipsas facimus authēticas destinari. Tantū est (vt sicut diximus) studeas esse sollicit⁹: vt surripiēdi cuiq̄ illic locus non pateat.

K

¶ Gregorius Bono episcopo messanensi. Gregoriū prefectum commendat. Capitulum. lv.

Epl. lv.

LIcet gloriosus filius noster Gregorius expre fecto magnā de fraternitate vestra certitudinem habeat: vt sacerdotalē sibi a vobis impēdi affectū non dubitet: q̄ tamē charitatis vestre modū nostra rogante cōmendatione fidit augeri: his vos epistolis preuidimus adhortādos/vt vtilitati ipsius cōcurrere: atq̄ in eius iuuamine impēdere vos quecūq̄ iuste rit ratio debeatis. Et q̄ aliqua apud fraternitatē vestrā pro sua (vt ait) cautela agere desiderat: locū apud vos (sicut reuera decet sacerdotes) inueniat: et paterna sibi cōpati dilectione vos cognoscat: quatenus dū sollicitudinis cura ipsi⁹ vestre charitatis studio fuerit reuelata/ꝛ ipse confidentiam quā de vobis gerit/operibus valeat experiri: ꝛ fraternitas vestra postulantium desiderijs se videatur salubriter impendisse.

L

¶ Gregori⁹ Leontio excōsuli. De Gregorio exprefecto. Capitulum. lvj.

Ep(isto)la. lvj.

CUm iustitie vigor in cognitione vestra: et veritas iuuare sufficiat quos tuetur: cuiusq̄ apud vos cōmēdatione op⁹ nō fuerat: quippe q̄ ea q̄ pro equitate petēda sūt/ex vobis impēditis. Sed ne postulantium desideria/qui honorū filiorū studium paterna crescere adhortatiōe cōfidūt/postponere videamur: idcirco illis apud gloriā vestrā agere que vltro exhibetis: oīb⁹ modis inuitamur. Ea propter paterna dilectione vos salutātes petim⁹: vt glorioso viro filio nostro Gregorio exprefecto charitatis gratiā qua estis prediti largius tribuatis: quatenus ꝛ ille quicquid equitatis in vestra benignitate cōfidit: veris possit effectib⁹ experiri: et nos bona que de vobis multipliciter predicantur addiscentes: assidue pro glorie vestre incolumitate omnipotentem valeamus dominum deprecari.

¶ Gregorius Amantino domestico. Gregorium exprefectum cōmendat. Capitulum. lvij.

Ep(isto)la. lvij.

COnfidētes q̄ gloria vestra se in amicorū suorū solatijs deuota semper exhibeat: eorum vobis causas cōmendare: quos diligitis/studemus. Atq̄ ideo salutātes petimus/ vt gloriosus filius noster Gregorius: quales nos hic habuit: illic vos talis inueniat: ꝛ tā apud gloriosum filiū nostrū Leontium: vel alibi quocūq̄ necesse fuerit/ glorie vestre solatia cōsequatur: ac magnā in vobis cōsolationē inueniat: et inquātū possibile est: ne cuiq̄ iniuste possit afflictioni vel grauamini

M

subiacere/glorie vestre sollicitudo studio vigilanti prouideat: ꝛ tranquillo maturoq̄ hoc studeat consilio declinare: quatenus dū vos (sicut decet) adiutores habuerit: et ipse ꝛ nos amplius cognoscere valeamus quia (sicut de gloria vestra presumimus) non ad faciem: sed (quod est valde laudabile) puras nostis amicitias exhibere.

¶ Gregorius Secundino et Joanni episcopis Sicilie. Gregorium cōmendat. Capitulum. lviij.

Ep(isto)la. lviij.

BOnorū nos hortatur dilectio filiorū/vtilitatibus eorū studiose cōcurrere: et eos inquātū ratio suppetit/adiuuare. Et ideo q̄ quātū se gloriosus fili⁹ noster Gregori⁹ ex prefecto benigne cunctis exhibuit/tanto omnium debet vti solatijs: fraternitatē vestrā his hortamur affatibus: vt illic venienti tā apud Leontium gloriosum exconsulē in disponēdis rationibus suis/q̄ apud alios vbi causa poposcerit: opem ferre/ ꝛ partes illius sublevare fauēte iustitia festinetis: vt vobis sacerdotaliter concurrētibus: nullam molestiam vel dispendium contra ordinem possit equitatis incurrere. Quē si (quod nō credim⁹) grauari frustra in aliquo senseritis: apud predictū gloriosum virū agere vos episcopali modestia seruata necesse est/vt verbū quod ei per Exmarcum virū magnificū seribonē prebuit: custodire debeat ac seruare: atq̄ illū irrationabiliter affligi vel iusti

A

here dispēdium minime patiat. Ita ergo fraternitas ve
stra se erga eum sollicitā curet ostēdere: ⁊ in eius se cau:
sis ſm deum studeat exhibere: vt ⁊ sacerdotale in vobis
subsidium/⁊ paternam inueniat charitatem.

¶ Gregorius Bonifacio episcopo regio. De querimo:
nia Gregorij aduersus eum. Capitulum.lviij.

Epi.lviij.

SAcerdotali proculdubio cōuenit grauitati: vt
si quas ecclesie sue causas habuerit: aut pacifi
ca eas ordinatiōe si fieri potest: aut certe iudi:
cio interueniente sine mora diffiniat: vt sublata e medio
cōtētionis materia: sola illi cū filijs suis pacis possit re:
manere cōcordia. Indicauit itaq; nobis gloriosus fili⁹
noster Gregorius exprefecto: q inter se et ecclesiā vestrā
de locis que competūt: aliqua sit orta contētio. Ob quā
rem hortamur vt eā aut cessante iurgio finiatis/aut cer:
te dilatione submota/ ecclesie vestre auctores ad electo:
rum ire iudicium faciatis: vt eorū diffinitione preceden
te: nec ille cōtra iustitiam grauari: nec vestra preiudiciū
videatur ecclesia sustinere. Quia vero homines suos et
possessiones quas illic habet / vobis voluit cōmendari:
oportet vt vestra se fraternitas in eius causis quodcūq;
ratio inuitauerit/non omittat impēdere. Atq; ita eū in
quibuscūq; voluerit iuuare festinet: vt cōcurrentib⁹ vo:
bis/absentem se a suis vtilitatibus esse non agnoscat.

¶ Gregori⁹ Joanni ⁊ fortunato episcopis: ⁊ Anthemio
subdiacono. Homines Gregorij pmēdat. Capitulū.lix.

Epl'a.lix. B

EA que filijs nostris vltro nos decet impēdere/
negare eis petētib⁹ nō debemus. Et ideo qm
filius noster gloriosus Gregorius ex prefecto
possessiones quas illic habet/vel homines suos fraterni
tati vestre a nobis studuit commendādos: scriptis vos
presentibus adhortamur: vt vtilitatib⁹ eius salua ratio
ne concurrere: ⁊ possessiones eius atq; homines tueri (si
cut desiderat) debeatis: nec eos contra iustitiam a qui:
buslibet vexari aut pottamini pregrauari. Sed id agite:
vt tuitione vestra predicti filij nostri supplere presentiā
valeatis: quia ita se (sicut nostis) exhibuit cunctis: vt
omnium solatia habere mereatur.

¶ Gregorius Bysmarco scriboni. De infirmitate Gre:
gorij. Capitulum.lx.

Epl'a.lx.

QUod presentium portitor gloriosus filius no
ster Gregorius tarde ad siciliam venit: nō vo:
lūtate distulit: sed ita infirmitate corporis de
bilis factus est/vt vix in multis dieb⁹ reparari potuerit
Cuius debilitatis indicia etiam ipsi adhuc i eo cognos:
cetis. Vox autē vt aliquātū cōualuit: ventre illuc sicut
magnitudini vestre promiserat/nō neglexit. Quod ideo
bis apicibus scribendū preuidim⁹: ne eū distulisse spōte
credētes: hāc morā eius forsitan studio factā reputetis.

¶ Gregorius Romano defensori. De gentione viro ma
gnifico. Capitulum.lxi.

Epl'a.lxi. C

QUoniam filius noster gentio vir magnificus
scribo tāte (deo ppitio) bonitatis est/vt vals
de sit diligēdus: si quid ei potuissemus cōfer:
re debuimus. Voluerat enim possessionē iuris ecclesia:
stici sub specie libellorū tenere. Sed propter malos scri
bones indicauimus in hac nos causa: nec bono cōmitte:
re. Proinde excepta de possessione que potuerūt in eius
vtilitatē verti: eadē volumus ei⁹ magnitudini singulis
annis offerri. i. porcos. xx. qualis ipse pulderis: berbices
xx. ⁊ gallinas. xl. Que oīa volum⁹ in exceptis reputari.

¶ Gregorius Adeodate illustri femine. De reliquijs ei
concessis. Capitulum.lxij.

Epl'a.lxij

UT moram in bādis reliquijs: quas gloria ve
stra petit faceremus: non volūtate distulim⁹:
sed precedētis rei nos casus fecit ambigere.
Deus autē omnipotēs cordis vestri deuotionē intuēs:
miraculorū signis admonētibus a vestra vos intētione
fraudari non pertulit. Sed ideo desiderium modica vo
luit dilatione differri: vt docentib⁹ miraculis ⁊ amor vo
bis cresceret in veneratiōe sanctorū/⁊ maior fieret exul:
tatio gaudiorū. Quia ergo i affectu postulate rei/glorie
vestre vota cōpleta sunt: hortamur vt cuius predicato:
res colitis: eius sollicite mandata seruetis. Et sicut reli
giosa deuotione terrena sanctorū honorib⁹ loca cōstrui:
tis/sic quoq; cū eis mansionē vobis procurare in celesti
bus festinetis: quatenus ⁊ hic illos i omnib⁹ adiutores/
et in futura mereamini habere vite consortes.

¶ Gregorius Decio episcopo Lilibitano. De cōsecra
tione ecclesie. Capitulum.lxiij. D

Epl.lxiij.

ADeodata gloriosa femina petitoris nobis in:
sinuatione suggessit qd habetur in subditis.
In domo siquidē iuris sui itra ciuitatē Li:
libitanam monasteriū ancillarū dei a solo se pro sua de:
uotione fundasse: quod in honorē beati Petri principis
apostolorū/⁊ sanctorū Christi martyrū Laurētij/Her:
metis/Pancratij/Sebastiani/⁊ Agnetis desiderat cō:
secrari. Et ideo frater charissime: quia i tuo memorata
cōstructio iure consistit: si nullum corpus ibidem cōstat
humatum/percepta prius donatione legitima/id est in
redditu prestantes liberos a tributis fiscalibus solidos
decem/pueros tres/boum paria tria/mancipia alia que
seruiāt in ipso monasterio numero quinq;: equos nume:
ro decem: vaccas decem: tassulas vinearū numero quat:
tuor/oues numero. xl. ⁊ cetera ſm morem.

¶ Gregorius Hilario notario. De naui adeodate abba
tisse data. Capitulum.lxiiij.

Epl.lxiiij

NAuem in qua vitalis presentium portitor na:
uigat: ad dilectissimā filiam nostrā Adeodatā
abbatissam p sustētatiōe monasterij sui emis:
sam cognoscas. Quā illuc venietē/hac tibi auctoritate
precipim⁹: vt ita eam in cūctis tuearis: atq; ab oī anga:
ria vel onere extuere excusareq; festines: ac si specialiter
nostra sit. Nā nostri causā in eodē monasterio tanta con
gregatio deo proposito degere comprobat: vt plus illi so
latiari atq; cōcurrere q̄ nostre in oībus festinem⁹ eccle:
sie. Et ideo postq̄ volūtate nostrā experientia tua circa

E

predictū monasteriū talē esse cognoscit: ita se in tuitiōe
supradicte (vt dixim⁹) nauis impēdat/vt te illic posito/
nullā morā vel impedimentū ab aliquo valeat sustinere.
Nam si (qd nō credimus) in aliquo negligēs esse tētaue
ris/vehementer te nostrā noueris offensam incurrere.

¶ Gregorius populo/presbyteris/diaconibus/et clero
Mediolan. De obitu Constantij episcopi/et alio episco:
po eligendo. Capitulum.lxv.

Epl'a.lxv.

QUantus nos de obitu fratris ⁊ coepiscopi no
stri Constātij meror afficiat/paginali explere
locutione non possumus. Sed q̄ multa bona
partes ille in vno homine perdiderūt: vtinā vicine repē
tina calamitate non sentiant. Nam quēadmodū sollici:
tus i ecclesiastice regula discipline/vel q̄ fuerit vigilās
in tuitione ciuitatis vestre non habem⁹ incognitū. Sed
qm obeunte pastore sine proprio vos esse non decet anti:
stite/omnino grate suscepimus: quod deusdedit diaco:
nem vestrū ad episcopat⁹ officiū vos vnanimes elegisse
(deo auctore) signastis. Unde q; bonorū studiorū desi:
deria nulla debet tarditas impedire: vota i eo vestra cō
plere cū dei gratia festinamus. Et q; predict⁹ vir nobis
non moribus sed solū specietenus notus est/ oportet vt
quāto in hac electione non solū vestrā vtilitatē: sed etiā
causam dei agi cognoscitis/tanto debeatis esse sollicitī.

F

Et si subtiliter requirētes nihil est qd ei ex anteacta vi
ta criminis per sacros possit canones obuiare: aut si ad
tenendam disciplinā/vel exhibendū regimē idoneus re
peritur: atq; electorum in eius (sicut scribitis) electione
concordet assensus: diuinitatis gratia suffragāte eū pre:
sentium scriptorū auctoritate solēniter decernimus or:
dinari. Illud aūt qd vobis ab Agilulpho idicastis scri
ptū/dilectionē vestrā non moueat. Nam nos in hominē
qui nō a catholicis (⁊ maxime a longobardis) eligitur:
nullo prebem⁹ ratiōe cōsensum. Nec si alicuius presum:
ptionis vsurpatiōe factus fuerit: in locū vel ordinē illū
sacerdotis suscipim⁹: quia vicarius sancti Ambrosij in:
dignus euidenter ostēditur: si electus a talibus ordina:
tur. Nec enī est quod vos hac ex causa deterreat: vel ali:
quam vobis necessitatē incutiat: q; vnde possunt alimen
ta sancto Ambrosio (seruientib⁹ clericis) ministrari: ni:
hil in hostiū locis: sed in sicilia: ⁊ in alijs reipublice par:
tibus (deo protegente) consistit. Ut igitur in ordinādo
eo qui a vobis electus est: nulla possit mora contingere:
Pantaleonem notarium nostrū transmisimus: qui eum
(vt moris est) annuente consensus nostri auctoritate fa:
ciat cōsecrari. Cui etiam q; de possessiunculis: quas ma:
gnus presbyter cōmissas habuerat: vel de alijs ecclesie no
stre vtilitatibus curam gerere/vel quid aliud agere de:
beat/in presenti mādauim⁹: vestra se ei dilectio in omni

G bus deuota (vt decet) studeat exhibere.

¶ Expliciunt epistole Indictionis tertie.

¶ Liber. ix.

¶ Incipiūt epistole Indictionis quarte ex registro beati Gregorij pape.

¶ Gregori⁹ seru⁹ seruorū dei Innocentio Aphrice prefecto. De victore Faustanensi episcopo. Capitulū. i.

Ep'la. i.

QUi prauorum actuū eminentiam vestram iudicem esse desiderat: quid de equitate ei⁹ bono sentiat estimet. Proinde reuerentissimi fratris et coepiscopi nostri Victoris Faustanensis episcopi plenam vobis doloribus querelā deferim⁹: vt a malos ab actiōe pꝑera corrigatis/ et ab iniustitia (quā sustinent) bonos eruatis. Queritur siquidē supradictus frater noster multas in illis locis violētias: multaq alia cōtra dei timorem aphricanos iudices exercere. Deniq vt duplicia illic tributa (qd auditu ipso intolerādum est) exigātur. Et qr huius mali emēdatio vestre specialiter auctoritatē dignitatis expectat: petim⁹ vt subtili indagatione perquirere: et ita hoc deo vobis impertiēte debeatis corrigere: quatenus afflictis pro mercede anime vestre, ꝓtectione iustitie succurratis: et huius emēdatiōis exēplo alios in futuro a prauis actionibus arceatis.

H

¶ Gregorius Marinieno episcopo Rauēne. De persona quadam ad sacrū ordinē promouēda. Capitulū. ij.

Ep'la. ij.

FRaternitatis vestre scripta suscepim⁹: in quibus indicastis Florētinū diaconē vestrū pro vtilitatibus ecclesie vestre ad vrbē regiā vos velle trāsmittere. Et qr voluistis vt cū dilectissimo filio nr̄o Anatholio diacono superscriptis debuissemus apicibus cōmendare: scribere ei curauimus: vt illi in quib⁹ necesse fuerit et valuerit adesse nō differat: ipsaq scripta ad vos trāsmisimus: vt secū ea quam direxeritis psona debeat deportare. De psona vero quā in sacro vos dicitis velle ordine promouere/ videtur nobis vt si nihil est quod vite eius obsistat: et a nullo res quam indicastis obijcitur: quod visum vobis fuerit/ faciatis. De alijs vero causis volumus vobis vt sollicitudinē gereretis/ scribere. Sed postq vitam vestris cōmisimus: que per neglectum vestrū deperijt: de alijs tacere elegimus: ne et ipsas similiter perderemus.

¶ Gregorius Anatholio diacono Constātinopolitano Diaconē marini episcopi cōmendat. Capitulum. iij.

Ep'la. iij.

FRater et coepiscopus noster Marinianus ad vrbem regiam pro ecclesie sue vtilitatib⁹ diaconum suū scripsit se velle trāsmittere. Et qr illū dilectioni sue magnopere voluit cōmēdari: scriptis presentibus adhortamur: vt vbicūq necesse fuerit/ salua ei ratiōe cōcurras: et ita in cūctis illi opitulari festines: vt charitatē tuam de qua predictus frater noster valde confidit: cognoscat in opere.

I

¶ Gregorius Alexandrino prefecto. De patrimonio ecclesie Rauenne. Capitulum. iiij.

Ep'la. iiij.

QUi de filij charitate non dubitat: cōmendare ei quos diligit/ non recusat. Et ideo qr patrimonium ecclesie Rauennatis quod in sicilia constitutum est: ita dicitur diminutum: ac si nullus esset qui vtilitates ipsius agere potuisset: necesse fuit reuerētissimū fratrem et coepiscopū nostrū Marinianū de ordinando patrimonio ipso ne amplius decresceret) cogitare. Ad cuius qr gubernationē Joannem diaconē suū transmisit: paterno salutātes affectu petim⁹: vt ei tanq a nobis misso (sicut de vobis cōfidimus) charitatem in omnibus impendatis.

¶ Gregorius Leoni episcopo Catheniensi. Seuerum commendat. Capitulum. v.

Ep'la. v.

FIlius noster Seuerus vir magnificus presentium lator ad Siciliam venire desiderās: nostris se apud fraternitatē vestrā petijt epistolis cōmendari. Venientē ergo eū sacerdotali quo decet charitate suscipite: et q in quo visus exegerit/ vestra solatia ministrate: quatenus vobis coram positis in nullo se cōtra iustitiam sentiat laborare: sed magis auxilij vestri ope suffultus: quiete sua quā studiose diligit/ secur⁹ perfruatur: nosq de eius tranquillitate que illi per vos fuerit procurata/ letificari possimus.

K

¶ Gregori⁹ Castriano. Patrimoniū ecclesie cōmēdat. Capitulum. vi.

Ep'la. vi.

CUm tāta nos de vobis oporteat charitate presumere/ vt si ecclesie nostre vtilitates apd alios agerētur/ vestrā illic gloriā adhiberem⁹ adiutricem: iusta debem⁹ (qm in vobis est causa) gaudere qr vos non oportet negligere: qd amore beati Petri apostolorū principis prestare ipsi apud alios poteratis. Qr igit cōperimus publici patrimonij curā vestre ordinationi esse cōmissam: idcirco paterna dulcedine salutantes/ patrimoniū vobis nostre ecclesie sm iustitiā cōmēdamus. In quo si forte (vt fieri assolet) occasione inuenta homines publici aliquā velint inferre molestiā: hoc magnitudinis vestre bonitas fieri non permittat/ sed ab oim illud hominū inquietudine tueatur. Sicq salua ratione pauperū partes attendat: vt elemosyne vicē impleat seruata iustitia: et vobis ex hoc ante dei oculos maior merces accrescat. Hortamur ergo dilectissime fili/ vt vos benignos exhibere tam circa ecclesie nostre quā diligitis vtilitates: qz etiā in oibus curis ecclesiarū debeatis: quatenus et iniuncta salubriter expleatis: et oipotētem deū vobis (qd summopere studendū est) placabilem faciatis.

¶ Gregori⁹ Romano defensori. De tecla abbatissa defendenda. Capitulum. vij.

L

Ep'la. vij.

QUia Tecla abbatissa monasterij sancte Marie: quod Neapoli in domo quondam Felicis scholastici cōstitutum est: cōtra Alexandrum virum magnificū generū ipsius de quibusdā rebus causam habere dinoscitur: et ad hoc presentium portitorem transmisit: vt causa ipsa illic cū eo si potest fieri pacifice decidatur: hac experientie tue auctoritate precipimus: vt ei quoclis visus exegerit (salua ratione) solatiari ac concurrere nō omittat. Sed et predictū virum magnificum hortari studeat: vt omni contētione cessante/ ad decisionem cause ipsius/ pacis et ipse intētione perueniat: ne si negligendū putauerit: cū strepitu postea et dispēdio cogatur efficere: qd bona volūtate implere postponit: qr sicut edocti sumus/ frequenter iā predicte abbatisse per epistolas suas pmisit ipsam decidere: et facere hoc hactenus supersedit. Tua ergo experiētia ita agat: vt aut ipsa causa (sicut diximus) decidatur/ aut si certe differre voluerit/ et videris qr facere que pacta sunt/ nō volet: subtiliter nobis ea ipsa renuncia: vt quid ꝓ vtilitate monasterij memorati agi debeat/ sciamus.

¶ Gregorius Bononi abbati monasterij Lirinēsis. De cauta prouisione monasterij. Capitulum. viij.

Ep'la. viij.

PRepositorū sollicitudo subiectorū est cautela: qr qui sup rem creditā vigilat: hostis insidias declinat. Et sūt solers sis i regēdis fratrib⁹: quātoq studio in eorū sis custodia vigilans: reuerētissimo fratre et coepiscopo nostro mēna referente cognouimus. Et sicut nos audita decessoris tui incauta remissio sepi⁹ cōtristauit: ita ꝓuisiōis tue sollicitudo letificat: qr studij tui cautelam et tibi ad remunerationē: et alijs ad vtilitatis exēplū prodesse non dubium est. Sed qr quantum se aduersarius noster ex oi parte preualeri cognoscit: tanto per occulta querit irrūpere: et repugnante sibi callida arte nititur decipere: dilectiōis tue vigilātia ardentiori se semper cura succēdat: et ita cauta/ (deo adiuuante) pmuniat/ vt lupus seuiēs huc illucq discurrēs/ in oues dn̄icas ingrediendi locum non habeat. Eos ergo qui tibi cōmissi sunt/ a gula/ a superbia/ ab auaritia/ a maliloquio/ et ab omni immūditia/ redēptoris nostri suffragante gratia prohibere: ac studij tui sit per omnia custodire: vt tāto tibi maior de cōmissa gubernatione merces accrescat/ quāto subiecti tui cōtra aduersarij nequitias te fuerint vigilāte victores. Itaq boni te dulcem: praui sentiant correctorē. In qua videlicet correctione hunc esse ordinē noueris obseruādum: vt personas diligas: et vitia persequaris: ne si aliter agere fortasse volueris/ trāseat in crudelitatē correctio: et perdas quos emēdare desideras. Sic enim vulnus debes abscindere: vt non possis vlcerare quod sanum est: ne si plus q̄ res exigit ferrū impresseris/ noceas cui prodesse festinas. Ipsa enim in te dulcedo cauta/ non remissa sit: correctio vero diligens sit/ non seuera. Sed sic alterū cōdiatur ex alte

B ro: vt & boni habeant amōdo quod caueant/et praui metuendo qđ diligāt. Hec dilectissime fili sollicite attēde: studiose custodi: vt dū tali moderatiōe deo nostro incolumes quos suscepisti reddideris/in dicēte eterne retributionis eo dicēte audire sis merit⁹. Euge serue bone et fidelis: qꝛ in pauca fidelis fuisti: supra multa te constituā: intra in gaudiū dn̄i tui. Filiū preterea nostrū Colūbū presbyterū qui charitati tue suis est meritis cōmendat⁹: in tua dilectione ꝓficere optam⁹: ex nostra cōmendatiōe. [Luce.xix.]

Gregorius Sereno episcopo Massiliensi. De sanctorum imaginibus non confringēdis: et malis hominib⁹ non admittendis in societatem. Capitulū.ix.

[Ep̄la.ix.] Litterarū tuarū primordia ita sacerdotalē in te esse beniuolentiā demōstrabāt: vt maior nobis fieret de fraternitate tua letitia. Sed tantum earū finis a suis dissensit initijs: vt nō vnius: sed diuersorum esse mētium talis crederetur epistola. Ex illo autem qđ de scriptis nostris que ad te misimus dubitasti/ꝙ sis incautus apparuit. Nā si diligenter ea que fraterno amore monuimus attendisses/non solum minime dubitasses: quinimmo qđ sacerdotalē grauitatē oporteret agere/cognouisses. Neq; enī Cyriac⁹ quōdā abbas: qui scriptorū nostrorū portitor extitit: istius disciplinę vel eruditiōis fuit: vt vel ipse aliud facere (sicut putas) auderet: vel istam de eius tibi persona suspitionē falsitatis assumeres. Sed quia monita salubria pēsare postponis/contingit vt iam non solū actu: verū etiā essesꝫ interrogatione culpabilis. Perlatū siquidē ad nos fuerat: ꝙ inconsiderato zelo succensus/sanctorū imagines sub hac quasi excusatione: ne adorari debuissent/confregeris. Et quidē qꝛ eas adorari vetuisses/omnino laudauim⁹: fregisse vero reprehēdimus. Dic frater a quo factū sacerdote aliquādo auditū est quod fecisti: Si non aliud/vel illud te nō debuit reuocare: ne despectis alijs fratrib⁹/solum te sanctū & esse crederes sapientē: Aliud est enim picturā adorare: aliud per picture historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod legētibus scriptura/hoc idiotis prestat pictura cernētib⁹: quia in ipsa etiā ignorantes vident quod sequi debeant: in ipsa legunt qui litteras nesciūt. Unde & ꝓcipue gentib⁹ pro lectione pictura est. Quod magnopere a te qui inter gētes habitas/attendi debuerat: ne dū recto zelo incaute succēderis/feroci bus animis scādalum generares. Frangi vero nō debuit: qđ non ad adorandū in ecclesijs: sed ad instruēdas solūmodo mētes fuit nescientium collocatū. Et qꝛ in locis venerabilibus sanctorū depingi historias nō sine ratione vetustas admisit: si zelum discretione condisses: sine dubio & ea que intendebas salubriter obtinere: et collectum gregē non dispergere: sed potius dispersum poteras cōgregare: vt pastoris in te meritū nomē excelleret: nō culpa dispersoris incūberet. Hunc autē dū in hoc animi tui incaute nimis motus exequeris: ita tuos scandalisasse filios perhiberis/vt maxima eorū pars a tua se cōmunione suspēderit. Quādo vero ad ouile dn̄icum errātes oues adducas: qui quas habes/retinere non preualeᵴ: Proinde hortamur vt vel nūc studeas esse sollicit⁹: atq; ab hac te presumptione cōpescas: & eorū animos ꝗs a tua disiunctos vnitate cognoscis: paterna ad te dulcedine/omni annisu/omniq; studio reuocare festines. Cōuocandi enim sunt dispersi ecclesie filij: eisq; scripture sacre est testimonijs ostēdēdū: qꝛ omne manufactū adorare nō liceat: quoniam scriptū est: Dn̄m deum tuū adorabis: & illi soli seruies. Ac deinde subiungendum est: qꝛ picturas imaginū que ad edificationē imperiti populi fuerant facte: vt nescientes litteras/ipsam historiam attendentes discerent quid actum sit: quia transisse in adorationem videras: idcirco cōmot⁹ es vt eas imagines frāgi preciperes. Atq; eis dicēdū: Si hanc instructionē ad quam imagines antiquit⁹ facte sunt/habere vultis in ecclesia: eas modis omnib⁹ & fieri & haberi permitto. Atq; indicas ꝙ nō tibi ipsa visio historie: que pictura teste pādebatur displicuerit: sed illa adoratio que picturis fuerat incōpetenter exhibita. Atq; in his verbis eorū mētes demulcens/eos ad cōcordiā tuā reuoca. Et si quis imagines facere voluerit/minime ꝓhibe: adorare vero imagines/omnib⁹ modis deuita. Sed hoc sollicite fraternitas tua admoneat: vt ex visione rei geste ardorē compūctionis percipiant: et in adoratione solius omnipotētis [Luce.iiij.] C

sancte trinitatis humiliter prosternantur. Cuncta vero hec amore sancte ecclesie/& tue fraternitatis loquimur. Non ergo ex mea correptione frāgatur a zelo rectitudinis/sed magis adiuuetur in studio pie dispensationis. Preterea peruenit ad nos ꝙ dilectio tua libēter malos homines in societate sua recipiat: adeo vt presbyterum quēdam qui postꝙ lapsus est/& in sue adhuc dicitur iniquitatis pollutiōe versari/familiarē habeat. Qđ quidē nos ex toto non credimus: qꝛ qui talē recipit: scelera nō corrigit/sed magis alijs talia perpetrādi videtur dare licentiā. Sed ne forte aliquis tibi surreptiōe vel dissimulatione vt a te reciperetur/atq; adhuc haberetur grat⁹ suaserit: non solum hūc longius a te expellere/verū etiā excessus ipsius sacerdotali te zelo modis omnib⁹ conuenit resecare. Alios vero qui praui esse memorātur/paterna adhortatione a sua prauitate cōpesce: et ad viam studē rectitudinis reuocare. Et si (quod absit) salubri monitione eos videris in nullo proficere/& hos quoq; curabis a te procul abijcere: ne prauitates eorū ex eo ꝙ recipiuntur/displicere minime videātur. Et non solum ipsi inemēdati remaneant/sed etiā eorū receptione alij corrūpantur. Et considerate ꝙ & hominib⁹ execrabile & periculosum ante dei sit oculos/si per eū a quo plectēda sūt crimina/nutriri vitia videātur. Hec igitur dilectissime frater diligenter attende: & ita agere stude: vt prauos salubriter corrigas/& scādalum de malorū societate filiorum tuorum animis non inducas. [D] [E]

Gregorius populo/presbyteris/diaconibus: et clero ecclesie mediolanēsi. De aretbusa. Capitulū.x.

[Ep̄la.x.] Latrix presentium Aretbusa clarissima femina/propter causam legati quod ei coniugi eiq; vel filijs ipsius Laurentius reuerēde memorie episcopus vester reliquerat/diu apud nos est (vt recolitis) demorata. Unde recordāde memorie fratri & coepiscopo nostro Constātio misseramus/ vt cū ea sacerdotali studio causam ipsam definire iurgiorū cessante strepitu debuisset. Qđ sicut scire vos credimus/se & olim facere voluisse: et adhuc facere tunc velle respōderat. Sed qꝛ latrix harū diu est in hac vrbe demorata: atq; illuc distulit remeare: nunc usq; decidi non potuit. Idcirco dilectionem vestrā scriptis presentibus adhortamur: vt memorate mulieri illuc venienti charitatē quā decet ecclesie filijs impēdatis. Et cū auctore deo ecclesia fuerit ordinata/id agatis/quaten⁹ causa ipsa que tēpore diutur no dilata est: ita sine mora (equitate seruata) debeat terminari: vt nec antedicta femina ampli⁹ fatigari: nec vos videamini/cōtra ecclesiasticum propositum/petētibus negasse quod iustum est.

Gregori⁹ Anthemio subdiacono campani. Theodoram relictam sabini cōmendat. Capitulum.xi.

[Ep̄la.xi.] Theodora relicta sabini defensoris: misso huc homine suo questa est nobis/a filio suo et altergenio quodā: cui⁹ filiam idē filius eius in coniugio suo sortitus est/deceptā esse: vt oēs res suas tēpore nuptiarū eidē filio donationis titulo legaret: & nūc se ab eis valde despici atq; contēni: adeo vt ablatis rebus ipsius/nihil ei vnde possit nutriri remāserit. A quib⁹ insuper etiam tātam se aduersitatē asserit sustinere/ vt nec seruū iuris sui ei deseruire: nec in aliquo solatiari pmittant. Et qꝛ si ita se res habet/graue nimis & cōtra deum est: huius tibi auctoritatis tenore precipimus/vt veritatem cures addiscere. Et si ita reperteris/ecclesiasticam tuitionem impendere: atq; eam salua in omnibus ratione adiuuare festines: quatenus te illic posito nullum denuo grauamē vel oppressionem a predictis viris quolibet modo sustineat: sed prouidere studij tui sit vt in id quo se deceptam queritur: legaliter valeat subueniri: qꝛ omnino crudele est vt mulier que ex filij ꝑsona debet sperare solatium/per eū magis necessitati cogatur vel inopie subiacere. Et si forte quies vel solatiū ipsius te procurante non potuerit ordinari/nobis renūciare festinas: vt quid post hec facere debeas/nostra iterum preceptione cognoscas. [F]

Gregorius Anthemio subdiacono. De Helene hominibus ab ecclesia iniuste detentis. Capitulum.xij.

[Ep̄la.xij.] Gloriosa filia Helena per suos nobis homines indicauit quosdā de suis a hecclesie nostre rusticoꝛ ib⁹ irrationabiliter detineri. Et qꝛ eos pe-

G

tit sibi restitui: idcirco hac tibi auctoritate precipimus:
vt cũ omni diligẽtia veritatẽ studeas perscrutari. Et si
ita est: nec est quod in eis ad nostre nomen ecclesie possit
vendicari: omni mora postposita: aut ipsos restitue: aut
si forte mancipijs ecclesie nostre cõuenti sunt / dãdo pro
eis vicarios recompẽsa. Si vero aliquid nostre dicitur
ecclesie cõpetere: sit sine aliqua dilatione compẽdium: et
que iudicata fuerint / ita experiẽtia tua ad effectum sine
aliqua difficultate pducat: vt predicte filie nostre denuo
non sit huc necessitas transmittendi.

¶ Gregori⁹ Anthemio subdiacono. Donatũ cõmẽdat.
Capitulum. xiij.

Epistola xiij.

Donatus lator presentium diuersis se illic op-
pressionibus grauari cõmemorãs / ecclesiasti-
ca se petijt tuitione fulciri. Quapropter hac
tue experientie auctoritate mãdamus: vt eũdẽ Donatũ
seruata equitate defendas: et nullis eũ grauaminibus vl'
dãnis contra iustitiam subdi permittas: quaten⁹ te sibi
opitulante nulla ei sit huc remeandi necessitas.

¶ Gregorius Scholastico defensori. De cõdumis calũ-
nioso dandis. Capitulum. xiiij.

Epistola xiiij.

Ante aliquãtũ tẽporis experiẽtie tue nos pre-
cepisse recolimus: vt qz reuerẽtissimus frater
et coepiscopus noster Calũniosus necessitatẽ
se de solatijs asseruit sustinere / vinam illi de iure ecclesie
deputare cõdumiis debuisses. Sed qz cõdumiam ipsam
vineolam paruulã iuris eiusdẽ ecclesie nostre tenere di-
citur: et ipse sibi pariter vineolam petit debere locari: hac

H

tibi auctoritate precipimus: vt ad tres siliquas aureas
factis libellis ei vineolam ipsam locare debeas: quate-
nus et ipse exinde aliquod remedium consequatur: et ius
ecclesie sine diminutione aliqua conseruetur. Preterea
questus nobis est suprascriptus reuerentissimus frater
noster: qz et episcopiũ ecclesie ipsius hactenus detineas: et
occasione blandiaris: vt episcopi patris tui vestes tibi /
vel alia que in episcopio inuenta sunt / applices. Et ideo
si ita est: et ab episcopio te precipimus sine mora recedes
re: et quicquid predictus pater tuus episcopat⁹ sui tem-
pore ecclesie de pprio cõstiterit cõquisisse: ne tollas: qz et
sacris canonũ legib⁹ esse noscitur definitũ vt in his que
antistes episcopatus tẽpore acquisiuerit / non alius / nisi
sola succedat ecclesia. Asserit etiam Ferocinatũ quẽdã
condito testamẽto heredẽ nostrã instituisse ecclesiã: atqz
ecclesie sancti Joannis que ante portã Bottonẽsis ciui-
tatis sita est / duos casales fundi cãpos per Busmianũ le-
gati titulo reliquisse: et a nostra eos nũc ecclesia detineri.
Quos qz sm voluntatẽ defuncti sibi petit debere cõtra-
di: experiẽtia tua lecta serie testamenti / si ita esse repere-
rit / nec est qd rationabiliter aperte nostre possit opponi
eccl'ie: predictos casales tradere suprascripto fratri no-
stro nõ differat: quia dum talibus nos etiam de proprio
conueniat impartiri / ea que illis competũt / nullo modo

I

a nostris irrationabiliter patimur detineri.

¶ Gregorius Scholastico defensori. De Alexandro fri-
silico. Capitulum. xv.

Epl'a. xv.

Alexander frisilicus presentium portitor colo-
nus ecclesie nostre questus est nobis i domo /
i dest ecclesia: que cathine a dilecto filio no-
stro Cypriano diacono fabricata est: triennij se tempore
laborasse: et mercedẽ non vt dignum est accepisse. Et qz
per tempora ipsa dicatur apud plurimos laborasse (vn-
de etiã dum hic esses / notitiam accepisti) hac tibi tamẽ
auctoritate precipimus: vt diligenter inspicias: et si pl⁹
in eadẽ domo qz mercedes acceperit operatus est / volu-
mus vt sm laboris modũ si quid sup quattuor solidos et
tremisses duos quos a memorato diacono accepisse di-
ctus est merit⁹ sit / addere ei qd iustum videris debeas:
sciens tuis rationibus imputandum.

¶ Gregorius Romano defensori. Ut argentio colono
terram ecclesie concedat. Capitulum. xvj.

Epl'a. xvj.

Quia presentium portitorẽ Argẽtium colonũ
ecclesie nostre curã hospitalitatis habere co-
gnouimus: necesse est vt in parte aliqua eius
studiũ adiuuemus. Idcirco huius tibi preceptionis au-
ctoritate mandamus: vt terrulã modiorum plus minus
(sicut asserit) decẽ possessiõis disterianẽ quã tenuit / red-
dere ei sine mora aliqua vel excusatione festines: vt eam
diebus vite sue habeat: atqz ex ipsis rationib⁹ ecclesiasti-

K

cis nihil impẽdat: sed in ea ille quã exhibet hospitalita-
te proficiat: quia dignũ est: vt bono laudãdoqz operi con
currere ac ferre consultũ modis omnib⁹ debeamus.

¶ Gregorius Spes de ropes presidi Sardinie. De bar-
baricinis conuertendis. Capitulum. xvij.

Epl. xvij.

Participes procul dubio mercedis efficit(ur) bo-
norum se operum exhibet adiutorẽ. Quia er-
go multi de barbaris et prouincialibus sardi-
nie ad xpianam fidẽ dicunt deo propitio deuotissime fe-
stinare: magnitudo vestra studiũ suũ hac in causa decen-
ter accõmodet: et fratri et coepiscopo nostro Uictori i cõ-
uertendis baptizandisqz eis studiose cõcurrat: quaten⁹
dũ de interitu multorũ alie p baptismatis gratiã vobis
fuerint sollicitãtibus liberate: et apud homines laudem
habere: et apud omnipotentẽ dñm (quod summopere stu-
dendũ est) magnã mercedẽ possitis acquirere: atqz nos
vobis gratias referẽtes / magnitudini vestre possimus
modis omnibus existere debitores.

¶ Gregorius Uitali defensori. De barbaricinis manci-
pijs comparandis. Capitulum. xviij.

Epl. xviij

Bonifacium presentium portitorẽ / notariũ sci-
licet nostrum / ad hoc nos experiẽtie tue illuc
trãsmisisse cognoscat: vt in vtilitatẽ parochie
barbaricina debeat mãcipia cõparare. Et ideo experiẽ-
tia tua omnino ei studiose sollicitequ pcurrat: vt et bono pre-

L

cio / et talia debeat comparare / que in ministerio parocho-
chij vtilia valeant inueniri: atqz emptis eis huc deo pro-
tegente is ipse celeri⁹ possit remeare. Ita ergo te in hac
re exhibere festina: vt te quasi seruientium amatorẽ: quo-
rum vsibus emuntur ostendas: et nobis te ipsi de tua va-
leant sollicitudine commendare.

¶ Gregorius Joanni Tribuno Sipontino. De violen-
tia Bonifacij notarij. Capitulum. xix.

Epl'a. xix.

Lator presentium de statu sui conditione no-
bis sepius conquestus est a Bonifacio nostro
notario sibi violentiã irrogari. Cuius rei co-
gnitionem in fratris et coepiscopi nostri Uitaliani noti-
tiam preuidimus perducẽdam. Cuius cause meritũ se
examinasse professus est. Sed qz ad proferendũ iudiciũ
se assurgere nullatenus dicit: hortamur magnitudinem
vestrã / vt p causa mercedis eterne / cũ predicto reside-
tis episcopo: et rei meritũ euidẽtius perscrutantes: quic-
quid vobis suadẽte iustitia visum fuerit / scripto decer-
nite: et si de ei⁹ vobis certius libertate cõstiterit / nullis
deinceps quotlibet inquietudinibus ad rei decise me-
ritum pcedatur: sed in ea qua vobis visum fuerit liber-
tate declaratus secure permaneat.

¶ Gregorius Januario episcopo Caralitano. De mo-
nasterio construendo. Capitulum. xx.

Epl'a. xx.

Gratã nobis fraternitatis vestre sollicitudinẽ
fuisse cognoscite: qz pastorali se vigilantia p tu-
tamine animarũ vt oportebat exhibuit. Nun-

M

ciatum siquidẽ nobis est: qz in domo quondã Epiphanij
lectoris ecclesie vestre: idcirco sm voluntatẽ ipsius mo-
nasterium cõstrui vetuistis: ne pro eo qz domus ipsa an-
cillarum dei monasterio coherebat: deceptio exinde cõ-
tingeret animarũ. Et valde laudauimus: qz antiqui ho-
stis insidias puisione congrua (vt decuit) pcauistis. Sed
qz perlatũ ad nos est Pompeianam religiosam feminã
velle de eodẽ monasterio ancillas dei tollere / et p sua vn-
de accepte fuerãt monasteria reuocare: atqz illic congre-
gatione cõstruere monachorũ: necesse est vt si ipsiũ hoc
fuerit: defuncti depositio modis omnib⁹ cõseruetur. Si
vero factũ hoc non fuerit: ne testatoris voluntas in totũ
videatur esse frustrata: volum⁹ vt qz monasteriũ Urba-
ni quondã abbatis positũ foris extra ciuitatẽ Caralita-
nã ita dicit destitutũ: vt ne vn⁹ illic monachus remane-
ret: Joannes (quẽ memorat⁹ epiphanius in monasterio
qd sicut dictũ est / in domo sua fieri decreuerat / abbatẽ
esse cõstituit) si tamẽ nihil est qd eũ impediat / abbas de-
beat ordinari. Atqz reliquie que in domo antedicti epi-
phanij condẽde fuerãt / ibi recõdãtur: et ei modis oĩbus
applicetur quicquid idẽ epiphanius in monasterio qd
deputauerat edificari contulerat: quatenus et si de loco
propter supradictam cautelam volũtas eius non dispo-
nitur / merces nihilominus illibata seruetur. Et hec qui-
dem omnia fraternitas vestra vna cũ vitali defensore di-
sponat: et ita ea vtiliter studeat ordinare: vt sicut de lau-

A dabili probibitione: ita quoq de bonis babere possit cõstructione mercedẽ. Ipsum vero monasterium licet fraternitati vestre sit superuacuũ cõmendari: hortamur tamen ex abundanti vt id salua iustitia (sicut vos decet) babeatis commendatum.

¶ Gregori⁹ Pãthaleoni notario. De deusdedit diacono ad episcopatũ mediolani ordinando. Capitulũ.xxj.

Epl.xxj. Experiẽtia tua p̃senti auctoritate suffulta / ad ianuensem vrbem auxiliãte dño proficiscẽs / deusdedit diaconem ecclesie Mediolanẽsis / si tamen a cunctis electus est / et nihil est qđ ei ex anteacta vita possint canones obuiare / episcopũ solenniter faciat ordinari. Preterea qr multe ibi ecclesie nr̃e vtilitates sunt que deo propitio peraguntur: sollicitũ te esse necesse est: et ita omnia sm̃ capitularẽ subter annexũ requirere vtiliterq̃ disponere: vt in nullo te neglect⁹ culpa respicere: sed magis vigilãtia deo ⁊ hoibus valeat cõmẽdare.

¶ Gregorius de Probo abbate monasterij sancti Andree. De probo ac testamento eius. Capitulum.xxij.

Epl.xxij. In nomine dñi saluatoris nostri Jesu xp̃i. Imperantibus dõno Mauricio ⁊ Tiberio Augustis: anno incarnationis dñice sexcẽtesimo primo: decimoq̃ dõno vndecies consule sub die tertio nonarũ octobriũ: presidẽte beatissimo et apostolico papa Gregorio: atq̃ considentibus reuerẽtissimis Menna episcopo Telesino: Basilio Capuano: Constãtio Numẽtano:

B Mõtano Sauonẽse: Victore fausanẽse: Joanne presbytero tituli sanctorũ Geruasij et protbasij: Deusdedit rustico presbytero tituli sancte Susanne: Jubilo p̃sbytero tituli sancti Marcelli: Probino presbytero tituli sãcti Cyriaci: Joanne presbytero tituli sanctorũ Joannis et Pauli: Agapito p̃sbytero tituli Eudotie: Felice p̃sbytero tituli sctẽ Sabine: Gratioso p̃sbytero tituli sctorũ Nerei et Achillei: Bonifacio p̃sbytero tituli scti Sixti: astãtibus etiã diaconib⁹ ⁊ clero: Paterius secũdiceri⁹ dixit: Prob⁹ abbas monasterij sctorũ Andree ⁊ Lucie vestris (si p̃cipitis) desiderat aspectib⁹ p̃sentari. Gregori⁹ episcopus sancte ecclesie catholice vrbis Rome dixit. Veniat. Cũq̃ igressus fuisset / dixit. Cur adesse volueris / fateri te conuenit. Probus abbas dixit. Petitionẽ pre manib⁹ habeo. Postulo a beatitudine dñi mei / vt eam suscipi: ⁊ vobis relegi iubeatis. Gregori⁹ dixit / fiat. Que cũ suscepta fuisset / Paterius in his recitauit. In nomine dei nostri Jesu xp̃i die tertio kl̃s. octobris: Indictione quarta. Ea que nũc beatitudini vestre intimare decerno: olim dño meo bene cõperta sunt: vestrãq̃ mibi cõscientiã testem esse scio que suggero: quoniã dũ ante hos annos ex laico ad religiosum migrassem officium: dispo

C sueram in cella super me solitarius habitare: ibiq̃ ipsis paucis dieb⁹ qui supersunt / vitam trãsigere: propter qđ nec aliquid de substãtiola mea ante ordinaui siue disposui: sciẽs tã ab intestato q̃ ex testato filiũ mihi posse succedere. Quadã aũt die dũ inter alios ad obsequia dñi mei fuissem ingressus: subito atq̃ inopinati / introire i monasteriũ / atq̃ onera abbatis debuissem suscipere / p̃cepistis. Statimq̃ surgẽtes / nõ indulto ad deliberãdum vel tractandũ mihi spacio / ad monasteriũ iã cũ monachis ambulare coactus sum. Unde qr nihil antea de substãtiola mea occurrit / vel potui ordinare: idcirco lachrymabiliter supplico / vt concessa per constitutionẽ vestri decreti licẽtia / fas mihi sit de oĩbus rebus meis voluntatẽ meã disponere: quaten⁹ nec mihi obediẽtia mea officiat / nec filio pauperi possit esse dãnosa. Nã cunctis notũ est qr illos legalis sanctio q̃cq̃ de substãtia sua probibet postq̃ monasteriũ ingressi fuerit ordinare / quib⁹ disponẽdarũ rerũ suarũ suppetit ante licẽtia: nõ aũt eos quos adhuc qđ nũq̃ tractauerãt prepositoꝝ suorũ parere cogit instãtia. Qr sicut legis volũtas hoc ex deliberatiõe faciẽtib⁹ cõtradicit: ita eis q cõpellunt / maiore prudẽtia succurrit. Hãc autẽ suggestionẽ supplicationẽq̃ meã Emiliano notario sancte ecclesie Romane noto meo scribẽdam dictaui: eiq̃ ꝓpria manu ego Probus seru⁹ vester subscripsi: et vobis beatissimo dño meo Gregorio pape porrexi. Ego Probus seru⁹ vester huic petitioni a me oblate subscripsi. Gregori⁹ dixit. Postq̃ text⁹ oblate petitionis nobis innotuit: Probus abbas paulisp abscedat: vt de his q petit / cũ fratrib⁹ filijsq̃ nr̃is qđ statuendũ sit deliberare possim⁹. Quo recedẽte / postq̃ diu de ei⁹ petitio-

D ne tractatum est / dixit Papa Greg. Probus abbas quẽ abesse paululum feceramus / rursus adueniat: vt ea que nobis cũ fratrib⁹ filijsq̃ nostris in cõmune visa sunt / censeamus. Cũq̃ presentat⁹ fuisset / dixit. Ubi veritas cũ ratione concordat / desideris petẽtis implere nõ minus iustum est q̃ benignũ. Perpẽsa igitur serie tue petitionis oblate / omnis q in ea locutus es / ita esse recolim⁹. Neq̃ enim vel in nostrã vnq̃ antea cogitationẽ ascẽderat: vt in quocũq̃ monasterio abbatis tibi curã debuissem⁹ iniũgere. Sed quodã die dũ de ordinãdo monasterio cui preesse dinosceris / cũ nostris filijs tractarem⁹: atq̃ diu aptam personã huic officio quererem⁹: ex improuiso te ingrediente / cordi nostro ⁊ eorũ qui nobiscũ ad tractandum aderãt / subito natũ est: vt te illic abbatẽ deo propitio constituere deberemus. Quod qr renitẽti tibi cõstat impositum: ⁊ voluntatis tue rigorẽ vix nostre potuerũt adhortationes inflectere: necesse fuit ne forte habere debuisses post te spatium redeundi: vt iam ordinatũ abbatem ad ipsum te monasterium cuius nec monachus fuisti / antea mitterem⁹. Ne ergo hec obediẽtia vel dilectioni tue tristitiam / vel alijs possit inferre iacturã: vniuersas res tuas alienandi: vel vt volueris disponẽdi liberã tibi per huius constituti nostri tribuimus statuta licentiam. Per quã eam te in disponendis eis vt tibi placuerit / habere noueris facultatẽ: quã habere poteras / antequã

E monasteriũ introires. Nec quicq̃ tibi abbatis officiũ / qđ (sicut dictũ est) repẽte ac inuitus nosceris suscepisse / formidet obsistere: qr vt in ordinãdis disponendisq̃ rebus tuis non haberes licẽtiam / dilectionẽ tuam ne post se redires / nostra (vt diximus) coegit instantia. Proinde ne quas te dubium faciat de his que volueris ordinare suspitio / nullum vnq̃ ecclesie nostre vel monasterij tui: siue quolibet nomine aliorũ monachice conuersationis statu vel abbatis officio / quocunq̃ ingenio vel cuiuslibet excusationis specie contra presentis seriem cõstituti venire decreuimus: sed tanq̃ si ingressus monasterium nõ fuisses / ita omnia que de vniuersa facultate tua ordinare disposueris / illibata et sine aliqua deo auctore statuimus refragatione seruanda.

¶ Gregorius Joanni subdiacono Rauenne. De Joanne argentario ⁊ fide eius. Capitulum.xxiij.

Epl.xxiij. Qualiter Joannes argẽtarius indigẽtibus fideiussione fuit sepe remediũ / experientia tua bene nouit. Unde cõtingit vt nũc importuno quodã palatino fideiussor accedens / necessitate non modicam patiatur: adeo vt in ecclesia diu iam residens vehementius affligatur. Sed qr quibusdã erat suspitio q predicto importuno non simpliciter sed compẽdij causa fideiussor accesserit: sed sacratissimũ corp⁹ beati Petri apostolorũ principis districta omnino sacramẽta quantum nobis renũciatum est prebuit: non solum nullum se ab eo commodũ ex toto recepisse: verũetiam nec aliquid ꝓ

F missũ habuisse: sed ei vt ceteris simpliciter accessisse. Et qr tam longo tẽpore innocẽtis hominis simplicitas non debet affligi: apud eminentissimũ filium nostrũ prefectũ modis quib⁹ valueris age: vt vna ipsa statio que in Romana ciuitate remãsit ex eius tẽporib⁹ claudi non debeat: sed ei pro mercede sua in hac afflictione subueniat: atq̃ eũ directa iussiõe dignetur absoluere: et amplius illũ in hac esse necessitate minime patiat: qr quẽadmodũ simplex benignusq̃ sit / vel diuersis fuerit sepe in tribulatione remedium: nec ipsi habetur incognitũ. Et ideo (sicut diximus) cũ omni dulcedine apud eũ stude agere: vt in huius absolutione multis possit ferre consiliũ: ⁊ hec via remedij eius temporibus non claudatur.

¶ Gregorius Joanni religioso. Quem mensis pauperum proponit. Capitulum.xxiiij.

Epistola xxiiij. Licet eos qui pia intẽtione sollicitudinis curam egenis ac debilibus impẽdũt / sua apud deũ valeat tueri deuotio: melius tñ est si per quietem suã de his muniti fuerint que gesserint: ne inde eis inquietudinis occasio vnde magis laudãdi sũt oriatur. Quia igitur te Joannem religiosũ intentionis tue studio prouocati / mẽsis pauperũ et exhibende diaconie eligimus preponẽdũ: ne qua tibi ex hac administratione nascatur dubietas: hac te munitione ꝓspeximus fulciendum: constituentes vt de hoc quod ad mensas pauperum vel diaconie exhibitione percepisti / siue subinde

G

perceperis erogādū/nulli vnq̄ hominū quolibet modo seu ingenio cogaris ponere ratonē: vel aliquam debeas molestiā sustinere. Sed q2 ita ab humanis te omnib⁹ volumus rationibus esse absolutū; vt deo nostro de his que tibi cōmisimus/rationē te noueris positurū: hortamur vt fidei in te integritas vigeat: sit mens in reb⁹ intensior: cura propensior: voluntas pronior: studium vigilantius: deuotio clarior: exhibitio efficacior: quatenus dum diuino intus auxilio hoc opus solerter impleueris: et illi pro quibus sollicitudinē geris/studij tui solatio vtiliter cōsolentur: et tu mercedis tue bonum in eterna vita redemptoris nostri gratia compensante recipias.

Gregorius Venantio episcopo Syracusano. De infirmitate sua et de dei misericordia. Capitulum. xxv.

Epistola xxv.

Debitum salutatiōis alloquium soluēs: ea volui loqui que patior. Sed incongruū puto narrare que nostis. Podagre enim doloib⁹ torqueor: qui et mihi et vobis non dispariliter nociui/dum apud nos vehemēter excrescunt: nos decrescere a vita fecerūt. Inter quos quid aliud debemus nisi semper delicta nostra ad memoriam reuocare: atq̄ omnipotenti deo gratias agere? Quoniā qui ex carnis blandimento multa peccauimus/ex carnis afflictione purgamur. Sciendum quoq̄ est nobis: q2 pena presens si animum afflicti conuertit/finis est culpe precedentis. Si autē ad timorē dn̄i minime conuertit/initium est pene sequentis. Curandum igitur nobis est: et summopere in fletib⁹ tota mētis

H

conuersione vigilandū/ne de tormēto ad tormenta trāseamus. Considerandum quoq̄ est quāta erga nos dispēsatione pietatis agit cōditor noster: q2 morte dignos assidue percutit/et tū adhuc minime occidit. Minatur enim quod facturus est: et tñ nō facit vt dolores nos precurrētes terreant: et conuersos ad timorē districti iudicij ab eius nos animaduersione inetnū abscōdant. Quis enī dicat/quis enumerare sufficiat quanti in sua luxuria dimissi/in blasphemijs quoq̄ et superbia proruentes/in rapinis et iniquitatibus permanentes vsq̄ ad diem obitus sui ita in hoc seculo vixerūt: vt nunq̄ dolorē vel capitis paterentur/et subito percussi ignibus inferni sunt traditi? Nos ergo habemus indicium q2 derelicti nō sumus:

Heb. xij.

qui assidue flagellamur: teste scriptura/que dicit. Quem diligit dn̄s castigat: flagellat autē omnē filium quē recipit. In ipsis itaq̄ verberibus dei reuocemus ad memoriā et eius munera: et nostri reatus dānū. Pensemus quāta bona super nostrā maliciā fecerit/et quanta mala sub ei⁹ bonitate cōmisimus. Impleamus quod per prophetam

Esa. xliij.

dn̄s dicit. Reduc me in memoriam: vt iudicemur simul. Iudicemus modo in nostra cogitatione cū deo/ne districte postmodum iudicemur a deo. Quid etenim Paulus

j. Cor. xj.

dicit? Si nosmetipsos iudicaremus/non vtiq̄ iudicaremur. Quisquis ergo festinat euadere districtionē iudicij sequētis: per amaritudinē penitentie omnē sibi dulce-

I

dinem interimat vite presentis. Quecūq̄ aūt huius mūdi bona sunt: cuius bona sunt nisi conditoris? Sed libere nobis non debet donū dei: quod per delectationē sui separat ab amore dei: ne data dāti preferamus: et dū bona percipimus etiam mali/vnde crescere in eius timore debuimus: inde a timore illius disiungamur. Creator autē omnium/id est omnipotens de⁹/hec que vobis in epistolis loquimur/menti vestre aspiratione sui spiritus infundat: vosq̄ ab omnibus culpe inquinationibus tergat: et hic vobis consolationis sue gaudium: et apud se quandoq̄ premia eterna concedat. Dulcissimas filias meas dominam Barbaram et dominam Antoniam mea peto vice salutari.

Gregorius Paschasio episcopo Neapolitano. De pecunia sanctuarijs sancti Seuerini concedenda.

Capitulum xxvj.

Epistola xxvj.

Iohannes seruus et actor dn̄i Venātij sanctuaria beati Seuerini confessoris oblata petitiōe: suprascripto dn̄o suo postulat debere concedi: quatenus in eius nomine oratorium proprijs constructū sumptibus possit solēniter consecrari: et ideo frater charissime prefatis desiderijs et nostra te preceptione conuenit obedire: vt deuotionis sue in consecratione quam postulat potiatur effectu.

Gregorius Mariniano episcopo Arabie. De laude Candidi abbatis. Capitulum xxvij.

Latore huc presentium Cādido abbate pro pendiis reliquijs veniēte/que et concesse sunt/ quāto de fraternitatis tue nutrimento letat⁹ sum: q2 in eo studium tue fraternitatis apparuit: tāto cōtristatus sum q2 eius (vt volui) presentia vti non potui. Propter quod me egrotum reperit: et discedens in infirmitate adhuc positū dereliquit. Multū enim iā tēpus est q2 surgere de lectulo nō valeo. Nā modo podagre dolor cruciat: modo nescio quis in toto corpore cum dolore se ignis expandit: et fit plerūq̄: vt vno me tempore ardor cū dolore affligat: et corp⁹ in me animusq̄ deficiat. Quātis alie aliqe necessitatib⁹ extra hec que retuli infirmitatis afficiar: enumerare non valeo. Sed breuiter dico: q2 sic me infectio noxij humoris imbibit/vt viuere mihi pena sit: et mortē desideranter expectem: quā gemitib⁹ meis solā esse credo posse remedium. Proinde frater sanctissime diuine pro me pietatis misericordiam deprecare: vt percussionis sue erga me flagella ꝓpitius mitiget/et patientiam tolerandi cōcedat: ne nimio (qđ absit) tedio in impatientiam cor erūpat: et ea que curari per plagam poterat culpa/crescat ex murmure.

K

Epistola xxvij.

Gregorius Mariniano episcopo Rauenne. De infirmitate eius/et vomitu sanguinis. Capitulū. xxviij.

Epistola xxviij.

Ulentes quidā rauēnates homines grauissimo merore me percusserūt: qui fraternitatē tuam de vomitu sanguinis retulerūt egrotare. Ex qua re sollicite et sigillatim eos quos hic doctos lectione nouimus medicos fecimus inquiri: et qđ singuli senserint: quid ve dictauerint: sanctitati vestre scriptū transmisimus. Qui tamē quietē et silētium pre omnibus

L

dictant. Quā si tua fraternitas in sua ecclesia (vnde valde sum dubius) non habet: ideo videtur mihi vt (ordinata illic ecclesia/vel qui missarū solēnia celebrent: vel qui episcopij curā gerere valeāt/hospitalitatē q̄ et susceptiones possint exhibere: qui ve monasterijs custodiendis pesse norit) tua fraternitas ad me āte estiuū tēp⁹ debeat venire. Egritudinis enī tue ego specialiter inquātū valeo curā geram: quietē tuā custodiam: q2 huic egritudini estiuū tēpus medici vehemēter dicūt periculosum: et valde pertimesco/ne si curas aliquas cū aduersitate tēporis habueris: amplius ex eadē molestia pericliteris. Ego enī ipse valde sum debilis/et omnino valde est vtile vt cū dei gratia sanus ad tuam redeas ecclesiam: aut certe si vocādus es/inter tuorū manus voceris. Et ego qui me proximū morti video: si me ante vocare omnipotēs voluerit/inter tuas manus transire debeam. Si aūt qualitas tēporis ad veniēdū prepedit/aliquo paruo remedio dato: apud agonē agi potest/vt ipse vobiscū hominem suum vsq̄ romā trāsmittat. Si igitur eadē egritudine grauari te sentis: et venire disponis/cū paucis tibi veniendū est: q2 mecū manēs in episcopio/quotidiana obsequia de hac ecclesia habebis. Preterea nec hortor nec admoneo: sed districte precipio: vt ieiunare minime presumas: q2 dicūt medici huic molestie valde esse cō-

M

trarium/nisi forte si grandis solēnitas exigit: quinq̄ in anno vicibus concedo. Sed et a vigilijs quoq̄ tēperandū est: et preces que sup cereū in rauennati ciuitate dici solent: vel expositiones euangelij que circa paschalē solennitatē a sacerdotib⁹ fiunt/per alium dicātur. Et tua dilectio cōtra virtutē sibi laborē minime imponat. Hec aūt dici vt si te melius senseris/et venire distuleris/scias quid debeas ex meo mandato custodire.

Gregorius Paschasio episcopo Neapolitano. De pecunia ecclesiastica concedenda. Capitulum xxix.

Epistola xxix.

Tempore quo fraternitas tua ad episcopat⁹ officium deo auctore prouecta est/cōstituisse nos recolit: vt ex pecunijs ecclesie vestre portio cleri vel pauperū quā minime decessor vester prebuerat: id est quadrigēti solidi seorsum fieri debuissent: qui eiusdem cleri atq̄ pauperū erogationi proficerēt. quod q2 diutius non est differēdum: volumus vt ꝑm distributionem presentibus scriptis insertā corā Anthemio subdiacono nostro sine difficultate aliqua debeat erogare. Prebendi itaq̄ sunt clericis vestris per singulos sicut cōsperxeritis: simul omnia summa solidi cētum preiacētibus quos centū. xxvj. esse cognouimus: dandi sunt solidi. lxij. id est medi⁹ solidus per singulos: presbyteris ac diaconibus et clericis peregrinis solidi. l. hominibus

A honestis ac egenis quos publice petere verecūdia non permittit / solidi.cl.ita vt quilibet eorū ad singulos tremisses / quidam ad binos / quidam ad singulos solidos / vel si visum fuerit / amplius dimittātur. Reliquis vero pauperum q̄ eleemosynam publice petere consueuerūt / solidos.xxxvj. Ecce nos quātum vel quib⁹ dare debeāt distribuimus. Sed q̄ sicut preuidimus / non oib⁹ equaliter est prebendum: necesse est vt vna cum predicto subdiacono ꝓut preuideritis / dare singulis debeatis: atq̄ id modis oibus studeatis: quatenus quod alter iniuste detinuit: vos deuote ac celerius impēdēdo / ad vestram possitis applicare mercedem.

Gregorius Barbare et Antonie. De infirmitate patris eorum. Capitulum.xxx.

Epl.xxx. Susceptis glorie vestre epistolis / que ꝑ verbis lachrymas loquebantur / non minor nos dilectissimi filij nostri q̄ vos de patris egritudine meror afficit. Nec enim extraneam possumus reputare tristitiam: quippe que nobis charitatis lege sit propria. Sed quia in nulla desperatione de redēptore nostri est misericordia diffidendum: animos vestros ad consolationē patris erigite: spem vestrā in oīpotentis dei manu ponite: et in ipsius ꝓtectione confidimus: q̄ et ab omni vos aduersitate custodiat: atq̄ tribulationem vestram exhilaret: et ſm paterna desideria ꝓpitius vos ordinari concedat. Si vero debitum humane sortis impleuerit / nec tūc desperatio aliqua vos cōprimat: vel quorūdam vobis verba terrorem incutiāt. Nam post deum / qui orphanoꝝ gubernator ac ꝓtector est: sic de dulcissima glo- B ria erimus vestra solliciti: atq̄ vtilitati vestre ꝓuidere vt possumus adiuuāte dño festinabim⁹: vt nec vos iniustoꝝ hoim cōcussio vlla perturbet: et nos debitum qđ de parētum vestroꝝ benignitate ptraximus: vobis per oia repēdemus. Gratia itaq̄ celestis vos suo fauore nutriat: sua ꝓtectione a malis oibus defendat: vt vite vestre incolumitas gaudium nostrum fiat.

Gregorius Joanni episcopo Syracusano. De infirmitate Uenantij et filiabus eius. Capitulum.xxxi.

Epl.xxxi. Fraternitatis vestre scripta suscepi: que mihi de dulcissimi filij mei dñi Uenātij egritudine loquebātur: et cūcta circa eū qualiter acta sint enarrabāt. Sed vno tēpore audiris et illum desperate ac grauiter egrotare / et in rebus orphanoꝝ hoies iniquos insistere: vix se dolor in corde meo capere poterat. Sed in hoc fuit solatium ꝙ lachrymę mihi per gemitus erūpebāt. Uestra igit̄ sanctitas: primū quā decet curam negligere non debet: vt de aīa ei⁹ cogitare debeat: exhortando: rogādo: dei terribile iudicium ꝓponēdo: ineffabilem ei⁹ misericordiam ꝓmittēdo: vt ad habitum suū redire vel in extremis debeat: ne ei tanti culpa reatus in eterno iudicio obsistat: ac deinde vestrum est cogitare quō filie eius Barbara et Antonia debeant ordinari: vt nulla occasio malis hoib⁹ prebeatur. Nam postq̄ me dei eis sollicitudinis curam gerere cōiurauit: addēs vt earum debeam ordinationi ꝓspicere / aliud in epistola sua secutum est qđ hoc mihi studenti dubium non est: q̄ possit obsistere. Ait eñi vt serenissimo dño Imperatori se- C pius supplicem / quatenus ipse faciat vt preuiderit eas ordinari. Quod q̄si sit cōtrarium priori voluntati / perpendite. Ex qua re dubitone hominib⁹ in Sicilia positis et querētibus occasionem in reb⁹ ipsius apta detur occasio. Nam ex hoc cognoscite / quid facturi sunt qui nulla existēte causa / iam sigillū in substātia ipsius (quantum dicitur) nitebātur imponere. Aliquid non illos videtur ratio ad faciē adiuuare: et ad hoc illis iustā quasi pbere materiā? Si dixerint dño imperatori cōmēdate sunt / negligere nō possumus: periculi nostri interest: reo in tutum facim⁹ / quousq̄ dñus imperator Cōstātinopolim duci preceperit. Dic rogo quid ad hec facturus sum: qui homini habēti potestatem paterna videtur cōmēdatio cōcordare? Me enim cōiurat / vt ita eas ordinari prouideam / quatenus aut in Romana ciuitate sint / aut de Sicilia nō tollātur: et ille id agit vt eas nulla nec deducēdi nec illis sit ratio retinēdi. Uos aūt inquātum potestis / malis hoib⁹ obuiate. Earū substātiam ꝓpter deū oīpotētem velut ꝓpriam defendite: et si adhuc licet: quō occasio remoueatur violentie / in predicti viri dñi Uenantij testamēto ꝓuidete. Si aūt ita placet vt palatio cōmēdē-

tur: mihi non debet imponere pondus: vt in aīa mea cu- D ram ordinationis earū velit impingere: de quarū ordinatione qualiter cogitē / oīpotentem deū sufficiat scire. Unde statim filio meo Anatholio dilectissimo diacono vt cū gloria Patricia rusticana loqui studeat: et qualiter de ꝑsonis quę mihi noia transmissa sunt / debeat exquirere et iudicare / scribere curaui: vt nobis oia sub celeritate indicet: et que fiēda sunt / deo ordināte disponātur. Preterea in scriptis que ad nos misistis / fraternitatem vestrā contristatā inuenimus: eo q̄ huc eā quasi ꝓ ingratitudine aliqua venire voluissem⁹: dum nō illō ob aliud nisi sola vtilitatis causa fecim⁹: sciētes ꝓpter personas ibidem cōsistētes valde necessariā illic vestrā fuisse presentiam. Sed ne forte ex hoc ingratum erga vos animū nostrū credatis (qđ absit) existere / si veniēdi vobis volūtas est: apto vos tēpore apostoloꝝ liminibus presentate. Nam quantum ad nos pertinet: ita charitatem vestram diligimus: vt videre vos sepius cupiamus.

Gregorius Romano defensori Sicilie. De nō defendēdis clericis cōtra episcopos suos. Capitulum.xxxij.

Peruenit ad nos q̄ si qs cōtra clericos quoslibet causam habeat / despectis eoꝝ episcopis / eosdē clericos in tuo facias iudicio exhiberi: qđ si ita est / q̄ valde ꝯstat esse incongruū: hac tibi auctoritate precipim⁹ vt hec denuo facere nō presumas. Sed si qs ꝯtra quēlibet clericū causam habuerit / episcopum ipsi⁹ adeat / vt aut ipse cognoscat / aut certe ab eo iudices deputent̄: aut si forte ad arbitros eūdū est / partes ad eligendū iudicē ab ipso executio deputata cōpellat. Si quis vero clericus vel laicus contra episcopum causam habuerit / tunc te interponere debes: vt inter eos aut ipse cognoscas / aut certe te admonēte sibi iudices eligant. Nam si sua vnicuiq̄ episcopo iurisdictio non seruat̄: quid aliud agitur / nisi vt p nos p quos ecclesiasticus custodiri debuit ordo cōfundat̄? Item nūciatum est nobis q̄ quosdam clericos q̄ a reuerēdissimo fratre nostro Joanne epo exigēte culpa in penitētiam missi sunt: nesciente illo tua illos exinde auctoritate eiceris: qđ si verū est / rem te ordino inhonestā / et non leuiter culpandā fecisse cognoscas. Eosdem ergo clericos episcopo suo sine mora restitue. Et hoc de cetero caue cōmittere: quia si neglexeris / nostros te noueris non mediocriter motus incurrere.

Epistola xxxij. xi.q.i.cap. peruenit.

E

Gregorius Uito defensori. Iniungit officium ecclesie defensoris. Capitulum.xxxiij.

Ecclesiastice vtilitatis intuitu id nostro sedit arbitrio: vt officiū ecclesie defensoris accipias: vt quicquid pro pauperum cōmodis tibi a nobis iniunctum fuerit / incorrupte et grauiter exequaris. Usurus hoc priuilegio: qđ in te (habita deliberatione) contulimus: vt oibus que tibi a nobis iniuncta fuerint cōplēdis operam tuam fidelis exhibeas: redditurus de actibus tuis sub dei nostri iudicio rationem. Hanc autem epistolam Paterio secundicerio nostro scribēdā dictauimus / cuiq̄ subscripsimus.

Epistola xxxiij.

Gregorius Romano defensori. De Uito defensore constituto. Capitulum.xxxiiij. F

Uitum presentium portitorem experiētia tua olim nostrum fuisse cognoscat. Cui⁹ q̄m bene fidem et solertiam nouim⁹ / in defensorum illi schola data ei solēniter epistola militādum esse preuidimus. Et ideo si quid ei ꝓ ecclesiasticis vtilitatib⁹ iniungere forte volueris: nullam de eo dubietatem habeas: q̄ oino de puritate ipsius certus esto: nec eum fraudulēter vel dupliciter aliquid acturum existimes. Unum est: tu ei charitatem (que fidelibus debetur) impendas.

Epistola xxxiiij.

Gregorius Romano defensori. De possessionib⁹ fausti iniuste peruasis. Capitulum.xxxv.

Gloriosissimus filius noster Faustus epistola directa nos petijt: asserens ab actionarijs Syracusane ecclesie fines possessionis sue illic infra Siciliam positos nuper violenter ablatos. Unde q̄ꝫ cognitione fratris et coepi nostri Joānis hoc oino credimus alienum / eum videre te volumus. Et si quidem res nuper (vt asserit̄) a possidēte sublata est / et hoc apud te manifesta satisfactione claruerit / ei⁹ cui subtracta est dño reformet̄. Et tūc si qd actores predicte ecclesie rōnabiliter sibi in finib⁹ suis credūt posse competere: electoꝝ subeāt sine dilatiōe iudiciū: vt cui⁹ sit ꝓprietas iudicā-

Epistola xxxv.

G tium sentẽtia decernatur: quatenus per hoc episcopalis de illicita (que pretenditur) inuasione: auferat̃ inuidia: et causa legali valeat ordine finiri.

¶ Gregorius Joãni epõ Syracusano. De finibus possessionis cuiusdam iniuste peruasis. Capitm. xxxvj.

Epistola xxxvj.

Gloriosissimus fili⁹ noster Faustus directa petitione nos adijt / asserẽs fines possessionis sue illic intra Siciliam positos / a vestris nuper hominibus occupatos: atq; ob hoc rem violenter ablatam sibi per preceptiõis nostre seriem debere petijt reformari. Qđ q: si ita (vt asserit) factũ est / a fraternitatis vestre cognitione diuo credimus alienũ / diligenter inquirite. Et si (vt asserit) cõtra iuris ordinem fines ipsius a possidente sublati sunt / in possessoris redeat res peruasa dominium. Et tunc si quid est qđ a vestra ecclesia ꝓprietatis iure vtiliter opponatur: electoꝝ debet iudicium prouenire: eorũq; iudicio terminari: dũmodo indecẽter possessoris ius minime perturbetur. Sed causa iudiciali termino diffinita / sine sacerdotali inuidia / dominum atq; iustitiam res manifesta cognoscat.

¶ Gregorius Joãni episcopo Syracusano. Super ijsdem possessionibus. Capitulum. xxxvij.

Epistola xxxvij.

Petrus vir clarissimus vicedñs gloriose filie nostre Rusticiane patricie suis nobis epistolis questus est: asserens postq; fraternitas vestra de Romana ciuitate reuersa est / fines cuiusdam possessionis predicte patricie ab hominibus ecclesie vestre vi esse peruasos. De qua recepi⁹ de vobis querelam deposuisse significauit: et aliqñ ad dicẽdam vobis causam Martianũ tabulariũ deputasse: quẽ asserit diuersis dilationib⁹ distulisse: vt nuncusq; ad cause dictionẽ partes

H accedere minime potuissent. Et q: quãto fraterna vos charitate diligimus: tanto audire aliquid qđ ad vestrã pertineat inuidiam contristamur: ideir co scriptis vos presentibus adhortamur: vt omni mora vel excusatione cessante: de finibus qui dicuntur inuasi / subire homines vestros iudicium cum parte altera faciatis: quatenus et peruasion's questio: et si qua est proprietatis contẽtio finiatur. Hec igitur fraternitas vestra fieri sine dilatione prouideat: vt nec vos inuidia tangere / nec nos denuo exinde valeat querela pulsare.

¶ Gregorius Rusticiane patricie. De infirmitate eius. Et de miraculis monasterij sancti Andree. Et de donarijs eidem monasterio ab ipso cõcessis. Capitm. xxxviij.

Epistola xxxviij.

Excellentie vestre scripta suscepi: que me in grauissima egritudie positum / de salute / de deuotione / ac de dulcedine tua omnino releuarũt. Unum ꝟo egre suscepi: q: in eisdem epistolis ad me (qđ semel esse poterat) sepius dicebatur: ancilla vestra: ancilla vrã. Ego enĩ qui p epatus onera seru⁹ sum oĩm fact⁹: qua rõne mihi se ancillã dicit: cui⁹ ante susceptũ epatũ ꝓpri⁹ fui? Et ideo rogo p oĩpotentem deũ: ne hoc verbũ in scriptis vestris aliqñ ad me inueniam. Ea aũt que ex purissimo / sincerissimoq; corde beato Petro apostoloꝝ principi munera transmisistis / presente omni clero suscepta / atq; illic suspensa sunt. Filius enĩ me⁹ vir memorã-

I dus dñs Symachus q: egrotum me ex dolore podagre et pene desperatũ reperit: scripta vestra mihi dare distulit: et post multum temporis q̃ vela suscepta sunt dedit. Postmodum ꝟo in scriptis excellentie vrẽ inuenimus: vt cũ letania ad beati Petri ecclĩam portari debuisset. Qđ ideo minime factum est: q: (sicut predixi) ante vela q̃ scripta suscepimus. Tamen predictus vir cũ omni familia domus vrẽ hoc fecit qđ nos cũ clero facere voluistis. Sed et si voces defuerũt hoim / habet ipa vestra oblatio apud oĩpotẽtem deũ vocẽ suã. Jn ei⁹ pietate cõfido: q: cui⁹ corp⁹ vos cooperuistis in terra / ei⁹ vos intercessio ab oĩb⁹ pctis ꝓteget in celo. Oĩmq; domũ vestrã sua ꝓtectione reget: sua vigilãtia custodiet. De podagre aũt molestia quam vobis euenisse dixistis: et cõtristat⁹ vehementer sum / et letatus. Letatus / quia humor noxius inferiora petẽs / superiora perfecte deseruit. Contristatus ꝟo: quia in tam tenuissimo corpore dolores vos nimios perpeti pertimesco. Ubi enĩ caro deest / que virt⁹ esse poterit doloib⁹ resistẽs? Me etenĩ quẽ qualis fuerim nostis: ita amaritudo animi et assidua exacerbatio atq; preter hoc podagre molestia afficit: vt corpus meũ tanq; in sepultura iã siccatũ sit. Unde fit vt iam de lectulo raro

surgere valeam. Si ergo mei molem corporis in tãtam aridicatem podagre dolor redegit: quid de vro corpore sentiam / qđ nimis siccũ ante dolores fuit? De elemosyna ꝟo quã beati apli Andree monasterio fecistis: quid

K necesse est me aliqđ dicere: cũ scriptum sit: Abscõde elemosynam in sinu pauperis: et hec ꝓ te orabit? Si ergo apud secretas aures dei habet ipa bona operatio vocẽ suã: siue nos clamem⁹ / siue nos taceam⁹ / hoc ipm qđ bene egistis / clamat. Jndico aũt q: tãta miracula / tãta cura / tanta custodia monachoꝝ in eodem monasterio eiusdẽ apostoli est: ac si specialiter abbas monasterij ipse sit. Nam vt pauca de multis loquar: que abbate ac preposito monasterij narrantib⁹ agnoui / edicam. Quadam die duo exinde fratres transmissi sunt / qui aliqđ emere pro monasterij vtilitate debuissent: vnus iunior qui prudentior videbat̃: alter senior qui custos iunioris esset. Perexerũt vtriq; / et de precio qđ acceperũt: ipse qui custos missus fuerat / nesciẽte altero de eodem precio furtum fecit. Qui mox vt ad monasteriũ sunt reuersi: atq; ad oratorij limen venerũt / arreptus a demone is q furtum fecerat cecidit / et vexari cepit. Dimissus aũt a demonio / cõcurrentibus monachis requisitus est: nũ forsitan de eo qđ acceperat furtũ fecisset. negauit / iterum vexatus est. Dimissus atq; iterũ requisitus: negauit / atq; iterũ vexatus est. Octo itaq; vicibus negauit: octo vicibus est vexatus. Post octauam vero negationẽ / nec non vexationẽ confessus est quãtos nũmos furto abstulerat. Et agens penitẽtiam / prostratus / se peccasse testatus est. Alteri⁹

L vero ad eum demonium non accessit. Alio quoq; tẽpore dum in die natalitio eiusdem apostoli iam meridianis horis fratres quiescerent: subito quidam frater apertis oculis cecatus cepit tremere / voces ingentes emittere: quibus vocib⁹ testabatur ferre se non posse qđ patiebat̃. Concurrẽtes fratres viderũt cecum apertis oculis tremẽtem et clamãtem: et a presentib⁹ alienum nihil qđ foris agi poterat sentiẽtem. Eũq; in manibus leuauerũt / atq; ante altare sancti Andree apli proiecerũt: ipsiq; pro eo in oratione prostrati sunt. Qui statim ad se reuersus / quid passus fuerat / cõfessus est: q: senex quidam ei apparuit: et canem nigrum ad eũ dilaniẽdum dimisit dicẽs: Quare fugere voluisti de monasterio isto? Cũq; euadere de canis morsib⁹ nullo modo potuissem: venerũt quidã monachi / et eũdem senem ꝓ me rogauerũt. Qui statim iussit canem abscedere / et ipse ad me reuersus sum. Qui etiam confessus est: q: eo die quo ista pertuli / consilium habueram de eodem monasterio fugere. Alius q̃q; monachus discedere de eodem monasterio latenter voluit. Cũq; hoc mẽte tractasset / voluit oratorium ingredi: sed statim demonio traditus vehementissime vexatus est. Relinquebatur ꝟo a demonio si extra oratorium stetisset: et nihil patiebatur aduersi. Si ꝟo conatus fuisset ingredi: statim maligno spiritui traditus vexabat̃. Cũq; hoc sepius fieret / culpam suam cõfessus est: q: egredi de monasterio cogitabat. Tũc collecti pro eo fratres / sese per triduum in precib⁹ astrinxerũt / atq; ita curatus est:

M vt ad eum postmodum nunq̃ spirit⁹ malign⁹ accederet. Dicebat aũt se eũdem beatum apostolum dum vexaret̃ vidisse: seq; ab eo increpatũ esse cur voluisset abscedere. Alij quoq; duo fratres de eodem monasterio fugerunt: atq; aliqua prius colloquẽdo fratribus signa dederũt / q per viam appiam descẽdentes Hierosolymam tenderent. Qui exeũtes diuerterũt ab itinere. Et vt a sequẽtibus inueniri minime potuissent / retrusas cryptas iuxta flamineam portam inuenientes / in eis sese occultauerũt. Cum vero vespertinis horis requisiti minime in cõgregatione inuenti essent: ascensis caballis eos quidam fratres secuti sunt per metroni portam exeuntes: vt eos in latinam vel appiam viam sequerentur. Subito aũt eis cõsilium ortum est: vt eos in salariam viam sequerẽtur. Extra ciuitatem igit̃ pergẽtes deflexerũt in salariam. Eos ꝟo minime inuenientes per portam flamineam decreuerũt reuerti. Cũq; reuerterẽtur: mox vt equi eoꝝ ante cryptas illas venerũt i qb⁹ se abscõderãt: fixerũt gradum: pulsi et cõpulsi passum mouere non potuerũt. Cõsiderauerũt monachi rem talẽ sine mysterio esse nõ posse. Attenderũt ad cryptas: viderũt earũ aditus missa maceria dãnatos: sed caballis eoꝝ nusq̃ eũtibus descenderũt. Deposuerũt lapides q in ore cryptarum positi fue-

ccc. xxix.

A rãt: ingressi sunt/eosq; in eisdem tenebrosis latibulis cõsternatos terre inuenerũt. Qui ad monasteriũ reducti: ex eodem miraculo ita sunt meliorati vt eis multũ profuerit: ad parum tẽporis de monasterio fugisse. Hec dixi vt excellentie vestre innotesceret cui⁹ oratorio elemosynam fecistis. Omnipotens aũt deus et in aĩa et in corpore et in omni dono celesti vos ꝓtectione custodiat: et ad cõsolationem vestram diu vos viuere concedat. Dilectissimum filium meum Strategium cum gloriosis parentibus suis filijs vestris/mea peto vice salutari.

Gregorius Theotiste patricie. De detractionibus multorum non curandis: quibus etiam satisfaciendum: vnde plurima exẽpla ꝓponit. et q religionis gratia cõiugia non soluãtur. De his qui dicunt in baptismo ola peccata non dimitti Et his qui asserũt post penitẽtiam triennio factam licentiam esse peccandi/quos oẽs anathematizat. Capitulum.xxix.

Epistola xxix.

Magnas oĩpotẽti deo gratias agere debemus q piissimi et benignissimi imperatores nostri tales de suo genere iuxta se ꝓpinquos habẽt de quoꝝ conuersatione nobis oĩb⁹ grande sit gaudium. Unde et pro eisdem oĩis quotidie nobis orãdum est: vt eoꝝ vita cum suis oĩb⁹ (protegẽte celesti gratia) per longa tẽpora et tranquilla seruetur. Indico aũt q ieiunitate populi tumultum cõtra vos detractionis exortum nun- B ciãtibus quibusdam agnoui. Que ex re excellẽtiam vestram audio fuisse non modice cõtristatam. Qđ si ita est valde miror cur vos qui cor fixistis in celo/verba hoim agitẽt in terra: Beatus eñ Job cum amici eius qui ad consolandum eum venerãt/in increpationem ꝓsilirent/ ait: Ecce eñ in celo testis me⁹: et cõscius me⁹ in excelsis. (Job.xvj.) Qui eñ vite sue in celo testem habet: iudicia hoim i terra pertimescere non debet. Dux quoq; bonoꝝ Paulus dicit: Gloria nostra hec est/testimonium conscientie nostre. (ij.Cor.j.) Qui iterũ dicit: Opus suum ꝓbet vnusquisq;/et sic in semetipso gloriam habebit/et non in altero. (Gala.vj.) Si enim laudib⁹ letamur/et vituperationib⁹ frãgimur/gloriam nostram non in nobis/sed in alioꝝ ore posuimus. Et fatue virgines in vasis suis oleum nõ sumpserũt: sapiẽtes (Mat.xxv.) aũt sumpserũt oleum in vasis suis cũ lampadibus. Lãpades quippe nostre/bona sunt opera. De quib⁹ scriptũ est: Luceat lux vr̃a corã hoib⁹: vt videãt opera vestra bona: et glorificẽt patrem vestrum qui est in celis. (Matt.v.) Tũc aũt oleum in vasis cũ lampadib⁹ sumim⁹: qñ de bonis actibus nitorem glorie non laudãtib⁹ ꝓximis querim⁹/sed hũc in testimonio cõsciẽtie seruam⁹. Ut oĩe aũt qđ agimus/vel qđ extra de nobis dicitur/recurrere ad arcana mẽtis debem⁹. Et si oẽs vituperẽt: liber est tñ quem conscientia non accusat. Quis si oẽs laudẽt: liber esse non potest si hũc cõsciẽtia accusat. Unde de Johẽne veritas dicit: Quid existis in desertũ videre: arũdinem vẽto agitatam: (Mat.xj.) Qđ videlicet per negationem dr/non per confirmationem/cũ subditur: Sed qđ existis videre: hoiem mollib⁹ vestitum: Ecce qui mollib⁹ vestiũtur/in domibus regum sunt. Quis eñ iuxta veritatem euangelij/ Joannes vestimẽto aspero fuerit indutus: per significa- C tionem tñ mollib⁹ vestiti sunt/qui adulationib⁹ delaudibus delectãtur. Negatur aũt q Johẽs arũdo vẽto agitata fuerit: qm mẽtis ei⁹ fortitudinem nulla humani oris aura flectebat. Nos enim si laudibus erigimur/ vituperationib⁹ humiliamur/arũdo vẽto agitata sum⁹. Sed absit hoc/absit a corde excellentie vestre. Scio q magistrum gẽtium studiose legitis: qui ait: Ego si hoibus adhuc placerem/xpi seruus nõ essem. (Gala.j.) Si qua tamẽ vel parua tristitia hac ex re mẽti vestre exorta est: credo q hoc fieri oĩpotẽs deus benigne permisit. Neq; eñ electis suis in hac vita promisit gaudia delectationis: sed amaritudinẽ tribulationis: vt medicine more per amarum poculũ ad dulcedinẽ eterne salutis redeant. Quid nãq; dicit: Mundus gaudebit: et vos lugebitis. (Joã.xvj.) Super quã ꝓmissionem paulopost addit. Iterum videbo vos/ (Ibidem.) et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrũ nemo tollet a vobis. Hinc iterũ discipulis dicit. In patiẽtia vestra (Luce.xxj.) possidebitis aĩas vr̃as. Pensate queso vbi erit patiẽtia si deest quod toleretur: Ego Abel esse non suspicor: qui Caim non habuerit. Boni eñ si sine malis fuerint: perfecti esse boni non possunt: quia minime purgãtur. Ipsa aũt maloꝝ societas purgatio bonoꝝ est. Tres in arca filij Noe fuerant: Unus irrisor patris extitit: qui esti in D se benedictus fuit/maledictionis tamen sentẽtiam in filio suscepit. Duos Abraham priusq; vxorem Ceturam acciperet/filios habuit: sed tñ carnalis ei⁹ fili⁹ est repromissionis filium ꝓsecutus. Qđ magnus doctor exponit dicens: Sicut is qui sm carnem est/persequebatur eum q sm spiritum/ita et nunc. (Gala.iiij.) Duos Isaac filios habuit: sed vnus qui spũalis extitit/ante minas carnalis fratris fugit. Duodecim Jacob filios habuit: sed vnũ qui rectius viuebat/vndecim in egypto vẽdiderũt. In Dauid prophẽta q fuit qđ purgari debuisset/actũ est vt ꝓsecutionem per filiũ pateretur. Beatus Job de societate reproboꝝ dicit: Frater fui draconum/et socius struthionum. (Job.xxx.) Ad Ezechielem dñs ait: Fili hois/increduli et subuersores sunt tecũ: et cũ scorpionibus habitas. (Ezech.ij.) In duodecim apostolis vnus reprobus mixtus est/vt esset cuius persecutione vndecim temptarẽtur. Apostoloꝝ princeps discipulis loquitur dicẽs: Justum Loth oppressum a nephãdoꝝ iniuria et conuersatione eripuit. (ij.Pet.ij.) Aspectu eñ et auditu iustus erat: habitãs inter eos q de die in diem aniamam iusti iniquis operibus cruciabãt. Paulus quoq; apostolus discipulis scribit dicẽs: In medio nationis praue et peruerse/inter quos lucetis sicut luminaria in mũdo: verbũ vite continẽtes. (Phili.ij.) Quia ergo scriptura teste cognoscimus in hac vita bonos sine malis esse nõ posse: de stultoꝝ vocib⁹ excellentia vestra turbari nullatenus debet: maxime q in oĩpotẽtis dei misericordia tunc certa fiducia est/quãdo pro bono opere aduersitatis aliqđ E in hoc mundo recipitur: vt plena merces in eterna retributione seruetur. Unde in sancto euangelio veritas dicit: Beati eritis cum aduersum vos omne malum dixerint hoies/mentientes propter nomen meum. (Mat.v.) Qui in cõsolatione nostra sua in exẽplum adducere opprobria dignatus est/dicẽs: Si patrẽfamilias beelzebub vocauerunt: quãto magis domesticos eius: (Matth.x.) Sunt autem plurimi qui vitam bonoꝝ amplius q̃ debẽt laudãt: et ne qua elatio de laude surrepat/permittit oĩpotens de⁹ malos i obtrectationem et obiurgationem prorũpere: vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur/ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est ergo q doctor gentium se in predicatione currere testatur per infamiam et bonam famam. (ij.Cor.vj.) Qui etiam dicit: Ut seductores et veraces. (Ibidem.) Si ergo fuerũt qui malam famam Paulo imponerent: qui hunc seductorem vocarent: quis nunc christian⁹ debet indignum ducere/pro xpo iniurias audire: Quante aũt virtutis precursor nostri redẽptoris fuit nouimus: qui per sacrum eloquium non solum plus q̃ ꝓpheta/sed etiam angelus vocatur: et tamen (sicut mortis huius historia testatur) post mortem a persecutorib⁹ eius corpus incensum est. Sed quid ista de sanctis hoib⁹ dicimus: De ipso sancto sanctoꝝ. i. de deo/qui pro nobis homo factus est/loquemur: qui ante mortem iniuriam/q demonium haberet/audiuit. (Joan.viij.) Post mortem vero a persecutoribus suis seductor appellatus est/cũ dicerẽt: Scimus q seductor ille dixit: post tres dies resurgam. (Matthei xxvij.) Quanta ergo nos peccatores a linguis vel manibus iniquoꝝ hominum portare necesse est: qui in aduẽtu eterni iudicis F iudicãdi sumus/si et ipse tanta post mortem pertulit: qui et iudex venit: Hec dulcissima et excellẽtissima filia breuiter dixi: ne quotiẽs stultos hoies tibi derogare cognoscis: qualibet vel paruula mẽti tristitia tãgaris. Sed q sedari hoc ipm stultorum hominum murmur tranquilla ratione potest: peccatum credo/si bonum qđ valet fieri/negligitur vt fiat. Nam cum placare insanas mẽtes/atq; ad salutem reducere possumus: scãdalizare eos minime debemus. Sunt enim quedam scandala que oino despiciẽda sunt: quedam vo cũ vitari sine culpa possunt despicienda non sunt: ne cum culpa seruentur. Qđ sacro euãgelio testante cognouimus: q cum veritas diceret: Non qđ intrat in os/coinquinat hoiem: sed qđ procedit ex ore/hoc coinquinat hoiem: et discipuli respõderẽt dicentes: (Mar.vij.) Scis q pharisei audito hoc verbo/scandalizati sunt: protinus respõdit: Ois plantatio quam non plãtauit pater meus celestis/eradicabitur. (Mat.xv.) Sinite illos: ceci sunt et duces cecoꝝ. Et tamen cum tributum peteretur: prius rationem reddidit per quã tributum soluere non deberet: atq; illico subiũxit. Ut aũt non scandalizemus eos: vade ad mare et mitte hamum: et eũ piscem qui pri- (Mat.xvij.)

G mus ascenderit/tolle: et aperto ore eius/inuenies state-rem. Illum sumẽs da eis pro me ⁊ te. Quid est q̃ de scã-dalizatis dr̃: Sinite illos: ceci sũt ⁊ duces cecoꝝ: et alijs ne scandalizentur/a dño tributum soluitur/ qđ etiã non debetur? Quid est qđ alijs scãdalum esse permisit: alijs vero venire prohibuit: nisi vt nos doceret ⁊ illa scãdala que nos ad peccata implicãt/ contẽnere: et ea que placa-re sine peccato possumus/modis omnib⁹ mitigare. Ue-stra itaq̃ excellentia potest (ꝓtegẽte dño) prauoꝝ hoim scãdala cum magna tranquillitate declinare. Priores enim eoꝝ vobis secreto vocãdi sunt: atq̃ ipsis ratio red-denda: et peruersa quedã capitula que teneri existimãt/ coram ipsis sunt anathematizãda. Qr̃ si etiam (sicut di-citur) dari a vobis anathema ficte suspicãtur/ etiã iure iurãdo firmãdum est vos nunq̃ eadem capitula tenere/ nunq̃ tenuisse. Nec vobis indignum videat̃ tali eis mo-do satisfacere: nec de imperiali genere sit contra eos ali-quod in vestra mente fastidium. Oẽs etenim fratres su-mus: vni⁹ imperatoris potestate conditi/ et sanguine re-dempti. Et ideo fratres nostros quãtũlibet pauperes et abiectos in nullo despicere debemus. Certe etẽim Pe-trus potestatem regni celestis acceperat/ vt queq̃ in ter-ra ligaret vel solueret/ essent in celo ligata vel soluta: su-pra mare ambulauit: egrotãtes vmbra curabat: peccan-tes ꝟbo occidebat: mortuos oratione suscitabat. Et q̃ ex admonitione spũs ad Cornelium gentilem fuerat in-gressus: cõtra eũ questio a fidelib⁹ facta est cur ad genti-

H les intrasset/ et comedisset cũ eis: cur eos in baptismate suscepisset. Et tñ idem apłoꝝ primus tanta donoꝝ gra-tia repletus: tãta miraculoꝝ potestate suffultus: querele fidelium non ex potestate/ sed ex rõne respondit: causam per ordinem exposuit: qũo vas quoddam velut linteum

Actuũ.x. in quo quadrupedia terre ⁊ bestie reptilia atq̃ volatilia inerãt: de celo submitti viderit/ voceq̃ audierit. Surge Petre/ occide ⁊ mãduca. qualiter tres viri venerint eũ

Act.x.⁊.xj. ad Cornelium vocãres: qualiter spũs sanctus hũc cum eis ire preceperit. Qualiter idem spũs sctũs qui venire in baptizatos in iudea post baptismum consueuerat/ in gẽtib⁹ ante baptismum venit. Si enĩ cũ a fidelib⁹ culpa-retur/ auctoritatem quã in sancta ecclia acceperat attẽ-disset: respõdere poterat: vt pastorem suũ: oues que ei cõ-misse fuerãt/ reprehẽdere nõ auderẽt. Sed si in querela fidelium aliquid de sua potestate diceret: pfecto doctor mansuetudinis nõ fuisset. Humili ergo eos ratione pla-cauit/ atq̃ in causa reprehensionis sue etiam testes exhi-

Actuũ.xj. buit/ dicens: Venerũt aũt mecũ sex fratres isti. Si ergo pastor ecclie apłoꝝ princeps signa ⁊ miracula singulari-ter faciẽs/ non dedignat⁹ est in causa reprehẽsionis sue rationem humiliter reddere/ quãto magis nos peccato-res cũ de re aliqua reprehẽdimur/ reprehẽsores nostros ratione humili placare debemus? Ad me etẽim (sicut no-stis) cum apud vestigia dñoꝝ in regia vrbe demorarer/ multi ex eis venire consueuerãt/ qui de predictis capitu-lis accusabãtur. Sed teste cõsciẽtia fateor/ nunq̃ in eis

I aliquid erroris/ aliquid prauitatis/ aliquid de his que cõtra vos dicebãtur inueni. Unde ⁊ eos opinione contẽ-pta familiariter susciperet: et magis ab insequẽtib⁹ defẽ-dere curabam. Dicebatur nãq̃ cõtra eos q̃ sub obtẽtu religionis coniugia soluerent: et q̃ dicerẽt q̃ baptisma peccata penitus non auferret: et si de iniquitatibus suis quis in triennium penitẽtiam ageret/ postmodum et per-uerse viuere liceret. Et quia si compulsi aliquid de qui-bus reprehẽdebãtur anathematizare se dicerẽt/ anathe-matis vinculo nullo modo teneri. Et si sunt qui certissi-me talia sentiũt vel tenẽt: q̃ christiani non sunt/ dubium nõ est. Eosq̃ et ego ⁊ oẽs catholici episcopi atq̃ vniuer-sa ecclesia anathematizam⁹: q̃ veritati cõtraria sentiũt/

xxvij.q.ij. cõtraria loquũtur. Si enim dicũt religionis causa con-
c.sunt qui. iugia debere dissolui: sciẽdum est q̃ etsi hoc lex humana
Mat.xix. concessit/ lex diuina tamen prohibuit. Per se enim veri-
Marci.x. tas dicit. Que deus coniunxit/ homo non separet. Que
Luce.xvj. etiã ait: Non licet dimittere vxorem/ excepta causa for-nicationis. Quis ergo huic celesti legislatori contradi-

j.Cor.vj. cat? Scimus quia scriptum est: Erũt duo in carne vna. Si ergo vir ⁊ vxor vna caro sunt: et religionis causa vir vxorem dimittit: vel mulier virũ in hoc mũdo remanen-tem: vel fortasse ad illicita migrãtem: que est ista migra-tio vel cõuersio/ nisi q̃ vna eademq̃ caro: et ex pte transit

R ad cõtinẽtiam/ et ex parte remanet in pollutione? Si ꝟo vtriusq̃ cõueniat cõtinẽtem vitã ducere: hoc quis audeat accusare: quãdo certũ est q̃ oĩpotẽs deus qui minora cõ-cessit/ maiora non phibuit? Et quidem multos sanctoꝝ nouimus cum suis cõiugib⁹ et prius continẽtem vitam duxisse: et postmodũ ad sancte ecclesie regimina migras-se. Duobus enim modis sancti viri etiam a licitis solẽt abstinere. Aliquãdo vt merita sibi apud oĩpotẽtem deũ augeãt: aliquãdo ꝟo vt antea acte vite culpas detergant. Tres enim pueri in regis babylonici obsequium deda-cti/ leguminia ad vescẽdũ petẽtes/ cibis regijs vti nolue-runt: non q̃ culpa esset si ea que deus creauerat ederent. Noluerũt ergo ea sumere que licebat: vt per cõtinẽtiam virtus excresceret. Dauid ꝟo qui alienam vxorem tule-rat: et pro sua culpa valde fuerat flagellatus: aquam bi-bere longe post de bethleemitica cisterna voluit. Quam cũ ei fortissimi milites detulissent/ bibere noluit: sed eã fũ-dendo dño libauit. Licebat enim bibere si voluisset: sed q̃ illicita se fecisse meminerat/ laudabiliter a licitis abstinebat. Et qui prius pro culpa sua moriẽtium militum sanguinem fundi nõ timuit: postmodum si aquam bibe-ret/ etiam viuentium militum sanguinem se fudisse iudi-

j.Para.xj. cauit/ dicẽs: Num sanguinẽ istoꝝ hoim qui pfecti sunt/ et aiaꝝ periculum bibam? Proinde cum boni cõiuges/ aut meritũ augere desiderant/ aut anteacte vite culpas delere: vt se ad cõtinẽtiam adstringãt/ et meliorem vitã

xxvij.q.ij. appetãt/ licet. Si ꝟo continẽtiam quã vir appetit/ vxor
c.sunt q̃.§. non sequitur: aut quam vxor appetit/ vir recusat: diuidi
Si vero. cõiugium nõ licet: q̃ scriptum est: Mulier sui corporis
j.Cor.vij. potestatem non habet/ sed vir: et vir sui corporis potesta-tem non habet/ sed mulier. Si qui ꝟo sunt qui dicũt pec-

L cata in baptismate superficietenus dimitti: quid est hac predicatione infideli⁹/ in qua ipm fidei sacramẽtum se-stinẽt soluere: in quo principaliter ad celestis mundicie mysterium aia ligatur: vt absoluta radicit⁹ a peccatis

Psã.lxxij. oĩbus/ soli illi inhereat de quo psalmista ait: Mihi aũt adherere deo bonũ est. Certe enim maris rubri transit⁹ figura sancti baptismatis fuit/ in quo hostes a tergo sũt mortui: sed alij contra faciem in eremo sunt inuenti. Sic quippe oẽs qui in sancto baptismate tinguntur: eoꝝ pec-cata preterita omnia laxãtur: q̃ eis velut egyptij hostes a tergo moriũtur. Sed in eremo alios hostes inuenim⁹: quia dum in hac vita viuimus/ priusq̃ ad promissionis patriam pertingamus: multe temtationes nos fatigant: et ad terram viuentium tendẽtibus iter intercludere festinãt. Qui ergo dicit peccata in baptismate funditus non dimitti: dicat in mari rubro egyptios non veraciter mortuos. Si aũt fatetur egyptios veraciter mortuos/ fateatur necesse est peccata in baptismate fũditus mori: quia nimirum plus valet in absolutione nostra veritas

Ioã.xiij. q̃ vmbra ꝟitatis. In euãgelio dñs dicit. Qui lotus est/ non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus.

M Si igitur peccata in baptismate fũditus minime dimit-tuntur: quo is qui lotus est/ mundus est totus? Totus enim mundus dici non potest: cui de peccato aliquid re-

Ibidem. mansit. Sed nemo resistit voci ꝟitatis/ qui lotus est/ mũ-dus est totus. Nihil ergo ei de peccati sui cõtagione re-manet: quem totum fatetur mundum: ipse qui redemit. Si qui aũt sunt q̃ dicũt q̃ de peccato quolibet triennio penitẽtia agẽda est: et post triennium in voluptatib⁹ viuẽ-dum: isti adhuc nec predicamẽta ꝟe fidei/ nec sacre scri-ptura testimonia nouerũt. Contra hos predicator egre-

Gala.vj. gius Paulus dicit. Qui seminat in carne sua: de carne
Ro.viij. et metet corruptionem. Cõtra hos item dicit: Qui i car-ne sunt/ deo placere non possunt. Ubi discipulis subiun-git: Uos aũt non estis in carne: sed in spiritu. Hi quippe in carne sunt/ qui in carnalib⁹ voluptatibus viuũt. Con-

j.Cor.xv. tra hos dr̃: Neq̃ corruptio incorruptionem possidebit. Si aũt dicũt pauci tẽporis penitẽtiam cõtra peccatum debere sufficere: vt iterum liceat ad peccatum redire: re-cte eos pastoris primi percutit sententia/ qui ait: Cõtin-

ij.Pet.ij. git illis illud veri prouerbij. Canis reuersus ad suum vomitum: et sus lota in volutabro luti. Magna est enim contra peccatum virtus penitentie: sed si quis in eadem

Matth.x. penitentia perseuerat. Nam scriptum est: Qui perseuera-
et.xxiiij. uerit vsq̃ in finem/ hic saluus erit. Hinc rursum scriptũ
Eccli. est: Qui baptizatur a mortuo/ et iterum tãgit mortuum:
xxxiiij. quid proficit lauatio eius? Mortuum quippe est omne

B

opus peruersum: quod pertrabit ad mortem: quod vita iusticie non viuit. Baptizatur ergo a mortuo & iterũ tãgit mortuũ: qui praua opera que se meminit egisse deplorat: sed in eisdem se iterũ post lachrymas implicat. Alia itaq; quelibet eiusdẽ mortui lauatione non pficit: q̃ hoc iterũ faciẽdo qd̃ planxit: nec per lamẽta penitẽtie ad rectitudinẽ iusticie exurgit. Penitẽtiã eñi vere agere: est cõmissa flere: sed iterũ plangẽda declinare. Si vero sunt qui dicũt: q͛ cõpul sue quispiã necessitate / si anathematizatus fuerit / anathematis vinculo non tenet: ipsi sibi testes sunt / q͛ xp̃iani non sunt: qui ligamenta sancte ecclesie variis se existimant casibus solvere / ac p hoc nec absolutionẽ sancte ecclesie (quã prestat fidelibus) verã putant / si ligaturas eius veras esse atq; valere nõ estimãt. Contra quos diutius disputandũ nõ est: q͛ despiciendi per oĩa & anathematizandi sunt: vt vnde veritatẽ fallere se credũt / inde in peccatis suis veraciter ligẽtur. Si qui sunt igitur qui sub nomine xp̃iano hec que diximus errorũ capitula aut pdicare audẽt / aut taciti apud semetipsos tenere: hos proculdubio & anathematizauimus / & anathematizamus. Ex oĩb⁹ tñ capitulis in eis (sicut dixi) q̃ ad me in vrbe regia venire cõsueuerũt: nullũ oĩno errorẽ cuiuslibet pdicti capituli agnoui: sed neq; fuisse existimo. Nam si fuisset: agnouissem. Quia vero sunt multi fideliũ qui imperito zelo succenduntur: et sepe dũ quosdã quasi hereticos insequuntur / hereses faciunt: eorũ infirmitati cõsulendũ est: & (sicut pdixi) ratione & mãsuetudine placandi sunt.

B Rom.x.

Illis quippe sunt similes de quib⁹ scriptũ est. Testimoniũ illis perhibeo q͛ emulationẽ dei habẽt: sed nõ scd̃m scientiã. Vestra itaq; excellẽtia q̃ in lectione / in lachrymis atq; in elemosynis incessabiliter viuit: eorũ (sicut petii) imperitiã placare mãsuetis exhortationib⁹ ac responsionib⁹ debet: vt non solũ de semetipsa: sed etiã de illis gloriam eterne retributionis inueniat. Hec me vobis dicere nimius ardor suasit: q͛ et in vestra letitia me crescere: et in vr̃a tristitia me existimo minorari. Omnipotẽs deus gratia vos celesti custodiat: & salus dñi nr̃i pietate / & piissimi dñi tranquillitatẽ / pro dñorũ paruulorum nutrimẽto vitã vestram longius extendat.

Gregorius Isicio episcopo hierosolymorũ. De cura pastorali: & de simoniaca heresi. Capitulum.xl.

Epi.xl.

Erusta veritate historie / quid aliud ẽ q͛ diluuii tẽpore humanũ genus extra arcã moritur: ad vitam vero in arca seruatur: nisi hoc quod aperte nũc cernimus: q͛ infideles quoq; extra ecclesiam peccati sui vnda pimit: et fideles suos in fide atq; in charitate sancte ecclesie vnitas quasi arce pago custodit? Que arca videlicet de imputribilibus lignis cõpingitur: q͛ de omnib⁹ fortib⁹ atq; in bono suo perseuerantib⁹ edificatur. Et cũ a seculari vita vnusquisq; cõuertitur: quasi ad huc ligna de mõtibus succidũtur. Cũ vero ad sancte ecclesie ordinem / ad aliorũ custodiã deducitur / quasi de excisis atq; cõpositis lignis ad seruãdam vitã hominũ arca edificatur. Que profecto arca cessante diluuio in

C

monte requieuit: q͛ huius vite corruptione cessante: cũ malorum operũ fluct⁹ trãsierint: in celesti patria sancta ecclesia in monte requiescet excelso. In huius itaq; arce edificatione vos currere relecta fraternitatis vestre epistola recte fidei cõpage gaudemus. Magnas q; oĩpotenti deo gratias exoluim⁹: qui & immutatis gregis sui pastoribus / fidẽ quã semel sanctis patrib⁹ tradidit: etiam post eos immutabilẽ custodit. Predicator egregius dicit: Fũdamentũ aũt aliud nemo põt ponere preter id qd̃

i.Cor.iii.

positũ est: quod est xp̃s Iesus. Quisquis igitur cũ dilectione dei & proximi fidei que est in xp̃o firmitatẽ tenet: eundẽ Iesum xp̃m dei & hominis filium apud se posuit fundamentũ. Sperandũ ergo est: q͛ vbi xp̃s fundamentum est: bonorũ quoq; operũ sequatur edificium. Ipsa

Ioan.x.

quoq; veritas per se dicit: Qui non intrat per ostium in ouile ouium / sed ascẽdit aliunde: ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium: pastor est ouium. Et paulopost

Ibidem.

subiicit dicẽs: Ego sum ostium. Ille vero ad ouile ouiũ intrat per ostium / qui intrat per xp̃m. Intrat ipse p xp̃m qui de eodẽ creatore & redẽptore humani generis vera sentit & predicat: predicata custodit: culmen regiminis ad officium portãdi oneris suscipit: nõ ad appetitũ glorie transitorii honoris. Cure quoq; suscepti ouilis solerter inuigilat: ne oues dei: aut peruersi homines praua loquentes dilanient: aut maligni spũs oblectamẽta vitiorum suadẽtes deuastent.

D

Sed in his omnib⁹ ipse nos instruat: qui propter nos homo factus est. Qui dignatus est fieri quod fecit ipse: & infirmitati mee: & tue charitati spiritum sui amoris infundat: atq; sollicitudine & custodia circunspectionis oculum nostri cordis aperiat. Qd̃ vero ad sacros ordines recte fidei viri perducunt: eidẽ omnipotenti deo sine cessatione gratie soluẽde sunt: & p vita piissimi & xp̃ianissimi Imperatoris dñi nostri & trãquillissima eius coniuge: et mãsuetissima sobole semper orandum: quorum temporibus ora hereticorum conticescunt: quia etsi eorum corda in insania peruersi sensus ebulliant / orthodoxi tamen imperatoris tempore praua que sentiunt / eloqui non presumunt: ita vt aperte videamus impleri quod scriptum est. Cõgregans sicut in

Ps.xxxii.

vtre aquas maris. Aqua eñi maris sicut in vtre congregata est: quia amara hereticorũ scientia quicquid odit / prauũ sentit: in pectore cõprimit: & aperte dicere non presumit. Tua ergo fraternitas rectã per omnia fidẽ percolit spiritualiter edocta: q̃ querẽda erant / subtiliter enarrauit. Fides itaq; vestra: fides est nostra. Ea tenemus q̃ dicitis / ea dicimus que tenetis. Quia vero peruenit ad nos in orientis ecclesiis nullum ad sacrum ordinem nisi premiorũ datione peruenire: si ita esse vestra fraternitas agnoscit: hanc primã oblationem omnipotenti deo offerat: vt a subiectis sibi ecclesiis errorem simoniace hereseos cõpescat. Nam (vt alia taceã) quales esse in sacris

E

ordinibus poterũt: qui ad hos non merito sed premio puehũtur? Scimus aũt q͛ta animaduersione hanc aplorũ princeps insecutus est: qui primã dãnationis sentẽtiam contra Simonem pertulit / dicẽs: Pecunia tua tecũ sit

Act.viii.

in perditionem: q͛ donum dei pecunia existimasti possideri. Ipse quoq; creator ac redemptor humani generis

Mat.xxi.

dñs de⁹ noster cũ flagellum de resticulis fecisset: de templo cathedras vẽdẽtium colũbas euertit. Quid est eñi aliud in tẽplo colũbas vẽdere / nisi in sancta eccl̃ia eum per quẽ spiritus sanctus datur / ad precium manus impositionem dare? Sed cathedre vendẽtium columbas euerse sunt: q͛ talium sacerdotium in sacerdotio nõ deputatur. Preterea peruenit ad me: q͛ in ea eccl̃ia que ciuea dicitur: sepe in hierosolymorũ vrbe vestre ecclesie iurgia nascuntur. Unde sanctitas vestra debet sollicite cuncta pensare: et quedam mansuete corrigere: quedam vero que corrigi nequeũt / equanimiter tolerare. Aperte eñi videmus quod per psalmiste vocẽ a sancta eccl̃ia dicit: Su-

Ps.cxxviii.

pra dorsum meum fabricauerunt peccatores. In dorso quippe onera portantur. Supra dorsum ergo nostrum fabricãt peccatores / quãdo eos quos corrigere nõ possumus: patiendo portamus. Nauis etenim gubernator cum aduersari sibi vẽtum considerat / quosdam fluctus directo clauo exuperat: quosdam vero quos superari non posse puidet / inflexo cursu pudẽter declinat. Sic itaq; sanctitas vestra quedam compescendo / quedam tolerãdo mitiget: vt in sancta hierosolymorũ ecclesia pacem co-

F

habitantium conseruet. Scriptum quippe est: Pacem se-

Heb.xii.

quimini cum oĩbus & sanctimoniam: sine qua nemo videbit deum. In rixa etenim mentis ipm̃ lumen clauditur bone intentionis. Unde psalmista dicit: Turbatus

Ps.vi.

est pre ira oculus meus. Et quid iam in nobis boni operis remanet: si pacem ex corde perdimus: sine qua dñm videre non valemus? Vos itaq; agite: vt de his quoq; qui per iurgium perire poterant / mercedis vestre lucra colligatis. Omnipotens deus dilectionem tuam gratia celesti custodiat: et de his qui tibi cõmissi sunt / fructum multiplicet: ac mensuram superefluẽtem ad eterna gaudia reportare concedat.

Gregorius Anatholio diacono Cõstãtinopolitano. De Ioanne epõ prime iustinianẽ: q͛ nec ipse nec alius pro pter infirmitatem sit deponẽdus. Capl̃m.xli.

Epl̃a.xli. vii.q.i.ca. Scripsit.

Cripsit mihi tua dilectio: piissimũ dñum nostrum reuerentissimo fratri meo Ioanni prime Iustinianẽ epõ pro egritudine capitis quam patitur / precipere succedi: ne forte dum epũ iura eadem ciuitas non habet (qd̃ absit) ab hostib⁹ pereat. Et quidem nusq͛ canones precipiũt: vt pro egritudine epo succedat. Et ideo iniustũ est vt si molestia corporis irruat / honore suo priuetur egrot⁹. Atq; ideo hoc per nos fieri nullatenus põt: ne peccatum in mea aĩa ex ei⁹ depositiõe

ne veniat. Sed suggerẽdum est: vt si is q̃ est in regimine egrotat: dispensator illi requiratur talis qui possit eius curam oẽm agere: et locum illi⁹ in regimine eccl̃ie (ipso nõ deposito) ac in custodia ciuitatis implere: vt nec om̃ipotens de⁹ offendatur: neq̃ ciuitas inueniat neglecta esse. Si ṽo idem reuerẽtissimus Joãnes fortasse pro molestia sua petierit: vt ab epi honore debeat vacare: ꝓ petitionem scripto dãte cõcedẽdum est. Aliter aũt nos id facere pro oĩpotẽtis dei timore oĩmodo non audemus. Quod si hoc petere ille noluerit: qđ piissimo imperatori placet: quicq̃d iubet facere / in ei⁹ potestate est. Sicut nouit: ipe ꝓuideat. Nos tñtũmodo in depositione talis viri non faciat permisceri. Qđ vero ipse fecerit / si canonicum est / sequimur. Si ṽo canonicum non est: inquãtum sine peccato nostro valemus / portamus.

℄ Gregorius Urbico abbati. De dissensione congregationis ei⁹: et abbate ordinando. Capitm. xlij.

Epl. xlij.

Ualde me cõtristatum dilectio tua cognoscat q̃ tãtã in cõgregatione monasterij vestri confusionem euenisse cognoui: q̃ dũ de ordinãdo abbate aliquid in lucusiano monasterio disposueris: nõ vnũ / sed duos pene abbates fecisti. Uane (sicut audio) Domitium pbrm: vespere ṽo latorem presentium Bonũ seruũ dei. Ex qua re aspicio q̃ dissoluta sit regula monasterij / dũ nec monachi eiusdẽ monasterij tibi ad obediẽdum parati extiterint: nec tu cõstãter aliquid disponere potuisti. Unde vehemẽter ingemisco: q̃ aliter esse monasterium vestrum q̃ putabã inuenio. Qđ ex nulla alia re euenire valuit / nisi q̃ tua dilectio i regimine suo inordinata est: nec cũ grauitate aliqđ valet disponere / s3 modo studet peccãtib⁹ leniter blandiri: modo inordinate ⁊ extra modũ nimis irasci. Nam si semetipsam in mẽtis sue rõne tenere potuisset / ipsa ei⁹ maturitas haberi in reuerentia potuit: et discipline in monasterio ordo seruari. Hoc aũt factũ deteri⁹ puto: q̃ predictũ Bonũ monachũ de monasterio qđ cõstruxit / sine iussiõe mea tollere presumpsisti: maxime q̃ nec etati eius expedire suspicor: vt possit in regimine preesse. Ideoq̃ volum⁹ vt Domitius presbyter abbas esse lucusiani monasterij debeat: et ꝓ positus lucifer monachus fiat: in cuius requiescere solatio valeat. Ex nostra itaq̃ auctoritate hec te disponere deo adiuuãte precipim⁹. Cui dispositioni si q̃s presũpserit ingrat⁹ existere: ad nos sine dubio transmittat. Accepris q̃ scriptis nostris / fratrẽ et coepm nostrũ Uictorẽ ad Lucusianum monasteriũ dilectio tua inuitet: quatenus ipe illic missarũ solennia celebrare: et predictũ dñm auctore deo abbatẽ ordinare debeat: ne dũ tuũ cõsilium seq̃mur / in errorem sicut ceci ducamur. Nam catelũ monachũ in Lucusiano monasterio prepositũ dilectio tua fieri voluerat. Qđ postq̃ fieri mãdauim⁹: q̃ monachus nõ sit / agnouim⁹. Ex parua em̃ eulogia quã Bonus monachus accepit: parte perẽdo / cõtẽtiõn̄ facere in itinere minime timuit. Qđ ex quãta amaritudine cordis descẽderit: poterit tua dilectio scire / si regulã monachoꝝ nosse voluisset. Ex discipulo aũt tuo cognouim⁹: q̃ tu q̃ abbas diceris esse: adhuc monach⁹ non sis. Et credo q̃ nõ disparis mentis sit in hac diuisione cellari⁹ etiã lucifer: quẽ prepositum fieri dixim⁹. Sed tolerabilius est antiquiorem fratrem q̃ nouum ⁊ puerum tolerare.

℄ Gregorius Urbico abbati. De. xl. solidis Petro trocalitano dandis. Capitulum. xliij.

Epl. xliij.

Dilectio tua presentia scripta suscipiens: de solidis Lucusiani monasterij quos apud eum Ualerius notarius noster esse renũciauit: sine mora vel excusatione aliqua. xl. solidos fratri nr̃o Petro trocalitano epo dare studeat. Sz et monachis quos apud se ꝓ eoꝝ salute de eodem monasterio prefatus frater noster abstulit / studij tui sit abbati antefati Lucusiani monasterij districtius imminere: vt alimoniam ⁊ vestimẽta ãnis singulis eis de prebere modis oĩb⁹ debeat.

℄ Gregorius Adriano notario panormitano. De agathosa / cui precipit maritũ suum iam tonsuratum ⁊ monachum factum reddere. Capitulum. xliiij.

Epl. xliiij. xxvij. q. ij. capl. Agathosa.

Agathosa latrix presentium questa est maritum suum cõtra volũtatem suam in monasterio vrbici abbatis esse conuersum. Qđ q̃ ad eiusdem abbatis culpam ⁊ inuidiam non est dubiũ pertinere: experiẽtie tue precipimus vt diligẽti inquisitione discutias: ne forte cum eius voluntate conuersus sit: vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc repereris / et illũ in monasterio remanere prouideat: et hanc sicut promisit / mutare cõpellat. Si ṽo hoꝝ nihil est / nec quondam fornicationis crimen (propter qđ viro licet vxorem relinquere) p̃dictam mulierem cõmisisse cognoueris: ne illius conuersio vxori relicte in seculo fieri possit perditionis occasio: volumus vt maritum suum illi / etiam si iam tonsuratus est / reddere omni debeas excusatione cessante: quia etsi mundana lex precipit / conuersationis gratia / viro libet inuito posse solui coniugiũ: diuina hoc lex fieri non permittit. Nam excepta fornicationis causa / virum vxorem dimittere nulla ratione cõceditur: q̃ postq̃ copulatione coniugij vir atq̃ mulier vnum corpus efficitur / non potest ex parte conuerti: et ex parte in seculo remanere.

℄ Gregorius vniuersis epis Sicilie. De inuasione hostium: et letanijs faciendis. Capitulum. xlv.

Epl. xlv.

Super afflictiones ⁊ gemitus quos annosa hic continuatione de hostibus sustinemus / maior nos met⁹ excruciat / q̃ inimicos nostros omni annisu ad Sicilie inuasionem cognoscimus festinare. Sed ne hec illam ollentibus / ꝓsperitatem multitudo nostroꝝ prebeat peccatoꝝ: toto nos corde ad redemptoris nostri remedia conferamus: et quib⁹ resistere virtute non possumus / lachrymis obuiemus. Nam quid vobis cauendum / quid velit vehementius formidandum: ex istius ꝓuincie debetis desolatione colligere. Itaq̃ hortor fratres charissimi vt omni hebdomada quarta ⁊ sexta feria letaniam inexcusabiliter indicatis: et cõtra barbarice crudelitatis incursus superne protectionis auxilium imploretis. Sed vt ad aures dei viam precibus faciatis: vigilanti⁹ studendum est vt voces actibus adiuuentur. Nam inanis fit oratio vbi praua est actio. Quia igitur quãto immane ceruicis imminere periculum / tãto simul oẽs i fletu debetis ⁊ gemitu occupari: filios vestros a seculari peruersitate sacerdotali q̃primũ adhortatione compescite. Discãt iniusta contẽnere: ⁊ que deo placita sunt amare: vt illos possitis habere ad impetrandam diuine misericordie gratiam adiutores: ne si neglegentis / actio coꝝ preces orationum superet: et seuitia inimici gladius (quod absit) resecet / quod monẽtis verba non corrigũt. Deus aũt noster iustus ⁊ pius est: et sicut perseuerãtibus in prauitate districtus est: ita est cõuersis misericors. Ad ipsum ergo tota mẽte contriti cordis euigilatione curramus: ab ipso ereptionis nostre solatia postulemus. Et quoniam benignus ⁊ mitis est / si nos a malis nostris emendatos sua viderit mandata diligere: et hic nos potens est ab hoste defendere / et in futuro eterna nobis gaudia preparare.

℄ Gregorius Bono epo Massanẽ. De contentione inter Placidum et ecclesiam eius. Capitulum. xlvj.

Epl. xlvj.

Nullus vnq̃ contẽtionibus finis imponitur: si impleri ea que iudicata fuerint differãtur. Filius itaq̃ noster Placidus vir memorandus questus est nobis ea que inter eũ et actores eccl̃ie vestre diffinita sunt / fraternitatem vestram nolle cõplere. Qđ si ita est / miramur: vt dũ quieti vestre vos deceat studere / cõtẽtiõis vobis scrupulum reseruetis. Proinde scriptis vos presentibus adhortamur: vt subtiliter requirere debeatis. Et si quid minus impletũ est (si tñ nihil est qđ iuste possit obsistere) sine discordia compleatur: quatenus nec supradictus magnificus vir se queratur irrationabiliter fatigari: nec vos cõtra ordinis vestri propositum videamini despexisse quod iustum est.

℄ Gregorius Adriano notario. De incantationibus et sortilegijs insequendis. Capitulum. xlvij.

Epl. xlvij.

Peruenit ad nos q̃ quosdã incãtatores ac sortilegos fueris insecut⁹. Et oĩno nobis sollicitudinem zeli q̃ tuã gratum fuisse cognoscas. s3 moleste tulimus q̃ te dubitare ne ab eis nobis cõtra experiẽtiã tuã surrepi potuisset didicim⁹: quã cert⁹ esse ac scire debueris: hoc tibi apud nos ad cõmẽdationem magis ꝓficere / nõ ad culpã adscribi. Et ideo studij tui sit / sollicite q̃rere: et quoscũq̃ hmõi inimicos xp̃i inueneris / ita districta vltione corrigere: vt ⁊ nos de experiẽtia tua meli⁹ debeam⁹ habere iudicium: et deo nostro te (qđ maxime studendum est) valeas commendare.

A

¶ Gregorius Desiderio epō Gallie. De eo q̄ ipse grammaticam artem docere non debeat. Capitulum.xlviij.

Epistola xlviij. parte.j.di. lxxxvj.ca. Cū multa

Cum multa nobis bona de vestis fuisset studijs nūciata: ita cordi nr̄o nata est letitia: vt negare ea que sibi fraternitas vestra concedēda poposcerat/minime pateremur. Sed post hoc puenit ad nos (qđ sine verecūdia memorare non possum⁹) fraternitatē tuā grāmaticam quibusdā exponere. Quā rem ita moleste suscepim⁹/ac sum⁹ vehemēti⁹ aspernati: vt ea q̄ prius dicta fuerunt/in gemitū et tristitiā verteremus: q: in vno se ore cū Iouis laudib⁹ xp̄i laudes nō capiūt. Et q̄ graue nephādūq̄ sit epis canere/qđ nec laico religioso conueniat: ipse considera. Et q̄uis dilectissimus fili⁹ noster Candidus presbyter postmodū veniēs hac de re subtiliter requisit⁹ negauerit/atq̄ conatus vos fuerit excusare: de nr̄is tn̄ adhuc animis non recessit: quia q̄to exccrabile sit hoc de sacerdote enarrari/tanto verū ita nec ne sit/districta et veraci oportet satisfactione cognosci. Unde si post hoc euidenter ea q̄ ad nos plata sunt/falsa esse claruerint: nec vos nugis et secularib⁹ litteris studere cōtigerit: deo nr̄o grās agim⁹/q̄ cor vr̄m maculari blasphemis nephādoꝝ laudib⁹ nō pmisit: et de cōcedēdis que poscitis/secure iam et sine aliqua dubitatione tractam⁹. Monachos v̄o quos vna cū dilectissimo filio nr̄o Laurētio pb̄ro et Melito abbate ad reuerēdissimū fratrem et coep̄m nostrum Augustinum transmisimus/vobis in oib⁹ cōmēdam⁹: vt fraternitate vestra sollicitāte/nulla illos ad proficiscendum mora valeat impedire.

¶ Gregorius Uirgilio episcopo Arelatensi. De auaritia sit idolorum seruitus. Capitulum.xlix.

Epl.xlix.

B

Cum diuine lectionis testimonio/idoloꝝ seruitus auaritia nūcupet: quo studio de domo dei sit pellēda cognoscit: et a quibusdā sacerdotibus (qđ gemētes dicimus) nō cauet. Tenet eīm captiuū cor seua cupiditas: et licitū esse suadet malū qđ imperat: atq̄ id agit vt vno eodēq̄ gladio et dātem et accipiētem interimat. Quis igit post hoc loc⁹ cōtra auaritiā tutus esse pualeat: si dei illi a prauis sacerdotib⁹ aperiat ecclesie? Uñ ouiū septa inuiolata custodiet: q̄ intrare lupum inuitat? Prohnephas. Illicito man⁹ munere polluit: et alios se bñdictiōe credit erigere: cū ipse iā sit ppa iniquitate substrat⁹: et sua nihilomin⁹ ambitiōe captiuus. Huius q̄ mali rapacitas q: arcē vr̄e mētis nūq̄ intrauerit: et inmorias hr̄e vos man⁹ de ordinatiōib⁹ phibetis/oipotēti deo grās agite: et tāto vos dei debitores esse cognoscite: quāto illesi ab hui⁹ morbi cōtagione eo custodiente mansistis. Sed hec vobis minus q̄ poterāt bona pficiūt: si hec et in alijs sollicite nō vetatis. Sicut aūt in te illud tibi malū displicuit: ita hoc et in fratre zelare debueras. Nam cū diuina pcepta moneāt pximos nr̄os sicut nosipsos diligere debere: nō parue culpe est despicere: et qđ sibi q̄sq̄ metuit/alijs nō timere. Uel nūc q̄ dilectissime frater da operam vt qđ a correptione quiescēdo in alijs pdidisti/resarcias: et ab hac quos potueris prauitate cōpescas: atq̄ vt synodus ad eradicādā ipsam heresim cōgregari possit insiste: quaten⁹ cū dilectiōis vestre mercede melius ab oib⁹ caueat: qđ auctore deo oim fuerit cōstitutiōe dānatum.

C

Peruenit pterea ad nos fratrē et coep̄m nostrū Serenū prauos hoies oino in societate sua recipere: ita deniq̄ vt pb̄rm quēdam q̄ post lapsum in suis adhuc di iniquitatib⁹ volutari/familiarem habeat. Qđ a vobis subtiliter requirēdum est. Et si ita cōstiterit: cure vobis sit nr̄a hoc sic vice corrigere: vt et qui talem recipit/non familiaritate fouere: s; discat potius vltione cōprimere: et qui receptus est/idem discat cum lachrymis peccata diluere: non iniquitatem in immūdicijs cumulare. Monachos v̄o quos ad reuerētissimum fratrem et coep̄m nostrum Augustinum transmisimus/fraternitas vestra habeat i oibus cōmēdatos: et ita eis ad proficiscendum solatiari studeat atq̄ concurrere: vt vobis sibi opitulantibus/celeriter deo protegente quo directi sunt valeant peruenire.

¶ Gregorius Etherio episcopo gallie. De cura pastorali/et synodo congreganda. Capitulum.l.

Epla.l.

Epistolarum vr̄aꝝ plena venerabili grauitate locutio/ita sibi cordis nostri iungit affectum/vt mutuū semp libeat miscere sermonē: quatenus et si corporali vr̄i non valemus frui presentia: nil sibi cōtra nos absentia hoc intercurrēte valeat cōmercio vēdicare. Quātus aūt i vobis ecclesiastici ordinis amor enitescat: quāta sit dilectio discipline: quātum obseruātie studium salubriū decretoꝝ: ex illo q̄ nostrā submisse et oino libenter adhortationē accipitis: et seruādā inuiolabiliter pdicatis/ostēditis. Quia igit ad alioꝝ emēdationē propēsū cor geritis/et vetustati malū libera (sicut decet) voce dānatis: post q̄ et alijs fratrib⁹ et coep̄is nr̄is ipsa volūtas est: oportet vnanimes cōtra diuersos hostes insurgere. Et vt auaritiā de domo dei synodali debeatis diffinitione proijcere: nihil in dandis ecclesiasticis ordinib⁹ auri seu fauoris inueniat: nil blandimēta surripiant: nil gr̄a cōferat: honoris premium/vite sit puectus: sapiētie incremētum/modestia moꝝ: vt obtinēte hmōi obseruātia/et indign⁹ qui pmijs q̄rit ascēdere iudicet: et digne cui bonum testimoniū actio pbibet/honoret. Hec vobis dilectissime frater cura sit: hec animis vr̄is sollicitudo semp inuigilet: vt et zelum quē litteris ostēditis: cordis vr̄i testem esse ope demōstretis. Itaq̄ assidue instātes q̄ ad cōgregādā synodū imminete: et ita auxil⁹ exhibete: vt nois dignitatē officij administratione cōpleatis.

D

De eo v̄o qđ ecclie vr̄e cōcedēdum ex antiqua cōsuetudine deposcitis/requiri in scrinio fecim⁹: et nihil inuenim⁹. Unde nobis epl̄as ipsas quas vos dicitis hr̄e transmittite: vt ex eis qđ cōcedēdum est colligam⁹. Gesta v̄o vel scripta beati Hirenei iādiu est q̄ sollicite q̄siuimus: sed hactenus ex eis inueniri aliqđ nō valuit.

E

Preterea fraternitas vr̄a monachos quos ad reuerēdissimum fratrē et coep̄m nostrū Augustinū direxim⁹/habere studeat cōmēdatos in oib⁹: suāq̄ illis charitatem pter deū exhibeat: atq̄ illis ita studio sacerdotali cuiq̄ cōcurrat: et suo eos solatio ad agēdū iter adiuuare festinet: vt dum nulla eis illic res morandi causas intulerit/et hi celeri⁹ pergere/et vos mercedem de pfectis inuenire possitis.

¶ Gregorius Aregio epō Gallie. De simoniaca heresi: et monachis Augustino transmissis. Capitulum.lj.

Epl.lj.

Cum in fraterna dilectiōe vnū cor/vnus sit animus/sicut in alterius psperis mēs letatur/ita in aduersis affligit: q: in vtroq̄ particeps esse lege charitatis adstrigit. Atq̄ ideo maior nos de tristitia vr̄a meror inuaserat: ne fortasse plixi luctus afflictio assiduo cor vestrū dolore pulsaret: et vitā gemitib⁹ onerareт. Sed susceptis charitatis vr̄e epl̄is/optato sumus gaudio consolati: atq̄ oipotēti deo grās egim⁹: q: et humanitatē vestrā incolumē: et animū ad cōsolationem redijsse cognouim⁹. Nec ei aliter de vobis fuerat existimādum/nisi q: q̄cq̄d aduersitatis esset: sacerdotali sine dubio patiētia vinceretis. Qualiter pterea in abscindēda simoniaca heresi olim fraternitatis vr̄e zelus exarserit: bene recolim⁹. Uñ hortamur vt operā studiosi⁹ impēdētes: districte inter alia q̄ scripsim⁹/cōcilij diffinitiōe dānetur: quaten⁹ dū volūtatē nr̄e intētio sollicitudinis vr̄e fuerit ope cōpleta: et oipotenti deo oblationē plenissimā de vitioꝝ correptionib⁹ offeratis: et ad alioꝝ edificationem: qualiter i vobis pastoralis officij cura fulgeat/ostēdatis.

F

Experiētia aūt vite vestre nos puocat: quā valde multis pminere cognouim⁹: vt de vobis hec in re grādē solatiū psumam⁹. Et ideo feruorē vr̄m sicut deo auctore cepistis/explete: vt bona q̄ in vobis recta intētione cepta sūt/iuuāte deo creatore oim recti⁹ impleātur. Preterea monachis quos ad reuerēdissimū fratrē et coep̄m nostrū transmisim⁹: charitatē suā fraternitas vr̄a (vt cōsueuit) impēdat: et ita eis tā per se q̄ per alios quos potuerit ad pficiscēdum solatiari studeat: vt dū vobis pulsātibus nullas illic difficultates vel moras habuerint: et nos qđ de vobis confidimus sentiamus: et de⁹ vobis omnipotens pro conuersione animarum pro quib⁹ transmissi sunt/suam gratiam recompenset.

¶ Gregorius Menne Colosano et alijs cōplurib⁹ epis per Galliam. De Augustino epō Anglorum et cōuersione gentis ipsius. Capitulum.lij.

Epl.lij.

Licet fraternitatem vestrā suscepti officij cura commoneat vt religiosis viris/et precipue in causa aiaꝝ laborātib⁹/omni debeat aminīsu cōcurrere: non tn̄ ab re est si sollicitudinem vestrā epl̄aꝝ nostraꝝ sermo pulsauerit: q: sicut ignis aura flante fit grandior: ita bone mentis studia cōmēdatione pficiūt. Quia igitur redemptoris nostri gratia cooperāte tāta

G de anglorũ gẽte ad xpiane fidei grãm multitudo conuertitur: vt reuerentissimus cõmunis frater et coepiscopus noster Augustinus eos qui secum sunt/ad hoc opus exequẽdum per diuersa loca afferat non posse sufficere/aliquantos ad eos monachos cũ dilectissimis et cõmunib⁹ filijs Laurẽtio pbr̃o/et Mellito abbate predictis trãsmittẽdos. Et ideo fraternitas vr̃a eis charitatem quã decet exhibeat: atqȝ ita illis vbicũqȝ necesse fuerit auxiliari festinet: quatenus dum vobis opitulãtib⁹ nullas illic remorãdi causas habuerint: et ipsi vestra se reliquos cõsolatiõe cõgaudeãt: et vos solatiorũ exhibitione (causa pro qua directi sunt) possitis participes inueniri.

Gregorius Theodorico regi Frãcorũ. De simoniaca heresi eradicanda. Capitulum. liij.

Epl. liij. Excellentie vestre index cordis epistola: quãta in vobis fulgeat cũ regia potestate prudentia/ita luculẽti copia sermonis edocuit/vt dubiũ esse non valeat: quicqd laudabile de vobis fama narrauerit. Et qm̃ adhortationem nostrã adeo regijs animis vr̃is per laudis p̃dicamẽta placuisse signastis: vt qcqd ad dei nostri cultum: quicquid ad ecclesiarũ reuerentiam: quicqd ad honorem pertinere cognoscitis sacerdotum: et studiose statui/et velitis in oib⁹ custodiri: iterata vos pro vestra magne mercede adhortatiõe pulsamus: vt cõgregari synodum iubeatis: et sicut dudum scripsimus/corporalia in sacerdotibus vitia/et simoniace hereseos prauitatem oim̃ epõrũ diffinitione dãnari: atqȝ de regno vestro amputari faciatis: nec plus illic pecuniam obtinere q̃ precepta dñica pmittatis. Nam cũ ois auaritia H idolorũ sit seruitus: quisqs hãc (et maxime in dandis ecclesiasticis honoribus) vigilãter non precauet: infidelitatis pditioni subijcitur: etiã si tenere fidem quã negligit videat. Sicut ergo contra exteriores hostes: ita q̃qȝ cõtra interiores aiarũ aduersarios studete esse solliciti: vt per hoc qḋ dei nostri inimicis fideliter repugnatis: et hic feliciter ipsius protectione regnetis: et ad eterna postmodum gaudia eius duce gratia veniatis. Quãta preterea bona reuerẽtissimo fratri et coepõ nr̃o Augustino ad anglorũ gẽtem pficiscẽti excellẽtia vestra prebuerit/reuertẽtes ab eo qdã monachi retulerũt. Unde vberes referentes gratias petimus vt his quoqȝ monachis qui ad eũ directi sunt/suffragia vestra copiosi⁹ prebere: atqȝ eos ad pficiscẽdum iuuare dignemini: vt quãto beneficia vestra eis ampli⁹ exhibetis/tãto maiorem vicissitudinem ab oipotẽti deo (cui seruiũt) expectetis.

Gregorius Theodorico regi Frãcorũ. De simoniaca heresi confutanda. Capitulum. liiij.

Epl. liiij. Ui paterne adhortationis verba libenti animo suscipit/et sinu cordis amplectitur/emendatorem se vitiorũ fore pcul dubio pfitetur. Ex qua re satis nos excellentie vestre certos reddit absoluta pmissio. Nam eius quem idoneum ad soluẽdum esse cognoscimus/vba pro pignore tenem⁹. Itaqȝ excellentia vestra dei nostri mãdatis inherẽs/studium ad cõgregãdam synodum pro sua mercede adhibere dignet: vt omne a sacerdotib⁹ corporale vitiũ/et simoniaca he- I resis (que primo in ecclesijs illiqua ambitione surrexit) potestatis vestre imminẽte censura/concilij diffinitione tollatur: et abscissa a radicib⁹ amputetur: ne si plus illic aurum q̃ de⁹ diligitur: qui modo tranquillus in suis preceptis despicitur/iratus in vindicta postmodũ sentiet. Et hoc quidẽ qr pro vobis loquimur: idcirco imminere sepi⁹ non cessamus: vt pdesse excellentissimis ac dulcissimis filijs nostris vel ex importunitate possimus. Nã regno vestro per oia pficit/si qḋ cõtra deum in illis partibus geritur: emendatione vestre excellentie corrigatur. Quãta preterea bona pficiscẽti ad anglorũ gentem reuerentissimo fratri et coepo nostro Augustino excellẽtia vestra impenderit: referentib⁹ quibusdam monachis q ab eo reuersi sunt/cognouim⁹. De qua re maximas gratias exsoluẽtes petimus vt et monachis presentium portitoribus quos ad eũdem fratrem direximus: vestra vberi⁹ beneficia ministretis: quaten⁹ dum vobis patrocinantibus nullas illic difficultates inuenerint: sed ceptũ iter (xp̃o adiuuante) peregerint: vberiorem mercedis vestre fructum ante dei nostri oculos faciatis.

Gregorius Clothario regi Frãcorũ. De socijs Augustini suscipiendis/et simoniaca heresi. Caplm̃. lv.

K Epl. lv. Inter tot curas et sollicitudines quas p subiectarũ vobis gẽtium regimine sustinetis: existere vos in causa dei laborantib⁹ adiutores/eximie laudis/et magne mercedis est. Et qr tales vos precedentibus bonis ostẽditis/vt presumere de vobis meliora possimus: ad ea que pro mercede vestra sunt/libentissime puocamus. Quidã igitur qui cũ reuerentissimo fratre et coepõ nostro Augustino ad anglorũ gẽtem perrexerãt/remeãtes/quãta eũdem fratrem nostrum excellẽtia vestra in presentia positum/charitate receperit: quãtisqȝ suffragijs pficiscẽtem adiuuerit: narrauerũt. Sed qr illa deo nostro opera grata sunt semper: que a vobis cũ ceperint/non recedũt: paterno affectu salutãtes petimus: vt monachos presentium portitores quos ad predictum fratrẽ nostrũ vna cũ dilectissimis filijs nostris Laurentio pbr̃o/et Mellito abbate transmisimus: habeatis peculiariter cõmẽdatos. Et quicqd illi ante exhibuistis: his quoqȝ ad laudis vestre cumulum vberius impẽdatis: quaten⁹ dum vobis pudẽtib⁹ ceptum sine mora iter expleuerint/bonorũ vestrorũ oipotẽs de⁹ recõpensator existat: atqȝ vobis et in psperis custos/et in aduersitatibus sit adiutor. Preterea peruenit ad nos qḋ sacri illic ordines cũ datione pecunie conferãtur. Et vehemẽter affligimur: si ad dei dona non meritis acceditur/sed premijs prosilitur. Et qr hec simoniaca heresis prima in ecclesia surgens aplorũ est auctoritate dãnata: petimus vt p mercede vestra cõgregari synodum faciatis: L quatenus oim̃ sacerdotum diffinitionib⁹ cõpescita: et radicitus amputata/nullas illic vires de cetero in periculo aiarũ inueniat: nec vlterius sub qualibet excusatione permittatur exurgere: vt tãto vos oipotẽs de⁹ cõtra aduersarios vestros exaltet: quanto vos in suis mandatis zelum habere/et pro aiarũ salute que hui⁹ fuerãt sceleris gladio perituræ/viderit cogitare.

Gregorius Brunichilde regine Francorum. De Augustino et monachis ad eam directis suscipiendis. Capitulum. lvj.

Epl. lvj. Ratias oipotẽti deo referim⁹: qui inter cetera pietatis sue dona que excellentie vestre largitus est: ita vos amore xpiane religionis impleuit: vt quicqd ad aiarũ lucrum/quicqd ad ppagationem fidei pertinere cognoscitis: deuota mẽte/et pio operari studio non cessetis. Quãto aũt fauore/quãtaqȝ opitulatione excellẽtia vestra reuerẽtissimum fratrem et coepm̃ nostrum Augustinum proficiscẽtem ad anglorũ gentem adiuuerit: nec ante silẽtio fama cõticuit: et postea quidã ab eo ad nos monachi redeuntes subtiliter retulerunt. M Et quidẽ hec de christianitate vestra mirentur alij: quibus adhuc beneficia vestra minus sunt cognita: nam nobis/quib⁹ experimẽtis iam nota sunt/non mirãdum est sed gaudẽdum: qr per hoc qḋ alijs impẽditis/vos iuuatis. Que aũt/quãtaqȝ in cõuersione suprascripte gentis redẽptor noster fuerit miracula operatus/excellẽtie vestre iam notum est. Ex qua re magnam vos oportet habere letitiam: qr maiorem sibi partem hac in re prestitorũ vestrorũ solatia vẽdicãt: cui⁹ post deum auxilijs verbũ illic predicationis innotuit. Nam qui alterius bonum adiuuat: suum facit. Sed vt mercedis vestre magis magisqȝ sit fructus vberior: petimus vt monachis presentium portitoribus quos cum dilectissimis filijs nostris Laurẽtio pbr̃o/et Mellito abbate ad predictum reuerẽtissimum fratrem et coepm̃ nostrum p eo qḋ illos q secum sunt/sufficere sibi diceret non posse/transmisim⁹/patrocinij vestri suffragia benignius ministretis: atqȝ ita eis in oibus adesse dignemini: quatenus dum bonis excellentie vestre initijs meliora successerint/et nullas illic moras vel difficultates inuenerint: tanto erga vos/ac dulcissimos nobis nepotes vestros dei nr̃i misericordiam prouocetis: quanto pro ei⁹ amore vos in huiusmodi causis misericorditer exhibetis.

Gregorius Brunichilde regine Francorum. De preceptis dñi custodiendis. Capitulum. lvij.

Epl. lvij. Uanta in vobis bona diuino munere sint collata/quãtaqȝ vos superne grẽ pietas impleuerit/inter cetera vr̃orũ testimonia meritorũ illḋ etiã pateñter insinuat: qr et effera corda gẽtiliũ pudi gubernat (a sũ pcilij): et regiã (qḋ maiori adhuc laudis est) ornet sapiẽtia ptãtẽ. Et qm̃ sicut multi in vtroqȝ gẽtib⁹

A eminētis: ita quoq3 eis fidei sinceritate p̄cellit: magnā
de vobis in emendandis illicitis fiduciā capimus. Nā
qualiter adhortationē nostrā excellētia vestra amplexa
sit/quātaq3 eā deuotione gestiat adimplere/scriptorum
vestrorū emissa dudum pagina testis est. Sed quia ipse
bonorū meritum consueuit esse adiutor/qui etiam largi-
tor est: cōfidimus q̄ tāto promptius causas vestras sua
pietate disponat: quanto ipse de sua vos videt esse causa
sollicitos. Facite quod dei est: & deus faciet qđ vestrum
est. Itaq3 synodū cōgregari precipite: & peccatum simo-
niace heresis de regno vestro inter alia (sicut diximus)
diffinitione concilij studiosius prohibete. Sacrificium
deo deuicto interiori hoste offerte: vt exteriores aduersa-
rios (ipso adiuuāte) vincatis: vt quale vos cōtra inimi-
cos ipsius studiū gesseritis/talē illū in vestro iuuamine
sentiatis. Mihi autem credite: q2 sicut experimēto mul-
torū didicimus: in damno expenditur: quicqđ cū pecca-
to cōgregatur. Si vultis igit̄ nihil iniuste perdere: sum-
mopere studete de iniustitia nihil habere. In terrenis
etenī reb9 semp causa dāni est origo peccati. Uos itaq3
si eminere aduersantib9 gentibus vultis: si earū (aucto-
re deo) victrices existere desideratis: eiusdem omnipo-
tentis dn̄i cum timore precepta suscipite: vt ipse pro vo-
bis contra aduersarios vestros pugnare dignetur: qui
Exo.xiiij. per sacrum eloquium pollicitus est dicēs: Dominus pu-
gnabit pro vobis: et vos tacebitis.

¶ Gregorius Augustino ep̄o Anglorū. De conuersione
B gentis ipsius: et vt non glorietur in operationū virtute
quas plerūq3 faciunt et mali. Capitulum.lviij.

Epl.lviij. Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominib9
bone voluntatis: quia granū frumenti mortuū
cadens in terrā/multū fructū attulit: ne solum
regnaret in celo: cuius morte viuimus: cuius infirmita-
te roboramur: cuius passione a passione eripimur: cuius
amore in Britānia fratres q̄rimus quos ignorabamus:
cui9 munere quos nesciētes querebam9 inuenim9. Quis
autē narrare hic sufficiat quāta letitia in oīm corde fide-
lium fuerit exorta: q̄ gens Anglorū operāte oīpotentis
dei gratia/ et tua fraternitate laborante: expulsis erroꝝ
tenebris/sancte fidei luce pfusa est: q̄ deuotione integer-
rima iam calcat idola: quibus prius vesano timore sub-
iacebat: q̄ oīpotenti deo puro corde substernit: q̄ a pra-
ui operis lapsib9 sancte predicationis regulis ligatur:
q̄ preceptis diuinis subiacet: et intellectu sublimatur: q̄
vsq3 ad terrā se in oratione humiliat: ne mente iaceat in
Joan.v. terra. Cuius hoc opus est: nisi eius qui ait: Pater me9
vsq3 nunc operatur/et ego operor. Qui vt mundū osten-
deret nō sapientia hominū: sed sua se virtute cōuertere:
predicatores suos quos in mūdo misit/sine litteris ele-
git: hoc etiā modo faciens: q2 in Anglorū gente fortia di-
gnatus est per infirmos operari. Sed est in isto dono ce-
lesti frater charissime/quod cū magno gaudio vehemē-
C tissime debeat formidari. Scio enim quia oīpotēs deus
per dilectionē tuam in gēte quā eligi voluit/magna mi-
racula ostēdit. Unde necesse est vt de eodē dono celesti/
& timēdo gaudeas/& gaudendo pertimescas. Gaudeas
videlicet: quia Anglorū anime per exteriora miracula
ad interiorē gratiā pertrahūtur. pertimescas vero/ne in-
ter signa que fiunt/infirmus animus in sui presumptio-
ne se eleuet: et vnde foras in honore attollitur: inde per
inanē gloriā intus cadat. Meminisse etenim debem9 q̄
discipuli cū gaudio a predicatione redeūtes/dū celesti
magistro dicerēt: Dn̄e in noīe tuo demonia nobis subie-
Luce.x. cta fuerūt: protinus audierūt: Nolite gaudere sup hoc:
sed potius gaudete quia nomina vestra scripta sunt i ce-
lis. In priuata enī et temporali letitia mētem posuerāt:
qui de miraculis gaudebāt. Sed de puata ad cōmunē/
de tēporali ad eternā letitiā reuocātur: quibus dicitur:
Luce.x. In hoc gaudete/quia nomina vestra scripta sunt i celo.
Non enī oēs electi miracula faciūt: sed tamen noīa oīm
in celo tenentur adscripta. Ueritatis etenim discipulis
esse gaudiū nō debet: nisi de eo bono quod cōmune cum
oībus habent: et in quo finem letitie non habent. Restat
itaq3 frater charissime: vt inter ea q̄ (operante deo) exte-
rius facis: semper te interius subtiliter iudices/ac subti-
liter intelligas et temetipsum qui sis/et quanta sit in ea-
dem gente gratia: pro cuius cōuersione etiam faciendo-
rum signorum dona percepisti. Et si quādo creatori no-
stro seu per linguā/siue per opera reminisceris deliquis-
D se: semper hec ad memoriā reuoces: vt surgētem cordis
gloriā memoria reatus premat. Et quicquid de facien-
dis signis acceperis vel accepisti: hec non tibi/sed illis
reputes donata: pro quorū tibi salute collata sunt. Oc-
currit autē menti ista cogitanti/quid de vno dei famulo
actū sit: etiā egregie electo. Certe Moyses cū dei popu-
lum ex egypto educeret/mira (sicut tua fraternitas no-
uit) signa in egypto operat9 est. In Sina monte.xl. dieb9
et noctib9 ieiunās legis tabulas accepit: inter coruscos
tonitruos pertimescēte omni populo oīpotentis dei ser-
uitio solus familiari etiā collocutione cōiunctus est: ru-
brum mare aperuit: in itinere ducē habuit nubis colum-
nam: esurienti populo manna de celo pluit: carnem desi-
derātibus vsq3 ad satietatem nimiā in eremo per mira-
culum ministrauit. Sed cum iam sitis tēpore ad petrā
vētum fuisset/diffisus est: seq3 de eadem aquam educere
posse dubitauit: quā (iubente dn̄o) percussit: atq3 aquas
effluētes aperuit. Quāta autē post hec p triginta & octo
annos in deserto miracula fecerit: quis enumerare/quis
inuestigare valeat. Quotiens res dubia animum pulsas-
set/recurrēs ad tabernaculum/secreto dn̄m requirebat:
atq3 de ea protinus (deo loquente) docebatur. Iratū po-
pulo dn̄m placabat sue precis interuētione: surgētes in
superbia atq3 in discordia dissidentes dehiscentis terre
E hiatibus absorbebat: victorijs premebat hostes/signa
monstrabat ciuibus. Sed cū iam ad repromissionis ter-
ram ventū fuisset: vocatus in montē est: & quā culpā ante
annos triginta (vt dixi) et octo fecerat/audiuit: quia de
educenda aqua dubitauit. Et propter hoc quia terram
repromissionis intrare nō posset/agnouit. Qua in re con-
siderādum nobis est q̄ timendum sit omnipotentis dei
iudiciū: qui per illū famulū suū tot signa faciebat: cuius
culpā tam longo tempore adhuc seruabat in cogitatio-
ne. Igitur frater charissime si et illū agnoscimus post si-
gna pro culpa mortuū/quē oīpotenti deo nouimus pre-
cipue electū: quanto nos debemus metu contremiscere:
qui necdū adhuc nouimus si electi sumus. De reprobo-
rum vero miraculis quid dicere debeo: cū tua fraterni-
Mat.vij. tas nouerit quid in euangelio veritas dicit. Multi ve-
nient in illa die dicētes mihi. Dn̄e in noīe tuo propheta-
uimus: et in tuo noīe demonia eiecimus: et in tuo nomi-
Luce.xiij. ne virtutes multas fecimus. Sed dicā illis: quia nescio
qui estis. Recedite a me operarij iniquitatis. Ualde er-
go premendus est animus inter signa et miracula: ne for-
tassis in his propriā gloriā querat: et priuato sue exulta-
tionis gaudio exultet. Per signa enī/aliorū lucra querē-
da sunt: et illius gloria/cuius virtute illa eadē signa ge-
runtur. Unū vero dn̄s nobis signū dedit: de quo et vehe-
mēter gaudere/et electionis gloriam in nobis possimus
Joā.xiij. agnoscere/dicens. In hoc scietur q2 mei discipuli estis:
si dilectionē habueritis adinuicē. Quod signū prophe-
Ps.lxxxv. ta requirebat/cū diceret. Fac mecū dn̄e signum in bonū:
vt videant qui oderūt me/et confundātur. Hec autē di-
F co: quia auditoris mei animū in humilitate sternere cu-
pio. Sed ipsa tua humilitas habeat fiduciā suam. Nam
peccator ego spem certissimā teneo: quia per oīpotentis
creatoris ac redemptoris nostri dei et dn̄i Jesu Christi
gratiā iam peccata tua dimissa sunt: & idcirco electus es
vt p te dimittātur aliena. Nec habebis luctum de quoli-
bet reatu in posterū: qui de multorū cōuersione gaudiū
conaris facere in celo. Idem vero conditor et redēptor
Luce.xv. noster cū de penitētia hoīs loqueretur/ait. Ita dico vo-
bis: maius gaudiū erit in celo super vno peccatore peni-
tentiā agente: q̄ super nonaginta nouē iustis: quibus nō
opus est penitentia. Et si de vno penitente grāde fit gau-
dium in celo: quale gaudiū factū credimus de tanto po-
pulo a suo errore conuerso: qui ad fidem veniens/mala q̄
egit/penitendo damnauit. In hoc itaq3 celi & angelorū
gaudio repetamus ipsas quas prediximus voces ange-
Luce.ij. lorū. Dicamus igitur/dicamus omnes. Gloria in excel-
sis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis.

¶ Gregorius Aldiberge regine Anglorum. De cōiuge
ciuo ad meliora exhortando. Capitulum.lix.

Epl'a.lix. Qui post terrenā potestatem regni celestis glo-
riam cupit acquirere: ad faciendū lucrū crea-
tori suo debet enixius laborare: vt ad ea que
desiderat/operationis sue gradib9 possit ascēdere: sicut

G vos fecisse gaudemus. Remeantes igitur dilectissimus filius noster Laurētius presbyter/ et Petrus monach⁹/ qualis erga reuerētissimū fratrē et coepiscopū nostrū Augustinū gloria vestra extiterit: quantaq; illis solatia vel charitatē impenderit/ retulerūt. Et omnipotētē deū benediximus: qui conuersionē gentis Anglorū mercedi vestre dignatus est propitius reseruare. Nā sicut per recordande memorie Helenā matrem pijssimi constantini imperatoris ad christianā fidem corda Romanorum accēdit: ita et per glorie vestre studium in Anglorum gēte ei misericordiam confidimus operari. Et quidem iamdudum gloriosi filij nostri coniugis vestri animos prudentie vestre bono (sicut reuera christiane) debuistis inflectere: vt pro regni et anime sue salute fidem quam colitis sequeretur: quatenus et de eo et per eum de totius gentis conuersione digna vobis in celestibus gaudijs retributio nasceretur. Nam postq; (sicut diximus) et recta fide gloria vestra munita/ et litteris docta est: hoc vobis nec tardum/ nec debuit esse difficile. Et quoniā (deo volente) aptum nunc tempus est: agite vt diuina gratia cooperante cum augmento possitis quod neglectum est reparare. Itaq; mentem gloriosi coniugis vestri in dilectione christiane fidei adhortatione assidua roborate: vestra illi sollicitudo augmentū in dei amore infundat: atq; ita animos eius/ etiā pro subiecte sibi gentis plenissima conuersione succēdat: vt et magnū omnipotēti domino de deuo-
H tionis sue studio sacrificiū offeratis: et ea q̄ de vobis narrata sunt/ crescāt: et vera esse modis omnib⁹ approbētur: quia bona vestra nō solum iam apud Romanos/ qui pro vita vestra fortius orauerūt: sed etiam per diuersa loca/ et vsq; Constātinopolim ad serenissimū principem peruenerit. Unde sicut nobis de christianitatis iuste solatijs letitia facta est: ita quoq; de perfecta operatiōe vestra angelis fiat gaudium in celis. Sic vos in adiutorio supradicti reuerentissimi fratris et coepiscopi nostri/ et seruorum dei quos illuc misimus in conuersione gētis vestre deuote ac totis viribus exhibete: vt et hic feliciter cū glorioso filio nostro coniuge vestro regnetis: et post longa annorum tempora future quoq; vite gaudia que finē habere nesciunt capiatis. Oramus autē omnipotentē deum vt glorie vestre cor ad operanda que diximus/ gratie sue igne succendat: et eterne mercedis fructum vobis de placita sibi operatione concedat.

Gregorius Aldiberto regi Anglorū. Congratulatur de conuersione gentis ipsius. Capitulum.lx.

Epla.lx. PRopter hoc oīpotens deus bonos quosq; ad populorū regimina perducit: vt per eos oībus quib⁹ prelati fuerint/ dona sue pietatis impēdat. Qd̄ in Anglorū gente factū cognouimus: cui vestra gloria idcirco prepolita est: vt per bona que vobis concessa sunt: etiā subiecte vobis genti superna beneficia prestarentur. Et ideo gloriose fili eam quā accepisti diuinitus gratiā sollicita mēte custodi. christianā fidem in po-
I pulis tibi subiectis extēdere festina. Zelū rectitudinis tue in eorum cōuersione multiplica: idolorū cultus insequere: fanorum edificia euerte: subditorum mētes in magna vite mūditia exhortando/ terrendo/ blandiēdo/ corrigendo/ et boni operis exempla monstrando edifica: vt illū retributorē habeas in celo/ cuius nomen atq; cognitionem dilatauerís in terra. Ipse enim vestre quoq; glorie nomen etiā posteris gloriosius reddet: cuius vos honorē queritis et seruatis in gentibus. Sic enim Constātinus quondā pijssimus imperator Romanā rem publicam a peruersis idolorum cultibus reuocans/ omnipotenti domino deo nostro Iesu christo secū subdidit: seq; cum subiectis populis tota ad deum mente conuertit. Unde factum est vt antiquorū nomen principū suis virtutibus laudibus vinceret: et tāto in opinione predecessores suos/ quanto et in bono opere superaret. Et nunc itaq; vestra gloria cognitionē vnius dei patris et filij et spiritus sancti regibus ac populis sibimet subiectis festinet infundere: vt et antiquos gentis sue reges laudibus ac meritis transeat: et quanto in subiectis suis aliena peccata deterserit: tanto etiā de peccatis proprijs ante omnipotentis dei terribile examē securior fiat. Reuerētissimus autem frater noster Augustinus episcopus in monasterij regula doctus: sacre scripture scientia repletus/ bonis (auctore deo) operibus preditus: quecq; vos ad-

K monet/ libenter audite/ deuote peragite: studiose in memoria reseruate: quia si vos eū qui pro omnipotēte deo loquitur auditis: idem oīpotens deus hunc pro vobis orantē celerius exaudiet. Si em̄ (quod absit) verba ei⁹ postponitis: quando eū oīpotens deus poterit audire pro vobis: quē vos negligitis audire pro deo? Tota igitur mente cū eo vos in feruore fidei stringite: atq; annisum illius virtute quā vobis diuinitas tribuit adiuuate: vt regni sui vos ipse faciat esse participes: cuius vos fidem in regno vestro recipitis/ et facitis custodiri. Preterea scire vestram gloriā volumus: quia sicut in scriptura sacra ex verbis dn̄i oīpotentis agnoscimus/ presentis mūdi iam terminus iuxta est: et sanctoꝝ regnū venturū est: quod nullo vnq̄ poterit fine terminari. Appropinquante autē eodem mundi termino/ multa imminēt que ante non fuerūt: videlicet immutationes aeris/ terroresq; de celo: et contra ordinem temporum tempestates/ bella/ fames/ pestilētie/ terremotus per loca. Que tamen nō omnia nostris diebus ventura sunt: sed post nostros dies omnia subsequentur. Uos itaq; si qua ex his euenire in terra vestra cognoscitis: nullo modo vestrū animū perturbetis: quia idcirco hec signa de fine seculi premittūtur/ vt de aiabus nostris debeamus esse solliciti: de mortis hora suspecti: vt venturo iudici in bonis actibus inueniamur preparati. Hec nunc gloriose fili paucis locut⁹
L sum: vt cum christiana fides in regno vestro excreuerit: nostra quoq; apud vos locutio latior excrescat: et tanto plus loqui libeat: quāto se in mēte vestra gaudia de gentis vestre perfecta conuersione multiplicant. Parua autem xenia transmisi: que vobis parua non erunt: cū a vobis beati Petri apostoli fuerint benedictione suscepta. Oīpotens itaq; deus in vobis gratiā suā quā cepit perficiat: atq; et hic vitam vestrā per multorū annorum curricula extendat: et post longa tempora in celestis vos patrie congregatione recipiat.

Gregorius Quirino episcopo et ceteris episcopis in Hybernia catholicis. De his qui ab hereticis in trinitatis noīe baptizātur non rebaptizādis: q̄ in occidente per manus impositionē: crismate vero in oriēte sancte ecclesie recōciliantur. De his vero qui in trinitatis noīe non baptizātur rebaptizādis. Scribit etiam de sancta Maria quare dicatur mater et ancilla. Et de hereticis reuersis quid promittere debeant. Capitulum.lxj.

Epla.lxj. QUis charitati nil longe est: quos diuidunt loca/ iūgat epistola. Lator itaq; presentium ad beati Petri apostolorū principis ecclesiā veniēs: fraternitatis vestre se asseruit ad nos epistolas accepisse: easq; in Hierosolymorū vrbe cū reb⁹ quoq; alijs perdidisse. In quibus (sicut ipse ait) studuistis inquirere/ sacerdotes ac plebes que nestoriane hereseos errore cōfuse sunt: cum ad matrē electorū omniū catholicam ec-
M clesiā reuertuntur/ vtrum baptizari debeant/ an certe solius vere fidei confessione eiusdē matris ecclesie visceribus adiūgi. Et quidē ab antiqua patrū institutione didicimus: vt quilibet qui apud heresim in trinitatis nomine baptizantur/ cū ad sanctā ecclesiā redeunt/ aut vnctione crismatis/ aut impositiōe manus/ aut sola professione fidei ad sinū matris ecclesie reuocētur. Unde Arrianos per impositionē man⁹ occidens: per vnctionē vero sancti crismatis ad ingressum sancte ecclesie catholice oriens reformat. Monophisitas vero et alios ex sola vera cōfessione recipit: quia sanctū baptisma qd̄ sunt apud hereticos cōsecuti: tunc in eis vires emundationis accipit: cū vel illi per impositionē manus spiritū sanctū acceperint: vel isti per professionem vere fidei sancte et vniuersalis ecclesie visceribus fuerint vniti. Si vero heretici qui in trinitatis noīe minime baptizantur: sicut sunt bonosiaci et cathafrige: quia et illi christū dn̄m non credunt: et isti sanctū spiritū peruerso sensu esse quendā prauum hominē mōtanum credunt: quorum similes multi sunt: illi cum ad sanctā ecclesiā veniūt/ baptizātur: quia baptismū nō fuit quod in errore positi in sancte trinitatis noīe minime perceperunt. Nec potest hoc ipsum baptisma dici iteratū: quod (sicut dictū est) in Trinitatis noīe non erat datū. Nestoriani vero quia in sancte trinitatis noīe baptizātur: sed eos iudaice perfidie similes/ incarnationē vnigeniti non credentes/ sue hereseos error obscurat: ad sanctā ecclesiā catholicam venientes de-

De conse. di.iiij.ca. Ab antiq.

De conse. di.iiij.ca. Si vero.

B

vere fidei firmitate et confessione docendi sunt: vt vnum eundemq; dei et hoīs filiū: deū dnm nostrū Jesum xpm credant: ipsum existentē in diuinitate ante secula: et ipm

Joan.j.

factū hominē in fine seculorū: quia verbum caro factum esset habitauit in nobis. Verbū vero carnē dicimus factum: non immutādo quod erat: sed suscipiendo qđ non erat. Incarnationis em̄ sue mysterio vnigenitus patris nostra auxit/sua non minuit. Vna itaq; persona est verbum et caro: sicut ipse ait. Nemo ascēdit in celū nisi qui

Joan.iij.

de celo descendit: filius hoīs qui est in celo. Qui filiꝰ dei in celo erat filius hoīs qui loquebatur in terra. Hinc Jo-

j. Joan. v.

annes ait. Scimus quia filius dei venit/et dedit nobis sensum. Qui nobis quē sensum dederit/illico subiungit. Vt cognoscamus verū deum. Quem hoc loco verū deū insinuat nisi patrē oīpotentē? Sed quid etiā de oīpotente filio sentiat adiungit. Et simus in vero filio eius Jesu christo. Ecce ait verū deū patrē: verū eius filium Jesum christū. Quem verū filiū quid esse sentiat: apertius

Ibidem.

ostēdit. Hic est inquit verus deus et vita eterna. Si igitur iuxta errorē nestorij alius verbū: atq; alius esset homo Jesus christꝰ: qui verus est homo/vtiq; verus deus non esset et vita eterna. Sed vnigenitus filius verbū ante secula factus est homo. Hic est ergo verus deus et vita eterna. Certe cū hunc sancta virgo cōceptura esset/et loquētem ad se angelum audiret/ait. Ecce ancilla dni:

Luce.j.

fiat mihi sicut dictis. Que cum eū concepisset: et ad Helisabeth cognatā suā pergeret: ab eadē Helisabeth protinus audiuit. Vnde ego digna/vt mater domini mei ve-

B

niat ad me? Ecce eadē virgo/et ancilla dni dicit/et mater. Ancilla em̄ dni/qꝛ verbū ante secula vnigenitꝰ equalis est patri. Mater vero: quia in eius visceribus ex sancto spū eiusq; carne factus est homo. Nec alterius ancilla/alterius mater: quia dū vnigenitus dei existens ante secula: ex eius vtero natus est homo: inuestigabili miraculo facta est ancilla hoīs per diuinitatē: et mater dei p carnē. Nō autē prius in vtero virginis caro cōcepta est/ et postmodū diuinitas venit in carnē: sed mox vt verbū venit in vtero: mox verbū seruata ꝓprie virtute nature factū est caro. Et perfectus homo. i. in veritate carnis et anime rationalis/natus est per vterū virginis vnigeni-

Ps.xliiij.

tus filius dei. Vnde et vnctus pre participibus dicitur: sicut psalmista ait. Vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre cōsortibus tuis. Vnctus quippe est oleo: dono videlicet spūs sancti. Sed pre cōsortibꝰ vnctus est: quia oēs nos prius peccatores homines existimus: et postmodū per vnctionē sancti spūs sanctificamur. Ipse autē qui existens deus ante secula/per sanctū spiritū in vtero virginis homo cōceptus est in fine seculorū: ibi ab eodē spiritu vnctus est/vbi cōceptus. Nec ante ꝯceptus: et postmodū vnctus est: sed hoc ipsum de spiritu sancto ex carne virginis cōcipi/a sancto spiritu vngi fuit. Hāc ergo natiuitatis eius veritatē quicūq; a puerso errore nestorij reuertūtur: corā sancta fraternitatis vestre cōgregatione fateantur: eundē Nestoriū cum oībus sequacibus

C

suis ac reliquas hereses anathematizātes. Venerādas quoq; synodos quas vniuersalis ecclesia recipit: se recipere et venerari promittāt: et absq; vlla dubitatione sanctitas vestra seruatis eis proprijs ordinibus in suo cetu recipiat: vt dum et per sollicitudinem occulta mētis eorū discutitis: atq; eos per veram scientiā recta que tenere debeant docetis: et per mansuetudinē eis nullā contrarietatē vel difficultatē de ꝓprijs suis ordinibꝰ facitis eos ab antiqui hostis ore rapiatis. Et tāto vobis apud omnipotentē deū eterne glorie crescat retributio: quanto multos colligitis qui vobiscum in domino sine fine glorientur. Sancta itaq; trinitas orātes pro nobis sua vos protectiōe custodiat/vobisq; in amore suo bona adhuc multipliciora concedat.

¶ Gregorius Aregio episcopo Gallie. Candidum presbyterum commendat. Capitulum.lxij.

Epla.lxij

I

In quāta apud nos memoria fraternitatis vestre sit charitas/cordis vestri secretū requirita et ex eo quē circa nos habet amorē colligetis. Et quoniā sincera in dilectione nec vires absentia: nec locū habet obliuio: ita sibi sepius imaginata fraternitatis vestre presentia mens nostra reficitur: ac si corporeis vos oculis coram sibi cernamus: quia nec abesse credendus est: q per dilectionis vinculū animis inheret. Quia ergo tanta in vobis sacerdotalis grauitatis ornamen-

D

ta conspeximus: vt de vestro omnino instituto vel moribus letaremur: multa animis nostris de sollicitudine vestra promittimus. Vnde quia sic ea que dei sunt agitis/ sic in cōmissi vobis gregis custodia vigilatis: vt tamen ea que ex latere sunt/prudenti moderamine dispēsetis: latorē vobis presentiū candidum presbyterū cōmunē filium cōmēdamus: vt opem illi in quibus necesse fuerit/ pro vtilitate pauperum impēdatis: quatenus dū fraternitatis vestre fuerit (sicut cōfidimus) fultus auxilio: in eius vos consolatione nos inuenisse sentiat.

¶ Gregorius Virgilio episcopo Arelatēsi. Augustinū episcopum commendat. Capitulum.lxiij.

Epl.lxiij.

Q

Quantus sit affectus venientibus sponte fratribus impendēdus: ex eo quo plerūq; solēt charitatis causa inuitari agnoscit. Et ideo si cōmunem fratrē Augustinū epm ad vos venire cōtigerit: ita illū dilectio vrā sicut decet affectuose dulciterq; suscipiat: vt et ipsum consolationis sue bono refoueat: et alios qualiter fraterna charitas colenda sit doceat. Et quoniam sepius euenit vt hi qui longe sunt positi/prius ab alijs que sunt emendāda cognoscant: si quas fortasse fraternitati vestre sacerdotū vel aliorū culpas intulerit/ vna cū eo residētes subtili cūcta inuestigatione perquirite. Et ita vos in ea que deū offendunt/et ad iracundiā

E

prouocant/districtos ac sollicitos exhibete: vt aliorum emendationē et vindictam culpabilē feriat: et innocentē falsa opinio non affligat.

¶ Gregorius Brunichilde regine Francorū. De simoniaca heresi eradicanda. Capitulū.lxiiij.

Epl.lxiiij

C

Cum scriptū sit/iustitia eleuat gētem: miseros autem facit populos peccatum: tunc regnū stabiliri creditur: cum culpa que cognoscitur/citius emēdatur. Multorum igitur ad nos relatiōe peruenit (quod dicere sine afflictione cordis nimia non valemus) ita quosdā sacerdotes in illis partibus impudice ac nequiter conuersari: vt et audire nobis opprobriū/ et lamētabile sit referre. Ne ergo postq̄ huius nequitie hucusq; se extendit opinio/aliena prauitas aut nostram animā: aut regnum vestrum peccati sui iaculo feriat: ardenter ad hec debemꝰ vlciscenda concurrere/ne paucorum facinus multorū possit esse perditio. Nā causa sunt ruine populi/sacerdotes mali. Quis em̄ ꝓ populi se peccatis intercessor obijciat: si sacerdos qui exorare debuerat: grauiora cōmittat? Sed qm̄ eos quoq; est locus hec inseqūi: nec sollicitudo ad requisitionē/nec zelꝰ excitat ad vindictā: scripsi ad nos vestre discurrāt: vt personā si precipitis/cū vestre auctoritatis assensu trāsmittamꝰ: que vna cū alijs sacerdotibus hec et subtiliter querere: et ꝓm deū debeat emendare. Nec em̄ sunt dissimulāda q

F

dicimus: qꝛ qui emendare potest et negligit: participē se procul dubio delicti cōstituit. Prouidete ergo aie vestre/ ꝓuidete nepotibꝰ quos cupitis regnare feliciter: prouidete prouincijs: et priusq; creator noster manū suā ad feriendū excutiat: de correctiōe huius sceleris studiosissime cogitate: ne tanto postmodū acrius feriat: quāto modo diutius et clemēter expectat. Scitote autē qꝛ deo nostro magnū sacrificiū placatiōis offertis: si tanti labem facinoris de vestris citius finibus amputatis.

¶ Gregoriꝰ Candido presbytero Gallie. Aureliū presbyterum commendat. Capitulum.lxv.

Epla.lxv.

L

Lator presentiū filius noster Aurelius presbyter a galliarū partibus veniens petijt: vt sicubi in possessiōibus beati Petri apostolorum principis oratorium aut locus qui presbytero vel abbate indiget/inueniri potuerit/ei debeat committi: quatenus et ipse subsidium vite presentis inueniat: et nos inueniamur petitioni illius paruisse. Proinde dilectiōi tue cum omnibus modis commendamus: vt in quo vsus exegerit/tua dilectio concurrat: et scriptorum nostrorū illic solatium inueniat.

¶ Gregorius Anthemio subdiacono. De Hilerio criminatore Joannis non punito. Capitulum.lxvj.

Epl.lxvj.

C

Cum fortius punienda sint crimina que insontibus/et maxime sacris ordinibus ingeruntur: qꝛ istis culpabiles oēs qui in causa Joannis diaconi resedistis: attēdite: vt hilariū criminatorē ipsiꝰ nullis ex diffinitione vestra pena veniēs castigaret. Nec

G illud ad excusationē vestram credatis esse idoneū:q vobis quasi iudicare volentibus/ solus frater et coeps noster paschasius dicitur distulisse. Nam si zelus in vobis rectitudinis viguisset/facilius vni a multis rationabiliter suaderi/q̄ multi ab vno poterant sine causa differri. Quis ergo tante negligētie malū sine digna non debet vltione transire:suprascriptū fratrē Paschasiū volumus admoneri:vt eūdē hilariū prius subdiaconatus quo indignus fungit/priuet officio:atq̄ verberib⁹ publice castigatū faciat in exiliū deportari: vt vnius pena/multorū possit esse correctio. Cuius si forte lenitatem diaconij sui adhuc opinio laerans non cōmouet:et in hoc(quod non credimus)torpens extiterit:experientia sua hec que diximus faciat:et de illius nobis neglectu renūciet. Hortandus preterea idem frater ex nostro mandato est: vt se in oībus vigilātem exhibeat:et ecclesie sue ampli⁹ disciplinā non negligat: ne et peccatū de his qui ei commissi sunt sustineat:et nos contra se vehementer stimulet: si in officij sui cura (quod nō optamus) incautus vel lentus extiterit. Volumus autē vt memoratus frater noster paschasius: et vicedominū sibi ordinet/et maiorē domus: quatenus possit vel hospitib⁹ superuenientibus/vel causis que euenīūt/idoneus et paratus existere. Si vero et negligentē eū prospicis:et ea que diximus implere differentem:omnis clerus eius adhiberi debet:vt comuni consilio ipsi eligant:quorum persone ad ea que predximus/valeant ordinari.

H

Gregorius Agapito abbati. De monasterio Marciano/illius monasterio contungēdo. Capitulum.lxvij.

Epistola lxvij.

NE rebus venerabilibus vel quādolibet cultu redeśit officiū:nostra debet sollicite cura prospicere. Quia igitur monasteriū quod in fundo Marciano prouincie Campanie situ est/ita hostilitate faciente a cōgregatione fundi tus dicitur desolatū:vt ne vnus exinde monachus qui aliquā illic sollicitudinē vel curā debeat adhibere remanserit:tuo illud monasterio cū oībus rebus suis/vel que ei cōpetūt actiones/vtile prospeximus vniendum/ vt res eius tenēdi vel a detinentibus vendicādi libera tibi sit ⁊ sine aliqua dubietate licētia. In quo etiam studij tui sit monachos deputare/qui illic tēpore quo interuallū de hoste fuerit/⁊ opus dei celebrare/et decēter debeāt deseruire. Nec aliqua illud presumas excusatiōe negligere: quod ideo cure tue: vt sollicitudinē illic debeat adhibere/cōmittit. Ipsum autem monasteriū sic tue nos ordinationi commisisse cognoscas:vt tamen iurisdictionē illic nō episcopus surrētinarum in cuius ciuitate monasteriū tuū est: sed nucerinus cuius est diocesis habeat. Nam sic hui⁹ loci ordinationem disponimus:vt tamē iura sua singulis episcopis inuiolata seruemus.

I

Gregori⁹ Mariniano abbati. De ecclesia sancti Georgij restauranda. Capitulum.lxviij.

Epistola lxviij.

QUia ecclesiam sancti Georgij positam i loco qui ad sedē dicitur/minorē q̄ oportet diligētiam habere cognouimus:vtile esse prospeximus/quoniā monasterium tuū eidem ecclesie noscit esse coniūctum:eius tibi curam cōmittere/hortātes vt ⁊ sollicitudinē illic congruā studeas adhibere:et psalmodie officiū solēniter exhiberi facias. Et quia ecclesiā ipsam reparatione certum est indigere: volumus vt quicquid illuc accedere potuerit: ipse accipere/atq̄ in eius reparationē (vt preuideris) debeas erogare. Hāc vero sollicitudinis curam:quā tibi huius pagina precepti mādamus: tam te q̄ etiam successores tuos qui monasterij regimen deo auctore susceperint/exhibere: ⁊ que constituimus per omnia volumus obseruare.

Gregorius Eusebio episcopo Thessalie. De peruersitate Andree monachi. Capitulum.lxix.

Epi.lxix.

LAtor presentium Theodorus ecclesie vestre lector ad sctōꝝ aplorū limina veniēs: dū oēs (vt homo quippe nouus) haberet icognitos: Andree monacho qui ad sanctum Paulū inclusus fuerat/res et chartas quas detulit/vt reuera olim noto/innocenter deposuit:credēs quidem quia mens ipsius (sicut et nos ante habueramus) cum habitu concordaret. Sed tante ille prauitatis est inuētus: vt si eius stultitie sub inclusionis specie paulo adhuc ampli⁹ licuisset:multorum animas malitie sue fallacitate deciperet:⁊ quoꝰq̄ potuisset/non leuia scandala generaret. Nam inter alia

K

que idem Andreas cogitauit pessime ⁊ fecit: eam quoq̄ quā ad nos misistis/ dum apud ipsum a prefato lectore esset deposita/ita falsauit epistolā: vt quicunq̄ eam legeret/ vos nec catholicos/nec rectā sapere euidenter argueret. Et qua re contigit vt dum veritatē studiose quereremus/eius que latebat iniquitas vulgaretur. Et tanto in eo reperta sunt/quāta nec de scelerato quocūq̄ laico crederētur. Et quia inter diuersa mala aliquos etiā sermones scripsit/atq̄ eos ex nostro noīe titulauit:et suspecti sumus ne eos alicubi transmiserit:fraternitas vestra sollicitudinē gerat:et si quid tale repererit/eos ⁊ rescindi/et oīno faciat aboleri: vt qd imperitus litterarum/et scripture diuine nescius/nostro (sicut dixim⁹) noīe prenotauit:quorūdam animos nō possit inficere. Nam nos nec grecū nouimus: nec aliquod opus aliquando grece conscripsimus. Alia vero mala ipsius/ vel quid de eo a nobis in cōcilio statutū sit/ antedicti portitoris/quē fraternitati vestre cōmendamus in oībus: quia presens interuētus est/relatione cognoscite. Hortamur preterea atq̄ admonemus: vt comunē filiū Lucā pbrm de quo populus (quantū dicitur) non modica suspitione mordet/publice de se satisfacere:et fidem suā moneas confiteri:atq̄ sanctas synodos quas apostolica veneratur ecclesia/se suscipere:et sequi modis oībus fateatur: atq̄ inter alia

L

nestoriū et seuerū ac sequaces eorum specialiter anathematizando condēnet: vt hac satisfactione in filiorum vestrorum cordibus nullū per illius occasionē contra vos possit scandalum remanere. Quod si forte(qd non credimus) facere hoc aliqua excusatione distulerit: nihil vobis cū illo cōmune sit: sed a familiaritate atq̄ cōmunione segregandus est. Nam sicut ante iam scripsimus/melius est de ouili dñico morbosam ouem eijcere: q̄ vnius vitio sanas amittere. Hec igit frater charissime diligenter attende:et ita stude/ vt ⁊ filios vestros vnitos ac deuotos (sicut decet) habere possis: et hac de causa denuo ad nos querela nō redeat. Latorē vero presentiū (vt prefati sumus) in oībus cōmēdam⁹:qui quoniā a malo monacho prius innocenter deceptus est: et postmodū in cōiunctione eius fortiter persistit: laboris sui retributionem hic apud vestrā fraternitatē inueniat:quatenus quia in eterna ei patria cōpensetur/certus existo. Si autem rursus ad orationē huc ad sanctos aplos venire voluerit: eum fraternitas vestra sine aliqua mora trāsmittat.

Gregori⁹ Aurelio ex francis. De morte fratris eius. Capitulum.lxx.

Epl'a.lxx.

AUdito dulcissimi filij mei fratris vestri transitu/quo tim merore pculsus/epistolaris non valet explere locutio. Sed omnipotentē deū rogo:vt sue vos gratie aspiratione cōsoletur: vosq̄ et a malignis spiritibus et a peruersis hoibus celesti protectiōe custodiat. Nam si quos post illius obitum tumultus quorundā aduersantiū sustinetis/nolite mirari. Si vos frui bonis in terra vestra (id est in terra viuētium) queritis:mala hominū in terra aliena portare debetis. Peregrinatio quippe est vita presens:⁊ qui suspirat ad patriā. ei tormentū est peregrinationis locus: etiā si blādus esse videatur. Vobis autē qui patriā queritis/ inter suspiria q̄ habetis/etiā gemitus audio humane oppressionis exurgere. Quod mira oipotentis dei dispensatione agitur: vt dum veritas per amorē vocat:mundus presens a seipso animū vestrū per tribulationes quas ingerit repellat:tantoq̄ facilius ab amore huius seculi mens exeat:quāto et impellitur dū vocatur. Itaq̄ quod cepistis/hospitalitatis curā impēdite. In orationes ⁊ lachrymis instantissime laborate. Eleemosynis(quas semper amastis)iam nūc largius atq̄ vberius operā date: vt tāto post in retributiōe crescat vobis fructus operis/quāto hic excreuerit studium laboris.

M

Gregorius Melito abbati. Dat mādata Augustino episcopo porrigenda. Capitulum.lxxi.

Epl'a.lxxi.

POst discessum cōgregationis nostre que tecum est/valde sumus suspensi redditi : quia nil de prosperitate vestri itineris audisse nos contigit. Cū vero vos deus oipotens ad reuerentissimū virū fratrē nostrū Augustinū episcopū pduxerit : dicite ei q̄ diu mecū de causa Anglorū cogitās tractaui: videlicet quia fana idolorū destrui in eadē gente minime debeāt

A

sed ipsa que in eis sunt idola destruantur. Aqua benedicta fiat: in eisdem fanis aspergatur: altaria construant: reliquie ponantur: quia si fana eadē bene cōstructa sunt/ necesse est vt a cultu demonū in obsequium veri dei debeant cōmodari: vt dū gens ipsa eadē fana sua nō videt destrui: de corde errorē deponat: et deū verū cognoscēs/ ac adorans: ad loca que cōsueuit: familiarius cōcurrat. Et quia boues solent in sacrificio demonū multos occidere/ debet his etiā hac de re aliqua solennitas immutari: vt die dedicationis vel natalicio sanctorū martyrum quorū illic reliquie ponuntur/ tabernacula sibi circa easdē ecclesias: que ex fanis cōmutate sunt/ de ramis arborum faciant: et religiosis cōuiuijs solennitatē celebrent. Nec diabolo iam aialia immolēt: sed ad laudem dei in esu suo aialia occidant: et donatori oīm de satietate sua gratias referant: vt dum eis aliqua exterius gaudia reseruātur: ad interiora gaudia cōsentire facilius valeāt. Nam duris mentibus simul oia abscindere impossibile esse nō dubium est: quia is qui locū summū ascendere nititur: gradibus vel passibus non autē saltibus eleuatur. Sic israelitico populo in egypto dñs se quidē innotuit: sed tamē eis sacrificiorū vsus: quos diabolo solebat exhibere/ in cultu proprio reseruauit: vt eis in sacrificio suo aialia immolare preciperet: quatenus cōmutātes aliud de sacrificio amitterēt: aliud retinerēt: vt etsi ipsa essent aialia que offerre consueuerāt: verūtamen deo hec et nō idolis immolarēt: iam sacrificia ipsa non essent. Hec igitur dilectionē tuam predicto fratri necesse est dicere: vt ipse in presenti illic positus perpendat qualiter omnia debeat dispensare.

B

Gregorius Claudio abbati. Precipit vt Romam quantocyus veniat. Capitulum.lxxij.

Epistola lxxij.

Veniente viro reuerētissimo Seuero epō/ tuā quoque dilectionē credidi ad beati Petri apostolorū principis limina pariter venire: quia et ita mihi fuerat nunciatum/ et valde exinde nuncio letabar. Sed credo te occupationibus monasterij prepeditū: et idcirco ad me minime venisse. Epistolas vero quas dilectio tua ante hoc tempus transmiserat accipiens (sicut voluisti) secreto relegi. Sed de tribus psonis de quibus scripseras/ nihil vidi esse possibile: de ea maxie persona que hic apud me fuit/ non suspicor posse aliquid tale vtiliter fieri: que aut nature simplicitate: aut negligentia torpere mihi visa est. Et ideo dilectio tua si quid valet illic requirat: et sollicite disponat: atque ad me veniat. Si vero venire nō valet: vel post aliquātum tēporis venire debet: vt vsque ad quinque vel sex mēses (si vita comes fuerit) mecū faciat: et postea ad propria reuertat. Omnipotentis dei gratia ab omni te aduersitate custodiat.

Gregorius Petro episcopo Hidrūtino. De reliquijs sancti Leucij. Capitulum.lxxiij.

Epistola lxxiij.

C

Opportunus abbas monasterij sancti Leucij qđ in quinto Romane vrbis miliario situm est: sanctuaria eiusdē martyris que de ecclesia nominis ipsius dicata (vt astruit) furto ablata sunt/ sibi denuo postulat debere cōcedi: vt in loco eodē recondātur. Et ideo frater charissime quia eiusdē beatissimi martyris corpus in brundusij ecclesia/ cui visitationis impendis officiū/ esse dinoscit: prefati viri desiderijs ex nostra te preceptione cōuenit obedire: vt in deuotione quā postulat sortiatur effectum.

Gregorius Bonifacio defensori Corsice. De Alerie atque adiacio ciuitatib⁹ sine episcopis. Capitulū.lxxiiij.

Epistola lxxiiij.

Experientia tua nō sine culpa est quia Alerie atque Adiaciū ciuitates Corsice diu sine episcopis esse cognoscēs/ clerum et populū earū ad eligēdum sibi sacerdotē distulerit cōmonere. Que quoniam sine proposito amplius non debēt esse rectore: presenti auctoritate suscepta/ clerū et populū singularum ciuitatū hortari festina: vt inter se dissentire non debeāt: sed vno sibi consensu/ vnaquaque ciuitas consecrandum eligat sacerdotem. Et facto decreto ad nos is qui fuerit electus adueniat. Si autē in vno cōsentire noluerit: sed in duorum se electione diuiserint: similiter decretis ex more ad nos facti adueniāt: vt requirētes de vita actu et morib⁹ eorū: is qui vtilior visus fuerit/ ordinet. Quia vero multi illic pauperes opprimi ac pati preiudiciū perhibentur: experiētia tua sollicitudinē gerat/ et grauari eos contra iustitiam non permittat: sed ita studeat: vt nec agētes cōtra rationem impediri: nec hi cōtra quos agitur/ iniuste valeant dispendiū sustinere. Preterea peruenit ad nos quia quidā clericorū et illic positos laicis teneant. Quod si ita est/ tue hoc culpe noueris reputari: quia hoc fieri si homo esses/ nō habuit. Et ideo de cetero sollicitudinē te habere necesse est: vt hoc fieri non permittas: sed si quis contra clericū causam habuerit: epm ipsius adeat. Qui si forte suspectus fuerit: executor vel ab ipso: aut si et hoc actor refugerit/ a tua est experiētia deputandus: qui partes sibi mutuo consensu iudices cōpellat eligere. A quibus quicqđ fuerit definitū/ ita vel tua vel episcopi sollicitudine/ seruata lege/ modis oibus cōpleatur: vt nō sit vnde se possint litigijs fatigare.

D

Gregorius Barbare et Antonie. De eo quia eas cōmendauerit Joāni episcopo et Romano defensori. Et de xenio ab eis sibi transmisso. Capitulum.lxxv.

Epistola lxxv.

Susceptis epistolis vestris/ omnimodo cognita vestra sospitate letatus sum: atque omnipotētem deū deprecor quia vos et a malignis spiritib⁹ in cogitatiōe: et a peruersis hominib⁹ atque ab oī contrarietate sua protectione custodiat: sicque vos cum timoris sui gratia dignis coniunctionib⁹ ordinet: vt oēs nos in vestra ordinatiōe letificet. Vos autē dulcissime filie in eius adiutorio spem vestrā ponite: et sub vmbra defensionis illius semper et orando et bene agendo malorum hominū insidias declinate. Quecūque enim humana solatia vel aduersitates fuerint: nulla sunt: nisi aut eius gratia protegat: aut eius offensa perturbet. In nullo igitur hominū spem ponatis: sed totā mentē in fiducia dei patris oipotētis adstringite. Nobis ergo dormiētib⁹/ ille vos ptegat: de quo scriptū est. Ecce nō dormitabit neque dormiet qui custodit isrel. Quia autē ad beati Petri apostolorū principis limina festinare vos dicitis: opto vos nimis: et estuantis animi desiderio expecto: vt dignis meritis iunctas vos in eius ecclesia videā: quaten⁹ et vos de me solamē aliquantulū: et ego de vestri psentia nō paruā leticiā acquirā. Viro autem reuerētissimo fratri meo epō Joanni/ et Romano defensori causas vestras studui cōmēdare: vt quia ceperūt/ deo auctore debeant perficere. Xenia autē vestrā duas racanas: quas de labore vestro esse mādastis/ libēter accepi. Sed tamen cognoscite quia non mihi mandatum credidi. Nam vos de labore alieno laudem queritis: quia fortasse adhuc ad fusum manum nunquam misistis. Nec tamē me res ista contristat: quia opto vt sanctam scripturā legere ametis: vt quādiu vos omnipotens deus viris coniunxerit/ sciatis qualiter viuere: et domū vestram quomodo disponere debeatis.

E

Psal.cxx.

Expliciunt epistole Indictionis quarte.

Sequitur liber decimus.

Incipiunt epistole Indictionis quinte: ex registro beati Gregorij pape.

Gregorius episcopus seruus seruorū dei Dñico Carthagiū. de exhortatione pastorali. Capitulum.j.

F

Epla.j.

Quam copiosa cordis vestri sit charitas/ lingua interprete demōstrat: dū sic ei⁹ suauitate epistolarū vestrarū verba cōditis: vt dulce et iocūdū sit omne qđ scribitis. Unde fit: vt fraternitatē vestrā quā corpore nō possum⁹: dilectiōis brachijs amplectamur. Nam qđ animis concordibus longitudo negat itineris/ prestat officiū charitatis. Et quoniā sicut amantissimorū fratrum sanitate reficimur: ita egritudine contristamur: oipotenti deo gratias agimus qui merstitiam nostrā nūcio consolatus est prosperorū. Qui audiētes vos infirmitatē grauissimā incurrisse/ priusque scripta vestra suscepissem⁹/ maiori tristitia tenebamur. Sed quādo de periculo mortis eripimur/ ad qđ frater charissime referuemur/ incertū est. Induciarū ergo tēp⁹ ad vtilitatem anime cōuertamus: et positurj venturo iudici rationes/ causam nostrā apud eum lachrymis et operib⁹ muniamus: vt securitatē de his que gessimus/ accipere mereamur. Nā et in causis secularibus ad hoc frequēter benignus cōcedit iudex inducias/ vt qui ante paratus nō fuerat/ postmodū parat⁹ ad iudicium veniat. Et quale

G est si qđ in terrenis iudicijs custodimus / pro salute aīe negligamus? Et ideo qr iuxta Joānis apostoli vocem: nullus sine peccato est / cogitationū illecebras / ligue incontinentiā / delictorū opera ad memoriā reuocemus: et dum licet / magno pulsatu iniquitatū nostrarū maculas deleamus: vt iustus et pius redemptor noster non iuxta merita nostra vindictam exerceat: sed sm misericordiā suā flectatur ad veniā. Et qui officiū nostrū sua solum flere non sufficit: nisi et de alienis sollicitudinē gesserit: curā in cōmissi gregis custodia studiosius impēdamus: et suadēdo / hortando / terrēdo / predicando: inquātū superna clementia vires donat / officiū implere opere festinemus: vt desideratū (creatore nostro largiēte) premiū expectemus. Sed quia boni aliquid operari sine diuino auxilio nō valemus: iunctis oīpotētem deū dilectissime frater precibus exoremus: vt in mandatorū suorū viam cum cōmisso grege gratia sua duce nos dirigat: atq; ipse nobis et intelligere et agere que sibi placita sunt concedat / qui misericordie sue dono nomē nos voluit habere pastorum. Preterea ex transmissione vestre sanctitatis / beati agillegi martyris benedictionē ea charitate qua nobis est a vobis transmissa percepimus.

¶ Gregorius Anthemio subdiacono. De Mattheo viro clarissimo. Capitulum. ij.

Epla. ij.

Quotiens digna cōsideratione / sustentationis causa / aliqua merentibus conceduntur / et deū letificāt / et ipsum dātū sine dubio largientē. H Ideo experiētie tue hac auctoritate precipimus / quatenus mattheo viro clarissimo scholastico. xij. solidos dare nō differas: quos tuis scito ratiōibus ꝓculdubio imputandos. Ita ergo cū gratiarū actione iussionē nostrā festinas iplere / vt nulla accipientē possit fatigare dilatio.

¶ Gregorius Anthemio subdiacono. De puero quodā de transmarinis educto. Capitulum. iij.

Epla. iij.

Lator presentiū Gallus nauclerus oblata nobis petitione noscitur intimasse: asserens puerum se quēdam de Sicilie partibus veniente orationis gratia ad campanie partes perduxisse: qui in misenati portu coniungēs illic in monasterio conuersationis causa sese retinuit. Quē cū hic de conditione sua pro sui periculo diligēter inquireret: quantū astruit / iurisiurandi interueniente vinculo / liberū se / nulliq; conditioni obnoxium publica voce professus est. Pro quo ab actionarijs publicis se remeantē queritur esse cōstrictū: impetētibus cur seruū iuris publici furtim de illis partibus auferre presumpserit. Qui post illata sibi damna captionis / se quoq; ostendit obstrictū: vt eundē puerum ad partes illas quibus valeret viribus reuocaret. Unde pietatis causa permoti / hoc experiētie tua nos decreuisse cognoscat: vt ad panormitanas partes vbi res agitur / ipsum mancipiū: licet iam monachi habitū sumpserit / debeat reuocare: eiq; Fantino defensori nostro contradere: vt ipse quid de eo fieri debeat / sm preceptionis I nostre seriē: cuius et te quoq; textus poterit informare / subtiliter exequatur. A latore ergo presentiū experiētiā tuā volumus fideiussionē accipere / qui mancipiū ipsum in suas te manu suscipiēs: illic tibi in neapolitana ciuitate pro eo scriptis euidēter spondeat: q illum Fantino defensori nostro sine aliqua excusatione cōtradat: vt hac preueniēte cautela / et precator liber a cautionis sue reddatur vinculo: et causa mancipij (sicut constituimus) auxiliante domino disponatur.

¶ Gregorius Fantino defensori. De causa Maurentij magistri militum. Capitulum. iiij.

Epl. iiij.

Gloriosissimus filius noster Maurenti magister militū / causam se de massa gelina cōtra panormitanā ecclesiā habere queritur: et ad hoc latorē presentiū facto mādato transmisit: qđ debeat sine excusatione aliqua terminari. Ideoq; experiētia tua reuerentissimū fratrē et coepm victorē nostrū / seruato honore commoneat: vt aut pacifice causam ipsam sine dilatione studeat terminare: aut certe si vtilius sibi esse crediderit eam iudicio diffiniri / omni mora cessante / vicē sua psonā legaliter instituat: q de eadē massa apđ gloriosissimū filiū nostrū dñm Patriciū / et experiētiam tuam debeat subire iudiciū: vt causa possit (cognita veritate) distingui: aut certe alios sibi / si partes voluerit / te imminēte eligat cognitores. Et quicqđ medijs sacrosanctis euāgelijs ab eis fuerit statutū: ita lege seruata tua volumus ad effectū executiōe pduci: vt nihil inter partes remaneat: vnde post hec redeuntes possint litigio fatigari. K

¶ Gregorius Mariniano episcopo Rauēne. Dominus Maurentij cōmendat. Capitulum. v.

Epla. v.

Post q gloriosissimo filio nro Maurentio hoc apud vos solū potest sufficere / qđ eū nostrū esse propriū nō nescitis: qualiter ei a vobis sit concurrendū / scribere nō debemus. Sed ne data occasione / fraternitatē vestrā in causa ipsi⁹ ꝑtermittere videamur: latores presentiū cōmendantes hortamur: vt qr eos pro percipiēdo precario suo illuc noscitur trāsmisisse / vestra ope in oībus fulciatur. Cui vt melius prestare possitis: quia vos in multis esse non est dubium occupatos: Menā notariū qui bene nouit esse sollicitus deputate: vt ipse eos vro noie in cūctis vbi necesse fuerit studeat adiuuare: qr qđ agere debeāt / dat osibi capitulari (vt phibent) sunt instructi. Cūq; ego sanctitatē vestrā sua in presenti relatione informauerim: ita vos in eius causis impendite: vt sicut et nos de fraternitate vestra certi sumus / et ille omnino confidit: vobis suffragātibus vtilitas ipsius (deo adiutore) salubriter peragatur.

¶ Gregorius Theodorico curatori. Maurentiū magistrum militum commendat. Capitulū. vj.

Gregorius Romano defensori:Anthemio subdiaco no:et Sauino subdiacono. Romanum cum hominibus suis commendat. Capitulum. xlij.

K

Epl. xlij.

Ea que sponte prebere nos cōuenit/petiti nega re non possumus. Et ideo q2 gloriosus filius no ster Romanus ex pretore possessiones suas et hoies qui in illis sunt partib9/vestre voluit experientie commendari;hac vobis preceptione mandamus/vt pos sessiones hominesqꝫ ipsius seruata equitate tueri nō de sinatis;atqꝫ ita in oibus causis vtilitatibusqꝫ ipsius cō currere ac solatiari studeatis:quatenus et ille se hac ad iutum cōmendatione cognoscat:et salubriter iniūcta ex hibuisse comprobemini.

Gregorius Deodato epō Mediolanensi. De lumino sa ancilla dei/et testamēto eius. Capitulum. xliij.

Epl. xliij.

Nulli dubium est:q2 sicut sacerdotib9 res i epa tu acquisitas/nulla est alienādi licētia:ita de eis quas ante habuerit/ꝗcꝗd iudicare volue rint:non vetantur. Itaqꝫ fraternitatē vestrā tpe quo ad nos fuit/questā esse recolimus:ꝙ̄ quedā immobilia que Constātius decessor vester luminose ancille dei filie fra tris sui testamēti serie legati titulo dereliquit:iam epo acquisisset:decreuissetqꝫ nos vt si hoc cōstaret/nullū ex his ecclia vestra preiudicium pateret. Nō et vos oportet re colere:⁊ molestiā aliquā predicte ancille dei non facere: nec ei sine cognitiōe de his que possidet/quicꝙ̄ auferre. Sed si hoc ecclesie vestre actores probari posse cōfidūt/ vris nobis eplis indicate:vt qualiter hoc ipm constare debeat disponamus:dūmodo(cognita veritate)nec ec clesia vr̄a pati preiudiciū:nec illa iniuste videat affligi: quia(ꝙ̄tum aliqui ꝓhibēt)hoc supradictus decessor ve ster nō in epatu/sed dum adhuc esset diaconus acqsiuit. Unde necesse est vt(sicut diximus)facta probatione de beat cōstare qđ verū est. Eandem vero ancillam dei fra ternitati vestre cōmēdamus:vt a nullo eā patiatur gra uari vel opprimi:ne si inquietata fuerit/ex hui9 cause oc casione hoc pati qđ non decet existimet. Et ideo si quid forte fuerit qđ debeat emendari/aut plano adhortatio nis vestre moderamine corrigatur/aut certe nobis sub tiliter nuncietur:quatenus ⁊ vos ab inuidia sitis extra nei:et nos qđ conuenit facere nullatenus omittamus.

L

Gregorius Fantino defensori. De capitib9 equarum Florentino dandis. Capitulum. xliiij.

Epl. xliiij.

Experientiam tuā iam credim9 cognouisse:dile ctissimū filiū nostrū seruū dei diaconū heredē sanctā Romanā eccliam:cui(deo auctore)de seruim9/reliquisse. Et q2 legati titulo quattuor equarū capita luminose ancille dei proxime sue dari constituit: atqꝫ nos petēte dilectissimo filio nostro Florentino dia cono xenodochio anichioꝝ/cui preesse dinoscit/decem equaꝝ capita cū emissario suo pręcuidim9 largiēda:hac tibi idcirco preceptione mandam9:vt latori presentium qui ad hoc illic ex opere missus est/tam quattuor ꝗ legata sunt/ꝙ̄ decē equarū capita quas xenodochio cōcessim9 de equabus prefati quidem diaconi simul ⁊ emissarium sine aliqua debeas excusatione vel mora contradere.

M

Gregorius Gennadio patricio. Droctulfum de hosti bus reuersum commendat. Capitulum. xlv.

Epl. xlv.

Droctulfus presentium portitor de hostib9 ad rem publicam veniens/opinionis vestre:que longe lateqꝫ diffusa est:bono succensus/ad ex cellentie vestre obsequia summo desiderio festinauit oc currere. Et qm̄ nostris se apud vos poscit epistolis cōmē dari:paterna dulcedine salutātes petimus vt cum sicut deus vobis in cor miserit ac vtile fuerit/excellentia ve stra ordinare dignetur:quaten9 bona que de nobis etiā positus adhuc inter hostes audiuit/in se valeat experi ri:et excellentie vestre ei9 quoqꝫ ante oipotētis dei ocu los inter ceteras merces accrescat.

Gregorius Venantio patricio. De factis Sansonis exponendis. Capitulum. xlvj.

Epl. xlvj.

Desideratissime excellētie vestre scripta susce pi:in quibus tātū de absentis collocutione gaui sus sum:ꝙ̄tum ipm qui locut9 est:semper mihi cupio esse presentem. Voluistis ꝙ̄ quedam de Sansonis fa ctis allegorice dissererētur:sed tāta mihi debilitas corpo ris accidit/vt si qua subire valuerint/exercere anim9 nō assurgat. Bono aūt desiderio vestro cōgaudeo:q2 vū ex

A positionem sacrorum librorum cupitis: ꝙ stricte ipsum auctorẽ eorũdem librorum queritis/demonstratis. Si igitur vires salutis accepero/auctore omnipotẽte dño vestris desiderijs parebo. Deus aũt vt in cunctis actib⁹ vestris gratia vos supernis custodiat: quatenus in bono opere aspirãdo vos repleat/et adiuuando confortet.

¶ Gregorius Pantaleoni notario. De argento ecclesiarum secum deferendo. Capitulum.xlvij.

Epl.xlvij. Expectabamus vt nos experiẽtia tue de argẽto ecclesiarum / vel alijs quas inuenit rebus omnino subtiliter redderet certiores: vt eius renũciatione qd fieri debuisset / deliberare minutius potuissem⁹. Sed non nos ita renũciatio tua vt oportebat instruxit. Cure ergo tue sit: vt argẽtum ecclesiarum qd clerus et populus habet/apud quos preuideris / in cimiliarcho ecclesie sub omni sollicitudine atque cautela depones: atque de eodem deposito inde susceptũ accipias. Argẽtũ vo ecclesiarum qd pro pcijs a clero et pplo destitutum est/tecũ huc defer. Si forte tres aut quattuor clerici de ipsis ecclesijs cognoueris remansisse: facias notitia /qs/qlis est /vel vbi habitat/nobis defer: vt eis si necessarium viderimus/ quid singulis annis accipere valeãt/statuere valeamus. Res vo que vetustate perire possunt /tecum similiter defer: vt ex eis qd vtile visum fuerit/disponatur. Tu autẽ ꝓtegẽte dño inuẽta nauigij prosperitate reuertere.

¶ Gregorius Romano defensori. De presumptione tõsuratoris in Sicilia. Capitulum.xlviij.

Epistola xlviij. B Peruenit ad nos q tõsuratores in Sicilia praua sibi ꝑsumptione nomen defensorum sumerẽt: atque eos nõ solũ vtilitatib⁹ ecclesiasticis nõ esse vtiles/sed etiã hac occasione multa indisciplinata committere. Proinde experientie tue pñti auctoritate precipimus/vt hoc diligẽter inquirat. Et si quos sibi/ꝑter eos q huius rei epistolas habẽt/hoc denuo nomen vsurpare reperit: districta illũ emẽdatione cõpescat. Si vo quosdã strenuos ac fideles in ecclesiasticis negocijs esse ꝓbaueris: subtiliter nobis de eis te renũciare necesse est: vt vtrum digni sint epistola iudicem⁹. Preterea a Fortunato de his que gessit/rõnes subtiliter perscrutari te volumus: et satisfactis oibus que debere constiterit: cum per patrimonium vel actionẽ aliquã ecclesie nostre transire vlterius non pmittas: qr ita se (quantum ad nos peruenit) exhibuit: vt comune aliquid deinceps cum nostris habere nõ debeat. Preterea nũciatum est nobis Martinianum quẽdam q nomen sibi defensoris assũpsit: fratri et coepo nro Ioanni: cui curã patrimonij nostri cõmiseramus: exhibere obediẽtiam distulisse. Require ergo: et si verũ est/ exilio trãsmittatur: vt ex cuius ecclesia honoris sibi falsum nomen arripuit/administrãdi vtilitates ipsius/minime obedisse/impunitum non sit. Sed et si qui sunt alij ordinationi memorati fratris nostri inobediẽtes: districta in eos vltione modis omnibus vindicate.

¶ Greg. romano defensori. De violẽtia luminosi. c.xlix.

Epl.xlix. C Luminosus pãtium possitor violẽtiã se/vxorẽque suam a Salustio viro clarissimo asserẽs sustinere; huc necessitate eadẽ faciẽte venire cõpulsus est. Unde qr seruum sancte Marie qd est parochie Numentine se esse asserit/necesse est vt ecclesiastica tuitione valletur. Experiẽtia itaque tua pfato supplici ecclesiastica non desistat impartire solatia: eũque de quo queritur admonere / quatenus se ab eorum inquietudine cõpescat. Sin vero est quod sibi in eis rationabiliter dicat posse competere: electorum iudicio terminet: tuncque quicquid diffinitum fuerit /executione modis oibus impleatur.

¶ Gregorius Ioanni episcopo Syracusano. De redditibus ecclesie suscipiendis. Capitulum.l.

Epl.l. Filij nostri paschasius vir magnificus/et bilcho vir clarissim⁹ cõquesti sunt nobis sanctitatem vestram redditus q sancte Romane ecclesie debẽtur/non alibi nisi aut in suburbano ciuitatis: aut in massa que dr Gelas velle percipere. Qd ego non ita actũ intelligo: sicut hi q murmurant putãt. Scio enim sapiẽtiã fraternitatis vre: et idcirco vos arbitror talia ꝓposuisse: vt p eãdem ꝓpositionem quoque in loco redditus vtiles potuissetis accipere. Laudo frater charissime intẽtionem charitatis tue: et vehemẽter amplector: qr sic curã ecclesie nostre agitis: que pfecto vestra est/sicut et vre/que nra est. Tñ nec in suburbano/nec de massa gelas: filij mei excellẽtissimi italica et domi⁹ venãtij redditus quos ꝓmiserũt sunt perdẽdi. Sed siue in syracusana/siue in panormitana parte dare voluerint: hoc solum vestra sanctitas sit intẽta/vt vtilcs per ois redditus accipiat: fm ꝓmissionem pacti vel cautionis quã misim⁹. Ita ergo sanctitas vestra prouideat: vt nec dilecti filij mei predicti derelictis suburbanis sibi necessarijs cõtristentur: nec nostra Romana ecclesia dãnum aliqd vel minorem vtilitatem in eorum redditũum pceptiõe sustineat. D

¶ Gregorius Anthemio subdiacono cãpanie. De vxore Stephani redimenda. Capitulum.lj.

Epl.lj. Stephanus presentiũ portitor q vxorẽ se ecclesie nostre ancillã habere ꝓhibet/octo se solidis ab accello seniore de hostib⁹ cõparatum innotuit. Et qr ad eorum restitutionẽ se inopẽ esse cõmemorat: experiẽtia tua diligẽter inquirat: et si ita esse cognouerit/nec habere vñ suũ possit preciũ reddere; cũ predicto seniore ad qntũ potueris ordinas: et precium ei qd tibi statuerit/ restitue: securus qr tpe q rõnes tuas positur⁹ adueneris de captiuorum redẽptiõe qd dederis/tibi restitui faciem⁹.

¶ Gregorius Eugenio diacono. De seruis dei Bleranae ciuitatis. Capitulum.lij.

Epl.lij. Erui dei monasterij qd i Blerana ciuitate est constitutũ de terris suggesserũt necessitatẽ se grauissimã sustinere. Et qr talibus nos ꝑsonis oportet ferre cõsultũ: experiẽtie tue hac auctoritate precipimus: quatenus appẽdicẽ que agellus dr: ex corpore masse gratilliane cũ suis finib⁹ eis debeas cõtradere: qd eis saluo iure ecclesie nostre in.xxvj. annorum spatiũ cõcessimus habere. Sed et terrulam modiorum.xxx. ex predicta massa quã pridem a nobis sibi datã possidere noscũtur/ pariter in pdicto annorum spatio/eos habere cõcedimus: quaten⁹ tali ꝓuisione / cõgregatio illic cõsistẽs hui⁹ rei valeat hre solatiũ. Experientia itaque tua hui⁹ pcepti auctoritate suffulta / pdictas terras eis tradere nõ moretur: vt liberiori aio in dei laudib⁹ valeãt permanere. E

¶ Greg. Felici epo portuẽsi. Ioannẽ famulũ dat. c.liij.

Epl.liij. Charitatis vestre grã prouocati/ne infructuosi vobis videamur existere: precipue cũ et minus vos hre seruitia nouerim⁹: ideo Ioãnem iuris ecclesiastici famulũ/natiõe Sabinũ/ex massa flauiana/ annorum plus minus decẽ et octo: quẽ nostra volũtate diu iam possidetis: fraternitati vestre iure directo donam⁹ atque cõcedim⁹: ita vt eũ habeatis/possideatis atque iure ꝓprietario vre vẽdicetis atque defendatis: et quicqd de eo facere volueritis (qppe vt dñi) ex huius donationis iure libero potiamini arbitrio. Cõtra quã munificentiam nre chartulã nũque nos successoresque nros nouerix esse venturos. Hãc aũt donationẽ a notario nro perscriptã legimus/atque subscripsimus: tribuentes etiã non expectata ꝓfessiõe vestra/quo volueritis tpe alligãdi licẽtiã legitima stipulatione et spõsione interposita. Actum Rome.

¶ Gregorius Venantio epo Perusino. De Ecclesio episcopo frigore laborante. Capitulum.liiij. F

Epl.liiij. Fratrem et coepm nostrũ Ecclesium frigore oino laborare cognouim⁹: pro eo q hyemalẽ vestẽ nõ habeat. Et qr aliqd sibi a nobis petijt debere transmitti: fraternitati tue ad hoc perlatorẽ presentiũ transmisim⁹ emphibalũ tunicã vel pectorale: vt a te ei debeat sine mora transmitti. Et ideo ad predictum fratrem nostrũ sub omni illũ celeritate stude transmittere: atque hoc ipm nobis: qr transmiseris: tuis renunciare eplis nõ omittas: sed ita fac vt ad transmittẽdum qr vehemẽs frigus est / morem aliquam minime facias.

¶ Gregorius Eulogio patriarche Alexãdrino. De cõuersione monophysitarum. Capitulum.lv.

Epl.lv. Latores presentiũ Siciliã veniẽtes / a monophysitarũ errore conuersi sunt: atque sancte vniuersali ecclesie semetipsos adunauerũt. Qui ad beati Petri aplorum principis ecclesiam pertẽdẽtes: popo scerũt a me vt eos meis eplis vre beatitudini cõmẽdare debuissem: quatenus ab hereticis q iuxta ipsos sunt: nullam iam violentiam perpeti pmittãtur. Et qr vnus eorum dicit monasteriũ in quo fuit/a parẽtib⁹ suis fuisse cõstructum: auctoritatẽ desiderat a sanctitate vestra pcipere: vt hi q in eo sunt heretici / aut ad sinum sancte ecclesie redeãt /aut de eodem monasterio repellãtur. Hec a nobis vobis indicata esse sufficiat. Nam pe vestra beatitudine

G noluimus: qr quicquid ad zelum dei oīpotētis pertinet/ cum omni facere feruore festinet. Pro me do vt oretis peto: qr inter gladios longobardoꝝ quos sustineo/ podagre doloribus vehementer affligor.

Joannis epi ad Gregorium papam. De vsu pallij/ et diuersis ornatibus. Capitulum lvj.

Epi.lvj. Reuerentissimus conseruus meus Castorius apostolice sedis vestre notari' reddidit mihi dñi mei epistolam cōfortem mellis et vulneris. Que sic tamen infixit aculeos: vt locum nō subtraheret medicine. Nam qui superbiam/ diuinum sequēs iudiciū/ reprehendit: merito se mitem ac placidum quodāmodo ꝓfitetur. Commemorat is igitur q ego nouitatis ambitione/ pallij vsum supra q̄ antecessorib' meis indultum fuerat/ vsurpassem. De ꝓprij dñi mei cōsciētia: que diuina regitur dextera: nullo modo credere patiar: nec opinionis incerto aures sacratissimas aperire. Primum licet peccator: noui tamē q̄ graue sit terminos nobis a patribus affixos transcendere: et q oīs elatio nihil aliud habeat q̄ ruinam. Nam si maiores nostri in regibus superbiam non tulerūt: q̄to magis non est in sacerdotib' sustinenda? Deinde recolo me in sinu atq; in gremio sacrosancte ecclesie vestre romane et nutritum/ et deo auxiliante ꝓuectum. Et quibus ausibus ego sanctissime illi sedi: que vniuersali ecclesie iura sua transmittit/ presumpserim obuiare: ꝓpter cui' conseruādam auctoritatem

H (sicut deo manifestū est) multoꝝ cōtra me inimicoꝝ iniquitatem grauiter excitaui. Sed beatissimus dñs me' nihil me cōtra priscam cōsuetudinem existimet attentasse: qđ a multis et ꝓpe ab oīb' ciuib' hui' vrbis attestatur: inter gesta etiā si acquieuisset/ et supra scriptus reuerētissimus notarius potuerat attestari: qm̄ iam de secretario descēdētibus filijs ecclesie: et ingredientib' diaconibus vt mos ꝓcedatur: tūc primus diaconus epō Rauēnatis ecclesie pallium cōsueuit induere: quo et in letanijs solēnibus vti pariter consueuit. Nullus ergo cōtra me dño meo conetur surripere: quia si vult (deo custode) non esse potest q a me aliqua nouitas fuisset introducta. Qualiter em̄ iussionib' vel vtilitatib' vestris vbi causa exegerit paruerim: oīpotēs deus cordi vestro purissimo faciat manifestum: et hoc peccatis meis imputo: q post tot labores atq; angustias quas intus foris q; sustineo: talem vicissitudinem merear inuenire. Sz iterum me illa res inter alia consolatur: q interdum sanctissimi patres ob hoc tantūmodo castigāt filios suos: vt eos faciāt potiores: et post hāc deuotionem ac satisfactionē sancte Rauennati ecclesie que peculiariter vestra est: non solū vetera priuilegia cōseruetis/ sed et maiora vestris tēporib' conferatis. Nam qđ de mappulis a presbyteris et diaconibus meis presumptum apostolatus vester scripsit: vere fateor: tedet me aliquid exinde cōmemorare: cum per se veritas/ que apud dñm meum sola preualet/ ipsa sufficiat. Nam cū hoc minorib' circa vrbem cōstitutis ecclesijs licitum sit/ poterit etiā apostolat' mei dñi si venerabilem clerū prime ap̄lice sedis sue requirere dignatur/

I modis oīb' inuenire: qr quotiēs ad ep̄atus ordinationē seu respōsi sacerdotes vel leuite Rauennatis eccle Romam venerūt: q oēs in oculis sanctissimoꝝ decessoꝝ vestroꝝ cū mappulis sine reprehensione aliqua ꝓcedebāt. Quare etiā eo tēpore quo isthic a predecessore vestro peccator ordinatus sum: cuncti p̄bri et diaconi mei in obsequium dñi pape mecum ꝓcedētes vsi sunt. Et qr preuidens de' noster oīa in manu vestra/ et in cōscientia purissima collocauit: adiuro vos per ipsam sedem ap̄licam/ quam a natura morib' nūc etiam honore debito gubernatis: vt in nullo Rauennati ecclesie que familiariter vestra est/ pro meo merito priuilegia quib' hucusq; vsa est minuatis: sed ꝯm vocē ꝓpheticam: in me et in domo patris mei ꝯm suum meritum trāsferatur. Quia ergo vniuersa priuilegia que sancte Rauēnati eccle a predecessorib' vestris indulta sunt/ pro maiori satisfactione sublecti i scrinijs venerabilib' ꝯm cōsecrationem decessoꝝ meoꝝ tēpora fidem nihilominus reperietis: nūc do in dei et vestra est potestate/ quicqđ veritate cognita fieri iusseritis: qm̄ ego iussionib' apostolatus dñi mei parere desiderans: q̄uis antiqua consuetudo obtinuit: vsq; ad sanctam iussionem abstinere curaui.

Exemplum precepti generalis. Capitulum lvij.

K Dilectissimo fratri petro Gregorius. Omni cō

Epi.lvij. uenire nouimus rationi: vt eos amictu pallij decoremus: quos in illis ciuitatib' (diuina inspirāte mia) sacerdotij honor illuminat: in quibus hoc etiā ab illis q preteritis tpib' pontifices fieri meruerūt/ et ab ap̄lica sede cōstat esse indultum. Ideoq; charitati tue vsum pallij sicut decessores tui habuisse noscūtur/ presenti auctoritate cōcedim': atq; ea oīa circa honoris tui priuilegium volumus permanere: que anteriorib' tēporib' eccl'ie tue cōstat esse seruata: vt nihil prorsus de priuilegijs ei' doleas diminutū. De' te icolumē custodiat.

Explicit ep̄le Indictionis quinte.

Sequitur Liber vndecimus.

Incipiūt epistole Indictionis sexte ex Registro beati Gregorij pape.

Gregorius De Foca coronato et Mauricio interfecto cum filijs suis. Capitulum primum.

Epi.i. In noīe dñi dei et saluatoris nostri Jesu x̄pi per indictionem sextam die xxiij. mēsis nouēbris / tēporibus dñi et beatissimi pape Gregorij coronatus est Focas: et Leontia augusta septimo palatio qđ dr̄ Secūdianas: et occisus est Mauricius imperator: cū oīb' filijs suis masculis. i. Theodosio iam coronato: Tiberio: Petro: Paulo: et Justiniano simul et Petro fratre supra scripti Maurici augusti. Sed et aliqui ꝓcerū que ei coherebāt. i. Cōstanti'

L patricius: et curator de Placidias/ sed et Georgi' notarius principis. Venit aūt icona suprascriptoꝝ Foce et Leontie augustorum Romam. vij. cal. maij: et acclamatū est eis in lateranis/ in basilica Julij ab omni clero vel senatu: Exaudi x̄pe. Foce augusto: et Leontie augusta vita. Tunc iussit ipsam iconam dñs beatissimus et apostolicus Gregorius papa reponi in oratorio sancti Cesarij martyris intra palatium.

Sermo beati Gregorij pape tempore mortalitatis. Vt plebs faciat septem letanias diuisim ꝯm status in vno die. Capitulum ij.

Epi.ij. Oportet fratres charissimi: vt flagella dei que metuere ventura debuimus/ saltem presentia et experta timeam'. Cōuersiōis nobis aditum dolor aperiat: et cordis nostri duritiā ipsa iam quā patimur pena dissoluat. Vt em̄ ꝓpheta teste predictum est:

Ezec.ix. Peruenit gladi' vsq; ad aiam. Ecce em̄ cūcta plebs celestis ire mucrone percutitur: et repētina singuli cede vastātur. Nec languor mortē preuenit: sz languoris moras (vt cernitis) mors precurrit. Percussus q̄sq; ante rapi

M tur/ q̄ ad lamēta penitētie cōuertatur. Pensate q̄ qualis ad cōspectum districti iudicis peruenit: cui non vacat flere qđ fecit. Habitatores quippe nō ex pte subtrahuntur/ sz pariter corruūt. Domus vacue relinquūtur: filioꝝ funera parētes aspiciūt: et sui eos ad interitum heredes precedūt. Vnusq̄sq; ergo nostrum ad penitētie lamēta confugiat: dū flere ante percussionem vacat. Reuocemus ante oculos mētis quicqđ errando cōmisimus: et qđ nequiter egimus/ flendo puniamus. Preueniam' faciem ei' in cōfessiōe: et sicut ꝓpheta admonet: Leuemus corda nostra cū manib' ad deū. Ad deū quippe corda cum manib' leuare/ est orationis nostre studium cum merito bone operatiōis erigere. Dat pfecto/ dat tremori nostro

Eze.xviij fiduciam: q per ꝓphetam clamat: Nolo mortem peccatoris sed vt conuertatur et viuat. Nullus aūt de iniquitatum suaꝝ immanitate desperet. Veteranosas nāq; niniuitarū

Mathei xxvij. culpas triduana penitētia abstersit: et cōuersus latro vite premia etiā in ipsa sententia sue mortis emeruit. Leuemus igit corda: et presumam' nos iam percepisse qđ petimus. Citi' ad precem iudex flectitur: si a prauitate sua petitor corrigatur. Imminēte ergo tāte animaduersionis gladio nos importunis fletib' insistamus. Ea nāq; que ingrata esse hoīb' importunitas solet: iudici veritatis placet: qr pius ac misericors de' a se vult veniā precibus exigi: q quantum meremur/ non vult irasci. Hinc

Ps.xlix. etem̄ per psalmistā dr̄: Inuoca me in die tribulationis tue: et eripiā te: et magnificabis me. Ipse ergo sibi testis est: q invocantib' misereri desiderat: qui monet vt inuocetur. Proinde fratres charissimi cōtrito corde: et corre

B ctis operib⁹ crastina die primo diluculo ad septiformē letaniā iuxta distributionē inferius designatā deuota mente cū lachrymis veniamus. Nullus vestrū ad terrena opera in agros exeat: nullus quodlibet negociū agere presumat: quatenus ad sancte genitricis dñi ecclesiā conuenientes: qui simul oēs peccauimus / simul oēs mala que fecimus deploremus: vt district⁹ iudex dum culpas nras nos punire cōsiderat: ipse a sentētia proposite dānationis parcat. Letania clericorū exeat ab ecclesia beati Joannis baptiste. Letania virorū ab ecclesia beati martyris Marcelli. Letania monachorū ab ecclesia martyrū Joannis et Pauli. Letania ancillarū dei ab ecclesia beatorū martyrū Cosme et Damiani. Letania feminarū coniugatarū ab ecclesia beati primi martyris Stephani. Letania viduarū ab ecclesia martyris Vitalis. Letania pauperum ⁊ infantiū ab ecclesia beate martyris Cecilie. Facta sunt hec in basilica sancte Sabine sub die.iiij.cal. Septembris Indictione.vj.

¶ Gregorius dilectissimis filijs romanis ciuibus. De hoc q̄ si necesse fuerit / corpus dñico die lauare possint / sicut et facie. Et de sabbato non custodiēdo. Capitulum.iij.

Epl.iij. Peruenit ad me / quosdā peruersi spūs homines praua inter vos aliqua ⁊ sancte fidei aduersa seminasse: ita vt die sabbati aliqd operari phiberent. Quos quid aliud nisi antixpi predicatores dixerim? Qui veniēs / diem sabbatum atq̄ dñicum ab omni faciet opere custodiri. Quia eni mori se ⁊ resurgere simulat / haberi in veneratione vult dñicum diem: et q2 iudaizare populū cōpellit: vt exteriorē ritū legis reuocet: et sibi iudeorū perfidiā subdat / coli vult sabbatū. Hoc enim quod per pphetam dr̄: Ne inferatis onera per portas vestras die sabbati: tādiu teneri potuit / q̄diu legem licuit iuxta litteram custodiri. At postq̄ gratia oīpotētis dei dñi nostri Jesu xpi apparuit: precepta legis que per figuram dicta sunt / iuxta litterā seruari nō possunt. Nam si qs dicit hoc de sabbato seruandū: dicat necesse est etiā carnalia sacrificia pfoluēda: dicat preceptum quoq̄ de circūcisione corporis hucusq̄ retinēdum. Sed cōtra se Paulum apl̄m audiat dicētem: Si circūcidamini / xps vobis nihil prodest. Nos itaq̄ qđ de sabbato scriptum est / spiritaliter accipim⁹ / spiritaliter tenemus. Sabbatum eni requies dr̄. Verum aūt sabbatum ipm redēptorem nostrū Jesum xpm dñm habem⁹. Et q̄ lucem fidei ei⁹ agnoscit / si peccata concupiscētie ad mētem per oculos trahit: in die sabbati onera per portas introducit. Non ergo in die sabbati per portas introducim⁹ onera / si in redēptoris nostri gratia cōstituti: pondera peccati ad aiam per sensus corporeos nō trahamus. Nam idem dñs ac redēptor noster multa in die sabbati legitur operatus: ita vt iudeos reprehēderet dicēs: Quis vestrum bouem aut asinum suum non soluit in die sabbati / et ducit adaquare? Si ergo ipsa per se veritas non custodiri iuxta litteram sabbatum precepit: quisq̄s ocium sabbati sm̄ legis litteram custodit: cui alteri nisi ipsi veritati cōtradicit? Aliud quoq̄ ad me perlatum est vobis a puersis hoib⁹ esse predicatum: vt dñico die nullus debeat lauari. Et quidem si pro luxu animi ⁊ voluptatis quis lauari appetit: hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si aūt pro necessitate corporis: hoc nec dñico die prohibemus. Scriptum nāq̄ est: Nemo carnem suam odio habuit: sed nutrit ⁊ fouet eam. Et rursum scriptū est: Carnis curam ne feceritis in cōcupiscētijs. Qui igitur carnis curam in concupiscentijs fieri prohibet: profecto in necessitatib⁹ concedit. Nam si dñico die corpus lauare peccatū est: lauari ergo die eodem nec facies debet. Si autem hoc in corporis parte conceditur: cur hoc exigente necessitate toto corpori negetur? Dominico vero die a labore terreno cessandum est; atq̄ oīmodo orationibus insistendum: vt si quid negligētie per sex dies agitur / per diem resurrectionis dominice precibus expietur. Hec filij charissimi certa constantia ⁊ recta predicti fide custodite: stultorū hoim verba despicite: et oia que ab eis dici cognoscitis / nolite facile credere: sed in rationis trutina pensate: vt dum erroris vento forti stabilitate resistitis: ad solida celestis regni gaudia peruenire valeatis.

De conse. dist.iij.ca. Peruenit. B. Dist.xvij. Gala.vj. Luce.xiij. C. De conse. dist.iij.ca. Placuit. §. Aliud. Ephe.v. Ro.xiij.

¶ Gregorius Adeodato abbati Neapolitano. De Craterensi monasterio suo iungēdo. Capitulum.iiij.

D Epl.iiij. Quātum bene dispositi fratrum cōgregationi animus noster ex interni desiderij intentione cōgaudet: tātum ex destitutis ⁊ pene in desolatione positis: vt pastoralis sollicitudinis eis citi⁹ cura subueniat: vehementi merore concutitur. Monachi siquidem monasterij qđ crateras dr̄: Neapolitane vrbi e vicino fundati / porrecta nos petitione informasse noscuntur: locū ipm ita pene funditus seruorū dei obsequijs destitutum: vt vix illic remanserint qui loci ipsius solūmodo valeāt esse custodes. Ob quam rem lachrymabiliter supplicātes a nobis poposcisse noscūtur: vt monasterio vestro ipm vnire monasterium deberemus: quaten⁹ per sollicitudinem tuā / et deinceps succedētibus alijs / locus ipse auctore deo regulari valeat ordinatione disponi. Sz dum huic rei frater ⁊ coepus noster Basilius Capuane ecclesie presens fuisset inuētus / extitit valde contrarius: asserēs locū ipm olim monasterio alij diocesis sue fuisse cōiūctum: et ideirco minime in alteri⁹ ecclesie ius debere contradi. Cōtra quā obiectionem Neapolitane rursus clerus ecclie multo esse aliter q̄ dicebatur oppositis allegationibus replicabat: quib⁹ diuersa sentientibus ne constituere quicq̄ dubie videremur: deputatis cognitoribus instituimus inter eos esse iudicium. Quibus renūciātib⁹ manifesta rōne cōperim⁹ fratrem et coepm nostrū Basilium nullū in predicto Craterensi monasterio ius habere. Quo cognito / monachis pia poscentibus / necessario duximus prebere cōsensum. Presentis itaq̄ precepti nostri auctoritate idem Craterense monasterium celle vestre cōstituim⁹ vniēdum. Hoc precipue cōmonētes / vt locus ipse ita cū diuino solatio per vos deinceps debeat ordinari: quatenus dū ab hoste licuerit / deputati a vobis illic monachi debeant iugiter in dei laudib⁹ permanere: perturbationis uo tēpore intra vrbem / in cellam quippe pprīam / reuocari. Res uo oēs eidem monasterio cōpetētes / diligēti volum⁹ cura pquiri atq̄ recolligi: easq̄ vt tibi visum fuerit / apte disponi. Nihilq̄ quod eidem monasterio cōpetit / a quoq̄ detineri pmittas: sed oia in tuo ecclesie / quippe iam tue / reformare non negligas: vt cunctis salubri ordinatione disposita: que deo placita ⁊ nostra sunt auctoritate suffulta / perpetuis maneāt inconuulsa temporibus.

E

¶ Gregorius Adeodato seruo dei. Permittit testamētum de rebus suis legitime facere. Capitulum.v.

Epl.v. Effectum iusta postulātib⁹ indulgere: et vigor equitatis / et ordo exigit rationis: presertim qn̄ petētium volūtatem ⁊ pietas adiuuat: ⁊ veritas non relinquit. Quia igitur prius q̄ in monasterio sancti Hadriani vbi es conuersus intrares / tertiā partē illic donationē emittere: domos / et hortos intra ciuitatem / seu terras sationales / vel vineas in fundo (sicut nos docuisti) carsiniano pariter ⁊ portiones tuas in fundo fullonisco: vel ex aliquib⁹ mancipijs tuis: quib⁹ ante concessa libertas est / verbo largitus es: ipsa quoq̄ donatio licet possit iure subsistere: precipue in hoc qđ ab illis tribuitur: qui cū pompis suis seculum relinquentes / ad dei se eligūt cōferre seruitium: tñ ne quid futurum tēpus obliuionis nubilo huic derogare quicq̄ valeat largitati: scripture hoc desideras tradere monumētis. Qđ vt queat robustum existere / a nobis tibi poscis dari licentiam. Idcirco hui⁹ tibi precepti nři pagina liberam tibi hoc faciēdi cōcedim⁹ facultatem: quaten⁹ dum oia a te fuerint expressa: et designatiōe tua nouerint esse sublata qđ cuctis modo cōmune est: et ipi sine cōtētione donata possideāt: et volūtas tua quid ad quem pertinere voluerit / esse non possit ambigua. Quicqd enī hmōi scriptura interueniēte feceris / firmum / stabileq̄ / et ex rei ipi⁹ veritate / et ex hac nostra auctoritate non dubites: quippe q̄ non nouum aliquid facere qđ lege est vetitum / sed dudum factum videris exprimere: et salubriter amputādi cause litigij litteraꝝ memorie seruanda reponere.

F

¶ Gregorius Januario episcopo Caralitano. De abbatissa Desideria. Capitulum.vj.

Epl.vj. Quando inter religiosas personas de terrenis reb⁹ controuersia nascitur: ita sacerdotali est sollicitudine finienda: vt crescere nō possit ex mora contētio. Desideria siquidem abbatissa latrix presentium huc veniēs questa est substātiam parētum suorum pariter ⁊ germani sui sibi rationabiliter competentem:

G

a Joanne abbate indebite detineri. Et quia eādem causam interueniēte petit iudicio terminari: fraternitas vestra adhibitis sibi Innocētio atq; Libertino fratribus coepiscopis nostris: cū eis negocij hui⁹ qualitatem diligenter examinet: et pari cōsilio communiq; tractatu ita se in diffiniendo ex omni latere festinet exhibere sollicitum: quatenus et ipsa omni inuidia fauoris ac negligentie careat: et inter illos post definitionem vestrā aliqd non possit litigiū remanere. Si vero aliqua ex lege vobis ad proferendam sententiam fuerit nata dubietas: sapientem virū/ et quē nostis dei timorem habere pre oculis/ requirite: vt ab eo quid sit legitimum informati: nullam reprehensionem vestre diffinitionis valeat calculus sustinere.

¶ Gregorius Eleutherio epo. Ut propter infirmitatem epus non deponatur/ nisi petierit. Capitulum.vij.

Epi.vij. vij. q.j.ca. Quis.

Quāuis triste nobis sit valde quod loquimur: atq; fraterna nos cōpassio flere potiꝰ vrgeat ꝙ aliquid de audit is fratre pmittet: suscepti tamen sollicitudo regiminis cor nostrum instāti pulsat aculeo: magna nos ecclesijs cura prospicere: et aucte; capposuit vtilitas deperire/ qd fieri debeat/ deo auctore disponere. Peruenit igit ad nos quibusdam referētibus/ quēdam epm ita passionem capitis incurrisse: vt qd mēte alienata agere soleat/ gemitus et fletus audire sit. Ne ergo languēte pastore grex (qd absit) insidiatoris lanidus dentibus exponatur: vel ecclesie ipsiꝰ vtilitates depereant: causa nos necesse est prouisione tractare. Et ideo qz viuentem epm ab officio suo necessitas infirmitatis non crimen abducit/ alium loco eius (nisi recusante eo) nulla sinit ratio ordinari. Sed si interualla egritudinis habere est solitus/ ipse data petitione non se vlterius ad hoc ministerium intellectum habere: nec ad alia officia subuertēte infirmitate posse fateatur assurgere: et alium in loco suo expetat ordinādum: quo facto olim solēniter electione alter qui dignus fuerit epus solenniter cōsecretur: sic tamen vt quousq; eundem epm in hoc seculo vita tenuerit: sumptus et debiti de eadem ecclesia ministrentur. Enimuero si nullo tēpore ad sane redit mētis officiū/ persona fidelis ac vite est probabilis eligēda: que ad regimen ecclesie idonea possit existere: atq; de animarum vtilitate cogitare: inquietos sub discipline vinculo restringere: ecclesiasticarū rerum curā agere: et maturum atq; efficacem se in oibꝰ exhibere. Qui etiam si epo qui nūc egrotat supstes extiterit/ loco eiꝰ debeat cōsecrari. Ordinationes vero pbror vel diaconor/ seu alteriꝰ ordinis si fieri in eadem ecclesia causa poposcerit/ fraternitati tue nouerit reseruādum: quatenꝰ si tue est diocreseos/ de eius qui ad hoc eligitur/ vita/ moribus/ actuq; perquiras. Et si placuerit: nec est qd in eo iudicium canonice districtionis reprehendat: ad destinatum ordinem non aliter nisi te ordinante perueniat. Ita ergo fraternitas tua faciat: atq; hec vigilantia prouidenti disponat: vt nec dei ecclesia neglectum vlteriꝰ habeat: et consacerdotes suos non solum verbis/ sed etiam exēplo locor venerabilium curam laudabiliter habere commoneat.

D

I

¶ Gregorius Brunichilde regine Francorum. De pace ordinādo. De Mēna episcopo. De quodam episcopo capitis infirmitate detento. De priuilegijs monasteriorum eius. Capitulum.viij.

Epi.viij.

Inter alia bona hoc apud vos pre ceteris tenet principatum: qz in medijs huiꝰ mundi fluctibꝰ qui regētis animos turbulēta solēt vexatione confundere: ita cor ad diuini cultus amorem et venerabilium locor disponēdam quietē reducitis: ac si vos nulla alia cura sollicitet. Unde qz huiusmodi prepositorū actio/ subiector magna solet esse munitio/ piꝰ alijs gētibus gentem Francor asserimus felicem: que sic bonis oibus preditam meruit habere reginam. Epistolis aūt vestris indicātibus agnoscētes ecclesiā vos sancti Martini in suburbano Augustudunensi/ atq; monasterium ancillarū dei: necnon et xenodochium in vrbe eadem construisse/ valde letati sumus: et grās oipotenti deo retulimus: q cordis vestri sinceritatem ad hec operāda cōpulit. Qua de re vt et nos bonis vestris in aliquo pticipes haberemur: priuilegia locis ipsis pro quiete et munitiōe illic degētium (sicut voluistis) indulsimus: nec excellentie vestre amplectēda nobis desideria/ vel ad modicum differre ꝑuliumꝰ. Paterna preterea charitate salutatio-

nis pcmittētes alloquium/ indicamus illustribꝰ filijs nostris: viro vero excellētie famulis ac legatis burgoaldo: et varmaricario nostrū nos ꝑm vestra scripta prebuisse secretum. Qui oīa que sibi iniūcta dixerāt: subtili nobis insinuatiōe referasse noscūtur. De quibꝰ cure nobis erit sequēti tēpore excellentie vestre quid actum fuerit indicare. Nam nos quicqd possibile et vtile ad ordinandum pacem inter vos et rēpublicam pertinet/ summa (deo auctore) cupimus deuotione cōplere. Mennam vero reuerētissimum fratrem et coepm nostrum/ postq; ea que de eo dicta fuerāt requirētes/ in nullo inuenimus culpabilem esse: q insuper ad sacratissimum corpꝰ beati Petri apli sub iureiurādo satisfaciēs/ ab his que obiecta eius opinioni fuerāt/ se demonstrauit alienum: reuerti illuc purgatum absolutūq; permisimus: qz sicut dignum erat vt si in aliquo reus existeret: culpam in eo canonice puniremus: ita dignum non fuit vt eū adiuuāte innocētia diutius retinere vel affligere in aliquo deberemus. De quodam aūt epo quem capitis infirmitas (sicut nobis predicti magnifici viri dixerūt) administrare suum non sinit officium: fratri coepoq; nostro Etherio scripsimus: vt si interualla eiusdem infirmitatis habuerit: data petitione ad implēdum se locum suum pfiteatur non posse sufficere: sed alium ecclesie sue postulet ordinandum: qz viuēte eo quē ab administratione officij sui non culpa/ sed egritudo subducit: aliū loco ipsiꝰ sacri nullo modo pmittūt canones ordinari. Si vero nullo tēpore ad mētis sane redit officium: queri persona debet vita et moribus decorata: que et animar curā gerere/ et eiusdem ecclesie causas vtilitatesq; salubri valeat ordinatiōe disponere: talisq; sit/ vt si superstes extiterit/ eius possit loco succedere. Sed et si qui sunt in sacro ordine/ vel ad clericatꝰ ministerium pmouēdi: antefato reuerētissimo fratri nostro Etherio: si tamen ipsius est dioceseos/ reseruādum nūciandūq; decreuimus: vt inde habita inquisitione si nulli culpe quas sacri canones insequūtur/ subiecti sūt/ ipse eos debeat ordinare. Excellentie ergo vestre cura nostre se dispositioni cōiūgat: quatenus nec ecclesie vtilitates (quarum nobis maximus amor est) pereāt: et bonis excellentie vestre mercedis augmenta succrescant. Similiter vero de quodam bigamo requisiti/ an ad sacrū ordinem potuisset accedere: iuxta canonicam regulam oīno vetuimus. Absit enim ne vestris tēporibus (in quibus tam multa pia ac religiosa agitis) aliquid cōtra ecclesiasticum institutum fieri permittatis. Prefati autē viri magnifici filij nostri dato capitulari inter cetera petierūt/ qd sibi ex vestra perhibuere iussione mandatum: vt talis debeat a nobis in gallijs persona trāsmitti: que facta synodo cuncta que contra sacratissimos canones perpetrantur: omnipotēti deo auctore possit corrigere. In qua glorie vestre cura cognouimus ꝙ de vita anime et de regni vestri soliditate cogitatis: qz redēptorem nostrum formidantes: eiusq; in oibus precepta seruantes: et hic agitis vt regni vestri gubernacula subsistant: et post longa annor curricula vos quoq; de terreno regno ad regnum celeste transeatis. Apto autem tēpore si deo placuerit/ veneranda excellentie vestre desideria implere curabimus. Nos itaq; pro munitione locor de quibus excellētia vestra scripsit: ola sicut voluit sancire studuimꝰ. Sed ne fortasse ab eor locor prepositis eadem decreta nostra tēpore quoquo supprimātur: pro eo q eis quedam interdicta esse noscūtur: hec eadem constitutio gestis est publicis inserenda: quatenus sicut in nostris/ ita quoq; in regalibus scrinijs teneatur. Oipotēs deus excellentiam vestrā in suo semper timore custodiat: atq; ita vestra vota in filior excellentissimor regū nepotum vestror intercedente beato Petro apostolor principe/ cui eos commendastis/ sospitate adimpleat: vt sicut vobis gaudium de eorum semper incolumitate sicut cupitis/ habere concedat.

K

ij.q.v.cap. Mennam.

L

M

¶ Gregorius Theodorico regi Francorum. De pace in re publica facienda. Capitulum.ix.

Epi.ix.

Scriptorum vestror eloquia incolumitatem vestram significantia leti suscepimus: ex quibus ita transcēdere vos prudētia etatem agnouimus/ vt euidēter appareat pro gētis Frācor felicitate/ excellentie vestre/ potestatis regie gubernacula/ superne gratie fauore fuisse commissa: inter que hoc quoq; in vobis

B

satis laudabile mirandumq est: q in his que filiam nostram precellentissimā autem vestram pro dispositio dei amore desiderare cognoscitis: iuuare sic studiosissime festinatis: vt per hoc & hic feliciter viuatis: & in futura vita regnū cum angelis teneatis. Quia ergo hoc deo donāte ex magna venit discretione iudicij: ita omnia que excellentia vestra voluit/citius ac libēter impleuim⁹: vt quātum nobis bona vestra placuerint: effect⁹ nostri celeritate monstraremus. Salutātes preterea vos paterna dulcedine: indicamus omnia que viris illustribus famulis vestris Burgoaldo & Warmaricario filijs nostris agenda mādastis/facta nobis fuisse habito secreto colloquio manifesta. Et valde laudamus q et presentia sapienter (sicut decet) attenditis: & sic munire futura semper de pacis interuētu inter vos & rēpublicam festinatis: vt vnum facti/regni vestri firmitate in perpetuū extendere salubriter possitis. De quibus succedēti vobis tēpore q deo fuerint placita nūciamus. Nā nos quicqd vtile/quicquid probat esse pacificū desideramus: et vt fieri valeat studemus. Tātum est: vt sicut nostra/ita huiq dei (quo sine nihil possumus) in ea que expediunt sit voluntas. Sācta trinitas in suo semper faciat vos timore proficere: et ita cor vestrū placita sibi moderatiōe disponat: vt & nūc subiectis vestris de vobis: & postmodū vobis de se gaudium sine fine concedat.

B

¶ Gregorius Senatori pr̄sbytero & abbati. De xenodochio quod in augustudunēsi ciuitate a siagrio & Brunichilda constructū est: & priuilegio eius. Capitulum .x.

Epla. x.

Quādo catholicorū regū corda/ad ea ad q pōtificalibus sunt monitis prouocāda: ita ardēti desiderio diuina preueniente gratia succenduntur: vt ab eis vltro poscātur: tanto alacri & leto sunt animo concedēda: quāto et ea ipsa que cupiunt/si nollēt facere/peti debuerant. Proinde iuxta scripta filiorū nostrorum precellentissimorum regum Brunichilde ac nepotis ipsius Theodorici/xenodochio quod in ciuitate augustudunēsi a Siagrio reuerende memorie episcopo & predicta filia nostra regina excellentissima constructū est: cui tu preesse dinosceris: huiusmodi priuilegia presentis auctoritatis nostre decreto indulgem⁹: concedimus atq firmamus: statuentes nullū regū/nullū antistitum/nullum quacūq preditū dignitate/vel quēq aliū/de his que xenodochio a suprascriptis precellētissimis filijs nostris regib⁹ iam donata sunt: vel in futuro a quibusis alijs de pprio fuerit iure collata/sub cuiuslibet cause/occasionis ve specie minuere vel auferre: siue suis vsibus applicare: vel alijs pijs causis p sue auaritie excusatione posse cōcedere: sed cuncta que ibi oblata sunt vel offerri cōtigerit: tam a te q ab eis qui in tuo officio locoq successerint: perēni tēpore illibata & sine inquietudine aliqua volum⁹ possideri. Eorū tamē vsib⁹ pro quorū sustētatione gubernationeq concessa sunt/modis omnibus profutura.

C

Itē cōstituimus vt obeunte abbate presbyteroq suprascripti xenodochij atq monasterij: non alius ibi quacūq obreptiōis astutia ordinetur: nisi quē rex eiusdē prouincie cū consensu monachorū: sm amorē dei elegerit ac prouiderit ordinādū. Hoc quoq capitulo presenti subiungimus (vt locū auaritie excludamus) nullū de regib⁹: nullum de sacerdotib⁹ vel quēcūq aliū per se suppositāue psonā de ordinatione eiusdē abbatis vel quibuscūq causis xenodochio ipsi pertinentib⁹ audere in auro siue alia qualibet specie cōmodi quicq accipere: neq eundē abbatem ordinationis sue causa dare aliquid presumere: ne hac occasione/ea que a fidelibus/pijs locis offeruntur/aut iam oblata sunt/consumantur. Et quoniam multe occasiones in deceptiōe religiosarū personarū a prauis illic (vt dicitur) hominib⁹ exquiruntur: abbatē atq presbyterū pdicti xenodochij nullo modo priusqdum deponē dūq censemus: nisi causa specialiter criminis exigēte. Unde necesse est: vt si qua cōtra eū huiusmodi querela surrexerit: non solum episcopus ciuitatis augustudunensis causam examinet/sed adhibitis sex alijs episcopis suis/subtili hoc inuestigatiōe perquirat: quatenus cūctis cōcorditer iudicātibus/canonice districtionis cēsura aut reum punire/aut innocentē possit absoluere. Simili quoq diffinitione iuxta desideriū conditorū decernimus: vt nullus eorū qui eidē xenodochio atq monasterio abbas in posterum fuerit ordinatus/ad episcopatus officium quacūq obreptione sit ausus accedere: ne res xenodochij vel monasterij iniq erogatione consumēs/grauissimā egestatis necessitatē pauperibus ac peregrinis vel ceteris exinde viuentibus generet. Episcopū vero tollendi de eodē loco monachum/ad ecclesiasticū ordinē promouēdum/vel p aliqua quacūq causa/sine cōsensu abbatis atq presbyteri habere licentiam prohibemus: ne huius rei vsq ad hoc vsurpatio perducatur: vt loca que acquisitione hominum construenda sunt/oblatione destruantur.

D

Hec igitur omnia que huius precepti decretiq nostri pagina cōtinet: tam tibi q cūctis qui in eo quo es ordine locoq successerit/vel eis quorū interesse potuerit/in perpetuum seruanda decernimus. Si quis vero regū/sacerdotū/iudicū/ac personarum secularium hanc constitutionis nostre paginā agnoscens/contra eā venire tentauerit/potestatis honorisq sui dignitate careat/reūq se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. Et nisi vel ea que ab illo male ablata sunt restituerit: vel digna penitentia illicite acta defleuerit: a sacratissimo corpore ac sanguine dei nostri redēptoris Jesu christi alienus fiat: atq in eterno examine districte vltioni subiaceat. Cūctis autē eidē loco iusta seruātib⁹ sit pax dn̄i nostri Jesu xp̄i: quatenus et hic fructū bone actionis recipiant: & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant.

E

¶ Gregorius Thessalie abbatisse. De monasterio sancte Marie quod in augustudunensi ciuitate erectū est: & priuilegio eius. Capitulum .xj.

Epla. xj.

Quando ad ea ad que catholicorū regum corda/pōtificalibus sunt monitis prouocanda: ita ardēti desiderio diuina preueniēte gratia succenduntur: vt ab eis vltro poscātur: tanto sunt alacri & leto animo concedenda: quanto & ea ipsa que cupiunt/si nollent facere/peti debuerant. Proinde iuxta scripta filiorum nostrorū precellentissimorū Brunichilde ac nepotis ipsius Theodorici monasterio sancte Marie: vbi ancillarum dei congregatio est constituta: in vrbe augustudunensi &c. vt supra.

¶ Gregorius Lupponi episcopo et abbati. De ecclesia sancti Martini que est in suburbano augustudunensi/et priuilegio eius. Capitulum .xij.

Epla. xij.

Quando ad ea ad q catholicorū regū corda pōtificalibus sunt monitis prouocāda: ita ardēti desiderio diuina preueniente gratia succenduntur: vt ab eis vltro poscantur: tāto sunt alacri & leto animo cōcedēda: quāto ea ipsa que cupiunt/si nolent facere/peti debuerāt. Proinde iuxta scripta filiorū nostrorū precellentissimorū regū Brunichilde ac nepotis ipsius Theodorici ecclesie sancti Martini: que in suburbano ciuitatis augustudunēsis &c. vt supra.

¶ Gregori⁹ Maximo epō Salonitano. De scriptis ei⁹ sine subscriptione non suscipiendis. Capitulum .xiij.

Epla. xiij.

F

Lias quidē scripta ad fraternitatē tuā ante fecerams: sed tēpore quo hoīes tuos quos ad nos misisti relaxare volum⁹: scripsisse te quibusdam nostrū cōperimus: q veteranū presbyterū atq optatū defensorē tūc minime i causa trāsmiseris: & ideo ea que cū eis acta sunt/nō debere subsistere. Sed & Thomas ecclesie tue defensor sibi verbo a te dictū phibuit. Et quare iam presentium portitorib⁹ indicauimus esse credendū: ne de ipsis quoq post hec similiter diceretur. Quia ergo hec nos res valde fecit ambigere/et cautos esse debere premonuit: si causam vultis dicere: instructā de cetero personā cū mādato legaliter facto: tuis ac presbyterorum seu diaconorū in testimoniū subscriptionibus roborato: gestisq ex more indito transmittatur: vt quicquid cū ea actū fuerit/possit iure subsistere. Nā nos non solum tibi: sed etiam omnib⁹ quod iustū legitimūq fuerit/parati sumus deo iuuāte per oīa custodire: tantū vt tu quod lege precipitur/facere non omittas.

¶ Gregorius Uenantio episcopo Patricio. De persona vibici abbatis. Capitulum .xiiij.

Epl. xiiij.

Excellentie vestre electionem in persona vibici abbatis quia valde nobis placuit indicamus: quoniam sicut iudicij vestri discretionē oportuit/ad ecclesie gubernationē virū quesistis vigilantem atq sollicitū/et diuine scripture scientia (qd maxime in sacerdotibus eligēdum est) institutū. Sed q ceteris sic

B est aliquis preponendus: vt dum ipse exterius proficit/interius non decrescat: quietem ipsius turbare non possumus: ne cum eum ad altiora producimus/minorem illum seipso fieri missum in fluctibus compellamus. Persona vero crescentis diaconi propterea quod omnino nobis ignota est/prima nobis cura fuit requirere quemadmodum xenodochium cui prefuerat/gubernasset: vt ex minimis/qualis esse posset in maximis/nosceremus. Sed quid nobis portitores scriptorum vestrorum responderint/ab ipsis addiscetis. Hunc ergo presbyterum dare omnino vobis excellentia vestra sciat esse difficile: quia personarum nos necessitas ad ordinanda alia loca pastoribus destituta non leuis angustat. Et ideo quia deum timere/et anime vestre vos habere respectum noscimus: paterna charitate salutationis alloquium premittentes hortamur: vt sicut decet/caute diligentique inuestigatione scrutari interius de vita/moribus/actuque prefati diaconi debeatis. Et si eum ad ecclesie assurgere regimen agnoscatis/vestra adhortatione omnes in eo concordent. Si autem aliud vestri senserit sollicitudo iudicij: et eum pastoralem curam efficaciter administrare non posse considerat: agendum cum omnibus concorditer: vt alterum qui aptus visus fuerit/de ecclesia ipsi possint eligere: vt venientes tam diaconus qui iam electus est/quam etiam qui eligendus est: is qui deo placuerit/ordinetur. Enimuero si in ecclesia illa neque de presbyteris vel diaconibus siue reliquo clero huiusmodi inueniri potuerit/de alia sibi ecclesia talem ordinandum eligere festinent antistitem: qui vigilanti sollicitudine exterioribus eorum vtilitatibus: et sacerdotali adhortatione animabus valeat deo miserante vtilis reperiri. Preterea ne qua hac in causa possit esse dilatio: et peccatis facientibus nullus de electis aptus existat: hortandus est clerus et populus vt eis qui ad nos venerint/sua debeant vice mandare: quatenus hic habeant eligendi licentiam: nobisque hoc ipsum apicibus suis roborantis propriis subscriptionibus innotescat: vt si vel hic inueniri potuerit/sine difficultate aliquo christi operante gratia perficeretur. Quod tamen nos non voluntate impulsi loquimur: sed necessitate compulsi: quia quantum ad nostrum est iudicium/de suis volumus vt debeant habere pastorem.

Gregorius Paschasio episcopo neapolitano. De iudeis non opprimendis. Capitulum. xv.

Epla. xv. Parte. j. di. xlv. c. qui sincera.

Qui sincera intentione extraneos a christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere/blandimentis non asperitatibus debent studere: ne quos reddita ad planum ratio poterat reuocare/pellat procul aduersitas. Nam quicunque aliter agunt/et eos sub hoc velamine a consueta ritus sui volunt cultura suspendere: suas illi magis quam dei causas probantur attendere. Iudei siquidem neapoli consistentes/questi nobis sunt: asserentes quod quidam eos a quibusdam feriarum suarum solennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis sit licitum festiuitatum suarum solennia colere: sicut eis nuncusque et parentibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare. Quod si

I ita se veritas habet/superuacue rei videntur operam adhibere. Nam quid vtilitatis est: quando (et si contra longum vsum fuerint vetiti) ad fidem illis et conuersionem nihil proficit? Aut cur iudeis qualiter cerimonias suas colere debeant/regulas ponimus: si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est vt ratione potius et mansuetudine prouocati/sequi nos velint/non fugere: vt eos/ex eorum codicibus ostendentes que dicimus/ad sinum matris ecclesie deo possimus adiuuante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem prout potuerit deo adiuuante ad conuertendum accendat: et de suis illos solennibus inquietari denuo non permittat: sed omnes festiuitates feriasque suas (sicut hactenus tam ipsi quam parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt) liberam habeant obseruandi celebrandique licentiam.

Gregorius Barbaro episcopo Carinis. De obitu victoris episcopi/et de alio eligendo. Capitulum. xvj.

Epi. xvj. Parte. j. di. lxj. c. Obitum.

Obitum victoris panormitane ciuitatis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitute ecclesie fraternitati tue operam solenniter delegamus. Quam ita te conuenit exhibere/vt nihil de prouectionibus clericorum/redditu/ornatu/ministerijsque/vel quicquid est in patrimonio eiusdem/a quoquam presumatur ecclesie. Et ideo dilectio tua ad predictam ecclesiam properabit: et assiduis adhortationibus clerum plebemque eiusdem ecclesie admonere festinet: vt remoto studio/vno eodemque consensu talem sibi perficiendum expetant sacerdotem: qui et tanto ministerio dignus valeat reperiri: et a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus/cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati: et dilectionis tue testimonio litterarum ad nos sacrandus occurrat. Commonemus etiam fraternitatem tuam: vt nullum de altera eligi permittas ecclesia: nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis/in qua visitationis impendis officium nullus ad episcopatum dignus (quod euenire non credimus) potuerit inueniri: prouisurus ante omnia ne ad id cuiuslibet conuersationis vel meriti laicam personam aspirare permittas: ne et conatus eorum habeatur inefficax: et tu periculum ordinis tui (quod absit) incurras. Monasteria autem si que sunt in ipsius constituta parochia/sub tua cura dispositioneque quousque illic proprius fuerit ordinatus episcopus/esse concedimus.

Gregorius clero/ordini et plebi Panormitane ciuitatis. De eligendo episcopo. Capitulum. xvij.

Epistola xvij.

Uestri antistitis obitum cognoscentes/cure nobis fuit destitute ecclesie visitationem fratri et coepiscopo nostro Barbaro solenniter delegare. Cui dedimus in mandatis: vt nihil de prouectionibus clericorum/redditu/ornatu/ministerijsque a quoquam vsurpari patiatur. Cuius vos assiduis adhortationibus conuenit obedire: et remoto strepitu: vno eodemque consensu talem vobis perficiendum expetere sacerdotem: qui a venerandis

L canonibus nulla discrepet ratione: et tanto ministerio dignus valeat reperiri. Qui dum fuerit postulatus/cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati: et visitatoris pagina prosequente ad nos veniat ordinandus. Prouisuri ante omnia ne cuiuslibet vite vel meriti laicam personam presumatis eligere: et non solum ille ad episcopatus apicem nulla ratione perueniat/verumetiam vos nullis intercessionibus veniam promereri posse cognoscite: sed omnes quos ex vobis de laica persona aspirasse constiterit/ab officio et a communione alienos faciendos procul dubio noueritis.

Gregorius Passiuo episcopo firmano. De reliquijs sancti Sauini: et oratorio construendo. Capitulum. xviij.

Epi. xviij.

Proculus diaconus ecclesie sicutane petitoria nobis insinuatione suggessit: in fundo gressiano iuris sui monasterium se pro sua deuotione fundasse: quod in honorem sancti Sauini martyris desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tue parochie memorata constructio iure consistit/et nullum corpus ibidem constat humatum: percepta primitus donatione legitima. i. conduma vna: boues par vnum: armenta capita quinque: oues et capras promiscuas capita. xx. in fundo gressiano vbi ipsum monasterium fundatur vncias. viij. fundum flaciani vncias. viij. fundum paterni in integro porcos. x. lectisternia gestisque municipalibus alligata. etc. secundum morem.

Gregorius Joanni subdiacono Rauenne. De exuperantio episcopo. Capitulum. xix.

M

Epla. xix.

Lator presentium Joannes frater et coepiscopus noster aliqua vobis de causis ecclesie sue dato capitulari noscitur intimasse. Quibus cognitis/culpanda a nobis experientia tua fuerat/si ad te perlata hactenus indefinita remansissent. Sed inquirentes agnouimus quod ad notitiam tuam minime sunt perducta. Ipsum ergo quod nobis capitulare porrectum est/his fecimus subter annecti. Agnitis itaque omnibus ac discussis/si ita apud te esse vt suggestum est/manifesta veritate patuerit: fratrem et coepiscopum nostrum marinianum adire te volumus: eumque modis omnibus adhortari: vt his quorum in peragendis negocijs ecclesie ipsius interesse dinoscitur debeat deputare/qualiterus perpensis omnibus cum predicto viro de his que nota fuerint/ecclesiastica inter se debeant tranquillitate decidere. Si vero elegerint retinendo experientia tua imminente esse iudicium: et quicquid cognitum inter eos fuerit sententia diffinitum/te debeat exequente compleri: ne diuinis protractionibus dilata paupertas ecclesie ipsius (sicut iam factum asserit) dispendijs ingrauetur. Indicauit etiam nobis quod quidam exuperantius episcopus ausu temerario in diocesi ipsius oratorium construxerit: idque sine precepti auctoritate contra morem presumpserit dedicare: missasque illic publicas celebrare non

A metuit. Quā rem cū summa te celebritate ac districtiõe cõuenit emēdare: nec vlterius tale aliquid attētare permittas. Ita totū vero quod ab incõpetentī persona reperieris esse cõstructum: huic proprio te volumus episcoporū res (vt dictū est) ita se habere cõsiderentur: sine mora aliqua reformare.

¶ Gregorius Leoni episcopo et alijs ꝙ plurimis. Ne ad consignãdos infantes egressi/nimium aggrauent ecclesias. Capitulum.xx.

Epi.xx.

Sicut nos nobis inuicē specialia per apostolorum orationem admonemur impartiri suffragia: ita in his ꝙ necessitate iniuncti regiminis per dispensationē rerū pauperū: deo per nos fuerint auctore disposita: sacerdotalis dignum est solatia nõ deesse. Latorē siquidē presentiū Adrianū chartularium nostrum ad regendū ecclesie nostre patrimonium Syracusanarum partium dirigentes: fraternitati vestre necessario duximus cõmendandum: vt in quo vsus exegerit: vestra ei solatia cõferatis: quatenus dū ad agēdum p vos corporalibus/et ad facilitatē explendi que ceperit spiritualibus orationū fuerit fultus auxilijs/ꝑficere ea que a nobis ei iniũcta sunt/deo quoq valeat cooperāte ꝑficere. Uosmetipsos aūt ita in cõspectu omnipotētis dei in bonis operib⁹ debetis exhibere/vt inueniri in vestra actiõe nequeat qđ vel deo iudice peniteat: vel quālibet hominis insidiātē valeat accusari. Na exinde prefato chartulario nostro iniunximus: vt si qua de reuerētissimis fra-

B tribus nostris episcopis inordinate acta cognouerit: pri⁹ quidem secreta ac modesta adhortatione ipse corripiat.

x q.iiij.ca. Relatum.

Preterea relatū est nobis sãcte memorie decessoris mei temporibus per seruū dei diaconē qui tunc ecclesiastici patrimonij curam gessit/fuisse dispositū vt sacerdotes p vniuersas dioceses vestras constituti: quotiens ad consignãdos infantes egrediuntur/vltra modū grauari minime debuissent. Sūma enim prefixa fuerat/vobis (vt audio) cõsentientib⁹: que ab eisdē sacerdotib⁹ ꝓ labore clericorum dari debuisset. Atq hoc qđ tunc placuit (sicut nunc dicitur) minime custoditur. Unde fraternitatē vestram admoneo: vt subiectis vestris graues non studeatis existere: sed si que sunt grauamina tēperetis: quatenus ab eo qđ semel definitū est/deflectere debuistis. Et enim in futura/et in presenti vobis vita prospicitis: si eos qui vobis cõmissi sunt/sine grauamine conseruatis.

¶ Gregorius Juliano. De beneficio ei⁹ monasterio collato. Capitulū.xxi.

Epi.xxi.

Gloriae vestre scripta suscipiens/legēda leti⁹ aperui: sed tristis perlecta replicaui. In eis quippe dicebatur (qđ pudoris causa fuerat) mihi vos ea que dicenda erāt/tempore multo tacuisse. Et certum est quis minus amatur: qui adhuc erubescitur. Atq modo contristatus sum: quia me a vobis comperi minus ꝙ existimaueram amari. In hoc autem valde me contristatis: si mercedis causas mihi assidue prouidēdas studiose nõ requiritis. Nec debet esse verecundie ei aliqđ de ele-

C mosynis importune dicere: quē constat non suas: sed ad dispensandum res pauperū habere. De causis itaq mercedis apud episcopū libere agere debuistis: etiā si meū animū qualis in amore vro existeret nesciretis. Postꝙ enim et nos omnino gloriam vestram diligimus/et dispēsationis locum in rebus (sicut scitis) pauperū tenemus: vestra fateor verecundia valde accusabilis fuit. Quam ideo tot verbis increpando insequor: vt hanc a corde vestro funditus repellam: et in mercedis causas magnum solatium vestre prouisionis habeam. Monasterio itaq nostro quod a vobis in Cathenensi vrbe cõstructum est: per Adrianum notarium et rectorem patrimonij emissa precepti pagina decem annuos solidos dari deputauimus: quos petimus sine iniuria suscipi: quia non hec vobis nostra oblatio/sed sancti Petri apostolorum principis benedictio offertur.

¶ Gregorius Honorio episcopo Tarentino. De baptisterio construendo. Capitulum.xxij.

Epla.xxij

Fraternitate tua indicāte didicimus in ciuitate Tarentina in qua preesse dinosceris/in ecclesia sancte Marie baptisteriū te nouiter cõstruxisse. Et ideo frater charissime presenti auctoritate suscepta/tui desiderij cõplebis effectū: quatenus p sacrum lauacrum peccatorum illic macule deleantur.

¶ Gregorius Paschali et Consolantie. De spe ad eternam patriam tendenda. Capitulum.xxiij.

D

Epi.xxiij

Epistolam magnitudinis vestre latore presentium deferente suscepimus. Et licet tēpora restituende pecunie in inducijs data desuꝑerint: petitionē tamē vestrā nullo modo duxim⁹ contristādā. Adriano itaq chartulario nostro: quē illuc ad regendū ecclesie nostre patrimoniū direximus/de presenti iniunximus: que vobiscū exinde loqui debeat: vt nec ecclesiastica in aliquo negligat vtilitas/et postulatio vestra sortiatur effectū. Quia ergo plus de anime vestre salute ꝙ de terrenarū rerū vtilitate debetis esse solliciti: salutantes paterno affectu hortamur: vt mens onere tribulationis oppressa/cõtra deum non murmuret: ne post amissionem rerū/etiam anime sequatur dispēdia. Nihil de preteritis actibus: nil cū peccato (necessitate quasi faciente) sustinetis acquirere: sed spem in redēptoris vestri misericordia habētes: qui cõfidētes in se non deserit/tolerabiliter que ptulistis incõmoda sustinete. Erigite animos. Tribulatio vires nõ opprimat. Aduersa seculi patientia superet. Pompam mūdi secura mens despiciat. Actio vestra se ad ea que dei sunt occupet. Cõsiderantes ꝙ nullū sit quicquid casibus subiacet: quicquid fine cõcluditur. Et cor se vestrū vltra ꝙ cõuenit/nõ affligat: sed studeat quatenus in omnipotētis dei protectione iure cõfidat:

E qui et non habita donat/amissaq reparat/et reparata custodit. Potens est enim si vos in mādatorum suorū vias ambulare cognouerit: et hic illata dāna multiplici compensatione sarcire: et vitā vobis que toto magis annisu petenda est/eternam concedere.

¶ Gregorius Rusticiane patricie. De quodam beatoro plurima iniusta faciente. Capitulum.xxiiij.

Epistola xxiiij.

Quotiens de vrbe regia ad nos aliquis venit: cure nobis est de corporis vestri sospitate requirere: sed peccatis meis facientib⁹ ea semp audio que me peniteat audire: qꝛ in tanta tenuitate atq debilitate adhuc in vobis referant podagre dolores excrescere: sed oro omnipotentē dñm vt omnia que in vestro corpore agūtur/ad salutē anime dirigantur. Flagella tēporalia eternā quietē vobis preparent: et p eos dolores qui cū fine sunt/gaudia vobis sine fine cõcedat. Ego aūt in tāto gemitu et occupationib⁹ viuo: vt ad dies quos ago/me peruenisse peniteat: solaq mihi consolatio sit mortis expectatio. Unde peto vt ꝓ me debeatis orare: quaten⁹ de hoc carnis carcere citius educar: ne tātis laboribus diutius torquear. Preterea indico quendā hic nomine beatorē/qui quasi comes priuatorum dici vult/venisse: multa cõtra dēs agere: maxime autē cõtra excellētie vestre homines: vel nobilissimarū neptium vestrarū: quasi res publicas querēs. Et nos quidē puersis eū agere non permittimus: sed neq vtilitatib⁹ publicis possumus obuiare. Uos ergo apud piissimū principē (sicut potestis) agite: vt ei agere praua cõtradicat. Nam eū omni strepi-

F tu/neq vtilitas publica agit: neq magni est dispēdij qđ repetere videt. Dulcissimū filium meū dñm Strategium mea peto vice salutari: quē omnipotēs de⁹ sibi/vobisq nutriat: vosq semp de sua gratia et de vita illius consoletur. De reuersiõe autē vestra qđ scribere debeo/ꝗ quātū eā desiderem scitis: Sed dū causarū obligationes aspicio/mihi in desperatiõe est: atq ideo creatorē dñm exoro: vt vbicūq estis: vbicūq fueritis: sue vos dextere extensione protegat: atq a malis dibus conseruet.

¶ Gregorius Bonifacio notario Constātinopolitano. De Joanne Rauēnate clerico. Capitulum.xxv.

Epla.xxv

Ea que nobis experientia tua de Joanne rauēnati clerico idicauit/facere idcirco distulim⁹: qꝛ absenti de qualitate ꝑsone iudicare nõ possumus. Sed hortare eū vt ad nos venire festinet: quatenus ea presenti mores et personam ipsius subtiliter addiscentes: quid de his que petit fieri debeat: sine dubietate aliqua disponamus.

¶ Gregorius Philippo presbytero. De obitu Andree presbyteri. Capitulum.xxvi.

Epi.xxvi.

Suscepi epistolas dilectionis tue/in quib⁹ mihi innotescere curauit/ꝙ vir venerabilis Andreas ꝑsbyter de hac luce migrauit. De cuius ereptione gauisus sum: qꝛ ad ea ꝗ semp expetijt/gaudia eterna peruenit. De solidis vero qui ꝓ faciēdo xenodo-

G

chio & filio nostro Probo abbate hierosolymis relicti sunt: hoc qđ deliberatū fuerat/ vt fieri debuisset/ immutare nō potui. Sed benedictionem paruulam quinquaginta solidos sanctitati vestre trāsmisi. Uos igitur pro me (sicut credo q faciitis) enixius orate: vt de presentis vite pelago me omnipotens deus sua manu eripiat: atq me quiescere in eterne vite littore cōcedat. Grauces enim gladiorū oppressiones & causarū tumultus patior. Sed si me diligitis: orando monstrate: quaten⁹ orationis vestre intercessionem sentiam: & amplius in tot malis atq perturbationibus non affligar. Omnipotens deus sua vos manu protegat/ & peruenire cum vestris ad celestia bona concedat.

Epistola xxvij.

¶ Gregorius Sauino subdiacono regionario. De negligentia palumbi episcopi. Capitulum. xxvij.

Quare venerabilis frater noster Proculꝰ episcopꝰ ab ecclesia sua diu abfuerit: experientia tua non ignorat. Ad quā qm deo ppitio habita nunc (vt oportuit) satisfactionis purgatiōe reuersus est: ne forte p eius absentiam in aliquo ecclesie ipsius sit neglecta vtilitas: aut aliqua sint de eius iure subtracta: reparare ea vel corrigere cupientes: illi in omnibꝰ (equitate seruata) solariari te volumus atq concurrere: vt tua opitulatione suffultus/ in his que ab eo agēda sunt: nec difficultatem aliquā quoslibet impedimēto sustineat: nec diutius debeat laborare.

h

Epistola xxviij.

¶ Gregorius Sauino subdiacono. De absentia Palumbi episcopi. Capitulum. xxviij.

Peruenit ad nos reuerētissimū fratrē & coepiscopum nostrū Palumbū ita (quod dici graue est) ecclesie sue vel parochiarum causas et vtilitates negligere: vt nō solū res aliquas: vel mācipia earū: sed etiā & ministeria apud diuersos esse incaute pateatur: qđ ita esse hoc etiam nobis ex parte aliqua innuit ac cōfirmat: q Gregorius lator presentium/ qui iuris se emolitane ecclesie (que in eius diocesi cōstituta est) esse perhibet: ab alio se idebite eo presente queritur seruitio subiugari. Ideoq experientia tua predictū fratrem nostrum studeat cōmonere: vt res ecclesiarū vel parochiarum suap siue ministeria rationabiliter vēdicet atq defendat: et ab aliis detineri nullo modo patiatur. In qua re nequam forte excusationem valeat inuenire: tua et volumus salua equitate adesse solatia. Quē si forte (vt hactenus extitit) videris esse negligētem: ea que eū facere oportuerat/ te agere volumus & implere in omnibꝰ: quatenus ecclesiarū vtilitas nulla occasione deperear: sed & nobis queq acta fuerint/ renunciare festina: vt a nobis quid post hoc facere debeas/ instruaris.

¶ Gregorius Anthemio subdiacono cāpanie. De desidia paschasij episcopi increpanda. Capitulum. xxix.

Epi. xxix. Parte. j. distinctiōe lxxxiij. c. Peruenit

Peruenit ad nos fratrē et coepiscopū nostrum Paschasium ita desidem/ negligētēq in cunctis existere: vt in nullo q eū episcopus agnoscatur: adeo vt neq ecclesia ipsius/ neq monasteria/ siue filij ecclesie: vel oppressi pauperes eiꝰ erga se dilectionis studiū sentiant: nec aliquā supplicātibꝰ sibi his quibus iustum est: opem defensionis accōmodet: et (quod adhuc dici est grauius) consilia sapientum: et recta suadētium nulla patiatur ratione suscipere: vt qđ per se nequit attēdere/ ab alio saltē possit addiscere: sed rebꝰ que ad pastoris curā pertinēt pretermissis/ ad fabricandā nauim toto se studio inutiliter occupare. Unde (sicut fertur) cōtigit quadringētos illū/ aut amplius iā solidos pdidisse. Hoc quoq eius culpis adiungit/ q ita quotidie despectus cū vno aut duobus clericis dicitur ad mare descēdere: vt & apud suos in fabula sit: & extraneis sic vilis ac despicabilis videatur: vt nihil habere episcopalis/ vel ingenij/ vel reuerētie iudicetur. Quod si ita est: non sine culpe tue esse cognoscas: qui eū obiurgare/ atq coercere (vt dignū est) distulisti. Quia ergo hoc totū nō solum ipsum reprobat: sed etiam ad sacerdotalis officij pertinere probatur opprobrium: volumus vt eū corā alijs sacerdotibus/ vel quibusdā de filijs suis nobilibꝰ cōtestari debeas/ ac hortari: vt vitio corporis excusso/ deses esse nō debeat: sed in ecclesie sue/ ac monasteriorū cura sit vigilans: paternā filijs suis charitatē exhibeat: in defensionem pauperū cū discretiōe (in quibꝰ iustitia suaserit) sit erectus: consilia sapientū libēter suscipiat: quaten⁹ et

I

civitas illa eius queat sollicitudine cōsolari: & ipse desidie sue culpā valeat operire. Si vero (qđ nō credimus) post hanc adhortationē nostrā solito adhuc more negligens esse cēsuerit: ad nos eū modis omnibꝰ transmittēdus: vt hic positus discere possit quid vel qualiter ſm dei morem dei agere conueniat sacerdotem.

K

¶ Gregorius Anthemio subdiacono. De facinoribꝰ beneneti messanatis episcopi. Capitulum. xxx.

Epi. xxx.

Comperimus Beneuatū messenatē/ facinus qđ de se per scripturā manus priꝰ pfessus est/ abnegare. Et ideo q huiꝰ sceleris negatio sicut maiori discussione: ita & maiori indiget visione: experiētie tue presenti auctoritate precipimus: vt eundē Benenatum accusatorēq ipsius simul et personas de quibus accusatꝰ est: atq oēs qui in accusationis chartula legūtur/ sub omni huc cautela & celeritate trāsmittat: quatenus cause huius veritas districta (vt dignū est) inquisitione examinari valeat et agnosci.

¶ Gregoriꝰ Anthemio subdiacono. De benenato messinate episcopo. Capitulum. xxxj.

Epi. xxxj.

Peruenit ad nos quōdam Benenatū messenatem episcopū pro cōstruendo illic castro solidos accepisse. Et q pars eorū solidorū apud eū dicitur remāsisse: experientia tua subtili indagatione perquirat: et si qđ manifeste de ipsis solidis cognoueris remāsisse: comitatio comiti pdicte ciuitatis sub defusce pti illud pagina contradat: atq immineat: vt in constructiōe eiusdē loci: sicut sunt dati/ deo adiuuāte proficiāt: q ratio nulla pmittit/ vt proprijs cuiusq vsibꝰ applicet: qđ pro cōmuni vtilitate datū esse cognoscitur.

L

¶ Gregorius Martiniano episcopo Rauenne. De infirmitate & medicamine eius. Capitulum. xxxij.

Epistola xxxij.

Multa nos frater charissime cogit infirmitas: ex quibꝰ si sani essemꝰ/ iure reprehēsibiles videremur. Sed q aliter subsistere i hoc fragili corpore positi nō valemus/ nisi eius languoribꝰ seruiamus/ erubescere qđ imponit necessitas/ non debemꝰ. Et ideo qm eruptionē sanguinis patientibꝰ ieiunia medici oino dicūt esse contraria: his fraternitatē tuā hortamur affatibus/ vt reducēs ad animū ea que est solita de egritudine sustinere: ieiunādi sibi laborē minime imponat. Si autē (deo miserāte) adeo melioratā se esse/ ac virtutē suā sufficere posse cognoscit: semel aut bis in hebdomada ieiunare permittimus. Sed illud te pre oibus studere cōuenit: vt exasperationē sentire nullo modo debeas: ne egritudo q modo leuior est/ & quasi suspēsa credit: per exacerbationem postmodū sentiatur grauis.

¶ Gregorius Anthemio subdiacono cāpanie. De negligētia & desidia episcopoꝝ campanie. Capitulum. xxxiij.

Epistola xxxiij.

Quotiens illis de fratribꝰ coepiscopisq nostris audimus: que et illos reprehēsibiles ostēdere et nobis tristitiam valeant generare: de eorū nos emēdatione non mediocriter cogit necessitas cogitare. Quia ergo nūciatum nobis est cāpanie episcopos ita negligētes existere: vt immemores honoris sui: neq erga ecclesias: neq erga filios suos paterne vigilātie curam exhibeāt: vel monasterioꝝ sollicitudinē gerant: seu in oppressorū et pauperū se tuitionē impēdant: ideo hac tibi auctoritate precipimus: vt eis a te cōuocatis/ ex nostro illos mandato districte cōmoneas: quatenꝰ desides vlterius esse non debeant: sed sacerdotalē se habere zelū et sollicitudinē opere doceant: atq ita in his que eos iuste ſm deum agere conuenit/ vigilantes existāt: vt nullū nos de eis denuo murmur exasperet. Si quem vero eorum post hec negligentem esse cognoueris: ad nos eū sine aliqua excusatione transmitte: vt qđ sit graue nolle ab his que reprehēsibilia/ & valde vituperanda sunt corrigi/ regulari in se valeāt districtione sentire.

M

¶ Gregorius Ioāni episcopo Syracusano. De cosma/ et de benignitate erga subiectos. Capitulum. xxxiiij.

Epistola xxxiiij.

Quorūdam ad nos relatiōe peruenit Cosmā qui ex monacho monasterij sancte Lucie a decessore vestro memorādē memorie Maximiano in ecclesia Syracusana factus subdiaconꝰ/ atq a vobis postea i possessiōe q Iuliana dr/ pbyter est ordinatꝰ: tā nimia tristitia et loci qlitate vehementer afflictū: vt vitā sibi penā existimet/ & oratiōis sue fugā querat auxiliū. Et ideo q tales erga subiectos nros debemꝰ existere: qles

A nobis si subiecti fuissemus/nostros voluerimus esse prepositos: magne benignitatis est si eū ī ecclesia vbi subdiaconi est functus officio/sanctitas vestra reducere: atqꝫ illic presbyterū voluerit cōstituere cardinalem. Quod ꝛ facere quārū arbitramur debebitis: si tamē nihil est qd iuste contra ipsum animos vestros exasperet. Si vero aliqua culpa est: sua nobis hoc epistolis fraternitas vestra vt scire possimus insinuet.

℄ Gregorius Deodato episcopo mediolanēsi. De querimonia Theodori episcopi. Capitulum.xxxv.

Epistola xxxv.

Frater et coepiscopus noster Theodorus multa queritur se cōtra iustitiam atqꝫ promissionem tue sanctitatis perpeti: que nos facile non dubitamus credēda. Sed quia hoc relinquere sine inquisitiōe non possumus: fratri ꝛ coepiscopo nostro Venātio eius causam deputauimus ventilādam: vt subtiliter ipse cognoscat: nobisqꝫ renunciet. Tua itaqꝫ fraternitas eūdem episcopum cum defensore ecclesie sue sub festinatiōe ad predictū fratrē dirigat: vt nos eiusdē negocij tui cognita veritate suis ipse epistolis certiores reddat.

℄ Gregorius Phoce augusto. De releuatiōe afflictionis reipublice. Capitulum.xxxvi.

Epistola xxxvi. Dan.ij. Dan.iiij.

Gloria in excelsis deo: qui iuxta qd scriptū est mutat tēpora/ꝛ trāsfert regna: et quia hoc cūctis innotuit: qd per prophetā suū loqui dignatus est dicēs: Quia dnatur excelsus in regno hominū/ꝛ cui voluerit/ipse dat illud. In omnipotētis quippe dei incōprehensibili dispēsatione vite mortalis sunt moderamina: et

B aliquādo cū iustorū multorū peccata ferienda sunt/vnus erigitur: per cuius duritiam tribulationis iugo subiectorum colla deprimātur. Quod in nostra diutius afflictione probauimus. Aliquādo vero cū misericors deus merētium multorum corda sua decreuit collatione refouere: vnū ad regiminis culmen prouehit: per cuius misericordie viscera in cūctorū mētibus exultationis sue gratiā infundit. De qua exultationis abundātia roborari nos citius credimus/qui benignitatē pietatis vestre ad imperiale fastigium peruenisse gaudemus. Letentur celi ꝛ

Ps.xcv.

exultet terra: et de vestris benignis actibus vniuerse reipublice populus nūcusqꝫ vehementer afflictus hilarescat. Comprimātur iugo dnationis vestre superbe mētes hostiū. Releuentur vestra misericordia contriti ac depressi animi subiectorū. Virtus celestis gratie inimicis terribiles vos faciat: pietas subditis benignos. Quiescat felicissimis tēporibus vestris vniuersa respublica/prolata sub causarū imagine preda pacis. Cessent testamentorū insidie/donationū gratie violenter exacte. Redeat cunctis in rebus proprijs secura possessio: vt sine timore habere se gaudeat: que nō sunt eis fraudibus acquisita. Reformet iam singulis sub iugo imperij pij libertas sua. Hoc

C nāqꝫ inter reges gētiū et reipublice imperatores distat/quia reges gentiū dni seruorū sunt: imperatores vero reipublice dni liberorū. Sed melius hoc orādo qꝫ suggerēdo dicimus. Omnipotēs deus in cūcta cogitatione et opere cor vestre pietatis sua gratia manuteneat: ꝛ quecūqꝫ iuste/quecūqꝫ clementer agēda sunt: inhabitator vestri pectoris spiritus sanctus benigne disponat: vt ex tēporali regno vestra clementia post multorum annorum curricula ad celestia regna pertingat.

℄ Gregorius Eusebie patricie. De salute anime sue. Capitulum.xxxvij.

Epistola xxxvij.

Etsi occupata mens vestra diuinis actionibus/aut fortasse regie ciuitatis tumultuosis implicationibus/nos per epistolas suas visitare postponit: nostrū est tamē etiam a diuersis filiorū corda dulcē charitate pꝫsequi: eaqꝫ ad benignū animū ꝛ admonendo et orando reuocare. Unde nūc debitū salutationis alloquiū soluēs: hortor vt excellētia vestra a ciuitatis illius superfluis tumultibus animū auertat: plusqꝫ ea que anime qꝫ que sunt corporis cogitet. Transitoria esse omnia perpendat. Uēturi iudicis examē tremēdum cū metu et lachrymis quotidie sine cessatiōe cōsideret: illūqꝫ diem in quo perturbanda sunt omnia: cū timore ad animū reducat: vt iram iudicis in ipso iam die non timeat. Omnipotens autem deus hec vestris cogitationibus aspiratione sui spiritus infundat: vosqꝫ hiccū nobilissimo cōiuge ꝛ trāquille viuere: ꝛ de dni Stategij salute gaudere faciat: atqꝫ post lōga tēpora ad eterna premia peruenire cōcedat.

℄ Gregorius Smaragdo patricio exarcho. De violentia Seueri cōtra Firmanū episcopum. Capitulum.xxxviij.

D Epistola xxxviij.

Olim nouimus excellētissime fili quo desiderio qua ve cōuersione animi pro adiuuanda dei ecclesia in histrie videlicet partibus zelo redēptoris nostri amore eterne mercedis studij vestri feruor extiterit. Quod cum ita sit: ea que nobis de illis nup sunt partibus nūciata: ad vestrā nō destitimus perferre notitiā. Firminus siquidē frater et coepiscopus noster tregestine antistes ecclesie/ante aduentū vestre excellentie salubri consilio ab schismate cui inheserat resipiscēs: atqꝫ ad vnitatē matris ecclesie reuertēs/nostris est epistolis cōfirmatus: quatenus in vero quē cognouerat sinu matris ecclesie fortitudine animi fixus ac stabilis permaneret. Quo audito Seuerus gradēsis episcopus eiusdē caput schismatis: cū diuersis premiorū cepit (si posset) suasionibus a bono reuocare pposito. Quod dū perficere posse auctore deo minime valuisset: seditionem illi suorū ciuium excitare non timuit. Quāta vero predictus frater ꝛ coepiscopus noster Firminus ex eadē immissione pertulerit: plenius illic ac verius e vicino poteritis agnoscere. Directis itaqꝫ excellētie vestre iussionibus his qui in histrie partibus locum vestrū agere (deo auctore) noscūtur/districtius iubetote: quatenus ꝛ sepedictū fratrē nostrum ab illatis debeāt defensare molestijs: ꝛ quietē illius malitie ad imitandū profuturā modis omnibus procurare: vt hec vestre prouisio ꝛ conuersorū sit optata securitas/

E ꝛ occasio apta sequētium. Excellentiam quapropter vestram paterno salutātes affectu petimus vt zeli vestri in hac causa olim exhibiti/nunc vehemētius feruor incandeat: tantoqꝫ vos cōtra hostes dei vindices defensoresqꝫ reperiāt: quāto apud deum preciosior est anime qꝫ defensio corporis. Armet vos cōtra deulos/ipsa que in vobis fidei viget rectitudo: redintegret vestris tēporibus qd in illis est partibus scissum corpus ecclesie. Habetis ī hac causa retributorē vestri operis rectitudinis ac integritatis auctorem. De diuina nāqꝫ miseratione cōfidimus: quia tanto exteriores hostes nostri valentiores vos contra se reperiēt: quāto vos inimici recte fidei diuino in se senserint amore terribiles. Preterea duas ad Eliquinū epistolas misimus: si pacē que ab excellētia vestra in triginta dies facta est: custodiret: et rescripsit eā se seruaturū: si tamē ipsi a reipublice partibus fuerit custodita. Homines autē illos quos tenuerat: oēs cū rebus suis relaxauit: sed de occisis hominibus suis valde dolet: atqꝫ de vobis vehementer suspectus: eisqꝫ si (qd deus auertat) locum inuenerit/etiā in pace eū non est dubiū excessurū. Ad persanos autē hominē nostrū dudum qualem debuimus: ꝛ quomodo debuimus transmisimus: sed obtinere nil potuit. Unde ꝛ dromones eorum iam parati ad egrediendum nunciati sunt.

℄ Gregorius Pantholeoni notario. De mensura rusticorum iniusta. Capitulum.xxxix.

F Epistola xxxix.

Experiētia tua qd vel quale apud sacratissimū corpus beati Petri apostoli iusiurandum prebuerit/memor est. Unde nos quoqꝫ securi discussionis tibi causam in patrimonio partis Siracusane commisimus. Oportet ergo te fidē tuā ꝛ eiusdē beati Petri apostoli timorem semper ante oculos habere: atqꝫ ita agere: vt neqꝫ ab hominibus in presenti vita/neqꝫ ab omnipotente deo in extremo iudicio valeas reprehēdi. Ualerio siquidē chartulario nostro narrante cognouimus quia modium cū quo coloni ecclesie frumenta dare cōpellebantur.xxv. sextariorū inueneris. Quod omnino execrati sumus: atqꝫ eādē excussiōis causam tarde fecisse doluimus. Quia ergo eūdē modiū te fregisse/ꝛ iustū fecisse cōmemoras/gauisi sumus. Sed quia predictus chartularius summā nobis quoqꝫ indicare studuit: que de fraudibus conductorū apud experientiā tuam iam de duobus territorijs est collecta: sicut te studiose fecisse fracto iniusto modio gaudemus: quia in futuro nobis pspicimus esse etiā de peccatis preteritis cogitemus: ne si ea que fraudulenter cōductores a rusticis abstulerūt/ad nos perueniūt: peccata que ab ipsis perpetrata sunt: ad nos trahantur. Et ideo volumus cū omni fide/omni puritate/cōsiderato timore omnipotentis dei/reducta ad memoriā districtione beati Petri apostoli/per vnāquāqꝫ massam colonos pauperes ꝛ indigētes experientiam tuā describere:

G

atq₃ ex eis pecunijs que in fraudib⁹ sūt inuēte/vaccas/oues/porcosq₃ cōparare: et singulis colonis pauperib⁹ ea distribuere. Qđ facere te cū cōsilio viri reuerētissimi dñi Joannis episcopi atq₃ Adriani chartularij nostri ₇ rectoris volumus. Si autē necesse propter cōsilium fuerit/etiam filius noster dñs Julianus debet adhiberi: ita vt nullus alius agnoscat: sed secretū sit. Uos ergo inter vos pertractate: verū in auro aut certe in pecunijs eisdem colonis pauperib⁹ dari eadē cōtinētis debeat. Quicqđ vero cōmuniter steterit: prius descriptionē (sicut dixi) facito: ₇ postmodū singulis iuxta qualitatē sue paupertatis distribuere stude. Ego enī sicut magister gētium testatur/habeo omnia/₇ abūdo: nec pecunias/sed mercedem quero. Ita ergo age/vt ī die iudicij de eadē causa mercedis q̄ experientie tue cōmissa est: mihi fructū quē feceris/ostēdas. Quod si pure ac fideliter ₇ strenue egeris: et hic illud in filijs tuis recipies: et postmodū retributionē plenariā in eterni iudicis examine habebis.

¶ Gregorius Castorio Romano ₇ victarijs. Ut episcopi cū mulierib⁹ habitare non debeant. Capitulum. xl.

Epla. xl.

Peruenit ad nos q̄ qui sunt in sacro ordine cōstituti/ in territorio nursino/ cū mulierib⁹ extraneis habitent. Quod qz ignauū ₇ valde est indecens/optato defensori precepim⁹: vt eos debeat adhortari: quatenus si ita est/nullus eorum cum extraneis mulieribus decetero debeat habitare. Ut si forte adhortationem eius neglexerint: hoc quoq₃ ei iniunximus: vt ad notitiam fratris et coepiscopi nostri christanti illud perducere debeat: dummodo aut per illum corrigātur: aut cū eius auctoritate predictus defensor studeat emēdare. Et ideo magnitudo vestra in hoc capitulo (sicut eam decet) concurrat: atq₃ eundem desuper fratrem habeat in omnibus cōmendatum: vt vobis solatiantibus: et que ei iniuncta sunt salubriter expleat: ₇ in alijs cōtra rationem laborare non valeat.

H

¶ Gregori⁹ Christanto epō Spoletano. De sacerdotibus nursie cū mulieribus cohabitantib⁹. Capitulū. xlj.

Epla. xlj.

Ex quorundā relatione cognouim⁹ sacerdotes territorij nursini cū mulierib⁹ extraneis cōmanere. Pro qua re valde nos fraternitas tua cōtristatos agnoscat: q̄ dudum talia (sicut cognouit) minime passa est coerceri. Sed qm̄ p̄cepim⁹ defensori: vt hec debeat modis oīb⁹ emēdare: si quisq₃ ex eis in tali capitulo cōtumax voluerit apparere: ad fraternitatis tue eū debeat euocare iudicium. Ideoq₃ sanctitati tue necessario duxim⁹ scribēdum: vt si quos de sacerdotib⁹ ad tuā diocesim pertinentib⁹/vel certe de quib⁹ antedict⁹ optatus tue renūciauerit sanctitati p̄caces inuenerit: admonitione sacerdotali p̄missa: et si res ita exegerit: etiā ₇ canonicā adhibēs disciplinā: decetero emēdare festinet: qz nos audire talia nullā patimur ratione. Sed ₇ presbyterum quē dicūt sine dei respectu plurimas molestias irrogare: admonere eū vel increpare pro talibus fraternitas tua studeat. Qui si te audire noluerit/a cōmunione eum suspēde: vt vel sic incipiat a prauis se actib⁹ remouere.

I

¶ Gregorius Joanni episcopo panormitano. De vsu pallij notanda. Capitulum. xlij.

Epi. xlij.

Apostolice sedis grata beniuolētia prouocati/fraternitati tue quā panormitane ecclesie speculatoris cōstat suscepisse officium: pallij vsum preuidimus concedēdum: illis videlicet temporibus: atq₃ eo ordine: vt alios quoq₃ ī insula Sicilie sacerdotes vel decessores tuos esse vsos non ambigis. Illud autem admonemus: vt apostolice sedis reuerentia nullius presumptione turbetur. Tunc enim status mēbrorum integer manet: si caput fidei nulla pulset iniuria/et canonum manet incolumis atq₃ intemerata semper auctoritas: vt sicut a nobis huiuscemodi decoris vsum ad sacerdotalis officij honorē accepisse te gaudes: ita etiā morum atq₃ actuū probitate susceptū adornare contendas officiū. Sic etenim alterno eris inuicem decore cōspicu⁹: si ad huiuscemodi corporis habitū mētis quoq₃ tue bona concordent.

¶ Gregorius foce augusto. De responsalibus apostolicis. Capitulum. xliij.

Epl. xliij.

Considerare cū gaudijs ₇ magnis actionibus gratiarū libet: quātas omnipotēti domino laudes debem⁹: q̄ remoto iugo tristitie ad libertatis tempora sub imperiali benignitatis vestre pietate peruenimus. Nam q̄ p̄manere in palatio iuxta antiquā cōsuetudinē apostolice sedis diaconem vestra serenitas non inuenit: nō hoc mee negligētie: sed grauissime necessitatis fuit: qz dū ministri oēs huius nostre ecclesie constrita aspera q₃ tēpora cū formidine declinarēt atq₃ refugerent: nulli eorū poterat imponi: vt ad vrbem regiā in palatio p̄mansurus accederet. Sed postq₃ vestrā clementiam omnipotētis dei gratia disponēte ad culmē imperij peruenisse cognouerunt: ipsi quoq₃ suadēte letitia ad vestra vestigia venire festinant: qui illuc accedere valde timuerant. Sed qz eorū quidā ita senectute sunt debiles: vt laborē ferre vix possint: quidā ecclesiasticis curis vehementer implicātur/₇ lator presentiū qui primus olim defensor fuit/bene mihi ex lōga assiduitate cōpertus est vita/fide/ac moribus approbatus/hūc aptū pietatis vestre vestigijs iudicaui. Unde cum auctore deo diaconē feci: et sub celeritate trāsmittere studui: qui cūcta que in his partib⁹ agūtur/inuēto opportuno tēpore valeat clementie vestre suggerere. Propter qđ rogo vt serenitas vestra pias aures inclinare dignetur: vt tanto nobis valeat celerius misereri: quāto afflictionē nostrā verius ex eius relatione cognouerit. Qualiter enim quotidianis gladijs: ₇ quātis longobardorū incursionibus ecce iam per. xxxv. annorū longitudinē premimur: nullis explere vocib⁹ suggestionis valemus. Sed in omnipotente dño confidimus: qui ea que cepit/cōsolationis sue nobis bona p̄ficiet. Et qui suscitauit ī republica pios dominos/etiā extinguet crudeles inimicos. Sācta itaq₃ trinitas vitā vestrā per tēpora longa custodiat: vt de bono vestre pietatis qđ tarde suscepimus diutius gaudeamus.

K

L

¶ Gregorius Leontie auguste. De ecclesia sancti Petri specialiter honoranda. Capitulum. xliiij.

Epistola xliiij.

Que lingua loqui/quis animus cogitare sufficiat/quantas de serenitate vestri imperij omnipotēti deo gratias debemus: q̄ tā dura longi tēporis pondera ceruicibus nostris amota sunt: ₇ imperialis culminis leue iugū subijt qđ libeat portare subiectis? Reddatur ergo creatori omniū ab hymnidicis angelorum choris gloria in celo: p̄soluatur ab omnibus gratiarū actio in terra: qz vniuersa respublica que multa merorū p̄tulit vulnera/iam nūc consolationis vestre inuenit fomenta. Unde nobis necesse est oīpotentis dei misericordiam enixius exorare/ vt cor vestre pietatis sua semp dextera teneat/eiusq₃ cogitationes celestis gratie ope dispenset: quatenus trāquillitas vestra tāto rectius valeat sibi seruientes regere: quāto dñatori omniū nouerit verius deseruire. In amore catholice fidei faciat defensores suos: quos fecit ex benigno opere imperatores nostros. Infundat in vestris mētibus zelum simul ₇ mā suetudinem: vt pio semp feruore valeatis ₇ quicquid in deo exceditur/nō inultum relinquere: ₇ si quid in vobis delinquitur/parcēdo tolerare. Sed det vobis in vestra pietate pulchre auguste clemētiā/que pro zelo catholice fidei in sancta synodo helena noua vocata est. Omnipotentis dei misericordia largiora vobis cū piissimo domino spatia viuēdi cōcedat: vt quo vestra lōgius vita extēditur/ subiectorū omniū consolatio validius cōfirmet. Rogare forsitan debui: vt ecclesiam beati Petri apostoli que nūcusq₃ grauib⁹ insidijs laborauit/haberet vestra tranquillitas specialiter cōmendatam. Sed qui scio q̄ omnipotentē deum diligitis: non debeo petere qđ sponte ex benignitate vestre pietatis exhibetis. Quāto enim plus timetis conditorē omnium: tāto amplius eius potestis ecclesiā amare/cui dictū est: Tu es Petrus: et super hanc petrā edificabo ecclesiam meam: et porte inferi non preualebūt aduersus eā: ₇ tibi dabo claues regni celorum: et quodcūq₃ ligaueris sup terrā/erit ligatū et in celo: ₇ quodcūq₃ solueris super terrā/erit solutū ₇ in celo. Unde nobis dubium nō est q̄ forti amore ad eū vos stringitis: per quē solui ab omnib⁹ peccatorū nexib⁹ desideratis. Ipse ergo sit vestri custos imperij: sit vobis p̄tector in terra: sit pro vobis intercessor ī celo: vt per hoc quod releuatis duris ponderib⁹ in vestro imperio subiectos gaudere facitis: post multa annorū tēpora in celesti regno gaudeatis.

M

Mat. xvj.

¶ Gregorius Cyriaco patriarche constātinopolitano. De pace ₇ vnitate sancte ecclesie. Capitulum. xlv.

A
Epl.xlv.
Joā.xiiij.

QUanta sit pacis virt⁹/charissime frater ex voce dñica diligētius intuenteꝛ: que ait: Pacē meam relinquo vobis:pacē meā do vobis:ita in eius nos decet dilectiōe psistere/vt locū prebere dissẽsioni nullo modo debeamus. Sed quia in radice ipsi⁹ viuere aliter nō valemus:nisi mente et actu humilitatē/ quā ipse auctor pacis docuit/teneamus:cū ea charitate qua dignū est suademus:vt profanam elatione/que animabus semper aduersa est/cordis pede calcantes:puerisi superbiq vocabuli scandalū ecclesie auferre de medio festinetis:ne a pacis nostre societate diuisi inueniri possitis. Sed vnus in vobis spiritus/ vna mens/ vna charitas/vna i xp̄o(qui sua mēbra esse nos voluit)sit cōpago concordie. Nam q̄ durū/q̄ indecens/q̄ crudele/q̄ꝫ a sacerdotali proposito sit extraneū: pacem illū quā aliis predicat non habere/ sanctitas vestra consideret:et suos de superbia fratres scandalizare nō presumat. Sed hoc magis studeat:vt vane aut superflue elatiōis auctorem/ humilitatis queat ense psternere:quatenus ex eiusmodi victoria/suū vos habitaculum sancti spiritus gratia sibi vendicet:et aperte impleatur in vobis qđ scriptū est:

ij.Coꝛ.vj.

Templum dei sanctū est/ qđ estis vos. Presentium vero portitorē dilectissimū cōmunē filiū Bonifacium diaconem vobis in omnib⁹ cōmendamus: vt quociēs necesse fuerit/solatia vestre(sicut decet)inueniat sanctitatis.

¶ Gregori⁹ Eulogio patriarche alexandrino. De puero ordinato i diaconē/ et de simoniaca heresi. Capi.xlvj.

Epl.xlvj.
B

QUadam die iter me ꝛ familiares meos de cōsuetudinibus ecclesiarū cū sermo fuisset exortus/quidā qui in magna ciuitate Alexādrina medicinali arte erat imbut⁹:collectorem se apud sophistam suū habuisse perhibuit/summe prauitatis puerū/ quē repente dixit esse diaconē ordinatū. Atq̄ addidit q̄ per premia et donationes ordinatus fuisset:qꝛ eandē cōsuetudinem in sancta alexandrina ecclesia coualuisse fatebatur. Quod ego audiens obstupui:et valde miratus sum:qꝛ sanctissimi ac beatissimi viri dñi Eulogij lingua que tā multos hereticos ad fidē catholicam reuocat/simoniacam heresim de sancta Alexandrina ecclesia non erasit. Et quis erit cui⁹ exhortatio vel correctio hoc poterit emēdare:si magna et admirabilis doctrina ei⁹ hoc sine emēdatione reliquerit? Unde pro absolutione anime vestre: proq̄ augmento mercedis vestre/vt ante tremendi oculos iudicis vestra in omnib⁹ perfecta sint opera/festinare debetis/simoniacam heresim/ que prima in ecclesia exorta est/a sanctissima sede vestra / q̄ nostra est/ fundit⁹ euellere atq̄ eradicare. Propter hoc etenim cōtingit vt ecclesiastici ordinis a plurimis sanctitas caderet:quia persone non pro vita ꝛ actibus:sed pro premijs ad eos ordines adducūtur. Si autē moꝝ merita et non premia quererent:ad ordinationē persone indigne non venirent. Et tanto plus incipiet vobis merces accrescere: quanto boni quisq̄ q̄ adduci ad sacros ordines fuerit/ de animarum lucris studuerint cogitare.

¶ Gregorius Eulogio patriarche Alexādrino. De verbo dei instanter predicando. Capitulum.xlvij.

C
Epl.xlvij
puer.xxv.

MAgnas omnipotenti deo gratias reddimus: qꝛ i ore cordis dulcis sit sapor charitatis: cū impletur quod scriptū est: Sicut aqua frigida sitienti ;sic nuncius bonus de terra longinqua. Ante hoc enim tēporis Bonifacij chartularij respōsalis mei/ qui in vrbe regia demoratur /vehemēter me scripta turbauerunt: que dicebant dulcissimā mihi atq̄ suauissimā sanctitatē vestram defectum corporei luminis ptulisse. Ex quib⁹ scripti graui merore pculsus sum. Sed subito creatoris ac redemptoris nostri gratia prosperante beatitudinis vestre suscepi epistolam:ꝛ sanam de ea quā audiui corporis molestia agnoscens/ exultaui vehemēter: quia tāta letitia cordis secuta est:quanta prius tristitie amaritudo precesserat. Scimus enim qꝛ in omnipotentis dei adiutorio multorū salus est vita vestra. Nam tūc inter fluctus naute securi nauigant: quādo gubernator doct⁹ atq̄ artifex ad claui regimē sedet. In salutis autē vestre gaudio:hec quoq̄ mihi est exultatio addita:qꝛ et iminutos ore vestro ecclie hostes: et multiplicatos dñicos greges agnoui. Crescūt enim quotidie per lingue vestre vomerē grana celestia: atq̄ in supernis horreis multiplicantur:ita vt in vobis impletū esse gaudeamus: qđ scriptum est: Ubi plurime segetes: ibi manifesta fortitudo boum. Unde aperte colligimus: qꝛ quātum plus ad seruitium dei omnipotētis fugitiuos eius reducitis: tātum apud eum maius meritū habetis. Et quāto meritū maius accipitis: tanto potestis amplius impetrare que petitis. Rogo ergo vt pro me peccatore exiliius oretis/ qꝛ ꝛ dolor corporis/ꝛ amaritudo cordis/ꝛ immēsa vastitas mortalitatis iter tot barbaroꝝ gladios me vehemēter affligit. Inter que omnia nō tēporalem: sed eternam cōsolationem requiro. quā per me impetrare non valeo: sed intercessione vestre beatitudinis hanc me obtinere confido. Secūdo vero anno nulla sanctitatis vestre scripta suscepi/atq̄ omnino contristatus sum. Et quidē vestra benedictio:quā sine epistola transmisistis:data atq̄ suscepta est. Sed quia plus me lingua vestra q̄ data letificēt:minoris gratie esse credidi que dabātur. Cōmunē autē filium epiphanium diaconē Alexādro atq̄ Isidoro sanctissime ecclesie vestre diaconibus feci scribere:vt constaret qꝛ ea que transmissa sunt /suscepissemus. Scripsi vero qꝛ grandia ad arbores ac temones faciendos ligna parauerā:sed nauis parua que venerat: hec portare nō potuit:ꝛ nihil mihi exinde rescripsistis. Unde si sunt necessaria / cōmuni filio Bonifacio diacono quem nunc ad vrbē regiam pro faciendis responsis transmittimus: scribite vt mihi ipse rescribat quaten⁹ preparētur: vt cū beatitudo vestra transmiserit/ parata valeant inueniri.

D
puer.xiiij

E

Preterea trāsmisimus crucem paruulam: in qua de catenis amatorū vestroꝝ sanctoꝝ Petri ꝛ Pauli apostoloꝝ inserta est benedictio:que oculis vestris assidue superponatur:qꝛ multa per eandē benedictionē miracula fieri cōsueuerūt. Omnipotēs deus cordi beatitudinis vestre aspiret: vt pro me orare assidue curetis. Et vos vestrosq̄ oēs sua dextera protegat / atq̄ post longa annoꝝ curricula ad celestia regna pducat. Eulogias vero sancti Marci a beatissima fraternitate vestra trāsmissas cū ea charitate qua sunt directe: sm̄ notitiam earum suscepimus:ꝛ gratias affectui vestro referimus: qꝛ ex his exterioribus: quales erga nos sitis /agnoscimus.

¶ Gregorius Joanni episcopo panormitano. De vidēdo eo. Capitulū.xlviij.

Epistola
xlviij.

AMorem circa nos vestrum quē corporali nobis visione volumi⁹ exhiberi:scriptis et operib⁹ assidue demonstratis. Sed qđ aliud hec exhibendo agitis:nisi vt plus queramus videre quē docemur ampli⁹ amare? Et paulomin⁹ iam etiā murmur accepimus: qꝛ non possumus videre quē amamus. Sed affuit qui mihi impossibilitatē nauigij de vestra gloria narraret:atq̄ ideo quod amaui retinui; ꝛ qđ iratus fueram peperci. Omnipotens deus sua vos protectione custodiat: ꝛ a malis omnibus gratia assidua defendat.

¶ Gregorius Joanni episcopo panormitano. De charitate clericis suis exhibenda. Capitulum.xlix.

Epla.xlix
F

IMplenda sunt semper postulantium desideria quotiens illa poscūtur: que a ratione non discedunt. Et ideo qꝛ quedā capitula: que seruaturū te clericis tuis petētibus promisisti/ nostra ab eis postulatur auctoritate firmari:fraternitatem tuam his hortamur affatibus: vt ea que presentia scripta continēt:sine aliqua debeas refragatione seruare. Primū vt de redditibus ecclesie quartā in integro portionē ecclesie tue clericis sm̄ meritū vel officium siue laborē suū: vt ipse vnicuiq̄ dādum pspexeris/sine aliqua prebere debeas tarditate. De hoc vero qđ ex fidelium oblatione accesserit/ quartam partē in solidis vel cellario eis iuxta pristinā cōsuetudinē dare nō differas. Reliqua autē omnia mobilia in tua retineas potestate. Immobilia enim ecclesiasticis redditibus aggregentur: vt multiplicata quantitate/clericorum tuorum vsibus (deo largiente) proficiant. Tabellarium vna cum consensu seniorum et clerimeminceris ordinandū:qui annis singulis ad amputandam fraudis suspitionē solēniter suas debeat rationes exponere. Uindemiarū autē tēpore idem clerus emēdi vinū de possessiōibus ecclesie tue ad iusta precia: inquātum vendēdum est:remedium consequatur. Nam satis cōtra rationem est: vt quod potest extraneis vendi dari/ clericis dato precio denegetur. Possessiones igitur/vel si que sunt ecclesiastico iuri cōpetētia:ꝛ ab extraneis indebite detinētur:cū omni studio seruata ciuilitate i tua

G xv.q.vij.c. Siquid.

ecclesie tue preparare festina: vt negligens in aliquo videri non valeas. Si quid igitur de quocunq; clerico ad aures tuas peruenerit: quod te iuste possit offendere/facile non credas: nec ad vindictã te res accẽdat incognita: sed presentib⁹ seniorib⁹ ecclesie tue diligẽter est veritas perscrutãda: ꝛ tũc si qualitas rei poposcerit/canonica districtio culpã feriat delinquentis. Hec itaq; omnia sic sollicite ac mãsuete studij tui sit custodire: quatenus nec tu ꝓmissionis tue videaris immemor extitisse: nec illi cõtra te iustã occasionẽ inuenire valeant murmurãdi.

¶ Gregorius Joanni defensori eunti in hispaniam. De lege multimoda episcoporũ ꝛ aliorum. Capitulum.l.

Epľa.l. ij.q.i.c. in primis.

IN primis requirẽdũ est de persona presbyteri dilectissimi fratris ꝛ coepiscopi nostri Januarij: ꝛ si ita se veritas habet: sicut eiusdẽ epi scopi petitio continet/in ecclesia atq; in loco suo: modis omnibus idẽ presbyter reuocetur. Si autẽ dictũ fuerit: q; cõtra ipsum causa aliqua mota siue probata est: subtiliter ipso presente: ꝛ pro se rationẽ reddẽte: querendũ est ꝛ genus cause: ꝛ modus probationis: vt ex hoc colligere valeas: vtrũ adhuc in exilio demorari/an certe in ecclesia sua et officio suo debeat reuocari. De supradicti episcopi persona hoc statuẽdũ est: vt si nulla cõtra eũ criminalis causa/que exilio vel depositione digna est: mota siue probata est: is qui eo superstite episcop⁹ peruerse ac contra canones in ecclesia ei⁹ ordinari presumpsit/sacerdotio priuat⁹: ab omni ecclesiastico ministerio repellatur. Qui etiam eidẽ dilectissimo Januario fratri ꝛ coepiscopo nostro tradẽdus est: vt ab ipso in custodia habeatur: aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi vero qui eũ ordinauerũt/vel ordinationi eius consentientes interfuerũt/in sex mẽsibus dñici corporis ꝛ sanguinis cõmunione priuati/agere penitẽtiam decernantur in monasterio: ꝛ suprascriptus Januarius loco ꝛ ordini suo modis omnib⁹ reformetur. Si vero cõmunione priuatis: mortis cõtigerit imminere periculum/benedictio eis viatici non negetur. Si autem episcopi in preiudicium condẽnationis vel depositiõis memorati episcopi semetu iudicis cõsensisse/ac talia fecisse nõ sua spõte fassi fuerint/tẽpus eis abbreuiandũ est: ꝛ modus penitentie tẽperandus. Si vero ille qui locũ eius inuasit/de hac fortasse luce migrauit: et alter est ordinat⁹: q; leuior culpa videt: eũ non quasi isti superstiti/sed successisse defuncto videat: epatus illi officiũ in illa eccľia tantũmodo interdicatur: vt in alia ecclesia que sacerdote vacauerit/si elect⁹ fuerit/possit esse episcopus: ad malacbitanã tñ ecclesiã nunq; aliquo modo reuertatur⁹. Gloriosus autẽ comitiolus quicquid predictus episcopus per violentiam atq; insecutionẽ ipsius expendisse/vel dãnũ pertulisse dato sacramẽto firmauerit: eidem epo restituere cõpellatur. Si aũt aliter q; antefati epi petitio cõtinet/

I

actum esse forsitan perhibetur/subtiliter querendũ est: ꝛ veritate cognita/cũ dei timore q̃d iustitie ordo suaserit iudicandũ. Quia ergo Stephanus eps in odio suo quedam ficta/ꝛ de falsis se capitulis accusatũ/neq; aliquid ordinabiliter factum: sed iniuste se asserit condẽnatum: diligenter querẽdum est primo si iudicium ordinabiliter est habitum: aut si alij accusatores/alij testes fuerũt. Deinde causarum qualitas: si digna exilio vł depositione fuit. Aut si eo presente sub iureiurando cõtra eum testimoniũ dictum est: si scriptis actum est: vel ipse licentiam respondẽdi ꝛ defendẽdi se habuit. Sed ꝛ de ꝑsonis accusantium ac testificantiũ subtiliter querendũ est cuius vite/cuius cõditionis/cuiusue opinionis/aut ne inopes sint/aut ne forte aliquas contra predictũ episcopũ inimicitias habuissent: ꝛ vtrum testimoniũ ex auditu dixerũt: aut certe se scire specialiter testati sunt: si scriptis iudicatũ est: ꝛ partibus presentib⁹ sententia recitata est. Quod si forte hec solẽniter acta non sunt/nec causa probata est q̃ exilio vel depositione digna sit: in ecclesia sua modis omnibus reuocetur. Hi vero qui eũ cõtra dei timorem ꝛ canonũ statuta cõdẽnauerũt: excõmunicati in monasterio ad agendam penitentiam sex mensibus sunt mittendi: ita sane vt si cuiq; eorũ mortis cõtigerit imminere periculum/viatici benedictio nõ negetur. Ipse autem qui eo viuente locũ eius temerarie ambiuit: priuat⁹ sacerdotio ab oĩ ministerio ecclesiastico repellatur: atq; eidẽ dilectissimo fratri ꝛ coepiscopo nostro tradatur: vt

K

cum aut ipse ad nos trãsmittat/aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero qui eũ ordinare presumpserunt: vel peruerse ipsius ordinationi prebuere cõsensum: iidẽ cõmunione priuati/sex mẽsibus ad agẽdam penitẽtiam in monasterio deputent. Si aũtẽ episcopi in preiudiciũ condẽnationis vel depositionis memorati Stephani se metu iudicis cõsensisse/ac talia fecisse non sua spõte professi fuerint/tẽpus eis abbreuiandũ est: ꝛ modus penitẽtie temperandus. Si igitur is qui predicti Stephani locum inuasit/fortasse defunct⁹ est: atq; alius i ecclesia ei⁹ episcopus ordinat⁹ est/illud de eo statuẽdum est: quod superi⁹ de causa fratris ꝛ coepiscopi nostri Januarij diximus. Quod si forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum episcopũ probata sunt: aliqua vero doceri minime potuerũt: causa omni cõsideratione pensanda est: vtrũ leuiora capitula: an certe grauiora probata sint: vt ex eis qualiter diffinitionẽ tuã formare debeas/possis scire. Gloriosus vero comitiolus: si suprascriptus episcopus innocẽs esse claruerit/quicq̃d de rebus ei⁹ vel ecclesie ipsi⁹ tulit/et sine aliqua restituat dilatione. Sed et quecũ se in persecutionẽ ac violentiam eius expẽdisse: vel dãnum idẽ episcopus ꝑtulisse iurauerit/idẽ memoratus gloriosus comitiol⁹ reddat ac satisfaciat. Si aũt talẽ culpã antedictũ episcopũ cõmisisse cõstiterit (quod absit) vt constet eum nõ irrationabiliter fuisse depositũ: eadem eius depositio confirmetur: et ecclesie res sue oẽs restituantur: que ablate claruerint: q; delictũ persone in dãnum ecclesie nõ est cõuertendũ. Si enim/vt dicũt/comitiolus defunct⁹ est: ab herede eius que ab illo iniuste ablata sunt/sine excusatione reddantur.

L

¶ Gregorius Vitali defensori. De consiliarijs excõmunicatis Januarij episcopi. Capitulum.lj.

Epľa.lj.

QUid de fratre nr̃o Januario episcopo agnouimus/ꝛ lator presentium ꝛ exemplaria scriptorum nostrorũ te poterũt informare: atq; ideo excõmunicationẽ quã super vniuersos eius cõsiliarios dari decreuimus: tua experientia solerter exequatur: vt cadẽtes discant: quatenus incaute ambulare nõ debeãt. Preterea precium tritici quod nobis xenij nomine fuerat transmissum: per latorẽ presentium redẽptorẽ defensorem transmisim⁹. Videat experientia tua ne vel tu vel ipse qui detulit/aliq̃d ex eo in precio cõmodi participare presumat: sed totũ singulis vel simul omnibus illibatum restituat: eorũq; mihi scripta de eodẽ premio transmittat: quia si aliter q; admoneo factũ cognouero/vindictam ex eadem causa non mediocriter exercebo.

¶ Gregorius Joanni defensori. De monachis capree insule. Capitulum.lij.

Epľa.lij.

VBi canonicam districtionẽ culparũ cõtra se qualitas excitat: postponere que corrigenda sunt nõ debemus: ne dissimulatione vires dare prauis actibus/quos falce nos discipline resecare cõuenit/videamur. Q; ergo peruenit ad nos/monachos monasterij in capricana insula: que iuxta maioricã insulam est posita: ita peruerse agere: ac vitã suã diuersis facinoribus submisisse/vt non omnipotẽti deo: sed antiquo hosti (quod cũ gemitu dicimus) ostẽdantur militare: experiẽtia tua presenti auctoritate cõmonita/ad predictũ monasteriũ accedere: et vitã moresq; illic cõuersantium sub tali studeat inuestigatione perquirere: ꝛ ita que resecatiõe digna repererit (sicut canonicus ordo desiderat) cõgrua vltione corrigere: atq; eos q̃ obseruare debeant studeat informare: quaten⁹ emendationis tue modus ꝛ illos ad viam recte conuersationis reducere: et te apud nos nullo modo valeat accusare culpabilem.

M

¶ Epistola Joannis defensoris de cognitione de qua inter episcopos resedit. Capitulum.liij.

Epľa.liij.

IN nomine dñi ipse iij. die. iij. indict. illis/cui officium cognitoris iniungitur: ita se puro ac intemerata cõscientia debet in omnib⁹ exhibere: vt ex his que in alijs iudicat/ipse vltionẽ eterni examinis non incurrat. Cum igitur ex deputatione ꝛ iussione beatissimi atq; apostolici dñi mei Gregorij Ego Joannes defensor inter Joannem episcopum malacbitane ciuitatis: iter illos et illos episcopos cognitor resedissem: necesse fuit huiusmodi causam predicti Januarij internã inquisitione discutere/et a partib⁹ subtiliter querere veritatem: ꝛ ill vt petitio eius cõtinet/transmissis clericis

B

a memoratis epis vna cū hoib⁹ gloriosi comitioli de ecclesia fuerit violēter abstractus. Qui dū multa cōtra se inuicem (sicut gesta testātur) obijcerēt: ad conclusionis huc vtrorūq; ptes aliqñ terminū puenerūt/petētes me de cognitis debere iudicare. Ubi sollicite relegens que acta sunt: et veritatē diligēti inuestigatiōe pquirēs: nullā in antedicto ianuario culpā que exilio vel depositione digna esset puniri: sed magis illū eiectū de ecclīa violēter inueni. Et qm̄ hmōi temeritatem legū cēsura districtissime ferit: ego tū legū vigorē sacerdotali moderamine tēperās: medijs sacrosctis euāgelijs quib⁹ presentibus ab initio in hoc cognitos resedi iudicio: ea que cōtra eū statuta sunt/licet iure nō teneāt: nec alicui⁹ sint momēti: iniusta tū et infirma esse pnuncio: atq; illos memoratos epos/q postposita consideratione sacerdotali/in fratris preiudiciū atq; cōdēnatione iniuste et cōtra dei timorē versati sunt/cōdēnās: in monasteriū recipiēdos ad agēdam in tēpus penitētiam statuo atq; decerno. Illum vo qui loci antedicti sanctissimi ianuarij cōtra sacrorū canonum statuta nequiter presūpsit inuadere/condēnās/priuari sacerdotio: et ab omni ecclīastico ordine remoueri statuo: vt ⁊ hoc qđ male est adeptus amittat: nec ad officium qđ ante indigne gesserat/reuertat. Sepedictū aūt sctissimū ianuariū epm absolutū loco suo ⁊ epat⁹ gradui deo auctore reuerti: ac modis oib⁹ reformari cōstituo.

¶ Gregorius Joanni defensori eūti ad hispaniam. De pluribus causis examinandis. Capitulum.liiij.

B

Epi.liiij. xi.q.i.cap. De psona.

De persona pbri hoc attendēdum est: qr si quā causam habuit/nō ab alio teneri: sed epo ipsi⁹ adiri debuit: sicut nouella constitutio manifestat: que loquitur de sanctissimis ⁊ deo amabilib⁹ ac reuerētissimis epis/clericis/et monachis. Imperator Justinianus augustus Petro gloriosissimo prefecto pretorio. Si qs ptra aliquē clericum aut monachum: aut diaconissam aut monastriā aut ascitriam habeat aliquam actionē/adeat prius sanctissimū epm cui hoc vnusquisq; subiacet. Ille vo causam inter eos diiudicet. Et si qdē vtraq; pars his que iudicata sunt/nō acquieuerit: iubemus per loci iudicem hec executioni pfecte mādari.⁊c. Ne vo obijciatur: qr de clerico hoc loquit/non de pbro: sciēdum est qr in eadem cōstitutione lib. C.j. legitur appellatione clericorū: et pbros ⁊ diacones contineri. Uerba aūt legis ista sunt: Pbros aūt ⁊ diacones ⁊ subdiacones/cātores ⁊ lectores/quos oēs clericos appellamus. et reliqua. De persona Januarij epi sciēdum est grauiter oino ⁊ contra leges esse actū: vt violenter de ecclesia traheret: oum si quālibet aliam iniuriam a quocūq; epo in ecclīa passus fuerit: iniuriātem lex capitali pena puniat/et sicut maiestatis reū oib⁹ det accusandi illū licentiam: vt hui⁹ legis serie loquit codicis lib.j.titu.vj. cōstitutione.x. Imperatores Archadius et Honorius augusti Theodoro prefe. pcto. Si qs in hoc genus sacrilegij proruperit: vt in ecclesias catholicas irruens/sacerdotibus et ministris/vel cultorib⁹ ipsis/locoq; aliquid importet iniurie/qđ geritur/a puincie rectoribus animaduertatur: atq; ita puincie moderator/sacerdotium et clericorum/et catholice ecclesie ministrorū: loci quoq; ipsius ⁊ diuini cultus iniuriam capitali in cōuictos seu cōfessos reos sentētia nouerit vindicādam. Et post pauca. Siue cuncti laudabile factas atroces sacerdotib⁹ aut ministris iniurias/veluti publicum crimen insequi: atq; de talib⁹ reis vltionē mereri.⁊c. Data.vj.cal.maij. Mediolani Honorio augusto quater: ⁊ Eutbiciano ter cōsulib⁹. Libri suprascripti titu.ex.cōsti.ij. Imperatores Honorius et Theodosi⁹ augusti Jonio prefe. pcto. Fideli ac deuota preceptiōe sancimus nemini licere ad sacrosanctas ecclesias cōfugiētes abducere: sub hac videlicet diffinitione: vt si quisq; cōtra hāc legē venire tentauerit/sciat se maiestatis crimine esse retinendum. Data cal.aprilis. Honorio septies: et Theodosio tertio cōsulibus. Item eiusdem titu. consti.v. Imperator Leo augustus Eutrio prefe. pcto. Presenti lege decernimus/per oīa loca valitura (excepta hac vrbe regia in qua nos diuinitate propitia degētes: quotiēs vsus exegerit inuocati/singulis causis atq; personis presentanea cōstituta prestamus) nullos penitus cuiuscūq; conditionis de sacrosāctis ecclesijs orthodoxe fidei expelli/aut trahi/vel ptrahi confugas. Et post pauca. Qui hoc moliri/aut facere/aut nude cogitatiōe saltem/atq; tractatu ausi fuerint tētare/capitali et vltima supplicij animaduersione plectēdi sunt. Ex his ergo locis/eorūq; finib⁹ quos anteriorū legū prescripta sanxerunt: nullos eijci aut expelli aliqñ patimur: nec in ipsis ecclesijs reuerendis ita quēq; detineri atq; restringi: vt ei aliquid aut victualiū rerū/aut vestis negetur/aut requies.⁊c. Data pridie cal.martij Cōstātinopoli: Leone augusto tertium cōsule. De persona Stephani epi hoc attendendum est: qr nec inuitus ad iudicium trahi/nec ab epis alieni concilij debuit iudicari: sicut nouella quedam traditio que de epis loquitur/continet. Ait enim. Sed neq; pro qualicunq; pecuniaria vel criminali causa ad iudicem ciuilem siue militarem/inuitum epm producere/vel exhibere citra imperialem iussionem permittimus: s; iudicem qui tale aliquid/siue ex scripto siue ex non scripto presumpserit imperare: post cinguli priuationem.xx. librarum auri penā exsoluere iubem⁹ ecclīe cui⁹ epus pduci aut exhiberi iussus est. executorē similiter post cinguli priuationē et verberib⁹ subdēdū: et in exiliū deportādū. Item post multa. Si aūt ⁊ a clerico aut laico quocūq; aditio cōtra episcopum fiat pp̄ter quālibet causam: apud sanctissimum eius metropolitam sm̄ sanctas regulas ⁊ nostras leges causa iudicetur. Et si qs iudicatis cōtradixerit: ad beatissimum archiepm ⁊ patriarchā diocescos illi⁹ referat causa: et ille sm̄ canones ⁊ leges huic prebeat finem. Cōtra hec si dictū fuerit qr nec metropolitā habuit nec patriarcham: dicendum est qr a sede aplica (que omnium ecclesiarum caput est) causa audiēda/ac dirimēda fuerat: sicut ⁊ predictus epus petisse dinoscitur: q epos alieni cōcilij habuit oino suspectos. Quia ergo sentētia nō a suo iudice dicta/nihil firmitatis obtineat: lectionis hui⁹ tenor ostēdit. lib.C.vij.titu.xlviij.cōstit.iiij. Imperatores Gratianus: Ualentinianus: et Theodosius augusti ad Pontium mirium. Et in priuatorū causis hmōi forma seruetur: ne quēq; litigatorū sentētia non a suo iudice dicta constringat. Data.xj.cal.Octobris Rome/Ausonio et Oliurio consulib⁹. Qr autē dicitur a seruis suis accusatus: sciēdū est qr audiri minime debuerūt/vt hec cōstitutio patefacit sic dicēs. C.lib.ix.titu.j.cōstitu.xx. Imperatores Archadius et Honorius augusti Eutbiciano prefe. pcto. Si quis ex familiarib⁹ vel ex seruis cuiusli bet dom⁹ cuiuscūq; criminis delator atq; accusator extiterit: eius estimationē/caput/atq; fortunas petiturus: cui⁹ familiaritati vel dominio inheserit/ante exhibitionem testium/aut examinationem iudicij/in ipsa expositione criminum atq; accusatiōis exordio/vltore gladio feriatur. Uocem eni funestam intercidi oportet potius q̄ audiri. maiestatis aūt crimen tātum excipimus. Data.v.idus nouēbris Cesaribus consulibus. Si vo dictū fuerit: qr de hoc accusatus est: qđ ad maiestatis crimen attinet: nec ipsum de eo credendum fuit: si vita vel opinio ei⁹ talis ante nō extitit: sicut lib. pādectarum.xlviij. ad legem iuliam maiestatis scribit modestin⁹.l.famosi. paulo post princi. Hoc tn̄ crimen a iudicib⁹ non in occasione ob pncipalis maiestatis venerationē habēdū est/ sed i veritate rei iudicate. Nam ⁊ psona spectāda est: an potuerit facere: ⁊ an ante qđ fecerit: ⁊ an cogitauerit. Qr autē dicit idem epus qr se absente/aliqui vilissimi sint testes exhibiti: hoc si verum est/nulli⁹ esse momēti lege noscendum est: Cōstitutione nouella que de testib⁹ loquit. Hoc quoq; sepius agnouimus: qm̄ quidam aut apud locorū defensores/aut apud clarissimos puinciarum iudices/aut etiā (vt assolet) hic apud virū clarissimū magistrū census ingrediunt: ⁊ querunt tanq; ab alio passi aliquid cōtra leges/aut aliter lesi aut dānificati/testes volentes pducere. Ut ne postea obijciatur eis: qr per vnam partē gesta cōfecta sunt: oportet illum in ipsa ciuitate cōstitutum vbi testimonia dātur/admonitum a iudice siue a defensore aduenire: et audire attestationes. Si vo noluerit aduenire/sed contēpserit: vt ex hoc ab vna parte testimonia aduersus eum inutilia sint: sancimus hmōi testimonia ita valere/ac si non ex vna parte cōsisterent/ sed etiam ipso presente fuissent facta. Si eni recusauerit et venire noluerit/et audire que deponūtur (cum vtiq; in publico sit: et non ex ineuitabili quadā necessitate venire non possit) similis aduenienti erit: et nulla vtilitas ex contēptu suo ei adhibebitur: sed videbūtur quidem

D

ij.q.j.cap. In pmis. §.De psōa epi stephani.

E

vbi supra. §.Qr aūt.

vbi supra.

F

vbi supra.

G in vtriusq3 presentia pbatiões facte. Ecce admonẽdus est semper aduersari⁹ vt ad audiẽdos testes adueniat. Qd qz hic omissum est/necesse est vt qd cõtrã leges actũ est/firmitatẽ non habeat. Quales aũt testes vel cui⁹ opinionis ad testimonium admittendi sont/plerime leges ostẽdũt:q pene nulli habẽtur incognite:q etiã sanciũt vt vilissimis testib⁹ sine corporali discussione credi non debeat. Qd aũt d3 qz nihil scriptis iudicatũ est/legẽd⁹ est titu. xliiij. lib. vij. codicis: quia scriptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia d3: atq3 precipit vt sentẽtia q sine scripto dicta fuerit:ne nomen qdẽ sñie habere mereatur.

vbi l. 5. 6. Testes.

¶ Greg. Theodoro curatori. De petro viro magnifico.

Posteaq3 sic de glorie vr̃e sinceritate presumim⁹/ vt vestros vos credamus reputare qui nostri sunt:latori presentium Petro viro magnifico ad pmerẽdam bonitatis vr̃e grãm/hoc solum sufficere poterat/indicare qz noster est. Sed qm paterna cõmẽdatio boni filij mẽtem solet semp accẽdere: paterna dulcedine salutantes petimus:vt memorato filio nostro/atq3 memorate filie nostre gloriose matri ipsi⁹ patrocinij vr̃i grãm ostẽdatis:eosq3 et illic positos tuitionis vr̃e remedio foueatis:et venientes ad nos vr̃is subsidijs adiuuetis:quatenus dum ea que glia vr̃a ex se solet impẽdere/ nostra benigni⁹ epla interueniẽte prestiterit:et ipsam rẽ consuetam videat laudabiliter exhibere:et nos sibi pro sua bonitate grãs esse per oĩa faciat debitores.

¶ Gregorius Paulo scholastico. De vitione ei⁹ in maleficos. Capitulum. lv.

Epl. lv. D

Quãto nos gloria vestra tristes dudum effecerat propterea q se aduersus fratrem r coepm nostrũ Leonem reuerentissimũ virũ querelas habere aliquas phibebat:tãto eodẽ fratre ad nos modo veniẽte/cor nostrũ gauisum est:qz in pristinã vos cõcordiam (deo ppitio) ad inuicẽ redisse testat⁹ est. Qui etiã inter alia bona que vr̃is laudib⁹ inserebat/ adiecit oĩno vos in vitiõe maleficoꝝ sollicitos ac districtos/sicut reuera vos vt xp̃ianos oportuit/extitisse. Unde valde luo bis letitia quã de vobis sumpseram⁹ excreuit:qz illũ vobis placabilẽ reddidis: ɔtra cui⁹ inimicos zeli vr̃i rectitudinẽ exercetis. Propterea gloriã vestrã paterna dulcedine salutantes hortamur:vt qz satis est morib⁹ vr̃is accõmodum pacẽ diligere:reparatã inter vos grãm nullius lingua pturbet:sed sic in vobis erga paternum amorem charitas ardeat:vt cũ aduersi flatus more flãme nõ extinguãt/s3 augeãt. Nam r eũdẽ antedictũ fratrẽ nr̃m hortati sum⁹/ vt ita paternã vobis dilectionẽ impẽdat: quaten⁹ reciprocũ glie vr̃e affectũ non odiose/sed velut mutuum tanq3 fenerator semper possit exigere.

¶ Gregori⁹ Uitali defensori. De xenodochio neglecto. De ecclesijs vacãtibus. De pompeiana. De infirmitate Januarij epi tempore sacrificij. Capitulum. lvj.

Epl. lvj. J

Experiẽtia tua indicãte cõperim⁹ xenodochia in Sardinia constituta/grauem habere neglectum. Unde reuerẽtissimus frater r coeps noster Januarius vehementissime fuerat obiurgãdus:nisi nos ei⁹ senect⁹ ac simplicitas/et superueniẽs egritudo/ quã ipse retulisti/suspenderet. Quia ergo ita est positus: vt ad aliquã ordinationẽ esse non possit idoneus:economum ei⁹ ecclesie/atq3 Epiphaniũ archipbr̃m ex nostra districte auctoritate cõmonem⁹: vt eadem xenodochia sine periculo suo sollicite ac vtiliter studeant ordinare. Nam si qs illic post hec neglectus extiterit/nulla se nouerint posse apud nos ratione aliquaten⁹ excusare. Qm̃ ãõ possessores nos Sardinie petiuerunt: vt qz diuersis onerib⁹ affligũtur: Constãtinopolim pro eoꝝ debeas remedio pficisci/licẽtiam tibi eũdi cõcedimus. Sed r dilectissimo filio nostro Bonifacio scripsimus: vt suũ tibi p remedio illi⁹ puincie studeat adhibere solatium. De ecclesijs aũt quas vacare sacerdotib⁹ indicasti:predicto reuerẽtissimo fratri r coepo nostro Januario scripsim⁹: vt eas debeat ordinare:sic tñ vt nõ oẽs ad episcopatum de ecclesijs ipsi⁹ eligãtur. Nam sic eũ cõuenit alias ordinare:vt eccl̃ie sue de psonis que in ea possint pficere/necessitatem non faciat. Illud igitur qd ad gubernationẽ quorũdam monasterioꝝ psonas esse prepositas: que ante dum adhuc in minori essent ordine/monastico sc3 habitu/lapse sunt indicasti: officium quidẽ abbatis suscipere nulli oĩno correcta vita r digna precedente penitentia minime debuerũt. Sed qm̃ iam oblatũ (sicut dicis) officium susceperũt/de vita/morib⁹/ac sollicitudine eorum cura gerẽda est. Et si actus non sunt cõtra officiũ/ in eo quo sunt ordine perseuerẽt: alioquin remotis eis/ alij qui cõmissis sibi animab⁹ prodesse valeant/ordinentur. Causa ppterea de monasterio sancti Hermę/qd in domo Pompeiane religiose a fratre nostro cõstructum est:qz plus blandimẽtis q districtione agenda est:experiẽtia tua apud eãdem mulierem cum dulcedine agere studeat:quatenus nec illa in peccato pprio auctoris sui debeat postponere volũtatem: et tu vtilitates monasterij valeas salubriter procurare. Puellas aũt suas quas antedicta Pompeiana in monasterio mutãs olim religiose veste conuertit:abstrahi ab ea vel inquietari nullo modo patiaris:sed in ea qua sunt cõuersione (deo ppiciante) permaneãt. Pro requirẽdis ãõ rebus ecclesiaꝝ/vel monasterioꝝ/siue pia rum causarum qd scripsisti: prius quidẽ hi quoꝝ interest/admonẽdi sunt:vt ab eis te insistente/te solatiante modis oĩbus requirãtur. Qz si forte vel ipsi negligẽtes extiterint/vl certe qui eas requirere debeãt/inuẽti non fuerint: tũc oĩa ipse perquire/atq3 ita reperta collige/ vt mano aliqd iudicium inferre cuiq3 minime videaris. De xenodochijs itaq3 hortolani atq3 Thome nihil hactenus hoꝝ que indicasti cognouim⁹. Et apropter experiẽtia tua iussionem pńcipis et hoc datam diligẽter inspiciat: et oĩa fm ei⁹ tenorem disponat: et nobis quicqd egerit/innotescat. De hoc igitur qd scripsisti/ fratrem r coepm nostrum Januarium tẽpore quo sacrificium celebrabat / tãtam pati frequẽter angustiam: vt vix post longa interualla ad locum canonis redire valeat quẽ reliquit: atq3 ex hoc multos dubitare:si communionem debeãt de ei⁹ consecratione percipere:admonẽdi sunt vt nullatenus pertimescãt:sed cum omni fide r securitate cõmunicẽt:qz egritudo persone/sacri mysterij benedictionem nec mutat/nec polluit. Secretius tamen oĩno idem frater noster hortãdus est:vt quotiẽs aliquam molestiã senserit/non pcedat:ne ex hoc se r despiciẽdum prebeat/et infirmoꝝ animis scandalũ faciat. Preterea Põpeiana religiosa femina questa nobis est: hereditatem quondam generi sui epiphanij (in qua epiphanius idem matronam coniugem suã filiam antefate Pompeiane vsufructuariam constituerat) monasterio qd in domo sua fundari statuerat:et postea extincto vsufructu modis oĩb⁹ profuturam:atq3 alia que eidem matrone pprietatis iure pbãtur competere: ab experiẽtia tua/et a reuerentissimo fratre r coepo nostro Januario iniuste sublata:et exinde nihil hactenus vel filie sue redditum/vel pfecisse monasterio. Qz si ita ãtas se habet: et aliquid te indecẽter fecisse cognoscis:absq3 vlla mora oblata restitue: aut certe si aliter esse putas (ne grauari pars aduersa preiudicialiter videatur) electoꝝ cum ea iudicium hac de causa nullo modo subire postponas:vt vtrum vera iustaq3 eius sit querimonia/diffinitione iudicij declaretur.

K

L

M

¶ Gregorius Joanni epo Panormitano. De transmutatione rerum ecclesiasticarum. Capitulum. lvij.

Epl. lvij.

Sicut rationi cõtraria procul est abijciẽda petitio:ita in his que bene desiderãtur/effectum negari non cõuenit. Quia igitur vt fraternitatis tue petitio (que tenetur in subditis) continet: in qua tecum vna presbyteri r diaconi:ceteraq3 ecclesiastica officia prescribẽtes prebuere consensum: domum cum horto et balneo suo:atq3 omnibus ad eam pertinentibus in hac vrbe Romana positam / que ad ius Panormitane ecclesie ex hereditate quondã Flori viri magnifici peruenisse dinoscitur: cum dilectissimo filio nostro Epiphanio diacono permutare desideras: propter hoc quod domus ipsa / ita parte detecta /parte diruta / parte igne pbatur esse consumpta : vt nihil exinde commodi (sicut testaris) ante multos iam annos nunciaq3 ecclesiasticis vtilitatibus potuisset accedere : atq3 hac in re nostra tibi dari postulas auctoritate licentiam : proinde sionem tuam diligentius intuentes : postq3 et nobis cognitum est : domum ipsam in eo esse statu quo asseris: atq3 ita minante ruina quotidie deteriorem fieri: vt non solum ecclesie tue non vtilis / sed potius subinde damnosa posse videatur existere : idcirco permutandi tibi eam cum balneo et horto suo/omnibusq3 generaliter ad

A eam pertinētib⁹/iuxta petitionem tuā: quā et veritatis et rationis apud nos ordo suffulcit: huius auctoritatis nostre serie liberam per oīa cōcedimus facultatem: quatenus hmōi accepta licentia: nec te culpe de temeritate/ vel incautelis respiciat: nec ille aliquid dubietatis incurrat. Nam pudicum/salubreq; est aliquid cōpēdij peruerte/ vnde nulla spes lucri/sed dāni magis formido est.

¶ Gregorius Fantino defensori panormitano. De exhilarato episcopo. Capitulum.lviij.

Epi.lviij. Talis ad nos de fratre ꝛ coepo nostro Exhilarato (sicut et ipse nosti) peruenerūt: que districta essent oīno vltione plectenda: sed qm̄ his eam reuerentissimus frater et coepiscopus noster Leo: qui etiam in causa ei⁹ iudicem se fuisse testatus est/ sculgauit; ad ecclesiam suam illum transmittēdum esse perviddimus: iudicantes sufficere illi hoc q eum hic diuti⁹ retinētes afflixeimus. Itaq; experiētie tue precipimus/ vt erga mores/actusq; illi⁹ curam habeat/atq; eum frequēter admoneat: quatenus se ad impēdēdam clericis suis charitatem benignam: et si res exegerit/ad corrigēdas culpas debeat exercere sollicitū. Sed ꝛ clerum ei⁹ admonere volumus: vt humilitatem illi/ac obediētiam quam dn̄s mandat exhibeat: nec in aliquo illi superbus presumat existere. Ex si quis cor. l. episcopus siue cler⁹ admonitionem tuam neglexerit: ex hac nostra auctoritate canonica correctione inobediētie culpam: aut tu (sicut preuideris) corrige: aut nobis renunciare festina: vt dis-
B ponere valeamus qualiter discipline frenum extra iter suum eos pergere non permittat: quos ad excessum scelus praue mentis irritat.

¶ Gregorius Joanni episcopo Panormitano. De Fātino defensore et Petro. Capitulum.lix.

Epi.lix. Quia sunt culpe in quibus culpa est relaxare vindictam: querēda semper est veritas: vt inquiri debeat virū accusatum noxe condēnet: an a pena innocentia patefacta subducat. Itaq; peruenit ad nos Fantinum defensorem vltionem exercere in Petrum latorem presentium voluisse: pro eo q (quātum dicitur) relictam cuiusdam diaconi tēpore quo conductor fuerat / marito tradiderit. Sed qm̄ iste coniugem diaconi asserit nō fuisse: dicēs nec virginem illam ad eū venisse: deniq; vt nec religiosam vestem mutare presumeret: posteaq; ille in sacro ordine promotus est: adijciens et prius q ad diaconem perueniret/et postea praua illa opinione vixisse. Ideoq; fraternitatem tuā his hortamur affatibus: vt cum dei (sicut decet) timore causam hanc subtili oīno inuestigatione perquirat: vt si in coniugio diaconi mulierem de qua agitur/fuisse constiterit: et supra scriptus lator memorato defensori: et rectori patrimonij ad vindictam modis oib⁹ tradatur: et cum cōpetēti emēdatione hi qui male sociati sunt/disiungantur. Si vero in eius cōiugio non fuit: memoratum Fantinum ex nostro mādato cōmonere te volumus: vt ei facere nil presumat: nec illum accusatio apud eū in aliquo pregra-
C uet. Quia vero relictam sibi antedictus Petrus apud ecclesie colonos perhibet reducere: volumus vt sine cuiuscūq; impedimento eam habeat: si tamen ita est exigendi licētia. Nam si inuēt⁹ fuerit esse culpabilis: nō res suas amittere/sed in se debet dignam vltionem suscipere.

¶ Expliciunt epistole Indictionis sexte.

¶ Sequitur Liber Duodecimus.

¶ Incipiunt epistole Indictionis septime: ex Registro beati Gregorij pape.

¶ Gregorius seruus seruoꝝ dei Mariniano epo Rauenne. De Fortunato abbate iniuste deposito. Capi.j.

Epis.j. Ualde incōgruum valde est a suscepto officio sola quēq; volūtate suspendi: quem culpa non remouet: solliciteq; disponēdum est vt nec prior ordinatio irrationabiliter destruatur: nec sine emēdatione que male fecta fuerint / relinquantur. Fortunatus itaq; lator presentium in monasterio sctōꝝ Laurētij et Zenonis/qđ in Cesenati castro est cōstitutum: a Natali quondam epo officium sibi abbatis asserens esse cōmissum / nunc se a successore eius Concordio nulla existente causa vel culpa exinde remotū/atq; aliū in loco suo queritur ordinatum. Qđ etiam coram testi-
D bus quibusdam diaconib⁹ nostris presente diacone predicti Concordij epi sui causas allegāte ex parte ita esse perclaruit. Sed qm̄ certior in partib⁹ illis vbi res acta est potest esse pbatio: fraternitas tua diligēter atq; sollicite hoc studeat perscrutari. Et si nulla manifesta causa depositionis extitit: que predictum Fortunatum ab abbatis officio remoueri: cum in suo loco reformare festinet: atq; ei⁹ episcopum digna reprehensione increpare non desinat: cur decessoris sui nullis prouocatus excessibus destruere ordinationem molitus sit. Si vero aliter q̄ edocti sumus/causam esse pars altera dixerit: subtili veritas inuestigatione querenda est: et ita quicquid canonicus ordo poposcerit terminādum: vt nulla ex de re denuo querela remaneat.

¶ Gregorius Alcysono episcopo Corcyre. De cassiopi castro iniuste peruaso. Capitulum.ij.

Epi.ij. Non immerito elati cordis retūdi postulatur ambitio: qm̄ sacroꝝ canonū vigore postposito/ temerarie presumptionis excessus aliena illicite cōcupiscēdo: nō solū ad generāda dispēdia noxius/ verūetiam paci ecclesiastice pbatur esse cōtrarius. Relectis igit fraternitatis tue epistolis: que de cassiopi castro quod in tua situm est diocesi epo Isaurie ciuitatis vel prius vel modo sint acta cognouimus. Et cōtristati
E sumus q hi qui ecclesie tue pro impēsa sibi charitate debitores esse debuerāt/inimici magis fieri nullo sunt pudore phibiti. Deniq; vt cōtra ecclesiasticam ordinationem: cōtra sacerdotalem modestiam: cōtra sacroꝝ canonum statuta: predictum castrum de iurisdictione ei⁹ abducere/ac sue moliretur potestati subijcere: vt fierent quodammodo dn̄i/vbi prius suscepti fuerāt peregrini. Qua de re qm̄ Andreas venerabilis memorie frater noster Nicopolitan⁹ metropolita insistente sibi quoq; principali iussione in quo ei cause hui⁹ fuerat iniūcta cognitio: prolata sicut nobis patuit noscitur statuisse sententiam: antefatum cassiopi castrum sub iurisdictione ecclesie tue quēadmodum semper fuit debere psistere: formā eiusdē sententie cōprobātes/apostolice sedis auctoritate eā fauente iustitia comprobamus/cōfirmamus/atq; per oīa robustam manere decernimus. Nam nulla equitatis ratio/nulli⁹ canonum ordo consentit/vt parochiam alteri⁹ alter aliquo modo debeat occupare. Unde licet districtionem cōtra se non modicam hui⁹ litigij culpa videatur exigere: ppter qđ ab eis mala p bonis sint reddita: studendum tn̄ est vt excessum benignitas non videatur perpetrare: nec illud qđ extraneis debetur/fratrib⁹ etiā necessitatem patiētib⁹ denegetur: ne nihil charitas agere in episcopoꝝ mētibus iudicetur: si sine consolationis remedio hi quib⁹ magna est habēda cōpassio relinquā-
F tur. Oportet ergo vt sacerdotes vel clerus Isaurie ciuitatis ab antefati cassiopi castri habitatione nullaten⁹ repellātur: sed ꝛ beati Donati sanctū ac venerabile corpus qđ secum detulerāt/in vnam ecclesiaꝝ antedicti loci quā elegerint/siue intus siue foris habeāt recondendi debita cum veneratiōe licētiam. Sic tamen vt dilectioni tue in cui⁹ parochia castrum ipm̄ est positum: emissa procuretur cautione munitio: per quam pmittat episcopus Isaurie nullam sibi potestatem/nullum priuilegiū fore/nullam iurisdictionem: nullā tanq̄ cardinalis eps vlteri⁹ auctoritatem defendere: sed post pacem deo ppitio redditam ablato venerabili sancti Donati corpore/ ad ppria modis oib⁹ reuersurus. Ut huius pmissionis persistente memoria/nec de cetero quicq̄ sibi illic principaliter quacūq; occasione audeāt vendicare: sed omni se tempore esse ibidem hospites recognoscāt: et fraternitatis tue ecclesia iuris vel priuilegij sui in qualibet parte preiudicium non incurrat.

¶ Gregorius Bonifacio diacono Constātinopolitano. De peruasione castri cassiopi. Capitulum.iij.

Epi.iij. Quotiens nos eoꝝ discordia tristes facit q pacis predicatores esse debuerāt/magna sollicitudine studēdū est: vt litigij ablata materia ad concordiā redeāt hi q diuersa ab inuicē volūtate discordāt. Que igit de Cassiopi castro qđ in insula corcyra est positū/acta sint/qualiter de iurisdictione corcyreni epi epe Isaurie moliāt subtrahere/et sue nequiter iurisdictioni subijcere/valde plixū est dicere. Ex dilectiōi tue

G

vt cūcta subtiliter cōprehendas/fratris nostri Alcysoni episcopi corcyre scripta transmisimus/atq3 eius illic venire hoīem fecimus: qui etiā verbo tutius te ad singula possit instruere. Hoc tamen breuiter indicam⁹: q2 dum imperatori Mauricio esset in preiudicio ecclesie Corcyrane quondam subreptum: nec iussio eius (quippe q2 cōtra leges et sacros canones data fuerat) habuisset effectum: et indecisa inter partes contentio remansisset: aliā illum ad Andream quondam fratrem nostrum z coepm metropolitam nicopolitanum iussionem dedisse: vt qm vtraq3 pars eius erat iurisdictioni subiecta: ipse hāc causam cognoscere: z finire canonice debuisset. Qui metropolita cognita causa probataq3 sententia cui⁹ tibi exemplaria misimus: predictum Cassiopi castrum sub potestate ac iurisdictione corcyritani epi: cuius semper fuit diocesis/esse distinxit. Quam nos sentētiam comprobātes/apostolice sedis auctoritate preuidimus cōfirmandam. Et ne ea que decreuimus/ita potuissent esse districta: vt nihil benignitatis habere videretur admixtum: cure nobis fuit ita causam tēperate disponere (sicut sententie nostre quā ad te misimus textus ostendit) vt neq3 episcopus neq3 clerus Iaurie ciuitatis necessitatem habitationis incurrerent: nec corcyritane ecclesie priuilegia in aliquo turbarentur. Sed q2 inter ipsa primordia serenissimo domino surreptum est: atq3 cōtra iudicium nicopolitani metropolite: quod ecclesiastica rectitudine z canonica ratione suffultum est/epus Iaurie (quod nec sine dolore audire/nec loqui sine gemitu possumus) cum maiori iniuria epi corcyritani z clericop ei⁹ antefatum Cassiopi castrum traditum memoratur: vt amota (qd graue est dici) iurisdictione corcyritane eccl'ie ipse

H

illic oēm tanq3 principalem habeat potestatem/ sententiam nostram nulli dare preuidim⁹/ne contra iussionem clementissimi dni imperatoris: vel (qd absit) i despectū ei⁹ aliqd facere videremur. Itaq3 dilectio tua pietati eius cūcta diligēter insinuet/atq3 constāter astruat hoc omnino illicitum/oīno prauum/oīno iniustum/et sacris esse valde canonib⁹ inimicum. Et ideo hmōi peccatū tēporib⁹ suis introduci in eccl'ie preiudicium non pmittat. Sed quid de hoc negocio iudicatū antefati quōdā metropolite iudiciū cōtineat/vel a nobis qualiter ea que ab illo decreta sunt/confirmata fuerint suggerat: atq3 id agere studeat: vt cū ei⁹ iussione nostra illic sententia transmittatur: quatenus z serenitati ipsius (sicut dignum est) reseruasse: et rōnabiliter correxisse que male presumpta sunt/videamur. Qua in re oīno danda opera est/vt si fieri potest/etiam iussionem suā ipse tribuat: in qua ea que a nobis definita sunt/seruari precipiat. Nam hoc facto/omnis decetero surreptiōis locus obstruitur. Ita ergo ad cōpescēda hec preiudicia vigilātiam tuā cū oīpotentis dei adiutorio exercere festina: vt nec modo volūtas eoꝝ qui peruersa moliūtur/aliquid ꝓtra antiquum ecclesiastice cōsuetudinis statum obtineat: nec post ad exēplum res nephanda ꝓficiat. Quanta preterea mala quantasq3 oppressiōes supascriptus alcyson⁹ frater z coeps noster ab actionarijs ecclesie thessalonicensis asserat sustinere: vt possis cognoscere: ipsam quā ad nos misit epistolam dilectioni tue transmisimus. Ideoq3 predicte eccl'ie responsalem venire ad te facito: atq3 causam ipso presente cognosce: et de capitulis quibus te ratio mouerit/fratri et coepo nostro Eusebio scribe: vt hoīes suos agere iniusta prohibeat: et minores non premere/ sed magis in quibus iustum fuerit/moneat adiuuare. Hoc quoq3 volumus: vt et q in ciuitate nicopolitana metropolita fuerit ordinatus/dilectio tua scribere debeat: quaten⁹ causam de dānis que ecclesie sue illata predictus frater noster alcyson⁹ queritur/cognoscere/ z quod iustum est debeat definire: quia a decessore ipsi⁹ negocium ipsum non decisum/sed legitur reseruatum.

Gregorius Joanni episcopo. De ecclesia sancte Marie consecranda. Capitulum.iiij.

Epl.iiij.

Basilicam quā a dilectione tua in honorem beate sempera3 ꝟginis Marie per Sauinum subdiaconem nostrū: et rectorem patrimonij suggeris esse perfectam: consecrādi tibi preceptionis nostre serie noueris facultatem attributam: quaten⁹ frater charissime deuotionis tue desiderium complens celebritatis perfectione graruleris.

Gregorius Desiderio epo Gallie. De milite qui ancillam dei de monasterio rapuit. Capitulum.v.

K

Epla.v.

Cum inter multa bona que nobis de magnitudine vestra sepi⁹ nūciātur: illud in vobis plus laudabile sit existere: q charitatem diligitis: et disciplinam (sicut dignum est) custoditis: satis mirati sumus q in milite illo qui ancillam dei diabolica instigatione perdiderit: districtissima vindicta hactenus facta non fuerit. Nam moribus z bonitati vestre valde cōueniens fuit: vt ante ad nos vitio q perpetrate culpe iniquitas perueniret. Sed q2 vindictam hui⁹ sceleris non volūtate vestra/sed alioꝝ credimus surreptionibus esse suspensam: neq3 hoc peccatum vel numerum indisciplinati militis: vel loca illa in quibus cōmissum est/valeat premere/hortamur vt sine excusatione aliqua vel modo qualis vobis feruor sit erga charitatis custodiā demonstrātes: ita pro exēplo alioꝝ districte emēdare tātum facinus festinetis: vt z deū vobis: in cui⁹ ille hoc iniuriam ꝑpetrauit/et timorē eius despexit/placabilem faciatis: et nos vobis de zeli vestri rectitudine gratias referam⁹. Nam tantam iniquitatem inultam remanere nullo modo patimur.

Gregorius Joanni episcopo. De eligendo episcopo anchonitane ecclesie. Capitulum.vi.

Epl.vi.

L

parte.j.di.
lxxv.ca.
Archidia
conē.a sua
florentinū
archidiaconem.

Ne incauta eoꝝ ordinatio: q ad episcopatum eligitur/valeat ꝑuenire/vigilāti de eoꝝ personis sollicitudine est requirendum. Indicatum siquidē nobis est florentinum archidiaconem ecclesie anchonitane q ad episcopatum fuerat electus: scripture quidē sacre sciētiam habere: sz ita etatis senio confectū accepim⁹: vt ad regiminis officiū non possit assurgere. Addētes etiā ita illum tenacem existere: vt in domo ei⁹ amicus ad charitatē nunq3 introeat. Rusticus aūt diaconus eiusdem eccl'ie/q similiter electus fuerat/vigilās quidē homo ē: sed quātum asseritur/psalmos ignorat. Florentium ꝟo diaconem eccl'ie Rauēnatis/qui elect⁹ ab oīb⁹ dicitur/sollicitum esse nouimus: sed qualis sit interius/oīno non scimus. Ideoq3 fraternitas tua vna cum fratre et coepo nostro armenio supascripte anchonitane ecclesie visitatore illuc festinet accedere: et diligēter de moribus singuloꝝ requirere: si de nullo sibi sunt crimine conscij: qd eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiā requirēdum est si hoc qd de prefato archidiacone dictum est: q nunq3 amicus domum ei⁹ ingressus est: si ita se veritas habeat: et vtrum ex necessitate/an ex tenacia talis sit: aut si ita senex est: vt ad regēdum nō possit assurgere: vel si tactis sacrosanctis euangelijs (sicut nobis nunciatum est) iusiurandum prebuit/nunq3 se ad episcopatū accedere. Sed z de rustico diacono: quātos psalmos minus teneat/perscrutandum est. Florentio autem diacono Rauennati/si nullum (sicut diximus) crimen est quod obsistat: apud epm eius agi necesse est: vt ei debeat cessionem concedere: non tamen ex nostro mandato vel dictione cōtra suam volūtatem eum concedere videatur. Sed hoc vt nouunt/qui eum diligūt/ex se agant: tu ꝟo de singulis cum omni studio ac sollicitudine q2 que scripsim⁹ require: atq3 nobis stude subtiliter indicare: vt renunciatione tua redditi certiores: quid post hec fieri debeat/deo auctore disponamus.

M

Gregorius Theodelinde regine longobardoꝝ. De scriptis secundini. Capitulum.vij.

Epl.vij.

Scripta que ad nos dudum a ianuensibus partibus transmisistis: gaudij vri nos fecere participes: propterea q omnipotentis dei gratia et filium vobis donatum: et (quod valde excellentie vestre est laudabile) catholice eum fidei nouimus sociatū. Nec enim de christianitate vestra aliud credendum: nisi id studere vos: vt quem diuino munere suscepistis/catholice rectitudinis auxilio muniretis: vt et redemptor noster familiarem te suam famulam cognosceret: et longobardoꝝ gēti nouum regem in timore suo feliciter nutriret. Unde oramus omnipotentem deum: vt et vos in mandatorum suoꝝ vis custodiat: et eundem excellentissimum filium Adaloualdum in suo amore faciat proficere: quatenus sicut hic inter homines iam magnus est/sic quoq3 et bonis actibus ante dei nostri oculos sit gloriosus. Illud autem quod excellentia vestra scripsit: vt dilectissimo filio nostro Secundino abbati ad

A ea que scripsit/subtiliter respōdere deberemus: quia vel petitionem/vel vestra desideria que multis esse profutura cognoscit: si egritudo non obsisteret/duceret postponenda? Sed tāte nos podagre infirmitas tenuit: vt non solum non dictare/sed nec ad loquēdum possimus assurgere: sicut e presentium portitores legati vestri cognouerunt: qui nos et venientes infirmos inuenerūt: et discedētes in summo vite periculo atq; discrimine reliquerunt. Sed si omnipotēte deo disponente conualuero/ad cuncta que mihi scripsit/subtiliter respōdebo. Eam tamen synodum que pie memorie Justiniani tempore facta est per latores presentium transmisi: vt predictus fili⁹ me⁹ dilectissimus ipsam relegens/agnoscat q̄ falsa sunt oīa que cōtra sedem apostolicam vel catholicam ecclesiam audierat. Absit enim nos cuiuslibet sensum heretici recipere/vel a tomo sancte memorie Leonis predecessoris nostri in aliquo deuiare: sed quecūq; a sanctis quattuor synodis sunt definita/recipimus: et quecūq; reprobata sunt/cōdēnamus. Excellentissimo aūt filio nostro Adaloualdo regi trāsmittere filateria curauim⁹: id est crucem cum ligno sancte crucis dn̄i: et lectionem sancti euāgelij theca persica inclusam. Filie quoq; mee sorori ei⁹ tres annulos transmisi: duos cū hyacinthis: et vnū cum albula: q̄ eis per vos peto dari/vt apud eos nostra charitas ex vestra excellentia condiatur. Paterna preterea charitate persoluentes salutationis officium/petimus vt excellentissimo filio nostro coniugi vestro pro nobis de facta pace gratias referatis: atq; eius animum (sicut cōsueuistis) ad pacem de futuro per omnia prouocetis: quatenus mercedem populi innocentis: qui in scandalo

B perire poterat: ante cōspectum dei inter multa bona que egitis/inuenire possitis.

¶ Gregorius Alcysono epō corcyre. De corpore beati Donati in cassiopi castro. Capitulum.viij.

Epi.viij. Resipiscentibus fratribus/et ad salubre se consilium conuertētibus non est negāda benignitas: vt ne plus in episcoporum mētibus culpa videatur posse q̄ charitas. Uenientem igit̄ ad nos Petrum ecclesie Eaurie lectorem cū scriptis fratris et coepiscopi nostri Joannis: coram respōsalibus dilectionis tue suscepimus: atq; cum post relecta scripta que detulerat: cure nobis fuit requirere: si quid contra allegationē eosdem responsalium tuorum haberet/quod diceret. Qui dum nihil sibi aliud iniunctum vel responsurum se penitus perhiberet: extra hoc quod episcopi ipsius epistola continebat: ea que canonibus congruebāt/deo auctore sine tarditate decreuimus. Post longum vero tēpus suprascriptus Petrus chartularem protulit: quem sibi datū a suo asserebat episcopo: et iccirco moras causa sustinuit. Sed quia in eodem capitulari memoratus sperasse legebatur antistes: vt in ecclesia beati Joannis que in Cassiopi castro est posita: sanctum ac venerabile corpus beati Donati haberet recondendi licentiam: paratum se esse inquirēs dilectioni tue: propterea q̄ tua probatur esse diocesis/munitionem emittere/nullum tibi ex

C hoc preiudicium generari: petitionem eius sine effectu non preiudicium⁹ relinquēdam: postq; ita sibi necessitatis tempore desiderat fieri cōsultum: vt ecclesie tue iurisdictionem seruare se in oībus fateatur. Hac itaq; ratione permoti/fraternitatem tuam scriptis presentib⁹ adhortamur: vt sine mora vel aliqua excusatione in prenominati beati Joānis eccl̄ia recondendi suprascripti sancti venerabile corpus prebeat potestatem: ita sane vt prius scriptura interueniente te muniat: nūq; se in antefata ecclesia vel castro sub quolibet argumento: aliquam iurisdictionem vel priuilegium tanq̄ proprius episcopus vendicare: sz omne illic ius ac potestatem ecclesie tue (quippe cui⁹ est parochia) inuiolabiliter custodire. Pariter quoq; te sicut idem frater noster petijt/conuenit respondere: vt tempore quo miserante deo pace reddita illi ad propria fuerit reuertendi licentia: antedictum venerabile corpus auferendi secum sine aliqua obiectione fas habeat. Quia de re ne personale esse videatur quod geritur/et inueniri possit vnde recidiua rursus excitetur contentio: et successores vestri in hac promissione pro conseruādis omnibus sunt per omnia complectendi: quatenus huiusmodi preueniēte cautela: nec illic ibidem de cetero sibi quicq; in diocesi tua contra equitatem: et sacrosanctorum canonum decreta presumat defendere: et ius ecclesie tue ex huiusmodi concessione preiudicium aliquod nulla vnq; ratione sustineat.

D

¶ Gregorius Felici subdiacono rectori patrimonij. De redditibus ecclesie sancti Pauli concessis.

Capitulum.ix.

Epi.ix. Licet omnia que hic apostolica habet ecclesia beatorum Petri et Pauli: quorum honore et beneficijs acquisita sunt/deo sint auctore cōmunia: est tamen in administratione actionū diuersitas personarum: vt in assignatis cuiq; rebus cura adhiberi possit impēsior. Cum ergo pro ecclesia beati Pauli apostoli: sollicitudo debita nos commoneret: ne minus illic habere luminaria idem preco fidei cerneretur/qui totum mundum lumine sue predicationis impleuit: et valde incongruum ac esse durissimum videretur/vt illa ei specialiter possessionū seruiret in qua palmam sumēs martyrij capite est truncatus vt viueret/vtile iudicauimus eādem massam: que aquas saluias nuncupatur: cū omnibus fundis suis. Cella vinaria/Antoniano villa pertusa in foro ōmiliano cassiano silonis: Cornelij: thessalata atq; corneliano cū omni iure/instructu/instrumētoq; suo: et omnibus generaliter ad eam pertinentibus/cum eius christi gratia luminaribus deputare: adijciētes etiā eidem cessioni hortos duos inter tiberim et porticum ipsius ecclesie: euntibus a porta ciuitatis parte

E dextera: quos diuidit fluuius almon: inter affines horti monasterij sancti Stephani: qd̄ est ancillarum dei: positum ad sanctum Paulum: et ad fines possessionis pisimiani simul et terrulas que vocantur fossa latronis positas. Iuxta eādem porticum eūtibus: similiter parte sinistra ad portā vbi nunc vinee facte sunt: que terrule coherent ab vno latere possessioni eugenij quōdam scholastici/et ab alia parte possessioni monasterij sancti Aedisti: que oīa deo adiuuāte per antedicte ecclesie prepositos qui per tēpora fuerint subsequentia a presenti.vij. indictione volumus ordinari. Et quicqd exinde accesserit/luminaribus eius impendi: atq; ipsos exinde ponere rationes. Iccirco experientie tue prescripsimus: vt suprascriptam massam aquas saluias cū prenominatis oib⁹ fundis suis: necnon hortos atq; terrulas que superius cōtinētur/de breuib⁹ suis deleri facias/ac auferri/et ad nomen predicte ecclesie beati Pauli apostoli tradere: quatenus seruientes ibi prepositi omni per hoc carentes excusatione/de luminaribus eius ita nostra studeant sollicitudine cogitare: vt nullus vnq; illic negle ctus possit existere. Facta vero suprascriptarum oīm rerū traditione: volumus vt hoc preceptum in scrinio ecclesie nostre experientia tua restituat.

¶ Gregorius Felici episcopo messanensi. De construenda ecclesia. Capitulum.x.

F

Epi.x. Januarius subdiaconus ecclesie Messanensis petitoris nobis insinuatione suggessit/que habetur in subditis: in ciuitate messanensi basilicam se pro sua deuotione fundasse: quā in honorem sancti Stephani et Pancratij: atq; Eupli desiderat consecrari. Et ideo frater charissime si in tue diocesis ciuitatis iure consistit: et nullum corpus ibidem cōstat humatum: percepta primitus donatione legitima/id est a presentis anni tributis liberos fiscalibus solidos decem: et reliqua: de substātia sua sibi tātūmodo vsumfructum retinens. Que omnia diligenter inquire: vt si eorum que offeruntur redditūum quantitas: vel que tēpore mortis reliquerit: sartis tectis: et luminaribus: necnō alimonijs seruientium annua possunt prestatione sufficere: ipsa munificentia sit gestis municipalib⁹ alligata. Quod si hec que diximus/per sollicitudinem tuam impleta non fuerint/de propria substātia quāti interfuerit/vtilitati ecclesie vel heredes tuos satisfacturum esse non dubites. His igitur procuratis/benedictio optata proueniat. Recante dedicationis munus impertias/q; superius comprehēsus fuerit ordo donationis impletus: enūciaturus ex more nihil illic cōditoris iuri alterius iam deberi: nisi processionis gratia/que christianis omnibus in cōmune debetur. Sāctuarium vero susceptum sui cum reuerentia collocabis.

¶ Gregorius Juliano Scriboni. De maximi inquisitione. Capitulum.xi.

G Epi.xj.

SI secularib⁹ officijs ordo suus et tradita a maioribus disciplina seruatur: quo ferat ecclesiasticos ordines temeraria presumptione cõfũdi/ audita negligere; et emẽdãda non bene remittẽdo postponere? Et quidẽ vos bene facitis charitatem diligere: et ad cõcordiam suadere. Sed quoniam loci nostri cõsideratione cõpellimur/ ea que ad nostram notitiam peruenerunt: minime propter deum irrequisita relinquere: iccirco veniente maximo/ subtiliter ab eo que de ipso dicta sunt/ perscrutari curauimus. Et cõfidimus de creatoris nostri custodia: qꝛ cognita veritate/ a statu canonũ et equitatis rectitudine: nec gr̃a cuiusqꝫ: nec culpa deflectimur: sed libenter que congruunt rationi/ seruamus. Nam si (qđ absit) ecclesiasticã sollicitudinem vigoreqꝫ negligimus: perdit desidia disciplinam: et animab⁹ ꝓfecto fidelium nocetur: dum talia a suis pastoribus exempla suscipiũt. Illud aũt qđ scribitis: qꝛ voluntas palatij et amor ab eo ppl'i non discordet: hec res a iustitie vos zelo non reuocat: nec intẽtionem vestram in requirenda facit veritate peccare. Studendum ergo est fili magnifice: vt amorem sibi dei quisqꝫ conciliet. Nam sine diuina gratia humana dilectio quid dicam in posterum: dũmodo quoqꝫ apud nos amplius nocet?

Gregorius conductoribus massarum per Galliam. Et eos Arigio patricio cõmendauit. Capitulum.xij.

Epi.xij.

QUãuis inter medias sitis turbas gẽtium cõstituti: tamen ratio nos ipsa suspicari cõpellit multum vos ab alijs bona actiõe distare. Sicut enim appellatio sancti Petri aploꝝ principis familiam eccle tante multitudini clariorem demonstrat: ita debetis ceteros morum claritate ꝓcedere: atqꝫ eos quibus preestis/ vt bene agant: vt agnoscãt cui seruiũt: assidue cõmonere: vt a rapinis gentium atqꝫ prauitatibus abstineãt: et familia ecclesie non solum noĩe/ sed meritis honoretur. Nos enim de vobis cognoscite studiosissime cogitare. Disposuimus em̃ hominem nostrum: qui vos possit tueri/ et regere: et cum hoĩb⁹ cõmẽdatitijs ad excellentissimum regem xp̃o auxiliãte transmittere. Sed viam tẽpus hyemis impediuit. Viro ꝙ̃ glorioso Arigio patricio vos preuidimus commẽdãdos: cui interim cũ summa benignitate atqꝫ obedientia (sicut beati Petri famulos decet) obedire studete: atqꝫ ea que pro ecclesiastica vtilitate vobis precipiuntur/ implete. Visum aũt nobis est: vt cõsuetudinaria excepta ei⁹ vtilitati debeatis inferre. Pensiones ꝟo fideliter cum omni colligite diligẽtia: vt apud vnũquẽqꝫ vestrũ/ quẽ cõmuni cõsensu elegeritis relaceãt: a quo cũ veneritis/ quem a latere nostro transmiserim⁹/ eas possit accipere. Non em̃ sumus dubij: ꝙ per eũ qui vobis visus fuerit: possit fideliter cõseruari. Ita ergo in oĩb⁹ irreprehensibiles atqꝫ obediẽtes existite: quatenus veniẽs ad nos is ꝗ patrimonium ipsum recturus est: sciat quẽadmodum vniuscuiusqꝫ vestrũ pro sua debeat strenuitate rependere.

H

I

Gregorius Cypriano diacono. De persequendis maleficijs canternis. Capitulum.xiij.

Epi.xiij.

VIr sanctissimus Maximianus epũs noster ecclesiam dei prauis hoĩb⁹ purgare desiderãs/ laudabiliter erga ecclesiasticoꝝ vitam (sicut nosti) sollicitus fuit. Qui dum eoꝝ actus vigilanter cura pastorali inuẽderet/ maleficio qđ vulgo canterma dr/ quosdam didicit maculatos. Quos etiam (sicut e dilectionis tue nũciauit epistola) dedit in custodia retinendos. Sed qꝛ peccatis nostris facientibus morte preuentus/ crimen ipm vlcisci non potuit: necesse est vt dilectio tua cum omni hoc subtilitate indagare festinet: atqꝫ eos ꝯm immanitatem studeat facinoris vindicare: qualiter ꝯm leges suprascriptum episcopum zelo correptionis ac iustitie in hac vitione ꝓpter deum nouit si viueret commoueri. Omni ergo virtute: omniqꝫ instãtia tua dilectio in hac causa zelum suũ erga omnipotentem deum curet ostendere: et inimicis illius aduersitatem dignam inflictis vltionibus exhibere: vt impleas quod scriptum est: Nonne qui oderũt te dñe oderã: et super inimicos tuos tabescebam? Si ergo hoc zelo dilectio tua accenditur in eos qui deum dereliquerũt: et contra eum maleficijs aliquid egerunt: pena mõstretur. Qđ si rei ̃te illic exequi nõ valet: nobis qui tales sunt transmitti debẽt: si tamen hic monstrari poterit: vnde illic possunt absqꝫ difficul-

Psalm. cxxxviij.

tate conuinci. Sed qꝛ impossibile esse existimo: illic per te debet districta atqꝫ fortis correctio prouenire. Virũ autem gloriosum dñm Libertinum pretorem in tali loco per contemplationem oĩpotẽtis dei adiutorem te habere confido. In hac tamen causa mitescere minime debuisti: etiam si tibi quilibet secularis iudex aduersari⁹ potuisset existere. Possessiões preterea Archilai medici dilectio tua rationabiliter tueatur/ vt ab aliquib⁹ iniuste eum minime grauari permittatis.

K

Gregorius Dariano episcopo Metropolitano. De barbarorum gladijs. Capitulum.xiiij.

Epi.xiiij.

SCripta dulcissime et cordis vinis oĩbus amplectẽde vestre beatitudinis tristis cepi/ letus relegi. Quia em̃ in hac terra non lugeat: que barbarorum gladijs tradita: pene iam non habet qui in ea viuat: et tñ habet quotidie qui moriatur? Sed in quãtalibet tristitia/ quẽ non vestre epistole in gaudium exultationis excuterẽt: in quib⁹ non oris efficacia cũ prepollẽtis sapientie ingenio mihi medullitus loquebatur: non carnis lingua/ sed charitatis. Quia ꝟo ego de fonte vestre securitatis hauriẽs/ ex aliquãto letificat⁹ sum: vos quoqꝫ rogo nostre tristitie luctum tangite: et afflictionẽ nostram in vobismetipsis magistra charitate ꝑtrahite. Neqꝫ em̃ nostri meroris sordes mũdabitis: nisi ipsi quoqꝫ per cõpassionem manum vestri cordis inquinetis. Nam sordida vascula: vt inquinatione terre careãt/ cum terra mũdari solent: et vos si paulisper ad curam vestram animum ducitis: vt nobis opitulari valeatis/ quasi cũ luto lutum mũdatis. Sed qꝛ hoc operãdo simul et orãdo agitis: si quid pro nobis in vobis terrena actio inquinat: statim aqua orationis lauat. Quis enim si quid patitur vnum mẽbrum/ cõpatiuntur oĩa mẽbra: cõpatiẽdo laboribus nostris ostendite qꝛ vnum sumus. Narrare enim mala que extrinsecus et intrinsecus patior: epistolari breuitate prohibeor. Sed cõmunis filius Sabinianus diaconus vestre dulcissime sanctitati curanda vulnera nostra aperiet: sed ex opere superne gratie subsequẽte salute cognoscat: qꝛ medicus est/ qui vulnus videt. Pueros vero episcopo similes non transmitto: nisi prius cũ omnipotentis dei et beatitudinis vestre solatio a terrenis implicationibus exutus ipse episcopus fuero. Quando enim me apud meipsum inuenero: tũc foris mei similes/ videlicet deformes quero.

L

Gregorius Augustino episcopo angloꝝ. De vsu pallij et de Eboracensi ecclesia. Capitulum.xv.

Epi.xv.

CUm certum sit pro oĩpotente deo laborãtibus ineffabilia eterni regni p̃mia reseruari: nobis tamen eis necesse est honoꝝ beneficia tribuere: vt in spiritualis operis studio ex remuneratione valeãt multiplicius insudare. Et qꝛ noua angloꝝ ecclesia ad omnipotẽtis dei gratiam eodem dño largiente: et te laborante perducta est: vsum tibi pallij ad sola missarum solennia agẽda cõcedimus: ita vt per loca singula duodecim episcopos ordines: q̃ tue ditioni subiaceant: quatenus Londoniensis episcopus ciuitatis semper in posterum a synodo propria debeat cõsecrari: atqꝫ honoris pallium ab hac sancta et apostolica (cui auctore deo deseruio) sede percipiat. Ad Eboracam vero ciuitatem te volumus episcopum mittere: quem ipse iudicaueris ordinandum: ita vt si eadem ciuitas cum finitimis locis verbũ dei receperit: ipse quoqꝫ duodecim episcopos ordinet: et metropolitani honore perfruatur: quia ei quoqꝫ si vita comes fuerit/ pallium tribuere dño fauente proponimus: quem tamen tue fraternitatis volumus dispositioni subiacere. Post obitum vero tuum ita episcopis quos ordinauerit presit: vt Lũdoniensis episcopi nullo modo ditioni subiaceat. Sit ꝟo inter Lũdonie et Eboracẽ ciuitatis episcopos in posterum honoris ista distinctio: vt ipse prior habeatur/ qui prius fuerit ordinatus. Cõmuni autem consilio/ et concordi actione queqꝫ erũt pro christi zelo agenda disponant: vnanimiter recta sentiant: et ea que senserint/ non sibimet discrepando perficiant. Tua ergo fraternitas non solum eos episcopos quos ordinauerit/ neqꝫ eos tantũmodo qui per Eboracẽ. episcopum fuerint ordinati: sed etiã oẽs Britannie sacerdotes habeat domino deo nostro auctore subiectos: quatenus ex vita et lingua tue sanctitatis/ et recte credendi/ et bene viuendi formam percipiãt: atqꝫ officium

M

B suum fide ac morib⁹ prosequentes/ad celestia (cum dns voluerit) regna pertingant.

¶ Gregorius Joanni abbati de monte sina. Petit pro se orare. Capitulum.xvj.

Epl.xvj.

Sanctitatem vite tue/humilitatis tue testatur epistola. vnde oipotēti deo grās agimus: quia adhuc esse cognoscimus: qui pro pctis nostris valeant exorare. Nos eni sub colore ecclesiastici regiminis mūdi hui⁹ fluctib⁹ voluimur: qui frequēter nos obruūt. Sed celestis gratie manu ꝑtegēte de ꝓfundo releuamur. Uos ergo qui in tanta quietis vestre serenitate tranquillam vitā ducitis: et securi quasi i littore statis: nobis nauigātib⁹/aut potius naufragantib⁹/orationis vestre manū tēditexet conātes ad terrā viuētiū pergere: quantis potestis precib⁹ adiuuate: vt non solū de vestra vita/sed etiam de ereptione nostra mercedem habere in ꝑpetuum valeatis. Sācta trinitas dilectionem tuā sue ꝓtectionis dextera ꝓtegat: deꝗ tibi cōmissum gregem orādo/admonēdo/boni operis studium ostēdēdo: in cōspectu sui redēptoris recte pascere: vt ad eterne vite pascua valeas cum ipso quē pascis grege peruenire. Scriptum quippe est: Oues mee venient: et pascua inuenient.

Joā.x.

Que videlicet pascua tunc inuenimus: quādo hui⁹ vite hyeme carētes/de eterne vite quasi de noui veris viriditate satiamur. Filio nr̄o Simplicio renūciāte cognouimus: lectos vel lectisternia in gerōtocho mio: qđ illic ab Jsauro cōstructū est/deesse. Propterea misim⁹ lenas.xv. rachanas.xxx. lectos.xv. precium quoꝗ de emendis culcitris vel naulis dedim⁹: que dilectionē tuā petim⁹ non indigne suscipere: sꝫ in loco quo transmissa sunt/prebere.

¶ Gregorius Asclepiodato patricio gallo. Patrimonium ecclesie ipsi ⁊ regib⁹ cōmēdat. Capitulum.xvij.

B Epl.xvij.

Preditos viros (sicut estis) regib⁹ adherere/multoꝝ solamen est. Nam dum prestandi sibi locum ad aie vtilitatem datū intelligūt: certū est q̄ mercedis causas/vbi inueniunt/non postponunt. Quāto igitur affectu/quātaꝗ deuotiōe gloria se vestra in causis pauperū studio pietatis impenderit/dilectissimo filio nostro Candido pbr̄o renūciāte comperimus. Sed cū hāc sibi quodāmodo nobilitas legem imponit: vt debere se quod sponte tribuit estimet: et nisi in beneficijs suis creuerit/nihil prestitisse se reputet: paterna dilectione salutantes glorie vestre suprascriptum pbr̄m et patrimoniolū ecclie nostre fiducialiter commēdamus: vt ope gl̄re vestre premunitum/molestias et onera nulla sustineat. Sic igitur studij boni i vobis cura proficiat/ vt vtilitates pauperum vobis annitentib⁹ nutriantur: et sentiamus quod de charitate vestra presumimus. Augete fauoris vestri presidia: q̄ nobilium mentium semiplenum bonum videtur qđ sine adiectione relinquitur. Et q̄m ab excellentissimis regibus frācoꝝ filijs nostris poscimus: vt ipm patrimoniolum sub sua cura habere dignētur/vobis adminiculātibus impleatur/vt vestrū possit esse qđ poscimus: quatenus ⁊ nos gratias referentes pro glorie vestre incolumitate orare entius valeamus: et vestroꝝ bonoꝝ vicissitudinem de⁹ vobis omnipotens ⁊ hic ⁊ in futuro recompenset. Clauim vero a sacratissimo beati Petri corpore in qua de catenis ei⁹ benedictio continetur/transmisimus: que collo vr̄o suspensa contra omnia aduersa vos muniat.

C

¶ Gregorius Barande et Agnello episcopis. De synagoga iudeorum. Capitulum.xviij.

Epl.xviij

Supplicauerūt nobis hebrei terracine degētes vt locum quem synagoge hactenus habuerūt/cum illis nostra quoꝗ auctoritate esset habendi licentia. Sed q̄ peruenit ad nos q̄ locus ipse sic vicinus esset ecclesie: vt etiam voces psallētium illic ad eam peruenirēt: ideo scripsim⁹ fratri ⁊ coepo nostro Petro/ si ita esset vt vox de eodem loco in ecclesia resonaret: iudei celebrationibus priuarentur. Itaꝗ fraternitas vestra cum suprascripto fratre et coepo nostro locū ipsum diligēter inspiciat: et si ita est vt aliquid vobis in ecclesia visum fuerit obfuisse/alium locum intra ipsum castellum preuidere/vbi prefati iudei conueniāt: quo possint suas sine impedimēto cerimonias celebrare. Talem ꝟo fraternitas vestra preuideat: si hoc fuerint loco priuati: vt nulla exinde in futuro querela nascatur. Predictos vero iudeos grauari vel affligi cōtra ordinem rationis prohibemus: sed sic Romanis viuere legibus permittantur: annuente iustitia: actusꝗ suos (vt norunt) nullo impediente disponant: eis tamen christiana mancipia habere non liceat.

D

¶ Gregorius Sabino subdiacono. De horto feliciani monasterio ancillarum dei tradendo. Capitulum.xix.

Epl.xix.

Officio pietatis impellimur monasterijs prouida cōsideratione ferre cōsultum: ne hi q̄ in seruitio dei deputati esse noscunt/necessitatē aliquā (quod auertat dn̄s) possint sustinere. Ideoꝗ experientie tue hac auctoritate ꝑcipim⁹/ vt hortū quēdā Feliciani pbr̄i positum regione prima ante gradus sancte Sabine excusatione postposita monasterio Euprepie: in quo ancillarum dei cōgregatio esse dinoscitur: iure proprietario possidēdū tradere sine ambiguitate festinet: quatenus nostre beneficio largitatis in dei seruitio ipso deo suffragante securis mentibus perseuerent.

¶ Gregorius Stephano chartulario. De monachis fugitiuis restituendis. Capitulum.xx.

Epla.xx.

Scientes magnitudinem charitatis vestre toto dn̄m corde diligere: ob hoc ea que in marsis de iure quondam patricij viri pie recordationis contra precepta dn̄ica/contraꝗ canonum regulam commissa esse didicimus: ad ei⁹ necesse duxim⁹ referre notitiam: quatenus hec que perpetrata sunt/corrigi debeāt: et alij deinceps tentare non presumāt. Insinuatum igitur nobis est/in massa que nuncupatur Maratocli: abbati monasterij sancti Georgij: qđ in eadem situm est/duos monachos refugisse: et vnum quidē ex eis iam cōiugem accepisse: alium autem laicum effectum seculariter viuere: cum nec ex familia masse hoies ipsi esse liberi asserātur: et vel si ꝑm conditionem debuissent agere/contra deum erat vt post adeptum officij diuini cultum/ad secularem vitam atꝗ habitum remearēt. Unde hortor: vt habita iudicis eterni cōsideratione: monachos ipsos retrudi sine dilatione faciatis: ne eoꝝ exemplo/cum vestro (qđ absit) peccato/ceteroꝝ monasterioꝝ districtio dissipetur: sed magis vt magnitudinis vestre solatio/ alijs monachis spes gerendi talia submoueat. Asseruit autem predictus abbas presbyterum predicte masse nouas monasterio ipsi velle ponere consuetudines/ que ex tempore conditionis monasterij per triennale tempus hactenus non fuerunt: siquidem si quid illic munificentie gratia a fidelib⁹ viris oblatum fuerit/portionem se debere percipere. Quod magnitudo vestra studeat diligēter agnoscere: et si hoc ab initio non fuit/etiam labentibus tēporibus aliquid nouiter imponi non concedat: q̄ maxime exigue substātie/et monasterium pauperum esse didicim⁹: et abbatem ipm hospitalem oīno esse multorum attestatione didicimus.

E

¶ Gregorius Veloci magistro militum. De persecutione Arnulfi. Capitulum.xxj.

F Epl.xxj.

Et pridem expressimus glorie vestre: quia milites illic erāt parati venire: sed q̄m inimicos cōgregatos ⁊ hic discurrere epistola vestra significauerat: hec eos hic causa retinuit. Uerū nūc ꝟo est visum: vt aliquāti illuc milites transmittantur: quos gloria tua admonere et hortari: vt parati sint ad laborem/ studeat. Et occasione inuenta cū gloriosis filijs nostris Mauricio et Uitaliano loquere: et quecūꝗ vobis deo adiutore pro vtilitate reipublice statuerint/facite. Et si huc vel ad Rauēnates partes/nec dicēdū Arnulphum cognoueritis excurrere: vos a dorso eius ite (sicut decet viros fortes) laborate/ quatenus opinio vestra ex laboris vestri qualitate amplius in republica (deo auxiliante) proficiat. Illud tamen pre oīb⁹ admonemus: vt familiam Maloin/et Adobin/Uigildi/ atꝗ Grussingi/qui cum glorioso Mauricio magistro militum esse noscuntur/sine aliqua mora vel excusatione relaxes: quatenus venientes illuc hoies predicti viri cum eis sine aliquo impedimento debeant ambulare.

¶ Gregorius Mauricio et Uitaliano magistris militum. De Arnulfo. Capitulum.xxij.

Epl.xxij.

Glorie vestre suscipiētes epistolas/deo gratias egimus: q̄ de salute vestra cognouimus: et de sollicitudine vr̄a multum gauisi sumus: et mox ea que scripsistis/parata fuerūt. Sed illidio memorād⁹ vir post aduētū hoim vestroꝝ nobis scripsit: q̄ in primo

G tam Arnulfus esset: et timuimus ne milites q ad nos dirigūtur: in manus eiꝰ inciderēt. Et tñ hic (quātum deus adiuuerit) contra eū filiꝰ noster gloriosus magister militum se parauit. Sed et gloria vestra / si huc perrexerit ipse hostis / quō consueuistis / cum auxilio dei a dorso eiꝰ qđ potestis perficite. Speramus eñ in oīpotētis dei virtute / et in ipsius beati Petri apostolorū principis / in cuiꝰ natali sanguinem effundere desiderat: q ipsum sibi contrarium sine mora inueniet.

¶ Gregorius Mauricio et Vitaliano magistris militum. De fide Suanensium. Capitulum.xxiij.

Epi.xxiij.

SUppliciter glorie vestre per filiū nostrum Vitalianum cū quo et tractaretis et hoc et scripto mādauimus. Undecimo autē die mēsis Junij Arnulphus hanc epistolā quam vobis direximꝰ transmisit. Et ideo relegētes eā / videte si in fide sua Suanēses quā reipublice promisere / persisterunt. Obsides dignos de quibꝰ possitis cōfidere / ab eis percipite: et insuper eos sacramētis obstringite: reddentes illis qđ loco pignoris sustulistis / sermonibꝰ vestris eos sanātes. Si aūt manifestissime cognoueritis eos cum Arnulpho de sua subditione locutos fuisse: vel certe obsides ei dedisse: sicut nos Arnulfi epistola quā vobis direximꝰ / dubios reddidit / salubri cōsilio pertractātes: ne in aliquo anima nostra de sacramētis grauetur: quicquid vtile reipublice iudicaueritis / peragite. Sz ita gloria vestra faciat vt neqꝫ sit aliqđ vnde possimus ab aduersarijs cōprehēdi: neqꝫ in quo qđ vtilitas reipublice exigit (qđ auertat dñs) negligatur. H Preterea gloriosi filij estote solliciti: q quātum comperi / hostis collectam habet: et narinas dicit residere: et si hꝰ cursum deo sibi irato mittere voluerit / vos loca ipsius (quātum dñs vos iuuerit) depredate: aut certe sculcas quos militis / sollicite requirāt: ne dolens factum ad nos discurrat.

¶ Gregorius vniuersis epis Neapolitanis. De obediētia Constantio exhibenda. Capitulum.xxiiij.

Epistola xxiiij.

SUmmis militie laus inter alia bona merita hec est: obediētiā sancte reipublice exhibere: quoqꝫ sibi vtiliter imperatum fuerit / obtemperare: sicut et nūc deuotionem vestram fecisse didicimꝰ: que epistolis nostris quibus magnificum virum Constantium tribunum custodie ciuitatis deputauimus preesse / paruit: et congruam militaris deuotionis obediētiam demonstrauit. Unde scriptis vos presentibus curauimus admonēdos: vt predicto magnifico viro tribuno (sicut et fecistis) omnem debeatis pro serenissimorū dominorū vtilitate / vel conseruanda ciuitate obediētiam exhibere: quatenus quicqđ a vobis bene gestū hactenus agnoscitur: per presentis temporis vigilantiam ac sollicitudinem augmentetis.

¶ Gregorius Juuino Cathanensi episcopo. De societate legendi. Capitulum.xxv.

Epi.xxv. I

DIlectissimus filius meus Cyprianus diaconus reuertens mihi valde placuerat si ad me totꝰ redijsset. Sed postqꝫ gloria vestra in Sicilia sese retinuit: certissime scio q predictus filꝰ meus ad me quidem corpore redijt: sꝫ mente in Sicilia remansit. Hec tamen dicēs: tātum quieti vestre congaudeo / quātum de meis occupationibus ingemisco. Atqꝫ hoc summopere exhortor: vt si palatū corporis dulcedo tetigit intime suauitatis: ita introrsus rapiatur animus: vt triste sit omne qđ foris sonat / omne quod foris delectat. Laudo aūt q humana conuēticula cauetis: q sepe animus qui renouari in deo per cōpūctionis gratiam desiderat: per praua colloquia iterū veterascit. Quesiui autē qui vobis adhereant in lectionis sacre collegio: et neminem reperi / et vehemēter ingemui paupertatem boni. Et quis peccator ego valde occupꝰ: tamen si ad beati Petri apostoli limina venire volueritis: in sacro eloquio strictum poteritis me habere collegam. Omnipotēs deus celesti vos ꝓtectione custodiat: atqꝫ ab antiqui hostis insidijs munitos permanere concedat.

¶ Gregorius Maximiano episcopo. De Eusebio abbate reuocando. Capitulum.xxvj.

Epi.xxvj.

FRequenter me admonuisse vos recolo / vt in proferēda sententia esse precipites nullatenꝰ deberetis. Et nūc esse cognoui: q reuerētissimum virum abbatem Eusebium cōmota furore vestra fraternitas excōmunicauit. Quod ego valde miratus sum / vt non antiqua eiꝰ conuersatio: non etas longa: non egritudo diuturna: ab ira vestrū animum flexerit. Quilibet eñ in eo fuerit excessus / ipsius egritudinis afflictio ei debuit pro flagello sufficere. Quem enim diuina disciplina contriuit: et humana flagella addi superfluum fuit. Sed fortasse ideo excedere in tali persona permissus es / vt cautior in alijs fias / et diu trutines cum aliquem per presentē ferire sentētiā disponis. Eūdem tñ prefatū virum quāto furore exasperasti / tāta nūc dulcedine consolare: quia valde iniustum est vt qui te plus amauerūt / ipsi te sine causa atrocem contra se sentiant.

K

¶ Gregorius Honorato diacono. De Venantio honorando. Capitulum.xxvij.

Epistola xxvij.

FIlius meus dñs Venantius nepos quondā Opilionis patricij ad beatum Petrū apostolum veniens: hoc a me summopere petijt: vt causam eius tue dilectioni commēdare debuissem. Honores enim non habet: et chartas exconsulatus petijt: pro quibus .xxx. auri libras transmisit: vt ei debeant cōparari. In qua re volo vt dilectio tua se summopere impēdat: q talis vir est / cui etiam honor sine precio debetur. Et q easdē chartas emere paratꝰ est vt dixi: nō valde necesse est vt ex me aliquid serenissimis principibus dicatur / sꝫ magis ex se agat dilectio tua: quatenꝰ oblatis in sacella cōsuetudinibꝰ honores mereatur accipere. Si quid tamen poueris minus agere: maximam de eo mercedē habebis. Sed ita fac vt labor eiꝰ q hic ad nos fatigatus est / vacuus nō sit. Si vero in eadē causa difficile aliquid esse perspexeris / etiam q per me hoc postulet indicare debes: et cuius natiuitatis / cuius modestie sit atqꝫ sapiētie / serenissimis dominis intimare.

L

¶ Gregorius Antixemio subdiacono. De malis que patiebatur Romana ciuitas. Capitulum.xxviij.

Epistola xxviij.

QUia gloriam vestram firmā valde atqꝫ stabilem in suis esse moribꝰ audio / multum letificor: et sic vobis que mihi displicent: sicut speciali filio fiducialiter loquor. Excellētissimus eñ exarchus aliqua loquitur: que oīa qui illum animū ad inimicitias illiꝰ valeāt excitare. De qua re ei per latorem presentium in excepto: que mihi visa sunt relegēda dictaui: que si placet / et vobis relegātur: vt sciatis quid ei de re eadē scribere debeatis. Hic aūt quāta necessitas: et que nos mala constringant: et presentis respōsalis nostri relatione / et ex epistolis fratris et coepi mei Mariniani potestis agnoscere. Unde gloriam vestrā decet studiose cogitare: q nos de sapiētia vestra magnam in oīpotēte dño fiduciam habemus: et vbi vos estis / illic causam negligi nullo modo credimꝰ. Ita ergo facite vt confidētia nostra a sua certitudine non inueniatur aliena. Gra vos superna custodiat: et ꝓspere agere oīa concedat.

¶ Gregorius Romano defensori. De necessitatibus annone in vrbe Roma. Capitulum.xxix.

M Epi.xxix.

QUalem necessitatem diuersa officia palatij vrbis Rome de annonis suis sustineāt / experientiam tuam credimus non latere. Et ideo q latores presentium vice sua illuc oēs elegerunt transmittere / vt apud filium nostrum gloriosum Leontium agere debeant: qualiter eis annone (sicut a serenissimis principibus largite sunt) deputentur impendi: et si in hac re etiā sibi petiuerūt experiētiam tuā debere cōcurrere: eapropter q hoc te etiam illis non petentibꝰ eorū exigit paupertas ac necessitas impartiri: dum aptum opportunūqꝫ esse conspexeris: eis in quibꝰ valueris studij tui sit ita prebere solatia: quatenus hoc qđ illis clementissimi principes pietate sibi ingenita cōcesserūt: et illi cōsequi valeāt: et tu indiscretus non videaris existere.

¶ Gregorius Petro subdiacono Sicilie. De diuersis causis. Capitulum.xxx.

Epi.xxx.

INdicāte mihi Romano defensore cognoui: q monasterium ancillarum dei quod est in fundo monastreo / ab ecclesia nostra de villa noua de fundo iuris sui violentiam pertulit: qui eidem monasterio dicit dimissus. Qđ si ita est / experiētia tua eis et fundum restituat: et eiusdem fundi de duabꝰ indictionibus quas exegisti pensiones reddat. Quia autem multi Judeorum in massis ecclesie cōmanēt: volo vt si qui ex eis christiani voluerint fieri / aliquantulum eis pensi relaxe

A tur: quatenus isto beneficio prouocati/tali desiderio et alij assurgant. Uacce autem que iam sunt etate steriles: vel boues masculi qui oino inutiles esse videntur: vendi debent/vt saltē eorū preciū ad aliquā vtilitatē crescat. Greges vero equarum quas valde inutiliter habemus/ oēs volo distrahi: et tm̄modo quadringentas iuniores seruari ad fetum: ex quibus quadringentis singulis cō ductoribus singule codonari debent: quatenus ex ipsis singulis annis aliquid reddāt: quia durum est valde vt lx. solidos pastoribus expēdamus: et .lx. denarios ex eisdem gregibus non habeamus. Ita ergo experiētia tua faciat: vt alia per conductores omnes (sicut diximus) partiantur: alia sint distracta: et in nummū reducta. Pastores vero ipsos per possessiones ordina: vt ex cultura terre ferre aliquid vtilitatis possint. Eramēta vero omnia que vel in Syracusis/vel in Panormo/iuris ecclesiastici esse possunt: distrahēda sunt priusq̄ ipsa vetustate funditus pereant. Ueniente autē fratre Cyriaco Romā: de illo subtiliter requisiui cū tua consciētia fuerit de accipiēdo premio in causa mulieris cuiusdā locut⁹. Qui idem ita se dicit te referēte cognouisse: quia ex te immissus est vt quis esset ad conferendū premiū immissos probaret. Quod ego credidi: moxq̄ eum in gratiā familiariter recepi: corā populo ₇ clero eū perduxi: presbyteriū et auxi: in loco superiori inter defensores posui: collaudās coram oibus fidē eius: quia ita se in obsequio tuo fi-

B deliter gesserit. quem idcirco ad te celeriter retransmisi. Quia vero multū festinas: et ego q̄uis egrotus videre te desidero: quē ipse in oib⁹ pbatū habeo: loco tuo in Syracusana parte derelinque: et ipse ad me venire festina: vt si oipotenti deo placuerit/cōmuni consilio pertractemus: vtrum ipse illuc reuerti: an alter in loco tuo illic debeat ordinari. Benenatū vero notariū pariter trāsmisi: vt in panormitana parte locū tuū in patrimonio quousq̄ oipotens deus ordinet: quod ei placuerit/ipse cōseruet. Romanū de leuitate sua vehementer increpaui: q̄ sicut usq̄ reperi/in xenodochio quod tenuit/magis vtilitatibus q̄ mercedibus occupatus fuit. Et ideo si fortasse tibi visum fuerit/loco tuo ipm̄ relinquere: vide quēadmodū eū terrendo et admonēdo premunias: vt sciat circa rusticos pie et sollicite agere: et circa extraneos et vrbanos se in oibus strenuū exhibere. Ego tamē hec loquēs/nullam personā eligo: sed tuo hoc iudicio derelinquo. In panormitana autē parte loci seruatorē tui me sufficit elegisse. Et videre volo qd̄ ipse in Syracusana parte prouideris. Ueniens autem pecunias et ornamēta de Antonini parte vel substantia tecum defer. Pensiones quoque none ₇ decime Indictionis quas egisti: et rationes oēs pariter deporta. Stude si deo placuerit / vt hic vrbem ante natalem beati Cypriani trāseas: ne ex signo qd̄ dieb⁹ istis semp iminet (qd̄ absit) aliqd̄ periculū

C possit euenire. Preterea cognoscas: q̄ propterea q̄ preciosum dei seruū non pro graui culpa grauiter auersat⁹ sum: eūq̄ a me tristem amaricatūq̄ repuli: nō leuiter in mea cogitatione mordear. Et scripsi dn̄o epō: vt eū trāsmittere debuisset si vellet: sed oino noluit. Quē contristare ego nec debeo/nec possum: quia in causis dei occupatus/cōsolatione fulciri debet: nō amaritudine deprimi. Idem vero preciosus (sicut audio) oino contristatur: q̄ ad me nō reuertitur. Ego vero dn̄m epm̄ (vt dixi) cōtristare non possum: q̄ eū nō vult dimittere: et inter vtrosq̄ anceps maneo. Tu ergo/qui idē in paruo corpusculo maiorem sapientiā habes: eandē causam dispone: vt et mea voluntas fiat/₇ dn̄s epus non cōtristetur. Quem tamen si leuiter cōtristari videris: oino exinde nihil loquaris. Egre tamē tuli dominū Eusebiū excōmunicatū: virum tante etatis/₇ tante egritudinis. Unde necesse est: vt eidem dn̄o episcopo secrete dicas: quaten⁹ in proferendis sententijs preceps non sit: q̄ cause que p sentētiam decidende sunt: necesse est vt prius studiosa ₇ frequentissima consideratione mensurentur. Uenientibus scribonibus (nam sicut audio iam illi tirones colligunt) loci tui seruatoribus depute/vt parum aliquid xenij offerant: quatenus sibi eos placabiles reddant. Sed et officio pretoris/prius q̄ venias/ aliquid s̄m antiquā cōsuetudinem tribue: per manus tamen illius quem dimittis: vt ei gratiam eorū concilies. Ne et nos omnino eis inhumani esse videamur: ea que danda per preceptum singulis qui-

busq̄ personis vel monasterijs tue experientie iniunxi/

D loci seruatoribus tuis precipe: vt per omnia impleant. Hec vero auxiliante dn̄o cū veneris/qualiter disponenda sunt/pertractemus. Trecentos vero solidos quos per te pauperibus dixeri: eorū arbitrio non arbitror cōmittendos. Illa ergo de singulis locis et personis implicāt. Ante vero hoc tempus iam scripsisse memini: vt legata que ex tenore Antonini defensoris a nobis debētur/monasterijs vel alijs soluerētur. Et quare nescio tua experientia hoc implere tardauerit. Proinde volumus vt pro portione nostra ex pecunijs ecclesie eadē legata impleas: vt cum ad me veneris/illic contra te gemitū pauperū non relinquas. Cautiones vero que in eiusdem Antonini substātia sunt inuente/pariter defer. Cognoui autem Romano referente: quia moriens vxor redēpti vnā conchā argētea nudis verbis dixerit venūdari: et libertis suis tradi. Scutellā quoq̄ argenteā monasterio cuidam reliquerit. in quibus viri sq̄ voluntatē eius per omnia volumus impleri: ne ex rebus minimis petā maiora capiamus. Fratre autē Mariniano abbate indicāte cognoui: quia fabrica in pretoriano monasterio/ne ad medietatē quidē adhuc pducta est. Ex qua re qd̄ aliud q̄ fauorē tue experientie collaudem⁹? Sed vel nunc admo-

E nitus excitare: et quantū potes/in eiusdē monasterij cōstructione te exhibe. Ego nihil dari eis in expēsis dixi: non autē monasteriū de eis fabricare prohibui. Sed ita fac: vt ei quē loco tuo panormi dimiseris/iniūgas: quatenus expensis ₇ annona ecclesiastica hoc idem monasterium cōstruat: et ad me priuati abbatis querela non redeat. Preterea cognoui q̄ quasdā res vel plures fundorū alicui iuris esse cognoscis: sed pro quorūdam obsessione vel metu/dn̄is suis restituere formidas. Qui si veraciter xp̄ianus esses: plus dei iudiciū q̄ voces hominū timeres. Attende quia ego te quoq̄ hac de re indesinenter admoneo. Quod si implere neglexeris: etiā meas voces contra te in testimonium habebis. Si vero de laicis deū timētibus inueneris: vt consurari debeant/et actionarij sub rectore fieri: oino libenter fero. Quibus necesse est vt etiam epistole transmittantur. De causa vero filij Cōmitij scholastici consuluisti: ₇ nō sunt legibus iusta q̄ repetit. Utilitatē pauperū grauare nolum⁹: sed pro eo

F q̄ se hic fatigauit/quinquaginta solidos ei dare te volumus: quos tuis certū est rationibus imputari. In causa vero ptochij quas expensas de reb⁹ ecclesie fecisti: aut illic de pensione redditus eius tibi satisfacito: aut si certe ipsi redditus minime ad recōpensandū sufficiant: hic necesse est vt a diacono hoc recipiantur. De Gelasio autem subdiacono loqui aliquid nō presumas: quia scelus illius vsq̄ ad finem vite grauissima penitentia indiget. Preterea vnū nobis caballum miserū: et quinq̄ bonos alios transmisisti. Caballū illū sedere non possum: quia miser est: illos autem bonos non possum: quia asini sunt. Sed petimus: vt si nos cōtinere disponitis/aliquid nobis cōdignū deferatis. Eusebio autē abbati dare te volumus auri solidos centū: quos tuis certū est rationib⁹ imputari. Cognouim⁹ aut Iūnniū q̄ iudex Sardinij fuit/ graui inopia in Sicilia laborare: cui volum⁹ .xxx. decimatos vini: ₇ quattuor solidos annuos debeas ministrare. Anastasius autē religiosus iuxta Panormitanā ciuitatē dicitur habitare in oratorio sancte Agnetis: cui dari volumus auri solidos sex. Patri autē Urbici prepositi dari volumus solidos sex / qui tuis rationib⁹ imputabunt. De Honorate vero ancille dei causa hoc mihi videtur: vt omnē substantiā que constat quia ante tēpus epatus Ioannis epi Larinensis fuit/veniens tecum deferas. Eadē vero ancilla dei cū filio suo veniat: vt nos cū ea loqui: et quod deo placitum fuerit/facere debeamus. Codicē autē heptatici de substātia Antonini dari volumus in monasterio pretoriano/reliquos tecum deferri.

¶ Gregorius Felici epo Sicilie. De tribus capitulis. De affinitatis coniunctione. De episcopis non detrahēdis. De synodo congreganda. Capitulum.xxxi.

Reuerentissimo fratri Felici epo Gregori⁹ seruus seruorū dei. Caput nostrū quod est xp̄us/ad hoc sua membra nos esse voluit/vt per eius largā charitatē et fidē/vnum nos in se corpus efficeret. cui ita nos adherere conuenit: vt quia sine ipso nihil esse possumus: per ipsum possimus esse quod dicimur. Ab Epi.xxxi.

G arce capitis res nulla nos diuidat: ne ab eo (si mēbrum
eius esse refugimus) relinquamur: et velut deiecti de vi
te palmites arescamus. Ut ergo redemptoris nostri ha-
bitaculū esse mereamur: in dilectione ipsius toto mētis
Joā. xiiij. studio maneamus. Ipse nāq; ait. Qui diligit me/ sermo
nē meū seruabit: et pater meus diliget eū: et ad eū veniē
mus/ et apud eum mansionē faciemus. Exegit ergo dile
ctio tua frater charissime: vt ex auctoritate sedis aplice
tuis deberemus consultis respōdere. Quod licet nō pro
lixe: sed succincte agere festinarem9: propter quasdā im
portunitates que nostris prepedientibus pctis in nos su-
peruenere: tuis tamē hoc per reliqua sanctorū patrū in-
stituta studijs pquirere latius et inuestigare cōmittim9.
Nō enim potest mens attrita/ et honoribus et importuni
tatibus grauata: et oppressionibus soluta: libere de his
loqui. Non ergo ista ob id pretulimus: vt hec et alia que
necessaria fore cognouerimus/ tue sanctitati velim9 de-
negare: sed vt quod hic minus inuenitur/ latius perqui-
ratur. De tribus eni apostolicā sedē (in qua alitus es et
doctus) capitulis cōsulendā predecessorū tuorū sequēs
exempla credidisti. i. de cōsanguinitatis coniunctione: et
de vexatione eporum a subditis: et de ecclesiarū dubita
tione consecrationum. Quod autē scripsi Augustino an
glorū gētis epo/ alumno videlicet vt recordatus es tuo/
de cōsanguinitatis coniunctione: ipsi et anglorū genti: q̄
nuper ad fidem venerat: ne a bono qd ceperat/ metuēdo
austeriora recederet/ specialiter et nō generaliter ceteris
me scripsisse cognoscas. Unde et mihi ois Romana ciui
H tas extitit testis: nec ea intentione hec illis scriptis man
daui: vt postq̄ firma radice in fide fuerint solidati: si in-
fra propriā fuerint consanguinitatē inuēti/ non separen-
tur: aut infra affinitatis lineā. i. vsq; ad septimā genera-
tionē coniungātur: sed adhuc illos neophitos existētes
sepissime eos prius illicita docere vitare: et verbis ac ex-
emplis instruere: et que post de talibus egerint/ rationa-
biliter et fideliter excludere oportet. Nam iuxta aposto-
i. Cor. iij. lum qui ait: Lac vobis potum dedi non escam: ista illis
modo non posteris (vt prefixū est) temporibus tenenda
indulsimus: ne bonū quod infirma adhuc radice planta
tum est erueretur: sed ceptū firmaretur: et vsq; ad perfe-
ctionē custodiretur. Sane si in his secus quā debuimus
aliqd egimus/ non propter ipsam: sed cōmiserando actū
esse cognoscas. Unde testē inuoco deum: qui cogitatio-
nes omniū hominū nouit: cuius etiam oculis oia nuda
xxv. q. ij. c. sunt et aperta. Nam si ea destruerē que antecessores no-
Si ea. stri statuerunt: non cōstructor: sed euersor esse iuste com-
Luc. xj. probarer: testāte veritatis voce/ que ait. Omne regnum
in seipsum diuisum nō stabit: et omnis scientia et lex ad-
uersum se diuisa destruetur. Ideoq; necesse est: vt oēs cō
corditer statuta sanctorum patrum nostrorū teneamus:
nihil videlicet per contentionem agentes: sed ad omne
studium bone deuotionis vnanimes diuinis et apostoli-
cis constitutionibus auxiliante dño pareamus. Q; bo
I nis est charitas: que absentia per imaginē/ presentia sibi-
metipsis exhibet per amorē. Diuisa vnit: cōfusa ordinat:
Coll. iij. inequalia sociat: imperfecta ꝯsummat. Quā recte predi-
cator egregius vinculum perfectionis vocat: quia virtu
tes quidē cetere perfectionē generant: sed tamē eas ita
charitas ligat: vt a bamētis mēte dissolui iam nequeāt.
His rite perpensis/ charitati tue iam dictis indulsi: nec
preceptū dedi/ sed consiliū: nec regulā in his posteris vi-
uis tenēdam tradidi: sed de duobus periculis quod faci
lius vitandū sit/ ostendi. Si igitur in rebus secularibus
suū cuiq; ius et proprius ordo seruādus est: quanto ma-
gis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci
cōfusio: ne ibi discordia locū inueniat/ vnde pax debēt
bona procedere? Quod hac ratione seruabit/ si nihil po-
testati: sed totum equitati tribuitur. Quapropter mul-
tum cor nostrū magnitudini vestre congaudet: q̄ sic vos
in vestris actibus studiosos inuenimus: vt e nostri curā
habeatis: quatenus talis vobis non solum apud homi-
nes gloria: sed et apud omnipotentē dñm premia merce
dis acquirāt. Ceterū super vexatione eporum quia nos
consulere voluistis: scimus quia a nullis vita presulum
perturbari debet: quoniam si Dauid regū iustissimus in
Saul quē constabat iam a dño reprobatū et abiectū esse/
manū mittere non presumpsit: quanto magis cauēdum
est ne manum detractionis aut vituperationis sine indi

scretionis aut dehonorationis quidā mittāt in vnctum K
dñi/ vel in predicatores sancte ecclesie: quia eorum repre
hensio siue detractio ad christū pertinet: cuius vice in eccle
sia legatione funguntur. Unde summopere cauendū om-
nibus fidelibus: ne clanculo aut publice episcopū suū. i.
vnctum dñi detractionibus aut vituperationibus dila
nient: perpēdentes illud exemplū Marie: quia pro eo q̄ Nume. xij
Moysi famulo dei propter ethiopissam detraxit: immū-
dicia lepre mulctata sit. et illud psalmiste. Nolite tangere Ps. ciiij.
christos meos: et in prophetis meis nolite malignari. Et
in lege diuina legitur: Dijs non detrahes: et populi tui Exo. xxij.
principi nō maledices. Unde valde prouidendū est sub-
ditis tā clericis q̄ laicis/ ne episcoporū/ ne prepositorū
vitam temere reprehēdant: si quid eos fortasse agere re-
prehēsibiliter vident: ne vnde mala redarguūt/ inde per
elationis impulsum in profundiora mergantur. Admo-
nendi sunt etiā ne cum culpas prepositorū suorū cōside-
rant/ contra eos audaciores fiant. Sed sic eorum praua
apud semetipsos considerent/ vt diuino timore constricti/
ferre sub eis iugū reuerentie non recusent: quoniā facta
suorū episcoporū vel prepositorū oris gladio nō sunt fe-
rienda: etiā cum recte reprehendenda videntur: quoniā
a predecessoribus nostris et reliquis multis sanctis epi
scopis statutū fore cognouimus: vt oues pastores suos
non facile reprehendant: nec eos criminari vel accusare
presumant: quia cum in prepositos delinquimus: ei9 or- L
dinationi qui nobis eos pretulit/ obuiam9. Unde Moy
ses dū contra se et Aaron conqueri populū cognouisset/
ait. Nos enim quid sumus? Nec cōtra nos est murmur Exo. xvj.
vestrū: sed cōtra deū. Quapropter admonendi sunt sub-
diti vniusq; ordinis viri: vt cum magistrorum facta cō
spiciunt: ad suū cor redeāt: et de eorum increpationibus
non presumant: quia non est discipulus super magistrū: Mat. x.
nec seruus sup dñm suū. De dedicationū vero ecclesiarū
dubitatione/ super qua inter cetera nos cōsuluistis: hoc
vos rite tenere debetis/ quod nos ab antecessoribus no-
stris traditum accepimus. i. vt quoties tam de baptis-
mo aliquorum vel confirmatione/ q̄ de ecclesiarum con
secratione dubitatio habetur: et nec scriptis nec testib9
ratio certa habetur vtrum baptizati vel confirmati: si-
ue ecclesie consecrate sint: vt baptizentur tales ac con-
firmentur: atq; ecclesie canonice dedicentur: ne talis du-
bitatio ruina fidelibus fiat: quoniā non monstratur ite-
ratum quod nō certis indicijs ostenditur rite peractū:
hec nos adminiculāte diuina gratia ita tenere cupim9/
vobisq; vt postulatis/ tenere et docere mandamus: vt ea
que a sanctis patribus ante nos sunt statuta/ nō proter-
ue irrūpere/ sed fideliter seruare optemus. Unde redē-
ptoris misericordiā exoramus: vt sua vobis oibus gra-
tia suffragetur: et effectu implere vos tribuat quod vel-
le concessit: quia in hac re tanto commoda retributiōis
accrescūt: quanto et studiū laboris augetur. Progeniē M
vero suā vnusquisq; de his qui fideliter edocti sunt: et tā
firma radice plantati/ stent inconuulsi/ vsq; ad septimā
obseruare decernimus generationem. Et q̄diu se affini
tate agnoscūt propinquos: ad huius copule non accede
re societatē presumāt: nec eam quam aliquis ex propria
cōsanguinitate coniugem habuit: vel aliqua illicita pol
lutione maculauit: in coniugiū ducere vlli profecto licet
christianorū vel licebit: quia incestuosus est talis coit9/
et abominabilis est deo: et cunctis bonis hoibus. Ince-
stuosos vero nullo cōiugij nomine reputādos a sanctis
patribus audiū statutū esse legimus. Ideo nolum9 nos
in hac re a vobis siue a ceteris fidelibus reprehēdi. Qd
in his anglorū genti indulsimus: non formā dando/ sed
considerādo ne christianitatis bonū qd ceperāt/ imper-
fectū dimitterēt: egimus. Paterna ergo vos dilectione
salutātes hortamur vt ppositas opportunitate occasio-
nes in vestra efficacia enixius elaborare debeatis: atq;
id modis quibus possibile fuerit: omni studio agere con
tendatis: quatenus predicabile desideriū vestrū in auxi
lium omnium adiuuante dño cōpleatis. Nec hoc quoq;
in hac sollicitudinis parte relinquimus: quod oēs ince
stuosi a liminibus sancte ecclesie sint separandi/ quousq;
per satisfactionē precib9 sacerdotū eidē sancte ecclesie
catholice reconcilientur. Sunt enim mali segregandi a bo-
nis: iniqui a iustis: vt saltē rubore suo conscientias suas
recognoscant/ et conuertātur a prauitatibus suis. Et si

A incorrigibiles apparuerint: segregētur a fidelibus vsq3 ad satisfactionē: iuxta saluatoris dñi sententiā / qua inter cetera de peccante in se fratre precipiendo ait. (*Lu.xvij.*) Si peccauerit in te frater tuus: corripe eū inter te et ipsum solū. Si te audierit / lucratus es fratrē tuū. Si autē nō audierit te: adhibe tecū vnū vel duos: vt in ore duorū vel triū testium stet omne verbum. Quod si nō audierit / dic ecclesie. (*Mat.xviij.*) Si autē ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. His ergo et alijs multis sanctorū patrum auctoritatibus segregādi sunt mali a bonis: ne pereant iusti pro iniustis: sicut scriptum est: (*Eccle.vij*) Perit iustus pro impio. Debet enī discretio fieri inter bonos et malos: sicut est inter hedos et oues. Manifesta quoq3 peccā non sunt occulta correctione purganda: sed palam sunt arguendi qui palā nocent: vt dū aperta obiurgatione sanantur: hi qui eos imitando deliquerāt / corrigantur. Dū enī vnus corripitur: plurimi emēdātur. Et melius est vt pro multorū salute vnus condēnetur: ꝙ per vnius licētiam multi periclitētur. Nec mirū si inter homines hec ratio custoditur: cū et inter iumenta hoc fieri persepe cognouimus: vt ea ꝙ scabiem aut impetiginē habere videntur / separentur a sanis: ne illorū morbo sana dānentur et pereant. Unde volumus nos in vnū conuenire epos / vt de incidētibus causis fiat disceptatio: et salubris de ecclesiastica obseruatione collatio: quatenus dum per hoc et preterita corrigantur: et regulā futura suscipiant: omnipotens vbiq3

B dñs fratrū ore collaudetur. Cui⁹ vobis adesse presentiā si hec obseruaueritis / scitote: q2 scriptū est. (*Mat.xviij.*) Ubi fuerint duo vel tres ꝯgregati in noīe meo: ibi i medio eorū sum. Si ergo dignat adesse duob⁹ vel trib⁹ cōgregatis: quāto magis non deerit vbi plures conueniunt sacerdotes? Et quidem quia adhibēdū bis in anno cōcilium / patrū sit regulis institutū / non latet. Sed ne forte aliqua excusatio sit: semel decreuimus congregari: vt expectatione concilij nihil presumatur illicitū. Nā plerisq3 et sine amore iustitie / metu examinationis abstinere ab hoc qđ omniū norū est posse displicere iudicio. Hanc frater charissime obseruantiam nostris relinquendam posteris teneamus: et oīa que ad eruditionē nostrā sacris apicib⁹ scripta sunt / custodiamus: atq3 ad ea quoscūq3 possumus excitemus. Certū quippe est: q2 si toto corde precepti salutaribus nos occupamus: omnē vitiorū labē effugimus: quia dū his quibus edificamur innitimur: locū sine dubio deceptionis excludim⁹. Quapropter oportet vt eniterius in cunctis studiosum vos circa fratres atq3 subiectos ostendatis: vt oēs cū quibus alitus estis / atq3 didicistis sancte Romane ecclesie preceptionib⁹ parere / apostolice sedis precepta multiplicare / apertissimeq3 nota facere cognoscat: q2 qđ specialiter tibi tuisq3 (vt tue litere innotuerūt) consultis scribimus: generaliter omnibus tenere mandamus. Circa subiectorū autē actus fra

C ternitas tua sit vigilās: vt cum illis exemplū instructio et vita magistra sit: lingue vestre exhortatione discāt qđ metuāt: et doceantur quod diligāt: vt vobis talēta credita cū lucro multiplicantib9 in diē retributionis annuēte diuina gratia audire mereamini: (*Mat.xxv.*) Euge serue bone et fidelis: intra in gaudiū dñi tui. Curā preterea de oībus que vobis alijsq3 fratribus vestris / et generaliter cūctis pro illicitorum rerū prohibitione scripsimus / habere vos per omnia cognoscamus: quia omni studio / omniq3 animisu necesse est fraternitatis vestre vigilantia cōpleatur: atq3 illic oīa que pro animarū scripsimus salute / fideliter recēseantur: quatenus et vos per hoc vestrum zelum qualiter vobis illicita displiceant ostendatis: et nos vtiliter prouidisse qui vos ac vestrā ad hoc pre ceteris personā elegimus / videamur. Omnipotens deus sua vos protectione custodiat: honoremq3 perceptum moribus seruare concedat. Amen.

¶ Gregorius oībus episcopis. Gairaldo abbati sancti Medardi monasterij Suessionensis. Priuilegium eiusdem ecclesie amplissimum.

PRetiosissimis lapidibus in diademate Christi merito renitentibus / oībus sancte dei ecclesie membris / quorū vniuersale caput est christ⁹ / Gregorius licet sancte Romane sedis pontificio sublimatur: humillim⁹ tamē seruorū dei seruus. Quando catholicorū regū corda / ad ea ad que pōtificalib⁹ sunt monitis prouocāda: ita ardenti desiderio diuina preueniēte gratia succenduntur: vt ab eis vltro poscantur: tanto sunt letius cōcedēda / quāto ea ipsa que cupiūt / si nollēt facere / peti debuerāt. Proinde iuxta filiorū nostrorū precellentissimorū scripta regum Brunichildis ac nepotis eius Theodorici: monasterio sancte dei genitricis Marie: ac beatorū Petri apostolorū principis: necnon protomartyris Christi Stephani: qđ est in Suessorū ciuitate situm: vbi sanctus Medardus requiescere: et vir venerabilis Gairaldus abbas preesse videt: huiusmodi priuilegia auctoritatis nostre decreto indulgemus: et ea plenius cōfirmam⁹ priuilegia ꝙ a bone memorie dño papa Joāne comitāte illustriū regū clemētia Clotarij. s. et Sigeberti hui⁹ nostre filie iugalis ipsi loco sub anathematis vinculo sunt cōcessa vel indulta: cōcedimus atq3 terminamus. Statuentes nullū regū / antistitū vel iudicū: nullū quacūq3 preditū dignitate / ea que a precellentissimis regibus: vel quibuslibet alijs deū timentibus loco concessa sunt vel conferentur / sub cuiuslibet occasionis specie minuere vel auferre; vel suis vsibus applicare: sed cuncta que deo seruientibus monachis oblata sunt vel offerri contigerit: perenni tēpore illibata / et sine aliqua inquietudine volumus possideri: eorū vsibus pro quorū sustentatione concessa sunt: modis oībus profutura. Cōcedimus etiam vt obeunte abbate / nō alius ibi quicūq3 obreptionis astutia ordinetur: nisi quē communis consensus monachorū elegerit aut preuiderit ordinādum. Ca

E ueant autē prefati monachi simoniacā heresim: ne potētia regū vel antistitū cōuicti / loco pastoris suscipiāt tyrannū. Quod oīno fieri prohibemus: et eundē abbatem causa ordinationis sue aliquid dare presumere vetam⁹: ne hac occasione / que a fidelibus pijs locis offerunt vel oblata sunt / cōsumātur. Et quia fama religiōis deo seruientiū monachorū nostras peruenit ad aures: quibus vir vite venerabilis Gairaldus preesse dinoscitur: iustis petitionibus precellentissimorū regū Brunichildis atq3 Theodorici fauētes ob amorē domini Medardi tantā diuini honoris dignitatē et securitatē concedimus perenni tempore māsuram. Auctoritate igitur diuina vice beati Petri apostolorū principis: consensu omniū Romanorū pontificū: et volūtate totius senatus Romani: suadente nobis viro apłico Anserico Suessorum vrbis pontifice: et omniū Gallie epōrū fauente iudicio decernimus: vt nullus archiepiscoporū / vel archidiaconorū fratres prefate basilice de ordinatiōe sui abbatis: vel ecclesiasticorū graduū assumptione inquietet: sed sm̄ prerogatiuā ipsius loci vobis modo recitatā beatissimi predecessoris nostri domini Joannis pape tempore decretam: et apostolica auctoritate firmatam ordinationē sui abbatis ipsi fratres peragāt: et ecclesiasticorū graduū dignitatē suscipiant: cōsecrationes quoq3 fontiū: et sacrificij mysteria in ipso monasterio celebrent. Chrismatis quoq3 ac olei / altaris / calicis / corporalis / a quocūq3 voluerint pontifice benedictionē expetant: ne rītus honoris quoq3 rectoris vlli⁹ occasionis causa vel necessitatis in

F termittatur: ne vilescat tante sublimitatis locus sancte Marie et beati Petri: necnon et protomartyris: et domini Medardi meritis sacratus: quē caput monasteriorū totius gallie cōstituim⁹: nullius3 ditioni patimur subesse: sed veluti hec sedes Romana speculationē suā toto orbi indicit: et nouas consuetudines oībus mittit: et omniū personarū seruitio caret: ita prelatus locus remotus omni cōsuetudine pessima regum / antistitū / iudicū: exēpli diuine religionis et honestatis ceteris exhibeat monasterijs: et super ea plena gaudeat libertate. Cuius rectores et filij presentes et successuri tm̄ sub regum custodia positi admonitionē sancti Petri et successorū suorū huius sancte Romane sedis pōtificum auctoritate proclamēt. Et si incubit necessitas ad eam. Huius rei gratia fratribus dirigēdis in via tanti itineris hec filia nostra Brunichildis regina. xx. mansos ingenuos: et totidem seruiles: cunctos integritate eternaliter facta preceptione iuxta finē alpiū contulit. Et multos alios reddātus terrarū ob hanc causam delegauit: sitos in eiusdem itineris spatio. Cuiusrū vero emolumentū fiscos regios cōmuniter ad stipendia fratrū dedit: et ita omnes villas deo et sancto Medardo traditas vel tradēdas sua preceptione conclusit: vt quicūq3 super terras domini Medardi habitare voluerit vel steterit: siue seru⁹ / siue liber

G cuiuscumq[ue] sit: alterius dño priuetur/ et sancte genitricis seruitio aptetur: vel vltra redeundi licentiã habeat. Qui si fugerit: reputetur vt seruus nõ cuiusq[ue] sancte dei ecclesie. De altarib[us] quoq[ue] iuxta institutionẽ domini pape Joannis apostolica auctoritate cõfirmam[us]: vt qui fuerit rector prefati monasterij: fiat preterea altariũ presul [et] omniũ ecclesiarũ sibi pertinentiũ: [et] inde prefatorũ sanctorum precipuo altari luminaria exhibeãtur: [et] hospitalitas peregrinorũ cum reuerẽtia agatur. Subiungimus [et] aliud edictũ/ si causa capitalis criminis abbas est deponẽd[us]/ non prius deponatur/ donec depositores aplicam auctoritatẽ requirant: et ita sint tres metropolitani cũ suffraganeis suis: et abbates q[uam] plurimi. In ipso autẽ cõcilio accusatores vnusquisq[ue] cũ .xij. testib[us] presentes assistant: et ita veri iudicij examine probent se vidisse: vt audiẽte cõcilio obtestãtur. Ad vltimũ vero ipse abbas rationes sue excusationis reddat: et iureiurãdi pacto supra sacrorum mysteria quatuor euangeliorũ satisfaciat. Tũc vero si cõuictus fuerit/ correctione deponatur: sin autẽ/ suo honori reddatur: et ecclesiastice dignitatis mysteria recipiat: et inter sacra missarũ solẽnia: benedictionẽ et predicationẽ iuxta instituta dñi pape Joannis peragat: et sue cõuersationis vitam melioribus exemplis deducat. Monachis quoq[ue] hanc proponimus sententiã/ vt null[us] eorum inuidia aut odio abbatis (quod absit) cõprimatur/

H vel extranearũ personarũ censura plectatur. Qui si culpa principalis viri deliquerit/ priuatim intra claustrũ eiusdẽ monasterij ab ipso abbate et spiritualibus fratribus arguatur/ vt a corpore sancte cõgregatiõis segregetur. Qui si perseuerante contumacia abscissus fuerit/ precipimus illi vt precatorias accipiens litteras quodcũq[ue] voluerit ingrediatur monasteriũ: aut causa penitentie huius sedis aplice licẽtiam petat: et susceptis a dño papa literis liber suũ monasteriũ repetat. Hec igitur oĩa que huiꝰ aplice auctoritatis et nostre preceptionis priuilegio continẽtur: prefati monasterij rectorib[us]: et illis presentibus et futuris: et oĩbus monasterijs ipsi loco subiectis vel sociatis sub anathemate seruanda cõstituimus. Si quis autẽ regũ/ antistitũ/ iudicũ/ vel quarũcunq[ue] secularium personarũ: huius aplice auctoritatis: et nostre preceptionis decreta violauerit: aut contradixerit: aut negligẽter dixerit: vel fratres inquietauerit: vel conturbauerit: vel aliter ordinauerit: cuiuscũq[ue] dignitatis vel sublimitatis sit: honore suo priuetur: [et] vt catholice fidei depranator: vel sancte dei ecclesie destructor: a cõsortio christianitatis: [et] corpore ac sanguine dñi nr̃i Jesu christi sequestref: [et] omniũ maledictionũ anathemate: quib[us] infideles et heretici ab initio seculi vsq[ue] in presens dãnati sunt/ cum iuda traditore dñi in inferno inferiori damnetur: nisi digna penitentia prefatorũ sanctorũ sibi pro-

I pitiauerit clementiã: et fratrum cõmunem reconciliauerit concordiam.

Ego Gregorius sancte Romane sedis antistes huic priuilegio subscripsi. Etherius Brelatensis archiepus subscripsit. Gregorius Portuensis epus subscripsit. Andreas albanensis epus subscripsit. Augustinus cantbuariorũ epus subscripsit. Anastasius tyburtine epus subscripsit. Sergius prenestine epus subscripsit. Petrus anarie epus subscripsit. Agnellus sutrine episcopus subscripsit. Mellitus lũdonie episcopus subscripsit. Joannes velliternensiũ epus subscripsit. Tyberius silue candide epus subscripsit. Marinianus rauennatis ecclesie epus subscripsit. Uitalinus sypõtinensis epus subscripsit. Joannes syracusanorũ epus subscripsit. Sabinianus tudertinorum epus subscripsit. Eulogius alexandrie epus subscripsit. Dñicus carthaginensis epus subscripsit. Fortunatus Neapolitanorum epus subscripsit. Joannes surentinus epus subscripsit. Primenius nunciensiũ epus subscripsit. Felix portuensium epus subscripsit. Gloriosus ostiensiũ epus subscripsit. Constãtius narniensis epus subscripsit. Cõstantius mediolanensiũ epus subscripsit. Sutellius burdegalensium epus subscripsit. Uitalis vesocensiũ epus subscripsit. Bonifacius placentie epus subscripsit. Siagrius augustudunẽsium epus subscripsit. Flauius remorũ archiepus subscripsit. Anfericus suessorũ epus subscripsit. Theodoricus rex subscripsit. Brunichildis regina subscripsit. Ego Petrus sancte Romane sedis subscripsi [et] sigillaui. Datum .vij. cal̃s. Junij. Anno ab incarnatione domini .dcciij. Indictione .xj. K

Incipiunt decreta beati Gregorij pape: tempore Maurici/ Liberij/ Theodosij augustorũ.

Regnãte i perpetuũ dño nostro Jesu christo temporibus piissimi ac sanctissimi dñi Mauricij Liberij Theodosij augustorũ eiusdẽ dñi Mauricij imperij anno .xiij. Indictio .xiiij. quinta die mensis Julij: Gregorius papa coram sacratissimo beati Petri apostoli corpore cũ episcopis oĩbus Romane ecclesie: et presbyteris residens: assistentibus diaconibus et cuncto clero dixit. In sancta hac Romana ecclesia cuius diuina dispensatio preesse me voluit: dudum consuetudo valde reprehensibilis exorta est/ vt quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligãtur: et in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inseruiant: quos ad predicationis officiũ [et] elemosynarũ studium vacare congruebat. Unde fit plerũq[ue] vt ad sacrum ministerium dũ blanda vox queritur: queri congrua vita negligatur. Et cantor minister deum moribus stimulet: cum populum vocibus delectat. Qua de re presenti de- L creto constituo: vt in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant: solũq[ue] euangelice lectionis officiũ inter missarum solennia exsoluant: psalmos vero ante reliquas lectiones censeo per subdiaconos: vel (si necessitas exigit) per minores ordines exhiberi. Si quis autẽ contra hoc decretũ meũ venire tẽtauerit/ anathema sit.

Uerecũdus mos torpore indiscretionis inoleuit: vt huius sedis põtificibus ad secreta cubiculi seruitia laici pueri ac seculares obsequãtur: et cũ pastoris vita esse discipulis semp debeat in exẽplo: plurimi clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciũt: quã (vt dictũ est) seculares pueri sciunt. De qua re presenti decreto constituo: vt quidem ex clericis/ vel etiã ex monachis electi/ ministerio cubiculi pontificalis obsequãtur: vt is qui in loco regiminis est/ habeat tales/ qui vitam eius in secreta conuersatione videant: qui ex visione sedula exemplũ profectus sumant.

Consuetudo noua in hac ecclesia [et] valde reprehensibilis erupit: vt cũ rectores eius patrimonij vrbana vel rustica predia iuri illius competere posse suspicãtur: fiscali more titulos imprimãt: atq[ue] hoc qđ cõpetere pauperib[us] existimãt: nõ iudicio/ sed manibus defendãt. Et cum per predicatores suos veritas ad Phil. [i] dicat: nihil per contentionẽ: etiam ipsum litigiose contẽtionis malũ trãscenditur: [et] res quelibet cũ existimatur ecclesie posse cõpetere/ per vim tenetur. Proinde presen- M ti decreto constituo: vt si quis ecclesiasticorũ vnq[uam] titulos ponere siue in rustico: siue in vrbano predio sua sponte presumpserit/ anathema sit. Et responderunt omnes/ anathema sit. Is autem qui preest ecclesie/ si hoc vel ipse fieri precipit/ vel sine sua preceptione factum digna punire animaduersione neglexerit/ anathema sit. Et respõderunt omnes/ anathema sit.

Sicut indignos nos pro beati apostoli Petri reuerẽtia mens fideliũ veneratur: ita nostram infirmitatẽ decet semetipsam semper agnoscere: et impense sibi venerationis honorem declinare. Ex amore quippe fideliũ huius sedis rectoribus mos vltra meritũ erupit: vt cũ eorum corpora humanda deferuntur/ hec dalmaticis cõtegãt: [et] eas deinde dalmaticas pro sanctitatis reuerẽtia: sibimet partiendas populus scindãt. Et cũ assint multa a sacris corporibus apostolorũ martyrũq[ue] velamina: a peccatorum corpore sumitur: qđ pro magna reuerentia seruetur. De qua re presenti decreto constituo: vt feretrũ quo romani pontificis corpus ad sepeliendũ ducitur: nullo tegmine veletur. Quã decreti mei curam genere sedis huius pr̃bros ac diaconos censem[us]. Si quis vero ex eorũ ordine hec curare neglexerit/ anathema sit. Responderunt omnes. Anathema sit.

Antiquã patrũ regulã sequens/ nihil vnq[uam] de ordinationibus accipiendum esse constituo: neq[ue] ex datione pallij: neq[ue] ex traditiõe chartarũ: neq[ue] ex ea quã noua per ambitionẽ simulatio inuex-

B

nis appellatione palleili. Quis enĩ ordinando epõ ponti
fex manũ imponit: euangelij vero lectionem minister le
git: cõfirmationis vero huius epistolam notarius exci
pit: sicut pontificẽ manũ non decet quã imponit vende
re: ita minister vel notarius nõ debet in ordinatione eiꝰ
vocẽ suã vel calamũ vẽdere. Pro ordinatione vero/
vel vsu pallij/seu chartis atq; pallelio: eundem qui ordi
nandus est vel ordinatur/ oĩno aliquid dare prohibeo.
Ex quibus predictis rebus si quis aliquid huic cõmo
di appellatione exigere vel petere forte presumpserit: in
districto oĩpotentis dei examine reatui subiacebit. Jp
sum vero qui ordinatus fuerit: si nõ ex placito/neq; exactus/
vel appetitus post acceptas chartas et pallium offerre
aliquid cuilibet ex clero gratie tãmodo causa volue
rit/hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius obla
tio nullam culpe maculã ingerit: que ex accipientis am
bitu non processit.

Multos ex ecclesiastica familia/seu seculari mi
litia nouimus ad oĩpotẽtis dei seruitiũ festi
nare/vt ab humana seruitute liberi i diuino
seruitio valeant familiarius in monasterijs conuersari.
Quos si passim dimittimus: oĩbus fugiendi ecclesiasti
ci iuris dominiũ/occasionẽ prebemus. Si vero festinan
tes ad oĩpotentis dei seruitiũ incaute retinemus: illi in
uenimur negare quedam qui dedit oĩa. Unde necesse est
vt quisquis ex iuris ecclesiastici seruitute vel secularis

B

militie ad dei seruitiũ cõuerti desiderat: probetur prius
in laico habitu constitutus. Et si mores illius bono desi
derio illius testimonium ferũt: absq; vlla retractatione
seruire in monasterio oĩpotẽti deo permittatur: vt a ser
uitio humano recedat: q diuino amore districtiorẽ sube
ire appetit seruitutẽ. Si autem et in monastico habitu
sm patrũ regulas irreprehẽsibiliter fuerit conuersatus:
post pfixa sacris canonibus tẽpora/liceat ei iã ad quod
libet ecclesiasticũ officium proueheatur: si tamen illis nõ
fuerit criminibus maculatus/que in testamento veteri
morte mulctantur.

Gregorius gratia dei epũs his decretis subscripsit:
et confirmauerũt episcopi et presbyteri numero. lviij.

Gregorius sanctissimus apostolicus papa an
te corpus beatissimi Petri in synodo residens
dixit. Hinc maxime nimium dolens et ingemi
scens decorquia aliquot ex christianis in occidẽtis par
tibus cõstitutos audio temere cõtra catholicam fidẽ et
patrum statuta agere: ita vt cõsecratas feminas ducere
presumant mulieres: et propinquas coniugio sortiantur.
Qd opportunũ est spirituali amputare mucrone: atq; si
vestre placet sanctitati/radicitꝰ euellere: ne sedes boni
agricole: iniquorum mixta horrentibus frutetis fode
scat. Sanctissimi episcopi seu venerabiles presbyteri re
sponderũt. Uere cognoscimus gratia sancti spiritꝰ cos

C

apostolatus vestri succẽsum: vt tante miserie squalorẽ a
fideliũ mẽtibus detergatis. Post hanc omniũ consonã
responsionem Gregorius apostolicus papa ante corpus
memoratum venerabile christi apostolorũ principis in
ferendo sententiam dixit. j.

Si quis presbyterã in coniugium duxerit/ana
thema sit. ij. Si quis presbyter vel diaconꝰ du
xerit vxorem/anathema sit. iij. Si quis mona
cham quã vel ancillã appellant/in cõiugiũ duxerit/ana
thema sit. iiij. Si quis cõmatrẽ spiritualẽ duxerit in cõ
iugiũ/anathema sit. v. Si quis fratris vxorẽ duxerit in
coniugiũ/anathema sit. vj. Si quis neptẽ duxerit in con
iugiũ/anathema sit. vij. Si qs nouercã aut nurũ suã du
xerit in coniugiũ/anathema sit. viij. Si quis cõsobrinã
duxerit in coniugiũ/anathema sit. ix. Si quis de ppria
cognatione in qua cognatus habuit/ duxerit i vxorem/
anathema sit. x. Si quis virginem rapuerit/vel furatus
fuerit eam/cum sibi consentiẽtibus anathema sit. xj. Si
quis virginẽ quã sibi non desponsauerit rapuerit: vel fu
ratus fuerit in vxorẽ: vna cũ sibi fauentibus/anathema
sit. xij. Si quis hariolos/aruspices vel incantatores ob
seruauerit: aut filateria vsus fuerit/anathema sit. xiij.
Si quis in qualibet partẽ precepta ante emissa aposto
lice ecclesie de camerio et locis diuersis temerauerit: et
nõ in omnibus obseruauerit/anathema sit. xiiij. Si quis
homicidiũ fecerit/agat penitentiã decem annis. xv. Si
quis in scelere permãserit/anathema sit. xvj. Si quis ex

clericis laxauerit coronã/anathema sit. xvij. Et respon
derunt omnes per singula capitula tertio anathema sit.

D

Subscriptio beati Gregorij pape.

Gregorius sancte catholice atq; apostolice romane
ecclesie: huic cõstituto a vobis promulgato subscri
psi. Agellus episcopus ciuitatis Ferentantis: huic consti
tuto a nobis promulgato subscripsit. Et ceteri subscri
pserunt. Ualete.

Incipiunt vndecim interrogationes Augustini cant
tuariensis anglie archiepi ad beatissimũ Gregoriũ pa
pam. Prima interrogatio Augustini vt supra.

Queso pater beatissime de epis qualiter cũ suis cle
ricis cõuersentur. Uel de his que fideliũ oblatio
nibus accedunt altari/quante debeant fieri portiones.

De obuẽtionibus ecclesiasticis diuidendis. Cap. j.

Responsio beatissimi Gregorij pape vrbis Rome.

Qualiter epũs agere debet in ecclesia: sacra scri
ptura testatur: quã te bene nosse nõ dubiũ est:
et specialiter beati Pauli ad Timotheũ epi
stola: in quibus eum erudire studet qualiter i domo dei
cõuersari debuisset. Mos autẽ apostolice sedis est ordi
natis episcopis preceptũ tradere: vt ex omni stipendio qđ
accedit/quattuor fieri debeãt portiones. Una videlicet
episcopo et familie propter hospitalitatẽ et susceptionẽ.
Alia clero. Tertia pauperibus. Quarta ecclesijs repa
randis. Sed qr tua fraternitas monasterij regulis eru
dita/seorsum fieri nõ debet a clericis suis: in ecclesia an
glorũ (que auctore deo nuper ad fidẽ perducta est) hanc
debet instituere conuersationem: que in initio nascentis
ecclesie fuit patribus nostris: in quibꝰ nullus eorum ex
his que possidebant/aliquid suum esse dicebat: sed erãt
illis omnia communia.

xij. q. ij. c. Mos.

xij. q. j. ca. Quia tua.

E

Secunda interrogatio Augustini.

Opto enim doceri an clerici cõtinere non valentes
possint contrahere. Et si contraxerint/an debeant
ad seculum redire.

De clericis contrahentibus post clericatũ. Cap. ij.

Responsio beati Gregorij pape.

Si qui vero sũt clerici extra sacros ordines cõ
stituti/qui se continere nõ possunt/ sortiri vxo
res debent/ et stipendia sua exterius accipere:
quia et de eisdem patribus de quibus prefati sumus/no
uimus scriptum q diuidebat singulis prout cuiq; opus
erat. De eorum ergo stipẽdio cogitãdum atq; prouidẽn
dum est/et sub ecclesiastica regula sunt tenẽdi: vt bonis
moribus viuant: et canendis psalmis inuigilent: et ab
omnibus illicitis cor et linguã et corpus deo auctore cõ
seruent. Cõmuni autem vita viuẽtibus/iam de faciẽdis
portionibus/vel exhibenda hospitalitate/et adimplen
da misericordia/nobis quid erit loquendũ: cũ omne qđ
superest/in causis pijs ac religiosis erogãdum est: Dño
magistro omniũ dicente: Qđ superest/date elemosynã:
et ecce omnia munda sunt vobis.

Parte. j. di. xxxij. c. Si qui vero. Jte. xij. q. j. ca. Ne tua. §. Si qui vero.

Luce. xj.

Tertia interrogatio Augustini.

F

Cur cũ vna sit fides/sunt ecclesiarũ consuetudines
tam diuerse: Et altera cõsuetudo missarum est in
Romana ecclesia/atq; altera in gallia tenetur.

De diuersis consuetudinibus diuersarũ ecclesiarum
non improbandis. Capitulum. iij.

Responsio beati Gregorij pape.

Nouit fraternitas tua Romane ecclesie cõsue
tudinẽ: in qua se meminit enutritã. Sed mihi
placet/ vt siue in Romana/siue i gallicanorũ/
seu in qualibet ecclesia aliquid inuenisti qđ plus omni
potẽti deo possit placere/sollicite eligas: et in anglorum
ecclesia/que adhuc ad fidẽ noua est/institutione pcipua
que de multis ecclesijs colligere potuisti/infundas. Nõ
enĩ pro locis res/sed pro bonis rebus loca amãda sunt.
Ex singulis ergo quibusq; ecclesijs que pia/que religio
sa/que recta sunt/elige: et hec quasi in fasciculũ collecta/
apud anglorũ mentes in consuetudinem depone.

Parte. j. dist. xij. c. Nouit.

Quarta interrogatio Augustini.

Obsecro quid pati debeat si quis aliqđ de ecclesia
furto extulerit.

De pena furũ/et restitutiõe ecclesiasticarũ rerũ. c. iiij.

Responsio beati Gregorij pape.

Hoc tua fraternitas ex psona furis pensare po
test: qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidã

xij. q. ij. c. Fratias.

G qui habētes subsidia/furtū perpetrant: et sunt alij qui in hac re ex inopia delinquūt. Unde necesse est vt quidam damnis: quidā vero verberibus: et quidam districtius: quidā vero leuius corrigantur. Et cū paulo districtius agitur: ex charitate agendū est/et nō ex furore: quia ipsi hoc prestatur qui corrigitur: ne gehenne ignibus tradatur. Sic enim nos fidelib⁹ tenere disciplinā debemus: sicut boni patres carnalibus filijs solent: quos et pro culpis verberibus feriūt: et tamen ipsos quos doloribus affligunt/habere heredes querūt: et que possidēt/ipsis seruant: quos irati insequi videntur. Hec ergo charitas in mente seruanda est. Et ipse modus correctionis dictat: vt mens extra rationis regulā oīno nihil faciat. Addis etiā quomodo ea q̄ furto de ecclesijs abstulerint/reddere debeant. Sed absit q̄ ecclesia cum augmēto recipiat qđ de terrenis videtur amittere: et lucra damnis querat.

¶ Quinta interrogatio Augustini.

Peto an debeat duo germani fratres singulas sorores accipere/q̄ sunt ab illis longa ꝓgenie ḡnate.

¶ Qđ duo fratres possunt contrahere cum duabus sororibus. Capitulum. v.

¶ Responsio beati Gregorij pape.

Hoc fieri oībus modis licet. Nequaq̄ enī in sacris eloquijs inuenit: qđ huic capitulo ꝯdicere videat.

¶ Sexta interrogatio Augustini.

Usq3 ad quotā generationē fideles debeāt cū propinquis sibi cōiugio copulari: et nouercis et cognatis si liceat coniugio copulari.

H ¶ Qui sunt in cōtrahendo prohibiti gradus consanguinitatis et affinitatis. Capitulum. vj.

¶ Responsio beati Gregorij pape.

Quedā terrena lex in Romana republica permittit: vt siue frater/siue soror/seu duorū fratrum germanorū/vel duarū sororū filius et filia misceantur. Sed experimēto didicimus: ex tali coniugio sobolē non posse succrescere. Et sacra lex prohibet cognationis turpitudinē reuelare. Unde necesse est: vt iam tertia vel quarta generatio fideliū licenter sibi iungi debeat. Nam secūda quā diximus: a se oīmodo debet abstinere. Cum nouerca autē misceri/graue est facinus: quia in lege scriptū est. Turpitudinē patris tui nō reuelabis. Neq3 enī turpitudinē patris reuelare potest: sed quia in lege scriptū est: Erunt duo in carne vna: qui turpitudinē nouerce/que vna caro cum patre fuit/reuelare presumpserit: ꝓfecto patris turpitudinē reuelauit. Cū cognata quoq3 misceri prohibitū est: que per coniunctionem priorē caro fratris facta est. Pro qua re etiā Joannes baptista capite truncatus est: et sancto martyrio coronatus. Cui non est dictū: vt christum negaret/nec pro xpi cōfessione occisus est: sed quia idē dn̄s noster Jesus christus dixerat: Ego sum veritas: quia pro veritate occisus est Joannes/pro christo sanguinem fudit.

Leu. xviij
Gen. ij.
Joh. xiiij.

¶ Septima interrogatio Augustini.

I Declarari posco an sic turpiter cōiuncti se sit indicēda separatio: et sacre cōionis denegāda oblatio.

¶ Qđ neophiti in gradu prohibito iuncti: nec separandi sunt: nec sacra cōmunione priuandi. Capitulū. vij.

¶ Responsio beati Gregorij pape.

Quia vero multi sunt in Anglorū gēte/qui dū adhuc in infidelitate essent/huic nephādo cōiugio dicūtur admixti: ad fidē venientes admonendi sunt: vt se abstineant/et graue hoc peccatū esse cognoscant. Tremendū dei iudiciū timeant: ne pro carnali delectatione tormenta eterni cruciatus incurrant. Non tamē pro hac re sacri corporis ac sanguinis dn̄i cōmunione priuādi sunt: ne in eis illa vlcisci videamur in quib⁹ se per ignorantiā ante lauacrū baptismatis astrinxerūt. In hoc enī tēpore sancta ecclesia quedā ꝑ feruorē corrigit: quedā per mansuetudinē tolerat: quedā per cōsiderationē dissimulat: vt sepe malū qđ aduersatur/portādo et dissimulādo cōpescat. Oēs autē qui ad fidē veniunt/admonendi sunt ne aliquid tale valeant perpetrare. Si qui autē perpetrauerint: corporis et sanguinis dn̄i communione priuādi sunt: quia sicut in his qui ꝑ ignorantiā fecerūt/culpa aliquatenus tolerāda est: ita est in his fortiter insequenda/qui non metuunt sciendo peccare.

¶ Octaua interrogatio Augustini.

Peto si longinquitas itineris magne interiacet/vt ipsi facile non possint conuenire: an debeat sine aliorum episcoporum presentia episcopus ordinari?

K ¶ Qđ sunt necessarij epi in epi cōsecratione. Cap. viij.

¶ Responsio beati Gregorij pape.

Et quidē etiā in anglorū ecclesia in qua adhuc solus tu epūs inueniris/ordinare episcopum non aliter nisi cum epis potes. Nam quādo de gallijs episcopi veniunt: illi in ordinatione episcopi testes tibi assistāt. Sed fraternitatē tuam ita volumus in anglia epos ordinare: vt ipsi sibi epi lōgo interuallo minime disiūgantur: quatenus nulla sit necessitas: vt in ordinatione cōuenire non possint pastores quoq3 alij: quorum presentia valde est vtilis. Cū igitur (deo auctore) ita fuerint episcopi etiā in propinquis sibi locis ordinati/per oīa episcoporū ordinatio sine aggregatis tribus vel quattuor epis fieri non debet. Nā in ipsis rebus spiritualibus (vt sapiēter et mature disponātur) exemplū trahere a rebus etiam carnalibus possum⁹. Certe enim dū coniugia in mundo celebrantur/coniugati quiq3 vocantur: vt qui in via iam coniugij precesserunt: in subsequenti quoq3 gaudio misceātur. Cur nō ergo in hac spirituali ordinatione qua per sacrū mysteriū homo deo cōiungitur/tales conueniant: qui vel in profectu ordinati episcopi gaudeant: vel per eius studio omnipotenti domino preces pariter fundant?

Parte. j. di. lxxx. c. Fraternitatē.

L ¶ Nona interrogatio beati Augustini.

Postulo etiam qualiter debem⁹ cum galliarū atq3 britannorum episcopis agere.

¶ Qualiter Metropolitanus in aliena prouincia se habere debeat. Capitulum. ix.

¶ Responsio beati Gregorij pape.

In galliarū episcopos nullā tibi auctoritatē tribuimus: quia ab antiquis predecessorū meorū tēporibus palliū Arelatensis epūs accepit: quē nos priuare auctoritate percepta minime debemus. Si igitur contingat vt fraternitas tua ad Galliarū prouinciam transeat: cū eodē Arelatensi epo debet agere: qualiter si qua sunt in episcopis vitia corrigātur. Qui si forte in disciplinę vigore tepidus existat: tue fraternitatis zelo accendēdus est. Cui etiā epistolas fecimus: vt cum tue sanctitatis presentia in gallijs fuerit/et ipse tota mēte subueniat: et q̄ sunt creatoris nostri iussioni cōtraria: ab episcoporū morib⁹ cōpescat. Ipse autē auctoritate propria episcopos Galliarū iudicare nō poteris/sed suadendo/blādiendo/bona quoq3 tua opera eorū imitationi monstrādo/prauorū mentes ad sanctitatis studia reforma: quia scriptum est in lege. Per alienā messem trāsiens falcē mittere non debet: sed manu spicas conterere et manducare. Falcem ergo iudicij mittere nō potes in eam segetē que alteri videtur esse cōmissa: sed per affectū boni operis frumenta dn̄ica vitiorū suorum paleis expolia: et in ecclesie corpus quasi mādendo conuerte. Quicquid vero ex auctoritate agendū est: cū predicto Arelatensi epo agatur: ne pretermitti possit hoc qđ antiqua patrū institutio inuenit. Britannorū vero oēs epos tue fraternitati cōmittimus/vt indocti doceātur: infirmi persuasione roborentur: peruersi auctoritate corrigantur.

xxv. q. ij. c. In galliarum.
Deutero. xxiij.

M ¶ Decima interrogatio Augustini.

Si pregnās mulier debeat baptizari: aut postq̄ genuerit/post quātū tempus possit ecclesiā intrare. Aut etiam ne morte preoccupetur qđ genuerit/post quot dies hoc liceat sacri baptismatis sacramenta percipere. Aut post quantum temporis huic vir possit in carnis copulatione cōiungi. Aut si menstrua consuetudine tenetur: an ecclesiā introire ei liceat: aut sacre communionis sacramentū percipere. Aut vir suę coniugi permixtus antequā lauetur aqua/si ecclesiam intrare possit: vel etiā ad mysteriū sacre cōmunionis accedere. Que omnia rudi Anglorū genti oportet habere comperta.

¶ Qđ mulier pregnans et puer natus possit baptizari: et de concubitu/et menstruis vitandis. Capitulum. x.

¶ Responsio beati Gregorij pape.

Hoc non ambigo fraternitatē tuam esse requisitam: cui etiā responsum reddidisse me arbitror. Sed hoc quod ipse dicere et sentire potuisti: credo q̄ mea apud te volueris responsione firmari. Mulier etenī pregnās cur nō debeat baptizari/cū nō sit ante omnipotētis dei oculos culpa aliqua fecunditas carnis?

B

Nam cũ primi parẽtes nostri in paradiso deliquissent/ immortalitatẽ quã acceperant/recto dei iudicio pdide rũt. Quia itaq; oipotẽs deus humanũ gen⁹ p culpa sua funditus extinguere noluit: et immortalitatẽ homini p peccato suo abstulit: et tamen pro benignitate sue pietatis/fecũditatem ei sobolis reseruauit. Quod ergo nature humane ex oipotentis dei dono seruatũ est: qua ratione poterit a sacri baptismatis gratia prohiberi? Illi q̃ppe mysterio in quo oĩs culpa funditus extinguitur: valde stultũ est si donũ gratie contradicere posse videatur.

Parte.j. distin.v.c. Cũ enixa.

Cũ vero enixa fuerit mulier/post quot dies debeat ecclesiã intrare/testamẽti veteris pceptione didicisti: vt pro masculo diebus.xxxiij.pro femina vero.lxvj. debeat abstinere. Quod tamen sciendũ est quia in mysterio accipitur. Nam si eadẽ hora qua genuerit/actura gratias intrat ecclesiã: nullo pecca ti podere grauatur. Voluptas enim carnis non dolor in culpa est. In carnis autem cõmixtione voluptas est: nam in prolis prolatione gemit⁹.

Gen.iij.

Unde et ipsi prime matri omniũ dicitur. In dolorib⁹ paries. Si itaq; enixam mulierẽ prohibemus ecclesiam intrare: ipsam ei penã suã in culpã deputamus. Baptizari autem vel enixam mulierẽ: vel hoc quod genuerit si mortis periculo vrgetur: vel ipsa hora eadẽ qua gignit: vel hoc quod gignitur/eadem qua natum est: nullo modo prohibetur: quia sicut sancti mysterij gratia viuentibus atq; discernentibus cum magna discretione prouidenda est: ita quibus mors imminet/sine vlla dilatione offerenda est: ne dum adhuc tempus ad prebendam redemptionis mysteriũ queritur: interueniẽte paululũ mora/

B

inueniri non valeat qui redimatur. Ad eius vero concubitũ vir eius accedere nõ debet/quousq; qui gignitur/ ablactetur. Praua autẽ in coniugatorũ moribus cõsuetudo surrexit: vt mulieres filios quos gignunt/nutrire contẽnant: eosq; alijs mulieribus ad nutriendũ tradãt. Qđ videlicet ex sola causa incõtinẽtie videtur inuentũ: quia dũ se continere nolunt: despiciunt lactare quos gignunt. Hec autem que filios suos ex praua consuetudine alijs ad nutriendũ tradunt: nisi purgationis tẽpus transierit/viris suis non debent admisceri: quippe cũ et sine partus causa/cũ in consuetis menstruis detinẽtur: viris suis misceri phibeantur: ita vt morte lex sacra feriat si q̃s vir ad menstruatã mulierem accedat. Que tamẽ mulier dum ex consuetudine menstrua patitur: prohiberi ecclesiam intrare nõ debet: quia ei nature superfluitas in culpã non valet imputari. Et per hoc quod inuita patitur/ iustũ nõ est vt ingressu ecclesie priuetur. Nouimus nãq; q̃ mulier que sanguinis fluxum patiebatur/post tergũ dñi veniens/vestimenti eius fimbriã tetigit: atq; statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit dñi vestimẽtum tangere: cur que menstruũ sanguinis patitur/ei non liceat dñi ecclesiam intrare? Sed dices. Illã infirmitas compulit: has vero de quibus loquimur: consuetudo cõstringit. Perpende autem frater charissime: quia omne qđ in hac mor

Nota q̃ hec mulieres Gallicane que suos filios recẽter editos tanq̃ alienos ac adulterinos pscribũt: alijsq; conductitijs mulierculis enutriendos committunt.

Matth.ix.

C

tali carne patimur: ex infirmitate nature est (digno dei iudicio) post culpam ordinatum. Esurire nãq; et sitire/ algere/lassescere/ex infirmitate nature est. Et quid est aliud cõtra famẽ alimẽta: cõtra sitim potũ: cõtra estũ auras: contra frigus vestẽ: contra lassitudinẽ requiem querere: nisi medicamẽtum quoddã contra egritudines explorare? Feminis itaq; ex menstruis sui sanguinis fluxus egritudo est. Si igitur bene presumpsit que vestimẽtum dñi in languore posita tetigit: quod vni persone infirmanti conceditur: cur non concedatur cunctis mulieribus: que nature sue vitio infirmãtur? Sancte autẽ cõmunionis mysteriũ in eisdẽm diebus percipere non debet prohiberi. Si autẽ ex veneratione magna presumere non presumit: laudanda est: sed si perceperit/non iudicanda. Bonarũ quippe mentiũ est etiam ibi aliquo modo culpas suas agnoscere vbi culpa non est: quia sepe sine culpa agitur: quod venit ex culpa. Unde etiã cum esurimus, sine culpa comedimus: quib⁹ ex culpa primi hominis factũ est vt esuriremus. Menstrua enim cõsuetudo mulierib⁹ non aliqua culpa est: videlicet q: naturaliter accidit: sed tñ q̃ natura ipsa vitiata/sine voluntatis studio videatur esse polluta: ex culpe venit vitio: in quo seipsam qualis per iudiciũ facta sit humana natura cognoscat: vt homo qui sponte culpam perpetrauit/reatũ

D

culpe portet inuit⁹. Atq; ideo femine que cũ semetipsas cõsiderant in mẽstrua cõsuetudine/ad sacramentũ dñici corporis et sanguinis accedere nõ presumunt: de sua recta cõsideratione laudande sunt. Dũ vero percipiẽdi ex religiose vite cõsuetudine eiusdẽ mysterij amore rapiũtur: reprehendende (sicut diximus) non sunt. Sicut enim in veteri testamẽto exteriora opera seruabãtur: ita in testamento nouo non tam quod exterius agitur: q̃ id quod interius cogitatur/sollicita intentione attendit: vt subtili sententia puniatur. Nam cum multa lex velut immũda manducari precipiat: in euãgelio tamen dñs ait. Nõ quod intrat in os/coinquinat hominẽ: sed que exeũt de corde/illa sunt que coinquinãt hominẽ. Atq; paulo post subiecit exponens. Ex corde exeunt cogitationes male. Unde vberrim indicatũ est: quia illud ab oĩpotenti deo pollutũ esse in opere ostenditur: quod ex pollute cogitationis radice generatur. Unde Paulus quoq; apls dicit. Oĩa mũda mũdis: coinquinatis autẽ et infidelibus nihil est mũdum. Atq; mox eiusdẽ coinquinationis causam annũcians subiũgit. Coinq̃nata sunt eñi eorũ mens et cõsciẽtia. Si ergo ei cibus immũdus nõ est: cui⁹ mens immũda nõ fuerit: cur quod munda mente mulier ex natura patitur/ei in immũdiciã reputet? Uir autẽ cũ propria coniuge dormiẽs nisi lotus aqua intrare ecclesiam non debet: sed neq; lotus intrare statim debet. Lex autẽ veteri populo precepit: vt mixtus vir mulieri: et lauari aqua debeat: et ante solis occasum ecclesiã non intrare. Quod intelligi spũaliter potest: quia mulieri vir miscetur/quãdo illicite concupiscẽtie animus in cogitatione per delectationẽ coniũgitur. Qui nisi prius ignis concupiscentie a mente deferueat: dignũ se congregatione fratrũ existimare nõ debet: quia se grauari per nequitiã praue volũtatis videt. Quis eñi de hac re diuerse hoim nationes diuersa sentiant: atq; alia custodire videant: Romanorũ tamẽ semper ab antiquiorib⁹ vsus fuit: post admixtionẽ proprie coniugis: et lauacri purificationẽ querere: et ab ingressu ecclesie paululũ reuerenter abstinere. Nec hec dicẽtes deputamus culpam esse cõiugiũ. Sed quia ipsa licita admixtio coniugũ sine voluptate carnis fieri non potest: a sacri loci ingressu abstinẽdum est: quia voluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Non eñi de adulterio vel fornicatione: sed de legitimo coniugio natus fuerat qui dicebat. Ecce enim in iniquitatib⁹ cõceptus sum: et in delictis cõcepit me mater mea. Qui eñi in iniquitatibus conceptum se nouerat: in delicto se natum gemebat: quia portat arbor in ramo humorem vitij quem traxit ex radice. In quibus verbis non ipsam admixtionẽ coniugũ iniquitatẽ nominat: sed ipsam videlicet voluptatẽ admixtionis. Sunt eñi multa licita ac legitima: et tamen in eorũ actu aliquatenus fedamur: sicut sepe irascẽdo culpas insequimur: et tranquillitatẽ nobis animi perturbamus. Et cũ rectũ sit quod agitur: nõ est tamen approbabile q̃ in eo animus perturbatur. Cõtra quippe vitia delinquentiũ iratus fuerat q̃ dicebat: Turbatus est pre ira oculus meus. Quia enim non valet nisi tranquilla mens in contemplationis lucem se suspendere: in ira suum oculũ turbatum dolebat: quia dum male acta deorsum insequitur: confundi tamen atq; turbari a summorũ cõtẽplatione cogebat. Et laudabilis ergo est ira cõtra vitia: et tamẽ molesta: q: turbatũ se reatum aliquẽ incurrisse existimabat. Oportet itaq; legitima carnis copula vt causa prolis sit: non voluptatis. et carnis commixtio: creandorum liberorum sit gratia: nõ satisfactio vitiorum. Si quis ergo suam coniugem nõ cupidine voluptatis captus: sed solũmodo liberorũ creandorũ gratia vtitur: iste profecto de ingressu ecclesie/seu de sumendo corporis dñici sanguinisq; mysterio/suo est relinquẽdus iudicio: quia a nobis prohiberi nõ debet accipere: qui in igne posit⁹ nescit ardere. Cum vero nõ ardor procreande sobolis: sed voluptas dñatur in opere cõmixtionis: habent coniuges etiam de sua cõmixtione quod defleant. Hoc enim eis concedit sancta predicatio: et tamẽ de ipsa concessione metu animũ concutit. Nam cũ Paulus apostol⁹ diceret: Qui se cõtinere non potest/habeat vxorẽ suam: statim subiũgere curauit. Hoc autẽ dico sm indulgentiã: nõ sm imperiũ. Nõ enim indulgetur quod licet et iustũ est. Quod eñi indulgeri dixit: culpã esse demõstrauit. Vigilanti ergo mente pensandũ est q̃ in syno

Matt.xv.

Ibidem.

ad Titũ.j.

E

Psalm.l.

F

Psalm.vj

j.Cor.vij.

monte dñs ad populũ abstinere a mulieribus precepit. Et si illic vbi dñs per creaturam subditã hoibus loquebatur / tanta prouisione est mũditia corporis requisita: vt qui verba dei perciperent mulierib⁹ mixti non essent: q̃to magis qui corpus domini omnipotentis accipiũt / custodire in se munditiam carnis debẽt: ne ipsi inestimabilis mysterij magnitudine pregrauentur? Hinc etiam ad Dauid de pueris suis per sacerdotem dicitur: vt si a mulieribus mundi essent: panes propositionis acciperent: quos omnino non acciperẽt: nisi prius mũdos eos Dauid a mulieribus fateretur. Tũc autem vir qui post cõmixtionẽ coniugis lotus fuerit aqua: etiam sacre cõmunionis mysterium valet accipere: cum ei iuxta prefatam sententiam etiam licuerit intrare.

¶ Undecima interrogatio Augustini.

Quero etiam si post illusionẽ que per somniũ solet accidere / vel corpus dñi quilibet accipere valeat: vel si sacerdos sit / sacra mysteria celebrare.

¶ Quando nocturna pollutio celebrationẽ et communionem impediat. Capitulum .xj.

¶ Responsio beati Gregorij pape.

Hunc quidẽ testamentũ veteris legis / sicut in superiori capitulo iam diximus / pollutũ dicit: et nisi lotum aqua etiã vsq̃ ad vesperã intrare ecclesiam non concedit. Quod tunc concedit spiritualiter illum populũ ecclesiã intrare. spiritualiter autem intelligẽs sub eodẽ intellectu accipiet quẽ prefati sumus: quia quasi per somniũ illuditur / qui tentatus immunditia / veris imaginib⁹ in cogitatiõe inquinat. Sed lauandus est aqua: vt culpas cogitationis lachrymis abluat. Et nisi prius ignis tentationis recesserit: reum se quasi vsq̃ ad vesperã cognoscat. Sed est in eadẽ illusione valde necessaria discretio: que valde subtiliter pensare debent: ex qua re accidat menti dormientis. Aliquãdo enim ex crapula. Aliquando ex nature superfluitate vel infirmitate. Aliquãdo ex cogitatione contingit. Et quidem cũ ex nature superfluitate vel infirmitate euenerit: omnimodo hec illusio nõ est timenda: quia hanc animus nesciẽs pertulisse magis dolendus est q̃ fecisse. Cum vero vltra modũ appetit⁹ gule in sumẽdis alimentis rapitur: atq̃ idcirco humorũ receptacula grauantur: habet exinde animus aliquẽ reatum: non tamẽ vsq̃ ad prohibitionẽ percipiendi sacri mysterij / vel missarũ solennia celebrandi: cum fortasse aut festus dies exigit / aut exhiberi mysteriũ pro eo q̃ sacerdos alius in loco deest / ipsa necessitas cõpellit. Nam si adsunt alij qui implere mysteriũ valẽt / illusio per crapulã facta / a perceptione sacri mysterij prohibere non debet: sed ab immolatiõe sacri mysterij abstinere (vt arbitror) humiliter debet: si tamẽ dormientis mẽtem turpis imaginatio non concusserit. Nam sunt quibus ita plerũq̃ illusio nascitur: vt eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginationibus non fedetur. Qua in re sibi ostenditur mens rea / nõ tuo vel suo iudicio libera: cũ se etsi dormienti corpore nihil meminit vidisse: tamen in vigilijs corporis meminit in ingluuiem cecidisse. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio dormiẽtis: patet animo suo reatus. Videt enim a qua radice inquinatio illa processerit: quia quod cogitauit sciens / hoc pertulit nesciẽs. Sed pẽsandum est / ipsa cogitatio vtrum suggestione: an delectatione: vel (quod maius est) peccati consensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatũ: videlicet suggestione / delectatione / consensu. Suggestio quippe fit p diabolum: delectatio per carnem: consensus per spiritũ: quia etiam primã culpam serpens suggessit. Eua velut caro delectata est. Adam velut spiritus consensit. Et necessaria est magna discretio: vt inter suggestionem / delectationem / et consensum iudex sui animus presideat. Cũ enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente: si nulla peccati delectatio sequatur / peccatũ omnimodo perpetratum non est. Cum vero caro delectari ceperit: tunc peccatum incipit nasci. Si autem etiam ex deliberatione cõsentit: tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati semen est. In delectatiõe fit nutrimentum. In consensu perfectio. Et sepe cõtingit: vt hoc quod malignus spiritus seminat in cogitatione: caro in delectationem trahat: nec tamen animus eidem delectationi consentiat. Et cũ caro sine animo delectari nequeat: ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur: vt ei ex ratione contradicat ne consentiat: et tamen delectatione ligatus sit: sed ligatum se vehementer ingemiscat. Unde et ille celestis exercitus precipuus miles gemebat dicens. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee: et captiuum me ducentem in lege peccati: que est in mẽbris meis. (Rom. vij.) Si autem captiuus erat / minime pugnabat. Sed pugnabat: quapropter captiuus non erat. Ecce itaq̃ homo est (vt ita dixerim) captiuus: et liber. Liber ex iustitia quã diligit. Captiuus ex delectatione quam portat inuitus.

¶ Laus deo.

¶ Impressum est volumẽ hoc Parrhisijs apud Claudium Cheuallon, ipsius impẽsis, anno dñi. M.ccccc.xxiij. ad calculũ Romanum: decimosexto calẽdas martias: ad solem aureum in via Jacobea.

Tabula Materiarū Registri diui Gregorij.

¶ Tabula sequēs super libros epistolarū Registri sancti Gregorij pape: in se continens notabiles sententias ipsius Beatissimi Gregorij in epistolis contentas: diligēter per alphabetum s'm librorum ac capitulorum numerum ordinata.

Tabula Materiarum

Tabula Materiarum

Tabula Materiarum

Tabula Materiarum

¶ Finis tabule materiarum.

¶ Tabula epistolarũ ſm ordinem alphabeti. nomina eorũ ad quos diuus Gregorius scripsit/ demonstrans.

Ad quos scripsit diuus Gregorius

Tabula nominū eorum

Ad quos scripsit diuus Gregorius.

Registrum.

aa.bb.cc. a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p. q.r.s.t.v.x.y.z. A.B.C.D.E.F.G.H. I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.U. X.Y.Z. AA.BB.CC.DD.EE. FF.GG.HH.II.KK.LL.

Omnes sunt quaterniones preter cc/ qui est ternio: z B/qui est quinternio.

Laus deo.


C. CHEVALLON